Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE
13
24
2

HONORATI
LEOTARDI
LIBER SINGVLARIS,
DE
VSVRIS,
ET CONTRACTIBVS
VSVRARIIS COËRCENDIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HONORATVS LEOTARDVS SENATOR NICIENSIS ANNO ÆTATIS SVÆ LXXVII
N. Aureux Fecit

HONORATI LEOTARDI IC. ET SENATORIS NICIENSIS

LIBER SINGVLARIS

De Vſuris, & contractibus vſurariis coërcendis:

IN QVO

OMNES FERE' QVÆSTIONES AD TRACTATVM EIVS QVOD intereſt & annuorum redituum, pertinentes, non vulgari ratione definitæ continentur.

EDITIO TERTIA,

Ab Authore, dum viueret, correcta; & variis in locis aucta & ornata.

CVI NOVISSIME ACCESSIT

DISPVTATIO EIVSDEM AVTHORIS,

SIVE

NOVVS TRACTATVS,

De eo quod Ius Iuſtinianeum de VSVRIS *ſtatuerit.*

CVM SVMMARIIS, ET INDICIBVS NECESSARIIS.

LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII ANISSON.

M. DC. LXII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

REGIÆ CELSITVDINI

CHRISTIANÆ,

HENRICI MAGNI

GALLORVM ET NAV.

REGIS FILIÆ,

CAROLI EMANVELIS II.

DVCIS SABAVDIÆ,

REGIS CYPRI, &c.

MATRIS AC TVTRICIS,

CVIVS INVICTA VIRTVS REMP. SERVAVIT,

PACEM RESTITVIT,

HONORATVS LEOTARDVS

SENATOR NICIENSIS,

ET D. S. AGNETIS,

HAS SVAS LVCVBRATIONES,

DE VSVRIS,

ET CONTRACTIBVS VSVRARIIS

COERCENDIS

DAT, DICAT, DEDICATQVE

ÆTERNA FIDE, ÆTERNO OBSEQVIO;

ADDICTVS CLEMENTIÆ NOMINIQVE EIVS.

AVCTOR

DEIPARÆ VIRGINI CEMELIENSI.

ILLE ego qui quondam Hetruſcâ modulatus auenâ
Formoſam docui reſonare hæc littora Nicen,
Nunc alias meditor curas, & pandere fraudes
Conor auaritiæ, & funeſtas foenoris artes.
Oppida vt euertat, propriáque ex ſede colonos
Expellat, cogátque alias ſibi quærere terras.
Tu quæ Cemelij ſacratas incolis ædes,
Diua parens, noſtrum qua latè proſpicis æquor,
Ruderáque antiqui qua ſpectas Amphitheatri,
Nicenámq; vrbem, & munitam protegis arcem,
Affer opem: maior rerum mihi naſcitur ordo,
Maius opus moueo: valeant Muſæque, iocíque,
Et valeant nugæ: Phoebi nunc deſero caſtra,
Scilicet vt noſtris vexata Vſura libellis
Hinc abeat, noſtríque procul Vari exulet oris,
Et repetat Stygias monſtrum exitiale latebras.

AVCTOR

AVCTOR
LECTORI OPTIMO.

MIRABERIS *fortaſſe, Amice Lector, cur hoc meum qualecunque opus inſcriptum tandem prodeat* Liber ſingularis: *quaſi ego publicè illum veluti magnum aliquod, & eximium Iuriſprudentiæ monumentum obtrudere velim.*

Non ea vis animi eſt, nec tanta ſuperbia prauis.

Vt compoſui, ita inſcripſi ſingularem, id eſt, vnum, ſcilicet vt faciliùs ea quæ ſcripſi ex Indice inuenire poſſes, & vt laborem tibi in illis allegandis aliqua ex parte leuarem, ſi fortè id aliquando è re tua erit. Nam in hoc generè ſæpe Scriptores quidam noſtri, quamuis docti, mihi moleſti fuerunt, qui libros ſuos in Partes, Capita, Quæſtiones, & Articulos, aliaque huiuſmodi diſſecuerunt. Imitatus etiam in hac re ſum Modeſtinum, & alios veteres Iuris Auctores, qui de varijs Iuris ciuilis partibus libros ſingulares ediderunt, & præſertim Iulium Paulum, inter cuius μονόβιβλα *memoratur* Liber ſingularis de vſuris. *Placuit tamen huic titulo addere,* & contractibus vſurariis coërcendis, *tum quia vſura per contractus ſerpit, quod procedente opere detexere, & detegere mediocri diligentiâ conatus ſum: atque etiam vt in ipſo limine oſtenderem quam religionem profiteor, eam ſcilicet, cuius iudicio, ac cenſura omnis omnino vſura ſub cuiuſcunque contractus inuolucro lateat, damnata eſt, & repreſſa fœnerandi licentia. Ne tamen interim putes me Theologum agere. Scripſi ſemiperitus Iuris pragmaticis, & in eo foro verſantibus, in quo ætatem conſumpſi. Cæterùm, vt ingenuè fateor librum hunc meum ſingularem illo alio ſenſu dici non poſſe, in quo tamen tuum ſit, Lector optime, iudicium: ita hoc auſim dicere me in eo componendo, & pluſquam in nonum annum premendo ſingulari affectu ductum fuiſſe, vt dum alij rem diligentiſſimè faciunt, tibi tuique ſimilibus, id eſt, viris bonis, (niſi hoc mihi vel ſperare etiam temerarium eſt,) hiſce meis vigilijs, & laboribus prodeſſem. Hæc pauca te volui, & rogo etiam, vt prætermiſſa quædam incuriâ meâ, vel aliorum, videas in fine operis.* VALE.

¶ 4 *Approbatio*

Approbatio R. P. F. Fulgentij Verani, Ordinis Eremitarum S Auguſtini, Profeſſi Nicienſis, ſacræ Theologiæ Doctoris,

HOc opus non minus argutè, quàm doctè elaboratum, cuius inſcriptio præfert, HONORATI LEOTARDI IC. Senatoris Nicienſis, de vſuris, & contractibus vſurariis coërcendis liber ſingularis, accuratè, & alacriter perlegi: & fateor ſeriò nihil in eo inueniri contra fidei orthodoxæ ſinceritatem, Summorum Pontificum decreta, & bonorum morum integritatem, quin potiùs reor ob ingenij Auctoris acumen, verborum elegantiam, doctrinæ eruditionem, iuris naturæ, Diuini, Canonici, Ciuilis vbertatem non ſolùm ſingulare, ſed ſummopere vtile & neceſſarium ad omne fœnus facilè dignoſcendum, & coërcendum, non tantùm Iuriſconſultis, ſed etiam Theologis, & Confeſſariis. Quare dignum iudico quòd typis quàm citiùs mandetur, quatenus ex eo Reſpublica Chriſtiana officia charitatis impendere, & pietatis incrementa percipere valeat. Etiam beatus vir qui miſeretur & commodat. Datum Niciæ in ædibus S. Auguſtini die 2. Septembris Anno Domini 1647.

Frater FVLGENTIVS VERANVS Auguſtinianus.

OPus Illuſtriſſimi D. HONORATI LEOTARDI, Senatoris Nicienſis, de vſuris, & contractibus vſurariis coërcendis, viſum mihi eſt luce digniſſimum: quippè quod non modò quouis reprobæ doctrinæ fermento prorſus caret, atque adeo nihil Catholicæ fidei ac bonis moribus aduerſans continet; ſed etiam ſoliditate ac ſubtilitate doctrinæ, Authoris iudicio ac ingenio bellè reſpondet, tanquam fœtus genuinus parenti. Nam etiam de S. Ambroſij ac Syneſij ſententia, libri ſunt veluti Auctorum liberi, in quibus parentum effigies ac genius proditur. Ita cenſui, & adſcriptione mea rogatus firmaui Niciæ die 2. Septembris 1647.

THEOPHILVS RAYNAVDVS
ex Societate IESV.

Licentia Ordinarij.

IOannes Claudius de Ville, in ſacra Theologia Magiſter, in Eccleſia S. Crucis Cuſtos, & DD. Alphonſi Ludouici du Pleſſis de Richelieu, Eminentiſſimi Cardinalis, ac Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Lugdunenſis Prouicarius Generalis: Opus D. HONORATI LEOTARDI de vſuris & contractibus vſurariis coërcendis, à Theologis approbatum in lucem edi facultatem concedimus. Lugduni. 26. menſis Auguſti 1648.

DEVILLE.

INDEX

INDEX QVÆSTIONVM.

QVÆST. I. QVID ſit vſura. pag. 1
II. De malitia, & improbitate vſuræ, & eius prohibitione. 6
III. An vſura leuis licita ſit. 12
IV. De diuiſione vſuræ, & an ea, quæ propter moram exigitur, prohibita ſit. 17
V. De vſuris vſurarum. 24
VI. De rationibus vſuræ in mutui dationibus potiſſimum prohibendæ. 25
VII. De differentia illiciti, iniuſti, vſurarij, & ſimulati contractus. 29
VIII. Vſura quemadmodum per contractus ſerpat. 34
IX. De vſuræ coniecturis, & præſumptionibus detegenda, & de vi, & poteſtate earum. 39
X. Contractus fœneratitij quomodo corrigantur. 44
XI. De fructibus pignoris ſorti imputandis, & de Antichreſi. 47
XII. Si res pro æquiualenti ſumma pignori data ſit. 52
XIII An fructus meliorationum imputentur ſorti. 54
XIV. Antichreſis inter dominum, & vaſallum an ſit licita. 58
XV. De contractibus Antichreſi proximis, & an liciti ſint. 62
XVI. De omni emolumento, & vtilitate ex mutuo ſorti imputando, vel reſtituendo. 67
XVII. An vſura ſit aucto valore frumenti, vel pecunia eandẽ quãtitatem exigere. 74.
XVIII. De vſuris legatorum. 80
XIX. De fructibus legatorum. 85
XX. De vſuris pupillaribus. 90
XXI. De vſuris rei iudicatæ. 94
XXII. De fiſcalibus, & publicis vſuris. 99
XXIII. De vſuris nauticis. 104
XXIV. De vſuris vendentium, & ementium 114.
XXV. De licitis, & illicitis cambiis. 120
XXVI. De recentibus cambiis. 129
XXVII. De vſuris pretij licitis, & illicitis. 146
XXVIII. De dotalibus vſuris. 154
XXIX. An vſuræ dotales cedi poſſint. 165
XXX. Soluto matrimonio an vſuræ dotis debeantur. 168
XXXI. De vſuris ſociorum. 176
XXXII. De vſuris ex depoſito non exigendis. 184
XXXIII. De vſuris in mandati, & negotiorum geſtorum iudicio non admittendis. 188
XXXIV. De vſuris rei commodatæ. 192
XXXV. De vſuris, quæ in petitione hæreditatis, & aliis iudiciis affinibus. 194
XXXVI. De vſuris, quæ veniunt in actione locati, conducti, vel non. 198
XXXVII. De vſuris, quæ veniunt in contractibus ſtricti iuris. 202
XXXVIII. De ſtipulatione pœnæ adiectæ quantitati. 205
XXXIX. De emptionibus, & ceſſionibus nominum. 208
XL. De dationibus in ſolutum. 216
XLI. De cenſibus reſeruatiuis. 226
XLII. De cenſu conſignatiuo reali, & definitione eius. 232
XLIII. De titulis, quibus cenſus, conſignatiuus acquiri poteſt. 236
XLIV. An conſtitutio Pij V. de cenſibus obliget vbique terrarum. 247
XLV. De qualitatibus rei cenſui ſubijciendæ, & primum vt ſit immobilis. 250
XLVI. Cenſum ſuper rebus, quæ pro immobilibus habentur, conſtitui poſſe. 254
XLVII. Cenſus ſuper quibus rebus conſtitui non poteſt. 258
XLVIII. De cenſu perſonali, & an naturâ ſuâ ſit licitus. 261
XLIX. De cenſu vitalitio. 268
L. Vt cenſus ſuper rebus fructiferis conſtituatur. 273
LI. An dominus proprietatis, vel vſusfructus cenſum conſtituere poſſit. 277
LII. De ſuperficiario, & alijs, qui vtile dominium habent, an cenſum conſtituere poſſint. 282
LIII. De vaſallo, ſeu feudatario an poſſit cenſum imponere. 287
LIV. An hæres vel fideicommiſſarius ſuper rebus cenſum imponere poſſit. 290
LV. An ſuper re aliena cenſus conſtitui poſſit. 297
LVI. Vt fundus penſioni ſufficiat. 302
LVII. An ſi res cenſualis caſu aliquo fiat infructifera, vel pereat, cenſus in totum, vel ex parte perimatur. 307
LVIII. Vt res cenſualis ſit certa, & ſuis finibus deſignetur. 315
LIX. De cautionibus in pretio cenſus adhibendis. 325
LX. An ex pecunia antea debita cenſus conſtitui poſſit. 336
LXI. An ſi pretium cenſus ab emptore ſolutum ab eodem recipiatur, cenſus valeat. 342.

LXII. De

LXII. *De pactis conſtitutione Pij V. in cenſu prohibitis, & de ſententia eorum verborum*, contractúſque ſub alia forma, *&c.* 346
LXIII. *De pacto anticipatæ ſolutionis reditus, & an vitiet contractum cenſus.* 351
LXIV. *De pactis reiicientibus caſus fortuitos, & onera in eum, qui ex natura contractus illa ſuſcipere non tenetur.* 357
LXV. *De pactis auferentibus, vel reſtringentibus facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam.* 363
LXVI. *De pactis punientibus moram debitoris cenſus.* 367
LXVII. *De pactis auferentibus, vel reſtringentibus facultatem redimendi cenſum.* 371
LXVIII. *De pactis quibus cogitur venditor cenſum redimere.* 378
LXIX. *De pacto, ſeu lege commiſſoria pignorum.* 385
LXX. *De exceptionibus, in quibus lex commiſſoria pignorum licita eſt, vel eſſe videtur.* 389
LXXI. *Intereſſe in quibus actionibus ex pecunia debeatur.* 400
LXXII. *An liceat de certa quantitate ab initio paciſci pro eo quod intereſt.* 405
LXXIII. *Si creditor maiorem ſummam ſtipulatus ſit.* 409
LXXIV. *De probatione lucri ceſſantis.* 412
LXXV. *De probatione damni emergentis.* 420
LXXVI. *De probatione eius quod intereſt iuramento creditoris.* 427
LXXVII. *De iureiurando in litem pro eo quod intereſt.* 432
LXXVIII. *An deficientibus probationibus poſſit aliquid adiudicari creditori pro eo quod intereſt.* 439
LXXIX. *De ſtatutis taxantibus certam quantitatem pro eo quod intereſt, & de validitate eorum.* 442
LXXX. *Ex contractu nullo, & vſurario, an intereſſe debeatur.* 448
LXXXI. *De vtraque mora & primum de regulari.* 461
LXXXII. *De mora quæ fit in rem.* 455
LXXXIII. *An ſit eadem vtriuſque moræ poteſtas, circa id quod intereſt.* 467
LXXXIV. *De cauſis quæ debitorem excuſant in mora.* 473
LXXXV. *De reſcriptis moratoriis, & an pendente eorum dilatione intereſſe debeatur.* 478
LXXXVI. *An intereſſe alterius intereſſe debeatur.* 482
LXXXVII. *De exemptionibus in quibus intereſſe alterius intereſſe exigi poteſt.* 486
LXXXVIII. *De reditibus redituum.* 490
LXXXIX. *De libellis libellorum, & aliarum acceſſionum acceſſionibus non exigendis.* 496.
XC. *De caſibus, in quibus intereſſe duplum excedere poteſt, vel non.* 509
XCI. *Recepta ſorte an & quando vſuræ, & aliæ acceſſiones peti poſſunt.* 522
XCII. *An ex longo ſilentio vſuræ remiſſæ intelligantur.* 529
XCIII. *Solutio vſurarum quomodo probetur, vel præſumatur.* 534
XCIV. *Vſuræ qua actione repetantur, & à quibus.* 541
XCV. *De dominio rerum per vſuram non acquirendo.* 553
XCVI. *An fœnerator ſuper lucrum reddere teneatur.* 563
XCVII. *An bona fœneratoris pro vſurarum reſtitutione tacitè obligata cenſeantur.* 570.
XCVIII. *De excuſationibus creditorum.* 574
CXIX. *De excuſationibus fœneratorum.* 584
C. *De pœnis fœneratorum.* 588

HONORATI

DE VSVRIS ET CONTRACTIBVS VSVRARIIS COËRCENDIS, LIBER SINGVLARIS.

QVÆSTIO I.

Quid ſit Vſura.

SVMMARIVM.

1. *Vſura duobus modis ſumitur.*
2. *Vſura quid ſit.*
3. *Vſura, acceſſio.*
4. *Acceſſio acceſſionis non datur.*
5. *Vſura eſt acceſſio ſortis, ſeu quantitatis.*
6. *Vſura eſt acceſſio quantitatis ex quacunque cauſa debitæ.*
7. *Vſuræ veniunt in aliis contractibus quàm mutui.*
8. *Actiones bonæ fidei, & ſtricti iuris differunt quoad vſuras.*
9. *Obligatio ſortis, & vſurarum diuerſa.*
10. *Debitum ex vna cauſa poteſt in mutuum conuerti, & recipere vſuras.*
11. *Vſuræ accedere poſſunt contractibus bonæ fidei etiam manente contractu.*
12. *Leges, quæ dicunt in bonæ fidei iudiciis venire vſuras, de veris vſuris loquuntur.*
13. *In contractibus bonæ fidei veniunt vſuræ, quæ in regione frequentantur.*
14. *Quatenus cuiuſque interſit, in facto conſiſtit.*
 Intereſſe poterat excedere modum vſurarum.
15. *Emptor poſt rem traditam ex iure ciuili tenetur ad vſuras pretij, licet res nullos fructus ferat.*
16. *Vſuræ quæ propter moram infliguntur, veræ vſuræ.*
 Officium iudicis in actionibus bonæ fidei tantum valet, quantum ſtipulatio vſurarum in actionibus ſtricti iuris.
17. L. ſocium 60. ff. pro ſoc. *explicatur.*
18. *In bonæ fidei iudiciis ex iure ciuili veniunt vſuræ non id quod intereſt.*
19. *Lucrum ſocietatis non diſtinguitur ab aliis rebus ſocietatis.*
20. *Socius qui ſocietatem adminiſtrat, lucrum in ſuos vſus conuertens, tenetur ad id quod intereſt.*
21. *Æſtimationis verbum proprium eius quod intereſt.*
22. *Societatis finis, quæſtus.*
23. *Officium gerens tenetur ex culpa, & negligentia ad id quod intereſt.*
24. *In contractibus bonæ fidei venit id quod intereſt, & quando.*
25. *Vſura malè à quibuſdam reſtringitur intra fines mutui.*
26. *Feliciani dicta quædam reprehenſa.*
27. *Vſura in mutuo turpior, & odioſior, & quare.*
28. *Mutuum ſub vſuris non eſt beneficium.*
 Beneficia fœneratorum, minus dare, plus exigere.
29. *Vſura eſt acceſſio ſortis ex ſolo tempore tardæ ſolutionis.*
30. *Vſura bellua quædam, quæ ſemper currit, & argentum parit.*
31. *Vſura non eſt id quod intereſt.*
 Vſura non eget probatione.
32. *Mora ſola non ſufficit, vt quid vltra ſortem capere liceat.*
33. *Cambia ab vſuris longè differunt.*
34. *Pœna non eſt vſura.*
 Pœna adiecta quantitati valde ſuſpecta.
35. *Vſura non eſt, ſi quid ex liberalitate debitoris accedit ſorti.*
36. *Vſura eſt ſolo tempore tardæ ſolutionis lucrum intendere, & percipere.*

VT ſciamus quid ſit id, circa quod noſtra tenuitas in hoc opere præcipuè verſabitur, quærendum in primis eſt, quid ſit vſura. Quod vt commodiùs intelligemus, Obſeruandum eſt vſuram duobus modis accipi.

Primo, vt eſt incrementum ſortis, lucrum & commodum 1
creditoris vltra ſortem percipientis denique damnum, & incommodum debitoris. In qua ſignificatione leges paſſim dicunt vſuras deberi, præſtari, venire, currere, & *in l. 11. & 17. §. ſi pupillo, ff. de vſur.* infligi propter moram non ſoluentium. Secundo modo, vt eſt actio, & factum quoddam, quo lucrum illud intenditur, & percipitur. Eâ prorſus ratione quâ furtum, cuius ſpecies vſura eſſe videtur, apud auctores aliquando ſumitur pro re ipſa, quæ furto ſubtracta eſt, vt *in l. Seruus 36. ff. de condict. indeb. & l. 3. in princ. de furt* aliquando, & frequentiùs pro actione, quâ res aliena ſubripitur, in quo ſenſu dicimus quem feciſſe furtum, furti teneri, obſtringi, vt *in l. 1. 41. & 43. ff. eod. & in tit. Si famil. furt. feciſſ. dicat.* & aliis locis.

Et omiſſis aliorum definitionibus, quæ mihi omnes im- 2
perfectæ eſſe videntur, & facilè à manibus extorqueri poſſe, reprehenſo verbo vno, aut addito, aut dempto, vt loquitur M. Tullius *lib. 2. de Orat.* vſuram primo modo ſumptam definio *Acceſſionem ſortis debitæ ex ſolo tempore tardæ ſolutionis.* Quæ definitio, cùm ita vim, & naturam vſuræ exprimat, vt neque abſit quicquam, neque ſuperſit, perfecta mihi eſſe videtur, & nullius obiectionibus obnoxia. Quod vt magis conſtet, dicimus vſuram eſſe acceſſionem veluti genus ex *l. frumenti. C. de vſur. & l. vlt. in fin. C. de iure dot.* vbi vſura inter alias acceſſiones numeratur.

Siquidem acceſſionis nomen latiſſimè patet, & continet 3
fructus, qui ex terrâ, & arboribus naſcuntur, & penſiones domorum, vecturas nauium, & fœtus pecorum & omnem vtilitatem, ſeu cauſam, quæ ex re aliqua percipitur, vt etiam vſuras, & reditus pecuniæ ex quacunque cauſa debitæ, vt conſtat ex *tit. de vſur. & d. l. vlt. C. de iur. dot. & l. ſi nauis. ff. de rei vindic.* & explicat Cuiac. ad *d. tit. de vſur.* & proinde rectè dicimus vſuras accedere ſorti, adplicari ad ſortem, vt D. Ambroſius *in lib. de Tob. cap. 12. & 14.* & certè etiam Harmenop. *lib. 1. tit. 15.* vſuram acceſſorium lucrum appellat.

Quamobrem

4 Quamobrem cum regula iuris ſit acceſſionem acceſſionis oon dari, quæ deducitur ex *l.neque eorum.ff.de vſur.l.2.§. ſi indemnitas. ff.de admin. rer. ad ciuit.pertin. l.vlt. de Magiſtr. conuen.l.hæres §.vlt.de pet.hæred.& l.1.C.de ſent.quæ pro eo.* meritò conſtitutum eſt, ne vſoræ vſutarum peti, aut exigi poſſent, vt *in l.20.C.quib. ex cauſ. infam.irrog. l. ſi non ſortem. §.1 ff. de condict. indeb. l. placuit. ff. de vſur. & l.28. C.eod.tit.* quod procedente opere diligentiùs tractandum eſt. Nihil verò refert, an acceſſio huiuſmodi ſit eiuſdem materiæ, vel diuerſæ. Siue enim pecunia pecuniæ accedat, ſiue pecuniæ vinum, frumentum, oleom, veſtis, gemmæ, vel aliud quidpiam, quod æſtimationem recipiat, vſura eſt, *l.oleo.C.de vſur.& cap.3.14. quæſt 3.* vbi dicitur vſura eſſe, quodcumque accedit ſorti: & conſtat etiam *ex cap.1.& 2. de vſur. & c.illo vos de pignor.* & aliis.

5 Diximus verò vſuram acceſſionem eſſe ſortis, id eſt quantitatis, ſiue illa pecunia ſit, ſiue triticum, aut aliud quodpiam, quod numero, pondere, & menſurà conſiſtat, & mutuam functionem recipiat. Et quod nummis, & pecuniatiis debitis vſura accedat, nimis, malo publico, compertum eſt, vt conſtat ex Ariſt. *lib.1. Politic. cap.7.* vt ait in fœnore nummum nummum parere, & *ex l. 1. & aliis de vſur.* Sic quod oleo, hordeo, frumento, & aliis rebus, quæ vſu conſumuntur, vſura quoque accedete poſſit oſtendunt *d.l.frumenti:& l.oleo.l.de vſur.& l.eos.eod.tit.* & ſcribit Harmenop. *lib. 3. tit. 7.§.mutuo.* & tradit Donell.*lib.de vſur in princ. verſ.& tamen,* Ioann.Borcholt. *de vſur.c.1. num.26.&* Roder. *de ann. redit. lib.3. quæſt.7. num.14.*& patet etiam ex *cap.vſura 14.quæſt.3.* quod defioitum eſt vſuram eſſe, ſi dederis frumenti modium vnum, & ſuper aliquid exigatur. Vſuræ ergo debeotur ex quantitatibus, *l.pen.C.mandat.l.3. §. 1 ff.qui pot. in pign. hab.* id eſt ex iis rebus, quæ numero, pondere, & menſurâ conſtant: non autem ex iis, quæ certa ſpecie, certóque corpore continentur, vt docet Cuiac.*in l.3.§.vlt.de vſur.* Anton.Fab. *C.ſolut.matrim.defin.5.in allegat. num.15. &* Borcholt. *loc.cit. n.27.&* 28. & ante illos Odoſo. *in l.1.n.12. C. de fiſc. vſur. &* Salic .*in l.2.C.depoſ.*

6 Obſeruandum vero eſt me non dicere vſuram eſſe acceſſionem ſortis mutuò datæ, quaſi vſura ſit fœtum eius quantitatis, quæ mutuo data eſt, & in ſolo contractu mutui inueniri, & deprehendi poſſit, vt Didac.Couarr. *variar. lib. 3.c.1. num.2.* Petr.Gregor.*lib.1.de vſur.cap.3.num.7.* Fernand.Vaſq. *controuerſ.lib.6.cap.60.n.8.* Parlador. *rer. quotidian. lib.2. c.2. num.7.* Felician. *de ſol. lib.1. de cenſib. c.5. num.14.* & alij ferè omnes ſcribunt, ſed acceſſionem eſſe ſortis debitæ, Alioquin imperfecta eſſet definitio, oeque ſuo ambitu quicquid eſt vſurarum, contineret. Certum enim eſt vſuras aliis quantitatibos interdum accedere, quæ ex aliis cauſis debentur quàm ex mutuo, vt ex contractibos bonæ fidei *l. 23. §.7. de except. rei iudic. l.quæro ff.locat. l.cum quidam. §. ex locato, & l. mora.§.in bonæ fidei ff.de vſur.* & Harmenop. *d.lib.3. tit.9.*& ex legaris, & fideicommiſſis *l.34.ff.de vſur.l.Titia Seio. §.vſuras. d.leg.2.l.1.& 2.C.de vſur.legat & aliis locis.*

7 Neque mouet quod dicunt vſuram non niſi in rebus, quæ numero, pondere, & menſurâ conſiſtont, committi poſſe, vt ait Felicianus *loc.cit.* quia licet id veriſſimum ſit, non tamen ſequitur vſuram in ſola mutui datione locum habere poſſe, quia etiam ex aliis contractibus res huiuſmodi frequentiſſimè debentur, vt ex locato, depoſito, mandato, tutela, & aliis iudiciis bonæ fidei; ex cauſa etiam legati, & fideicommiſſi. Proinde ſi creditor vltra ſortem ex his cauſis debitam aliquid ſuper exigit, & extorquet, cum oihil eius intereſt, certum eſt illum vſuram committere, noo minus, quàm qui ex ſolo mutui dationis officio lucrum capit: extantque huius rei tot in iore noſtro teſtimonia, vt nullus ſit dubitandi locus. Id enim oſtendunt apertiſſimè *l.1.& 17.§.ex locato ff.de vſur.l.27.in fin.C.eod.l. Lucius. 24.ff. depoſ.l.2.& 3.C.eod.tit. l.10.§.ſi procurator. ff.mand.l.19.C.eod. l.7.§.quæ autem. de admin.tut. & l.23.§.1.ff.de except.rei iudic.* his verbis: *quandiu enim manet contractus bonæ fidei, current vſuræ.* Idem conſtat ex *l.2.& tot.tit.C.de vſur.legat. l.3.§.ſi cui certa quantitas. ff.de annu leg. & fideicomm. & d.l.Titia Seio. §. vſuras. de leg.2.* Et perſpicuom etiam eſt ex *l.eos. §. ſuper vſurarum. C.de vſur.* io qua Iuſtinianus poſtquam modum poſuit, intra quem liceret vſuras ſtipulari eius pecuniæ, quæ fœnori datur, iubet eundem modum obſeruari in omnibus aliis caſibus, in quibus citra ſtipulationem vſuræ exigi ſolent. Quod ſuperfluum erat conſtituere, ſi in mutui taotum dationibus vſura locum habere poſſet, vt illi putaot.

Prætetea illud ex eo manifeſtum eſt, quia quod attioet 8
ad vſuras, hoc interreſt inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, vt in ſtrictis iudiciis, quale eſt mutuum, non veniant vſuræ ex pacto regulariter, non veoiant ex mora, & officio iudicis, ſed ex ſtipulatione tantum. At in iudiciis bonæ fidei veniaot etiam ex pacto, & mora, & officio iudicis, quia officium tantùm poteſt io iudiciis bonæ fidei, quantùm oominatim concepta ſtipulatio in actionibus ſtricti iuris, *d.l.24.ff.depoſ. & l.7.de negot.geſt.*& ait Cuiac. *in d.l. 1.de vſur.ad Papinian.* nullam eſſe frequentiorem regulam, quæ probatur multis iuris locis, vt in *l. 32.§.in bonæ fidei, de vſur. & l.34. eod. tit.l.3. C. in quib.cauſ. in integr. reſtit.& l.2. & 3. C.depoſ.* quæ ait, *ſi depoſiti experiaris, non immeritò etiam vſuras tibi reſtitui flagitabis.* Et huc etiam valde pertioet *l.6. §.vlt. de negot geſt.* vbi ſi quis amici abſentis oegotia geſſit, & à ſeipſo non exegit, quod ei debebat, tenetur actione negotiorum geſtorom, in qua veniunt vſuræ ex eo tempore, quo debuit à ſeipſo exigere, tametſi ab initio debitum non eſſet vſurarium, quod eſt mirabile.

Denique hoius rei impreſſum veſtigium eſt in *l.4. C. de-* 9
poſ. in qoa ſi quis depoſiti actione expertus eſt, & ſortis tantummodo condemnatio facta eſt, non poteſt deinde agere propter vſuras. Non enim, ioquit, duæ ſunt actiones, alia ſortis, alia vſurarum, ſed vna, ex qoa condemoatione facta iterata actio rei iudicatæ exceptione repellitur. Sed in contractu mutui vſuræ ex eadem obligatione nõ veniunt, ſed neceſſe eſt, vt duæ ſint obligationes, vna ſortis, & altera vſurarum *l.8.ff.de eo quod.cert.loc.*verſ. *ibi enim duæ. & l. vbi autem.75.§.qui ſortem.ff.de verb oblig.* Quod ſanè inutile, & ridiculum fuiſſet quærere, & cooſtituere, ſi mutui tantum dationibus vſuræ accedere potuiſſent.

Neque mouet, ſi fortè dicas hoc ideo eſſe, quia in hiſce 10
contractibus tacitum mutuum ineſt, & vt viri Theologi loquuntur, virtuale, vt Salas *lib.de vſur.dub.1.in fin.* Nam licet hoc fieri poſſit, & fieri doleo, vt cùm res cariùs venditur ob dilatam pretij ſolutionem; vel viliùs emitur ob prærogationem pretij, *c.in Ciuitate.de vſur.* & Theologi rectiſſimè docent: vel cùm id qood ex contractu bonæ fidei debetur, veluti depoſiti, & mandati propter vſuras in mutuum conuertitur *l.ſi ventri, §.in bonis.ff.de priuil.credit.l.7.§.quoties. ff.depoſ.l.ſi ex pretio, C.ſi cert.pet.* non tamen inde fit, vt manente cootractu bonæ fidei vſuræ currere non poſſint.

Id enim, ne cui dubiom eſſet, nominatim Vlpianus ait 11
in d.l.23.ff. de excep. rei iodic. *quandiu contractus bonæ fidei manet, vſuras currere*, & Paul.io d.l.17.§.4.de vſur.*ex locato, qui cõuenitur, niſi cõuenerit, vt tardius illata pecunia vſuras deberet, nõ niſi ex mora vſuras præſtare debet,* & in l.29.§.1.ff.depoſ. *Si ex permiſſu meo depoſita pecunia, is, penes quem depoſita eſt, vtatur, vt in cæteris bonæ fidei iudicijs vſuras eius nomine præſtare mihi cogitur.* & Gordianus Imper. in d.l.3. C.depoſ. Si *depoſiti experiaris, non immeritò etiam vſuras tibi reſtitui flagitabis.* Idemque cooſtat ex l.2. C.de vſur. pupill. cuius verba ſunt: *Eius quod ex cauſa tutelæ debetur, vſuras præſtari oportere dubium non eſt.* & ex *l.7.§.reſiduarum. & §.quæ autem.ff. de admin. tut.& l.3.§.1.ff de contrar.tut.act.* Quæ negotia à mutoi datione remota ſunt. Imò iocidit aliquando ſpecies, vt quæratur, an negotium geſtum inter aliquos mutoom ſit vel depoſitum propter vſuras. Veluti ſi quis apud alium pecuniam non obſignatam depoſuit, vt tantumdem redderet. Quæritur an mutuom ſit vel depoſitum propter vſuras. Nam ſi eſt mutuum, neque etiam poſt moram debentur, quæ oon ſunt deductæ in ſtipulationem *l.3.C.de vſur.l.Titium ff. de præſcript. verb.* Sed quia hic potius depoſitum eſt, ideò reſpondit Papiniaous eum, qui pecuniam accepit, in vſuras quoque poſt moram iudicio depoſiti coodemnaodum eſſe in *l.25.§.1.ff.depoſ.* vt rectiſſimè explicat Cuiac. *in lib.5. reſponſor. Papinian.* denique huius rei veſtigiom eſt *in l.10. §.Si quis Titio. ff.mandat.* Et proinde tantùm abeſt vt ex

Digitized by Google

ſolo mutuo vſuræ debeantur, quin imò interdum debitor eas præſtare cogatur, quia non ſit contractum mutuum. Ex quibus ni fallor, pluſquam manifeſtum eſt, etiam iis negotiis, quæ à mutuo longè diſtant, & in quibus nullum mutuum eſt, neque palliatum, neque virtuale vt loquuntur, vſuras accedere poſſe: imò interdum venire vſuras ex iure ciuili, quia negotium non ſit mutuum: & proinde à iuris ratione valde alienum eſſe, quod quidem vulgò dicũt in ſolo contractu mutui vſuram committi.

12 Neque placet, quod quidam ſcribunt leges illas quibus ex iure ciuili definitum eſt in contractibus bonæ fidei, & in legatis, & fideicommiſſis, quæ, quod attinet ad vſuras, comparantur contractibus bonæ fidei, vſuras venire ex mora, & infligi propter moram, loqui non de vſuris, quæ creditoris lucrum continent, ſed de iis tantùm; quæ penſant id quod intereſt creditoris ſibi moram non fieri, vt Caniſius *in lib de vſur. cap 1. num. 13.* qui mouetur *ex l. ſocium 60. ff. pro ſoc. l. 5. C. de act. empt. & l. Iulianus. §. ex vendito ff. eod. l. cum quidam §. ſi pupillo. ff. de vſur. & l. 2. C. eod. tit.* Etenim verius eſt leges illas; quibus conſtitutum eſt in contractibus bonæ fidei, in legatis, & fideicommiſſis venire vſuras propter moram debitoris, loqui & intelligendas eſſe de veris, & propriis vſuris; & locum habuiſſe etiam cùm nihil intereſſet creditoris ratione lucri, vel damni, id enim ſatis oſtendunt *l. 1. & 17. & l. mora. §. in bonæ fidei ff. de vſur. l. 13. C. eod. & l. 29 ff. depoſ.* ex quibus conſtat ius proprium eſſe actionum bonæ fidei, vt in iis ob ſolam moram vſuræ debeantur, vt obſeruat Præſes Faber, magnum Sabaudiæ, & Iuriſprudentiæ lumen, *de errorib. pragm. Dec. 20. cap. 1 num. 6.* & incongruum eſt dicere Iuriſconſultos hoc diſcrimen inter contractus ſtricti iuris, & bonæ fidei conſtanter, & perpetuò conſtituiſſe, vt in his vſuræ ex mora debeantur, in iudiciis verò ſtricti iuris, cuiuſmodi eſt mutuum, non niſi ex ſtipulatione, & interdum ex pacto, & non de iiſdem vſuris id accipere, & definire: ſed vſurarum nomine in eodem tractatu, & iiſdem locis modò vſuras veras, modò id quod intereſt intelligere. Et valde etiam abſurdum eſt, putare Iuſtinianum, qui in *l. eos. C. de vſur.* grauiſſimam eorum molem moderatus eſt, vt ipſe ait, & poſtquam modum ſtipulationi vſurarum præſcripſit, eandem quantitatem ſeruari iuſſit in omnibus aliis caſibus, in quibus citrà ſtipulationem vſuræ veniunt, vt in contractibus bonæ fidei, non de iiſdem vſuris ſenſiſſe, præſertim cùm in tota illa *l. eos.* nullum ſit veſtigium eius quod intereſt, vt aduerſus Molineum obſeruat Rodetic. *de ann. & menſtr. redit. lib. 3. quæſt 4. num. 85.*

13 Denique huius rei fortiſſimum argumentum eſt, quia cùm leges illæ conſtituunt in contractibus bonæ fidei ex mora vſuras venire, eas præſtandas eſſe definiunt, quæ in regione frequentantur, hac exceptione additâ, dummodo non excedat legitimum modum, vt in *l. 10. §. ſi procurator. ff. mandat. l. 19. C. eod. l. 7. §. quæ autem. de admin. tutor. & l. 1. ff. de vſur.* vbi Papinianus ait, *cùm iudicio bonæ fidei diſceptatur, arbitrio iudicis vſurarum modus ex more regionis; vbi contractum eſt, conſtituitur, ita tamen, vt legi non offendat.* & in d. *§. quæ autem.* poſtquam definitum eſt tutorem ex abuſione pecuniæ pupillaris debere vſuras maximas, ſubiicit Vlpianus *ex cæteris cauſis ſecundum morem prouinciæ præſtabit vſuras, aut quincunces, aut trientes, aut ſi quæ leniores in prouincia frequentantur.*

14 Quod ei quod intereſt non conuenit. Neque enim ex more regionis, ſed ex facto pendet *l. quatenus de reg. iur.* & incertum eſt, & modò plus, modò minus intereſt & interdum etiam nihil. *l. ſi quis. 13. ff. de rei iudic. l. 112. in fin de verb. oblig.* & poteſt excedere legitimum modum vſurarum *l. 2. in fin. ff. de eo quod cert. loc.* denique nullum in iure noſtro eſt quincunx, vel triens, ſed ex probationibus Iudex arbitratur, quid interſit; & quia plerumque difficilis eſt probationis, redigit ad exiguam ſummam *l. vlt. de præt. ſtipulat.* & Cuiac. *ad l. 1. in princ. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. profer.*

15 Neque eſt contrarium, quod definiunt *l. 2. C. de vſur. l. Iulianus, & l. 5. C. de act. empt.* quia licet ratio fructuum valde ſuadeat pretij vſuras præſtandas eſſe ab emptore, qui pretium habet, & percipit fructus: ita vt receptum ſit illas hoc caſu iure Canonico non improbari, vt tradit *Couarr. variar. lib. 3. cap. 4. num. 1.* non tamen inde ſequitur ex iure ciuili poſt moram vſuras non deberi, cum res vendita eſt quæ nullos parit fructus vt ſunt gemmæ, merces, & id genus, quia hæc actio eſt bonæ fidei, etiamſi res huiuſmodi venditæ ſint: & in actionibus bonæ fidei vſuræ ex iure ciuili veniunt poſt moram, vt dixi ex *l. 2. C depoſ. l. 14. ff. eod. & l. 32. §. in bonæ fidei. ff. de vſur.* & proinde ſecundum ius ciuile ſatis eſt rem traditam fuiſſe, & emptorem re, & pretio frui, vt conſtat ex *d. l. Iulianus. §. ex vendito. de act. empt.* neque vlla ratio eſt vt pecuniæ ex locato, mandatu, vel depoſito debitæ ob ſolam moram vſuræ præſtarentur, etiam ſi nihil creditoris interfuiſſet; eius verò quæ ex venditione debebatur, non venirent niſi ob fructus, vel aliunde intereſſe creditoris. quod ita verum eſt, vt nominatim iure ciuili conſtitutum ſit, ſi emptor in pretio ſoluendo moram fecerit, venditori vſuras dumtaxat præſtandas eſſe, non autem id quod intereſt. Ita enim definitum eſt *in l. vlt. ff. de peric. & comm. rei vendit.* his verbis, *venditori ſi emptor in pretio ſoluendo moram fecerit, vſuras dumtaxat præſtabit, non omne omnino quod venditor mora non facta conſequi potuit: veluti ſi negotiator fuit, & pretio ſoluto ex mercibus, pluſquam vſuris quærere potuit*, quod extat etiam in baſilic. lib. 19. tit 6. & apud Harmenop. in *epit. lib. 3. tit. de emptione. § ſi emptor.* ex quo multo magis patet, quod dixi in actionibus bonæ fidei, & nominatim in actione venditi, quod magis dubium videbatur *ob d. l. 5. C. de act. empt.* ſecundum ius ciuile, quo vſuræ permiſſæ ſunt, ex mora venire vſuras, quaſi vſuras, non autem id quod intereſt.

Nec etiam obſtat, quod Paulus ait *in dict. l. 17. §. ſi pu-* 16
pillo. de vſur. non propter lucrum petentium, ſed propter moram ſoluentium, vſuras infligi, quia ex his verbis nullo modo elici poteſt, quod Caniſius putat vſuras, quæ ex mora infliguntur, decerni non quaſi vſuras, ſed quia creditoris interſit, verius enim eſt ſolam moram ex iure ciuili ſufficere, vt in contractibus bonæ fidei vſuræ debeantur, etiamſi nihil creditoris interſit, vt manifeſtè conſtat ex *d. l. vlt. ff. de peric. & commod. rei vendit.* & aliis locis, quibus apertiſſimè conſtitutum eſt in iudiciis bonæ fidei, legatis, & fideicommiſſis vſuras ex mora præſtandas eſſe, nec additum, ſi creditoris interſit vel quatenus interſit: imò modum vſurarum ex more regionis conſtituendum eſſe, vt in *l. 1. ff. de vſur. l. 7. §. quæ autem ff. de admin. tut.* quod non conuenit ei, quod intereſt, vt proximè dixi. Denique ſolam moram ſufficere, vt vſuræ ex iure ciuili in iudiciis bonæ fidei debeantur, ex eo conſtat, quia in his tantum valet mora, & officium Iudicis, quantum in ſtrictis negotiis ſtipulatio, *l. 5. C. de pact. inter empt. l. 7. de negot. geſt. l. 24 ff. depoſiti*: ſed ſola ſtipulatio ſufficit, vt vſuræ debeantur ex iure ciuili, quod certiſſimum eſt, ergo & mora ſufficit, vt in iudiciis bonæ fidei officio iudicis infligantur vſuræ. Quamobrem eius loci ſententia eſt in iudiciis bonæ fidei, non tam vſuras infligendas eſſe propter lucrum creditoris, quàm propter moram non ſoluentium? cum diſceptatur iudicio bonæ fidei, iudicem in decernendis vſuris non ſpectare lucrum creditoris ſed moram debitoris, quam impunitam eſſe non oportere veteribus placuit, *l. 3. §. ſi auro. & d. l. 32. § in bonæ fidei. ff. de vſur.* quod tamẽ cedebat lucro creditoris *l. 11. in princ. ff. de vſur. & Odofr. in l. 1. num. 5. C de fiſc. vſur* cui ſcilicet ſora, & vſuræ officio Iudicis adplicabantur ob moram debitoris. *l. quæro. 6. locat. l. 49. §. 1 de act. empt.* quæ tamen mora, nunc non ſufficit, vt quid vltra ſortem capere liceat, vt poſt pauca dicam.

Sanè maioris operæ eſt reſpondere ad d. *l. ſocium 60. ff. pro* 17
ſoc. qui locus vnus valde fauet Caniſij ſententiæ. Ait enim Socium, *qui in eo quod ex ſocietate lucri fecerit reddendo, morã adhibuit, cum ea pecunia ipſe vſus ſit, vſuras quoque eum præſtare debere, ſed non quaſi vſuras, ſed quod Socij interſit moram eum non adhibuiſſe; ſed ſi neue vſus ea pecunia non ſit; aut moram non fecerit, contra eſſe.* Quibus verbis conſtare videtur ſocium teneri ad vſuras, non vt vſuras, ſed vt id quod intereſt, & quod ſocij interſit illum non adhibuiſſe moram: & ita hunc locum interpretati ſunt Angel. *in l. 1. §. 2. num. 5.*

ff.de vſur.Fulgoſ.in d.l.ſocium Cuiac.ad tit. de ſentent. quæ pro eo quod inter profer. Felic. de ſociet.cap.24.n.1. & ita Græcos interpretes explicare refert Gotthofr.ad h.l.quod ſanè valde congruit verbis legis; Ait enim Pomponius, *Sed non quaſi vſuras, ſed quod ſocij interſit eum moram non adhibuiſſe.*

18 Sed hæc interpretatio pugnare videtur cū d.l.1.ff. de vſur. quæ dicit in iudiciis bonæ fidei venire vſuras, quæ in regione frequentantur intra legitimum modum,quod non poteſt referri ad id quod intereſt, quod incertum eſt, & poteſt excedere modum vſurarum, vt conſtat ex l.2. in fin. de eo quod cert.loc. & in aliis bonæ fidei iudiciis omnibus ex iure ciuili vſuræ poſt moram veniunt vt vſuræ, non autem quod creditoris interſit, vt in actione locati, depoſiti, tutelæ, & aliis, d.l. Quaro ff.loc. & l.24. ff. c.depoſ.l.7. §. quæ autem.ff. de admin. Neque videtur maior ratio, vt qui depoſitum inuaſit, & in ſuos vſus conuertit, vel pecuniis pupillaribus abuſus eſt, in vſuras teneatur, l.3.c. depoſ.Socius verò ex eadem cauſa ad id quod intereſt quod modum vſurarum excedere poteſt, vt dixi, & plerumque difficilis probationis eſt, l. vlt. de prætor. ſtipulat. Vnde Papinianus in d.l.1.§.1.de vſur. ſimpliciter ait,ſocium qui ideo condemnandus eſt,quod pecuniam communem inuaſit, omnimodo præſtare vſuras, & non ait præſtare id quod intereſt, vel vſuras non quaſi vſuras, ſed quod ſocij interſit. Et congruenter etiam huic rei Hamenop. d.lib.3.tit.10. ſic ait: *Eius quod lucri fecerit, ſocius vſuras non præſtat, niſi ant mo-*
19 *ram in eo reddendo adhibuit, aut eo quoque vſus eſt.* † Quod vt ſoluat gloſ.in d.l.ſocium, notat hoc ideo eſſe, quia in d. l.1. de vſur. Socius communem pecuniam inuaſerat, hic vero lucrum. Sed hæc ſolutio reiicienda eſt, quia hoc lucrum etiam res communis eſt, nec diſtinguitur ab aliis rebus ſocietatis, nec diuerſo iure cenſetur, l. auri.C.de frum. vrb.Conſtantin. & in ſpecie reſpondit Crau. in cōn. 433. num.30.& 31. & acceſſionem non eſſe ſatis oſtendit, quod hic ſubiicitur ex eo ob moram vſuras deberi, quia regula eſt acceſſionis acceſſionem non eſſe, ne res in infinitum abeat, l.2.§.ſi indemnitas.ff.de admin.rer. ad ciuit.pertin.l. vlt. C. de vſur.rei iudic.l.vt nullo. C. de vſur. & hic etiam notat gloſ. in verbo Labeo, & quod attinet ad vſuras nihil refert, an ſocius pecuniam communem inuaſerit, vel lucrum: vt dicimus parui referre, an quis ſortem, vel vſuras alterius nomine exactas in ſuos vſus conuerterit, l.5. §. ſi vſuras. & l.58. §.1.in fin.de admin.tut.l.2. C.de vſur. pupill. l.idemque §.ſi procurator.ff.mandat.

20 Altera Accurſij ſolutio eſt, vt poſſit ſocius, cui mora facta eſt,vel vſura, vel id quod intereſt petere,quam probat Angel.in d.l.1.§.ſocius num.9.ff.de vſur.Sed hanc interpretationem tametſi probabilis ſit, verba legis non omnino patiuntur, quæ ait ſocium vſuras præſtare, *ſed non quaſi vſuras, ſed quod ſocij interſit.* Videntur enim hæc verba electionem tollere, & hoc caſu non vſuras, ſed id quod intereſt peti poſſe. Et ſanè fateor verba legis magis innuere vſuras hoc loco infligi, non quaſi vſuras, ſed quia ſocij intereſt ſibi moram non fieri, vt tradunt Angel. Fulgoſ. & alij auctores cit.num.17. Quid enim aliud ſibi volunt illa verba, *ſed quod ſocij interſit*? ſatis fuit dicere ſocium, qui in reddendo lucro moram fecerit, vel eo vſus eſt, vſuras præſtare debere, vt loquitur Papinianus in d l.1. de vſur. Hinc enim ſatis intelligitur vſuras iſtas non ex conuentione, & quaſi fœnus, ſed propter moram, & officio iudicis deberi, vnde ſuperfluum eſſet addere, *ſed non quaſi vſuras, ſed quod ſocij interſit, moram eum non adhibuiſſe.* Idque etiam valde ſuadet, quod ſubiicitur: *Item poſt mortem ſocij nullam talem æſtimationem ex facto hæredis faciendam, quia morte ſocij dirimatur ſocietas.*

21 Nam licet iudex interdum dicatur æſtimare modum vſurarum, cùm vſuræ non quaſi fœnus ſed ex mora debentur, vt in legatis l.39. §.in vſurarum. de leg.1.tamen verbum *æſtimationis* magis congruit ei quod intereſt. Vſuræ enim propriè non æſtimantur à Iudice, ſed earum modum conſtituit ex more regionis, vel ex lege: arbitrium iudicis definitur, vel moribus, vel legibus, vt docet Cuiac. in. d. l.1.de vſur.ad Papin. vnde valet ſententia qua quis condemnatur in centum cum vſuris non expreſſa earum quantitate l.1.C.de ſent. quæ ſine cert. quant. Cuiac. ad h. tit. & Duaren. in l.59.ff.de re iudic. Nam quæ non eſt expreſſa quantitas vſurarum ex ipſo iure intelligitur, id eſt, ex l. eos C.de vſur. vt ait idem Cuiac. loc.cit.Denique propriè non æſtimantur vſuræ, ſed computantur l.46.§.3.de admin. tut. Eius verò, quod intereſt, iudex æſtimationem facit ex rei veritate & quatenus reuera intereſt, l.13.ff.de re iudic.l.ſed addes.§ ſi dominus. ff. loc. & l.8. in fin. de eo quod cert.loc. quæ ait, *officium iudicis tale eſſe debere, vt æſtimet quanti actoris interſit.*

Quamobrem tentandum eſt, an ratio aliqua faciat, vt 22
in ſpecie d. l.ſocium 60. ff. pro ſoc. ſocius qui lucrum quod fecerat, in ſuos vſus vertit, teneatur ad vſuras, non quaſi vſuras, ſed quod alterius ſocij interſit, cùm tamen regulariter ex iure ciuili in contractibus bonæ fidei propter moram vſuræ debeantur, non id quod intereſt d.l.32.§.in bonæ fidei ff.de vſur. quaro.ff.loc. & d. l. vlt. ff. de peric. & comm.rei vend. & in ſocio nominatim definitum eſt in d. l.1.§.1. de vſur. Et puto hanc hîc intercedere rationem, quia in ſpecie huius l. ſocium. §. pro ſoc. ſocius qui lucrum illud in ſuos vſus conuerterat, rem ſocietatis gerebat, vt aliud agens notat Scipio Rouitus in dec.9.num.16. Nam ipſe illud lucrum fecerat, & in ſuos vſus manente adhuc ſocietate verterat. Cùm igitur ſocietatem adminiſtraret, tenebatur eâ durante lucrum illud in rem,& vtilitatem ſocietatis & in quæſtum communem vertere? vt notat idem Rouit. loc. cit. ſocietas enim inſtituitur ad quæſtum,l.coire.l. ſed ſi. ff.pro ſoc. & tradit Felic. de ſociet.cap.2.num.9. & natura ſocietatis eſt, ſtudere lucro communi, non autem proprio, vt dicit Angel.in d.l.1.§.1.num.1. ff.de vſur. quare cùm teneretur ex hoc lucro lucrum facere non minus, quàm ex aliis rebus ſocietatis, niſi aliud actum ſit, conſequens eſt, & merito hic Pomponius reſpondit illum teneri ad vſuras, ſed quod ſocij interſit, poterat enim plus intereſſe, d.l.2.in fin.de eo quod cert.loc.

Nam cum quis ex officio quod ſuſcepit, tenetur aliquid 23
facere, & non facit, cogitur præſtare id quod intereſt. l.8. §.mandat. ff. mandat. l.ad. comparandas, C.eod tit. & in ſocio id etiam expreſſe conſtitutum eſt in l.fratres.§. ſi qui ſocietatem.& l.actione, §.4. ff. pro ſoc.& Lucius 72.quæ ait ſocium ſocio etiam culpæ nomine teneri, vt etiam docet Plot. de in lit.iuram.§.13.n.6. & hanc eſſe d.l.ſocium, ſententiam ſatis indicat, quod ſubijcit poſt mortem ſocij nullam talem æſtimationem faciendam, quia morte ſocij dirimitur ſocietas. Quod etiam ſcriptum eſt Baſilic. lib. 12.tit.1 cap.54. ſiquidem finitâ ſocietate per mortem ſocij, non tenetur hæres, qui ſocius non eſt, rem ſocietatis gerere, & inde lucrum, & quæſtum facere, & ideo licet ipſe moram adhibeat in reddendo lucro, quod defunctus fecit, non tenetur ex iure ciuili ad id quod intereſt, ſed ad vſuras duntaxat ex more regionis taxandas,intra modum tamē legibus ſtatutum, vt in reliquis iudiciis bonæ fidei receptum eſt, & planè conſtat ex d.l.vlt. de peric. & comm. rei vend. & hæc eſt ni fallor Pomponij ſententia,ſocium ſcilicet qui cùm ſocietatem adminiſtraret, lucrum quod fecerat in proprios vſus conuertit, teneri ſocio ad id quod intereſt.

Sed licet in ſpecie d. l.ſocium, & ex cæteris quibuſdam 24
cauſis interdum in iudiciis bonæ fidei, ſecundum ius ciuile, veniat id quod intereſt,vt cùm aduerſarij dolus, vel fallacia arguitur, quo caſu etiam furti interdum agi poteſt, vt in l.45.& 46. ff. pro ſoc. l.29 ff. depoſ. & aliis locis, vel cùm ex contractu bonæ fidei aliquid certo loco, vel die præſtandum eſt quo caſu vtilitas loci, & temporis ſpectanda eſt l.ſi vt certo. ff. commod.l.7.ff.de eo quod cert.loc. vt etiam cùm mutua pecunia ſicdatur, vt reddatur certo loco l.6 ff eod. l.ſi duo.§.1.de conſtit pecun. non tamen ſequitur quod Caniſius putat leges illas, quæ definiunt in contractibus bonæ fidei poſt moram venire vſuras, loqui de vſuris, quæ penſant id quod intereſt, cum verius ſit illas agere de vſuris, quæ ob ſolam moram infligebantur, etiamſi nihil intereſſet creditoris, vt dictum eſt, & ſatis etiam colligi poteſt ex eo, quod cùm Iuriſconſulti veteres ſentiunt venire id quod intereſt, apertiſſimè definiunt, & ſeparant ab vſuris, vt in d. l.2.in fin. & l. 6. & 7. de eo quod cert.loc.l.vltim.de peric.& commun.rei vend.& d.l.ſicut certo. ff. commod.

commod. &alibi. Quæ omnia ni fallor ſatis ſuperque ſuffi-ciunt, vt tandem concludamus vſuras aliis contractibus, quam mutui dationibus accedere poſſe. † Et conſequenter errare eos, qui rationem vſuræ reſtringunt ad lucrum, quod ex mutuo percipitur, vt Couarr. & Felic *loc.cit.* Villag. *de vſur.quæſt.2.* Marcicor. *variar. l.2.cap.135. num.1. & 8.* & Vgolin. *eod tract. de vſur.cap.6.n.1.* vbi refert Viuium in ſua ſylua communium opinionum dicentem totum mundum hanc ſententiam ſequi. Quæ tamen quamplurimis iuris locis manifeſtè refellitur, & præſertim ex *d.l.vlt. ff.de peric. & comm rei vend.l.24.ff. depoſ.lib.1.in princ.ff. de vſur. & l.13.ff. de except.rei iudic.* quæ ait: *quandiu manet contractus bonæ fidei vſuras currere.* Quamobrem concludendum eſt, vſuram ſuo ambitu non ſolum continere vſuras, quæ ex pecunia fœnebri, ſeu fœnori data extorquentur, ſed eas etiam, quæ percipiuntur ob moram in ſolutione eius pecuniæ factam, quæ ex aliis contractibus, vel ex cauſa legati, & fideicommiſſi debetur, & has etiam proprias, & veras vſuras eſſe, neque minùs illicitas, vt ſuo loco diligentiùs tractatum eſt.

26 Ex quibus etiam in tranſitu notandum eſt erraſſe Felicianum *in d.tractat.de cenſib.l.1.cap.6.num.6.* dum contendit acerrimè vſuram, quæ in contractibus bonæ fidei interuenire ſolet, non eſſe propriè vſuram, ſed incrementum quoddam, & ſuperabundantiam, imò & ipſam ſortem: nec habere quicquam mali, ſed omni iure licitam, & permiſſam eſſe. Nam hæc ſuperabundantia, hoc incrementum vera vſura eſt, vt multis, & perſpicuis iuris locis demonſtratum eſt *num.12. & 13.* & proinde interdicta etiam eſt eo iure, quo omnis ſuperabundantia prohibetur *c.putant.14. quæſt.3.& c.conſuluit. de vſur.* quod fuſius exequar, poſtquam docuero vſuram omnem ſua ſponte illicitam, & nefariá eſſe. Sanè quod ait huiuſmodi vſuras ſortē eſſe, manifeſtè refellitur ex *d.l.4 C.depoſ.& l.49. in fin.ff. de act. empt.* quibus conſtat iudicis officio præſtari, & ſolutâ ſorte peti non poſſe.

27 Illud ſanè admittendum eſt vſuram, quæ in mutui dationibus exercetur, & fœnus propriè dicitur, longè turpiorem, & odioſiorem eſſe. Mutuum enim officium eſt, & gratuitum natura ſua: denique ab affectu amico ad vſum temporis neceſſarij, vt ex Nonio Marcello notat Cuiac. *in obſer.lib.11.cap.37.* vnde creditor, qui pecuniam fœnori dat; id eſt, cum vltra ſortem vſuras ſtipulatur, & capta, hoc contractu abutitur, & rem præclaram, & iure gentium ad vtilitatem hominum & ſubſidium inopiæ inſtitutam, in necem, & perniciem generis humani vertit: denique inopes, & neceſſitate preſſos lædit, & rodit ſub ſpecie officij & beneficij, quo nos adiuuari decet, non opprimi *d.l.17.§. ſicut.ff.commod.*

28 Neque mutui datio quæ ſub fœnore fit, officium dici debet, officio enim contraria eſt merces, vt dicebat Paulus in *l.1.in fin.ff.mand.* & vt dicebat Cleanthes, *multum à beneficio diſtat negotiatio.* Cicero lib.2. de finib. circa fin *Nec ſi tuam ob cauſam commodes, beneficium illud habendum eſt, ſed fœneratio.* & Seneca lib.4.de benefic. *Non eſt beneficium, quod in quæſtum mittitur: hoc dabo, hoc recipiam, auctio eſt.* & lib.6. *Multum intereſt aliquis nobis beneficium det ſuâ causâ, an noſtrâ an ſuâ, & noſtrâ. Ille qui totus ad ſe ſpectat, nobis prodeſt, quia aliter ſibi prodeſſe non poteſt, eo loco mihi eſt quo qui pecori ſuo hybernum, & æſtiuum pabulum proſpicit: eo loco quo qui captiuos ſuos, vt commodius veneant paſcit,* &c. Huiuſmodi fœneratores eſſe videntur: vnde congruenter D. Ambroſius in lib de Tobia, cap.3. *Talia ſunt veſtra diuites beneficia, minus datis, plus exigitis, talis humanitas, vt ſpolietis etiam dum ſubuenitis Fœcundus etiam vobis pauper eſt ad quæſtum: miſericordes planè viri, quem alij abſoluitis, vobis addicitis: vſuras ſoluit, qui victu indiget. An quidquam grauius? ille medicamentum quærit, vos offertis venenum: panem implorat, gladium porrigitis: libertatem obſecrat, ſeruitutem irrogatis: abſolutionem precatur, informis laquei nodum ſtringitis,* & cap. 12. *oblatio quidem blanda, ſed immanis exactio; vna pecunia à fœneratoribus datur, at quàm multa à debitoribus exiguntur?* Quare cùm pecunias ſub vſuris credere beneficium non ſit, ſed negotiari, & ex aliorum calamitatibus quæſtum occupari, nihil mirum, ſi hoc vſuræ genus D. Ambroſius, & alij Patres, & ſacræ conſtitutiones potiſſimùm execrantur, & maledictis omnibus proſequuntur.

Denique additum eſt definitioni vſuræ, *ex ſolo tempore* 29
tardæ ſolutionis, ex l.3.C.in quib cauſ. in integr.reſti., non eſt nec. quibus verbis ratio, & rabies vſuræ potiſſimùm continetur Hinc enim ab aliis acceſſionibus, diſtinguitur, quæ non ob ſolam moram, & ex ſolo tempore, quo quis alienam pecuniam retinet, ſed ex aliis iuſtis cauſis percipiuntur, cùm vſuræ ex eo tantum præſtentur, quod pecunia ſub fœnore retinetur, vt *in l.lecta, ſi cert.pet.l. Titius de praſcr.verb.l.3. C. de vſur.* vel ex eo, quòd tardiùs infertur, & ſoluitur, vt indicat *l.9.& 17. §.ex locato, ff. de vſur. & l.quæro ff. locat, & d.l.3.C.in quib.cauſ.in integr.reſtit.* vnde dicimus vſuras currere ex die obligationis, vel moræ, pro ratione ſortis, & temporis *d.l.9.& l.17 in princ.ff. de vſur.* vt enim tempus eſt menſura motus, ita & vſuræ. † Vnde Græci auctores,
vt Suidas, vſuram fingunt belluam quandam ἀργυροτόκον 30
quæ ſemper, & continuò currit, & omni horâ, & die pecuniam parit. Quam debitor quidam nomine Strepſiades valde metuit apud Ariſtophan. in Nubib. & congruenter Lucanus:

Hinc vſura vorox, auidumque in tempore fœnus. & Præſes
Agentr. *ad conſuet. Britann.art.166.c.6.n.8.* & rurſus *conſult. 3.* 31
num.6. ait vſuram, etſi non omnibus, & ſingulis diebus præſtetur, currere tamen neque diem appoſitam aliud eſſe, quàm dilationem ſolutionis debiti omni die, & hora graſſantis.

Quamobrem vſuras non eſt, ſi quid accedit ſorti pro eo
quod intereſt. Neque enim ex ſolo tempore tardioris ſolu- 32
tionis infertur ſed quia creditor aliquid amiſit, vel lucrari non potuit aduerſarij culpâ *l. 2.in fin.de eo quod cert.loc.l.ſi commiſſa ff.rem rat.hab.* quod ex facto pendet, pro cuius varietate varia etiam eſt æſtimatio eius, quod intereſt, vt dixi num.14.& plerumque eſt difficilis probationis *l.vlt. ff. de prætor.ſtipulat.* cùm tamen vſuræ probatione non egeant, ſatis enim eſt, ſi creditor illas ſtipulatus ſit, vel ſi illi debitor moram fecerit in contractibus bonæ fidei, & legatis, vt debeantur ex iure ciuili. Sufficit ergo obligatio debitoris, vel mora, *d.l.quæro ff. Locat. l. Lucius. ff.depoſ.* † Nunc verò, vt ſola ſtipulatio non ſufficit, vt vſuræ licitè exigantur, quod perſpicuum eſt, ita receptum eſt ſolam moram non ſufficere, vt quid vltra ſortem capere liceat, ſiue contractus ſit bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, vt *docent* Baldus *in l.1.num.105.ff.de iureiuran.* Caſtrenſ. *in l.1.num.15.C. de ſumm. Trin.* Sot. *de iuſt.& iur.lib.6. quæſt.6.in fin.* Nauarr. *in comment. de vſur.num.46.* Coſmus Philiarch. *de offic.ſacerd. lib.5.cap.7 quæſt.vlt.fin.* Sarmient. *ſelectar.interpret.lib.7.cap.1.num.5.& 7.* & Veſembec. *ad tit.de vſur.num.9.* his verbis: *Quotieſcumque creditoris nihil intereſt, ſciat toties contra officium facere, & abuti indulgentia legum, ſi ex officio mutuationis, vel ante, vel etiam poſt moram lucrum aucupatur.*

Præterea his verbis excluduntur lucra cambiorum rea- 33
lium, quæ licet accreſcant ſorti, & augeant ſortem, non tamen præſtantur ex ſola dilatione ad ſoluendum, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis: ſed ob aliam iuſtam cauſam, nempe ob labores, pericula & ſumptus, quos campſor ſuſtinet in traiicienda pecunia. Hæc enim res mercedem aliquam meretur, vt Theologi docent, *inter quos* Molin *diſp.399.num.1.* Leon.Leſſ. *lib.2.cap.13.dub.2.n.8.* & Valer. Regin. *lib.25.quæſt 8.num.445.& ex iuriſperitis,* Petr.Gregor. *de vſur.lib.1.cap.1.num.7.& 8.* vbi notat artem vtilem eſſe, & Reipublicæ neceſſariam. In quo tamen genere valde cauendum eſt ne ratione temporis, & ex ſola dilatione ad ſoluendum aliquid ſuperexigatur.* Hoc enim vſura eſt, quodcumque nomen imponas, vt iidem auctores monent, & alij apud Scortiam *Theorem.184.* & à nobis alio loco exequendum eſt, ſi Deus vitam, & vires dabit, vt opus quod ſub eius præſidio cœpimus, perficere poſſimus.

Præterea his verbis excluditur pœna, quæ interdum in 34
conuentionem deducitur ad ſtabiliendam rerum contractarum finem, & vt metu pœnæ pacta ſeruentur. Quæ licet maximam affinitatem habeat cum vſura, quæ idcirco ſæpe pœna dicitur, vt *in l.lecta.ff de reb.credit l.qui ſine de negot. geſt.& in l.8.de nautic.fœn.* & pœna, vt vſuras, committatur,

tur, etiamſi creditoris nihil interſit, *l.38. §.17. ff. de verb. obligat. l.38 ff. de recept. arbit. l.7. ff. de ſer. export.* ab ea tamen differt *l.9. §.1. ff. de vſur.* quia vſura debetur ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, & ex die quo non ſoluitur, currit, & creſcit *d. l.9. ff. de vſur.* pœna verò committitur ex eo, quod non ſtatut promiſſis, ueque ſit id, quod ſub pœna promiſſum eſt, vt *in l. Lucius. 47. ff. de act. empt. & l.6 de ſer. export.* Niſi loco vſurarum, & in fraudem contractui addita ſit, *l. cam allegat. C. de vſur. l.13. § ibidem. ff. de act. empt. & l.90. de verb. obligat.* vbi pœna dicitur creſcere ob non ſolutam pecuniam, quod eſt proprium vſuræ, vt dixi ex Agentt. *num.* 30. cùm pœna ſemel, & vno momento quantacumque ſit, ferè committatur, vt *notat* Bart. *in l. ſi ſtipul. §. ſi alteri. de verb. oblig.* Alciat. & Cuiac. *in d. l.90. ff. eod.* Botcholt. *de vſur. cap.3. num.* 50. & Roderic. *de ann. redit. lib.3. quæſt* 8. *num.* 2. quæ tamẽ, cùm quantitati adiicitur, Iuriſconſultis valde ſuſpecta eſt, quod nunc non attingo.

36 Denique his verbis à ratione vſuræ excluditur, ſi quid ex liberalitate debitoris creditor vltra ſortem conſecutus eſt. Neque enim lex vlla, aut ratio verat debitorem donare ei, à quo gratuitam pecuniam mutuò accepit, ne deterioris conditionis ſit qui alium adiuuit beneficio. Et ſanè ſi licet donare, & bene facere iis, quorum in nos nullum extat beneficium, multo magis in eum liberalitate vti licet, è quo iam beneficium accepimus, vt innuit. *l. ſed & ſi. §. conſuluit. de pet. hæred.* & ita aliis auctoribus citatis tradit Vgolin. *de vſur. cap.8. § 2. num.* 1. Roderic. *de ann. redit. lib.3. quæſt.* 4 a. 101. & ex Theologis Tolet. *inſtruct. Sacerd. lib.5. c.28. num.* 6. & Rebell. *de obligat. inſtit. lib.8. quæſt.* 3. In quo tamen neceſſe eſt, vt ſponte omnino, & ex animi ſententia hæc liberalitas proficiſcatur, vt iidem auctores rectiſſimè docuerunt, & nos alio loco diximus.

35 Ceterùm ex his perſpicuum eſt, quid ſit vſura ſecundo modo ſumpta, actio ſcilicet, qua quis ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, & ex eo tantum, quod tardius ſoluitur, quod ſibi debetur, aliquid vltra ſortem captat, & capit. Quod an honeſtum, & licitum ſit, vel potius iniuſtum, & omni iure prohibitum, quæſtione ſequenti videndum eſt, quamuis ex his, quæ dixi, quid hac de re ſentiam, ſatis colligi poſſit.

QVÆSTIO II.

De malitia, & improbitate vſuræ, & eius prohibitione.

SVMARIVM.

1. *Vſura turpis quæſtus, inhoneſtus, illiberalis.*
   Vſura lucrum doloſum, & inhumanum, iniqua, & humana mercatura.
2. *Vſura Hebræis morſus.*
   Pecunia fœneratoris, fluctus maris.
3. *Fœneratores fures, & deteriores furibus.*
   Fœneratores Harpyæ.
4. *Fœnerari hominem occidere.*
   Fœneratores Piratæ, alupi, humanorúmque corporũ accipitres.
5. *Ex vſuris multa mala proueniunt.*
6. *Vſuris qui maximè obnoxij.*
7. *Agricolæ vrbibus neceſſarij.*
8. *Mercatores vtiles ciuitatibus.*
9. *Intereſt reipublicæ nobiles eſſe.*
   Nobilitas extat ad Remp. bene gerendam.
10. *Agricolæ, & mercatores coguntur ſæpe pecuniam ſub vſuris accipere.*
21. *Nobiles ad æs alienum contrahendum procliues.*
12. *Militis querela apud Liuium aduerſus creditorem.*
13. *Vſura etiam ipſis vrbibus, & prouinciis pernicioſa.*
14. *Aſia, Athenæ, Roma à fœneratoribus vexatæ.*
    Vſura Romæ diſcordiarum cauſa.
15. *Fœnerator lieni ſimilis.*
16. *Extremæ leges in fœneratores ferendæ.*
17. *Solonis lex de debitis abolendis.*
18. *Lucullus Aſiam ære alieno liberauit.*
    Ægyptij ante ius Romanum conſtituerunt, ne vſuræ duplum excederent.
19. *Cæſaris lex pro ære alieno diſſoluendo.*
20. *Edictum Venetorum de contractibus vſurariis corrigendis.*
21. *Edictum Caroli II. Regis Neapolis, & Comitis Prouinciæ in fœneratores editum.*
22. *Et Henrici IV. Galliarum Regis.*
23. *Edictum Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis de eadem re.*
    Licinia lex aduerſus fœneratores.
24. *Mercatura ex fœnerandi licentia intermittitur.*
25. *Vſura iure naturæ prohibita.*
26. *Vſura ſpecies auaritiæ, illiberalis quæſtus.*
    Vſura non minus iure naturali prohibita quam furtum.
27. *Contractus iniuſti iure naturali prohibentur.*
28. *Vſura apud multas nationes probata.*
    Sed non ideo minus iure naturæ illicita.
29. *Sacra Scriptura loca oſtendunt vſuras ſua ſponte illicitas eſſe.*
30. *Iniuſtum eſt vltra ſortem accipere, etiam cum debitor ex pecunia credita lucrum fecit.*
31. *Vſura iure diuino prohibita.*
32. *Conſtitutio Baſilij Cæſaris vſuras prohiben.*
33. *Leonis Nouell. 83. vt ad vſuras trientes, pecuniam mutuare liceret.*
34. *Vſura iure Diuino prohibetur, non tantum quæ ex mutuo percipitur, ſed etiam ex aliis contractibus.*
35. *Vſura omnis in ſacris ſcripturis, & omnino interdicitur.*
36. *Ioannis Borcholt. aſſertio quædam fallax.*
37. *Vſura quantitatibus, quæ ex aliis contractibus, quam mutui, debentur, poteſt accedere.*
38. *Vſura Catholicæ Eccleſiæ iudicio damnata.*
39. *Hæreſis eſt affirmare vſuras licitas eſſe.*
40. *Vſura iure ciuili licita.*
41. *Iuſtinianus non abrogauit leges, ex quibus vſuras ſtipulari, & percipere licuit.*
42. *Leges Ciuiles permittentes vſuras, iniquæ; & omnes abrogatæ.*
    Vſura conſtitutionibus recentiorum Principum prohibita.
43. *Fœneratores variis pœnis coercentur.*
    Inter quas vt eiiciantur vrbibus.
44. *Cato ex Sicilia, Lycurgus ex Sparta fœneratores expulerunt.*
45. *Gregorij decimi conſtitutio, ne quis fœneratoribus exteris domos locet.*

VSVRAM turpe, & inhoneſtum lucrum eſſe, & ſua ſponte illicitum viri grauiſſimi tum veteres, tum recentiores tradiderunt. Nam Ariſtoteles *lib.4. Ethic. cap.1. in fin.* vſurã inter illiberales quæſtus numerat, & fœneratores eodẽ loco ponit, quo lenones, & fures. Seneca lib.7. de benefic. *Quid fœnus*, inquit, *& calendarium, & vſura, niſi humanæ cupiditatis extra naturam quæſita nomina.* & D. Gregorius Nyſſenus *in Eccleſ. homil.* 4. vſuram illum partum eſſe ait, quem parturit quidem auaritia, parit autem iniquitas, & obſtetricatur inhumanitas. Philo verò Iudæus *in lib. de charitate* fœnus vocat ſeruilis, & liberalis animæ ſtudium degenerantis in ferinam immanitatem. Leo magnus in ſermone *de ieiun. 10. menſ.* lucrum doloſum, & quod omni humanitate caret. Diuus quoque Ambroſius *lib.3 offic.* rapinam, & latrocinium. Diuus Baſilius in epiſt. ad Amphiloch. *cap.* 14. iniuſtum lucrum, & *homil. in Pſalm.* 15. iniquam, & inhumanam mercaturam. Plinius quæſtuoſam ſegnitiem. Plutarchus in Lucullo veterem, intolerabilemque peſtem. Accurſ. *in l.90. de verb. oblig.* infeliciſſimum quæſtum. Baldus *in conſ.* 449. *lib.3.* artem nequiſſimam Franciſcus Hotoman. *in diſp. de fœn.* iniuſtam alienorum bonorum euerſionem, depopulationemque. Et Franciſ. Petrarcha Orator, & Poëta clariſſimus *lib.1. de rem. vtriuſque fort.* fœnus *obſcœnam rapinam eſſe* ait, *& ſtudium, quo fœdius vllum inueniri non poteſt, aut vilius, aut tam miſeri prorſus, & deiecti animi indicium: denique fœnerandi artem omnium peſſimam viuendi viam eſſe.*

Et

2 Et iuuat etiam ad fœnoris turpitudinem, & malitiam detegendam, quod viri doctiſſimi paſſim adnotarunt vſuram ab Hebræis *neſchek* appellari, id eſt, morſum, voce ducta à verbo *naſchak*, quod eſt mordere, & tribuitur ſerpentibus: vt enim ſerpens mordet, ita vſura viuos deuorat debitores. vt ait Petr. Gregor. *ſyntagm. iur. ciuil. lib.22. cap.3. num.6.* vnde congruenter huic rei D. Chryſoſt ſuper Matth. ait pecuniam vſurarij ſimilem eſſe morſui aſpidis & D. Ambroſ. eod. lib. de Tob. cap.12. ſimilem eſſe Echidnæ, neque minus flexuoſam, quam ſerpentem, atque in orbem ſe totam colligere, vt caput ſeruet, reliquo flagellare corpore, illud ſolum producere ad vulnera, ſpiris ingentibus, quos comprehenderit ligare, ſolo capite interficere. Et poſt pauca eodem loco, diuerſa eſſe ſerpentibus parturiendi tempora, pecuniam fœnoris à die initæ conuentionis creſcentibus vſuris continuò ſerpere. Et Ariſtophanes, & alij Græci auctores vſuram fingūt belluam immanem, & crudelem, quæ per dies, & menſes argentum ſemper gignit ſerpente tempore, *vt dixi cap.1. & notat* Couuarr. *variar. lib.3. cap.1. num.5.* Denique omiſſis aliis, vix enim finis, D. Ambroſius eod. lib. lib. de Tob. cap.3. pecuniam fœneratoris comparat mari, & fluctibus maris. *Pecunia fœneratoris*, inquit, *eſt fluctus quidam maris, nunquam quieſcit, labitur velut ſcopulo illiſa: ita gremium debitoris percutit, continuo relabitur, vnde proceſſit. Cum murmure venit, cum gemitu reuertitur: frequenter tamen placidum ſtat veneis mare, ſemper fœnoris vnda iactatur. Mergit naufragos, veſtitos exuit, inſepultos relinquit.* & cap. 13. *Mare fœnerator eſt, omnium patrimonia tanquam fluctus abſorbet, & ipſe neſcit expleri, mari pleriq; vtuntur ad quaſtum, hic eſt vniuerſorum naufragium.*

3 Præterea hoc ſatis iudicant infamia nomina, quibus fœneratores ab auctoribus notantur. Nam Ariſtoteles loc. cit. eos furibus pares eſſe cenſet. Et Cato in princ. de re ruſtic. refert à maioribus damnatum furem dupli, fœneratorem quadrupli: vnde colligit fœneratores deteriores eſſe furibus, & D. Baſilius in pſal.14. ait illos debitores perſequi ſicut canes, & leones feras. Alphonſus verò Hiſpaniarum Rex illos Harpyas eſſe dicebat, vt qui veluti Virgilianæ illæ Harpyæ ex rapto viuant. Quod ille ex Plutarcho didicerat, qui *in opuſc. de vſur vitan.* poſt multa ad hanc rem pertinentia grauiter eos monet, qui pecuniam accipiunt ſub vſuris, ne Phinei Regis modo pennatas Harpyas alere velint. Ego lib.2. de laudibus Beati Amedei Sabaudiæ Ducis ſic vſuram deſcripſi:

Virginis os illi, ſermo mitiſſimus oris,
Et mites oculi: ſed hians immane vorago
Ventris, & vnca manus. Tales Phinea quondam
Obſcæno, vt perhibent, fœdarunt atria tactu
Harpyæ, & Strophadum coluere ingentia ſaxa.

4 Idemque Cato interrogatus, quid de fœneratione ſentiret, reſpondit idem eſſe fœnerari, ac hominem occidere, vt refert Marc. Tull. *lib 2. de offic. in fin.* Diuus Ambroſius *d. lib. de Tob. cap.14.* vbi notat priùs hoc à Moyſe dictum fuiſſe. Vnde rectiſſimè idem M. Tullius multi locis, & poſt illum Diuus Auguſtin. ad Macedon. *epiſt.* 54. & ex Poëtis Auſonius *in epigram. de ambig. vit.* inquiunt inopes fœnore, & vſuris trucidari. Idemque D. Ambroſius *cap.4* neque enim piget ſæpe illius teſtimonio vti, vtinam liceret vitam imitari, obijcit fœneratoribus eos mutuam pecuniam dare vt innocentes interficiant: & cap. 10. *nihil intereſt*, inquit, *inter funus, & fœnus: nihil inter mortem diſtat, & ſortem.* Quibus conſtat fœneratores non tantum fures, & prædones, ſed & homicidas eſſe. Amiſſio enim patrimonij, quæ ex fœnore ſequi ſolet, mors quædam eſt, vt Ariſtoteles ait *d. cap.1.* quia inquit patrimonio, & facultatibus viuitur: & pecunia ſanguis, & vita dicitur, qua ſcilicet hæc ſuſtentatur, vt ſcribit Lorinus *in pſalm 14 verſ.5.* vnde non immeritò Platina *lib.2. de optim. ciue* fœneratores deteſtabiliores, quàm latrones, & humani generis domeſticos hoſtes; & Ludouicus Martini Nicienſis Epiſcopus Auguſtæ prætoriæ in epiſtola quadam terreſtres Piratas vocat. Conſtat enim Piratas peſſimum, & iniquiſſimum genus hominum, hoſteſque publicos eſſe. Denique Diuus Ambroſius *loc. cit.* fœneratores lupos vocat, qui noctu irruunt, & humanorum corporum accipitres: illóſque Iudæ, & Diabolo comparat, vt Plutarch. *in d. opuſc. de non fœneran.* eorum ſeruos flagitioſos, & immanes eſſe ſcribit ſicut quos Plato ait apud inferos tortores inſtare impiis: & Bald. *loc. cit.* veluti leonea famelicos ſemper quærere, quem deuorent.

5 Denique vſuram rem exitialem, & nefariam eſſe oſtendunt mala, quæ ex fœnerandi licentia proueniunt. Vſu enim compertum eſt, & magnis demonſtrarut exemplis illam, poſtquam ob Magiſtratuum, & Principum conniuentiam inualuit, quamplurimas calamitates, & damna vrbibus, & Prouinciis inferre. Nimirum hinc patrimonia ciuium euerti, & familias totas in ſummam egeſtatem redigi, & ſuis ſedibus, & laribus exterminari, Inter ciues lites, & diſcordias oriri, oppida denique ipſa viris, & viribus diſtitui. † 6 Nam triplex hominum genus poriſſimum auaritiæ, & inſidiis fœneratorum obnoxium eſt. Hi ſunt nobiles, mercatores, & agricolæ, quos vt Reipublicæ vtiles, & neceſſarios eſſe certiſſimum eſt, ita intelligi poteſt, qui iſtius generis homines euertunt ciuitatibus pernicioſos eſſe, & de Republica peſſimè mereri.

7 Agricolas ſanè vrbibus neceſſarios eſſe ſcribit Ariſtot. *lib.7. Politic.* & Calliſtratus *in l 2. D. de nundin.* eſt enim ager hominibus viuendi pater, vt ex Stobæo ſcribit Renat. Choppin. *de priuil. ruſticor. 3. part. lib.2. cap.3. num 4.* neque Ciuitas ſine agris, & eorum fructibus creſcere, & conſiſtere poteſt, neque populum ſuum tueri, vt ait Vitruu. *de architect. lib.2.* & ſine agricultoribus nec conſiſtere mortales, nec ali poſſe manifeſtum eſt, vt ſcribit Columell. *in præfat. lib.1. de re Ruſtic.* & proinde multa iure ſingulari conſtituta ſunt, ne agrorum cura, & arationes deſerantur vt *in l. 7. C. quæ res pign. oblig. poſſ. l.1. & 2. C. ne ruſtic. ad vllum. obſeq. deuoc. l.1. & 25. C. de agric. & cenſ.* & aliis locis quæ latiſſimè proſequitur idem Choppin. *d. lib. 2.* & Argentr. *ad conſuet. Britann. art. 279. gloſ.1.* & Connan. *lib.4. cap.10.*

8 Mercatores quoque vtiles & neceſſarios ciuitatibus eſſe ſcribit idem Ariſtotel. *eod. eod. loc.* & Plato *lib.2. de legib.* & & conſtat etiam *ex d. l. 2. de nundin. & ex l.1. & 3. D. de iur. immunit. lib.6. C. Theodoſ. de luſtra. collat. & ex nouella Iuſtiniani de argent.* & notat Petr. Gregor. *de Rep. lib.2. cap.1. num.1.* & Marc. Anton. Surgent *de Neap. illuſtr. lib. 1. cap.24. n. 24.* Hinc etiam impletur incolis ciuitas, abundatque iis, quæ ad vitam ſunt neceſſaria vt veriſſimè dicunt Impp. Theodoſ. & Valent. *in edict. de Pantap. ad vrbem Roman. reuoc.* & ciues omnes variis opificiis occupantur, quæ mercaturæ inſeruiunt, & quodammodo famulantur: & dum merces inuehuntur, & euehuntur tributa, & vectigalia præſtari ſolent, quæ M. Tullius *in orat. pro Pompeio*, & Vlpianus *in l.1. §.20. ff. de quaſt.* neruos Reipublicæ vocant: & Mutianus apud Vopiſcum in Veſpaſiano, neruos imperij: & Nicolaus Cauſſinus *in Boetio ſect.4* animam, & vitam populorum.

9 Intereſt quoque Reipublicæ nobiles eſſe viros dignos maioribus ſuis, vt teſtis eſt idem M. Tullius *in orat pro Sextio*, & Vlpianus *in l.1. §. ſed etſi ff de ventr. inſpic.* & Hereshach. *lib. 2. de erud. Princip. Liber. cap.* 10. Etenim qui verè nobiles ſunt pro ſalute Reipublicæ excubant obliti commodorum ſuorum, & vitam periculis exponunt, & ſunt veluti membra Principis, vt ait idem Petr. Gregor. *eod. lib. cap.12. num 11.* vel ait Nouella 1. Maioriani *de curialib.* & edictum Athalarici Regis apud Caſſiodor. *variar. lib.9. cap.2.* nerui, & viſcera Ciuitatum. Magna etiam nobilitatis auctoritas eſt in populo, qui nobilibus viris, magiſtratum gerentibus facilius paret, vt obſeruat Tiraq. *de nobilit. cap.10. num.8.* vnde Cicero *in d. orat. pro Sextio* nobilitatem blandam conciliatriculam vocat. Denique nobilitas maiorum, & claritudo ſanguinis excitat ad rempublicam, fortiter præclareque gerendam, quaſi nobilibus viris ea impoſita neceſſitas videatur, ne à maiorum virtutibus degenerent, & vt eorum facta vel ſuperent, vel imitentur, vt tradit Plato *in Menex* & apud Stobæum *ſermon.51. in fin.* & ex Boëto Laurent Grimal *de optimo Senat. lib.1.* & Regens Valenz. *conſil.163. num.94.*

10 Sed quia ruſticorum patrimonia vis grandinis, & ſterilitas

litas annorum,tranſitus,& incurſus militum tributa diffici-li tempore indicta, & imprudentia rei gerendæ ſæpiſſimè euertunt:mercatorum verò res infidæ nauigationes Piratarum, & latronum inſidiæ, noua vectigalia, inopina bella, inſtitorum, decoctorumque perfidia, caſuſque alij plerumque proſternunt, vnde Cato initio de re ruſtica quamuis rem mercaturis quærere non reprehendat, hoc tamen periculoſum, Calamitoſum eſſe ait: illos neceſſitas ſæpe adigit pecuniam ſumere fœnore, & mercatores præſertim,vt Horatius dicit,indociles pauperiem pati. Quamobrem vſurarum currentium & recurrentium mole,ac peſte oppreſſi coguntur hi foro cedere, illi agros,& patriæ fines deſerere,vt relatum eſt in Nouell.32.& 33.

11 Nobiles etiam cum luxui, & ludo indulgere ſoleant, & nihil penſi, & moderati habere, & ſua profundere, vt Salluſtius ait *in Coniur.Catilin.* procliues ſunt ad æs alienum contrahendum, ad diſſoluendum difficiles. Ex quo fit, vt eorum patrimonia conſpiratione creditorum in varias perſonas ſæpiſſimè diſtrahantur: & rebus amiſſis, & amiſſo patrimonio vel fame, & mœrore pereunt, vel ſe turpibus, & ſordidis miniſteriis immiſcere coguntur, vt de quibuſdam primæ nobilitatis viris, quos egeſtas in arenam conieceerat, ſcribit Seneca *epiſt.* 100. & Iuſtus Lipſius *Saturn. lib.2.cap.3.* ſæpe etiam euenit, vt parentibus defunctis filij maiorum fideicommiſſa eruant, & bona, quæ à defuncto poſſidebantur, pignori obligari, & alienari non potuiſſe contendunt, & hac ratione creditores eludant, quod publicè etiam calamitoſum eſt.

12 Hæc verò omnia probant quærelæ illius militis, cuius oratione ſeceſſio plebis Romanæ in montem ſacrum facta eſt auctore Liuio. Queſtus enim eſt, ſe militantem, quia propter populationes agri non fructu modò caruiſſet, ſed villa incenſa fuiſſet direpta omnia pecora abacta, tributum iniquo tempore imperatum, æs alienum feciſſe,id cumulatum vſuris primo ſe agro paterno, auitóque exuiſſe, deinde fortunis aliis, poſtremo veluti tabem perueniſſe ad corpus, ductum ſe à creditore in ergaſtulum. Nobiles etiam illi apud Salluſtium querebantur *ſibi more maiorum vti lege non licuiſſe, neque amiſſo patrimonio corpus liberum habere.*

13 Nec tantum priuatorum domibus hæc peſtis nocet, ſed etiam oppidis, & municipiis, quæ ſi forte adminiſtratorum negligentia debita nutriunt, ſub mole æris alieni in dies excreſcentis tandem ſuccumbunt, & verſuram facere coguntur: aut ſi nulla ſpes eſt, rigidis, crebriſque creditorum exactionibus dilaniantur, & cum nihil de publico supereſt, ſæuit in municipes auaritia vix collecta abripitur meſſis, vix redacta aufertur vindemia, abiguntur pecora, neque tenui ſupellectili parcitur, qua ſub fumoſis tectis ad vitæ ſubſidium vtebantur. Et nimis verum eſt, quod Salluſtius ait eod. loc. auaritiam belluam feram immanem, intolerandam eſſe: quo intendit, oppida agros, fana, do-
14 mos vaſtare. † Refertque Iuſtinianus *in dicta nouella.* 32. incolas Æmi Thraciæ montis ita olim à fœneratoribus vexatos fuiſſe, vt plerique diffugerint, plerique fame perierint, & triſtiſſima peſtis inde orta fuerit hoſtium incurſione non inferior, Athenis quoque, & in Aſia, aliiſque regionibus creditores olim non ſolum bonis debitores ſuos expoliaſſe, ſed etiam eis, & eorum Liberis libertatem ademiſſe, illoſque variis modis afflixiſſe proditum eſt. Plutarchus in Lucullo: *urbes Aſiæ fæneratores & publicani vſque adeò dilacerabant,vt priuatim ingenui liberi,filiaque virgines, publicè verò donaria, picturæ, deorúmque ſtatuæ venderentur. Hoc autem etiam illis vice tributi impoſitum erat, vt addicti ſeruirent, & quæ longe duriora, turpioráque videbantur, vincula, carceres, tormenta ſubire, ſole ſub ardenti laboribus obrui, rigidiſſimâ hyeme in luto, glacieque verſari cogebantur, vt cum his ſeruitus comparata pax quædam, & leuamen fœnoris videretur.* Et D. Ambroſius eod. lib. de Tobia: *vidi miſerabile ſpectaculum, liberos pro paterno debito in auctionem deduci* Quod etiam D. Baſilius memorat in pſalm. 14. vt notat Cuiac. *in nouell.* 134. Hinc etiam in republica Romana crebros ſeditionum turbines prodiiſſe conſtat ex illo Liuij loco, & ex Tacito *annal. lib.* 6. vbi hoc vetus vrbi malum, & diſcordiarum crebertimam cauſam, & nunquam ſatis repreſſam fuiſſe commemorat.

15 Et ſanè quod ſcribit Aurelius Victor Traianum optimum Principem dicere ſolitum fuiſſe, fiſcum lienem eſſe, quòd eo creſcente reliqui artus contabeſcant, rectè de fœnerarotibus dicere licet, quia dum hi furtis, & vſuris facultates augent, reliqui ciues ad egeſtatem rediguntur quod quidem publicæ vtilitati repugat, vt ſcribunt iiſdem verbis Maiol. *canicul. dier. lib.* 3. Boni. *lib. de furt.* §.4. expedit, vterque ait, vt fortunæ priuatorum apud multos ſint, & non à paucis fœneratoribus occupentur, vt quando opus fuerit, omnibus membris ſuum robur in vnum conflantibus poſſit Reipublicæ corpus validè conſiſtere, & ſe ipſum tueri. Alioquin etiamſi infima membra deficiant, facilè concider. Homo enim quamuis robuſtiſſimus, inutilis redditur, ſi aut manus debiles, aut pedes infirmos habeat. Et congruenter huic rei M. Tullius *lib.3. de offic. Vt ſi vnumquodque membrum ſenſum hunc haberet vt poſſe putaret ſe valere ſi proximi membri valetudinem ad ſe traduxiſſet, debilitari, & interire totum corpus neceſſe eſt: ſic ſi vnuſquiſque noſtrum ad ſe rapiat commoda aliorum, detrahátque quod cuique poſſit emolumenti ſui gratiâ ſocietas hominum, & communitas euertatur neceſſe eſt.*

16 Quamobrem cùm eò deuentum eſt, vt in extremis malis fieri ſolet, ad extrema remedia recurrendum eſſe, & Principes id ad ſuam curam, & ſolicitudinem reuocare debere ſuadent Zaſius *lib. de legib.* Petr. Ærod. *rer. indicat.lib.4.tit.1.cap.6.* Maiol.& Bonifac.*loc.cit.* & Petr. Greg. *de Rep.lib.23.cap.6.*& aliorum exempla tum vetera, tum recentia commonent. Nam Megarenſes exacto Theagene tyranno cum multa petulanter geſſiſſent, hoc præclarè conſtituerunt, legem ſcilicet de vſuris repetendis, vt refert
17 Plutarch.*in quæſt.rer.Græcar.*† At verò Solon Athenis,vt pacem, & quietem in Republica retineret, legem tulit, ne pecuniarum creditarum actio petitióque eſſet. Quæ licet ab initio locupletioribus, & tenuioribus dura videretur, poſtea tamen compoſitis rebus in rei memoriam, & gratiarum actionē publicum ſacrificium inſtituerunt quod σεισάχθειαν id eſt, excuſſionem oneris appellarunt, vt idem Plutarchus refert in eius vita, & Diogen.Laert. *lib.1.cap.7.*

18 Lucullus verò cum Aſiæ ciuitates ob belli onera publicè & priuatim ære alieno oppreſſas comperiſſet, modū vſuris adhibuit, & Aſiaticos magna ex parte debitis exonerauit,vt idem Plutarchus auctor eſt in eius vita: & notat Duaren.*ad tit.de vſur.cap.3.* Lucullum inter cætera decreuiſſe, ne vltra duplum vſuræ exigerentur, quod deinde iure ciuili receptum eſt, *l.26.§.1.de condict.indeb l.10.& 27.C.de vſur.& in nouell.de vſur.ſupra dupl.non comput.* & diu ante ius Romanum ab Ægyptiis ſancitum eſt, vt refert Diodor.Siculus *lib.2.*& ex Diodoro Cuiac.*obſer.lib.5.cap.38.* Romæ etiam ad ſedandos ſeditionum turbines variis legibus huic malo obuiam itum eſt.Inter quas Genutia fuit ne omnino fœnare liceret, vt refert Liuius *lib.7.*& Tacitus *loc.cit.*

19 Denique Caius Iulius Cæſar, vt ipſe refert *lib.3. de bell. ciuil.* & Sueton in eius vita *cap.42.* conſtituit, vt debitores creditoribus ſatisfacerent per æſtimationem poſſeſſionum ab arbitris ad hoc datis factam, deducto ex ſorte, ſi quid vſuræ nomine numeratum, aut præſcriptum fuiſſet. Quod & ad timorem nouarum tabularum tollendum, minuendumque, & ad debitorum tuendam exiſtimationem aptiſſimum putauit. Cuius rei meminere, & valde probant Zaſius *loc.cit.* Sigon *de antiq.iur.Roman.lib.2 cap.11.* Roſin *antiq.Roman.lib.8.cap.20.*& Petr.Gregor *d.cap.5.*

20 Sed vt recentiora quædam commemorem, extat apud eoſdem Maiolum,& Bonifacium exemplum litterarum Andreæ Vendramini Venetorum Ducis ad Benedictum Triuiſanum, & alios magiſtratus Taruiſij,vt de vſuris,& iniuſtis pretiis frumenti,& aliarum ſpecierum,aliiſque illicitis contractibus diligenter inquirerent,& omnibus contra quoſcūque nullâ habitâ ratione cuiuſuis chirographi, inſtrumenti, vel reſcripti, ſolâ facti veritate inſpectâ ius dicerent omni appellatione niſi ad Senatum, & Ducem interdicta.

Carolus

21 Carolus quoque II. Neapolis Rex, & Prouinciæ Comes anno 1294. cum in Prouincia immodicæ, & intolerabiles vſuræ agitarentur, ſubditorum quætelis permotus conſtituit, vt de vſuris, & vſurariis contractibus quæreretur, huius rei notione delegata Epiſcopis Prouinciæ, & magiſtratibus Auenionenſibus, quibus inter cætera mandatum eſt, vt contractus, & conuentiones omnes fœneratitias reſcinderent, & nexos hiſce vinculis liberarent, auctore Cæſare Noſtradamo Hiſtor. Prouinc. lib. 3.

22 Et ætate noſtrâ Henricus IV. Galliarum Rex rebus, & bello, & pace geſtis verè Magnus, poſt recuperatum regnum, & pacem ſuis ſubditis reſtitutam, cum oppida, & ciuitates multo ære alieno oppreſſas comperiſſet, idque ita cumulatum vſuris, vt illi diſſoluendo, neque publicæ, neque priuatæ opes ſufficerent, iuſſit vt de iuſtitia, & veritate contractuum, & obligationum quæſtio diligens haberetur, iudicibus ad id ſpecialiter delegatis, & vt pretia rerum loco pecuniæ creditarum ad verum valorem redigerentur, qui erat tempore contractus: & vſuras pecuniarum creditarum, vel ſuſtulit, vel moderatus eſt, conſtituitque etiam, vt debita æquis portionibus per triennium ſoluerentur. Qua ratione vniuerſam ferè Galliam non minus vſuris, quā bello ciuili afflictam priſtinæ tranquillitati reſtituit.

23 Hos imitatus Sereniſſimus Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux, vt Nicienſis comitatus pagis iam iam ſub mole æris alieni ſuccumbentibus opem ferret, de vſuris reſtituendis, & contractibus vſurariis corrigendis legem tulit, quæ ad legem Liciniam, qua auctore Liuio ſancitum eſt, vt deducto eo de capite, quod vſuris pernumeratum eſſet, id quod ſuperetat triennio æquis penſionibus præſtaretur, & ad illam Cæſaris, & Magni Henrici IV. proxime accedit. Et præterea cenſus annuos ad reditus ſemiſſes redegit, & redituus reddituum, qui paſſim à miſeris debitoribus exigebantur, penitus aboleuit. Et audiui maximum Ducem noſtrum, cùm apud eum cum D. Ioanne Franciſco Villario legatione fungerer, dicentem putare ſe huius rei coram Deo reum futurum, niſi huic malo remedium aliquod attuliſſet.

24 Sanè inter cætera valde Principem mouit, vt negotiationes, & commercia in vrbem hanc reſtitueret, quæ ex licentia, & conſuetudine fœnerandi intermitti conſtat ex *cap. 3. de vſur* & tradunt Petr. Gregor. *de vſur. lib. 2. cap. 1. num. 8.* Villeg. *eod. tract. quæſt. 2.* Ioann. Bapt. Lup. *de commerc. illicit. comment. 1. num. 5.* & Gallus quidam *de Rep. lib. 5. cap 2.* & vſu compertum eſt, mercatoribus, & locupletibus viris dulcedine vſurarum, vt loquitur Vlpian. *in l. 10. §. ſi quid ff. quæ in fraud.* ſe ad vſuras tanquam ad certius lucrum conuertentibus. Quod Antuerpiæ, quæ fuit olim inter emporia nobiliſſima, ob immodicas vſuras, quæ ſub ſpecie depoſiti in ea Ciuitate agitabantur, contigiſſe refert Ludouic. Guicciardin. *in deſcript. inſer. German.*

25 Atque ex his omnibus colligi poteſt vſuram iuri naturali contrariam eſſe. Quod multis argumentis oſtendit Didac. Couarr. *d. cap. 1. num. 5.* ego hanc vnam rationem nunc adfero, quia vt furari, & rapere, & ex aliorum ſpoliis locupletari iure naturæ prohibemur, vt docuit M. Tullius *lib. 3. offic.* dum ait naturam non pati, vt aliorum ſpoliis noſtras facultates, copias, opes augeamus: & liquet ex *l. 14 ff. de condict. indeb. & ex l. 206. de reg. iur.* in qua Pomponius ait iure naturæ æquum eſſe neminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem: & apertiſſimè ex *l. probrum. 41. ff. de verb. ſignific & l. 1 in fin. ff. de furt.*

26 Ex quibus compertum eſt furta natura turpia eſſe, & lege naturali prohiberi: ita & iure naturæ prohibitum eſt fœnerari. Quod valde congruit doctrinæ Philoſophi *in d. cap. 1.* vbi de liberalitate diſſerens docet actus liberalitatis honeſtos eſſe, quia ſunt actus virtutis: illam inter duo extrema poſitam eſſe, profuſionem, & auaritiam: hanc in duobus conſiſtere, in defectu dandi, & exceſſu capiendi. Qui in dando deficiunt, parcos, tenaces, aridos dici, qui aliena non appetunt, nec accipere volunt. Quoſdam verò in capiendo exuperare, vndique, & quiduis capientes: inter hos eſſe lenones, fures, & fœneratores, & qui dant parua pro magnis. Hi namque omnes, vnde non oportet, & quantum non oportet, accipiunt: denique communem eſſe illis omnibus comparationem turpis lucri. Ex quibus manifeſtum eſt ſecundum doctrinam Ariſtotelis vſuram ſpeciem auaritiæ eſſe, & illiberalem, & turpem quærendi artem, ideoque iuri naturali non minus contrariam eſſe quam furtum, & lenocinium, quæ conſtat iure naturali prohiberi ex *d. l. 1. in fin. de furt. & l. 4 2. de verb. ſignif. & nouell. Theodoſ.* 18. in qua Lenocinium turpiſſimus quæſtus, & impia conductio eſſe dicitur, labes, & ignominia Reipublicæ, & eleganter Aſcon Pedian. *in act.* 3. in Verr. *maleficia*, inquit, *ſponte & non diſputatione Iuriſconſultorum, ſed naturali interpretatione fugienda ſunt* † Denique hæc confirmantur 27
omnia, quia commercia, & commutationes iniuſtæ iure naturali prohibentur. Eſt enim ius naturale ratio, & via quædam nobis natura ipſa affixa, quæ dicta vt in contractibus, & permutationibus æqualitatem ſeruemus, vetatque ne quis alterum lædat, & plus accipiat: denique ne ſit in lucro cum alterius damno, *d. l. 14. de condict. indeb. & l. iure natura. ff. de reg. iur.* & conſtat etiam ex his, quæ diſſerit Ariſt. *lib. 5. ethic. cap. 2. & 5.* quibus in locis docet iniuſtum eſſe, qui in commerciis plus capit, & iniqua illa eſſe commercia, in quibus plus, & minus interuenit, illud lucrum, hoc damnum vocari, iuſtum verò medium eſſe inter damnum, & lucrum, id eſt æquum. Quapropter cùm lis eſt, inquit, itur ad iudicem, qui rem ad æqualitatem redigat, ſed in negotiis vſurariis adeſt plus, & minus, creditor enim in lucro eſt, cùm plus capiat, quam dederit & vſura lucrum eſt, vt dixi *ex l. 17. §. ſi pupillo. de vſur.* & Harmenop. *epit. lib. 1 tit. 15.* vbi vſuram acceſſorium lucrum vocat; ergo vſura ſua ſponte iniuſta eſt, & iuri naturali contraria: Quod multis probat Didacus *loc. cit.* vt dixi, & Gregor. de Valent. *in diſp. de vſur.* Valer. Reginald. *lib. 25. cap. 4. num. 49.* Malder. *tract. 5. cap. 3 dub. 3.* Salas *in lib. de vſur. dub. 3. num. 3.* & optimè omnium Molin. *in diſput. 304. num. 4. & 13.* vbi tamen notat rationes Didaci, & aliorum videri rem hanc non tam efficaciter perſuadere.

Neque obſtat, ſi obiicias vſuras non videri iure naturali 28
eſſe prohibitas, quia ex eodem Ariſtotele *loc. cit.* ius naturale eſt, quod vbique eandem vim habet, conſtat autem vſuras olim apud multas gentes probatas, & receptas fuiſſe, vt apud Romanos, Græcos, Ægyptios, alioſque. Sed reſpondeo verba Ariſtotelis non ita accipienda eſſe, vt ius naturale ſit, quo omnes vtuntur, ſed quod ſuapte natura tale eſt, vt omnes obliget, licet non omnes huic iuri parere velint, aut cognoſcant illi parendum eſſe. Vnde Ariſtoteles, dum definit iuſtum naturale, non ſimpliciter ait eſſe id quod vbique eandem vim habet, ſed addit, & non quia videtur, vel non videtur. Quaſi dicat obligationem iuris naturalis ex ipſa æqualitate, & adæquatione rerum prouenire, nec pendere ex humana voluntate, & iudicio, vt rectè docet Rebell *in 1. par. de obl. iuſtit. lib. 1. quæſt. 2. n. 5. & 7. in fin.*

Neque mouere debet, quod diſputat Ioann. Borcholt. *d.* 29
cap. 1. de vſur. num. 2. & infra, vt oſtendat vſuram iure naturæ non eſſe illicitam, tum quia fatetur illam multis ſacræ Scripturæ teſtimoniis interdictam eſſe, neque probat Molinæi, Donelli, & aliorum quorundam ſententiam exiſtimantium illis locis vſuram tantam prohiberi, cum debitor nimium opprimitur, & ne lucri cauſa proximo noceatur, ſed verius eſſe iure diuino indiſtinctè, ſiue proximo noceatur, ſiue non noceatur, vſuras prohibitas eſſe, ex quo ſequitur, quod ille negat, etiam iure naturæ illicitas eſſe. Niſi enim naturali iure illicitæ eſſent, prohibitiones aperiſſimæ, quæ tot locis veteris teſtamenti leguntur, hodie nullā vim obtinerent, quia non pertinerent ad præcepta moralia, ſed ad iudicia, & ceremonias veteris legis, quæ Chriſti morte ceſſarunt. Sed in illis nullum eſt veſtigium præcepti iudicialis, aut ceremonialis, vt animaduertit Molin. *loc. cit. num.* 14. ſubiiciens loca ipſa veteris teſtamenti ſatis apertè innuere vſuram ex ipſa rei natura malam, & illicitam eſſe. Atque etiam quia Borcholt. *num. 9.* fatetur etiam iure naturæ prohibitam eſſe, cum debitor nihil ex pecunia mutuo accepta lucri fecit, & tunc aduerſari naturæ, vt plus quam dedimus, exigamus, quamuis etiam putet ſecus eſſe, quando debitor ex noſtra pecunia commodum ſenſit, & hoc caſu contra naturam non eſſe exigere, quod non dedimus, ſed naturam potius permittere, vt cum debitoris

Digitized by Google

commodo noſtrum quoque commodum quæramus, quod
30 tamen falſum eſt. † Nam licet ex pecunia fœnore ſumpta debitor commodum, & vtilitatem ſentiat, iniuſtum tamen eſt aliquid vltra ſortem exigere, quia ex natura rei iniuſtum eſt, & contra iuſtitiam commutatiuam plus exigere, aut accipere quam datum ſit, niſi aliud quid interueniat, ratione cuius id licitè ſuper exigatur, cuiuſmodi non eſt ſola fruſtratio debitoris, & ſolùm tempus tardæ ſolutionis, in quo ratio vſuræ, poſita eſt, vt præcedenti capite tractatum eſt. Iuſtitia enim commutatiua non vtitur comparatione rationis, quaſi æquum, honeſtumque ſit, vt ſi quid debitor lucri fecit, id cum creditore commune ſit, ſed arithmeticâ, id eſt, rei ad rem, eiuſque natura eſt in commutationibus æqualitatem conſtituere, ita vt quantum cuique abſit, tantum recipiat, vt docet Ariſtot. *d. lib. 5. cap. 4.* & Molin. *loc. cit.*

31 Neque tantum iuri naturali vſuræ contrariæ ſunt, ſed & iure Diuino prohibitæ, *Exod. 22. Leuit. 25. Deuter. 23. Ezechiel. 18. Luc. 6.* aliiſque locis plurimis, ex quibus Theologi, & iuris auctores frequentiſſimo omnium conſenſu rectiſſimè docent vſuras iure Diuino prohiberi, vt teſtatur Auguſtin. Bero. *ad tit. de vſur. numero* 74. Couarr. *loc. cit.* Petr. Gregor. *de vſur. lib. 2. cap. 1. 13. & ſeq.* Morla *in empor. iur. par. 1. tit. 8. quæſt. 15. num. 11. & 12.* Roderic. *de ann. redit. lib. 3. quæſt. 4. num. 4.* Felician. *de cenſib. lib. 1. cap. 5. numero 16.* & Cuiac. *ad d. C. ad noſtram. de iureiur.* vbi ex antiqua decretali ait vſurarum crimen eſſe deteſtabile, & horrendum valde, & vtriuſque teſtamenti pagina damnatum. Quod etiam tradit Borcholt. *d. cap. 1. num. 4.* vbi ait iure Diuino indiſtinctè vſuras prohibitas eſſe.

32 Et licet ſuperfluum ſit ad rei tam claræ probationem quicquam addere, ſubiiciam tamen duo præclara huius rei teſtimonia, quæ à paucis prodita ſunt. Primum eſt ex conſtitutione Baſilij Imperatoris, quæ extat apud Harmenop. *epit. lib. 3. tit. 7. in fin.* qui malè eam tribuit Leoni, vt notat Cuiac. *in l. 20. C. de vſur.* illius autem hæc verba ſunt: *Etſi maiorum noſtrorum pleriſque viſum eſt, tolerandam eſſe vſurarum ſolutionem, fortè propter creditorum moleſtias, & incommoda, nos tamen, vt noſtra republica Chriſtiana, pene indignam auerſandam, & execrandam eſſe cenſuimus, tanquam iure Diuino interdictam. Ideòque, noſtra vetat Serenitas, ne cuiquam omnino in vllo negotio liceat vſuras accipere, vt ne dum iuri ſeruando ſtudioſius addicti fuerimus, legem Dei violemus: ſed etſi quis, vel tantillum ceperit, ſorti imputator.*

33 Alterum eſt ex Leonis *nouell.* 84. in qua licet dictam Baſilij conſtitutionem abrogauerit, & vſuras trientes permiſerit, fatetur tamen diuinis legibus prohiberi. Sic namque conſtitutio ait: *Si à ſpiritus legibus ita ſe mortale genus regi ſineret, vt humanis præceptis nihil indigeret, id verò, & decorum & ſalutare eſſet. At quoniam ad ſpiritus ſublimitatem eleuare, diuinæque legis vocem amplecti non cuiuſque eſt; ac verò quos huc virtus ducat, numero valde pauci ſunt, bene ſe adhuc res haberet, ſi ſaltem ſecundum leges humanas viueretur. Quæ vocantur pecuniæ creditæ vſuræ, vbique à ſpiritus decreto condemnantur. Id ſciens pater noſter æternæ memoriæ Princeps vſurarum ſolutionem ſanctione ſua prohibendam putauit. Atqui propter paupertatem non in melius res illa, quem tamen finem legiſlator propoſuerat, ſed contra in peius vergit. Qui enim ante vſurarum ſpe ad mutuandam pecuniam prompti fuerant, poſt latam legem, quod nihil lucri ex mutuo percipere poſſint in eos, qui pecuniis indigent, difficiles, atque immites ſunt &c. Breuiter, propter redundantem in humana vita peruerſitatem, non modo non profuit legis virtus, verum etiam obfuit. Quanquam igitur ex ſe legem culpare nequeamus: propterea tamen quod humana natura ad illius ſublimitatem non perueniat, egregium illud præſcriptum abrogamus, ac in contrarium ſtatuimus, vt æris alieni vſus ad vſuras procedat, idque quodammodo veteribus legiſlatoribus placuit ad trientes centeſimæ nempe, quæ quotannis in ſingulos ſolidos ſingulas fœneratoribus ſiliquas pariunt.* His ergo Baſilij, & Leonis conſtitutionibus manifeſtum eſt vſuras iure Diuino prohiberi; vt etiam obſeruatunt Petr. Gregor. *loc. cit.* Anton. Faber *de erroribus pragmaticor. Decad. 10. err. 1. num. 1.* & Ioann. Borcholt. *d. cap. 1. num. 4.*

Cæterùm non placet, quod idem Borcholt. *eod. loc. n. 5.* 34
ait ex eo, quod Leonis conſtitutio nominatim de pecunia credita loquitur, & pecuniæ creditæ vſuras à ſpiritus decreto condemnari affirmat, Imperatorem Leonem ſenſiſſe legibus diuinis vſuras in vniuerſum non damnari, ſed eas dumtaxat, quæ ex pecunia credita ſiue mutuo data ſoluuntur. Et ſi loca ex ſacris literis adducta diligentiùs inſpexerimus, facilè deprehendi loqui ea de pecunia mutuo data aliiſque rebus, quæ conſtant numero, pòndere, & menſura: denique quod de vſura pecuniæ creditæ dicitur, neutiquam ad vſuram in genere trahendum eſſe, cùm maxima ſit inter vſuram pecuniæ creditæ, & inter vſuram ex alia cauſa debitam differentia, & illam proptec lucrum, hanc propter damnum auertendum infligi, vt latius proſequitur *cap. 2. num. 7.* Etenim verius eſt vſuram omnem, ſiue ex pecunia mutuo data, ſiue ex alia cauſa debita exigatur, vt iure naturali, ita legibus diuinis condemnari ſemper enim vſura eſt, & iniuſtum lucrum, niſi creditoris interſit. Quod ſatis indicat conſtitutio illa Baſilij Cæſaris, quæ generaliter, & ſimpliciter vſurarum ſolutionem Chriſtiana Republica penè indignam, & iure Diuino interdictam eſſe: & generaliter vetat, ne cuiquam omnino in vllo negotio liceat vſuras exigere. Neque ex eo quod Leo Cæſar nominatim de pecunia credita loquatur, ſtatim ſequitur illum ſenſiſſe vſuras tantùm iure diuino condemnari, quæ ex pecuniis mutuo datis exiguntur, quia pecunia credita etiam dicitur, quæ ex aliis cauſis debetur. Credendi enim generalis appellatio eſt, & continet pecuniam ex quocunque contractu deditam *l. 1. ff. ſi cert. pet.* quare congruentius eſt, vt dicamus vtrumque, id eſt, Baſilium, & Leonem ſenſiſſe vſuram, ex quacumque pecunia credita exigatur, ſacris conſtitutionibus improbari. † Et li- 35
cèt loca ſacræ Scripturæ frequentiùs eam vſuram laceſſant, quæ in mutui datione exercetur, id tamen eſt, quia frequentiùs, & turpiùs in pecuniis mutuo datis auaritia graſſatur, & debitores rodit: neque deſunt loca in quibus vſura ſimpliciter reprehenditur, & damnatur, vt Ezechiel. 22. *vſuram, & ſuperabundantiam accepiſti*, & in oratione Nehemiæ *lib. 2. cap. 5.* qui exprobrat Iudæis, *vſuraſne ſinguli à fratribus veſtris exigitis?* & *Pſalm. 54. non defecit de plateis eius vſura, & dolus*: & Dauid *pſalm. 21.* de Chriſto loquens inter eius beneficia cenſet, *ex vſuris, & iniquitate redimet animas eorum.* Denique Prouerb. 28. *Qui coaceruat diuitias vſuris, & fœnore: liberali in pauperes congregat eas,* &c. *oratio eius erit execrabilis.* Et hic locus vnus meo iudicio ſatis eſt, vt dicamus non tantùm fœnus, id eſt vſuras pecuniæ mutuo datæ, ſed quamcunque vſuram iure diuino prohiberi. † Denique vt aſſertio huius auctoris fallax, &
captioſa deprehendatur, notandum illum duo conſtituere, 36
vſuram ſcilicet quæ ex pecunia mutuo data percipitur, iure diuino prohiberi, & hoc veriſſimum eſt, & nemo eſt qui id neget, niſi qui à Molinæo imbuti ſunt: & præterea vſuram ex alia cauſa debitam non damnari, quia propter damnum auertendum infligatur, quod excedit terminos quæſtionis noſtræ. Non enim quærimus, an vſura quæ debetur ob damnum ſarciendum, quod creditor ſenſit aduerſarij culpa, iuri diuino repugnet. † Certum enim eſt damnum huiuſmo-
di iure optimo deberi, & nulla lege prohibitum eſſe: ſed 37
hoc vſura impropriè, & ineptè dicitur: denique non eſt vſura, ſed id quod intereſt, quod ſeparatum eſt ab vſura, *l. 2. in fin. de eo quod cert. loc. l. vlt. ff. de per. & commod. rei vend.* Sed quærimus de vſura, quæ ex ſola mora, & ſolo tempore tardæ ſolutionis, & pro ratione temporis præſtatur, vt dictum eſt, & quæ accedit ſorti, cùm creditoris nihil intereſt, & hanc dico illicitam eſſe, & iure diuino interdictam, ſiue accedat pecuniæ, quæ mutuo data eſt, ſiue quantitatibus, quæ ex depoſito, mandato, & aliis contractibus, quam mutui, debentur, quia cùm ponamus nihil intereſſe creditoris, vera vſura eſt. Porrò vſuram quantitatibus, quæ ex aliis contractibus debentur, accedere poſſe veriſſimum eſt ex *l. 24. ff. depoſ. l. 23. §. 1. ff. de except. rei indic. l. 10. ff. mandat.* & tradit idem Borcholt. *cap. 2. num. 6.* & nos diximus *cap. 1. num. 7. & 8.* Quamobrem reiecta huius auctoris diſtinctione, quemadmodum id quod intereſt rectè exigi poteſt,

ſiue

ſiue pecunia ex mutuo, ſiue ex alia cauſa debeatur, ita dicendum eſt vſuram ſiue ex contractu mutui, ſiue ex aliis contractibus percipiatur, illicitam eſſe, & iure dinino prohiberi.

38 Præterea certiſſimum eſt vſuras iure Pontificio & cenſurâ Catholicæ Eccleſiæ damnatas eſſe. Id enim perſpicuum eſt, ex *c.1.& 2.& tot.tit. extr. de vſur. & eod. tit. lib.* 6. aliiſque iuris Pontificij locis. Ita etiam decretum eſt in Concilio Niceno *cap.*17. Aquiſgranenſ ſub Ludouico *cap.* 4. Troſleian. *cap.*15. & aliis, quæ memorat Anton. Auguſtin. *in epit.iur. Pontific. veter. lib.*24. *tit.*6. Idem decreuit Alexander III. in Concil. Turon. & Lateranen. Innocentius II. in Synodo Romana, Gregorius IX. in Concil. Lugdunen. Vrbanus III. Leo X. aliique Romani Pontifices, vt refert

39 Salas *in lib.de vſur. cap.*3. † Et nouiſſimè à Clemente V. in Concilio Vienn. definitum eſt, hæreticum eſſe pertinaciter affirmare vſuras licitè exerceri, & exigi poſſe, vt conſtat ex Clem. 1. *de vſur.* §. *ſi quis.* Illas etiam, vt illicitas, & publicè perniciosas Patres Orthodoxi Eccleſiæ vnanimes execrati ſunt, Baſil. *in pſalm.* 14. Nyſſen. *homil.* 4. *in Eccleſ.* D. Auguſt. *in pſalm.* 36. Diuus Hieronymus *in illud pſalmi* 14. *non defecit de plateis eius vſura.* S. Antiochus *tota homil.* 12. Sanctus Aſterius *in Orat. contra auarit.* Diuus Chryſoſtomus *ſuper Matth.* Cyrill. *lib.* 5. *cap.*3. Lactantius *lib.de vero cultu cap.* 18. D. Cyprianus *lib.* 3. *cap.* 48. D. Bernardus *epiſt.* 22. & latiſſimè omnium D. Ambroſius *lib. de Tobia.* Poſt quos Diuus Thomas, Dinus Bonauentura, & Antoninus, Hugo Cardinalis, Capiſtranus, Conradus, Binsfeldius, Caniſius, Soto, Nauarrus, Salon, Salas, Molina, Malderus, & alij Theologi recentiores vſuras veluti intrinſecè malas vtriuſque teſtamenti pagina damnatas eſſe conſtantiſſimè docuerunt. Inter quos doctiſſimus Valentia, qui *diſp.*5. *quæſt.*21. *p.* 1. Molinæ argumenta omnia refellit, ſubiiciens *circa fin.* illum impiè & imperitè vſuræ iniquitatem defendere. Et inter iuris auctores Ioann. Coraſ. *epiſt. quæſt. cap.*10. *num.* 4. ait omni lege vniuerſam fœnerandi rationem profligatam eſſe: & Bertrand. Argentr. *ad conſuet. Britann. art.*266. *cap.*6. *num.*6. *&* 10. odio humani generis ſemper flagraſſe, vt inhumanam, illiberalem, & ſæpe crudelem, & Chriſtianis legibus damnatam eſſe.

40 Sanè quod ad ius ciuile attinet, certum eſt vſuras hoc iure veluti licitas, intra tamen modum legibus ſtatutum receptas, & probatas fuiſſe. Nam & earum ſtipulatio paſſim probata eſt, & nullibi repræhẽſa, & ex ea actio prodita creditori, & licitæ dicuntur vſuræ multis locis; vt in *l.placuit D. de vſur.* & iure optimo deberi, vt in *l.*1. *C. eod.* & valere legatum quoad vſuras in *l.*3. *in fin.de ann.leg.* & præterea illud genus contractus, qui Antichreſis dicitur, iure Cæſareo receptum eſt, *l.*14. *&* 17. *eod.tit.* vnde Diuus Auguſtinus *epiſt.* 54. *ad Macedon.* merito de legibus, & iudicibus queritur, quod vſuras præſtari iuberent, & non eſſet, qui de illis repetendis ius diceret, & ſic ſentiunt Alciat. *in l.* 121. *de verb. ſignif.* Donell. *in princ. lib. de vſur. verſ. ſed nihilominus.* Malder. *tract.*5. *cap.* 3. *verſ. ſed verius eſt.* Roderic. *de ann. redit. lib.*3. *quæſt.*4. *num* 81. & Cuiac. *ad tit. Cod. de vſur. in princ.* vbi ait vſuras iure ciuili receptas eſſe non tantum ex conuentione, ſed etiam ex mora, & officio iudicis.

Neque verum puto, quod quidam dicunt, Iuſtinianum iſtiuſmodi leges abrogaſſe, dum in *l.inter claras, C.de ſacroſ. Trinit. & in nouell.*131. *de Eccleſiaſt. tit.* profitetur ſe ſuſcipere quatuor Oecumenica Concilia, Nicænum, & Conſtantinopolitanum, Epheſinum primum, & Chalcedonenſe, & iubet ſeruari, vim legis obtinere decreta, quæ his Conciliis ſancita ſunt, inter quæ; *can.* 17. concilij Nicæni vſuræ improbatæ ſunt.

41 Primò quia id ex tacita Iuſtiniani mente deducitur, quæ eiuſdem expreſſis conſtitutionibus non derogat, vt ait Couarr. *d. cap.*1. *num.*9. Neque veriſimile eſt illum totum ius vſurarium, quod tam latè patet, & ad omnes ferè iuris ciuilis partes porrigitur, & eas ipſas leges, quas de vſuris promulgauerat, tacitè, & ſine prologo abrogaſſe, cùm eius mos ſit, quoties nouum ius conſtituit, vel ius vetus corrigit, præfationibus vti, & cauſas, cur ad nouam legem condendam proceſſerit, prolixius explicare, vt ex *l.cum antiquioribus, & l. vlt. C.de iur. delib. & ex l.*3. *C. de edict. D. Hadrian. tollen.* aliiſque locis perſpicuum eſt, & hoc argumento vtitur Biroïus *loc. cit. num.* 81. *in fin.* Deinde quia Iuſtinianus poſt Nouellam 131. *de Eccleſiaſt. tit.* edidit Nouellam 136. de contractibus argentariorum, in qua argentariis vſuras beſſes permiſit, & vt ex conuentione ſola, & pacto eis deberentur, quod in aliis locum non habet. In qua, quod notandum eſt, ſe ad conſtitutionem iam ante à ſe conditam refert, id eſt, ad *l.eos C. de vſur.* in qua argentariis eaſdem vſuras iam permiſerat, & præterea poſt dictam Nouell. 131. addit Iuſtinianus *nouell.* 138. *&* 160. in quibus ſimiliter de vſuris agit. Denique fruſtrà Baſilius Imperator, qui poſt Iuſtinianum imperauit, prohibuiſſet vſuras, vt memorauimus *num.* 35. Si vſuræ iure ciuili iam prohibitæ fuiſſent, vt rectè tradit Borcholt. *d.cap.*1. *num.* 19. concludens vſuras iure ciuili permiſſas eſſe, & falſam eſſe contrariam ſententiam. Debuit ergo Iuſtinianus leges illas abrogare, ſed non abrogaſſe verius eſt.

Sed huiuſmodi leges, & conſtitutiones, quas tamen ſacras dicit in *l.*20. *C.de vſur.* & quas abolere debuit, vt proximè dixi, veluti iniquæ, & veram vſuram permittentes contra ius naturale; & diuinum iure canonico abrogatæ ſunt, 42
& præſertim in *d. Clement.* 1. *de vſur.* quâ etiam ſancitum eſt; vt ſi quæ poteſtas publica iudicare præſumpſerit, vt ſoluantur vſuræ, aut vt ſolutæ cùm repetuntur, non reſtituantur, ipſo iure excommunicata ſit. Et iuri canonico hac in re ſtandum eſt, vt tradit Molin. *in d. diſp.*304. *num.*17. & Salas *loc.cit.num.*6. Quod etiam edictis recentiorum Chriſtianorum Principum in omnibus ferè prouinciis conſtitutum eſt, vt in Germania conſtitutionibus Imperij nouiſſimis Maximiliani I. & Caroli V. vt refert Gail. *lib.* 2. *obſ.* 4. *&* 5. & Binsfeld. *in cap.*3. *quæſt.*4. *de vſur.* In Gallia edicto Philippi pulchri, & Ludouici XII. & aliorum Regum, vt auctor eſt Petr. Gregor. *d.lib.*3. *cap.*3. *num.*2. In Hiſpaniâ etiam iure Regio vſura omnis interdicta eſt, & fœneratores infamiâ, & amiſſione pecuniæ in fœnore deprehenſæ puniuntur, vt teſtantur Felician. *de cenſib. lib.* 1. *cap.* 5. *in fin.* & Roderic. *in d. quæſt.* 4. *num.* 116. *&* 118. & apud Allobroges omnem omnino fœnerandi licentiam ſuſtulit conſtitutio optimi Principis Amædei VIII. Ducis Sabaudiæ, quæ extat inter decreta antiqua *lib.*3. Denique idem aliis in locis nunc ſancitum eſt, ita vt ſcribat Felician. *loc. cit.* exploratum eſſe apud omnes populos Chriſtianos fœnus improbum, & illicitum iudicari. Et Gudelin. *de iur.nouiſſ.lib.*3. *cap.*3. decretis Principum, & Magiſtratuum apud Chriſtianas gentes omnem omnino fœnerandi licentiam interdictam eſſe.

Nec tantùm tot ſacris conſtitutionibus Pontificum, & 43
Principum vſura vetita eſt, ſed & fœneratores veluti publicè malè meriti, & vrbibus, & ciuibus exitiales variis pœnis coërcentur, quas ex ordine executus eſt idem Petr. Gregor. *tot.lib.*3. & preſſius Lancellot. *inſtit.iur.canon. lib.*4. *tit.*6. ſed omittunt, vt eiiciantur vrbibus, quod ad officium Magiſtratus, & principis pertinere ſcribit Maſtrill. *de Magiſtrat.lib.*3. *cap.*4 *num.*236. Royz *dec.Lituan.*5. *num.*161. & valdè ſuadet Maiol. *canicular. dier. lib.* 3. *fol.*98. Nam vt graui, & bono Præſidi conuenit malis hominibus purgare prouinciam, *l.*3. *de offic.præſid. & nouell.*17. *cap.*2. ita prorſus ad officium eius pertinet expellere fœneratores, quos peſſimum hominum genus eſſe Ariſtoteles, aliique auctores plurimi teſtantur, inter quos Tranio ſeruus apud Plautum *in Moſtellar.* ſic de illis cenſet:

Nullum adepol hodie genus eſt hominum tetrius,
Nec minus bono cum iure quàm Daniſticum.

Et Paraſitus quidam apud eundem Plautum eos eodem loco ponit, quo lenones, vt Ariſtot. *Ethic.* 4. *cap.*1. & vtroſque lacerare homines his verbis:

Hi ſaltem in occultis locis, vos in ipſo foro:
Vos fœnore: hi malè ſuadendo, & luſtris lacerant homines.

Conſtat autem lenones vrbibus eiiciendos eſſe ex *l.* 2. *C. Theodoſ. de lenon. & ex Nouella* 18. Theod. & Valentin. vt etiam à Iuſtiniano ſancitum eſt *in Nouell.* 14. † Quod non 44
tantùm ratio ſuadet, ſed magnis demonſtratur exemplis. Nam Lycurgus fœnus, & fœneratores è tota Sparta

exterminaſſe

exterminaſſe dicitur; & Cato illos è tota Sicilia exegit, illámque ære alieno oppreſſam in priſtinam tranquillitatem reſtituit, vt Plutarchus auctor eſt, *& notant.* Alex. ab Alex. *Genial. dier. lib.* 1. *cap.*7. & Tiraquell. *in annot. ad eund.* qui etiam ex Liuio memorat Catonem ex Sardinia fœnerato-
45 res expuliſſe, & Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.* 358. † Nec hic omittendum eſt Gregorium X. in generali Concilio Lugdunenſi ſanxiſſe, vt nec collegium nec vniuerſitas, vel alia ſingularis perſona quæcunque ſit, alienigenas publicè pecuniam fœnebrem exercentes domos in ſuis terris conducere, vel conductas habere permittant, ſed infra tres menſes ſuis ditionibus expellant, nec in poſterum aliquos tales admittant, & vt nemo illis ad fœnus exercendum domos locet, vel ſub alio titulo concedat, pœna addita iis, qui contra fecerint, vt conſtat ex *c.*1.*de vſur. lib.*6. & conſequenter Rip. *in lib. de peſt. cap.*5.*num.*247. notat fœneratores non tantùm ciuitatibus expelli, ſed etiam ab ingreſſu prohiberi poſſe, ne alios imitatione deteriores reddant, *arg. l. adiles. §. quid ergo. ff. de adil. edict.* vel vt mihi videtur, ne ex aliorum ſpoliis locupletentur. Sed de fœneratorum pœnis diligentius *quæſt. vlt.* dicendum eſt.

QVÆSTIO III.

An leuis vſura licita aduerſùs Molinæum, & alios.

SVMMARIA.

1. *Caroli Molinei ſententia vſuras moderatas licitas eſſe.*
   Quæ refellitur.
2. *Ex vſuris ſemper proximus læditur.*
3. *Vſuræ ſimpliciter, & generaliter condemnantur veluti iniquæ, & Dei voluntati contrariæ.*
4. *Hugonis Donelli argumenta, quæ pro vſuris.*
   Vſura, & intereſſe diuerſa ſunt.
5. *Creditor non poteſt vltra ſortem partem futuri lucri ſtipulari, & capere.*
6. *Venditor rei fructiferæ licitè vſuras pretij percipere poteſt.*
7. *Marito qui ſuſtinet onera matrimonij, vſuræ dotis debentur.*
8. *Onera matrimonij ſequuntur illum, qui dotem habet.*
9. *Vſura centeſima abrogata.*
   Vſuræ centeſimæ nunc nullo caſu celebrantur.
10. *Tutores, & Curatores Ciuitatum ob interuerſionem publicæ vel pupillaris pecuniæ iuſtè puniuntur.*
11. *Nauticum fœnus illicitum.*
12. C. quoniam, diſt. 47. *declaratur aduerſus Donellum.*
13. *Clericis quædam prohibentur, quæ aliis permiſſa ſunt, vſuræ tamen omnibus.*
14. *Petri Heigij argumenta pro vſuris quincuncibus.*
    Hebræis prohibitum à Deo, ne inter ipſos fœnerarent ob improbitatem vſurarum.
15. *Nummi locari & commodari poſſunt.*
16. *Fœnus non eſt locatio.*
17. *Mutuum transfert dominium in accipientem.*
18. *Pecunia non eſt vſus, ſed abuſus.*
19. *Vſura per ſe turpes, & malæ; neque deſinerent eſſe, tales, quia permitterentur.*
20. *Reſpublica ſine vſuris eſſe, & conſiſtere poteſt.*
    Germanis olim fœnus ignotum.
21. *Vſura in iure ſeparantur ab eo quod intereſt.*
22. *Iuſtinianus in* l. eos C. de vſur. *creditoribus permiſit vſuras accipere, licet nihil eorum interſit.*
23. *Intereſſe probari debet.*
24. *Vſuræ licet leues, vſuræ ſunt, & prohibitæ.*
25. *Reditus annui, & vſuræ differunt.*
26. *Reditus annui redimibiles pertinent ad commutationes rerum aduerſus Rodericum.*
27. *Cenſus redimibiles minori pretio emuntur.*
28. *Vſuræ omnes nouiſſimis Imperatorum conſtitutionibus prohibentur.*
29. *Leges efficere non poſſunt, vt vſura turpis eſſe deſinant.*
30. *Leges Principum ius diuinum tollere non poſſunt.*
31. *Vſuræ nomine non licet munuſcula accipere.*
32. *Cuiacij dictum quoddam* ad tit. depoſ. *declaratur.*

QVAMVIS ea, quæ de malitia & turpitudine fœnoris diximus, vera ſint, vnus tamen Carolus Molinæus, vt fertur *in lib. de commerc. & vſur. num.* 10. 11. *&* 80. *& aliis locis* contendit acerrimè vſuram niſi fraus adſit, aut debitor nimium opprimatur, licitam eſſe, quamuis vt ipſe fatetur *eod. loc.* Doctores omnes à ſexcentis annis contrarium docuerint. Qua in re illi tanquam alteri Iſmaëli contingit, vt ſicut eius manus contra omnes fuerunt, ſic contra ipſum ſint manus omnium, vt ait Valer. Reginald. *lib.*23. *cap.*5. *num.*59. tametſi eundem errorem ſequantur Hugo Donell. *in auth. ad hac. C. de vſur.* & Petrus Heigius qui vſuras quincunces acerrimè tuetur *l.*2. *quæſt.*1 In quod tamen refelluntur manifeſtè, non ſolum apertiſſimis ſacræ Scripturæ teſtimoniis, & tot conſentientium antiquorum Patrum, & ſacrorum Conſiliorum auctoritate, ſed etiam conſtitutione illa Baſilij Cæſaris, ex qua conſtat generaliter, & indiſtinctè vſuras etiam leuiſſimas iure diuino prohibitas eſſe. † Et 2
ſanè ſi vſura illicita eſt, vt Molinæus, & Donellus admittunt, cùm proximus ex ea contra charitatem læditur; licita verò, cum neque læditur, neque illi fit iniuria dicendum eſt omnem omnino vſuram etiam leuem, & modeſtam illicitam eſſe, exigente ſcilicet creditore plus quàm ſibi debeatur. Quod non tantùm contra charitatem eſt, quæ nec ea interdum quærit, quæ ſua ſunt, ſed etiam contra iuſtitiam, cujus proprium eſt ſuum cuique tribuere, non auferre, *l.* 10. *de iuſt. & iur. l. bona fides. ff. depoſ.* & apertiſſimè Lactantius in *lib. de ver. cult. cap.* 18. dum de officio viri iuſti diſſerens ita inquit: *Pecunia, ſi quam crediderit, non accipiat vſuram; vt & beneficium ſit incolume, quod ſuccurrit neceſſitati, & abſtineat ſe prorſus alieno. In hoc enim genere officij debet ſuo eſſe contentus, quem oporteat alias, ne proprio quidem parcere, vt bonum faciat. Plus autem accipere, quam dederit, iniuſtum eſt.* † Et refellitur etiam Molinæi error au- 3
ctoritate Diuorum Auguſtini, & Hieronymi, vt eſt in *c.* 1. *& c.* 2. 14. *quæſt.* 3. & D. Ambroſij *lib. de Tob. cap.* 13. vbi recenſens illud *Leuitici* 25. *& viuet frater tuus tecum, pecuniam tuam non dabis illi in vſuram*, ſubiicit hanc clauſulam: *Generaliter hæc ſententia Dei omne ſortis excludit augmentum.* vnde rectè Valer. Reginald. *loc. cit.* notat ſacram ſcripturam abſolutè, & generaliter damnare vſuras tamquam iniquas, & voluntati Dei contrarias. Et rectè etiam Malderus, quem hoc opere iam ad finem perducto mihi habere licuit, ait *tract.* 5. *c.*3. *dub.* 3. vſuras moderatas non magis, quam moderata furta licitas eſſe.

Neque turbare debent caſus, quos obiicit Donellus *in* 4
*d. auth. ad hæc. num.*13. *&* 14. vt oſtendat vſuram, quæ ſine incommodo, & iniuria debitoris exigitur, licitam eſſe, neque lege Dei prohiberi. Nam quod primo, & ſecundo loco ait, cùm creditor culpâ debitoris damnum patitur, æquiſſimum eſſe hoc damnum refundi, & leniri vſurarum præſtatione *ex l.*2. *in fin. ff. de eo quod cert. loc. & l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* omnino incongruum eſt, quia diuerſa ſunt vſura, & id quod intereſt, *l. vlt. ff. de peric. & comm. rei vend. l. ſocium. in princ. ff. pro ſoc. & d. l.* 2. *in fin. de eo, quod cert. loc.* & proinde licet valde æquum ſit vt habeatur ratio eius quod intereſt, non tamen ſequitur vſuram, quæ ex ſola obligatione, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis præſtatur, etiam cum nihil intereſt *l.* 121. *de verb. ſignif.* aliquo caſu licitam, & honeſtam eſſe. Hi enim caſus egrediuntur vſuræ fines, quæ eſt lucrum creditoris, vt quæſt. 1. dictum eſt: lucrum verò ſeparatur ab eo, quod intereſt *l.* 2. *ff. rem rat. haber. l.* 47. *§. pen. & l.* 58. *de admin. § tut.* Theoph. *in § plus. inſtit. de act.* & Cuiac. *in d. l.* 2. *ad Papin.*

Ruſſus nihil mouet, quod Donellus tertio loco poſuit, 5
vſuram ſcilicet neque iniuſtam, neque turpem eſſe, etiamſi propter moram debitoris nihil creditoris interſit, ſi modo debitor ex pecunia mutuo accepta lucrum fecit, quaſi id fiat ſine damno, & incommodo debitoris, neque videatur iniquum, ſi pars aliqua lucri ei decidat, qui totum illud

quod

Digitized by Google

quod reliquum eſt, beneficio creditoris conſequatur. Nam ſi liceret mutuanti futuri lucri partem ſtipulari, & capere, licitum etiam eſſet illi, qui triticum, hordeum, aut aliam ſimilem ſpeciem credit Agricolæ ad ſerendum, aliquid plus accipere, quam dedit, quod tamen vſura eſt, & illicitum, vt apertiſſimè definit D. Hieronym. *Comment. in Ezechiel. lib.6.cap.*18. hoc etiam innuit *C.plerique*, 14.*quæſt.* 3. *& c. vlt. de vſur.* quibus vetitum eſt ex pecunia mercatoribus, & euntibus ad nundinas credita, aliquid vltra ſortem accipere, & hoc caſu etiam quodcunque accedit ſorti, vſuram eſſe, neque excipitur, vel additur, niſi mercator ex ea pecunia lucrum fecit, feceritve. Præterea iniquum eſt, quempiam ex ea re lucrum percipere cuius periculum ad eum non pertinet, *l.*55. *& l.* 67. *ff. pro ſoc.* imò iniquiſſimum genus commercij eſt, ex quo quis lucrum non etiam damnum ſpectet, vt dicebat Ariſto *in l.* 29. *in fin. eod. tit.* ſed creditor hic lucri tantum particeps eſſet, non etiam damni, quod turpe, & iniquum eſt. Denique lucrum quod ex negotiatione pecuniæ mutuo acceptæ debitor facit, ipſius totum eſt, veluti ex re propria, & proprio labore, & periculo quæſitum: & proinde cum creditor partem aliquam lucri ſtipulatur, & capit, iniuſtus eſt, & rem iniuſtam facit: captat enim alieni laboris, & periculi præmia, denique aufert alienum, quod repugnat iuſtitiæ commutatiuæ, & primis præceptis iuris, quod iubet ſuum cuique tribuere, & relinquere: ergo non licet etiam ex futuro lucro aliquid ſtipulari, & exigere vltra ſortem, & ita iampridem notauit gloſ. *in d. c. pleriſque*, & aduerſus Molinæum, & Molinæi diſcipulos rectiſſimè docent Reginald. *loc. cit. numer.*61. Ioann. Bened. aduerſus Grimaud. *in lib. de ſept. peccat. cap.* 9. vbi ait vſuram non excuſari, quamuis debitor ex pecunia credita millionem auri lucratus ſit. Idem ſenſit Hartmann. Piſtor. *quæſt. iuris Roman. lib.*3. *quæſt.*2. *num.*30. *&* 38. Sarmient. *ſelectar. interpret. lib.*7. *cap.* 1. *num.* 40. *& cap.* 2. *num.*5. *&* Roderic. *de ann. redit. lib.*3. *quæſt.* 4. *num.* 102. *& quæſt.*5. *num.*13. quare concludendum eſt non licere creditoribus hoc nomine quidquam accipere vltra ſortem, plus enim accipere iniuſtum eſt, vt dicebat Lactantius loc. cit. ſed ſi nummos ſteriles eſſe ægrè ferunt, illos in ſocietatem cum viro induſtrio iuſtis æquiſque conditionibus conferant, & fortunam ſocietatis ſequantur, *vt monet* Reginald. *eodem loco.* & innuit *c. per veſtras. de don. inter vir. & vxor.*

6 Pari ratione nihil refert, quod Donellus quarto loco ait, æquum eſſe emptorem, cui res tradita eſt, ex eo tempore pretij vſuras præſtare venditori. Percipit enim fructus rei emptæ, & æquitas non patitur, vt re, & pretio fruatur, *l. Iulianus.* §.*offerri. ff de action. empt. l.* 5. *C. eod. tit.* Idemque dicendum in dote marito debita, qui ſuſtinet onera matrimonij, *l. inſulam.* §.*vſuras. ff. ſolut. matrim.* Nam reſpondeo huiuſmodi etiam caſus à ratione vſuræ remotos eſſe, quia emptor qui non ſoluto pretio rem poſſidet, & percipit fructus, non præſtat pretij vſuras, vt vſuras, ſed vice fructuum & in compenſationem fructuum, quos venditor ex re ſua percipere potuiſſet, quam ſine pretio tradere non tenebatur, *l.*11. *in princ. ff. de act. empt. & d.* §.*offerri.* Et proinde poteſt penſionem annuam excipere, & exigere pro modo, ratione fructuum: vt poteſt fundum eo vſque locare pro penſione certa, donec pretium ſoluatur, *l.*20. *in fin. ff. loc. l.*16. *ff. de peric. & comm. rei vendit.* Hoc verò propriè vſura non eſt, ſed rei perſecutio, & iuſta quædam compenſatio fructuum, quæ nullo iure prohibetur, vt dixi, & docent Didac. Couarr. *variar. lib.*3. *cap.*4. *num.* 1. Cardinal. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.*4. *tit.*24. *num.*15. Roderic. *de ann. redit. lib.*3. *quæſt.* 7. *num.*75. *&* 76. & ipſe Donellus *in l.*2. *C. de vſur.* his verbis: *Nam lex Dei vetat furtum facere, id eſt adimere quid alteri, alienum concupiſcere. At cùm aliquid alieni dederit, pro eo tantundem accipere non tantum omnibus legibus, ſed etiam eadem lege Dei per contrarium conceditur: & certiſſimum eſt verbo Dei, licere vendere, emere, locare, permutare, licebit ergo pro fructibus, quos emptor ex re percipit, vſuras pretij percipere.* Et hoc rectè Donellus, ſed peſſimè hinc infert licere creditori aliquid vltra ſortem exigere à ſuo debitore, qui nihil præter ſortem acceperit. Hoc enim vſura eſt, & iuri diuino contrarium. † vt etiam ex eo quod marito, qui 7
ſuſtinet onera matrimonij, vſuræ dotis debeantur ſecundum Theologorum, & iuriſperitorum ſententiam, & definitum eſt *in c. ſalubriter. de vſur.* malè colligit, vſuras licitas eſſe, cùm ſine incommodo debitoris exigi poſſunt. Vſuræ enim, quas maritus percipit, propriè vſuræ non ſunt, quia non eas percipit ex ſola obligatione, & ex eo tantum, quod pecunia tardius ſoluitur quæ eſt natura fœnoris, & vera, & formalis vſura, vt rectè notat Argentr. *in art.* 266. *num.*7. ſed pro oneribus matrimonij, & in compenſationem onerum, quæ loco illius, qui dotem pollicitus eſt, neque ſoluit, maritus ex ſuis rebus, & proprio patrimonio ſuſtinuit, Quibus ceſſantibus vſuræ non debentur *d.* §. *vſuras. & l.*69. §. *in domum ff. de iur. dot.* & inter Theologos expendit Rebell. *de obligat. iuſt. lib.*5. *quæſt.* 10.
*num.*4. † Nam cùm proprium dotis ſit, vt illi onera ma- 8
trimonij hæreant, & eam ſequantur *l.*7. *&* 56. §.1. *ff. de iur. dot.* vbi Paulus ait *ibi dotem eſſe oportere, vbi onera matrimonij ſunt*, conſequens eſt maritum, qui ſine dote vxorem exhibuit, licite exigere compenſationem onerum, quæ ſubire debuit, qui dotem habet, nec ſoluit, vt rectiſſimè notant Molina IC. *de primogen. Hiſpan. lib.*4. *cap.*5. *num.*6. Fachin. *controu. iur. lib.*2. *cap.*32. *in fin.* & interpretes, & interpretum doctiſſimus Cuiacius *in d. l. Inſulam.* §. *vſuras ad Papinian.* vbi ait iure Pontificio, quod vſuris quantum poteſt aduerſatur, huiuſmodi vſuras approbari: & noſtra tenuitas diligenter executa eſt infrà *qu.*28. vbi oſtendi huiuſmodi vſuras à fœnoris ratione remotas eſſe, denique non eſſe vſuras.

Neque etiam Donelli ſententiam iuuat, quod quinto, & 9
ſexto loco ait iuſtam vſuram eſſe, quæ ob delictum à lege infligitur, vt conſtitutum eſt aduerſus tutores, & curatores adoleſcentum, vel Reipublicæ, qui ob pecunias pupillares, vel publicas in proprios vſus conuerſas maximis vſuris, id eſt, centeſimis ſubiiciuntur vice cuiuſcumque pœnæ ex *l. qui ſine. ff. de negot. geſt. l.*7. §.*pecuniæ. & §. quæ autem. ff. de admin. tut.* & aduerſus iudicatos poſt quadrimeſtres inducias, quæ iudicatis conceſſæ ſunt in *l.*1. *&* 2. *C. de vſur. rei iudic.* & apud Harmenop. *lib.* 3. *tit.* 7. etenim hoc totum veluti iuri diuino contrarium iure Pontificio abrogatum eſt, vt de vſuris pupillaribus ſcribit Didac. Couarr. *variar. lib.*3. *cap.* 2. *num.* 1. & aliis auctoribus citatis Roderic. *de ann. redit. lib.*3. *quæſt.*10. *num.* 10. & dicam *quæſt. ſequen. num.* 24. Hoc enim iure omnis vſura interdicitur, & prohibetur, & præſertim centeſimæ, quæ omnium maximæ, & grauiſſimæ erant, & proinde non tantum prohibitæ in pecuniis creditis, vt *in c. quoniam. diſt.* 46. *& c. ſi quis* 14. *quæſt.*4. ſed etiam cùm in pœnam non ſoluentium irrogantur. Neque enim vſuræ eſſe deſinunt, quod in pœnam, & propter moram tutorum infligantur *l.*17. §.*ſi pupillo. & l.*32. §.2. *ff. de vſur. l.*7. §.*quæ autem. de admin. tut. l.*90. *de verb. obligat.* ſiquidem creſcunt, & currunt pro ratione ſortis, & moræ, & ex eo quod debitum tardius ſoluitur, & proinde veræ, & formales vſuræ ſunt veluti filiæ dierum, & menſium, vt dictum eſt. Proinde tutores, & iudicati, aliique debitores, qui olim vſuris maximis obnoxij erant, nunc tenentur ad id, quod intereſt, *vt notant.* Didac. & Roderic. *loc. cit. & eodem lib.*3. *quæſt.*4. *num.*38. *&* 40. nouiſſimè Hector Capic. *dec.* 100. *num.* 5. & ante illos Baldus *in d. l.*2. *num.* 1. *C. de vſur. rei iudic. & in l. rogaſti* §. *ſi tibi. ſi cert. pet.* vbi ait vſuras tam legales, quàm conuentionales eſſe contra legem diuinam. Et verum eſt, quod ait Præſes Faber *de error. pragmat. Decad.* 10. *cap.*1. *num.* 12. nunc nullo
prorſus caſu vſuras centeſimas tolerari. † Et licet non 10
negem tutores, & curatores ſiue minorum, ſiue reipublicæ pœnâ aliquâ iuſtè coërceri poſſe ob interuerſionem publicæ pecuniæ, vel pupillaris, vt de pecunia publica, & ciuitatis conſtitutum eſt *in l.*1. *&* 4. §.*vlt. ad l. Iuliam pecul.* & aduerſus tutores in *l.*4. *& l.* 10. *C. de admin. tut.* & facilè admittam contumaciam, iudicati mulcta aliqua affici poſſe, ſi cum poſſit iudicatum facere, iudicis auctoritatem, & præceptum contemnat vt *in l.*1. *ff. ſi quis ius dic. non obtemp.* id tamen retinendum puto in pœnâ, quæ propriè, pœna eſt, & ſemel committitur, & irrogatur, vt in dictis legibus ſancitum

ſancitum eſt, & dixi *quæſt.* 1. *in fin.* & quæ diuerſa eſt ab vſura *l.47.ff.de act.empt.* Quare cùm alia ratione dolus, & culpa tutorum, & contumacia non obtemperantium iudici poſſit coërceri, nihil opus eſt, vt vſuras centeſimas reuocemus, quarum nullum veſtigium apud Chriſtianos populos remanere debet, vt notat Accurſ. *in d.l.90.ff.de verb. oblig.* & in ſpecie Batt. in *l.7.§.ſi deponi.num.2.* vbi notat neque id teſtatori licere.

11 Neque etiam mouet, quod ſeptimo loco ait fœnus nautium licitum eſſe, quod apertè probatum ſit tum veteri iure ciuili, tum nouella conſtitutione Iuſtiniani 110. nam huiuſmodi fœnus etiam iure diuino, & Pontificio prohibitum eſt, vt cautum eſt in *c.vlt. de vſur.* Fœnus enim nauticum verè fœnus eſt, quamuis ſub conditione debeatur *l.4.& 6. ff.de naut. fœn.* & pecunia quæ ita datur, fœnebris dicitur in *l.3. C.eod.tit.* Neque fœnus nauticum eſſe poteſt niſi ſit fœnus. Et licet in vſuris nauticis pecunia periculo creditoris nauiget *l. 1. & 2. C. eod. tit. & nouell.* 106. id facit quidem, vt vſuræ centeſimæ ex iure ciuili debeantur. *l.eos. §. ſuper. C. de vſur.* non tamen tollit rationem vſuræ, quia hoc quoque fœnus accedit ſorti, & præſtatur pro vſu pecuniæ creditæ, & omni die, & hora creſcit, & ſerpit, rametſi eius pecuniæ non aliàs petitio ſit, quàm ſi nauis ſalua peruenerit. Et quamuis Molinæus in *d. tract. vſurar. num.98.* putet in hoc genere eſſe contractum *do vt des* refellitur tamen *ex d.c.vlt. de vſur. & l.vlt.C.de naut. fœn.* quæ ait pecuniam traiectitiam mutuo dari. Et refellitur etiam ex Baſilicis à Gothofredo in notis *ad l.6.ff.eod.tit.* in qua etiam dicitur pecunia , quæ ſub vſuris maritimis creditur, mutua dari. Sanè perquàm leue eſt, quod Donellus ait, hoc genus fœnoris iure ciuili probatum eſſe. Nam & terreſtris pecuniæ fœnus hoc iure licitum eſt, quod tamen totum nunc abrogatum eſt, & prohibitum. Denique admiſſo etiam hoc fœnus licitum eſſe ob circumſtantiam ſuſceptionis periculi, vt quibuſdam videtur, non tamen ſequitur vſuras licitas eſſe cum ſine periculo exiguntur, quæcunque fuerit fortuna debitoris.

12 Sanè ferendum non eſt, quod Donellus ait. *eod. loc. num.* 17. Concilium Nicænum cuius capite 17. prohibitum eſt clericis, & Eccleſiaſticis viris vſuras accipere, eas tantum vſuras prohibere, quæ turpes ſunt, & quæ turpis gratia exercentur: non autem eas, quas honeſtas, & licitas eſſe ait, vt cum debitor ex pecunia credita lucrum fecit, & in aliis ſimilibus cauſis, quod in fine canonis ſubiiciatur, *turpis lucri gratia.* Et conſtitutionem hanc perſonalem eſſe, quæ ad alias perſonas non pertinet, vſuráſque videri in Eccleſiaſticis prohiberi magis propter exemplum perſonæ, quàm propter rem ipſam: vt prohibentur militiam, & mercaturam exercere, cùm tamen nec negotiatio, neque malitia in aliis turpis ſit, neque prohibeatur. Etenim certiſſimum eſt hoc canone vſuras omnes, quotquot ſunt, clericis, & Eccleſiaſticis viris prohiberi. Ait enim Canon, vt refertur in c. quoniam. diſt.47. *Si quis inuentus fuerit poſt hanc definitionem vſuras accipiens*: & non ait vſuras turpes accipiens. Et verba illa *turpis lucri gratia*, non ſubiiciuntur poſt illa, *vſuras accipiens*, ſed poſt iſta, *aut aliquid aliud excogitans*, vt eſt in vulgat. vel vt eſt apud eund. Donellum *d. loc.* leguntur ſubiecta his verbis, *vel quid aliud negotiantes.* Etenim hoc loco non tantum vſuræ clericis prohibentur, ſed & iniqua lucra, & illicita, & turpia commercia: & quia non omnis negotiatio turpis, & illicita eſt, ideo additum eſt, *turpis lucri gratia*: vſuræ verò ſimpliciter interdicuntur, quia vſura ſemper turpis eſt, & nefaria. Et vſuras omnes quotquot ſunt, hic Eccleſiaſticis viris prohiberi conſtat ex Theodor. Balſam. & Ioann. Zonar. *ad eund. canon.* 17. & ex Harmenopulo, *lib.3. tit.7. in fin.* qui poſt illam Baſilij Cæſaris conſtitutionem, qua vſuræ omnes omnibus vetitæ ſunt, ſubiicit hæc verba: *In ſacros ordines cooptato nequaquam permittitur vſuras accipere. Quin & alibi reperias de clero tolli, quiſquis hoc fecerit, quemadmodum XVII. Canone Nicæna, quæ & generalis fuit, Synodi, & X. Trullanæ, quæ & ſexta dicitur, præceptum eſt.* Quare certum eſt *dicto Canon.XVII.* vſuras omnes indiſtinctè, & ſimpliciter clericis, & regularibus viris prohiberi. Deinde quamuis Canon ita ſe haberet; *Si quis poſthac inuentus fuerit vſuras turpes accipiens*, non ideo minus, quicquid vſuratum eſt, clericis hic interdictum eſſet, quia vſura omnis turpis eſt, aut non eſt vſura, vt cum creditor vltra ſortem accipit id quod verè eius intereſt vt dixi ex *l.1. de eo quod cert. loc. & l.1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* & in aliis ſimilibus cauſis, in quibus ex parte creditoris aliquis abeſt præter ſortem, quod æquum eſt per debitorem refundi, quæ à nobis procedente opere tractanda ſunt.

Et licet ſancta Synodus Eccleſiaſticos viros hic vſuras capere veter, non tamen cæteris id videtur permittere, vt Donellus putat: Nam quamuis quædam clericis, & ſacerdotibus prohibeantur propter dignitatem perſonæ, quam ſuſtinent, quæ tamen ſæcularibus viris permiſſa ſunt, neque in illis reprehenduntur, vt militia, mercatura, venatio, & alia id genus: Non tamen ſequitur omnia, quæ Eccleſiaſticis interdicta ſunt, ſacris Conciliis, & ſanctionibus Diuorum Pontificum, aliis eſſe permiſſa. Nam ſacri Canones multa etiam Clericis, & Sacerdotibus vetant, quæ natura ſua turpia, & nefaria ſunt, vt periuria, furta, iniqua pondera, iniquæ menſuræ, & alia improbè facta, quæ nemo ſani capitis dixerit aliis eſſe permiſſa. Horum exempla ſunt *in cap.1. ne clerici, vel mon.* quod deſumptum eſt ex Concil. Mogunt. ſub Carolo; & extat etiam apud Anton. Auguſtin. *in epit.iur. Pontific. lib.34. tit.8.* quo Clericis interdictum eſt munera iniuſta accipere, vel etiam dare, conductores ſæcularium rerum, aut procuratores eſſe, aleas amare, in deliciis viuere, gulam, & ebrietatem ſequi, pondera iniuſta, vel menſuras habere, negotium iniuſtum exercere, canes, & aues ſequi ad venandum, & alia quædam his ſimilia. Et in Concil. Aquiſgran. II. ſub Ludouico *part. 3. cap.8.* vt etiam eſt apud eund. Anton. Auguſtin. *eod.loc.* ne presbyteri villici fiant, tabernas ingrediantur, turpia lucra ſectentur, & vſuris inſeruiant. Ne, vt Canon ait, per eorum illicitam, & indecentem actionem miniſterium ſacerdotale vituperetur, & quibus debuerant eſſe in exemplum, deueniant in ſcandalum. Horum quædam illis dumtaxat interdicta ſunt propter exemplum, & perſonæ, & dignitatis reuerentiam, cuiuſmodi ſunt, ne villici fiant, & conductores rerum ſæcularium, ne popinas ingrediantur, ne iudicia ſanguinis exerceant, & his ſimilia, quæ in reliquis non prohibentur. Alia ſunt, à quibus clerici, & in ſacros ordines adlecti temperare iubentur, quia ſua ſponte turpia, & nefaria ſunt, vt gulam, & ebrietatem ſequi, pondera iniuſta, vel iniquas menſuras habere, iniuſta negotia exercere, & alia quædam. His & Clerici, & alij omnes abſtinere debent, & Eccleſiaſtici multo magis, ne prauis moribus eos corrumpant, quos exemplo, & monitis regere, & corrigere debent. Cæterùm ex eo quod ſacræ iuſſiones vetant miniſtros Dei, & altaris hæc, & ſimilia facere, quorum ſcilicet ſanctitas, & vitæ integritas præcipuè deſideratur, non ideo hæc aliis permiſſa cenſentur. Huiuſmodi autem vſuras eſſe conſtat tum multis ſacræ Scripturæ locis, tum ſanctorum antiquorum Patrum, & Eccleſiæ Catholicæ iudicio, ac cenſurâ, vt dictum eſt, ita vt nemini liceat ſiue clerico, ſiue ſæculari vſuras, quantumuis modicas, accipere. 13

Ex quibus etiam reiicienda ſunt, quæ pro quincuncibus vſuris adfert Heigius *in d.quæſt.*1. quæ tamen ſingula breuiter contracta refellere operæ pretium puto. 14

Et primò non obſtat, quod primo loco ait, *num.*32. Deum permiſiſſe Hebræis, vt alienis fœnerarent, Deuteron. *cap.* 23. Non enim inde ſequitur, quod ille infert, vſuram ſua natura licitam eſſe, quaſi Deus id permiſſurus non fuiſſet, ſi vſura per ſe peccatum eſſet. Nam hinc potius ſequitur vſuram ex ſe turpem, & nefariam eſſe. Alioquin Deus etiam illis permiſiſſet inter ipſos fœnus exercere, vt emptiones, venditiones, & reliqua iuris gentium commercia illis inter ipſos contrahere non prohibuit. Cuius rei argumentum eſt, quia multis aliis apertiſſimis ſacræ Scripturæ locis vſura tanquam res turpis, & viro iuſto indigna condemnatur, & præſertim *Ezechiel.* 18. & *Pſal.* 14. Quamobrem non ideo Deus Hebræis indulſit alienigenis fœnerare, quia fœnus naturâ ſuâ licitum ſit, ſed potius illis interdixit, ne inter ipſos fœneratitiam agerent, quia fœnus ſua ſponte turpe,

pe, & nefarium eſt, vt tradit illum ipſum Deuteronomij locum explicans Philo Iudæus *in lib. de Charit.* his verbis: *Vetat igitur fratri fœnerari, fratrem nominans non ſolum ex eiſdem ortum parentibus, verùm etiam quemcunque ciuem, iniquum ducens colligere fœnus ex pecuniis tanquam fœturam ex pecoribus.* Et poſt quædam: *Neceſſe igitur habuit è ſua Republica hoc genus quæſtus eijcere. Sunt enim ſeruiles, & illiberalis animi ſtudia degenerantis in ferinam naturam.*

15 Nihil etiam mouere debet, quod ſecundo loco ait Heigius, præter proprium pecuniæ vſum alium eſſe, vt eum pecunia permutari poſſit, vnde Campſorum ars. Ex quo fit, vt nummi conduci poſſint certâ mercede, idque veteribus non incognitum fuiſſe. Nam qui olim pecunias ſub vſuras acceperant, nummos conductos habere dicebantur. Proinde nihil prohibere pecuniam eo pacto dare, vt dum non redditur quaſi conſtitutâ penſione vſuræ nomine moderata quantitas creditori ſoluatur. Quod fusè proſequitur *à num.* 37. Nam reſpondeo nummos quidem locari, & conduci poſſe prò certa mercede, cum & commodari poſſint, *l.3. in fin. ff. commod.* veluti res, & corpus quoddam, *l. numiſmatum. ff. de vſufr. l. ſi vt certo. de leg.1.* neque iniquum eſſe hoc nomine mercedulam aliquam accipere. Is enim qui pecu-
16 niam verè locat, dominus manet;† quia locatio dominium non mutat, *l.39. ff. loc.* vt nec commodatum *l.8. & 9. hoc tit.* & præterea ad illum pecuniæ periculum pertinet, *l ſi quis. §. Imperator. ff. loc. l.9. ff. de pign. act.* Sed nego cum nummi dantur ſub fœnore, conductionem eſſe, vel intelligi poſſe. Nam cum fœnus mutui dationi adiiciatur, pecunia eius fit, qui ſumit fœnori, *l.2. ff. de reb. cred. l.1. §.2. ff. de oblig. & act.* & quod conſequens eſt, ad eum quoque periculum pertinet, *d.l.1. §.4. & l.9. in fin. ff. de reb. cred. & l. vlt. C. de naut. fœn.* & notat Cuiac. *in obſer. lib. 9. cap. 33.* vbi ait, perſpicuum eſſe fœnus locationem dici non poſſe. Quamobrem non poteſt creditor ſub prætextu, quod debitor nummos conductos habeat, aliquid vltra ſortem exigere.

Tertiò, inquit, Heigius, In mutuo non ſolum numeratio, & accepti reſtitutio conſiderari poteſt, ſed etiam vſus neceſſitatibus humanis, & ciuilibus commerciis inſeruiens. Nam & pecuniæ etiam vſusfructus eſt, *l.1 ff. de vſufr. ear. rer.* Quæ igitur iniquitas eſt, vt debitor qui aliena pecunia vtitur, ob illius vſum aliquid præſtet creditori?

17 Sed reſpondeo primò debitorem, qui mutuam pecuniam accepit, & pecuniâ vtitur, non vti re aliena, ſed ſua, quia exploratum eſt ex mutui datione dominium in accipientem transferri, *d.l.2. mutui datio.* vt proximè dictum eſt. Ideoque non poteſt creditor pro vſu eius rei, quæ amplius illius non eſt, aliquid accipere, niſi aliunde eius interſit. Satis enim eſt, ſi debitor reddat tantundem, & eiuſdem bonitatis, *l. cum quid. & l. rogaſti. § ſi tibi. ff ſi cert. pet.* plus autem exigere iniuſtum eſt.

18 Deinde reſpondeo pecuniæ non eſſe vſum, ſed abuſum, cùm ſit ex iis rebus, quæ vſu tolluntur. Pecunia enim ipſo vſu, & aſſidua permutatione quodammodo extinguitur, *§. conſtituitur. inſtit. de vſufr. ear. rer.* & fluit è manibus non facilè reditura. Vnde neque ciuili, neque naturali ratione recipit vſumfructum, *d. § conſtituitur.* & *d.l.2.* quæ ait Senatuſconſulto non id effectum eſſe, vt pecuniæ vſusfructus propriè eſſet; nec enim naturalis ratio auctoritate ſenatus commutari potuit, ſed remedio cautionis cœpit quaſi vſumfructum haberi. Proinde, vt pro vſu earum rerum, quæ vſumfructum recipiunt, vt eſt domus, nauis, & id genus alia, licitè aliquid accipitur, iſtæ enim res locari poſſunt pro certa mercede: ita iniquum eſt pro vſu earum rerum quicquam capere, quæ vſumfructum non recipiunt, & in abuſu conſiſtunt, *l.5. § eod.* vt enim naturalis ratio repugnat, vt harum rerum vſusfructus ſit; ita etiam non patitur, vt pro illarum vſu quicquam capiatur. Neque Senatuſconſultum *de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſumuntur.* ad contractus inter viuos pertinet, quia SC. de vſu pecuniæ legato perpetuò loquitur, vt in l.1. & aliis *eiuſd. tit.* & inter viuos nihil aliud eſt, quàm mutuum, vt notat Veſembec. *ad h. tit. in fin.* ex quo aliquid capere vltra ſortem vetitum eſt, niſi aliunde creditoris interſit.

Quartò, inquit Heigius, *num.71.* Non minus neceſſarius eſt vſus æris alieni modico dato vſuræ nomine, quam fuit olim commoda, & neceſſaria pecuniæ inuentio, adeo vt, ſi quis vſuras è Republica tollere cupiat, eum neceſſe ſit ſimul omnes contractus è mundo tollere, & neceſſitas quidem ex eo apparet, quod vt ſcribunt Alciatus *in l.121. de verb. ſignific.* & Eraſm. *in Chiliad.* vbi leges ciuiles de vſuris non ſeruantur propter canonum prohibitionem, non niſi peſſimus quiſque fœnerat. Præſtare igitur hiſce auariſſimis temporibus aliquam moderatam vſuram permittere quam nullam.

Sed reſpondeo nos non quærere, an publicè vtile, & neceſſarium ſit, vt ad modeſtas vſuras mutuare liceat: ſed, an vſuræ per ſe iuſtæ, & licitè ſint, vel potius turpes, & nefariæ natura ſua. Quod certiſſimum eſt apertiſſimis ſacræ Scripturæ locis, & admittunt illi ipſi, qui, qui modicum, & modeſtum fœnus ob publicam neceſſitatem tolerandum eſſe cenſuerunt, vt Imperator Leo *in d. Nouell. vt ad vſur. trient. pecun. mutuet.* in qua ait, vſuras quidem vbique diuinis decretis condemnari, quia tamen ij, qui antea vſurarum ſpe ad mutuandam pecuniam prompti fuerant, poſt latam Baſilij legem, quod nihil lucri ex mutuo percipere poſſent, in eos, qui pecuniis indigebant, immites erant, & ad iurandum; & peierandum faciles: denique propter hominum peruerſitatem ſe coactum fuiſſe egregiam, vt vocat, Baſilij conſtitutionem abrogare, & conſtituere, vt ad trientes centeſimæ, id eſt, quatuor pro centum ſingulis fœnerare liceret, & ita accipi debet, quod ſcribit Alciatus *in d. l. 121. num. 18.* publicè intereſſe legem ciuilem obſeruari, quæ certum modum vſuris conſtituit; cum ſcilicet peiora mala Reipublicæ imminent, neque aliâ ratione vitari poſſunt, vt dixi, *quæſt. 6. circa fin.* Neque enim de ſententia Alciati quærendum eſt, ſiquidem eodem loco apertè ſcribit vſuram iure quidem ciuili vſque ad legitimum modum permiſſam fuiſſe, ſed diuinis traditionibus omnino prohiberi. Quod etiam notat Paratg. *lib.6. cap. 20. in fin.* Quid verò Eraſmus ſentiat parum nos mouere debet eiuſdem claſſis cum Heigio. Cui licet concederem interdum expedire Reipublicæ, vt per leges impunè liceat modico fœnore agere, & hac in re hominum auaritiæ indulgere, non ideo tamen vſuræ intrinſecè mala eſſe deſinerent, neque minus fœneratores reſtituendi rei eſſent.

Neque verum puto, quod Heigius ait, ſi vſuræ interdi- 20
cantur, neceſſe eſſe reliqua commercia, & contractus omnes tolli, tum quia ſi non ſit, qui gratuitam pecuniam dare velit, aliis modis ſuis neceſſitatibus vnuſquiſque conſulere poteſt, diſtractione ſcilicet rerum ſuarum, quod valde monent Plutarch. in opuſc. *de non fœner.* & D. Ambroſ. *in lib. de Tob. cap 13.* vel annuo reditu propriis prædiis iniecto, quod nunc in Italia, Hiſpania, & aliis regionibus frequentatur. Qua via factum eſt, vt non ſint ſteriles nummi creditoribus, & debitores ad libitum creditorum iniquo tempore ſortem repetentium vexari, & opprimi non poſſint. Deinde quia populos fuiſſe conſtat quibus fœnus ignotum fuit, vt de Germanis ipſis ſcribit Tacit. *lib. de morib. German.* qui ad ſua vſque tempora ſeruatum refert. Et memorat Ælianus *lib.4.* Indos pecuniam neque fœnori dare, neque accipere. Et nunc etiam apud Sinas, quæ natio eſt Indiæ potentiſſima, fœneratores cum aliis pœnis, tum pecunia in fœnore deprehenſa multantur, vt refert Mapheius *Hiſtor. Indic. lib.6.* quos tamen ab emptionibus, aliiſque contractibus, iuris gentium abſtinuiſſe ſtultum eſt dicere. Neque cum Lycurgus, & Cato, ille ex Sparta, hic ex Sicilia fœnus exterminarunt, vt dictum eſt, omnia alia commercia ablegaſſe etiam dicendum eſt. Imò illud certiſſimum eſt ex fœnerandi licentia negotiationes intermitti, facilè enim hinc fit, vt locupletes viri, & qui pecunia abundant, certitudine lucri allecti, & dulcedine vſurarum (vt loquitur Vlpian. *in l.10. §. ſi quid. ff. quæ in fraud. credit.*) nomina facere malint, quam nauigare, & peregre proficiſci, & incertæ negotiationis pericula, & labores ſubire.

Quintò ait Heigius leges ciuiles iuſtam, & tolerabilem vſurarum exactionem cenſuiſſe, quia præſumunt non tantum debitorem, ſed & creditorem eum pecunia mutuo data lucrari poſſe: Ideóque non iniquum putant pro eo lucro,

quo creditor interea caruit, ab eo, quod debitor ex pecunia creditoris habuit, partem aliquam decidi ad compenſandum id, quod eius veriſimiliter intereſt vſu carere ſuæ pecuniæ, & hanc potiſſimum cauſam vſuras ſuſtinere.

21 Reſpondeo in iure ciuili vſuras perpetuo ſeparari ab eo quod intereſt, vt conſtat ex *l. 2. in fin. de eo quod cert. loc.* & *l. vlt. ff. de peric. & commod. rei vend.* vt etiam ſeparatur lucrum *l. 2. ff. rem rat. haber. l. 58. de admin. tut.* & proinde falſum eſt leges ciuiles, ex quibus actio, & petitio vſurarum fuit, ſpectaſſe id quod creditoris intereſt, ſiquidem illas ex ſola obligatione, & ſtipulatione deberi, & peti poſſe veteribus placuit, etiamſi nihil intereſſet creditoris, vt aduerſus Molinæum, à quo Heigius imbutus eſt, diſſerit Roderic. *de ann. redit. lib. 3. quæſt. 4. num. 81. & infr.* quo in loco congruenter notat D. Auguſtinum meritò de legibus, & iudicibus ſæcularibus conqueri, quod vſuras ſolui iubeant. Quod, inquit, vir ſanctus non dixiſſet, ſi leges vſuras per-
22 miſiſſent quod tantundem intereſſet creditoris. † Et ſanè cum Iuſtinianus *in l. eos. C. de vſur.* huic rei modum impoſuit, de veris, & propriis vſuris ſenſiſſe dicendum eſt, non autem de iis, quæ infliguntur pro eo quod intereſt. Nam primo loco ait ſe illarum grauiſſimam molem ad mediocritatem perducere velle. Deinde pro qualitate perſonarum vſurarum quantitatem conſtituit ad rationem centeſimæ, quæ olim fuit as, & finis vſuræ. Præterea nominatim loquitur de ſpecierum fœnori dationibus, & in illis permittit vſque ad centeſimam ſtipulari, nullo habito perſonarum diſcrimine. Denique vetat Iudices modum ab eo præſcriptum excedere occaſione conſuetudinis in regione obtinentis, quod non congruit ei quod intereſt, vt dixi *quæ. 1. n. 14.* Conſtat igitur Iuſtinianum in *d. l. eos* creditoribus permittere vſuras, etiamſi nihil eorum interſit.

23 Neque verum eſt, quod Heigius ait leges præſumere creditoris intereſſe, quia id quod intereſt in facto, non in iure conſiſtit *l. quatenus de reg. iur.* & pro varietate factorum modò plus, modò minus, modò nihil intereſt *l. 13. ff. de re iudic. l. 112. §. vlt. de verb. oblig.* & proinde agens ad id quod intereſt, id probare debet *l. vlt. de prætor. ſtipulat. & §. non ſolum. Inſtit. de verb. obligat.* quod etiam ſatis indicat *l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo,* & ſcribunt inter alios Caniſ. *de vſur. cap. 1. num. 9.* & Surdus *in conſ. 154. num. 29.* vbi ait hanc eſſe regulam iuris.

Sextò obiicit Heigius: inter grauioris, & leuioris vſuræ temperamentum nihil æquabilius, aut tolerabilius quincunce dari dari poteſt, qui modeſtus à Perſio dicitur *Satyr. 5.* Agnoſcere enim licet hîc haberi reſpectum ad id, quod quis ex reditu prædiorum, ſi pecuniam in horum emptionem collocaſſet, habere potuiſſet: atque etiam minorem eſſe vſuram, quam fructus, & ſi communem ſequaris annorum, & vt plurimum ſibi conſtantem rationem.

24 Sed reſpondeo quincunces vſuras tolerabiliores quidem eſſe ſemiſſibus, beſſibus, atque etiam deuncibus, quas Perſius auidas dixit eod. loc. & centeſimis, quas Seneca ſanguinolentas vocat *lib. 7. de benefic.* ſed non ideo minus quincunces vſuras eſſe, & proinde iure diuino, & naturali prohibitas, quia vt dicebat D. Ambroſius in *d. lib. de Tob. cap. 15.* generaliter Dei ſententia omne ſortis augmentum excludit. Et Diuus Hieronym. ſuper Ezechiel lib. 6. ad cap. 18. *diuinam ſcripturam omnis rei auferre ſuperabundantiam, vt plus non recipias, quàm dediſti.* Et proinde nihil refert, quod huiuſmodi vſuræ, quibus patrocinatur Heigius, concurrant cum fructibus prædiorum, cum nec vnciario quidem fœnore, vel ſi quod aliud leuius eſt, agere liceat, vt dictum eſt. Quod ſi contendat potuiſſe creditorem pecuniam in emptionem prædiorũ collocare, & tantundem percipere, concedam æquum eſſe debitorem id refundere, dummodo creditor, vt amico morem gereret, ab emptione prædij, vel annui reditus abſtinuerit, ex quo tantumdem redigere potuiſſet: Idemque eſt ſi creditor amici ſui cauſa, vel culpa damnum patiatur. Sed hæc pertinent ad id quod intereſt *l. 2. & 13. ff. rem rat. hab. l. nummis 3. ff. de in lit. iuran.* & à noſtra quæſtione aliena ſunt.

25 Vt etiam nihil mouere debet, quod is auctor ait reditus annuos ad rationem quinque pro centenario emere licere, etiamſi ſuper certis fundis non conſtituantur, vt Conradus, & Couarruuias dicunt, & proinde licitum eſſe ex pecunia ad iſtum æquabilem modum vltra ſortem ſtipulari, cùm hîc contractus nihil ab vſura differre videatur. Quia alia, & longè diuerſa eſt cauſa fœnoris, & annuorum reddituum, vt conſtat ex *Nouell. 160.* in fœnore enim id quod ſterile eſt, fructus refert, & pecunia contra id ad quod inuenta eſt, pecuniam parit: denique ex ſola obligatione creditor capit plus, quam ſibi debeatur, quod iuri naturæ, & iuſtitiæ commutatiuæ repugnat, & ſacris iuſſionibus prohibitum eſt. In annuis verò reditibus nihil tale intelligi poteſt, non magis, quàm in emptionibus aliarum rerum, quæ fructus ferunt. Neque enim in hoc genere pecunia pecuniam parit, quod Ariſtoteles reprehendit *lib. 1. Politic. cap. 7.* ſed ius pecunia emptum, & conſtitutum, ius ſcilicet percipiendi reditus, vt aduerſus Franciſcum Hotomanum diſputat Frideric. Martin. *in lib. de iure annor. redit. cap. 3. in fin.* vbi ait illum aduerſus Pontificum conſtitutiones, quibus annui reditus probati ſunt, notoriè calumniari.

Ex quibus in tranſitu dicam me probare non poſſe, quod 26
ſcribit Roderic. *de ann. redit. lib. 3. quæſt. 1. & 2.* vulgares reditus redimibiles non pertinere ad contractus commutatiuos rerum, ſed ad negotiationes quæſtuarias, quibus vſus æris alieni tantiſper redimitur, & eſſe ſpeciem veterum vſurarum ſuccedaneam: at verò cenſus irredimibiles, qui ad rationem vſuræ quincuncis empti ſunt, ſpectare ad contractus commutatiuos rerum. Etenim verius eſt annuos reditus redimibiles etiam ad commutationes & negotiationes rerum acquirendarum, & transferendarum pertinere, ſi quidem in his etiam vera emptio, & venditio contrahitur, vt probant illæ duæ conſtitutiones Martin. V. & Calixti III. & probatur arg. *l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* & docet Ludouic. Lopez. *de negotiat. & contract. lib. 1. cap. 56.* Duaren. *ad tit. de vſur. & fructib. cap. 1. in fin.* Felician. *de cenſib. lib. 1. cap. 3. num. 15.* Vlricus quidam apud ſanctum Antonin. *de vſur. cap. 3. num. 26. & 29.* & Frideric. Martin. *d. cap. 3. num. 138. & 139.* Et hîc etiam res acquiritur, & transfertur, nimirum ius reale percipiendi redituum annuum iuſto pretio, quod fit venditoris, vt in emptionibus aliarum rerum *l. 1. ff. de rer. permut. l. 2. §. 2. ff. de act. empt.* Duaren. *loc. cit.* & ipſe Roderic. *lib. 1. cap. 4. num. 21.* Denique cùm emptio, & venditio ſine re, quæ veneat, non poſſit intelligi *l. 8. in princ. ff. de contrah. empt.* & exploratum ſit contractum, in quo cenſus redimibilis pretio acquiritur, emptionem eſſe, vt dictis duorum Pontificum conſtitutionibus ſancitum eſt, conſequens eſt emptionem eſſe alicuius rei, & proinde contractum huiuſmodi ad commercia acquirendarum rerum pertinere. † Illúdque tantum inter vtramque 27
genus intereſt, quia redimibiles minori pretio comparantur, quandoquidem facultas redimendi eſt pretij pars, & minuit pretium rei *l. fundi. 75. ff. eod. tit. de contrah. empt.* & fatentur omnes, & Foller. *de contrah. cenſuar. §. vt vides, num. 6.* Molina Theolog. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 375. num. 7.* Frideric. Martin. *loc. cit. cap. 6. num. 196.* & Andr. Molfeſ. *de contract. cap. 6. num. 78.*

Ex quo fit, vt cenſus irredimibiles leuiores ſint, grauiores verò ij, quibus ineſt facultas redimendi quod non mutat ſpeciem. Nam, & vſuræ trientes, & quicunces vſuræ ſunt, ſicut centeſima, tametſi hæc maxima vſura ſit, illæ leuiores *d. l. eos. C. de vſur. l. 9. §. 1. ff. eod. tit. l. 7. §. quæ autem ff. de admin. tut. & l. ſi legatum in princ. ff. de oper. publ.* Quamobrem verius eſt vtroſque cenſus ad negotiationes acquirendarum rerum pertinere, quandiu intra legum, & iuſtitiæ fines conſiſtunt. Quos ſi fortè ob auaritiam emptores tranſiliunt, ad negotiationem vſurariam facilè decurrunt, vt docet Felician. *eod. cap. 3. num. 7.* & Duaren. *loc. cit.* & in cenſibus redimibilibus nominatim ſancitum eſt à Diuo Pio V. quod nunc non attingo. De ſententia verò Didaci Couarruuiæ, & aliorum exiſtimantium cenſus perſonales licitos eſſe, alio loco etiam differendum eſt.

Septimo, & vltimo loco obiicit Heigius à num. 98. Thologos, & Iuriſconſultos egregios rationibus illis permotos exiſtimaſſe poſſe Principes in hac temporum neceſſitate vſurarum

ratum quantitatem definire, quam & moderatiores tenere iure poſſint, & improbiores excedere prohibeantur. Et hæc omnia cauſam præbuiſſe ſtatibus Imperij, vt Vvormatiæ conſtituerentur ex pecuniis creditis quinque annua adiudicari debere ex tempore moræ ſine vlla probatione eius quod intereſt, & decretum hoc à Maximiliano II. confirmatum.

28 Sed reſpondeo omnes omnino vſuras, & contractus omnes fœneratitios prohibitos eſſe nouiſſimis conſtitutionibus Impp. Maximiliani I. anno 1500. Caroli V. anno 1530. & 1548. Maximiliani II. anno 1570. & Rudolph. II. anno 1577. quæ extant poſt tractatum Caniſij de vſur. qui *cap. 1. num. 9.* obſeruat Receſſum deputatorum Imperij celebratum Spiræ anno 1600. & ab eodem Rodulpho II. confirmatum non ſimpliciter, & promiſcuè quinque pro centum concedere creditori ob moram ſibi in ſolutione factam, ſed inſpectâ illius perſonâ, & induſtriâ, ſi tantundem ex pecunia ſibi debita colligere potuerit, vel damnum paſſus ſit. Cui rei conſequens eſſe, vt ſi nihil lucri amiſerit, vel nihil damni paſſus fuerit, nec quinque, nec aliud quidpiam vltra ſortem ei debeatur. Et quicquid ſit, non quærimus, vt iam dixi, *num.* 19. an poſſit Princeps in ſuis ditionibus modicum, & modeſtum fœnus permittere:

29 ſed an vſuræ natura ſua improbæ, & malæ ſint. † Quòd cùm nulla ratione controuerti poſſit, nullis conſtitutionibus Principum, nullis ciuitatum decretis effici poteſt, vt tales eſſe deſinant, quamuis non ſit, quo iudice reperiantur, vt conſtat apertiſſimè ex *c. quid dicam,* 14. *quæſt.* 3. *& c. ſuper eo. de vſur.* & ex illa Leonis Cæſaris Nouella, *vt ad vſur.*

30 *trient. pecun. licit. mutuar.* Neque enim leges, & conſtitutiones Principum ius diuinum, & naturale euertere, & immutare poſſunt *d. l. 2. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu tollunt. l. 8. ff. de cap. min. & c. non licet. diſt.* 10. quo loco apertè ſcriptum eſt Imperatorem vel alium quemlibet nihil aduerſus diuina præcepta conſtituere poſſe. Quod multis locis dixit Baldus, vt in *l 1. C. de ſumm. Trinit. num. 3. & in auth. ad hæc. num. 2. C. de vſur.* ſubiiciens legem Euangelij ſine dubio leges Cæſaris vincere, & in *conſ. 464. in fin. lib. 1. & conſ. 334. num. 3. lib. 2.* vbi ait in materia vſurarum canones præualere legibus. & Didac. Couarr. *lib. 3. cap 2. num. 6.* & Caniſ. *loc. cit.* vbi cenſent leges Iuſtiniani permittentes, & approbantes vſuras iniquas eſſe, cùm iuri naturali, & diui-

31 no repugnent. † Quamobrem conſtanter tenendum eſt vſuras etiam quincunces, vel ſi quæ leniores in regione frequentantur, ſuâ ſponte improbas eſſe, ideòque nemini fas eſſe ſiue clerico, ſiue ſæculari vel tantillum hoc nomine vltra ſortem accipere, vt ait illa Baſilij conſtitutio apud Harmenop. *lib. 3. tit. 7.* neque xenia, neque munuſcula, vt D. Hieronym. *ſuper Ezech. loc. cit.*

32 Denique ex his probare non poſſum, quod ſcribit doctiſſimus Cuiacius *ad tit. C. depoſ.* mutuum recipere modicum fœnus, quod non ſuperet beneficium à creditore profectum, ſed exſuperetur, quia beneficio adiuuari nos oportet, non opprimi, *l. 17. §. ſicut. ff. commod.* daturum ſe enim, & in fœnore libenter de xeniis prouerbio locum, *Neque omnia, neque omni tempore, neque ab omnibus*, quod extat in *l. 6. ff. de offic. proconſ.* Nam ex his, quæ diximus, ſatis perſpicuum eſt fœnus quodcunque ſit, & quouiſcum agitetur, ſemper & cum omnibus iniuſtum, & illicitum eſſe. Quod quidem inter cætera probat dicta Baſilij conſtitutio, quæ omnino oppoſita eſt Cuiacij ſententiæ, iubet enim, ne cuiquam omnino in vllo negotio liceat vſuras accipere, & ſi quis vel tantillum acceperit, ſorti imputare. Et quod ait D. Ambroſius *d cap. 15.* quod iterum ſubiicio, *generaliter Dei ſententiam omne ſortis augmentum excludere.* Denique id ſatis conſtat ex *d. c. putant quidam. quæſt. 3.* in quo D. Hieronymus eos reprehendit, qui pro pecunia fœnerata munuſcula accipiunt diuerſi generis. Vnde rectius idem Cuiacius in *Obſeru. lib. 9. cap. 15.* ait mutuum natura ſua mercedem non recipere, ſicut & commodatum. Quod iterum notat, *lib. 11. cap. 37.* vbi ait Nonij Marcelli ſibi verba quædam magnopere placere, propterea quod ſubindicant mutuum, quod ſub auido fœnore fit, honeſtum non eſſe. Quare puto Cuiacium illo loco ſenſiſſe de modico fœnore ſe diſſimulaturum, vel potiùs licitum eſſe creditori modicum aliquid accipere ex liberalitate debitoris, quod non eſt prohibitum.

QVÆSTIO IV.

De diuiſione Vſuræ, & an ea, quæ propter moram exigitur, prohibita ſit.

SVMMARIA.

1. *Vſura duplex, legalis, & conuentionalis.*
2. *Vſura conuentionalis in actionibus ſtricti iuris ex ſtipulatione debetur.*
3. *Pactum ſufficit, vt quibuſdam caſibus vſuræ debeantur.*
4. *Vſura conuentionalis vel à die contractus, vel à die moræ debetur.*
5. *Pactum, vt non ſolutis minoribus grauiores vſuræ præſtentur, valet.*
6. *In bonæ fidei contractibus vſuræ debentur ex pacto.*
7. *Fœnus aliud terreſtre, aliud nauticum.*
8. *Vſura legalis, quæ propter moram infligitur.*
9. *Legatorum vſuræ poſt moram debentur.*
10. *Siue ex re, ſiue ex perſona mora fiat.*
11. *Vſuræ ex ſtipulatione deberi non poſſunt, niſi de certis actum ſit.*
12. *Ex mora debentur vſuræ, quæ in regione frequentantur.*
13. *Vſura centeſima ob interuerſionem pecuniæ publicæ, vel pupillaris infliguntur.*
14. *Vſuræ aliis contractibus quàm mutui accedere poſſunt non ſolùm ex mora, ſed etiam ex pacto.*
15. *Vſuræ accedere poſſunt quantitatibus ex pacto, licet creditum non conuertatur in mutuum.*
16. *Mutuò ex interuallo vſuræ accedere poſſunt.*
17. *Vſuræ diuiſio, vt alia ſit lucratiua, alia compenſatiua, & reſtauratiua, reiiciuntur.*
18. *Emptor ex iure ciuili tenetur ad vſuras pretij, qualiſcunque res ſit.*
19. *Vſuræ debentur ex mora, licet debitor nullum commodum conſecutus ſit.*
20. L. curabit. C. de act. empt. *loquitur de veris vſuris.*
Vſuræ in terminis, l. curabit. *non poſſunt excedere legitimum modum.*
21. *Feliciani doctrina quædam refertur, & expenditur.*
22. *Vſura tam in contractibus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris illicita aduerſus Feliciani ſententiam.*
23. *Leges quibus definitum eſt in contractibus bonæ fidei venire vſuras, de veris vſuris intelligendæ ſunt.*
24. *Quod quiſque lucrum fecerit ex re aliena, in facto conſiſtit.*
25. *Tutor ex iure ciuili tenetur ad vſuras eius pecuniæ, quam otioſam habuit.*
26. *Vſura compenſatiua non magis in aliis contractibus, quam in mutuo licita.*
27. *Vſuræ pupillares hodie prohibitæ.*
28. *Vſuræ moroſis ex iure ciuili infliguntur pro modo culpæ, non pro modo commodi percepti aduerſus Felicianum.*
29. *Feliciani errores quidam notati.*
30. *Quantitatibus, quæ ex contractibus bonæ fidei debentur, accedunt vſuræ.*
31. *Vſuræ, quæ ex iure ciuili veniunt in iudiciis bonæ fidei, veræ vſuræ.*
32. L. Lucius 24. depoſ. *ſententia.*
33. *Vſuræ quæ veniunt in actionibus bonæ fidei, acceſſiones non ſors.*
34. *In ſpecie* l. curabit. *cur incrementum aliquod percipi poſſit.*
35. *Petri Gregorij diuiſio vſurarum expenditur.*
36. *Mora ſola non ſufficit, vt vſuræ licitè exigantur.*
37. *Vſuræ ſiue conuentionalis, vel legalis illicita.*
38. *Vſurarum ſpecies ex aſſis partibus conſtituta.*

Centeſima vſurarum maxima.
39. *Menſes vſurarum parentes.*
Calendarium liber fœneratorum.
40. *Calendis vſuræ promittebantur, ſoluebantur Idibus.*
41. *Vſura vnciaria, ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx, & omnium finis centeſima.*
42. *Vſura centeſima duodenos quotannis reddebat pro centenis ſingulis.*
43. *Quod deinde paululum immutatum.*
44. *Iuſtinianus pro varietate perſonarum vſuras conſtituit ad finem centeſimæ.*
45. *Hodie nec in nummo vno vſura licita.*

EX his, quæ in præcedentibus dicta ſunt, col-
ligi poteſt ſummam vſuræ diuiſionem eſſe,
1 † vt alia conuentionalis ſit, quæ ex conuen-
tione; alia legalis, quæ ex mora, & officio
iudicis debetur. Illa *Fœnus* dicitur, vnde fœ-
neratores, qui fœnus exercent, & fœnebris pecunia, id eſt
quæ ſub fœnore credita eſt; hæc generis nomen retinet, &
Vſura appellatur, & eſt pecuniæ ex quacumque cauſa de-
bitæ ob moram debitoris acceſſio. Quod, nunc breuiter
tractandum eſt, vt magis conſtet nullum eſſe genus vſuræ,
quod non ſit illicitum.
2 Vſura primi generis, quæ fœnus dicitur, & non niſi ex
conuentione debetur, ſingulariter in negotiis ſtricti iuris,
vt in mutuo, exigit ſtipulationem. *l. Titius. ff. de præſcr. verb.*
vbi Aphricanus ait pecuniæ creditæ vſuras, niſi in ſtipu-
lationem deductas non deberi, & *l. 3. C. de vſur. l. idem-
que. §. ſi quis Titio. ff. mandat. l. 5. §. Imperator. ff. de ſolut.* Har-
menop. *epit. lib. 3. tit. 7. in princ.* Quibuſdam tamen caſibus
3 receptum eſt, vt ex nudo pacto vſuræ debeantur, † vt in
pecuniis nauticis, *l. 1. in fin. & l. 7. ff. de naut. fœn.* & in pecu-
niis ciuitatum, quibus ex nudo pacto vſuræ debentur, *l.
etiam. ff. de vſur.* Quod etiam argentariis indultum eſt ex Iu-
ſtiniani conſtitutione 136. Denique idem iure ciuili rece-
ptum eſt in frumento, vel quibuſcumque fructibus mutuò
datis, in his enim pactum ſufficit, nec neceſſaria eſt ſtipula-
tio *l. 12. C. de vſur.* quod ratione incerti pretij earum rerum
factum eſt, vt videtur Cuiac. *ad tit. C. de vſur.* & Ioann. Bor-
cholt. *cap. 3. num. 40.*
4 Porrò ea ſtipulatio, vel pactum in iis ſcilicet quæ pactum
deſiderant, vel in diem moræ concipitur, vt ſi conuentum
eſt, niſi ad certum diem pecunia ſoluatur, vſuræ præſten-
tur, vt in *l. 90. ff. de verb. obligat. & l. lecta. ff. ſi cert. pet.* vel
purè, & à die initi contractus, vt cùm creditor, donec pe-
cunia reddatur, vſuras ſtipulatur, & cauet, quod genus
vſuræ propriè fœnus dicitur, *l. 9. §. vſurarum. de vſur.* & re-
ditus pecuniæ, *d. l. Titius, de præſcr. verb. & l. alumna. de adim.
leg. l. 24. ff. de vſufr. leg.* & ex die ſtipulationis, vel pacti cre-
cit, & ſerpit, vt notat idem Cuiac. *loc. cit.* & Borcholt. *cap.
2. num. 9.* vnde D. Ambroſius *lib. de Tobia cap. 12.* grauiter
hoc genus vſuræ deteſtatus, ait, *pecuniam fœnoris à die initæ*
5 *conuentionis creſcentibus vſuris continuo ſerpere.* † Et interdum
illud agebatur, vt ſi minores vſuræ ad certum diem ſolutæ
non fuiſſent, grauiores præſtarentur, vt in *l. cum quidam. &
d. l. 9. §. vſurarum. ff. de vſur.* vbi Papinianus ait, hoc non eſſe
pœnam, ſed vberius fœnus, ratione ſortis.
6 Sed in contractibus bonæ fidei vſuræ ſine ſtipulatione ex
pacto debentur, & peti poſſunt, idque multis iuris locis
proditum eſt, vt *l. Lucius Titius. §. vlt. & l. Publia Mænia. §. 1.
ff. depoſ. l. cum quidam. §. ex locato. ff. de vſur. l. qui negotia. §. 1.
ff. mandat.* Denique Gordianus Imperator in *l. initio. C. de
pact. inter empt. & vendit.* reſcripſit ex pacto venditioni adie-
cto vſuras deberi, vt tradit idem Borcholt. *cap. 3. num. 2.*
Neque tamen dubitandum iis negotiis ſtipulationem vſura-
rum addi potuiſſe, cum enim ita paciſci, & conuenire lice-
ret, & vſitatum eſſet, nihil vetuit creditores vſuras ſtipulari,
vt notat idem Borcholt. *d. cap. 3. num. 35.* & indicat *l. 42.
§. vſuras. ff. ſolut. matrim.* vt enim nunc ita olim contracti-
bus omnibus ſtipulationem addere vſitatam fuit obligatio-
nis firmandæ cauſa, *l. iuris gentium. §. quod ferè. ff. de pact.* Paul.
lib. 5. ſentent. tit. 7.

Præterea hæc vſura conuentionalis rurſus duplex eſt: aut 7
enim terreſtris eſt, de qua hactenus diximus; aut mariti-
ma, quæ & nautica, & fœnus nauticum dicitur. Et hoc in-
ter vtrumque fœnus intereſt, primò quia in terreno fœno-
re periculum ſortis eſt debitoris; in nautico verò pecunia
traiicitur periculo creditoris, *l. 1. & 4. C. de naut. fœn. l. 3. & 4.
ff. eod. tit.* Deinde illud ex ſtipulatione tantùm niſi quibuſ-
dam caſibus, nauticum verò etiam ex pactione, *l. 5. & 7. ff.
eod.* Denique vſuris nauticis olim nullus modus fuit, &
hodie grauiores ſunt vſuris communibus, nempè vſque ad
centeſimam ex conſtitutione Iuſtiniani, *in d. l. eos. C. de vſur.*
Ratio autem differentiæ poſita eſt in periculo, quod traie-
ctitiæ pecuniæ creditor ſuſcipit, quo ceſſante, vel finito lo-
cus eſt communibus vſuris, non centeſimis, *d. l. 1. C. de naut.
fœn.* Duaren. & Cuiac. *ad h. tit.* Hoc igitur intereſt ex iure
ciuili inter terrenum, & nauticum fœnus. Quod an licitum
ſit; iam dixi *quæſt. 3. num. 11.*
Aliud genus vſurarum eſt, quod ex mora debetur, & 8
vſura propriè dicitur, quæ non principaliter propter lu-
crum, vt fœnus, ſed propter moram infligitur, vt ait, *d. l.
cum quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſur.* non quidem in omnibus
negotiis, ſed in contractibus bonæ fidei dumtaxat, vt paſſim
iure Ciuili cautum eſt: Ita enim Martianus *in l. mora. ff. de
vſur. In bonæ fidei contractibus vſuræ ex mora debentur*, quod
etiam innuit Papinianus in *l. 1. ff. eod. tit.* dum ait, *cum iudicio
bonæ fidei diſceptatur, arbitrio iudicis, vſurarum modum ex
more regionis conſtituendum eſſe.* Idemque conſtat apertiſſi-
mè ex *d. l. cum quidam. §. ex locato. l. 24. ff. depoſ. & l. 2. C. eos.
l. Præſes. C. de loc. & cond. & aliis locis*, & multi docent
apud Felician. *lib. 1. de cenſib. cap. 3. num. 9.* & Cuiac. *in d. l. 1.
de vſur. ad Papin.* vbi ait nullam eſſe regulam frequentio-
rem. † A qua tamen excipienda ſunt legata, & fideicom- 9
miſſa. Nam licet actio, qua legata, & fideicommiſſa pe-
tuntur, non ſit bonæ fidei, tamen legatorum, & fideicom-
miſſorum vſuras poſt moram deberi conſtitutum eſt, in *l. 1.
& 2. C. de vſur. & fructib. legat.* & à Papiniano reſponſum eſt
in *l. Titia Seio. §. 1. ff. de leg. 2. & l. 24. ff. de vſufr. leg.* & tradit
Antonius Faber *de errorib. pragmat. decad. 11. err. 2. num. 6. & 7.*
& idem Borcholt. *loc. cit. num. 17.* ſubiiciens id conſtitutum
eſſe, vt defunctorum voluntates melius conſeruentur. Ex
quo etiam factum eſt, vt quoad moram legata, & fideicom-
miſſa exæquata ſint contractibus bonæ fidei, vt in *l. 3. C. in
quib. cauſ. in integr. reſtit.*
Quod obtinuit non tantùm cùm mora ex perſona facta 10
eſt, id eſt, cùm debitor interpellatus congruo loco, &
tempore non ſoluerit, quæ propriè mora dicitur, ſed etiam
ſi ex re mora facta dicatur, quod fauore quarumdam per-
ſonarum, & in quibuſdam cauſis iure ciuili receptum eſt, vt
in cauſis minorum, *l. Titia Seio. §. 1. de legat. 2. l. cum verò.
§. apparet. de fideic. Libert. d. l. 3. C. in quib. cauſ. in integr. re-
ſtit. & l. curabit. C. de act. empt.* & interdum in actionibus
bonæ fidei, vt in ſpecie *l. 12. §. vſuras. ff. mandati. l. 1. §. Socius.
ff. de vſur. l. 3. & 4. C. depoſ.* aliiſque cauſis, in quibus mora ex
re fieri intelligitur, vt explicat Cuiac. in *d. l. 1. de vſur. ad
Papin.*
Illud verò intereſt inter vſuras huius, & alterius gene- 11
ris, quia cùm vſuræ ex ſtipulatione petuntur, licet neceſſa-
ria non ſit ſcriptura, *l. 1. C. de vſur.* opus tamen eſt certum
modum conſtituere, id eſt, certis vſuris, puta quincunci-
bus, vel ſemiſſibus conuenire, alioqui ſtipulatio, & pa-
ctum nullius momenti eſt, *l. 31. ff. de vſur. & l. tutor. 41. in fin.*
vbi Modeſtinus ait, *ſi non appareat, de quibus vſuris conuen-
tio facta ſit, eas peti non poſſe.* Et iure ſingulari tantum ar-
gentariis conceſſum eſt, vt vſuras beſſes petere poſſent,
etiamſi earum certum modum non dixiſſent, ex *d. nouella Iu-
ſtiniani 136. de argent.* † Cum verò vſuræ ex mora debentur, 12
vt in contractibus bonæ fidei, aliiſque negotiis, in quibus
vſuræ debentur propter moram, vt dictum eſt, earum
modus ex more regionis conſtituendus eſt à Iudice, nimi-
rum vt ſoluantur vel trientes, vel ſi quæ aliæ in ea pro-
uincia leuiores frequentantur, *d. l. 1. in princ. ff. de vſur. l. 37.
eod. tit. l. 7. §. qui autem. de admin. tut. l. 3. §. conſequitur. de act.
contr. tut.* & notandum quod ait *d. l. 37. id generaliter in bonæ
fidei iudiciis* conſtitutum eſſe. † Niſi quibuſdam caſibus, 13
in

in quibus lex ipſa modum vſorarum conſtituit, vt in ſpecie *l. vlt. § præterea. C. de iur. dot & l. vn. §. cum autem. C. de rei vxor. act.* & fauore Eccleſiæ, vel colonorum, *in nouell. 7. & 32.* & cùm vſuræ debentur ex interuerſione pecuniæ alicuius ciuitatis aut municipij, quo caſu aduersùs debitores lex conſtituit, & infligit vſuras maximas, id eſt, centeſimas, vt in *l. 38. ff. de neg. geſt.* Quòd & aduersùs tutores, & curatores conſtitutum eſt, qui pecuniam minorum in ſuos vſus vertunt, vt conſtat ex *l. 7. §. quæ autem. & l. 54. ff. de admin. tut. l. 3. C. arb. tut. l. 1. C. de vſur. pup.* & in ſpecie *l. 53. §. idem reſpondit. ff. pro ſoc. & l. 4. C. de adiſ. princ.* quæ proſequitur Roder. *de ann. redit. lib. 3. quæſt. 4. num 38. & ſeq.* Ex quibus conſtat vſuras vel conuentionales eſſe, vel legales: & hoc duplici genere, quicquid eſt vſurarum contineri.

14 Præterea ex his perſpicuum eſt falſum eſſe, quòd quidam vulgò dicunt vſuram non niſi in mutui dationibus inueniri, & committi poſſe. Certo enim certius eſt etiam aliis negotiis accedere poſſe, manente contractu, non ſolùm ex mora, ſed ex conuentione etiam, & pacto, vt in *d. l. 42. §. vſur. ff. ſolut. matrim. & l. Lucius Titius. §. vlt. ff. depoſ. & aliis locis.* Quorſum enim iure ciuili conſtitutum eſt vſuras in contractibus bonæ fidei ex pacto, & ex mora deberi, ſi non niſi in mutuo vſura, & fœnus contrahi poteſt? Et cur in iure noſtro de vſuris legatorum, & fideicommiſſorum quæritur, eáſque ex mora, & ex die moræ deberi receptum eſt, ſi mutui dationibus dumtaxat vſura accedere poteſt?

15 Et licet frequentius fœnus in mutui dationibus contrahatur, & vix contractus fœneratitius ſit, in quo non inueniatur ratio, vel veri, vel ciuilis mutui, quia cùm de vſuris præſtandis conuenit ob dilatam ſolutionem eius quantitatis, quæ ex depoſito, vel aliis cauſis debetur, debitum in mutuum conuertitur, vt in *l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuil. cred. l. ſi hominem. in fin. ff. mand. l. 9. & l ſingularia 15. ff. de reb cred.* & expectatio ſolutionis virtuale quoddam mutuum eſt, *l. 3. §. ſi autem. ff. ad Maced.* illis verbis: *licet cœperit eſſe mutua pecunia.* tamen dico, & contendo etiamſi pecunia non fiat mutua, & debeatur ex alio contractu, & cauſa, illi vel ex mora, quod certiſſimum eſt, vel ex ſtipulatione, & pacto vſuras accedere poſſe, neque ſtatim debitum in mutuum conuerti, idque conſtare apertiſſimè ex *l. qui ſine. 38. ff. de neg. geſt. l. 24. in fin. & l. 26. §. ff. depoſ. d. l. 17. §. ſi ex locato ff. de vſur. l 42. ff. mand. & d. l. 42. §. vſuras. ff. ſol. matrim.* & dico, & contendo ſi quid illis quantitatibus, quæ ex aliis cauſis debentur, accedat ob ſolam conuentionem, & obligationem, vel ob ſolam moram, cùm nihil creditoris intereſt ſibi moram fieri, acceſſionem hanc vſuram eſſe, & iniuſtam, & illicitam exactionem, & non minus reſtitui debere, quàm ſi ex fœnore, quod in mutui datione contrahitur, extorta ſit: denique ex contractu etiam, qui non eſt
16 fœneratitius vſuram admitti, & exigi poſſe.† Vt enim mutuum ex ſe non eſt fœneratitium, cùm ſcilicet creditor tantumdem ſibi reddi, & nihil amplius ſtipulatus eſt, ſi tamen poſtea ob moram debitoris, vel ex eo quod differt petitionem, vltra ſortem accipiat, cùm nihil eius intereſt, certum eſt creditorem vſuras capere, & reſtituendi reum eſſe; & contractum, qui ab initio purus fuit, ex poſt facto polluí fœnore, vt dicit Caſtrenſ. *in quod. conſ.* quod deinde inuenire non potui, & Bero. *in tit. de vſur. num. 29. & 30.* ita protſus ſi is, cui ex cauſa depoſiti, vel mandati pecunia debetur, ex ſolo tempore tardæ ſolutionis incrementum capit, illum vſuras exigere dicendum eſt, & reſtitutioni obnoxium eſſe, quamuis contractus fœneratitius non ſit, nec in mutuum conuerſus eſſe intelligatur, & ita comperi deinde ſentire Peregr. *in conſ. 85. num. 11. lib. 3.* vbi alios quoſdam refert ita ſentientes. Nec puto viros Theologos his perpenſis aliud eſſe reſponſuros.

17 Denique ex his non placet diuiſio vſuræ quam quidam faciunt, vt alia ſit lucratiua, alia commodi percepti compenſatiua; alia denique damni reſtauratiua, quæ tribuitur Baldo, & Salicceto *in l. 2. C. de vſur.* Didaco Couarr. *variar. lib. 3. cap. 4. num. 2.* Cagnol. *in l. curabit. num. 2. C. de act. empt.* & aliis apud Felician. *lib. 1. de cenſib. cap. 3. num. 13.* quia omnis vſura lucrum eſt creditoris, eſt enim incrementum ſortis ex ſola obligatione, & ſolo tempore tardæ ſolutionis, vt dictum eſt, & proinde ſi quid creditor capit vltra ſortem in compenſationem eius, quod ſua intereſt, vel illi debitum erat, id vſura non eſt, ſed rei debitæ perſecutio, vt fatetur idem Couarr. *loc. cit.* vbi vt oſtendat in caſu *d. l. curabit.* vſuras licitas eſſe, ait obſeruandum eſſe, vſuras, quas venditor hoc caſu percipit non eſſe verè vſuras, ſed rei propriæ perſecutionem, quæ deducitur ab æquitate iuſtitiæ commutatiuæ, quæ in æqualitate conſiſtit, quod alio loco tractandum eſt. Denique ineptiſſimum eſt dicere eſſe aliquam vſuram reſtauratiuam damni, quod creditor patitur aduerſarij culpâ, quia hoc non eſt vſura, ſed intereſſe, quod in iure ciuili perpetuo ſeparatur ab vſuris, vt in *l. 2. in fin. ff. de eo quod cert. loc. & l. vlt. ff. de peric. & comm. rei vend. l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. profer.* & omni iure debetur etiam in mutuo, vt latè tradit Rebuff. *in præfat. d. l. vn. num. 22.* & apud omnes exploratum eſt, dummodo probetur legitimis modis, & verè creditor amiſerit lucrum, vel damnum fecerit debitoris culpa, *l. ſi commiſſa. ff. rem. rat. hab. & d. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* quod à ratione vſuræ alienum eſt. Et huc valde pertinent verba quædam Vveſembecij ad tit. *D. de naut. fœn.* num. 1. *in vſurarum conuentione nullum eſſe ſynallagma, quod obligationem iuſtam, & ciuilem efficere poſſit.* Quod etiam indicat *l. vſura. 121. de verb. obligat.* Ex qua conſtat vſuram non ex corpore aliquo eſſe, ſed ex obligatione; neque exigitur quod creditoris interſit. Quare rectè Cuiac. *ad tit. C. de vſur. in fin.* notat vſuram eſſe reditum pecuniæ, vel à tempore contractus, quod fœnus propriè dicitur; vel à tempore moræ in bonæ fidei iudiciis omnibus & ſtrictis quibuſdam, etiamſi reuera nihil actoris interſit. Diuiſio ergo hæc vitioſa eſt, quia plus continet, quàm id quod diuiditur.

Neque hæc diuiſio rectè deducitur ex *l. curabit. C. de act.* 18
empt. aliiſque locis, quibus cautum eſt emptorem poſt rem traditã vſuras præſtare debere, quia licet in *l. curabit. & l. 13. C. de act. empt. & in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. eod. tit. & l. 16. de vſur.* fiat mentio fructuũ, ita vt ratio fructuum valdè ſuadeat vſuras ab eo præſtandas eſſe, qui percepit fructus, malè tamẽ infertur ex hac aliiſque ſimilibus legibus vſuram aliquam iure ciuili cognitam eſſe commodi percepti compenſatiuã, quia ſecundum ius ciuile emptor, cui res tradita eſt, tenetur ad vſuras, etiamſi res nullos fructus ferat, & ſit ſterilis, vt ſi gemmæ, veſtis, & alia id genus vendita ſint, ſiquidem generaliter conſtitutum eſt emptorem poſt rem venditam vſuras pretij debere, vt in *l. 2. C. de vſur. l. 5. C. de pact. inter empt. & vendit. & d l. vlt. ff. de peric. & comm. rei vend.* nec ibi diſtinguitur, an res fructus ferat, vel ſit ſterilis, vt obſeruat Barboſ. *in l. 5. num. 26. ff ſol. matrim.* Quod generaliter etiam tradit Paulus *ſentent.* lib. 2. tit. 17. his verbis: *Poſt rem traditam, niſi emptor pretium ſtatim exoluat, vſuras eius præſtare cogendus eſt* & congruenter etiã Harmenop. *l. 3. tit. 2. Empt.* in-
quit, *ex quo tempore res eſt tradita, vſuras pretij debet.*† Et ſa- 19
nè, vt ex pecunia, quæ cauſa depoſiti, locationis, & aliis actionibus bonæ fidei debetur, vſuræ ob ſolam moram, vel ex pacto iure ciuili peti poſſunt, etiamſi pecunia nullos referat fructus, & nullum commodum ex ea debitor conſecutus ſit *d l. cum quidam. §. ſi pupillo. & d. l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vſur.* ita protſus emptor poſt moram ad pretij vſuras tenetur ex iure ciuili, ſiue res fertilis ſit, ſiue ſterilis. Neque nos turbare debet, quod *d. l. curabit,* conſtitutum ſit emptorem, cui res tradita eſt pretium cum vſuris reſtituere debere hoc addito, *quas & perceptorum fructuum ratio, & fauor minoris ætatis, etiamſi nulla mora interceſſerit, generauit.* quia non ait conſtitutio vſuras nullas deberi, ſi res ſit ſterilis, & nullos ferat fructus. Æquum quidem fuit illud conſtituere, quia hoc caſu exactio vſuræ Synallagma habet, id eſt aliquid, in quod compenſatur, & quod iuſtam exactionem efficere poteſt, & excludere rationem vſuræ, ſed nego iure ciuili hîc, vel alibi conſtitutum eſſe, vt eo tantùm caſu vſuræ debeantur, cùm res eſt fructifera, quo ſcilicet generaliter cautum eſt, vt in contractibus bonæ fidei, qualis eſt is, de quo agitur in *d. l. curabit.* ſola mora ſufficiat, vt in-
fligantur vſuræ. † Cuius rei etiam argumentum eſt, quia 20
non ait conſtitutio emptorem, qui rem habet, & pretium rei, fructus reſtituere debere, vel vſuras pretij pro ratione fructuum

fructuum nunc grauiores, nunc leuiores, vel nullas ſi res non ſit nata referre fructus, ſed ſimpliciter inbet emptorem præſtare pretij vſuras, in quo ſæpe læſio, & deceptio interuenit, vt optimè adnimaduertit Leonardus Leſſius Theologus *lib. 2. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 25. num. 3.* & indicat *d. l. Iulianus. §. ibidem. de act. empt.* ex quo conſtat huiuſmodi vſuras modum legitimum excedere non potuiſſe, vt in aliis debitis pecuniariis receptum eſt *l. pecunia, & l. pœnam ff. de vſur.* quod profectò non fuiſſet, ſi vſuræ iſtæ ratione fructuum tantum iure ciuili præſtarentur, cùm fructus modum vſuræ excedere poſſint non minus, quàm id quod intereſt, *l. 2. in fin. de eo quod cert. loc.* conſtat ergo diuiſionem hanc à mente legum alienam eſſe, & commentum hoc nullo iuris ciuilis loco ſuſtineri.

21 Neque valde laborarem in hac re reiicienda, deiiciendáque niſi comperiſſem, nonnullos magnæ auctoritatis ſcriptores hinc multa publico pernicioſa inferre, & vſuris viam aperire, quod ferendum non eſt. Inter quos Felicianus vir doctus, & ſubtilis ingenij, cuius dicta hic excutere operæ pretium eſt. Hic ergo auctor *loc. cit. num. 9. & ſeq.* vt oſtendat etiam nunc durare celebrem illam differentiam inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, vt in actionibus bonæ fidei vſuræ debeantur ex mora, in iudiciis verò ſtricti iuris non debeantur, quam ſuprà poſuimus *n. 7. & quæſt. 1. num. 8.* obſeruandum eſſe ait triplicem vſuram eſſe, nempe lucratiuam, commodi percepti compenſatiuam, & damni reſtauratiuam, & ita docuiſſe Bald. Salic. Anan. Cagnol. Couarr. & ipſum Carolum Molin. in conſuet. *Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 9. num. 10.* Vſuram lucratiuam omni iure illicitam eſſe, damni verò reſtauratiuam, quæ ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis præſtatur, licite peti, & exigi poſſe: & commodi percepti compenſatiuam omni quoque iure licitam eſſe. Cùm ergo, inquit, in contractibus bonæ fidei dicimus vſuras ex mora deberi, nec de lucratiuis neque de damni reſtauratiuis id accipiendum eſſe, ſed de commodi percepti compenſatiuis, quas licitas eſſe pro certo conſtituit, & hinc ſequi id quod variis locis iure ciuili cautum eſt, vſuras in bonæ fidei iudiciis venire poſt moram, id de huiuſmodi vſuris accipiendum eſſe, & proinde etiam nunc vſuras in conuentionibus bonæ fidei poſt moram iure Pontificio peti poſſe, eóque iure dictam differentiam illæſam manere. Quamobrem ſi depoſitarius pecuniis depoſiti vtatur, vſuras commodi percepti præſtare cogendus, vt iure ciuili receptum eſt in *l. Lucius Titius. 24. & l. 25. §. qui pecuniam. ff. depoſ.* idémque in procuratore, negotiorum geſtore, tutore, & aliis huiuſmodi dicendum eſſe. Et hac ratione ſe interpretari Panormitani, & aliorum ſententiam, vt quatenus aſſerunt iure Canonico vſuras in contractibus bonæ fidei deberi loco eius, quòd intereſt, intelligi debeat, non ſolùm de intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, ſed de eo etiam quod eſt carere, & deſtitui vſu rei ſuæ, aliúmque ex ea commodum percipere. Hinc fluere veram decidendi rationem ad *d. l. curabit.* vt emptor vſuras pretij præſtare debeat in compenſationem fructuum, quos ex re vendita percepit, etiamſi non aliundè venditoris interſit. Et ex eodem fonte procedere, vt vſuræ pupillares, de quibus eſt *tit. C. de vſur. pupill.* iuſtè exigi poſſint, & ſicut tutor iure ciuili præſtat vſuras eius pecuniæ, quam in ſuos vſus conuertit, *l. tutor 7. §. quæ ſint, & §. pecunia. de admin. tut. l. curator. C. arbit. tut. l. qui ſine. ff. de negot. geſt. l. 1. C. de vſur. pupill.* ita quoque nunc iure canonicô, quo vſuræ commodi percepti compenſatoriæ licitæ ſunt, tutor vſuras præſtabit, idque in praxi receptum eſſe, Neque ex iis inferri poſſe licere quoque in mutuo vſuras exigere, ſi quidem qui mutuo dedit, caret vſu rei ſuæ, & accipiens mutuum ex re mutuo data commodum ſentit, quia hæc diſſimilia ſunt. Nam qui mutuo accipit, non percipit commodum ex re aliena, ſed propria, ideoque vſuras commodi percepti non debere, quia ceſſat æqualitas illa iuſtitiæ commutatiuæ, ex qua rem hanc pendere ex variis auctoribus deduxit, Ita igitur, & his ferè verbis diſſerit Felicianus *loc. cit.* à quo tamen in multis diſſentio.

22 Et primo loco non probo, quod ille ait quod attinet ad vſuras, etiam nunc durare differentiam inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, quia verius, & tutius eſt dicere nullum hac in re inter illa negotia nunc diſcrimen eſſe, & vſuras in omnibus æquè illicitas eſſe, & non minus in his, quam in illis prohiberi eo iure, quo omnis vſura interdicta eſt, vt dixi. Quemadmodum etiam nullum diſcrimen eſt circa id quod intereſt, quod debetur, ex quacumque cauſa pecunia debeatur, ſiue contractus ſit bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, *l. ſi fundum. 114. de verb. obligat. l. 7. ff. de præſcript. verb. & l. 2. in fin. de eo quod cert. loc.* & tradit Rebuff. *in d. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. num. 581.* & Ioann. Sichard. *in l. 2. num. 5. C. de vſur.* cùm enim naturâ æquum ſit, vt qui cauſam damni dat, vel amiſſionis lucri, illud refundere debeat, nihil referre videtur, an pecunia ex mutuo, vel ex depoſito, & aliis contractibus bonæ fidei debeatur, dummodo verè creditoris interſit. Ex quo etiam nullum diſcrimen conſtituendum eſſet inter huiuſmodi contractus, quod attinet ad vſuras compenſatorias, quia cùm res iſta pēdeat ex æqualitate iuſtitiæ commutatiuæ, vt ipſe Felician. ait *num. 13. in fin.* Sanè æqualitas hæc, quæ in omnibus negotiis æquè vim ſuam habet, ita ſeruanda eſſet in contractibus ſtricti iuris, atque in contractibus bonæ fidei, & proinde ex ipſis Feliciani principiis nunc nullum eſſet, quod attinet ad vſuras, inter huiuſmodi negotia diſcrimen conſtituendum.

Deinde quod ait Felicianus veteres Iuriſconſultos, & 23
Cæſares, cùm variis locis reſcripſère & reſpondère vſuras in bonæ fidei iudiciis deberi poſt moram, de vſuris recompenſatiuis commodi percepti ſenſiſſe, falſum eſt. Primò quia leges generaliter definiunt vſuras in iudiciis bonæ fidei deberi propter moram non ſoluentium, nec diſtinguunt, an debitor ex pecunia debita commodum ſenſerit, vt in *d. l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vſur. & l. 17. §. ſi pupillo. ff. eod.* & cùm iure ciuili vſuræ licitæ viderentur, & permiſſum eſſet illas ſtipulari, etiam in contractibus ſtricti iuris, vt in mutuo, nihil improbabilius dici, aut fingi poteſt, quàm dicere leges, & conſtitutiones principum in vſuris in actionibus bonæ fidei admittendis commodum ex pecunia debita perceptum reſpexiſſe, cùm iuri ciuili congruentius ſit ſpectaſſe potius ſolam, & ſimplicem moram debitoris, quam impunitam eſſe non oportere putabant, vt Papinianus *in l. 3. in fin. ff. de vſur.* ideóque ſufficere, vt infligerentur vſuræ.

Secundò quia cùm leges definiunt in iudiciis bonæ fidei venire vſuras poſt moram, iubent vſurarum modum arbitrio iudicis conſtitui ex more regionis, vt in *d. l. 1. in princ. ff. de vſur. & l. 7. §. quæ ſint. de admin. tut. l. 3. §. conſequitur. ff. de contrar. act. tut.* † Sed quod quiſque commodum 24
ſenſerit ex pecunia aliena, vel debita incertum eſt, & in facto conſiſtit, poteſt enim plus vel minus lucri feciſſe, & plerumque nihil, vt dicimus de eo quod intereſt *l. quatenus de reg. iur. l. ſi quis in fin. de verb. oblig.* & proinde nullus huic commodo, & vtilitati certus modus conſtitui poteſt, neque ex lege, neque ex more regionis, vt in aliis cauſis, quæ in facto conſiſtunt, *l. Neſennius. de negot. geſt. l. 14. in princ. de var. & temp. præſcript.* ergo leges cùm definiunt vſuras in iudiciis bonæ fidei deberi ex mora, non ſpectant commodum ex re debita perceptum, ſed de vſuris, & propriis vſuris ſentiunt, taxandas tamen ex more regionis.

Tertiò iiſdem locis cautum eſt, vt iudex conſtituat modum vſuris ex more regionis, ita tamen, vt modum legibus ſtatutum non excedat, & vt loquitur Papinianus, *ita tamen vt legi non offendat.* & ſimiliter *in l. 10. §. ſi procurator. ff. mand.* deberi vſuras, quæ legitimo modo frequentantur, id eſt intra modum legis. Quod etiam generaliter ſancitum eſt *in l. eos §. 1. C. de vſur.* ſed ſi in decernendis vſuris, cùm iudicio bonæ fidei agitur, iura, & leges reſpicerent commodum, & vtilitatem ex pecunia debita perceptum, non arctarent iudicem ad modum vſuris præſtitutum, quia potuit debitor maius lucrum conſequi, quàm ſit legitimus modus vſurarum, ſed commodum auferrent quantuncunque factum duceretur, ea prorſus ratione, quâ dicimus in actionibus arbitrariis venire id quod intereſt, & quidem vltra legitimum modum vſurarum, *d. l. 2. in fin. de eo quod cert. loc.*

Quartò

Quartò, leges cum de vſuris in bonæ fidei iudiciis decernendis agunt, illas inſligendas eſſe conſtituunt, quæ in regionibus frequentabantur intra legitimum modum, vt conſtat ex *d.l.1.de vſur.* ſed tunc temporis fœnus palam, & publicè agitabatur, & licitum erat de vſuris paciſci, eaſque ſtipulari, & exigere, vt conſtat ex Theophilo, *inſtit. de act.§.id autem.* Ergo leges illæ, quæ de vſuris actionum bonæ fidei agunt, de veris, & propriis vſuris loquuntur, & proinde veluti iniquæ, & iuri diuino contrariæ iure Canonico abrogatæ ſunt.

Quintò, ſi leges huiuſmodi de vſuris compenſatiuis cõmodi percepti loquerentur, vt Felicianus comminiſcitur, ſequeretur iſtiuſmodi vſuras ceſſare ex iure ciuili, cùm debitor nihil commodi ex pecunia conſecutus eſt, neque enim compenſatio poteſt fieri, cum nihil commodi eſt, in quod compenſetur, quia compenſatio exigit relationem
25 extremorum, vt dicebat Bald. *in l.2.C.de vſur.* ſed hoc falſum eſſe oſtenditur, † quia tutor ex iure ciuili tenetur ad vſuras eius pecuniæ, quam otioſam habuit, *l ſi tutor.15.§.de admin.tut.* & fatetur ipſe Felicianus *eod.loco,* & proinde licet ex ea nullum commodum ſit conſecutus, quemadmodum etiam tenebatur, ſi pecunias pupilli ludo amiſiſſet, idque nemo inficiabitur. Quod etiam in negotiorum geſtore conſtitutum eſt vt etiam eius pecuniæ, quam otioſam habuit: vſuras præſtare cogeretur, niſi dominus eam otioſam ſeruare ſolitus fuiſſet, *l.13.in fin.ff.de vſur.*

Denique ſi licet vſuras ratione commodi percepti exigere in iudiciis bonæ fidei, id etiam in mutuo licitum eſſet, atque ita partem aliquam lucri ſtipulari, quod tamen falſum eſt, & à nobis aduersùs Donellum, & alios profligatum eſt *q.3.* Neque mouet, quod Felicianus ait in mutuo longe diſparem rationem eſſe, ſiquidem qui mutuo accepit, non percipit commodum ex re aliena, ſed propria, *l.2.§.mutui datio .ff. ſi cert. pet.* ideóque vſuras commodi percepti non deberi nimirum æqualitate illa iuſtitiæ commutatiuæ hoc caſu ceſſante, vnde huius rei definitionem pendere ait.
26 † Nam non magis vtitur re aliena, & ex re aliena commodũ percipit, qui actione negotiorũ geſtorũ, mandati, tutelæ contraria, quàm qui condictione certi ob acceptam mutuã pecuniã tenetur, omnes enim debitores ſunt, & proindè ſi illi qui iudiciis illis bonæ fidei cõueniũtur, tenentur ad vſuras commodi percepti compenſatiuas, vt Feliciano videtur, idem quoque in mutuo, & multò magis admittendum eſſet, cum mutuum non contrahatur, niſi proficiſcatur pecunia, *d.l.2.§.creditum. ſi cert.pet.* ad manus verò mandantis, & aliorum, qui contrariis actionibus conueniuntur, nihil peruenire ſoleat. Atqui aſſerere licitum eſſe creditori partem lucri ſtipulari falſum eſt, vt dixi.

Tot ergo validiſque argumentis refellitur Feliciani aſſertio. Sanè fateor rem hanc ex præceptis iuſtitiæ commutatiuæ pendere, vt Felicianus ait, & obiicit, ſed nego iuſtitiam commutatiuam iubere, vt in iudiciis bonæ fidei vſuræ præſtentur. Iuſtitia enim commutatiua deſiderat æqualitatem rei ad rem, vt ſcilicet quantum mihi debes, tantundem reddas, & ſi quid mihi abeſt tui culpa, vt docet Ariſtot. *Ethic.lib.5.cap.4.* & omnes fatentur. Sed creditori, ſiue ex locato, ſiue ex depoſito, mandato, aliiſque iſtiuſmodi actionibus creditor ſit, ſors tantùm debetur, & ſi quid ratione ſortis tardius ſolutæ illi abeſt, ergo id tantum ex iuſtitiæ commutatiuæ præceptis conſequi poteſt, quæcumque fuerit fortuna debitoris. Ex quo vera deducitur ratio, cur vſuræ ex ſe illicitæ & improbæ ſint, veluti iuſtitiæ commutatiuæ contrariæ, vt docet Molina Theologus in *diſp.304.num.4.* cuius antè meminimus.

27 Quã ratione etiam ferendum non eſt, quod Felicianus Molinæum ſecutus infert ex eo quod leges, quæ dicunt in iudiciis bonæ fidei ex mora venire vſuras, de compenſatiuis commodi percepti loquantur, ideóque iure Canonico non ſint prohibitæ, vt illi videtur, vſuras pupillares, de quibus agitur *in l.1. & ſequent.C.de vſur pupill.& in l.7.ff. de admin.tut.* iuſtè exigi poſſe iure Canonico. Nam longè verius & receptius eſt huiuſmodi leges iure Canonico abrogatas eſſe, vt docent Roderic. *de ann red.lib.3.q.10.n.10.& 12.* Gutierr. *de tut.& curat.par.2.c.9.n.4.* Molina Theolog. *diſp.224. num.18.* aliique auctores grauiſſimi, quos citant, inter quos Didacus Couarruuias, qui *variar.lib.3.cap.2.num.1.* de hac quæſtione diſſerens, poſtquam conſtituit non licere tutori pecuniam pupillarem fœnori dare, legéſque, & conſtitutiones Principum, quibus id ſancitum eſt, iniquas eſſe ita ait: *Nec itidem tenebitur tutor, qui pecuniam pupilli in proprios vſus conuertit authoritate propria, vſuras pupillo dare, etiamſi contrarium viſum fuerit Iuriſconſultis in l.qui ſine.de negot. geſt. & l.7. de admin. tut. & l.1.C.de vſur. pupill. Nam licet tutor teneatur pupillo ad intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, non tamen ad vſuras, quamuis prædicta Iuriſconſultorum reſponſa defendere conetur Carolus Molinæus in lib.de contractib. num.77.* Ita Didacus hoc loco, qui tanquam viro magnæ pietatis, & doctrinæ potius Felicianus aſſentiri debuit, quàm Mulinæo damnatæ memoriæ auctori.

Denique leges, & conſtitutiones, quæ tutoribus vſuras 28
inſligunt, non eſſe intelligendas de vſuris compenſatiuis commodi percepti, tum ex eo conſtat, quod etiam vſuras eius pecuniæ præſtare cogerentur quã nũ exegiſſent, aut non collocaſſent, *d.l.ſi tutor.de admin.tut.* vt dictum eſt, tum etiã quia variè pro varietate facti huiuſmodi vſuræ adplicabantur. Quod perſpicuum eſt ex *d.l.7.§.quæ ſint ff.de admin. tut.* Si enim vſuræ huiuſmodi ratione commodi percepti præſtarentur vel nullo certo modo poterant definiri, vt diximus de eo quod intereſt, vel pro ratione commodi percepti eas Iuriſconſulti ſtatuiſſent. Quorſum enim tot caſus conſtituere, vt Vlpianus facit dicto loco, & vſuras nunc grauiores, nunc leuiores decernere, ſi id ex ratione commodi, & vtilitatis perceptæ metiri debuit? Vera ergo ratio cur tam variè conſtitutum eſt in decernendis vſuris, non ex commodo percepto, nec ex ratione commodi percepti ducenda eſt, ſed ex modo, & ratione culpæ, & deſidiæ, vel doli ipſius tutoris, vt indicant verba illa dictæ l.7.§.ſi poſt. *Taſi ceſſent, etiã vſuris plectendi ſunt tarditatis gratia.* Et quod poſtea ſubiicitur §.10.eiuſd.l. *Quæ ſint autem pupillares vſuræ videndum eſt. Et apparet hanc eſſe formã vſurarum, & eius quidem pecuniæ, quam quis in ſuos vſus conuertit, legitimam vſurum præſtet. Sed etſi negauit apud ſe eſſe pecuniam, & Prætor pronunciauit contra eum, legitimas ſoluere debebit: ſed etſi dum negat aliquam quantitatem penès ſe eſſe, pupillis ad onera ſua expedienda impoſuit neceſſitatem mutuam pecuniam legitimis vſuris accipiendi, tenebitur in legitimis. Item ſi à debitoribus legitimas exegit. Ex cæteris cauſis ſecundum morem prouinciæ præſtabit vſuras, aut quincunces, aut trientes, aut ſi quæ aliæ leuiores in prouincia frequentantur.* Ita Vlpianus. Ex quibus verbis ſatis conſtat, vſuras in iudicio tutelæ, quod eſt bonæ fidei, non inſligi ratione commodi percepti, ſed potiùs ratione culpæ, culpæ, & damni pupillo illati, ſiue tutor ex ea re commodum aliquod ſenſerit, ſiue nullum, tametſi cùm propter damnum inſliguntur propriæ vſuræ dici non debeant.

Ex his etiam reiiciendum eſt, quod idem Felicianus *lib.2.* 29
cap.5.num.6. ſcribit falſam eſſe Barbatiæ Siculi ſententiam, *in conſ.66.lib.2.* dum reſpondit vulgatem illam theſin, quod non niſi in mutuo vſura inueniatur, regulariter procedere & Doctores conſideraſſe quandam facti frequentiam: Errare enim turpiter, & aduersùs omnes diuini, & humani iuris profeſſores ſuſtinere rem inauditam. Namque certo certius eſſe vſuram propriè, ſtrictè ſumptam non reperiri in alio contractu quàm in mutuo vero, vel interpretatiuo Quæ verò in contractibus bonæ fidei ſolet interuenire, non eſſe propriè vſuram, ſed quoddam incrementum, & ſuperabundantiam, imò & ipſam ſortem, nec habere quidquam mali, ſed omni iure licitam eſſe. Etenim his paucis verbis tres notabiles, & pernicioſi errores continentur. Primus eſt, dum putat, & contendit vſuram propriè ſumptam aliis contractibus, quam mutui accedere non poſſe,
† quia contrarium oſtendunt *l.mora.§.in bona fidei.de vſur.&* 30
l.13.de except.rei iudic.l.24.& 26.depoſ. vbi Paulus ait, *vſuras depoſitæ pecuniæ actione depoſiti peti poſſe*: & alia iura, quæ retuli *qu.1.num.7.& 8.* Et ſanè inſcitiæ arguendi eſſent veteres Iuriſconſulti, qui tot locis quærunt, an vſuræ veniant in actionibus bonæ fidei, vt cum depoſiti agitur, vt *in d.l.24.& 26.ff.depoſ.* vel cùm ex locato, vt in *d.l.cum quidam §.4.& 5. ff.de vſur.* ſi quantitatibus, quæ ex iſtis contractibus

debentur

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

debentur vſuræ accedere non poſſent. Et ne iterum dicam, quod iam ſatis demonſtratum eſt, id ſatis oſtendit locus ille Vlpiani in *d.l.7 ff. de admin. tut.* cuius verba ſuperius recẽſui, ex quo conſtat tutoribus ex iure ciuili infligi vſuras nunc maximas, nunc quincunces, aut ſi quæ leuiores in regione frequentantur. In qua ſpecie nulla eſt ratio mutui,
31 nec veri, nec interpretatiui † Ex quo alius detegitur Feliciani error dum putat vſuras, quas Iuriſconſulti dicunt venire in iudiciis bonæ fidei, non eſſe propriè vſuras, quia hic Vlpianus de legitimis vſuris nominatim loquitur, id eſt centeſimis, quæ veræ, & propriæ vſuræ ſunt, ideóque & illicitæ nunc, & iuri canonico contrariæ.

Et vt magis rem aperiam, ponamus conductorem domus, vel vineæ centum pro penſione debere, neque ad diem ſoluere, & dominum petere mercedem cum vſuris, & cum eius nihil intereſt, neque ratione damni emergentis, neque lucri ceſſantis non tantùm ſortem, ſed etiam ſex vel ſeptem exigere vltra ſortem, quod facilè fieri poteſt, certè hæc propria, & vera vſura eſt, cùm ponamus nihil creditoris intereſſe ſibi tardius illatam eſſe pecuniam. Quid enim aliud vſura eſt, quàm acceſſio ſortis ex ſolo tempore tardæ ſolutionis? Et nugæ ſunt, ſi dicas negotium in mutuum conuerti, quia Paulus *in d. l. cum quidam* §. 4. nominatim ait, *ex locato, qui conuenitur, niſi conuenerit, vt tardiùs illata pecunia vſuras conductor deberet, non niſi ex mora vſuras præſtare debere*; & deinde: *Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non dat, ſed ipſe accepit, vt ſolet à forcariis, qui tardius pecuniam inferunt, item ex vectigalibus* Perſpicuum ergo eſt vſuras actione de locato venire, quæ eſt bonæ fidei, & nihil commune habet cum mutuo. Denique id generaliter de omnibus bonæ fidei iudiciis reſpondit Vlpianus, *in d.l.23. de except. rei iudic.* his verbis: *Si in iudicio actum ſit, vſuraque ſola petita ſint non eſt verendum ne noceat rei iudicatæ exceptio circa ſortis petitionem, quia enim non competit, nec oppoſita nocet. Eadem erunt, & ſi quis ex bona fidei iudicio, velit vſuras tantùm perſequi, nam nihilominus futuri temporis cedunt vſuræ. Quandiù enim manet contractus bonæ fidei, currunt vſuræ.* Et hic locus vnus, ſi nullum aliud huius rei in iure noſtro veſtigium eſſet, ſatis oſtendit ex petitione vſurarum eius pecuniæ, quæ ex contractu bonæ fidei debetur pecuniam non fieri mutuam, ſed manente contractu vſuras currere, eaſque veras, & proprias vſuras eſſe.

32 Denique id conuincit *d.l. Lucius Titius 24. ff. depoſ.* In qua quæritur, an contractus ſit mutuum vel depoſitum propter vſurarum incrementum, vt lex ait. Si enim mutuum eſt, non veniunt vſuræ neque ex pacto ſine ſtipulatione, neque ex mora officio iudicis, *l. Titius de præſcript. verb. l. quamuis C. de vſur.* ſi depoſitum eſt currunt ex pacto ſine ſtipulatione, *d.l. cum quidam. § ex locato, de vſur. & l. Publica. §. 1 ff. depoſ.* vel ex mora officio iudicis *d.l. mora §. in bonæ fidei. ff. de vſur.* & hanc rationem Papinianus adfert, eſſe ſcilicet conſtitutum in bonæ fidei iudiciis, quod ad vſuras attinet, vt tantumdem poſſit officium arbitri, quantum ſtipulatio. Sanè ſtulta eſſet quæſtio, & fruſtrà ita fuiſſet conſtitutum, ſi vſuræ tantùm ex mutuo deberi poſſent. Papinianus ergo quærit, an contractus ſi mutuum, vel depoſitum propter incrementum vſurarum, vt dictum eſt, & ait quod attinet ad vſuras tantumdem poſſe in iudiciis bonæ fidei officium iudicis quantum ſtricti iuris ſtipulatio. Aſſerere verò, vt eodem loco vnum, & idem vſurarum verbum propriè, & impropriè ſumatur, ſtultiſſimum eſt. Qua ratione enim poſſet definire Papinianus tantumdem poſſe officium iudicis in negotiis bonæ fidei quod attinet ad vſuras, quantum ſtipulatio in contractibus ſtricti iuris, ſi id de iiſdem vſuris accipi non debet? Denique leges, & reſponſa prudentum, quæ dicunt in contractibus bonæ fidei ex mora, vel ex pacto vſuras deberi, de veris, & propriis vſuris accipienda eſſe ex eo colligitur, quia iiſdem locis loquuntur de vſuris ſemiſſibus, vt in *d.l. cum quidam § fiſcus.* vel de legitimis, & maximis, & de quincuncibus, & trientibus, denique de his, quæ in prouincia intra modum legibus ſtatutum frequentabantur, vt in *d.l. 1. de vſur. & l.7. de admin. tut.* Quare dicendum eſt huiuſmodi vſuras veras, & proprias vſuras eſſe ideóque illicitas, & proinde aſſerere illas nihil mali habere, & licitè exigi poſſe, vt Felicianus contendit, hæreſin eſſe, vel hæreſi proximum.

Tertius, & quidem intolerabilis Feliciani error eſt, dum eodem loco ait, vſuras, quæ veniunt in contractibus bonæ fidei ſortem eſſe; qui ſanè refellitur ex *d. l. 23. ff. de except. rei iudic.* vbi vſuræ ſiue petantur, ex contractu ſtricti iuris, ſiue ex contractu bonæ fidei, diſtinguuntur, & ſeparantur à ſorte, ideóque ſententiam quâ quis ab vſuris abſolutus eſt, quæ ſolæ petitæ ſunt, non ſubmouere à petitione ſortis, imo nec ab vſuris futuri temporis, ſit contractus bonæ fidei. Secundò refellitur hic error ex *l.49 §. 1. de act. empt.* quæ ait: *Pretij ſorte licet poſt moram ſolutâ, vſuræ peti non poſſunt, cùm hæ non ſint in obligatione, ſed officio iudicis præſtentur.* Tertiò hac in re erraſſe Felicianum conuincitur *ex l.4. C. de depoſ.* quæ ita ſe habet, *Si depoſita pecunia is, qui eam ſuſcepit, vſus eſt, non dubium eſt etiã vſuras debere præſtare: ſed ſi cum depoſiti actione expertus es, tantummodo ſortis facta condemnatio eſt vltra non potes propter vſuras experiri, non enim duæ ſunt actiones, alia ſortis alia vſurarum.* Denique ſi huiuſmodi vſuræ eſſent ſors, ſequeretur ex iis alias vſuras deberi, quod falſum eſt, *l. placuit. de vſur. l. vt nullo modo, C. eod.* Conſtat igitur huiuſmodi vſuras, veras vſuras & acceſſiones eſſe non ſortẽ. Quamobrẽ conſtituendũ eſt vſuras ſiue ex mutuo, ſiue ex contractu bonæ fidei exigantur, improbas illicitaſque eſſe, id verò, quod verè intereſt omni iure deberi, & iuſtè exigi poſſe. 33

Obſerua tamen me non negare vſuras quas compenſatorias quidam dicunt, licitas eſſe, & proinde in ſpecie *l. curabit. de act. empt.* incrementum aliquod exigi poſſe pro ratione fructuum, iam enim id licere dixi, *quæſt. 3. num. 6.* Sed nego hoc propriè vſuram eſſe, vt apertè ſcribit Didac. Couarr. in *d. cap. 3. num. 1.* & Caniſ. *lib. de vſur. cap. 1. num. 13.* Cardin. Mantic. *lib. 4. tit. 24. num. 10.* quia negotium habet Synallagma, id eſt, hîc interuenit aliquid quod abeſt venditori, qui non tenebatur rem dimittere emptori ſine pretio, vt etiam in ſpecie *c. ſalubriter. de vſur. & l 45. §. vſuras ſolut. matrim.* vt dixi *eod. loc.* & latiſſimè executus ſum *q. 58.* ſed nego vſuras, quæ ex iure ciuili veniunt in contractibus bonæ fidei, nunc licitè exigi poſſe, vt Felicianus opinatur, & conſtanter dico vſuras, quæ ex contractibus bonæ fidei petuntur, ſecundum ius ciuile, cùm nihil creditoris aliunde intereſt, & nihil illi abeſt, veras vſuras eſſe, ideóque iure Canonico prohiberi, & exigantur, eodem iure reſtituendas eſſe, & neminem ſani capitis id negare poſſe. 34

Denique omnino probare non poſſum doctrinam Petri Gregor. *ſyntagm. iur. ciuil. lib. 22. cap. 3. num. 3.* vbi tria vſurarum capita conſtituit. Primum caput continere vſuras prohibitas, quando ſine damno creditor ex vſu ſuæ pecuniæ, quam alius habet, lucrum conſequitur. Aliud caput pertinere ad id quod intereſt, & iſto caſu vſuras licitas eſſe. Tertium verò continere, vſuras, quæ ex mora veniunt, & has quoque licitas eſſe, quando inuito domino quis interpellatus pecuniã alienã retinet: huc pertinere parœmiam, vſuras non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infligi *d. l. cum quidam. §. ſi pupillo de vſur.* Nam licet cum Petro Gregorio in primo, & ſecundo capite conſentiam, id eſt vſuras, quæ propter lucrum quis cepit, illicitas eſſe, & id quod intereſt licitè exigi poſſe, ab illo tamen in tertio capite diſſentio, & nego ob ſolam, & ſimplicem moram, & ex eo tantùm quod tardius ſoluitur, quod debetur, vſuras licitè exigi poſſe. † primò quia hoc repugnat 35
iuſtitiæ commutatiuæ, quæ cum vtatur proportione Arithmetica, æqualitatem rei ad rem deſiderat, & vt reddatur creditori quantum illi abeſt, & ne ex contrahentibus vnus ſit in damno, alter in lucro, hoc enim eſt inæquale, vt dictum eſt ex Ariſt. *lib 4. Ethic. cap. 4.* ſed ſi ex ſola, & ſimplici mora vſuræ præſtarentur, creditor plus caperet, quam illi abſit, cùm ponamus nihil eius intereſſe ſibi moram factam eſſe ergo exactio vſurarum ob ſolam moram iniuſta eſt, & iuſtitiæ commutatiuæ contraria ſecundò, quia, quod attinet ad vſuras, ſtipulatio, & officium iudicis ſunt eiuſdem poteſtatis *d.l. Lucius Titius 24 ff. depoſ.* ſed iudex non poteſt nunc condemnare in vſuras ob earum ſtipulationem, niſi creditoris aliunde interſit, ergo nec hodie ei licet ex 36
officiu

Digitized by Google

nfficio infligere vſuras propter morã, niſi probetur creditoris intereſſe legitimis modis, eſſet enim miniſter non iuſtitiæ ſed iniquitatis. Tertiò quia vſuræ illæ illicitæ ſunt, quas creditor ſine vllo ſuo damno cõſequitur ex retẽtione pecuniæ ſibi debitæ vt ipſe Gregorius, cõſtituit in primo capite vſurarum. Sed hic ponimus retẽtionem pecuniæ nihil ei nocere, ergo ſi vſuras capit, cùm nihil eius intereſt ſibi moram fieri, iniuſtum lucrum conſequitur, & capit. Quartò, quia nulla eſt habenda ratio eius moræ, ex qua nullum ſequitur damnum, *l.8.ff.ſi quis cantion. l.ſi ita quis.§.Seia in fin.de verb.*
37 *oblig.* † Denique ſolam moram non ſufficere, vt quid vltra ſortem capere liceat, docent Bald.*in l.2.num.*105.*de iureiur.* & dixi aliis auctoribus citatis *quæſt.*1.*num.*35. quibus conſentiũt Peguer *in dec.*45.*num.*8.Chriſtoph.Mart. Medic.*inter deciſ.Senenſ.exam.*54. *num.*13. & Vvſembec. *ad tit.de vſur. num.*9. vbi de vſuris punitoriis agens, quas leges iubent præſtari propter moram rectè monet, quotieſcunque creditoris nihil intereſt toties illum abuti indulgentiâ legum, ſi poſt moram lucrum aucupetur. Quod etiam D. Auguſtinum ſenſiſſe puto, dum conqueritur de legibus, quæ vſuras præſtari iubent, vt dictum eſt. Quare ſi vſuræ ex conuentione propter lucrum, vel ex mora propter moram, & in pœnam moræ à creditore exigantur, cùm nihil incommodi ex mora ſenſit, illicita eſt, & iniuſta exactio, & iis quibus extortæ ſunt, reſtitui debent. Ex quibus tandem concludendum eſt vſuras vel conuentionales eſſe, quæ ex conuentione debentur; vel legales, quæ propter moram, & culpam non ſoluentium leges præſtare iubent, & vtraſque illicitas eſſe, niſi creditoris interſit: Intereſſe verò licitum eſſe, & omni iure deberi, quod tamen nihil commune habet cum vſuris, ac ab eis ſeparandum eſt.

38 Porrò vt patiamur vſuram, neque enim opportunior fortaſſe erit locus, ſciendum eſt vſurarum ſpecies ex aſſis partibus conſtitui, & nominari, maximam autem vſuram fuiſſe, cùm ſortis ad numerum centenarium relatæ pars centeſima ſingulis menſibus præſtabantur, id eſt duodecim ſingulis annis pro centenis ſingulis. Quæ ideo centeſima dicta eſt, quod centeſimo menſe ſortem æquet: vel quod ſortis pars centeſima erat vſura cuiuſque menſis. Veteres enim in ſingulos menſes, vt plurimum vſuras ſtipulari conſueuerant, cuius rei veſtigium eſt in *l.lecta de reb.cred.* & quamuis vſuræ ex die contractus currere, in diem tamẽ Calendarum, & in Calendas ſingulas illas ſtipulari vſitatum fuit.
39 † Et ob eam rem menſes à Diuo Baſilio dicuntur, vſurarum patres, & fœneratores, menſtrui exactores. Qua ratione in Comœdia Ariſtophanis debitor quidam optat Lunæ carceres, & vincula, ne ſcilicet vnquam redirent Calendæ, & nunquam eſſet debiturus vſuras. Et Ouidius *lib.*5.*de remed. amor.* Calendas celeres vocat, quod celerius debitoribus redeant, & vſurarum impendium referant.
40 Hinc etiam Horatius *lib.*1.*Satyr.*3. Calendas vocat triſtes, & D.Ambroſius in *lib.de Tob.* ſcribit Calendas alioquio ſacras infauſtas factas eſſe auaritiâ fœneratorum Hinc etiam Calendarium liber fœnebris pecuniæ erat, ſic dictum, quod ſoluerent creditores in Calendas ſingulas ſtipulari vſuras, nomina debitorum in eo ſcriberentur, vt conſtat ex *l pen de reb.cred & l.vlt.de pecul.* At quamuis ſtipularentur vſuras in Calendas ſingulas, tamen ſolebant diẽ ſolutionis differre in Idus, vnde Horatius in lib.*Epodon, ode 2.in fin.* de fœneratore Alphio:

Omnem relegit Idibus pecuniam,
Quærit Kalendis ponere.

& *in l.ſi ex pluribus.§.vlt.de ſolut.* vſuræ ſoluuntur Idibus, & multis in locis apud Marcum Tullium, vt obſeruat Cuiac. *in d.l penult.de reb.credit.ad African.*

41 Sed cum centeſima as eſſet, & finis legitimæ vſuræ, neque enim vltra centeſimum olim vſuras ſtipulari licuit, vt conſtat ex *l ſi pro mutua C.ſi cert.pet.l.*4.*de naut.fœn.* & tradit Borcholt.*de vſur.cap.*4.*num.*3. reliquæ vſuræ ex eius ratione intelligendæ ſunt. Vnde ſi nummus vnus in centenos annis ſingulis præſtetur, vnciaria dicitur, vnciarium fœnus apud Tacitum *lib.*5. ſi bini, ſextans; ſi terni, quadrans; quaterni, triens, & trientaria; ſi quini, quincunx, ſi ſeni, ſemis, quæ & ſemiſſalis dicta eſt; ſepteni, ſeptunx; ſi octoni: bes, ſi noueni, dodrans; ſi deni, dextans; ſi vndeni, deunx; ſi
duodeni, As, † quæ centeſima dicitur, quod centeſimo 42
menſe æquaret ſortem, vel quod ſingulo quoque menſe pars ſortis centeſima penderetur vſuræ nomine, vt dictum eſt, & omnibus nunc notiſſimum. Ita enim ex Columella *l.*4. adnotauit Hermolaus Barbarus ad Pliniũ *l.*4. & primus ex interpretibus Socinus, qui id didicerat ex Hermolao, vt refert Cuiacius *in l.*20.*C.de vſur.* qui idem docuit in *l.*1.*de naut. fœn. & in l.*13.*§ idem Papin. de act. empt.* Idem iampridem detexit Petr.Gregor. *de vſur. lib.*3. *cap.*5.*num.*5. Hotoman.*eod.tract.c.*7.*lib.*1. Budæus *in lib.*1.*de Aſſe* multis auctoribus relatis, quibus addere potui Theodor. Balſam. *ad can.*17.Nicen.Synod.Theophil *inſt.de act.§.id autem.* & Harmenopulum, qui rem hanc clariſſimis verbis aperuit, vt nihil certius ſit, & ridiculius videatur, qui id in dubium reuocaret. Quamobrem meritò exploſa Azonis, Accurſij, & aliorum ſententia, qui centeſimam vſuram eam eſſe interpretati ſunt, quæ ſingulis annis pro ſigulis centenis centum referret, ſemiſſem quæ quinquaginta redderet, & ſic deinceps, quorum opinio prorſus falſa, & ſtolida eſt, vt ait Ioann.Bapt.Lupus *in lib.de vſur. Comm.*1.*§.*3.*num.*30. ita vt mirum ſit Surdum *in conſ* 305. errasſe in re tam manifeſta? & iam tot veterum auctorum teſtimonio veritati reſtituta.

Sanè quod dixi vſuram centeſimam eam fuiſſe, quæ in 43
centenos nummos quotannis duodenos redderet, immutatum deinde eſt. Nam ad extremum obtinuit, vt in centenos ſingulos referret ſexdecim ſemis, & quatuor ſiliquas, vt oſtendit ſcholion ad Harmenop.*loc.cit.* Nam refert centeſimam vſuram in ſingulas libras duodenos reddere, & tertiam centeſimæ eſſe, cùm pro libra quatuor aurei fœnoris nomine quotannis penduntur. Atqui conſtat libram auri non centum ſed LXXII. ſolidorum eſſe ex *l.*1.*C.de ſuſcept. & arcar lib.*10. & conſequenter vſuram centeſimam eo tempore redidiſſe XVI. ſemis, & ſiliquas quatuor, vt dixi, & notat Cuiac.*ad d l.*5. ex Harmenopulo, & Zonara in Niceno *cap.*17. vbi etiam Balſamon id notat, ex quo fit, vt tertia centeſimæ quoque quinque, & amplius redderet ſingulis
annis. † Sed in hoc opere placet ſequi antiquam vſuræ defi- 44
nitionem, quæ primùm fuit, vt pro ſingulis centenis quotannis duodena redderet, vt apud veteres Iuriſconſultos, & in iure noſtro ſumitur, & ſecundum quam Iuſtinianus vſuras moderatus eſt in *l.eos.C.de vſur.* In qua vt omnibus iã notum eſt, pro diuerſitate perſonarum vſuras præſcripſit. Etenim hac conſtitutione licuit viris illuſtribus, iis, qui in maiori dignitate poſiti erant, tertiam partem centeſimæ in quocunque contractu ſtipulari, id eſt vſuras trientes, ſeu quatuor pro ſingulis centenis. Argentariis verò, negotiatoribus eodem loco beſſem centeſimæ præſcripſit, ideſt, octo pro centenis ſingulis: Cæteros verò dimidiam centeſimæ vſurarum nomine dumtaxat ſtipulari, & exigere permiſit, id eſt ſemiſſes, quæ in centum ſex reddunt ſingulis annis; & ciuiles, & modicæ dicantur à Plinio *lib.*14.*cap.*4. & hanc vſurarum quantitatem ſeruari voluit, etiam in omnibus aliis caſibus, in quibus vſuræ ſine ſtipulatione exigi ſolent, vt in contractibus bonæ fidei, & legatis, in quibus vſuræ debentur ex mora, vt dictum eſt, & notat Borcholt.*d. lib.de vſur.cap.*4.*num.*18. *&* 19. in pecuniis verò traiectitiis, vel ſpeciérum fœnori dationibus vſque ad centiſimam ſtipulari permiſit, cùm veteribus legibus eam excedere conceſſum fuiſſet. Quibus ſanè addendum eſt eccleſias niſi ſuis creditoribus præſtitiſſe, id eſt tres pro ſingulis centenis ex *Nouell.*7. Agricolas verò niſi trientes quales quales ſine creditores, etiamſi ſint argentarij ex *Nouell.*32. & obſeruat
Cuiac.*in d.l.*2.*C.de vſur.* † Hodie verò neque vnciario fœnore 45
agere permiſſum eſt, ideſt, nec vnum nummum quotannis pro ſingulis ſtipulari, & capere vſurarum nomine, vt docet Bald.in *auth.ad hac num.*5. Rebuff.*in l.*1.*in verb. proferuntur. num.*30.*C de ſent.qua pro eo quod inter.* Didac.Couarr.*variar. lib.*3.*cap.*3.*num.*2. Ioann.Bapt.Lup.*in d.comm.*1.*§.*5.*num.*9. Roderic.*de ann.redit.lib.*3.*quaſt.*4 Euangelico congrua aſt Baſilius Imperator conſtituit, ne cuiquam omnino in nullo negotio liceret vſuras accipere, & ſi quis vel tantillum accepiſſet, ſorti imputaret, vt *quæſt.*2. dictum eſt.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO V.

De vſuris vſurarum.

1. *Olim vſitatum erat vſuras in ſortem redigere.*
2. *Vſura fœcunda beſtia.*
   Vſura pariunt vt lepores.
3. *Vſura vſurarum iure ciuili prohibentur.*
4. *Huius rei multiplex ratio.*
5. *Ante conſtitutionem Iuſtiniani exigebantur vſura vſurarum redactarum in ſortem.*
6. *Debitores, vt dilationem conſequantur, nihil fœneratoribus negare ſolent.*
7. *Parentes filios pignori dare prohibentur.*
8. *Debitores neceſſitate ſtrangulantur, fœneratores laqueum ſtringunt.*
9. *Iuſtinianus conſtituit, vt vſuris in ſortem redactis vſura non deberentur ſed ſortis antiqua tantùm.*
10. *Et ne vſurarum, in quibus quis condemnatus fuerat, vſura exigi poſſent.*
11. *Verſura olim prohibita.*
12. *Auatoſcimus à Carolo Emanuele Sabaudia Duce ſuâ conſtitutione repreſſus.*
13. *Vſura vſurarum multo magis iure Pontificio prohibita.*
14. *Vſura cùm fungitur vice ſortis, alias vſuras parit ex iure ciuili.*
15. *Tutor qui vſuras pupillares in ſuos vſus conuertit, ad earum vſuras tenetur, vt etiam procurator, & alij, qui negotia aliorum gerunt.*
16. *Fructuum ante petitionem hæreditatis perceptorum vſura ex iure ciuili debentur, & quare.*
17. *Intereſſe eius intereſſe, quod vice ſortis fungitur, aliud intereſſe parere poteſt.*
18. *Soluens pro alio ſortem, & vſuras, agere poteſt pro tota ſumma ad id quod intereſt.*

1 SOLEBANT improbiores veteres fœneratores vſuras vſurarum exigere: & cùm id legibus vetitum eſſet, facilè inuenta eſt fraus, quà ex ſorte, vſuris eodem tempore lucrum proueniret, cogendo ſcilicet miſeros debitores, vt vſuras præteritas in ſortem redigerent. Ex quo vſuris vſuras parturientibus, & iis, quæ ex ſorte fluunt accedentibus pecuniæ creditæ breui temporis ſpatio ingentes recipiebant acceſſiones, & multorum euertebant, vorabántque patrimonia.
2 † Quamobrem D.Baſilius *homil. in pſalm.*14. vſuram fœcundam beſtiam vocat, & leporibus ſimilem. *Quid te, inquit, fœcunda beſtia adiungis? lepores aiunt eius eſſe natura, vt ſimul, & pariant, & nutriant, & ſuperfœtent? ſic & à fœneratoribus ſimul tempore pecunia dantur ad vſuram, & gignunt, & ſuperfœtant.* & D.Ambroſius in lib. de Tobia. cap.12. *Veniunt Calenda, parit ſors centeſimam: veniunt menſes ſinguli, generantur vſura, malorum parentum mala proles: hæc eſt generatio viperarum, creſcit centeſima: petitur nec ſoluitur, applicatur ad ſortem. Fit maledictum Propheticum, dolus in dolo, vſura improbi fœnoris fenore deterior.*
3 † Quod malum, vt aliquantiſper cohiberetur, primum legibus prohibitum eſt, vſuras vſurarum capere, vt dixi, & conſtat ex *l.placuit. ff.de vſur.l.26.in princ.ff.de condict. indeb.l. Præſes ff.de re iudic.& aliis.locis.* Et conſtat etiam hoc genus fœnoris turpe, & nefarium habitum fuiſſe, & illud exercentes infamiâ notatos, ex *l.20.C.ex quib.cauſ.infam irrog.* & Harmenop.*lib.3.tit.7* & ſemper magna cum ſeueritate repreſſũ, & à republica expulſum ex Appiano, *lib.1.de bell.ciuil.* & Hotoman *de vſur. cap.3.* vt ne quidem fauore ciuitatum à debitoribus pecuniæ frumentariæ exigi permiſſum fuerit, vt indicat *l.2.§.5.ff.de admin.rer.ad ciuit pertin.* vbi Vlpianus hanc immodicam, & illicitam computationem vocat, ſed inſtar omniũ Iuſtinianus *in l.vlt.C.de vſur.* vbi refert veteribus legibus conſtitutum fuiſſe, vt nullo modo vſuræ vſurarum à debitoribus exigantur.

Et licet ex his ſatis conſtet meritò ſancitum fuiſſe, ne vſuræ vſurarum caperentur, placet tamen huius rei rationes ex Duareno, & Hotomano ſubiicere, Duarenus ergo *in lib. de vſur.cap.3.* circa fin. *Probabiliter*, inquit, *fortè dici poteſt non minus vſurarum vſuras quàm ſortis exigi poſſe vſura enim exiguntur propter vſum pecunia: ergo qui vſuris pecunia vtitur, ad vſuras earum vſurarum teneri videtur. Sed viſum eſt hoc pernicioſum Reipublica, quia in infinitum creſcerent, & fruſtrà definitus eſſet modus vſurarum.* Hotomanus verò loc. cit. *Cùm vſura nihil aliud ſit quàm vſus merces, ſi qua lex mercedem hanc renouare permiſiſſet, vnius quoque rei pretium contra natura æquitatem bis conſequi permiſiſſet, l.31. de ædil.ed. & l.32.ff.de euict.* Et poſt pauca: *Perpetuo iure ciuili ſancitum eſt, ne fructuum vſura peti poſſent, l.neque eorum.15.ff.de vſur.cùm agri vna tantum acceſſio ſit, ipſorum videlicet fructuum iure ciuili prohibita ſint, quis exiſtimet eodem iure vſuras vſurarum permiſſas eſſe, præſertim cùm eadem ratio plus in ipſis prohibendis valeat. Quid quod ſortis vſus quaſi radix, & fons quidam eſt, vnde vſura tanquam rami propagantur. Quocirca ſimul atque ſortis vſus deſinit, vſuras quoque conſiſtere non dubium eſt, l.2.de pecul.leg.quamuis ne ipſa quidem ſoluta ſint l.4.C.depoſ.l.49.§.pretij.ff.de act. empt. At ſi vſurarum qua adhuc debentur, nec ſoluta ſunt vſura poſtulentur, ecce tibi radice euulſa ramos abſurdiſſimè renaſcentes.*

Sed ſcilicet veteribus legibus cautum eſſet, ne vſuræ 5
vſurarum exigerentur, nullo tamen aperto iure ciuili ante Iuſtinianum prohibitum erat illas in ſortem redigere, & illarum in ſortem redactarum vſuras ſtipulari, & capere. Exigebantur enim ante conſtitutionẽ Iuſtiniani vſuræ vſurarum additarum ſorti, vt notant Cuiac.*in l.20.C.de vſur.* & Anton. Auguſt. *emend.lib.2.cap.10.in fin.* Et indicant verba d. conſtitutionis, quæ ſunt huiuſmodi, *vt nullo modo vſura vſurarum exigantur, & veteribus quidem legibus conſtitutum fuerat, ſed non perfectiſſimè cautum. Si enim vſuras in ſortem redigere fuerat conceſſum, & totius ſumma vſuras ſtipulari, qua differentia erat debitoribus à quibus re vera vſurarum vſura exigebantur: hoc certè erat non rebus, ſed verbis tantummodo legem* 6
ponere. † Debitores verò duriſſimam hac legem ſibi imponi patiebantur, vt hac ratione dilationem ad ſoluendum conſequerentur, vt grauiter conqueritur D. Ambroſ. *loc. cit.* Quam vt obtineant miſeri, & nimium interdum ſuis fidẽtes rebus nihil creditoribus negare ſolent, & magis ſeipſos illaqueant ſimulantibus interim fœneratoribus, ſe hac dilatione grauari, vt obſeruat Ioann. Parlador *rer. quotidian.l.2.cap.2.num.*18. † Quid carius eſt liberis? eos tamen 7
parentes ſuis debitoribus in pignus dediſſe, atque etiam in ſeruilia miniſteria conſtat. Quod tamen Docletianus, & Maximianus prohibuerunt *in l.12.C.de oblig.& act.& l.6.C. quæ res pign.* & Theodoricus *in edicto.* & deinde Iuſtinianus in *Nouell.*134.*cap.*7. pœnâ aditâ credditoribus, vt non ſolùm debito caderent, ſed aliud etiam tantumdem filio, aut parentibus eius refunderent, & corporali pœnâ coercerentur, vt etiam ſcribit Franciſc.Balduin.*lib. de pignor.cap.*12. vbi congruenter huic rei refert Ægyptios olim cùm mutuam pecuniam accipere cogebantur, ſolitos fuiſſe pignori dare cadauera parentum quæ cuſtodire, & linire vnguentis, vt diutius conſeruarentur, ſolebant tantùm neceſſitas pecuniæ, & egeſtas cogit, & couſque immanitatis auaritia homines perducit. † vnde non immeritò dicuntur debitores 8
mole æris alieni deprimi in *l.ſi quos C.de reſc vend.* & neceſſitate ſtrangulari *in l.5.C.de præd.Curial.* & fœneratores laquei nodum ſtringere apud D. Ambroſium eod.lib *de Tob. cap.3. in fin.* & congruẽter *cap.*8 debitorem, qui ſe fœneratori obligat, ipſum ſe vendere.

Quamobrem cùm fraus illa inualuiſſet, & improbum 9
hoc fœnus exercentes, leges, quibus vſurarum vſuras exigere vetitum erat, hoc commento eluderent, id Iuſtinianus merito cohibuit in *d.l.vlt.C.de vſur.* cuius pars proximè deſcripta eſt: Et ſi fortè id fieret, eodem loco conſtituit vſuras ſemper vſuras manere, & ſorti antiquæ tantummodo incrementum vſurarum accedere, vt obſeruat Cuiac. in *d. l.20.C.de vſur.* Duaren.*loc.cit.* Roderic. *de ann.redit.lib.3. num.* 23.& 24. † Quin etiam cùm antea obtinuiſſet, vt condem- 10
nati vſurarum vſuras præſtare compellerentur poſt tempus illis indultum pecuniæ conficiendæ gratiâ, *ex lege 1. Cod. Theodoſ.*

Theodoſ.de vſur.rei iudic. in qua iudicati malæ fidei debitores dicuntur, idem Iuſtinianus ſanxit, & poſt tempora iudicatis conceſſa ad ſoluendum ſortis tantum vſuræ vſque centeſimam ex iudicati actione deberentur, non etiam vſurarum in condemnationem deductarum, vt cautum eſt in *l. vlt.C.de vſur.rei iudic.* vbi ait, conſtituiſſe vſurarum vſuras penitus eſſe delendas, & nullum caſum relinquere, ex quo huiuſmodi machinatio poſſit induci. Atque ita abrogata eſt *d.l.1.C.Theod.eod.tit.* & Anatociſmus omnino prohibitus eſt, ſtipulatione ſiue, iudicato fieret vt notant Duar.& Roderic *loc.cit.*& Cuiac.*ad l.vlt.C.de vſur rei.iudic.*

11 Quâ ratione olim, id eſt, ne debitores vſuris, & ære alieno opprimerentur, Romæ verſura vetita eſt lege Gabinia, vt auctor eſt M.Tullius *lib.5.ad Attic.in fin.* vbi refert, Salaminio, cùm valent verſuram facere, non potuiſſe quod lex Gabinia vetabat. Eſt autem verſuram facere æs alienum ære alieno diſſoluere, vt explicat Donat.*in Phormione Terent* Budæ. *in adnot.l.vlt.ff.de pign.act.*& Cuiac.*in l.1. de vſur.ad Papin.* vbi ait, verſuram eſſe, vt ſumas ab aliquo pecuniam ſub vſuris, qua illi debitas vſuras ſoluas: tametſi etiam verſura ſit, ſi ab alio mutuam pecuniam accipias, vt ſoluas, quod alteri debes, vt conſtat ex eod.M. Tullio *loc.cit.*

12 Sed quia nimis compertum eſt fœnebre malum mitas per artes ſerpere, fœneratores Anatociſmum legibus expulſum, Patrum cenſura improbatum reuocauerunt. Imò diu in foro obſeruatum eſt, vt vſuras vſurarum in ſortem ex conuentione partium redactarum magiſtratus adiudicarent. Et prætereà ſi factâ ſortis, & vſurarum condemnatione taxatio ſecuta eſſet, iuſtuſque debitor taxatam quantitatem ſoluere non ſatisfeciſſet, ab eo tempore totius eius ſummæ quaſi in ſortem redactæ vſuras præſtare cogebantur, quod valde improbat doctiſſimus Anton. Faber *defin.11.C.de vſur.& de error. pragmat. Dec.10.cap.1.* Neque enim inquit, fieri poteſt, quin vſuræ illæ priores quæ ab initio acceſſiones fuerunt, tales quoque perpetuò maneant,& proinde vim, & fraudē apertè faciūt Iuſtinianeæ cōſtitutioni,quæ nullo prorſus caſu vſuras vſurarum præſtari patitur. Et ideo cùm hoc moribus noſtris peſſimè comparatum eſſet, & creditores ſub nomine intereſſe, vt loquimur,immodicis computationibus debitores obruerent,meritò Sereniſſimus Dux noſter Carolus Emanuël totum hoc penitus aboleuit eâ ſanctione,cuius iam meminimus,& ſortis tantummodo intereſſe præſtari iuſſit.

13 Porrò ex his, quæ in præcedentibus diximus, vſuras ſcilicet omnes iure Diuino, & Pontificio multò magis infames,& execrabiles eſſe, & nullo modo in republica permitti,& tolerari debere, idque ita perſpicuum eſſe, vt probatione non egeat.

14 Sanè hic obſeruandum eſt, quod dixi vſuras vſurarum ex iure ciuili non deberi, non habere locum, quando vſuræ funguntur vice ſortis. Nam hoc caſu eodem loco ſunt, quo ſors, & ex eis etiam vſuræ debentur.Dicuntur verò vicem ſortis obtinere, cùm ab alio debitore vna cum ſorte ſoluuntur, tunc enim quoad eum qui accepit, vel pro alio ſoluit, ſortis loco ſunt, & ſortem efficiunt, *l.58.§.1.ff. de de admin.tut.* & tradit Anton. Fab. *d.cap.1. num.7. & in ſuo*
15 *C.lib.4.tit.de vſur.defin.23.*† Huiuſque rei exempla ſunt plurima in iure noſtro, vt in tutore, & curatore, qui pecuniam pupilli cum vſuris exigit, nam quoad eum vſuræ vicem ſortis funguntur, *d.l.58.§.1.& l. tutor.4.§.ſi vſuras d.tit.* vbi Vlpianus ait, parui referre vtrum ſortem pupillarem, an vſuras in ſuos vſus tutor conuerterit. Aliud exemplum eſt in procuratore, qui ſortem cum vſuris, vel vſuras ab alio exegit, neque reſtituit. Nam, & vſurarum exactarum vſuras præſtare cogitur,*l.idemque.10.§.ſi procurator.ff.mandat.* Quod etiam trahi poteſt ad eos omnes, qui aliena negotia curant, vt ſunt negotiorum geſtores, & alij huiuſmodi
16 † Denique huius rei exemplum præbet *l.heres.de pet.hæredit.* in qua Papinianus definit fructuum ante actionem hæreditatis illatam perceptorum vſuras deberi, quia ſcilicet hi fructus hæreditatem augent, & ſunt pars, & portio hæreditatis, vnde cùm non ſint acceſſiones, nihil mirum eſt, ſi eorum vſuræ debentur ex iure ciuili: eorum autem qui poſt motam litem percipiuntur, vſuras non præſtari, qui officio iudicis reſtitui debent, vt etiam conſtat ex *l.neque eorum,ff.de vſur.* & tradit Hotoman. *in diſp.de vſur.cap.3.* & Cuiac.*in d.l.heres, ad Papin.*

Quod licet quoad vſuras hodie immutatum ſit, neque 17
enim vſurarum, neque vicem ſortis obtinent, vſuras exigere licet, cum nec ſortis debeantur, meritò tamen porrigitur ad id quod intereſt. Et proinde meritò receptum eſt, vt eius intereſſe, quod vice ſortis fungitur, aliud intereſſe debeatur, & peti poſſit. Ita enim docent Trentacinq. *variar.lib.1.tit.de inter.num.21.* Roderic. *lib.3. quaſt.7.num. 28.* Fabius *de Ann. in conſ.48. num.25.* Rouit.*in dec.9.num.17.&*
18. & Anton.Fab.*loc.cit.*† Et ex contrario ſi quis pro alio 18
ſortem, & vſuras vtiliter ſoluerit, veluti ex cauſa tutelæ, mandati, & negotiorum geſtorum, vſuræ ab eo ſolutæ ſortem efficiunt, & funguntur vice ſortis, & proinde ex eis etiam intereſſe debetur, vt tradit Trentacinq.& Roder.*loc. cit.* Vincent.de Franch.*dec.254.in fin.* Menoch.*de arbit. iudic. caſ.119.num. 28.*Peregrin.*de iur.fiſ.lib.6.tit.7.num.33.*& Mainard. *in dec.33. lib.2.* vbi ita iudicatum refert, & curiam cenſuiſſe, ne ea res in dubium amplius vocaretur, & nouiſſimè Matt.Medic. *inter ſuas dec. Senenſes examin.7.num.83.* & qui his iamdudum ſcriptis prodiit Fontan. *in dec. 204. num.8.& 15.* Quod tamen alio loco diligentius fortaſſe tractandum eſt.

QVÆSTIO VI.

De rationibus vſura in mutui dationibus potiſsimum improbanda.

SVMMARIA.

1. *Rei mutuo data dominium in accipientem transfertur.*
2. *Æquum eſt creditorem recuperare quod dedit, iniquum plus exigere.*
3. *Nemo debet ex ea re lucrum conſequi, qua non eſt eius periculo.*
4. *Periculum rei mutuo data eſt debitoris.*
5. *Mutuum ſub fœnore contractus Leoninus.*
6. *Pacto periculum in eum reiici poteſt, qui ex natura contractus illud ſuſcipere non tenetur.*
7. *Pactum in emptionibus pars rei, vel pretij.*
8. *Nummorum certa eſt aſtimatio.*
9. *Pecunia res ſterilis.*
   Fœneratores fucos imitantur.
10. *Fructus iure ſoli percipiuntur, non iure ſeminis.*
11. *Nauis, domus, & ſimilia poſſunt fructus referre, non pecunia.*
12. *Mutuum re contrahitur.*
13. *Tolerabilius eſt decem dare, vt vndecim debeantur, quàm ſtipulationem vſurarum permittere.*
14. *Mutuum naturâ ſuâ non recipit mercedem.*
15. *Labor omnis optat præmium.*
16. *Mutuans plus officij præſtat, quàm qui deponit, aut commodat.*
17. *Mutuum contrahitur ad vtilitatem ſolius debitoris,*
18. *Mutuum quare ſtricti iuris.*
19. *Fœneratores vtuntur nummis contra id, ad quod inuenti ſunt.*
20. *Pecunia non eſt propriè vſusfructus.*
21. *Vſuras exigere iniquum ſiue debitor lucrum, ſiue damnum fecerit.*
22. *Multum intereſt ex nummis, vel ex ædibus reditum percipere.*
23. *D. Chryſoſtomi locus ſicut ædes, pecuniam locari non poſſe.*
24. *Vſuraria conuentiones nullo iure confirmantur.*
   Ius Ciuile non patitur iniuſtas conuentiones.
25. *Vſura moderata tolerari poſſunt ad maiora mala vitanda.*
26. *Vſura non ideo minus turpes, quod tolerantur.*

27. *Leo Imperator cur Baſilij legem, qua vſuras ſuſtulerat, abrogauerit.*
28. *Iuſtinianus excecuſatione aliqua dignus, quod modeſtas vſuras permiſerit.*
29. *Ex vſuris frequenter vrbibus mala inferuntur.*
30. *Hareticum eſt pertinaciter aſſirmare vſuras exercere licitum eſſe.*
31. *Vſura iure naturali prohibita ſunt, & contrarium aſſerere temerarium.*

QVAMQVAM in omni contractu vſura illicita ſit, & prohibita, vt hactenus mediocri diligentiâ demonſtratum eſt in mutuo tamen multo turpior, & iniuſtior videri poteſt ob peculiares quaſdam cauſas ex huius contractus natura deſumptas. Quod licet in præcedentibus à me actum ſit, hîc id iterum diligentius agere conſtitui, vt hac ratione quicquid pro vſuris adhuc adferri ſolet commodè refellere valeam, & ab hoc lucri genere ciues noſtros deterrere.

1 Prima igitur ratio eſt, quia rei mutuo datæ dominiũ tranſit in accipientem, *l. 2. §. appellata, & l. proinde. ff. de reb. cred. l. 1. §. 2. ff. de oblig. & action.* vbi Gaius ait *res in hoc dari mutuo, vt fiant accipientis.* & *Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. in princ.* & Theoph. *eod. loc.* vbi dicit mutuo vnumquemque accipere, vt id in ſuos vſus impendat, & pro eo aliud reddat. Atqui iniquum eſt ex re, quæ tua non eſt, & quæ tua eſſe deſinit, aliquid ſuper exigere, cùm nihil tua interſit carere illius vſu, vt notat Petr. Gregor. *partit. iur. canon. lib. 3. tit. 3. cap. 4.* & Natt. *in conſ. 403. num. 3.*

2 Neque hanc rationem euertit, quod reſpondet Ioann. Borcholt. *cap. 1. num. 13.* pecuniam ſcilicet mutuo datam non dici omnino alienam, quod debitor obſtrictus ſit tantumdem reddere, & creditor actionem habeat ad eam repetendam, vnde & rem ipſam habere videatur, *l. is qui actionem. ff. de reg. iur.* & hinc conſequi bonæ fidei contrarium non eſſe vſuras accipere. Quia reſpondeo ex datione mutui creditori competere actionem ad tantumdem repetendum *d. l. 2. in princ. & l. 3. ff. de reb. cred.* idque bonæ fidei contrarium non eſſe: imò congruere iuſtitiæ, & æquitati, vt redhibeat quantum dedit, ne ex officio ſuo damnum ſentiat, vnde D. Ambroſius *in lib. de Tobia, cap. 21.* grauiter monet debitores, vt quantò citiùs debitum diſſoluant: ſed nego creditori competere actionem, vt plus exigat, quàm dedit, id enim iuſtitiæ, & æquitati contrarium eſt, & naturæ mutui repugnat, *l. ſi tibi ff. de pact. l. cum. vltra, C. de non num. pecun.* & proinde iniquum eſt actionem ad vſuras extendere, quæ mutuo datæ non ſunt, neque vllo bono iure debentur.

3 Secunda ratio Iniquum eſt ex ea re quemquam lucrum facere, quæ eius periculo non ſit, *l. 13 §. 1. ff. commod* & iniquiſſimum eſt ex contractu lucrum ſpectare, non etiam damnum, *l. 29. in fin. ff. pro ſoc. l. 67. §. 1. ff. eod.* qui rei proximum eſt, quod dicitur in l. 10. de reg. iur. ſecundum naturam eſſe commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem incommoda ſequuntur. Quod etiam eſt apud Terent. *in Hecyr.*
4 † ſed rei mutuo datæ periculum eſt debitoris, *l. 9. in fin. ff. de naut. fœn. l. 1. ff. de oblig. & act. l. incendium C. ſi cert. pet. & Inſtit. quib. mod. re contr. oblig.* ergo iniquum eſt creditorem ex mutuo lucrùm aucupari. Qua ratione etiam vſus eſt Vveſemb. *in tit. de vſur. num. 6.* & ipſe Hotoman. *quæſt. illuſt. cap. 40.* vbi ait hoc argumentum ex intima Iuriſprudentia erui.

Neque ſatisfacit Borcholt. *eod. loc. num. 11*, dum ait id vetum eſſe, niſi aliud inter contrahentes conuenerit, & ex conuentione poſſe rem etiam illi quæſtui eſſe, cuius non eſt periculum, *l. 1. §. nunc. videndum. ff. commod.* & ſic conuentione vſuras deberi, licet pecuniæ creditæ periculum ad de-
5 bitorem pertineat † Nam reſpondeo id de conuentione licita intelligendum eſſe, vt notat gloſ. *in d. l. 1. §. ſi conuenit. & in l in traditionibus ff. de pact.* alioquin ſi turpem, & iniuſtam cauſam continet, vel ſi eſt contra bonos mores, vel bonam fidem, qualis eſt ſtipulatio vſurarum, ſeruari non debet, *l. vlt. ff. de ſuis. & legit. hared. l. ſi vnus §. pacta. ff. de pact.* & *d. l. 1. §. illud ff. depoſ.* & congruenter Vlpianus *in d. l. 29. ff. pro ſoc.* definit ſocietatem ita coiri non poſſe, vt alter lucrum tantum, alter damnum ſentiat, & hanc ſocietatem leoninam eſſe, & proinde mutui datio ſub fœnore contractus leoninus dici poteſt, cùm ex eo creditor lucrum tantùm ſpectet, non etiam damnum, quæcunque fuerit
fortuna debitoris. † Deinde in aliis negotiis recipi poteſt, 6
vt ex conuentione periculum in eum reiiciatur, qui ex natura contractus ad illud non tenetur, quia vel liberè id factum, ſuſceptum intelligitur, veluti ſi is apud quem nummi depoſiti ſunt, eorum cuſtodiam, & periculum ſuſcipiat, *vt in d. l. 1. ſæpe euenit. ff. depoſ.* ſunt enim qui ſe ſpõte depoſito offerunt: vel conuentio pars pretij, vel rei eſſe cenſetur, huiúſque conuentionis contrahentes rationem habuiſſe *l. 79 ff. de contr. empt. l. 6. in fin. ff. de ſer. export.* ſed in mutui datione neque debitor liberè ſtipulationi vſurarum conſentit, ſed neceſſitate preſſus, & quia non aliâ ratione poteſt rebus ſuis conſulere: neque ſtipulatio iſta pars rei vel contractus dici poteſt, ſed noua obligatio, quæ nullam iuſtam cauſam habet, & ſolâ obligatione nititur, *l. vſura. de verb. ſignif. l. 8 ff. de eo quod cert. loc.* & non naturâ, ſed iure ſummo percipitur, *l. ſi nauis ff. de rei vendic.* † Neque vt 7
in emptionibus, & aliis ſimilibus contractibus ratio conuẽtionis & pacti habita præſumitur, veluti cùm in emptione pactum adiicitur fauore emptoris, vel venditoris, quo caſu cenſetur pars vel rei, vel pretij *d. l. 79. de contrah. empt. & l. 6. in fin. ff. de ſer. export.* Frideric Martin. *de iur. cenſ cap. 6. num. 196.* id mutui dationibus accommodari poteſt, in quibus ſors integra ſolui, & reddi debet eiuſdem generis,
& bonitatis, quâ datum eſt, *l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* † 8
& præſertim ſi nummi crediti ſunt quorum ſcilicet certa eſt æſtimatio, *l. nummis ff. de in lit. iuran. l. 1. ff. de contr. empt. l. 42. in fin. ff. de fideiuſſ.* & proinde cùm ſtipulatio vſurarum additur mutuo, intelligi non poteſt huius rei in conſtituenda ſorte rationem habitam fuiſſe fauore debitoris, & eum in minore ſumma ſe obligaſſe: cui coniecturæ in aliis negotiis locus eſt: ſed perſpicuum eſt obligationem vſurarum ſine vlla iuſta cauſa contrahi fauore creditoris, qui non ſuâ ſorte contentus eſt, obligatione ſortis, ſed vltra ſortem vſuras ſtipulatur, & capta, quod iniquum eſt, & iuſtitiæ commutatiuæ contrarium, ſecundum quàm ſatis obligationi ſuæ debitor facit per ſolutionem, qua tantumdem reddit. Et tantum potuit is auctor dicere non eſſe iniquum creditorem ſtipulari vſuras vltra ſortem, quando pecunia eius periculo traiicitur, quod an liceat, alterius quæſtionis eſt.

Tertia ratio eſt, quia pecunia naturâ ſuâ ſterilis eſt, ne- 9
que poteſt referre fructus, vt grex, vinea, ager? ergo non poteſt creditor ex nummis reditum ſtipulari, & capere; & ſi id fecerit, non ex pecunia id percipit, quæ ſterilis eſt, ſed ex induſtria, & labore debitoris, quod eſt iniquum, videntur enim fœneratores fucorum naturam imitari, qui furtim verarum apum mella deuorant, vt refert Plinius *lib. 11.* & Virg. *lib. 4. Georg.*

Immuniſque ſedens aliena ad pabula fucus.

Eadem ratione Plutarch. *in opuſc. de non fœner.* vniuerſam fœnerandi artem damnat, quod contra naturæ regulam ſit, quæ eſt ex nihilo nihil gigni; vt etiam notat Alciat, *ad l. 1. vſura. num. 9. de verb. ſignif.* vbi reliqua vſurarum incom-
moda receuſet. † Quæ ratio non ex eo leuis videri 10
debet, quod mutuum etiam in iis rebus conſiſtat, quæ gignendi, & propagandi habent, vt eſt hordeum, frumentum, milium, & id genus, quia non ideo magis licitum eſt additamenta materiæ ſtipulari. Id enim acriter reprehendit Diuus Hieronymus *in comment. ad cap. 18. Ezechiel.* & refert Anton. Auguſtin *in Epit. iur. Pontific. lib. 35. tit. 6. cap. 24.* quod enim interdum, ſi terræ condantur, fructus ferant, non id ſemini, ſed agro, & induſtriæ, & culturæ tribui debet *l. qui ſcit. in princ. ff. de vſur.* quæ ait: *omnis fructus non iure ſeminis, ſed iure ſoli percipitur.* Et paulò pòſt, *quoniam in percipiendis fructibus magis corporis ius, ex quo percipiuntur, quàm ſeminis ex quo oriuntur aſpicitur.*

Neque mouet quod reſpondet Borcholt. *loc. cit. num. 8.* pecu- 11
niam licet fructus naturales, induſtriales ferre non poſſit,

ciuiles

ciuiles tamen parere poſſe, vt domus, nauis, quæ licet res ſteriles ſint, poſſunt tamen ex conuentione & iure vtilitatem referre, *d.l.ſi nauis.de rei vindic.* Nam hæc diſſimilia ſunt? In conductione enim nauis, domus,& ſimilium rerum conuentio habet ſynallagma, quia conductor domo, & naui conductâ vtitur, ſiquidem iſtiuſmodi rerum vſus eſt, pecuniæ verò non eſt vſus, ſed abuſus: & proinde, vt licet ex naue, vel domo conducta fructus percipere; ita illicitum eſt ex nummis mutuo datis reditum ſtipulari, & capere, vt diximus aduerſùs Heigium *quæſt.3.num.*18.& proinde quod ait *in l.33.ff.de vſur.* pecuniam vſuras parere, & quod alibi dicitur nummos ſteriles eſſe non oportere *l.7.ff.eod.l.3.§.4. ff. de contr.tut.act.* id impropriè, & per tranſlationem dictum eſt, & ſecundum ius ciuile, quo vſurarum obligatio licita eſſe videbatur.

12 Quarta ratio eſt,quia cùm mutuum re contrahatur *d.l.1. §.2.ff.de oblig.& act. & inſtit.quib.mod.re contrah.oblig.in princ.* id eſt,facto,& numeratione, & à manu in manum tranſlatione, vt ait Theophil. *d.loc.* nihil vltra quàm reuera datum, & tranſlatum deberi, aut exigi poteſt, *l.ſi tibi. ff.de pact.l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert.pet. l.cùm vltra. 9.C.de non num. pecun. & l.vlt. C.ſi pignor. conuent.num.pecun.&c.* Cuiac.*ad d.l.ſi tibi.ff.de pact.* Petr.Gregor, *loc.cit.& in tract.de vſur. lib.1.cap.3. n.7.* & Cardin. Mantic. *de tac.& ambig. conuent.lib.*8.*tit.*15.*n.*13. In quo non ſatis admirari poſſum veterum iuris auctorum inconſtantiam,qui cùm putarent neminem vltra id, quod verè accepiſſet ex mutuo obligari poſſe, ita vt inutilis illis videretur conuentio,vt datis decem,vndecim deberentur,vt nominatim conſtitutum eſt in *d.l.rogaſti.§.ſi tibi.* vſurarum incrementum rebus creditis accedere interpoſitâ ſtipulatione permiſerint, quia hoc nihil aliud reuera fuit, quàm hoc commento mutui naturam labefactare, & auaritiæ patroci-

13 nari.† Denique tolerabilius videtur admittere illud conuentionis genus, quod tamen iure ciuili improbatum eſt *in d l. ſi tibi.* quam ſtipulationem vſurarum,quæ iure ciuili recepta eſt,quia in illo genere debitor ſeſe certæ quantitati obſtringit quæ tempore non creſcit, & qua tandem ſoluta obligatione ſolutus eſt, cùm additâ ſtipulatione vſurarum debitum in dies, creſcat,*l.9.ff.de vſur.l.90.de verb. oblig.*& grauiſſimâ ſuâ mole tandem opprimat debitorem:& rectè D.Ambroſ. in d.lib. de Tob.cap.13. *Pecunia,* inquit, *fœnoris hodie ſeminatur: gras fructificat: ſemper parit, & nunquam interit: ſemper plantatur, vix euellitur.* Et deinde eod. loc. *fœneratorum pecunia tempore ſemper augetur, & vltra formam materna ſortis ſe extendens modum non continet.*

14 Quinta ratio eſt, quia mutuum non tantùm gratuitum eſſe oportet, quia dictum eſt nobis, *Mutuum date, nihil inde ſperantes. Luc.6.* cuius loci auctoritas ſacroſancta nobis in hoc genere eſſe debet, ſed etiam quia natura ſua non recipit mercedem: & fœnus abhorret: & reſpuit. Mutuum enim officium eſt, & ab affectu amico ad vſum temporis neceſſarij, vt ex Nonio Marcello notat Cuiac.*in obſeru.l.*11. *cap.*33. & officio contraria eſt merces *l.1. in fin.ff.mand l.19. §.1. ff.de donat.* Quod & veteres Grammatici ipſis verbis Nonij notant: Mutuum, inquiunt, *ſine vſuris fœnus cum vſuris ſumitur id eſt accepti fœtus, & quaſi partus mutui ſumpti. Vnde honeſtius mutuum eſt, quod ſub affectu amico ſiat meum tuum vſu temporis neceſſarij.* Quamobrem qui ex mutuo mercedem ſtipulatur, & captat, & contractum officioſum, & publicè neceſſarium in necem aliorum conuertit, & alterius calamitatem prædam ſuam facit, quod iniquum eſſe manifeſtum eſt.

15 Neque obſtat, quod obiiciebat Petrus Heigius *quæſt. lib. 2. cap.1. num. 97.* etiam eos, qui gratuitum officium præſtare debent, poſſe aliquod autoramentum operæ accipere,*l.Salarium.ff.mand.l.1.§.in honorariis.ff.de extraord.cognit.* nam leges aliæ, quas citat, vix ad hanc rem trahi poſſunt. Etenim *d.l. Salarium,* & alia ſimilia iura de iis loquuntur, qui aliena negotia curant, & gerunt, vt ſunt procuratores, & negotiorum geſtores, Aduocati, & id genus, quibus de ſalario, & mercede operæ ius dicitur, quia omnis labor optat præmium. Sed diuerſa cauſa eſt eius, qui nummos credit ſub fœnore. Is enim neque operas, neque officium præſtat debitori, neque illius rem gerit: Sed propriam vtilitatem reſpicit, & ex induſtria & labore alieno præmium, & mercedem expectat, quod manifeſtæ iniuſtitiæ eſt.

Sexta poteſt conſiderari ratio, quia plus officij & gratiæ 16
confert,qui mutuam pecuniam dat, quam qui deponit,quia rebus depoſitis vti non licet, mutuum verò datur ad vſum temporis neceſſarij, vt dixi ex Nonio, & Cuiacio, & vt quis rebus illis vtatur vt ſuis, *l.1.§.mutui datio ff. ſi cert. pet.* Theophil. *inſtit. quib. mod. re contrah. obligat. in princ.* Quod & de mandato, locato, commodato, & aliis contractibus bonæ fidei dici poteſt. Iſti enim non ita ex officio conſtare videntur, quàm mutuum, in quo quis pecuniæ ſuæ dominio, & præſidio ſe ſponte abdicat, vt amico opem ferat. Imò videtur dici poſſe nullum eſſe contractum, in quo officium, & charitas magis eluceſcat, quàm in mutuo, vnde dictum eſt: *Beatus qui miſeretur, & commodat.* † Etenim ad 17
alios contractus lucri causâ ex vtraque parte plerumque accedimus, vt in locatione, venditione,ſocietate, & ferè in illis agitur, vt eadem res reddatur, vt in depoſito, commodato, & aliis, mutuum verò propter vtilitatem, & neceſſitatem ſolius recipientis fieri ſolet,vnde quæ mutuo dantur, ſtatim, & intempeſtiuè repeti non poſſunt, quia beneficio nos adiuuari oportet, non decipi, *l. 17. §.3.ff.commod.* Rip. *in d.l. rogaſti. §.ſi tibi. num.13.* Proinde multò æquius videbatur mutui dationes inter contractus bonæ fidei referre, quàm depoſitum, commodatum, mandatum, emptionem, & alios huiuſmodi.† Et nihilominus quia mutuum in 18
rebus dumtaxat conſiſtit, quæ vſu conſumitur, & illis abſumptis difficilis plerumque eſt earum reſtitutio, cùm ſpes ſæpe miſeros debitores fallat, ideóque ferè fit, vt moram in ſolutione facere cogantur, veteribus placuit mutuum à contractibus bonæ fidei ſecernere, ne vſuræ propter moram ex eo contractu deberentur;& debitores ferè ſemper in vſuras incurrerent, vt obſeruant Vrſill. *in §. actionum. inſtit. de action. num.25.* & Felician. *de cenſib. lib.1.cap.5. num.5.* quod tamen in contractibus bonæ fidei receptum eſt, vt dixi ex *l.32. & l.37. ff.de vſur. & l.quæro. ff.loc. & aliis locis plurimis.* Quamobrem qui mutui dationi ſtipulationem vſurarum addit, hoc contractu abutitur, eiúſque naturam præuertit, quæ fœnus aduerſatur, & reſpuit.

Præterea rationem aliam ſatis tamen nunc notam adde- 19
re licet ex Ariſtot. *Polit.lib.1.c.7.* quo in loco poſtquam probauit parandi ſtudium ex fructibus agrorum, & pecorum, artem numulariam improbandam eſſe cenſet, quod ars hæc nummo vtatur præter id ad quod inuentus eſt. *Nam,* inquit, *commutationis cauſa nummus inductus eſt, in fœnore nummus nummum parit, ideóque præter naturam eſt maximè hic adquirendi modus.* Cùm igitur pecunia inuenta ſit, vt eius publica, & perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum ſubueniret, vt poſt Ariſtotelem tradit Vlpian. *in l.1.ff.de contrah. empt.* eius vetus, & naturalis vſus inuertitur, ſi ad quæſtum fœneratitium, & quæſtuariam negotiationem transferatur, vt tradit Couarr. *variar. lib.3. cap.1.num.5.*& Vveſemb. *ad tit.de vſur.num.6.* vbi etiam notat fœnus eſſe omnium gentium iure, & conſenſu improbatum artificium. Quod & Cato ſenſit, qui in *princip. de re ruſtic.* mercaturæ,& fœnerandi ſtudio culturam agrorum præfert. *Nam,* inquit, *mercaturis rem quærere periculoſum, & calamitoſum eſt, fœnerari inhoneſtum, & peius furto. At ex agris, & viri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi gignuntur, maximéque pius quæſtus, ſtabiliſſimúſque conſequitur, & minimè inuidioſus.*

Denique mutuum in iis rebus conſiſtit, quæ in abuſu 20
conſiſtunt, quarum non eſt vſus, ſed abuſus, *l.5. §.1. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.* & Paulus *in l.2. eod.tit.* ait pecuniæ propriè vſumfructum non eſſe, neque ſenatuſconſultum, quod factum eſt,vt omnium rerum vſufructus legari poſſet, naturalem rationem commutare poſſe, & Iuſtin.in *§.conſtituitur, Inſt. de vſufr.* pecuniam neque ciuili, neque naturali ratione vſumfructum recipere. Denique Pomponius *in l.vſura.121.ff.de verb.ſignif.* ait vſuram pecuniæ, quæ percipitur in fructu non eſſe:ex quo Frideric.Martin.*de iure cenſ. cap.1.num.41.* infert naturæ repugnare aliquid pro vſu pecuniæ mutuo datæ exigere,cuius non eſt vſus,ſed abuſus.Idque admittit Donell. *in princ.lib.de vſur.fol.9.*

21 Neque mouet quod reſpondet Borcholt. *d. cap. 1. num. 10.* licet pecnoiæ poſtquam ſemel concepta aſt, oulius amplius poſſit eſſe vſus, durare tamen commnda, quæ ex pecunia cooſumpta comparaotur, ex quibus quotidie maiores fructus percipiuntur, vt ſi mercatori peeunia credita ſit, qui ex mercibus ea peeunia empiis, & diſtractis aliam pecuniam redigit, & luctum ex lucro facit, atque idcirco iniquum non eſſe, vt peeunia conſumpta, durante commodo ipſius pecuniæ vſotas ſibi præſtet. Nam ſi debitor oullum lucrum conſecutus eſt, vt ſæpe euenit etiam mercatoribus, iniquiſſimum eſt ab eo vſuras exigere, idque Borcholt. admittit, & probari videtur ex *l. 16. §. 1. ff. de vſur.* Si verò aliqoid lucri fecit, iniquum etiam eſt ab eo aliquid vltra ſortem capere; quia eios periculu peeuniam exercuit, & luerum non pecuniæ quæ ſterilis eſt, ſed, eius laboribus, & induſtriæ tribui debet. Proinde vt creditor licitè ex pecunia propria, & alterius induſtria luctum conſequatur, illam in ſucietatem conferat, & ſocietatis fortunam ſubeat iuxta *l. 29. §. 1. ff. pro ſoc.* Alioquio quandiu alterius periculo, & ſudore exercetur, iniuſtum, & inhoneſtum eſt creditorem ex ea lucrum ſpectare *d. l. 13. §. 1. ff. commod. & l. 10. de reg. iur.* Quæcumque igitor fuerit fortuna debitoris, ſemper iniuſtum eſt ab eo vſuras exigere.

22 Ex quibus etiam reiiei debet, quod Gothofredus ait *in notis ad d. l. vſura. de verb. ſignif.* vſuras ſcilicet, ſi libidinem mordendi proximi ſuſtuleris, periode tolerari poſſe atque penſiones ædium conductarum dimidium iuſti non exeedeotes. Nihil euim iotereſſe fructum ex ædibus pereipias, an ex oummis. Nam ædes, & his ſimilia certo corpote conſtant, & illatum eſt vſus, & vſosfructus: vnde locati poſſunt pro certa mercede, *l. fundi. ff. de vſufr. leg. l. 7. & tot. tit. ff. loc.* & ſi quid rei locatæ accidit, id eſt periculo locatoris, euius etiam eſt dominium, *l. 9. C. de pign. act. l. 28. ff. de donat. inter. vir. & vxor.* Sed pecuniæ creditæ dominium in accipientem tranſit, vt etiam pericolum, vt ſæpius dixi ex *l. 9. in fin. ff. ſi cert. pet. l. vlt. C. de naut. fœn.* & ex iis rebus eſt, quarum naturali ratiooe non eſt vſusfructus, quæ in abuſu conſiſtuot, *d. l. 5. ff. de vſufr. ear. rer.* Et proinde multum intereſt inter ædes, quæ locatæ ſunt, & nummos mutuo datos, vt notat Cuiac. *obſer. lib. 9. cap 15.* vbi ait perſpicuum
23 eſſe fœnus locatiooem dici oon poſſe. † Et hic Gothofredi error manifeſtè refellitur ex D. Chryſoſtomi loco *in cap. Matth. 21.* Vbi ſic ait: *Dicet aliquis, qui agrum locat, aut domum, vt penſiones recipiat, non eſt ſimilis ei, qui pecuniam dat ad vſuram? Abſit Primum quidem quia pecunia non eſt ad aliquem vſum diſpoſita ſicut ager vel domus, ſed eſt pretium emendi, vel vendendi. Secundò quia qui agrum habet, arat eum, & fructus ex eo accipit: ſimiliter & qui domum habet, vſum manſionis capit ex ea: ideo qui locat agrum, vel domum, vſum dare videtur, & pecuniam accipere, & quodammodo lucrum cum lucro commutare? pecuniam autem ſi repoſitam in ſacculo tenoas apud te, nullum vſum capies ex ea. Tertio ager, vel domus vtendo veteraſcit, pecunia autem cùm fuerit mutuata, nec minuitur, nec deteritur.* Hæc D. Chryſoſtomus.

24 Vt etiam admitti poteſt, quod idem Gothofredus notat *eod. loc.* vſuras non eſſe contrarias iuri naturali, quod ex obligatione cauſam habent, & obligationes ad ius gentium vel ciuile referuotur *l. 5. in fin. de iuſtit. & iur.* dieendum eſſet ius vtrumque naturæ repognare, quod eſt abſurdum. Nam non omnis obligatio legitima eſt, & iuris gentium ſed ea tantùm, quæ ex iuſta cauſa proficiſcitur, & ioſtæ legis poteſtate confirmatur. *l. 27. ff. de oblig. & act.* Hinc obligatio rei turpis nullius momenti eſt, deoique non eſt obligatio. Et ideo cùm ſtipulatio vſuratum ob inioſtam cauſam fiat, oimirum ratione ſolius temporis, non quod creditoris interſit, conſequens eſt illam iuri naturali, & gentium repugnare, quia vtrumque ius, vt etiam ciuile, non fert iniuſtas conuentiones, neque patitur, vt quis locupleretur cum alterius iactura, *l. 14. ff. de condict. indeb. l. illicitas. in princ. de offic. Preſid. l. 6. in fin. de iur. dot. l. 206. de reg. iur. & l. 25. ff. rer. amot.* oune obligatiooes vſurariæ nullius iuris poteſtate confirmantur. Nam ius ciuile, vt par eſt, iuri diuino, & Pontificio cedit, vel cedere debet vt tradit Baldus multis locis & latè Roderic. *d. lib. 3. queſt 4. num. 97. & 104.* vbi concludit leges cioiles vſuras quamtumuis moderatas approbantes improbatas eſſe, & naturali & diuino iuri contrarias, oec vllo modo in Republica Chriſtiana admittendas.

Sanè quod Gothofredus ait eo loco vſuras moderatas 25
poſſe tolerari, recipiendum eſt duntaxat, cùm eò deueotum eſt, vt commune reipublicæ bonum id oeceſſatio exigat ad vitanda maiora mala, Nam in his anguſtiis modeſtum fœous tolerari poſſe etiam Theologi docent, vt Conrad. *quæſt. 26. concl. 6. & alij apud Salas de vſur. dub. 4. num. 3.* & Maldet. *tract. 5. cap. 3. dub. 14.* Gudelin. *de iur. noviſſ. lib. 1. cap. 10. in fin.* & Caniſ. *lib. de vſur. cap. 2. num. 21.* Hic eoim locum babet, quod ait M. Tullius *lib. 3. de offic.* minima de malis: & congrueoter Conradus *loco cit.* adfert illud Chriſti, *ſinite vtraque creſcere.* Idque eâ ratione prorſus, lupanaria, & proſtibula tolerantur, ne omoia libidinibus rutbentur, vt inquit D. Auguſtin. *in lib. de ordin.* & in re ſimili D. Thomas *in 2. 2. quæſt. 11.* Vbi ait in eo ſtatu rerum rectè eos, qoi reipublicæ præſuot aliqua
mala tolerare, ne peiora ſequantur. † Sed non ideo mi- 26
nùs vſuræ oaturâ ſuâ turpes, & improbæ ſunt, quod toleteorur, neque ſit, qoo iodice repetaotur, vt iidem Theologi ſeutiunt *locis citatis* & Petr. Greg. *de vſur. l. 2. c. 8. n. 1.* Mald *5. c. 3 dub. 3.* Marius Mur. *in conſuet. Panorm. cap. 36. n. 9.* & dixi *quæſt. 3. num. 19* & conſtat ex *C. quid dicam. 14. quæſt. 4.* & ex ſæpius relata Leonis conſtitutione *vt ad vſur. ereent. pecun. licit. mutuet.* in qua licet Baſilij parentis ſui legem, quæ vſuras omnes etiam leues ſuſtulerat, abrogauerit, & vſuras trientes permiſerit, apertiſſimè tamen ait vſuras vbique à Spiritus
decreto condemnari, † & legē illam Baſilij reuocaſſe, quia vt 27
inquit propter redundantem in humana vita peruerſitatem illa oon profuit, ſed potius obfuit: & ad vitanda periora, & alia mala io Republica, quæ valde congruoot iis, quæ tradunt Conrad. & Caniſ. *loc. cit.* & Binsfeld. *in eiquanto. concl. 8. de vſur.*

Quâ ratione Gudelin. *d. cap. 10. in fin.* Iuſtinianum
excuſare nititur, qui cùm fidei noſtræ cultorem, & defen- 28
ſorem ſe toties profiteatur, non tantùm vſuras, ſed & diuortia, & alia quædam Chriſtianæ fidei cootraria permiſerit. Hæc enim inquit, ex ritibus Ethnicorum inualuerant: oeque facilè poterant penitus euelli: & proinde neceſſitate quadam temporum, & ſtatu Reipublicæ ſic exigente illa permiſiſſe. Denique tale propemodum hic diſcrimē intercedere, quale Cicero *in lib. de offic.* poſuit inter leges, & præcepta Philoſophiæ, leges ſcilicet tollere aſtutias, quatenus tenere rem manu poſſuot, Philoſophos quatenus ratione, & intelligentia.

Quamobrem cùm vſuræ duntaxat tolerari & permit- 29
ti poſſunt, eùm verè deteriora mala Reipublicæ imminent, quibus non aliâ ratione occurri poſſit, quod tameo perquam rarum eſt, ſiquidem ex vſuris certius, & frequentius mala Reipublicæ ioferuntur, vt obſeruant Conrad. *loc. cit.* &
Turrian. *diſp. 63. dub. 4. in fin.* hinc multo magis apparet vſo- 30
ras naturâ ſuâ improbas, & illicitas eſſe. † Quod nunc nefas eſt poſt Eccleſiæ Catholicæ cenſuram in dubium reuocare: & poſtquam etiam in Concilio Vienenſi definitum eſt eum, qui pertinaciter affirmare præſumpſerit non eſſe peccatum fœnus exercere, tanquam hæreticum eſſe puniendum, vt conſtat *ex Clement. vn. de vſur. in fin.* & notant Couarr. *variar. reſol. lib. 3. cap. 1. num. 6. verſ. ego ſanè.* Petr. Gregor. *Partit. iur. Canon. lib. 3. tit. 5. cap. 1.* Vgolin. *de vſur. cap. 25. §. 1.* Molin. *d. diſp. 304. num. 15.* & alij Theologi 31
apud Salas *loc. cit.* † Deoique cùm exploratum ſit vſuras iuri naturæ contrarias eſſe, quia ſcilicet hæc res pendet ex furto, vt dixi *quæſt. 2. num. 25.* quod naturali ratione prohibetur *l. 1. ff. de furt. l. probrum. de verb. ſignif.* vt etiam locupletari cum aliena iactura *ex l. 14. ff. de condict. indeb. & l. 6. in fin. ff. de iur. dot.* quæ ait, *bono & æquo non conuenire aut lucrari aliquem cum damno alterius: aut damnum ſentire per alterius lucrum,* quod in vſurariis commerciis fieri compertum eſt. Imò aſſerere vſuras non eſſe prohibitas iure naturæ, valde temerarium ſit, & erroneum, vt quidam rectè cenſent apud Salas *loc. cit.* quod acerrimè proſequitur Soto *de iuſt. & iur. lib 6. quæſt. 1. art. 1.* & Binsfeld. *in c.*

quia

*in omnibus. concl.*1. Molin, *loc.cit. num.*14. & nouiſſimè Cardin. de Lug. *diſp.*25. *num.*8. qui etiam ferè omnes norant Ariſtotelem,& alios Ethnicos,ſolo lumine naturali ductos, hanc vſurarum malitiam, & turpitudinem agnouiſſe, conſequens eſt magiſtratuum conniuentiâ, & diſſimulatione licitas fieri non poſſe. Conſtat igitur quæcunque pro vſuris proferuntur, nullius momenti eſſe, & non minus facile refelli quàm obiiciuntur.

QVÆSTIO VII.

De differentia illiciti, iniuſti, vſurarij, & ſimulati contractus.

SVMMARIA.

1. *Contractus illicitus quis.*
2. *Contractus iniuſtus quis.*
3. *Ex maleficio quis obligatur inuitus.*
4. *Contractus vſurarius ſpecies iniuſtæ, & illicitæ conuentionis,* & num.7.
5. *Iniuſtum quod eſt contra leges.*
6. *Contractus interdum iniuſtus, nec tamen illicitus.*
7. *In contractibus vſurariis creditor aufert ſuum, & alienum.*
8. *Vſuræ minuunt ſortem.*
9. *Contractus fœneratitij non omnino irriti ſunt.*
10. *Pacta illicita, & vſuraria pro non appoſitis habentur.*
11. *In contractibus inſpicitur id quod vere actum eſt.*
12. *Hypotheca non amittitur ob illicitam ſtipulationem vſurarum.*
13. *Mutuans pecuniam ad rem conſeruandam prefertur aliis, quoad ſortem, licet contractus ſit vſurarius.*
14. *Bartoli, & Ripæ opinio quædam reiicitur.*
15. L.ſi ventri §.in bonis. de priuil. credit. *declaratur.*
    Aliud credere, aliud deponere.
16. *Hypothecarij priuilegiatis creditoribus præferuntur.*
17. *Deponens, & vſuras exigens non amittit ius hypothecæ quoad ſortem.*
18. *Iuſiurandum in contractu, in quo occultè aliquid agitur, ſuam vim obtinet.*
19. *Clauſulæ in contractibus ſimulatis ſubſiſtunt pro eo quod verè geſtum eſt.*
20. *Quod declaratur duobus modis.*
    Filiusfamilias donare non poteſt.
21. *Iuſiurandum in dubio refertur ad contractum apparentem, vt etiam clauſulæ.*
22. *Bona in contractu cenſus vſurario an maneant obligata pro reſtitutione ſortis.*
23. *Hypotheca validè adiicitur mutuo pro reſtitutione ſortis.*
24. L. non dubium. C.de legib. *non pertinet ad contractus ſimulatos.*
25. *Emens cenſum à filiofamilias contra formam Bullæ Pij V. non poteſt repetere pretium.*
26. *Hypotheca cenſus fœneratitij non conſiſtit, vbi ex lege regionis ſors amittitur.*
27. *Minor non poteſt ſuis rebus cenſum imponere ſine ſolemnitatibus.*
    Et hoc caſu hypotheca nulla eſt cenſu non ſubſiſtente.
28. *Bona ex contractu cenſus illiciti non manent obligata pro reſtitutione ſortis, cùm debitor ſimpliciter promiſit reditum ſoluere ſub obligatione bonorum.*
29. *Contractus per dolum, & vim extorti in totum reſcinduntur.*
30. *Et eorum clauſulæ, & acceſſoria omnia corruunt.*
31. *Donationes inter virum, & vxorem confirmantur iuramento.*
    Donationes inter virum & vxorem moribus prohibentur.
32. *Contractus, qui per vim aut dolum extorquentur, non ſunt vſurarij: Et quomodo corrigantur.*
33. *Venditiones & locationes, in quibus adeſt læſio, non ideo vſurariæ cenſentur.*
34. *Lucrum quod non capitur ratione temporis, non eſt vſura, licet ſit iniuſtum.*
35. *Vſurarius contractus quomodo dignoſcatur.*
    Contractus non poteſt eſſe fœneratiuus, niſi in eo mutuum inueniatur.
36. *Contractus ſimulati iuris vinculum non habent.*
37. *Contractus ſimulati Æſopi fabulæ.*
    Et veluti inanes vmbræ apud Virgilium.
38. *Neque confirmantur iuramento.*
39. *Iuſiurandum in contractu omnino ſimulato appoſitum, non eſt iuſiurandum.*
40. *Abſolutio iuriſiurandi non eſt neceſſaria, cum contractus omnino ſimulatus eſt.*
41. *Clauſulæ, & pacta contractus ſimulati pro non appoſitis habentur.*
42. *Quæſtione ſimulationis pendente, inſtrumento, & clauſulis omnibus ſtandum eſt.*
43. *Naturaliter iniquum eſt, quempiam cum alterius damno locupletari.*
44. *Contractus ſimulati ipſo iure nulli.*
    Conſtitutio in integrum exigit contractum valere ipſo iure.

POſtquam vidimus vſuram in omnibus con-
tractibus iniuſtam, & illicitam eſſe, vt tranſ-
grediamur ad ea, quæ in foro frequentia, &
vtilia ſunt, † principio obſeruandum eſt 1
valdè differre contractum illicitum, & iniu-
ſtum eſſe,& eſſe vſurarium. Etenim contractus illicitus eſt,
vt nomen ſonat, qui per leges non licet, & cui leges reſi-
ſtunt, vt ſunt promiſſiones rerum turpium, quæ ob turpi-
tudinem facti publicè damnantur, *vt in l.*123. *de verb. oblig.*
*l.*5. *C.de condit. ob turp. cauſ.* & *§.quod turpi. Inſtit. de inutil. ſti-*
pulat. & donationes inter virum, & vxorem, quæ mori-
bus prohibitæ ſunt, ne mutuo amore ſe coniuges ſpolient,&
ne venalia ſint matrimonia *l.*1. & 2. *ff.de donat. inter vir. &*
vxor. & conuentiones omnes, quæ aduerſus leges, & con-
tra bonos mores fiunt, aut per vim,& dolum extortæ ſunt:
denique vitioſi, & improbi contractus, qui & ſceleſti di-
cuntur in *l.*8. *C.de iur. fiſc.* & vel legibus, vel moribus pro-
hibentur. Quos idcirco leges irritos faciunt, vel reſcin-
dunt *l.illicitas, in princ. ff.de offic. Præf.* & *l.*6. & *vlt.C.de pact.*
& interdum coërcent & puniunt, vt in *l.*1. *C.de monop. l.*1.
& *vlt.C.quæ res ven.non poſſ.* quæ ait *in publicam fraudem com-*
mercia contracta damnari, vt *in d.l.*8. *C.de iur. fiſc.* & tractat
Argentr. *ad conſuet. Britann. art.*266. *cap.*1. *num.*11. † At verò 2
contractus iniuſtus propriè eſt omne commercium, in quo
vnus ex contrahentibus in damno eſt, alius in lucro, *vt in*
*l.*17. *in princ ff.de pact. l.*29. *§. Ariſto. ff pro ſoc. l.*26. *ff.de verb.*
*oblig. l.*3. *C. commun. vtriuſque iudic. l.*2. & 8. *C.de reſcind.*
vendit. & aliis locis plurimis. Et ex quo quis plus capit,
quam det, aut ſibi debeatur, vt docet Ariſtot. *lib.*5. *Ethic.*
cap. 1. & 4. apud quem etiam latiſſima eſt contractus ſi-
gnificatio, vtpote quæ furtum, cædem, aliáque id genus
maleficia complectatur, † quibus quis obligatur inuitus, vt 3
notant Duaren. *in l.*7. *§.& ideo. ff.de pact.* & Cuiac. *ad l.*6. *de*
iuſt. & iur. & conſtat ex *l.*4. *ff.de oblig. & act.* in qua Caius
ait ex maleficio naſci obligationes veluti ex furto, ex ra-
pina, ex iniuria, eaſque re tantum conſiſtere, id eſt, ipſo
maleficio, cum alioquin ex contractu obligationes non tan-
tum re conſiſtant, ſed etiam verbis,& conſenſu. † Sed con- 4
tractus vſurarius, qui olim intra ſtatutum modum iure ci-
uili licitus fuit *l.*20. & 29. *ff.de vſur. l.eos, C.eod. l.Lucius. ff.*
depoſ. & *l.ſi non ſortem. ff.de cond. indeb.* nunc ſpecies eſt iniu-
ſtæ, & illicitæ conuentionis *cap.*5. *de empt. & vendit.*
*c.*1. & 2. *de vſur. c.quoniam.* 14. *quæſt.*4. & tradit inter alios
Frider. Martin. *de iur. cenſ. & ann. redit. cap.*5. *num.*31. & *cap.*
6. *num.*123. & laborat odio omnium conciliorum, & cano-
num, & iure diuino, & naturali prohibetur, & conſtitu-
tionibus recentiorum Principum, vt iam diximus, & no-
tant Petrus Grego. *Syntagm. iur. ciuil. lib.*22. *cap.*3. *num.*6. vbi
ait omnia iura diuina, & humana, & bonos mores huiuſ-
modi contractus reprobaſſe. Roderic. *de ann. redit. lib.*3.
*quæſt.*4. Coraſ. *Miſcel. lib.*3. *cap.*21. Felician. *de cenſib. lib.*1.
*cap.*5. *num.*16. & 18. Vveſemb. *ad tit. de vſur. num.*6. qui re-
fert conſenſione omnium populorum fœnus improbari.
Hiſque congruenter Præſes Argentr. *d. art.*266. *num.*10. ait

 vſurarias

vſurarias conuentiones Chriſtianis legibus damnari.
5 Quamobrem iniuſti contractus nomen latiſſimè patet,
omneſque omnino iniquas & illicitas conuentiones, & in
quibus quis iniuſtè læditur veluti ſpecies continet. Iniu-
ſtum enim eſt, & quod eſt contra leges, & quod eſt ini-
quum, vt docet Ariſtot. *d. cap.1.* & Sot. *de iuſt. & iur. lib.3.*
quæſt.3. art.1. Sic teſtamentum iniuſtum dicitur, quod non
iure factum eſt, id eſt, in quo legum ſolemnia deficiunt
l.1. ff. de iniuſt. rupt. & irr. teſtam. & iniuſtum matrimo-
nium contra leges contractum ex quo nihil capi poteſt, vt
6 in *l.1. ff. vnde vir. & vxor.* & alia huiuſmodi. † Proinde non
omnis contractus, in quo iniuſtitia, & inæqualitas con-
tingit, illicitus dici debet: Interdum enim contractus iniu-
ſtus eſt, nec tamen illicitus, nec per ius ciuile ob commer-
ciorum, & commutationum neceſſitatem, & vtilitatem cor-
rigitur, vt palam eſt ex *l.16. §. idem Pomponius. ff. de minor. &*
l.22. §. vlt. ff. loc. l.8. & 15. C. de reſc. vendit. l.14. C. de vſur. l.8.
§.1. ff. de bon. auctor. iudic. poſſid. l. ſed & ſi 31. §.3. ff. de donat.
inter vir. & vxor. ex quibus conſtat licere naturaliter con-
trahentibus ſe in pretio circumſcribere, & circumuenire,
quod tamen iniuſtum eſt, & iuſtitiæ commutatiuæ contra-
rium. Huicque rei proximum eſt, quod dicimus, non omne
quod licet, honeſtum eſſe *l.4 §.1. ff. de condit. ob turp. cauſ. l. non*
omne. de reg. iur.
7 Pari ratione etiam non omnis contractus iniuſtus, & il-
licitus vſurarius cenſeri debet, tametſi omnis vſurarius con-
tractus nunc illicitus ſit, & iniuſtitiam contineat. Illicitus
quidem quia iure diuino, & gentium & conſtitutionibus
Diuorum Pontificũ, & Chriſtianorum Principum prohibi-
tus eſt, vt proximè dixi: iniuſtus verò, quia ex eo creditor in
lucro eſt, cùm non id tantum captet, & capiat, quod ſuum
eſt, ſed & cum ſuo auferat alienum. Nam in iſtiuſmodi com-
merciis pecunia in tempus vtenda datur eâ lege, vt poſt ali-
quod tempus reddatur, & quid aliud vltra ſortem pro illius
vſu. In quo poſita eſt huiuſmodi negotij prauitas, & turpitu-
do, *l. rogaſti. §. ſi tibi. & l. lecta. ff de reb. credit.* Argentr. *loc. cit.*
num.7. & certum eſt plus accipere, quam datum ſit, iniuſtum
eſſe, vt dixi ex Lactantio. *quæſt.3. num.2.* & Molin. *diſp. 304.*
n.4.
8 Quamobrem, vt hæc iniquitas corrigatur, nunc ſanci-
tum eſt, vt quicquid nomine vſurarum perceptum eſt, mi-
nuat ſortem. *d. c.1. de vſur.* vt iure ciuili exploratum eſt, quic-
quid hoc nomine vltra legitimum modum exigebatur, ad
ſortem minuendam profuiſſe ex *l. acceptam. & l. indebitas.*
C. de vſur. & d. l. ſi non ſortem. ff de condict. indeb. & ita notant
Veron. *in lib. de ſimul. contract. num.* 18. Felician. *lib.1. cap.7.*
num.6. Gabriel. *in conſ.74. in fin. lib.* 1. Maſtrill. ad Gregor.
de cenſib. quæſt.10. num.17. & doctiſſimus præceptor meus
Præſes Bellon. *in conſ.20. num.15. lib.1.*
9 Cæterùm illud intereſt inter contractus fœneratitios, &
alios qui contra leges, & bonos mores fiunt, vel per me-
tum, & dolum extorquentur, quia fœneratitij contractus
non omnino, vt alij, irriti fiunt, & reſcinduntur. In fœnera-
titiis enim vere aliquid igitur, quamuis interdum aliud ſi-
muletur, *vt in c. ad noſtram. de empt. & vendit. & c. illo vos. de*
pignor. c. in Ciuitate. & c. conſuluit. de vſur. & debitor vere, &
efficaciter ex mutuo, & numeratione ad reſtitutionem ſor-
tis obligatur *l.9. §. quoniam. & l. non omnis, in princ. ff. de*
10 *reb. cred. l.20. ff. de vſur.* † Quæ obligatio quod attinet ad
ſortem, neque ob inuolucra verborum, & figmenta nomi-
num, neque ob pacta illicita, & vſuraria vitiatur, ſed rei
veritas inſpicitur *l.1. & 3. C. plus valer. quod agit.* & reiiciun-
tur ſtipulationes, & pacta illicita, & pro non appoſitis ha-
bentur *d. l.20. de vſur.* in qua Paulus ait *vſuras illicitas ſorti*
mixtas ipſas tantum non deberi, cæterum ſortem non vitiare.
Idémque definitum eſt in *l. placuit. & l. pecuniæ, eod. tit. &*
in l. ſed ſi, 31. §. ſi vir vxori. ff. de donat. inter vir. & vxor.
quæ ait, *verius eſt pactum dumtaxat irritum eſſe*; id verò notãt
Gail. *obſer.4. num.6. lib.2.* & Sebaſtian. Greueus *ad eund. con-*
cluſ. 4. num.2. Honded. *in conſ. 17. num.25. lib.2.* & Gra-
tian. *diſcept. forenſ. cap.4. num.9. & cap.589. num.18.* Et hic
maximè locum habet, quod dici ſolet, in contractibus vti-
le per inutile non vitiari. Quod colligitur *ex l.1. §. ſed ſi mi-*
hi. de verb. obl. & l. placuit. ff. de vſur. & alib. & ſubindicat *l.14. ff.*
de cond. inſtit. in qua Marcianus ait, *conditiones contra edicta,*
aut contra leges, & bonos mores ſcriptas non pro ſcriptis haberi. † 11
Et ſi fortè aliud geſtum, aliud ſcriptum eſt, inſpicitur id
quod geſtum eſt, ſi eo modo valere poteſt, non quod ſcri-
ptum, aut ſimulatè conceptum *l.1. & l. emptione. C. plus valer.*
quod agit. l. cum ea C. de tranſact. l.3. C. de contr. empt. l.5. & 6. il-
lis verbis: *res geſta potior, quàm ſcriptura habeantur. C. ſi quis*
alt. vel ſib. l.46. ff. loc. l.35. de reg. iur. Donell. *lib.25. cap.8. tit. de*
vſu, & fid. inſtrum. Præſes Faber *ad d. tit. plus valer. quod agit.*
def.3. & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.8. tit.* 18.
num.16. & nihil frequentius in iure noſtro, rei veritatem po-
tiùs, quàm ſcripturam perſpiciendam eſſe: vel vt loquitur
Cuiacius in *l. Lucius, ff. depoſ. rem ſpectandam eſſe, non*
verba.
His conſequenter creditor, qui mutuam pecuniam dedit, 12
ſi pro ſecuritate crediti ſui hypothecam accepit non amittit
priuilegium temporis ob illicitam ſtipulationem vſurarum,
quia cùm contractus mutui licitus ſit *l.2. §.1. ff. ſi cert. pet.*
& 1. Inſtit. quib. mod. re contrah. obligat. non debet id,
quod vitioſè adiectum eſt, putâ ſtipulatio vſurarum,
in concurſu creditorum alicui damno eſſe, ſed retinet con-
tractus ius prioritatis pro eo quod licitum eſt, vt tradit
idem Andr. Gail. *in d. obſ.4. num.11. & obſ.5. num.13.* Surd. *in*
conſ.327. num.18. Iacob. Cancer. *variar. reſolut. lib.3. cap.7. num.*
79. & probat *d. l.20. & 29. de vſur. l.8. C. ſi cert. pet. & l.18. ff*
qui pot in pign. habeant.
Quâ ratione etiam is, qui pecuniam credidit ad nauem 13
reficiendam, vel aliam rem conſeruandam, licet contra-
ctui addita ſit illicita ſtipulatio vſurarum, præferri debet
pro ſorte aliis creditoribus, quamuis priores ſint tempore,
ſi in eam rem pecunia impenſa ſit, & credita *iuxta l 5. ff. qui*
pot. in pign. habeant. & l. creditor. ff. ſi cert. pet. & ibi Decius,
& Alciatus notant. *num.*8. Ripa *in l. ſi ventri. §. Diuus. num.4.*
ff. de priuil. credit. Manent. *in dec.67. num.33.* Roderic. *de ann.*
& menſtr. redit. lib.2. quæſt.20. num.10. & 13. in fin. Et licet aliud
ſentiat Bartol. *in l. quod quis. ff. eod. tit. de priuil. credit.* & idem
Ripa *in l.1. n.7. ff. in quib. cauſ. pignor. vel hypoth. tacite contrah.*
quod mutuam ſub vſuris magis ſui lucri cauſa quam rei
conſeruandæ mutuare cenſeatur, verior tamen eſt
Decij, & Alciati ſententia. Nam in hoc genere inſpi-
ciendum eſt, in quam cauſam pecunia credita ſit, &
impenſa *l. quæſitum. & l. ſi ventri. §. Diuus. de priuil. credit.*
vnde cum proponatur creditor nominatim pecuniam
crediďiſſe ad armandam, & reficiendam nauim, vel
aliam rem conſeruandam, & in eam ipſam rem pecunia
impenſa ſit, conſequens eſt illum aliis creditoribus etiam
anterioribus præferri debere, quamuis vſuras etiam ſtipu-
latus ſit. Semper enim huius pecunia ſaluam fecit totius
pignori cauſam, vt ait Vlpianus *in l.6. ff. qui pot. in pign. hab.*
quod eſt cauſa priuilegij, & vt quis aliis creditoribus etiam
anterioribus præferatur.
Et Sanè Bartoli, & Ripæ opinio videtur à mente legum 14
aliena & remota à iure ciuili. Nam cùm per leges liceret
pecuniam ſub vſuris credere, veriſimile non eſt, aliud in
eo creditore conſtitutum eſſe, qui ſub vſuris pecuniam dediſ-
ſet, quoties nominatim cauit, & ſollicitus fuit, vt in rem
illam conſeruandam, vel reficiendam impenderetur, cum
nihil fecerit aduerſus leges. Cuius rei euidens argumen-
tum eſt, quia ex iure ciuili creditor, qui ſub vſuris pecu-
niam credidi accepto pignore, præfertur poſterioribus
etiam in vſuris vt conſtat ex *d. l. Lucius & l.3. §.1. ff. qui pot. in*
pignor. habeant. & l. fœnerator. ff. de naut. fœn. Et deinde quia
nihil aliorum creditorum intereſt pecuniam gratuitam eſ-
ſe, vel vſurariam, cùm pro ſorte tantùm creditorum præ-
ferendum eſſe dicamus, & quod illicitè adiectum eſt, pro
non appoſito habeatur, vt dictum eſt ex *d. l.14. de condit.*
inſtit. & l.20. de vſur. vt enim illicita ſtipulatio vſurarum non
vitiat ſortem, ita nec alia priuilegia ſortis *d. l.18. qui pot. in*
pign. hab. Imò ſiue vſuraria pecunia ſit ſiue gratuita, melior
ſemper eſt aliorum creditorum conditio, quia ponimus
pecuniam hanc ſaluam feciſſe pignoris cauſam & proinde
ea deducta poterunt alij creditores reſiduum capere, quod
profectò eis non liceret, ſi res ipſa periiſſet; vnde non eſt,
quod reliqui creditores conquerantur, vt obſeruat Vanderã.
ac

de priuil. credit. cap 8. *in princ.* Denique nullo iure ciuili conſtitutum eſt, vt creditor ob illicitam ſtipulationem vſurarum ius hypothecæ amittat ſiue expreſsè, ſiue tacitè illa contracta ſit.

15 Neque obſtant *l. ſi ventri.* § *in bonis. ff. de priuil. credit. &* *l. ſi hominem.* 7. § *quoties. ff. depoſ.* quibus cautum eſt eum, qui depoſitis pecuniis vſuras accepit, non habere priuilegium, quia hoc verum eſt, & accipi debet de priuilegio perſonali, & cùm aduerſus debitorem agitur actione perſonali. Hoc enim caſu is, qui ſub vſuris pecuniam depoſuit, vel vſuras pecuniæ depoſitæ accepit, à reliquis creditoribus non ſeparatur, quia vt Vlpianus ait *in d. l. ſi ventri.* aliud eſt credere, aliud deponere: & accipiendo vſuras depoſito renunciaſſe intelligitur *d. § quoties.* & pecuniam mutuam dare *l. 9. in fin. ff. de reb. cred.* Rodriq. *de concur. credit. par. 1. art. 6. num.* 52. Non autem id accipiendum eſt de creditore; qui hypothecâ ſibi cauit, & cui res pignori obligata eſt. Nam tunc licet vſuras ſtipulatus ſit, vel acceperit, ius hypothecæ non amittit, & quoad ſortem cæteris creditoribus præfertur, vt docent Decius, & Alciatus *loc. cit.* Beneuen. Straccha *lib. de decoct. tit. qui pot. in bon. decoct. hab. num.* 4. & Roderic. *d. quæſt.* 10. *numer.* 10. & 11.

16 † Placuit enim hypothecarios, quia in rem actionem habent, creditoribus chirographariis etiam priuilegiatis præferri, vt manifeſtum eſt ex *l. 9. C. qui pot. in pign. hab. l. pro debito 6. C. de bon. auctorit. iud. poſſid.* & tradunt Duarenus, & Vveſemb *ad tit. de priuil. credit.* Cuiac. *in d. l. 7. qui potior. in pign.* Beneuen. *loc. cit. num.* 16. & 31. & Surd. *in conſ.* 429. *num.* 5. vt etiam in tributoria actione præferuntur ij, qui res pignori acceperunt *l. 5. § quis tamen. ff. de tribut. act.*

17 His conſequenter ſi quis apud nummularium, vel mercatorem pecuniam depoſuit, & vſuras ſtipulatus eſt, vel exegit, & pro ſorte, & vſuris hypothecas accepit, quamuis ſub nomine depoſiti hic mutuum, & fœnus contrahatur *d. l. ſi ventri. § in bonis.* Roderic. *d. lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 37. & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 27. creditor tamen ob illicitam vſurarum ſtipulationem ius hypothecæ pro ſorte non amittit: ſed in concurſu creditorum habentibus poſteriorem hypothecam, & Chirographariis omnibus præferri debet *l. 11. in princ. ff. qui pot. in pign. hab. l. 1. & 8. C. eod. tit. l. 1. C. de priuil. fiſc. & d. l. 6. C. de bon. auctor. iudic. poſſid.* & docet Gail *in d. obſ. 4. num.* 11. & Rota inter collectas à Farin. *dec* 29. *num.* 3. *par* 2. deducto tamen ſi quid vſuræ nomine numeratum eſt. Vſuras enim ſortem minuere manifeſti iuris eſt ex *c. 1. de vſur.* & aliis locis iuris Pontificij plurimis, cui ſtandum eſt, & præualet iuri ciuili. Vnde quod reſpondit Papinianus *in d. l. Lucius. ff. depoſ.* ſi ab initio de vſuris præſtandis conuenit, legem contractus ſeruandam eſſe: & quod dicit idem Papin. *in l. 3. § 1.* & Scæuola in d. l. 18. ff. qui potior. in pign. *creditorem etiam in vſuras potiorem eſſe*, iuri diuino repugnat, & iure Pontificio abrogatum eſt. Hic enim agimus de veris, & illicitis vſuris, non autem de eo quod intereſt.

Et licet in contractu prorſus ſimulato, in quo contrahentes nihil agere intendunt, iuramentum nullius momenti ſit, vt poſt alios ſcribunt Seraph. *de priuil. iur. cap.* 56. *num.* 12. & 13. & alij apud Farin *de falſ. & ſimul. quæſt.* 160. *num.* 336. additum tamen contractui, in quo ſaltem occultè aliquid agitur, vt ſi fingatur venditio, quæ re vera donatio eſt, effectum ſuum operari videtur quoad eum actum, qui verè geſtus eſt, vt docent Bald. *Nouell. de dot. par.* 10. *num.* 10. Campeg. *eod. tract. par. 1. quæſt.* 53. *num.* 4. Neuizan. *in conſ.* 23. *num.* 2. Gabriel. *in d. conſ.* 74. *num.* 18. & 29. *lib.* 1. Aluar. Valaſc. *conſult.* 5. *num.* 10. & Honded. *in conſ.* 41. *num.* 33. *lib.* 2. Nam inquiunt, quamuis allegari poſſit ſimulatio, vt quis contractum expreſſum non teneatur ſeruare, tenetur tamen ad obſeruantiam eius, quod tacitè, & verè actum fuit ex doctrina Abbatis in *c. cum contingat, de iureiuran. num.* 19. & Alex. *in l. Seius & Augerius in fin. ff. ad l. Falcid.* &

19 ex Baldo Nouello *loc. cit.* † Quod & in reliquis clauſulis retinendum eſt, quæ congruunt contractui, qui vere geſtus eſt. Neque enim hic locum habet, quod dicitur non ſubſiſtente contractu principali, eius omnia acceſſoria corruere *l. non dubium. C. de legib. & l.* 129. *&* 178. *de reg. iur.* quia licet id, quod ſimulatè, & apparenter conceptum eſt, non ſubſiſtat, remanet tamen contractus, qui verè geſtus eſt, cui iuſiurandum, conſtitutum, & aliæ acceſſoriæ cautiones, & obligationes accedere poſſunt, vt ſentiunt Salic. *in d. l. emptione. num 5. C. plus val. quod agit.* Tiraq. *de iur. conſtit. limit.* 8. *in fin.* Gabr. *in d. conſ.* 74. *num.* 18. & Rota *in dec.* 29. *num.* 3. vbi dicitur contractus non amittere iura ſua pro eo, quod verè geſtum eſt.

Sed hæc duobus modis declaranda ſunt. Primus eſt, vt locum habeant, cùm contractus, qui verè agitur, licitus eſt, & valet. Nam ſi nullus, & illicitus eſt, nihil eſt cui clauſulæ, & cautiones illæ accedere poſſint. Non enim contractui apparenti poſſunt accedere, qui ſimulatus, & ſimulatè conceptus eſſe dicitur: neque etiam conuentioni, quam ſub inuolucro alterius contractus partes agere intendunt, cùm ponamus nullam, & illicitam eſſe; Veluti ſi mulier quæſito colore ex cauſa mutui ſe obliget, cùm verè pro alio fideiubeat, quia neque ex mutuo tenetur, quod ſimulatum eſſe ponimus, neque ex interceſſione, quia S.C. Velleianum vetat mulieres pro aliis intercedere, *l. 1. ad SC. Velleian.* & ideo neque pignus ab ea datum ſubſiſtit *d. l. 41. ff. de rei vendic.* vel ſi filiusfamilias ſimulatè alteri agrum vendat, cùm verè donare intendat, & promittat euictionem, ſanè euictionis promiſſio irrita eſt, cùm nec venditioni accedere poſſit, quæ ſimulatè concepta eſt, *l. 54. ff. de obligat. & act. l. 10. C. de distract. pign.* neque donatione ſuſtineri, quæ nulla eſt, quia regulariter filiusfamilias donare non poteſt, *l. 7. in princ. ff. de donat.* Quod & de aliis clauſulis, & iuramento dicendum eſt, quæ inſtrumento addita leguntur, vt videtur mihi ſenſiſſe Gabriel *d. conſ.* 54. *num.* 39. qui tamen alio exemplo vtitur, nimirum cùm ſub ſpecie venditionis cum pacto redimendi, pignus cum pacto legis commiſſoriæ vere contractum eſt, & ait pactum hoc, quod tacitè initum eſt, cùm ſit prohibitum odio creditoris, nullum eſſe, neque iuramento confirmari. Vt ergo ſi contractus ille, qui ſub ſpecie liciti contractus in fraudem legis geſtus eſt, apertè celebratus fuiſſet, nullus, & irritus eſſet, & præterea eius omnes clauſulæ & adminicula nullius momenti eſſent, *l. non dubium. C. de legib. l. 46. ff. de fideiuſſ. l ſolutum § ſiue autem. de pign. act.* ita prorſus cenſendum eſt, ſi occultè contrahatur.

Secundus modus eſt, vt locum habeant, cùm conſtat mentem contrahentium fuiſſe contractum, qui tacitè agitur, confirmare iureiurando & aliis cautionibus & pactis, quæ inſtrumento continentur. Nam in dubio iuramentum refertur ad expreſſa, & ad contractum apparentem, & non ad id quod tacitè, & occulte agitur, vt docent Anton Butri. *in d. c. cum contingat. in 7. caſu.* Roman. *in conſ.* 44. *num.* 4. Ruin. *in conſ.* 132. *num.* 15. *lib.* 4. Trentac. *variar. reſolut. lib. 1. tit. de ſimulat. cap. 1. num. 6. verſ. primus eſt*; & Paulus Gallerat *de renunc. lib. 1. centur. 2. cap.* 123. *num.* 14. & *lib. 5. cap. 5. num.* 64. 21

Quod & in aliis clauſulis retinendum eſſe puto, vt in dubio ad contractum apparentem, & qui ſcriptus eſt, referantur, veluti ſi dictum eſt, *quæ omnia, & ſingula, quæ inſtrumento continentur, partes cum iuramento promiſerunt obſeruare ſub obligatione bonorum &c.* hæc enim clauſula procul dubio pertinet ad contractum, qui ſcriptus eſt, & ſimulatè concipitur, non tamen ad eum, qui verè geſtus: tametſi id quod verè, & occultè actum eſt, ſeruari debeat, niſi aliud obſtet: non quidem virtute iuramenti, nec aliarum clauſularum, ſed quia contractus ille occultè initus ex poſt facto de ſui natura eſt neceſſitatis, *l. ſicut. C. de act. & obligat.* Ruin. *in d. conſ.* 142. *num.* 15. Trentacinq. & Galler. *loc. cit.* neque ad ſui perfectionem indiget ſcriptura, *l. 1. C. de vſur. l. non idcirco. C. de contrah. empt. l. 9. & 17. C. de fid. inſtrum.*

Hic verò opportunè quæritur, an in contractu cenſus illicito, & vſurario bona maneant obligata pro reſtitutione ſortis. Et manere obligata exiſtimarunt Gail. *in d. obſ. 4 num.* 11. Theſaur. filius *lib. 3. quæſt.* 104. *in fin.* Maſtril. ad Gregor. *de cenſib. quæſt. 5. num.* 250. & Grimaud. *de vſur. & contract. pignor. lib. 1. cap.* 16. *num.* 14. 22

Sed contrariam ſententiam amplexus eſt Roderic. *lib. 2. quæſt. 8. num. 3. &* 4. qui mouetur primo, quia actus principalis nullus eſt, ergo & acceſſoria non conſiſtunt *l. cum princ.*

ff. de regul. iur. l.contrahitur,ff. de pign. Secundò quia contractus eſt contra leges & ideo ex eo hypotheca oriri non poteſt *d.l.non dubium.C.de legib.& l.40.de rei vendic.*

Verùm ex his quæ diximus duo caſus ſeparandi ſunt, ex quibus hæc quæſtio definiri poteſt. Primus eſt, cum in inſtrumento cenſus fœneratitij expreſſe actum eſt, vt bona ſint obligata pro ſecuritate ſortis, vel expreſſè conuenit,vt ſors aliquando reſtitui debeat additâ hypothecâ bonorum, & hoc caſu dicendum eſt hypothecam pro ſorte conſiſtere, & locus eſt regulæ iuris, quæ ait vtile per inutile non vitiari ex *l.1. § ſed ſi mihi. de verb. obligat.* vt docet Gail. *in d. obſ.5. num.13. & 14.* deducto tamen ſi quid reditus nomine exactum eſt. Perinde enim de hoc contractu iudicandum eſt, ac ſi pecunia apertè mutua data fuiſſet ſub pignore, ex Gabriel. *in d.conſ.54.num.39.*

23 Neque mouet,quod obiicit Rodericus primo loco actum principalem nullum eſſe,ideoque acceſſoria non conſiſtere, quia cum ponamus cenſum fœneratitium eſſe, actus principalis hic non eſt conſtitutio cenſus, ſed mutuum,cui procul dubio valide hypotheca adiicitur pro ſecuritate ſortis, *l.Lucius.ff.qui pot. in pign, habeant.l.8.ff.ſi cert.pet. & l fœnerator.ff.de naut. fœn.*

Neque etiam obſtat, quod ſecundo loco ait contractum cenſus illiciti eſſe contra leges, & ideo nullam ex eo hypothecam conſiſtere, quamuis de ea conuentum ſit, quia reſpondeo in hac ſpecie cenſus emptionem ſimulate concipi,&
24 mutuum ſub nomine cenſus vere celebrari. † At *l.non dubium, C.de legib.* non pertinet ad contractus ſimulatos, in quibus vnum agitur, & aliud ſimulate concipitur, vt Bartolus docet *in d.l. non dubium. num.7.* Salic. *num.14.* & Iaſ. *num.4.* & alij adnotarunt. In iis enim inſpicitur rei veritas, non quod ſcriptum eſt *l.1.& l.3.C.plus val. quod agit. & l.4. eod. tit.* quæ ait plus actum, quam ſcriptum valere. Et proinde vt venditor cenſus, qui potius debitor dici debet valide ex mutuo, & receptione pecuniæ obligatur ad reſtitutionem ſortis *l.3.& l.certi condictio. §.quoniam. ff.ſi cert.pet.& d.l. ſi ventri. §.in bonis. de priuil. credit.* ita & illius bona pro reſtitutione ſortis manere obligata dicendum eſt, cùm ita conuenit. Qua ratione nihil etiam obſtat *d.l 40.ff.de rei vendic.* ex qua tametſi conſtet pignus datum à muliere, quæ pro alio contra ſenatuſconſultum interceſſerat,nullum eſſe, non eſt tamen ſimile, quia nulla lex vel ſenatuſconſultum vetat venditorem cenſus mutuum contrahere, & ex mutuo
25 obligari. † Niſi interdum ex circumſtantia perſonæ aliud dicendum ſit, veluti cum filiofamilias pecunia credita eſt *li.1.ad SC. Macedon.* ex quo illud fieri puto, vt ſi quis neglecta forma ſanctionis Pontificiæ reditum annuum à filiofamilias comparauerit, nulla illi efficax actio ſit ad pecuniam repetendam, quia hæc pecunia verè mutua eſt, ideôque ſenatuſconſulto locum eſſe *d.l.1.& 3. §.is autem.eod.tit.*& proinde contractus huiuſmodi iiſdem regulis regi, & coërceri debet, quibus mutui datio continetur. Contractum enim ex eo, qui verè geſtus eſt, non ex eo qui fingitur metiri,& iudicare oportet, vt notat Nauar. *ad c.nauiganti:num. 12. de vſur.* Præſes Faber. *ad d.tit. plus valer. quod agit. de fin.3.* & videtur ſenſiſſe Gabriel *loc. cit.* Et vt hoc caſu nulla eſſet actio, petitióve creditori ad repetendam pecuniam, ita pignus & hypotheca non conſiſteret, quamuis de ea maximè eſſet conuentum, vt indicat *d.l.40. ff.de rei vendic. & d.l.non dubium. in fin. C. de legib.* quæ præterea ait iuramentum non valere,quod tamen non ſemper verum eſt, neque huius loci eſt quærere.

26 Idemque dicendum eſt, ſi fortè ex lege regionis, & prouinciæ, qui fœneratitios contractus ineunt, multantur amiſſione ſortis, vt in Hiſpania, & apud Sinas, & alios populos. Hoc enim caſu amiſſa ſorte hypotheca nulla ſupereſt *l.6. ff.de nautic. fœnor.* quæ non contrahitur niſi propter aliquam obligationem *d l. contrahitur.* & Surd. *in conſ. 243. num.10.* Quid enim amiſſa ſorte perſequetur fœnerator,cùm nihil ſibi debeatur? & hoc caſu recipi poteſt Roderici ſententia, vt ipſe etiam ſentire videtur, & explicare in *d.quæſt.*
27 *8. in fin.* † Denique idem eſt ſi forte minor, vel tutor minoris non adhibitis ſolemnitatibus cenſum impoſuerit. Hoc enim caſu contractu principali non ſubſiſtente nulla quoque hypotheca contrahitur, neque attenduntur aliæ ſimiles cautiones, & adminicula contractus,vt conſtat *ex d.l. non dubium. C.de legib.l.cum lex.de fideiuſſ. & l.quia. 40. ff. de rei vendic.* & tradunt Baldus, Socinus, Surdus, & alij apud Gratian. *lib.4. diſcep. forenſ. cap.691.num.29. & 30.* qui etiam notat hoc caſu iuſiurandum nullius momenti eſſe. Quamuis ſi pretium in rem minoris verſum ſit illud reſtituere teneatur, quia non debet cum aliena iactura locupletari *l.3. ff. quand.ex fact.tut l.20. in fin.ff.de in rem verſ.*

Alius caſus eſt,cum ſenſus fœneratitius eſt neque eſt con- 28
uentum, vt ſors aliquo caſu reſtitui debeat ſub obligatione bonorum, ſed venditor ſimpliciter reditum vendidit, & præſtare promiſit, & ſeruare, quæ in inſtrumento continentur,& pro obſeruantia eorum bona ſua obligauit pignori. Hoc enim caſu ſuppoſito cenſum fœneratitium eſſe, licet mutuum ex numeratione contrahatur, *d.l.9. §.quoniam. ff.ſi cert. pet.* nulla tamen hypotheca contracta intelligitur pro reſtitutione pecuniæ, quia pignus regulariter non contrahitur,niſi ita conuenerit *l.4. ff.de pignor.* Et proinde licet venditor cenſus reditum ſingulis annis præſtare promiſerit ſub obligatione bonorum, non ideo tamen bona pro reſtitutione ſortis obligata manent, niſi & id quoque expreſſum proponatur, vt in ſuperiore caſu dictum eſt. Illa enim hypotheca,quæ contractui addita eſt,refertur ad cóntractum apparentem,vt dixi ex Ruino, Trentacinquio, & aliis *num. 21.* & ideo corruit non ſubſiſtente obligatione illiciti cenſus *d.l.40. de rei vendic. & 46. de fideiuſſor. l.non dubium. C.de legib. & d.l. ſolutum ff.ſiue autem. ff de pign. act.* Gabr.Mudæ. *de pign. & hypoth. tit. pro quib. obligat. res hypoth. dari poſſ.num. 2. & 5.* Andr. Gail. *lib.2. obſ.5. num. 14.* & Anton. Merend. *contron. iur. lib.11. cap.3. num. 24* & licet in quadam cauſa Nicienſi aliud ſentiebam, re tamen perpenſa mutaui ſententiam.

Sed negotia, quæ per vim, & dolum extorta ſunt aut 29
contra leges, & contra bonos mores fiunt,nec tranſeunt in aliam ſpeciem liciti contractus, vel irrita ſunt ipſo iure, vel reſcinduntur, & reuocantur per actiones reſciſſorias,& reſtitutorias perinde ac ſi nihil actum fuiſſet *l.9.§.& hoc edicto. ff. quod met. cauſ. Lait Prator. §.item. ex quib. cauſ.maior.l.1.C. de reputat. l.ſi paternam. C.ad Velleian.& l.vlt.C.de eo per quem fact. erit.* & tractat Oliban. *de act. par.2. lib.1. cap.15.& ſeq.*
† Et proinde illis non ſubſiſtentibus, vel reſciſſis omnia 30
etiam eorum acceſſoria corruere neceſſe eſt *d. l.non dubium. C. de legib. l.vlt. ff. de conſtit pecun. & l.179. de reg. iur.* Iaſ. *in conſ.133. num.36. lib.4.* Tiraq. *loc. cit.* & Gail. *d.obſ.5.num.14.* Niſi fortè ex iis negotiis ſint, quæ iureiurando confirmantur, vt ſunt interceſſiones mulierum, de quibus ſenatuſconſultum factum eſt, ne pro vllo intercederent *l.1. ff.ad S.C. Velleian.* quibus ſi iuſiurandum acceſſerit, mulieres validè obligantur *c.ex reſcripto. de iureiur.* & tractat.Hering. *de fideiuſſ. cap.7. num.502.* & proinde etiam reliquæ clauſulæ ſuſtinentur. † Idem dicendum de donationibus inter 31
virum, & vxorem conſtante matrimonio, quæ licet ex iure ciuili irritæ ſint *l.1. & 3. ff. de donat. inter vir. & vxor.* placuit tamen illas iureiurando confirmari. Hæc enim eſt communis, & recepta ſententia, vt inter cæteros teſtatur Iaſ. *in l.pacta. num. 4. C.de pact.* Clar. *in §. donatio. quæſt.9.* Ludouiſ. *in dec.563. num.7.* Aluar. Valaſc. *conſult.50.num.50.* & Seraphin *priuil. 71. num.4.* vbi ait eſſe hominis omnino delirantis ab hac opinione recedere. Neque obſtat, ſi dicas haſce donationes eſſe contra bonos mores, vt quidam dicunt ex *d. l.1.* & ideo non poſſe iuramento confirmari, quia lex non ait eſſe contra bonos mores, ſed moribus prohiberi, id eſt conſuetudine, & more maiorum, quæ longè inter ſe diſtant, quia contrariis moribus poſſunt permitti, ideoque nihil mirum eſt, ſi iuramento confirmentur. Ita reſpondit Iaſon. *in d.l. pacta. num.6.* & aliis auctoribus citatis Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.21. tit.8. num.9.* Fachin. *contr.lib.3.cap.81.* & Theſaur. *tor.dec. 32.* vbi *num.8.* refert Senatum hanc ſententiam ſequi,& eleganter Argentr. *d.art.266.cap.5. num.5.* Quamobrem hoc caſu hypotheca, & & aliæ clauſulæ ſuam vim quoque obtinere certiſſimum eſt.

Sanè huiuſmodi negotia ſiue irrita ſint, quia contra leges 32

Digitized by Google

leges ſinnt, ſiue iuramento confirmentur, ab omni fœnore remota ſunt, cùm nihil in iis extorqueatur ratione temporis,ſed per impreſſionem vel dolum: vel valida ſint propter iuriſiurãdi religionem *d.c.ex reſcripto.& c.cum contingat.de iureiur.*& ptoinde vt corrigantur, ad alia iura recurrendum eſt, quibus ea quæ per vim, & metum, & dolo malo extorta ſunt, reſcinduntur, & emendantur, vt dictum eſt *num.* 29. tametſi vſuraria commercia aliâ ratione corrigantur,nimirum imputando in ſortem, quicquid vſuræ nomine numeratum eſt,*vt dixi num.8.& aliis locis.*

33 Qua ratione vſurariæ cenſeri non debent venditiones,locationes, permutationes, & reliqui contractus, in quibus aliquid datur, & recipitur, & vtrinque negotiatio ineſt, quamuis in illis læſio, & circumuentio, & inæqualitas ex aliqua parte contingat, quia nullum hic fœnus contrahi intelligitur, niſi aliæ coniecturæ, & præſumptiones aliud ſuadeant, & contractum in fraudem vſurarum, & ſimulatè conceptum arguant, & iudicis motus cum illis concur-
34 rat, vt proximè dicam. † Iniuſta quidem conuentio eſt, in qua quis plus capit, aut inuito domino alienum extorquet, & aufert, & contra regulas iuſtitiæ commutatiuæ, quæ æqualitatem in contractibus ſeruari iubet, vt docet Ariſt. *Ethic. lib.5. cap.4.* Sed hoc ad vſuram non pertinet, quia lucrum, quod quis capit non ratione temporis percipitur, vel ob vſum, & retentionem quantitatis debitæ, ſed ex nuda iniuſtitia contractus,vt docet Hadrian.*in 4.ſentent. tit. de reſtit.verſ.occurrit.* Sot. *de iuſtit.& iur.lib.6. quæſt.1. art.1.* Molina Theolog. *diſp.33.num.7.* & ex Iuriſperitis Mareſcot. *variar.reſolut.lib.2.cap.133. num.1.* vbi iudices quoſdam imperitiæ arguit, qui contractus iniuſtos dumtaxat ab vſurariis ſeparare neſciunt, cum tamen ad officium Iuriſconſulti valde pertineat iſthæc ſeparare, & diſcernere *l. 1. ff.de iuſtit. &*
35 *iur.* † Vnde ſi quæras, qua ratione contractus vſurarios ab aliis ſecernere valeamus, hæc huius rei regula tradita eſt, vt inſpiciamus, an contractui, de quo quæritur, mutuum inſit, & ex eo creditor lucrum captet, & capiat,& hoc caſu contractum vſurarium eſſe,& vſuram iſtiuſmodi lucrum: ſin minùs vſurarium eſſe non poſſe, ſiue contractus iuſtus ſit, ſiue iniuſtus. Quam regulam conſtituunt auctores proximè citati, inter quos Mareſcotus ait nullam exceptionem pati, & Fernand. Rebell.*de oblig.iuſtit. lib.8. quæſt. 2. num.4.* Felician.*de cenſib.lib.1.cap.5.num.14.*

Neque eſt contrarium, quod dixi *quæſt.1. num.7. & ſeq.* vſuram etiam aliis contractibus, ex quibus quantitas aliqua debetur, accedere poſſe, quia aliud eſt dicere contractum fœneratitium eſſe, in quo non ſit mutuum, aliud vſuram etiam aliis quantitatibus accedere poſſe, quæ ex aliis contractibus debentur, nihil enim impedit contractum,qui ab initio purus fuit, vſuris deinde pollui, vt dicit Caſtrenſis *in quodam conſ.* quod deinde inuenire non potui, vt etiam poteſt eſſe purus, & ſincerus reſpectu vnius, & vſurarius reſpectu alterius correi, à quo dumtaxat creditor vſuras ſtipulatus fuit, vt reſpondet Surd.*in conſ.327.num.36.& 41.* Itaque vtrumque verum eſt contractum fœneratitium, & vſurarium eſſe, & intelligi non poſſe, in quo non ſit ratio veri, vel virtualis, ſeu ciuilis mutui, & aliis quantitatibus, quæ ex aliis contractibus debentur, veluti ex depoſito, & ſimilibus, qui ab initio ab omni fœnore, & vſura immunes ſunt, ex poſt facto ex mora debitoris, & auaritia creditoris vſuras accedere poſſe ex iure ciuili, quod in *d.quæſt.1.* multis iuris locis probatum eſt; vbi etiam oſtendi falſum eſſe, quod quidam dicunt in ſolo contractu mutui vſuram committi.

36 Sanè certiſſimum eſt inter fœneratitios contractus minimè habendos eſſe contractus ſimpliciter ſimulatos id eſt ea ſimulatione,quæ dicitur nihil agentium apud Socin. iun. *in conſ.84. num.5. lib.3.* & in quibus quis ſibi ipſi negotium gerit,*vt ait l.10.C.de diſtract.pignor.* & qui nullum iuris vinculum obtinent,*vt dicit l.54.ff.de oblig.& act.*qui neque ſubſtantiam habent, neque medullam veri, neque contractus nomen mereantur ex Bald. *in l.vlt.§.in computatione, num. 17. C. de iur. delib.& in l. ab Anaſtaſio.C.mand.*Ioann.Sichard.*in l.3.num.7.C.plus valer.quod agit.* & Franciſc. Bec. *in conſ.51. num.35.lib.1.*Sed ſunt nudæ,&imaginariæ conuentiones,& cautiones inanes, quæ pro non factis habentur,*l.nuda ff.de contrah.empt.l.76.de reg.iur. l.30.de rit.nuptiar. l.46.ff.locat.& l.6 ff.ſi cert.pet.* in illis verbis: *ſimulatis pro infectis habitis,* & eleganter etiam Modeſtinus in *d.l.54.de obligat.& act.Contractus*, inquit, *imaginarij etiam in emptionibus iuris vinculum non obtinent, cum fides facti ſimulatur, non intercedente veritate.* † Vnde non inſulsè quidam dicunt contractus prorſus ſi- 37
mulatos eſſe veluti Æſopi, & Fulgentij fabulas,vt Stephan. Gratian. *diſcept. lib.2.cap.255.num.6.*aut veluti illas fugaces, & inanes inferorum vmbras apud Virgilium *lib.6.* vt Argentr. *loc. cit.* Scilicet in quibus ſcriptura quidem vera eſt, ſed falſa, & imaginaria narratio, quia in illis non id agitur, vt ſtetur inſtrumento, vel Chirographo, ſed vt ſcribatur dumtaxat veri tegendi cauſa, vt Dicit Donell. *lib.35. iur.ciuil.cap.8.col.11.*

Ex quo illud quoque receptum eſt, vt non confirmen- 38
tur iuramento. Ita enim inter alios tradunt Gloſ. *in l. 3. C. plus valer. quod agit.* Alex. *in l.nemo.num. 16. de leg. 1.* Andr. Tiraq.*de iur.conſtit.limit.7.num.32.*qui multos ſuo more congerit Socin.iun. *in d.conſ.84.in fin.* Seraphin. *de priuil. iuram. cap.59. num.8.* Bec. *conſ.52.num.40.*Valenz.*conſil.62.num. 16.* Galer.*loc.cit.num.13.*Mancin.*in tractat.de iuram.par.4.effectu 1. quæſt.11.num.2. & 3.* Ioann. Sichard. *loc.cit.*& Cardin.Mantic. *de tac. & ambig.conuen.lib.13.tit.37.num.4.* Nam cùm huiuſmodi contractus pro infectis habeantur, & ſint inanes quædam conuentionis imagines, denique contractus non ſint, *vt dixi ex d.l.nuda.& l.16.de reg.iur.* Sanè nihil eſt, cui iuramentum inhærere poſſit. † Et cum in contaractu pror- 39
ſus ſimulato nihil agatur, nihil promittatur, nulla denique contrahatur obligatio, conſequens eſt etiam iuramentum inane, & imaginarium eſſe, neque iuriſiurandi nomen mereri. Denique vt contractus ſimulatus, contractus non eſt, vt dixi, deficiente ſcilicet conſenſu, ſine quo contractus nullo modo poteſt conſiſtere, *l.obligationum ſubſtantia, ff.de obl.& act.l.18.ff.de prob.* Ita nec iuſiurandum in eo adhibitum, iuſiurandum dicendum eſt, cùm deficiat intentio, & mens iurandi ad confirmandam obligationem, & magis adſtringendam fidem. Nam licet iuret lingua, mens iniurata eſt, vt ait Euripides: & rectè Ouid. in epiſt.

Quæ iurat mens eſt: nil coniurauimus illâ:
Illa fidem dictis addere ſola poteſt.
Conſilium prudenſque animi ſententia iurat,
Et niſi iudicij vincula nulla valent.
Sed ſi nil dedimus præter ſine pectore vocem,
Verba ſuis fruſtrà viribus orba tenes.

† Ex quibus etiã perſpicuum eſſe puto in huiuſmodi nego- 40
tiis prorſus ſimulatis abſolutionem iuriſiurandi neceſſariam non eſſe, neque obiicientem ſimulationem apud iudicem exceptione iuriſiurandi ſubmoueri poſſe, quia abſolutio neceſſaria non eſt, vbi nullum eſt vinculum, ſed in contractu imaginario, & ſimulato nullum eſt vinculum *d.l.54.ff.de oblig.& act.*ergo abſolutio non eſt neceſſaria. Deinde quia iuſiurandum quod in inſtrumentis ſuper contractibus ſimulatis, confectis legitur, iuſiurandum non eſt, nec dici poteſt. Neque enim iuſiurandum eſt tangere ſcripturas; vel proferre, & pronuntiare verbo tenus, *ego iuro,* niſi fiat alicuius pacti, vel conuentionis ſeruandæ gratia, ſiquidem iuſiurandum vinculum eſt, quo vtimur ad fidem contrahentium adſtringendam, vt ſcribit Marcus Tullius *lib.1.de offic.*& Vincent Mancin.*de iuram.par.1.quæſt.1.num.3. & 5.*Sed in contractibus prorſus ſimulatis,nihil agitur, nihil promittitur;ergo iuſiurãdũ nullius obligationis vinculum eſſe poteſt, & conſequenter non eſt iuſiurandum. Tertiò quia abſolutio neceſſaria non eſt, quoties promiſſioni deficit conſenſus *l.vlt.C.de non num.pecun.*& ibi Baldus *num.1. & in l.6.num.5.ff. de oper. libert.* Grammat. *dec.76. num.12.* & aliis auctoribus citatis, Menoch.*in conſ.24.num.7.* & Mancin. *d. lib. de iuram. part. 6. quæſt. 18.* Sed in his negotiis nullus conſenſus eſt, ergo fruſtrà quæritur, & exigitur abſolutio. Denique abſolutionem inutilem omnino futuram ex eo apparet,quia vel detegetur ſimulatio,& hoc caſu etiam apparebit defuiſſe materiam abſolutionis. Detectã enim ſimulatione manifeſtum erit eum, qui iuraſſe dicitur,

nihil promiſiſſe, & proinde nihil iuraſſe. Si verò excipiens ſimulationem illam probare non poterit, nihil proderit obtinuiſſe abſolutionem, quia nihilominus ſtandum erit contractui, & proinde quocunque res cedat, inutilis, & ſuperflua abſolutio futura eſt.

41 Neque tantum in eiuſmodi contractibus prorſus ſimulatis iuſiurandum nullius momenti eſt, ſed ſtipulationes, & pacta, & clauſulæ omnes & pro non appoſitis habentur *l.1 §.3.& l.7.§.& generaliter ff.de pact.* Socin. iunior *dicto conſilio 84. numero* 2. Tiraq. *dicta limitatione 7. num.35* Crotus, & alij quos refert Farinac. *d. lib. de falſ. & ſimul. quæſt.* 162. *num.* 32. vt enim ſimulatio remouet conſenſum ab ipſo contractu principali, qui ſine conſenſu veluti illius anima conſiſtere non poteſt: ita ab omnibus pactis, & clauſulis, quæ contractui adiiciuntur, cùm non niſi etiam ex diuerſis animi motibus in vnum conuenientibus perficiantur, vt ait *d.l.1. de pact.* & inter dictum, & promiſſum multum intereſt

42 *l. ſciendum.§. dictum. ff. de ædil. edict.* † ita tamen, vt pendente quæſtione ſimulationis ſtandum ſit inſtrumento, & pro contractu præſumendum *d.l.18. C. de probat.* non tantum quod attinet ad negotium, principale, ſed etiam quoad clauſulas contractui additas, quæ interim vim, & robur obtinere debent, addito ſaltem onere cautionis ex parte eius, qui inſtrumento vtitur, vt docet Præſes Faber *defin. 4 & 6. num 4. C. d. tit. plus valer. quod agit.* Nam, inquit, & falſi quæſtione pendente, quæ longè maior eſt, pro contractu interea præſumendum eſt, iudicandum, *l. 2. C. ad l. Cornel. de falſ.*

43 Denique ex his omnibus colligere licet, quid inter ſe differant contractus iniuſtus, & fœneratitius. Iniuſtus enim contractus veluti genus eſt, vſurarius verò ſpecies iniuſtæ, & illicitæ conuentionis. In illo iniuſtitia vndequaque prouenit & ex omnibus cauſis, ex quibus quis plus capit & in lucro eſt cum alterius damno, quod eſt naturaliter iniquum *l 14. ff. de cond. indeb.* in commerciis vero vſurariis læſio, & iniuſtitia ex ſolo tempore tardæ ſolutionis promanat. Denique iniuſtæ conuentiones vel omnino reſcinduntur, & irritæ fiunt, vel interdum tolerantur, ne impediantur commercia hominum, vt dixi ex *l.22 & 23. ff. loc. & l.16. § 4. ff. de minor.* & Harmenop *lib.1. tit.3.* in negotiis verò fœneratitiis illud tantum repetere licet, quod numeratum eſt, & nec in vno nummo tolerantur vſuræ, & ſi quid ſuperexigitur, minuit ſortem, quia noluit Chriſtus nos ex mutuo quidquam ſperare, vt ait Coraſ. *Miſcellan. lib.3. cap.21. in fin.* & Caniſ. *de vſur. cap.1. num.11.* † Sed contractus ſimulati ip-

44 ſo iure nulli ſunt *l. cum emptor. 12. ff. de aq. pluui. arc. l. nulla, de contrah. empt.* & aliis locis; vnde nihil opus eſt actionibus reuocatoriis ad illos reſcindendos, & corrigendos, vt probat *l. nullo. C. de rei vindic.* & docent Bart. *in l. poſt contractum, num.4. ff. de donat.* Franciſc. Bec. *in d. conſ. 52. num. 31. & 32.* & Cardin. Mantic. *d. tit. 37. num. 3.* neque reſtitutione in integrum, quia reſtitutio in integrum exigit contractum tenere ipſo iure, *l. in cauſa. 18. ff. de minor. l. 4. C. ſi aduerſ. rem indic. l. ſi tutor. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. l. 2. C. de prædiis minor.* & tradit idem Faber *defin. 1. eod. tit. C. plus valere quod agitur,* ſed detectâ veritate euaneſcunt ſicut nebulæ adueniente ſole.

QVÆSTIO VIII.

Vſura quemadmodum per contractus ſerpat.

SVMMARIA.

1. *Contractus vſurarij quomodo ab aliis ſecernantur.*
2. *Mutuo ex interuallo vſura accedere poteſt.*
3. *Inæqualitas in contractibus toleratur, ne turbentur commercia rerum.*
   In mutuo tamen omnis inæqualitas prohibita.
4. *Pretia rerum varia.*
   Pretia rerum nulla lege definiri poſſunt.
5. *Bono publico vſucapio recepta.*
6. *Contrahentibus licet ſe in pretio circumuenire, niſi cum immodica eſt læſio.*
7. *In mutui datione facile eſt æqualitatem ſeruare.*
   Nummorum certa æſtimatio.
8. *Fœnus non minus improbum, & prohibitum, quod occultè agitetur.*
9. *Contractus ſimulati inanes imagines contractuum.*
10. *Vſura ſemper ſub tegmine aliorum contractuum latet, velut anguis in herba.*
   Auaritia docuit fœnerare.
11. *Fœneratores docti circumuenire leges.*
12. *Fœneratorum Romanorum antiqua fraus.*
13. *Auaritiæ proprium fraudem legi facere.*
14. *Veritas facile emergit.*
   In contractibus vſurariis tempus venale.
15. *In actione depoſiti ex iure ciuili veniunt vſuræ ex mora, vel ex pacto.*
16. *Gaſparis Roderici doctrina ex Molinæo hauſta reiicitur.*
17. *Vſuræ quæ in actione depoſiti veniunt ex iure ciuili, nunc illicitæ.*
   In actione depoſiti poſt moram venit id quod intereſt.
18. *Depoſitum quando, & quomodo vſurarium.*
19. *Depoſitum facilè in mutuum conuerti poteſt, & recipere fœnus.*
20. *Vſura ſub nomine ſocietatis quomodo agitetur.*
21. *Conductio vilius facta ob prorogationem penſionis illicita, & vſuraria.*
22. *Locator qui ob dilationem ſolutionis maiorem penſionem exigit, vſuram facit.*
23. *Mutuum admixtum locationi interdum reddit contractum vſurarium.*
24. *Mutuum non facit locationem, & conductionem vſurariam, quando iuſta eſt penſio.*
25. *Locatio non cenſetur vſuraria, ob iniuſtitiam penſionis.*
26. *Vendens merces carius ob dilatam ſolutionem pretij vſuram committit.*
27. *Emens vilius ad prorogationem pretij admittit vſuram.*
28. *Emptio fructuum pendentium valida.*
   Vſura deuorat fructus nondum natos.
29. *Mantica Cardinalis doctrina* lib. 8. tit. 21. de tac. & ambig. conuent. *refertur, & declaratur* num. 30 31.
30. *Fructus ad certam æſtimationem redigi poſſunt.*
   Incertitudo temporis æſtimari poteſt.
31. *Fœnus poteſt admiſceri contractus, licet læſio ſit infra dimidiam iuſti pretij.*
32. *Multum intereſt, an contractus ſit iniuſtus vel vſurarius.*
33. *Sub nomine emptionis pignus, & fœnus ex coniecturis interdum deprehenditur.*
34. *Vſura ſub nomine redituum interdum committitur.*
35. *Emptio reditus redimibilis vera emptio.*
36. *Alciati, & Mantica doctrina quædam expenditur.*
37. *Contractus non niſi ex pluribus coniecturis fœneratitius cenſeri debet.*
38. *Fœnus ſub nomine cambij interdum exercetur.*
   Franciſci Sarmienti ſeuera ſententia aduerſus campſores.
39. *Legatarij redituum pecunia legata percipiendo vſuram committunt.*
40. *Debitum ex vna cauſa in mutuum conuerti poteſt ex conuentione partium.*
   Fictio breuis manus multorum conſcientias perdit.
41. *Mutuum quacunque ratione contractum vſuras recipere poteſt, & pollui fœnore.*

PRæcedenti quæſtione ad ſecernendos contractus vſurarios ea à nobis ex multorum ſententia regula conſtituta eſt, † vt inſpiciamus, 1
an contractui, de quo quæritur, mutuum inſit, & ex eo creditor lucrum captet, & capiat, & hoc deprehenſo contractum vſurarium eſſe, & vſuram iſtiuſmodi lucrum: Sin minus vſurarium eſſe non poſſe, ſiue contractus iuſtus ſit, ſiue iniuſtus: tametſi etiam pecuniis, & quantitatibus ex aliis contractibus debitis

etiam

Digitized by Google

etiam manente contractu, neque in mutuum conuerſo, & ex cauſa legari, & fideicommiſſi vſuram accedere poſſe dixerim, multiſque iuris locis demonſtrauerim, & præſertim 2 ex *l.23.§.1.ff.de except.rei iudic.& l. Lucius. 24.ff. depoſ.* † vt etiam mutuo, cùm ab initio vſurarium non eſt, veluti cum creditor gratuitam pecuniam credidit,& id tantum ſibi reddi ſtipulatus eſt, quod numerauit, vſura accedere poteſt, cùm ſcilicet creditor poſt aliquot dies vſuras ſtipulatur, vel illas ex mora debitoris capit, cùm eius nihil intereſt. Sunt enim qui ab initio nec cauſam; nec propoſitum fœnerandi habent, vt indicat *l.ſi quis.4.ff.ſi cert pet.& l.ſi ventri. §.in bonis ff.de priuil.credit.l.qui fine.ff.de negot.geſt.* deinde mutata ſententia ex eo quod debitor ſua die non ſoluit, & creditam pecuniam retinet vſuras extorquent, vt dixi dicta præcedenti quæſtione *num.35.* & comperi deinde adnotaſſe Beroinm *in tit. de vſur. num.19. & 30.* & ex Theologis Abul. Matth. *cap.25. quæſt.164. in fin.* Roderic. *de ann. redit. lib. 3. quæſt.6.num.17.*

3 Et prætetea obſeruandum eſt, quod dixi in aliis contractibus inæqualitatem, & iniuſtitiam aliquantiſper tolerari, ne turbentur commercia,& commutationes rerum,in venditionibus, locationibus, aliiſque ſimilibus negotiis in quibus licet contrahentibus ſe in pretio circumſcribere, & circumuenire *l.22.& 23.ff loc.l.16.§.4.ff.de minor.l.8.§.1.ff.de auctor.iudic.poſſideud.l.8.C.de reſcind.vendit.& l.1. C.Theod.de contrah.empt.* quæ ait, *ſolâ pretij vilioris querelâ contractum turbandum non eſſe.* Quod etiam iure Canonico licitum eſt, vt cnnſtat ex *c.3.& 6.de empt & vendit.* quæ vt hic Cuiacius notat omnino congruunt cum *l.2.C.de reſcind.vendit.*in contractibus verò,vſurariis ſacri Canones ne minimum quidem lucrum creditorem ſtipulari, & capere patiuntur, vt etiam vno in nummo vſura illicita ſit, & prohibita,quod mirum eſſe videtur. Quorſum enim leges, & ſacri canones, qui in hac re leges ſequi non dedignantur, patiuntur venditorem vſque ad dimidium valoris rei, qui erat tempore contractus, lædi, & circumſcribi, quæ læſio, & circumuentio plerumque magna, & intolerabilia eſt, veluti ſi domus, vel ager magni valoris venditus ſit, neque ferunt, vt quis datis centum mutuo, vel nummum ex iis vltra ſortem percipiat, & ſi vel tantillum ceperit etiam ex conuentione, id ſorti imputandum eſſe iubent, Cùr non etiam publicè vtile viſum & de modico, & modeſto ſœnore diſſimulare, quod tolerabilius eſſe videtur, quam quempiam in venditione tam immodicè lædi? Sed huius rei mihi hæc ratio eſſe videtur, quia cæteræ res, quæ certa ſpecie, & certo corpore conſtant, & quæ vendi, & locari ſolent, incertum pre- 4 tium habent. † Pretij enim varietatem loca, & tempora, & & prædiorum qualitates, diligens, vel negligens cultura, & alia plura afferre ſolent, vt indicat *l.pretia. §.nonnullam.ff. ad l.falcid.l.3 §.Diui fratres.ff.de iure fiſc.l.ideoque.ff.de eo quod cert. loc. l.2. C.Theodoſ. de Suar. & Theoph. inſtit. de action.§. 33.* Lex quidem naturæ dictat rem quamliber vero, & iuſto pretio vendendam eſſe, nulla tamen lege, vel conſtitutione definiri poteſt huius,vel alterius rei hoc vel illud iuſtum pretium eſſe, vt rectè dicit Felician.*lib.2. cap.1. n.15.* & probat *l.3.in fin.C.de iur.dom.impetr.* Cùm enim id ex circumſtantiis locorum & temporum pendeat, quæ incertæ ſunt, & ex rerum qualitatibus, quæ nuſquam etiam in eadem regione ſimiles ſunt, congruentius viſum eſt, id arbitrio, & diſceptationi contrahentium relinquere, & niſi immodica & intolerabilis læſio interuenerit, ita vt nec dimidia pars veri pretij ſoluta ſit, vel promiſſa, contractus, & conuentiones tueri, ac ſuſtinere, ne omnia litibus turbentur, & commercia rerum impediantur, quorum vtrumque publico incommodum, & perniciosum eſt. & præſertim quia ex vtraque parte læſio contingere poteſt, vt enim venditor 5 poteſt pluris vendere, ita minori pretio. † Vnde etiam vſucapio bono publico recepta eſt, ne rerum dominia ſint in incerto, & vt aliquis ſit litium finis.*l.1.ff.de vſucap.l.5. ff.pro ſuo & l.cum notiſſimi.in princ.C.de præſcript.* quod ius vetuſtiſſimum dicitur in *l.12.§.& ſi ignorans. ff.de capt. & poſtlim. reuer.* vt eleganter tractat Oldend. *lib. de vſucap. & præſcript. cap.4.* Adrianus Pulu. *lib de res furtiua prohib. vſucap.cap. 1.* Petr.Gregor.*Syntagm.iur.ciuil.lib.40.cap.11.*& Fernand.Vaſq. *quæſt. Illuſtr.cap.52.num.12. lib.1.* † Quamobrem ne dominia 6 rerum in incerto ſint, & commutationes, & commercia rerum impediantur, inductum eſt, vt fas eſſet contrahentibus ſe in pretio circumuenire, & ne liceret ſub prætextu maioris, vel vilioris pretij ab emptionibus, & ſimilibus contractibus diſcedere, niſi cum immodica eſt læſio, & vltra dimidium iuſtæ æſtimationis *d. l.2. C.de reſcind. vendit.* Harmenop. *epit iur.ciuil.lib.3.tit.3.§.ſi quis rem.* Cardin.Mantic. *de tac. & ambig.conuent.lib.4.tit.20.num.57.* vel niſi contractus in ſe dolum re ipſa habeat, *l.35.ff.de verb.oblig.* Nam quempiam etiam in minori ſumma alterum dolo malo decipere leges non ſinunt, & hæc valde confirmantur omnia ex *d.l.8.C.de reſcind. vendit.* quæ ait, *hoc ſolum, quod paulo minore pretio fundus venditus ſit ad reſcindendam venditionem inualidum eſſe.* & deinde: *Quod ſi contractus emptionis, & venditionis cogitaſſes ſubſtantiam, & quod emptor viliore comparandi, venditor cariore diſtrahendi votum gerentes ad hunc contractum accedant: vixque poſt multas contentiones paulatim venditore de eo quod petierat detrahente: emptore autem huic quod obtulerat addente ad certum conſentiant pretium: profectò proſpiceres, neque bonam fidem, quæ emptionis, & venditionis conuentionem tuetur, pati: neque vllam rationem concedere reſcindi propter hoc conſenſu finitum contractum, niſi minus dimidia iuſti pretij, quod fuerat tempore venditionis datum eſſet, electione iam emptori præſtita ſeruanda.* Ita igitur in emptionibus, & ſimilibus contractibus iure ciuili,& Pontificio conſtitutum eſt.

Sed in mutui dationibus, cum in iis rebus tantum con- 7 ſiſtant, quæ in ſuo genere functionem recipiunt *l.2.§.mutui datio. ff.de reb.cred.* facile fuit legibus definire, quemadmodum in illis æqualitas, & iuſtitia ſeruaretur, nimirum conſtituendo, vt tantundem redderetur eiuſdem generis, & bonitatis, *l.3.eod.tit.& l.ſi tibi. ff. de pact. l.80. ff. de ſolut.* & præſertim ſi pecunia credita ſit. Nummorum enim certa æſtimatio eſt *l.nummis, ff.de in lit.iur. l. 42. ff. de fideiuſ.* cùm pretia aliarum rerum incerta ſint, vt dixi, & proinde cùm debitor, qui centum nummos mutuos accepit, totidem reddit eiuſdem generis, & bonitatis, res ad æquitatem redigitur, quia creditor centum nummos recipit, qui tantundem præſtant, ita vt nihil abeſſe videatur. Si verò datis centum, ſibi centum & decem ſolui ſtipulatur, inæqualitas ipſa manifeſta eſt, & damnum ex parte debitoris, qui plus ſoluere cogitur, quam acceperit, neque in hac re deregenda laborandum eſt, cum euidenter ex ipſa numeratione, & arithmetica collatione appareat, debitorem plus ſoluere quam acceperit, quod iuſtitiæ commutatiuæ contrarium eſt, vt dixi ex Molina *diſp. 304. num.3.* Proinde cum in his negotiis ceſſent illa omnia, propter quæ ob bonum publicum licitum eſt in emptionibus, & venditionibus ſe mutuo circumuenire, & captio ſemper ex parte debitoris contingat, meritò ſacri canones, quibus in hoc genere ſtandum eſt, iubent, quidquid vſuræ nomine extortum eſt, ſorti imputari: neque ſinuor ſœnus exerceri etiam intra modum licitum iure ciuili, ſiquidem leges illæ omnes, quibus fœnus etiam leue permiſſum eſt, nunc iure Pontificio abrogatæ ſunt, vt conſtat *ex Clem.1. de vſur.* & tradit Molin.*d.diſp.304.num.17.* Roderic. multis locis in tract. *de ann. redit.* & præſertim *lib. 3. quæſt. 51. num. 86.*& nos alibi diximus.

Neque tantùm iure Canonico improbatum eſt fœnus, 8 quod apertè agitatur, ideſt cum fœnerator aperto fœnore pecuniam exercet, & nummos ſub vſuris credit, ſed etiam cùm id occultè fit, id eſt, ſub ſpecie alterius contractus veluti emptionis, ſocietatis, & ſimilium, cùm non ideo minus improbum ſit, & Chriſtianis legibus damnatum, quod occultè agitetur *c.ad noſtram. de empt. c.illo vos, de pign. c.in ciuitate, & c. conſuluit,de vſur.* quia magis inſpiciendum eſt, quod vero agitur, quàm quod ſimulatè ſcriptum eſt, *vt dixi ex l.vlt.C.quæ res pign.oblig.poſſ.l.1.& 2.C.plus valer. quod agit & l.non figura, ff.de oblig. & act.* & commentum verborum nihil prodeſt, dum æquè ſententia legis violatur. *l. 29. ff.de legib.*& Hadrian.*4.ſentent.tit.de reſtit.*

Et obſerua quod dixi quæſtione præcedenti *num.36* con- 9 tractus prorſus ſimulatos fœneratitios cenſendos non eſſe, ſunt enim veluti picarum, & pſittacorum voces, vanæ, & inanes

Digitized by Google

inanes imagines contractuum, denique literæ, & præterea nihil. Sed ij, qui non omnino ſimulati ſunt, ſed ſimulati, & diſſimulati ſimul, qui ſcilicet ſub inuolucro alterius contractus ſimulant quod non ſunt, & diſſimulant quod ſunt, vt inter apologos Æſopi aſinus Leonis pellem indutus, leonem ſimulabat, diſſimulabat aſinum, vt congruenter huic rei notat Argentr. *art.269.* ij inquam contractus, ſi fortè ex indiciis, & coniecturis fœneratitij eſſe deprehenſi fuerint, vt aſinus ille Æſopi ex auriculis deprehenſus à vulpe, maxi-
10 mè iure Canonico improbantur, & corriguntur. † Hic enim ſub nomine emptionis, depoſiti, & alterius licitæ conuentionis vſura latet velut anguis in herba, & inopes ſuo veneno trucidat, vt tradit eleganter idem Argentr. *art. 266. cap.6. num.7.* & Roder. *de ann. redit. lib. 2. quæſt. 3.* Auaritia enim, quæ vt Diuus Valerianus Epiſcopus Nicienſis ait, homil. 20. *fraternas acies inſtruit, & amicitiarum fœdera diſſipat*, & vt ait Diuus Aſterius Amaleæ Epiſcopus homil. 3. *Syluas latronibus, mare piratis, forum, & tribunalia falſis teſtibus implet*, eadem docuit fœnerare, & ex fœnore, id eſt, ex ſanguine pauperum facultates augere, & mitis artibus, & verborum inuolucris fœnoris occultare grauitatem, vt grauiter conqueritur magnus, optimúſque Amedeus VIII. Dux noſter in conſtitutione *de vſuris*, cuius iam ſæpius me-
11 minimus, & Præſes Argentr. *in d. art. 266. num. 2.* † Et ſanè huic malo nunquam ſatis obuiam iri potuit: &, vt inquit Tacitus, fraus hæc ſæpius tot legibus repreſſa, miras per artes oritur, & ſerpit. Nam extrema inopia, vel inſania eius, qui pecuniam rogat, & inſatiabilis auaritia eius, qui mutuam dat, ſemper leges circumuenit, & circumueniet ſemper: Nullúmque genus doctius eſt rumpere, & circumuenire leges. Vnde meritò paraſitus ille apud Plautum fœneratores his compellat verbis:

Rogationes plurimas propter vos populus ſciuit,
Quas vos rogatas rumpitis: aliquam reperitis rimam,
Quaſi aquam feruentem frigidam eſſe: ita vos putatis leges.

12 † Et fortaſſe hoc loco Plautus celebrem illam fraudem coërcet, qua Romani fœneratores, cùm metu legum non auderent ciuibus pecuniam ſub vſuris credere, nomina in ſocios transferebant, qui his legibus non tenebantur, atque ita per interpoſitas perſonas libero fœnore debitores opprimebant, vt refert Liuius *lib.35.* & meminit Carol. Sigon. *de antiq. iur. ciu. Roman. lib.2. c.11.* & ex iuriſperitis Cuiac. *in obſer. lib. 10. cap. 3.* & Paulus Bellon. *de poteſt. eor. quæ incontin. vel*
13 *ex interuallo fiunt lib.2. cap.81.* † Denique hoc proprium auaritiæ eſt circumuenire leges, vt teſtatur Romanus ſenior *in Nouell.1. de potent. in conſortium pauper. ſuccedent*, vbi ait, *malitiam verſutum quiddam eſſe, & varium, idque tum de vitiis omnibus tum maximè de auaritia verum eſſe, ita vt occaſiones, & fraudes ſtruat, quibus legum ſanctiones eludat.*

14 Cæterùm licet vſurarij variis excogitatis artibus fœnus occultare moliantur, & Diuorum Pontificum decreta, quibus eorum auaritia obſtricta eſt, lacerare: ea tamen vis veritatis eſt, vt facile etiam in hoc ſcelere emergat. Non poteſt tam vafrè, & occultè res transigi, & effingi, quin extent veſtigia hanc fraudem indicantia. Semper enim in huiuſmodi negotiis tempus venale eſt, vt ait Seneca *lib. 7. de benefic.* & lucrum captatur, & capitur ex prorogatione pecuniæ, vel ex tempore tardæ ſolutionis, quod vſura eſt, & illicitum. Et licet vox ſit Iacob, manus tamen ſunt Eſau, id eſt, vox quidem deponentis, ementis, ſocij; manus autem fœneratoris, & furis. Neque vlla regula certior eſt ad detegendas vſurarias negotiationes. Quod quidem ſequentibus exemplis indicare conabor eadem fortè ſingula latius procedente opere tractaturus.

15 Et vt à depoſito incipiam, certum eſt interdum ſub nomine depoſiti vſuram latitare. Quod vt commodiùs explicem, obſeruandum eſt ex iure ciuili duobus caſibus vſuras ex pecunia depoſita deberi. Primo, ex mora officio iudicis *l.2. & 3. C. depoſ.* vt in reliquis bonæ fidei iudiciis *l.32. §. in bonæ fidei, & l.34. de vſur. l.7. ff. de negot. geſt.* ſiue quis interpellatus depoſitum reddere abnuat *d. l.2. C. depoſ.* ſiue inſcio, & inuito domino pecunia depoſita vſus ſit *l. 4. C. eod. l. die, §. 1. ff. eod. tit.* Harmenop. *lib. 3. tit. 9.* vbi totam hanc rem ſic enarrat: *Depoſiti actio bonæ fidei eſt, ideo & fructus, & vſuras, & omnem cauſam exigit. Et ſiue vſuram depoſitarius ex ſibi traditis commiſſiſque rebus ſit conſecutus, ſiue hæc etiam vſus, vſuras præſtet. Idem, & in cæteris bonæ fidei actionibus.* Secundò veniunt vſuræ ex iure ciuili in actione depoſiti ex ſtipulatione, & pacto *l. Lucius, & l. Publia, §. 1. ff. depoſ.* & quamuis videatur hæc res excedere depoſiti fines, tamen Paulus hoc loco reſpondit, *ſecundum conuentionem vſuras quoque actione depoſiti peti poſſe.* † Et ſuauis eſt Roderic. *in quæſt. 11. n.1 li. 3.* 16
dum ſeparat, & diſtinguit vſuras, quæ ex mora, & officio iudicis debentur, ab iis, quæ ex eo veniunt, quod depoſitarius pecunia vſus ſit, & illam in proprios vſus conuerterit, inquiens hoc caſu venire vſuras per accidens propter delictum citra moram, quia etiam hoc caſu vſuræ dicuntur venire ex mora, vt nominatim definitum eſt in *d. l. hodie, §. 1.* quæ ait illum, qui depoſitam pecuniam ad vſus proprios conuertit, *poſt moram in vſuras quoque iudicio depoſiti condemnandum eſſe.* Quod etiam indicat *d. l. 2. & 3. C. eod. tit.* Nec ex eo quod is, qui depoſito vtitur, furti tenetur, & actione furti poteſt conueniri *l. 16. de condict. furt. & d. l. 3. C. depoſ.* ideo minus ex mora, & officio iudicis vſuras venire dicendum eſt, cùm omiſſa actione furti depoſiti ciuiliter agitur, quia mora hìc etiam facta intelligitur, ſiquidem fur ſemper in mora eſt, *l. vlt. ff. de cond. ſt. furt.* Quod etiam manifeſte probat *l.4 C. depoſ.* quæ eſt de eo, qui pecunia depoſita vſus eſt, & ait non dubium eſſe illum vſuras præſtare debere; ſed ſi quis depoſiti actione expertus ſit, & furtis tantummodo condemnatio ſecuta ſit, nullam ad vſuras actionem ſupereſſe, quia duæ actiones non ſunt, vna ſortis, alia vſurarum. Ex quo manifeſtè ſequitur officio iudicis etiam hoc caſu vſuras deberi. Proinde vtroque caſu prorſus idem eſt, cùm ea agitur, vſuræ veniunt ex mora, & iudicis officio, & ex propria natura actionis; & inutilis eſt diſtinctio, & ſeparatio Roderici, vt etiam multa inutilia videntur, quibus *eadem quæſt. num.6. & ſeq.* ſe inuoluit, transſcripta, vt ille fatetur ex Carolo Molinæo, cuius omnis doctrina in hoc genere meritò ſuſpecta eſſe debet.

Sanè illud certiſſimum eſt, vſuras, quæ in actione depo- 17
ſiti veniunt ſecundum ius ciuile ſiue ex mora, ſiue ex pacto nunc illicitas eſſe, & *d. l.2. & 3. C. depoſ. & d. l. Lucius, l. die, §. 1. & l. Publia, §. 1. ff. eod. tit.* & alias ſimiles nunc ceſſare, & abrogatas eſſe. Et rectiſſimè hoc poſt multa inutiliter, & ſubtiliter nimis ſcripta, transſcripta, ex d. Molinæo docet Rodericus *in d. quæſt. 11. num. 86.* nimirum huiuſmodi leges non debere obſeruari. alioquin eſſet imponere, vno verbo mutato canones, & totum ius canonicum circumuenire, quod non eſt tolerandum, & proinde nunc tantum poſt moram in actione depoſiti venire id quod verè intereſt. Quæ maximè congruunt iis quæ dixi *quæſt. 4. num. 19.* aduersùs Felicianum, & Petrum Gregorium, nimirum vſuras, quæ in iudiciis bonæ fidei ex mora veniunt, proprias vſuras eſſe, & quod conſequens eſt, iure Canonico prohiberi.

Et præterea conſtat apud omnes illud depoſiti genus, in 18
quo actum eſt, vt tantumdem reddatur, & aliquid vltra ſortem, dum pecunia depoſita non redditur, fœneratitium eſſe. Hic enim ſub nomine depoſiti mutuum cum fœnore contrahitur: denique contractus nudum nomen depoſiti habet, cætera mutuum eſt cum fœnore, *l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de priuil. creditor.* Dominium enim & periculum eſt accipientis, quæ eſt ſubſtantia, & natura mutui *l.2. §.2. & l. 9. in fin. ff. ſi cert. pet.* & creditor ex re aliena, & ex labore, & periculo alieno lucrum capit pro modo temporis, quo pecunia retinetur, quod iniquum eſt, & illicitum fœnus, vt poſt Baldum, & Innocentium tradit Roman. *in conſ. 500. num. 4.* Alex. *in conſ. 80. num. 4. lib.3.* Cuiac. *ad d. l. Lucius, in princ. ad Papin.* vbi ait rem ſpectandam eſſe non verba, Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 18. num. 27. & lib. 10. tit. 6. num. 1.* Nauarr. *in conſ. 2. & 22. de vſur. lib.5.* Vgolin. *tract. de vſur. cap. 62. num 1.* & Alphonſ. Narbon. qui his iamdudum ſcriptis ad manus meas peruenit, *lib. 5. nouar. conſtit. Hiſpan. tit. 18. l.15. num. 5. & ſeq.* & huc pertinet, quod ait Vveſembec. ad tit. de vſur. num.6. *iniuſtiſſimum eſſe creditorem velut ignauum fucum alieno periculo, & labore parta deuorare.*

Idemque prorſus eſt etiamſi ab initio verè nummi depo- 19
ſiti ſint, ſi poſtea dominus permittat depoſitario eis vti, &

vſuras

Digitized by Google

vſuras accipiat, ſtatim enim ac ita conuenit, pecunia fit mutua, *l.9. §.vlt. & l.ſingularia.ff.ſi cert.pet.* & proinde vſura eſt, ſi ex ea creditor aliquid vltra ſortem captet, & percipiat, niſi verè tantundem eius interſit. Nihil enim vetat contractum, qui ab initio purus fuit, ex interuallo pollui fœnore, vt dixi *num.*2.

20 Interdum etiam fœnus ſub nomine ſocietatis exercetur, cùm ſcilicet quis pecuniam dat mercatori ea lege, vt nullum periculum ſubeat, & certum lucrum, vel partem lucri percipiat. Hic enim mutuum intelligitur eſſe contractum, non ſocietatem, ſiquidem dare pecuniam, quæ reſtituatur in ſuo genere, mutuum eſt *l.2. §.1.ff. de reb.credit. l.1. §.mutui.ff. de obligat. & action.* & eam dare eâ lege, vt aliquid recipiatur vltra ſortem, vſura eſt, quocumque nomine contractus nuncupetur, *c.plerique 14. quæſt. 3.* Quod docent Couarr. *variar. lib. 3. cap. 2. num. 3.* Anton. Sola *ad decret. antiq. Saband. de vſur. gloſſ. 2. num.5.* Felic. *de ſociet. cap. 18. num. 6.* Alphonſ. Narbon. *ad d. l.25. gloſſ. 1. num. 5. & ſeq.* & Vgolin. *de vſur. cap.15.* & ita reſpondit Natta *in conſ. 403. num. 1.* vbi refert hanc eſſe communem ſententiam Quod etiam alij plerique ſentiunt, quos recenſui *quæſt. 28. num. 7.* vbi diligentiùs hanc rem executus ſum. Et nunc ſubiiciam tantum extare hac de re Sixti V. Pontificis Maximi conſtitutionem, quâ huiuſmodi ſocietates veluti vſurariæ damnantur, & prohibentur. Quod valdè notandum eſt, aduerſus eos, qui negotiatoribus pecunias dant, vel in hac vrbe officialibus annonæ, vt ſine vllo ſortis periculo ſex annua percipiant: Hoc enim totum quod ſuperexigitur, niſi verè interſit, vſura eſt, & proinde vellem ciues noſtros ab hoc genere abſtinere: aut ſolâ ſorte contentos eſſe, ne illis de charitate & bonitate quicquam decedat, cum qua nec vniuerſæ Perſicæ gazæ rectè conferuntur, vt ait Philo Iudæus *in lib.de charit.*

21 Præterea ſub locationis, & conductionis nomine fœnus latère poteſt, veluti ſi quis conducat prædium vilius ob feſtinatam penſionis ſolutionem, vt differit Canalcan. *in dec. 32. num. 67. lib. 2.* Nauarr. *in comment. de vſur. num. 26. & ſeq.* Molina Theolog. *diſp. 501. num. 6.* & Vgolin. *de vſur. cap.54. n.1.* & præſertim ſi læſio ſit enormiſſima, vt egregie tractat Maſtrill. *dec. 106.* vbi refert ita fuiſſe iudicatum. Hîc enim mutuum etiam contrahitur, & creditor ſeu conductor aufert id, quod iuſtæ penſioni deeſt in vicem vſurarum, & tanquam præmium prærogatæ penſionis. Vnde colligit Nauarr. *eod. loc. num.* 27. obnixè rogandum eſſe Deum pro illis conductoribus, qui reditus, & vectigalia Principum, & Baronum, & ciuitatum, & virorum Eccleſiaſticorum, quos egeſtas, & neceſſitas æris alieni premit, vilius conducunt quàm ſit iuſta penſio ob anticipatam ſolutionem vnius anni, vel multo minori ob prærogatam penſionem duorum vel trium annorum, quos idcirco vſurarios eſſe cenſet, & reſtituendi reos. In quo palam, & publicè peccari certiſſimum eſt.

22 Idemque eſt ex contrario, ſi locator ob dilationem ſolutionis carius prædium locet, quàm ſit eius iuſta penſio. Hîc enim etiam mutuum cum fœnore latet: ſiquidem quantitas iuſtæ penſionis cenſetur mutuo data conductori, & quod excedit auferri tanquam præmium dilationis, quod vſura eſt, & illicitum lucrum, vt iidem Nauarr. & Vgolin. docent *loc. cit.* & conſtat ex his, quæ infrà de emptione, & venditione diximus. Eſt enim locatio, & conductio proxima emptioni, & venditioni, & iiſdem iuris regulis conſiſtit, *vt ait l.2.ff.loc.*

23 Rurſus ſub tegmine locationis, & conductionis vſura latere poteſt, ſi fortè contractui mutuum ex parte locatoris, vel conductoris accedat, & huius intuitu penſio maior, vel minor conſtituta ſit, vt ſi domus, cuius ſolita, & iuſta penſio eſt viginti, locetur triginta ex eo, quod locator det conductori centum mutua ſoluenda in fine locationis: vel ex contrario, ſi fundus qui viginti locari ſolet, decem tantùm locatus ſit, & conductor, centum mutua det locatori. Hîc enim id quod ex hac vel illa parte excedit, aut deeſt iuſtæ penſioni, vſura eſt, & illicita extorſio, vt tradunt Socin.ſen. *in l.ſi quis nec cauſam, n.12.ff.ſi cert.pet.* & Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig.conuent lib.8.tit.18.n.19.* Nauarr. *loc.cit.* Vgolin. *in d.c.54.§.1.* & Maſtrill. *in d.dec.106.n.16.*

24 Sanè cum iuſta eſt penſio, mutuum facere contractum vſurarium certiſſimum eſt cùm potius is, qui mutuum accepit beneficio adficiatur, vt rectè docent Socin. & Cardin. *loc. cit.* & cenſuit Rota *poſt conſilia Farin. dec. 119.* & inter recentiſſ. coram D. Pirouano *dec. 572. num.1.par. 1.* vbi duæ huius concluſionis adferuntur rationes. Prima eſt, quia vſura eſt, quæ ex mutuo prouenit, non autem ex alio contractu, *c.eiciens. verſ. qui agrum. diſt.88.* hic vero contrahentes locationem facere voluiſſe non mutuum dare, tametſi acceſſoriè mutuum interuenerit, quæ ratio tamen parum tuta eſt ex his, quæ tradit Socinus *loc. cit.* Melior altera quia vſura, & fœnus intelligi non poteſt, vbi nullum eſt lucrum creditoris, quod ſanè interuenire non poteſt, cùm iuſto pretio res conducitur, & locatur. Quare admiſſa iuſtitia penſionis contractus pius, & officioſus eſt, non vſurarius. 25 † Et quod addit Centolinus ad *d.dec.119.* in contractum locationis non cadere vſuram ex *d.c eiiciens*, etiamſi penſio iniuſta ſit, & exceſſiua, vt ait ſenſiſſe Crauet. *in conſ.145.num.10.* & hoc caſu contractum quidem reſcindi poſſe *ex l.2.C.de reſcind. vendit.* non tamen illicitum eſſe, & vſurarium. Hoc inquam accipiendum eſt, quando locationi nullum mutuum ciuile, vel naturale admixtum eſt. Hoc enim caſu ſi iniuſta eſt penſio, contractus iniuſtus eſt, neque reſcenditur niſi remedio dictæ *l.2.C.de reſcind.vendit.* Cæterùm ſi locationi mutuum accedat, ſiue occulte, vt cùm prærogatur penſio, vel tardiùs infertur; ſiue apertè, vt cùm locator, vel conductor mutuum dant, vel accipiunt, præterea ex hac cauſa augetur, vel minuitur penſio, vel in vno nummo vſura hîc latet, & committitur, ſecundum Socini, & aliorum ſententiam, quos retuli *n.21. & 23.*

26 Pari ratione ſi quis vendit merces cariùs ob dilatam ſolutionem, videtur iuſtum earum pretium mutuo dare, & illud plus quod ſtipulatur, veluti præmium dilationis percipere *c.in ciuitate, & c. conſuluit. de vſur.* Couarr. *variar. lib. 3. cap.3. num.9.* Bennen. Stracca, *de mercat. part.1. num.34.* Felician. *de cenſib. lib.1. cap.5. n.15.* Ioan. Baptiſta Lupus, *comment.3.§. 5. n.6. in fin.* Binsfeld. *in d.c.in ciuitate, quæſt.3. concl. 2.* vbi ait non eſſe qui diſſentiat: & poſt pauca quædam: *hanc ſanè magnam iniquitatem eſſe: nec Iudæos maiores agitare vſuras, quàm quidam Chriſtiani hac via exercent, neque tales vnquam de iure ciuili permiſſas fuiſſe.*

27 Idemque eſt, ſi quis emit vinum, triticum, vel alias ſpecies minùs quàm valeant ob feſtinatam pretij ſolutionem, quia licet quoad verba, & verborum ſignram contractus ab omni fœnore remotus eſſe videatur, tamen ex tacita quadam conuentione hîc mutuum eſſe intelligitur, eius ſcilicet pecuniæ, quæ in anteceſſum ſoluitur, & pro illius vſu emptor percipere id quod deeſt iuſto pretio. Ita reſpondit Natta *in conſ.670. num.9.* Petr.Gregor. *partit. iur. canon. lib.3. tit. 5. cap. 4.* Rebell. *de oblig. iuſtit. lib. 9. quæſt. 11. num. 2.* Tolet *lib.5. cap.31. num.5.* Felician. *loc. cit.* Sigiſm. Scacc. *de commerc. §.1. quæſt.7. num.25.* Caniſ. *de vſur. cap.3. num.4.* & Vgulin. *eod. tract. cap.40. §.1. n.1.* vbi ait hac de re dubitandum non eſſe. Quod tamen alio loco diligentiùs ſumus acturi. Hîc enim tantùm attigiſſe ſufficit.

28 Et licet emptio frugum pendentium valida ſit, *l. nec emptio. & l.ſi debitor, §.1.ff. de contrah. empt. l.1. in fin.ff. de condit. & demonſtr. & l.inter, §. ſacram.ff.de verb obligat.* quamuis venditor earum periculum recipiat, *l. fiſtulas, §. vlt. de contrah. emption.* in hoc tamen emptionis genere frequentiſſimè fœnus committitur. Solent enim fœneratores frumenta, & alios fructus immaturos emere. Plutarch. in opuſc. de vſur. vitan. *Fœneratores*, inquit, *auferunt, & rapiunt eſcam nondum maturam, & ante meſſem emunt frumentum: & ante vindemiam vinum, & oleum nundinantur.* Et verum eſt, quod ex Diuo Baſilio ait Alciatus in *reſp. 3. num. 10. lib. 1.* vſuram deuorare fructus, antequam nati ſint. Quo fœnoris genere agricolæ, & ruſtici potiſſimum ſtrangulantur, quoties ſcilicet ob prærogationem pretij frumenta, & alios fructus in herbis vendunt vilius iuſto infimo pretio, vt reſpondit Natta *in d. conſ. 670.* & docet idem Binsfeld. *in d. c. in ciuitate, quæſt. 4. conc. 2.* vbi ait hanc eſſe communem Theologorum ſententiam.

Sed

Digitized by Google

29 Sed Cardinalis Mantica vir notæ eruditionis *lib.8. tit.21.* poſtquàm conſtituit emptionem fructuum, qui ſunt naſcituri, valere *ex d.l.nec emptio. de contrah. empt.* idque locum habere, etiamſi actum ſit, vt venditor onera fundi ſuſtineat ex Crau. *in conſ. 145. num.* 20. tamen vt appareat, an vſura ſub hoc contractu deliteſcat, tres caſus ſeparat. Primus eſt, quando fructus ſunt incerti, & tempus incertum, & hoc caſu contractum ſine dubio carere omni fœnoris ſuſpicione, quia lucrum incertum eſt *d. l. ſi debitor, §. 1. de contrah. empt.* Alter caſus eſt cùm fructus empti ſunt certi ad tempus incertum, veluti donec quis vixerit: & tunc ſi inſpecta ætate, & valetudine emptoris tempus incertum poteſt reduci ad aliquam certitudinem ex *l. hereditatum, ff. ad l. Falcid.* & læſio poſſit excedere dimidium iuſti pretij, contractus intelligitur vſurarius ex Cyno, Baldo, & Saliceto, *in l.ſi ea pactione, C.de vſur.* & Ripa *in reſp.1.n.8.& 9. lib.2.* qui refert hanc eſſe communem ſententiam. Tertius caſus eſt, quando fructus empti ſunt certi, & ad tempus certum, & tunc multo magis contractum intelligi in fraudem vſurarum eſſe celebratum, ſi læſio excedat dimidiam iuſti pretij *arg.c.ad noſtram, de empt.* & ex Ripa, & Crauet *loc. cit.* & Gabriel *in conſ.77.n.3 lib.* 1. Ita vir doctiſſimus.

30 Ego verò hîc hæreo, & ſubſiſto: nam quod attinet ad primum caſum, quem immunem ab omni fœnore Cardinalis putat, exiſtimo hîc etiam fœnus obrepere poſſe: Neque enim fructus, & tempus ita incerta ſunt, vt non poſſint ad aliquam certitudinem redigi, quià inſpectâ, ſi iudici conſtat venditorem immodicè lædi, ob prorogationem pretij contractus fœneratius cenſeri debet. Nam licet fructus prædiorum incerti ſint, tamen certum eſt, eos æſtimari poſſe, ad certitudinem redigi habita ratione penſionis, quæ inde redigi ſolet, ſi locatus fuit ager, aut locaretur, vt tradit Gabriel *in d. conſ.77.num.3.* alioqui niſi ad certum pretium redigi poſſent, neque venditio eorum conſiſteret, ſiquidem venditio certum pretium deſiderat *l.7.§.vlt.de contrah. empt. l. vlt. C. eod. tit.* Atqui conſtat fructus futuros vendi poſſe *d.l.nec. emptio. & d. l.fiſtulas in fin.* &.tradit idem Cardin. *eod. loc. num.*1. imò ſpei, & aleæ venditio eſt, *vt in d.l.nec emptio. & l.11.ff. de hered. & act. vend. & l.23.ff. famil. hercisc.* Præterea non liceret venditori paciſci de certa quantitate pro modo, & ratione fructuum ab emptore præſtanda, donec pretium reddat, quod tamen fieri ſolet, & licet, ex *l.curabit. C.de act. empt. & l.ſicut. emptio. §.1.ff.loc.* & ipſe Cardinalis docet *lib.4.tit.24.num.15.& 22.* vbi ait huiuſmodi conuentionem ſuſtineri, ſi quantitas conuenta eſt veriſimilis, & conueniat quantitati, & æſtimationi fructuum, quæ ſecundum varietatem temporum frequentiùs percipi conſueuit. Quare non ea eſt incertitudo fructuum, vt omnino excludat rationem vſuræ, vt etiam conſtat ex *l.17.C.de vſur.& c.1. & 2.eod. tit.* vt etiam illam non excludit incertitudo temporis. Nam & hoc æſtimari poteſt *d. c.hereditatum. ad l.falc.* & ipſe Cardinalis admittit in ſecundo caſu *num.4.* Quamobrem licet incerti fructus ſint, & tempus incertum, adhuc vſura ſubrepere poteſt, ſi ob prærogationem pretij emptor minus ſoluat, ſecundum ea quæ dicta ſunt *num.26.&.18.*

31 Sed quod attinet ad ſecundum, tertium Manticæ caſum, parum tutum eſſe videtur, quod ait contractum illis caſibus vſurarium eſſe, ſi læſio veriſimiliter poſſit excedere dimidiam iuſti pretij, quia hoc ſufficit quidem, vt contractus iniuſtus ſit, & locum habeat *l.2. C de reſcind. vend.* non proinde tamen fœneratius cenſeri debet, niſi prærogatio pretij læſionis cauſam dederit. Alioquin omnis emptio, in qua læſio vltra dimidiam iuſti pretij interuenit, vſuraria eſſet, quod eſt abſurdum: Et ex contrario contractui fœnus admiſceri poteſt, licet læſio minor ſit dimidiâ iuſti pretij, ſatis enim eſt, ſi ob feſtinatam pretij ſolutionem, quæ eſt ſpecies mutui, vilius fructus empti ſunt, vel in vno nummo, quia nec in vno nummo licet fœnerare, tametſi, quo maior eſt læſio, turpior ſit vſura, & facilius deprehendatur. Et ſanè Gabriel *in d.conſ.77.* quo potiſſimum Cardinalis mouetur, non exigit ad hoc, vt contractus ſit vſurarius, quod læſio excedat dimidium iuſti prètij, ſed tantum quod emptor deducto reditu, qui ex re æquiualenti pretio communiter perciperetur, multum percepturus ſit vltra ſortem, quod infra dimidium conſiſtere poteſt. Quare vt contractus vſurarius deprehendi poſſit, neceſſe eſt, vt in eo ratio mutui inueniatur, & ratione temporis emptor ex eo lucrum aucupetur, & captet, ſecundum regulam, quam ex Molina, & Mareſcotto, & aliis auctoribus poſui initio huius quæſtionis, & quæſt. præced. *num.* 35. alioquin contractus iniuſtus eſt, non vſurarius, niſi aliæ coniecturæ fœnoris id ſuadeant. † Multum autem re- 32
fert, an contractus iniuſtus cenſeatur, vel vſurarius: Nam ſi iniuſtus eſt, toleratur, licet læſio aliqua in eo contingat, neque reſcinditur, niſi venditor vltra dimidiam iuſti pretij circumuentus fuerit, vt dictum eſt; ſi verò contractus vſurarius eſt, emptor reſtituere debet, quicquid vltra ſortem percepit, non ſecus ac ſi mutuam pecuniam dediſſet, vt concludit Gabriel. *in d. conſ. 77. in fin.* Atque ita declaranda ſunt, quæ vir eminentiſſimus tradit *loc cit.*

Præterea ſub nomine emptionis, & dationis in ſolutum 33
quæ vicem emptionis obtinet, ſæpe agitatur fœnus, cùm ſcilicet ſimolatè emptio, vel in ſolutum datio concipitur, & verè contrahitur pignus, vt interim creditor fructus percipiat in vicem vſurarum, *vt in cap. ad noſtram, de empt. & vend. cap. illo vos, de pignorib. & l.3. Cod. plus val. quod agit.* Cardin. Mantic. *d. tit. 18. num. 22. & tit. 21. eod. lib.* 23. quod vel probationibus, vel coniecturis in foro detegendum eſt, vt exequar *quæſt. ſeq.* Deo verò nihil occultum eſt: neque ſi maximè velimus, quidquam illi abſcondere poſſumus.

Poſtremò vſura interdum committitur in emptionibus 34
annuorum redituum, nullúmque genus eſt, in quo facilius implicetur fœnus, ſiquidem cum reditibus vſurariis in multis conueniunt, & in eo præſertim quia vtrobique contrahitur obligatio ſucceſſiua pro rationem temporis, & ſortis, vt ſcribit Binsfeld. *in d.c. in ciuitate, quæſt.* 12. & Roder. *de ann. redit. lib. 5. quæſt.* 1. & 2. quibus in locis aſſerit reditus redimibiles, quibus vtimur, non pertinere ad contractus commutatiuos rerum, ſed ad negotiationes quæſtuarias, & eſſe ſpeciem veterum vſurarum ſuccedaneam; quod tamen falſum eſſe à nobis iam demonſtratum eſt. † Vera enim hîc 35
emptio contrahitur etiam, cùm venditori competit redimendi facultas, vt conſtat ex conſtitutionibus Martini V. & Calixti III. & aliorum Pontificum, & ex *Nouell.* 160. in qua annui reditus redimibiles ab vſurarum præſtationibus ſeparantur. Niſi ex pactis & coniecturis conijci poſſit huiuſmodi reditus in fraudem vſurarum eſſe conſtitutos. Ad hoc enim genus etiam pertinet *d.c. ad noſtram, de empt. & c. illo vos, de pignor.* vt notat idem Cardin. *tit.* 22. *num.* 6. qui coniecturas aliquot recenſet, ex quibus emptio huiuſmodi in fraudem vſurarum contracta intelligitur.

Non placet tamen, quod *eod. loc. num* 13. ait contra- 36
ctum reditus annui vſurarium cenſeri, ſi dictum ſit, vt eius verbis vtar, *quod Antonius Pamphilo vendidit annuum cenſum ſcutorum centum ſuper tali fundo &c.* quaſi ex iſtis verbis ius perſonale dumtaxat emptori quæſitum intelligatur, cum acceſſione pignoris, vel hypothecæ, per quod venditor poſſit compelli ad præſtationem cenſus; & ex facto ita reſpondiſſe Alciat. *in conſ. 3. lib. 1.* Etenim Alciati, & Cardinalis ſententia manifeſtè refellitur ex conſtitutionibus duorum Pontificum Martini, & Calixti, quibus apertiſſimè hæc formula venditionis cenſus probata eſt, illis ſcilicet verbis; *ſuper bonis ſuis, dominiis, oppidis, agris, prædiis, domibus, & hereditatibus &c.* quibus vterque Pontifex vtitur. Ex his enim verbis ius reale ſuper agros, vel vinea, vel alio prædio in emptorem transfertur, vt multi ſentiunt apud Cencium *de cenſib. par. 1. cap.2. quæſt.3. art.1. num. 1. & 7.* non ius perſonale dumtaxat, vt Alciatus putat. Et proinde contractus ex hoc fœneratitius cenſeri non debet, quod contrahentes dixerint vendere cenſum ſuper aliquo fundo, ſi nihil aliud obſtat, & in reliquis ſeruata eſt forma conſtitutionis cenſus. † Et rectius Cardinalis *d. tit. in* 37
fin. monet veritatem in his negotiis diſcuſſioni, & ſubtilitati iudicis committi, qui non ex vno argumento, ſed ex pluribus id iudicare debet *l. milites. § oportet. C. de quæſt. l. non omnes. §. à barbaris. ff de re milit. leg.3. & l.ob carmen. ff. de teſtib.*

Digitized by Google

teſtib.& ex Baldo *in conſ.*154.*in fin.lib.*2. & Couarr.*variar. lib.*3.*cap.*7.*num.*3.

38 Prætereà ſub ſpecie, & tegmine cambiorum frequentiſſimè fœnus agitatur, & quidem crudeliſſimum, vt grauiter conqueritur Alciat in *l.*121.*de verb. ſignif.* vnde ait præſtare leges ciuiles obſeruari, quæ certum modum fœnerantibus conſtituunt, quàm permittere, vt cambij nomine, vel alio ficto titulo debitores opptimantur. Et acriter Franciſc. Sarmient.*ſelectar.interpret.lib.*7. *cap.*2.*num.*8. cenſet eos omnes, qui cambia exercent, artem vſurariam facere, & *num.*14. vt etiam Alciatus melius, & vtilius eſſe leues vſuras permittere fœneratoribus. Nam Reipublicæ, inquit, minus damnoſi eſſent, cùm campſores hodie duplicem centeſimam exigant, & vſuras vſurarum, quod nunquam apud Ethnicos fuit permiſſum *l.improbum.C.ex quib.cauſ.infam.irrog.l.placuit ff.de vſur.* & eadem ferè videtur ratio cambiorum improbandorum, quæ fuit prohibendi fœnoris, & cambiis etiam videntur conuenire ea quibus fœnus, & fœnerandi ſtudium improbatur Ariſtot. *Polit. lib.*1. *cap.*7. quia vt in fœnore numus numum parit ita &, in cambiis: & vt fœneratores non ex agris, & pecoribus, ſed ab hominibus acquirunt, ita & ij, qui cambia exercent. Quod tamen nimis ſeuerè dictum puto. Etenim hoc commercij genus, ſi fraus abſit, & verè pecunia traiiciatur, licitum, & Reipublicæ neceſſarium vt docet Petr. Gregor.*de vſur.lib.*2. *cap.*2.Azor.*part.*3.*lib.*10. & Theologi ferè omnes, qui hanc iuris partem attigêre, & ego ſuo loco dicam.

39 Denique ſub nomine legati interdum fœnus exercetur, cùm ſcilicet is, cui quantitas legata eſt, cùm poteſt ab hærede pecuniam petere, & exigere, eius exactionem differt, & ob dilatam ſolutionem reditum annuum ab hærede percipit. Videtur enim tacitè ſummam illam hæredi mutuam dare ſub fœnore. Ita Didac. Couarr. *d. lib.*3. *cap.*1. *num.*9. Nauarr.*in d. cap* 17. *num.*206. Menoch. *in conſ.* 441. *num.*18.Surd. *de alim. tit.*8.*quæſt.*29. Vgolin. *de vſur. cap.*64. *num.*1.*&* 2.& ego latiùs *quæſt.*14. Quod quidem mutuum in his, & ſimilibus cauſis fictione quadam iuris, & ratione interuenire intelligitur, quia fingitur hoc caſu pecuniam breui manu ab hærede, vel alio debitore numerari legatario, & à legatario iterum ad hæredem proficiſci, & ſic
40 fictione quadam mutuum eſſe contractum. † Quod fieri poſſe manifeſtum eſt, ex *l.*3.9.*is.autem.ff.ad.SC. Macedon. & l.ſingularia.*15.*ff ſi cert. pet.* in qua Vlpianus ait: *Cum ex cauſa mandati pecuniam mihi debeas, & conuenerit, vt crediti nomine eam retineas, videtur mihi data pecunia, & à me ad te profecta.* Idem conſtat *ex d.l. certi.* 9. §. *depoſui. ff. eod.* & tradit Duaren. *ad h. tit. cap.*2. vbi hic celeritate coniungendorum actuum vnum actum occultari. Vnde generaliter receptum & debitum ex quacumque cauſa, & contractu in mutui cauſam poſſe conuerti, vt aliis auctoribus citatis tradit Surdus *in conſ.*162.*num.*37.Milan.*in dec.*2.*num.*38. *lib.*2. Cuiac.ad African. *tract.*8. & Gothofred. *in notis ad d. l.ſingularia.* admiſſâ vt ait omnibus fictione breuis manus, quæ vt dicere ſoleo, multorum conſcientias polluit, & perdit, cùm ſcilicet huic tacito mutuo fœnus adiicitur, id eſt, cùm id fit, vt inde vſuræ percipiantur. Et his negotiis, cùm termini ſunt habiles ſola voluntas contrahentium ſufficit, vt ex Aretino, & aliis auctoribus cenſuit Rota *inter recentiſſ.dec.*337.*num.*28.*par.*2. quæ eſt votum eiuſdem Rotæ aduersùs D. Sebaſtianum Zametum virum totâ Galliâ notiſſimum.

41 Verùm ex his omnibus conſtituendum eſt mutuum ſiue manifeſtum ſit,, ſiue occultum, & ſub alio nomine conceptum: & ſiue naturale ſit, ſiue ciuile, & ex conuentione, & conuerſione ex altero contractu, denique quacumque ratione contractum eſſe intelligatur, fœnoris labem recipere poſſe: & proinde ad edictum illud Sereniſſimi Ducis Caroli Eman.*de vſur.reſtituen.* pertinere; vt in re verè ſimili tradit Afflict.*ad conſtit. Neapol. lib.*1. *tit.*6.*n.*14.

QVÆSTIO IX.

De vſuræ coniecturis, & præſumptionibus detegenda: & de vi, & poteſtate earum.

SVMMARIA.

1. *Vſura vel probationibus detegitur.*
2. *Vel præſumptionibus, & coniecturis.*
3. *Iudicis arbitrio commiſſum eſt, quæ coniecturæ ſufficiant ad probandum contractum eſſe vſurarium.*
4. *Coniecturæ fœnoris nō leues, ſed graues, & legitimæ eſſe debēt.*
5. *Contractus in dubio licitus ac iuſtus eſſe præſumitur.*
6. *Emptio contractus iuris gentium.*
7. *Nomina dicentis voluntatem demonſtrant.*
   Iudicem cuncta rimari oportet.
8. *Coniecturæ ſunt in arbitrio iudicis.*
   Qualitas perſonæ maximum argumentum fœnoris.
9. *Pretij modicitas non ſufficit, vt contractus dicatur vſurarius.*
10. *Contractus ille in dubio cenſetur celebratus, qui ſcriptus eſt*
11. *Quoties ex coniecturis iudicandum eſt, plures requiruntur.*
12. *Pretij modicitate ceſſante nulla oritur præſumptio fœnoris ex pacto retrouendendi.*
13. *Modicitas pretij, & pactum reuendendi non ſufficiunt, vt contractus vſurarius habeatur.*
14. *Quid ſi pretium ſit minus quàm dimidium valoris rei.*
15. *Vis, & poteſtas coniecturarum fœnoris in quo conſiſtat.*
16. *Venditio non poteſt dici contracta, cum agitur ne dominium transferatur.*
17. *Pactum retrouendendi eſt coniectura fœnoris.*
   Et præſertim ſi non libera redimendi facultas venditori relicta ſit.
18. *Pacto vt non liceat niſi poſt tempus redimere cum læſione, vltra dimidium ſufficit, vt contractus pro fœneratitio habeatur.*
19. *Pacto vt non niſi poſt certum tempus redimere liceat, maiorem auaritiam arguit.*
20. *Coniecturæ fœnoris ex variis cauſis dicuntur pro varietate rerum, & perſonarum.*
21. *Ex retentione rei grauis oritur præſumptio vſuræ.*
22. *Quamuis venditor rem conducat, & penſionem ſoluat.*
23. *Cum penſio vſuris pecuniæ potius quam rei fructibus conuenit. Contractus vſurarius præſumitur.*
24. *Si bona vendita ab emptore locentur pro penſione modica, id argumentum eſt ſimulationis.*
25. *Maſcardus* in concl.441.in princ.*declaratur.*
26. *Vſura præſumitur, ſi penſio excedit reditus rei.*
27. *Contractus ſimulatus præſumitur, ſi venditor collectas ſoluit*
28. *Antonij Solæ ſententia quadam expenditur.*
29. *Pactum, vt venditor rei onera præſtet, eſt inualidum.*
30. *Pactum vt conductor periculum rei & fructuum ſuſcipiat, eſt indicium fœnoris.*
31. *Indicia fœnoris plenè, & perfectè probari debent.*
32. *Indicia duobus ſaltem teſtibus probanda.*
33. *Læſio probanda eſt de tempore contractus.*
34. *Pactum retrouendendi eſt pretij pars.*
35. *Cum de fraude agitur inſpicimus damnum eius, cui fraus facta eſt.*
36. *Pactum vt non liceat rem redimere niſi poſt certum tempus non minuit valorem rei ex ſententia quorumdam.*
   Quæ auctori non probatur.

QVIA in præcedenti quæſtione quibuſdam exemplis demoſtratum eſt, quomodo vſura per contractus ſerpat, & lateat; nunc opportunè quærēdum eſt, quo modo fœnus in contractibus deprehendatur. † In qua re, cùm diffici- 1
lem tractatum non habeat, dicam quod omnibus notum eſt, id vel probationibus detegendum eſſe, vt teſtibus, inſtrumentis, libris rationum, vel aliis probationum generibus, ſi quæ fortè ſuperſunt: vel ſi probationes deficiunt, vt

ferè euenit ob verſutiam, & calliditatam fœneratorom, id
2 præſumptionibus, & coniecturis eruendum. † Nam apud
omnes conuenit indiciis, & coniecturis probari poſſe con-
tractum eſſe vſurarium, vt poſt alios multos tradit Menoch.
lib. 3. preſ. 122. Maſcard. *de probat. concl.* 438. *num.* 7. Car-
din. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib* 8. *tit.* 17. *num.* 15. &
tit. 19. *num.* 11. Farin. *de falſit. & ſimul. quaſt.* 162. *num.* 92. &
Stephan. Gratian. *diſcept. lib.* 3. *cap.* 586. *num.* 34. idque
omnes io ore babent: & conſtat apertiſſimè io *c. illo vos, de*
pignor. c. ad noſtram. de empt. & vendit. & c. 15. *de vſur.* Quæ cùm
ex circomſtantiis ducantur, quæ incertæ ſuot, & nullâ
certâ regulâ definiri poſſunt *l. Neſennius de negot. geſt. l. mora.*
de vſur. in arbitrio iudicis poſitum eſt, quæ coniecturæ ſuf-
ficiant ad probandum contractum vſorariâ labe infectum
3 eſſe. † Nam vt probationes in arbitrio iudicis relictæ ſunt,
ideóque æſtimare eum oportet, qoid aut credat, aot parum
probatum ſibi opinetur *l.* 3. §. 1. & *l. ob carmen.* 21. §. 3. *ff. de*
teſtib. ita protſus ea animi ſui ſententia perpendere debet,
quæ argumenta, & præſumptiooes ſatis, v l m os ſufficiant
ad detegendum fœnus. Et ita rectè ſeotiunt Baldus *in*
conſ. 311. *num.* 12. *lib.* 5. Couarr. *variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 8. *num.*
4. Myſing. *cent.* 3 *obſer.* 62. *in fin.* Menoch. *d. præſ.* 122. *num.* 6.
& rorſus *lib. de arbitr. iudic. caſ.* 247. *num.* 2. Maſcatd. *concl.* 442.
num. 6. Aoton. Faber. *tit. plus val. quod agit. defin.* 1. *num.* 6. &
tit. de probat. & præſumpt. defin. 60. *in fin.* Fridetic. Martio. *de*
iur. cenſ. & annuor. redit. cap. 6. *num.* 226. Fachinæus *controuer. l.* 2.
cap. 11. *in fin.* Carol. de Graſſ. *except.* 28. *num.* 51. Caſtill.
controu. lib. 2. *cap.* 25. *num.* 66. & 77. & Cardin. *d. lib.* 8. *tit.* 17.
num. 15. & *tit.* 18. *num* 29. quas quidem coniecturas ea ordi-
ne, & latè tractant, & eacutiant Cæpol. Veson. *in lib. de*
ſimulat. contract. Menoch. & Farin. *locis citatis*, Maſcardus
d. concl. 438. & *ſequentibus aliquot*: & Gallica lingua Fran-
4 ciſc. Grimaud. *de vſur. & contract. pignerat. lib.* 3. † Sed ego
ſemiperitus ioris, & ærumnis preſſus hic tantum Iudices
admonitos velim non ea leuibus coniecturis contractus pi-
gneratitios, & fœneratitios cenſeri debere: ſed argumenta,
& præſumptiones fœnoris graues, vehementes, & legi-
timas eſſe oportere, & maaimè animaduertendum eſſe, an
contrariæ vigeaot cooiecturæ, quæ fœnoris, & ſimulatio-
nis præſumptionem excludant. Etenim ciuilis ſocietas con-
tractibus indiget, & præſertim emptioois, & venditionis,
quæ ob id ius gentium eſſe dicitur *in l.* 1. §. *eſt autem. ff. de*
contrah. empt. l. 1. *ff. locat.* Harmenop. *lib.* 3. *tit.* 3 & qua ſecon-
dom neceſſitatem temporom, & rerum neceſſaria, & vtilia
nobis comparamus, vel inotilia permutamos, *vt in d. l.* 1.
de contrah. empt. quos contractos tueri Reipublicæ intereſt,
vt diſſerit Marcus Tullios *lib.* 3. *de offic.* & proinde maaimè
cauendum eſt, ne io hoc genere perniciore erretor, vt enim
vitium eſt io re, quæ non oiſi elàm, & occultè tranſigi ſo-
let, nullis coniecturis, & præſumptionibus deferre: ita peri-
culoſum eſt motom Iudicis com leuibus indiciis coocurre-
re, & contractus paſſim, & ſine delectu reſcindere; ſiqui-
dem verendum eſt, ne dum venditoribus conſulitur, rerom
dominia veria titulis acquiſita contra ius, & vtilitatem pu-
5 blicam conuellantur. † Vt non immeritò receptum ſit in re
dubia, & in dubia coniectora veritatis contractum verum,
& licitum cenſeri, & pro contractus validitate, & iuſtitia
pronnnriandum eſſe *ex l.* 80. *de verb. oblig. l. cum hic ſtatus.* §. 4.
de donat. inter vir. & vxor. l. quotiens. 67. *de reg. iur. l. cum preci-*
bus. C. de probat. & l. 12. & 21. *ff. de reb. dub. Quoties*, inquit Iu-
lianus, *ambigua oratio eſt, commodiſſimum eſt, id accipi, quo res*
de qua agitur, magis valeat, quàm pereat. & Paolus: *ſem-*
per in dubiis id agendum eſt, vt quàm tutiſſimo loco ſit res bonâ
6 *fide contracta, niſi cùm apertè contra leges ſcriptum eſt.* † At
verò hic nihil contra leges ſcriptum proponitur, quia con-
tractos emptionis, ſocietatis, & alij, qui præterea dicuntur,
ex ſe liciti ſunt, & iuris gentium, vt proaimè diai ea Har-
meoop. & *l.* 1. *de contrah. empt.* vt etiam contractus locatio-
nis, *l.* 1. *ff. locat.* & reliqui ferè omnes *l.* 3. *ff. de iuſtit. & iur.*
Sed ex coniecturis taotùm cootra id quod ſcriptum eſt, ni-
timor, & contendimus, & per indicia, & argomeota, &
præſumptiones ad veritatem ducimur, quæ verborom inuo-
lucris, & ambagibus, quaſi caligine quadam, & tenebris ob-
nubilatur, & inoolaitur, quas diſſicere, & retexere vt plu-
rimùm difficile eſt. † Et proinde huc valde pertinet, quod ex 7
Baldo dicebat Arumæus *in dec.* 5. *num.* 16. *lib.* 2. voluntatem
hominis in verbis cōſiſtere ſicut facies in ſpeculo: & elegan-
ter Tubero *in l. Labeo. ff. de ſupell. leg. Nam quorſum nomina ni-*
ſi vt demonſtrent voluntatem dicentis? Et quidem non arbitror
quem dicere, quod non ſentiat, vt maxime nomine ſit vſus, quo
id appellari non ſolet. Nam vocis miniſterio vtimur, Cæterum
nemo exiſtimandus eſt dixiſſe quod non mente agitauerit. quæ
appoſitè in hanc rem affert Grimaud. *d. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 5.
& 8, vbi iudices quoſdam arguit, qui ea leuibus coniectu-
ris contractus reſcindunt, & vſurarios eſſe prooneiant
contra id quod ſcriptum eſt. Ea quo, inquit, omnia litibus
ſtrepitant, & poſſeſſiones multorum annorum, & dominia
rerum ioſtis, & veris titulis quæſita in dubium reuocantur:
& tandem concludit venditores vt plurimum auaritiâ per-
motos, vt emptores priuent augmento valoris rerum ab
ipſis iuſto pretio comparatum cauſari noo vendidiſſe, ſed
oppoſuiſſe pignori contra formam contractus, & mentem
alienandi, quæ ea reali fundi traditione, & longi temporis
pacifica poſſeſſione dignoſcitur, quod oihil eſt aliud quàm
nomioe, & perſona contractus pigoeratitij ad veras ven-
ditiooes conuellendas, & legitimos poſſeſſores ſuis ſedi-
bos eiiciendos abuti. Quod publicè perniciosum eſſe ſatis
indicat factum Arati Sicyonij, quod refert, & laodat ma-
aimè Marc. Tullius *lib.* 2. *offic.* Quamobrem iodicem non
præcipiti feſtinatione quicquam decernere, ſed ſubſiſtere,
& euocta rimari oportet, & non tantùm coniecturas nu-
merare, ſed & earum vim, & poteſtatem perpendere, &
his omnibus diligenter, & maturè perpenſis in eam iocli-
nare ſententiam, qoæ rei veritati, & natorali ratiooi ma-
gis accedere videtur. † Quandoquidem hoc totum, & quic- 8
quid coniecturarum eſt prudentiæ, & religioni Iudicis com-
miſſum eſt, vt diai aliis auctoribus citatis, & *ex d. l.* 3. *ff. de*
teſtib. ea qua ſummatim monetur Iodex non vni probatio-
num generi illius cognitionem illigari: ita tamen vt in re
dubia, & in conflictu probationum, id qood ſcriptom eſt,
& quod contrahentes diaeruot, potios ſequi debeat iuxta
l. 1. §. *licet. ff de exerc. act.* & *l. cum hic.* §. 4. *ff. de donat. int. vir.*
& *vxor.* & Tuberoois ſententiam in *d. l. Labeo. ff. de ſupell.*
leg.; & licet qualitas perſonæ, quæ ſcilicet ſolita eſt fœnus
eaercere, maximom ſit huius rei argumentom, vt conſtat
ex d. c. illo vos. de pignor. illis verbis: & *præſertim cum vſuras*
conſueuera exercere, ita vt quidam diaerint hanc coniectu-
ram reliquis poteotiorem eſſe, vt Caccialop. *in l. admonen-*
di. num. 225. *de iureiur.* quem refert Mantic. *d lib.* 8. *tit.* 19 *in*
fin. ſola tamen fœnerandi conſuetudo non ſufficit, vt con-
tractus fœneratitius habeatur, vt tradit Petr. Gregor. *de*
vſur. lib. 3. *cap.* 16. *num.* 4. & aliis citatis, idem Cardin. *iod. lib.*
tit. 2. *num.* 19. nihil enim vetat illos interdum veros cootra-
ctus facere.

Pari ratione licet pretij vilitas inter coniecturas ſit, ex 9
quibus arguitur ſimulatio contractus *c. ad noſtram. de empt. &*
vendit. & l. 7 *ff. que in fraud. cred.* ſola tamen oon ſufficit, vt
cootractus vſurarius cenſeatur, vt ſcribunt Veronen. *in d.*
lib. de ſimul. contract. num. 7. Crauett. *in conſ.* 145. *num.* 10.
Gregor. *d. cap.* 16. *num* 4. Ioan. Papon. *lib.* 12. *tit. de contract.*
vſur. art. 3. vbi ait hanc opinionem apud omnes obtinere:
& conſtat ex doctrina Molinæ in *diſp.* 303. *num.* 7. & Ma-
reſcott. *variar. lib.* 2. *cap.* 133. *numer.* 1. & Menoch. *in d.*
præſ. 122. *num.* 28. & notat Famian. Centolin. *ad dec. Fari-*
nac. 119. *par.* 1. vbi de locatione loquitur. Hoc enim ſatis in-
dicat *l.* 38. *ff. de contrah. empt.* & *l. dolus. C. de reſcind. vend.*
ea qua conſtat *dolum ex quantitate pretij non æſtimari*, vnde
ſolam enormiſſimam læſionem non ſufficere, vt contra-
ctus locationis cenſeatur vſurarius, oiſi anticipata penſio-
ois ſolutio cauſam contractui dederit, rectè cōncludit Ma-
ſtrill. *in dec.* 106. *num.* 39. & 48. † Et in dubio ille con- 10
tractus intelligitur celebratus cuius forma ex ſcriptura col-
ligitur, vt dixi, & probat *l. iuris gentium.* §. *quod ferè ff. de pact.*
& verbis contractos ſtari oportet, niſi probetur alia fuiſſe
mens contrahentium *l. cum precibus. C. de probat. l.* 14. *in fin.*
C. de contr. ſtipul. mens autem illorum qoæ fuerit Deus no-
oit, & ipſi contraheotes ſciont oos autem diuinare non
poſſumus, oec teoemor vt ait Corn. *in conſ.* 325. *num.* 4. *lib.* 4.
&

& Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 2.* & rectè Plato ait difficilem eſſe humani animi coniectoram, vt refert Seneca *lib.4.de benef.* & Anton. Hering. *de fideiuſſ.*
11 *cap.8.num.14.* † oenique quoties ex coniectoris rei veritas æſtimaoda eſt, regulare eſt, vt plures concurrete debeant, *l.Procula. ff.de probat. l. inſtrumenta. c eod.l. librorum. §. quod tamen.& l.prædiis §.balnea ff. de legib.3.l.vlt. C.de prob.* Cuiac. *conſult.35.* & in ſpecie de qua agitur, conſtar apertiſſimè *ex d. c. illo vos. de pignor. & c. ad noſtram. de empt. & vendit.* & docent tum alij plurimi, tum Cardin. Mantic. *d. l.8.tit.22.n.26.* & Grimaud. *de vſur. & contract. pignerat. lib.3. cap.12.* & ideo pluſquam certum eſt ſolam modicitatem pretij non ſufficere, vt contractus pigneratitius cenſeatur.

12 Quâ ratione etiam ceſſante modicitate pretij nulla prorſus fœnoris ſuſpicio oritur ax ſolo pacto retrouendendi, quia hæc pactio fauore venditoris adiicitur, & licita eſt *l.2. C. de pact. inter empt. & vendit.* vt etiam licita eſt conuentio, vt nolli alij, qoàm mihi vendas. *l.ſi ſterilis. §.ſed & ſi. ff.de act.empt.& l.73.ff.de contrah.empt.* & ita poſt alios plurimos tradit Præſes Bellon. *in conſ.20.num.36.* vbi ait id fateri omnes, & Cardin.Mantic. *d.lib.8. tit.20.num.4.* & alij quidam apud Chriſtoph. Matt. Med. *inter dec. Senenſ. exam. 50. num.7.* & proinde quod ſcribunt Bart. *in l. creditor. §.vlt. ff. qui pot. in pign.hab.* & Baldus *in l.creditores.in fin. C.de pignor.* nimirum ex pacto de retrouendeodo contractum emptionis præſumi vſurariom, vel falſum eſt, vt notat Menoch. *in. d.præſ.152.num.10.* & Frideric.Martin. *de iur. cenſ. & annuor. redit.cap.6.num.219.* vel qood magis puto Bartolum, & Baldum duo legum lumina ſenſiſſe, accipiendum eſt aliis coniecturis concurrentibus iudicis arbitrio. Quamobrem dicendum eſt cootractos, io quibus ſola pretij modicitas, & læſio immodica adeſt, vel ſolùm addita eſt pactio de retrouendendo, vel ex eo tantùm, quod perſona ſuſpecta ſit, fœneratitios diei non poſſe.

13 Quid ſi duo concurrant, id eſt pactio, & modicitas pretij? Et dicendum eſt adhuc contractum vſurarium non videri. Quamuis enim plerique ſentiant hæc duo ſufficere, vt contractus fœneratitios habeatur, quaſi colore quæſito fœnori, & hæc ſententia, quæ his duabus coniecturis innititur, multorum tribunalium præiodiciis confirmata ſit, vt refert Medic. *d. exam. 20. num. 16.* contraria tamen verior, & receptior eſt, vt docet doctiſſimus Anton. Faber. *de error.pragma. decad.9. cap.9. num 3.* Nam, inquit, cùm ea emptionis, & venditionis natura ſit, vt contrahentibus liceat ſe in pretio circumuenire *l.16.§.idem. Pomponius. ff.de minor.l.item 22.in fin.ff.locat.* ideòque neque æquitate iudicij, neque vllo alio modo venditori ſuccurratur, prærterquam ex beneficio *l.2.C.de reſcind.vend.* nihil cauſæ eſt cur tam facilè ſimulationis præſumptio, quæ alioquin odioſa eſt, capiatur propter accedètem pactionem licitam de retrouendendo, quæ tantum abeſt, vt venditionem faciat magis odioſam, vt ex contrario læſionem minuat, vtpote quæ pars pretij exiſtimetur *l.fundi partem.79.ff.de contrah.empt.& d.l.ſi ſterilis.§.4 ff. de act. empt.* Quæ ſententia eſt Roland. in *conſ.59. num.10. lib.4.* Petri Gregor. *de vſur. lib. 3. cap. 16. num.4.* & aliorum quos recenſet And. Fachin. *controu.lib.5.*
14 *cap.15.* & Cæſar Barz. *in dec.123. num.3.* † Et Sanè ſi pretiom ita ſit exiguum, vt nec dimidium iuſti pretij venditor habuiſſe proponatur, & proinde enormiter læſus ſit, quamuis idem præſes Faber. *eod. loc. cit.* tertiam coniecturam adhuc exigat, ſcilicet conſuetudinem fœnerandi ex parte emptoris? tamen plerique alij iidemque viri doctiſſimi ſentiunt contractum pro fœneratitio habendum eſſe. Ita enim docent Decius, Corneus, Cagnolus, & alij plures apod Maſcard. *concl.447.num.7. & 9.* quibus accedunt Afflict. *in dec.65.* Vrſill. *ad eund. num.1.* Cooarr. *variar.reſol. lib.3.cap.8.num.4.* Ozaſc. *in dec.42. num.9.* Menoch. *in d.præſumpt.122.num.4.* Roderic. *de ann. redit. lib 2.quæſt.3. num.22.* Benoen. Straca *ad Crauett. in conſ.156.* vbi refert ſecundum hanc ſententiam Rotam Romanam ſemper iudicaſſe. Quod etiam reſtatur Gratian *diſcept.lib.3. cap.600. num.1.* & Cardin. *d.tit. 50. num. 51.* & hac ratione diſſidentes auctorum ſententias conciliari poſſe ſcribit Matt. Medic. *loc. cit. num. 3.* & Caſtill. *in d. cap. 25. num.62. & 65.* Neque mouet, quod obiicitur pactionem hanc licitam eſſe, & læſioné minuere, quia id tantùm prodeſt, cum de reſcindenda venditione agitur, ad minuendam æſtimationem rei, & ne venditor tam immodicè læſus videatur, ſed non ideo minus hæc pactio argumentum eſt fœnoris, ſiquidem ex ea colligitur venditorem ægrè rem dimittere, & diſtrahere, & eo magis, quo maior eſt læſio: & proinde ſi tam enormem læſionem patiatur, vt nec dimidium iuſti valoris conſecutus fuerit, facilè ſuſpicabor illum non habuiſſe animum vendendi, ſed rem tantiſper dimittendi, & ſub ſpe fiduciæ, donec pecuniam redderet: emptorem verò, qui adeò intolerabili damno venditorem afficit, tam vili pretio emeos, emendi animum non habuiſſe, ſed ſecum animo agitaſſe de fructibus interim percipiendis pro vſu, & reditu ſuæ pecuniæ, quod vſura eſt, & illicitum. Siquidem ſibi perſuadere debet non ita fatuum, & ſupinum venditorem futurum, vt rem ſuam non redhibeat, vel ſuis, vel alienis pecuniis, inuento ſcilicet tandem alio emptore, qui meliorem conditionem adferat, quod inuenire non eſt difficile in tanta primæ venditionis inæqualitate, & circumuentione. Et verò in hoc negotio nihil aliud agi videtur, quàm vt emptor medij temporis fructus percipiat, & retineat, donec pecunia reddatur, quod ad vſorariam prauitaté decurrit ſecundum Didaci, & aliorom ſententiam, & præſertim ſi ipſa pactionis formula id ſuadeat, vt ſi non omnino libera ſit venditori redimendi facultas, vt *in d.c.ad noſtram. de empt.* Bald. *in conſ.487 num.1. lib.1.* & Cardin. *d lib.8.tit.20.num.8. & 9.* vel ſi qua alia coniectura concurrat, ex qua Iudex motum animi ſui confirmare valeat, vt puter colorem hîc fœnori quæſitum, & contractum ſimulatum eſſe. Vix enim eſt, vt non aliqua alia cooiectura concorrat, vt obſeruat idem Matt. Medic. *loc. cit. num.30. & 36.* & congruenter huic rei quidam docent, ſi in venditione læſio enormiſſima interuenerit, veluti cùm nec tertiam partem iuſti pretij venditor conſequutus eſt, corrigendam eſſe venditionem, & emptori electionem non dari, an ſupplere iuſtum pretium malit, & rem retinere. Sed condemnandum omninò rem cum fructibus reſtituere acceptâ pecuniâ, quam dedit, vel factâ compenſatione eius cum fructibus, ſi fortè conſumpti ſunt, perinde ac ſi nullum titulum haberet. Tanta enim, & tam intolerabilis læſio facit, vt contractui dolus re ipſa ineſſe intelligatur, ex quo non minus contractos irritus eſt, quàm ſi dolus ex propoſito interueniſſet, vt indicat. *l.36 ff. de verb. oblig.* & tradunt Cagnol. *in l.2. num.81.C.de reſcind.vend.* Theſaur. *in dec.165.num.6.& 7.* definitum eſt apud eund. Fabium *eod.tit.defin.3.* & nouiſſimè tradit Fontan. *in dec.64 num.2.* Quare cùm ex ſententia horum doctiſſimorum virorom contractus nullus ſit, cùm venditor in pretio enormiſſimè læditur, vt res cum fructibus reddenda ſit non aliter quàm ſi emptio fœneratitia videretur, id multo magis retinendum eſt, ſi cum tam immodica læſione pactio retuendendi concurrat, quæ licet ad ad læſionem minuendam prodeſſe videatur, magis tamen arguit contractum non animo emendi, & vendendi initum fuiſſe.

Illod tamen ſummoperè obſeruandum eſt, non omnes 15
coniectoras eandem vim habere, ſed alias aliis grauiores eſſe, & ipſas etiam inter ſe nunc maiorem, nunc minorem vim obtinere. Et licet hæc res nullâ certâ regolâ definiri poſſe videatur, quia tamen iſtiuſmodi præſumptionum vis, & poteſtas in eo poſita eſt, vt indicent animum contrahentiũ ab emptione, & venditione, & dominij tranſlatione alienum fuiſſe, & potius de pignore cootrahendo cogitaſſe, puto coniecturas leuiores, vel grauiores eſſe, quo magis, vel minus oſtendunt, vel ſuggerunt id verè inter contrahentes actum fuiſſe, ne in emptorem dominium transferretur *agrum l.reſcriptum. ff de distract.pignor.& l.35.§.vlt.ff.* 16
de pign.act. † Vt enim non poteſt dici contracta venditio, cùm id agitur ne dominium in emptorem tranſeat. *l.80. in fin.ff. de contrah. empt.* ita illa pactio magis ſuſpecta cenſeri debet, ex qua magis veriſimile eſt, venditorem nõ habuiſſe animum transferendi dominij, vel ex qua rei dominium minùs liberum, & minùs certum in emptorem transfertur, vt quæ proximè ad illam conuentionem accedat, quâ

D 2 id

Digitized by Google

id agitur, ne dominium transferatur. Nec enim ex qua-
licunque traditione dominium acquiritur, ſed inter alia
neceſſe eſt, vt fiat animo transferendi dominij, vt tradit
Theophil. Inſtit. *de rer. diuiſ.* §.40. vt non omnis numera-
tio obligat accipientem, ſed quoties id ipſum agitur, vt
confeſtim obligaretur *l. non omnis.* 19. *ff. de reb. cred.* † Ex
17 quo fit vt rectè inter fœnoris coniectutas pactum de retro-
uendendo cenſeatur, quia ſcilicet venditur non omninò
rem dimittere intelligitur: nec liberum rei ius, & arbitrium
in emptorem transfert, denique ſpe adhuc, & voluntate
dominus manet, & proinde plurimùm prodeſt ad detegen-
dum fœnus. Niſi ex interuallo inter emptorem & vendito-
rem, ita conueniat, cùm enim pactum hoc ex interuallo con-
trahitur, non eſt pars prioris contractus, neque ineſt con-
tractui *l. iuris gentium.* §. *quinimo. ff. de pact.* & ideo cenſetur
ſponte, & ex mera animi ſententia prouenire, vt multis au-
ctoribus citatis tradit Tiraq. *in præfat. lib. 2. de retract. num.* 6.
& diſſerit Menoch. *in d. præſ.* 121. *num.* 13. & Alex. Raudenſ.
de analog. cap. 30. *num.* 24. Neque enim debent ea quæ vti-
liter geſta ſunt, ex his quæ poſtea fiunt, irritari, & euer-
ti. Et quod omninò exploratum eſt, maior ſuſpicio ex pa-
cto incontinenti adiecto proficiſcitur, quàm ſi ex interuallo
facultas redhibendi venditori concedatur, vt ſcribit Paul.
Bellon. Iuriſconſultus elegans, & doctus *de poteſt. cor. quæ
fiunt incont. &c. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 8. Niſi ſi ab initio, & in ipſo
contractu actum ſit, vt poſtea interuallo hæc pactio fie-
ret. Hoc enim caſu nihil prodeſt interuallum ad hanc frau-
dis præſumptionem effugiendam: imò maior fraus inde
præſumitur, vt notat Tiraq. *eod. loc. num.* 9. & res ipſa de-
monſtrat. Et præſertim hæc pactio ſuam obtinet vim, ſi non
libera redimendi facultas ab initio venditori relinquatur,
veluti ſi conueniat, vt à ſeptennio in nouennium, vel aliud
tempus redimere tantum liceat, vt in *c. ad noſtram. de empt.*
18 *& vendit.* & reſpondit Crauet. *in conſ.* 156. *num.* 5. † Nam
hæc pactio manifeſtè arguit emptorem fructus medij tem-
poris ſaltem auferre voluiſſe in vicem vſurarum, vnde
hæc coniectura, ſi res viliſſimo dimiſſa ſit, id eſt, ſi nec
dimidium quidem iuſti pretij venditor habuit, ſufficit, vt
contractus fœneratitius cenſeatur, vt conſtat ex *d. cap. ad
noſtram.* & ſentiunt Crauet. *in d. conſ.* 156. *num.* 5. vbi ait ſine
dubio hæc duo ſufficere ad arguendum contractum ſimu-
latum, & vſurarium, idem Crauet. *in conſ.* 491. *num.* 13.
& alij quidam apud Cardin. Mantic. *d. tit.* 20. *num* 9. *in fin.*
Hieron. Gabriel. *in conſ.* 74. *num.* 9. & 10. *lib.* 1. Maſcard.
in concl. 441. *num.* 2. Chriſtoph. Mart. *in d. exam.* 20. *num.* 46.
& Grimaud. *de vſur. & contract. pignerat. lib.* 3. *cap.* 11.
num. 6. tametſi contrariam ſententiam amplexus ſit Præſes
Faber *lib. de error. pragmat. decad.* 9. *cap* 9. *num.* 5. Ait enim
Præſes: *Vtraque pactio licita eſt, ſi aliud nihil obſtet: & gene-
ralis regula iuris facit, vt quæcunque pactiones in rerum tradi-
tionibus apponuntur, eas ſeruari oporteat,* l. 48. ff. de pact. *non
ſolum ſi reſpiciant vtilitatem venditoris rem tradentis, quia non
aliter rem venditurus fuit, ſed ſi ſpectent ad commodum emptoris,
19 quia nec aliter ille empturus fuit.* Ita Præſes. † Sed negari non
poteſt, quin ex ea pacti formula maior auaritia, &
maior lucrandi auiditas, & ſolicitudo in emptore depre-
hendatur, & proinde pactionem hanc magis ſuſpectam,
& odioſam eſſe, vnde ſi res viliſſimo, id eſt, minus dimi-
dio iuſti pretij diſtracta ſit, huiuſmodi pactum velut longè
deterius poteſt impellere, & confirmare motum animi iu-
dicis, vt contractum fœneratitium eſſe pronuntiet. Quæ
procul dubio eſt ſententia eorum omnium, qui putant ex
ſola pactione de retrouendendo, & læſione vltra dimidium
iuſti pretij contractum pro fœneratitio cenſendum eſſe,
quos recenſui *num.* 14. quibus addo Caſtrenſ. *in conſ.* 306.
num. 5. *lib.* 2. Vrſill. *ad Afflict. in d. dec.* 65. *num.* 1. Valaſc.
conſ. 70. *num.* 6. vbi refert hanc ſententiam lege Luſitaniæ
eſſe confirmatam; alioſque auctores addere poſſem niſi ſem-
per ſcriptorum iuris nomenclaturam improbaſſem, vt qui-
dam faciunt etiam in iis, de quibus inter omnes conuenit,
hoc enim valde placet, *Ne quid nimis.*

20 Præterea ſciendum eſt non tantùm ex modicitate pretij,
pacto retrouendendi, & conſuetudine fœnerandi iſtiuſmo-
di ſimulationis coniecturas duci, licet hæ præcipuæ, vel
ſaltem frequentiores videantur, ſed ex aliis quàm plurimis
cauſis, pro rerum, temporis, & perſonarum varietate, vt re-
ctè tradit idem Præſes Faber *in d. tit. de pact. inter empt. &
vend. defin.* 4. Rolan. *conſ* 40. *num.* 23. *lib.* 2. & Gabriel. *in d.
conſ.* 74. *n.* 5. quia inquit ſatis eſt, vndecunque appareat con-
trahentes non habuiſſe animum emendi, & vendendi, aua-
ritia enim ſemper ingenioſa eſt ad noua pacta in ſui fauo-
rem excogitanda, quæ licet nullibi inciderint, poſſunt ta-
men mouere animum iudicis, vt ſuſpicetur fœnus ſub ſpe-
cie alterius contractus agitatum fuiſſe. Et iuuat quod dixi-
mus ex *d. l.* 3. §. *eiuſdem. ff. de teſtibus.* iudicis cognitionem non
vni generi probationum illigari. Et proinde ex his omnibus
cauſis coniecturæ, & argumenta duci poſſunt, quæ ſuadent
venditorem vendendi animum non habuiſſe, neque empto-
rem emendi: ſed potiùs de acquirendo reditu vſurario, vel
de lucrandis fructibus loco vſurarum cogitaſſe, & quæ ve-
luti per veſtigia ducunt ad rei geſtæ veritatem eruendam.
† Ex quo etiam illud eſt, vt quemadmodum ex traditione 21
fundi, & pacifica multorum annorũ poſſeſſione fortiſſimum
argumentum ducitur rem verè, & ſine fraude venditam fuiſ-
ſe, vt dicit Grimaud. *d. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 5. ita ex retentione
rei grauis ſimulationis & pignoris coniectura deſcendat. Nec
enim præſumitur animum alienandi habuiſſe, qui rei poſ-
ſeſſionem retinuit *l. ſicut.* §. *ſuperuacuum. ff. quib. mod. pign. vel
hypoth. ſoluit. l. ſi quis.* 3. *C. de naturalib. lib.* Annæus Robert. *rer.
iudicat. lib.* 2. *cap.* 8. vbi ait hoc eſſe maximum ſimulationis
argumentum. † Quæ quidem coniectura non ex eo reii- 22
cienda eſt, quod fortè venditor rem ab emptore pro certa
annua penſione conduxerit, vt quidam putant apud eund.
Maſcard. *concl.* 479. *num.* 22. & 29 & Menoch. *de arbitr. iu-
dic. lib.* 2. *caſ.* 39. *n.* 16. quia licet hæc pactio ex ſe licita ſit, *l.
ſi ſterilis.* §. *ſi tibi. ff. de act. empt. l. qui fundum.* 75. *ff. de con-
trah. empt. ff. de peric. & commod. rei vend.* & proinde explora-
tum ſit hanc ſolam coniecturam non ſufficere, vt contra-
ctus pro fœneratitio habeatur, veriùs tamen eſt per loca-
tionem, & conductionem, ſtatim poſt alienationem factam
non ceſſare ſuſpicionem fraudis, ſed hinc potius augeri, cùm
non ſit veriſimile quempiam fundum emere, & illum ei-
dem venditori relinquere, quamuis ſub certo annuo redi-
tu, à quo deinde controuerſiam proprietatis patiatur, vt
aliorum exempla commonent. Nihilque magis cauti, &
prouidi emptores curare ſolent, quàm rerum venditarum
poſſeſſionem adipiſci, & ne venditor, & eius familia, & li-
beri agros, & domos venditas ingrediantur: & ſi fortè eas
locare velint, eas potius alteri, quàm vẽditori, aut eius filiis
etiam minore penſione locare conſueuiſſe: & proinde con-
currentibus aliis coniecturis id plurimum prodeſſe ad dete-
gendum fœnus. † Et præſertim ſi penſio non fructibus rei, 23
ſed vſuris pretij reſpondeat, quæ in regione frequentan-
tur. Hoc enim caſu euidens elicitur coniectura emptorem
de reditu pecuniæ acquirendo potius cogitaſſe. Vera enim
conductio ſolet æſtimationem penſionis inire ex ratione
fructuum, cum per eam fiat vt fructus conductori acqui-
rantur, tanquam percepti ex domini voluntate *l.* 61. §. *loca-
ui. ff. de furt. l.* 15. *ff. loc.* & notat Faber in *d. defin.* 4. *C. de pact.
inter empt. & vendit.* & ita ſentiunt Caroc. *in lib. de locat. tit.
de vſur. queſt.* 3. *n.* 28. & alij plurimi quos refert Farin. *quæſt.*
163. *num.* 111. Rota apud eundem *par.* 2. *dec.* 99. *num.* 5. & An-
ton Sola *ad conſtit. Sabaud de pact. inter empt. & vendit. gloſ.* 1.
par. 1. *num.* 14. & ex hac ſola coniectura, & facultate redi-
mendi contractum fœneratitium in Senatu Pariſienſi pro-
nuntiatum fuiſſe memorat Grimaud. *d. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 9.
& cap 14. *num.* 3. † Hinc etiam probatum eſt contractum 24
fœnore inquinatum cenſeri, ſi bona vendita ipſi vendito-
ri ab emptore locentur pro minori reditu, quam colligat
ratio fructuum, vt ſi fortè ex domo, vel agro vendito tri-
ginta redigi ſoleant, & emptor decem, vel duodecim dum-
taxat ſtipuletur loco penſionis. Nam ſi hæc vera eſſet lo-
catio, & res verè fuiſſet quæſita emptori, non eſt veri-
ſimile, quod rem ſuam ſub exigua penſione locare voluiſ-
ſet *arg. l. cum de indebito.* §. *ſin vero. ff. de probat. & l. ſi vero* §. *ado-
leſcens ff. mand.* & ideo locando ſub modica penſione argui-
tur animus emptoris, quod tantum de quæſtu pecuniæ ſoli-
citus fuit, & ita ſimulationẽ arguit Bald in *d. conſ.* 311. *n.* 11.
lib. 5.

Digitized by Google

lib.5. Cranet. *in d. conſ.* 156. *num.* 12. Cæpoll. *de ſimulat.*
*contract.præſ.*16.*&* 17.quos ſecutus eſt Maſcard.*in concl.*442.
25 *num.* 1. † Quod tamen non ita accipiendum eſt; ne te in-
cautum Maſcardus fallat, vt hæc ſola coniectura ſufficiat,
ſed pactione retrouendendi, & aliis coniecturis concurren-
tibus, & vt mihi quidem videtur, cum hæc modica penſio
concurrit cum vſuris pecuniæ, quas in loco contractus fœ-
neratores exercent, vel ipſe emptor exigere ſolet, ſecun-
dum ea quæ proximè dicta ſunt. Alioqui ſi penſio minor eſt,
quam colligat ratio vſurarum, hinc potius illiciti fœnoris
præſumptio excludi videtur *arg. l.*14. *C.de vſur.* & pactum
vt fundus pro modica penſione conductus ſit venditori, pars
pretij eſſe poteſt, *d.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi.ff. de act.empt.* vt reli-
qua pacta, quæ fauorem, & commodum venditoris ſpe-
ctant *l.fundi partem. ff.de contrah.empt.l. ſi venditor.§. ſi quid.ff.*
de ſer. export. & proinde coniectura ita demum ad fœnoris,
& fraudis probationem prodeſt, ſi alia indicia, & argu-
menta concurrant. † Quâ ratione etiam fit, aliis con-
iecturis concurrentibus, ſi maior ſit penſio quàm re-
26 ditus rei, magnum præbeat ſimulationis argumentum,
Nam ſi vera eſſet conductio, venditor, idémque con-
ductor, qui rei ſuæ fructus ſcire præſumitur, penſionem
non promitteret, quæ rei reditum excedat, vt ſcribunt
Alciat. *conſ.*3. *num.*10. Grat. *in conſ.*11. *num.*18. & alij, quos
refert idem Anton. Sola *loc.cit. num.*14. Augeturque ex con-
ductione ſuſpicio, ſi per multos annos repetita ſit, nec au-
ctâ, nec imminutâ mercede, quoniam pro varietate tem-
porum ſoleant mutari pretia, vt rerum, ita & locationum,
& operarum, *l.*63. *ff ad l.falc.l.*15. *§.Papinianus.ff.loc.* & cenſet
idem Faber *defin.*7. *in plus valer. quod agit. num.*5.

27 His congruenter dicendum eſt, ſi poſt contractam em-
ptionem non tantùm venditor rem conduxit, ſed etiam
conſtat rem in cenſu, & æſtimio venditoris permanſiſſe, ne-
que profeſſionem cenſualem eſſe tranſlatam, & venditorem
rei venditæ tributa, & collectas poſt venditionem indictas
ſoluiſſe, & alia onera ratione rei ſubiiſſe, id fœnoris, &
pignoris indicium eſſe, quæ eſt ſententia Baldi, Afflicti,
Pariſij, & aliorum, quos refert idem Antonius Sola *loc.*
*cit.num.*18. quod etiam docet aliis auctoribus citatis Ro-
28 land. à Vall *in d.conſ.*33. *&* 35. *num.*40. *lib.*2. † licet idem Sola
hanc coniecturam reiiciat, quia inquit, venditor illa poteſt
ab emptore repetere, tamen negari non debet hinc ſimu-
lationis, & vſuræ coniecturam proficiſci, & præſertim, ſi
expreſsè actum eſt, vt venditor idémque conductor duran-
te conductione onera præſtaret, in quibus terminis Rolan.
& alij ferè omnes loquuntur, quia, cum hæc onera domi-
nium ſequantur, *l.*10. *C.de annon. & trib.l.*1. *C. de indict.l.*59.
§ pactum. ff.de pact. conſequens eſt id argumento eſſe domi-
nium non fuiſſe translatum, & conductorem adhuc domi-
num eſſe: vt enim rei poſſeſſio, & fructuum perceptio ar-
gumentum eſt ſimulationis, quia fructus ſequuntur domi-
nium *l.*25. *in princ.ff. de vſur.* ita prorſus ſolutio eorum, quæ
ad dominium pertinet non tranſlati dominij argumentum
facit, & iudicis motum confirmare poteſt aliis coniecturis
concurrentibus, vt pignus potius contractum eſſe opinetur.
29 † Et ſanè cum inter emptorem, & venditorem pactum
hoc illicitum ſit, id eſt, vt venditor prædij cenſus, & tri-
buta pendat *l.*1. *& vlt.C.ſine cenſ. vel reliq.* iuſtum verò, &
legitimum ſit inter creditorem, & debitorem, vt debitor
rei pignori traditæ functiones præſtet, *l.inter.*42. *& l.*52. *§.*
pactum ff.de pact. Et proinde hæc pactio naturæ venditionis
repugnet, & conueniat pignori, argumento eſt hic
pignus potius eſſe contractum, & eum adhuc dominum eſ-
ſe, qui onera, & tributa ſuſtinet, aliis ſcilicet coniecturis
idem ſuadentibus, vt proximè dixi. Cuius tamen coniectu-
ræ nulla habenda eſt ratio, ſi fortè proponatur conducto-
rem iſtiuſmodi ſumptus repetiiſſe, vel ex penſione deduxiſ-
ſe: & hoc caſu puto ſenatoris Solæ ſententiam accipiendam
30 eſſe. † Ex quo etiam puto inter coniecturas contracti pigno-
ris cenſeri debere, ſi fortè inter emptorem, & venditorem
actum ſit, vt periculum rei, & fructuum ſit venditoris.
Nam cùm perfecta emptione omne periculum ad empto-
rem pertineat *l.*1. *& 7.ff.de peric. & comm. rei vendit. l.*1. *C.*
eod. tit. pignoris verò periculum ſit debitoris, nec illius
amiſſione, peremptione liberetur. *l.*6. *C.de pignor. act.§. vlt.*
Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig.l ſicut. 19. *C.de pignor.* Et
proinde hæc pactio ab emptionis natura remota ſit, &
conueniat pignori, præſtat pigneratitij contractus argu-
mentum Idémque dicendum eſt, ſi venditor idémque condu-
ctor caſus fructuum in ſe ſuſcipiat, cùm enim ex natura con-
tractus locationis vis maior, & fatalia damna conductori
nocere non debeant *l.*25. *§ vis maior ff. loc.* quia in vera, &
iuſta locatione is, qui agrum conduxit, fructus eius emere
videtur ideoque ſi caſus aliquis illos auferat, æquum eſt
penſionē conductori remitti, argum. *l* 8. *de contr.empt* Quam-
obrem ſi inter emptorem, & venditorem, qui agrum veluti
conductum retinet, actum ſit, vt caſus fructuum ad vendi-
torem pertineat, hæc res aliquantulum à natura veræ loca-
tionis diſcedit, & argumēto eſt emptorē de reditu pecunia-
rio potius ſolicitum fuiſſe, & concurrentibus aliis conie-
cturis venditionem, & conductionem ſimulatam, & extortā
fuiſſe. Cuius quidem rei nullum auctorem habeo, ſed res
mihi videtur perſpicua.

Denique obſeruandum eſt huiuſmodi indicia, & præ- 31
ſumptiones, quæ veluti per veſtigia ducunt iudices tan-
quam venatores veritatis ad detegendū fœnus, plenè, ac per-
fectè in ſuo genere probari debere, vt ſenſit Afflict. *in dec.*65.
Anton. Sola *loc. cit. num.* 6. *&* 14. Cardin. Mantic. *de tac.*
*& ambig. conuent. lib.*8. *tit.*20. *num.*30. Surd. *in conſ.*327. *num.*
45. *&* 49. Burſat. *in conſ.*117. *num.* 21. *lib.*1. & alij apud Io-
ſeph. Lud. *in concl.*51. *in princ.* Famian. Centolin. *ad dec.*25.
*poſt lib.*1. *conſ. Farin.* & Præſes Faber *tit.de probat. & praeſ.de-*
*fin.*51. Nam inquit indicia per indicia probari abſurdum eſt,
cùm ea ratione daretur progreſſus in infinitum. Et cùm
ex indiciis fœnoris intentio, & prauitas retexenda ſit, ne-
ceſſe eſt indicia in ſuo genere certa eſſe debere, quia non
poteſt aliquid ex alio colligi, niſi illud ex quo colligitur,
certum ſit, vt docet Quintil. *lib.*5. *c.*10. quod quidē tutius eſt,
quam quod tradit Medic. *in d.exam.*20. *n.*53. probationes im-
perfectas, & teſtes ſingulares in hoc genere admitti. † Nam 32
generaliter cōſtitutum eſt inter auctores iuris, vt indicia, vel
duobus teſtibus, vel aliis probationum modis plenè probari
debeant ex gloſſ. *in l.vlt. C.fam.hercisc.*, quam communiter
doctores ſequi refert Farinac. *quæſt.*37. *num.*13. Quare cum
indicia per ſe incerta ſint, & ex indiciis iudicare ſatis pericu-
loſum ſit, quandoquidem placuit hac in re indiciis vti ſal-
tem neceſſe eſt, vt de illis plenè, & perfectè appareat, an-
tequam Iudex ex iis motum animi ſui confirmare debeat &
iudicet. Ex quo fit, vt ſi venditor contractum venditionis
ſimulatum eſſe dicat, idque ex pacto retrouendēdi, conſuetu-
dine fœnerandi, læſione, & aliis coniecturis contendat, illas
planè probare debeat. † Et vt reliquas omittam, læſio in 33
pretio, quæ magna eſt coniectura fraudis, probanda eſt inſ-
pecto valore rei, qui erat tempore contractus, non minùs
quàm cùm de reſcindēda ex hac cauſa venditione agitur. *l.*8.
C.de reſcind.vend. cùm pretia rerū curſu temporis mutari ſo-
leant, vt dixi & præſertim agrorū quorū, valor, vt diligenti
cultura ampliatur, ita minuitur negligentia, *l.*3. *§. di-*
ui Fratres.ff.de iur.fiſc. idque apud omnes etiam in hoc genere
receptum eſt. In quo tamen plerique exiſtimauerunt ha-
bendam eſſe rationem pacti de reuendendo ad minuendam
æſtimationem rei: Ita enim ſentiunt Panorm. *in d. c. ad*
noſtram. in fin. & in c.in aliquibus. de decim vbi ait, hac in re
errare plurimos. Dec. *in conſ.* 167. *conſ.* 308. Iaſon *in*
conſ. 153. *num.* 13. *lib.*4. Cagnol. *ad l.*2. *C. de pact. inter*
empt. & vend. num. 58. & alij ſanè plurimi, quos recen-
ſet Tiraq. *in præfat. lib.* 2. *de retract. num.*20. Hos ſequuntur
Rolandus à Vall *in d.conſ.*40. *num.*17. *lib.*2. Honded. *in conſ.*
33. *num.*63. *lib.*2. & ita cenſuit Rota inter recentiſſ. *dec.*435.
num. 8. *par.*2. *anno.*1617. Gratian. *diſcept. Forenſ. lib.*3. *cap.*
600. *num.*8. & Carol. de Graſſ. *in d.except.*28. *num.*27. & aliis
citatis Caſtill. *in d. cap.*25. *num.* 63. *&* 64. *lib.*2. quæ tamen
ſententia non placet: Etenim magis eſt, vt in hoc genere
nulla habeatur ratio pacti in conſtituenda æſtimatione rei,
vt docet Arius Pinell. *ad l.*2 *par.* 3. *cap.* 4. *num.* 19. *de*
reſcind. vend. & Gabriel. *in d.conſ.*74. *num.*21. vbi ait, id ſatis
probari ex *d.c.ad noſtram.* Valaſc. *conſ.*70. *num.*11. Borgnin.
dec. 1. *num.* 27. *par.*1. Laderch. *in conſ.* 132. *num.* 3. & alij
apud

id agitur, ne dominium transferatur. Nec enim ex qua-
licunque traditione dominium acquiritur, ſed inter alia
neceſſe eſt, vt fiat animo transferendi dominij, vt tradit
Theophil. Inſtit. *de rer. diuiſ.* §.40. vt non omnis numera-
tio obligat accipientem, ſed quoties id ipſum agitur, vt
confeſtim obligaretur *l. non omnis. 19. ff. de reb. cred.* † Ex
17 quo fit vt recte inter fœnoris coniecturas pactum de retro-
uendendo cenſeatur, quia ſcilicet venditor non omninò
rem dimittere intelligitur: nec liberum rei ius, & arbitrium
in emptorem transfert, denique ſpe adhuc, & voluntate
dominus manet, & proinde plurimùm prodeſt ad detegen-
dum fœnus. Niſi ex interuallo inter emptorem & vendito-
rem, ita conueniat, cùm enim pactum hoc ex interuallo con-
trahitur, non eſt pars prioris contractus, neque ineſt con-
tractui *l. iuris gentium. §. quinimo. ff. de pact.* & ideo cenſetur
ſponte, & ex mera animi ſententia prouenire, vt multis au-
ctoribus citatis tradit Tiraq. *in præfat. lib. 2. de retract. num. 6.*
& diſſerit Menoch. *in d. præſ. 122. num. 13.* & Alex. Raudenſ.
de analog. cap. 30. num. 264. Neque enim debent ea quæ vti-
liter geſta ſunt, ex his quæ poſtea fiunt, irritari, & euer-
ti. Et quod omninò exploratum eſt, maior ſuſpicio ex pa-
cto incontinenti adiecto proficiſcitur, quàm ſi ex interuallo
facultas redhibendi venditori concedatur, vt ſcribit Paul.
Bellon. Iuriſconſultus elegans, & doctus *de poteſt. cor. quæ
fiunt incont. &c. lib. 1. cap. 2. n. 8.* Niſi ſi ab initio, & in ipſo
contractu actum ſit, vt poſtea interuallo hæc pactio fie-
ret. Hoc enim caſu nihil prodeſt interuallum ad hanc frau-
dis præſumptionem effugiendam: imò maior fraus inde
præſumitur, vt notat Tiraq. *eod. loc. num. 9.* & res ipſa de-
monſtrat. Et præſertim hæc pactio ſuam obtinet vim, ſi non
libera redimendi facultas ab initio venditori relinquatur,
veluti ſi conueniat, vt à ſeptennio in nouennium, vel aliud
tempus redimere tantum liceat, vt in *c. ad noſtram. de empt.*
18 *& vendit.* & reſpondit Crauet. *in conſ. 156. num. 5.* † Nam
hæc pactio manifeſtè arguit emptorem fructus medij tem-
poris ſaltem auferre voluiſſe in vicem vſurarum, vnde
hæc coniectura, ſi res viliſſimo dimiſſa ſit, id eſt, ſi nec
dimidium quidem iuſti pretij venditor habuit, ſufficit, vt
contractus fœneratitius cenſeatur, vt conſtat ex *d. cap. ad
noſtram.* & ſentiunt Crauet. *in d. conſ. 156. num. 5.* vbi ait ſine
dubio hæc duo ſufficere ad arguendum contractum ſimu-
latum, & vſurarium, idem Crauet. *in conſ. 491. num. 13.*
& alij quidam apud Cardin. Mantic. *d. tit. 20. num 9. in fin.*
Hieron. Gabriel. *in conſ. 74. num. 9. & 10. lib. 1.* Maſcard.
in concl. 441. num. 2. Chriſtoph. Mart. *in d. exam. 20. num. 46.*
& Grimaud. *de vſur. & contract. pignerat. lib. 3. cap. 12.
num. 6.* tametſi contrariam ſententiam amplexus ſit Præſes
Faber *lib. de error. pragmat. decad. 9. cap 9. num. 5.* Ait enim
Præſes: *Vtraque pactio licita eſt, ſi aliud nihil obſtet: & gene-
ralis regula iuris facit, vt quæcunque pactiones in rerum tradi-
tionibus apponuntur, eas ſeruari oporteat*, l. 48. ff. de pact. *non
ſolum ſi reſpiciant vtilitatem venditoris rem tradentis, quia non
aliter rem venditurus fuit, ſed ſi ſpectent ad commodum emptoris,*
19 *quia nec aliter ille empturus fuit.* Ita Præſes. † Sed negari non
poteſt, quin ex ea pacti formula maior auaritia, &
maior lucrandi auiditas, & ſolicitudo in emptore depre-
hendatur, & proinde pactionem hanc magis ſuſpectam,
& odioſam eſſe, vnde ſi res viliſſimo, id eſt, minus dimi-
dio iuſti pretij diſtracta ſit, huiuſmodi pactum veluti longè
deterius poteſt impellere, & confirmare motum animi Iu-
dicis, vt contractum fœneratitium eſſe pronuntiet. Quæ
procul dubio eſt ſententia eorum omnium, qui putant ex
ſola pactione de retrouendendo, & læſione vltra dimidium
iuſti pretij contractum pro fœneratitio cenſendum eſſe,
quos recenſui *num. 14.* quibus addo Caſtrenſ. *in conſ. 306.
num. 5. lib. 2.* Vrſill. *ad Afflict. in d. dec. 65. num. 1.* Valaſc.
conſ. 70. num. 6. vbi refert hanc ſententiam lege Luſitaniæ
eſſe confirmatam: alioſque auctores addere poſſem niſi ſem-
per ſcriptorum iuris nomenclaturam improbaſſem, vt qui-
dam faciunt etiam in iis, de quibus inter omnes conuenit,
hoc enim valde placet, *Ne quid nimis.*

20 Præterea ſciendum eſt non tantùm ex modicitate pretij,
pacto retrouendendi, & conſuetudine fœnerandi iſtiuſmo-
di ſimulationis coniecturas duci, licet hæ præcipuæ, vel
ſaltem frequentiores videantur, ſed ex aliis quàm plurimis
cauſis, pro rerum, temporis, & perſonarum varietate, vt re-
ctè tradit idem Præſes Faber *in d. tit. de pact. inter empt. &
vend. defin. 4.* Rolan. *conſ. 40. num. 23. lib. 2.* & Gabriel. *in d.
conſ. 74. n. 5.* quia inquit ſatis eſt, vndecunque appareat con-
trahentes non habuiſſe animum emendi, & vendendi, aua-
ritia enim ſemper ingenioſa eſt ad noua pacta in ſui fauo-
rem excogitanda, quæ licet nullibi inciderint, poſſunt ta-
men mouere animum Iudicis, vt ſuſpicetur fœnus ſub ſpe-
cie alterius contractus agitatum fuiſſe. Et iuuat quod dixi-
mus ex *d. l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtibus.* iudicis cognitionem non
vni generi probationum illigari. Et proinde ex his omnibus
cauſis coniecturæ, & argumenta duci poſſunt, quæ ſuadent
venditorem vendendi animum non habuiſſe, neque empto-
rem emendi: ſed potiùs de acquirendo reditu vſurario, vel
de lucrandis fructibus loco vſurarum cogitaſſe, & quæ ve-
luti per veſtigia ducunt ad rei geſtæ veritatem eruendam.
† Ex quo etiam illud eſt, vt quemadmodum ex traditione 21
fundi, & pacifica multorum annorũ poſſeſſione fortiſſimum
argumentum ducitur rem verè, & ſine fraude venditam fuiſ-
ſe, vt dicit Grimaud. *d. lib. 3. cap. 14. num. 5.* ita ex retentione
rei grauis ſimulationis & pignoris coniectura deſcendat. Nec
enim præſumitur animum alienandi habuiſſe, qui rei poſ-
ſeſſionem retinuit *l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pign. vel
hypoth. ſoluit. l. ſi quis. 3. C. de naturalib. lib.* Annæus Robert. *rer.
iudicat. lib. 2. cap. 8.* vbi ait hoc eſſe maximum ſimulationis
argumentum. † Quæ quidem coniectura non ex eo reii- 22
cienda eſt, quod fortè venditor rem ab emptore pro certa
annua penſione conduxerit, vt quidam putant apud eund.
Maſcard. *concl. 479. num. 22. & 29.* & Menoch. *de arbitr. iu-
dic. lib. 2. caſ. 39. n. 16.* quia licet hæc pactio ex ſe licita ſit, *l.
ſi ſterilis. §. ſi tibi. ff. de act. empt. l. qui fundum. 75. ff. de con-
trah. empt. ff. de peric. & commod. rei vend.* & proinde explora-
tum ſit hanc ſolam coniecturam non ſufficere, vt contra-
ctus pro fœneratitio habeatur, verius tamen eſt per loca-
tionem, & conductionem, ſtatim poſt alienationem factam
non ceſſare ſuſpicionem fraudis, ſed hinc potius augeri, cùm
non ſit veriſimile quempiam fundum emere, & illum ei-
dem venditori relinquere, quamuis ſub certo annuo redi-
tu, à quo deinde controuerſiam proprietatis pariatur, vt
aliorum exempla commonent. Nihilque magis cauti, &
prouidi emptores curare ſolent, quàm rerum venditarum
poſſeſſionem adipiſci, & ne venditor, & eius familia, & li-
beri agros, & domos venditas ingrediantur: & ſi fortè eas
locare velint, eas potius alteri, quàm vẽditori, aut eius filiis
etiam minore penſione locare conſueuiſſe: & proinde con-
currentibus aliis coniecturis id plurimum prodeſſe ad dete-
gendum fœnus. † Et præſertim ſi penſio non fructibus rei, 23
ſed vſuris pretij reſpondeat, quæ in regione frequentan-
tur. Hoc enim caſu euidens elicitur coniectura emptorem
de reditu pecuniæ acquirendo potius cogitaſſe. Vera enim
conductio ſolet æſtimationem penſionis inire ex ratione
fructuum, cum per eam fiat vt fructus conductori acqui-
rantur, tanquam percepti ex domini voluntate *l. 61. §. loca-
ui. ff. de furt. l. 15 ff. loc.* & notat Faber in *d. defin. 4. C. de pact.
inter empt. & vendit.* & ita ſentiunt Caroc. *in lib. de locat. tit.
de vſur. quæſt. 3. n. 28.* & alij plurimi quos refert Farin. *quæſt.
163. num. 111.* Rota apud eundem *par. 2. dec. 99. num. 5.* & An-
ton. Sola *ad conſtit. Sabaud de pact. inter empt. & vendit. gloſ. 1.
par. 1. num. 14.* & ex hac ſola coniectura, & facultate redi-
mendi contractum fœneratitium in Senatu Pariſienſi pro-
nuntiatum fuiſſe memorat Grimaud. *d. lib. 3. cap. 9. num. 9.
& cap. 14. num. 3.* † Hinc etiam probatum eſt contractum 24
fœnore inquinatum cenſeri, ſi bona vendita ipſi vendito-
ri ab emptore locentur pro minori reditu, quam colligat
ratio fructuum, vt ſi fortè ex domo, vel agro vendito tri-
ginta redigi ſoleant, & emptor decem, vel duodecim dun-
taxat ſtipuletur loco penſionis. Nam ſi hæc vera eſſet lo-
catio, & res verè fuiſſet quæſita emptori, non eſt veri-
ſimile, quod rem ſitam ſub exigua penſione locare voluiſ-
ſet *arg. l. cum de indebito. §. ſin vero. ff. de probat. & l. ſi vero §. ado-
leſcens. ff. mand.* & ideo locando ſub modica penſione argui-
tur animus emptoris, quod tantum de quæſtu pecuniæ ſoli-
citus fuit, & ita ſimulationẽ arguit Bald. in *d. conſ. 311. n. 11.
lib. 5.*

lib. 5. Crauet. *in d. conſ.* 156. *num.* 12. Cæpoll. *de ſimulat. contract. præſ.* 16. *&* 17. quos ſecutus eſt Maſcard. *in concl.* 442.
25 *num.* 1. † Quod tamen non ita accipiendum eſt; ne te incautum Maſcardus fallat, vt hæc ſola coniectura ſufficiat, ſed pactione retrouendendi, & aliis coniecturis concurrentibus, & vt mihi quidem videtur, cum hæc modica penſio concurrit cum vſuris pecuniæ, quas in loco contractus fœneratores exercent, vel ipſe emptor exigere ſolet, ſecundum ea quæ proximè dicta ſunt. Alioqui ſi penſio minor eſt, quam colligat ratio vſurarum, hinc potius illiciti fœnoris præſumptio excludi videtur *arg. l.* 14. *C. de vſur.* & pactum vt fundus pro modica penſione conductus ſit venditori, pars pretij eſſe poteſt, *d. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ff. de act. empt.* vt reliqua pacta, quæ fauorem, & commodum venditoris ſpectant *l. fundi partem. ff. de contrah. empt. l. ſi venditor. §. ſi quid. ff. de ſer. export.* & proinde coniectura ita demum ad fœnoris, & fraudis probationem prodeſt, ſi alia indicia, & argumenta concurrant. † Quâ ratione etiam fit, aliis coniecturis concurrentibus, ſi maior ſit penſio quàm reditus rei, magnum præbeat ſimulationis argumentum.
26 Nam ſi vera eſſet conductio, venditor, idémque conductor, qui rei ſuæ fructus ſcire præſumitur, penſionem non promitteret, quæ rei reditum excedat, vt ſcribunt Aleiat. *conſ.* 3. *num.* 10. Grat. *in conſ.* 11. *num.* 18. & alij, quos refert idem Anton. Solâ *loc. cit. num.* 14. Augeturque ex conductione ſuſpicio, ſi per multos annos repetita ſit, nec auctâ, nec imminutâ mercede, quoniam pro varietate temporum ſoleant mutari pretia, vt rerum, ita & locationum, & operarum, *l.* 63. *ff. ad l. falc. l.* 15. *§. Papinianus. ff. loc.* & cenſet idem Faber *defin.* 7 *tit. plus valer. quod agit. num.* 5.

27 His congruenter dicendum eſt, ſi poſt contractam emptionem non tantùm venditor rem conduxit, ſed etiam conſtat rem in cenſu, & æſtimio venditoris permanſiſſe, neque profeſſionem cenſualem eſſe tranſlatam, & venditorem rei venditæ tributa, & collectas poſt venditionem indictas ſoluiſſe, & alia onera ratione rei ſubiiſſe, id fœnoris, & pignoris indicium eſſe, quæ eſt ſententia Baldi, Afflicti, Pariſij, & aliorum, quos refert idem Antonius Sola *loc. cit. num.* 18. quod etiam docet aliis auctoribus citatis Ro-
28 land. à Vall *in d. conſ.* 33. *&* 35. *num.* 40. *lib.* 2. † licet idem Sola hanc coniecturam reiiciat, quia inquit, venditor illa poteſt ab emptore repetere, tamen negari non debet hinc ſimulationis, & vſuræ coniecturam proficiſci; & præſertim, ſi expreſsè actum eſt, vt venditor idémque conductor durante conductione onera præſtaret, in quibus terminis Rolan. & alij ferè omnes loquuntur, quia, cum hæc onera dominium ſequantur, *l.* 10. *C. de annon. & trib. l.* 1. *C. de indict. l.* 59. *§ pactum. ff. de pact.* conſequens eſt id argumento eſſe dominium non fuiſſe tranſlatum, & conductorem adhuc dominum eſſe: vt enim rei poſſeſſio, & fructuum perceptio argumentum eſt ſimulationis, quia fructus ſequuntur dominium *l.* 25 *in princ. ff. de vſur.* ita prorſus ſolutio eorum, quæ ad dominium pertinet non tranſlati dominij argumentum facit, & iudicis motum confirmare poteſt aliis coniecturis concurrentibus, vt pignus potius contractum eſſe opinetur.
29 † Et ſanè cum inter emptorem, & venditorem pactum hoc illicitum ſit, id eſt, vt venditor prædij cenſus, & tributa pendat *l.* 1. *& vlt. C. ſine cenſ. vel reliq.* iuſtum verò, & legitimum ſit inter creditorem, & debitorem, vt debitor rei pignori traditæ functiones præſtet, *l. inter.* 42. *& l.* 52. *§. pactum ff. de pact.* Et proinde hæc pactio naturæ venditionis repugnet, & conueniat pignori, argumento eſt hic pignus potius eſſe contractum, & eum adhuc dominum eſſe, qui onera, & tributa ſuſtinet, aliis ſcilicet coniecturis idem ſuadentibus, vt proximè dixi. Cuius tamen coniecturæ nulla habenda eſt ratio, ſi fortè proponatur conductorem iſtiuſmodi ſumptus repetiiſſe, vel ex penſione deduxiſſe: & hoc caſu puto ſenatoris Solæ ſententiam accipiendam
30 eſſe. † Ex quo etiam puto inter coniecturas contracti pignoris cenſeri debere, ſi fortè inter emptorem, & venditorem actum ſit, vt periculum rei, & fructuum ſit venditoris. Nam cùm perfecta emptione omne periculum ad emptorem pertineat *l.* 1. *&* 7. *ff. de peric. & comm. rei vendit. l.* 1. *C. eod. tit.* pignoris verò periculum ſit debitoris, nec illius amiſſione, peremptione liberetur. *l.* 6 *C. de pignor. act. §. vlt. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. l. ſicut.* 19. *C. de pignor.* Et proinde hæc pactio ab emptionis natura remota ſit, & conueniat pignori, præſtat pigneratitij contractus argumentum. Idémque dicendum eſt, ſi venditor idémque conductor caſus fructuum in ſe ſuſcipiat, cùm enim ex natura contractus locationis vis maior, & fatalia damna conductori nocere non debeant *l.* 25. *§ vis maior ff. loc.* quia in vera, & iuſta locatione is, qui agrum conduxit, fructus eius emere videtur ideóque ſi caſus aliquis illos auferat, æquum eſt penſionē conductori remitti, argum. *l.* 8. *de contr. empt.* Quamobrem ſi inter emptorem, & venditorem, qui agrum veluti conductum retinet, actum ſit, vt caſus fructuum ad venditorem pertineat, hæc res aliquantulum à natura veræ locationis diſcedit, & argumētō eſt emptorē de reditu pecuniæ potius ſolicitum fuiſſe, & concurrentibus aliis coniecturis venditionem, & conductionem ſimulatam, & extortā fuiſſe. Cuius quidem rei nullum auctorem habeo, ſed res mihi videtur perſpicua.

Denique obſeruandum eſt huiuſmodi Indicia, & præ- 31
ſumptiones, quæ veluti per veſtigia ducunt iudices tanquam venatores veritatis ad detegendū fœnus, plenè, ac perfectè in ſuo genere probari debere, vt ſenſit Afflict. *in dec.* 65. Anton. Sola *loc. cit. num.* 6. *&* 14. Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 8. *tit.* 20. *num.* 30. Surd. *in conſ.* 327. *num.* 48. *&* 49. Burſat. *in conſ.* 117. *num.* 21. *lib.* 1. & alij apud Ioſeph. Lud. *in concl.* 51. *in princ.* Famian. Centolin. *ad dec.* 25. *poſt lib.* 1. *conſ. Farin.* & Præſes Faber *tit. de probat. & præſ. defin.* 51. Nam inquit indicia per indicia probari abſurdum eſt, cùm ea ratione daretur progreſſus in infinitum. Et cùm ex indiciis fœnoris intentio, & prauitas retexenda ſit, neceſſe eſt indicia in ſuo genere certa eſſe debere, quia non poteſt aliquid ex alio colligi, niſi illud ex quo colligitur, certum ſit, vt docet Quintil. *lib.* 5. *c.* 10. quod quidē tutius eſt, quam quod tradit Medic. *in d. exam* 20. *n.* 33. probationes imperfectas, & teſtes ſingulares in hoc genere admitti. † Nam 32
generaliter cōſtitutum eſt inter auctores iuris, vt indicia, vel duobus teſtibus, vel aliis probationum modis plenè probari debeant ex gloſſ. *in l. vlt. C. fam. hercisc.*, quam communiter doctores ſequi refert Farinac. *quæſt.* 37. *num.* 13. Quare cum indicia per ſe incerta ſint, & ex indiciis iudicare ſatis periculoſum ſit, quandoquidem placuit hac in re indiciis vti talem neceſſe eſt, vt de illis plenè, & perfectè appareat, antequam Iudex ex iis motum animi ſui confirmare debeat & iudicet. Ex quo fit, vt ſi venditor contractum venditionis ſimulatum eſſe dicat, idque ex pacto retrouendēdi, conſuetudine fœnerandi, læſione, & aliis coniecturis contendat, illas
planè probare debeat. † Et vt reliquas omittam, læſio in 33
pretio, quæ magna eſt coniectura fraudis, probanda eſt inſpecto valore rei, qui erat tempore contractus, non minùs quàm cùm de reſcindēda ex hac cauſa venditione agitur *l.* 8. *C. de reſcind. vend.* cùm pretia rerū curſu temporis mutari ſoleant, vt dixi & præſertim agrorū quorū, valor, vt diligenti cultura ampliatur, ita minuitur negligentia, *l.* 3. *§. diui Fratres ff. de iur. fiſc.* idque apud omnes etiam in hoc genere receptum eſt. In quo tamen plerique exiſtimauerunt habendam eſſe rationem pacti de reuendendo ad minuendam æſtimationem rei: Ita enim ſentiunt Panorm. *in d. c. ad noſtram. in fin. & in c. in aliquibus. de decim* vbi ait, hac in re errare plurimos. Dec. *in conſ.* 167. *conſ.* 308. Iaſon *in conſ.* 153. *num.* 13. *lib* 4. Cagnol. *ad l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vend. num.* 58. & alij ſanè plurimi, quos recenſet Tiraq. *in præfat. lib.* 2. *de retract. num.* 20. Hos ſequuntur Rolandus à Vall *in d. conſ* 40. *num.* 17. *lib.* 2. Honded. *in conſ.* 33. *num.* 63. *lib.* 2. & ita cenſuit Rota inter recentiſſ. *dec.* 435. *num.* 8. *par.* 2. *anno.* 1617. Gratian. *diſcept. Forenſ. lib.* 3. *cap.* 600. *num.* 8. & Carol. de Graſſ. *in d. except.* 28. *num.* 27. & aliis citatis Caſtill. *in d. cap.* 25. *num.* 63. *&* 64. *lib.* 2. quæ tamen ſententia non placet: Etenim magis eſt, vt in hoc genere nulla habeatur ratio pacti in conſtituenda æſtimatione rei, vt docet Arius Pinell. *ad l.* 2 *par.* 3. *cap.* 4. *num.* 19. *de reſcind. vend.* & Gabriel. *in d. conſ.* 74. *num.* 21. vbi ait, id ſatis probari ex *d. c. ad noſtram.* Valaſc. *conſ.* 70. *num.* 11. Borgnin. *dec.* 1. *num.* 27. *par.* 1. Laderch. *in conſ.* 132. *num.* 3. & alij apud

Digitized by Google

apud Cæſarem Manent. *de contract. Liuell. quaeſt.* 1. *num.* 9. *&* *pact.* 1. *num.* 2. quibus accedunt Merlin. *dec.* 70. *num.* 4. & Chriſtoph Medic. *d.c.* 34. *num.* 30. & videtur ſentire Sena-
34 tor noſter Ant. Sola *loc. cit.* † Nam quod dicitur pactum hoc eſſe pars pretij, & minuere valorem rei ex *l. fundi.* 79. *de contr. empt. l. ſi venditor. §. ſi quid. ff. de ſeru. export. & l. ſi ſterilis.* 21. *§. ſi tibi. ff. de act. empt.* accipiendum eſt, cùm de emptione agitur, & cùm verè emptio, & venditio facta eſt, hoc enim caſu hæc pactio pars pretij dicitur, & ideò cùm de reſcindenda venditione agitur ex beneficio *d. l.* 2. *C. de reſcind. vend.* eius ratio haberi debet in æſtimatione rei, quamuis ne id quidem Pinellus ſatis probet. At in propoſita quæſtione nulla emptio facta eſt, vel ſaltem ambigitur, an verè ſit contracta, quod ſatis eſt, ſiquidem ſupponimus cum pretij modicitate tot alia argumenta, indicia fœnoris concurrere, vt intelligatur ſub emptionis nomine hîc pignus, & mutuum eſſe contractum, & proinde non poteſt hæc pactio eſſe pars pretij, quod nulla interueniente emptione hîc nullum eſt *arg. l.* 4. *in fin. de act. empt. l. eius qui ff. ſi cert. pet.* aut certè illud abſurdum ſequi neceſſe eſt, vt hæc eadem pactio, quæ omnium conſenſu plurimùm prodeſt ad inducendum fœnus, illud in eadem cauſa excludat, nimirum tollendo læſionem, & pretij modicitatem, ex qua ſimulationem argui exploratum eſt, vt etiam notat Va-
35 laſc. *loc. cit.* † Deinde in hoc genere, id eſt cum de fraude, & ſimulatione quæritur, inſpiciendum eſt damnum illius, in cuius necem fraus, & ſimulatio facta eſt *l.* 1. *§. & alias, ff. ſi quid in fraud. patron. fact. ſit.* & ideo cùm non minore detrimento venditor adficiatur, ſiquidem illa tantundem abeſſe palam eſt, conſequens eſt in æſtimando valore rei pactionem hanc nullum iuris momentum habere, ſiquidem hîc per indicia, & veſtigia veritatis inueſtigamus, & quærimus, an contractus in fraudem vſurarum initus videatur, & inter alias coniecturas ea recepta eſt, quæ ex modicitate pretij deducitur, cùm non ſit veriſimile quempiam pro modico pretio rem maioris valoris vendere, & ideò inſpicienda eſt dumtaxat perſona venditoris, & damnum quod patitur, vel quod idem eſt, ſpectanda eſt res ipſa, quæ debitori pro ære modico aufertur, & per conſequentias reiecta contraria ſententia, quæ fœneratoribus nimis fauet; dicendum eſt, nihilq; in hoc genere pactionem hanc prodeſſe ad rei æſtimationem minuendam, & præſumptionem ſimulationis excludendam. Denique cùm Iudicis arbitrio commiſſum ſit, quæ argumenta, & indicia ſufficiant ad detegendam ſimulationem, vt dixi, & in illius etiam arbitrio poſitum ſit, quod pretium modicum cenſeatur ad arguendum cõtractum eſſe vſurarium, vt ſcribit Menoch. *de præſ. pr.* 111. *num.* 8. quis non putet in hoc genere modicum pretium intelligi debere, ſi res dimidio minus extorta ſit ſub ſpe fiduciæ, quæ vt plurimum inanis eſt, & nihil prodeſt debitori ob illius egeſtatem, & inopiam. Et proinde verius & vtilius eſt etiam diminuto valore rei propter pactum, ſi res tam vili pretio extorta eſt, vt nec dimidium veri valoris venditor habeat, hinc nihilominus fœnoris coniecturam manare, & concurrentibus aliis ad probationem ſimulationis plurimùm prodeſſe. Alioquin futurum eſt, vt nunquam aut rarò huic coniecturæ locus ſit. Quis enim tam impius, & imprudens fœnerator eſt, vt rem valentem centum ſub ſpe redimendi vigenti quinque, aut triginta extorquere audeat? & quis tam fatuus, & miſer, vt viliſſimo hoc
36 pretio ſibi rem ſuam auferri patiatur? † Illud verò non prætermittam ex ſententia quorumdam pactum hoc ita demum minuere valorem rei, cùm in libera facultate venditoris eſt rem redimere cum voluerit: aliud verò eſſe, ſi non liceat, niſi poſt aliquod tempus, *vt ex c. illo vos. de pignor.* ſcribit Anton. Burg. *in d. c. ad noſtram. col.* 13. qui id dicit ſingulare, & à nemine antè ſcriptum. Quod videtur probare Tiraquell. *loc. cit. num.* 16. & Binsfeld. *in d. c. in ciuitate. quaeſt.* 7. *concl.* 11. *in fin.* Ego verò puto pactionem hanc, quo magis liberum eſt rem redimere, magis minuere pretium, cùm verò certo aliquo tempore intercluditur, minus quidem ſed tamen minuere æſtimationem rei, quia graue eſt etiam hac conditione emere: ita tamen, vt cum de fraude, vſura agitur, ex læſione fœnoris coniectura duci poſſit, ſiue maior, ſiue minor, quo magis, vel minus perpenſis omnibus venditor circumuentus, & læſus apparebit, & vt iudici æquum bonum videbitur, cuius arbitrio, quicquid coniecturarum eſt, commiſſum eſſe iam ſæpius dictum eſt. Quamobrem hæc de coniecturis fœnoris dixiſſe, ſatis mihi eſſe videtur ad boni iudicis arbitrium confirmandum.

QVÆSTIO X.

Contractus fœneratitij quomodo corrigantur.

SVMMARIA.

1. *Ius ciuile, quod attinet ad vſuras, abrogatum eſt.*
2. *Ob ſtipulationem vſurarum ſors non amittitur.*
3. *Etiam iure Pontificio.*
4. *Plato cenſuit fœneratores amiſſione ſortis plectendos.*
5. *Quibuſdam in prouinciis ſors fœneratoribus aufertur.*
6. *Hieroſolymitanis Equitibus ſub pœna amiſſionis pecuniæ creditæ interdictum, ne fœnus exerceant.*
   Filiofamilias credere perdere eſt.
7. *Creditor, qui cum agricolis antichreſin contrahit, ius crediti amittit.*
8. *Antichreſis cum agricolis, & colonis iure ciuili prohibita.*
9. *Ioannis Copi interpretatio ad* Nouell. 32. *&* 33. *reiecta.*
10. *Creditor, qui cautionem maioris quantitatis extorſit, & litem conteſtatus eſt, creditum amittit.*
11. *Fœneratores cautionem maioris quantitatis extorquere ſolent.*
12. *Creditor qui maiorem cautionem extorſit, non amittit ius crediti, ſi ante litem inchoatam eum pœnituerit.*
13. L. vnica. C. de plus petit. *ceſſat, ſi tranſactum eſt bona fide.*
14. *Confeſſio iterata nihil prodeſt, ſi per metum extorta ſit.*
15. *Minores plus petitionis à tutoribus factæ periculum non incurrunt.*
16. *Procurator nihil facere poteſt, vnde Dominus pœnam incurrat.*
17. *Plus petens per errorem non amittit creditum.*
18. *Creditor plus petens non amittit ius crediti, niſi id à debitore poſtulatum ſit.*
19. *Creditor vim adhibens debitori vt ſoluat, creditum amittit.*
20. *Creditor ægrotante debitore eius domum ingreſſus, & ſigna bonis imponens punitur amiſſione crediti.*
21. *Fideiuſſiones, & cautiones ab ægroto debitore extortæ nullius momenti ſunt.*
22. *Creditores qui debitorum liberos retinent ad ſeruile miniſterium, quomodo puniantur.*
23. *Sors fœneratoribus non aufertur etiam de iure canonico.*
24. *Creditor qui cautionem maioris quantitatis extorſit, non amittit, quod verè dedit.*
25. *Obligatio re contrahi non poteſt, vltra quam res interceſſerit.*
26. *Conuentio non valet, vt datis decem vndecim debeantur.*
   Commentum verborum non releuat, dum ſententia legis violatur.
27. *Si creditor aliquid ſubducat tempore mutui debitum redigitur ad eam quantitatem, quæ apud debitorem permanſit.*
   Quæ fraus antiquiſſima eſt.
28. *Creditor in occulto mutuo non debet plus conſequi, quàm dedit.*
29. *In contractibus pigneratitiis fructus imputantur in ſortem.*
   Et illa ex fructibus ſoluta pignus redditur.

HAc ratione vel prohibitionibus, vel coniecturis detecto fœnore ad officium magiſtratus pertinet hanc iniuſtitiam tollere, & contractum ad æquitatem redigere *l. illicitas. ff. de offic. Præſid.* non ſecundum ius ciuile, quod hodie quod attinet ad vſuras, totum abrogatum eſt, & in nuda

Digitized by Google

nuda verborum figura conſiſtit, vt ait Philibert Bugnon. *de*
legib. abrogat. lib. 1. *cap.*4. ſed ex regula iuſtitiæ commutati-
uæ, quæ æqualitatem in contractibus ſeruari iubet, vt tra-
dit Ariſtot.5. *Ethic. cap.* 4. & vt quiſque ſuum habeat non
2 alienum. *l. bona fides. ff. depoſ.* † Quamobrem receptum eſt,
vt ſors quidem creditori ſalua ſit, neque illi auferatur ob il-
licitam ſtipulationem vſurarum *l. pecunia. & l. placuit. ff. de*
vſur. cæterùm imputet ſorti, ſi quid nomine vſurarum illi
numeratum eſt; & ſi ſortem cum vſuris exegerit, id quod
ſupra ſortem exactum eſt, reddere cogitur *c.*1.*&* 2. *de vſur.*
*c. debitores. de iureiur. & arg. l.*26. *in princ. de condict. indeb. & l.*16.
*C. de vſur. l.*5. *& l. creditor. in fin. ff. de ſolut.* In hoc enim gene-
re arithmetica comparatione vtimur, vt ſcilicet creditor
tantum recipiat, quantum numerauit, & dedit: & proin-
de ſi quid deeſt, vel excedit, iniuſtum eſt, & reddi debet.
Ita legiſlatoribus viſum eſt, vt ſors ſalua creditoribus eſſet,
3 & iis etiam, qui ius ciuile, tradiderunt. † Quod etiam iu-
re Pontificio probatum eſt, quod licet vſuris maximè ad-
uerſetur, noluit tamen creditores ob illicitam ſtipulationem
vſurarum ſortem amittere, vt reſpondit Nauarr. *in conſ.* 9.
num. 2. *tit. de vſur.* ne dum creditorum auaritiam coërcet,
debitores iniuſtos faceret: denique eam iuſtitiam eſſe cen-
ſuit, quæ reddit vnicuique ſuum, & neminem patitur cum
aliena iactura locupletari.

4 Sed ſeuerior Plato *lib.*5. *de legib.* cenſet vſurarium ita lege
multandum eſſe, vt ſortem ipſam, & vſuras amittat. Et
olim lege Gabinia creditores, qui ſub grauioribus vſuris,
quàm legibus permitteretur, pecunias fœneraſſent, tum aliis
pœnis, tum amiſſione ſortis puniebantur, vt refert Franciſc.
Balduin. *ad* 5. *Rom. l. num.*20. & Roſin. *antiquit. Roman. lib.* 8.
cap. 20. quod & apud Sinas obſeruari iam diximus. Ex edi-
cto etiam Theodorici Regis, quod extat apud Caſſiodor.
creditores ſortem amittebant, qui potentioribus ius crediti,
& exactionem ceſſiſſent, & vltra centeſimam vſuras à debi-
toribus petiiſſent. Denique ex conſtitutione quadam Valen-
tin. Theodoſ. & Arcad. quicunque vltra centeſimam iure
antiquo permiſſam eruiſſet, ſub quadrupli pœna ablata re-
5 ſtituere cogebatur, quæ extat in *l.* 2. *C. Theodoſ. de vſur.* †.
Nunc verò ſors fœneratoribus non aufertur, niſi in iis pro-
uinciis, in quibus nouiſſimis conſtitutionibus Principum id
ſancitum eſt, vt in Hiſpania Roderico auctore *de ann. redit.*
lib. 1. *quæſt.* 7. *num.*11. *& lib.* 3. *quæſt.*4. *num.* 116. & in Ger-
mania, vbi quarta pars ſortis creditoribus aufertur, vt me-
morat Gail. *lib.* 2. *obſer.* 4. *num.* 9. In Gallia etiam conſtitu-
tione illa Henrici IV. qua reditus annuos redegit ad ratio-
nem vnius pro ſexdecim, & vt Galli loquuntur, *au denier*
ſeize, mandatum eſt magiſtratibus omnibus, vt in tranſgreſ-
ſores huius edicti tum amiſſione ſortis, tum aliis pœnis
animaduertant, vt refert idem Philibert. *de legib. abrogat.*
6 *lib.* 6. *cap.* 68. † Equitibus etiam Hieroſolymitanis ſub pœ-
na amiſſionis pecuniæ creditæ interdictum eſt, ne fœnus
exerceant & pecunias credant ſub vſuris ſtatuto Antonij
Flauiani Hiſpani eorum Magni Magiſtri, & Principis, vt
conſtat *tit.* 16. *ſtatutor. huius Relig. cap.* 4. Sed ex communi
ciuili iure ſors fœneratoribus non aufertur, vt dixi, niſi
fortè filiofamilias pecunia credita ſit, quia credere filiofa-
milias eſt perdere, vt ait Vlp. *in l.* 3. *ad S. C. Marc.* poteſt
enim filiusfamilias etiam poſt mortem patris ſe huius Sena-
tuſconſulti beneficio tueri, cui Macedo fœnerator cauſam,
& nomen dedit, vt conſtat ex *l.* 1. *eod. tit.* & cuius auctor
Veſpaſianus fuit, vt refert Sueton. *cap.* 11. his verbis: *Au-*
ctor fuit Senatui decernendi, ne filiorumfamilias fœneratoribus
exigendi crediti ius vnquam eſſet, hoc eſt, ne quidem poſt patrum
mortem. Quod tamen varias patitur exceptiones apud Man-
tic. *de tac. & ambig. lib.*8. *tit.*7. quibus, quia notiſſima ſunt,
prætermiſſis, caſus aliquot ſubiiciam, quibus creditores
quoque ius crediti amittunt.

7 Primus eſt fauore ruſticorum, & agricolarum, cùm ſcili-
licet creditor antichreſin paciſcebatur, vel creditis, pecu-
niis ſtipulabatur maiorem vſuram quam trientem, fru-
mento vero, & aliis ſpeciebus creditis, vltra octauam
partem modij, quæ ferè eſt vſura centeſima. Hoc enim
caſu creditor ex iure ciuili ius crediti amittit, & mi-
les hoc amplius exauctoratur, vt à Iuſtiniano ſancitum eſt
in *Nouell.* 32. 33. *&* 34. † Et quamuis Gudelin. *de iur. nouiſſ.* 8
*lib.*3. *cap.*3. *num.*27. exiſtimauerit hìc antichreſin cum agri-
colis minimè prohiberi, ſed tantùm grauiorum vſurarum
ſtipulationem, vel eius prætextu terrarum, vel pecorum de-
tentionem: plures tamen ſentiunt antichreſin cum agrico-
colis his conſtitutionibus eſſe prohibitam, & creditorem
ſortis, & vſurarum amiſſione mulctari, vt Cuiac. *ad nouell.*
32. Roderic. *d. lib.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 52. Renat. Choppin. *de*
*priuileg. ruſticor. lib.*1. *cap.*8. *num.*1. Ioann. Borcholt. *de vſur.*
cap. 6. *num.* 7. Griuell. *dec.*83. *num.* 2. & Franciſc. Grimaud.
*de contract. pign. lib.*2. *cap.*9. *n.*4. & huic ſententiæ titulus, &
verba conſtitutionum conueniunt.

Illud etiam animaduerſione dignum eſt Ioannem Copum 9
in lib. de fructib. tit. 3. *cap.* 2. exiſtimaſſe, quod de maioribus
vſuris ab agricolis, & ruſticanis non exigendis, & eorum
agris non retinendis ſancitum eſt, ad alios omnes porrigen-
dum eſſe. Primum quia quamuis in tituli inſcriptione Iuſti-
nianus verbo *Agricolæ* vtatur, tamen poſtremo ſuæ conſtitu-
tionis reſponſo omnibus egenis ſe conſulere teſtatur. Dein-
de initio eiuſdem conſtitutionis rationem hanc eſſe præfa-
tur, ne homines fame pereant, & necentur. Ex quibus ap-
parere inquit non ad agricolas tantum, ſed ad omnes per-
ſonas extendi, ne ad extremam paupertatem redigantur, ſed
hæc ſententia, quæ fuit Alani antiqui iuris interpretis, re-
pugnat communi ſententiæ, & titulis, & verbis *dictar. No-*
uell. 32. *&* 33. quæ loquuntur de Agricolis, *& Nouell.* 34.
quæ videtur generaliter loqui, & omnibus egenis conſule-
re, exemplum eſt Latinum *dictæ conſtit.* 32. vt notat Cuiac.
& quæ ad ruſticanos, & colonos tantùm pertinet, quorum
ſimplicitas, & egeſtas hoc priuilegium apud Iuſtinianum
meruit, vt pleraque alia: & proinde in aliis aliæ leges ſer-
uandæ eſſent, quæ vſuris modum adhibent, niſi lege Dei,
quæ veteris, & noui teſtamenti pagina continetur, omnis
omnino vſura prohibita eſſet, vt ait Azor. *ad h. tit. num.* 20.
poſt quem ita etiam adnotauit Accurſ. *in auth. ad hæc, C. de*
vſur. & Ioann. Sichard. *num.*4.

Alius caſus eſt, in quo ius vetus, nimirum eum cauſa ca- 10
dere, qui plus debito petiiſſet *vt in l.*1. *&* 2. *C. Hermogen. de*
calumn. & §. ſi quis agens, Inſtit. de action. etiam hodie valet,
cum quis à debitore ſuo dolo malo cautionem maioris
quantitatis extorſit, quam ſibi eſſet debita, & numeraſſet:
& cautione egit, & litem conteſtatus eſt. Hoc enim caſu ſi
creditor, dum litem ſequitur, de adiecta falſa quantitate
conuincitur, ius crediti amittit, vt ſancitum eſt *in leg. vn.*
C. de plus petit. quam tertiam huius tituli eſſe doctiſſimus
Cuiacius obſeruauit, & Præſes Theſaur. *in dec.* 231. *num.*
2. *&* 5. † Quod ſanè valdè notandum eſt aduerſus fœnera-
tores, qui cautiones maioris quantitatis exprimere ſolent,
vt indicat *l.* 23. *& vlt. §. ſi fœnerator, ff. quod met. cauſ.* &
notant Bald. & Salic. *in d. l. vn. num.* 1. & Capic. *in dec.* 49.
in fin. Quæ fraus antiqua eſt, vt conſtat ex Plutarcho *in* 11
opuſc. de non fœner. & inter fraudes, quibus in Germania
plerique vtebantur, hanc primo loco recenſet, & prohi-
bet Caroli V. conſtitutio edita Auguſt. anno 1530. quæ eſt
apud Henric. Caniſ. *de poſt tractat. de vſur. in fin.*

Cæterùm conſtitutio illa *de plus petition.* aliquot recipit 12
exceptiones. Prima eſt, vt pœnitenti ante litem conteſtatam
venia detur, vt conſtat illis verbis: *ſi quidem ante inchoatam*
litem calliditatis eum pœniteat, & debiti veram quantitatem con-
feſſus fuerit, nullo eum diſpendio prægrauari decernimus. Quod
notant ad hunc tit. Baldus, Salicetus, Vveſembecius, &
Rolan. à Vall *conſ.*71. *num.*40. *lib.*1. Anton. Faber. *h. tit. in not.*
*defin.*1. *num.*6. & Farinac. *quæſt.*114. *num.*134.

Secunda exceptio eſt, quando reus poſt cautionem ite-
rum confitetur ſe totum debere. Hic enim caſus nominatim
excipitur *d. l.* illis verbis, *ſecundis confeſſionibus*, &c. vt notat
Socin. *reg.* 44. Hæc enim eſt vis iteratæ confeſſionis, vt ait
Cuiac. *ad h. leg.* & Sichard. *num.* 9. vbi ait nihil referre in
iudicio, vel extra id fiat: & Trentacinq. *variar. reſol. lib.*2. *tit.*
*de plus petit. reſol.*1. *num.*6.

Tertia eſt, ſi de ea re tranſactum eſt bona fide, vt indi- 13
cant verba illa eiuſdem conſtitutionis, *tranſactionibus ſcili-*
cet, & ſecundis confeſſionibus etiam in hoc caſu ſuam obtinentibus
firmitatem. Nam quod Bulgarus exiſtimabat tranſactionem
hic

hic prodeſſe, ſiue bona, ſiue mala fide factæ ſit, iampridem exploſum eſt, quia dolus præſens, id eſt, in tranſactione admiſſus ſemper obiici poteſt, vt rectè notant Gloſ. & Bald. *in d.l.vn.num.*4 & Sichard.*num.*8. ſubiiciens, ſi tranſactio, dolo quoque extorta ſit, delictum non minui, ſed iterari, & proinde tranſactionem nihil prodeſſe creditori. *l.in ſum-*
14 *ma ff. de condict.indeb.l.*13.*Cod.de tranſact.*† Quod & in confeſſione obſeruandum eſt, quæ ſi per dolum, & metum expreſſa ſit, nihil prodeſt ad euitandam conſtitutionis pœnam. Quare ſi fœnerator extorſerit cautionem maioris quantitatis: & deinde adegerit debitorem, qui eius vinculis irretitus eſt, velut piſcis retibus, ad confitendum debitum in iudicio, aut extra in calculis, vt fieri ſolet, iterata hæc confeſſio veluti ex eadem neceſſitate, qua prior confeſſio extorta eſt, dolum, & vitium primæ confeſſionis non minuit, ſed auget: ideóque creditor iteratâ confeſſione non obſtante pœnam conſtitutionis incurrit, vt notat idem Baldus *eod.loc.* & Salic.*num.*8. & Trentacinq. *in d.reſol.*1.*num.*5.*&* 6.

15 His addi poteſt quarta exceptio, Ne minores plus petitionis periculum incurrant, quorum tutores vel Curatores plus petunt. Ipſi enim tutores, vel Curatores plectendi ſunt, vt indicat *l.*6.*C.de admin.tutor.* quæ generaliter ait tutores, & curatores, ſi nomine pupillorum, & adultorum calumnioſas inſtituant actiones, ipſos condemnari oportere: & in ſpecie ſancitum eſt Græcâ quadam Zenonis conſtitutione, quæ nunc eſt *l.*1. *C.de plus pet. & ex l.* 2. *eod tit.* illis verbis: *Tutores, vel curatores talia perpetrantes ipſi damnabuntur.* Nimirum abrogata *d.l.*1.*C.Hermogen.de calumniat.* Et tale aliquid conſtitutum eſt *in l.*1.*ff.ſi quis ius dic. non obtemp.& in l.properandum.in fin.C.de iud.*

16 Quod, & in procuratoribus obtinere dicendum eſt, vnde ſi à procuratore plus petitum ſit, & lis conteſtata, qui mandatum ſpeciale non habuit, vt totam illam ſummam peteret, dominus ius crediti non amittit. Neque enim procurator generalis quidquam facere poteſt, vnde dominus pœnam incurrat *l.ſi procurator, ff. de condict. indeb.* Alex *in conſ.*38.*num.*4.*lib.*5.*&* *conſ.*73.*num.*8.*lib.*6.& alij apud Vantium *de nullit.tit.*21.*num.*94. & in hac ſpecie ſcribunt Crauet. *in conſ.*325.*num.*2. Trentacinq. *loc.cit.num* 8. & Menoch.*in conſ.*127.*num.*8.

17 Quinta exceptio eſt ſi per errorem, ignoranter plus petitum ſit. Neque enim ſatis eſt plus petiiſſe, vt ius crediti amittatur, ſed opus eſt, vt ſcienter id fiat, & dolo malo, & vt per auaritiam plus petitum ſit, vt inquiunt gloſ.Caſtr. & alij *in d.l. vn* Grat. *in conſ* 85.*in fin.* Hering.*de fideiuſſ. cap.*24.*num.*10. Theſaur *in d.dec.*131. *in fin.* Hieron.de Laurent. *in dec.*35.*num.*3.& Præſes Faber *loc.cit.* Vnde ceſſionarius vel hæres creditoris, aut eius qui depoſuit, vel qui de rationibus reddendis agit tutelæ, vel negotiorum geſtorum, & mandati, iuſtæ ignorantiæ ſuffragiis excuſantur, vt dictâ Zenonis conſtitutione cautum eſt, & refert Cuiac. *lib.*12. *cap.*21. & docet Alex. Trentacinq. & Menoch. *loc. cit.* Sed obſeruat quod Conſtitutio Zenonis ait, eos nihil ex plus petitione damnificari, veluti qui iuſtam habeant ignorantiæ cauſam. Nam ſi iniuſta ignorantia, & affectata eſt, illam nihil plus petenti ſuffragari puto. Quod etiam ſentire videtur Hering. *loc. cit. num.* 17. & Cyriac. *contr.* 327. *num.*94.

18 Denique creditor qui plus petiit, & litem conteſtatus eſt, non multatur amiſſione eius, quod verè ſibi debetur, niſi id à debitore poſtulatum ſit, vt notat Salic. *in d.l.vn.in fin.* & Capic.*in d.dec.*49.*num.*4. vbi ait hoc apud Iudicem peti debere.

19 Tertius caſus eſt, quo ius crediti amittitur, cum creditor vim adhibet debitori ſuo, vt ſibi ſoluat, *vt in l.*6.*&* 7. *C.vnde vi, l.*12.*in fin. & l.extat,* 13.*ff. quod met. cauſ.* in qua legitur decretum diui Marci, quo inter alia cautum eſt vim fieri non tantum, cum homines vulnerantur, ſed etiam cùm quis id, quod ſibi debetur, ſine iudice, & propria auctoritate repoſcit. Quod etiam obtinet, cùm quis reſcripto Principis, vel præcepto iudicis fretus occupat poſſeſſionem rei ſibi debitæ, non vocato debitore, non ſeruato ordine iuris. Nam & hoc caſu cum ius crediti amittere conſtitutum eſt, *vt in d.l.*6. Hoc tamen varias patitur exceptiones apud Socinum. Illa vulgaris, & præcipua eſt, cùm quis debitorē ſuum cū pecunia fugientem conſecutus illi debitam pecuniam abſtulit l. *ait prætor.* §.*ſi debitorem. ff. quæ in fraud.credit.* & tradit idem Cuiac. *in d. l.*6. *C.vnde vi, & obſer.lib.*16. *cap.*19. vbi ait hanc vim non improbari, & multi apud Menoch.*de recup.poſſeſſ.rem.*5.*num.*25. & Marius Mut.*ſuper conſuet. Panorm.cap.*34.*num.*27. Et quod plus eſt, generaliter receptum eſt creditorem ſuo debitori, qui in fuga eſt, manus iniicere poſſe, ſi iudicis copia deſit, cuius auctoritate creditori conſulatur, vt docet Ioann.Bapt. Caccialup.*lib.de debit.ſuſp.& fugit.quæſt.*14.*num.*12.*&* 13. & Cuiac.*loc.cit.* Marius Mut. *in d.cap.*34.*num.*33. vbi ait id locum habere etiamſi habuerit dilationem à Principe.

Quartus caſus eſt, cum quis ſciens pecuniam credit in 20
rem turpem conſumpturo. Is enim ius crediti etiam amittit *l.*24.§ *vlt.ff. de minor.l.*12.§ *ſi adoleſcens, ff. mand.* veluti ſi quis pecuniam mutuam det luxurioſo, & ſcorto protinus daturo *l.*8.*ff.pro empt.* Quam legem in Italia valuiſſe refert Nicolaus apud Stobæum *cap.de legib.*& obſeruat Cuiac. *in l.*19 *ff.de nouat.*& Emin.Mantic.*de tac.& ambig. conuent.lib.*8. *tit* 6.*num* 10. vbi ait ſufficere, quod inutiliter conſumpſerit. Et comperi deinde alium caſum, in quo creditor ius crediti amittit, cùm ſcilicet ægrotante debitore, & fere animam agente creditor ſine iudicis auctoritate illius domum ingreditur, & ſigna bonis imponit, & adhuc ſuperſtiti moleſtus eſt, eiúſque domeſticis, vxori, & liberis. Hoc enim vis eſt, & ideo qui id moliuntur, creditum amittunt: & præterea tertia bonorum parte, & infamia multantur, ex decreto eiuſdem Diui Marci, quod extat *in l.*7.*ff. ad l. Iul. de vi in princ.& ex nouell.*60. in qua Iuſtinianus addit, vt alterum tantum heredibus defuncti præſtarent, & eadem pœna coërcet eos, qui corpora defunctorum detinent, neque ſepulturæ eos tradi ſinunt, priuſquam fuerit omnis pecunia ſoluta, vel dati fideiuſſores. Quod etiam extat Baſilic.*lib.*7. *tit. de petit.debit.*§.*ſancimus.* vbi Marcus ſummus inter Principes philoſophus dicitur: & apud Harmenop. *lib* 3. *tit.* 5. De qua re queritur D. Ambroſ. *lib.de Tob. cap.*10. vbi has eſſe fœneratorum leges, illoſque carnificibus duriores
eſſe ait. † Et illud etiam notandum eſt, ſi creditor eo 21
tempore importunè cautiones vel pignora, & fideiuſſores extorſerit, hæc nullius momenti eſſe, vt ſancitum eſt *l.vlt. de ſepulchr. viola. & d.l.vlt.*§ *ſi fœnerator. ff.quod met. cauſ.*& notant.Cuiac.*in d.nouell.*60.& Gudelin.*de iur.nouiſſ.lib.*4.*c.*7.

Denique idem conſtitutum eſt aduerſus creditores, qui 22
debitorum liberos retinere audent, vel cauſa pignoris, vel ad ſeruile miniſterium, vel ad elocationem pro mercede. Nā non tantùm ipſo debito cadunt, ſed in alteram tantam ſummam condemnātur, quæ homini retento, vel parentibus eius detur, & præterea corporali pœna plectuntur *ex Nouell.*134. *cap.*7. & tradit ibi Cuiacius ſubiiciens creditores, qui tale quid admiſerint, lege Iuliâ de vi priuata ex hac conſtitutione teneri. Quod etiam ſcribit Harmenop. *loc. cit.*& rurſus Cuiac. *in d l.*13.*ff.quod met. cauſ.*

Itaque paucis caſibus exceptis creditor ius crediti non 23
amittit, & certiſſimum eſt, quod initio dixi fœneratores ob illicitam vſurarum ſtipulationem ſortem non amittere ex iure ciuili *d.l.placuit.l.vſuras.& ff.de vſur.& l.ſi pro mutua. C.ſi cert.pet.* & conſtat etiam ex *d.l.vlt.ff.de eo quod met.cauſ.* Quod etiam iure Pontificio obtinet *c.*1.*&* 2.*de vſur.& cap.*7. *de iureiuran.* in quibus ſors creditoribus non aufertur, ſed minuitur perceptione vſurarum, ſeu fructuum. Hanc enim hic probamus eſſe iuſtitiam, quæ ſuum cuique tribuit, vt dicebat Iuriſconſultus *in d. l.*31. *ff.de depoſ.* & hoc iure vtimur, vt tradit Nauarr. *in conſ.*9.*num.*2.*tit.de vſur.* Andr.Gail. *lib.*2.*obſ.*4.*num.*6.*& obſ* 5. *num.*7. & Ioann Bapt. Coſta *lib. de facti ſcient.& ignorant.cent.*2.*diſtinct.*72.*num.*15. Gratian.*diſcep. forenſ.cap.*14. *num.*9. & Sigiſmund. Scaccia *de commerc.* §.1. *quæſt.*7.*par.*1.*ampl* 20.

Idémque omnino eſt, ſi creditor non vſuras, ſed maio- 24
rem ſummam ſtipulatus eſt, quam dederit, puta cùm mutua dediſſet, & numeraſſet nonaginta, vel nonaginta duo, ſibi poſt annum, vel aliud tempus centum reſtitui ratione ſolius tardæ ſolutionis ſtipulatus eſt, vt quidam facere ſolebant

lebant, & vſurariis vſitatum eſſe refert Laurent. de Rodulf. *quæſt.* 47. Nam in hac ſpecie illud etiam initio conſtat mutuum corrigi, & reduci ad eam quantitatem, quæ reuera numerata eſt *d. l. rogaſti, §. ſi tibi, ff. ſi cert. pet. & l. 2. §. cum vltra, C. de non numer. pecun.* & in ſpecie reſpondit Nauarr. *d. conſ. 9. & conſ. 8. eiuſd. tit. de vſur. num.* 1. cum enim mutuum
25 re contrahatur *Inſtit. quib. mod. re contrah. obligat. in princ. & l. 1. §. 2. ff. de oblig. & act.* † Obligatio re contrahi non poteſt, vltra quam res interceſſerit, *l. ſi tibi, ff. de pact. & d. l. cum vltra, C. de non num. pecun.* cuius verba ſunt: *Cum vltra hoc quod accepit, re obligari neminem poſſe conſtet.* Cuiac. *in l. 10. C. de vſur.* Roderic. *de ann. redit. lib. 1. quæſt. 18. num. 20.* & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 3. n. 13.* Vnde non immeritò iam factum eſt trito inter iuris peritos ſermone prouerbium, quod potius caderent de cœlo ſydera, quam re contrahatur obligatio in plus, quam fuerit datum, Iaſ. & Zaſius *in d. l. rogaſti, §. ſi tibi, num. 4.* & Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap.* 10. *num. 17. & alij paſſim,* quod ego his duobus verſibus expreſſi.

Ex alto potius labentur ſydera cœlo.
Quàm maiora datis conſiſtant vincula nummis.

26 Ex quo conſequens eſt non valere conuentionem illam, vt datis decem vndecim reſtituantur iuxta germanam expoſitionem *d. l. rogaſti, §. ſi tibi, ſi cert. pet.* Duaren. *ad hunc tit. cap. 2. & 8.* Gail. *d. obſ. 5. num. 4. lib. 2.* & Paulus Bellon. *de poteſt. cor. quæ incontin. fiunt lib. 1. cap. 205. num. 4.* & ideo corrigitur contractus eo modo quo dixi, redactâ ſcilicet obligatione ad eam ſummam, quæ verè numerata eſt, & ſi quid ſuper exactum eſt, id reſtitui debet, ne creditor plus, vel minus conſequatur, quàm dedit. De qua re ex Theologis differens Hadrian. *in 4. ſentent. tit. de reſtit.* ſic ait: *Dico igitur cùm omne mutuum pariat actionem ad tantundem, quantum ſcilicet mutuatum eſt, ſi pro nuda dilatione adijciatur aliquid obligationi vltra valorem eius, quod mutuo eſt traditum, quibuſcunque verbis in contractu vſi fuerimus, eſt vſura, & reſtituere tenetur, quantum vltra ſortem acceptum fuerit: commentum enim verborum non releuat, dum atque ſententia legis violetur.* Et ſecundum hanc ſententiam refert Peleus *quæſt. illuſtr. cap.* 12. & Ioan. Chenur. *apud Papon. tit. de contract. vſur. in fin. Latina impreſſ.* Curiam cenſuiſſe, vt nulla conſenſus habita ratione debitor ad eam tantum quantitatem teneretur, quæ verè credita, & numerata eſt, licet obligatio maiorem quantitatem contineret D. Seruino Aduocato Regio perorante, deducta etiam inde ſumma, quam vſuræ nomine debitor præſtitiſſet, idque ex *d. l. ſi tibi, de pact. & d. l. rogaſti, §. 1. de reb. credit.* & aliis iuribus proximè citatis: & ita hîc ſemper in diſceptationibus cauſarum obſeruatum eſt.

27 Idem omnino dicendum eſt, ſi creditor numeratis centum, vel mille aliquid ſtatim detrahat, vel retineat pro dilatione vnius anni, vel alterius temporis ad ſoluendum, velati decem, vel octo pro ſingulis centenis, quod etiam fœneratores facere ſolebant, conniuentibus, & adiuuantibus notariis in magnum animarum detrimentum. Nam hoc caſu etiam creditum reducitur ad eam quantitatem, quæ apud debitorem permanſit, vt nominatim ab ipſo Iuſtiniano ſancitum eſt *in l. eos, §. ſi quis, C. de vſur.* & indicat *l. qui ſic ſoluit. ff. de ſolut.* Quæ fraus etiam antiquiſſima eſt, vt conſtat ex Horatio Satyr. 2. vbi hoc Porphyrio, & Lambinus notant, & ex illo Doſithei Grammatici loco quem Cuiacius refert *in obſeru. lib. 21. cap. 9.* verba Doſithei apud Cuiacium hæc ſunt: *Quidam codicillos Hadriano dedit, per quos narrauit plures eſſe fœneratores, qui iniuſtis vſuris exigerent, in quibus quidam ex aureis mille, eadem die centum ſubducerent, & nihilominus centeſimas exigere, eaſdem vſuras iterum fœnerari. Hadrianus dixit. Eminentiſſimus vir Præfectus prætorio cognoſcat, & ad me referat.* Et addit Cuiacius hoc etiam hodie pleroſque factitare, & Gothofr. *in notis ad l. ſed addes, §. ſi quis,* poſtquam dixit penſionem rei conductæ initio ſoluendam non eſſe, quia ante vſum ſolueretur, hinc addit notandam, & deteſtandam eſſe quorumdam fœneratorum rationem, qui vſuras in ipſo limine mutui à debitore recipiunt.

28 Quæ regula non tantùm retinenda eſt in aperto mutuo, ſed etiam cùm occultè agitur ſub ſpecie alterius contractus veluti depoſiti, ſocietatis, & ſimilium. In his enim etiam curandum eſt, ne plus, nec minus creditor conſequatur, quàm dedit, quia in his etiam mutuum verè contrahitur, & proinde non alia ratione contractus corrigendus eſt, quàm ſi aperto mutuo ageretur, *l. 1. & 2. C. plus valer. quod agit.* Nauarr. *in c. Nauiganti, de vſur. num. 12.* vbi de cambiis differens ait contractum non ex regulis eius qui fingitur, ſed illius qui verè agitur, iudicandum eſſe. Itaque inquit, ſi permutator verè ſuam pecuniam mutuat, quamuis fingat ſe eam permutare, aut locare, recipere nihil poteſt, intellige vltra ſortem.

Quamobrem ſi ſub nomine emptionis mutuum cum pignore verè actum eſt, ita contractus ad iuſtitiam redigi debet, vt emptor id tantùm habeat, quod dedit & numerauit, ideóque fructus pignoris in ſortem imputare tenetur, & pretio hoc modo percepto fundum dimittere, vt ſancitum eſt *in c. 1. & c. 8. de vſur. & c. 6. de pignor.* & cenſet Honded. *in conſ. 33. num. 88. lib. 2.* & Cæſar Barzius *in dec. 123. num. 1.* 29
Si verò fructus pretium excedunt, quod ſupereſt, reddere cogitur vna cum pignore, mota ſcilicet actione pigneratitia, vt ait *l. 1. C. de pign. act. & l. 5. §. quæri poterit, ff. vt in poſſeſſ. legat. vel fideicomm.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de pignor. cap. 2. num. 4.* & latè tractat Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 8. num. 4. & num. 15.* tametſi ex iure ciuili liceret primum vſuras ex fructibus retinere *l. 4. & 21. C. de vſur. & d. l. 5. §. quæri poterit, vt in poſſeſſ. legat.* & animaduertit Petr. Gregor. *lib. 2. de vſur. cap. 9. num. 1.* quod iure Pontificio improbatum eſt.

QVÆSTIO XI.

De fructibus pignoris ſorti imputandis, & de Antichreſi.

SVMMARIA.

1. *Fructus pignoris minuunt ſortem etiam Prætorij.*
2. *Pacto conueniri non poteſt, ne fructus pignoris imputentur ſorti.*
3. *Improbius fœnus eſt fructus auferre, quàm pecuniam.*
4. *Antichreſis olim licita.*
5. *Antichreſis cum agricolis, & colonis prohibita.*
6. *Antichreſis cur olim cum agricolis prohibita.*
7. *Antichreſis iure Pontificio improbatur.*
8. *Antonij Fabri ſententia antichreſin non eſſe vſurariam.*
9. *Quæ refellitur, &* num. 10. & ſeqq.
10. *Vſura eſt quidquid accedit ſorti, quodcumque illud ſit.*
11. *Vſura eſt, quicquid loco vſurarum percipitur.*
    Vocabula non ſaluant conſcientiam.
12. *Incertitudo fructuum non excludit vſuram.*
13. *l. 14.* C. de vſur. *explicata.*
14. *Antichreſis modum legitimum vſurarum ſeruat, cum pignus à creditore locatum eſt.*
15. *In Antichreſi locatio, & conductio quædam contrahitur.*
16. *Merces certa ad ineundam locationem conſtituenda.*
17. *Leges omnes, quibus creditoribus olim licuit fructus percipere vice vſurarum, nunc abrogatæ.*
18. *Luculli lex, ne quarta fructuum parte amplius creditores percipere poſſunt ex pignore.*
    Oxei lex ne ſuper fundis alienis fœnerare liceret.
19. *Antichreſis improbandæ maior ratio quam fœnoris.*
20. *Creditores pignora maioris valoris capere ſolent.*
    Iuſtinianus notatur, quod non omnino antichreſin prohibuit.
21. *Antichreſis expreſſa non ſeruabat legitimum modum vſurarum.*
22. *Cùm contrahitur antichreſis, nulla certa vſura in ſtipulationem deducuntur.*
23. *Præſidis Fabri* def. 6. de pact. pign. *reprobatur.*
24. *Antichreſi domus factâ creditor tenetur deducere, quanti domum conduxiſſet.*
25. *Creditor non factâ antichreſi tenetur imputare fructus, quos potuit percipere.*
    Et affertur vera, & germana diuerſitatis ratio.

26. *Credi*

26. *Creditor quando tenetur refundere, vltra quàm domum conduxiſſet.*
27. *Creditor locans domũ integras penſiones ſorti imputare cogitur.*
28. *Creditor qui pignore non eſt vſus, an teneatur imputare fructus: Auctoris diſtinctio.*
29. *Conductor non tenetur ad penſionem, ſi re conducta frui non potuit.*
30. *Creditor ſi relicta propria domum debitoris inhabitat, & quid reſtituere teneatur.*
31. *Creditor, qui domum debitoris habitat, & ſuam locat, tenetur imputare, quanti domum ſuam locauit, niſi domus eius amplior ſit.*
32. *Antichreſi factâ alicuius agri creditor imputat fructus, quos percepit deductis ſumptibus.*
Habitatio ad vitam neceſſaria.
33. *Creditor facta antichreſi non tenetur ad fructus, quos percipere potuit.*
34. *Ex locatione fructuum percipere præſumitur.*
35. *Quid ſi creditor probet penſiones non exegiſſe, Auctoris diſtinctio.*
36. *Creditor tenetur deducere damna ab eo pignori data.*
37. *Fructus minuunt ſortem, ſi conſumpti ſunt.*
38. *Fructus conſumpti, vel diſtracti cum debito ipſo iure compenſantur.*
39. *Fructus minuunt ſortem deductis ſumptibus.*
40. *Æſtimatio fructuum attendenda eſt, quæ fuit tempore quo conſumpti ſunt.*
Niſi fraus creditoris intercedat.
41. *Fructus eiuſdem generis ſtatim cedunt in ſolutionem ſortis.*

QVod dixi in præcedentibus vſuras minuere
ſortem, † verum etiam eſt in fructibus pig-
1 noris à creditore perceptis, ſiue pignus ex con-
uentione datum ſit, ſiue captum iuſſu præto-
ris, & iudicis. Nam fructus, & penſiones
veluti rei alienæ, & ex re aliena perceptos in ſortem com-
putari clarum eſt *ex c. cum contra, & c. illo vos, de pignor. ex
c. 1. & 2. de vſur. l. 2. & vlt. C. de pign. act. & l. ſi dominium, C.
de pignor. & aliis locis.* Idque fatentur omnes; Petr. Gregor.
*Partit. iur. canon. lib. 3. titul. de vſur. cap. 4. & in tractat. de
vſur. lib. 2. cap. 9. numer.* 1. vbi huius rei varias rationes
adfert: Felician. *de cenſib. part. 2. lib. 1. cap. 3. num.* 5. The-
ſaur. *in deciſ. 78. num.* 1. Surd. *in deciſ. 328. numer. 14. & 15.
& in conſ. 327. num.* 29. & hoc exploratiſſimum eſſe ſcribit
Crauett. *in conſ. 476. num. 17. in fin.* & ita etiam Theologi
docent, quorum plurimos recenſet Salas *in lib. de vſur.
2 cap. 28. numer.* 2. † ita vt nec pacto conuenire liceat, vt cre-
ditor fructus ſuos faciat, neque imputet ſorti. Nam paria
ſunt paciſci de fructibus non imputandis in ſortem, vel
vſuras pecuniæ creditæ ſtipulari, vt notant Neguzan. *de pi-
gnor. part. 5. membr. 5. numer.* 10. Sebaſtian. Medic. *de com-
penſ. quæſt. 9. num.* 9. Surd. *in conſ. 194. numer.* 14. Cardin.
Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 8. num.* 7. Vgo-
lin. *de vſur. cap. 63. num.* 1. & Statil. Pacific. *de Saluian. in-
terd. inſpect. 4. cap. 1. numer.* 46. Merlin. *de pignoribus, lib. 5.
quæſt. 45. num. 13. &* 14. vt ergo irrita eſt conuentio de vſu-
ris pecuniæ creditæ præſtandis, ita illicita eſt pactio de fru-
3 ctibus pignoris ſorti non imputandis. † Imò improbior,
& maiore odio dignus videtur, qui fructus in vicem vſura-
rum ex alienis poſſeſſionibus propria auctoritate capit,
quàm qui vſuras in pecunia ab ipſo debitore exigit. Ille
enim debitori commodum poſſeſſionis, & rei propriæ vſum
aufert: & plerumque fit, vt debitor in quantitate, & æſti-
matione fructuum detrimentum ſentiat, fructibus ſcilicet
vt plurimum excedentibus modum legitimum vſurarum,
quod non fit cum pecunia ſoluitur, & exigitur, quia certa
eſt nummorum æſtimatio *l. 3. ff. de in lit. iuran.* & debitor rei
ſuæ poſſeſſionem non amittit, cuius etiam fructus eſt vel pi-
gnori dare licere, *l. vlt. ff. de vſur.*
4 Sanè olim iure ciuili licita fuit illa conuentio, quæ An-
tichreſis dicitur *in l. ſi pecuniam, 33. ff. de pign. act. & in l. 11.
ff. de pignorib.* & definitur à Martiano *mutuus pignoris vſus
pro credito*, cuius videlicet poteſtate creditor pignus reti-
net, & vice vſurarum fructus capit, donec illi debita pe-
cunia ſoluatur *lib. 14. & 17. C. de vſur.* & tradit Alciat. *lib.
diſpunct. cap.* 3. tametſi excederent legitimum modum vſu-
rarum, cum & ſi minus fructuum naſceretur, eo tamen
creditor contentus eſſe deberet *d. l.* 17. & notant Balduin.
in lib. de pignorib. cap. 16. Cuiac. *ad d. l.* 14. & Gudelin. *de
iur. nouiſſ. lib. 3. cap. 3. num.* 18. † Et tantum cùm ruſti- 5
cis, & agricolis antichreſin contrahere non licuit ex Iu-
ſtiniani *Nouell. 32. & 34.* vt dixi *quæſt. præcedenti num.* 7. &
Grimaud. *de contract. pignor. lib. 2. cap. 9. num.* 4. quia ex cir-
cumſtantia perſonæ iniqua hæc pactio viſa eſt, & incommo-
da rei publicæ. Etenim ſuis agris, & tuguriis agricolæ pel-
lebantur cum eorum familia, & patriam deſerere cogeban-
tur, vel perire fame, vt agricolis Æmi Thraciæ montis con-
tigiſſe memorat Iuſtinian. *in d. Nouel.* 32. † Atque etiam 6
quia licet fructus agri cum paruo tugurio intuitu credito-
ris, cuius fortaſſe magna ſunt latifundia, non excedant
ſtatutum modum vſurarum, ruſtico tamen laborioſe exer-
centi longè plus reddit ager, & ſufficit ad totius familiæ
exhibitionem, vt de Quinto Cincinnato, & de Ælia fami-
lia ſcribit Valer. Maxim. *lib. 4. cap.* 4. & de duobus Veianiis
fratribus ex agro Faliſco refert Varro *lib. de re ruſtic. cap.* 16.
eos ex agello, qui non erat maior iugero vno ex melle ma-
gnum reditum recipere ſolitos. Et de Caio Furio Creſino,
Plinius *lib. 8. cap.* 6. Ne igitur coloni, & agricolæ cum fa-
milia omni induſtria, & ſubſidio vitæ ſpoliarentur, ratio
fuit prohibendæ Antichreſis cum agricolis, & colonis, vt
expendunt Roderic. *de ann. redit. lib. 2. quæſt. 11. num.* 8. &
Binsfeld. *in cap. 1. de vſur. in fin.* † Quæ nunc omnino pro- 7
hibita eſt etiam inter alios *c. 1. & 2. & c. 8. de vſur. & cap. 7. de
iureiur.* & ex iuriſconſultis ita notant Duaren. *ad tit. de vſur.
cap.* 1. Cuiac. *ad d. cap. 7. de iureiuran. & in c. 1. de feud.* Ho-
toman. *in tract. de vſur. lib. 2. cap. vlt. verſ. Quamobrem ita,
& in diſput. de fœnore cap.* 4. vbi ait hanc veram fœneratio-
nem eſſe, quæ ex ipſis nummorum corporibus fructus pe-
tit, & cum pecunia ſterilis ſit, nihil minus contra naturam
facere, qui ab ea fructus expectat, quam qui pecuniam. Idem
ſentiunt, Theſaur. *in d. deciſ. 78. numer.* 3. Petrus Gregor.
in tract. de vſur. lib. 2. cap. 10. num. 1. & Frideric. Martin. *de
iure cenſ. & ann. redit. cap. 1. n.* 142. 147. rectè ſubiiciens iu-
re Pontificio improbatam eſſe Antichreſin & abrogatas eſſe
d. leg. 14. & 17. C. de vſur. Quod merito quidem receptum
eſt, quia cùm vſura ſit aliquid vltra ſortem accipere, id ip-
ſum capere intelligitur, qui habitat, vel percipit fructus,
quod mercedem pro habitatione, vel fructibus non ſoluit
l. 9. ff. de donat. Quamobrem etiam pactâ Antichreſi fructus
minuere ſortem exploratum eſt.

Cæterum Antonius Faber Præſes Sabaudiæ *de error. prag- 8
matic. decad. 9. cap.* 1. exiſtimat Antichreſin pignus quidem
eſſe, ſed non vſurarium, vt vulgo putant: & quod magis
opinatur in aliud genus contractus tranſire locationi ſimil-
limum, quaſi eo fundo, qui pignori datus fuit, locato
creditori, & quidem viliori mercede ad fructus ex eo per-
cipiendos non vſurarum iure, ſed quod eſt diſſimile in vi-
cem, & locum vſurarum, & ob id dumtaxat, quod non
aliter fuerit creditor gratuitam pecuniam, & ſine vſuris da-
turus. Quod etiam repetit *cap. 9. num.* 11. † Et tamen verius 9
eſt propriam, & veram Antichreſin contractum eſſe vſu-
rarium, & vſurarum prohibitionem ad hoc genus con-
uentionis pertinere. Hoc enim in primis probat *d. nouell.*
34. vbi Iuſtinianus hoc genus contractus fœneratitium, &
cautiones, quæ ſuper illis fiunt, fœneratitias vocat. Deinde
id ſuadet explorata iuris ratio, conſtat enim vſuram eſſe,
quicquid accedit ſorti, niſi lucri amiſſi, vel damni ratio,
quod creditor patitur culpâ debitoris, aut alia iuſta cauſa
aliud ſuadeat. † Neque, tantum vſuram eſſe, cùm quis pecu- 10
nias credit ſub auido fœnore, & ſtipulatur vſuras eiuſdem
generis, ſed etiam cùm commodum fructuum, vel aliud
compendium captat, & capit ex mutuo, *l. cum allegas, & l. 16.
Codic. de vſur.* Quod clarè pronunciat Diuus Auguſtin. in
pſalm. 36. *Si fœneraueris homini, id eſt, mutuam pecuniam
tuam dederis à quo aliquid plus quàm dediſti expectas, non
pecuniam ſolam, ſeu aliquid plus quam dediſti, ſiue illud
triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud, ſi
plusquam dediſti expectas accipere, fœnerator es*, Et Diuus Am-
broſius

broſius lib. de Tobia: *Et eſca vſura eſt: & quodcumque ſorti accedit, vſura eſt: quod velis ei nomen imponas, vſura eſt.* Proinde cum pactâ antichreſi creditor fructus rei pignoratæ auferat vltra ſortem *d.l.11.§.1 ff.de pign. & d.l.17.C.de vſur.* incongruum videtur, pace viri doctiſſimi dixerim, aſſerere antichreſin conuentionem vſurariam non eſſe.

11 Neque momentum habet, quod Præſes ait in antichreſi fructus non percipi tanquam vſuras, ſed in vicem, & locum vſurarum, quia illud ipſum quod vice vſurarum percipitur, vſura eſt, & illicita extorſio, quia accedit ſorti, & percipitur vltra ſortem ex ſolo tempore tardæ ſolutionis. Vnde *in l.8. ff.in quib.cauſ.pign. tac. contrah.* quæ eſt de antichreſi tacita, vt videtur Cuiac. *in obſer.lib.8.cap.18. & in d. l.14. C.de vſur.* & eidem Fabro *loc. cit.* non dicitur creditor fructus in vſuras, vel in vicem vſurarum, ſed ex fructibus vſuras poſſe retinere. Denique non eſt vis in mutatione nominis, vt dicebat Hoſtienſis, vel vt ait Baldus quodam loco, *vocabula non ſaluant conſcientiam*, & proinde cùm non minor ſit aſperitas creditoris, ſiue vſuras percipiat, ſiue fructus in vicem vſurarum, neque minus ſit damnum ex parte debitoris in antichreſi, quam in aperto fœnore, imo interdum maius damnum ſentiat, vt dixi, & innuit *d.l.14. C.de vſur.* non minùs odioſa, & illicita antichreſis cenſeri debet.

12 Neque etiam mouet, quod pactâ antichreſi nullam certam quantitatem credi or ſtipulatur pro vſuris, ſed fructus tantum, qui incerti ſunt, & multis caſibus obnoxij; quia hæc incertitudo fructuum non tollit rationem vſuræ, ſufficit enim, vt virtute huius conuentionis creditor vltra ſortem fructus conſequatur, ſiue plures ſint, ſiue pauciores, & interdum exigui, & ferè nihil. Incertitudo enim facit tantum, vt expreſſa antichreſis ſecundum ius ciuile non ſeruet legitimum modum vſurarum, & proinde nihil fieri contra leges videbatur, etiamſi interdum plus eſſet in fructibus, quàm pro ratione ſortis liceret conſequi titulo vſurarum, quia potuit & minus eſſe in fructibus, & interdum etiam nihil, vt ait Præſes *eod.loc.num.*10. At non ideo minus conuentio vſuraria eſt, in qua ſors debetur, & pro vſu, & dilatione ſoluendæ ſortis fructus ei accedunt, quæ procul dubio æſtimationem recipiunt, nam, & vendi poſſunt certo pretio etiam futuri *l.78.§.vlt.de contr.empt.l.ſi ſterilis.§.3. de contrah.empt.* & dixi *quæſt.8.num.26.*

13 Neque etiam viri docti ſententiam iuuat *d.l.14.C. de vſur.* qua potiſſimum mouetur, quia vel ipſe titulus ſub qua poſita eſt, ſatis innuit hoc genus conuentionis ad commercia vſuraria pertinere. Et quod valde notandum eſt, non ait conſtitutio in antichreſi non contrahi fœnus, ſed tantum fœnus illicitum non eſſe contractum, quæ diſſimilia ſunt. Et proinde ex eo quod lex ait fœnus illicitum non eſſe contractum, malè colligit Præſes non eſſe contractum fœnus, niſi admittat etiam ex iure ciuili omne fœnus eſſe illicitum, quod eſt abſurdum. Conſtat enim ex iure ciuili quoddam fœnus licitum eſſe *l.placuit. ff.de vſur. & aliis locis.* Imò ex eo quod conſtitutio ait fœnus illicitum non eſſe contractum, magis eſt vt probet in antichreſi fœnus contrahi, quamuis non illicitum ex iure ciuili; alioquin fruſtra quæreretur, an illicitum fœnus in hoc genere contractum eſſet.

14 † Denique hac eadem conſtitutione, ſi fortè creditor rem pigneratam locauerit, & ex penſionibus plus redegerit, quàm ferat ratio legitimarum vſurarum, id quod vſuris amplius eſt, ſorti eſt imputandum. Quod etiam, & quidem apertius ſcribit Harmenop. *lib. 3. tit. 5.* his verbis: *Quod ſi domo locata penſiones ex ea redegerit, tum ſanè ſi quid ſupra legitimum modum vſurarum percipere potuit, id omne in ſortem imputatur.* Quod etiam notat Donell. *ad h.l.in fin.* Quare cùm hic contractus, ſi forte creditor agrum, vel domum locauerit, quod in illius arbitrio poſitum eſt, niſi aliud conuenerit *l.11.§.1.& l.25. ff. de pignor.* fœneratitius ſit, cùm ſubiaceat moderationi vſurarum, conſequens eſt non minus illicitum, & fœneratitium eſſe, cum ipſe creditor ſecundum formam conuentionis domum inhabitat, vel ex agro percipit fructus, cùm priore caſu ſi quid eſt ſupra legitimum modum vſurarum imputet ſorti; cùm verò ipſe pignore vtitur, fructus omnes lucrifaciat, quamuis excedant vſuras legitimas, vt dictum eſt.

Denique nihil mouere debet, quod Præſes ait hîc potius locationem contrahi quàm fœnus, quia non ideo minus fœneratitia conuentio exiſtimari debet. 15 Nimirum ex qua creditor vltra ſortem vſuras retinet ex habitatione vel fructibus, & quod idem eſt, fructus in vicem vſurarum, & quod durius, & iniquius eſt, loco vſurarum fructus omnes, quamuis earum legitimum modum exceſſiſſent, cenſetur quidem in hac ſpecie ager, vel domus conducta, vt ait *h.l.14.C.de vſur.* quæ impulit Præſidem, ſed nulla merces ex parte creditoris ſoluitur, vel promittitur, † quæ ta- 16 men ad ineundam locationem certa conſtitui debet *l.23.ff. comm. diuid.l.2.ff.loc.l.naturalis.5.§.at cum do.ff.de præſcr.verb.* ſed vſuræ eius pecuniæ, quæ datur, vicem mercedis obtinent, & videtur fundus locatus, quantum ferunt vſuræ pro ratione ſortis, & ad concurrentem ſummam vſurarum, vt explicat Donell. *in d.l.14.num.2.* vnde licet huic negotio locatio quædam inſit, non tamen deſinit hic quoque fœnus eſſe, quandoquidem vſuræ vicem penſionis obtinent, pro qua domus, vel ager conductus eſſe videtur, & pro fruitione agri, vel habitatione domus mercedem non ſoluere exigere eſt, vltra ſortem *d.l.9. de donat.* Quamobrem antichreſis duobus contractibus conſtat, mutuo ſcilicet cum pignore, & fœnore, quod fructus percipiendo, vel inhabitando creditor conſequitur, & conductione domus, cuius penſionem non ſoluit, ſed compenſat cum vſuris, quod perinde eſt, ac ſi vſuras ei debitor ſolueret, quia compenſatio loco ſolutionis eſt, & qui compenſat ſoluit, *l.4.ff qui potior.in pign. habeant.l.amplius.ff.rem rat. hab.* veriſſimum ergo eſt, quicquid Præſes Faber tenet, conuentionem hanc fœnus continere, & ex fœnoris fæce hauſtam, & pollutam eſſe.

Hinc conſequens eſt abrogatas eſſe *d.l.14.& 17.C.de vſur.* 17 *l.2.§.pacto. & l.ſi is qui.§.1.de pignor. l.8.ff.in quib.cauſ.pign.tac. contrah.* & reliquas omnes, ſi quæ ſunt, quibus conſtitutum fuit creditores fructus ſuos facere vice, & loco vſurarum, vel per retentionem pignorum ſeruare vſuras ad eum vſque modum, quem vſuræ legitimæ patiebantur, abrogatas inquam iure Pontificio, quo vſura omnis interdicta eſt, vt dixi ex Frideric. Martin. *cap.1.num.142.* & tradit Petr. Gregor. *lib.2.de vſur. cap.14. in fin.* Annæus Robert. *rer. indicat. lib.2.cap.8.* Ioann. Grinell. *dec.83.num.8.* Caniſ. *lib. de vſur. cap.5. num. 23. & 29.* vbi ait iuri diuino aduerſari. Quod etiam clarè ſenſit Duaren. *d.cap.1.de vſur.* dum dicit hoc genus contractus eſſe omnino vſurarium, & iure canonico improbatum. Denique Cuiac. *in d.cap.1.de feud.* *Qua tamen pactio*, inquit, *iure Pontificio improbata eſt tanquam vſuraria, quod ea id agatur, vt fructus creditori cedant vſurarum vice, quæ omnino ſunt prohibita iure Pontificio.* & nouiſſimè Carol. Philipp. Motor. meritiſſimus ſenatus Taurin. Præſes aduersùs eundem Fabr. *in apolog.pro magiſtrat. Pedem. num. 93. & 97.* vnde quod ſcribit Mynſing. *obſer.71.cent.6.* Antichreſin licitam eſſe, & iure permitti, accipiendum eſt de iure ciuili; nam iure canonico, veluti iuri diuino contraria omnino prohibetur, vt dictum eſt. † Et congruenter huic rei 18 apud Plutarchum legimus Lucullum cùm Aſiæ præeſſet, lege Aſianis data quartam dumtaxat fructuum partem creditoribus permiſiſſe, vt obſeruat idem Cuiacius *in obſer.lib.3. cap.35.* Neque prætermittendum eſt Ariſtotelem *lib. 6. Politic.* legem Ozei legiſlatoris referre, ne cuiquam ſuper aliqua alieni fundi parte fœnerari liceret. Quod etiam notat Petrus Gregor. *Syntagm.iur.ciuil. par.3. lib.22. cap.3.* Denique Martialis libro 12. cuidam Theleſino amico ſuo exprobrat, quod non ſibi, ſed ſuis colliculis, & arboribus pecuniam credidiſſet. Ex quibus patet ius ciuile Romanorum hac in re plurimum à iure naturæ, & à veritate remotum fuiſſe.

19 Imò improbandæ Antichreſis maior ratio fuit, quàm prohibendi fœnoris, quod nullâ pacta Antichreſi agitabatur, quia in fœnore certis finibus auaritia cohibebatur, vt conſtat *ex l.ſi non ſortem.ff de condict.indeb.l.placuit.& l.eod. C. de vſur.* quos in antichreſi tranſilire licuit, niſi cum vel tacitè contrahebatur, vel cum res oppoſita pignori à creditore locabatur, vt dictum eſt *d.l.14.C.de vſur.& l.8.ff.in quib. cauſ. pign. tac. contr.* Neque aſperitatem hanc ſatis remouet

incertus

Digitized by Google

incertus fructuum euentus. Nam licet vis tempeſtatis, vel incurſus militum, aut alius caſus aliquis interdum fructus omnes auferre poſſit, id tamen perquàm rarò accidit, & niſi rarò fructus grandine, aut vredine, aut nimio imbre, vel ſiccitate pereunt. Neque enim caſus fortuiti eſſent, niſi rarò, & præter ſpem contingerent, vt indicat *l. 15. §. ſi*
20 *vis, ff. loc.* † Illud verò frequentiſſimum eſt creditores pro ære modico pignora amplioris reditus egenis, & miſeris debitoribus auferre, captatâ ſcilicet temporum neceſſitate, vt queritur Iuſtinianus in *d. nouell. 32.* Quæ fuit ratio improbandæ legis commiſſoriæ pignorum, vt alio loco à nobis diligenter tractatum eſt. Accedat quod dixi *num. 6.* debitores per antichreſin vſu, & poſſeſſione ſuarum rerum ſpoliari, quod non fit, cùm nullâ factâ antichreſi pecunia creditur etiam ſub vſuris. Atqui conſtat multa eſſe commoda poſſeſſionis. Vnde valdè miror Iuſtinianum, qui modum vſuris impoſuit, & antichreſin cum ruſticis, & agricolis fieri vetuit, illam omnino, & cum omnibus non improbaſſe, vel ſaltem intra fines legitimæ vſuræ non cohibuiſſe. Nam ſi is qui pecuniæ creditæ vſuras ſtipulatur, & capit, videtur quodammodo inſidiari, vt ex alterius neceſſitate prædetur, vt ait Lactantius *lib. 6. cap.* 18. an non plus quam inſidiari, & prædari eſt, paucis nummis dominos, & colonos ſuis ſedibus expellere, & fructus omnes auferre, quotquot eſſent, & licet vſurarum fines excederent?

21 Proinde quod quidam dicunt etiam in antichreſi ex iure ciuili non licere tranſgredi fines legitimæ vſuræ, vt Donell. *in d. l. 17. num.* 4. Roderic. *d. quæſt. 11. num.* 29. & Præſes Argentr. *ad conſuetud. Britann. art. 61. not. 1. num.* 1. de tacita antichreſi accipiendum eſt. Nam certum eſt expreſſam antichreſin, de qua auctores illi agunt, legitimum modum vſurarum non ſeruaſſe: ſed virtute huius conuentionis fructus omnes abſtuliſſe propter incertum eorum euentum, niſi creditor re locata plus ex penſionibus redegiſſet, vt dixi ex *l. 14. & 17. C. de vſur.* & ex Harmenop. *lib. 3.* & docent Cuiac. *loc. cit.* Præſes Faber *in d. err. 5. num.* 10. *& defin.* 25. *C. de vſur.* Balduin. *de pignor. & hypoth. cap.* 16. Gudelin. *de iure nouiſſ. lib. 3. cap. 3.* & Ioann. Borcholt. *de vſur. c. 6. n. 5.*

22 Neque monet *d. l. 1. §. pacto, ff. de pignor.* quâ Donellus, & Argentreus mouentur, quia in ſpecie dicti §. *pacto*, non eſt contracta antichreſis. Neque enim actum eſt ſimpliciter, vt fructus vice vſurarum perciperentur, nullis ante vſuris in ſtipulationem deductis, quâ ratione antichreſis contrahitur: ſed actum eſt, vt in vicem vſurarum, quæ in ſtipulationem deductæ erant, ſi ad diem non ſoluerentur, fructus retinerentur ad finem legitimæ vſuræ. Quod ſatis indicat non fuiſſe contractam antichreſin, quia cùm hoc genus contrahitur, nullæ vſuræ ſpecialiter in ſtipulationem deducuntur, ſed ſimpliciter agitur, vt creditor loco vſurarum fructus ſuos faciat, vt expendit Cuiacius *in d. §. pacto, ad Papin.* Quod verò Paulus reſpondit *in d. l. 8. ff. in quib. cauſ. pign. tac. contrah.* poſſe creditorem ex fructibus rei pignori acceptæ ad modum legitimum vſuras retinere accipiendum eſt, cum res ſimpliciter, & ſine pacto de percipiendis fructibus in vicem vſurarum pignori data eſt creditori, non autem cum id actum eſt, vt notant Cuiac. & Faber. *loc. citat.* Quare certum eſt ex iure ciuili expreſſam Antichreſin non ſeruaſſe legitimum modum vſurarum, ſed in hoc genere creditores liberum fœnus agitaſſe: Ideoque multo magis conuentionem hanc in iure Pontificio improbatam eſſe.

23 Ex quibus probare non poſſum eiuſdem Præſidis Fabri definitionem 6. *C. de pact. pign.* vbi probabilius eſſe putat, validam eſſe pactionem in antichreſi appoſitam, vt quandiu patiatur debitor creditorem percipere fructus in vicem vſurarum, creditor ſortem debitam exigere non poſſit inuito debitore. Nam cùm huiuſmodi conuentio nunc irrita ſit, & iure Pontificio improbata, conſequens eſt etiam illius pacta irrita eſſe, ne alioquin eueniat, vt non conſiſtente principali contractu pactiones illi additæ ſuſtineantur, quod regula iuris non patitur, *lib.* 145. & 172. *de reg. iur. l. non dubium, Cod. de legibus, l. 1. & 2. ſi pignorib. conuent. num. ſecut. non fuerit*, & tradit idem Faber *definit. 12. eod. titul. de pact. pign.* & ne duplici incommodo afficiatur creditor, vt ſcilicet ſteriles ei nummi ſint, & cogatur inuitus per partes ſolutionem recipere, quod creditoribus graue, & incommodum eſſe ſolet, quamuis ſi ſponte creditor in illicito contractu perſeueret, id ſibi imputare debeat.

Sed ſi quærimus quomodo hæc conuentio corrigenda 24
ſit, ex his quæ dixi initio *quæſt. præcedent.* id definiendum eſt, vt ſcilicet creditor id tantùm conſequatur, quod dedit, & in exonerationem ſuæ ſortis ferat, quicquid habuit ex rebus debitoris. Proinde ſi fortè domus in antichreſin data ſit, eámque creditor inhabitauerit, non deducitur de ſorte quicquid domus locari potuit, ſed dumtaxat quanti creditor domum conduxiſſet, quia tantumdem intelligitur perceptum nomine vſurarum, vt indicat *l. in ſumma, §. ſic, & habitatione, ff. de condict. indeb. d. l. 14. C. de vſur.* & ibi Baldus *in fin.* & Caſtrenſ. *num. 3. gloſſ. in d. leg. 11. §. 1. ff. de pignorib.* Alexand. *in conſ. 149. num. 7. lib. 5.* Ioann. Baptiſt. Lup. *de commerc. illic. comm. 3. §. 6. num.* 4. & aliis auctoribus citatis Menn. Eſcub. *de ratiocin. cap. 16. num.* 52. ex quibus videtur hæc recepta Iuriſperitorum ſententia, & ex Theologis ita tenet Salas *in lib. de vſur. dub. 28. num.* 6. neque creditori obiici poteſt, cur domum non locauerit, quia pacto, & conuentione vſus eſt, & proinde id tantum deducere debet, quanti habitationem conduxiſſet, tantundem enim lucri feciſſe videtur. † Quamuis aliud ſit, ſi ſimplici- 25
ter domus pignori data ſit. Hoc enim caſu, nimirum cùm non eſt facta antichreſis, habenda eſt ratio huius penſionis, qua domus locari potuit, vt ſentit Panormitan. *in cap. cum contra, de pignorib. num.* 10. & qui ita intelligendus eſt Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. titul. 8. num. 11.* Surd. *dec. 170. num. 6.* & Azor. *part. 3. lib. 7. cap. 8. quæſt. 3.* ſiquidem receptum eſt creditorem non tantum fructus perceptos imputare ſorti, ſed eos etiam quos percipere potuit ex *l. 2. Cod. de pact. pignorib. & l. 3. Cod. de pign. act.* Quod etiam tradit Harmenop. *lib. 3. tit. 8.* his verbis: *Fructus ex prædio pignori nexo percepti in exonerandi debiti rationem computantur non ſolum quos creditor percepit, verum & quos percipere potuit*, vt tradit Neguzant. *de pignorib. part. 5 membr. 5. num. 1.* Ioann. Baptiſt. Lup. *d. §. 6. numer.* 6. Petr. Gregor. *lib. 2. de vſur. cap. 9. num. 6. & in partit. iur. canon. lib. 3. titul. 9. in ſchol. cap.* 4. Ioannes Copus *de fructibus, lib. 3. tit. 4. cap. 1.* & Cauiſ. *de vſur. cap. 5. num.* 6. vbi notat hoc iure Pontificio non eſſe conſtitutum, ſed ſuppleri ex iure ciuili. Et obſeruanda eſt valde diuerſitatis ratio. Nam cùm ſimpliciter pignus datum eſt, neque actum eſt, vt creditor fructus pignoris percipiat vice vſurarum, debitor poteſt pigneratitia actione petere, vt fructus percepti, & qui percipi potuerunt imputentur in ſortem ex *d. l. 1. & 3. Cod. de pignor. act.* & aliis ſimilibus locis; ſed cùm facta eſt antichreſis, id eſt, cùm conuentum eſt, vt creditor fructus faciat ſuos loco vſurarum, fructus non veniunt in actionem pigneratitiam, neque locum habent *d. l. 1. & 3. C. de pig. act.* & alia ſimilia iura, quæ non loquuntur, quando actum eſt, vt creditor in vſuras percipiat fructus; alioquin contrariæ eſſent *d. l. 14. & l. 17. C. de vſur.* & ſimilibus, quibus conſtat huiuſmodi conuentionem valere ex iure ciuili, vt rectiſſimè animaduertit Berous in *c. 1. num. 9. & 10. de vſur.* Ergóne creditor lucrabitur fructus ædium? minimè gentium, ſed debitor eos repetere poteſt non pigneratitiâ actione, ſed condictione indebiti, quia vſuræ indebitæ ſunt, vt videtur Bartolo in *l. 1. num. 8. ff. de priuat. del.* quod alio loco examinabitur. In quam actionem venit tantum id, in quo quis locupletior factus eſt *l. 26. §. libertus*; illis verbis: *nempe hoc ſolum refundere debes, quod habes*, & *d. l. in ſumma, eod. titul.* & conſequenter quanti domum conducturus fuit. Quod non animaduertentes Surdus, Mantica, & alij quidam *locis citat.* aliud ſenſiſſe videntur.

Alia quoque huius rei exceptio eſt, cùm creditor vltra 26
ſolitam habitationem alia commoda percepit, vt ſi fortè tabernam, & officinam inſtituit, ſi mercaturam & opificium exercuit, occaſione domus, quod ante facere non conſueuerat, vel pueros, & ſcholares alendos ſuſcepit, vel alia emolumenta conſecutus eſt occaſione amplioris domus, quæ antè percipere non ſolebat. Hoc enim caſu non tantum in creditum referre debet quanti domum conducere

conſue

Digitized by Google

conſueuerat, ſed etiam hæc maiora habitationis commoda refundere, vt puto ſenſiſſe Molin. *diſp. 535. numer. 4.* quia cùm in hoc euentu creditor non tantum lucretur, quanti domum pro ſua habitatione conduxiſſet, ſed etiam quanti tabernas conducere cogeretur, vel ampliorem domum ad plures perſonas exhibendas, hoc totum veluti lucrum fœnoris illi auferendum eſt, & ſorti imputandum.

27 Illud etiam certiſſimum eſt, ſi fortè creditor, cui per antichreſin domus tradita eſt, eam alteri locauerit, quod illi conceſſum eſt, quia eſt conductori ſimilis *d. l. 14. C. de vſur.* conſtat autem conductorem, ſi non aliud conuenerit, poſſe locare *l. nemo, C. de locat. & l. cum in plurib. 60. ff. eod.* Ant. Gomez. *variar. lib. 2. cap. 3. num. 11.* illum ſorti imputare id omne, quod ex penſione redegit, quamuis ſuæ habitationis modum excedat. Nam ſi olim domum pignori traditam locaſſet, & ex mercede plus redegiſſet, quàm ferret legitimus modus vſurarum, quod amplius erat ſorti imputare tenebatur, vt conſtat *ex d. lib. 14.* Harmenop. *loc. cit.* Cuiac. *in d. l. 14. & in obſer. lib. 8. cap. 17.* Borcholt. *d. cap. 6. num. 5.* & Anton. Faber *d. decad. 9. cap. 6. numer. 16.* ita & nunc, poſtquam nullus eſt modus vſurarum, & vel in vno nummo vſura prohibita eſt, id totum, quod ex penſionibus redegit, tenetur imputare in ſortem, quia nulla cauſa ſubeſt, in quam penſio ex locatione domus redacta cedere, & compenſari poſſit.

28 Sed opportunè quæro, an creditor, cui per antichreſin ædibus frui licet, nec illas inhabitauit, neque locauit, teneatur imputare ſorti, quanti domum conduxiſſet, vel quicquid ex locatione redigi potuit. Et intereſt valdè ex qua cauſa domum neque habitauit, neque locauit. Nam ſi id factum eſt, quia noluit, aut neglexit, mihi videtur id tantum imputandum eſſe, quanti habitationem conducturus fuiſſet. Nam ſi domum inhabitaſſet, id tantum reficeret, quod ex conductione alterius domus præſtitiſſet, vt dixi ex *d. l. 14.* & ex Baldo, Caſtrenſi, Lupo, & aliis *numer. 24.* & ne duriùs cum creditore agatur, qui nullum omnino commodum ex pignore ſenſit, quàm cum eo, qui pignore
29 fruitur, & conuentione illicita vſus eſt. † Sed ſi creditor pacta antichreſi pignore vti frui non potuit ſine eius culpa, nihil omnino ſorti imputare debet, eſt enim conductori ſimilis *d. l. 14. C. de vſur.* conſtat autem conductorem, qui re conducta frui non potuit, ad penſionem non teneri *l. 9. in princ. & §. 4. & l. 15. & 24. §. colonus, l. fundus 33. ff. loc. & l. 5. §. ſi vis, eod. tit.* vbi Vlpianus ait, *oportere agrum præſtari conductori, vt frui poſſit.* & Harmenop. *lib. 3. titul. 8. in princ.* quod etiam ſcribit Ioann. Cepus *de fruct. lib. lib. 3. tit. 4. cap. 4.* vnde tenetur locator probare ſe præſtitiſſe patientiam, vt conductor re locata vteretur, & frueretur, vt latè tractatum eſt apud Ozaſ. *in dec. 51.* quam probauit Magon. *in dec. Florent. 140. numer. 1.* idque per traditionem, patientiam, & impedimenti amotionem, vt ex eodem Ozaſc. *in d. dec. 51. numer. 8.* & ex Mantic. *de ambig. conuent. lib. 5. tit. 1. num. 19.* cenſuit Rota *inter recentiſſimas dec. 539. n. 1. part. 1.* Quare debitor tenetur probare creditorem domum inhabitaſſe, vel locaſſe.

30 Quærit verò Azorius *loc. cit.* ſi creditor relictâ propria domo, eam quam in pignus habuit, inhabitauerit, quid reſtituere debeat, vel in ſortem referre: & reſpondet eam penſionem præſtandam eſſe quæ ex domo pignori oppoſita redigi potuit: quod verum eſt, cum res pignori ſimpliciter data eſt *lib. 2. C. de pact. pignor. l. 3. C. de pignorib. act.* aliud verò, cùm antichreſis facta eſt, quia hoc caſu viliùs domus conducta cenſetur *d. l. 14. C. de vſur.* & ibi Baldin. *in fin.* & alij auctores citati *num. 24.* quibus accedit Garoc. *in lib. de locat. part. 2. tit. de creditore, quæſt. 2. num. 4.* & hoc in foro noſtro certiſſimum puto. In quo ſcilicet conſtat licere contrahentibus in locationibus, & conductionibus, vt etiam in emptionibus, & ſimilibus negotiis ſe in pretio circumuenire *ex l. item ſi, §. vlt. ff. loc. & l. 16. §. 4. de minorib.* dummodo dolus & immodica deceptio abſit. Denique quia in hac ſpecie creditor, id tantum accepiſſe videtur, quanti eius habitatio eſt, vt dictum eſt, ergo id tantum condici poteſt *d. l. in ſumma, §. 7. de condict. indeb.* Niſi fortè domus ita anguſta ſit, vt non tantundem locari ſoleat. Hoc enim caſu non tenetur reficere niſi id quod domus locari ſolet, & ita, ni fallor, ſentit Azor. *loc. cit.* ne deterioris conditionis creditor ſit, quam quilibet alius conductor, vt vir doctiſſimus ait. † Neque etiam omnino placet quod is auctor ait *eod loc.* 31
ſi creditor non inuento conductore eius domus, quæ pignori data eſt, eam inhabitauerit propriis ædibus relictis, iiſque conductis, creditorem nihil reſtituere debere; quia hoc verum videtur, ſi nihil ex própria domo redactum eſt: aliud verò dicendum eſſe, cum proprias ædes locauit, quia hoc caſu æquius puto creditorem teneri deducere, vel reddere, quanti domum ſuam locauit, quandoquidem tantundem lucratus eſt ex mutuo, quod proinde illi auferri debet. Neque enim ex propria domo quicquam redigere potuiſſet. Atque ita intelligi debet, quod dicunt Paul. Caſtrenſ. *in d. l. 14. num. 5. C. de vſur.* & Molin. *in d. diſp. 535. num. 4. verſ. quod ſi nullam*, cùm ſcilicet ex propria domo creditor nihil redegit: alioquin cùm proponitur alienas ædes æquè commodas inhabitaſſe, & proprias locaſſe, palam eſt eum locupletiorem factum eſſe quatenus ex propria domo percepit, dum habitat alienam, ideoque eatenus reum reſtituendi eſſe. Quæ tamen intelligo, niſi domus propria amplior ſit. Etenim hoc caſu non id omne refundere debet, quod ex propria domo redegit ſecundum ea quæ proximè dicta ſunt.

Sed ſi ager, vel vinea in antichreſin data ſit, non omnino eadem regula vtendum eſt ad corrigendum contractum: Nam ſi creditor per ſe agrum coluit, & percepit fructus, non poteſt dici illum imputare ſorti, quanti alium fundum conduxiſſet, vt dicimus creditorem; qui ædibus in antichreſin datis vtitur, teneri accepto ferre, quanti domum conduxiſſet. Neque enim agrorum, vt ædium conductio ita neceſſaria eſt, omnes enim qui proprias non habent, alienas ædes conducunt, neque enim ſine habitatione viuere poſſumus *l. legatis, ff. de alim. leg.* Agrorum verò conductionibus omnes ferè abſtinent: & ſanè perpauci ſunt, qui alienas poſſeſſiones conducant, & præſertim ex iis, qui habitant vrbes. Deinde facile æſtimari poteſt, quanti quis ædes eſſet conducturus ex qualitate, perſonæ, & familiæ, & ex more Ciuitatis Quanti vero agrum quis fuiſſet conducturus æſtimari nullo modo poteſt, cum nec etiam vlla neceſſitas ſit conducendi agrum. Quare cum fœnerator agro in antichreſin accepto vtitur, & fruitur percipiendo fructus, non poteſt dici illum teneri refundere, quanti eſſet alium agrum conducturus, ſed inſpiciendum eſt, quos fructus ex agro perceperit, eoſque ſorti imputare, vel reſtituere deductis ſumptibus, quia non ambigitur, quod in fructibus redigendis impenſum eſt, ipſos fructus diminuere *l. 46. ff. de vſur. l. 7. C. de pig. act.* nullumque caſum interuenire poſſe, qui hoc genus deductionis impediat, *l. fundus, ff. fam. hercisc.* & tradit Petr. Gregor. *de vſur. lib. 2. cap. 9. n. 8.* Garz. *de expenſ. & melior. cap. 1. n. 11. & cap. 11. n. 60.* 32

Sed illud quæro, an creditor, qui ob antichreſin agrum coluit, & percepit fructus, teneatur etiam ad eos, quos percipere potuit, vt alij creditores tenentur *ex l. 2. & 3. C. de pign. act. & l. 2. C. de pact. pign.* Et puto illum ad eos tantum teneri, quos percepit. Nam & is qui ædes in antichreſin acceptas inhabitauit, tenetur tantum quatenus ædes conducturus fuit, tametſi plus ex locatione earum redigi potuiſſet, vt dixi ex *l. in ſumma, circa fin. de condict. indeb. & l. 14. C. de vſur.* & ex Baldo, & aliis, *n. 24.* nempe quia tantundem lucri feciſſe videtur. Mitius igitur agendum eſt cum eo qui agrum in antichreſin habuit, & ſibi imputet debitor, qui hunc agri ſui cultorem elegit, niſi dolus, & lata culpa creditoris arguatur, veluti ſi proprias poſſeſſiones diligenter coluit, & vt diligens paterfamilias in ſuis rebus facere ſolet, & agrum ſibi oppigneratum negligenter excoluit; & vacuum eſſe paſſus eſt, *arg. l. 13. §. 1. de admin. tut. & l. ſicut certo, §. plane, ff. commod.* Huius tamen rei auctorem non habeo. 33

Denique quæro, ſi creditor qui agrum vel domum locauit, excipiat penſiones non exegiſſe; & proinde non teneri illas ſorti imputare, Reſpondeo audiendum non eſſe, quia ex locatione præſumitur illas exegiſſe, *vt ex l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de act. emptio.* & Caſtrenſ. *num. 6.* & Natta *in* 34

conſ.

conſ. 384. *num.* 2. cenſuit Rota *inter recentiſſ. dec.*482. *num.* 4.
part. 1. & licet *d.* § *ex vendito,* id non probet, & Caſtrenſis,
& Natta iis locis aliud agant; dicunt enim emptorem, qui
rem, & pretium habet, ad vſuras pretij teneri, neque fe-
rendum eſſe, ſi dicat nullos fructus percepiſſe, quia ſatis
eſt, quod habuerit facultatem percipiendi, vt etiam in *d.*
§. *ex vendito*, definitum eſt, quæ quæſtio diuerſa eſt, ſe-
quor tamen magni illius Auditorij ſententiam, ſcilicet ex
inſtrumento locationis præſumi perceptionem penſionis: &
præſertim ſi locatio fuit aliquot annorum puta trium, vel
quatuor. Neque enim veriſimile eſt creditorem paſſum
fuiſſe conductorem in conductione perſeuerare niſi ſolutis
ſuo tempore penſionibus. Nam potuiſſet illum ex hac cau-
ſa expellere *l.* 3. *ff. de loc. l.* 54 *ff. eod.* Gomez, *variar. lib.* 2. *c.* 3.
num. 6. Quæ tamen Rotæ definitio accipienda eſt, cum agi-
tur inter locatorem, & tertium. Nam ſi res eſſet aduerſus
conductorem, ceſſat illa præſumptio, & conductor probare
penſiones præſtitiſſe, *l.* 1. *C. de probat. l. vlt. C. de ſolut.*

35 Sed ſi creditor, qui pignus locauit, probet non potuiſſe
penſionem exigere ob inopiam conductoris, ſentio diſtin-
guendum eſſe, vel enim conductor tempore locationis ido-
neus habebatur, & talis, vt illi bonus paterfamilias, &
negotiorum geſtor illi locaturus fuiſſet, & hoc caſu ſi con-
ductor non ſoluit, excuſandum eſſe creditorem, & nihil
ſorti imputare debere: ſi verò conductor ab initio idoneus
non fuit, & talis cui bonus, & diligens paterfamilias do-
mum, vel agrum locare non debuit, creditorem penſiones
in ſortem referre debere, licet non exegerit, tenetur enim
creditor in pignore verſari, vt diligens paterfamilias face-
re ſolet *l. ea, ff. de pignor. act.* Cuius rei licet auctorem non
habeam, id tamen mihi ſatis perſuadet *l.* 9. *ff. de diſtr. pign.*
l. 1. §. *ſi magiſtratus, ff. de magiſtrat. conuent. l.* 2. §. *ſi eo tempo-
re, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. l. litis,* §. *ſi pecunia, ff. de negot.
geſt.* & quæ tutoribus, & adminiſtratoribus tradunt Mon-
tan. *de tut. & curat. cap.* 38. *num.* 97. & 98. & Munnoz. *de ra-
tiocin. cap.* 14. *n.* 20. & valde innuit *l. qui ſub conditione, ff. de
condit. & demonſtr.* quæ eſt de ſeruo, qui ſub conditione red-
dendarum rationum liber eſſe iuſſus eſt, & definit ei imputa-
ri non debere, ſi debitores idonei non inueniantur, ſi eo
tempore, quo illis pecuniam credidit, eius conditionis fue-
re, vt diligens paterfamilias illis crediturus fuiſſet.

36 Denique illud certum eſt creditorem, ſi illius culpa, vel
dolo pignus deterius factum eſt, teneri, in exonerationem
debiti deducere damnum ab eo datum, vt probat *l.* 3. & 7.
C. de pign. act. quamuis fortuitos caſus, & fatalia damna
præſtare non cogatur, *vt conſtat ex l.* 6. & 8. *eod. tit. & inſtit. quib.
mod. re contrah. oblig.* §. *vlt.* & *l.* 21. §. *quicquid, ff. de pignor.* &
eleganter Vlpian. *in l.* 13. *ff. de pignorib. act.* ait, *venire in hanc
actionem, & dolum, & culpam, vt in commodato, venire & cu-
ſtodiam, vim maiorem non venire.* Sed hæc ad tractatum vſura-
rum non pertinent, & proinde his prætermiſſis illud tan-
tum monuero, quod de antichreſi dictum eſt conuentionem
illicitam, & vſurariam eſſe, quibuſdam caſibus ceſſare, quos
ſuis locis attingere animus eſt.

37 Sanè ſi quærimus quo tempore fructus pignoris minuant
ſortem, refert an extent, vel conſumpti ſint. Nam ſi adhuc
extant, in dominio debitoris ſunt *l. qui ſcit, ff. de vſur.* illi-
que ſoluto debito, vel obſignato reſtitui debent cum pigno-
re, tametſi & ipſi quoque tacitè obligari cenſeantur *l.* 3. *C.
quib. cauſ. tac. pignor. contrah. l.* 1. *C. de part. pignor. l.* 18. §. 2. *ff.
de pignor.* & ita docent Bald. *in l.* 1. *C. de pign. act. q.* 1. & *l. vlt.
C. de non num. pecun. in princ.* Alex. *in l. diuortio*, §. 1. *num.* 5.
Bero. *in d. c.* 1. *de vſur. num.* 41. & 42. Neguzan. *de pignor par.* 5.
membr. 5. *n.* 11. qui monet probandum eſſe illos eſſe conſum-
ptos. Idem docent Caniſ. *lib. de vſur. cap.* 5. *n.* 7. Ioann. Bapti-
ſta Coſta *de ration. rat. quæſt.* 142. *num.* 16. & Cardin. Mantic.
de tac. & ambig. conuent. lib. 11. *tit.* 8. *num.* 16. & Munnoz.
de ratiocin. cap. 17. *num* 15. & 16. & aliis auctoribus citatis
38 *comput.* 14. *num.* 16. & 17. † Atque ita fructus conſumpti,
vel diſtracti extenuant ſortem non quidem ſecundum eo-
rum ſubſtantiam, ſed ratione æſtimationis, qua ipſo iure
compenſatio inducitur vſque ad concurrentem quantitatem,
vt in reliquis cauſis §. *in bonæ fidei, Inſtit. de act.* & *l. vlt. C.
de compenſ. & nominatim in l.* 1. *C. de diſtract. pign.* quæ ait
ipſo iure pignus ab obligatione liberatum eſſe, & ſatis in-
dicant *d. c.* 1. & 2. *de vſur.* quibus cauetur creditores, qui ex
fructibus ſortem receperunt deductis ſumptibus, fundum
abſolutè reſtituere debere, & ad pignora reſtituenda Eccle-
ſiaſtica diſtrictione compellendos eſſe. Quod animaduer-
tit Bero. *loc. cit. num.* 51. & docet Caniſ. *in d. cap.* 5. *num.* 7.
in fin. & aliis citatis Cardin. Mantic. *loc. cit. num.* 3. & 23.
& Barboſ. *in d. l. diuortio*, §. *ob donationes, in fin.* † In quo 39
tamen illud etiam obſeruandum eſt, vt intelligatur dedu-
ctis ſumptibus, qui quærendorum, colligendorum, & con-
ſeruandorum fructuum gratiâ facti ſunt, vt probat *l.* 36 §.
vlt. ff. de pet. hered. quæ ait non ſolum in bonæ fidei poſſeſ-
ſoribus, ſed etiam in prædonibus rationem naturalem id
expoſtulare *l. fructus,* 7. *ff. ſol. matrim. l.* 1. *C. de fruct. & lit. ex-
penſ.* & in hac ſpecie nominatim conſtitutum eſt in *d. c.* 1. &
2. *de vſur.* & tradunt Neguzan. *loc. cit. num.* 12. *in fin.* Coſt *d.
lib. de ration. rat. quæſt.* 67. *num.* 10. & Caniſ. *in d. cap.* 5. *n.* 8.
qui ſubiicit his expenſis ſubductis, quod reliquum manet,
ſortem minuere. † Ex quo illud etiam ſequitur fructus qui 40
ſuperſunt deductis ſumptibus minuere ſortem ſecundum
æſtimationem illius temporis, quo conſumpti ſunt. Nam
cùm compenſatio fiat ipſo iure, vt dictum eſt, & ex eo
tempore, quo cœptum eſt vtrinque deberi *l.* 4. *C. de com-
penſ.* planè fit, vt fructus ex eo tempore indebiti quantita-
tem cedere debeant, quo eorum æſtimatio incipit deberi, &
ita rectè docet Bald. *in l.* 2. *num.* 15. *C. de fruct. & lit. expenſ.*
Rota poſt Statil. Pacific. *Saluian. interd. decian.* 217. *num.* 8.
idem Statil. *in d. tractat. inſpect.* 4. *cap.* 1. *num.* 85. quod ta-
men intelligo, niſi dolus creditoris arguatur, vt ſi viliſſimo
diſtraxit, quia creditor rem bona fide gerere debet, vt ait
l. 4. *C. de diſtract. pignor.* quæ valdè notanda ſunt aduerſus
quoſdam creditores, qui putant fructus deducendos eſſe
ſecundum valorem temporis, quo colliguntur, & percipiun-
tur, cùm ipſi eos recondant, & ſeruent, donec carius diſtra-
hantur. Nam cùm fructus debitoris ſint, quandiu extant, vt
dixi ex *d. l. qui ſcit. ff. de vſur.* & Bero. *d. cap.* 1. *num.* 45. illi
eorum æſtimatio creſcere debet. † Sed hæc de fructibus ac- 41
cipienda ſunt, quæ cum ſorte debita functionem non reci-
piunt, puta debetur pecunia, & creditor ex agro frumen-
tum, vel ex prato fœnum percepit, tunc refert, an huiuſmo-
di fructus extantes ſint, vel conſumpti, ſed ſi eiuſdem ge-
neris ſint, & qualitatis, cum ſorte quæ debetur, veluti ſi
creditor eſt pecuniæ, & ex domo, vel naui, vel iumentis pi-
gnori acceptis penſiones in pecunia percepit, penſiones
enim loco fructuum ſunt *l.* 36. *ff. de vſur.* tunc non obligan-
tur pignore; nec inſpicitur, an conſumpti ſint, ſed ſtatim
cedunt in ſolutionem debiti, & ipſo iure minuunt ſortem,
vt docet idem Bald. Caſtrenſ. & Salic. *in d. l.* 1. *C. de pign. act.*
Donell. in l. 2. *C. eod. tit.* & Bero. *in d. cap.* 1. *num.* 48. & 49. Nam
inquit nunquam pignus tacitè contrahitur eius rei, quæ ex
diſpoſitione iuris compenſari poteſt *l. ſi conuenerit*, 18. *in
princ. de pign. act.* nec obſtare *l.* 3. *C. in quib. cauſ. pign. tac. con-
trah.* & *l.* 7. *ff. eod.* quia accipienda ſunt de fructibus, qui ſunt
alterius generis, nec cum ſorte debita functionem reci-
piunt: & hanc eſſe veram, mirabilem, atque etiam nouam
declarationem. Quæ, ni fallor, confirmari poſſunt ex *l.* 26. §.
idem Marcellus ff. de condict. indeb.

QVÆSTIO XII.

Si res pro æquiualenti ſumma pignori data ſit.

SVMMARIA.

1. *Fructus non imputantur ſorti, quoties pignus pro æquali ſumma datum eſt, ex ſententia plurium.*
2. *Quæ non placet auctori, niſi concurrant indicia dationis in ſolutum.*
3. *Datione in ſolutum res fit creditoris.*
4. *Fructus ſequuntur dominium.*
5. *Res pro pecunia ſoluta parit liberationem.*
6. *Pignus ſi non ſufficiat, competit creditori actio pro reſiduo.*

7. L. legata 9. de ſupell. leg. *ſenſus.*
Pignus fiduciarium transferebat dominium.
8. L. 101. de leg. 3. *explicatur.*
9. *Pigneratitiæ actioni nullo tempore præſcribitur.*
10. *Creditor contra ius imputandi fructus in ſortem nunquam præſcribit.*
Pignoris natura eſt, vt fructus imputentur ſorti.
11. *Fructus pignoris prætorij licet quantitas debiti æquet, vel excedat valorem pignoris, minuunt ſortem.*
12. *Iudicis arbitrio relictum eſt, an pignus in ſolutum datum ſit creditori.*
Æs alienum, ventus horribilis, & peſtilens.

QVod in præcedentibus diximus fructus pignoris ſortem minuere ex *c. 1. de vſur. lib. 2. C. de pignor. act.* & aliis, vulgo receptum eſt, hanc inter alias exceptionem pati. † Quo-
1 ties ſcilicet pignus pro ea quantitate datum eſt, quæ æquat, vel excedit valorem rei. Hoc enim caſu non animo reluendi pignus conſtitutum eſſe, ſed potius alienatum præſumitur: & proinde eodem iure cenſetur, quo res aliæ, quæ ſunt in dominio, & patrimonio creditoris, vt indicat *l. legata, in fin. ff. de ſupell. leg. & l. qui habebat, 101. de leg. 3.* ex quibus ita docent Bart. *in d. l. legata.* Bald. *in cap. 1. §. aut ſi libellario, num. 4. & 5. quib. mod. feud. amitt.* Paul. Caſtrenſ. *in l. 2. num. 4. C. de reb. alien. non alien.* Alexand. *in l. interdum, §. ex naufragio, in fin. ff. de acquir. poſſ.* Zaſ. *in l. 1. § per ſeruum, num. 11 ff. eod.* & aliis auctoribus citatis. Tiraquell. *de retract. lignag. in præfat. n. 36.* Ioann. Grinell. *in dec. 52. num. 35.* & in ſpecie quod fructus hoc caſu non minuant ſortem, Neguzan. *de pignor. part. 5. membr. 1. num. 30.* Gothofred. *in not. d. l. 9. in fin. de ſupell. leg.* Staril. Pacific. *de Saluian. interd. inſpect. 4. cap. 1. numer. 87.* Gratian. *diſcept. Forenſ. cap. 422. num. 14. & 15.* Gair. *de credit. cap. 4. num. 1097.* & Rota poſt Statilium *in dec. 2. num. 6. & inter recentiſſ. decian. 749. in fin. part. 1.* quæ ſanè egregia
2 eſt definitio. † Sed ego hîc hæreo, & ſubſiſto, nec eam recipiendam puto, niſi ex verbis, & aliis probabilibus argumentis, & coniecturis colligi poſſit dationem in ſolutum aut venditionem interceſſiſſe, reſpondit Aretin. *in conſ. 159. num. 14.* Decian. *in conſ. 35. num. 44. lib. 2.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 11. titul. 8. numer. 28.* & cenſuit Rota poſt prima reſponſa Farinac. in quadam Romana *dec. 47. numer. 2.* in qua refertur Dominos Auditores perpenſis clauſulis, & pactis contractus, quæ pignoris naturam excedebant, & deſtruebant, reſpondiſſe rem in ſolutum fuiſſe datam, ideoque fructus perceptos in ſortem imputan-
3 dos non eſſe. † Scilicet quia hoc caſu fructus non ex pignore, ſed ex re propria percipiuntur. Etenim exploratum eſt datione in ſolutum, vt quæ vicem emptionis obtineat *leg. eleganter, de pignor.* ſi is qui dedit, dominium habuit, veluti ex iuſto, & legitimo contractu rem fieri creditoris *l. 14. C de euict. l. 46. §. 1. de ſolut. & l. vlt. ff. ex quibus cauſ. in poſſ.* & notant Bart. *in l. 1. §. cum prædium, ff. de pign.* & Decian.
4 *in d. conſ. 35. num. 42.* † Et cum fructus ſequantur dominium *l. qui ſcit. ff. de vſur. l. ex diuerſo, ff. de rei vindic.* Afflict. *in dec. 87. num. 6.* Ioan. Cop. *de fructib. lib. 2. tit. 1. cap. 1.* Surd. *in conſ. 243. num. 14.* & Mantic. *loc. cit.* conſequens eſt creditorem, qui rem in ſolutum accepit, fructus ſuos facere, neque teneri eos de ſorte deducere, vt iidem auctores tradunt, & præſertim Mantic. *loc. cit.* qui ait id carere omni du-
5 bitatione, & cenſuit Rota *in d. dec. 47. in fin.* † Denique cùm certum ſit rem pro pecunia ſolutam parere liberationem *l. ſi non ſortem, 26. §. ſi centum, ff. de cond. indeb. l. 98. ff. de ſolut. & l. non omnis, 19. in fin. ff. de reb. cred.* Hering. *de fideiuſſor. cap. 20. §. 21. n. 9.* vbi notat etiam hoc caſu fideiuſſorem liberari, non poſſunt fructus imputari in ſortem, quæ nulla amplius debetur, & ſolutione ſeu datione in ſolutum extincta eſt.

Sed ſi ſimpliciter res pignori data eſt, tametſi quantitas, quæ debetur, & pro qua pignus datum eſt, æquat, vel excedit valorem rei: nec aliæ coniecturæ concurrant, vnde venditio, aut datio in ſolutum colligatur, puto rem in dominio debitoris manere, & ideo fructus veluti ex re aliena perceptos ſorti eſſe imputandos, & præterea ſi ſufficiant ad totum debitum, pignus reſtituendum eſſe, vt eſt proprium pignoris *l. 1. C. de pign. act. c. illos vos, de pignor. & c. 1. de vſur.*

Quod etiam ex eo probari poteſt, quia creditor, qui mi- 6
nus idoneum pignus accepit, non amittit exactionem reſidui debiti, in quod pignus non ſufficit, *l. creditor, 28 ff de reb. cred. l. quæſitum, §. vlt. ff. de diſtract. pign.* vbi dicitur ſuperfluum eſſe id paciſci, quæ tamen reſidui exactio creditori non competeret, ſi ex eo quod debitum excedit pretium pignoris, illud in ſolutum datum, vel venditum eſſet, vt definitum eſt in *l. à Diuo Pio, § ſi pignora, ff. de re iudic.*

Neque obſtat *d. l. legata 9. de ſupell. leg.* quia hîc quæri- 7
tur, an ſupellectili ſua omni legata argentum pignori acceptum contineatur, & reſpondit Papinianus *non contineri propter contractus fidem, & reſtituendæ rei vinculum, ſi modo non in vſu creditoris voluntate debitoris id argentum fuit*, quod potius noſtram ſententiam probat. Etenim hic locus ſatis oſtendit, ſi res ſimpliciter pignori data eſt, non eſſe in dominio creditoris, ſed illum reſtituendæ rei vinculo teneri oblatâ quandocunque pecuniâ, & tantum legato pignus contineri cum ea lege datum eſt, vt eſſet in vſu, & mancipio creditoris, vt hic Cuiacius notat, quod genus pignoris veteres fiduciarium appellabant, & fiduciam, ex qua dominium transferebatur in creditorem, vt explicat idem Cuiac. *lib. 2. ſentent. Pauli tit. 13.* vnde rectiſſimè Rot. *in d. dec. 47.* dationem in ſolutum arguit ex eo, quod res creditori ea lege tradita fuiſſet, vt ea vti frui creditori liceret. Hoc enim excedit notiſſimos fines pignoris, cuius natura eſt, vt nec eius vſum, neque fructus creditor habeat *§. furti. Inſtitut. de obligat.*

Neque etiam mouere debet *d. l. 101. de leg. 3.* quia potiſ- 8
ſimum auctores contrariæ ſententiæ nituntur, quia hic quærebatur, an legatis prædiis omnibus, quæ quis in aliqua regione poſſidet, etiam prædia, quæ teſtator pignori habuit legata viderentur; reſpondit Scæuola non videri relicta, hac exceptione addita, *ſi modo in proprium patrimonium, quod ferè ceſſante debitore fit, non ſint redacta?* ſed nihil hîc eſt, quod iuuet Doctorum ſententiam, neque enim Scæuola quicquam conſtituit in quantitate debiti pro qua pignus acceptum eſt. Nam huius rei nullum hîc veſtigium eſt: ſed ex eo tantùm quod creditor prædia pignori accepta debitore ceſſante illa reluere, ſua eſſe arbitrabatur, & veluti ſua poſſidebat, arguit legata videri, & hanc teſtatoris mentem fuiſſe. Imò hinc potius apparet incongruum eſſe, quod Doctores dicunt. Nam Scæuola hîc non quærit, an pignus ex eo in creditoris patrimonio eſſe intelligatur, quod pro tanta ſumma res pignori oppoſita ſit, vt nulla ſit ſpes reluitionis pignoris, ſed an legato continerentur prædia, quæ teſtator pignori accepiſſet: & reſpondit legata non videri niſi fortè ceſſante debitore creditor in ſuum patrimonium redegiſſet, & veluti ſuis vſus fuiſſet, quod ex facto pendet, & procul dubio aliquod ſpatium temporis exigit, vt debitor ceſſare videatur *l. diuortio, ff. de neg. geſt.* & creditor prædia in ſuum patrimonium redegiſſe dicatur; quod euidens argumentum eſt non ſtatim ac pignus tra-
ditum eſt pro æquali quantitate, alienatum videri. † Deni- 9
que non ait Scæuola debitorem; quamuis per aliquod tempus ceſſauerit, pignus repetere non poſſe, quia hoc eſſet contra contractus fidem, & rei reſtituendæ vinculum, vt ait Papinianus in *d. lib. 9. de ſupell. leg.* & certum eſt debitorem longi temporis ſpatio non ſubmoueri, quin reddita quantitate, quæ debetur, vel eâ oblatâ, & conſignatâ res pignori datas conſequi poſſit, vt conſtat ex *l. 10. & vlt. C. de pignor. act. l. 15. ff. de vſucap.* & tradit Cuiac. *in d. l. 10.* Præſes Argentr. *ad conſuetud. Britann. art. 266. cap. 6. num. 23.* vbi ait creditorem nullis ſæculis præſcribere, & rurſus *art. 273. num. 8.* & Præſes Faber *ad tit. de pign. act. defin. 4.* vbi notat huius actionis ius ſingulare eſſe, vt nullius temporis
præſcriptione tollatur. † Et rectiſſimè etiam Ioann. Cop- 10
pen. *in dec. 1. num. 7.* notat creditorem contra ius imputandi fructus in ſortem nunquam præſcribere *arg. l. Titia 48. ff. de ſolut.* quæ ait pro ſoluto magis habendum eſſe, quod ex ea cauſa creditor percepit: & certum eſt id quod ſoluitur, non præſcribi, ſed ipſo iure minuere ſortem, & liberare

debitorem. Quamobrem cùm poſſit debitor pignus quandocunque repetere actione pignerariitia, conſequens eſt quantumcumque debitor ceſſet,fructus in ſortem cedere debere,vt eſt proprium pignoris,& actionis pigneratitiæ natura,vt dixi ex *d.l.*1.*&* 2.*C.de pign.act.*& Rot.poſt Statil. Pacific.*in dec.*101.*n.*10.Et proinde Scæuolæ reſponſum, cum ſupponat debitorem ceſſaſſe in luitione pignoris,huic quæſtioni accommodari non poteſt, in qua debitor non ceſſat, vel pignus pro derelicto habet, ſed tandem repetit, & contendit fructus perceptos in debiti ſolutionem cedere debere. Nam ſi ponas ceſſare debitorem, & nihil petere, fruſtra quæritur, an fructus percepti extenuent ſortem, quia de fructibus pignoris ſorti imputandis ita demum quæri ſolet, cum mouetur actio pigneratitia,vt innuit *d.l.*1. his verbis:*videlicet mota actione pigneratitia*, quæ non fruſtra addita ſunt. Quare communis ſententia nullo certo iuris loco defendi poteſt, vt comperi etiam adnotaſſe Franciſc. de Cald. *de iur.emphyt. lib.* 4. *cap.* 5.*n.* 76. & Petr.Royzium *in dec. Lituan.* 5.*n.*359. qui poſt hæc à me vtcunque ſcripta ad manus meas peruenit, niſi vt dixi alia dationis in ſolutum, aut factæ venditionis argumenta concurrant, *vt in d. dec.* 47. poſt reſponſa Farinac. nec aliud fortaſſe Rota ſenſit *in d. dec.*2. poſt Statilium, dum *num.* 7. *&* 8. expendit circumſtantias facti tam ex parte creditoris,quam debitoris, vt etiam Iudicis,ex quibus animus non luendi excluditur.

11 Proinde quod dicitur fructus pignoris non minuere ſortem, quoties res pignori ſuppoſita eſt pro tanta quantitate, vt veriſimile ſit debitorem nullum habere animum reluendi, ſed illam habere pro derelicta, iiſdem auctoribus placuit non obtinere in pignore, quod auctoritate iudicis captum eſt per actionem hypothecariam, cuius natura eſt, vt fructus extenuent ſortem, vt dixi *ex d.l.*1.*C.de pign. act.& & l. debitor,*§.*vlt.ff.eod.*& in ſpecie cenſuit Rot.*in d. dec.*101. *in fin.* quæ etiam extat inter recentiſſ. *part.*1. *dec.*749.& rurſus *in d. dec.* 2. *num.* 9. *poſt Pacific.* vbi dicitur circunſtantias facti coniecturas huius voluntatis tollere, & nouiſſimè in-

12 ter deciſ. R. P. Buratt. *dec.* 160. *in fin.* † Quod cum ex facto pendeat, iudicis arbitrio committi debet, qui perpenſis clauſulis, & pactis inſtrumenti, ſi quod factum eſt, aliiſque rerum, & perſonarum circunſtantiis arbitrabitur, an debitor rem à ſe abdicauerit, vel ab initio, vel ex interuallo, & creditor illam vti ſuam poſſederit, & veluti in ſuum patrimonium redactam. Nec enim id vllâ certâ regulâ definiri poteſt, vt in cæteris quæſtionibus *leg.* 37. *ff. de vſur. & l. vtrum, de donat. inter vir. & vxor.& aliis.* Et cum hoc temperamento id eſt concurrentibus coniecturis, & indiciis tranſlati & abdicati dominij recipi poteſt communis ſententia, quam alioquin communem errorem dicere potes. Inter quas quidem coniecturas illa eſt longi temporis ceſſatio, & diuturnum ſilentium debitoris *l. cum quidam,* §. *Dinus, ff.de vſur.* & quod res pro pari, vel maiori ſumma pignori oppoſita ſit, vt innuit Scæuola *in d. l.* 101. illis verbis, *quod fere ceſſante debitore fit*, vnde Catullus in epigrammate ad Furium, poſtquam villam ſuam non Auſtri, aut Boreæ flatibus oppoſitam, ſed ingenti pecunia creditoribus obligatam eſſe dixit, ſcitè, & facetè ſubiicit:

O ventum horribilem atque peſtilentem!

QVÆSTIO XIII.

An meliorationum fructus imputentur ſorti.

SVMMARIA.

1. *Actio pignoratitia datur debitori, cum ex fructibus pignoris debitum ſolutum eſt.*
2. *Pignoris Prætorij natura eſt, vt fructus extenuent ſortem.*
3. *Antichreſis olim licita.*
   Creditor ex iure ciuili poterat pignus vendere etiam pro vſuris
4. *Quod hodie iure canonico improbatum eſt.*
5. L.6. in fin.& l.7.ff.de pign. act. *nunc abrogata.*
   Pignore pluris vendito debitor reſiduum petere poteſt, & poſt moram id quod intereſt.
6. *Iurari in litem poteſt aduerſus creditorem, qui ſoluto debito pignus non reſtituit.*
7. *Pignus velut quoddam depoſitum.*
8. *Creditor ſi rebus pignori acceptis damnum intulit, id in ſortem imputare cogitur.*
9. *Creditor neceſſarias, vel vtiles expenſas in rebus pignoratis factas quatenus conſequatur.*
10. *Fructus meliorationum, quas creditor fecit in pignore, an minuant ſortem.*
11. *Induſtria ſua nemini nocere debet.*
12. *Fructus ex meliorationibus perceptos non minuunt detractionem earum etiam poſt litem conteſtatam.*
13. *Ioannis Garziæ ſententia, & eius ratio potiſſima.*
14. *Meliorationum in æſtimatione inſpicitur quod minus eſt.*
15. *Meliorationes alia negatiua, alia poſitiua.*
16. *Plantæ, & ædificia ſolo cedunt,* & num.23.
17. L. Cæterum, ff. de rei vendic.*ſententia.*
18. *Serui petiti poſt viceſimum quintum annum opera reputantur ad minuendos ſumptus.*
19. L. Cæterum, *emendatur ex Cuiacio.*
    Nota numerorum in auctoribus ſæpe deprauata.
20. *Creditor fructus meliorationum in ſumptus compenſare cogitur.*
    Fructus rei, quam creditor ſuis ſumptibus fertilem fecit, imputantur ſorti deductis ſumptibus.
21. *Domin. Sot. in contraria ſententia dubius.*
22. *Malæ fidei poſſeſſor, & creditor quod attinet ad fructus, eodem loco ſunt.*
23. L. ſumptus de rei vend. *explicatur.*
24. L. Curabit. C. de act. empt. *non habet locum fauore eius, qui in re aliena ſumptus fecit.*
    Tametſi rectè agat ad id quod intereſt, etiam nulla mora interueniente.
25. *Nauarri ſententia quædam declaratur.*
26. *Creditor torquem aureum pignori acceptum locans mercedem ſorti imputare tenetur.*
    Et reiicitur Nauarri contraria opinio.
27. *Tutores, & negotiorum geſtores fructus meliorationum non faciunt ſuos.*
    Sed tantum repetunt ſumptus, & ſi quid eorum intereſt.
28. *Colonus repetit ſumptus, quos in re conducta vtiliter fecit.*
    Etiamſi agri formam mutauerit.
29. *Colono qui agrum maioris reditus fecit, vltra pacta conuenta, penſio augeri poteſt.*
    L. Colonus, ff. loc.*ſenſus.*
30. *Quem malè Cardin. Mantica percepiſſe videtur.*
    Bona fidei contrariam ideta bis exigere.
31. *Conductio iuſtum præbet titulum percipiendi fructus ſecundum ſtatum rei tempore contractus.*
    Contractus non extenduntur vltra intentionem contrahentium.
32. *Meliorationum fructus eius eſſe qui impendit, quomodo accipiendum.*
33. *Vſufructuarius non compenſat fructus meliorationum cum ſumptibus.*
34. *Conductor fructus meliorationum cum ſumptibus compenſare cogitur.*
35. *Ioannis Garziæ dictum quoddam expenditur & reiicitur.*
36. *Colono, qui reditus auxit, penſio non augetur, cum id in contractu locationis conuentum eſt.*
37. *Idemque eſt ſi tacite id actum fuit.*
38. *Colonis perpetuis non augetur penſio, licet fundum meliorem fecerint.*
39. *Coloni perpetui de fundis libere teſtantur.*
    Et ſaluo canone in heredes transferunt.

AD huius quæſtionis certiorem definitionem primo loco notandum eſt, ſi fundus vel alia res fructifera pignori data ſit, ex cuius fructibus integre creditori ſatisfactum eſt, poſſe debitorem pignoratitiam actionem exerce-

cere

cere aduerſus creditorem, vt rem reſtituat cum fructibus, qui excedunt rationem debitæ pecuniæ *l. debitor. §. vlt. l. ſi pignore §. ſi prade. ff. de pign. act. l. 1. & 2. C. eod. tit. l. 1. C. de distract. pign.* Harmeoop. *lib. 3. tit. 5.* & Cuiac. *obſer. lib. 11. cap. 31. & in cap. 4. extr. de pignor. in fin.* & Vveſembec. *ad*
2 *hunc tit. de pign. act. num 7.* † Quod verum eſt etiamſi creditor pignus poſſideat auctore Prætore. Nam & hoc caſu etiam ex perceptione fructuum debitum minuitur, & extinguitur ex natura pignoris, quæ eſt, vt fructus extenuent ſortem *d. l. 1. & 2. C. de pign. act. & l. vlt. eod. tit.* qua ſoluta debet creditor de poſſeſſione pignoris diſcedere, & debitor, cui res per iudicem ablata eſt, ad rei poſſeſſionem redintegrari, vt indicat *l. 40. ff. de ſolut.* & cenſuit Rota inter recentiſſ. *dec. 749. par. 1.*

3 Et licet iure ciuili licitum ſit paciſci, vt creditor fructus vice vſurarum retineat, quo caſu fructus non extenuebant ſortem *l. 14. & 17. & l. ſi ex prædiis. C. de vſur. & l. 33. ff. de pign. act.* quæ conuentio Antichreſis dicitur, imo id tacitè videatur actum, vt creditor vſuras ex fructibus poſſit retinere *l. 8. ff. in quib. cauſ. pign. tac. contrah.* & notat Præſes Faber. *de errorib. pragmat dec. 9. cap 6. num. 5.* Denique licet ex iure ciuili, ſi debitum foit vſurarium, fructus pignorum imputentur primum in vſuras, deinde in ſortem. *l. 5. ff. de ſolut.* & fas ſit creditori etiam pro vſuris pignus retinere aut vendere *l. 8 in fin. ff. de pign act. l. ſolutum. 11. §. ſi in*
4 *ſortem. ff. eod. l. 13. in fin. ff de pignor.* † Hoc tamen iure canonico abrogatum eſt, vt docet Frideric. Martin. *de iur. ann. redit. cap. 1. num. 147* & conſtat *ex c. 1. & 2. de vſur. & ex d. c. illo vor. 4. & penult. de pignor.* & aliis auctoribus citatis diximus *quæſt. 11. num. 7. & 8.* vbi oſtendimus conuentionem hanc vſurariam eſſe, & prohibitionem vſurarum ad hoc genus pertinere, ſiue tacite, ſiue expreſſe contrahatur. Proinde nunc fructus ex pignore percepti in ſortem omnino cedunt, & minuunt ſortem, inutiliſque eſt omnis in contrarium conuentio, vt docent præclaræ mem. Cardin. Man-
5 tic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 8. num. 7.* & alij quidam, quos recenſui *d. quæſt. 11. num. 2.* † Vt etiam abrogatum eſt, quod ait Pomponius *in l. 6. in fin ff. de pign. act.* & Paulus *in l. ſeq.* ſi creditor pignus pluris vendiderit, & reſiduum fœneret, vel in ſuos vſus vertat, vel tardius reſtituat, vſuras ex mora debitori præſtandas eſſe: ſed nunc obtinet, quod conſtitutum eſt in *l. vlt. C. de diſtrac. pign.* quæ ſimpliciter ait hoc caſu pigneratitiam de ſuperfluo competere actionem, cui addendum eſt actionem etiam dari de eo quod intereſt moram non fieri *ex l. 5. C. de pign. act. & l. 1. C. de ſent. quæ pro eo.* quæ in omnibus contractibus, & actionibus locum habet. Quare debitor cuius pignus pluris distractum eſt, debet reſiduũ cõſequi, & ex mora id quod eius intereſt, nõ vſu-
6 ras, quæ nunc omnino illicitæ ſunt. † Vt etiam ſi ſoluta, vel oblata fuit pecunia antequam diſtractum ſit, pignus illi non redditur, poteſt agere ad id quod eius intereſt *l. 9. in fin. ff. de pign. act.* & notat Oldend. *claſſ. 3. act 13. num. 5.* poteritque hoc nomine iurari in litem aduerſus creditorem, vt reſpondit Corn. *tot. conſ. 318. lib. 4.* & tradit Plot. *de in lit. iuran. §. 12. num. 2. & 13.* & conſtat *ex l. ſi fundus. §. 3. ff de pignor.* & probari poteſt *ex l. 1. §. eſt autem. ff. depoſ.* quæ ait dolum eſſe repoſcenti rem ſuam non reddere. Ex quo in actionibus bonæ fidei, cuiuſmodi eſt pigneratitia actio, iurari in litem manifeſtum eſt *l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. & d. l. 1. §. 26.* quæ ait in depoſiti quoque actione in litem iurari:
7 † pignus vero veluti ſpecies quædam depoſiti eſt, vnde dicitur deponi apud creditorẽ *l. ſeruus cuiuſdam. ff. de cõdict. indeb. l. petenti de pign act.* & vt depoſitum, re contrahitur *§. vlt. Inſtit. quib. mod. re contr. oblig.* & tradit idem Cardin. *eod. tract. de tacit. & amb. conuent. lib. 1. tit. 11. num. 2.*

8 Illud etiam ſciendum eſt creditorem, ſi quod damnum rebus pignori acceptis intulit, vel ſi eas deteriores fecerit, id in crediti deductionem accepto ferre debere *l. 3. & 7. C. de pign act. & l. eleganter. in fin. ff. hoc tit.* Harmenop. *lib. 2. tit. 5.* qui propterea ait hoc nomine pignoratitia actione conueniri.

9 Ex contrario ſi creditor aliquid neceſſario, vel vtiliter in rebus oppigneratis impenderit, id contrario iudicio conſequi debet *l. ſi neceſſaria. & l. ſi ſeruos. ff. de pign. act. l. 7. in fin. C. eod. l. 1. ff. de pign. & hypoth.* & tradit Cuiac. *in d. l. 7.* & Oldendrop. *de action. claſſ. 3. act. 13* ita tamen, vt non cogatur debitor rebus ſuis carere pro quantitate ſumptuum. Nec enim debet creditor talem efficere rem pignoratam, vt grauis ſit debitori ad recuperandum *d. l. ſi ſeruos* in qua Vlpianus eleganter ait: *Mediè igitur hæc à iudice erunt diſpicienda, vt neque delicatus debitor, neque onerofus creditor audiatur*: & hæc ſatis perſpicua eſſe videntur.

Illud vero quæritur, ſi creditor fundum, vel domum 10
ſuis ſumptibus meliorem fecit, & propter huiuſmodi ſumptus ampliores fructus ager reddere, vel domus pluris locari cœpit, an creditor in ſumptus, & creditum imputare teneatur etiam eos fructus, quos ob eius ſumptus, & labores, ex agro vel domo percepit, an verò eos tantum fructus, quos ager vel domus referebat tempore obligationis, vt ſi domus ſecundum ſtatum, qui erat tempore contracti pignoris, locabatur decem, & quia creditor illam refecit, vel auxit ſuis ſumptibus cœpit eſt locari quindecim, an creditor teneatur deducere in rationem debiti, decem tantum vel quindecim, ad quæ aucta eſt penſio ſumptibus creditoris: vel ſi ager erat ſterilis, & domus habitari non poterat tempore obligationis, & creditor agrum coluit, vel domum refecit, ex qua reditus percepit, an fructus, penſiones ſuæ, & ſumptibus imputare cogendus ſit. Et videtur dicendum eos tantum fructus imputare debere, qui ex re percipiebantur
ſecundum ſtatum qui erat tempore obligationis. † Primò 11
quia credentis induſtria ei nocere non debet *l. vlt. Cod. de alluu. l. vlt. C. de omni agr. deſert. & arg. §. ſi quis à non domino. Inſtit. de rer. diuiſ.* vbi dicitur: *Si quis ex aliqua iuſta cauſa fundum acceperit naturali ratione fructus ſuos facere pro cultura, & cura.* Deinde quia fructus, qui ex meliorationibus percipiuntur, ex re propria prouenire cenſentur, conſtat autem fructus dominium ſequi, vt dixi ſæpiùs ex *l. qui ſcit. ff. de vſur.* Denique quia videtur hic locus eſſe æquitati *l. curabit C. de act. empt.* vt enim non eſt æquum emptorem facere fructus ſuos non ſoluto pretio, ita iniquum videtur debitorem non refectis ſumptibus commodum meliorationum auferre. Vnde in ſpecie ſi pignus fructiferum, & ſterile erat, ita vt Dominus nullam ex eo vtilitatem perciperet, ſi fortè induſtria, & ſumptibus creditoris fertile factum eſt, fructus non minuere ſortem, docuit Sot. *de iuſtit. & iur. lib. 6. quæſt. 1. art 2 in fin.* Læl. Zecch. *de vſur. cap. 11. num. 7.* & Cardin. Mantic. qui Soti ſententiam probare videtur *lib. 11. de tac. & ambig. conuent. tit. 8. n. 35.*

Et hæc valde confirmat, quod plerique exiſtimauerunt 12
fructus ex meliorationibus perceptos earum detractionem non minuere, & proinde cum de liquidatione fructuum agitur, æſtimandos eſſe deductis iis, qui ex meliorationibus percipiuntur. Hos enim ſuos facit etiam malæ fidei poſſeſſor, & poſt litem conteſtatam. Ita enim ſentiunt. Afflict. *in dec 87. num 6.* Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt. 25. num. 26.* Galeſ. *de oblig. in forma camer. par. 4. quæſt. 2. num. 4* Garx *de expenſ. & melior. cap. 23. num 34.* Surd. *in dec. 294. num. 11.* quos refert, & ſequitur Rot. apud Buratt. *in dec. 548 num. 5.* His conſentiunt Capic. *in dec. 93. num. 10.* Vincent de Franch. *in dec. 191. num. 11.* Ioann. Bapt. Coſt. *de portion. rat. quæſt. 81. num. 5.* Mateſe. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 112. num. 34.* & Munnoz. *de ratiocin. lib. 2. cap. 13. num. 2. & 8.* vbi refert hanc ſententiam in Hiſpaniæ tribunalibus vſu receptam eſſe. Quæ probari videtur ex *l. cæterum. 31. ff. de rei vindic.* in qua de fructibus ſerui periti quæritur, & tamen, inquit Paulus *improbè deſiderabit petitor fructus æſtimari, qui ex artificio eius percipi potuerunt, quod ſumptibus poſſeſſoris didicit.* Ex quo dicendum videtur creditorem fructus pignoris, quod ſterile fuit, & inutile debitori, vel ſaltem eos, quos ſingulari ſua induſtria percepit, in ſumptus & ſortem compenſare cogendum non eſſe ſecundum Soti ſententiam.

Sed animaduerti Afflictum, Mateſeottum, & alios, præ- 13
ſertim verò Ioannem Garziã hac ratione moueri, quia meliorationes ad poſſeſſorem pertinent, qui eas fecit. Ait enim *loc. cit.* Accurſij, qui aliud ſenſit, opinionem eſſe ſine iure, & ratione, Afflicti verò ſententiam ratione niti, quoniam meliorationes iure proprio ad meliorantem pertinent & fructus iure dominij, & deinde ſubiicit hanc clauſulam,

ergo neque malæ fidei poſſeſſor rei, de qua lis mota eſt, reſtituet fructus meliorationum ſuarum, quia hos iure dominij habet, & ita tenendum eſt contra Couarruuiam & alios. Vnde poſt multa *numer.* 56. ait computationem fructuum faciendam eſſe ſecundum antiquum ſtatum rei, & reditum eius antequam melioraretur, & ita ſæpe iudicatum fuiſſe. Quæ tamen ratio parum tuta eſſe videtur.

14 † Nam ſi meliorationes iure dominij ad poſſeſſorem pertinent, vt magnis iſtis auctoribus videtur, teneretur Dominus, qui rem ſuam repetit, earum æſtimationem ſoluere nullâ habitâ ratione expenſarum, quod tamen in illis æſtimandis non fit, ſiquidem repetuntur ſumptus, quouſque fundus pretioſior factus eſt, non quod expenſum eſt: ſi verò plus pretio fundi acceſſit; id ſolum quod expenſum eſt, *l. in fundo*, 38. *ff. de rei vindic. l. ſi fundum, ff. de in rem verſ.* Harmenop. *lib.* 2. *tit.* 1. §. *bonæ fidei.* Caſtrenſ. *in conſ.* 270. *lib.* 2. Capic. *in d. dec.* 93. *num.* 9. Neguzant. *de pignor.* 5. *part. memb.* 4. *num.* 2. & aliis auctoribus relatis idem Garz. *cap.* 24. *in princ.* vbi ait non meliorationes, ſed ſumptus deberi.

15 Præterea meliorationes vel ſunt negatiuæ, id eſt vel conſiſtunt in ſola cultura agri, veluti ſi dominus eam ſterileſcere paſſus eſt, & creditor ſuis ſumptibus coluit, aratro fregit, herbas noxias, & arbuſta euulſit, lapides, & glaream detraxit, quibus ager obrutus erat, & alia huiuſmodi fecit: & hoc caſu certum eſt harum meliorationum dominium ad poſſeſſorem non pertinere, quia nihil eſt fundo additum, in quo dominium conſiſtere poſſit, & proinde ſumptus tantum retineri, aut repeti poſſe, vt Garzias ait *d. cap.* 24. *n.* 1.

16 † Vel ſunt poſitiuæ, veluti cùm conſiſtunt in plantationibus olearum, & vitium, & aliarum arborum, vel in ædificiorum conſtructione, aut refectione, & hoc caſu etiam certum eſt plantas, & vites, & ædificia ſolo cedere, & harum rerum dominium eius eſſe, cuius eſt ſolum, *l. adeo, §. vlt. & l. ſeq. ff. de acquir. rer. domin. l.* 2. *& l. demum, C. de rei vendic.* & indicat *l.* 21. *ff. de pign. act.* quæ ait ædificium ius ſoli ſequi. Proinde cum plantæ, & ædificia ſolo cedant, conſequens eſt non poſſeſſoris, & creditoris eſſe, ſed domini, ideoque non poteſt poſſeſſor, aut creditor hac ratione fructus meliorationum ſuos facere, quia verius eſt illos ex re aliena percipere, & conſequenter cogendum eſſe fructus meliorationum veluti rei alienæ cum ſumptibus compenſare; Et ita ſentiunt Accurſ. Angel. & Fulgoſ. *in d. l. cæterum.* Bart. *in l. ratio* §. *quod ſi. ff. de act. empt.* Roman. *in ſing.* 337. Didac. Couarr. *variar. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. Gabriel. *in conſ.* 151. *num.* 9. *lib* 1. Menoch. *de recup. poſſeſſ. rem.* 15. *num.* 611. & aliis auctoribus citatis Barboſ. *in l. diuortio*, 8. §. *vltim. num.* 49. *&* 50. *ff. ſolut. matrim.* idque colligi ex *l. ſumptus, ff. de rei vendic.* quæ in hac materia ſemper ante oculos verſari debet.

17 Neque mouere debet *d. l. cæterum,* quia hîc Paulus definit tantum poſſeſſorem malæ fidei, qui alioquin de fructibus percipiendis tenetur *l. ſi nauis, ff. de rei vindic. & d. l. domum, C. eod. tit.* ad eos tamen non teneri, quos ex artificio ſerui percipere potuit, quod ſumptibus eius ſeruus didicerat, quod videtur æquiſſimum, ne damnum ex ſua induſtria ſentiat, vt gloſſ. Angel. & Fulgoſius & alij *ad l. h.* adnotarunt, & indicant verba illa, *qui ex artificio eius percipi potuerunt*, & non dicit Paulus, *qui ex ſerui artificio percepti ſunt.* & ita ſenſit Ro-

18 man. *loc. cit.* & reſpondent Couarr. & Barboſ. *loc. cit.* † At verò Anton. Gabriel. in *conſ.* 151. *num.* 9. ait quoquo modo interpretanda ſit *d. l. cæterum*, non poſſe eius definitionem de ſerui artificiis fructibus trahi ad fructus aliarum rerum. Nam in ſeruo fit diſtinctio temporis, vt ſcilicet operarum eius ante viceſimum quintum annum ratio non habeatur, ſed poſt illud tempus impenſas in erudiendo ſeruo factas cum illius operis compenſari, vt definit *l. quod ſi artificem*, 32. quæ ſequitur, & eſt pars *d. l. cæterum*, quæ diſtinctio cum prædiis vrbanis, vel ruſticis non conueniat, dicendum eſt, cùm de ſumptibus in iſtiuſmodi rebus factis agitur, ſemper cum fructibus ex ipſis ſumptibus perceptis compenſandos eſſe.

19 † Et obſeruandum etiam eſt Cuiacium *in d. l. quod ſi artificem*, obſeruaſſe legendum eſſe, *poſt quintum annum*, hoc modo: *Quod ſi artificem fecerit, poſt quintum annum eius, qui artificium conſecutus eſt, impenſa facta poterunt penſari,* quia inquit, à quinto anno fructus eſt quidam etiam pueri, vt proditum eſt *l. vlt. ff. de oper. ſeruor.* & generaliter impuberum miniſteria quædam, & operæ ætati congruentes, quod Paulus ait in *h. l. cæterum*, & certiſſimum eſt non à vigeſimo quinto anno tantùm ſeruos nobis eſſe vſui. Ita Cuiacius, cuius coniecturam ſi ſequimur, cùm ſæpe ſint in auctoribus deprauatæ numerorum notæ, palàm eſt ſtatim ac vſus eſt aliquis ſerui, eius opera, & miniſteria quantulacunque ſint, minuere æſtimationem expenſarum, quæ in eo erudiendo factæ ſunt, & ſuperfluum tantum ſumptum petitorem reſtituere debere, vt in *d. l. ſumptus*, & proinde hinc potius Didaci, & aliorum ſententia confirmatur, quam veriorem eſſe admittit Munnoz. *loc. cit.*

Sed quicquid ſit in poſſeſſore rei alienæ, qui ſibi ipſi rem 20
poſſidet, cum res eſt inter debitorem, & creditorem, qui iure pignoris rem habet, puto fructus ex meliorationibus perceptos æſtimandos eſſe: & proinde licet creditor propriis ſumptibus, & labore agrum excoluit, quem dominus ſterileſcere paſſus fuit, vel domum refecit, quæ locari non poterat fructus quos percepit in rationem crediti ferre debere deductis ſumptibus, vt aduerſus Sotum rectè docuit Nauar. *c.* 17. *n.* 216. Nam inquit, ſufficit fructus rei alienæ eſſe, & eos nullo iuſto titulo creditorem retinere, & Nauarri ſententiam recentiores Theologi ſequuntur, Molin. *diſp.* 320. *num.* 20. Franciſc. Garz. *de contract. c.* 4. *n.* 8. Azor. *part.* 3. *lib.* 7. *c.* 8. *quæſt.* 1. Lopez *de negot. lib.* 2. *c.* 20. *circa fin.* Leſſ. *lib.* 2. *c.* 20. *n.* 137. Filliuc. *tract.* 38. *c.* 20. *n.* 188. Vgolin. *de vſur. cap.* 63. *n.* 4. & Salas *de vſur. dub.* 28. *n.* 5. vbi ait Sotum merito reprehendi à Nauarro, & Molina, qui docent tam modicos, quàm magnos fructus eſſe computandos in ſortem deductis expenſis Quod etiam ex auctoribus iuris ſentiunt Gabriel *in d. conſ.* 151. *n.* 9. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 7. *ampl.* 12. *n.* 4. & Gait. *de cred. cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 2250.

Quæ ſententia multò magis recipienda eſt, quia Domi- 21
nicus de Soto, cui contraria opinio obiicitur, & contra quem omnes ferè nituntur, huic noſtræ ſententiæ non omnino aduerſatur, nam ſubdubius ſuam ſententiam profert, vtitur enim dictione *fortè*, qua Iuriſconſulti, etiam quandocunque vtuntur, & poſtquam dixit non debere alterius induſtriam in ſortem computari, ſubiicit hæc verba: *Hæc autem prudenter penſanda ſunt. Nam ſi emolumentum eſſet alicuius momenti, arbitror fructus in ſortis ſolutionem connumerandos*, tametſi quanticunque ſint veluti ex re aliena percepti in ſortem computari debeant deductis ſumptibus ſecundum Nauarri & aliorum ſententiam, niſi coniectura donationis aliud ſuadeat.

Nec obſtat, quod Cardinal. Mantica *d. tit.* 8. *num.* 35. 22
& nos diximus *numer.* 12. huiuſmodi fructus eſſe poſſeſſoris pro cultura, & cura, quia induſtria, & cultura creditoris hactenus ei prodeſſe debet, vt ſumptus ſeruet, & deducat ex fructibus, non autem vt fructus ſuos faciat, quos ſciens ex re aliena percepit. Nam licet creditor, qui rem pignori accepit, iuſtè poſſideat *l.* 1. §. *per ſeruum, ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi ſeruus*, §. 1. *ff. de noxal. act.* tamen cum de fructibus agitur, eodem ferè loco eſt, quo poſſeſſor malæ fidei: vt enim is qui rem alienam mala fide detinuit, tenetur reſtituere fructus, quos percipere potuit *l.* 5. *C. de rei vend. & d. l. ſi nauis, ff. eod. &* §. *& ſi hereditas. Inſtit. de offic. iudic.* ita, & creditor vt conſtat ex *d. l.* 3. *C. de pign. act. l.* 2. *C. de part. pign.* Natt. *in conſ.* 536. *num.* 20. idem Cardin. eod. loc. *num.* 8. vbi ait, quod cùm creditor ſciat rem eſſe alienam, intelligitur malæ fidei poſſeſſor. Et proinde, vt malæ fidei poſſeſſor fructus meliorationum in ſumptus compenſare cogitur, ita & creditor cogi debet.

Vt etiam nihil mouere debet, quod ſecundo loco dixi- 23
mus fructus meliorationum eſſe eius, qui fecit, quod ex re propria proueniant, quia verius eſt meliorationes ſolo cedere, etiamſi bona fide, & à bonæ fidei poſſeſſore factæ ſint, vt diximus ex *d. l.* 2. & 5. *C. de rei vendic.* & aliis locis. Et conſtat etiam ex *d. l. ſumptus*, quæ ait ſumptus huiuſmodi, neque ab auctore, neque à Domino peti poſſe, ſed iudicis officio æquitatis ratione ſeruari. Ex quo loco duo notanda ſunt. Primum, nullam eſſe actionem poſſeſſori ad huiuſmodi ſumptus repetendos, & tamen ſi meliorationes eius eſſent,

liceret ei illas quandocumque vindicare. Alterum quod Papinianus inquit ſumptus æquitatis ratione ſeruari, & dominum facta compenſatione fructuum id quod ſupereſt ſoluere cogendum eſſe, & non ait res ipſas, & ipſa meliorationum corpora, reddenda, aut ſoluenda eſſe, quod argumentum eſt meliorationes ſolo cedere, vt dictum eſt.

24 Ex quibus etiam ſequitur in hac ſpecie non eſſe locum æquitati *d.l.curabit.C.de act.empt.* quia is, qui impendit, dominus meliorationum numquam fuit, cum cedant ſolo, vt dixi, & nihil ei abeſt, quod pariat fructus, in quorum perceptione æquitas dictæ conſtitutionis poſita eſt, vt reſpondit Gabriel. *loc.cit.* Et proinde ſatis eſt, ſi ſumptus ſeruet, vel compenſet cum fructibus, & ſi quod forte eius intereſt, veluti ſi vt rem meliorem faceret, damnum paſſus eſt, vel amiſit lucrum, quod in tranſitu notat Gabriel. *eod.loc.* qui tamen exigit moram *ex l.vlt.ff.de fund.dot.* quam non puto neceſſariam *ex l.19.ff.de neg.geſt.& l.ſi vero. 12. §.ſi mihi.ff.mandat.* videtur enim creditor, qui neceſſarios ſumptus fecit, debitoris rem gerere & proinde recte petere poteſt, quod vtiliter, & neceſſario impendit, & id quod intereſt etiam nulla intercedente mora, vt de negotiorum geſtore diximus *quæſt.33.num.13.* ne debitor cum aliena iactura locupletetur.

25 Et tandem nihil obſtat, quod Cardinalis obiicit ex eod. Nauarro neminem reſtituere cogendum eſſe, quod ex re aliena lucrum fecerit, quia id accipiendum eſt de re, cuius nullus eſt vſus, & quæ omnino ſua natura ſterilis eſt, vt eſt pecunia, & res aliæ, quæ vſu conſumuntur. Nos verò de agro quærimus, qui fructus referre poteſt, ſi excolatur, & proinde cum iſtiuſmodi fructus ex re ipſa proueniant, tametſi ſumptu, & induſtria creditoris, æquum eſt illos ſorti imputandos eſſe, deductis ſumptibus, & æſtimatione laboris, & induſtriæ creditoris, vt ipſemet Cardin. tandem admittere videtur *d. num. 35. in fin.* & tradunt auctores citati *num.*20. Rebellus, Sanchez, & alij apud Bonacin. *de contract. diſp.1. quæſt. 3. puncto vlt. §.2. num.*2. vbi male contrariam ſententiam imponit Didaco Couarruuiæ in *d.cap.8.num.*4. qui

26 nobiſcum ſentit. † Sanè non probo quod Nauarr. *loco proximè cit.* reſpondit eum, qui aureum torquem alienum pignori acceptum ſæpius locauit, non teneri imputare in ſortem id quod ex eius locatione redegit, repugnat enim *l.19 §.præterea. ff. de vſur.* quo loco Iuriſconſultus ait in fructu numeranda eſſe, quæ ex locatione veſtimentorum, & ſcyphorum mercedis nomine percepta ſunt. Quare cùm creditor teneatur fructus pignorum referre in ſortem, vt conſtat *ex l.1.& 2.C de pign.act.* & aliis, conſequens eſt, vt teneatur etiam imputare ſorti, ſi quid ex locatione aurei torquis, vel alterius rei ſimilis percepit. Nam & hoc in fructu eſt.

27 Præterea quod de creditore conſtitutum eſt, vt meliorationum fructus non faciat ſuos, locum etiam habet in tutore, curatore, procuratore, & negotiorum geſtore, qui cogendi ſunt reſtituere etiam fructus, quos ex meliorationibus per eos factis in re aliena perceperunt: Quamuis enim rem meliorem fecerint, tamen quia non ſibi negotium gerunt, ſed aliis, & in rebus alienis, non poſſunt fructus meliorationum ſuos facere, ſi quidem hic ceſſat ratio dominij *l.39. ff. de rei vindic.* ratione cuius fructus noſtros facere poſſumus, *l.25.ff.de vſur.l.39.in princ. de rei vindic. l.6. de acq.rer. dom.* Ioann.Cop. *de fructib. lib.2 tit.1. cap.1.* vbi ait hanc regulam æquiſſimam eſſe: ſed tantum expenſas repetunt, vel reputant actione contraria tutelæ, vel negotiorum geſtorum *l.1.& 3.§.contrarium.ff.de contr. & vtili act. tut.* Montan. *de tut.& curat.cap.40.num.1.& ſeqq.* & Ioann.Garz. *in d.lib.de expenſ.& meliorum.cap.20.num* 16. vbi tradit hoc in omni adminiſtratorum genere recipiendum eſſe: & præterea ſi quid ex hac cauſa eorum intereſt *d. l.12. §. ſi mihi. ff. mand.l.quid ergo. §.conſequitur.de action. contr. & vtili tut.l.atqui. §.non tantum. ff.de negot.geſt.* Didac. *d. lib.3. cap.4. num.2. verſ.decimo ſexto.*

28 Idemque eſt in colono, & conductore, qui vt cumque finiatur locatio, conſeruat, & repetit expenſas neceſſarias, vel ad perpetuam rei vtilitatem in re conducta factas, cùm id non fuiſſet conuentum, *l.dominus.55. §.1. ff.loc.* Caſtrenſ. *in l.colonus.61. ff. eo.* Alex. *in conſ.40. num. 7. lib. 5.* Garzias *in d.lib. de expenſ.cap.14.num.10.* Anton.Gomez. *variar.lib.2. cap.3.num.20.* Aluar.Valaſc. *de iur.emphyt.q.25. n.32.* & Caroc. *in tit.de expenſ.n.6.* etiam ſi colonus agri formã mutauerit *d.l.colonus.* quam notabilem, & forte ſingularem, & à nemine in id perpenſam dicit Tiraq. *lib. 2. de retract. §.7. num.* 16. verba autem Scæuolæ hæc ſunt: *Colonus cum lege locationis non eſſet comprehenſum, vt vineas poneret, nihilominus vineas in fundum inſtituit, & propter earum fructum denis amplius aureis ager locari cœperat, quæſitum eſt, ſi dominus colonum eiectum penſionum debitarum nomine conueniat, an ſumptus vtiliter factos in vineis inſtituendis reputare poſſit. Reſpondit vel expenſas conſecuturum, vel nihil amplius præſtaturum.*

29 † Qui locus ni fallor, ſatis indicat colonum fructus vineæ, quam ipſemet poſuit, cum id non conueniſſet non facere ſuos, ſiquidem vel illi penſio propter earum fructus augeri poteſt, vt conſtat illis verbis: *& propter earum fructum denis amplius aureis annuis ager locari cœperat*: vel ſumptus cum fructibus vinearum cogitur compenſare, vt reſpondit idem Caſtrenſ. *in conſ. 270. in fin.* & vtrumque Scæuola innuit extremis his verbis, *vel expenſas conſecuturum, vel nihil amplius præſtaturum*, id eſt vel expenſas conſecuturum, cùm illi aucta eſt penſio, vel denos illos aureos, quibus amplius ager locari cœpit, non præſtaturum, quia loco expenſarum percepit fructus vinearum.

30 Neque mouent, quæ in contrarium ſcribit idem Cardin. Mantic. *lib.5.tit.7.num.27.* facile enim ſubuerti poſſunt. Primò enim ait ſe conſiderare conductorem poſſe repetere ſumptus, neque teneri compenſare cum fructibus ex meliorationibus perceptis, ſed tantum cum penſionibus non ſolutis *d.l. colonus. in fin.* Sed animaduertere debuit vir eminentiſſimus in ſpecie *d.l.colonus.* propter fructus vineæ auctam fuiſſe penſionem, & proinde nihil mirum, ſi expenſæ hæ compenſantur dumtaxat cum penſionibus non ſolutis. Aucta enim penſione propter fructus vineæ ſi dominus fructus vineæ peteret, vel ſumptibus ex fructibus vinearum ſatisfactum eſſe contenderet, idem bis exigeret, maiorem ſcilicet penſionem pro fructibus, & fructus pro quibus maiorem penſionem colonus præſtitiſſet, quod eſt iniquum *l.48.ff.de rei vindic.* & contra bonam fidem *l.57.de reg. iur.* vnde non inquit Scæuola colonum cum penſionibus compenſaturum ſumptus, ſed ait *vel expenſas conſecuturum, vel nihil amplius præſtaturum.* quibus verbis, ſatis profectò innuit colonum ſi expenſas conſecuturus eſt, denos illos aureos amplius præſtare, & conſequenter fructus vinearũ non facere ſuos. Nam ſi fructus eius eſſent, nihil amplius præſtare deberet, quam fuerat ab initio conuentum.

31 Secundò mouetur Cardinalis, quia conductor non poteſt dici poſſeſſor malæ fidei, quia cauſam habet à domino: ſed reſpondeo id ſatis non eſſe, vt quis ſuos fructus faciat, niſi iuſtus titulus interueniat: creditor enim, cui res pignori data eſt, non lucratur fructus, ſed imputat ſorti, tametſi à domino cauſam habeat. Et locatio quidem iuſtum titulum præbet percipiendi fructus, quos prædium ferebat, & aptum erat referre tempore conductionis, non autem fructus meliorationum, de quibus non fuit cogitatum, & qui ex alio veluti corpore proueniunt. Contractus enim vltra intentionem contrahentium non extenduntur *l.1. ff. de pact.l.non omnis. ff. ſi cert. pet.* vnde non poteſt intelligi colonum habuiſſe cauſam à domino niſi pro fructibus, qui tempore locationis ex agro percipiebantur, & pro quibus tantum penſio conſtituta eſt. Quamobrem, vt colonus penſionem præſtat pro fructibus, qui ex agro ſecundum priorem ſtatum proueniebant: ita & maiorem penſionem præſtare debet pro fructibus vineæ, quam ipſe ſuis ſumptibus inſtituit, cum id non conueniſſet. Nam vt vinea domini eſt, non coloni *l.7.in fin.de acq.rer.dom.& l.22. §.cum inſulam. ff.loc.* & conſtat etiam ex reſcripto quodam Gordiani Cæſaris *in tit.de rei vendic.C.Gregor.* quo nominatim cauetur *vineas in alieno ſolo inſtitutas ſolo cedere.* Et ſatis colono eſt, ſi ſumptus repetere poſſit, vel cum fructibus vinearum compenſare. niſi illi propter earum fructus aucta ſit penſio: quo caſu fructus omnes eius ſunt, & poterit cum penſionibus compenſare ſumptus, quæ eſt ſpecies, & ſententia Scæuolæ licet obſcura ſatis in *d.l.colonus.ff.loc.*

32 Denique non obſtat, quod dicitur fructus melioramentorum ad eum qui impedit, pertinere, quæ eſt communis ſententia vt teſtatur Gabriel. *in conſ.* 80. *n.* 8. *l.* 2. & idem Cardin. *d. lib.* 5. *tit.* 7. *num.* 26. vbi etiam ait in Rota receptam eſſe, quia hoc plerunque verum eſt, nimirum in iis, qui interim domini ſunt, vt emphyteuta, maritus, emptor, qui tenetur reuendere, hæres fideicommiſſarius, poſſeſſor maio atus, & ſi qui ſunt iis ſimiles, qui propterea non tenentur ſumptus meliorationum compenſare cum earum fructibus *l.* 43. §. 1. *ff. de leg.* 1. & cenſuit Gloſſa ſingularis *in l. emptor. in verb. ſuperfluum. in fin. de rei vendic.* quam Doctores ſequuntur, Didac. Couarr. *dicto cap.* 8. *num.* 4. Molin. *de primogen. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 6. Roland. *conſ.* 28. *num.* 17. *lib.* 1. Boër. *in dec.* 44. *num.* 24. Surd. *in dec.* 300. *num.* 19. *& in conſ.* 155. *num.* 16. Clar. *in §. feudum. quæſt.* 88. idem Garz. *in d. cap.* 23. *num.* 53. Barboſ. *in d. l. diuortio. §. vlt. num.* 44. Peregrin. *de fideicomm. art.* 50. *part.* 3. *num.* 64. Mateſcott. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 42. *&* 43. Cyriac. *controu.* 42. *num.* 6.
33 & Gratian. *diſcept. cap.* 193. *num.* 3. *&* 4. † Idémque eſſe in vſufructuario tradunt Vrſil. *ad Afflict. in dec.* 87. *num.* 4. & Ioann. Garz. *in d. cap.* 23. *num.* 57. vbi ait hæc omnia ex ea regula deſcendere, quia fructus percipiunt iure dominij, non ſolius poſſeſſionis, tametſi hæc ratio vſufructuario non congruat. Conſtat enim vſumfructum partem dominij non eſſe ex *l.* 33. §. 1. *de vſufr. & l* 25. *de verb. ſignif.* & vſufructuarium re aliena frui, & iure ſeruitutis non iurè dominij *l. vti frui. §. vtrum. ff. ſi vſusfr. pet. l.* 1. *ff. de vſufr.* ſed potius quia eum fructus omnes, qui ex re percipi poſſunt ad eum pertineant *l.* 7. *ff. eod.* Ioann. Cop. *de fruct. lib. lib.* 2. *tit.* 1. *c.* 1. conſequens etiam eſt fructus ad eum pertinere, qui ex meliorationibus ab ipſo factis proueniunt, & conſequenter non teneri eos ſumptibus reputare. Et hic vnus ex caſibus eſt, in quibus vſusfructus obtinet effectum, & partes dominij.

34 Et licet idem in colono, & conductore nominatim conſtituant Garz. *loc. cit.* & Peregrin. *d. art.* 50. *par.* 3. *num* 64. & ſentire videatur Gratian. *cap.* 442. *num.* 26. *&* 28. dum ait conductorem, qui rem meliorem fecit, ſibi ipſi negotium gerere, dum durat locatio, & animo gerendi alienum, poſtquam finita eſt, non puto tamen regulam illam ad conductorem pertinere, qui nec dominus eſt, nec pro domino habetur. Et proinde cùm non ſit par cauſa conductoris, & aliorum, qui ius dominij habent, conſequens eſt hos quidem detrahere ſumptus, nec compēſare cum fructibus, conductori verò id non licere, Conductor enim, nec dominus eſt, neque loco domini habetur, ideoque nullum ius habet ad fructus ex meliorationibus perceptos, ſatiſque eſt, ſi ſumptus ſeruet, vel compenſet cum fructibus, qui locatione non continentur, vt dictum eſt, & manifeſte probat *d. l. colonus.* quæ ait, colono, qui vineas poſuit, cùm id non fuiſſet conuentum, propter earum fructibus auctam eſſe penſionem, quod ſanè fieri non potuiſſet, ſi fructus vinearum ad eum pertine-
35 rent. † Et quod Garzias ait æquum non eſſe, vt colonus, & pecuniam numeret pro fructibus & iterum in ſuas meliorationes computet fructus, quos habuit pro pecunia: vt locator pecuniam accipiat fructuum, & iterum cùm fructus ad ſe non pertineant propter locationem; & pecuniam cum fructibus ſoluat expenſas, & meliorationes: habere enim locum regulam illam, *vt quia fructus ad locatorem non pertinent neque pertinere poſſunt toto tempore conductionis, non proſint ſibi, vt æſtimatio meliorationum ſoluenda minuatur*, quod inquam ait, refellitur manifeſte ex *d. l. colonus.* ex qua conſtat fructus vinearum ad dominum pertinere, vt dictum eſt. Neque verum eſt in hac ſpecie colonum numeraſſe pecuniam pro fructibus, de quibus agitur, & locatorem accipere pecuniam pro fructibus, & iterum iiſdem fructibus ſoluere expenſas, & meliorationes, quia ſeparandi ſunt fructus rei ſecundum priorem ſtatum, & fructus meliorationum: illi quidem ad dominum non pertinēt, ſed ſunt conductoris, meliorationem verò fructus ad dominum pertinent, quia locatione comprehenſi non fuerunt, & quia meliorationum quoque dominus eſt, ideoque iniquum non eſt conductorem, illos cum meliorationibus cōpenſare. Ex quibus conſtat Garziam falſo aut ſaltem fragili fundamēto niti. Gratianus etiā *loc. cit.* Rolandi, & Surdi auctoritate vtitur, qui tamen id de conductore non ſcribunt, ſed vterque de iis loquitur, qui interim domini ſunt, præſertim Rolan. *num.* 12. cuiuſmodi emphyteuta, Vaſallus, emptor, & alij, de quibus dictum eſt *num.* 32. *&* 33.

Sanè quod dictum eſt, colono penſionem ob fructus 36
meliorationum augeri poſſe, accipiendum eſt, cum lege conductionis comprehenſum non eſt, vt meliorationes faceret, vt in ſpecie *d. l. colonus.* Nam cum id conuentum eſt, vt colonus non repetit ſumptus, vt poſt Baldum, Pariſium, & alios tradit Caroc. *de locat. tit. de expenſ. num.* 44. quibus conſentit idem Garz. *cap.* 14. *num.* 16. vbi ait ita lege Hiſpaniæ cautum eſſe, ita nec illi penſio augeri debet, quia hæc conuentio pars penſionis eſt *l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ff. de act. empt. l* 6. *de ſeru. expertan. & l. fundi* 79. *ff. de contrab. empt.* Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap.* 6. *num.* 196. *& arg. d. l. colonus*, quæ loquitur de colono, qui vineas poſuerat, cum lege locationis non eſſet comprehenſum. † Idémque puto, ſi tacitè 37
actum videatur, vt conductor agrum meliorem efficeret ſuis ſumptibus: tacitæ enim conuentiones non minus valent, quàm expreſſæ *l.* 4. *ff. de pact. l* 14. *& l.* 15. *ff. loc.* tacitè autem id actum intelligerem, cùm res omnino ſterilis erat, nihilque ex ea dominus redigere poterat, vel ſolebat, & tamen penſio promiſſa eſt: vel ſi longè maior penſio conſtituta eſt, quàm ferret ſtatus rei tempore conductionis. Nam cùm penſio ſoleat æſtimari ex fructibus rei ſecundum illius ſtatum, ſanè colligitur contrahentes, qui de maiori reditu conuenerunt, quam res redigeret, de futuris fructibus ex induſtria, & ſumptibus coloni percipiendis cogitaſſe, & ideo illi durante conductione penſio augeri non debet, ne bis idem exigatur, quod non licet *d. l.* 57. *de reg. iur.*

Præterea id reſtringendum eſt in colonis perpetuis, qui 38
ſi fundos meliores, & fertiliores reddiderint, illis penſio augeri non debet *l.* 2. *C. de alluuion. & palud. l.* 7. *& vlt. C. de omn. agr. deſer.* & hîc notant Bart. & Ioann. de Plat. *num.* 1. Ruin. *in conſ.* 131. *num.* 15. *lib.* 2. Franciſc. de Cald. *de iur. emphyt. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 67. & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib* 5. *tit.* 2. *num.* 58. & conſtat etiam ex Nouella quadam Theodoſ. *tit.* 35. vbi huius rei hæc adfertur ratio: *quoniam nimium abſurdum eſt, eos qui fundos inopes, atque ieiunos magno labore, aut exhauſto patrimonio vix forte meliorare potuerint, vtpote deceptos inopinatum onus ſuſcipere.* Qua ratione nec conductori perpetuo Molendini ob auctum numerum rotarum penſionem augeri rectè definiunt Boër. *in d. dec.* 213. *num.* 10. & Ioann. Hering. *in tractat. de molend. quæſt.* 31. *num.* 17. † Et poſſunt ij coloni de his melioratio- 39
nibus liberè teſtari, vt ſcribit Aurel. Corbul. *de iur. emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob mort. ciuil. num.* 20. & Menoch. *conſ.* 989. *num.* 16. Nam & eos fundos ſaluo Canone in hæredes transferunt, vt conſtitutum eſt *in d. l.* 7. illis verbis, *velut domeſticum fundum, & auita ſucceſſione quæſitum ſibi habeant, ſuis relinquant*, quod hîc etiam Ioann. de Plat. & Cuiacius notant, & puto neminem contradicere, niſi aliud conuentum ſit, vt in conceſſionibus emphyteuticis, quæ frequenter ad tertiam generationem conceduntur: ſed hæc ad tractatum noſtrum non valde pertinent.

QVÆSTIO XIV.

Antichreſis inter Dominum, & Vaſallum an ſit licita.

SVMMARIA.

1. *Dominus rei feudalis pignori accepta fructus non imputat ſorti; &* num. 3.
2. *Antichreſis rei feudalis inter dominum, & vaſallum non eſt prohibita.*
3. *Fructus ſi excedant æſtimationem onerum rei feudalis, an quatenus excedunt, ſortem minuant.*
4. *Referuntur qui putant id quod excedit, minuere ſortem.*
5. *Dominus feudi pignoris feudalis integros fructus facit ſuos, nec cogitur imputare ſorti ex ſententia plurium.*

6. Cardin.

6. *Cardin. Mantica hac de re ſententia.*
7. *Fundorum fructus vt plurimum eorum onera excedunt.*
8. *Feudum beneficium eſt.*
Onera feudorum incerta, & varia, & num.24.
9. *Fructus pignoris quotquot ſunt ad dominum pertinent, dummodo Vaſallus ab omni obſequio, & ſeruitio interim liberetur.*
10. *Feudalis res cum domino datur pignori, dominium vtile cum directo non conſolidatur.*
Pignus rei propria conſiſtit.
11. *Vaſallus naturaliter ad antidora domino obligatur.*
12. *Obligatus naturaliter nulla lege cogitur ad remunerandum.*
Ingrati nulla eſt actio.
13. *Quilibet accepto beneficio, naturaliter obligatur gratiam reddere.*
14. *Feudi ex natura prouenit, vt dominus eo pignori accepto fructus non imputet in ſortem.*
Vaſallus etiam feudo apud dominum exiſtente illum reuereri debet.
15. *Feudi naturæ congruit, vt dum vaſallus ab obſequiis immunis eſt, feudi quoque fructibus careat.*
16. *Gabrielis Mudæi ſententia.*
17. *Eiuſdem interpretatio* ad c.1.de feud. *reiicitur.*
18. C.1.de feud. *ius ſingulare continet.*
19. C.2.de feud *ad quæcumque feuda pertinet.*
20. *Feudum ſi melioratum eſt, vel pecunia emptum, Dominus eius fructus pignori accepti quatenus fructus faciat ſuos.*
21. *Alphonſi Villagut ſententia quadam reiecta.*
22. *Vaſallus qui feudum domino pignori dedit non eſt immunis à ſeruitio in iis caſibus, in quibus vſuræ licitæ ſunt.*
23. *Dictum* c. 1. de feud. *ad dominum emphyteuſis non pertinet.*
24. *Vaſalli arctioribus vinculis, & pluribus oneribus tenentur, quam emphyteuta.*
Vaſalli homines ligij fideles, clientes, milites.
25. C.1.de feud. *non habet locum ex coniecturis.*
26. *Feudum ſub pacto legis commiſſoriæ dari, & acquiri non poteſt.*
27. *Ratio peculiaris in feudo pacti legis commiſſoriæ improbandi*
Debitor qui pignus dedit ſub pœna legis commiſſoriæ, poteſt oblata pecunia quandocumque pignus recuperare.

QVOD dixi initio quæſt. 12. iterum hic præmitto, perpetuum non eſſe, vt creditor fructus pignoris ſorti imputare teneatur.
1 † Nam inter alias exceptiones hæc notiſſima, & receptiſſima eſt, ſi res feudalis domino pignori oppoſita ſit. Hoc enim caſu iure Pontificio fructus non minuunt ſortem, vt ab Innocentio III. reſcriptum eſt in *c. 1. de feud.* his verbis: *Inſinuatione præſentium declaramus quod gageria, id eſt pignus, quam de feudo Eccleſiæ tuæ à M. dignoſceris recepiſſe, à te poteſt liberè detineri fructibus non computatis in ſortem, ita videlicet, vt quandiu fructus illos perceperis in ſortem minimè computandos, idem M. à ſeruitio, in quo tibi, & Eccleſia tua pro feudo ipſe tenetur,*
2 *interim ſit immunis.* † vnde eleganter Cuiacius hîc; *Antichreſis*, inquit, *iure Pontificio improbata eſt tanquam vſuraria, quod ea id agatur, vt fructus creditori cedant vice vſurarum, quæ omnino ſunt prohibitæ iure Pontificio non improbatur tamen hoc iure, ſi vaſallus fundum, quem iure feudi poſſidet, pignorat domino ea lege, vt fructus non imputet in ſortem, quæ eſt lex Antichreſis.*

3 Idemque ab Alex. III. ſancitum eſt in *c.8. de vſur.* Cuius verba ſunt: *Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus ſi terram ipſam titulo pignoris detinetis, & de fructibus eius ſortem accepiſtis, prædictam terram clerico memorato reddatis, niſi terra ipſa de feudo ſit monaſterij veſtri.* Quare conſtat duorum Pontificum ſanctione hanc exceptionem apertiſſimè confirmari, vt Cuiacius notat *loc. cit. & lib.2. de feud. tit. 3. in fin.* Couarr. *variar. reſol. lib.3.cap.1. num.4.* Menoch. *conſ.1002.num 49.* & aliis auctoribus citatis, Cardin. Mantic. *de tac.& ambig.conuent.lib.11.tit.8.num.30.& in tractat. de vſur.* Caniſ. *cap.6.num.3.* Vgolin. *cap. 11. §. 1. num. 2. & cap.63. §.1. num.9.* Trentacinq. *variar. lib 3.tit. de pignor.c.2. num.9.* Andr. Kolh. Germanus *in lib. de ſeruit Feudal. par.2. num.86.*& omiſſis aliis Salas *de vſur.dub.31.num.1.*vbi ait hac in re omnes Theologos, & iuriſperitos conuenire.

Et licet hæc quæſtio in foro rarò interueniat, quia non 4
ſolent domini ſubditis, vaſallis pecuniam mutuam dare, ſed accipere? non tamen omiſero in hoc genere valde controuerſum eſſe, an ſi fructus rei feudalis excedant onera, & ſeruitia, quæ domino feudi præſtanda ſunt; id quod plus eſt in fructibus, licitè à domino percipiatur, nec minuat ſortem. Et ſane ſi plus eſt in fructibus, non poſſe id quod ſeruitium excedit, ſine vſuræ labe percipi vltra ſortem, docuit apertiſſimè Couarr. *loc. cit.* qui profecit ex Molinæo *ad conſuet. Pariſienſ. §. 1. gloſ.9. num. 24.* & ex eod. fonte Roderic. *de ann. redit. lib.3. quæſt.7. num. 50.* vbi refert Molinæum interpretationes aliorum Doctorum ſuperbè dicere *palliatas excuſationes in peccatis*, illoſque eiſdem cauteriatis conſcientiis ex herbarum foliis texere perizomata, & non adhibere medicamen, ſed velamen: oportere autem ſeruitia æquipollere fructibus, vt ſeruetur æqualitas, alioqui ſi fructus excedant, in eo quod excedunt, minuere ſortem, idque ſatis colligi ex *d. c.1. de feud.* cuius definitio innititur rationi immunitatis ſeruitiorum, & cùm hæc ratio ſit expreſſa, iuſta, & rationabilis, quatenus reſpondet fructibus, aliam quærendam non eſſe, ſed intra eius limites textum intelligendum eſſe, *arg. l. cum pater. §. dulciſſimis. de leg.2.* quam ſententiam probarunt Vgolin. *loc. cit.* Statil. Pacif. *de Saluian. interd. inſpect.4 cap 1. num.103.* Petr. Nauarr *de reſtit. lib.3.cap.2.par.2.num.370.* & alij Theologi apud Salas *d.dub.31,num.2.*& ipſe Salas *num.5.*

Sed hæc ſententia eſt aduersùs eos omnes, qui ſanè nu- 5
mero plures ſunt, & putant dominum in hac ſpecie fructus ſuos facere non ex vi, & poteſtate mutui, ſed ex vi,& natura contractus feudalis, quæ eſt, vt quandocunque res feudalis in pignus traditur domino, eius ſint fructus, modo vaſallo ſeruitium remittat ad quod tenetur ratione rei, neque deſideret ſibi ſolita obſequia exhiberi. Ita enim Hoſtienſ.& Abb. *in d.c.conquæſtus.de vſur.* Conrard. *de contract. quæſt.32.concluſ.5.* Medin. *de reb. per vſur. acquiſ. quæſt.2.* Sot. *de iuſtit. & iur. lib. 1. quæſt. 1. art. 2.* Cardin. Tolet. *lib. 5. cap. 30. in fin.* Villag. *de vſur. quæſt.6.num.4.* Philiarch. *de offic. ſacerd. lib.2. cap.8.* Molin. *diſp. 323. num. 3. & 4.* Binsfeld. *in c.1.de vſur. quæſt.1. concluſ.7.* Trentacinq. *loc. cit.* Gabriel Mudæus *de pignor. tit. de pact. pign. num. 54.* Cardin. Mantic. *d. tit. 8. num.* 30. & nouiſſimè Cardin. de Lug. *diſp.25. num.147.* & Caniſ. *d.cap.6.num.4.* vbi expendens doctrinam doctiſſimi Couarruuiæ, & ſequacium ait illam non congruere verbis *d.c.conquæſtus.de vſur.* Nam hic generaliter conſtitutum eſt fructus omnes rei pignoratæ in ſortem computari debere prætcrquam cum Domino feudum pignori datum eſt. Et profectò, inquit, non video, ſi hæc à præcedentibus verbis vera limitatio eſt, vt re vera eſt, cur non ſimiliter debeat intelligi de fructibus feudi à domino perceptis, vt hi omnes lucro cedant domino non quidem in compenſationem ſeruitiorum iuſta eorum æſtimatione facta, ſed ideo quod amplius apud vaſallum non ſit feudum, cuius cauſa ſeruitium debetur. Atque idcirco ceſſante cauſa ceſſent quoque ſeruitia feudi. Neque certè video, quomodo hoc caſu ſeruitiorum æſtimatio iniri poſſit, cum ea incerta ſint, & non tantùm in operis præſtandis verſentur, ſed & in ſubminiſtrando conſilio, aliiſque plurimis de quibus in libris feudor. Ex quo concludit Hoſtienſis rationem magis conuenire textui *d.c.1.de feud & d.c.8.de vſur.* eo quo ſimpliciter loquantur, nulla compenſationis fructuum, cum oneribus feudi mentione facta. Hæc Caniſius.

Sed Cardin. Mantica *loc. cit.* cui non ſatis probatur Di- 6
daci traditio, ex Imolenſis ſententia putat in hac ſpecie fructus veluti in compenſationem, & remunerationem antidoralis obligationis poſſe retineri, & ideo vſurarum non eſſe. Nam inquit vaſallus, qui feudum veluti beneficium accepit domino obligatur, non ſolum ſecundum conſuetudines feudorum, & ius reſcriptum in *c. 1. de nou. form.* ſed etiam ad antidora, *l. ſed ſi leg.25.§. conſuluit. de pet.hæred. &*

& ideo ſi vaſallus obligat domino feudũ, res dicitur ad ſuam naturam reuerti, qui recurſus intelligitur facilis eſſe *c. ab exordio.diſt.35.& l.ſi vnus.§.pactus.in fin.§.de pact.* & in ſpecie Tiraquellum *in l.ſi vnquam.verb. donatione largitus.num.*61. ex antidotali illa obligatione moueri.

7 Mihi, vt Troianis dona Danaûm, ita omnis Molinæi doctrina ſuſpecta eſt, & præſertim cùm de interpretatione canonum agitur, & puto eius interpretationem à mente duorum Pontificum plurimùm abhorrere. Etenim mihi perſuadeo, ſi Pontificum mens ea fuiſſet, vt ſi fortè fructus excederent æſtimationem ſeruitij, quod pro feudo præſtari conſueuit, id quod plus eſt in fructibus, minueret ſortem, nec ſine vſuræ crimine exigi poſſet, rem adeo notabilem, & in qua facilis erat lapſus, & captio in detrimentum animarum prætermiſſuros non fuiſſe, vt in re fere ſimili de Martino V. & Calixto III. inquit Felicianus *lib.1. de cenſib.cap.4. num.7. arg.l.15. §.ait Prætor. ff.de iniur.* Neque rectè obiici poteſt id ſummos Pontifices omiſiſſe, quia frequentiſſimè fructus rei feudalis ſunt eiuſdem æſtimationis, cuius ſunt ipſa ſeruitia, & operæ, quæ ratione feudi à vaſallo debentur, vt dicebat Couarr. *loc. cit.* Nam longè frequentius eſt, vt plus ſit in fructibus, alioquin feuda non inuenirent emptores, & tamen emuntur quotidie magnis, & immenſis
8 pretiis. † Neque feudum eſſet beneficium, ſed onus: & tamen verè beneficium eſt, ſufficit enim vt plus commodi habeat, quàm oneris, *l.3.ff.de obſeq. parent. & patron. præſtan.* Cardin. Alex. Bald. Aluar. & alij *in proœm. feud.* Tiraq. *loc. cit.n.355.* Cuiac. *ad lib.3.de feud. tit.1.* & Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.23. tit.2. num.3.& 9.* vbi ait acquiſitionem feudi maximè vtilem eſſe vaſallo propter fructus rei, quæ in feudum conceditur: & fateor incidere aliquando tempora, in quibus ſeruitia, & obſequia æquant, & excedunt reditus feudi, vt ſi vaſallus ad exercitum vocetur, & in bello dominum ſequi iubeatur. Sed hæc rarò contingunt: ſi vero obſequia, & ſeruitia, perſonalia in computationem deducenda ſunt, vt fortaſſe ſentiebat Præſul meritiſſimus, quæ in eo poſita ſunt, vt domini arma, & fortunam ſequi, illum tueri, & reuereri vaſallus teneatur, & ad alia huius generis, hæc tanti ſunt, vt reditus feudi æquare videantur. Nam licet vaſalli ſerui non ſint, domino tamen ſeruire dicuntur, vt obſeruat Cuiac. *in præfat. lib.1.*
9 *de feud.* † Quamobrem ſequor Caniſij ſententiam, nimirum dominum feudi, quod iure pignoris detinet, fructus ſuos facere, quotquot ſunt, dummodo interim vaſallus ab omnibus obſequiis, & operis, quæ ratione rei debentur, immunis ſit. Neque nimium quærendum eſſe, an plus vel minus ſit in fructibus, quæ ſententia communis eſt, vt fatetur Couarruuias, & congruit verbis conſtitutionum duorum Pontificum, vt idem Caniſius notat.

10 Neque tamen vtor illa ratione, qua quidam auctores noſtræ ſententiæ mouentur, & quam ducunt ex conſolidatione dominij vtilis cum directo, quia cum ponimus in hac ſpecie dominum rem feudalem iure pignoris detinere, conſequens eſt dominium vtile penes vaſallum perſeuerare, quia certum eſt pignus in bonis debitoris permanere *l.9.C. de pign. act. l.35. in fin. ff.eod.tit. l.6. ff.de naut. fœn.* & rei propriæ pignus non conſiſtere *l.neque pignus. de reg.iur. l.29. ff.de pign. act.* denique pignus non eſſe legitimum modum acquirendi dominij, imo nec præſcribendi vllis ſæculis, vt ex Cuiacio, & Argentræo dixi alio loco. Quæ ratio cum fragilis eſſet, & fragili negotio refelli poſſet, occaſionem præbuit Molinæo, & aliis communem ſenſum vellicandi, tametſi Abbas, & alij veteres non ſimpliciter dicant in hac ſpecie dominium vtile directo accedere, ſed quodammodo conſolidari, vt animaduertit Cardin. Mantic. *loc.cit.*

11 Sed nec etiam placet ratio, quam ex Imola, & aliis Cardinalis adfert *eod.loc.* nimirum in hac ſpecie vſuram non eſſe, quia fructus veluti in compenſationem, & remunerationem antidoralis obligationis poſſunt retineri. Nam licet feudum beneficium ſit, vel ſaltem plus beneficij habeat, vt dixi, & videatur Vaſallus domino naturaliter obligatus ad antidora, id eſt ad remunerationem *d l.23. §.conſuluit. de*
12 *pet.hered.* † non tamen inuitus cogitur ad remunerandum, quia quod naturaliter debetur, ab inuito exigi non poteſt *l.16. §.naturalis & l.21. §.ſeruo tuo. ff.de fideiuſſ.* & notant Petr. Gregor. *lib.1. de vſur. cap.3. num.5.* & Gottofred. *ad d.§.conſuluit. & ad l.1. C.de libert. & eor.lib.* vbi ait nullam legibus ingrati actionem proditam eſſe: & congruenter Seneca *lib.3. de benefic. cap.14. Etiam, atque etiam,* inquit, *tui beneficium des, conſidera, nulla actio rei, nulla repetitio. Erras ſi exiſtimas ſuccurſurum tibi iudicem. Nulla lex te in integrum reſtituet &c.* Et poteſt quidem dominus rei feudalis fructus iuſte percipere, cum illi renumerandi gratia rei poſſeſſio à Vaſallo tradita eſt. Nam, & ipſum dominium vtile in eum transferre poteſt. Sed hoc accipiendum eſt, cum libere, & ex liberalitate beneficium redditur. At nullum in hoc negotio liberalitatis, & voluntatis remunerandi veſtigium apparet: imo res à liberalitate, & remuneratione valde remota eſt, cum ponamus Vaſallum pro pecunia debita rem feudalem dare pignori, & nemo in neceſſitate liberalis exiſtat *l.18. ff.de adim. & transfer. leg.* † Et præterea ſi liceret domino feudi ex 13
cauſa remunerationis, & in compenſationem antidoralis obligationis fructus rei feudalis retinere, id etiam cuilibet alij permiſſum eſſet, qui beneficium alteri contuliſſet. Neque etiam minus naturaliter adſtringitur, qui aliud beneficium accepit, illi reddere gratiam, quam Vaſallus domino: & conſequenter cuilibet liceret, qui alteri aliquando beneficium dedit, illum fœnore opprimere, ſi quidem cauſari poſſet, ſe vſuras in antidora, id eſt in remunerationem præteriti beneficij percipere, quod meo iudicio publice perniciosum eſt. Neque ſingulare aliquod ius in domino feudi conſtitutum eſſet, quod dicere abſurdum eſt. Tiraquellus vero, cuius auctoritate Cardinalis maximè vtitur, non ſatis fidit ſententiæ Imolenſis, ſed illam ſimpliciter refert, quod illi frequentiſſimum eſt, & ad alios auctores lectorem remittit.

Quamobrem vera huius rei ratio ducenda eſt ex natura 14
feudi, vt poſt veteres auctores Molina, & Caniſius faciunt *loc.cit.* & Cardin. de Lug. *d.num.147.* verſ. *ratio denique* Nam cum de natura feudi ſit, vt Vaſallus domino ſuo obſequia præſtet, conſequens eſt, vt quandiu Vaſallus ſine illius culpa, & domino conſentiente feudo caret, immunis ſit ab oneribus, & muneribus, quæ domino præſtare tenebatur: quamuis adhuc dominum reuereri debeat ex Bald. *in prælud. feudor. num.10.* Iaſon. 114. & aliis apud Bottin. *de ſeruit. Vaſallor. par.2. cap.2. §.2.* illique fidem inconcuſſam, & perpetuam exhibere, neque enim feudum ſine fide eſſe poteſt, cùm de illius ſubſtantia ſit, Cuiac. *in præfat. lib.1. de feud. in fin.* & Andr. Kolh. *de ſeruit. feudalib. par.4. num.157.* † Et ex 15
contrario, cùm re penes dominum exiſtente Vaſallus ab obſequiis præſtandis immunis ſit, quæ fuit cauſa beneficij concedendi, eadem ratio facit, vt fructibus rei abſtinere debeat, cum interim ceſſet cauſa, ex qua illi res in feudum data eſt, & conſequenter fructus domini ſunt, qui Vaſallum ad nullum obſequium deuocare poteſt. Vtrumque igitur ex natura feudi deſcendit, vt vaſallus re apud Dominum exiſtente, & ab obſequiis immunis ſit, & fructibus careat. Quare ratione ducta ex radice, & natura contractus, merito Diui Pontifices reſcripſerunt fructus in hac ſpecie ſorti imputandos non eſſe. Et rationem congruentiæ adfert Cardin. *loc. cit.* quia incongruum eſſe videbatur, vt redeunte re feudali ad dominum ipſe non vt dominus, ſed vt extraneus quiliber rem adminiſtraret, & fructuum rationem reddere ſuo vaſallo teneretur. Ex cuius auctoris lucubrationibus non multum, quod doleo, proficere potui, hoc meo libro iampridem ad finem perducto.

His conſequenter Mudæus *loc. cit.* notat illam interpre- 16
tationem non ſatis conuenire verbis canonis, quam hodie nonnulli in vſum reducere tentant, (Molinæum forte intelligit,) ab antiquioribus tamen Panormitano ſcilicet, & Ioanne Imolenſi *in d. c.1. de feudis* excogitatam, ſed parum eis probatam, nimirum quod ibi ſeruitium, in quo debitor, idemque Vaſallus domino ratione feudi tenebatur, reſpondebat fructibus feudi, atque ita prælatus habens aliud, in quod fructus accepto ferat, ſeruitium ſcilicet, quod interim à vaſallo exigere non poteſt, non debeat fructus imputare in ſortem, ne duplex inde commodum debitor conſequatur, videlicet vt & ex fructibus

rei

rei ſors minuatur, quam creditori debet, & à ſeruitio exhibendo interim excuſetur. Hoc tamen ſe ſequi dubitare, non quin per ſe veriſſimum ſit, ſed quod deciſio illius Canonis non videatur fundari in remiſſione ſeruitij; tanquam in cauſa finali, vt ex eo dicendum ſit, effectum ſuæ cauſæ commenſurari debere, & quatenus remittitur onus, fructus non imputari in ſortem, ſed conſecutiuè potius hæc verba canonis, *ita videlicet, vt quandiu, &c.* accipienda eſſe, vt donec dominus percipit fructus, nec imputat ſorti, hoc quoque fieri, & conſequens eſſe, vt interim vaſallus nullum pro re feudali ſeruitium præſtet, quia illud fructuum onus eſt, quos non percipit, ſed dominus. Hæc rectiſſimè Mu-
17 dæus, & congruenter his quæ diximus: † male tamen ſubiicit in caſu dictæ conſtitutionis conuentum eſſe, vt creditor, idemque dominus fructus ſuos faceret, veluti loco reditus annui, qui ea pecunia poterat comparari iuſta proportione ſeruata, qualis adhiberetur in emptione reditus annui, idque æquius videri, quam dicere abſque conuentione, & ſola ratione directi dominij fieri, vt creditor non imputet fructus in ſortem. Neque enim inquit, ad acquiſitionem fructuũ, multum facit directum dominium, ſed in ea parte præualet vtile, quod etiam ab ea vtilitate nomen habet. Male, inquam, hæc Mudæus, quia nullum huius reditus annui, nullum proportionis reditus pecuniæ, & fructuum veſtigium eſt in *d.c.1.de feud* quo ſimpliciter cautum eſt dominum non computare in ſortem fructus rei feudalis pignori acceptæ, ita tamen, vt vaſallus interim à ſeruitio immunis ſit, quod ratione feudi debet. Neque diſtinguitur, an ſit iuſta proportio inter fructus, & reditum, qui
18 ex illa pecunia emi potuiſſet. † Deinde ſi dominus feudi eos tantum fructus ſuos faceret, qui reſpondent annuo reditui, qui ex ea pecunia potuiſſet comparari, nihil acciperet vice ſeruitij, quo interim vaſallus liberatur, atque ideo inæqualitas eſſet inter contrahentes, quæ iuſtitiæ repugnat. Denique quia in hoc genere, nihil diſcriminis eſſet, inter res feudales, & alia pignora, nam res alias pignori accipientibus quoque fas eſſet fructus non imputare in ſortem, vſque ad eum reditum, qui ex pecunia credita quæri poſſet: & tamen id tantum inter dominum, & vaſallum iure ſingulari conſtitutum eſt *in d.c.1.de feud.& c.8.de vſur* Quamobrem verius eſt hic fructus non eſſe loco vſurarum, vel reditus annui, ſed ex natura feudi deſcendere, vt dum dominus fundum feudalem titulo pignoris poſſidet, fructus faciat ſuos, nec illos imputet ſorti, & vaſallus à ſeruitio immunis ſit, quod ratione feudi debetur. Et comperi deinde ratiocinationem Mudæi diſplicuiſſe Petr. Greg. *in d. cap. 11. n 3.* qui tamen aliis rationibus mouetur.

19 Ex quibus dicendum eſt nihil referre, an feuda ſint Eccleſiæ, vel alterius Principis. Nam omnium eadem hac in re natura eſt: & quod ait gloſ. *in d. c. conqueſtus*, id fauore Eccleſiæ conſtitutum eſſe, merito reiiciunt Abulenſ. *Matth. cap. 25. quæſt.* 192. Sotus, Molina, Salon. & alij Theologi apud Salas *d.dub.31.num.*4. qui notat Pontifices iis locis non intendiſſe nouum ius condere, ſed ius quod erat declarare, vt indicant verba illa *d. cap. 1. de feud. inſinuatione præſentium declaramus.* Et præterea nullam eſſe cauſam id ſtatuendi, præſertim cùm res ſpeciem habeat vſuræ, à qua Eccleſia maximè abſtinere debet. Et cum Theologis ſentiunt, & conſentiunt Iuriſperiti ferè omnes, vt Beto *in c.1.num.*112. *verſ. ſuadentur iſta. de vſur.* Chaſſan. *ad conſuet. Burgund. rubr.* 4. §. 23. *num.* 4. Negu zant *de pignor memb. vlt. quint. par. num* 13. Couarr. *in d. cap.* 1 *num.* 4. *verſ. rurſus.* Petr. Gregor. *de vſur. lib. 2. cap. 11. num. 2.* Roderic. *de ann. redit lib. 3. quæſt. 7. num.* 50. Vgolin. *de vſur. cap.* 63. §. 1. *num.* 4. Caniſ. *d. cap. 6. num.* 4. & Cardin. Mantic. *d tit. 8. num.* 31. ex quibus patet omnes ferè doctores hac in re conuenire, vt ſcribit Salas *loc. cit.* & Eminentiſſ. P. de Lugo, *diſp. 26. n* 146.

20 Quorum auctorum etiam vna ſententia eſt, ſi feudatarius initio pro re feudali pecuniam domino dedit, vel deinde illam ſuo labore, & ſumptu meliorem fecit, his caſibus dominum, & rem iure pignoris retinentem non integros fructus ſuos facere, ſed illos in ſortem computare debere pro ea portione, quæ reſpondet pretio, vel pro ea quantitate, quæ meliorationibus percipitur. Res enim iniquitatem habere videtur, ſi ponamus dominum integros fructus auferre eius rei, quam iure pignoris poſſidet pro credito, cuius tantumdem ſortè habuit. Nec minus iniquum ſit alieni laboris, & induſtriæ fructus nullo dato colligere. Et ita iidem auctores ferè ſentiunt, quibus addo Leſſium *lib. 2. cap. 20. num.* 140. Reginald. *lib.* 25 *cap. 12. num.* 226. Læl. Zecch. *de vſur. cap. 11. num. 7.* & Villag. *d. quæſt. 6. concl.* 12. † vbi 21
ad hoc vt fructus non imputentur in ſortem, etiam exigit, vt in conceſſione feudi nominatim actum ſit, vt re ad dominum aliquando iure pignoris reuerſa non teneatur fructus reputare in ſortem, quod non puto neceſſarium, quia id ex natura contractus feudalis deſcendit, & quæ ſunt naturalia contractus, tacitè ineſſe intelliguntur, quamuis non exprimantur, *l.45. ff. de pact l. cum quid. ff. de reb. cred l. 66 ff. de contrah empt. l. ex empto. in princ. ff. de act. empt.* Card. Mantic. *de tac. & ambig l. 1. tit. 13. n. 4 & 13.* & in hac ſpecie Molin. *d. diſp.* 323 *n. 4.* & Philiarch. *de offic. ſacerd. l. 5. c. 8. verſ. vera ratio eſt.*

Sed quod diximus vaſallum interim à ſeruitio immunem 22
eſſe, reſtringendum eſt in iis caſibus, in quibus iure canonico vſuræ licitæ ſunt, vt in ſpecie *l. curabit. C. de act. empt. & c ſalubriter. de vſur.* vel cum actum eſt, vt fructus cedant in id quod intereſt, vt notat idem Andr Kolb *d lib. de ſeruit feudal par. 2. num.* 87. cum non debeat, vt ait, hac in parte domini conditio deterior eſſe, quàm alterius extranei crediroris nullum in feudo propter hypothecam ius habentis, qui in iis caſibus fructus pignorum ſorti imputare non tenetur, quatenus ſcilicet intereſt, & ratio onerum, & fructuum concurrit, vt *quæſt. 27 & 28.* tractatum eſt.

Porrò quod de domino feudi conſtitutum eſt *in d. c. 1. de* 23
feud. an ad dominum rei emphyteuticæ trahi debeat, valde controuerſum eſt. Sanè id ſentiunt Roman. *ſingul.* 319. Beto. *in d c. 1. num.* 113. Sot. *de iuſtit. & iur. lib. 6. quæſt. 7. art. 2.* Trentacinq. *d. cap. 2. num.* 11. Molin. Leſſ. Læl. Zecch. & Binsfeld. *loc. cit.* Bonacin. *d. pun. 9. num.* 1. & Molfeſ. *de contract cap. 23. num.* 55. *quia*, inquit, *eadem eſt ratio*, ſed negant Didacus, Couarr. & Roderic. *loc. cit.* quod in emphyteuſi ceſſet ratio *d. c. 1. de feud.* Sed parum congruenter ſuis principiis. Nam cum opinentur dominum fructus rei feudalis non computare in ſortem, quatenus ſeruitio reſpondent; id vero quod plus eſt in fructibus ſorti imputandum eſſe: & ſimiliter doceant dominum directum rei emphyteuticæ cui res emphyteutica pignori data eſt, non facere fructus ſuos niſi vſque ad quantitatem penſionis, & canonis, reſiduum vero imputare in ſortem, eodem loco dominum feudi, & dominum rei emphyteuticæ ponere debuerunt. Et tamen puto id ad dominum rei emphyteuticæ porrigendum non eſſe, vt ſentiunt Didac. Philiarch. & Roderic. *loc. cit.* Chaſſan. *in d. §. 23 num.* 43. Vgolin. *in d. cap. 63 §. 1. num.* 10. & Mantic. *d. tit. 8. num.* 32. Petr. Gregor. *de vſur. l. 2. cap. 11. n. 3.* & ſequitur Beto. *in d. c. 1. de vſur. in fin.* tum quia nulla lege, aut conſtitutione tale aliquid ſancitum eſt, tum etiam, quia non eſt ſimile. † Nam emphyteuta ad certam, & ordi- 24
nariam penſionem tenetur in recognitionem dominij, quæ vt plurimum modica eſt, & leuis, & modica pecunia expeditur: Vaſallus vero ad fidelitatem, & alia obſequia realia, & perſonalia, quæ repente ingruere poſſunt, & interdum multorum annorum fructus, & vtilitatem auferunt, vt ſi in bello domino ſeruiendum ſit. Denique Vaſalli arctioribus vinculis adligantur erga dominum, vnde homines, clientes, ligij, & fideles nuncupantur. Quare cum ſeruitia, quæ domino feudi debentur, incerta ſint, & multiplicis generis; Caniſ *d. cap. 6. num. 5.* & vt plurimum militiæ, vnde, & vaſalli milites etiam dicti ſunt, vt notat Cuiac *loc. cit.* & latè recenſet Bortin. *d. lib de caualcat ſeu ſeruit. vaſall. par. 2. & 3.* & Andr. Kolb. *d lib. de ſeruit. feudal lib.* 4. merito, & congruenter naturæ feudi Diui Pontifices reſcripſerunt dominum feudi fructus rei feudalis pignori acceptæ non computare in ſortem, modo interim Vaſallo ſeruitium remittatur. Quod ad emphyteuſim trahere, cuius onera certa, & definita ſunt; mihi temerarium eſſe videtur.

Sane quod *in d c. 1. de feud.* conſtitutũ eſt, opinor hanc ex- 25
ceptionẽ pati, niſi ex coniecturis appareat hoc genus contractus in fraudem vſurarũ initiũ fuiſſe, & ab inope Vaſallo extortum fœnerandi animo. Quod ex modicitate pecuniæ,

&

Digitized by Google

& læſione, & quantitate fructuum rei feudalis, ex egeſtate, & inopia debitoris, aliiſque rerum, & peſonarum circunſtantiis iudex arbitrabitur, vt in aliis quæſtionibus facti *l. Neſennius. de negot. geſt. l. 3. §. eiuſdem. de teſtib.* Neque enim Principibus, & Prælatts licitum eſt pecuniam fœnerare, quamuis in eis id facile non ſit præſumendum, & non niſi ex magnis vehementiſſimiſque coniecturis Huius tamen exceptionis in ſpecie nullum auctorem habeo, quam nihilominus puto veriſſimam. Vt enim alij contractus, qui omni fœnoris ſuſpicione carere videntur, vt emptio, locatio, depoſitum, & alij interdum deprehenduntur eſſe vſurarij, *vt quæſt.* 8. tractatum eſt, ita in hoc commercio fœnoris labes ſubrepere poteſt ex praua intentione creditoris, præſertim cum res per ſe ſpeciem vſuræ habeat, vt dicebat Salas *d. dub.* 31. *num.* 4. & in aliis negotiis vſuram certiſſimam eſſe conſtat, & in habentibus ſymbolum tranſitus facilis eſt *l. in rem. §. item. ff. de rei vendic.* Menoch. *conſ.* 152. *n.* 58. & fortaſſe ita ſentiunt Molin. *d. diſp.* 323. *num.* 3. & Salas *loc. cit. in fin.*

26 Poſtremò his omnibus addendum eſt, quod ad hanc quæſtionem vnum Petr. Gregorium adnotaſſe comperi *d. cap.* 11. *num.* 4. nimirum diſtinguendum eſſe pactum, quo vaſallus rem feudalem domino dat pignori pro pecunia debita, ea lege, vt fructus interim ſuos faciat, & ipſe immunis ſit ab oneribus feudi; ab alio pacto quod affine videtur, ſed tamen longè diuerſum, ex quo debitor dat rem pro mutuo in pignus creditori ea lege, vt ſi ſtatuto tempore pecunia ſoluta non fuiſſet, eam in feudum habeat. Illud licitum eſſe, nihil enim vetat, quod iure intelligitur, in contractum deducere: hoc reprobari, & illicitum eſſe, vt generaliter conſtitutum eſt *in l. vlt. C. de pact. pign.* & in ſpecie improbatum eſt *lib. 1. de feud. tit. 19. & lib. 4. tit. 66.* vt ibi in-
27 terpretes notant, & Cuiac. *in d. tit.* 29.† Quæ conuentio licet à Conſtantino improbata ſit, quod ei ineſſet fraus, & captio nimia, ſæpe pro modica pecunia debitore res maioris pretij amittente, alia tamen eius improbandæ in feudo ratio quoque fuit, quæ adfertur *in d. tit.* 29. quia ſcilicet non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore, & honore domini feudum acquirendum eſt. Quare cum pactum huiuſmodi illicitum ſit, poterit debitor quandocunque ſoluta, vel oblata pecunia pignoratitia agere, & pacto non obſtante pignus recuperare, vt ſancitum eſt *in d. tit.* 29. & ibi Cuiac. *in fin.* Gregor. *loc. cit.* vbi ait hoc notabile eſſe ob reſtitutionem fructuum, vel imputationem eorum in ſortem, vt in reliquis cauſis receptum eſt ex *c. 1. &* 8. *de vſur. & l. 1. & 2. & l. vlt. C. de pign. act. l. 1. C. de part. pign. & aliis.* Sed de pacto legis commiſſoriæ alio loco tractandum eſt.

QVÆSTIO XV.

De contractibus Antichreſi proximis, & an liciti ſint.

SVMMARIA.

1. *Emptio cum pacto retrouendendi licita.*
2. *Emptio cum facultate redimendi differt ab Antichreſi.*
3. *Quid ſi non ſit libera redimendi facultas relicta venditori.*
4. *Verior ſententia, non ſufficere, vt contractus vſurarius cenſeatur.*
5. *Et quæ ſit ratio ex Molina Theologo.*
   Decian. in conſ. 104. lib. 2. *& alij auctores declarantur.*
6. *Vgolini diſtinctio quædam reiecta.*
7. *Lucrum ex eo illicitum dici non debet, quod ſit certum.*
8. *Pactum vt non niſi certo tempore rem redimere liceat, non eſt illicitum.*
9. *Pactum, vt res minori pretio redimatur, valet.*
10. *Pactum, vt res maiore pretio redimi poſſit, non eſt prohibitum.*
    Vendens cum pacto redimendi non cogitur rem redimere.
11. *Venditor rem ex pacto redimens tenetur laudemium, & alia ſimilia onera refundere.*
    Habens rei pretium non minus habere videtur.
12. *Pactum vt venditor rem redimens laudemium & alios ſimiles ſumptus reficiat, an ſit coniectura fœneris.*
13. *Pactum valet, vt ſi emptor rem pluris vendat, id totum vel partem reddat venditori.*
14. *Pacta vincunt leges.*
    Pactum valet, vt ſi emptor rem minus vendat, venditor illud reficere teneatur.
15. *Pactum, vt ſi res vendita pluris diſtrahatur, illud plus ſit venditoris, non habet locum, quando res emptoris ſumptibus melior facta eſt.*
16. *Pactum vt venditor rem redimere teneatur, cum emptor volet, an ſit licitum.*
17. *Medinæ Theologi argumentum.*
18. *Vendita res cum pacto redimendi fauore emptoris pluris æſtimanda eſt.*
19. *Emptor rei cum pacto, vt venditor eam redimere teneatur, facit fructus ſuos.*
20. *Quod intelligitur ſoluto pretio.*
21. *Emptio cum pacto redimendi fauore emptoris interim ſuam obtinet vim,*
22. *Emptio cum pacto redimendi fauore emptoris non eſt in Republica permittenda.*
23. *Oppigneratio Germanica an ſit licita.*
24. *Binsfeldij hac de re ſententia.*
25. *Mutui ſubſtantia non tollitur, ſi conueniat, vt donec vſuræ ſoluantur, ſors non petatur.*
26. *Antichreſis perpetua in contractu cenſus illicita.*
27. *Vdalrici Zaſij ſententia.*
28. *Auctoris circa hunc contractum conſilium, & ſententia.*
29. *Contractus in dubio ſuſtineri debet.*
30. *Contractus* à godere *illicitus.*
31. *Suſceptio periculi non tollit rationem vſuræ.*
32. *Antichreſis temporaria eſt illicita aduerſus Molinæum, & alios.*
33. *Eiuſdem Zaſij ſententia quædam de Antichreſi reiecta.*
34. *Andreæ Gail. opinio de antichreſi refellitur.*
    Antichreſis quibuſdam caſibus licita.

ANTICHRESIN, quæ nihil aliud eſt, quàm mutuus vſus pignoris, & pecuniæ, vt diximus *ex l. 11. §. 1. de pign* cuius ſcilicet poteſtate creditor vice vſurarum pignoris fructus capit, illicitam, & vſurariam conuentionem eſſe ex omnium fere ſententia *quæſtione proxima* dictum eſt. Sed quia ſunt quædam negotia huic valde proxima, de illis etiam interdum quæritur, an licita ſint. Proinde de his hîc opportune agendum eſt.

Et primo quæritur, an illud contractus genus, quo fundus 1
emitur ea lege, vt quotieſcunque venditori viſum fuerit illum redimere valeat eodem pretio, licitum ſit. Et dubium facit, quia hæc conuentio ſpecies quædam antichreſis eſſe videtur. Quid enim hîc aliud agitur, quàm vt dum venditor fruitur pretio, emptor re fruatur, & eo vſque fundi poſſeſſionem retineat, donec illi pecunia ſoluatur, & interim fructus eius fiant, quæ eſt ratio, & finis antichreſis, vt conſtat ex *d. l. 11. §. 1. de pign.* Et tamen dicendum eſt huiuſmodi contractus genus valere, & licitum eſſe. Hic enim vera emptio contrahitur, quæ procul dubio licita eſt, & iuris gentium, *l. ex hoc. ff. de iuſt. & iur. l. 1. in fin. ff. de contrah. empt.* Neque ex eo quod contractui addita ſit pactio, vt liceat venditori quandocunque rem redimere eodem pretio, vel quod fere idem eſt, vt oblato pretio emptor rem reſtituere cogatur venditori, tollitur ratio emptionis, aut dominij tranſlatio impeditur. vt conſtat ex *l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* ex qua conſtat etiam dari actionem ex vendito aduerſus emptorem vt recepto pretio rem reſtituat, vt obſeruat Cuiac. *ad h. tit.* quod argumentum eſt, hîc propriam emptionem eſſe. Et præterea hoc venditionis genus iure Pontificio receptum eſt, vt conſtat ex conſtitutionibus duorum Pontificum Martini, & Calixti *extra de empt. & vendit.* & probatum eſt etiam antiqua quadam conſtitutione Sabaudiæ *de pact. inter empt. & vendit.* & proinde apud omnes conuenit venditionem

cum

eum pacto redimendi ex parte venditoris validam eſſe, & emptorem facere fructus ſuos. Hoc enim eſt commune placitum Theologorum, vt refert Leonar. Leſſ. *lib. 2. c. 21. n. 113. & n. 123.* Petr. Nauarr. *de reſtit. lib. 5. cap. 2. n. 93.* & Binsfeld. *in c. in Ciuitate q. 7. de vſur.* Ita etiam Iuriſperiti magno conſenſu docent. Inter quos Couarr. *lib. 3 variar. cap. 8. n. 4.* Franciſc. Ioann. *in lib. de empt. & vendit. ſub pacto, &c. n. 42.* Morla *in empor. iur. tit. 9. q. 14 n. 1.* Hotoman. *in diſp. de fœnore cap. 4.* Caniſ. *de vſur. cap. 5. n. 30.* & Felician. *de cenſib. lib. 1 cap. 6. n. 12.* vt veteres omittam, quos longa ſerie recenſet iuriſperitorum diligentiſſimus Andr. Tiraq. *de retract. conuent in pr. n. 3. & 4.* vbi notat Theologos neque in foro conſcientiæ hoc pactum reiicere.

2 Et parum mouere debet, quod initio dictum eſt, hunc contractum omnino ſimilem antichreſi videri, quia hæc inter ſe longè differunt. Nam antichreſis pignus eſt, vel lex pignoris, quod non mutat dominium *l. pignus C. de pign. act. l. 6. ff. de naut. fœn. l. 12 ff. de diſtr. pign.* & proinde fructus ſunt domini, id eſt debitoris *l. 2. C. de par. pign. l. 1. & vlt. C. de pign. act.* Quare meritò receptum eſt creditorem illos veluti ex re aliena perceptos imputare in ſortem deductis ſumptibus. At in ſpecie *d. l. 2. C. de pact. inter empt.* quia vera emptio eſt, vt dixi, dominium in emptorem transfertur *l. 19. de contrah. empt. l. 2. ff. de in diem addict.* vt etiam periculum *l. neceſſario ff de peric. & comm. rei vendit.* Proinde iure merito vendicat, & retinet fructus, qui dominium ſequuntur, vt ait *l. qui ſcit. 25. ff. de vſur.* & ita ferè Petr. Gregor. *de vſur. lib. 2. cap. 14. n. 1.* & Caniſ. *d. cap. 5. n. 35.* Itaque exploratum eſt huiuſmodi pactum rationem emptionis non tollere, & licitum eſſe, neque contractum ſuſpectum fœnoris facere, niſi aliæ coniecturæ aliud ſuadeant, vt tractant Menoch. *lib. 3. præſ. 122.* Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 20.* & diligentiſſimè Anton. Sol. *ad d. decret. antiq. de pact. inter empt. gloſ. 1* Felician. *d. cap. 6. n. 12. in fin.* & Præſes Bellon. *in conſ. 20. n. 35. & 36.* vbi aliis coniecturis ceſſantibus nullam prorſus ex eo naſci fœnoris ſuſpicionem, præſertim ſi ita conceptum eſt, vt libera redimendi facultas venditori relinquatur.

3 Sed illud quæritur, ſi fortè pactum ita concipiatur, vt non niſi poſt triennium, vel aliud tempus redimere liceat, an contractus fœneratitius dici debeat. Et ſanè ſunt, qui dicunt id ſatis eſſe vt Guid. Pap. *in dec. 516. in fin. & in tract. de vſur. num. 36.* Gabriel *in conſ. 74. num. 5. lib. 2.* & alij quidam apud Decian. *in conſ. 104. num. 21. lib. 2.* Nam ex hoc pacto, inquit, clarè apparet nihil aliud curaſſe emptorem, quàm fructus pecuniæ numeratæ percipere: multumque intereſſe, an pactum huiuſmodi ſit collatum in liberam facultatem venditoris, vel coarctatum ad certa tempora: hoc enim caſu veram vſuram argui.

4 Verum verior, & recentior ſententia eſt ex hoc ſolo pacto etiam certo tempore concluſo contractum vſurarium non cenſeri. Ita enim ſentiunt quamplurimi apud eundem Tiraquell. *eod. lib. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 30.* Didac. Couarr. *d. cap. 8. in fin.* idem Decian. *in conſ. 2. num. 131. lib. 1.* Ioann. Bapt. Lupus *in lib. de commerc. commem. 2. § 1. n 4.* & alij plures apud Menoch. *in conſ. 343. num. 33. & in d. præſ. 122. num. 3.* Quod etiam cenſuit Rot. *ſub Mohedan. in dec. 157. quæſt 3. tit. de empt. & vendit.* & Cardin. Mantic. *in d. tit. 20. num. 9.* quod ſequuntur etiam Theologi omnes inter quos Molina *diſp. 375. num 3.* qui hanc concluſionem
5 probat in hunc fere modum. † Ad iuſtitiam, & validitatem emptionis non eſt neceſſe, vt ius ſit venditori eam redimere, poteſt enim in perpetuum rem alienare: imò hæc eſt natura emptionis, vt poſtquam perfecta eſt, non liceat ab ea diſcedere niſi mutuo contrahentium conſenſu *l. ab emptione ff. de pact. & l. 1. & 2. C. quand. lic. ab empt. diſced.* & proinde quocunque modo facultas redimendi concedatur, id in fauorem venditoris vergit, tametſi pluris facienda ſit, ſi libera, & in perpetuum conceſſa ſit, quàm ſi ad tempus vel poſt aliquod tempus relinquatur. Cùm ergo quocunque modo id fiat, remittat emptor aliquid de eo iure, quod ad iuſtitiam contractus non erat neceſſarium remittere, conſequens profectò eſt, vt adiectione huius pacti nulla iniuria fiat venditori, ſed potius gratia: & pactionem hanc nihil omnino fraudis continere, dummodo ratione maioris, vel minoris grauaminis magis, vel minus de pretio minuatur arbitrio boni viri. Nam ſi ponitur emptor nihil hoc nomine de pretio ſubduxiſſe, iam nulla fraus, aut ſuſpicio fœnoris argui, aut intelligi poteſt, ſed liberalitas potius ex parte emptoris, & beneficium. Quod ergo Decian. & alij auctores dicunt *locis cit.* nimirum ex hoc pacto reſtrictiuè concepto vſuram argui, accipiendum eſt aliis vrgentibus coniecturis: neque aliud viros doctos ſenſiſſe puto.

Neque placet diſtinctio quædam Vgolini *lib. de vſur. cap.* 6
41. num. 3. qui ſic ratiocinatur. Aut nulla ſubeſt ratio, propter quam huiuſmodi pactum fiat: & hoc caſu ſententiam Guidonis Papæ, & aliorum veriſſimam eſſe, quia emptor certus eſſe vult de lucro fructuum per illud tempus quo redimere non licet. Aut iuſta aliqua cauſa interuenit, quia ſcilicet emptor interim vult rem meliorem reddere ſuis ſumptibus: & hoc caſu pactum licitum eſſe. Non placet inquam hæc diſtinctio, quia ſemper iuſta cauſa eſt, vt contractus ſuſtineatur, nimirum conſenſus contrahentium, & æqualitas inter pretium, & rem eo pacto emptam. Et licet veriſſimum ſit, validam eſſe emptionem, in qua reſtringitur, & ſuſpenditur redimendi facultas, dum fundus melior efficitur, vt docuit Cagnol. in *d. l. 2. C. de pact. inter empt. n. 6.* & Menoch. *in d. conſ. 343. num. 34.* id tamen etiam verum eſt, cùm nihil tale ſubeſt, vt euincit argumentum Molinæ, quod proximè allatum eſt, vt conſtat ex Nauarr. *cap. 17. num. 248.* & Garz. *de contract. cap. 20. num. 4.* Si enim valet emptio nulla relicta facultate redimendi, ſane dicendum eſt, validam eſſe, ſi ea lege fiat, vt poſt triennium vel aliud tempus, dumtaxat redimere liceat. Et cum hoc redimendi ius fauorem venditoris ſpectet, cuius profectò melior conditio eſt etiam reſtricta ad certum tempus facultate, quam ſi nulla prorſus ei relinquatur, nihil cauſæ eſt, cur tam facilè ſimulationis, & fœnoris coniectura ex eo pacto ducatur, quod tantū abeſt, vt venditionem faciat odioſiorem, vt potius læſionem minuat, & pretij pars cenſeatur *l. vbi, §. melior. ff. de in diem addict. l. 79. ff. de contrah. empt.* & notat Anton. Faber *de errorib pragmat. decad. 9. cap. 9. num. 4.*

Neque mouet quod emptor omnino fructus perceptutus 7
ſit, dum redimendi facultas ſuſpenditur, quia & is qui emit rem fructiferam nullo adiecto pacto de reuendendo, certus eſt de perceptione fructuum, & quamuis cum res liberè, & ſine pacto alienata eſt, durior ſit conditio venditoris, quam ſi poſt aliquot annos ei rem redimere conceſſum ſit, quandoquidem ita conſtitutum eſt, vt venditor, etiamſi duplum offerat pretium, non poſſit cogere emptorem ad reſcindendam venditionem *l. 6. C. de reſcind. vend.* nemo tamen hactenus dixit contractum emptionis, in quo nulla facultas redimendi venditori relinquitur, non valere ex eo dumtaxat, quod emptor certus ſit de perceptione fructuum. Neque enim lucrum ex eo illicitum eſt, quod ſit certum, ſed inſpiciendum eſt; ex qua cauſa illud percipiatur. Illicitum eſſet, ſi ex re aliena, & ratione mutui emptor fructus ſuos faceret, & auferret: ſed in hac ſpecie adiecta conditione redimendi poſt tres vel plures annos non impeditur emptio, neque minus dominium in emptorem transfertur, & proinde emptor ex re ſua fructus capit, & re percunte ipſi perit non venditori, qui pretio vtitur, & fruitur, & à quo inuito auferri non poteſt. Quæ cum ita ſint non tantum, cùm fundum emptor meliorare parat, ſed etiam cùm res nullis ſumptibus indiget, ergo fructus vtroque caſu licitè capit, neque tenetur in pretium deducere, niſi aliæ coniecturæ aliud ſuadeant, vt dictum eſt, & tradit Crauett. *conſ. 491. num. 13.* Ioann. & Mantic. *loc. cit.* & Præſes Faber *d. cap. 9. n 7.* & alij auctores relati *n. 2.* Illud ſemper obſeruando pactionem hanc quo magis reſtringit redimendi facultatem magis ſuſpectam eſſe.

Ex quibus etiam non placet, quod notat Ferrer. ad Guid. 8
Pap. *in d. quæſt. 516.* pactum hoc non vitiare quidem contractum, ſed tamen illicitum eſſe, & à contractu reiiciendum, quia cùm hæc conuentio commodum contineat venditoris, cuius procul dubio durior eſſet conditio, ſi ſine vlla ſpe redimendi, & ſine fiducia rem alienaſſet, ſanè dicendum eſt ex natura rei neque iniuſtam, neque illicitam eſſe, & proinde ſeruandam eſſe *l. 5. & 7. §. ait Prætor. ff. de pact. &*

l.1.C.de pact.inter empt.& vendit quæ ait *fidem contractus ſeruandam eſſe.* Neque illius ſententiam iuuat auctoritas Didaci Couart *lib.3.cap.8.n.7.& 8* qua vtitur,quia Didacus loquitur de annuis reditibus, in quibus libera eſſe debet venditori facultas quandocunque redimendi ex conſtitutionibus Diuorum Pontificum,quod in emptionibus aliarum rerum non eſt conſtitutum neque receptum,vt dictum eſt.

9 Item quæſitum eſt,an emptio licita ſit, in qua id agitur, vt maiori, vel minori pretio redimere liceat. Nam vt eodem pretio,vel iuſto pretio,quod erit tempore,quo redimitur,apud omnes conuenit conuentionem validam eſſe. Sed ſi actum eſt,vt minori pretio venditor rem à ſe alienatam redimere poſſit, exiſtimo etiam conuentionem valere. Hæc enim lex contractus eſt, quæ ſeruari debet. Neque enim alia ratione venditor fuit venditurus *l.6 ff de ſeru. export.l.1. C.de pact. inter empt. & vendit.* Deinde quia hæc conuentio ſpectat commodum debitoris, & proinde libera eſt ab omni ſuſpicione fœnoris, quod eſt lucrum creditoris *l.17. §.ſi pupillo. ff. de vſur.* Denique quia valet hoc conuentionis genus, vt datis decem nouem reſtituantur *l. ſi tibi. ff. de pact. l. rogaſti. §. ſi tibi ff. ſi cert.pet.* Proinde perſpicuum eſſe videtur validam eſſe venditionem & ab omni vſura alienam, in qua actum eſt, vt liceat venditori,cum voluerit rem redimere minori pretio.

10 Et licet hæc vltima ratio ceſſet, cum agitur, vt fundum maiore pretio redhibere liceat, & videatur obſtare, quod definitum eſt *in d.l. rogaſti. §. ſi tibi.* ſcilicet inutilem eſſe conuentionem,vt datis decem vndecim debeantur,puto tamen conuentionem legitimam,& ſeruandam eſſe, quia non erat alias emptor facultatem hanc venditori conceſſurus, & proinde iniquum eſt, ſi velit venditor eodem pretio redimere. Secundò quia poteſt contingere tempore redemptionis rem plus valituram,vt plerunque videmus pretia rerum ſolo tempore augeri. Tertiò quia nulla captio ex parte venditoris intelligi poteſt,qui non poteſt cogi ad redimendum, & cui liberum eſt explorare, an è re ſua ſit pactum exercere. Denique quia valet emptio ſine vllo pacto, ergo etiam valet eo adiecto, cum id reſpiciat commodum venditoris, eiuſque adiectio meliorem conditionem faciat venditoris, vt manifeſtum eſt, qui, vt dixi, explorare poteſt, an expediat ſibi rem pretio conuento redimere. Niſi enim hoc pactum vtilitatem venditoris ſpectaret, ſtultum eſſet ita paciſci. Et licet Theologi variè hanc concluſionem coërceant, vt Molin. *diſp.376.num.3.& 4.* non perpenſis argumentis, quibus à nobis firmata eſt, mihi ſimpliciter dicendum videtur conuentionem valere, & ſeruandam eſſe *ex d. l.1. & vlt. Cod.de pact.inter empt. & vendit.* quæ ait ferendum non eſſe eum, qui niſi tali fretus conuentione contraxiſſet, aliquam captionem ex varia interpretatione pati.

11 Illud verò ſine controuerſiâ eſt validam eſſe conuentionem, vt venditor, cui facultas redimendi relicta eſt, teneatur vltra pretium refundere laudemia, ſi quæ debentur ex venditione rei, ſumptus inſtrumenti, & inſinuationis, ac alia huiuſmodi. Nam licet id expreſſum non ſit, reſciſſo, & reſoluto contractu hæc emptori præſtanda ſunt, vt definitum eſt *in l.debet. & l.cum autem. §. iubent. ff. de ædil. edict.* ex quibus conſtat emptorem indemnem recedere debere. Quod nominatim docet Tiraq. *de retract lignag. §.29. gloſ.4. num.1. & de retract.conuent.§.6 gloſ.2.num.2.& 3.*& Cagnol.*in d.l.2.n.236.*vbi refert ita fuiſſe iudicatum Ioann. Garzias *de expenſ.& melior.cap.18 n 53.*

Neque facit negotium, quod emptor interim perceperit fructus, quia illos ex re propria percepit, & fructus ſequuntur dominium, vt dixi ex *l. qui ſcit, ff. de vſur.* & præterea venditor pretio fruitur, & proinde non minus habere intelligitur, neque minorem vtilitatem ſentire, quam ſi re ipſa frueretur *l quia qui pretio. ff.de vſufr & arg l.curabit C. de act.empt.*& ita reſpondet Cagnol *loc.cit.* Quare cùm hæc ex iure emptori præſtanda ſint, nihil vetat hæc in pactum, & conuentionem deducere.

12 Sanè inter coniecturas fraudis, & fœnoris hæc quoque à quibuſdam recenſetur,ſi actum eſt, vt venditor cum redimere volet, huiuſmodi ſumptus, & impendia reficere teneatur. Ita enim Panormit. Cepoll. & Steph.Bertrand.apud Tiraquell. *d. §.6. gloſ. 2. in fin.* quaſi emptor vt aiunt, velit ſine vllo onere lucrari fructus. Sed cum venditor rem ex pacto redimens ad hæc omnia teneatur, etiamſi id dictum non ſit, vt proxime probatum eſt, rectè Tiraquellus notat verendum eſſe, ne relati auctores nimio huiuſmodi contractuum odio hæc incogitantes ſcripſerint. Ideoque & ipſum Bertrandum expreſſim, & in hoc ipſo caſu contrarium reſpondiſſe *in conſ.186.n.4.lib.2.* Negari tamen non poſſe id ipſum expreſſim, & tam anxie contractui additum declarare animum emptoris nimis ſolicitum,ne quid vel tantillum ſibi depereat: ita Tiraquellus *loc.cit.* ſed alij multi hanc fœnoris coniecturam probant apud Solam *in d.gloſ.1. num.20.* Quod ad noſtrum tractatum valde pertinet, & proinde omittendum non fuit, tametſi hæc coniectura mihi leuiſſima eſſe videatur.

13 Illud etiam quæſitum eſt, an valeat venditio fundi, vel alterius rei pro certo pretio, veluti pro centum aureis, hoc pacto addito, vt ſi emptor pluris fundum vendiderit, illud totum, vel partem aliquam ſoluat venditori. Et videtur iniqua hæc conuentio, quia eius debet eſſe commodum, cuius eſt periculum *l.55. & 67. ff. pro ſoc. l. 7. ff. de peric. & comm.rei vend.* Sed ſi res periret, vel minus venderetur, venditor nihil de pretio deducere vellet. Præterea ſi res forte pluris vendita eſt, quia interim eius valor auctus eſt, vt ſæpe ex tempore, & aliis circumſtantiis augentur pretia rerum *l. 63. in fin. ff. ad l. Falcid.* & Plin. *lib. 33. cap. vlt.* æquum eſt,vt domino pretium rei augeatur,non venditori, Sed nihilominus dicendum eſt huiuſmodi conuentionem validam eſſe, & teneri emptorem id totum,vel partem eius venditori ſoluere, vt conuentum eſt, denique pacti fidem ſeruare ei, qui non aliter erat venditurus *l. 1. & vlt. C. de pact. inter empt. & vendit.* & nominatim definit Vlpianus *in l.7.in fin. ff.de contr.empt. & l.13. §.ſi inter ff.de act. empt.* vbi gloſ.notat hoc pactum valere. Et tenebitur emptor ex mora ad id quod intereſt *l.6.in fin.& l.7.ff de pign.act.*

14 Neque turbare debent; quæ diximus, quia locum non habent, cum aliter expreſſe conuentum eſt, Pacta enim vt dici ſolet, vincunt leges,& dant legem contractui *l.7. §.quin imo. ff. de pact. l. contractus de reg. iur.* Et proinde æquum eſt etiam hoc caſu ſeruare fidem *d. l.1.C. de pact. inter empt. & vendit.* & congruentet idem Vlpianus ait in *l. 11. de act. empt. Cum bonæ fidei iudicium ſit, nihil magis bonæ fidei congruere, quàm id præſtari, quod inter contrahentes actum eſt.* Denique quia hæc conuentio pars pretij eſt *l.6. ff de ſer. export. l. 21. §. ſi tibi de act. empt. ibi. quaſi in partem pretij ea res ſit, l.4 in fin. de in diem addict l fundi partem.79. ff. de contr. empt. & innuit d.l.7. in fin. eod. tit.* ideoque æquum eſt hanc conuentionem ſeruari. Nam & ex contrario valeret pactum, vt ſi minoris venderet, id venditor refunderet emptori *arg.l.ſi pater.11.§.pen ff.de pact dotal.* & Cuiac.*in d. l.13. §. ſi inter. de act. empt. in fin.* notans in his iudiciis præſtandum eſſe, quod conuenit. In quo tamen oportet emptorem rem bona fide gerere.

15 Sanè ſi fortè res pluris diſtracta ſit ob ſumptus,quos emptor in ea augenda, & reficienda fecit, non puto conuentionem ad hanc ſpeciem porrigendam eſſe, contractus enim intelligi debet re in eodem ſtatu permanente *l. quod Seruius. ff. de condict.cauſ.dat. l. vlt. ad municip.* Tiraq.*in præfat.l.ſi vnquam.n.166.* Surd.*in dec.326. num.31.* Atqui ob meliorationes res alia eſſe videtur *l.10. §. 4. ff.quib.mod. vſuſf. finiat.* actúmque eſſe inter contrahentes, ne emptor ex venditione rei lucrum faciat, non verò, vt ſit in damno, certum autem eſt conuentiones non trahi ad id, de quo non fuit cogitatum *l.Titius.in fin.ff.de act empt.*

16 Opportunè etiam quæritur, an facultas diſcedendi ab emptione ex pacto emptori relinqui poſſit, ita vt cùm volet cogere poſſit venditorem ad rem redimendam: & dubium facit quia nihil res hæc ab antichreſi diſtat, quam conſtat vſurariam conuentionem eſſe ex *c.1. & 2.de vſur.* & ſanè hoc genere contrahendi non vtimur. Dico tamen abſolutè, & ex natura rei contractum vſurarium non eſſe, dummodo iuſtum pretiū interueniat,& fraus omnis abſit. Quod innuit text.*in d.c.illo vos.de pign.*vbi non ſufficit hæc ſola pactio,

ctio, vt emptio vſuraria cenſeatur: & videtur recepta ſenten-
tia acceſſione ſcilicet recentiorum auctorum, qui hanc ſe-
quuntur, nec huiuſmodi contractum improbarunt, vt Co-
uarr. *variar. l. 3. cap. 9. n. 1. & 3.* Ioann. de Medi. *de reb. per vſur.
acquiſ. quæſt. 15. verſ. quib. non obſtantibus.* Lupus *de vſur. & com-
merc. illic. initio Comm. 2. num. 26.* Hieron. Gabr. *conſ. 152.
num 4. lib. 1.* Molla *in d. quæſt. 14. in fin.* Leon Leſſ. *cap. 21.
num. 113.* Azor. *par. 3. lib. 8. cap. 12. quæſt. 8.* Salas *de cenſib.
dub. 25. num. 5.* Frideric. Martin. *de ann redit. cap. 6. num. 250.*
Vgolin. *de vſur. cap. 42. num. 2.* & Bonacin. *de contract. diſp. 3.*
17 *par. 3. num. 6.* † Quod Medina probat *loco citato* his verbis:
Si illicitus eſſet præfatus contractus aut eſſet quia vſura-
rius, aut quia iniuſtus. Sed neutrum eſt. Quod enim vſura-
rius non ſit apertum eſt, quia hic vera eſt emptio non mu-
tuum. Nam interuenit pretium, & merx, quæ eſt res tali
pacto empta. Et ſi res illa ante redemptionem pereat perit
emptori, & nulla ei relinquitur actio ad pretium quod de-
derat. Non eſt igitur mutuum. Neque pignoratio: alioquin
re pereunte maneret actio emptori cõtra venditorẽ ad pre-
tium quod eſt falſum. Non eſt igitur mutuum, & per conſe-
quens nec illic locum vſura habere poteſt. Quod iniquus
non ſit, per ſe patet, quia quod melior ſit conditio empto-
ris, quàm venditoris, hoc ex ſe non vitiat contractum, ſi
illa melior conditio per aliquid aliud venditori vtile com-
penſetur. Nam nec pactum redemptionis ea parte vendito-
ris appoſitum, quod eius conditionem meliorem facit, con-
tractum reddit iniquum, ſi aliqua repenſatio fiat. Hæc Me-
dina, quæ confirmari poſſunt *ex l. 3. ff. de contrah. empt.* ex qua
conſtat valere venditionem ea lege factam, *vt ſi res diſplicuiſ-
ſet, inempta eſſet.* Idem verò auctor poſt pauca rectè ſubiicit:
18 † maioris valoris eſſe rem ea lege venditam, & proinde in-
iuſtum eſſe emptorem, cum vult ab emptione diſcedere,
adigere venditorem, vt re recepta tantundem reddat, ſed
pretio detrahendum eſſe pro ratione oneris, quod ſuſcepit
iterum non redhibendi, quod ex natura contractus ſuſcipe-
re non tenebatur. Quod & Filliucius *tract. 35. cap. 7. qu. 5.
num. 159.* & Bonac. *loc. cit. num. 2.* & ante illos Couarr *d. cap. 9.
num. 3.* vbi notat pactum huiuſmodi ſpectare commodum
emptoris, & damnũ vẽditoris, & ideò pluris rẽ valere, quàm
ſi ſimpliciter vendatur, conditiones enim, & pacta melio-
rem, vel duriorem conditionem faciunt contrahentium, vt
dictum eſt *ex l. 4. in fin. ff. de in diem addict.* & iuſtum rei pre-
tium augent, vel minuunt *d. l. 6. de ſeru. export.* Frideric. Mar-
tin. *d. cap. 6. num. 196.*
19 Itaque cùm hæc pactio rationem emptionis non tollat
*d. l. 3. ff. de contr. empt. & l. 3. in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.
ſoluit.* conſequens eſt emptorem fructus ſuos facere, vt con-
ſtat *ex l. 1. C. de peric. & comm. rei vend. l. fructus. 13. C. de act.
empt. & l. 38. §. 2. ff. de vſur.* & iidem auctores docent, & Me-
noch. *lib. 3. præſ. 122. num. 17.* & Vgolin. *d. cap. 42. num. 3.*
vbi contrariam ſententiam refellit. Alioquin venditor re,
& pretio frueretur eodem tempore, quod ſemper Iuriſ-
conſultis iniquum viſum eſt, vt conſtat ea *l. Iulianus. §. ex
vendito. de act. empt. & l. vlt. ff. de fund. dot. & l. 16. ff. de vſur.*
& tradit Barboſ *in l. 5. num. 73. ff. ſolut. matrim.* & in hac ſpe-
20 cie Ioann. Bapt. Lupus *loc. cit.* † Cæterùm non ſoluto pre-
tio, ſi fundus ei diſpliceat, & velit ab emptione diſcedere,
non eſt dicendum illum gratis fructus ſuos facere, vt enim
iniquum eſt venditorem, qui pretium habuit reſciſſo con-
tractu fructus repetere, vt dictum eſt, ita emptor audien-
dus non eſt ſi non ſoluto pretio, vel vſuris pretij, fructus
retineat, arg. *d. l. curabit. l. 14. in princ. & l. 5. ff. de leg. commiſſ.*
vnde *in d. l. fructus, 13. C. de act. empt.* quæ ait fructus poſt
perfectam venditionem eſſe emptoris, viciſſim cauetur eun-
21 dem vſuras pretij præſtare. † Quare donec ab emptione
diſcedatur contractus ſuam vim, & robur habet perinde ac
ſine illo pacto celebratus fuiſſet, ſiquidem emptio perfe-
cta eſt, & proinde vt nulla tali conditione adiecta emptor
fructus ſuos facit etiam non ſoluto pretio, ſed viciſſim
onera, & periculum rei, & pretij vſuras ſubire debet *d. l.
curabit. & l. fructus. C. de action. empt.* ita prorſus conſtituen-
dum eſt, ſi ea lege facta ſit, vt cum volet emptor ab ea diſ-
cedere valeat. Nam vt fructus, ita ad eum onera, & pericu-
lum rei pertinent, & pretij vſuras præſtare cogitur, ne eo-
dem tempore rem, & pretium habere videatur, & locuple-
tetur cum aliena iactura, quod naturaliter iniquum eſt. At-
que ita accipi debet, quod Theologi dicunt emptorem hunc
fructus ſuos facere: neque puto Lupum, & Vgolinum aliud
ſenſiſſe *locis citatis*, quamuis non ita perſpicue rem hanc de-
finiuiſſe videantur.

Cæterùm licet hoc commercij genus tanquam natura 22
ſua illicitum, & vſurarium damnari non poſſit, dummo-
do onus impoſitum venditori in pretio vel aliunde com-
penſetur, & infamia, & fraus omnis abſit, quæ, vt dicebat
Medina, omnem contractum, & humanum opus labefacta-
re poſſunt, quia tamen huiuſmodi contractus proximus eſt
antichreſi, & argumenta quibus Theologi ab hoc negotio
mutuum excludunt, non omnino tuta ſunt ex his quæ pro-
ximè dicam *n. 30. & 31.* & denique quia plerunque durior
eſt conditio venditoris, cùm facilius ſit rem reddere, quàm
pecuniam *l. ſi dubitet. ff. de fideiuſſ.* merito iidem auctores
monent non eſſe in republica permittendum.

Vtilis etiam ſuccedit quæſtio, an licitus ſit contractus, 23
quem frequentiſſimum, & vetuſtiſſimum in Germania me-
morat Frideric. Martin. *loc. cit.* & Binsfeld. *in cap. 1. de vſur.
quæſt. 2.* in quo ſcilicet Baro, miles, vel alius quilibet in-
digens pecunia, villam, caſtrum, ciuitatem, aut territo-
rium pro certa pecuniæ quantitate alteri ea lege dimittit,
vt rei poſſeſſionem retineat, & fructus percipiat, donec il-
li pecunia ſoluatur, quam tamen ab inuito repetere non
poſſit. Et mouet valde, quia hoc negotium ſimile omni-
no videtur ei de quo loquitur Marcianus *in d. l. 11. de pignor.*
cuius verba ſubiiciam: *Antichreſis id eſt mutuus pignoris vſus
pro credito facta ſit, & in fundum aut in ædes aliquis inducatur,
eo vſque retinet poſſeſſionem pignoris loco, donec illi pecunia ſol-
uatur, cùm in vſuras fructus percipiat, aut locando, aut ipſe
percipiendo, habitandoque.* Quodquidem genus vſurarum,
& illicitum eſſe dicimus, cum fructus hic vice vſurarum
percipiantur, vt hic Marcianus ait, vnde Caniſius *in d. cap. 5.
num. 15.* omnino, & in vniuerſum hoc conuentionis genus
improbat reiectis auctorum Germanorum diſtinctionibus,
& argumentis. Quid enim inquit, diſtinctionibus opus eſt
in re tam manifeſta, vtpote quæ aperte pugnet cum iure
Diuino, & ſacris canonibus, cum poſterioribus Imperato-
rum conſtitutionibus, quibus omnis acceſſio lucri cauſa fa-
cta in mutuo condemnatur.

Sed Binsfeldius *in d. cap. 1. quæſt. 2. concl. 1.* & Frider. *loc.* 24
cit. num 188. & qui nuper prodiêre Layman. *de iuſtit. lib. 3.
tract. 4. cap. 16. num. 17. verſ. cæterum alij.* & Duard. *in proœm.
conſtit. Pij V. quæſt. 24. num. 18.* vt hoc genus contractus lici-
tum eſſe demonſtrent, cum non ſimplicem antichreſin
eſſe aiant, ſed emptionem reditus annui cum pacto, vt pro
ſecuritate emptoris domus, ager, vel caſtrum in pignus
tradatur: & vt ſit in libera facultate domini caſtri, vel fundi
rem, & reditum quandocunque redimere. Nec enim veri-
ſimile Fridericus putat Germanos, quos pietate, & honeſta-
te ſemper floruiſſe conſtat, contractum hunc inualeſcere
permiſſuros fuiſſe, ſi eſſet fœneratitius. Addere potuit, quod
congruenter huic refert Tacitus *lib. de morib. Germanor.* fœnus
antiquis Germanis ignotum fuiſſe, ſubiiciens ideo magis
ſeruari quàm ſi vetitum fuiſſet. Sed hoc parum tutum eſ-
ſe videtur. Nam inquit Caniſius *num.* 28. in conſtitutione
cenſus emptio, & venditio contrahitur, cùm in ea hæc tria
concurrant, conſenſus, res, & pretium, quæ veram, & per-
fectam venditionem conſtituunt *l. 1. in fin. l. nec emptio 8. &
l. 9. ff de contrah. empt.* At hic mutuum contrahitur, & res loco
pignoris eſt, & fructus rei in vicem vſurarum percipiuntur
propter pecuniam mutuo datam.

Neque ratio mutui excluditur, quod pecunia ab inuito 25
exigi non poſſit, quia reſpondet Caniſius *eod. loc. num. 27.*
id ad naturalia mutui dationis pertinere, quæ pactionibus
mutari poſſunt ſalua manente ſubſtantia contractus. Neque
mouent *l. 2. in princ. & l. 3. ff. ſi cert. pet.* Ex quibus Frideric.
loc. cit. num. 160. probare nititur de mutui ſubſtantia eſſe,
quod à mutuante ad libitum repeti poſſit, quia his iuribus
tantum cautum eſt, vt cùm mutuum reddendum eſt, tan-
tundem in genere eiuſdem bonitatis reddatur, non autem
vt mutui ſubſtantia ſit, quod poſſit arbitrio creditoris reuo-

cari. Alioquin non poſſet mutuum ad certum diem contrahi, quod abſurdum eſt. Conſtat enim pecuniam ad diem certam mutuam dari poſſe, idque vſitatum eſſe *l. lecta* 40. *ff. eod. tit. l.* 9. *ff. de vſur. l.* 122. *in princ. ff. de verb. oblig.* neque tamen propterea quiſquam dixerit non eſſe mutuum. Et quod magis eſt, & Caniſius omiſit, non tollitur ratio mutui, & fœnoris, etiamſi conueniat, vt donec vſuræ ſoluerentur, ſors non peteretur, vt conſtat ex *l.* 4. *in fin. § de pact.* idemque eſt, ſi loco vſurarum fructus pignoris præſtentur *l. ſi ea pactione. C. de vſur. & c. ad noſtram* 7. *de iureiur.* & reſpondit Gabriel *in conſ.* 155. *n.* 8 *lib.* 2. in quo docti, & indocti errant exiſtimantes mutuum non eſſe ſtatim ac conuentum eſt pecuniam ab inuito repeti non poſſe, quia hoc verum eſſet, ſi ita contractus fieret, vt mutuum nunquam repeti poſſet ab inuito, quia hæc non mutui datio eſt, ſed donatio, *l.* 36. *ff. de contr. empt.* ſed contractus de quo agitur non animo donandi fit, ſed ſub auido lucro, vt manifeſtum eſt, quare non magis in hoc genere ratio mutui excluditur quam in ſpecie *d. l.* 4. *in fin. de pact.* in qua conuenerat, vt donec vſuræ ſoluerentur, ſors non peteretur.

26 Deinde ſententiæ Binsfeldij, & Martini obſtat, quia pactum antichreſis perpetuæ in contractus cenſus eſt illicitum, quia in hoc contractu vitium habet omnis conuentio onus inferens debitori æſtimabile pretio, niſi onus iuſto pretio repenſetur. Etenim pacta antichreſi in cenſu emptor, qui fundum poſſidet, præter fructus habet vſum, & poſſeſſionem fundi, vel ciuitatis, & caſtri, & vice penſionis, quæ in fine anni percipi debet plenum, & continuum vſumfructum conſequitur: & debitor non tantum fructus rei ſuæ amittit, ſed etiam vſum, & reliqua commoda, quæ ex poſſeſſione proueniunt, vt docet Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *q.* 11. *n* 4. & Felician. *de cenſib. par.* 2 *lib.* 1. *cap.* 10 *n.* 1. vbi ait rem diligentius conſideraſſe, & mutaſſe ſententiam. Proinde non videtur illud genus contractus, vt emptio reditus annui defendi, & ſuſtineri poſſe.

27 Quamobrem tutius eſt contractum hunc ad emptionem fundi, vel caſtri reducere, cum facultate redimendi eodem pretio, quotieſcunque dominus voluerit, vt tentant Zaſius *in conſ.* 12. *num.* 11. *& ſeq.* & Vveſemb. *conſ.* 1. *num.* 90. *lib.* 2. vel ad emptionem fructuum ex his quæ tradit Sigiſmund. Scaccia *de commerc. §.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 474. vbi ait hoc conuentionis genus differre ab emptione reditus annui, quia qui emit reditum, emit certam annuam quantitatem, vel pecuniæ vel fructuum: in hoc vero contractu emitur incerta fructuum quantitas, eaque obnoxia caſibus fortuitis omnibus, qui in re, vel fructibus contingere poſſunt. Et illud etiam incommodi habet Binsfeldij, & aliorum ſententia, quia ſi hic emptio reditus annui contracta diceretur, fructibus fortè iuſtum penſionis modum excedentibus, vt plerunque euenit, id quod ſuper exactum eſt, domino reſtituendum eſſet? id ni fieret, contractus illicitus eſſet, & vſurarius, quia ſub prætextu antichreſis fraus fieret legi, quæ reditibus modum conſtitui, vt iidem auctores tradunt, & Franciſc. Grimau. *de contract. pignor. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 11. qui vt ſuſpicor, hac in re ex Molinæo profecit quem legere non auſus ſum propter metum cenſurarum. Quæ res vtrique contrahentium, & publicè incommoda eſt ob lites, & iurgia, quæ in reddenda fructuum ratione oriri poſſunt. Si verò hæc eſt emptio rei, vel fructuum, quamuis fructus nonnihil excedant modum legitimæ penſionis, quæ ex ea pecunia emi poterat iuxta leges, vel mores prouinciæ nullus eſt redditioni rationum locus, nec repetitor quod ſupereſt: quemadmodum etiamſi minus ſit in fructibus quam ſit legitima penſio, vel etiam nihil, nulla eſt actio emptori pro reſiduo: neque reſcinditur contractus, niſi immodica, & intolerabilis ſit læſio *ex l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* vel
28 alia fœnoris, & fraudis indicia, & argumenta concurrant, *vt in c. illo vos. de pign. & c. ad noſtram de empt. & vendit* † Et ſane tutius, conſultius eſt, vt emptio palam, & aperte contrahatur, & exprimatur, nempe vt is qui nummos dat, rem emptam habeat pro illa pecunia, cum facultate tamen redimendi ad libitum venditoris: vel ea lege, vt quandocunque venditor, hæredeſue eius pretium obtuliſſent, fundus reſtituatur, vt loquitur *l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit.* quia hoc emptionis genus vbique, & inter omnes, & in quocunque foro licitum eſt: nec fructus hic minuunt ſortem, cùm è re propria percipiantur, vt aliis auctoribus citatis dixi *n.* 1. quibus addo Salon *quæſt.* 78. *contron.* 11. *art.* 2. *n.* 2. *verſ. intelligend.* 1. Ioann. Bapt. Lup. *loc. cit. num.* 12. *&* 25. & Vgolin. *de vſur. cap.* 41. *num.* 2. & in hac ſpecie notant Mynſing *cent.* 6. *obſ.* 70. *num* 13. iidem Binsfeld. Salon, & Layman. *loc. cit.* & valde monet Caniſ. *d. cap.* 5. *num.* 30. Et ſanè inſcitia eſt vel contrahentium, vel Notarij, cum res iuſto, & legitimo contractu tranſigi poteſt, qui non minus vtilis ſit, ſub incerto, & ambiguo titulo contrahere, vnde inter contrahentes captio, & iurgandi occaſio oriatur.

Quamobrem ſi quæras, quid de hoc commercij genere ſentiam, dicam inſpiciendum eſſe, quid actum re vera ſit. An ſcilicet animo ementium negotium contractum ſit, vel potius animo contrahendi mutui, & pignoris ſub auiditate lucrandi fructus idque iudicem perpenſis verbis, & pactis contractus, & coniecturis æſtimare oportere, illud ſemper admonendo non tam nuda verba, tametſi ea diligenter perſcrutanda ſint, quàm rem ipſam, & pacta perſpicienda eſſe, *vt l. vbi ita ff. de mort. cauſ. donat. l.* 36. *ff. de contrah. empt. l. Lucius. ff. depoſ.* & omnium diligentiſſimè docuit Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 2. *tit.* 2. *&* 3. *& aliis locis.* Atque ita ſtatuere, an contractus ſit purus, vel impurus fœnoris, & an fructus ſorti imputandi ſint.

Ex quibus patet me non omnino probare, quæ Caniſius vir doctus ad hoc contractus genus in vniuerſum damnandum profert, quia vera ſunt, & accipi debent, quando manifeſte conſtat veram & propriam antichreſin eſſe contractam: ideſt, cum perſpicuum eſt pecuniam mutuo datam, & creditori fundum, vel caſtrum dimiſſum loco pignoris, & ea lege, vt fructus non imputet ſorti, vtque non aliter rem reſtituat, quam reddita pecunia, vt in formula Marciani *in d. l.* 11. *de pign. & Binsfeld. in d. quæſt.* 1. Hic enim mutuum, & pignus contrahitur non venditio, vt rectiſſime ex Cuiacio docet Caniſ. *num.* 21. quod non excluditur ex eo, quod pecunia ab inuito exigi non poſſit, vt dictum eſt: ſed in dubio, & in dubia coniectura veritatis, & cum verba contractus id patiuntur, ſemper id agendum eſt, vt emptio potius contracta videatur, verba enim ſemper trahi debent ad ſenſum ciuilem, & vitio carentem, & vt contractus illicitus excludatur *l. cum hic ſtatus. §.* 4. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* quæ ait iudices in dubio procliuiores eſſe debere ad comprobandum contractum, *l. quoties ff. de reb. dub. l. merito ff. pro ſoc. l. quoties. de verb. obl.* & Alex. *in conſ.* 191. *n.* 6. *lib.* 2. 29

Ex his etiam conſtat difficile eſſe ſuſtinere contractum illum, quem vulgo dicimus neſcio tamen qua ratione factum eſt, vt hoc nomine appellemus *gode chi gode.* Nec enim Italicè loquimur: ſed argumentum eſt hoc genus contractus ex Italia, cuius hunc Nicienſem tractum partem eſſe ex Strabone, Ptolomeo, & Plinio conſtat, ad nos eſſe delatum. Quid enim hic aliud agitur, quàm, vt mutuus ſit vſus ex vna parte pecuniæ, ex alia pignoris, quæ eſt vera antichreſis *d. l.* 11. *§.* 1. *ff. de pign.* in qua ex re aliena fructus in vſuras percipiuntur, Neque ex eo hic contractus fouendus eſt, quod pecunia non poſſit peti inuito debitore, quia primo in hac formula id non agitur, & liberum eſt creditori ſortem petere, imo & pignus vendere, niſi aliud conueniat *l.* 1. *C. de diſtr. pign. l.* 1. *C. debitor. vendit. pign. imped. non poſſ.* Deinde quia licet nominatim id actum eſſet, non eſſet hæc bona ratio probandi contractus, quia hoc non tollit rationem mutui, vt dixi ex *d. l.* 4 *in fin ff de pact. & c.* 7. *de iureiur.* & ex Gabriel *conſ.* 155. *num.* 8. 30

Neque etiam ex eo ſuſtineri, & tolerari poteſt, quod re perempta nulla ſupereſt creditori actio ad pecuniam repetendam, quia cum in hoc contractu pignus contrahatur *l.* 35. *ff. de pign. act.* conſequens eſt periculum eſſe debitoris, niſi aliud actum ſit. *l.* 5. *ff. de naut. fæn. l.* 11. *C. ſi cert. pet.* Atqui hæc formula non videtur continere, vt re perempta, debita pecunia peti non poſſit. Et quamuis id actum intelligeretur, non tamen propterea illicitus eſſe deſineret, & vſurarius. Etenim ſuſceptio periculi vſuræ rationem non tollit, vt patet in pecunia, quæ periculo creditoris traiicitur *l.* 1. *& tot. tit. de naut. fæn & c. nauiganti. de vſur.* vt alio loco diximus. 31

Quod

Quod periculum longè maius eſt, quam ſit agri, vel domus, vel alterius rei ſtabilis oppoſitæ pignori, quæ tuto loco eſſe ſolent, cum merces, & pecuniæ, quæ mari traiiciuntur, facilè, & frequenter pereant. Nulla igitur ratione contractus hic excuſari poteſt. Vnde non immeritò Duarenus in *d.q.24.n.26.* ait huiuſmodi cõtractum, licet in Italia ſit vſitatus, è republica Chriſtiana eſſe omnino repellendum.

32 Ex quibus reiicienda eſt diſtinctio Molinei, quam probare videntur Andr. Gail. *lib.2.obſ.3.n.3.* & Mynſing. *cent.6. obſ.71.* ſcilicet antichreſin temporariam veluti ad triennium, quinquennium licitam eſſe, perpetuam vero non valere in præiudicium debitoris, quia quandocunque voluerit fundum reluere poſſit. Nam etiam in antichreſi, quæ ad certum tempus limitata eſt, fructus cedunt in vſuras, & creditor, donec ſibi debita pecunia reddatur, rem retinet pignoris loco, & fructus aufert, & capit, quæ eſt vera antichreſis, ideóque prohibita. Imo cum antichreſis, quæ certo tempore concluditur ad contractum emptionis ipſius rei nullo modo reduci poſſit, conſequens eſt multo certius eſſe temporariam antichreſin vſurariam eſſe, & fructus ſorti imputandos eſſe veluti ex pignore, id eſt ex re aliena perceptos, & ad hanc quoque conuentionis ſpeciem multo magis pertinere, quod conſtitutum eſt in *d.c.1.& 2.de vſur.* vt docent auctores citati, & Duar. *in d.quæſt.24. num.16.* & Caniſ. *loc.cit.num.20.* vbi ait hoc genus commercij procul dubio vſurarium eſſe.

33 Ex his etiam non placet ſententia Zaſij, qui in *l.rogaſti §. ſi tibi num... ff. ſi cert. pet.* putat antichreſin tunc fœnoris vitio laborare cùm à fœneratore, & eo qui fœnerari conſueuit, contracta eſt: ſi verò alij boni & probi viri hac forma contrahant, conuentionem à ſuſpicione vſuræ immunem eſſe. Nam cùm hoc negotij genus natura ſua illicitum ſit, nihil refert, an creditor, qui contraxit, vir bonus habeatur, aut fœnus exercere conſueuerit, quia ita contrahendo incipit fœnerari. Deinde cùm contractus verè, & aperte vſurarius eſt, non deſinit eſſe talis ex eo, quod non fuerit animus fœnerandi, vt dicunt Menoch *de præſ.lib.3.cap.123.num. 9.* Felic. *de ſociet.cap.18.num.71.* Gratian. *diſcept.forenſ.lib.1.cap. 14.num.2.* & tunc tantum quærendum eſt, de integritate, & improbitate creditoris, cùm res dubia eſt, & ex coniecturis inſpiciendum eſt, an contractus in fraudem vſurarum ſimulatè conceptus ſit: cùm verò vitium vſuræ manifeſtum eſt, & ſine vllo fuco impudenter ſe prodit, vt in hoc, de quo quæritur, ne quidem à probo viro licitè celebrari poteſt, & proinde meritò hanc viri docti diſtinctionem refellunt Frideric. Martin. *de iur.cenſ. cap.1 num.131.* & Caniſ. *loc.cit.num.19.*

34 Denique non placet ſententia quorumdam, quam probare videtur Andr.Gail. *in d.obſ.3.num.5.* qui opinantur contractum antichreſis tunc illicitum eſſe, cùm creditor ſui tantum quæſtus, & emolumenti gratiâ eam facit, quia cùm ex re aliena auidè lucrum captet, & quaſi ſuæ pecuniæ negotiationem exerceat, vſurarius eſt; ſi verò iuuandi ſolummodo debitoris causâ antichreſin contrahat licitum, & inculpatum contractum eſſe, quia inquit hoc caſu non læditur dilectio proximi, quæ in hoc genere omnium maximè conſideranda eſt. Etenim nulla eſt antichreſis, quæ proximum non lædat, ſiquidem etiam poſteriore caſu ex ſolo tempore tardæ ſolutionis creditor fructus rei alienæ aufert, & proinde ſemper, & omni caſu eſt illicita, vel deſinit eſſe antichreſis, vt in ſpecie *cap.ſalubriter. de vſur.* Nec diſtinguendum eſt cùm verè antichreſis facta eſt, an creditoris, vel debitoris tantùm causâ contrahatur, quia cùm vtroque caſu creditor fructus ex re aliena capiat, non poteſt intelligi illam debitoris tantum gratiâ contractam eſſe. Neque enim officium, aut beneficium hoc dici poteſt, in quo debitor rei ſuæ vſu, & fructibus multatur: & creditor ex ſola dilatione, & ex ſolo mutuo, quod gratuitum eſſe debet, fructus aucupatur. Neque gratuitum dici poteſt, in quo pecunia, vel aliud commodum interuenit *l.1. in fin. & l.ita. vt omnes, ff. mandat. l.3. de præſcript. & d. l.11. de pignor.* & Cuiac. ad African. *tract.8.* vbi ait non eſſe liberalitatem quæ ſequitur lucrum: & ita ferè hunc errorem, qui Molinæi doctrinam ſapit, refellunt iidem Martin. *num.134.* & Caniſ. *num.23. loc.cit.* Quocumque igitur ſe vertant, qui hoc genus contractus tuentur, nihil agunt, tametſi quibuſdam caſibus, qui peculiarem rationem habent, antichreſis recepta ſit, vt in ſpecie *c.1. de feud.* vt tractatum eſt *quæſt.5 accd. & c. ſalubriter. de vſur.* & aliis quibuſdam, de quibus ex ordine dicendum eſt, vna aut altera quæſtione interpoſita.

QVÆSTIO XVI.

De omni vtilitate, & emolumento ex mutuo ſorti imputando vel reſtituendo.

SVMMARIA.

1. *Vſura eſt, quicquid accedit ſorti pretio æſtimabile.*
2. *Vſura animal voraciſſimum.*
   Pecuniæ verbum continet, quicquid æſtimatur nummis.
3. *Obſequia, & facta ipſa extorquere vſura eſt.*
   Fœnerator eſt, qui ex mutuo aliquid vtilitatis conſequitur.
4. *Luſitanorum quorumdam fœnus à Nauarro reprehenſum.*
5. *Vſura eſt immunitatem à tributis paciſci, donec pecunia ſoluatur.*
   Acquiſitionis ſpecies ab obligatione liberari.
6. *Creditor tenetur referre in ſortem quicquid collectarum nomine ſoluiſſet.*
7. *Conuentio, vt creditor interim immunis ſit, olim licita vſque ad legitimum modum vſurarum.*
   Actio præſcriptis verbis inuenta ad tollendas controuerſias de nomine actionis.
8. L.Titius.ff de præſcr.veb.*abrogata.*
9. *Pecunia licitè dari poteſt negotiatori ea lege, vt ſi quid vltra ſex vel ſeptem lucratus fuerit, id ſibi habeat.*
10. *Ager dari poteſt colono, vt ex fructibus onera ſoluat.*
    Vſura non latet ſub contractibus innominatis.
11. *Cardinalis Mantica locus expenditur.*
12. *Pecuniæ periculum in ſpecie* L.Titius.de præſcr.verb.*eſt creditoris.*
13. *Adigere debitorem, vt aliquid præſtet etiam iuſto pretio, vſura eſt*, & num.23.
14. *Obligationem acquirere vi mutui etiam iuſto pretio vſura eſt.* contra.num.24.
    Legatum valet, ſi teſtator iuſſerit hæredem aliquid emere, vel vendere iuſto pretio.
15. *Creditor tenetur pactiones vi mutui extortas remittere.*
    Et refundere, quicquid intereſt debitoris.
16. *Operarum in conductionibus licet mercedem prærogare.*
17. *Emptio ſrugum, & fructuum futurorum licita.*
18. *Locator poteſt paciſci, vt penſio in frumento ſoluatur certo pretio.*
19. *Dare pecuniam, vt tantumdem vini vel frumenti ſoluatur, non eſt licitum.*
20. *Etiamſi dictum ſit pecuniam mutuam dari.*
    Mutuum non eſt, ſi detur pecunia, vt frumentum reddatur.
21. *Contrahentes non poſſunt facere, vt ſit contractus, qui non habet, quæ ſunt de illius ſubſtantia.*
22. *Pecunia licitè poteſt dari colonis ſoluenda in tot operis tempore meſſis*
23. *Niſi ob prærogationem pecuniæ, illorum opera vilius locentur.*
24. *Obligatio quæ iuſto pretio acquiritur, non arguit vſuram.*
25. *Vſura in ſola, & nuda obligatione debitoris conſiſtit.*
26. *Fidei humanæ congruit pacta ſeruare.*
27. *Contractus ex poſt facto neceſſitatis.*
28. *Contrahere nemo cogitur.*
29. *Vſura non eſt, quando onera ſunt æqualia.*
30. *Obligatio obligatione compenſatur.*
31. *Vſura lucrum creditoris.*
32. *Antichreſis illicita tametſi in ea conductio quadã contrahatur.*
33. *Mutuans dolo malo adigens creditorem ad aliquem contractum, tenetur damna refundere.*
34. *Emens frumentum vel vinum ab eo, quem ſcit ſuo tempore non habiturum vſuram, facit, ſi inde lucrum aliquod capiat.*

F 3 35. An

35. *An vſura ſit mutuum dare, vt viciſſim alter remutuet.*
Theologorum ſententia vſuram eſſe.
36. *Et ſi eodem tempore id fiat.*
37. *Auctoris ſententia non eſſe vſuram, cùm ſimul vterque mutuet.*
Officia mutua præſtare non eſt licitum.
38. *Vendere nolle, niſi alius viciſſim rem aliam vendat, eſt licitum.*
Quod dicitur ex mutuo nihil accipiendum vltra ſortem, quomodo intelligendum.
39. *Pacta vt pars pretij ſint, neceſſe eſt, vt ob id res vilius diſtrahatur.*
Aliàs eſt reciprocus contractus.
40. *Virtute vnius contractus non licet quidpiam extorquere æſtimabile pretio.*
Et nullum hac in re inter emptionem, & mutuum diſcrimen.
41. *In conuentionibus vſurariis creditor in lucro eſt, debitor in damno.*
42. *Ad iuſtitiam contractus nihil pertinet, an quis roget, vel rogetur contrahere.*
43. *Contrahentes pares ſunt, cum eodem tempore mutuum dant, & accipiunt.*
44. *Conuentio vt alter alteri inuicem certo die mutuet, non eſt vſuraria.*
Mutuum conſiſtere non poteſt, niſi proficiſcatur pecunia.
45. *Vſura eſt mutuum dare ea lege, vt debitor ad certum diem aliud remutuet.*
Auctor contrà.
46. *In contractibus paciſci licet vt vnus ſtatim, alter ex interuallo impleat contractum.*
Officia vinculo pœna obſtringi poſſunt.
47. *Vſura non eſt aliquid vltra ſortem accipere, cum debitor tantundem habuit.*
48. *Malderi ad reſponſionem reſponſio.*
49. *Vſura non eſt, cùm factum mutui dationi additur, quod mercedem meretur.*
50. *Creditor non poteſt aliquid vltra ſortem ſtipulari ex eo, quod intra aliquod tempus, ſortem non petit.*

1 QVOD ſæpius dixi vſuras minuere ſortem, vel ſi eam ob diuturnas præſtationes ſuperant, quod ſupra ſortem exactum eſt, reſtituendum eſſe non tantum locum habet in pecunia fœnore extorta, & fructibus pignorum, vt in *c. 1. & 2. de vſur.* conſtitutum eſt, ſed etiam in rebus aliis omnibus, quæ pretium habent, & pecunia æſtimantur, licet non ſint eiuſdem materiæ cum rebus cre-
2 ditis. † Vſura enim animal voraciſſimum eſt, quod non tantum pecuniam, & fructus prædiorum, & ipſa prædia deuorat: & vidimus in hoc Comitatu etiam feuda, & caſtella deuoraſſe. Denique illius tanta ingluuies eſt, vt quicquid illi obiicitur, hauriat, & abſorbeat: vnde vinum, oleum, frumentum, piper veſtis, quicquid accedit ſorti, vſura eſt, *c. 1. & 2. & c. 3. 14. quæſt. 3. l. 16. & 23. C. de vſur. l. 26. §. idem Marcellus. ff. de condict. indeb. & arg. l. 5. in fin. ff. de calumn.* quæ ait pecuniam accepiſſe eum dici etiam, cum aliquid pro pecunia acceptum eſt. Etenim pecuniæ nomine non ſolùm nummi ſed res omnes, tam ſoli, quàm mobiles, corpora, & iura continentur *l. 1. in fin. C. de conſtit. pec. l. 222. de verb. ſignif.* Ariſt. *lib. 4. Ethic. cap. 1.* vbi ait: pecuniam dici ea omnia, quorum æſtimatio menſuratur
3 nummo. † Denique vſurarum vicem obtinent obſequia, & facta ipſa, ex quibus creditor aliquid compendij ſenſit, *arg. l. 3. in princ. de tit. de calumn.* & notat Paulus Caſtrenſ. *in d. l. 16. num. 2. C. de vſur.* & Petr. Gregor. *de vſur. lib. 1. cap. 3. num. 1.* & inter alios multis exemplis declarant Molin. *diſp. 309. & 310.* Rebell. *de oblig. iuſt. lib. 8. quæſt. 4 n. 12.* Vgolin. *in lib. de vſur. cap. 10. num. 3.* & Valer. Reginald. *lib. 15. cap. 11.* & alij paſſim, quamobrem vſura eſt adigere ruſticum debitorem, cui pecunia creditur, vt mutuantis agrum colat, metat, ſuis bobus aret, vuas colligat, & alia huiuſmodi faciat, vel vt liceat in alienis paſcuis greges, vel equos immittere, in aliena ſylua ligna facere, aquam per fundum debitoris ducere, vel ſi ob cauſam mutui debitor minoris operas ſuas, vel res locauerit, aut vendiderit, & ſimilia. Denique vt non tantùm calumniator eſt, qui vt negotium alicui faceret, pecuniam accepit, ſed etiam qui propter hoc aliquid omnino compendij *d. l. 3. de calumn.* ita fœnerator eſt non ſolùm, qui pecuniam vltra ſortem ob ſolum mutui dationis officium aufert, ſed etiam qui aliquid emolumenti, & vtilitatis ex hac cauſa omnino conſecutus eſt. † Et rectè Na- 4
uarrus *in comment. de vſur. num. 2.* Luſitanos quoſdam vſuræ arguit, qui in ciuitatibus degentes ruſticis, & colonis paruas pecuniarum ſummas mutuo dabant, eáſque tempore meſſis exigere conſueuerant, ſi fortè eo anno meſſis infelix fuiſſet, vel per artem exactionem differre, ſi fortè fructus bene prouenitſent, quaſi beneficij loco donec annonam cariorem futuram probabiliter præuiderent: interimque cum equis, & famulis ad ruſticorum domos diuertere, qui illos hoſpitio excipere, & alere cum famulis, & equis cogebantur, ne iniquo tempore ab illis pecunia repeteretur. Ideóque, vt Nauarrus ait, duplici onere grauati, & quod multis diebus ciues illos hoſpitio gratis exciperent, & exhiberēt, & quod cogerentur in penuria annonæ illis frumentum in ſolutum dare, quo indigebant, cùm priùs debitum commodè ſoluere potuiſſent, niſi creditores data opera, & dolo malo exactionem diſtuliſſent. Sed profectò nunquam finis, ſi velimus artes, & fraudes omnes recenſere, quibus fœneratores ſubtili ingenio ſemper aliquid à ſuis debitoribus, & à ruſticanis præſertim extorquere ſolent.

Cæterùm non permittam vſuram eſſe, ſi immunitas 5
à tributis, & functionibus publicis extorta ſit, donec pecunia credita reddatur, videntur enim municipes, qui ita contrahunt, id lucri facere, quod interim pro modo patrimonij ſoluere tenebantur. Nam ſi quis obligatione liberatus eſt, poteſt videri pecuniam accepiſſe *l. 2. ff. de calumn. l. 10. ff. de condict. cauſ. dat. l. 66. ff. de ſolut. & l. 11. ff. de acceptilat.* quæ ait, *ſpeciem acquirendi eſſe ab obligatione liberari.* Et ita docuit Ægid. Thomat. *de collect. §. ſane ſi negotium num. 27.* & cenſuit Oaaſc. *in dec. 95. num. 31.* vbi refert hanc eſſe communem ſententiam Theologorum, & Canoniſtarum, & ita fuiſſe iudicatum. Quod etiam teſtatur Ioann. Bapt. Lup. *de commerc. illicit. comment. 3. §. 3. n.* & probarunt Coſmus Philiarc. *de offic. Sacerd. lib. 5. cap. 6.* Molin. *d. diſp. 310. num. 10.* Rebell. *loc. cit.* & inter Scriptores recentiores Anton. Sola *ad decret. antiq. Saband. de vſur. gloſ. 2. num. 4.* Borell. *in conſ. 79. num. 17.* Vgolin. *de vſur. cap. 19. in fin.* Molfeſ. *de contract. cap. 23. num. 65.* & Ioann. Bapt. Coſta *in tract. de fact. ignor. cent. 2. diſtinct. 72. num. 1.* & nouiſſimè omnium Cardin. de Lugo *diſp. 25. ſect. 5. num. 64.* Et licet aliud ſentiat Specul. *par. 4. tit. de vſur. in fin.* quem ſecutus eſt Nicol. Feſtas. *de æſtim. par. 4. cap. 5 num. 24. & 25.* & Petr. Gregor. *d. cap. 3. in fin.* non eſt tamen à communi ſententia recedendum, quæ longè verior, & tutior eſt. Neque enim ſine rubore negari poteſt creditorem, qui ſe hac arte tributis, & aliis oneribus eximit, quæ iuſtè agnoſcere tenebatur lucrum facere ex *d. l. 2. ff. de calumn. & aliis citatis*, & proinde vſuram commit-
tere † Quamobrem ita hæc res corrigenda eſt, vt creditor 6
imputet ſorti quantum tributorum, & collectarum nomine pro ratione bonorum iuſtè præſtitiſſet: & ſi fortè ſucceſſu temporis tributa, & alia onera publica ſortem excedunt, id quod ſupereſt, reddere cogatur, reſciſſa immunitatis conuentione, & redintegrata obligatione in poſterum ſoluendi, perinde ac ſi nihil tale conuentum fuiſſet *l. illud ff. quod met. cauſ.* & Molin. *loc. cit.* Vetat enim Chriſtus nos quidquam ex mutuo ſperare, & accipere.

Quid ſi lege vel ſtatuto cautum eſt, vt qui principi, vel 7
Reipublicæ mutuum dant onera non ſoluant Angles, *quæſt. de mut. art. 1.* putat hîc etiam vſuram admitti. Negant Salas *de vſur. dub. 15. in fin.* & Emin. de Lug. *loc. cit. num. 65.* quia inquiunt, creditor non ex pacto, ſed ex liberalitate lucrum conſequitur. Ego Angles ſententiam probo, quia hic etiam pactum interuenit, lex enim communis ſponſio eſt *l. 1. & 2. ff. de legib.* nihil vero meo iudicio refert in hoc genere communi, vel ſpeciali pacto lucrum percipere. Sanè conuentio, vt is qui pecuniam credidit, immunis ſit ab oneribus, & functionibus publicis, donec pecunia ſibi reddatur, olim iure ciuili licita fuit vſque ad finem legitimæ vſuræ vt indicat *l. Titius. 24. de præſcript. verb.* cuius

ſpeciem

ſpeciem referam ex Cuiacio ac African. quia ad tractatum vſurarum valdo pertinet. Titius certam pecuniæ quantitatem Sempronio dedit, & dationi pecuniæ adiecit pactum, vt illam Sempronius fœneraret quanto maximo poſſet, & vſuris ea ea pecunia redactis, onera, & tributa, quæ Titius pro ſuis poſſeſſionibus deberet, ſolueret vſque ad vſuras ſemiſſes. Quod ſi Sempronius maioribus vſuris, quàm ſemiſſibus pecuniam ſœneraſſet, actum fuit, vt quod lucri eſſet vltra ſemiſſes, id eſſet Sempronij, & veluti merces eius laboris ſemiſſes præſtaret fiſco tributi nomine, ſi tantum fiſco hoc nomine deberetur, vel ſi minus eſſet in tributo, quàm in vſura ſemiſſe, reliquum Titio redderet. Quòd ſi tributa vſuras ſemiſſes excederent, id deducerent ex ſorte: vel ſi ſumma tributorum ſortem, & ſemiſſes exceſſiſſet, id quod amplius Sempronius ſoluiſſet, Titius Sempronio redderet. Et cùm nulla hac de re ſtipulatio interpoſita fuiſſet, quæſitum eſt id quod amplius ex vſuris ſemiſſibus Sempronius exegiſſet, quàm tributorum nomine ſoluiſſet, qua actione Titius ab eo conſequi poſſet. Et cùm negotium hoc fines, & cauſam pecuniæ creditæ excederet, quia ſi fortè pecunia amiſſa fuiſſet ſine dolo, & culpa Sempronij, periculum eius ad Titium pertinebat, qui eam dederat: ius verò creditæ pecuniæ hoc eſt, vt periculum eius ſit, qui eam accepit, *l.11.C.ſi cert. pet. l.9. §.vlt ff.de reb. cred. l.1.§.4 ff de oblig. & act.* neque videtur omnino mandatum, quia actum eſt, vt Sempronius conſequeretur, quod vltra ſemiſſes redigeret, quod excedit fines mandati, quod gatuitum eſt, vel non eſt mandatum *l.1. in fin. ff. mand. l.ſi tibi rem. ff. de præſcr. verb.* Ideo Africanus reſpondit tollendæ omnis controuerſiæ cauſa tutius eſſe agere præſcriptis verbis, & hac actione repetere, quod amplius ex vſuris ſemiſſibus Sempronius redegerat, quàm tributi nomine præſtitiſſet. Et ſubiicit Cuiacius *loc. cit.* & iiſdem verbis Gothofr. *in notis ad eand. l.Titius, de præſcr. verb.* inuentam eſſe actionem præſcriptis verbis ad tollendas controuerſias Iuriſconſultorum certantium de nomine actionis: neque enim commodius tolli poſſunt, quàm ſi agatur ſine nomine, narrato facto, ſecundum quod conuentione præſcriptum eſt.

8 † Sed hæc *l.Titius* nunc abrogata eſt. Neque enim licet alteri pecuniam dare, vt eam fœneret & paſci, vt quod vltra ſemiſſes, vel beſſes redactum erit, ad lucri faciat, qui pecuniam accepit, quia rei turpis nullum mandatum eſt, & nulla ſocietas *l.6. §.rei. & l.ſi vero. §.ſi adoleſcens. l.22. §.qui idem. ff. mandat. l.quod autem. 53. ff. pro ſoc.* quæ ſit delictorum turpem, atque fœdam communionem eſſe. Et regulariter rerum turpium nullum pactum, nulla obligatio eſt, *l.27.§.4. ff. de pact. l.generaliter, de verb. obl.* [illegible] fœneratio autem non minus turpis eſt, quàm furtum, & lenocinium; vt diximus *quæſt.2.*

9 Sanè quod in *d.l.Titius* definitum eſt, vſui eſſe poteſt, ſi ponamus pecuniam ea lege datam eſſe, vt qui accepit honeſta negotiatione eam occuparet, vel licitis cambiis exerceret, hoc etiam pacto, vt quod mercator, vel campſor vltra ſex vel ſeptem pro ſingulis centenis redegiſſet, id illius lucro cederet, ad hanc verò quantitatem vſque redderet ei, qui peniam dedit, vel fiſco, & reipublicæ præſtaret tributi nomine, aut alteri eius creditori ſolueret. Nam hoc in genere ſi fortè ſine dolo, vel culpa eius qui accepit, pecunia amittatur, vel eam vacuam habuerit, quia non inuenerit idonea nomina, aut alia ratione ſine eius dolo non potuit negotiari, & exercere pecuniam, mercator non tenetur, vt definit Africanus hoc loco his verbis: *Sed ne ipſius quidem ſortis petitionem pecunia credita fuiſſe, quando ſi Sempronius eam pecuniam ſine dolo malo vel amiſiſſet, vel vacuam habuiſſet, dicendum nihil eum eo nomine præſtare debuiſſe.* Et vt valet ſocietas, in qua vnus ex ſociis pecuniam, alter induſtriam, & operam confert, & lucrum commune eſt, *l.9. §.1. & l.29 §.ita coiri. ff.pro ſoc. & §.de illa. inſtit. de ſociet.* & tradit Cardinalis Mantica *libro 6. titulo. 7. numero. 1.* ita proſus pecunia licitè dari poteſt, vt quis eam licitæ negotiationi occupet periculo dantis, & ſi quid vltra certum modeſtum lucrum redegerit, id ſibi habeat, vt indicat *c.per veſtras.7.de donat.inter vir.& vxor.* & tradit Bero. *in c.nauiganti. num. 46. de vſur.* & Cuiac. *in d.c. per veſtras.* & in cambiis id licitum eſſe affirmant Azor. *par.3. lib.10. cap.11. quæſt.1. verſ.ſi ſecund.* Boninſego. & Scaccia apud Ioann. Bapt. Scorſiam *ad ſelect. conſtit. Pontific. Theorem.* 290. & Bernard. Iuſtinian. *in lib. de Contin. cambior. quæſt.*10. qui teſtantur hoc genus contractus in Italia eſſe frequentiſſimum.

Rurſus non ambigitur validam eſſe conuentionem, qua ager alicui conceditur ea lege, vt ex fructibus tributa, & onera præſtet, & ſi quid plus eſt in fructibus, id colonus lucri faciat; ſi verò minus ex fructibus redactum ſit, id quod minus eſt, colonus de ſuo præſtet. Quo pacto inter deambulandum retulit mihi D.Conſtantinus Vallatus Senator Nicienſis agrum ſuum quendam in finibus Vorignaſci dediſſe agricolæ cuidam ob ingentia onera, quibus prædia ruſtica in regione Pedemontium, quæ omnium Italiæ fertiliſſima eſt, ob bella, obnoxia ſunt, validam quidem conuentionem eſſe propter incertum fructuum, & onerum euentum *l.17. C.de vſur.* Neque enim hic mutuum intelligi poteſt, ſed contractus innominatus, *do vt des*, vel vt facias *d. l.24. de præſcr. verb.* ſub quo genere vſura non latet, vt notant Baldus *in l.1. n.4.C.de ſumm. Trinit.* Roman. *in conſ.*238. *num.*5. Franciſc. de Clapper. *cauſ.*98. *quæſt.*1. *num.*7. Gratian. *diſcept. Forenſ. cap* 679. *num.* 3. Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.*8. *tit.*19. *num.*29. Rot. *poſt tractat. Cencij de cenſib. dec.*388. *num.*8. 10

† cui tamen duo exciderunt hoc loco, quæ mihi non placent. 11 Primum eſt, quod ait vſuras, de quibus agitur in *d l. Titius.* non eſſe prohibitas, ſiquidem Iuriſconſultus ibi loquitur de eo, qui pecuniam alteri dat, vt illam fœneret, & ex vſuris tributa ſoluat, & certam partem lucri percipiat, quod procul dubio nunc eſt prohibitum. Neque enim licet per interpoſitam perſonam fœnerari, vnde neque tutoribus conceſſum eſt, vt docet Couarr. *variar. lib.*3. *cap.*2. *num* 1. Vgolin. *de vſur. cap.*3.§.6. *num.* 1. vbi rectiſſimè notat leges ciuiles, quibus olim id tutoribus licuit, nunc iure Pontificio abrogatas eſſe, cui in hoc genere parendum eſt, & proinde multò magis dicendum eſt nunc *d.l.Titius* ceſſare, & vſuras, de quibus hoc loco agitur, illicitas eſſe.

Alterum eſt, quod ſcribit in ſpecie dictæ *l.Titius* pericu- 12
lum caſus fortuiti ad eum pertinere, qui pecuniam recepit: & tamen ſcribere debuit periculum eſſe eius, qui dedit, vt oſtendunt verba Africani, quæ proximè ſcripta ſunt. Et non dubito negationem deeſſe, & errorem eſſe Amanuenſis, vel impreſſoris. Nam vir Eminentiſſimus teſtimonio Caſtrenſis, & Iaſonis vtitur, qui eo loco tradunt in illa ſpecie periculum pecuniæ ad eum pertinere, qui eam dedit. Quod etiam ibi Cuiacius notat, & Bero. *in d. c. nauiganti num.*46.

Sed quod *num.*3. dictum eſt facta, & obſequia ipſa vi mu- 13
tui extorta vſurarum vicem obtinere, ita rigidè à Theologis accipitur, vt ex eorum ſententia non tantùm locum habeat, cùm huiuſmodi facta, & operæ ſine pretio vel iniuſto pretio extorquentur, quod indubitatum eſt; ſed etiam cùm actum eſt, vt iuſto pretio præſtari debeant. Vt ſi mutui dationi additum eſt, vt debitor, qui fortè ruſticus erat, agrum creditoris colat iuſto pretio, vel vt fundum eius conducat iuſta penſione, vel frumenta vendat tempore meſſis, vel alium ſimilem contractum ineat iuſto pretio. Has omnes, & ſimiles conuentiones fœneratitias eſſe cenſent: & inter alios Molin. *diſp.*309. *&* 310. Rebell. *d.quæſt.*4. Salas *de vſur. dub.*9. *num.*2. & Martin. Bonac. *de contract. diſp.*3. Quæ ſententia etiam pleriſque iuris auctoribus probata eſt, vt Didaco Couarr. *variar lib.*3. *cap.*x. *num.*5. Ioann. Bapt. Lup. *in c.nauiganti.§.in fin.* Fachin. *controuerſ. lib.*x. *cap.*54. qui teſtantur hanc eſſe communem ſententiam. † Nam inquiunt 14
ex mutuo aliquid vltra ſortem intendere, & capere pretio æſtimabile vſura eſt, ſed in his commerciis creditor vltra ſortem intendit, & acquirit obligationem debitoris colendi agri, vel vendendi frumenti, quæ procul dubio recipit æſtimationem, cùm non poſſit promiſſor ab ea diſcedere *l.ſicut. C.de oblig. & act. l.3.C.de reſc. vend.* & continet commodum, & vtilitatem paciſcentis, licet iuſto pretio fiat *l. & ſi [illegible] 66. ff.de leg.*1. ex qua conſtat vtile eſſe legatum, ſi teſtator iuſſerit hæredem ſuum emere, vel vendere quamuis iuſto pretio. Ergo vſura eſt ad huiuſmodi conuentiones adigere

debitorem. Et licet negotium ſyoallagma habere videatur,
quia non gratis iſtiuſmodi operæ præſtantur, neque fru-
menta auferontur in vicem vſurarum, vt in Antichreſi, ſed
iosto pretio, quod à ratione vſuræ alienum eſt, qoæ in ſola
debitoris obligatione conſiſtit *l.vſura de verb. ſignif.* hic ta-
men vſura adhuc deprehendi poteſt oon quidem reſpectu
operarum, vel frumenti, & ex eo quod ruſticus operas præ-
ſtat vel frumenta vendit, quia hæc iuſto pretio compenſan-
tur, ſed ex eo quod obligationem hanc ſubire cogitur, vt
mutuum conſequitur, quod illi graue, & incommodum
eſſe poteſt, & vtile mutuanti.

15 Quamobrem huiuſmodi commercia ita corrigenda eſſe
ex aliorum ſententia tradit Couarr. *loc. cit.* Er primum qui-
dem creditorem teneri, & cogendum eſſe has pactiones de-
bitori remittere. Secundò ſi creditor his pactionibus iam
vſus eſt teneri refondere debitori, quodcunque damoum
inde ſenſit. Tertium ſi nullum damnum inde illatum ſit, ni-
hilominus teneri creditorem reſtituere quantū boni viri ar-
bitrio debitoris interſit coactum fuiſſe huiuſmodi onera ſu-
bire, & libertatem cum aliis contrahendi ſibi ablatam fuiſ-
ſe. Quibus congruit, quod Molina docet in *d diſp.309.num.
7. & 51. & diſp.310 num.* 1. nimirum ex huiuſmodi con-
uentionibus cnnſurgere obligationem reſtituendi, noo ſo-
lum, ſi vltra iuſtum pretium aliquid debitori locatum eſt,
aut venditum, vel minoris ab eodem emptum, & condu-
ctum, ſed etiam æſtimationem grauaminis illi impoſiti, quo
magis vel minus illi inutile, vel damnoſum fuit huiuſmodi
contractus ſubire, qood etiam docet Rebell. *in d. quæſt.* 4.
*num.*17. Et obſeruandum eſſe reſtitutionem hanc metieo-
dam non eſſe commodo, quod creditor conſecutus eſt, ſed
ex damno, quod debitor inde ſenſit. Atque hæc quidem in-
ter Theologos explorata eſſe videntur: inter quos tamen
non omnino in omnibus conuenit, vt videre eſt apud Salas
loc.cit. & Bonac. in *d.quæſt.*3.

16 Vnde ad tollendas ambignitates conſultius eſt operas co-
lonorum, & agricolarum conducere iuſta mercede, & in-
terim illis aliquid prærogare, vt ſuis neceſſitatibus conſule-
re poſſint. Hic enim contractus licitus eſt, & minimè inti-
dioſus: & ſtultum eſſet dobitare, an liceat mercedem præro-
gare, id enim conſtat *ex l.15. § 6 ff loc. & l.14.C.eod.* & ita
Theologi quidam apud Salas *d. dub.9. num.5.* & Reginal. *d.
lib.25. cap.11. num.197.* vt etiam tutius eſt ruſticis mutuum
rogantibus illud negare, & ab eis frumentum, vel vinum
emere iuſto pretio, quod erit tempore meſſis, vel vinde-
miæ, & pecuniam illis in anteceſſum numerare, vt interim
17 rebus ſuis conſulant. † Siquidem emptio frugum, & fru-
ctuum licita eſt etiam pendentium *l.nec emptio. & l.fiſtulas.
§.vlt. ff.de contrah.empt l.qui vindemiam. ff.de act.empt.* Etiam-
ſi anticipato pretio fiat, dummodo iuſtum ſit, vt iidem au-
ctores monent *loc. cit.* & præſertim Molin. *d diſp.309.num.*ta.
& nos alibi diximus. Quo caſu neutri licebit altero inuito
ab emptione diſcedere *d.l.ſicut C.de act. & oblig. & l.3. C.de
18 reſc. vendit. & l.ſed addes. §.ſi dominus ff.loc.* † qui locus
ſingularis eſt, & probat, ſi inter locatorem, & condu-
ctorem conuenerit, vt certa quantitas frumenti certo pre-
tio pro parte penſionis præſtaretur, ſi locator nolit fru-
mentum accipere pretio conuento, illum teneri ad id quod
intereſt conductoris in frumento potius, quàm in pecunia
ſoluere. Poteſt igitur locator paciſci, vt penſionis portio in
frumento ſoluatur certo pretio. Et quod hic de parte pen-
ſionis conſtitutum eſt, ſatis indicat licitum etiam eſſe conue-
nire, vt tota penſio in frumento ſoluatur arg. *l.qua de tota.
ff de rei vindic.* & pactum hoc ex vtraque parte ſeruandum
eſſe *l.ſi olei.21.C.de loc.*

19 Hinc opportune quæritur, an licitus ſit contractus, *do tibi
pecuniam, vt tantumdem frumenti mihi des tempore meſſis iuſto
pretio.* Et reſpondeo licitum eſſe, ſi fraus abſit. Hic enim
emptio, & venditio contrahitur *l. 5. §. & ſi quidem. ff.de
præſ. verb.* & vt ruſticus, & colonus tenetur frumentum
tradere, ita ſi qui pecuniam dedit, frumentum accipere
d.l.3.C.de reſcind. vendit. & d.l.ſed addes, § ſi dominus.ff.loc. &
ita Molin. *d. diſp.309. num.*14. & Azor. *par. 3. lib 7. cap. 7.
quæſt.2 in fin.* Idemque eſt ſi data ſit pecunia, vt ruſticus agrū
colat, vel ſegetem metat, vel ligna cædat iuſta mercede.

Hæc enim locatio, & conductio eſt anticipata pecunia,
quod licet *d.l.5.§.at cum do.ff.de præſcr. verb. & l.ex conducto.
§.6.ff loc. & alias num.*16.

Sed dubia res eſt, & opinionibus diuiſa, ſi dictum ſit, 20
*do tibi tot nummos mutuos, vt eoſdem mihi in frumento, vel vino
reddas iuſto pretio, quo tunc fructus communiter valebunt.*
Nam Theologi quidam putant contractum hunc eſſe vſu-
rarium, quos recenſet, & ſequitur Bonacin. *loc. cit. num.*6.
& Vgolin. *de vſur. cap.*52. *num.*2. qui rationem huius rei ad-
fert, quia natura mutui eſt, vt idem genus reſtituatur *l.2.in
princ. de reb.cred* & proinde dum creditor paciſcitur, vt fru-
mentum ſibi loco pecuniæ tradatur, aufert debitori facul-
tatem reddendi pecuniam, & ex mutuo plus capit, obliga-
tionem ſcilicet diuerſæ rei. Azor. verò *loc. cit.* diſtinguit, &
ait pactum hoc eſſe vſurarium, ſi re vera nummi crediti
ſunt, & creditor ex mutuo ſibi obligauerit ruſticum ad
ſuos fructus vendendos: quia hæc obligatio eſt vtilis, &
pretio æſtimabilis, ſi verò Titius det pecuniam Caio tan-
quam pretium frugum, & fructuum futurorum, conuen-
tionem vſurariam non eſſe, quia non eſt contractum mu-
tuum, ſed emptio, & venditio, anticipata pretij ſolutione,
quod licitè fieri poteſt, Ita etiam diſtinguit Rebell. *d.
quæſt.*4.

Ego vero puto hoc contrahendi genus licitum eſſe, nul-
lamque in eo rationem vſuræ inueniri, aut intelligi poſſe.
Etenim hoc caſu etiam emptio contracta intelligitur *d.l.5.
§ & ſi quidem. de præſcr. verb.* etiamſi contrahentes mutuam
pecuniam dixerint. Nam cum actum ſit, vt pro pecunia
frumentum reddatur, ſatis conſtat hic mutuum non eſſe,
neque intelligi poſſe *d.l.2.in princ. ff.de reb.cred. & l.1.§.1.ff.de
oblig. & act.* ſine quo contractus fœneratitius eſſe non po-
teſt, vt iidem Bonacina, & Vgolinus docent, & alij Theo-
logi omnes.

Neque mouet, quod contrahentes mutui nomine vſi ſunt, 21
quia non poſſunt ſubſtantiam contractus immutare, & fa-
cere, vt ille contractus mutuum ſit, quod non habet ea
quæ ſunt de illius ſubſtantia. Vt enim non poſſunt facere,
vt ſit venditio, cum non interueniunt ea, quæ ſunt de ſub-
ſtantia venditionis, licet contrahentes venditionis nomine
maxime vſi fuerint *l.6.de præſc. verb.* quæ ait: *Inſulam hoc mo-
do, vt aliam reficeres vendendi: reſpondit nullam eſſe venditionem,
ſed incerti agendum eſſe,* vbi Gothofredus notat venditionem
hic dici, fingive non poſſe, quia pretium deeſt, ſed eſſe
contractum innominatum *do, vt facias,* reiectio venditionis
verbo tanquam inutili. Ita prorſus efficere non poſſunt, vt
ſit mutuum, in quo actum eſt, vt aliud genus recipiatur
d.l 2. in princ. de reb.cred. & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig.
conuent.lib.8.tit.3. num.26. & 29.* Bellon. *ſupput.iur.lib.1.cap.5.*
Menoch. *conſ.57. num.18. & 19.* Erit ergo contractus emptio-
nis iuſto anticipato pretio, qui licitus eſt, & iuris gen-
tium, reiecto nomine mutui tanquam per ignorantiam, &
errorem appoſito: neque poterit emptor pecuniam repete-
re *l.12.C de act.empt.* neque venditor pecuniam offerre, &
ita de perfecto contractu diſcedere *l.3. & 6. C.de reſc.vend.* &
notat Azor. *loc. cit.* & Reginald. *lib. 25. tract. 2. quæſt. vlt.
num.*181.

Ex quibus nihil turbare debet, quod Vgolinus ait, quia
in hoc commercij genere non aufertur libertas reddendæ
pecuniæ ex mutuo, quod hic nullum intelligi poteſt: ſed
virtute emptionis, ex qua quis tenetur rem tradere, cum
pretium habuit *l.ex empto. §.in primis. ff.de act.empt. & d.l. ſi-
cut. C.de act. & oblig.* quod nullo iure prohibetur. Ex quo
etiam inutilis eſſe videtur Azorij, & Rebelli diſtinctio.
Nam cum huiuſmodi conuentionis formula nullo modo
mutuum includere poſſit, quia actum eſt, vt aliud genus re-
cipiatur, conſequens eſt fruſtra diſtingui, an is qui pecuniam
dedit, illam mutuam dederit, vel in pretium rei emptæ,
tunc enim pace eorum dixerim, diſtinctio adhibéda eſt, cùm
forma conuentionis vtrumque caſum continere poteſt, ſed
in hoc genere, quo iuſto pretio res agitur, & aliud genus
reddendum eſt, mutuum nullo modo fingi, aut intelligi
poteſt, vt dictum eſt.

Pari ratione puto licitum eſſe illud commercij genus, 22
in quo Ciues in hyeme dant mutuam pecuniam ruſticis pro
ſecandis

ſecandis ſegetibus in æſtate iuſta mercede, quia hîc verè locatio, & conductio contracta intelligitur *d. lib. 5. §. & cum do, de præſcrip. verb.* quod licet. Neque referte quod contrahentes mutuam pecuniam dixerint, quia inſpiciendum eſt, quod vere agitur, non quod dictum eſt *lib. ſi vno, ff. loc. leg. 3. Cod. de contrah. emptio. & d. l. 6. de præſcrip. verb. & l. Lucius, ff. depoſ.* vbi Cuiacius notat rem ſpectandam eſſe, non verba. Et ita videtur ſentire Molfeſ. *cap. 23. numer.* 51. & Ludouic. Lopez *de contractib. lib. 1. cap. 39. concluſ. 3.* & alij Theologi quidam docent apud Azor. *loc. citat.* qui tamen diſtinguit eo modo, quo proximè diximus, cùm tamen nihil diſtinguendum ſit, quandoquidem in hac ſpecie non magis mutuum interuenire poteſt, quàm venditio in ſpecie *d. leg. 6. de præſcript. verb.* cùm ſcilicet pretium deeſt, vt ergo cùm res datur ſine pretio, ineptum eſſet diſtinguere, an res vendita ſit, vel non fuerit vendita: ita prorſus in iis negotiis, in quibus actum eſt, vt non idem genus recipiatur ineptum eſt quærere, an mutuum contractum, vel non contractum fuerit, ſiquidem exploratum eſt, hic mutuum nullo modo inueniri poſſe. Quare perfecto contractu, vt non licet pecuniam ab inuito repetere, ita non poteſt ruſticus offerendo pecuniam ſe huic obligationi eximere, ſed tenetur fidem contractus ſeruare, vel præſtare id quod conductoris intereſt *l. ſi fundus, ff. locat. leg. ſi hi 22. Cod. eod.*

23 Neque eſt contrarium quod dixi *numer.* 13. ex Theologorum recepta ſententia vſurarium eſſe illud contrahendi genus, in quo pecunia ita mutua datur, vt debitor alium contractum ineat puta venditionis, vel conductionis quamuis iuſto pretio, quia in illis commerciis mutui datio interuenit. Neque enim agitur, vt aliud pro pecunia reddatur, quod excludit rationem mutui *d. leg. 2. in princip. de reb. creditor.* ſed mutui dationi alius contractus adiicitur, & credita pecunia repeti poteſt. Sed in negotio de quo nunc quæritur, vnus dumtaxat contractus agitur, qui mutuum eſſe non poteſt, quia conuenit, vt aliud pro pecunia præſtetur, vel reddatur, neque licet pecuniam repetere, vt dictum eſt. Proinde contractus fœneratitius eſſe non poteſt, niſi ob prærogationem pecuniæ vilius frumentum venditum ſit, vel opus locatum, quod excedit fines propoſitæ quæſtionis, ſiquidem quærimus, cum res iuſto pretio tranſacta eſt.

24 Sed quod Theologi definiunt vſurariam eſſe conuentionem, in qua mutuum ita datur, vt debitor alium contractum cum creditore ineat iuſto pretio, & receptam eſſe ſententiam Couarruuias, & alij teſtantur, in dubium reuocari poteſt, & multa mihi dubitationem iniiciunt. Et in primis quidem quia vſura eſt acceſſio, & incrementum ſortis *lib. 12. & 16. Cod. de vſur. l. vltim. in fin. Cod. de iur. dot.* Sed in his negotiis nihil accedit ſorti, & creditor eo contentus eſt, quod dedit. Ergo hic nulla vſura eſt, vel intelligi poteſt. Neque mouet quod creditor acquirat obligationem pretio æſtimabilem, quo argumento potiſſimum Theologi, & Couarruuias mouentur. Nam interueniente iuſtitia pretij, vel mercedis, obligatio illa non arguit vſuram, quia nihil æſtimabile continet pro commodo mutuantis, vt aliis auctoribus citatis cenſuit Rota *inter recentiſſ. dec. 572. numer. 3. & 4. part. 1.* cuius auctoritas maximè obſtare videtur Theologorum ſententiæ.

25 Secundò acquiſitio obligationis vltra ſortem contractum vſurarium facit, quæ ſine pretio, vel iniuſto pretio acquiritur. Vſura enim in ſola, & nuda obligatione debitoris conſiſtit *l. vſura, ff. de verb. ſign.* Alioqui obligatio, quàm mutuans acquirit, vt ſibi ſors aliquando reſtituatur, contractum mutui vſurarium efficeret, quod nemo dixerit. Sed in commerciis, de quibus agitur, creditor actionem non quærit gratis, ſed iuſto pretio, vt ſupponimus, neque debitor gratis huiuſmodi obligationem ſubit, ſed iuſta mercede: ergo hæc obligatio contractum vſurarium reddere non poteſt.

26 Tertiò nihil magis congruit fidei humanæ, quàm pacta, & promiſſa ſeruare *lib. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de conſtant. pecun. & l. vltim. Cod. de pact. inter empt. & vendit.* quæ ait *ferendum non eſſe, vt qui non alias ſuit contracturus, ex varia conuentionis interpretatione captionem patiatur.* Proinde non tenetur creditor huiuſmodi obligationem remittere. Neque obſtat, quod hinc videatur ſequi promiſſionem vſurarum ſeruandam quoque eſſe, quia non eſt ſimile. Aliud enim eſt operas ſuas locare iuſta mercede, aliud promittere vſuras. Primo caſu negotium ſynallagma habet, & colonus tantundem recipit: denique hîc locatio, & conductio contrahitur, quæ licita eſt, & iuris gentium *l. 1. ff. loc.* promiſſio verò vſurarum, nihil ex parte creditoris continet, quod iuſtam obligationem facere poſſit, & proinde merito conſtitutum eſt illam ſeruandam non eſſe.

27 Quartò poteſt colonus, vel alius quilibet nullo interueniente mutuo operas ſuas locare in futurum *l. ſed addes, in fin. & l. ſi merces, §. qui columnam, ff. loc. leg. 3. ff. de vſufruct. per fideicommiſſ. dat. l. inſulam, de verb. obligat.* Neque contractus argui poteſt, quod locator ſe huic obligationi ſubiiciat, quia hæc eſt natura contractuum, vt à principio ſint voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis *d. l. ſicut, Cod. de act. & obligat.* Ita prorſus & multò magis dicendum eſt iuſtam eſſe obligationem, ſi mutuum quoque interueniat, quia melior eſt conditio coloni accipientis pecuniam, quam poteſt interim in ſuos vſus conuertere. Alioquin inducta in fauorem ruſticorum, & colonorum, ne iniuſtis pactionibus vexentur, in illorum odium ſancita viderentur, ſi id vetitum eſſet contra *l. quod fauore, Cod. de legib.* & Bero. *in c. in ciuitate, de vſur. num. 3.*

28 Quintò vt non tenetur creditor ex iuſtitia mutuum roganti dare, ita nec ruſticus operas ſuas locare. Nam abſolutè, & omnino vterque negare poteſt hos contractus inire *l. nec emere, C. de iur. delib. & d. l. ſicut, C. de act. & oblig.* Proinde nihil iniuſtitiæ eſſe videtur non alia ratione velle mutuum dare, quàm ſi debitor operas ſuas locet iuſto pretio: vel non alia ratione velle operas ſuas locare, quam ſi conductor pecuniam mutuet, quia vtrique liberum eſt non alia ratione velle contrahere, & æqua eſt vtriuſque conditio. Nam vt ego ſub ſpe conductionis mutuo, ſic ille ſub ſpe mutui operas locat, vel frumenta vendit. Neque magis, vel minus hunc vel illum inuoluntariè conuenire dicendum eſt, quia vt creditor adigit colonum, ſi mutuam pecuniam vult, vt operas locet, vel vinum vendat: ita ille cogit creditorem mutuum dare, ſi eius operas, vel vinum velit. Quæ res ſi iuſto pretio fiat, vt ponimus, neque fœnoris, neque iniuſtitiæ damnari poteſt, quia cùm totum hoc negotium ſpectandum ſit *lib. bona fides, ff. depoſ.* ex hac mixtura obligationum reſultare videtur contractus innominatus, *facio, vt facias*, id eſt, do tibi mutuum, vt mihi vendas, vel loces: vel loco aut vendo, vt mihi mutuum des. Certum enim eſt ex duobus contractibus nominatis innominatum componi poſſe *libr. 5. §. Sed ſi, ff. de præſcrip. verb.* & Caſtrenſ. *in l. 5. num.* 12. Sed in hoc genere vſura non latet, vt dixi ex Mantica, & aliis *numer.* 10. Bero. *in tit. de vſur. num.* 72. & competi, deinde docere Purpurat. *in d. l. rogaſti, §. ſi tibi, in fin.* qui tamen meticuloſus id cogitandum peritioribus, & maximè Theologis relinquit.

29 Sextò cùm onera æqualia ſunt, Theologi ipſi admittunt nullam in his negotiis iniuſtitiam, & vſuram eſſe, vt Molin. *in d. diſput.* 308. *numer.* 7. & Salas *d. dub. 9. numer. 5. verſic. tertio quando.* Sed in iſtiuſmodi negotiis omnia ſunt æqualia: ergo neque iniuſtitia, neque fœnus intelligi poteſt. Etenim ſiue rem, & factum ipſum inſpiciamus, quod in obligationem deductum eſt, id ſolutione iuſti pretij, vel mercedis compenſatur: & ſi ruſticus operas præſtat, conductor iuſtam mercedem ſoluit, quæ cùm iuſta eſt, vt ponimus, operas æquat, alioqui iuſta non eſſet. Si verò ſpectemus ipſam obligationem, quam ſubit ruſticus, æqua etiam eſt vtriuſque conditio, quia viciſſim conductor illi obligatur ſtare contractui *d. l. ſicut, C. de act. & oblig. & l. 1. ff. loc.* vt ergo factum iuſta mercede, ita obligatio obligatione rependitur,

30 tur. † Idemque eſt, ſi mutuum accipiens frumenta, vel vinum vendat iuſto pretio, quia illa obligatio vendendi compenſatur alia obligatione creditoris, qui tenetur emere, & pretium ſoluere *l.1.C.de act.empt. & l. 3. C. de reſc.vendit.* quod illi interdum incommodum eſt, vt indicat *d.l.& ſi aquo de leg.1.& l.ſed addes,§.ſi dominus,ff.loc.* & multis modis contingere poteſt, vt ſi pecunia indigeat, vel ſi profecturus eſt, vel ſi bellum ingruat, quo tempore plus præſidij eſt in nummis, quàm in frumento, vel vino, & aliis modis. Quare cùm hic onera æqualia ſint, & reciproca obligatio, negotium ab omni fœnore alienum eſſe videtur.

31 Denique fœnus in ſola debitoris obligatione conſiſtit, vt dixi ex *l. vſura, ff. de verb. ſignific.* Eſt enim lucrum creditoris *lib. 17. §. ſi pupillo, ff. de vſur.* & ſtipulatione contrahitur *lib. 3. Cod. eod. & leg. quæro. ff. loc.* cùm ſcilicet debitor promittit aliquid vltra ſortem, & creditor ſtipulatur; ſed in his commerciis ex vtraque parte naſcitur obligatio, & fit veluti commercium, & commutatio aliqua rei cum re, vt dictum eſt, qua re nulla videtur hîc ratio fœnoris depre-
32 hendi poſſe. † Et confirmantur hæc omnia ex his, quæ de Antichreſi dicta ſunt *quæſt. 11.* eam ſcilicet non ideo minus vſurariam eſſe, quod in ea conductio, & locatio quædam contrahatur *lib.17. Cod.de vſur.* quia creditor loco penſionis vſuras compenſat, quæ cùm hodie ſint indebitæ, nihil præſtare intelligitur: merito ergo inter vſurarias conuentiones antichreſis cenſetur. Sed in hac ſpecie creditor non compenſat operas ruſtici cum vſuris pecuniæ, neque fructus aufert in vicem vſurarum, ſed illas, & fructus ſoluit iuſto pretio, multum igitur hæc commercia diſtant ab antichreſi, & proinde diuerſo iure cenſeri debent. Atque ita ego huiuſmodi contractus ſuſtinere conabar.

33 Quid ſi debitor ob huiuſmodi conuentiones damnum aliquod patiatur? Et puto diſtinguendum eſſe, vel enim creditor nihil tale præuidet, aut probabiliter præuidere potuit, vt ſi colonus conſueuerat eo tempore operas locare, vel frumenta aut vinum vendere, vt viſitatum eſt, & hoc caſu ſi quid damni contingat debitori, vt ſi furto pecunia illi ſubtracta eſt, aut alio caſu periit, mutuantem ad hæc damna non teneri. Periculum enim pecuniæ creditæ eſt debitoris *l.9.in fin.ff.de reb.cred.l.11.C.ſi cert.pet.& l. vlt. C.de naut.fœn.* vel creditor præuidit, aut dubitare potuit colonum detrimentum aliquod ex his pactionibus incurſurum, & hoc caſu iniuſtum eſſe ita contrahere, & creditorem ad huiuſmodi damna teneri, quia ſciens cauſam damni dedit *l.1.in princ.& l.arbitrio,ff.de dol.* Hoc tamen contractum vſurarium non facere quia accedit ſorti, & creditor nihil lucri inde conſequitur non ſecus ac ſi ea lege mutuum daret, vt debitor ædes ſuas combureret, vel partem pecuniæ in mare proiiceret, quod vſura non eſt, quæ ſpecies eſt iniuſti lucri, ſed aſperitas, & immanitas creditoris, vel etiam inſania, vt dicimus non eſſe furtum, ſi quis rem alienam in profundum abiecerit damni dandi cauſa, non lucri faciendi *l. 14. §. 2. ff. de præſc. verb.* vſura autem ſpecies furti eſt, vt
34 ſæpius diximus. † Obſeruandum tamen eſt, quod dixi *n. 19.* ſi fraus abſit. Hæc enim omnia intelligo, ſi ex bona fide fiant, & vt inter bonos bene agier oportet, quæ fuit antiqua formula contractuum bonæ fidei, vt eſt apud Marcum Tullium *lib.3. offic.* Nam ſi creditor cum pecuniam mutuam dat, adigeret debitorem ad vendendum frumenta tempore meſſis, vel vinum tempore vindemiæ, quem ſciret fructus iſtos ex ſuis poſſeſſionibus non percipere, neque aliunde habere, vt deinde cùm per venditorem ſteterit, quo minus frumenta, vel vinum tradat, maiorem æſtimationem vini vel frumenti, quæ creſcere ſolet, conſequatur, vt definitum eſt in *l. ſterilis, §. 3. ff. de act. empt.* videtur creditor lucrum intendere ex mutuo, quod eſt illicitum, & vſurarium. Et hac in re aſſentior Lopez, qui ita ſenſit in *d. cap. 39. concl. 2. & 3.* Cæterùm licet recepta ſententia tot argumentis in dubium reuocari poſſit, quia tamen plerunque euenit, vt vt hîc durities, & aſperitas aliqua creditoris interueniat, exiſtimo conſultus eſſe ab hoc genere abſtinere, & eo modo contrahere, quo dictum eſt ex ſententia Molinæ, & aliorum *num.16.& 17.*

35 Denique omiſſis aliis quæſtionibus, quæ iiſdem locis à viris Theologis agitatæ ſunt, illud quæro, an licitum ſit centum nummos mutuos alteri dare ea lege, vt viciſſim ille mutuos det centum modios tritici. Et ſanè Theologi frequentius cenſent, vſuram eſſe mutuum dare ea conditione, vt mutuo accipiens, remutuare teneatur ſtatim, vel in futurum. Ita enim docent Salon. Bann. Filliuc. & alij apud Bonacin. *in d. quæſt. 3. punct. 3. num. 9.* Medin. Lopez, & alij apud Salas *dub.10. num 3.* quibus accedit Molfel. *loc.cit. num. 50.* & Vgolin. *in d. lib. de vſur.cap.30.num.1. & §.1.n.4. in fin.* & ratio eſt, quia huiuſmodi obligatio remutuandi pretio æſtimabilis eſt, ſiue adiiciatur implenda ſtatim, ſiue in futurum, vt ait Bonacin. *loc.cit.*

Sed vt quid hac in re ſentiam, apertè explicem, tres ca- 36
ſus ſeparandos eſſe puto. Primus eſt, cùm rogatus mutuam dare pecuniam viciſſim alterum rogat, vt ſibi triticum mutuo det, quo indiget, non alia ratione mutuam pecuniam daturus. Et hoc caſu etiam auctores citati vſuram committi putant, vt dictum eſt. Et licet videatur non mitius hic, quàm ille grauati, vt dicebat Corrad. *in reſponſ. caſ. conſcient.quæſt.225.* tamen reſpondet Vgolin. *loc.cit.* in hoc euentu æqualitatem non ſeruari, quia qui prior rogatur mutuum, liberè mutuat, at mutuarius non liberè, ſed ob pa-
ctum mihi videtur hic nullum fœnoris veſtigium eſſe. † Et 37
moueor iiſdem rationibus, quibus aduerſus receptam inter Theologos ſententiam vſus ſum, quæ huic quæſtioni ferè conueniunt, & præſertim quia in hoc genere omnia æqualia ſunt, & officium officio rependitur, quod licet, *vt in d.l. 5.§.ſed ſi facio, de præſcr. verb.* ex quo conſtat licitum eſſe ita paciſci, vt tu mea negoria geras Auenione, ego tua Romæ, & in hac ſpecie mandatum quodammodo interuenire, & tuum officium præſtari, vt Paulus ait. Neque mouet, ſi dicas hoc in aliis commerciis receptum eſſe, in mutuo verò prohiberi, quia mutuum gratuitum eſſe debet: nam reſpondeo mandatum etiam gratuitum eſſe, quia originem ex officio, & amicitia trahit, vt ait idem Paulus *in l. 1. ff. mandat.* Et proinde vt non deſinit eſſe officium aliena negotia ſuſcipere, vt alius viciſſim mea gerat: ita non deſinit officium eſſe pecuniam mutuam dare, vt alius viciſſim mihi frumentum mutuet.

Deinde licitum eſt nolle vendere rem vnam, niſi emptor 38
aliam vendat iuſto pretio vt ſenſit Leſſ. *lib. 2. cap. 25. num. 28.* vt licet conuenire, cum vnum bouem habeo, & vicinus vnum, vt per denos dies ego illi, & ille mihi bouem commodemus ad arandum, *lib. 17. §. ſi cum vnum, ff. de præſcr. verb.* Ergo etiam licet nolle mutuare rem vnam, niſi mutuum petens mutuet aliam. Neque huic rationi ſatisfacit Salas, dum ait diuerſum eſſe, quia pro mutuo nihil accipi poteſt pretio æſtimabile, ſecus pro re vendita. Et pretij partem eſſe poſſe, vt alter obligetur ad quidpiam aliud vendendum, quod confirmare potuit *ex l. fundi partem, 79. ff. de contrah. empt.* Nam reſpondeo, quod dicitur ex mutuo nihil accipi oportere, id intelligendum eſſe vltra ſortem, & quod accedat ſorti. Alióquin nec illud quidem repetere fas eſſet, quod mutuum dedimus. At in iſtiuſmodi negotiis nihil accedit ſorti, creditor enim id tantum ſtipulatur, quod dedit, quod vero commodum aliquod ſentiat ex frumento, quod eodem tempore accipit mutuum, hoc non prouenit ex mutuo quod dedit, ſed ex mutuo quod accepit: & proinde mutuum
quod dedit, officium eſſe, & ab omni vſura alienum. † Et 39
præterea quod ait Salas in venditionibus obligationem ad rem aliam vendendam partem pretij potuiſſe, accipiendum eſt, cùm res ideò vilius vendita eſt, vt nominatim definitum eſt *in d.l. 79. de contrah. empt.* illis verbis: *ſi modo ideo fundum vilius vendidiſti,* ſed cum res iuſto pretio inuicem venduntur, obligatio ad vendendum pars pretij non intelligitur, neque dici poteſt, ſed eſt mutua, & reciproca venditio, quæ vtrimque iuſto pretio contrahitur: denique duæ venditiones ſunt, quæ eodem tempore, & iuſto pretio celebrantur. Quod vt iure permiſſum eſt, ita reciprocas mutui dationes licitas eſſe dicendum eſt, cum quiſque id tantum ſibi reddi ſtipulatur, quod dedit.

Rurſus quod ait Salas in venditionibus licitum eſſe ali- 40
quid accipere pretio æſtimabile, falſum eſt, & male vir Theologus hac in re ſeparat contractum venditione à datione

mutui.

mutui. Vt enim non licet in mutuo aliqoid accipere, quod æſtimatinoem recipiat, vltia id quod datum eſt, ita tn venditlonibus, & aliis commercus illicitum eſt aliquid capere vltra id quod vere debetur, Iuſtiia enim in omnibus contractibus æqualita:em æque deſiderat, vt docet Ariſtot. 5. *Ethic. cap.* 5. Ptoinde ſi ruſticus peteret à me, vt illi bouem venderem, vt fundum ſuum ararei, & ego illum adigerem, vt mihi frumentum venderet iniuſto pretio, vel vt vilius mihi operas ſuas locaret, iniuſtam rem facerem, & iniuſtum eſſet commetcium: neqoe poſſem me tueri, quod licitum ſit io venditionibus aliquid accipere ptetio æſtimabile, vt Salas ait. Neque enim quod dicimus in venditiooibus licere conttahentibus ſe in pretio circumuenire, excuſat in ioterno foro, vt ipſi Theologi docent, & Salas *lib. de empt. dub.* 26. *num.* 6. Nullum igitur inter mutuum, & alios contractus hac in re diſerimen conſtitui poteſt. Quare vt motuæ venditiones licitæ ſunt dummodo iuſto pretio ineaotur: ita etiam reciprocæ mutui dationes tolerari poſſunt, cum quiſque id ſibi reddi dumtaxat cauet, quod credidit, vt in ſpecie de qoa qoæritur.

41 Tertiò, certum eſt io conuentionibus vſurariis vnum ex contrahentibus in lucro eſſe, alium in damno, vnum iniuſtitiam facere, alterum pati. Id enim in omoi iniuſto commercio, cuius ſpecies fœnus eſt, contingere docer Ariſtot. *loc. cit.* & nemo eſt qoi negat; ſed in negotio de qoo quæritur, quæro qois ioiuſtitiam faciat, quis patiatur? An is qui pecuniam rogat, an qui frumentom? Sane oulla eſt ratio, vt vnus alteri potius iniotiam inferre videatur, quia noo magis vnus tenetur alteri mutuum dare. Et alter alterum æque adigit ad mutuandom. Neque mouet qood Vgolinus ait iniuſtitiam, & fœnus admitti ex parte eios, à quo primum petitur mutuom, qoia ſcilicet libere mutuat, alius ve-
42 ro ub pactum. † Etenim in commerciis inſpiciendum eſt quod agitur, oon qood dictum, aut tractatom eſt, *l.* 6. §. 1. *de contrah. empt. l.* 8. *C. de reſc. vendit. l. ſciendum, §. dictum, ff. de adil. ed. l.* 1. *ff. de pact.* neque ad ioſtitiam contractus multum pertinet, quòd quis prior rogetur, vel roget, ſed illud ioſpicitur, quid ex diuerſis animi motibus tandem in vnam ſententiam deductum eſt, *d. l.* 1. *ff. de pact. l.* 8. *C. de reſcind. vendit.* Denique quia is etiam qoi primus rogatur motuum, non libere mutuare videtur, quia ſub ſpe remutoationis ad motuandum adigitur. Quare oihil refert, quòd vous prior roget, vel rogetur.

43 Denique nihil obſtat quòd obligatio ad remutuandum ſit pretio æſtimabilis, ſioe adiiciatur implenda ſtatim, ſiue in futorum. Nam quidqoid ſit cum obligatio in futurum confertor, ſaltem cum negotium eodem rempore perficitor, nulla acquiritur obligatio mutuanti ex eo, quod viciſſim ab alio accipit mutuum, ſed potius illi obligatur. Et deinde cum totum negotium inſpiciendum ſit, vt dixi ex *d. l. bona fides, ff. depoſ.* Sane inde conſequens eſt hic omnia æqualia eſſe: vterque enim rogat, & rogatur, vterque dat, & accipit mutuum, & alter alteri obligatur ad reſtituendum id quod accepit: denique in hoc negorio mutuum officium præſtatur, qood licet *d. l.* 5. §. *ſed ſi facio, ff. de praſcr. verb.* Quare par vtriuſque cauſa eſt, & vterque vſurarius cenſeri debet, vel neuter, quod verius eſt, vt Petr. Nauarr. Molin. & alij Theologi docent, inter qnos Contrad. *loc. cit.* & Reginald. *lib.* 25. *cap.* 11. *num.* 198. Malder. *tract.* 5. *c.* 3. *dub.* 4. *verſ. Dico ſecundò.* Iacob de Graff. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 104 *num.* 18. *verſ. limitatur* rectè notans contractum innominatum celebrari. Turrian. *diſp.* 61. *dub.* 9. *n.* 3. & alij apud Emin. P. de Lug. *loc. cit. n.* 52. qui tamen ex ſententia quorumdam diſtinguit, an hoc aliud mutuum petatur vt pretium, vel vt coodirio: & putat ſi vt pretium, & pro pretio eſſe vſuram, ſi vt conditio, non eſſe. Mihi videtur hæc diſtinctio difficilis, qoia in contractibus vltro citróque obligatoriis, vt eſt commercium, de quo agitur, omnis conditio pretium eſt, vel pars pretij, *l.* 79. *ff. de contrah. empt. l. pen. ff. de hered. & act. vend.* & pretium conditio eſt, *l.* 4. §. *melior, ff. de addict. in diem.* Et proinde vel vtroque caſu vſuram deprehendi, vel neutru, quod verius puto: & in foro externo certum eſt, In quo in re dubia eam præſumptionem ſequimur, quæ delictum excludit *l. merito, ff. pro ſoc.*

Secundus caſus eſt cùm obligatio dandi motui ex vtraque parte in futurum confertur, vt ſi paciſcamur inuicem vt calendis proximis tu mihi decem aureos mutuos des, ego tibi viciſſim decem modios frumenti. Et hoc caſo nullum fœnus interuenire dicendum eſt, & conuentionem validam eſſe, quia, vt in ſuperiore ſpecie dictum eſt, hic mutuum officium promittitur, quod licet *d. §. ſed cum facio*, & hinc inde ioiicitur æqualis obligatio, vt docet Molin. *d. diſp.* 308. *num.* 4. *&* 7. Atque etiam quia in hoc negotio nullum interuenit mutuum. Mutuum enim re contrahunt: neque eſſe, aut conſiſtere poteſt, niſi proficiſcatur pecunia *l.* 2. §. *creditum, ff. de reb. cred.* id eſt res pondere, numero vel menſura conſiſtens *d. l.* 2. §. 1. *l.* 30. *de leg* 1 Hic verò negotium non re, ſed verbis peragitur, *l. ſi pœnam,* 68 *ff. de verb. oblig.* & proinde hic mutuum intelligi non poteſt, neque lucrum ex mutuo. 44

Tertius & vltimus caſus eſt, cùm ex vna tantum parte obligatio in futurum tempus confertur: vt ſi conueniat vt quis alteri mutuum det frumentum ea lege, vt ille ad certam futuram diem mutuanti decem, vel viginti nummos credere teneatur. Et hoc caſu vſuram committi Theologi frequentiùs cenſent, Malder. *loc. citat.* Iacob. de Graff. *in d. cap.* 104. *num.* 18. & alij apud Salas *d. dub.* 9. *num.* 10 & ipſe Molina cum quo hactenus ſenſi in *d. diſp.* 308. *num.* 3. vbi ait rationem huius rei eſſe, quia onus illud, vt in futurum velit nolit, quis teneatur mutuo dare, eſt quid pretio æſtimabile: & proinde obligationem hanc pro mutuo exigere eſt intendere aliquid vltra ſortem, & conſequenter vſura: & pactum huiuſmodi neque in foro conſcientiæ, nec in foro externo obligare. Et *numero ſeptimo*, obſeruandum eſſe ait longe diuerſum eſſe exigere obligationem mutui in futurum, vt concedatur mutuum in præſenti: & exigere mutuum in præſenti tanquam conditionem, ſine qua oon vult quis concedere mutuum, quod ab eo exigitur. In priore enim ſpecie ciuilis obligatio pretio æſtimabilis poſtulatur, quod eſt illicitum: quando autem mutuum in præſenti exigitur tanquam conditio, ſine qua qois aliàs mutuum daturus non fuit, nulla intenditur obligatio: ideóque nihil exigitur vltra ſortem. Ita Molina, à quo tamen hac in re cæteri frequentiùs diſſentiunt, exiſtimant enim vſuram eſſe exigere obligationem ad mutuandum, licet ſtatim adimplenda ſit, vt dixi *num.* 35. *&* 36. Ego verò puto etiam hoc caſu conuentionem hanc licitam eſſe, dummodo fraus, & captio abſit: & iiſdem rationibus moueor, quibus in præcedentibus vſus ſum, nimirum quia hic etiam mutuum officium 45
præſtatur, *d. l.* 5. §. *ſed ſi facio, de præſcr. verb.* † Deinde quis 46
nihil refert ad iuſtitiam contractus, vt quid ſtatim vel ex interuallo præſtetur, dummodo ſeruetur æqualitas *l.* 17. *&* 25. *ff. eod. tit.* Et proinde ſi licet paciſci, vt hinc inde mutuum eodem tempore fiat, valida etiam erit conuentio, & pura fœnoris, vt vnus nunc alius in poſterum mutuet, vt in aliis contractibus licet paciſci, vt vnus ſtatim, alter ex interuallo præſtet, quod præſtare conuenit, vt in *l.* 1. *ff. de condict. cauſ. dat. l.* 11. §. *in primis, ff de act. empt & aliis locis.* Tertiò, quia poteſt quis nullo accepto mutuo obligare ſe ad mutuandum, etiam ſub pœna *d. l.* 68. *de verb oblig.* vbi Cuiacius notat etiam oblata officia vinculo pœnæ obſtringi poſſe: ergo multò magis accepto mutuo, quia melior eſt eius conditio. Quartò, quia admiſſa contraria ſententia melioris coodirionis eſſet, qui ex interuallo implet contractum, quàm qui ſtatim; quod abſurdum videtur. Deoique quia durior, & aſperior eſt, qui non vult mutuare, niſi eodem tempore ſibi remutuetur, quàm is qui ſub ſpe futuræ remutuationis mutuat indigenti, quod perit: ſed in priore ſpecie nulla vſura eſt, vel iniuſtitia, vt dixi, & docent Molin. & Malder. *loc. cit.* ergo etiam in ſpecie de qua agitur, nulla erit vſura. Quamobrem mihi videntur illi duo præſtantiſſimi viri parum congruenter loqui. Nam ſi cùm mutuum ſtatim exigitur, negotium purum eſt fœnoris, quia iſta obligatio ſtatim mutuandi eſt conditio ſioe qua is, qui prior rogatur, mutuum dare tenuit, vt Molina ait: idem etiam dici poteſt, cùm obligatio confertur in futurum, ſine qua etiam non erat mutuum daturus: vt ergo excuſari poteſt is, qui ſtatim mutuum exigit, ita etiam is qui ſibi mutuum in futurum præſtari ſtipulatus eſt.

Neque

Digitized by Google

Neque obſtat, quod in hac ſpecie exigatur obligatio in futurum, quæ eſt pretio æſtimabilis, vt Molina ait, & poſt Molinam Malder. *vbi ſupra verſ. ſed probatur, & in fin.* quia hoc officium, quod is, qui à me mutuum habuit, ſe mihi viciſſim præſtiturum promittit, compenſatur cum alio officio, quod illi ex conuentione prior præſtiti: neque alia ratione præſtitiſſem, *l. vlt. C. de pact. inter. empt. & vendit.* Et proinde inſpecto toto negotio, vt rationis eſt, non minus in hac quàm illa ſpecie officium officio, obligatio obligatione rependitur, & compenſatur: vbi verò compenſatio eſt, vſura intelligi non poteſt.

47 † Quod verò obiicitur vſuram eſſe ex mutuo aliquid vltra ſortem exigere, quod pretium, & æſtimationem recipiat, qualis eſt obligatio in futurum mutuandi, accipiendum eſt, cum debitor nihil viciſſim habuit, non autem cùm tantundem habuit, vel habiturus eſt: hoc enim caſu æqua eſt vtriuſque conditio, & negotium æqualitatem habet, quæ excludit rationem vſuræ. Sed in hac ſpecie is, qui prior mutuum accepit, tantundem accepit, nimirum ciuilem obligationem mutuandi in præſenti, cui ego paruì, & quæ illi æquè commoda, imò vtilior eſſe potuit: & proinde fidem conuentionis ſeruare debet *l. 1. ff. de pact. l. vlt. C. de pact. inter empt. & vendit.* aliàs ſequeretur condemnatio ad id quod intereſt, *d. l. 68. de verb. oblig.* quæ ait venire hoc caſu, quanti ſtipulatoris intereſt pecuniam creditam non fuiſſe: qui locus ſingularis eſt, & meo iudicio valde notandus.

48 Ex quibus etiam facilè diſſoluitur, quod comperi deinde reſpondiſſe Malder. *loc. cit. in fin.* ad argumentum, quod proximè poſui *num. 46.* ſcilicet priori caſu, cùm mutuum ſtatim hinc inde impletur, gratis dari, non poſteriori, propter obligationem præſtandi in futurum, in quo tota eius reſponſionis vis eſſe videtur. Nam ex his, quæ diximus facilè apparet inſpecto toto negotio, vt neceſſe eſt, neutro caſu mutuum gratis exprimi, quia ſiue mutuum ex vtroque latere ſtatim impleatur: ſiue vnus contrahentium prior impleat, alter ex interuallo, ſemper quomodocunque res contrahatur, ex hoc negotio reſultat contractus innominatus *facio vt facias*, in quo alter alteri præſtare oportet, quod conuenit *d. l. 1. ff. de pact.* Neque enim ideo minus contractus innominatus eſt, quod vnus ex interuallo illum implere debeat *l. 5. § 2. & l. 6. ff. de praeſcr. verb. & aliis fere omnibus eiuſdem tit.* quando ita rerum, & negotiorum qualitas plerumque poſtulat, vt quod vnus implere poteſt, alter differre cogatur. Proinde cum in vtraque ſpecie mutuum ex promiſſione ſequatur, & ex poteſtate conuentionis, ideóque non magis, minuſve gratis vno caſu quàm alio, conſequens eſt vel vtroque caſu vſuram committi, vel neutro: & conſequenter nihil in reſponſione doctiſſimi viri conſtituendum eſſe. Aliud verò viros Theologos ſenſiſſe puto, quia reuerentia eorum dixerim, non animaduerterunt etiam cum obligatio ex vno latere in futurum confertur, negotium hoc mixtum eſſe, & reſultare contractum innominatum, *facio vt facias*, in quo obligationes ſe inuicem reſpiciunt, & elidunt, & onus onere compenſatur, vt dictum eſt. Sanè Baldus, & alij auctores relati *num. 10. & 28.* inter quos inclytæ memoriæ Cardin. Mantica, docent in contractibus innominatis vſuram non latere. Et cùm aduerſus eum, qui prior facit, id eſt contractum ex ſua parte exequitur, & ſeruat fidem, Theologi ſentiant, videntur mihi ſi dicere fas eſt, caſum iuſtiorem præpoſtere condemnare.

49 † Et noſtram ſententiam confirmandam iuuat, quod ex eodem Baldo, & Curtio iuniore dixi *quæſt. 79. num. 5.* & ex Valentia, & Reginaldo *quæſt. 98. in fin.* quoties ſcilicet mutui dationi aliquid coniunctum eſt ex parte dantis, quod illi oneroſum eſt, vel præmium meretur, vſuram non eſſe tantundem vltra ſortem exigere, quod illi oneri reſpondeat arbitrio boni, & prudentis viri. Atque ita de hac celebri quæſtione ſentio, ſubiiciens me tamen Theologorum ſententiæ, quos omnes veneror, & magnifacio: tametſi nimiam eorum in his quæſtionibus ſcrupuloſitatem, & ſubtilitatem probare non potuerim. Hæc tamen intelligo ſecundum ea, quæ dixi *num. 34.*

50 Sanè aſſentior Molinæ exiſtimanti *eodem loco num. 10. & 11.* non licere creditori ex eo, quod paciſcitur mutuum per annum, vel aliud tempus non repetere, aliquid vltra ſortem ſtipulari, & exigere. Quid enim hoc aliud eſt, quàm pro mutuo, quod ad vſum certi temporis conceditur, vſuras ſtipulari, quas Scriptura, Pontifices, Concilia, & communis Doctorum ſententia damnat: & Molinæ conſentiunt Salas *loc. cit. num. 15.* Leſſius & Regin. apud Bonac. *diſp. 3. quæſt. 3. part. 6. num. 1.* Fauſtus *in ſuo ſpec. diſp. 54. num. 2.* Turrian. *diſp. 61. dub. 3. num. 5.* Layman *tract. 4. cap. 16. num. 8.* qui ferè omnes dicunt contrariam ſententiam viam aperire vſuris, & in fide valdè periculoſam eſſe: vt etiam Emin. de Lugo *diſp. 25. ſect. 3. num. 17.* qui ait eſſe falſiſſimam. Quod ex iure ciuili probari poteſt *l. 4. in fin. & l. 57. ff. de pact. & l. 2. §. non male, ff. de dol. mal. except.* in quibus id quod creditor à debitore accipit, ne intra aliquod tempus ſortem petat, vſura dicitur. Quas congruenter Molinæ, & aliorum Theologorum communi ſententiæ abrogatas eſſe diximus *quæſt. 63. in fin.*

QVÆSTIO XVII.

An vſura ſit aucto valore frumenti, vel pecuniæ, eandem quantitatem exigere.

SVMMARIA.

1. *Æqualitas in omnibus contractibus ſeruanda.*
2. *Mutuans frumentum, & tantundem exigens, cum plus valet, vſurarius eſt, contra* num. 3.
3. *Solutio, vt ſit perfecta, debet reſpondere toti debito.*
   Obligatio non poteſt re contrahi, vltra quam datum eſt.
4. *Obligatio eo modo diſſolui debet, quo contracta eſt.*
5. C. ſi quis, & c. nullus 14. quæſt. 3. *explicantur.*
   Pretia mercium, & ſpecierum omnibus fere annis mutatur.
6. *In mutuo nullum pretium interuenit.*
   Officioſior, qui dat mutuum, quàm qui deponit.
   Quod nobis debetur, bonis noſtris adnumeratur.
7. *Vſura eſt, ſi dato modio frumenti aliquid ſuperexigatur.*
   Tritici pretium creſcit, & decreſcit ei, cui debetur.
8. *Mora ſua cuique nocet.*
9. *Frumentum licitè dari poteſt ea lege, vt pretia vtriuſque temporis adæquentur.*
10. *In contractibus, qui re contrahuntur, non inſpicitur valor niſi poſt moram.*
11. *Menſura ſi mutentur, mutuum ea menſura reddi debet, qua admenſum eſt.*
12. *Auctor legatione functus cum D. Flaminio Tonduto Nobili Nicienſi.*
    Victor Amedeus Sab. Dux iuſſit, vt in Comitatu Nicienſi menſuræ omnes æquales eſſent.
13. *Nummis aureis creditis an totidem exigere liceat, ſi illorum valor augeatur.*
14. *Pecuniæ forma, & ſubſtantia in quo conſiſtat.*
15. *Nummis aureis creditis idem numerus reddendus eſt, ſiue creſcat, ſiue decreſcat eorum æſtimatio.*
    Nummorum æſtimatio olim certa, & conſtans fuit.
16. *Boni debitoris officium ex Terentio.*
17. *Aureo creſcente, vel decreſcente augentur, vel minuuntur rerum pretia.*
18. *Victor Amedeus Sab. Dux aureum Italicum ad tres libras redegit.*
19. *Pecunia cùm creditur, non magis ſpectatur eius valor, quàm cùm frumentum, vel vinum.*
20. *Pecunia non ſemper in contractibus interuenit, vt pretium, ſed plerunque vt res, & corpus quoddam.*
    Pecunia res corporalis, & corpus habet.
21. *Pecuniæ duplex valor actiuus, & paſſiuus.*
22. *Molinæi ratio refellitur.*
23. *Molina Theologi argumenta, quæ refelluntur.*
24. *Nummi cùm mutuo dantur, nummi debentur, non eorum æſtimatio.*

Creditur

Creditor neque plus, neque minus exigere debet, quam ſibi debeatur.

25. *Iuſtitia commutatiua poſita eſt in æqualitate rei ad rem.*

26. *Debitor poteſt pecuniam in aliam formam ſoluere, dummodo id creditori non ſit onoroſum.*

27. *Aurei valore diminuto debitor plures reddere non tenetur, quàm acceperit.*

28. *Periculum pecuniæ creditæ eſt debitoris.*

29. *Nummi qui debentur, ſunt creditoris.*

30. C Olim, & c cum Canonici de cenſib. *ſententia.*

31. *Molina Theologi concluſio expenditur.*

32. *Si moneta deteriores cudantur, non licet ex aureis ſoluere ſecundum valorem currentem.*

33. *Debitum librarum, ſi moneta deteriores cuſa non ſunt, poteſt ex aureis diſſolui ſecundum præſentem eorum æſtimationem.*

34. *Creditor pro ærea, vel argentea auream monetam ſtipulatus vſuram facit.*
Edictum Caroli V. id fieri vetans.

35. *Denarios ſtipulanti licet aureos eiuſdem quantitatis promittere.*

36. *Tempus contractus inſpiciendum eſt, cum de læſione agitur.*

37. *Vſura eſt aureos maioris quantitatis ſtipulari pro denariis, vel libris.*

QVia iiſdem locis ab iiſdem Theologis hæc quæſtio agitata eſt, ideo de illa hic mihi quoque agendum eſt: nec fortaſſe opportunior erit locus. Et quia ex his auctoribus, quidam in frumento, vel vino credito fœnus admitti negant, in nummis vero diuerſum eſſe conſtituunt ptoinde quæſtionem hanc in duas diuidere operæ pretium
1 eſſe duxi. † In ptimis ergo quæro, cùm quis decem, vel duodecim tritici modios mutuos dedit, ſi fortè pretium auctum deinde eſt, an vſura ſit totidem modios eiuſdem generis exigere: vel potius eatenus detrahi oporteat, quatenus valor vtriuſque temporis concurrat. Et comperi quoſdam exiſtimare non ſecundum eam quantitatem exigendum eſſe, quæ mutua data eſt, ſecundum valorem duntaxat, ita vt ſi tempore mutui triticum duabus libris æſtimabatur, & tribus tempore ſolutionis creditor, qui duodecim mutuatus eſt, qui viginti quatuor libras conficiebant, contentus eſſe debeat octo modiis, qui tantumdem valent, & debitor octo modios, ſoluendo liberetur. Inter quos eſt Petr. Nauarr. *de reſtit. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 252. qui inquit alioquin non ſeruaretur æqualitas in pretio, quæ non minus in mutuo, quam in cæteris contractibus omnibus ſeruanda eſt. Idem ſentiunt Fernand. Rebell. *lib.* 8. *quæſt.* 8. *num.* 4. Bonacin *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 3. *part.* 3. *n.* 21. & acerrimè omnium Salas *in lib. de vſur. dub.* 24 *num.* 3. & 4. qui multis quidem argumentis id probare nititur, ſed duo tamum vrgere viden-
2 tur. † Ptimum eſt, quia vi mutui, & non ratione lucri ceſſantis, vel alio iuſto titulo exigens rem maioris valoris moralis vſutarius eſt: ſed ita contingit in his euentibus, ergo recipiens triticum in eadem menſura, cùm plus valet vſurarius cenſeri debet. Et confirmatur, quia in huiuſmodi contractibus non ſolum attenditur valor naturalis, ſed moralis, nec beneficentior eſſet, qui donaret rem tempore maioris valoris naturalis, quàm minoris. Ergo ſi tempore ſolutionis plus valet, vſura eſt triticum in eadem menſura exigere.

Alterum eſt, quia mutuans triticum tempore maioris valoris licitè exigit maiorem quantitatem tempore minoris valoris, vt docent Antonin. Syluest. Medin. Contad. *in quæſt.* 38. *concl.* 5. & Nauarr. *d. cap.* 17. *num.* 225. & alij communiter. Ergo in redditione mutui non ſolum eſt attendendus valor naturalis, ſed moralis, ac proinde vſura erit exigere eandem menſuram, cum triticum plus valet.

Neque obſtare *c. ſi fœneraueris, c. plerique, c. putant, c. vſura eſt* 14. *quæſt.* 3. & *c. nullus, de vſur.* quibus locis decernitur vſuram eſſe maiorem menſuram accipere, quàm datum ſit, quia inquit accipienda ſunt, quando modius minorem valorem habiturus non eſt, ſemper enim licitum eſſe exigere moralem valorem rei, vt patet ex *c. in ciuitate, & c. nauiganti, de vſur.*

Verùm in ſpecie de qua agitur, cùm quis ſcilicet decem 3
tritici modios dedit mutuos amico indigenti, & roganti redditurο, cùm voluerit, recepta eſt inter iuriſperitos ſententia, neque plures, neque pauciores modios reddi oportere, ſiue auctum, ſiue diminutum ſit tritici pretium. Quod Theologi etiam docent Mercat. Garz. Salon. apud eund. Salas *loc. cit.* Sot. *de iuſtit. & iur. lib.* 6. *quæſt.* 1. *art.* 2. Reginald. *lib.* 25. *cap.* 10. *num.* 185. *in princ.* & Leonard. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 150. vbi ait hanc ſententiam receptam eſſe: & nouiſſimè Paulus Layman *lib.* 3. *de iuſtit. tractat.* 4. *cap.* 16. *num.* 14. *verſ. deinde limitari debet.* Et ſanè inter iuris ciuilis auctores id exploratum eſt. Ita enim ſentiunt Bart. Bald. Iaſ. Rip. Purpurat. & alij in *l. cum quid, ff. ſi cert. pet.* Inter quos Alciat. *num.* 41. vbi neminem diſſentire. Alex. *in conſ.* 61. *num.* 13. *lib.* 2. & Cuiac. *in l.* 2. §. *mutui datio, eod. titul.* Antonin. de Roſell. *de vſur. num.* 70 Anton. Gomez *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 1. Thob. Non. *inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. in princ. num.* 34. Sigiſm. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 1. *num.* 415. & Vgolin. *de vſur. cap.* 34. §. 2. *num.* 1. ex quibus conſtat hanc communem eſſe ſententiam Quæ probatur primò, quia vt integra liberatio conſequatur, totum id quod debetur ſoluendum eſt *l.* 61. *ff.* & *l.* 9. *C. de ſolut. l.* 41. §. *Lucius, ff. de vſur. l.* 1. *ff. de compenſ.* ſed in hac ſpecie debitor, decem modios debet, ergo totidem, & non pauciores reddere tenetur. Secundò mutuum ex iis contractibus eſt, qui re contrahuntur *l.* 1. §. 5. *de oblig. & act.* ergo vt debitor vltra quam acceperit, obligari non poteſt *l.* 2. & *l. cum vltra, C. de non num. pecun. l. rogaſti*, §. *ſi tibi, ff. de reb. credit.* ita non poteſt ſe ab hac obligatione liberare, niſi totum reddat, quod accepit. † Tertiò eo modo obligatio diſſolui debet, quo contra- 4
cta eſt *l.* 35. *ff. de reg. iur.* vbi dicitur nihil tam naturale eſſe *l.* 1. *C. quando lic. ab empt. diſc. l.* 80. & 95. §. *naturalis, ff. de ſolut.* Sed obligatio decem modiis contracta eſt, ergo non alia ratione poteſt inuito creditore diſſolui. Denique probatur apertiſſimè hæc ſententia ex *d. c. vſura*, 14. *quæſt.* 3. quo loco vſura eſſe dicitur, ſi dederis frumenti modium, & ſuper aliquid exegeris, & ex *c. ſi quis, & c. nullus, ead. quæſt.* 4. quibus iubetur creditor *ipſum, quod dedit ſine vllo augmento & tantum quantum dederit accipere.*

Neque mouet quod reſpondet Salas, hos & ſimiles ca- 5
nones accipiendos eſſe, cùm modius minorem valorem non eſt habiturus. Nam apertiſſima eſt dictorum canonum ſententia, vt ſcilicet liceat eadem menſura accipere, & tantum quantum datum eſt, & vt fœnerator ſit, qui aliquid pluſquam dederit, accepit: deniquè ſi dederit frumenti modium vnum, & ſuper aliquid exegerit. Nec diſtinguunt, an plus vel minus res valeat tempore ſolutionis, quàm cùm res mutua data eſt. Quod Patres, & ſacri Canones non neglexiſſent, vt in re, in qua facilè captio, & peccatum eſſe poterat ob frequentem imò ferè perpetuam variationem, quæ in pretio huiuſmodi rerum contingere ſolet, vt experientia teſtis eſt, Plinius *lib.* 33. *cap. vlt.* vbi ait omnibus penè annis mutari, & Paulus *in l.* 63. *ff. ad l. Falcid.* ſed hoc illis locis ſaucitum eſt congruenter naturæ mutui, quæ eſt, vt reddatur, quantum datum eſt: & quod idem eſt congruenter naturæ rerum, in quibus mutuum conſiſtit, quæ ita natura comparatæ ſunt, vt altera alterius vice fungatur, quia in iis pondus ponderi, menſura menſuræ, numerus numero, qualitas qualitati exæquatur, vt creditor per ſolutionem ſibi factam tantundem & id ipſum quod dedit, quodammodo habere videatur *d. l.* 2. §. 1. *ſi cert. pet. l. in nauem, ff. loc.*

Neque conturbare nos debet, quod Petr. de Nauarr. 6
ait non minus in mutuo, quàm in aliis contractibus æqualitatem pretij ſeruandam eſſe, quia in mutuo nullum pretium interuenit, neque interuenire poteſt non magis quàm in depoſito, & aliis negotiis, quæ re contrahuntur, in quibus nec minus, neque vltra reddi debet, quam datum eſt *l. ſi tibi, ff. de pact. l. eum vltra, C. de non num. pecun. l. volt. C. ſi pign. conuent. num. pecun. non ſeq.* Quare vt depoſitis decem tritici modiis ſiue auctum, ſiue diminutum ſit pretium, decem modij reddendi ſunt: ita etiam decem mutuo acceptis totidem

reddi oportet, & multò magis, quia officioſior eſt, qui mu-
tuum dat, quam qui deponit. Et tantum inter mutuum, &
depoſitum intereſt, quod attinet ad quantitatem, vt in de-
ſito eadem ſpecies reddenda ſit, in mutuo idem genus
eiuſdem bonitatis, & qualitatis *d. l. cum quid, ff. ſi cert. pet.*
Quod ſi dicant non eſſe ſimile, quia depoſitum eius eſt, qui
depoſuit, ideoque triticum illi creſcere, vel decreſcere, di-
cam ſtatim illos decem modios, qui mihi in genere deben-
tur, meos eſſe, & proinde mihi etiam creſcere, vel decreſcere
l. vinum. eod tit. quia bonis meis adnumerantur, non debitoris
l. 49. de verb ſignif. l. 5 3. ff. de acquir. rer. domin. & illos creditor
vendere poteſt *l. 17. ff. de hered. vel act. vend. l. 3. C. eod. tit.* Quod
non animaduertentes, qui contra ſentiunt, dum iuriſperito-
rum definitiones parui faciunt, & noſtra ſuia præceptis in-
feriora eſſe putant, peſſimè hallucinati ſunt.

7 Hinc ad primum argumentum alterius ſententiæ reſpon-
deo negando maiorem, quia vſura eſt exigere aliquid vl-
tra ſortem, & plus quam datum ſit, vt ſi dederis frumenti
modium, & aliquid ſuperexegeris, vt definitum eſt in *d. c.
vſura eſt. q. 3.* Sed hic nihil accedit ſorti, & creditor id tan-
tum recipit, quod ſibi abeſt. Decem enim modij crediti
ſunt, & proinde creditor decem recipiendo cuiuſcumque
valoris ſint, vſuram non facit, cùm nihil recipiat vltra ſor-
tem, & comperi deinde ſentire Eminentiſſimum Mantic.
de tac. & ambig. conuent. lib. 25. tit. 3. num. 17. Et non tantum hic
vſura nulla eſt, ſed nec iniuſtitia, ſiquidem iniuſtus credi-
tor eſt, qui plus exigit, quàm ſibi debeatur, ſed hic decem
modij in obligatione poſiti ſunt, ergo tuta conſcientia de-
cem modios recipere poteſt, totidem recepturus, ſi tritici
pretium decreuiſſet. Cùm enim triticum illi debeatur, tan-
diu tritici æſtimatio illi creſcere vel decreſcere poteſt, quan-
diu debetur, vt indicant *d. l. vinum. ff. de reb. credit. & l. 21.
§. cùm per venditorem. ff. de act. empt.* quia valor concomi-
8 tatur rem debitam, ſicut vmbra corpus. † Quod tamen in-
telligo, cùm nulla mora facta eſt. Mora enim ei qui moram
fecerit, nocere debet *d. l. vinum. & §. cum per venditorem. &
l. 163. §. vnicuique. ff. de reg. iur.* & Gomez *loc. cit* & Vgolin. *in
d § 2. num.* 2. Sed hoc excedit fines quæſtionis noſtræ. Ex
quibus etiam ſequitur falſum eſſe antecedens alterius argu-
menti, quia in contractibus, qui re contrahuntur non licet
exigere vltra quam datum eſt *d. l. rogaſti. §. ſi tibi. de reb. cred. &
d. l. 2. & 9. C. de non num. pec.* & proinde creditor pretio maio-
9 rem quantitatem capere non poteſt. † Neque eſt contra-
rium, quod Sylueſter, Nauarrus, & alij Theologi de-
finiunt locis à Salas citatis, quia docent dumtaxat frumen-
tum, vinum, & alias ſimiles ſpecies licitè hoc pacto dari
poſſe, vt pretia vtriuſque temporis adæquentur, quod non
nego, ſed vel venditio eſt, vt notant Molin. *in diſp.* 311.
num. 7. & Reginald. *loc. cit. num.* 186. vel quaſi venditio, vt in-
quit Layman. *d. cap. 16. num.* 11. vel ſaltem egreditur fines mu-
tui, vt ſenſit Turrian. *diſp. 61. dub. 7. n. 3.* vbi ait non eſſe con-
tractum mutui. Et proinde nihil pertinet ad ſpeciem, de qua
quæritur, in qua nihil tale conuentum eſt.

10 Denique quod ait Salas ſemper licitú eſſe exigere mora-
lem valutem rei, idque manifeſtum eſſe ex *c. in ciuitate. &
c. vlt. de vſur.* id in venditionibus verum eſt, in quibus ter-
minis dicti Canones loquuntur, & aliis negotiis, quæ ven-
ditioni proximè accedunt, non autem in contractibus, qui
re contrahuntur, in quibus res ipſa inſpicitur, non æſtima-
tio rei, niſi poſt moram, vt dictum eſt ex *d. l. vinum. & l. 1.
ff. de in lit iur.* Nos verò quærimus de mutuo, quod re contra-
hitur, & proinde illis locis nihil noſtræ ſententiæ contra-
rium definitum eſt.

11 Illud ſanè veriſſimum eſt, & valde confirmat noſtram
ſententiam, ſi poſtea menſuræ varientur, eadem menſura
triticum reddendum eſſe, qua datum, & admenſum eſt: ne
ſcilicet plus, vel minus creditor conſequatur. Ita Sot. *loc. cit.*
& Nauarr. *in lib. de camb. num.* 48. Reginald. *loc. cit. num.* 182.
Salas *dub. 25. num. 1. in fin.* Molin. *diſp. 312. num.* 7. vbi ait
hac in re Doctores conuenire, & ita in Luſitania lege Seba-
ſtiani Regis conſtitutum fuiſſe. Cùm enim ſanxiſſet, vt
totum regnum iiſdem menſuris vteretur, cùm antea variis
in locis variæ eſſent, iuſſit etiam præterita frumenti debita
eadem menſura præſtari, qua accepta fuiſſent. Quod etiam
à Sereniſſimo Duce noſtro Carolo Emanuele per vniuer-
ſam Pedemontij regionem conſtitutum eſt, cùm antea ſin-
gula ferè oppida diuerſis menſuris, & ponderibus vteren-
tur, quod publicè incommodum erat, & pleriſque præſer-
tim exteris, & ruſticis captioſum. Quod etiam notat Pe-
guar *in dec. 46. n. 11.* † Quibus permoti Nicienſes cùm lega- 12
tionem ad aulam Magni Ducis noſtri Victoris Amedei ob
natiuitatem Principis deſtinaſſent, quæ D. Flaminio Tondu-
to, & mihi decreta eſt, nobis inter cætera in mandatis dede-
rũt, vt hac de re Regiam celſitudinem adiremus. Quamob-
rem ad noſtram expoſtulationem optimus, maximúſque
Princeps noſter iuſſit, vt menſuræ totius tractus Nicienſis,
quæ in ſingulis ferè pagis diuerſæ ſunt, ad eas, quibus hæc
ciuitas vtitur, redigerentur. Quod tamen incuria noſtra
nondum factum eſt.

Secundò quæritur, quid iuris ſit in nummis, ſi aurei ſint 13
crediti, & non immutata bonitate intrinſeca, aucta vel di-
minuta ſit eorum æſtimatio, an totidem aureos reddi opor-
teat, quot numerati, & accepti ſunt: an ſupplendum,
vel detrahendum ſit vſque ad valorem, qui erat tempore
contractus. Et ſane quidam exiſtimauerunt aucta eo modo
æſtimatione aureorum vſuram eſſe totidem exigere, quot
ſunt crediti: Ita enim Petrus de Nauar *loc. cit.* & alij Theo-
logi quidam apud Bonacin. *d. punct. 3. num. 23. & 24.* Mo-
lin. *in diſp.* 312. & qui totum Molinam refert, & qui ſe vix
in hac quæſtione explicat Salas, *dub.* 25. Quod etiam So-
tus, & Leſſius putant *locis citatis*, quamuis aliud in fru-
mento, vel vino ſentiant, vt dictum eſt, vt etiam Layman.
d. cap. 16. num. 114. verſ. confirmatur ex praxi. Et quod ma-
gis eſt in hanc ſententiam procliuior eſt Didacus Couarr.
lib. de veter. numiſm. collat. cap. 7. § 1 num. 3. ob Caroli Moli-
nei argumenta, quæ tanti viri iudicio, & ingenio digna
eſſe ait. Quare ſecundum hanc opinionem, ſi centum au-
rei mutuo dati ſint, cum ſinguli tribus libris æſtimaban-
tur, atque ita trecentas libras conficiebant, ſi valor aurei
ad quatuor libras, vel edicto Principis, vel ex abuſu mer-
catorum excreuit, & ideo nunc centum aurei quadringen-
tas libras efficiunt, debitor ſeptuaginta quinque aureos ſol-
uendo liberetur, quod hic nummorũ numerus hodie ſum-
mam efficiat trecentarum librarum, quæ centum aureis
tempore contractus conficiebantur, & vſurarius eſſet credi-
tor, qui centum aureos, qui illi abſunt, & quos numerauit,
exigeret. Ex contrario ſi imminuta ſit aureorum æſtimatio,
vt ſi centum aurei crediti ſunt, cum ſinguli quatuor libris
æſtimabantur, atque ita ſummam efficiebant quadringenta-
rum librarum, & ſolutionis tempore non niſi trecentis con-
ſtant, non ſatisfacit debitor, ſi centum aureos dumtaxat of-
ferat diſſoluendi debiti gratia, ſed ſupplere debet, quod
quadringentis libris deeſt, atque ita plures vel pauciores
reddi oportere, vt explicat Molina, *in d. diſp. 312. num. 3. & 8.*
vbi quod magis eſt, idem opinatur, licet actum ſit, vt num-
mi eiuſdem materiæ, & formæ reddantur, & nouiſſime
etiam Card. de Lugo *diſp. 25. n. 124. & 126.*

Huius ſententiæ prima, & præcipua ratio eſt, quia for- 14
ma ipſa, & ſubſtantia monetæ non eſt materia, vel forma
naturalis ipſius corporis monetæ, ſed valor ipſe impoſiti-
tius: vnde quælibet moneta in quantum talis non deduci-
tur in contractus, niſi ſub ratione valoris, vel quantitatis
impoſititiæ tunc currentis. Hinc pecunia, vt pecunia non
eſt merx, nec venit appellatione mercium, vel ſimilium
rerum, ſed res omnes æſtimat, & vt inquit Ariſtoteles Et-
hic. 5. cap. 5. [illegible] Idem innuit Paulus in *l. 1. ff.
de contrah. empt.* vbi ait commerciorum expediendorum
gratia electam eſſe materiam, cuius publica, & perpetua
æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quan-
titatis ſubueniret: eaque materia forma publica percuſſa
vſum, dominiumque, non tam ex ſubſtantia præbet,
quam ex quantitate, id eſt, vt Molinæus inquit, non ſub-
ſtantia ipſa materialis in nummis conſideratur, ſed quanti-
tas, id eſt, valor impoſititius publicè conſtitutus, ex quo
inquiunt, ſequitur quamcunque pecuniam non deduci in
commerciorum vſum, niſi ſub ratione valoris, & proinde
oportere creditorem ſecundum eius valorem, & neque plus,
neque minus exigere.

Sed

15 Sed his non obſtantibus dicendum eſt creditis aureis totidem aureos ſoluendos eſſe, quot ſunt crediti, ſiue aucta ſiue diminuta ſit aureorum facultas. Quod probatur iiſdem iuribus & rationibus, quibus proximè demonſtratum eſt totidem modios tritici in hac ſpecie reddendos eſſe, & præſertim ex *d. l. 80 ff. de ſolut.* quæ nominatim definit, vt tantundem pecuniæ reſtituatur, his verbis: *Prout quodque contractum eſt, ita & ſolui debet, vt cum re contraxerimus, re ſolui debet, veluti cum mutuum dedimus, vt retro pecuniæ tantundem ſolui debeat. Et cum verbis aliquid contraxerimus, vel re, vel verbis obligatio ſolui debeat, verbis veluti cum acceptum promiſſori fit, re veluti cum ſoluit, quod promiſit*, qui locus apertè hanc ſententiam probat, neque tamen competi à quopiam citari, & dicere poſſum, quod ait Celſus, *in leg. 13. ff. de in diem addict.* mirari ſe à nemine animaduerſum. Deinde hoc indicat *d. l. cum quid, ff. ſi cert. pet.* quæ ait: *cùm quid mutuum datum eſt, etſi non cauimus, vt æquè bonum nobis reddatur, actum videri, vt eiuſdem generis, & eadem bonitate ſoluatur qua datum eſt.* Ex qua ita hic docent Bart. & Bald. Iaſ. Alciat. & alij interpretes iuris, vt dixi, & Cuiac. *in d. l. 2. §. mutuum.* Et rurſus *in nouell. 4. & l. 59. in fin. de verb. obligat.* vbi ait hac de re nullam ſe ſcire legem præter *l. 2. C. de veter. numiſmat. poteſt.* quia conſtantior tunc erat nummorum æſtimatio, quamuis ni fallor, hoc apertè definitum ſit *d. l. 80. de ſolut.* Ita etiam tradunt Antonin. de Roſell. *loc. cit. num. 71.* Albert. Brun. *de augm. monet. part. 3. num. 1.* Ann. Robert. *rer. iudicat. lib. 1. cap. vlt.* Andr. Fachin. *controuer. iur. lib. 2. cap. 9.* Anton. Sola, *in lib. de monet. caſ. 24. num. 7.* Maſtrill. *dec. 7. num. 7. &* Sigiſmund. Scaccia, *de commer. gloſ. 5. num. 177.* vbi refert ita Rotam Romanam ſæpius iudicaſſe. Denique hanc ſententiam, quæ veteribus placuit, & in foro recepta eſt, tuetur aduerſus Molinei obiectiones doctiſſimus Anton. Faber, *lib. de variis debitor. ſolut. c. 5.* cuius ſententiæ æquitas, & iuſtitia ex eo facile apparet, quia non alia ratione fieri poteſt, vt æqualitas inter creditorem, & debitorem ſeruetur, quam ſi is reddat id totum quod accepit, ille accipiat, quod dedit. Quare cum centum aureos debitor debeat, neceſſe eſt, vt totidem aureos reddat, vt iuſta, & æqua ſit debiti liberatio, *l. 4. C. de compenſ. l. 9. C. de ſolut.* Nam ſiue aucta, ſiue diminuta ſit aureorum facultas, neque debitor centum ſoluens plus aut minus ſoluit, quam debeat, neque creditor plus vel minus exigit, quam ſibi debeatur, quippe certum eſt centum aureos deberi. Et ex contrario admiſſa Molinæi, & aliorum ſententia, euidens, & abſurda ex vna parte captio, & inæqualitas neceſſario contingit. Aucta enim vſque ad quadringentas libras centum aureorum æſtimatione, qui mutui tempore non niſi trecentis æſtimabantur, debitor qui centum aureos debet, ſeptuaginta quinque ſoluendo liberaretur. Imminuto verò aureorum valore, vſque ad trecentas libras, qui tempore contractus quadringentas efficiebant, creditor cui centum aurei debentur, centum, & triginta tres cum tremiſſe licite exigere, & auferre poſſet, quo nihil iniuſtius, & abſurdius excogitari poteſt. Hinc enim manifeſtè fit, vt vel debitor iniuſtus ſit, qui minus ſoluit: vel creditor vſurarius, qui plus capit, quàm dedit *d. c. vſura eſt, & c. nullus 14. quæſt.* centum igitur aureos ſoluere oportet, vt æqualitas hinc inde conſiſtere poſſit.

16 Neque verum eſt, quod obiiciunt creditorem in hac ſpecie plus accipere, quia licet aucta aureorum extrinſeca æſtimatione plures libras accipere videatur, non tamen plures aureos accipit, quàm dedit. Nam licet centum aurei plures libras valeant, illæ tamen libræ plures aureos non conficiunt, ſed centum dumtaxat, qui debentur. Et proinde creditor centum recipiendo vſuram non facit, quia nihil accipit vltra ſortem, quæ hic centum aureis conſtat. Specta enim, & numera quantumlibet, non plures inuenies, quam crediti ſunt: & oculi ipſi intuendo, & manus numerando fidem facient nihil centum aureis acceſſiſſe, ſed conuenire numerum, & debitorem id tantum ſoluiſſe, quod debuit: denique debitum re contractum re diſſoluiſſe, id eſt, tantundem pecuniæ ſoluendo, vt ait *d. l. 80. de ſolut. & l. in naue, ff. loc.* quod æquitati naturali maximè conuenit *lib. 36. reg. iur.* Et egregiè confirmat Terentij locus in *Phormione act. 1.* vbi Dauus cùm ab amico aliquot nummos mutuos accepiſſet, illique debitum argentum afferret, ſic ait: *Accipe, lectum eſt, conueniet numerus, quantum debui*, quibus paucis verbis boni debitoris officium mihi videtur expreſſiſſe, vt ſcilicet lectos nummos, & eiuſdem bonitatis reddat, & totidem numero, quot accepit, & debuit.

Denique noſtram ſententiam valde iuuat, quod ſæpe vſu 17 euenit, vt creſcente, vel decreſcente valore aurei, pretia rerum quoque creſcant, aut minuantur, vt congruenter noſtræ quæſtioni obſeruat Purpur. *in d. l. cùm quid, num. 170.* Hieron. de Laurent. *dec. 207. num. 5.* Anton. Sola *loc. cit. n. 11.* & Guthofr. *ad d. l. 2. C. de vet. numiſm. poteſt.* quæ ait *pro imminutione ſolidi omnium quoque pretia ſpecierum decreſcere oportere.* Quod etiam notat Ann. Robert. *loc. cit. in fin.* vbi ait vulgus falli, dum ſe ditari credit, quoties creſcit aurei valor, quia eodem tempore creſcunt, & aliarum rerum pretia. † Et nos id nuper 18 experti ſumus. Nam cùm aureus in immenſum excreuiſſet, in dieſque excurreret, ita vt nihil incertius eſſet ipſa æſtimatione nummorum, quam tamen in republica expedit certam eſſe *d. l. 1. de contrah. empt.* idem Sereniſſimus Dux noſter Victor Amedeus aureum Italicum ad tres libras redegit, & pro illius imminutione iuſſit pretia ſpecierum, & mercium minui ſelectis ſingulis in ciuitatibus prudentibus viris, qui pretia rebus venalibus imponerent. Quod initio quidem ſeruatum eſt, ſed paulatim tacito populi conſenſu cœpit aureus valorem edicto ſtatutum excedere, & quod conſequens erat, mercium quoque pretium increſcere, & intendi mercatoribus præſertim id cauentibus, ne merces vilius vendant, quàm emerint.

Neque in hoc genere diuerſa eſt cauſa pecuniæ, & fru 19 menti, vel vini. vt Sotus, & Leſſius putant, qui in frumento, vino, & aliis ſpeciebus nobiſcum ſentiunt, quia non minus re contrahitur obligatio, cùm pecuniæ mutuæ dantur, quàm cùm triticum, & aliæ ſpecies, quæ pondere, & menſura conſtant *l. 1. §. 1. ff. de obligat. & act. l. cum vltra, C. de non num. pecun. inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. in princ.* & proinde cum pecunia creditur, non magis eius æſtimationem ſpectamus quàm frumenti, vel vini, quod mutuum datur. Quamobrem vt decem triticis modiis creditis, totidem modij ſoluendi ſunt, ſiue auctus ſiue diminutus ſit illius valor, vt iidem Sotus, & Leſſius admittunt, ita prorſus cum debitum centum nummis contractum eſt, totidem nummis diſſolui debet *d. l. 80 ff. de ſolut.*

Neque me mouet magna, & præcipua Molinæi ratio, 20 quam poſui ſupra *num. 14.* Etenim obſeruandum eſt pecuniam in commerciis hominum non ſemper ſubire rationem pretij, & menſuræ aliarum rerum, imo vt plurimum in contractibus interuenire, vt res, & corpus quoddam, vt in depoſito, & aliis contractibus, qui re contrahuntur. Nam quidquid ſentiat Hotoman. 15. *quæſt. illuſtr.* nummi res corporales ſunt, & corpus habent, *l. 94. §. 1 ff. de ſolut.* vnde mari traiici, & naufragio perire poſſunt *l. 1. & vlt. C de naut. fœn. l. traiectitia, de verb. oblig.* ſpectantur, numerantur, tanguntur, ponderantur. Ex quibus etiam fit, vt inſtar aliarum rerum deponi, commodari, & locari, & permutari poſſint, atque etiam vendi, vt indicant *l. 3. §. vlt ff. commod. l. ſi certos, ff. de verb. oblig. l. numiſmatum, ff. de vſufr. l. 3. ff de in lit. iurand. & aliis locis.* Idemque omnino eſt in mutuo, de quo quærimus. In quo certum eſt, pecuniam non ſpectari, vt pretium alterius rei, quia nulla alia res eſt, cuius ſit pretium; neque ſub ratione valoris impoſititij, ſed ſub ratione rei, quæ à creditore proficiſcitur *l. 2. §. 3. ff. de reb. cred.* illique abeſt, vt amico opem ferat. Et proinde falſum eſt, quod Carolus ait pecuniam non deduci in contractum, niſi ſub ratione valoris impoſiti, & conſtituti, quia hoc in emptionibus, & commerciis emptioni proximis recipi poteſt, vt notat Fachin. *loc. cit.* cùm verò nummi deponuntur, commodantur, & mutui dantur, non magis eorum valor inſpicitur, quàm frumenti, vini & aliarum rerum quæ ſub hæc commercia cadunt, vt pluſquam manifeſtum eſt. † Ex quibus duplicem valo- 21 rem in pecunia deprehendere licet, actiuum vnum, vt eſt pretium aliarum rerum, & metitur omnia, vt Ariſtoteles ait. Qui proprius eſt pecuniæ, neque aliis rebus conuenit, quæ non poſſunt eſſe pretia aliarum rerum *l. 1. ff. de rer. perm.*

hs.

l. 5. §. 1. ff. de præſcr. verb. & bac ratione rectè Panlus ait in *d. l. 1. de contrah. empt.* pecuniam, vſum, & domininm præbere, non tam ex ſubſtantia, quàm ex quantitate. Paſſiuum alterum, ſecondum qoem pecunia rei, & mercis rationem ſubire poteſt, vt cùm venditor, ereditur, deponitur, donatur, commodatur. In quibus contractibus palam eſt interuenire, vt res qoædam, non vt pretium rei, & vſum ſui præbere non veluti pretium, ſed tanqnam ſobſtantiam, & corpos qooddam *l. ſed ſi certos, & l. planè, §. 7. ff. de leg. 1. l. 3. §. ſi quis nummos, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Quod tamen ſuum pretinm, & valorem retinet, vt res aliæ *l. pretia rerum 63. ff. ad l. Falcid.* Neque enim ex eo quod nummi deponuntur, commodantor, credontur, deſinunt nummi eſſe, & valorem illum amittnnt. Ex quo apparet pecuniam, vt pecuniam ſuam habere ſubſtantiam, & valorem: & non ſolum ex quantitate, ſed etiam ex ſubſtantia, & corpore vſum præbere: denique ex hominum conſtitotione eſſe, vt boc
22 vel illo modo vſum ſui præbeat. † Quare ſalſum eſt, quod Molinæus ait pecuniam non deduci in contractum niſi ſub ratione valoris, & qoantitatis impoſititiæ, eom verius ſit ſaltem in contractu mutui, de qno quæritur, pecuniam interuenire, vt res quædam, vt in aliis negotiis, quæ re contrahuntur. Qoamobrem longè congruentius Pomponius *in d. l. 80. de ſolut.* ita argumentatur. Pro vt quodqoe contractum eſt, ita & ſolui debet, ſed motuum re contrahitur, ergo ſi mutoum diſſoloendum eſt, retro pecuniæ tantundem ſolui debet. Et ſanè præſtat Pomponium potius quam Molinæum ſequi. Quod quidem aliis, ſed validioribos rationibus à viro clariſſimo Antonio Fabro demonſtratum eſt *d. c. 5.* Neque ego aliud quidqoam adderem, niſi comperiſſem Molinsm Theologum prætermiſſis, vt ille ait, iuriſperitornm ſententiis contrariam ſententiam tueri *in diſp. 312.* coios argumentis reſpondere, veluti In re, quæ frequenter accidit, & multorom animos torbare poteſt, operæ pretium eſſe duxi.

23 Non ergo obſtat, quod Molina ait, pecuniam, quando aliud non eſt expreſſom, in mutuo, & aliis contractibus attendi, & conſiderari ſecundùm valorem, ideoque valorem dumtaxat reddi oportere, qoem pecunia habebat tempore contractos, ſiue poſtea creſcat, vel decreſcat, vtrumqoe enim cedere poſſe in detrimentum, aut commodnm tam debitoris quam creditoris, atque ideo æquam eſſe ex natura rei vtriuſque conditionem. Nam reſpondeo ſaltem in mutuo, de quo præſertim quærimus, pecuniam interuenire, vt res quædam, quæ à creditore ad debitorem proficiſcitur, qoia mutuum ex his contractibus eſt, qui re contrahuntur, non æſtimatione rei, vt dictum eſt, etiam cum pecunia mutua datur *inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. in princ. & l. 9. C. de non num pecun.* ex quo ſequitur, vt re etiam diſſoluendum ſit, & eodem modo id eſt rebus eiuſdem generis, numeri, & qoantitatis, quo contractum eſt *d. l. 39. ff. de reg. iur. l. 80. ff. de ſolut.* & Seneca *lib. 5. de benef. Quo genere obligatus es, hoc fidem exolue.* Quare cum centum aureis mutuum contractom eſt, centum etiam aureis diſſolui debet, ſiue creuerit, ſiue decreuerit eorum poteſtas, & vt Iuriſconſultus ait *in d. l. 80. retro pecuniæ tantundem ſolui debet.*

24 Deinde quid eſt hoc quod Molina ait pecuniam in contractibus attendi, & conſiderari ſecundum valorem? Certe nemo Iuriſconſultus ita loquitur. Quod ſi is ſenſus eſt, vt cnm peconia in contractum deducitur, vel promittitur, æſtimatio eius non ipſa pecunia debeatur, hoc etiam dicendi genus valde nouum eſt. Dicimus enim nummos mutuos dari deponi, deberi, pecnniam offerri, redigi, alienari, perire, ſoloi, pecuniam mutuam accipi, & mutuam acceptam deberi, & ſoluendam eſſe, *vt in l. 4 6. & l. rogaſti, §. vlt. & paſſim in tit. de reb. cred. & l. 35. de liberat. legat l. 5. 30. & l. 55. de ſolut. & aliis locis.* Et admiſſo quod Molina contendit valorem dumtaxat reddendum eſſe, non inde ſequitur, vt centum aureis creditis ſaltem valor vel centum aureorum reddi non debeat, ita vt creditor vel centum aureos habeat, vel valorem eorum, ſiue creſcat, ſiue decreſcat aureorum æſtimatio. Vt enim æqua, & integra ſit ſolutio, ita reſpondere debet quantitati, quæ debetur, vt creditor neque plus, neque minus accipiat, quam ſibi debetur, & debitor præſter, quantum debuit neque plus neque minus. Alioquin futurum eſt, vt vel creditor plos accipiat, quàm dederit, vel debitor minus reddat, quam acceperit, quorum vtrumque iniuſtum eſt, vt conſtat *ex l. illicitas, ff. de offic. Præſid.* & docet *Ariſtot d. cap. 5.* & ipſe Molin. *diſp. 304. num. 4.* Quod contingere neceſſe eſt admiſſa Molinæ, & Molinæi ſententia, vt dixi *num. 15.* Hinc enim futurum eſt, vt aucto, vel diminuto valore aurei, creditor cui centum aurei debentur, neque centum aoreos, neque valorem centum aureorum domum deferat, ſed vel plures, vel pauciores, quod iuſtitiæ commutatiuæ repugnat, vt docet Præſes *in d. cap. 5.* ſubiiciens ex communi iuriſperitorum ſententia non offendi regulas iuſtitiæ commutatiuæ, ſed potius conſeruari. Deniqoe admiſſo etiam quod Molina contendit valorem dumtaxat aureorum reddi oportere, non tamen ſequitur, illum ſoloendum eſſe, qui erat tempore contractus, nam quoties ante moram pro re ſolui poteſt, aut debet æſtimatio ea præſtanda eſt, quæ eſt tempore ſolutionis *l. ſi calendis, de re iudic. l. 9. ff. de aur. & arg. leg. l. vlt. de condict. tritic.* & docent Bart. Bald & alij apud Andr Kohl *exercit. 11. num. 1.*

Quamobrem nihil etiam mouere debet, quod Molina ait 25
ſecundum eius ſententiam æquam eſſe ex natura rei creditoris, & debitoris conditionem, quia etiam retenta iuriſperitorom ſententia æqua eſt vtriuſque conditio, nam ſiue creſcat, ſiue decreſcat aurei facultas, neque plures neque pauciores præſtandi ſunt, quam fuerint crediti, vt dictum eſt. Et præterea hac opinione retenta ſeruator iuſtitia, quæ poſita eſt in æqualitate rei ad rem, vel vt Molina loquitur *in d. diſp. 304. num. 10.* obiecti ad obiectum. Debitor enim tantundem pecuniæ reddit, quam accepit, & creditor totidem nummos accipit, quot dedit, com ex contrario ſeruata aliorum ſententia ſomma inæqualitas ex vna vel altera parte contingat, vt dixi *eod num. 15.*

Denique non obſtat, quod Molina obiicit, iuriſperitos 26
ſcilicet contra quos ſe diſputare ait, affirmare conſuetudine receptom eſſe, vt debitor vnius generis pecuniæ poſſit in alio ſoluere, quia id accipimus, vt ex conſuetudine poſſit debitor aureorum, vel aureos ſoluere, vel præſentem eorum æſtimationem in alio nummorum genere, ita tamen vt creditor tantundem pecuniæ domnm deferat, quæ centum aureos conficere poſſit, & nullum ex ſolutione ſibi in aliam formam facta damnom ſentiat, vt omnes notant *in l. Paulus, 99. ff. de ſolut.* Ann. Rober. *loc. cit.* Theſaur. *de augm. monet. par 5. num. 21.* Curtius, Brunus, Purpuratus, Surdus, Menochius, & alij apud Antonium Solam *d caſ. 24. num. 17.* Nam inquit cum reſtitutio fieri debeat io eodem genere, & & eadem bonitate, qua datum eſt *l. cum quid. ſi cert. pet.* nec cogatur creditor inuitus aliud pro alio accipere *l. 2. §. 1. ff. eod.* dicta conſuetodo intelligenda eſt, vt quo minus fieri poteſt ius commune offendat. Quod noſtræ ſententiæ non eſt contrarium, ſed illam potius coofirmat, vt ad vltimam obiectionem Molinæi, qui hoc etiam argumento vſus eſt, diſſerit Præſes *in d cap. 5. in fin.* rectè ſubiiciens, facultatem ſoluendi aoreos in æſtimatione concomitari perpetuo debitum aoreorum, ſed ita tamen, vt ſit varietur æſtimatio, ea demum præſtari poſſit, quæ ſit ſolutioois tempore, non qoæ anteà fuit. Quare hæc conſuetudo eo vſque porrigitur, vt liceat quidem debitori in aliam formam nummos ſoluere, ſed ſecundum præſentem æſtimationem non autem ſecundum veterem, quæ erat tempore contractus, vt male Molina, & Molinæus opinantur.

Pergit vir Theologus, & ait: ſi valor peconiæ mutoo 27
acceptæ decreuiſſet, non ideo minus valoris ſoluendum eſſet mutuanti quia valor ille non perit qoo tempore pecunia erat creditoris, ſed debitoris; valor autem rei domino perit: ergo pari ratione ſi valor accreuerit, accreſcet debitori, & proinde non plus valoris eſt mutuanti reddendom, quam fuerit is, quem mutuo dedit, Quo argomento etiam vtitur Molinæ ſequax Salas *loc. cit.* & alij Theologi apud Bonacin. *d. par. 3. num. 54* Sed reſpondeo negando antecedens, nam ſi aurei valor decreſcit, non ideo plures reddendi ſunt, ſed ſatis eſt, vt totidem reddantur eiuſdem generis, & intrinſecæ bonitatis, qua dati ſunt, ſatis enim eſt ſi debitor ſoluat, quod debet. Quare deſtructo antecedente, quod inde Molina infert, conſiſtere non poteſt.

Neque

28 Neque turbare debet, quod Molina ait valorem illum non perire, cum pecunia erat creditoris, ſed cum erat debitoris, valorem autem rei domino perire, vel augeri. Quia obſeruandum eſt nos non quærere de pecunia, quæ numerata eſt debitori: Hæc enim, cum eius facta ſit *l.2. §.2. ff. ſi cert. pet. Inſtit. quib. mod. re contr. oblig. in princ.* eidem augetur, vel minuitur *l. cum dotem. C. de iur. dot.* Neque de ea ſollicitus creditor eſſe debet, non magis quam ſi furto, vel naufragio pereat, vel caſu alio amiſſa ſit, periculum enim huius pecuniæ ſequitur dominum, id eſt debitorem *l.9. in fin. ff. ſi cert. pet. l. vlt. C. de naut. fœn.* & de hac pecunia, dum extat, verum eſt dicere eius æſtimationem creſcere, vel decreſcere debitori. Sed agitur de nummis, qui debentur, & in obligatione poſiti ſunt. Qui non ſunt iidem nummi, qui mutuò accepti ſunt, quia mutuum accipimus reddituri, non illud ipſum, quod accepimus, ſed idem genus *d. l.2. & l. cum quid. de reb. cred.* Et Seneca *de benef. lib.4. cap.5.*
29 *ſolutio non idem reddit, ſed tantundem.* † Nummi verò, qui in genere debentur, & ideo perire non poſſunt, non ſunt debitoris ſed creditoris, quia bonis noſtris adnumeratur etiam, quod nobis debetur *l. bonorum. in fin. & l.21. ff. de verb. ſignif. l.75. ff. de iur. dot. & l. vlt. ff. de dot. collat.* quæ ait *id quod debetur, à bonis debitoris abſceſſiſſe.* & pecunia mea eſt, quam alius mihi debet *l. ſi & me, & Titium. & ibi* gloſ. & Zaſius *num. 9. ff. ſi cert. pet.* Præſes Faber *coniect. lib.8. cap.15.* vbi ait debitoris nomen ipſius creditoris eſſe. Nam & illud vendere poteſt, vt dictum eſt. Quamobrem cum aurei æſtimatio ex edicto, vel vſu commerciorum augetur vel minuitur, vt augetur vel minuitur aureorum facultas iis, qui illos habent, ita augetur, vel minuitur iis, quibus debentur, vt dictum eſt *ex d. l. cum dotem. C. de iur. dot.* & proinde cuiuſcumque æſtimationis ſint tempore ſolutionis, totidem reddendi ſunt, quot crediti, neque plures, neque pauciores, vel ſaltem eorum præſens æſtimatio, non quæ fuit tempore contractus, vt indicat *d. l. ſi calendis. 11. ff. de re iudic. l.9. ff. de aur. & arg. legat.* & dixi *num.24.* & eleganter Præſes *in d. cap.5. in fin.* ſubiiciens vidiſſe ſe ſæpius ſecundum hanc communem noſtrorum ſententiam in ſenatu conſtanter iudicari damnata Pariſienſis opinione, qua non putat quicquam improbabilius dici poſſe.

30 Denique Molina, & Salas fruſtra eorum ſententiam confirmant *ex c. olim. & c. cum canonici. de cenſib.* quia in his locis de intrinſeca mutatione monetæ agitur, cùm ſcilicet meliores, vel deteriores nummi cuſi ſunt, vt notat Iachin. *loc. cit.* rectè ſubiiciens nihil ad hanc quæſtionem pertinere Et hoc caſu fateor, & iuriſperiti omnes conſentiunt, vel totidem eiuſdem generis reddendos eſſe, vel ex nouis nummis tantundem ſoluendum eſſe, quod reſpondeat bonitati, & valori eorum, qui debentur. Ita enim docent iuris auctores apud eundem Solam *caſ.10.* & aduerſus Molinæum Hier. de Laurent. *dec.208. n.17.* Faber *in d. cap.4.* & alij apud Ioann. Griuell. *dec.36. num.7.* vbi Præſidis Fabri magnis eum laudibus mentionem facit. Sed hæc, vt dixi, egrediuntur fines quæſtionis ab ipſo Molina propoſitæ. Ille enim, & nos quærimus de certo nummorum genere, quorum valor edicto Principis, vel ex vſu commerciorum immutatus eſt, non ex eo quod meliores, vel deteriores cuſi ſunt: vt proinde Molina, & poſt illum Bonacina, & Salas miſceant, & confundant ea, quæ in hac diſputatione valde ſeparanda ſunt, & diuerſitatem iuris conſtituunt. Illud verò meo iudicio ſcriptores ſummopere cauere debent, ne incautos lectores decipiant, & in errorum diſcrimina trahant, & ij præſertim, qui aliorum conſcientias ſuſtinere profitentur.

31 Ex his non placet altera Molinæ concluſio, in qua aſſerit *num.8.* vt etiam enim. P. de Lug. *loc. cit.* quamuis in mutui contractu, vel alio quolibet exprimatur, vt nummi eiuſdem rationis, & formæ reddantur, ſi deinde, eorum creſcat, vel decreſcat æſtimatio adhuc ſolutionem faciendam eſſe ad æqualitatem veteris valoris ex nummis eiuſdem generis, detracto, vel adiecto ex eis quantum neceſſe eſt, vt valor ad æqualitatem perſoluatur. Nam hæc aſſertio non ſemper vera eſt, & incautos fallere poteſt. Et ſanè in terminis propoſitæ quæſtionis cum certa nummorum corpora, veluti cum aurei crediti ſunt, omnino reiicienda eſt. Nam qui numeratos aureos accepit, re ipſa obligatus eſt, vt tot eiuſdem generis, & bonitatis reſtituat *d. l. 80. ff. de ſolut.* vt inter iuris auctores exploratum eſt. Ergo multo magis cum cautum eſt, vt eiuſdem generis reddantur.

Si verò mutuum contractum eſt non pecuniæ, quæ certo 32
corpore, & ſpecie conſtat, vt ſunt aurei, vel argentei nummi, ſed potius contrahentes de certa quantitate cogitarunt, veluti ſi trecentæ libræ creditæ ſunt, id eſt cum quis fatetur ſe debitorem trecentarum librarum, quas numeratas habuit in centum aureis, & promittit illas ad diem ſoluere in eodem genere nummorum, ne tranſgrediar fines concluſionis Molinæ, tunc multum intereſt, ex qua cauſa augmentum, vel diminutio ſequatur. Nam ſi extrinſeca aurei æſtimatio poſt contractum ex eo maior facta, eſt quia minutiores illæ monetæ, ex quibus conficiuntur libræ, quæ ſunt in obligatione, deterioris, & vilioris materiæ, cuſæ ſunt, vt non licet ex viliori moneta ſoluere *d. c. olim. de cenſib.* ita nec ex aureis ſecundum valorem currentem tempore ſolutionis, quia licet plures ſolidos, & conſequenter plures libras conficiant monetæ currentis, non tamen plures valent ex iis, quæ vigebant tempore obligationis. Et proinde ſi debitor ſecundũ præſentem æſtimationem ſolueret eundem librarum numerum ex aureis, minus ſolueret, quàm deberet, ſolueret enim eundem numerum librarũ, ſed non eiuſdẽ bonitatis, & valoris quod ratio iuris non patitur *d. l. cum quid ff. ſi cert pet.* Et ita Iuriſconſulti docent, & Faber *eod. lib. cap.9.* & Theſaur. *de augm. mon. par.1. num.50. & par.2. n.34.* Ioann. Griuell. *d. dec.36. n.9.* vbi ex ipſo Molinæo animaduertit, cùm aurei æſtimatio ideo creſcit, quod inferiores monetæ diminutæ ſunt manente aureo eiuſdem bonitatis, & ponderis, non tam augeri æſtimationem aurei, quam priſtinam retineri, & conſeruari. Brunus, Natta, & alij apud Solam *caſ.7. n.2. & 5.* vbi congruenter notat, quod in hoc genere perpetuò notandum eſt, ex iſta deterioratione monetarum aurei valorem plerumque creſcere, & idcirco in dies quoque augeri pretia rerum. Et hoc caſu etiam certum eſt non eſſe locum concluſioni Molinæ, & proinde debitum diſſoluendum eſt ex aureis ſecundum æſtimationem, quam tempore contractus habuit, alioquin debitor minus reuera ſolueret, quàm deberet, & creditor ex officio ſuo damnum ſentiret, quod ius non patitur *d. l.99. ff. de ſolut.* & indicat *d. l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* Quod deinde comperi docere Paulum Layman. Theol. *tract.3. cap.5. n.23.* vbi ait hoc caſu, cùm ſcilicet auctio meliorum nummorum extrinſeca ob deteriorationem inferiorum magna eſt, ſecundum naturalis iuſtitiæ æquitatem, & iura ciuilia & gentium pro creditore pronuntiandum eſſe.

Sed ſi aureorum æſtimatio aliunde aucta ſit, quam ex 33
diminutione minutioris monetæ, quia quantitas illa librarum in obligatione poſita eſt non aurei, quamuis ex aureis obligatio contracta ſit, ſatis eſt, ſi totidem libræ ſoluantur ex aureis ſecundum eorum valorem tempore ſolutionis, licet pauciores ſufficiant, quia licet debitor minore aureorum numero id præſtet, non minus tamen ſoluit, quàm debet. Non enim aureos debet, quamuis aureos acceperit, & in aureis ſoluere debeat, ſed libras quibus in aureis ex conuentione ſolutis omnis tollitur obligatio *l. pen. de ſolut. inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ.* Nam ex contrario, ſi aurei valor eo modo decreuiſſet plures numerari oporteret ad exoluendum debitum, quod recipi poteſt ob mutuum periculum lucri aut damni, vt ait Sola *eod. lib. caſ.8.* & Anton. Faber *cap.8. & 9.* & hoc caſu recipi poteſt Molinæ concluſio, qui tamen debuit rem apertiùs definire: & ita puto ſenſiſſe Layman. *loc. cit. num.15.*

Cæterùm omiſſis aliis quæſtionibus, quæ hic ſe ſponte 34
offerunt, & tamen ad eos pertinent, qui de monetis, & earum variatione ſcripſerunt, illud tractatui noſtro valde congruit, quod quidam docent vſuram eſſe, ſi creditor pro argentea, vel ærea moneta auream ſibi reddi ſtipulatus ſit. Et ita ſenſit Nauarr. *d. cap.17. n.226.* Ludouicus Lopez *de contractibus, lib.1. c.40.* idem Molin. *d. diſp.312. n.11.* Azor. *3. par. lib.7. cap.70.* Filliuc. *tract.34. n.58.* Turrian. *cit. diſp.61. dub. 8. numer. 5.* & Bonac. *loc. cit. num. 28.* & ex Iuriſperitis

Cæſar. Manent. *de contract. libell. pact. 8. n. 10.* Theſaur. Filius *d. lib. de augm. monet par. 1. num. 72.* & Vgolin. *de vſur. cap. 32. num. 2.* cui rei congruit conſtitutio Caroli V. edita Auguſtæ anno 1630. quæ legitur poſt tractatum Caniſij *de vſur.* qua nominatim hoc genus commercij interdictum eſt.

35 Sed ego hîc hæreo, & ſubſiſto. Primò, quia ſi qui ſtipulanti denarios promittat aureos eiuſdem quantitatis valida eſt obligatio *l. quæ extrinſecus. 65. §. ſed & ſi. ff. de ver. obl.* Secundò, quia in hoc negotio non contrahitur ſimplex mutuum, quia mutuum non eſt, cùm aliud genus recepturi ſumus *l. 2. in princ. ff. ſi cert. pet.* Sed ineſt quædam veluti permutatio, vel venditio vnius pecuniæ pro aureis eiuſdem quantitatis ex Couarr. *de numiſm. collat. cap. 7. § vn. concl. 9.* quod eſt licitum. Hinc enim campſorum ars, quæ in vendendis, & permutandis nummis verſatur. Secundo quia valet argumentum à ſolutione ad promiſſionem *l. vlt. C. ad l. Falc.* Iaſ. & Alciat. *in d. l. 65. de verb. oblig.* Sed debitor librarum poteſt aureos ſoluere eiuſdem quantitatis, ergo poteſt promittere. Denique permutatio centum librarum minutioris monetæ cum tot aureis eiuſdem quantitatis, valida eſt, licet aurei ſtatim numerentur; ergo multo magis ſi valor aureorum anticipatè ſoluatur, ne quod fauore debitorum inductum eſt, in odium eorum retorqueatur, ſi id non liceret, quod fieri non debet *l. 6. C. de legib. l. 25. ff. eod. tit.* interim enim is, qui aureos vendidit, pecuniis acceptis vtitur, & rebus ſuis conſulere poteſt. Ex quibus puto hoc genus contractus damnandum non eſſe, ſi fraus abſit.

Neque obſtat, quod is qui æream, vel argenteam monetam numerat, videatur lucrum facere, quod ære, vel argento pretioſius ſit aurum, quia pretioſitas auri maiori pecuniæ quantitate compenſatur, vnde non videtur hæc iuſta cauſa damnandi contractus, Alioquin nec gemmæ, quæ auro & argento pretioſiores ſunt, poſſent aureis vel argenteis nummis comparari.

36 Denique nihil turbat, quod aurei valor creſcere poſſit, & ita creditor ex ea re lucrum facere, quia ſatis eſt, ſi ex argenteis nummis, qui numerati ſunt, totidem aurei conficiantur tempore contractus. Nam cum de læſione agitur, tempus contractus inſpiciendum eſt *l. 2. & 8. C. de reſc. vend.* inſpecto vero initio non magis hic contractus fauorabilis eſt creditori, quam debitori, poteſt enim aurei poteſtas minui *l. 2. C. de vet. num. pot.* Ideóque æqua eſt vtriuſque conditio *l. 1. C. de pact. l. 11. C. de tranſact. l. 12. C. de inoff. teſtam.* Et ita docuit Bart. *in l. ſed addes. §. ſi dominus. ff. loc.* & hoc iure in foro vtimur.

37 Obſerua tamen quod dixi, ſi fraus abſit. † Nam ſi is qui prior numerat, plures aureos ſtipulatus eſt, quàm ſit quantitas minutioris monetæ, veluti ſi quis cùm aureus æſtimaretur tribus libris cum dimidia, vt æſtimatur hoc anno 1636. trecentas libras alteri credat ſoluendas aureis centum poſt annum, vel aliud tempus, contractus illicitus eſt, & vſurarius, vt notat Faber *in d. cap. 8. & in notis defin. 1. C. ſi cert. pet.* vel ſi alia ratione creditor inde lucrum captat in necem debitoris, vt ſentiunt Nauarrus, Molina, & alij ferè omnes, quos retuli *n. 34.* vt etiam Manent. & Theſaur. *loc. cit.* ea prorſus ratione qua dicimus emptiones vſurarias eſſe, cum ob prærogationem pretij res minori pretio comparantur, vt docent multi, quos recenſui *quæſt. 10. n. 27.* & Roderic. *de ann. redit. lib. 1. quæſt. 12. num. 38.* & Lælius Zecch. *de vſur. cap. 12. num. 8.* quod ſuo loco tractandum eſt, vt præmiſimus.

QVÆSTIO XVIII.

De vſuris legatorum.

SVMMARIA.

1. *Vſura legatorum hodie non debentur.*
2. *Etiamſi teſtator iubeat eas præſtari.*
3. *Annua legata licita ſunt.*
4. *Annuus reditus donatione creari poteſt.*
5. *Legatorum vſura hodie non debentur etiam poſt moram.*
6. *Hæres poſt moram tenetur ad fructus legati, & ad id quod intereſt.*
7. *Legatarius non poteſt vſuras capere, cùm ſortem exigere ei licet.* & num. 9.
8. *Feliciani & aliorum contra ſentientium ratio reiecta.*
9. *Legatum quoad vſuras nunc illicitum.*
10. L. 3. §. vlt. de ann. leg. *quoad vſuras hodie abrogata.*
11. *Teſtator non poteſt inducere vſuras.*
12. *Teſtator non poteſt facere, ne conſtitutiones Pontificum in ſuo teſtamento locum habeant.*
13. *Legatum factum creditori, quoad pecunia ſibi debita ſoluatur, hodie eſt illicitum.*
14. *Niſi legatarij tantumdem interſit.*
15. *Teſtator poteſt ſub pœna præcipere hæredi, vt legatum ſoluat.*
    Pœna poteſt adiici mutuo ex Theologorum ſententia.
16. *Pœna, & id quod intereſt differunt.*
17. *Teſtator non poteſt inferre hæredi non ſoluendi pœnam, quæ in diem creſcat.*
18. *Alternatiuo in legato ceſſat vſura.*
19. *Legatum non minuitur vſuris, quando relicta ſunt in compenſationem eius, quod legatario debetur.*
    Legitimæ fructus debentur à die mortis.
20. *Quantitate pecuniæ loco legitimæ legata debentur vſuræ in vicem fructuum, quos filius ex bonis percepiſſet.*
21. *Fructus legitimæ non debentur, ſi hæreditas in pecuniis, & ſimilibus rebus tantum conſiſtit.*
22. *Teſtator poteſt damnare hæredem, vt quoad dotem filiæ ſoluat annuam penſionem marito præſtet.*
23. *Teſtator ſi centum leget poſt certum tempus, & interim annua quinque legatum etiam quoad reditum valet.*
24. *Debitum ex vna cauſa, vt in aliam conuertatur, vtriuſque conſenſus exigitur.*
25. *Dilatio ſoluendi vſuram inducit.*
26. *Legatum principale quando exigi non poteſt, ſed tamùm reditus, nulla committitur vſura reditum percipiendo.*
27. *Menochij ſententia* in conſ. 441. *refellitur.*
    Diligentia in exigenda ſorte non excuſat ab vſura.
28. *Vgolini* ex cap. vlt. de vſur. *ratio quædam reiicitur.*
29. *Vſura proprium eſt multiplicatio obligationis, non alternatio.*
30. L. 1. C. de his quæ pœn. nom. *explicatur.*
31. *Iudex non poteſt electionem auferre hæredi, cùm legatum alternatiuum eſt.*
32. *Bonis legatis teſtator poteſt grauare hæredem, vt reditum interim præſtet loco fructuum.*
33. *Quantitate in tot bonis relicta legatarius poteſt de certo reditu paciſci, donec legatum reddatur.*
    Niſi reditus ſit immodicus.
34. *Si teſtator iubeat hæredem ſummam aliquam in emptionem prædiorum conuertere, & donec id faciat, reditum ſoluere, legatarius licitè reditum exigere poteſt.*
35. *Tutor non tenetur ad id quod intereſt, niſi conſtet fundos vel reditus fuiſſe venales.*
36. *Prædia idonea venalia fuiſſe non præſumitur.*
    Tutor non excuſatur, vbi reditus, & prædia frequenter ſunt venalia.
37. *Tutoribus datur laxamentum ſex menſium ad collocandam pecuniam.*
38. *Hæredi datur modicum tempus ad ſoluendum legatum.*
39. *Legato ineſt modicum tempus etiam cùm pro legitima factum eſt.*
40. *Modicum tempus hæredi datur, licet teſtator iubeat aliquid ſtatim fieri.*

NON tantùm vſuræ illicitæ, & prohibitæ
ſunt, quæ pecuniis creditis, & quæ ex
aliis contractibus debentur accedunt, ex
ſolo tempore tardæ ſolutionis, vt in præ-
cedentibus dictũ eſt; † ſed etiã legatorũ,
& fideicommiſſorum vſuræ. Nam quam- 1
uis olim ex iure ciuili vſuræ legatorũ, &
fideicommiſſorum poſt morã deberẽtur *l. 1. & 4. C. de vſur. &*
fructib. legat. l. 78. §. 2. & l. 87. §. vſuras. de leg. 2. l. ſi cui. 92. § vlt.
ff. de

ff. de condit. & demonſt. Iul. Paul. *lib. 3. ſentent. tit.9. in fin.* Nunc vero hæc ſimilia iura abrogata ſunt, & vſuras ex hac cauſa exigere illicitum eſt, niſi legatarij interſit, vt notat Bald. *in d.tit.C.de vſur. & fruct. legat. num.*1. & Roderic. *de ann.redit.lib.3.quæſt.7. in fin.*

2 Quod verum eſt, etiamſi teſtator iuſſerit vſuras præſtari, quoad legatum ſoluatur. Neque enim vſuræ deſinunt eſſe, vt indicat *l.3. §.vlt. ff.de ann. & menſtr. leg.* & ibi docet Bart. *& in l.1.num.3.ff.de iis, quæ pœn. nomin. relinq.* & aliis auctoribus citatis Couarr. *variar. reſol.lib.3.cap.1.num.9.* Franciſc. de Caldas *lib.de empt. & vendit. cap.29.num.32.& 33.*vbi notat definitionem Vlpiani *in d.l.3. §. vlt.* hodie abrogatam eſſe, Henric. Caniſ. *de vſur.cap.1. num.21.* & Ioan. Griuell. *dec.149.num.4.*vbi ait vſuras non minus in teſtamentis, quàm in contractibus hodie prohibitas eſſe. Cæterùm quia hoc non eſt perpetuum, & variè à noſtris auctoribus tractatum eſt, caſus aliquot, & quidam veluti gradus ſeparandi ſunt.

3 Primus itaque caſus eſt, cùm teſtator annuam, vel menſtruam penſionem ab hærede præſtari iubet, vt ſi leget alicui decem annua, & hoc caſu legatum validum eſt, & ab omni fœnoris ſuſpicione alienum *l.6.& 23.& tot.tit.de ann. & menſtr.leg.& l.38. ff.de vſu, & vſufr. & reditu per legat. & fideicomm. dat.& ex l.7. §.vlt. C.de praſcr.30. vel 40. ann.* Et ita tradunt Felician. *de cenſib.lib.2. cap. 5. num.8.* Auendan. *eod. tract.cap.3. num.4.* & Roderic. *d.lib.3. quæſt.6.num.3.* vbi ait rem indubiam eſſe licere teſtatori in ſuo teſtamento reditum creare ad libitum, neque teneri ſeruare leges, aut conſtitutiones Pontificum, quæ ſuper redituum creatione latæ ſunt: denique in reditu legato nullum eſſe metum vſuræ, cùm nullum ſit mutuum, nulla pactio, nulla negotiatio,
4 nullum denique legatarij factum interceſſerit.† Quod etiam hac ratione probari poteſt, quia legatum ſpecies quædam donationis eſt, *Inſtit. de leg. in princ. l.36. ff.de leg.2.* Certum autem eſt reditum annuum titulo donationis transferri poſſe, vt multi docent apud Frideric. Martin. *de iur. annuor. redit. cap.3. num.2. & 3.* qui in probatione rei perſpicuæ laborare videtur id enim conſtat apertiſſimè ex *l. ſancimus. & l ſi quis argentum. §.1. C.de donat.* & veluti indubitatum tradit Molina *de contract. diſp. 383. num. 1. & 11.* Nam vt poteſt quis fundos, & agros ſuos alteri donare, ita ex poſſeſſionibus ſuis certum reditum in alium transferre. Qui reditus ſiue ex liberalitate donantis, ſiue teſtatoris prouenia nt, ab omni ſuſpicione fœnoris immunes ſunt, neque conſtitutione Diui Pij V.*de cenſib.* continentur, vt primus quod animaduerterim, adnotauit Nauarr. *in comment.de vſur.n.98.* poſt quem ita tradiderunt Guttierr. *practicar. quæſt.lib.2.c.22. num.4.* Sigiſmund. Scaec. *de commerc. §.1. quæſt.1. num.200.* Vgolin. *de vſur..cap.48.num.5.* Roderic. *loc. cit.&* & nouiſſime Duard.*in præfat.d.conſtit.Pij V.quæſt.26. num.53*

5 Secundus caſus eſt, cùm teſtator quantitatem aliquam ſimpliciter legat ad certam diem ab hærede præſtandam, & hoc caſu quamuis ex iure ciuili poſt moram vſuræ debeantur, vt dictum eſt *ex d.l.1.C.de vſur.& fruct.legat.* Anton.Faber. *ad h.tit.def.1.* Borcholt.*de vſur. cap. 3. num.15.* licet reſpublica hæres inſtituta ſit *d.l.78. §. 2.de leg.2.* & licet re ipſa mora fieret, vt fauore minorum conſtitutum eſt *in l.3. C.in quib. cauſ. reſtit.* nunc tamen ob ſolam moram vſuras capere non licet niſi vere legatarij interſit ſibi moram non fieri, vt dixi *num.* 1. Neque enim ſola mora ſufficit, vt quidpiam capere liceat, vt multi docent, quos recenſui *quæſt.1.num.32.* & Mart. Medic. *inter dec.Senenſ. exam.54. num.13.* & in hac ſpecie Roderic. *in d.quæſt.7. num.115.* Statill. Pacific. *de Salnian.interd. inſpect. 3. quæſt.4. num.386.* & cenſuit Rota poſt eundem *dec.185. num.2.* & Giurb. *in dec.92. num. 15.* Quare deſerendus eſt Auendanius, qui *in d. cap. 3. num.15. & 18.* condit etiam hodie vſuras legatorum non eſſe prohibitas, niſi quatenus excedunt legitimum modum, quia verius eſt hodie nullum eſſe legitimum modum vſurarum etiam in legatis, & hoc totum nunc abrogatum, & illicitum eſſe, vt proximè dicam *num.7.*

6 Porrò hîc non agitur de fructibus rerum legatarum, vt ſunt agri, vineæ, domus gregis, & id genus, quæ fructus ferunt. Hos enim poſt moram deberi conſtat *ex l.3.in princ. & l.14. ff.de vſur. l.15.quæſt.26. de leg.3.l.39.§.fructus.de leg.1. & d.l.1. & vlt. C.de vſur. & fructib. legator.* quod tradit Simon de Prær. *de interpr. vltim. volunt. lib.5. dub.2. num. 237.* & tractat Stephan. Gratian. *diſcept. lib.2. cap.250.* & Ioann. Copus *de fructib.lib 2. tit.3. cap.3. & 4.* & nos nunc omittimus, quia transgreditur fines quæſtionis, quam propoſui. Vt etiam hîc non quærimus, an poſt moram in ſoluendis legatis factam hæres teneatur ad id quod legatarij intereſt, ſiquidem inter omnes conſtat hæredem teneri, & ita multi docent apud eund. Simon. *eod.loc.num.246.* tametſi controuerſum ſit, à quo tempore hæres moram facere videatur, vt tractat Theſaur. filius *quæſt. forenſ. lib.4. quæſt. 25.* quæ, quia altiorem indaginem deſiderant, non eſt animus nunc attingere.

Tertius caſus eſt, cùm teſtator certam pecuniæ quantitatem alicui relinquit, & quoad ſoluatur, iubet hæredem ſuum dare legatario ſex vel ſeptem annua pro ſingulis centenis: & hoc caſu ſi legatarius cui liberum eſt ſortem petere, dulcedine reditus differat exactionem quantitatis legatæ, & annuam illam præſtationem exigat, fœnus exercere cenſetur. Quamuis enim ex iure ciuili legatum non improbetur etiam quoad vſuras intra legitimum modum, vt conſtat ex *d.l.3.§.vlt.ff.de ann.& menſtr. leg.* nunc tamen quia vſuras iure naturali, & diuino improbari conſtat, legatum quoad vſuras inutile eſt, & ſi quid hoc titulo exactum eſt, ſorti imputatur, vt ibi Bartolus docet, *in l.cum ſtipulari in fin. de verb. obligat.* Baldus, Salic. Alex. & alij quos ſecutus eſt Didac.Couarr. *d. cap.1. num. 9.* Franciſc. de Cald. *d.cap.29. num.33.* vbi rectè notat nunc nullum eſſe licitum modum vſurarum. Peregrin. *de fideicomm.art.11. n.78.* Franciſc. Hieron. Leo. *in dec.14.num.22. & 32.* & Roderic. *d.quæſt.6. n.9. & 16.* vbi poſt multa ſubiicit hanc clauſulam: *Nihilominus non audeo à communi recedere eo caſu, quo legatarius poteſt ſortem exigere, tunc enim cùm ſit electio legatarij petere ſortem, vel data dilatione reditum ſortis quamuis illud capiat ex iudicio, & voluntate teſtatoris, videtur reditus vſurarius, & ſorti imputandus ex eo quia quamuis creditor nihil à principio cum teſtatore pepigerit de vſuris, nihilque extorſerit, tamen dum eligit ſortis exactionem differre, videtur eam breui manu recepiſſe, & hæredi ſub vſuris mutuare.* 7

Ex quibus ſequitur non ſubſiſtere argumentum Feliciani aliud ſentientis *in d. cap.5. num. 5.* quia licet in hac ſpecie creditor nihil numeret, nihil extorqueat, penſionem tamen recipiens tacitè videtur paciſci, vt hæres pecunia vtatur, & pro illius vſu reditum annuum præſtet, & cum id ex ſolo tempore tardæ ſolutionis tacitè extorqueatur, iſtiuſmodi reditus vſura eſt, & nihil diſtat ab vſura. Etenim hac ratione fit, vt quantitas legata in pecuniam creditam vertatur, quod facile fieri poteſt *l.9. in fin. & l.15 ff.de reb. cred.* & lucrum extorqueatur ex mutuo, quod eſt illicitum, & vſurarium. Et in his terminis hæres non vtitur pecunia ex ſola voluntate, & iudicio teſtatoris, ſed etiam ex voluntate legatarij, qui poteſt exigere. Quamobrem hinc etiam corruunt, quæ ſcribit Auendan. *in d. cap. 3. num. 14. & 15.* & refelluntur argumenta ſanè multa, & vrgentia Friderici Martin. *in lib. de iur. cenſ. cap.3. num.54.* hoc caſu aduerſus receptam ſententiam opinantur vſuram non committi, & Duardi, qui totum Auendanium, & Fridericum ſecutus eſt *in d. quæſt. 26. num. 4. & 42. & ſeq.* Nam licet hæres dum reditum præſtat videatur exequi voluntatem teſtatoris, & legatarius, qui reditum capit, id titulo donationis à teſtatore factæ capere videatur, Fridericus ait, † tamen in 9 hac ſpecie hæres dum differt ſolutionem ſummæ legatæ, & penſionem ſoluit, non ſolùm voluntatem teſtatoris ſequitur, ſed etiam ſuam, quia mauult pecunia vti & interim pati vſuras: & legatarius, qui poteſt exigere ſortem legatam, & reditum ſortis capit, non tam eam capit iudicio teſtatoris quàm ſuo, & dulcedine reditus: & proinde cùm hîc concurrat hæredis, & legatarij conſenſus, & tacita quædam conuentio de retinenda pecunia, & interim pro ratione ſortis, & temporis annuo reditu præſtando, donec pecunia ſoluatur, conſequens eſt hîc mutuum deliteſcere, & incrementum illud pro vſu, & retentione pecuniæ dependi, quod nullis argutiis ab vſuraria prauitate defendi poteſt. 8

10 Neque turbare debet, quod ait Duardus *loc. cit. num.*43. & 44. *ex d.l.*3. §.*vlt.* conſtare legatum etiam quoad vſuras validum eſſe: & Vlpianum hoc loco nomine vſurarum intelligere id quod legatarij intereſt ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, & ita re vera reſpondere Felician.*loc.cit.* Nam verum quidem eſt *in d.* §.*vlt.* definitum eſſe legatum etiam quoad vſuras valere, vſque ad earum legitimum modum: ſed eo iure, quod tunc obtinuit, id eſt iure ciuili, quo vſuræ licitæ videbantur. Proinde cum nunc alio iure vtamur eo ſcilicet quo omnis vſura interdicta eſt, conſequens eſt legatum quoad vſuras non valere, vt receptum
11 eſt. † Neque ferendum eſt, quod Duardus tentat nomine vſuræ hoc loco accipi id quod intereſt, quia manifeſte refellitur ex eo quod Vlpianus addit, *ſed in vſuris eatenus debet valere, quatenus modum vſurarum non excedit*, Nam id quod intereſt non ſeruat modum vſurarum *l.*2. §.*vlt. de eo quod cert. loc. l.vlt. ff.de peric. & comm. rei vend.* ideoque hic locus de vera, & propria vſura accipiendus eſt. Quod Auendanius negare non potuit *loc.cit. num.*19. vbi merito hac in re Felicianum reprehendit. Cum ergo hic locus de vera vſura ſit, conſequens eſt correctum eſſe, & nunc quoad vſuras legatum non valere.

12 Denique non obſtat, quod aduerſus Bartolum obiicit Caſtrenſis *in l.*1. *num.*14. *C. de ſumm Trinit.* & aliis in locis licere teſtatori pro implenda ſua voluntate pecuniariam pœnam inferre hæredi, & quibus voluerit, ſi minus diſpoſitionibus ſuis hæres vel alius, cui aliquid relictum eſt, paruerit *ex l.*1.*C.de his quæ pœn.nom.* & proinde in pœnam moræ infligere poſſe vſuras hæredi, quo ad præſtiterit legatum. Nam reſpondeo teſtatorem nihil in teſtamento conſtituere poſſe, quod legibus interdictum ſit, *vt indicat d. l.*1. *C.de his, quæ pœn. nomin.* quam Caſtrenſis habebat ante oculos, vnde cùm iure canonico, quod nunc obtinet antiquato iure ciuili, vſuræ prohibitæ ſint, non licet teſtatori eas inducere, quia nullum huius infeliciſſimi compendij veſtigium relinqui debet, vt ait Accurſius *in l.*90. *ff. de verb. oblig.* & memini alio loco me adnotaſſe. Quod etiam non obſcure innuit Vlpianus, dum ait legatum quod attinet ad vſuras valere, quatenus modum vſurarum non excedit. Nam vt non potuit olim teſtator maiores vſuras infligere, quàm iure ciuili permiſſum fuit *in l.eos.* §.1. *C.de vſur.* cùm nemo poſſit cauere, ne leges in ſuo teſtamento obtineant *l.*55.*ff.de leg.*1. ita nec hodie poteſt cauere, ne conſtitutiones Pontificum in ſuo teſtamento locum habeant, quibus vſuræ etiam intra modum iure ciuili definitum prohibitæ ſunt. Alioquin admiſſa Caſtrenſis ſententia nihil referret, an vſuræ, quas teſtator præſtari iubet modum legitimum excederent, vt rectè notat Caniſ. *loc. cit.* quod tamen nec etiam iure ciuili teſtatori permittitur. Quamobrem nihil proponitur, cur à communi ſententia recedamus.

13 Et hæc recepta inter iuris authores definitio locum habet, etiamſi reditus relictus ſit creditori, quo ad ſcilicet permiſerit hæredem illa pecunia vti, vt multi docent apud Peregrin. *d.art.*11. *num.*78. Roderic. *loc.cit.* & Griuell. *in d. dec.*149 *num.*9.& 16. admiſſa hic etiam fictione breuis manus. Et proinde ſi maritus leget vxori annuam penſionem, quandiu dotes non repetierit, ſi mulier differat exactionem dotis, & reditum exigat, vſuram exercet, & id quod exigit ſorti imputare cogitur, vt docuit Anchar. *in conſ.*93. Campeg. *de dot.par.*2.*quæſt.*13. Purpur.*in l.rogaſti.* § *ſi tibi.num.*28. *ſi cert.pet.* Couarr. *loc.cit. num.*9. & Vgolin. *in lib.de vſur. cap.*64. *num.*1.& ſecundum hanc ſententiam reſpondit Menoch. *in conſ.*441. *n.*26. vbi alios plures refert. Ita etiam cenſuit Rota poſt Statil.Pacif. *in dec.*151.

14 Declaratur tamen hic caſus, vt locum non habeat, ſi legatarij vel creditoris tantundem interſit, vel ob lucrum, quod amittit, vel ob damnum quod patitur ob pecuniam ſua die non ſolutam. Vt enim in naturali, & vero mutuo paciſci licet de certa quantitate præſtanda pro eo quod intereſt, modo verè interſit, vt tractatum eſt in magno Auditorio Rotæ Romanæ coram Cardin. Lancelloto *inter collectas* à Farinac. *dec.*331.& 372.*par.*3.& tradit diligenter Gratian. *cap.*387. & nos diximus *quæſt.*72. ita in hoc tacito, & ciuili mutuo licet quid annuum exigere pro eo quod vere intereſt ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, vt iidem auctores docent locis citatis, & Couarr. *d.cap.*1.*n.*9. *verſ.quod ſi legatarius.* & Ioann.Bapt Lup. *de vſur.comment.* 1. §.4.*num.*24 Plot.*de in lit.iuran.*§.11.*num.*28. & 29. & Fachin. *lib.*6.*cap.*72.

Quartus caſus eſt, cùm teſtator certam pecuniæ quanti- 15
tatem legat, & niſi ea certo die præſtetur, aliud quid veluti decem ab hærede præſtari iubet nomine pœnæ. Et hoc caſu ſi hæres moram fecerit, licitè pœna exigitur, vt videtur Feliciano *in d.cap.* 5. *num.*4. & Roderic. *d. quæſt.*6. *num.* 10. Et videtur probari *ex d.l.*1. *C. de iis, quæ pœn. nom.* quæ ait *liberum eſſe teſtanti pro implenda ſua voluntate pecuniariam pœnam inferre, quibus voluerit.* Quòd etiam ex eo patet, quia in vero, & aperto mutuo, in quo facilius, quàm in aliis contractibus vſura præſumitur, vt tradunt Aretin. *in l.interpoſitas.C.de tranſact.* Alex. *in l. ſingularia.num.*18.*ff.ſi cert.pet.* & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuect. lib.* 8. *tit.*24. *num.* 18. ex multorum ſententia pœna adiici poteſt, quo faciliùs penunia debita ſoluatur. Quæ eſt ſententia Innocent.& Abbat.*in c.ſuam.de pœn.* Guid.Pap.*in lib.de vſur. n.*77. & Theologorum fere omnium apud Salas *de vſur. dub.*21.*n.*
2. Illudque verum eſſe, etiamſi creditoris nihil interſit, & 16
nullum ex mora damnum patiatur, † quia aliud eſt intereſſe, aliud pœna *l.*38.*ff.de recept.arb.l.*3.& *l.*38. §.*alteri.ff.de verb.oblig.* & tradit nulla lege citata Vgolin. *in d lib. de vſur. cap.*8. §.10. *num.*1.*verſ. hæc autem concluſio.* ergo multo magis id in legatis recipiendum eſſe, in quibus non tam facilè fraus præſumitur *l.ex hoc edicto.* §.1. *ff.de alien. iud. mutan. & arg.l.vlt.C.ad l.Iul.repet.* & notat idem Roderic.*loc.cit.*

Sed hic caſus in dubium reuocari poteſt ex iis, quæ diximus *quæſt.*38. nimirum pœnam, quæ adiicitur quantitati, cenſeri adiectam in fraudem vſurarum *l. cum allegas C. de vſur. & l.Iulianus.* 14. §.*ibidem.ff.de act. empt.* Quod vt non licet in contractibus, ita nec in teſtamentis *l.quæ de legato. de leg.* 1. Qua ratione quidam ſimpliciter ſentiunt legatum,
quoad pœnam non valere, vt Caniſius *loc.cit.*† Et nihilo- 17
minus admiſſo nunc id teſtatori licitum eſſe, declaratur, vt locum non habeat, ſi pœna tractum ſucceſſiuum habet, & committenda eſt per dinumerationem dierum, & menſium, quamuis contrarium ſentiat Felicianus *loc.cit. num.*5. Nam licet hoc caſu hæres damnatus ſit reditum ſoluere ſub nomine pœnæ, verè tamen vſura eſt, vt docuit Bart. *in d.l. cùm ſtipulati in fin. de verb. oblig.* Bald. *in d.l.cum allegas. num.*13. Socin. *in l.*2. *num.*10. *ff.de his quæ pœn. nom.* Purpurat. Cagnol. & alij qui recenſentur poſt Statil. Pacific. *dec.*159.*num.*12. quod etiam placuit Couarr. *in d.cap.*1. *n.*9. Cranet. *in conſ.*693. *num.*18. vbi ait id conſtare inter Doctores, Franciſc. de Cald. *d. lib.de empt. cap.*19. *num.*32. & Roderic.*in d.quæſt.*6. *n.*10. vbi refert hanc ſententiam communem eſſe, & meritò. Etenim quicquid accedit ſorti, vſura eſt, quod velis nomen imponas *c.plerique* 14. *quæſt.*3. & quod ex vna cauſa debetur, in mutuum conuertitur, veluti ſi permittam te mea pecunia vti *l.certi.*9 §.*vlt.& l.quod ſi.ff.de reb.cred.* & proinde dum legatarius differt exactionem quantitatis legatæ contentus illa annua pœna, & illectus dulcedine iſtius lucri in dies excreſcentis, quæ eſt natura fœnoris, & vſuræ, videtur quantitatem legatam mutuò dare, & pœnam illam ex mutuo capere ob dilatam exactionem, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis atque ita vſuram committere.

Quintus caſus eſt, cùm legatum alternatiuum eſt, nempe cùm teſtator centum legat, vel ſeptem annua, & hoc caſu quia reditus æquè principaliter in legato eſt, & in obligatione: & in poteſtate hæredis eſt vtrum ſoluat, nulla vſuræ ratio hîc intelligi poteſt. Tunc enim de vſuris quæritur, cùm reditus accedit quantitati legatæ, non autem cùm ipſe reditus principaliter relictus eſt. Et ita ſenſit Bald. *in d.l.*1. *num.*38. *C.de his quæ pœn. nom.* quem ſecutus eſt Socin. ſen. *in conſ.*41.*num.*8.*lib.*4. Menoch. *in conſ.*441. *num.*15. Vgolin. *in d.cap.*64. *num.*2. *verſ. excipio tamen.* Peregrin. *in d.art.* 11. *n.*78. Carol.de Graſſ. *except.*28.*n.*45. Caniſ. *d.cap.*1. *de vſur. num.*24. Auendan. *d.cap.*3. *n.*8. & quod magni ponderis eſt, ita cenſuit Rota inter *dec.Farinac.par.*1.*dec.*85.*num.*8.

Sextus caſus eſt, quando penſio annua relicta quidem eſt 19
in conſequentiam quantitatis legatæ, ſed tendit ad compenſandum

penſandum onus, vel aliud quidpiam, quod legatario debetur: veluti ſi teſtator leget filio ſuo mille pro legitima, & donec hæres ſoluerit annua quinquaginta. Hoc enim caſu penſio non minuit ſortem, quamuis accedat ſorti, quia filio fructus legitimæ debeotur à die mortis patris *l. Papinianus. §. vnde ſi quis. ff. de inoff. teſtamen.* & omnes conſentiunt apud Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, num.* 270. *C. de reuoc. donat.* Petegrin. *de fideicomm. art.* 36. *n.* 60. Aoton. Faber *in ſuo C. tit. de vſur. & fruct. legat. def.* 1. *&* 12. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 3. Griuell. *in dec.* 98. *num.* 1. & Rot. *in d. dec.* 85. *n.* 2. quæ etiam extat poſt Staril. Pacific. *dec.* 286. & nouiſſimè Franciſc. Cenſal. *ad Peregrin. loc. cit. fol.* 180. *in fin.* & proinde poteſt teſtator damnare hæredem, vt quoad legitimam ſoluerit, annuam penſionem præſtet loco fructuum.

20 Neque mouere debet, quod in hac ſpecie legitima non relinquitur in corporibus, & bonis hæreditatis, ſed in quantitate pecuniæ, quæ ſterilis eſt, nec poteſt referre fructus, quia hoc caſu vſuræ debentur loco fructuum, quos filius percepiſſet, ſi legitimam habuiſſet in prædiis, vt reſpõdit Alex. *in conſ.* 69. *circa fin. lib.* 1. quia inquit, cùm hæres retineat bona hæreditaria, & fructus ex iis percipiat, æquum eſt, vt vſuras præſtet, quoad quantitatem legatam ſoluerit, ne rem, & pretium habeat, *l. curabit. C. de act. empt. & l. Iulianus. §. ex vendito. ff. eod.* Quem ſecuti ſunt Ozaſc. *in dec.* 143. *num.* 3. Ioann. Bapt. Lup. *in d. comment.* 1. §. 7. *in fin.* & Ludouic. Bellus, Auen. *in conſ.* 199. *num.* 8. Porrò hæc ſententia ſupponit
21 in hæreditate eſſe Prædia fructifera. † Nam ſi ponamus nihil eſſe, quod referat fructus, ſed gemmas dumtaxat, aurum, argentum, pecuniam, merces, & alia id genus, inutile eſſet legatum quoad vſuras *l.* 3. *in fin. ff. de vſur.* nec poſſet filius annuam penſionem exigere, niſi eius aliunde intereſſit. Neque enim huiuſmodi vſuræ, vel penſio cederent in compenſationem fructuum, qui nulli hoc caſu debentur, vt iudicatum eſt apud Griuell. in *d. dec.* 98. *n.* 2. & ſentire videtur Bellus *loc. cit.* & probari poteſt ex bis quæ diximus *quæſt.* 27. *num.* 36.

22 Conſequenter his ſi teſtator leget filiæ ſuæ mille pro dote, & iubeat, vt quandiu hæres poſt nuptias ſolutionem diſtulerit, ſoluat ſexaginta annua, penſio hæc licitè exigitur, nec minuit dotem, quia etiam ceſſante diſpoſitione teſtatoris id paciſci licet marito, qui ſuſtinet onera matrimonij vt dixi *quæſt.* 28. & vſuræ debentur etiam ſine pacto ex natura promiſſionis dotis, vt cenſuit Rota apud eund Farin. *in dec.* 251. *in fin. par.* 1. & Præſes Faber *in d. tit. de vſur. & fruct. legat. defin.* 8. & in hac ſpecie Roderic. *in d. quæſt.* 6. *num.* 21. qui etiam ſubdit idem eſſe, cùm legata eſt pecunia negotiatori ad negotiandum, quod tamen ita demum admittendum eſſe puto, ſi veriſimile eſt illum ex pecunia legata tantundem lucraturum fuiſſe.

23 Septimus caſus eſt, quando ad certum tempus reditus & annua quantitas tantùm peti poteſt, vt ſi teſtator centum legat ſoluenda poſt decem annos, & interim annua ſex, vel ſeptem: & hìc etiam nullam vſuram eſſe plerique cenſent, vt Socin. ad *d. l.* 2. *num.* 7. *ff. de his. quæ pœn. nom.* vbi refert ſecundum hanc ſententiam Romæ fuiſſe iudicatum. Cagnol. *in l. curabit. num.* 14. *C. de act. empt.* Ripa, & Alciatus, quos ſecutus eſt Ioann. Bapt. Lopus *in d. comment.* 1. §. 4. *num.* 8. Roderic. *in d. quæſt.* 6. *num.* 23. Felician. *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 6. Surd. *in lib. de aliment. tit.* 8. *q.* 29. *n.* 6. & egregiè *in conſ.* 23. *n.* 4. *lib.* 1. Fr. de Cald. *de empt. & vend. c.* 29 *n.* 31. Binsfeld. *in d. c. ſuper eo. de vſur. q.* 3. *concl.* 6. Ioſeph de Seſſe *in dec.* 68. *n.* 36. *&* 43. Carol. de Graſſ. *loc. cit. num.* 46. Caniſius *in d. cap.* 1. *num.* 25. & Hieron. Franciſc. Leo *in d. dec.* 14. *num.* 10. & hæc opinio communis eſt, & probatur multis modis, & præſertim quia hic nulla mutui ratio fingi, vel intelligi poteſt. Nam vt in hoc genere vſura committatur, neceſſe eſt, vt pecunia legata in mutuum conuertatur ex tacita, vel expreſſa conuentione creditoris, & debitoris fictione breuis manus, vt dictum eſt, quod hìc fieri intelligi
24 non poteſt, † quia vt id fiat, neceſſe eſt, vt adſit conſenſus vtriuſque, vt conſtat ex *d. l. ſingularia*, illis verbis: *& conuenerit, vt crediti nomine eam pecuniam retineas. & l.* 37. *ff. de reb. cred.* cuius verba ſunt: *Hoc enim niſi inter conſentientes fieri non poteſt*, & ibi Zaſius in *fin.* & ex *l. qui negotia* 34. *ff. mand.* vt enim mutui datio, quæ contractus eſt, ſine vtriuſque conſenſu conſiſtere non poteſt *l.* 1. *ff. de pact. l. conſenſu. ff. de act. & oblig. l. non omnis. ff. ſi cert. pet.* ita etiam vt quantitas legata in mutuum conuerti poſſit, exigit vtriuſque conſenſum, hæredis ſcilicet, & legatarij tacitum, vel expreſſum, qui in his terminis interueniſſe deprehendi non poteſt: aut ſaltem nihil eſt, cur id fingere, aut ſuſpicari debeamus. Neque enim opus eſt hæredi, legatum in mutuum cõuertere, vt pecunia vti poſſit, quia id ei intra illud tempus ex teſtamento licet, neque cogitur legatarius conſentire, vt hæres crediti nomine pecuniam retineat, vt penſionem annuam conſequatur, quia illam capit ex iudicio & voluntate teſtatoris: nec intelligitur legatarius in mutuum conuertere, quod extinguere non potuit: & dilationem concedere hæredi, qui nondum tenetur ſoluere. Denique non poteſt fingi breui manu legatarium recepiſſe, quod non poteſt exigere; † nec hìc datur, vel recipitur dilatio, propter quam 25
inducitur vſura, vt ait Surdus *in d. quæſt.* 29. *num.* 6. & rurſus *in d. conſ.* 23. *num.* 6. & Ioſeph de Seſſ. *in d. dec.* 68. *num.* 43. Ex quibus patet non ſubſiſtere argumentum Vgolin. *in d. cap.* 64 exiſtimantis in hoc legati formula mutuum intercedere, quia verius eſt nullum mutuum fieri, ſed eſſe, & durare merum legatum annuum, quandiu legatarius ſummam legatam exigere non potuit. Sanè ſi lapſo tempore intra quod legatum petere non potuit, dulcedine lucri, & cùm eius nihil intereſt, in exactione reditus perſeueret, res ad tertium caſum pertinet, in quo dicimus *num.* 7. vſuram committi.

Octauus caſus eſt, quando legatum principale nunquam peti poteſt, ſed tantùm reditus, & hoc caſu legatarius reditum accipiens vſuram non capit, ſed reditum perpetuum, & iure permiſſum, quandiu ſors ſoluta fuerit. Quod docuit Ripa in *l. nemo poteſt num.* 23. *ff. de leg.* 1. Couarr. *in d. cap.* 1. *num.* 9 *in fin.* Ioann. Bapt. Lup. *in d.* §. 4. *num.* 15. Menchac. *de ſucceſſ. creat lib.* 1. §. 9. *n.* 24. Felician. *d. cap.* 5. *num.* 3. His conſentit Roderic. in *d. quæſt.* 6. *n.* 7. qui ait falſam eſſe contrariam ſententiam, quia hic non datur mutuum, nec pactio, neque negotiatio aliqua legatarij, & proinde hunc caſum longè abeſſe à terminis vſuræ, ſed eſſe reditum perpetuum, qui certâ ſummâ extingui poteſt. ita Roderic. *eo loc* qui procul dubio profecit ex Feliciano *loc. cit.* cuius verbis vſus eſt, & nomine abſtinuit. Et hunc caſum probatũr etiam Griuell. *in d dec.* 149. *n.* 10, & Franciſc. de Cald. *in d. c.* 29. *n.* 31. 26

Et licet Menoch. *in d. conſ.* 441. *num.* 23. exiſtimauerit ita demum in hoc genere legatarium licitè, & ſine vſura penſionem recipere, ſi hæredem interpellauerit ad ſolutionem, & diligentiam adhibuerit in exigendo legato: nulla verò adhibita diligentia vſuram committere: illius tamen diſtinctio non placet: & verius eſt etiam nulla facta diligentia, & ſine vlla interpellatione reditum hunc ſine vſuræ crimine percipi à legatario. Nec enim hìc habenda eſt ratio diligentiæ, quæ nihil profutura eſt, cùm hæres non poſſit cogi ſummam legatam ſoluere, & penſionem extinguere: nec legatario nocere debet, quod legatum non petierit, cùm nulla illi ſit ad illud actio, vel petitio. Et vt non excluditur vſura ex eo quod quis diligentiam adhibuerit in recuperanda ſorte, ita nec inducitur ex eo quod quis fuerit negligens in ea petenda, quia exactio ſola conſiderari debet, quæ fit ob officium dilationis ſiue diligens, ſiue negligens creditor fuerit. Nec negligentia creditoris ingreditur rationem vſuræ, nec interpellatio excuſat ab vſura, ſed tantùm prodeſt, vt debitor in mora conſtituatur, ſi congruo loco, & tempore fiat, *l. mora. ff. de vſur. l. magnam. C. de contrah. ſtipul.* ita vt non immeritò Menochij rationes nullas eſſe, nec tollere exiſtentem vſuram dixerit Vgolin *loc. cit.* & modeſtius Frideric. Martin. *de iure cenſ. cap.* 3. *num.* 37. diſtinctionem doctiſſimi viri ſibi non probari. 27

Sed Vgolinus ſentiens nihilominus hoc caſu vſuram committi alia ratione vtitur, nimirum cùm teſtator ita legat, perinde eſſe ac ſi iuberet legatarium relinquere hanc quantitatẽ apud hæredem mutui nomine: nec coniecturam aliam hic fieri poſſe, ex quo voluit hæredem pecuniam hanc retinere, cùm hic depoſitum intelligi non poſſit *arg. l. certi condictio. § vlt. & l. quod ſi. ff. ſi cert. pet.* vnde relictum huiuſmodi hac ratione fit mutuum, & proinde, quia quoad ſoluatur, 28

certum

certum annuum dependitur ob dilationem, vſura committitur. Ita Vgolinus, quod non placet, Nam verius eſt hîc nullum mutuum contrahi: & ita nulla neceſſitas, aut ratio, cogit vt fingamus hîc mutuum eſſe contractum ſecundum ea quæ dicta ſunt in præcedenti caſu. Non quidem inter teſtatorem, & legatarium inter quos donatio dumtaxat, & liberalitas intercedit. *l.36. de leg.2. & inſtit. de leg. in princ.* quæ arbitrio teſtatoris reuocari poteſt *l.14.ff.de adm. leg.l.22.de leg.3.l.cùm hic ſtatus.§.ait oratio, ff.de donat.inter.vir. & vxor.* Nec etiam inter hæredem & legatarium mutuum contrahitur, quia hæredi nihil à legatario conceditur: nec hæredi opus eſt legatum in creditum conuerti, vt pecunia vti poſſit, cùm id in eius poteſtate ſit poſitum: & legatarius nihil dat, nihil paciſcitur: eius denique nulla conuentio, nulla negotiatio: & licet penſionem recipiat, non tamen eam capit tanquam lucrum, & mercedem officij mutui dationis, ſed tanquam legatum ex liberalitate teſtatoris, qui ſic iuſſit, & ex voluntate hæredis, qui penſionem præſtare maluit, quàm legatum ſoluere. Et comperi deinde idem ſenſiſſe Frideric. Martin. *in d.cap.3 num.50.* qui poſt multa ad hanc ſententiam confirmandam ita ait. *Si in caſu propoſito committitur vſura, aut committitur ratione teſtatoris, aut ratione hæredis, aut denique ratione legatarij. Non ratione teſtatoris, is enim ex mera liberalitate legatario alternatiuam facit donationem: non ratione hæredis, nam is quod à Teſtatore eſt diſpoſitum, ſibique iniunctum exequitur; non denique ratione legatarij, is enim hæredi nihil mutuo dedit, ſed quod à teſtatore ex mera liberalitate ſibi eſt donatum, ab hærede accepit.*

29 Præterea cùm non poſſit legatarius vllo modo quantitatem illam exigere, legatum in effectu alternatiuum eſt, in quo vſura intelligi non poteſt, vt iidem auctores tradunt Didac Felician.Roderic.& Franciſc.de Cald.omnes Hiſpani *loc.cit.*Caniſ.*in d.cap.1.num.14.*& ipſe Vgolin.*loc.cit.verſ.excipio tamen,* & ante illos docuit Baldus *in l.1.n.38.C.de his quæ pœn.nom.*quia inquit, de natura vſuræ eſt multiplicatio obligationis non alternatio. Quod etiam placuit Rotæ coram Orano poſt Statilium *in d.dec.159.num.11.* qui quod magis eſt, loquitur in terminis præcedentis caſus.

Denique inutile eſſet legatum, quia nec poſſet legatarius ſummam legatam exigere ab inuito, cùm ius ſuum à teſtatoris voluntate pendeat, quæ fuit, ne hæres inuitus ſortem legatam ſoluere cogeretur: nec penſionem, ſi vſuraria eſt, & illicita, cùm omnis vſura diuinis legibus prohibeatur *c.con-*

30 *ſul.de vſur.*† Et licet Vgolin.putet hoc caſu iudicē diē præſtituere poſſe hæredi ad ſoluendum legatum arbitrio boni viri, & pro facultatibus patrimonij *arg. d. l.1. C. de his quæ pœn. nom.* nihil tamen eſt, cur hoc incommodo hæres afficiatur, vt cogatur inuitus quantitatem illam ſoluere, & vſu illius pecuniæ priuari aduerſus iudicium teſtatoris. Nec tantùm eſt tributum iudicibus, vt poſſint legitimas teſtantium diſpoſitiones euertere nihil repugnante *d.l.1. C.de his quæ pœn. nom.* quia hîc tantùm conſtitutum eſt ea legata relicta alteri pœnæ nomine, ſi quis non fecerit, quod eſt impoſſibile, vel illicitum, vel probroſum, non valere, & non adimi hæredi, vt explicat Cuiac. *ad hunc tit.* quod vix ad hanc rem trahi poteſt. Nam ex hac conſtitutione in iis caſibus remanet legatum hæredi, licet voluntati teſtatoris non paruerit, & iubet lex, ne legatum perueniat ad legatarium, qui pœnæ nomine relictum eſt: Vgolinus verò vtitur hac lege, vt lega-

31 tú perueniat ad legatarium, & auferatur hæredi. † Denique cùm poteſtas hæredi eſt, vtrum velit, ei non eſt auferenda *l.21.ff.de vſu, & vſufr.legat.* ſed in hac ſpecie omnes tradunt electionem eſſe hæredis reditum ſoluere, vel redimere, neque poſſe cogi ad ſolutionem quantitatis legatæ, vt Baldus *loc. cit.* Didac.*in d.cap.1.num.9* Roderic.*in d.quæſt.6. n.7.* & Rota *in d.dec.159.num.10.*ergo non poteſt iudex illi hanc electionem auferre, & conſequenter non poteſt illi præſcribere diem ad ſoluendum, vt Vgolinus putat. Quare dicendum eſt hunc caſum ab omni fœnore alienum eſſe.

32 Nonus caſus eſt, quando teſtator certam quantitatem legat in tot bonis hæreditatis præſtandam, & quo ad præſtetur, in ſingulos annos certum aliquid annuum loco fructuum. Et hoc caſu, cùm non ſimpliciter pecunia, ſed bona ſint in obligatione, & ideo datione bonorum in ſolutum hæres liberetur *l.ſi quis.57.* & ibi Bart.*num.3.ff.de ſolut.* reditus huiuſmodi non eſt vſura, ſed vicem fructuum obtinet quos legatarius ex bonis percepiſſet, vt docet Alciat. *in l.nemo poteſt num.10.de leg.1.*& reſpondit *in conſ.8.n.5.& 6. lib.1.* Menoch.*in d.conſ.441.num.32.* & Vgolin.*loc.cit.num.2.verſ.ſecundo excipio.*

Idémque eſſe puto, ſi is cui legata eſt quantitas pecuniæ ſoluenda in tot bonis patrimonij teſtatoris, conueniat cum hærede de certo annuo reditu, donec ſumma illa ex bonis hæreditatis ſibi ſoluatur, quia & hoc caſu reditus eſt loco fructuum, quos legatarius ex prædiis percipere potuiſſet. Quare hoc genus à fœnore remotum eſt, nec continentur edicto illo Principis noſtri de contractibus vſurariis corrigendis. Quod probatur, quia cùm hæres bonis fruatur, æquiſſimum eſt eum reditum annum præſtare pro modo fructuum *l.curabit.& l. Iulianus.§.veniunt.de act.empt.*exemplo emptoris, qui re non tradita pretium numerauit, & ſoluit. Nam vt poteſt emptor cum venditore paciſci de certa annua quantitate præſtanda loco fructuum, ſi is recepto pretio rem retineat, & percipiat fructus, vt aliis auctoribus citatis tradit Ioann. Bapt. Coſta *de ration. rat.quæſt. 91. num. 8.* ita prorſus id legatario licere dicendum eſt, qui hac in re emptori ſimilis eſſe videtur. Atque etiam quia ſi hæres moram faceret in dimittendis prædiis vſque ad quantitatem legatario relictam, teneretur ad id quod intereſt *l.cum fundus 31.ff.ſi cert. pet. l.114.ff.de verb. oblig.* & conſequenter ad fructus *l.1. & 4.C.de vſur. & fruct.legat.* Quod tamen intelligo niſi forte penſio eſſet immodica, & magis accederet ad vſuras, quæ in regione frequentantur, quàm ad fructus bonorum. Hoc enim caſu legatum videretur in mutuum eſſe conuerſum ex his, quæ in re ferè ſimili diximus *q.27.n.44.* & ex Barbat.*in conſ. 57.n. 3.lib.1.* vel ſaltem penſio iniuſta eſſet, quatenus excederet veriſimilem rationem fructuum. 33

Decimus, & vltimus caſus eſt, cùm teſtator certam pecuniæ quantitatem legat, & iubet eam ſtatim, vel intra aliquod tempus in emptionem prædiorum, locorum montium, vel annuorum redituum conuerti ad vtilitatem legatarij, & quo ad id fiat, heredem annua ſex vel ſeptem legatario præſtare pro ſingulis centenis. Et hoc caſu ſi hæres teſtatoris voluntatem implere differt, poteſt legatarius penſionem exigere, nec eam ſorti imputare cogitur, perinde enim eſt, ac ſi reditus, vel loca montium aut prædia relicta fuiſſent, vt tradit Stephan.Gratian.*diſcept. forenſ.lib.2. cap.400.num.5. & 38.& lib.5.cap.910.n.26.& 27.*Statil.Pacific.*de Saluian.interd. inſpect.3.cap.4.num.387.* & ſecundum hanc ſententiam iudicatum refert Franciſc.Hieron.Leo.*in d.dec.14.*& cenſuit Rota poſt eundem Statil.*in d.dec.159.*quam iidem Statilius, & Gratianus probant *locis citatis,* & Sigiſmund.Scaccia *de commerc.§.7.gloſ.5.num.55.* extatque etiam poſt tractatum Merlini *de legit. dec.29.* & inter collectas à Farinatio *dec.85. lib.1.* 34

Sed quod hîc Rota cenſuit damnandos heredes ad præſtationem fructuum pecuniæ legatæ, temperamentum recipere videtur, vt ex eo die dumtaxat teneatur, quo potuerunt reditus annuos, & prædia emere. Nam & id in tutore receptum eſt, cuius argumento Rota vtitur. Nec enim tenetur tutor ad intereſſe pecuniæ pupillaris, quam otioſam, habuit, niſi ex parte pupilli doceatur prædia, vel reditus idoneos venales fuiſſe, quæ tutor emere potuiſſet. Ita enim docuit Bartolus *in l.7. §. ſi poſt.in fin.ff. de admin.tut.* Alex. *in conſ.74.in fin. lib.6.*Surd.*de aliment.tit.9.quæſt.28.num.15.* Roderic.*de ann.redit.lib.3.quæſt.10.num.13.* Montan. *de tutor. & curat. cap.32. num.201.* Iodoc. *in ſuo patrocin. pupillor. cap. de intereſſ. pupillar. num.70.* Munnoz. Eſcubar. *de ratiocin. adminiſt. cap.14.num.6.* & alij apud Ioſeph. Ludouic. *in dec. 67. num.2.*& iudicatum refert Petr. Royzius *dec Lituan. dec.5. n. 447.* & cenſet Rota inter recentiſſ. *dec.177.num.1.par.1.* vbi etiam relatum eſt Rotam hanc opinionem ſequi. † Neque enim facilè præſumitur prædia idonea venalia fuiſſe, vt indicat *l.tutores.24.C.de admin.tut.* illis verbis: *ita tamen, vt ex mobilibus, aut prædia idonea comparentur, aut ſi fortè vt adſolet, idonea non potuerint inueniri.* & Plinius ad Traianum *lib. 10.*ſcribit prædiorū comparandorū? aut nullā aut rariſſimā occaſionem eſſe. Sanè vbi reditus, & prædia paſſim venalia ſunt, 35 36

ſunt, vix excuſari poteſt tutor vel alius, qui pecunias in emptionem prædiorum, aut redituum conuertere debet. Et ita docat Suid. *in d. tract. de alim. tit. vlt. quæſt.* 40. *n.* 56. Ioſeph. Ludouic. *in dec.* 67. *n.* 15. *&* 34. Ioann. Gutierr. *de tut. & curat. cap.* 9 *n.* 23. *&* 37 *verſ. ſed meo iudicio*, vbi refert ita ſe habere conſuetudinem Hiſpaniæ Sigiſ. §. 1. *q.* 7. *ampl.* 8. *n.* 227. & quod magis eſt, ita etiam cenſuit Rota *in d. dec.* 177. quæ loquitur de Tarento vrbe regni Nespolitani præcipua, vt etiam in hac ciuitate facilè inueniuntur, qui reditus, & prædia vendunt ob egeſtatem, & inopiam regionis, quamuis interdum non idonea.

37 Vel ſaltem quia tutoribus ex antiquo iure ciuili conceſſum eſt laxamentum aliquod temporis, intra quod ex pecunia pupillari prædia emerent, vel facerent nomina, nimirum ſex meoſium à ſuſcepta tutela *l.* 15 *ff. de admin. tut.* & duorum menſium à ſingulis ſequentibus annis *d. l.* 7. §. *vſur. eod. tit.* Harmenop. *epit. lib.* 5. *tit.* 11. Cuiac. *ad tit. C. de admin. tut. col.* 3. & Gutierr. *loc. cit. num.* 26. *&* 27. quod tempus immune erat ab vſuris, exiſtimarem hæredibus ſpatium aliquod indulgendum eſſe ad redigendam, & collocandam pecuniam *arg. d. l.* 7. §. *ſi poſt l.* 15. *& l.* 58. §. *pupillo. ff.*

38 *de admin. tut.* idque arbitrio boni viri. † Nam, & in pecunia legata modicum tempus hæredi datur ad ſoluendum iudicis arbitrio *l.* 71. §. 7. *ff. de leg.* 1. cuius verba ſunt: *In pecunia legata hæredi modicum tempus ad ſolutionem dandum eſt, nec vrgendum ad ſuſpiciendum iudicium, quod quidem tempus ex bo-*

39 *no, & æquo prætorem obſeruare oportebit.* † Idque legato ineſſe videtur, etiam cùm ei factum eſt, cui debetur legitima, ſi legatum agnouerit. Vt enim cùm teſtator iubet filio centum dari Romæ pro legitima, ſi filius ante diem quam Romæ peruenire poſſit, centum ſibi ſolui petat, perperam ante diem agit; quia dies tacitè, vel vi ipſa legato ineſt *l.* 3. §. *ſi quis ita. ff. de eo quod cert. loc.* vel ſi ei teſtator leget fructus qui ex aliquo prædio percepti fuerint, expectare debet, donec naſcantur *l.* 83. § 5. *l.* 99 *de verb. oblig. & l.* 1. *in fin. ff. de condit. & demonſtr.* quæ ait huiuſmodi legatis vi ipſa hanc conditionem ineſſe: ita prorſus ſi teſtator centum filio relinquat, quæ iubeat in emptionem prædiorum vel redituum ab hærede conuerti, tempus aliquod legato ineſſe dicendum eſt, intra quod id fieri poſſit, etiamſi legatum pro legitima factum proponatur, filio ſcilicet agnoſcente le-

40 gatum. † Et quamuis teſtator iubeat id confeſtim fieri, adhuc tamen res hæc laxamentum aliquod temporis recipit arbitrio boni viri *l. quod dicimus. ff. de ſolut.* vbi Paulus vulgare illud refert. *Nec enim cum ſacco adire debet.* & *d. l.* 7. §. *ſi tutor. ff. de admin. tut.* & huc pertinet, quod Gutierr. *d. cap.* 29. *num.* 26. ait iuſtum non eſſe tutores ſtatim in id quod intereſt condemnari, ſed lapſo aliquo ſpatio temporis, ſi negligentes fuerint.

QVÆSTIO XIX.

De fructibus legatorum.

SVMMARIA.

1. *Vſura legatorum hodie illicita.*
2. *Fructus legatorum iure debentur.*
   Fructus ſequuntur dominium.
3. *Fructus legatorum poſt moram duntaxat debentur,* & nnm. 44.
4. *Hæres ex ipſo aditionis die legatariis moram facere non intelligitur.*
5. *Minoribus in legatis fit mora ipſo iure.*
6. *Quæ finitur viceſimo quinto anno.*
7. *In legatis mora ex conteſtatione litis, vel interpellatione contrahitur.*
8. *Hæres non tenetur offerre legatum.*
9. *Fructus legatorum reſtituendi non ſunt, niſi poſt moram, ſiue in rem, ſiue in perſonam agatur.*
10. *Dies in legatis non interpellat.*
11. *Dies in contractibus conſtituit in mora.*
12. *Hæres non tenetur reddere fructus, quos ex negligentia legatarij percepit,* & num. 16.
13. L. Hærennius de vſur. *explicatur.*
14. L. quæſitum de acq dom. *declaratur. & n.* 16.
15. *Leges legibus reguntur.*
16. *Fructuum acquiſitio eſt licita, dum iudicio, & voluntate domini percipiuntur.*
17. *Fructus legatorum debentur ante moram, cum res relicta eſt cum fructibus.*
18. *Fructus legatorum debentur ante moram, quando tempus adiectum eſt in gratiam legatarij.*
19. *Tempus in dubio fauore hæredis adiectum præſumitur.*
20. *Fructus legatorum ante moram reſtitui debent, ſi ea fuerit voluntas teſtatoris.*
21. *Hæres fiduciarius fructus reſtituit.*
    Hæres fiduciarius non hæres, ſed quaſi tutor.
22. *Hæres rogatus reſtituere, quicquid ex hæreditate ad eum peruenerit, non tenetur reſtituere fructus.*
23. L. 3 §. cum Pollidius. de vſur. *declaratur.*
24. Et L. Balliſta. ad Trebell.
25. Quicquid *vox non continet fructus.*
26. *Hæres rogatus reſtituere, quicquid ex bonis ſupererit, fructus extantes reſtituere tenetur.*
27. *Vt etiam rogatus reſtituere, quicquid ex hæreditate ſuperfuerit.*
28. *Fructus pendentes tempore mortis teſtatoris continentur legato.*
29. *Vniuerſitatis legatum tranſit cum incremento ad legatarium*
30. *Niſi in diem, vel ſub conditione relictum ſit.*
31. *Legatum pro legitima debentur cum fructibus à die mortis teſtatoris.*
32. *Legatum pro legitima in diem relictum interim non recipit fructus.*
    Filius non poteſt partim agnoſcere, partim improbare iudicium patris.
33. *Legatum pro dote mulieri pauperi relictum debetur cum fructibus, ex Fabro.*
    Cuius tamen definitio in dubium reuocatur.
34. *Dotis ſtipulatio tacitam conditionem habet, ſi nuptiæ ſequantur.*
35. *Legata ſub conditione relicta ea exiſtente debentur.*
36. *Fructus legatorum debentur minoribus ante moram.*
37. *Vt etiam Eccleſiis, & piis locis, & aliis omnibus, qui iure minorum vtuntur.*
    Fatuis, furioſis, & ius ſuum ignorantibus mora fit ipſo iure.
38. *Eccleſiæ, & piis locis debentur legata cum fructibus ex die mortis ſi hæres per ſex menſes diſtulerit teſtatoris voluntatem exequi.*
39. *Rei legatæ fructus non debentur ante moram, licet eſſet propria teſtatoris.*
40. *Hæres non deſinit eſſe bonæ fidei poſſeſſor ex eo, quod ſciat rem legatam eſſe, niſi legatarius agnoſcat, & petat.*
41. *Antonij Fabri dictum aduerſus pragmaticos de fructibus legatorum.*
42. L. 34 ff. de vſuris. *abrogata quoad vſuras.*
    Hodie vſuræ à fructibus ſeparantur.
43. *Fructus rei legatæ, quæ ſterilis ſit, nulli debentur.*
44. *Vſura, & fructus legatorum ab eodem tempore debentur.*

QVA quæ de vſuris legatorum iure ciuili, eadem ferè, & iiſdem locis de eorum fructibus conſtituta ſunt, vt conſtat ex *l.* 3. *ff. de vſur. & l.* 39 §. 1. *de leg.* 1. *& l.* 1. *&* 4. *C. de vſur. & fructib. legat.* eo ſcilicet iure, † quo vſuræ 1
vicem fructuum obtinebant, nec fructus ſeparabantur ab vſuris, vt ait Vlpian. *in l.* 34. *ff. de vſur.* non abs re fortaſſe eſt, poſtquam de vſuris legatorum actum eſt, pauca quædam de eorum fructibus hoc loco dicere illud præmittendo, quod præcedenti quæſtione de vſuris legatorum definitum eſt, eas ſcilicet hodie illicitas eſſe, & iure Pontificio prohiberi ex Bart. Bald. Roderic. & aliis *initio d. præced. q. num.* 1 *&* 2. ad fructus eorumdem non pertinere. † Hi enim 2
optimo iure debentur. Nam cum fructus rebus ipſis accepto ferantur

Digitized by Google

ferantur *l. 18. §. quoties. ad Trebell.* Anton. Gouean. *in l. 89. §. 1. num. 5. ff. ad l. Falcid.* & ſequantur dominium *l. ex diuerſo. §. 1. ff. de rei. vendic. l. qui ſcit. ff. de vſur.* & legatum ſit legitimus modus acquirendi dominij *l. ſi tibi. §. cum ſeruus. de leg. 1. l. 10. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* vnde titulus *pro legato* iuſtam cauſam præbet vſucapiendi *l. 1. & 4. ff. pro legat.* conſequens eſt, fructus rei legatæ ad legatarium pertinere, eoſque merito petere, & percipere poſſe. Et hoc quidem inter omnes conſtat.

3 Illud verò controuerſum, & opinionibus diuiſum eſt, à quo tempore debeantur. Quidam enim exiſtimauerunt à tempore mortis teſtatoris, quidam à die aditæ hæreditatis deberi, alij denique à tempore moræ dumtaxat, quorum ſententiam probo. Id enim conſtat apertiſſimè ex *l. 3. in pr. ff. de vſur. l. qui ſolidum, in princ. & l. Titia Seio. §. vſuras. ff. de leg. 2. l. 10. §. 1. de alim. vel cib. leg. l. 18. & 44. §. 1. ad Trebell. & l. 2.* illis verbis: *ex eo tempore, quo lis conteſtata eſt, & l. 4. C. de vſur. & fructib. legat.* quibus congruenter Paulus *lib. 3. ſent. in fin. ex mora præſtandorum fideicommiſſorum, vel legatorum fructus, & vſuræ peti poſſunt: mora autem fieri videtur, cum poſtulanti non datur.* Et Harmenop. *lib. 5. tit. 10. quoties,* inquit, *ex teſtamento legatum petitur, fructus poſt litem conteſtatam capi, & partus editi, & ſeruo legato quæſita legatario reſtituuntur.* Idque verum eſt etiam cum pars bonorum legata eſt *l. 23. ff. de leg. 1.* cuius verba ſunt: *ſi quis bonorum partem legauerit, vt hodie fit, ſine fructibus reſtituitur, niſi mora interceſſerit hæredis.* Quamobrem non niſi poſt litem conteſtatam, vel interpellationem congruo loco, & tempore factam fructus legatorum debentur.

4 † Neque enim admittendum puto ſententiam quorumdam, vt Ioannis Copi *lib. 2. de fructib. tit. 3. cap. 4.* exiſtimantium hæredem, qui ipſo aditionis die legata pure relicta non præſtiterit, ſine vlla interpellatione ſed ſolo diei lapſu in moram incidere, omneſque proinde fructus poſt aditam hæreditatem ex re legata perceptos reſtituere debere. Nam licet veriſſimum ſit iſtiuſmodi legata ex die aditæ hæreditatis præſtanda eſſe *ex l. omnia. 72. de leg. 2.* & poſt moram fructus deberi, vt dixi, falſum tamen eſt ex die aditæ hæreditatis legatario ipſo iure moram fieri. 5 † Cum enim iure ſingulari hoc minoribus viginti quinque annis conceſſum ſit *l. in minorum C. in quib. cauſ. reſtit. l. 5. C. de act. empt. l. 26. §. 1. de fideicomm. libert. & l. Titia Seio. 87. §. vſuras. de leg. 2.* palam eſt in aliis, qui iura, & priuilegia minorum non habent, aliud eſſe conſtitutum, nimirum, vt eis re ipſa mora non fiat. Quod etiam non obſcurè probat *nouell. 131. §. ſi hæres, de ſanct. Epiſcop.* & Græca quæquam conſtitutio Iuſtiniani, quæ nunc eſt *l. 46. C. de Epiſc. & cleric.* in qua poſtquam ſancitum eſt cogendos eſſe hæredes intra aliquod tempus perficere ea, quæ piis locis relicta ſunt, pœna eſt addita hæredibus differentibus, & ceſſantibus, vt non à conteſtatione litis, aut à die conuentionis, ſed à die mortis teſtatoris ipſo iure moram feciſſe intelligantur, & ab eo die fructus, & acceſſiones legitimas ſoluere cogantur, quod ſane indicat in reliquis ad inducendam moram litis conteſtatione, vel interpellatione opus eſſe. 6 † Denique Copi ſententia manifeſte refellitur ex *d. l. 87. §. vſuras. de leg. 2.* ex qua conſtat moram illam, quæ fauore minoris ætatis inducitur, re ipſa, & ſola ceſſatione ſolutionis finiri ſtatimatque annus viceſimus quintus completus eſt, & ob id ex eo tempore neceſſariam eſſe interpellationem, vt noua mora contrahatur. 7 † Quamobrem in reliquis, qui iura minorum non habent, non ex die aditæ hæreditatis, & multo minus ex die mortis teſtatoris quo ad legata, & fideicommiſſa pure relicta mora facta intelligitur, ſed ex die conteſtationis litis dumtaxat *d. l. 1. & 4. C. de vſur. & fruct. leg. l. quæſitum §. vlt. de leg. 1.* vel ex die interpellationis congruo loco, & tempore factæ *d. l. 3. in princ. de vſur. l. 23. de verb. oblig.* & ſcriptum eſt in non valde diſſimili ſpecie *in l. 20. §. ſi ante. ff. de pet. hæred.* & rectè tradunt doctiſſimi viri Duaren. *in l. 39. § fructus. de leg. 1.* Cuiac. *ad tit. C. de vſur. & fruct. legat. & in d. l. 18. ad Trebellian.* Anton. Faber. *de erroribus pragmat. Decad. 11. cap. 2. num. 6. & 2. & coniecturar. lib. 7. cap. 3.* & Theſaur. filius *quæſt. forenſ. lib. 4. quæſt. 25. num. 5.* & ſecundum hanc ſententiam cenſuit ſenatus noſter 8 referente D. Comite, & ſenatore Caiſſotto. † Neque enim cogitur hæres ire ad legatarium, vel fideicommiſſarium, vt ei offerat, quod teſtamento relictum eſt, ſed ſufficit, vt petenti moram non faciat, eique rem legatam ſtatim præſtet *l. cum res, 47. de leg. 1. l. ita tamen. 27. §. 1. ad Trebellian. l. ſi ex legati. 23. de verb. oblig. & l. 7. ff. de vſu, & vſufr. legat.* vt iidem auctores docent, & Gabriel. *in conſ. 139. num. 5.* niſi forte legatarius is ſit, cui ipſo iure mora fiat, vt ſi minor ſit, cui vltro hæres offerre, & ſoluere debet, vt multi docent apud Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 626. num. 57.* & notat Dionyſ. Gothofr. *ad d. l. 3. C. in quib. cauſ. reſtit.* & Theſaur. *loc. cit. in fin.* † Neque diſtinguendum eſt, vt Duarenus putat *in d.* 9 *§. fructus*, an legatarius in rem, vel in perſonam agat, & proinde ſi in rem agatur, fructus reſtituendos eſſe, etiamſi mora facta non ſit, quia illius ſententia manifeſtè refellitur *ex d. l. vlt. C. de vſur. & fruct. legat.* cuius verba ſunt: *In legatis, & fideicommiſſis fructus poſt litis conteſtationem, non ex die mortis ſequuntur, ſiue in rem, ſiue in perſonam agatur.* Non ergo niſi poſt moram fructus reſtituendi ſunt, tametſi in rem legatarius egiſſe proponatur.

Neque aliud conſtituendum eſt, ſi in diem certum lega- 10 tum relictum ſit, vt iudicatum refert idem Theſaurus in quadam cauſa Nicienſi *loc. cit. num. 6.* & docet idem Faber *d. cap. 2. num. 4.* quia inquit, diei aduentus non facit, vt hoc ipſo conſtituatur hæres in mora, quandiu à legatario interpellatus non eſt, cum ignorare probabiliter poſſit, an legatarius, vel fideicommiſſarius relictum ſit agniturus. Quare nec aliud erit, tametſi teſtator præciſe, & enixa voluntate iuſſerit, vt ad diem legatum ſoluatur. Habet enim voluntas illam tacitam conditionem, ſi legatum, vel fideicommiſſum agnitum erit, ita diſſerit vir doctiſſimus *hoc loco, & lib. 15. coniectur. cap. 3.* & ſecundum hanc ſententiam refert ſenatum, cui præerat, iudicaſſe in *ſuo Cod. d. tit. de vſur. & fruct. legat def. 10.* vbi ait aduentum diei facere dumtaxat, vt exinde legatum pro puro habeatur, non etiam, vt mora contrahatur, quandoquidem, & legato pure relicto non poteſt videri hæres in mora prius eſſe, quam fuerit interpellatus.

Neque eſt ſimile, quod dicimus in ſtipulationibus, & 11 contractibus diem interpellare pro homine *l. magnam. C. de contrah. & comm. ſtipul.* & fructus, & intereſſe exinde deberi propter diei adiectionem *l. 2. in fin. de eo quod cert. loc. l. ſi fundum. 114. de verb. oblig.* quia, inquit Præſes, cum contractus duorum voluntate perficiantur, creditor iam ſatis ſuam voluntatem declarauit, cum in diem certam rem ſibi tradi, vel pecuniam ſolui ſtipulatus eſt. Legatarius verò, & fideicommiſſarius nihil egit ante legati, vel fideicommiſſi agnitionem, & petitionem, ex quo conſtet, an eo iure, quod ſibi per teſtamentum relictum eſt, vti velit. Et hanc non inelegantem differentiam eſſe inter ea, quæ ex teſtamento, & ea quæ ex ſtipulatu in diem certum debentur. † Ita 12 vt excuſandus ſit hæres, qui interim ex re legata fructus capit: ſatis enim eſt, ſi eos negligentia legatarij, vel fideicommiſſarij non petentis percipiat, vt illos reddere non teneatur, *l. mulier. §. ſi hæres. ff. ad S.C. Trebell. & l. poſtulante. §. 1. ff. eod.* vbi in fine Iuriſconſultus ait *hæredem in colendo fundo, vel in cogendis fructibus inſumpſiſſe operam, nec æquum eſſe illum alterius, vt dixeris, procuratorem conſtitui.* Et inter alios tradit Hieron. Gabriel. *in conſ. 121. num. 58. lib. 1.* & Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 10. num. 7.* vt etiam ante moram ad rei interitum non tenetur *l. 36. §. vlt. ff. de leg. 3. & d. l. 23. de verb. oblig.*

Neque nos turbare debet *l. Harennius. 42. ff. de vſur.* in qua 13 Modeſtinus reſpondit poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium fructus, qui ex prædiis percipiuntur ad fideicommiſſarium pertinere, quia accipienda eſt poſt reſtitutum ex Trebelliano fideicommiſſum. Nec enim ante factam in fideicommiſſarium reſtitutionem res in bonis eius fiunt *l. reſtituta, & l facta. 63. in princ. ad Trebellian.* & proinde cùm hîc agnitum fuerit fideicommiſſum, nihil mirum eſt ſi fructus fideicommiſſario debeantur, nec poſſit hæres, vel alius quilibet eos ſuos facere in fraudem fideicommiſſarij, cui reſtitutio facta eſt. † Et hic ſenſus etiam eſt Africani 14 in *l quæſitum. 40. ff. de acquir. rer. domin.* cùm ait hæredem non poſſe fructus rei legatæ ſuos facere, ex quo ſcit rem eſſe legatam

legatam , nempe ſi iam tum fuit agnitum legatum , vel fi-
deicommiſſum. Alioquìn plus quam bonæ fidei poſſeſſor
hæres eſt , licet legatum , aut fideicommiſſum eſſe ſciat,
quandiu ignorat , an iure ſuo legatarius , vel fideicommiſ-
ſarius vti volet , cùm toto eo tempore in eo ſit legatum,vt
repudiari poſſit. Aut ſi ſola ſcientia hæredis ſufficit ad in-
ducendam malam fidem , dicendum eſt indiſtinctè fructus
omnes à die mortis, vel ſaltem aditæ hæreditatis reſtituen-
dos eſſe contra iura apertiſſima , quæ dumtaxat à die moræ
reſtitui debere conſtituunt , quia vix fieri poteſt , vt hæres
ſciat ſcriptum hæredem , quin etiam nouerit , quæ, & qui-
bus legata eodem teſtamento relicta ſunt , vt ſcribit idem
15 Præſes *eod loc.num.5. & lib.2. coniecturarum cap.4. in fin.* † Et
ſanè hîc etiam verum eſſe puto quod Poëta ait,

Sæpe etiam cupiunt leges , vt iure regantur.

Nam ſi fructus rei legatæ , vel fideicommiſſo relictæ ſta-
tim reſtituendi ſunt , ac hæres nouerit rem legatam eſſe,vt
inquit African.*in d l.40.* cur Paulus in *d.l.23.de leg.*ait lega-
tum ſine fructibus reſtitui , niſi mora interceſſerit hæredis,
& Vlpianus in *d.l.18.ad Trebellian.* in fideicommiſſi reſtitu-
tione conſtare non venire fructus, niſi mora facta eſt , aut
cùm quis ſpecialiter fuerit rogatus & fructus reſtituere? Cur
inquam Vlpianus hos duos caſus excipit , niſi mora facta
ſit , aut niſi hæres rogatus ſit etiam fructus reſtituere ? Aut
cur tandem Papinianus in *d.l.3.in princ.de vſur.* ait : *ſi hæres
in mora fuit exinde fructuum præſtandorum neceſſitate adſtringi,*
ſi ſufficit ad hoc , vt fructus quoque reſtituere teneatur , ſi
ſciat rem legatam , aut fideicommiſſo relictam fuiſſe? Qua-
re locus Africani ex aliis Iuriſconſultorum definitionibus
regi debet , quibus receptum eſt legatorum fructus non
16 niſi ex mora deberi. † Et reſponderi etiam poteſt fructus ex
rebus perceptos negligentia non petentis non eſſe ab hære-
de reſtituendos , quia videntur iudicio , & voluntate lega-
tarij , & fideicommiſſarij percepti *d.l.ſi mulier. §. ſi hæres ad
Trebell.* vt dixi *num.*12. cenſuit Rota in quadam cauſa Bo-
nonien.coram Card.Pamphilio inter collect.Farin.*par.2.dec.
517.in fin.* & ad fructuum acquiſitionem ſufficit , ſi iudicio,
& voluntate domini percipiantur , vt ſcriptum eſt in *l. ſi
ſeruus.161.§.locaui. ff.de furt.* quaſi id quod ab Africano,tra-
ditum eſt *in d.l.40.* hanc exceptionem patiatur , niſi hæres
ex negligentia legatarij fructus rei legatæ , vel fideicom-
miſſo relictæ percipiat , quamuis magis probem , quod ex
Præſide Fabro proximè dictum eſt. Ex quibus diu mecum
luctatus tandem ſententiam Cuiacij , & Fabri amplexus
ſum , vt ſcilicet à die moræ dumtaxat fructus legatorum,&
fideicommiſſorum debeantur omiſſis pragmaticorum di-
ſtinctionibus. Quod tamen in quibuſdam caſibus locum
non habet.

17 Primus eſt , cùm fructus legato ipſo aut fideicommiſſo
continentur id eſt cùm res ſpecialiter cum fructibus , &
commodis medij temporis relicta eſt *l.facta. § ſi hæres. & d.
l.18.in princ. ff. ad Trebell. & l.22. & l.43. §.2.in fin. de leg.2.*
illis verbis : *ſi non nominatim adiectum eſt , vt cum incremento
hæres fideicommiſſum præſtet* , tunc enim explorari moram
oportet , cùm de vſuris fideicommiſſi quæritur,non de ipſis
fideicommiſſis,vt eleganter ait Papinianus in *l.cum vnus* 10.
§.1.de alim.& cib.leg.& tradit Cuiac.*ad l.3.§ nonnunquam. de
vſur.ad Papin.& in d.l.18.ad S.C.Trebell.* Surdus *in dec.21.n.9.*
Cardin,Mantic.*d tit.*10 *n* 9.Argel.*de acquir.poſſeſſ.q* 8.*n.*416.
& idem Præſes *defin.1.& 12.d.tit de vſur. & fructib. legat. &
Decad.*11.*error.*2. *n.*13. vbi idem in vſuris conſtituit , quod
verum non puto.Nec enim hac in re ius ciuile ſequimur,ſed
Pontificium , quo omnis omninò vſura prohibita eſt , &
abrogata *l.3.§.vlt.de ann.& menſtr.legat.*in quo tamen recur-
rendum eſt ad ea,quæ præcedenti quæſtione dicta ſunt.

18 Secundus caſus eſt,in quo non exigitur mora , vt legato-
rum fructus debeantur , ſi teſtator diſtulerit legati , vel fi-
deicommiſſi præſtationem gratia fideicommiſſarij. Hoc
enim caſu fructus ante moram , & diem fideicommiſſi ab
hærede percepti omnes reſtituendi ſunt ex tacita voluntate
teſtatoris , licet eos non reliquerit nominatim, *vt in l. ſi ita.
43. §. Pegaſus.de leg.2.& in l.3.§.cum Pollidius. de vſur.* quem
eleganter explicat Cuiacius *ad Papin.in d. l.78. in princ. ad
Trebell.* & id ipſum etiam docent Menoch. *de arbitrar. iudic.
caſ.256.n.*18.Peregrin.*de fideicomm.art.49.par.2.n.25.*Cardin.
Mantic.*d.tit.10.n.10.*Fuſarius *d.q.626.n 41.*& Statil. Pacific.
*d.cap.4.n.*398. † Cæterùm in dubio tempus fauore hæredis 19
adiectum præſumitur *l.17.de reg.iur.l.20.& 22.in pr ff.quand.
dies leg.ced.*& docet Bart. *in l.ſi cui ità legetur. §.1.de leg. 1.* &
aliis auctoribus citatis Gabriel.*in conſ.128.n.2.lib.1.* Ripa *in
l. fideicommiſſaria.n.8.ad Trebell.*Mantica.*d.tit.10.n.*11. & alij
apud Statil.Pacif. *d. cap.4.n.*401.& Cuiac.*in d. l. 3. ad Papin.
§.nonnunquam.in princ.*

Tertius caſus eſt , quoties ex coniecturis elicitur teſtato- 20
rem voluiſſe fructus quoque reſtitui , quia patrocinante vo-
luntate fructus veniunt etiam ante moram , perinde ac ſi
hoc teſtator expoſuiſſet , *vt in l. Balliſta. 32. ad Trebell. & in
d.l.3. §. nonnunquam.& §.cum Pollidius. de vſur.* & reſpondit
Angel.*in conſ. 331. num.1.* & ſentiunt Menoch.*in d caſ.256.
num.16. & 17.* & Mantic. *loc. cit. num.* 12. & hoc caſu iure
voluntatis fructus reſtituuntur,vt loquitur Papinianus *in d.
l.3.*etiam ex coniecturis elici poteſt *l.74.de leg 1.l.64. de leg.
2.& l.95.de leg.3.* Quod cùm ex voluntate defuncti pen-
deat , in arbitrio, & æſtimatione iudicis poſitum eſt *l.12.de
leg.3.l.7.C.de fideicomm.* & ſatis indicat *d.§.cum Pollidius* vbi
Papinianus refert ex quibuſdam coniecturis ſuaſiſſe iudici-
bus fructus , qui bona fide ab hærede percepti erant , reſti-
tui debere. † Vnde ſibi valdè caueant, qui ita hæredes in- 21
ſtituuntur , ne dum rebus ſuis abuti putant , & contempla-
tione hæreditatis lautiùs viuunt, vt plerumque fit , hos fru-
ctus malè abſumant , quos ſcilicet adueniente die , vel con-
ditione reſtituere coguntur : videntur enim iſtiuſmodi hæ-
redes tutelam , & adminiſtrationem magis rerum hæredita-
tis gerere , quàm hæredes eſſe , & rogari potius,vt fidi ami-
ci , quàm vt hæredes, vnde fiduciarij dicuntur *in l.Seius Sa-
turninus. & l.67. in fin. ff.ad Trebell.* quaſi eorum fidei ad ali-
quod tempus commiſſa ſit tutela , & adminiſtratio rerum
defuncti:vt ergo Tutores , & qui aliena negotia curant , fi-
dum obſequium,& abſtinentem omni lucro fidem præſtare
debent *l 38. ff. de negot. geſt.* ità hæredes fiduciarij quicquid
ad eos ex rebus defuncti peruenit , reſtituere debent *d. l.3.
§.cum Pollidius.& d l. cum Balliſta ad Trebell* & hic caſus,qui
ex voluntate,& iudicio teſtatoris ducitur,& in æſtimatione
iudicis poſitus eſt , vt dixi ex *d.l.7.C.de fideicomm.*alios plu-
res continet, quos Mantica,& Statilius ſeparant *locis citatis*
† Inter quos ille eſt,an ſatis conſtet de voluntate teſtatoris, 22
vt fructus quoque reſtituantur,cùm rogat hæredem, vt poſt
mortem fideicommiſſario reſtituat quicquid ex hæreditate,
& bonis teſtatoris ad eum peruenerit.Et puto niſi aliæ con-
iecturæ voluntatis concurrant , id ſatis non eſſe , & conſe-
quenter fructus reſtitui non debere. Id enim conſtat aper-
tiſſimè *ex l.83 de leg.3.*cuius verba ſunt: *Quod his verbis reli-
ctum eſt , quicquid ex hæreditate boniſque meis ad te peruenerit,
cùm morieris reſtituas fructus,quos hæres viuus percepit, item quæ
fructuum vice ſunt, non venire placuiſſe.* Idem etiam definitum
eſt *in l.57.in princ.ad Trebellian.*& multi docent apud Fuſar.
*loc.cit.num.*20.

Nec obſtat *d. l. 3. §. cum Pollidius , de vſur.* quia in ſpecie 23
d.§. plures voluntatis coniecturæ concurrebant, quas recen-
ſet Statil. *loc.cit.num.* 403. ex quibus Papinianus ſuaſit Præ-
fectis Prætorij fructus quoque reſtituendos eſſe , vt dixi:in-
ter quas illa præcipua eſt, quia Pollidius rogatus fuerat hæ-
reditatem filiæ reſtituere , cùm ad certam ætatem perue-
niſſet , ideóque tempus adiectum erat fauore fidei-
commiſſarij , quo caſu fructus quoque in reſtitutione ve-
nire diximus *ex l. 43. §. Pegaſus , de leg. 2.* & ex Cuiacio,
Menochio, Peregrino, & aliis *num.*18. † Vt etiam nihil mo- 24
uere debet *d.l Balliſta,ad Trebellian.* Nam hic teſtator filium-
familias hæredem inſtituit ſub hac conditione, *ſi cauerit
quantacunque pecunia ad eum peruenerit,eam omnem ad coloniam
Philippenſium perventuram.* Quamobrem non ex teſtamento
tantùm hæreditatem Philippenſibus reſtitui voluit , ſed ex
cautione conuentionali , quæ cum incrementum fructuum
recipiat *l.pecunia 48. §.1. de verb. ſignif.* cenſetur teſtator vo-
luiſſe hæreditatem cum incremento reſtitui , vt obſeruat
Cuiac. *in l. 3. §. nonnunquam , de vſur. ad Papin. & lib. 4. ob-
ſer. cap. 19.* vbi meritò reiicit coniecturas , quas quidam du-
cunt ex eo quod teſtator dixerit , *quantacunque pecunia ad*

eum peruenerit, omnem reſtituit. Nihil enim intereſſe, an teſtator pecuniam, vel hæreditateio dixerit quantam, an tamcunque, quod, an qoidquid: vnde non rectè ex his colligi in hac ſpecie voluiſſe fructus etiam ab hærede reſtitui, ſed ex eo quod voluit cartionem coouentionalem interponi, vt dictum eſt: Quamobrem cùm teſtator rogat reſtitui, quidquid ex bonis, & hæreditate eius peruenerit, non ſatis eſt, vt intelligatur voluiſſe fructus etiam medij temporis ab hærede reſtitui, vt Papinianus notat *in d. l. quod his verbis, de leg. 3.* Nec enim inquit quicquam proponi, ex quo de fructibus quoque reſtituendis rogaſſe probari poteſt.

25 Ex quibus non placet Scholion Gothofredi *ad d. §. nonnunquam.* ſcilicet verbum *quicquid* referri ad ſortem, & vſuras, rem, & fructus, nihil denique excipere, quia perſpicuum eſt non continere fructus ex *d. l. 83. in princ. de leg. 3. & l. 57. ad Trebell.* quibus locis teſtator dixerat, *quicquid ex bonis meis ad hæredes peruenerit*, & tamen reſpoofum eſt fructus non venire: ſed aliis coniectutis opus eſt, vt teſtator de fructibus quoque reſtitnendis cogitaſſe videatur, vt *in d. §. cum Pollidius & aliis locis.*

26 Sed ſi teſtator roget hæredem, qnicquid ex bonis ſuperetit alteri reſtituere? Reſpondeo, imo *in d. l. 3. §. nonnunquam. de vſur.* reſpondet Papinianus, quem Spartianus in Seueto aſylum iuris, & legalis doctrinæ Theſaurum meritò vocat, quod ex fructibus ſupererit, iure voluntatis reſtitui oportere. Hæc enim verba, *quod ex fructibus ſuperfuerit*, demonſtrant mentem teſtatoris fuiſſe, vt hæres reſtitueret etiam fructus extantes, & contentus eſſet diminutione medij temporis, quæ illi his verbis permittitur arbitrio boni viri *l. Titius ad Trebell.* & ita rectè docet Rip. *in d. l. fideicommiſſaria. n. 16.* Peregrin. *d. art. 49. n. 23.* Hieron de Laurent. *ad eand. l. n. 33.* Card. *in d. tit. 10 num. 13.* & alij apud Statilium *loc. cit. num. 394. & 416.* quibus addo Cuiacium *in d. §. nonnunquam ad Papin.* vbi etiam notat, cur aliud ſit conſtitutum, quando teſtator rogat hæredem, vt reſtituat quicquid ex bonis ad eum peruenerit, vt dixi *num. 22.* nimitum quia hæc verba non permittunt deminutionem fideicommiſſi, & proinde licet hæredi fructus etiam ſuperfluos retinere, quod non poteſt is, cui deminotio permittitur. Neque obſtare *l. deducta 58. § pæn. ad Trebell.* quæ eſt etiam Papiniani, quæ ait: *ſi hæres rogatus ſit reſtituere, quod ex hæreditate ſuperfuerit, cùm moreretur, non videtur rogatus fructus ſuperfluos reſtituere.* Neque, inquit, hoc vero verius eſt quicquam: & ratio quam ſubiicit hoc demonſtrat, ait enim; *cum ea verba deminutionem quidem hæreditatis admittunt, fructuum autem additamentum non recipiunt.* Quamobrem cum eadem ratione Papinianus vtatur, dicendum eſt idem vtrobique reſpondiſſe, & conſequenter *in d. §. pen.* negationem expongendam eſſe.

27 † Et licet interpretes *in d. l. in fideicommiſſaria.* & Mantica *loc. cit.* hoc inter vtrumque Papiniani reſponſum intereſſe putent, quia teſtator *in d. §. nonnunquam.* dixit, *quicquid ex bonis ſupererit, & in d. l. deducta §. pen. quidquid ex hæreditate ſuperfuiſſet*, & qoia fructus non ſunt hæreditatis, ſed ipſis rebus accepto feruntur *d. l. 18. § 2. ad Trebell.* ideo eo tantum caſu reſtituendos eſſe, quo teſtator dixit, *quidqnid ex bonis ſuperfniſſet, vt in d. §. nonnunquam.* hoc tamen parum tutum eſſe videtur, tum quia nec fructus qui nati ſunt poſt mortem teſtatoris, & ab hærede percipiuntur, bonis teſtatoris adnumerantur, vt ait Rot. *inter recentiſſ. dec. 434. num. 5. par. 1.* deinde quia, & hæreditas fructus habet *l. item veniunt. §. fructus. ff. de pet. hæred. l. 9. C. fam. hercisc.* vnde nihil videtur intereſſe, an his, vel illis verbis teſtator roget. Denique quia Papinianus eandem rationem vtrobique adfert, & proinde valde abſurdum videtur ex eadem ratione diuerſum reſpondiſſe contra *l. 108. de verb oblig. & l. illud. 32. ad l. Aquil.* quare dicendum eſt etiam hoc caſu, ſcilicet cum teſtator ita ſcripſit, *quicquid ex hæreditate ſuperfuerit*, fructus extantes quoque reſtitui oportere.

28 Quartus caſus eſt in fructibus pendentibus tempore mortis teſtatoris, hi enim veloti rei legatæ pars legato continentur, vt docent Bald. *in l. 1. num. 12. & 15. C. de vſur. & fructib legat.* Alex. & Iaſ. *in l. ſi quis bonorum. circa princ. ff. de leg. 1.* Cardin. Mantic. *loc. cit. num. 14. in fin.* Peregrin. *in d. art. 49. num. 19.* & Præſes Faber. *coniectur. lib. 7. cap. 3. in fin* vbi notat hoc generaliter verum eſſe, ſiue de maturis fructibus quæratur, qui pendentes dicuntur, ſiue de cæteris, qui nondum maturi terra tamen continentur *l. 44. de rei vindic. l. vlt. §. fructus. de his, quæ in fraud. l. ſi ſeruus. 61. § locaui. ff. de furt. & l. 27. in princ. ff. de vſufr.* quæ ait fructus pendentes etiam maturos, ſi die legati cedent adhuc pendent, ad fructuarium pertinere. Idem notat Fuſarius *in d. quæſt. 626. num. 6.* aſſerens ex Peregrino hanc eſſe communem ſententiam. Quod & nominatim ſcribit Paulus *lib. 3. ſentent. tit. de legat.* his verbis: *fructus qui ſolo cohærebant mortis teſtatoris tempore ad legatarium pertinent*, quod & notat Cuiacius ad eundem, & deinde ſubiicit alios fructus poſt mortem teſtatoris obuenientes, quos, vel hæres percepit, vel legatarius percipere potuit, legatario non deberi niſi mora interceſſerit ex *d. l. vlt. C de vſur. & fruct. legat. & l. cum ſeruus. §. fructus. de leg. 1.* congruenter iis, quæ *num. 3. & ſeq.* dicta ſunt.

29 Quintus caſus eſt, cum legatum vniuerſitatis relictum eſt, tunc enim fructus vt pars, & incrementum rei legatæ ſequuntur legatarium, veluti armento, vel grege legato *l. 39. de vſur.* illis verbis, *etiamſi mora non intercedat l. 21. & 22. de leg. 1.* vbi Accorſios addit, *etiam mora non intercedente.* & tradit Ioann. Cop. *de fructib. lib. 2. tit. 3. cap. 3.* & Eminent. Cardin. Mantic. *d. tit. 10. num. 49.* & huic ſententiæ congruenter Harmenop. *lib. 5. tit. 10. grege*, inquit, *legato, & quæ poſtea accedunt, conſequitur legatarius* Nam etſi grex fuerit imminutus, id quod ſupereſt legatarius accipere cogitur *d. l. 27.* & Harmenop. *eod. loc.* ergo etiam ſi grex auctus eſt, id eius lucro cedere debet. 30 † Quod tamen accipiendum eſt, ſi legatum ſit purum. Nam ſi in diem, vel ſub conditione factum proponatur, fœtus interim editi ex iudicio, & voluntate teſtatoris ad hæredem pertinent, *d. l. ſi mulier. §. ſi hæres ad Trebell. & l. quod bonis. §. fructus. ad l. Falcid.* Cuiac. *ad d. §. nonnunquam* niſi quatenus in locum demortuorum debent ſubmitti, vt gregem retineant *d. l. deducta. §. hæreditatem. l. vetus. §. vlt. de vſufr.* & aduerſus Ripam docet Cardin. *loc. cit.* quamuis Ripæ ſententiam probet Fuſar. *d. quæſt. 626. num. 37.*

31 Sextus caſus eſt, ſi pro legitima legatum relictum ſit, Hoc enim caſu citra moram fructus à die mortis debentur, quoniam legatario ſi legitimam peteret, deberentur *l. Papinianus. §. vnde ſi quis. ff. de inoff. teſtam*, vt etiam portio cohæredis abſentis incrementum fructuum recipit *d. l. 9. & l. 17. C. fam. hercisc.* & conſentiunt omnes apud Peregrin. *art. 36. num. 69.* & Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 1. num. 3. & 4.* & notat idem Præſes *in d. tit. de vſur. & fruct. legat. defin. 1. in fin.* & Theſaur. filius *in d. quæſt. 25. num. 8.* & conſtat ex his, quæ dixi *præced. quæſt. num. 19. & 20.* vbi conſtitui idem eſſe in legato quantitatis, quod pro legitima factum eſt, ex æquitate *l. curabit. C. de act. empt.* ne eodem tempore hæres re, & pretio fruatur. Eſt enim legatarius venditori ſimilis. 32 † Qua ratione dicam, ſi legatum ad certum diem relictum ſit, quamuis pro legitima, interim neque vſuras, nec fructus deberi. Hoc enim tempus fauore hæredis adiectum eſt *d. l. 17. ff. de reg. iur.* & receptum eſt venditori, qui dilationem dedit ad ſoluendum pretium, neque fructus, neque vſuras pretij pro modo fructuum deberi, quia vt credendum eſt contrahentes in conſtituendo pretio huius rei rationem habuiſſe *l. ſi ſterilis. §. ſed ſi mihi. & l. fundi partem. ff. de act. empt. l. 7. ff. de ſer. export.* & docet Couarr. *variar. reſol. lib. 3. cap. 4. num 5.* & Gabriel. *in conſ. 57 num. 5. lib. 1.* & à nobis alio loco tractandum eſt: ita & teſtator in conſtituendo legato. Neque obſtat, quod proximè diximus legitimam deberi cum fructibus, quia hoc verum eſt, ſi reiecto legato filius legitimam peteret, ſed ſi legatum agnoſcit quia fortè illi vtilius eſt, vt fere euenit, non poteſt partim velle, partim nolle legatum *l. 38. in princ. de leg. 1. l. 4. de leg. 2.* & præſertim ſi habet, vnde interim ſe alere poſſit. *& l. 7. ff. de bon. libert.* quæ ait *nemini licere partim comprobare iudicium defuncti, partim euertere.* Huius tamen rei auctorem non habeo.

33 Septimus caſus eſt, ſi pro dote mulieri pauperi legatum factum ſit etiam ab extraneo, quoniam in piam cauſam relictum cenſetur, vt refert iudicatum idem Præſes *eod. tit. def. 3.*

ſane

ſane cum pro legitima & loco legitimæ dos legata eſt, re-
cipi poteſt fructus, & intereſſe à die mortis teſtatoris de-
beri d. l. Papinianus. §. vnde ſi quis. de inoff. teſtam. & l. 9. ff.
fam. hercisc. vel ſaltem alimenta l. 4. & 5 ff. de lib. agnoſc. l. 4.
ff. vbi pupill. educ. deb. Paul. Caſtrenſ. conſ. 16. num. 2. verſ. dico
tamen lib. 2. Cum verò ab extraneo legatum relictum eſt,
qui nec dotare, nec alere tenebatur, hæreo, & ſubſiſto
quia legatum conditionale eſt l. Titia centum 11. §. Titio ge-
nero. ff. de condit. & demonſtr. & docet Fachin. lib. 5. cap. 47.
& ipſe Præſes tit. de condit. inſert. defin. 9. Fontanel. de pact.
34 nuptial. clauſ. 5. gloſ. 2. par. 7 num. 4. & rurſus num 7. † Vt etiam
dicimus ſtipulationem dotis tacitam habere conditionem
nuptiarum l. 6. & 7. in fin. de condict. cauſ. dat. l. plerumque.
§. ſi ante. l. 21. & 41. §. 5 ff. de iure dot. vbi Paulus ait magis
rem quàm verba intuenda eſſe l. item quia §. 1. de pact. l. vi-
deamus. §. 1. ff. de vſur. Quare, vt legatum ante euentum
conditionis apud hæredem manet d. §. Titio genero, & l. 21.
in princ. ff. quando dies leg. ced. & iidem auctores docent:
ita fructus medij temporis ad hæredem pertinent d. l. mu-
lier. 22. §. ſi heres. ad Trebell. Peregrin. loc. cit. num. 21. &
Gratian. in d. cap. 250. num. 13. & 14. & in hac ſpecie defi-
nitum eſt in l. filium. 21. de opt. leg. vbi Scæuola reſpondit,
cum mancipiorum legatum in tempus nuptiarum teſtator tranſtulit,
id quod medio tempore ancillæ enixæ ſunt, ad filiam non pertine-
35 re. † Et cùm legata ſub conditione relicta, cùm ea extiterit
dumtaxat deberi incipiant l. 41. de condit. & demonſtr. l. 5. §. 2.
quand. dies leg. ced. vix intelligi poteſt, vt eius rei, quæ nuo-
dum debetur, fructus, & quod durius eſt, & vix admitti
poteſt, vſuræ præſtari debeant. Neque piis cauſis tantum
conceſſum eſſe puto, vt eorum legatorum, quæ ſub condi-
tione debentur, fructus, & vſuræ ante conditionis aduen-
tum debeantur, niſi id teſtator iubeat, vel aliis argumentis
voluiſſe colligatur.
36 Octauus, & vltimus nunc caſus eſt, in quo ſine inter-
pellatione fructus, & vſuræ legatorum debentur, ſi mino-
ri viginti quinque annis legatum, vel fideicommiſſum pure
relictum ſit. Etenim fauore minorum receptum eſt, vt in
legatis, & fideicommiſſis re ipſa, & ex ſolo tempore tar-
dæ ſolutionis ei mora fiat, vt diximus ex l. Titia Seio. §. vſuras.
de leg. 2. & l. 3. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. & præter aucto-
res citatos num 8. docent Fabr. in conſ. 121. in fin. lib. 1. Me-
noch. in d. caſ. 456. num. 26. Surd. in dec. 25. num. 13. &
37 Mantic. d. tit. 7. num. 8. & 27. quamuis in re tam perſpicua
ſuperuacuum ſit auctores referre. † Quod etiam porrigitur
ad Eccleſias, & pias cauſas, quibus ſcilicet re ipſa quoque
mora fit, vt ſentiunt Peregrin. in d. art. 49. num. 89. Mantic.
loc. cit. num. 30. Theſaur. in d. quæſt. 25. num. 5. lib. 4 & alij
apud Giurbam in d. dec. 97. num. 13. & 19 & hanc commu-
nem eſſe ſententiam refert Couarr. variar. lib. 3. cap. 17.
num. 4. Et porrigitur etiam ad alios omnes, qui iure mino-
rum hac in re vtuntur, vt ſunt fatui, furioſi, & ignorantes
ius ſuum quibus ſcilicet negligentia obiici non poteſt, vt
iidem auctores ferè docent, & Caſtrenſ. in d. l. mulier. § ſi ha-
res. ad Trebell. Grat. in conſ. 132. num. 6. & 7. vbi ait hanc com-
munem opinionem eſſe, Surd. in d. dec. 25. num. 12. & alij
apud Statil. Pacif. in d. cap. 4. num. 439 & 442. & Fuſar. in d.
quæſt. 626. n. 52. & videtur probari ea l. 26. §. 1. ff. de fidei-
comm. libert. cuius tamen auctores citati non meminere.
38 † Quod tamen in Eccleſiis, & piis cauſis accipiendum eſt,
ſi hæres per ſex menſes, ab Inſinuatione teſtamenti nume-
randos relictum præſtare diſtulerit, vt conſtituit Iuſtinian.
in nouell. 131. de Eccleſiaſt. tit. §. ſi heres. Quod Peregrin Manti-
ca, Giurba, & alij non animaduerrunt, & notant Cuiac. ad d.
nouell. 131. & Præſes Faber d. lib. 7. coniect. cap. 3. in fin. & hoc
ipſum etiam tradit Harmenop in d. tit. 10. in fin. qui tamen
non addit ex mortis teſtatoris, vt ſancitum eſt in d. §. ſi heres.
& in conſtitutione quadam Iuſtiniani, quæ nunc eſt l. 46. C.
de Epiſc. & cleric. cuius meminit Theſaur. in d. q. 25. n. 1. & nuſ-
quam meminit Faber, quamuis maximè pertineat ad eius
ſententiam confirmandam.
39 Sed ex his omnibus, & præſertim ex iis, quæ diximus
num 13. & 15. ſi verum amare velimus, perſpicuum eſt non
eſſe admittendum, quod à pragmaticis receptum eſt fructus
rei legatæ, ſi fuit propria teſtatoris, vt potuerit recta via do-
minium in legatarium tráſferri, vt in l. à Titio. 54. ff. de furt. ei
deberi etiam ante moram, & à die mortis teſtatoris ex d. l.
Herennius. ff. de vſur. & l. quæſitum de acq. rer. domin. & veluti
rem non dubiam aſſerunt inter Didac. variar lib. 1. cap. 9. n. 5.
Surd. in dec. 25. num. 19. Mich. Craſſ. in §. legatum. quæſt 71.
Fachin. controu iur. lib. 12. cap. 68. & Cardin. Mantic. d. tit. 10.
num. 34. Non enim neceſſario infertur ex dominio ad fru-
ctus, quia ſeparata eſt cauſa dominij, & fructuum: nec
quicquam prohibet alienæ rei fructus ad eum pertinere, qui
dominus non ſit, ſi modò percipiendorum fructuum ius ha-
beat, vt bonæ fidei poſſeſſor l. 48 ff. de acq. rer. dom. † Atqui 40
hæres etiam pro eo tempore, quo rei legatæ, vel per fidei-
commiſſum relictæ dominium in legatarium, vel fideicom-
miſſarium iuris poteſtate transfertur, bonæ fidei poſſeſſor
eſt, quia licet rem legatam, aut fideicommiſſo relictam eſſe
ſciat, euenire tamen poteſt, vt legatum vel fideicommiſ-
ſum negligatur, & repudietur, quo caſu nihil vnquam iu-
ris legatario aut fideicommiſſario in ea re quæſitum vide-
retur l. 86. §. cum ſeruus de leg. 1. & proinde nihil imputari
poſſit hæredi, qui fructus non tantum bona fide, ſed etiam
iure ſuo propter legatarij, vel fideicommiſſarij non petentis
negligentiam perceperit d. l. mulier. §. ſi heres. ad Trebell. &
l. poſtulante. § 1. ff. eod. vbi Iuriſconſultus ait non eſſe æquum
hæredem colonum, vel procuratorem legatarij conſtitui. Et
ita ferè Præſes Faber lib. 7 coniectur. cap. 4 qui deinde ſubiicit
hanc clauſulam: † Hæc vero omnia peſſimè vulgo interpretes 41
explicant, qui vt Modeſtini reſponſum in d. l. Herennius, conci-
lient cum tot aliis iuris locis, quibus proditum legimus deberi fru-
ctus legatorum, & fideicommiſſorum a die moræ, vel litis conteſta-
tæ, locos illos omnes coarctant ad eum caſum, quo aliena res legata,
aut per fideicommiſſum relicta ſit. quod tunc dominium rei, quæ non
fuit teſtatoris ſtatim tranſire non poſſit in legatarium, aut fideicom-
miſſarium. Quaſi verò quoties propriam rem teſtator reliquit, fru-
ctus omnes iure dominij legatario, aut fideicommiſſario acquiri ne-
ceſſe ſit, quo ſomniari nihil poteſt ineptius. Quare pro regula
conſtituendum eſt, fructus rei legatæ, vel per fideicommiſ-
ſum relictæ non niſi poſt moram deberi, niſi quibuſdam caſi-
bus, qui ab hac regula excipiuntur, vt hac quæſtione medio-
cri diligentia diſputatum eſt. † Quam antequam finiam, ſub- 42
iicio tantum hodie recipiendum non eſſe, quod Vlpianus ait
in l. 34. ff de vſur. Vſuras vicem fructuum obtinere, & merito non
debere à fructibus ſeparari, & ita in legatis, & fideicōmiſſis, & in
actione tutelæ, & ceteris iudiciis bonæ fidei ſeruari Hodie enim in
legatis, fideicommiſſis, & in omnibus iudiciis, ſiue bonæ
fidei ſiue ſtricti iuris, vſuras exigere illicitum, & turpe eſt,
at vero fructus optimo iure percipiũtur, in iis ſcilicet actio-
nibus, in quibus fructus veniunt, vt in l. 7. in fin. & l. 12. ff.
de condict. cauſ. dat. l. 15. ff. de condict. indeb. & l. 20 §. 3. de petit.
hered. & in iudicio familiæ herciſcundæ l. 9. & 17. C. hoc tit.
& aliis ſimilibus iudiciis, vt etiam in legatis, & fideicom-
miſſis receptum eſt, earum ſcilicet rerum, quæ fructus fe-
runt, vt ſunt oues, agri, domus, & cætera prædia vrbana,
quorum penſiones pro fructibus habentur & l. 36. ff. de vſur.
l. 6. C. de rei vindic. l. 39. § fructus. de leg. 2. † Nam ſi aurum, 43
vel argentum legatum ſit, veluti ſcyphus, neque fructus,
neque vſuræ debentur etiam poſt moram l. 3. in fin. de vſur.
niſi res ſit, quæ locari ſoleat, quo caſu hæres poſt moram
tenetur legatario in id, quod locata ea re mercedis nomi-
ne percipere potuiſſet l. 19. verſ. præterea Gallus. eod. tit. † 44
Sane quod Vlpianus ait in d. l. 34. fortiſſimum argumentum
præbet eius rei quam diximus, fructus ſcilicet legatorum
non niſi poſt moram deberi. Nam cùm vſuræ à fructibus
ſeparari non debeant, vt Vlpianus ait, qua ratione ex
iure ciuili vſuræ legatorum, & fideicommiſſorum poſt mo-
ram dumtaxat debentur, vt conſtat ex l. 1. C. de vſur. & fru-
ctib. legat. l. 87. § vſuras. de legib. 2. & pragmatici omnes ad-
mittunt: ita prorſus in fructibus conſtituere debent, vt non
niſi poſt moram debeantur, vt dictum eſt, & inter alia iura
probat l. poſtulante. 44. ad Trebell. vbi fructus non ſeparantur
ab vſuris, ſiquidem hic definitum eſt, neque vſuras neque
fructus fideicommiſſi deberi ſi mora non interceſſit.

Digitized by Google

QVÆSTIO XX.

De vſuris pupillaribus.

SVMMARIA.

1. *Vſura pupillares olim quinque caſibus centeſima.*
2. *Ex cæteris cauſis leniores.*
3. *Vſura pupillares currunt vſque in diem reddita tutela.*
4. *Vſura pupillares an ſint licita.*
5. *Vſura pupillares nunc prohibita.*
   Leges, quibus tutoribus vſura infliguntur, nunc ſunt abrogata, & num. 14.
6. *Vſura qua propter moram infliguntur, vera vſura.*
   Vſura non ſolum in mutuo prohibita, ſed etiam in aliis contractibus.
7. *Mora, & fruſtratio tutoris impunita eſſe non debet.*
   Mora nulla habenda eſt ratio, que nihil nocuit.
8. *Tutores tenentur pupillis in id quod intereſt,* & num. ſeq.
   Tutoribus remiſſa neceſſitas fœnerandi.
9. *Tutores eandem diligentiam in rebus pupillaribus adhibere debent, quam bonus, & diligens paterfamilias.*
10. *Obligatus rem aliquam pro alio emere, ſi id neglexerit, tenetur ad id quod intereſt.*
11. *Tutor, qui prædium pupilli ſine iuſta cauſa alienat, tenetur pupillo ad æſtimationem, & fructus rei.*
12. *Tutores tria potiſſimum meminiſſe debent.*
13. *Hæredes tutorum tenentur pupillis in id quod intereſt.*
14. *Præſertim ſi ex proprio facto conueniantur.*
15. *Hæredes tutorum conueniri poſſunt, vel ex adminiſtratione tutorum vel propria.*
16. *Fideiuſſores, & hæredes tutorum hodie non tenentur ad vſuras, ſed ad id quod intereſt.*
17. *Fideiuſſor ſi ſe in cauſam tutelæ obliget, tenetur in omnem cauſam, & in id quod intereſt.*
18. *Magiſtratus in ſubſidium à pupillis, & hæredibus eorum conueniri poſſunt.*
    Magiſtratus hodie in vſuras conueniri non poſſunt.
19. *Tutores iis caſibus, in quibus iure ciuili abſoluuntur ab vſuris, nunc ab intereſſe abſolui debent.*
    Prædia idonea fuiſſe venalia non præſumitur.
20. *Tutores non tenentur pupillis pro ſummis medicis in id quod intereſt.*
21. *Oblatione, & depoſitione impeditur curſus vſurarum pupillarium.*
    Tutor ſi frequenter finita tutela denuntiet minori ſeparatum eſſe rationes reddere, non tenetur ad id quod intereſt.
22. *Si minor poſt viginti annos, vel aliud longius tempus diſtulit petere tutelam, non poterat vſuras petere.*
23. *Qui diu tacuit, vſuras remiſiſſe præſumitur.*
    Tutores pro pupillis multos labores ſuſtinent.
24. *Remiſſio tacita vſurarum ab hæredibus, & tertiis poſſeſſoribus obiici poteſt.*
25. *Tutores hodie non poſſunt vſuras à debitoribus pupilli exigere.*
    Vſura quas tutores à debitoribus pupilli exigunt, ſunt illicita.
26. *Nouella Iuſtin. 72. quatenus permittit tutoribus pecunias pupillares fœnori dare, ſi velint, hodie abrogata eſt.*
    Neque pro redimendis captiuis fœnus licitum.
27. *Vſura, ſi in rem pupilli verſa ſunt, ab eo repeti poſſunt.*
28. *Debitor vſuras à pupillo repetens probare debet illas in rem pupilli verſas eſſe.*
29. *Alias à tutoribus repeti debent.*
    Officio tutoris hodie non continetur illicitas vſuras exigere.
30. *Tutor licitè à debitoribus pupilli exigit id quod pupilli intereſt, ob non ſolutam ſuo tempore pecuniam.*
    Pupillo non eſt ſubueniendum, cum de præda agit.
31. *Tutor qui propriam pecuniam impendit, poteſt conſequi quod ſua intereſt.*
32. *Niſi aliunde negotia pupilli explicare potuerit.*
33. *Tutor non conſequitur vſuras eius pecuniæ, quam habebat otioſam.*

VSVRARVM pupillarium duplex genus conſtituo.† Primum eſt earum, quæ veniunt in arbitrium tutelæ, & tutoribus infliguntur ex iure ciuili ob fraudem, vel culpam in pecunia pupillari admiſſam, veluti ſi tutor latenter pecuniam pupilli in ſuos vſus conuerterit, quo caſu vſuræ legitimæ id eſt centeſimæ veniunt *l. 38. ff. de negot. geſt. l. 54. ff. de admin. tut. l. 3. C. arbitr. tut. l. 1. C. de vſur. pupillar.* vt etiam veniunt centeſimæ, ſi tutor negauerit pecuniam habere ad alendum pupillum, & conuictus fuerit, vel dum ſi negat quantitatem aliquam pecuniæ penes ſe eſſe, pupillum ad res ſuas expediendas compulerit mutuam pecuniam accipere legitimis vſuris. item ſi tutor à debitoribus pupilli cẽteſimas exegerit. Denique ſi comminatio prætoris interceſſit de pecunia pupillari deponẽda ad comparationem prædiorum, & tutor non depoſuerit, vel tardius id fecerit. Ex his enim quinque cauſis in actione tutelæ veniunt vſuræ centeſimæ *l. 7. §. 7. & 10. ff. de admin. tut.*† Ex cæteris cauſis omnibus tutor vſuras eius pecuniæ, quam ex adminiſtratione debet, præſtat quincunces, vel trientes, aut ſi quæ aliæ leniores in ciuitate frequentantur, vt eodem loco conſtitutum eſt, & generaliter cum iudicio bonæ fidei diſceptatur in *l. 1. ff. de vſur.* & dixi *q. 1. n. 13. & q. 4. n. 23.* tametſi quidã ſentiunt Iuſtinianum iſtiuſmodi vſuras ad ſemiſſes reduxiſſe in *l. eos. C. de vſur.* & Harmenopulus ſcribat pupillares vſuras tertiam centeſimæ non excedere *lib. 3 tit. 7* ex aliqua forſan conſtitutione poſt Iuſtinianum lata: † currebantque huiuſmodi vſuræ ſiue maximæ, ſiue leuiores pro modo, & ratione culpæ vt dictum eſt, etiam poſt finitum officium, & vſque in diem, quo tutor tutelam reſtitueret *d. l. 7. in fin. ff. de admin. tut. l. 46. §. 3 ff. eod.* vbi Paulus reſpondit *finita adminiſtratione, eaſdem vſuras computandas eſſe, & d. l. 1. §. vlt. ff de vſur.* & notat Cuiac. *ad d. tit. de vſur pupill.* Montan. *lib. de tut. & curat. cap. 32. n. 178.* & Ioann. Griuell. *dec. 150. num. 1.* Atque ita iure ciuili receptum eſt. 1 2 3

Sed an hodie hoc ius obtineat, non omnium vna ſententia eſt. Sunt enim qui putant etiamnum iſtiuſmodi vſuras licitas eſſe, quia non tantum infligi videntur ex eo quod tutor non ſoluit, ſed ex eo quod male in re pupilli verſatus eſt. & proinde vſuris vice cuiuſdam pœnæ merito ſubiicitur *d. l. qui ſine 38. de negot. geſt. & d. l. 7. §. 3. de admin. tut.* quæ ait *tutorem vſuris plectendum eſſe tarditatis gratia.* Et deinde quia vſura in mutuo tantum prohibita eſſe videtur; vetuit enim Chriſtus dumtaxat ex mutui dationis officio quicquam ſperare, & capere, quod etiam innuere videtur illa Leonis conſtitutio 83. cuius meminimus *qu. 2. num. 33.* quæ nominatim de pecunia credita loquitur, vt notat Ioann. Botebolt. *de vſur. cap. 5. n. 5.* Sed in hoc genere nullum mutuum fingi, vel intelligi poteſt, quia iſtiuſmodi vſuræ veniunt in arbitrio, & actione tutelæ *l. 2. C. de vſur. pupill.* quæ eſt bonæ fidei. *§. actionum. inſtit. de action.* cum mutuum ſit ſtricti iuris, vt receptum eſt. Atque ita ſentit Donell. *in auth. ad hæc num. 14. C. de vſur.* Felician. *de cenſib. lib. 1. cap. 3. num. 13.* & Montan. *loc. cit. num. 207.* 4

Sed contraria ſententia verior, & tutior eſt, nimirum huiuſmodi vſuras nunc eo iure prohiberi, quo omnis omnino vſura, & ſuperabundantia interdicta eſt *cap. conſuluit. de vſur.* & illa, & ſimilia tutoribus inimica iura, quibus tenebantur vſuras præſtare, hodie irrita, & abrogata eſſe. Ita enim reſpondit Angel. Aretin. *conſ. 8. num. 3.* notant Didac. Couarr. *variar. reſol. lib. 3. cap. 2. num 1.* & Gutierr. *de tutel. par. 2. cap. 9. num. 4.* qui auctoritate Didaci vtitur, & illum communem magiſtrum, & Chriſtianiſſimum Præſulem vocat Molin. *diſp. 224. num. 18.* Padill. *in l. Præſes. num. 16. C. de tranſact.* Roderic. *de ann. redit. lib. 3. q. 10. n. 10. & 17.* Peregrin. *conſ. 99. n. 6. lib. 3. & conſ. 70. n. 7. lib. 4.* Magon. *dec. Florent. 1. n 26.* & ſecundum hanc ſententiam, cum hæc quæſtio in Auditorio Lituaniæ incidiſſet, iudicatum refert Petr. Royzius *dec. num. 446.* 5

Neque mouere debent, quæ proximè diximus *n. 4* quia licet vſuræ tutoribus infligantur vice cuiuſdam pœnæ, & 6

tarditatis

Digitized by Google

tarditatis, aut culpæ coërcendæ gratia non tamen vſuræ eſ-
ſe deſinunt, cum pupilli nihil intereſt, quia creſcunt, & cur-
runt pro ratione ſortis, & temporis *l.90.ff.de verb. oblig. & d. l.7. in fin. de admin. tut. & d. l.3. §. 3. de contr. tut. & vt act.* & proinde non eſt ambigendum iſtiuſmodi vſuras ho-
die illicitas eſſe, vt aduerſus Donellum diximus *quæſt. 3. num.9.* Qua ratione nihil obſtat, quod dicitur Lucæ 6. *mu-
tuum date, nihil inde ſperantes*; & nouella illa Leonis conſtitu-
tio, quæ ait *vſuras pecuniæ creditæ lege diuina vbique prohiberi*,
quia aliis, & apertiſſimis quidem ſacræ Scripturæ locis om-
nis omnino vſura, & ſuperabundantia interdicta eſt, vt di-
xi aduerſus eundem Borcholt. *q.1. n.34. & 35.* & conſtat *ex*
7 *d.c.conſuluit. de vſur.* † Et licet actio tutelæ ſit bonæ fidei, in
qua, & aliis ſimilibus iudiciis ex bono, & æquo libera po-
teſtas iudici permiſſa eſt, vt æſtimet, quid, & quantum
actori reſtitui debeat, iniquum videatur moram, & fruſtra-
tionem tutoris impunitam eſſe *l.3. in fin.ff. de vſur. & d. l.7. §.3. de admin.tut.* vt in omnibus aliis iudiciis iure ciuili rece-
ptum eſt *l.32.§.in bonæ fidei. & l.34. ff. de vſur. l.24. ff. depoſ.* &
aliis locis, in quibus ſcilicet ex mora vſura deberi veteribus
placuit: hoc tamen totum hodie abrogatum eſt, vt aliis lo-
cis diximus, & quod attinet ad leges, quibus tutoribus in-
fliguntur vſuræ, nominatim tradunt Couarr. & Roderic.
loc. cit. & ſane longe æquius fuit conſtituere nullam eius
moræ rationem habendam eſſe, quæ nihil nocet creditori,
& ex qua nullũ ſequitur damnum, vt in aliis cauſis probatũ
eſt, vt in *l.2. in fin.ff. ſi quis in ius voc. & l.8 ff. ſi quis caut.* & no-
tat Hotom. *in diſp. de mora cap.3. num.13* In quo quidem vete-
res Iuriſconſultos plurimum à veritate, & æquitate aber-
raſſe dicendum eſt.

8 Sed ſi tutor, cum commode potuiſſet ex pecunia pupil-
lari prædia, vel reditus emere, vel alia negotia minoris
vtiliter expedire, eam pecuniam in ſua commoda conuer-
tit, vel id facere neglexit, dicemus-ne hoc tutori impune
eſſe, & nihil hoc nomine pupillo præſtare debere? Reſpon-
deo tutoris culpam, & negligentiam plectendam eſſe in id,
quod pupilli intereſt. Quamuis enim tutoribus remiſſa ſit
neceſſitas fœnerandæ pecuniæ pupillaris ex Iuſtiniani No-
uell.72 & tradit Harmenop. *lib. 9. tit.11.* & id nunc omnino
interdictum ſit, vt proximè dicam, receptum tamen eſt etiam
nunc ob omiſſam prædiorum, vel redituum comparationem
iudicio tutelæ conueniri poſſe in id omne, quod pupilli
intereſt id factum fuiſſe, vt conſtat ex *l. ob fœnus 49. ff. de ad-
min.tut. & l.7. C arbitr. tut.* quod non eſt immutatum, vt tra-
9 dit Munnoz. *de ratrocin. cap.14. num.* 18. † quia generaliter
receptum eſt tutores & curatores eandem diligentiam circa
adminiſtrationem rerum pupillarium adhibere oportere,
quam bonus, & diligens paterfamilias ſuis rebus adhibere
ſolet *l.10. & 33. ff. de adminiſtratione tutorum, & l.1. ff. de tut. & ration. diſtrah.* & notat Plot. *de in lit. iurand. §.5. num. 24.*
Surd. *de alim. tit.8. priuil. 86. num. 3.* Petr. Gregor. *ſyn-
tagm. l.12. c.3. num.14.* & Munnoz. *loc.cit.* Et cùm non ſoleant
viri prouidi, & diligentes pecuniam diu domi depoſitam, &
inutilem retinere, non videtur tutor officio ſuo functus, qui
cum poſſet prædia, vel reditus annuos idoneos comparare,
ea non adquiſierit, & præſertim ſi propria commoda vtili-
tati pupilli prætulit pecuniam pupillarem in proprios vſus
conuertendo, ideoque hoc omne in iudicium tutelæ veni-
re æquiſſimum eſt *d.l.quicquid. C. arb.tut. & l.1. ff. de tut. & ra-
tion.diſtrah.* & teneri tutorem non quidem ad vſuras, vt in *d. l.7.§. ſi poſt. & §. quæ autem de admin. tut. & l.1. C. de vſur pu-
pill.* ſed ad refundendos fructus, quos pupillus percepiſſet
ex prædiis, vel reditibus, quos tutor emere debuit: deni-
que ad reſarciendum damnum, quod ex illius culpa, ne-
gligentia rebus minoris illatum eſt, vt indicant *l.8. & 10. C. de admin.tut.* & aliæ multæ leges *eod.tit.* & in ſpecie decla-
rant Bartol. *in d.l.7.§. ſi poſt.* Angel. *in d. conſ.8. num.3.* Iodoc.
Damod. *in ſuo patrocin. pupill. tit. de intereſſe. num.52.* Couarr.
loc.cit. num.2. Gabr. *in conſ.26. num.3. & 8. lib.1.* Honded. *in conſ.39. num.4. lib.1.* Montan. *de tutor. & curat. cap.32. num.*
195. Gutierr. *loc.cit. num.5.* Surd. *in dec.179. num.10.* Gratian.
diſcept. forenſ. cap.240. num.28. Marr. *conſ.153. n.2. & 3.* Galgan.
de Tutor. lib.2. tit.27. num.30. & 33. & aliis auctoribus relatis
Roderic. *in d. quæſt.10. num.12.* Ex quibus conſtat hanc com-
munem eſſe ſententiam. † Nam, & generale eſt eum, 10
qui obligatus eſt rem aliquam pro alio emere, vel ex diſ-
poſitione iuris, vel ex contractu, ſi id neglexerit, teneri
ad id quod intereſt rem emptam habere *l.8. §. mandati actio. ff. mandat. & l.22. §. Iulianus. ſcribit, eod. tit.* quæ ait
id æquiſſimum eſſe. Quod etiam probant Honded. *in d. conſ.*
39 à num. 3. Menoch. *conſ.7. num.16.* & Gratian. *in d. cap.*
240. *num.*34. vbi notat nihil ſingulare hac in re fauore mi-
norum eſſe conſtitutum, & *cap.579. num.* 20. ex quibus con-
ſtat rectiſſimè damnatos hæredes ad fructus pecuniæ lega-
tæ *in d. dec.*159. poſt tractatum Statilij, quia ex quaſi con-
tractu tenebantur reditus montium emere legatario *§. hæres quoque. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. contr. naſc. l.5. §. hæres. ff. de oblig. & act.* & confirmat hæc omnia, quod definit *l. pa-
tronus. 35. in princ. de leg.3.* hæredem ſcilicet qui iuſſus rem
emere moram fecit, præſtare legatario non vſuras æſtima-
tionis eius rei, ſed quicquid ex ea conſecutus eſſet ſi res ſe-
cundum voluntatem defuncti empta fuiſſet, idque legata-
rium ad hæredes tranſmittere.

Sed qua ratione tutor, vel curator, qui cum poſſet præ-
diũ emere id neglexerit, tenetur pupillo in id quod intereſt, 11
vt dixi, ita prorſus ſi fundum, vel reditum annuum mino-
ris ſine iuſta cauſa diſtrahit, tenetur non tantum pretium,
& æſtimationem rei, ſed etiam rei fructus, & reditus re-
fundere, quos ex prædiis, vel cenſibus malè diſtractis pu-
pillus, vel adultus percipere potuiſſet, *l.2. ff. de negot. geſt. l.vlt. C. ſi tut. vel cur. interu. l.32. §. Modeſtinus. ff. de admin. tut.*
Plot. *de in lit. iur. §.11. num.3* & Gratian. *in d. cap.240. in fin. & eod. c.579. n.21.* quod generaliter aduerſus omnes, qui aliena
negotia gerunt, receptum eſt ex *d.l.2. de neg. geſt.* & tradit
Honded. *in conſ.82. num.20. lib.2.*

Sanè ex his tria potiſſimum Tutores, & Curatores mino- 12
rum admonendi ſunt. Primum eſt, quod ait d.l. *qui ſine.* 38.
de negot. geſt. *illos integram, & abſtinentem omni lucro fidem
præſtare debere.* Alterum, quod ſcribit Calliſtratus in l.33.
de admin.tut. *ab eis eandem diligentiam exigendam eſſe circa ad-
miniſtrationem rerum pupillarium, quam diligens paterfamilias
rebus ſuis ex bona fide præſtare debet.* Denique quod tradit Vl-
in l.1. in princ. ff. de tutel. & ration. diſtrah. *eos in omnibus quæ
fecerunt, cum facere non deberent, item in his, quæ non fecerunt.
cùm facere deberent, rationem reddere oportere*, vt etiam conſtitu-
tũ eſt *in d.l.7. C. arb.tut.* Quæ ſẽper ante oculos tutores, & cu-
ratores, & Magiſtratus oppidorũ, & ciuitatũ habere debent,
quia his paucis præceptis totũ eorũ officiũ ferè continetur.

Neque tantum tutores, & curatores pupillis, & adul-
tis obligantur in id quod intereſt, ſi eorum culpa, vel do- 13
lo minores qui admiſerint, vel cum poſſent non acquiſie-
rint, vt definitum eſt *in d.l.7. C. arbitr. tut.* Sed etiam tutorum,
& curatorum hæredes *l.7. §. 13. de admin. tut. l. vlt in fin. de
vſur. pupill.* conſtat enim actionem tutelæ etiam in hære-
des competere *d.l.1. §. hanc actionem de tut. & rat. diſtrah. l.4. de fideiuſſ. tut. & l.1. & vlt. C. de hæred. tut.* quæ ait hæredes non
tantum reſtituere debere, ſi quid ad eos ex re pupilli, vel
adulti peruenerit, ſed etiam eorum rationem reddere, quæ
tutor, vel curator facere debuit, neque fecit. Quod in
ſpecie docent Gutierr. *in d. cap.9. num.21.* Roderic. *in d. quæſt.
10. num.*20. & iudicatum refert Hier. Franciſc. Leo *in dec.15.
num.9.* † Sanè quod Vlpianus ait *in d.l.7. §.13. & in d.l.4. §.
vſuras, de fideiuſſ. & hæred. tut.* iudicem ſcilicet ex bono, & 14
æquo conſtituere debere quantas, & cuius temporis vſuras
hæres tutoris præſtare debeat, hodie recipiendum non eſt.
Cùm enim non poſſit tutor vſuris plecti, vt dixi *num* 5. mul-
to minus eius hæres; cum hærede enim mitius agi ſolet *l. alio iure. C. de in lit. iur. l.4. ff. de magiſtr. conuen.* ſed illud ac-
cipiendum eſt de licito lucro, quod pupillus, vel minor
amiſit ex culpa, & negligentia tutoris, vt rectiſſimè notat
Gutierr. *loc.cit.* & præſertim hæredes tenentur pupillo ad id
quod intereſt, ſi ex proprio facto conueniantur, veluti
ſi poſt mortem tutoris, qui ſucceſſerunt, in adminiſtratione
rerum pupillarium perſeuerauerit, vt in *d.l.4. de fideiuſſ. tut.* † 15
ex qua obſeruandum eſt hæredes tutorum, & curatorum du-
plici nomine cõueniri poſſe. Primo tanquam hæredes ex ad-
miniſtratione tutoris, cui ſucceſſerũt: diximus enim arbitriũ,
ſeu actione tutelæ competere in hæredes ex *d. l.1. ff. de tut.*

& rat.diſtrah.& aliis & ex l.1.C.vt action. & ab hered.& contr. hered. incip. & hoc caſu ex dolo, & culpa defuncti non tantum in id, quod ad eos peruenit, verum etiam in totum tenentur l.ad ea, in fin.de regul.iur.l.12.& l.49 ff.de oblig. & act. & reddere quicquid ea bonis pupilli penes tutorem fuit l.1. §.1. de fideiuſſ. & hered. tut. & rationem reddere eorum omnium, quæ à defuncto geſta ſunt l.2. & 4.C.de hered. tut. & curat. tametſi pro ea tantum parte, qua quiſque hæres eſt, conueniri poſſit d.l.ad ea.de reg.iur. & ea dolo defuncti aduerſus hæredem non iuretur in litem d.l.alie iure C.de in lit. iuran. Secundò conueniri poſſunt hæredes ex proptia adminiſtratione, & facto proprio, vt ſi poſt mortem teſtatoris vel curatoris ſe rebus minoris immiſcuerint, vel ſi pecuniam pupilli penes tutorem inuenerint, & conſumpſerint, aut debita pupilli exegerint, deniq; quacumque ratione poſt mortem tutoris negotia pupilli gerere perſeuerauerint, & hoc caſu proprio etiam nomine tenentur rationem reddere, & aduerſus eos ea proprio dolo in litem iurare permittitur l. 60.ff.de admin.tutor.d.l 4.in princ. de fideiuſſ. & nomin.tut. quæ tamen ait negligentiam propriam hæredibus non imputari, quod Vlpianus repetit in d.l.4.ff.de magiſtr.conuen. & notat Petr.Gregor.ſyntagm.iur.ciuil.lib.13.cap.10.num.20.

16 His conſequenter, quod Vlpianus ait in l.3.ff. de fideiuſſ. tut. & curat. etiam fideiuſſores, & hæredes eorum iiſdem vſuris ſubiacere, quibus tutores ſubiiciuntur, & quod dicitur in l.10 ff. rem pupill. ſaluam. for. ſi quid ea tutela dari oportet certum eſſe, & fructuum nomine, & vſurarum medij temporis, tam tutorem, quam fideiuſſores eius teneri, hodie quoad vſuras admittendum non eſt, ſed tantum recipi poteſt quoad fructus, & id quod verè intereſt, quia in omnem cauſam tutelæ interueniſſe cenſetur, niſi aliud expreſſum ſit, & pro certa ſumma fideiuſſio facta fuerit l.fideiuſſores. 68. §.1, de fideiuſſ.l.2.in fin.ff qui ſatiſd. cog. & l.1.§.vlt. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. & notat Cuiac. ad African. tract.3. Mareſcot. variar. reſol. lib.2.cap.48. num.8. & Anton. Hering. de fideiuſſ. cap.24 num.236. Et licet hæc in dubium reuocari poſſint ex his quæ proſequitur Heringius eod. loc. & ex Harmenop. lib.3. tit.6. circa fin. vbi ait fideiuſſorem in vſuras non teneri, niſi hoc expreſſim cautum ſit, tamen ſatis eſt, ſi fideiuſſor in cauſam tutelæ ſe obliget, & promittat rem pupilli ſaluam fore, vt iudicat d.l.10 rem pupill. ſal. for. & l.9.& 11. eod. tit. ex quibus conſtat hac ſtipulatione contineri, quicquid in iudicium tutelæ venit. Hoc etiam demonſtrat d. l.68.de fideiuſſ. vbi Paulus refert fideiuſſores abſoluiſſe vſuris, quia in ſola centum annua ſe obligauerant, non in omnem conductionem. Et proinde cùm fideiuſſores tutorum non dentur in certam quantitatem, ſed in omnem tutelam, conſequens eſt eos, vt olim in eaſdem vſuras quibus tutores tenebantur nunc
17 in id quod intereſt minoribus obligari. † Quod ſine controuerſia admittendum eſt, quoties, tutor, vt vſitatum eſt, promittit ea fide bona rem pupilli gerere, rationes reddere, & reliqua ſoluere ſub refectiones eius, quod intererit minoris. Hoc enim caſu certiſſimum eſt fideiuſſorem, qui huic obligationi acceſſit in omnem cauſam obligatum eſſe, & in id quod intereſt, etiam conueniri poſſe l. 10. C. de fideiuſſ.& l.8. C.quod cum eo, & l.ſi quis. 56.§.ſi nummos. ff. de fideiuſſ. quas citat Hering. d. cap. 24. num.233. quibus addere potuit l.32.in princ.ff.de admin. tut. quæ nominatim ait curatorem pupillo datum poſſe fideiuſſorem tutoris conuenire ex ſtipulatione quanti pupilli intereſt, in id omne, in quod tutor conueniri poteſt.

18 Ideinque prorſus in magiſtratibus, qui tutorem dederunt, conſtituendum eſſe exiſtimo. Etenim obſeruandum eſt, quo res pupillorum ſalua ſit, legibus conſtitutum eſſe, vt magiſtratus, qui minus idoneos tutores dedit, nec curauit, vt idonee caueretur, in ſubſidium à pupillis, & eorum hæredibus conueniri poſſit l.1. §. 4. & l.6. de Magiſtrat. conuen. quæ ait loco fideiuſſoris haberi; & in l.4.C. eod. & tradit Montan. de tutor. cap. 52. num.60. Petr. Gregor. ſyntagm. lib. 13. cap. 10. num.32. Duaren. ad hunc tit. cap.1. & 4. & Oldend. claſſ.4. act. 37.num.7. vnde hæc actio ſubſidiaria dicitur ab Vlpiano in d.l.1.in princ. cuius tamen non meminit, qui de remedijs ſubſidiariis librum ſcripſit. Magiſtratus ergo exacuſſis tutoribus, & fideiuſſoribus, eorumque hæredibus tenetur pupillo indemnitatem præſtare, & iure ciuili etiam in vſuras l vlt.ff. de magiſtr. conuen. quæ præterea ait eandẽ actionem in magiſtratus dari, quæ cõpetit in tutores. Quod tamen quod attinet ad vſuras, iure canonico improbatum eſt, ex quo ſcilicet vſuræ omnino prohibentur.

19 Sed quod diximus tutores, fideiuſſoreſque eorum, & adfirmatores, qui fideiuſſorum vicem ſuſtinent d. l 4.in fin. de fideiuſſ. & nomin. tut. & magiſtratus in ſubſidium nunc teneri ad id quod minoris intereſt pecuniam eius ſterilem fuiſſe ob dolum, vel negligentiam tutoris, quibuſdam modis reſtringendum eſt. Et generaliter iis caſibus, quibus tutor iure ciuili abſoluitur ab vſuris, iiſdem caſibus à fructibus, & ab eo quod intereſt abſolui debet. Quamobrem ſi tutor pecunias pupilli in emptionem prædiorum, vel redituum conuertere non potuit, nihil hoc nomine exigi poteſt, ſed vacabit pupillo l.3. C.de vſur. pupill. l.cum plures. 12 in fin. de admin. tut. vnde receptum eſt minorem probare debere prædia, vel reditus fuiſſe venalia, quæ tutor emere potuiſſet, vt multis auctoribus citatis dixi quæſt.18. num.35. quibus conſentiunt Menoch. de arbitr. caſ.49. num.6. Plot. de in lit. iuran.§.5. num.17. & Gratian. in addit. ſua. dec. 38. num.2. Neque enim facilè præſumitur prædia fuiſſe venalia, vt indicat l.24.C.de adminiſt. tut. niſi fortaſſe iis in locis, in quibus frequens eſt annuorum redituum venditio, vel niſi probetur tutor eodem tempore propriam pecuniam bene, & vtiliter collocaſſe l 13.§. 1. de admin. tut. quæ ait hoc caſu tutorem non eſſe audiendum, hinc enim aduerſus eum magna oritur præſumptio. Idque notat Montan.loc.cit. num.188. & Marta in d.conſ.153.n.5.

20 Præterea non tenetur tutor hoc nomine, niſi tantundem pecuniæ ad eum ex reditibus, fructibus, & nominibus pupilli peruenerit, vt inde commodè prædium aliquod comparare potuerit. Neque enim ſi modica pecunia eſt imputari poteſt tutori, quod prædia non comparauerit, ſed aliis pupilli vſibus, & neceſſitatibus reſeruauerit, vt innuit d. non. 72.§.ſi vero.& l.5.in princ.de admin.tut. illis verbis: manifeſtum eſt ad minimas non pertinere, & tradunt Montan. eod.loc. num. 203. Plot.loc. cit. Munnoz. de ratiocin. c.14.n.8. & Roderic. d. quæſt.10.n.14. vbi rectè ait hac in re plurimum iudicis arbitrio deferendum eſſe. Id enim conſtat apertiſſimè ex d.l. 5. quæ ait huic rei modum generaliter præfiniri non poſſe, cùm facilius cauſa cognita per ſingulos poſſit examinari. quod miror à Menochio prætermiſſum.

21 Illud etiam hic notandum eſt, vt impeditur curſus vſurarum pupillarium oblatione pecuniæ, & depoſitione l.1. in fin.l.8 ff de vſur. l.28. §.1. ff. de admin. tut. & tradit Cuiac. ad tit. de vſur. pupill. in fin. ita quoque impediri curſum eius quod intereſt. Nam licet odioſior ſit cauſa vſurarum, id tamen quod intereſt, etiam pœna eſt, l.1. C.de ſentent. quæ pro eo, l vlt.ff.de eo quod cert.loc. & notat idem Cuiac. tract.3. ad Afric. vt etiam Hotoman. in tract. de vſur.lib.1.c.5.verſ. ex quo nimirum. Imo ſatis eſt, vt non amplius ad intereſſe teneatur, ſi tutor finita tutela frequenter denunciet pupillo ſe paratũ eſſe rationes reddere, & reliqua perſoluere, & ad extremũ id apud acta ius dicẽtis proteſtetur. Hoc enim caſu inhiberi curſum vſurarum certiſſimum eſt ea d. l.vlt.C. de vſur. pupill.& Cuiac ab h.tit. in fin. Quod tamen non de quolibet adulto accipiendum eſt, ſed de eo tantum, qui vel curatorem habet, vel de eo qui capax eſt talium denuntiationum, & eius conſilij, vt ſibi iã ſatis ſapere, & cõſulere poſſit, vt ex Molinæo notat Gotoft.ad h.l.vlt. Rodetic.de ann.redit. lib.2.quæſt 15. num. 18. & 27. qui vt ſuſpicor, profecit ex Molinæo, & Ioann. Griuell. in d. dec.150.num.11. & ſatis innuit d l.vlt. illis verbis, ac ſi rem diſſimulatione proferat. Quamobrem hac in re etiam plurimum arbitrio iudicis deferendum eſt. 22

Denique non puto tutorem condemnandum eſſe in id quod intereſt, ſi fortè is cuius tutelã geſſit, poſt vigenti annos, vel longius tempus diſtulit tutelæ rationem petere. Nam & hoc caſu vſuræ non debentur, vt conſtat ex l.29.ff. de admin. tut. quæ ait periniquum eſſe eum, cui fortè poſt viginti annos, vel amplius in mentem venit tutelam repoſcere, etiam vſuras poſtulare, quod etiam notat Griuell. in d. dec.150. num. 16. cenſetur enim, qui tandiu diſtulit petere, vſu-

ras

Digitized by Google

râs remiſiſſe ex l. *cùm quidam.* §. 17. *ff. de vſur.* cuius verba ſuot: *Parum iaſtè vſuras præteritas petis, quas amiſiſſe te longi temporis interuallum indicat, qui eas à debitore tuo, vt gratior apud eum videlicet eſſes petendas non putaſti.* Et licet hoc videatur hic conſtitutum, quia creditor captabat gratiam
23 debitoris, non tamen neceſſe eſt id probari: † ex eo enim quod diu diſtulit petere, lex præſumit id creditorem voluiſſe, vt gratiam conſequeretur creditoris, vt rectè docet Barboſ. *in l. quæ dotis.* 34. *num.* 48. *ff. ſol. matrim.* & Rouit. *in dec.* 43. *num.* 4. & ideo non eſſe ferendum creditorem, ſi poſt tam longi temporis interuallum, quaſi repentè mutata ſententia, vſuras præteriti temporis petat, quas facilius ſingulis annis debitor ſoluere potuiſſet. Quod ſanè innount verba *d. l.* 39. *cui fortè poſt viginti annos venit in mentem*, quod odioſum eſt, & præſertim aduerſus tutorem, qui vt veriſimile eſt, multos labores in rebus pupilli adminiſtrandis, & eius perſona tuenda ſuſtinoit, tutores enim ex re ipſa nomen cœperunt *l. 1. ff. de tut.* eorumque præcipuum officium eſt pupillum tueri *l.* 30. *de admin. tut.* & proinde facilè credendum ſit, qui tandiu iacuit, vſuras remittere voluiſſe. Ex quibus etiam ſequitur hac in re plurimum arbitrio iudicis tribuendum eſſe, cùm ex voluntate creditoris pendeat, & facti magis, quàm iuris, quæſtio eſſe videatur *l. Neſennius. ff. de neg. geſt.* & *l. verum.* 47. *de donat. inter vir. & vxor.* & in re ferè ſimili Surd. *in conſ.* 290. *num.* 55. & Faber *in ſuo Codice, tit. de iur. dot. definit. vlt.* & ex his quæ dixi
24 *quæſt.* 91. *n.* 4. † Quæ tacita remiſſio noo tantom ab ipſo debitore obiici poteſt, ſed ab hærede eius, & bonorum poſſeſſoribus, vt conſtat ex *d. l.* 39. *de admin. tut.* & iudicatum refert Rouit *in d. dec.* 43. *in fin.* tametſi in ſpecie huius deciſionis, in qua agebatur de intereſſe anouorum redituum, alia vrgebat iuris ratio, quia reditus annui, veluti acceſſiones aliam acceſſionem non admittunt ſecundum noſtram ſententiam, & proinde ſuperfluum videbatur quærere, an ex longo ſilentio huiuſmodi intereſſe remiſſum videretur. Atque hæc de vſuris pupillaribus primi generis.

25 Alterom genus eſt earum, qoas tutor ex pecunia pupillari, quam fœnori dedit, vel ex debitoribus patris pupilli exigit. Et hoc genus illicitum eſſe certi iuris eſt. Etenim leges, & conſtitutiones principum, quibus olim mandatum eſt tutoribus, vt pecuniam minorum, vel in prædia conuerterent, vel fœnori darêt iam pridem quoad vſuras exploſæ ſunt, vt notat Couarr. *lib.* 3. *capite* 2. *numero* 1. Nauarr. *in comment. de vſur. num.* 34. Molin. Theolog. *diſp.* 324. *num.* 18. vbi refert id lege Luſitaniæ prohibitum eſſe Petr. Gregor. *de vſur. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 15. Gutierr. *d. cap.* 9. *num.* 4. Roderic. *d. quæſt.* 10. *num.* 10. & latiſſimè Petr. Royz. *d. dec.* 5. *num.* 440. *& ſeq.* & Iulian. Pelæus *in ſuis quæſtionibus illuſtrib. quæſt.* 12. vbi ait in Gallia edictis Regiis vſuras pupillares damoatas eſſe, denique idem tradit Godelin. *de iur. nouiſſ. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 13. vbi etiam refert conſuetudinem Haononiæ, quà pecuniæ popillares ſub vſuris quincuncibus agitari ſolebant, damoatam eſſe nuper decreto ſynodi Cameracenſis, cui illa prouincia ſubeſt, & deinde conſtitutione Principis interdictum eſſe, ne id amplius fieret. Proinde ſi qoid vſurarum nomine à tutoribus exigitur vltra ſortem, id fœnus illicitum eſt, & reſtitui debet.

26 Qua ratiooe admittenda non eſt d. Nouella Iuſtiniani conſtitutio 72. quatenus permittit tutoribus, ſi ipſi velint, pecuoiam pupillarem fœnerare. Hoc enim iniqoum eſt, & legi diuinæ coottarium, vt ne quidem pro redimendis è manibus Turcarum Chriſtianis fœnus exercere liceat *c.* 4. *de vſuris* quod ſubindicat etiam Iuſtinian. *eod. loc.* dum refert etiam tum viros Dei memores tutelæ onus declinaſſe propter neceſſitatem illis impoſitam pecuniam pupillarem fœnerandi. Iam tum enim ſeſe veritas exerebat, & iam multis patrum decretis vſuræ veluti natura ſua turpes, & nefariæ prohibebantur, vt concilij Nicæn. *cap.* 17. Quare sic viros probos, & Deum timentes à ſuſcipiendis pupillorum tutelis hæc iura retinerent, illos legibus ſoluit, quibus pecuniam pupillarem fœnerare cogebantur, illiſque hoc liberum reliquit, tametſi congruentius ſacris decretis feciſſet, ſi tutoribus omnino, & reliquis omnibus fœnerandi licentiam cohibuiſſet.

Quamobtem nunc meritò receptum eſt competere aduerſus pupillum repetitionem eius, quod vſuræ nomine ſuperexactum eſt, ſi io rem eius verſum eſſe doceatur, vt optime declarat Vgolin. *in lib. de vſur. cap.* 16. §. 2. Quod probatur ex *l.* 20 *in fin. ff. de in rem verſ. l.* 32. §. *interpoſito. de admin. tut.* & *l.* 3. *quando ex fact. tut.* cuius hæc verba ſunt: *Quod vulgo dicitur tutoris dolum pupillo non nocere, tunc verum eſt, cum ex illius fraude locupletior pupillus factus non eſt.* Nec enim debuit ex alieno flagitio ditari *l.* 1. *C. ex delict. defunct. quem hær. conuen.* & cum aliena iactura *l.* 13. *&* 14. *ff. de condict. indeb. & l. ſi minoris. ff. de admin. tut.* † Neceſſe autem 28
eſt debitori, qui vſuras tutori ſoluit, eáſque repetit à pupillo, probare illas in rem pupilli verſas fuiſſe, & ex illis locupletiorem factum eſſe ex his, quæ latiſſimè tradit Sfort. Odd. *de reſtit. integr. quæſt.* 51. & Maſcard. *de probat. concl.* 1167. *& arg. l. prædiorum. & l. ſi prædium. C. de præd. minor. & d. l.* 32. §. *interpoſito. de admin. tut.* quo in loco Modeſtinus reſpondit minorem, qui aduerſus venditionem reſtitutus eſt, pretium reddere non teneri, *cùm ex venditione locupletior factus non eſt, neque in rem ſuam quidquam verſum probetur.* Quod tamen probabitur, ſi doceatur vſuras rationibus pupilli à tutore illatas fuiſſe *d.* §. *interpoſito. & d. l.* 3. *in fin. quando ex fact. tut.* illis verbis: *ſi modo pupilli rationibus illatum probatur.* † Quo non præſtito aduerſus tutorem duntaxat 29
erit actio. Certum enim eſt, tutorem hoc nomine conueniri poſſe etiam finito officio, non enim debet crimen ſuum alienis commodis impendere, vt notat gloſ. *in c. vlt. dist.* 46. & tradunt Caſtrenſ. *in l. ſi quis.* §. *ſi procurator. num.* 15. *ff. quod quiſq. iur.* Maiol. Nauarr. & alij apud Vgolin. *loc. cit.* & Petr. Gregor. *de vſur. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. Neque eius officio hodie continetur illicitas vſuras exigere *arg. l.* 6. §. *Celſus ait, de condict. indeb.* imo potius illas remittere, vt inquit gloſ. *in l. Præſes. C. de tranſact.* & ibi Salic. *num.* 5. vbi notat *intereſſe pupilli iniquam pecuniam non recipere, quia illam teneretur reſtituere: neque tutorem debere illaqueari peccato propter pupillum, quod faceret, vſuras vel aliam iniquam pecuniam recipiendo.* quod Bald. Alex. & alij ſentiunt apud Curt. *in d. l. Præſes num.* 16. & Iaſ. *in fin.* vbi notat hoc accipiendum eſſe ſecundum ius, quod nunc obtinet, quo vſuræ ſunt prohibitæ.

Sanè ſi tutor aliquid à debitoribus pupilli ſuperexegerit 30
ratione eius, quod pupilli intereſt ſibi pecuniam ſua die ſolutam eſſe, veluti ſi ob moram debitorum non potuit tutor domum, vel agrum emere, vel reditum annuum redimere, denique ſi qua alia ratione minor ex culpa debitorum damnum ſenſit, vel amiſit lucrum, id licitè à tutore percipitur, nec reſtitui debet. Nam & id aliis creditoribus licet *l.* 2. §. *vlt. de eo quod cert. loc. l.* 13. *ff. rem rat. haber. l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo, & l.* 12. §. *ſi mihi. ff. mandat.* vbi Vulpianus ait æquiſſimum eſſe huius rei rationem haberi. Neque creditor quod pupillus, vel minor ſit, deterioris conditionis eſſe debet, cùm potius vt minorum res ſalua ſit, & ne detrimentum patiantur multa fauore eorum conſtituta ſint. Denique vt ferendus non eſt minor, cum de præda id eſt de vſuris agit; ita cum de damno ſollicitus eſt audiri debet *d. l. ſi minoris. de admin. tut.* & proinde licitè per tutorem id quod verè pupilli intereſt exigi poteſt.

Sed vt diximus tutorem, qui pecuniam pupillarem in ſuos 31
vſus conuerti, teneri pupillo in id quod intereſt *d. l.* 7. §. *ſi pecuniæ, de admin. tut.* ita ſi propriam pecuniam in rem, & vtilitatem pupilli impendit, vel ſi eam mutuatus eſt ſub vſuris, vt rem pupilli ſaluam faceret, & eius negotia vtiliter expediret, æquum eſt, vt quicquid eius intereſt à pupillo conſequatur, ne ſcilicet officium ſuum ei damnoſum ſit, quod ius non patitur *l. ſi damnaſſem.* 17. *ff. mand. & l.* 29. *ff. ex quib. cauſ. maior.* & ita tradunt Ioann. Oldendrop. *de act. claſſ.* 4. *act.* 32. *verſ. quid perſequamur. num.* 2. Paul. Montan. *de tut. & curat. cap.* 40. *num.* 1. Grimaud. *de vſur. & contract. pignerat. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 9. & probatur ex *l.* 3. §. *conſequitur. de contrar. tutel. & vtil. act.* quod verum eſt etiam poſt finitam tutelam, vt eodem loco Vlpianus definit his verbis: *& magis eſt, vt quoad ei reddatur pecunia, vſuras conſequatur: nec enim ſterilis ei debet eſſe pecunia.*

Quod tamen declarandum eſt, vt non habeat locum, ſi 32
in ſubſtantia pupilli fuit, vnde tutor ſibi ſoluere potuit, vel

Digitized by Google

alia negotia pupilli expedite, vt ſi habuit multos debitores, à quibus tutor potuit exigere, vel pecuniam depuſitam ad prædiotum comparationem, quam non poſtulauit depromi, vt ſibi ſolueret, vt conſtitutum eſt *in ead. l. 3. §. ſi tamen. l. magis puto. 5. §. non paſſim. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* & reſpondit Marian. Socin. *in conſ.* 148. *num.* 24. *lib.* 1. & notat Muntan. *loc. cit. num.* 49. rectè ſubiiciens, vbi aliquo modo ex ſubſtantia pupilli æs alienum poteſt diſſolui, non debere
33 pupillun vſuris grauari. † Idemque dicendum arbitror, ſi tutoris nihil intereſt proprios nummos pro pupillo prærogaſſe. Quid enim ſi pecuniam otioſam habuit, & in rem pupilli vertit? Quid, ſi ſine vſuris pecuniam mutuatus eſt, vt negotia pupilli explicaret? Sanè dicendum eſt tutorem nihil vltra ſortem capere poſſe non magis quàm ſi alteri pecuniam crediidiſſet. Oportet enim, vt verè creditoris interſit. Quare quod Vlpianus ait *in d. § conſequitur*, & poſt eum Montanus *loc. cit. num.* 36. tutori ſterilem non debere eſſe pecuniam, iampridem abrogatum eſt.

QVÆSTIO XXI.

De vſuris rei iudicatæ.

SVMMARIA.

1. *Tempus iudicati faciendi olim quadrimeſtre fuit.*
2. *Quadrimeſtre iudicatis conceſſum ad ſoluendum erat immune ab vſuris.*
3. *Poſt tempus iudicatis conceſſum binæ centeſimæ pendebantur.*
4. *Anatociſmus legibus antiquis permiſſus.*
5. *Malæ fidei poſſeſſores olim in binos fructus tenebantur.*
   Malæ fidei debitores tenebantur in duplas centeſimas.
6. *Malæ fidei poſſeſſor tenetur ad fructus, quos percipere potuit.*
7. *Vſura rei iudicatæ ex conſtitutione Iuſtiniani primum ſemiſſes, deinde centeſima.*
8. *Vſura rei iudicatæ quibuſdam licita.*
9. *Verius eſt prohibitas eſſe.*
10. *Lex, contractus quidam.*
    In iudicio quaſi contrahitur.
11. *Vſuræ, quæ in pœnam infliguntur, non deſinunt eſſe vſuræ.*
12. *Iudex non poteſt hodie præcipere, vt donec pecunia debita ſoluatur, præſtentur vſuræ.*
13. *Iudex non poteſt pœnam vſurarum infligere non ſoluentibus.*
14. *Iudex an poſſit reditum annuum ſua ſententia creare.*
    Nauarri, & Cenij ſententia
15. *Virginij de Boccatiis de eadem re opinio.*
16. *Nihil refert ad cenſum ſententia conſtituendum ex qua cauſa pecunia debeatur.*
17. *Ludouici Auendanni ſententia.*
18. *Quæ expenditur.*
19. *Cenſus non poteſt à iudice inuito debitore, aut creditore creari.*
20. *Nemo poteſt cogi pecunias ſub vſuris accipere.*
    Debitor non poteſt dare in ſolutum cenſum annuum ſuo creditori.
21. *Conſtitutio Pij V. habet locum in cenſibus iudicis ſententia creatis.*
21. *Factum iudicis factum debitoris.*
    Debitor vendito per iudicem pignore tenetur de euictione.
23. *Sententia quæ debitor condemnatur præſtare vſuras quoad ſoluat, iniuſta eſt.*
24. *Pœna quæ ob tempus tardæ ſolutionis creſcit, vera vſura eſt.*
25. *Iudex poteſt pœnam non obtemperanti imponere, modo non creſcat ratione ſortis, & temporis.*
26. *Vſura non excluditur, licet ex pacto ſors repeti non poſſit, dum penduntur vſuræ.*
27. *Debitor poteſt condemnari in id quod intereſt, & in quibus caſibus.*
28. *Debitor dotis poteſt condemnari, vt donec dotem ſoluerit, aliquid annuum pendat.*
29. *Iudex in vſuras futuri temporis condemnare non poteſt.*
30. *Iudex an de futuris ſtatuere poſſit.*
    L. 1. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. profer. *explicatio ex Cuiacio.*
31. *Iudicium propter ius præſens extenditur ad futura.*
32. L. 1. §. Socius. ff. de vſur. *explicatur.*
33. *Cuiacij explicatio* ad l. 1. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. *non placet.*
34. *Annui reditus etiam pro futuro tempore in iudicium deduci poſſunt.*
35. *Alimenta annua, & veſtiarium annuum poſſunt in futurum peti.*
    Vt etiam penſiones plurium annorum.
36. *Dummodo id creditor poſtulet.*
37 *Iudex poteſt cōdemnare pro futuro tempore in id quod intereſt.*

DE vſuris rei iudicatæ operæ pretium eſt in primis dicere, quid antiquo iure ciuili conſtitutum ſit, deinde quid Iuſtinianus immutauerit, & tandem quid nunc obtineat. † Sciē- 1
dum igitur eſt tempus legitimum, quod condemnatis conceſſum eſt pecuniæ conficiendæ gratia, ex iure XII. tab. fuiſſe vnius menſis, ſiue triginta dierum, vt conſtat ex fragmentis, quæ adhuc ſuperſunt, inter quæ apud Agellium *lib.* 20. *cap.* 1. & alios auctores ita tantum legitur. *Æris confeſſi, rebuſque iure iudicatis* XXX. *dies iuſti ſunto.* Quod Sextus Cæcilius Iuriſc. ſic explicat apud Agell. *eod. loc. Æris confeſſi, ac debiti iudicati, triginta dies dati ſunt conquirendæ pecuniæ cauſa, quam diſſoluerent.* Poſtea verò tempus hoc duorum menſium fuit ex alia lege, cuius quis auctor fuerit, & quo tempore lata ſit non inueni: ſed id conſtat ex *l. 1. C. Theod. de vſur. rei iudic.* poſtremo tempus iudicati faciendi quatuor menſium fuit ex conſtitutione Iuſtiniani *in l. 2. & 3. C. hoc tit.* qui connumerantur à die prolatæ ſententiæ, vel ſi ab ea prouocatum ſit à die confirmationis eiuſdem, vt indicat *d. l. 2.* & Harmenop. *lib. 1. tit. 4.* † Quod qua- 2
drimeſtre ſpatium immune erat ab vſuris, vt conſtat ex *l. 3. in princ. & § 1. ff. de vſur. & l. 13. C. eod. tit. d. l. vlt. §. 1. C. de vſur. rei iudic.* & tradit Cuiac. *ad h. tit. & in d. l. 3. de vſur. ad Papin.* & addit optimam rationem, quia inquit tempus illud datur condemnatis humanitatis, & miſerationis gratia *l. ſi cum mulier. §. vlt. ff. de compenſ.* intra illud tempus expertes creditores eſſe debent omnis inhumanitatis, & proinde poſt rem iudicatam ceſſare debet aſperitas vſurarum intra tempus quod condemnatis indulgetur.

Sed ſi legitimum tempus fluxerit, neque condemnatus 3
vel in iure confeſſus ſoluerit, nam & is pro condemnato eſt *l. 1. ff. de confeſſ.* primum conſtitutum eſt, vt poſt illud tempus debitores binam centeſimam ſoluerent non tantum ſortis, ſed etiam vſurarum vſque ad ſententiam ex contractu debitarum, vt conſtat ex *d. l. 1. C. Theod. de vſur. rei iudic. & l. 2. eod. tit.* Nam licet veteres ſemper vſuram vſuræ prohibuerint *l. ſi non ſortem. §. duplum. ff. de condict. indeb. l. Præſes. ff. de re iudic. & l. vlt. C. de vſur.* vbi Iuſtinianus refert id antiquis legibus fuiſſe conſtitutum: † non tamen prohibue- 4
runt anatociſmum, qui duobus modis fiebat, vel ſtipulatione, cùm ſcilicet vſuræ redigebantur in ſortem; vel iudicato, quia actio priſtina, qua actum eſt, transfunditur in actionem iudicati *l. ſi fundus. §. ſi plures. ff. de pign. & d. l. 3.* quæ ait priorem obligationem nouari iudicato, & aduerſus Accurſium Cuiac. *loc. cit.* Quare finitis legitimis vſuris ex illo iure binæ centeſimæ adplicabantur tam ſorti, quàm præteritis vſuris, conſummata ſcilicet quantitate ſortis, & vſurarum, id eſt redacta in vnam ſummam, vt conſtat ex *d. l. 1. C. Theod.* † in qua duplicis centeſimæ infligendæ ra- 5
tio adfert his verbis: *Hoc*, inquit, *à nobis exemplo æquabili ex iuris priſci formulis introductum eſt, vt quia malæ fidei poſſeſſores in fructibus duplos conueniuntur, æquè malæ fidei debitores ſimile damni periculum perſequatur.* Exemplo igitur malæ fidei poſſeſſoris, qui duplices fructus præſtare cogebatur ex conſtitutione quadam Valentis, & Valentin. *in l. 1. Cod. Theod. de fruct. & lit. expenſ.* condemnatus, qui intra illud

illud tempus non ſolniſſet, & qui malæ fidei debitor ibidem dicitur, multabatur binis centeſimis tam ſortis, quam vſu-
6 ratum. † Cæterum quia vtrumque nimis aſperum durumque viſum eſt, vt correcta eſt aſperitas dictæ conſtitutionis Valentis, & Valentiniani, & placuit malæ fidei poſſeſſorem ad eorum fructuum dumtaxat præſtationem teneri, quos percipere potuit *l.2. C. de fruct. & lit. expenſ.* quæ eſt ipſa Valentis, & Valentiniani conſtitutio, ſed in hac parte amputata, & abſciſſa à Triboniano; vel teneri ad eos, quos percipere debuit, vt Vlpianus ait in *l.25. §.4. de pet. hæred.* quod etiam conſtat ex *l. 22. C. de rei vendic.* quæ ait *mala fidei poſſeſſores omnes fructus ſolere cum ipſa re præſtare,* non duplos: & dum dicit *ſolere* indicat conſtitutionem Valentis, & Valentiniani, de duplis fructibus præſtandis nunquam, vel non diu obtinuiſſe, vt inquam hoc correctum eſt, ita etiam immutatum eſt, quod ſeuere nimis aduerſus debitores conſtitutum erat in *d. l.1. C. Theodoſ.* de binis centeſimis pendendis,
7 † & proinde Iuſtinianus voluit, vt vſuræ rei iudicatæ eſſent ſemiſſes, vt ipſe refert *in d. l.2. C. eod. tit.* ita verò Iuſtinianus ſanxit *in l. eos, §. cæteros, C. de vſur.* quæ eſt prior tempore, vt notat Cuiac. *loc. cit.* & ad extremum iuſſit, vt poſt legitimum tempus ſortis tantummodo vſuræ centeſimæ currerent *in d. l. 2. & 3. C. de vſur. rei iudic.* & Harmenop. *loc. cit. abrogata d. l.1. C. Theod. eod. tit.* quia abſurdum videbatur, vt grauioribus vſuris iudicato extinctis, quales interdum erant, quæ deſcendebant ex contractibus etiam ſecundum *d. l. eos* ſuccederent ſemiſſes tantum, id eſt plerunque leuiores, cum tamen ſententia iudicatis prodeſſe non debeat, & congruentius erat ad coërcendam contumaciam non ſoluentium infligere grauiores. Et hæc fortaſſe ratio mouit Iuſtinianum, vt quod de vſuris ſemiſſibus præſtandis poſt quadrimeſtres illas inducias ſanciuerat *in d. l. eos, C. de vſur.* ſtatim ferè id eſt ſequenti anno immutaret, & reuocaret ad centeſimam *in d. l. 2.* & ſortis tantummodo non vſurarum confuſarum cum ſorte, vt *in d. l. 3. cod. tit.* & rectiſſimè explicat Cuiac. *loc. cit.* & nos paulo ante diximus. Ita igitur, & tam variè hac in re conſtitutum eſt.

8 Cæterum ſi quærimus, an iſtius generis vſuræ hodie licitæ ſint, videtur prima facie dicendum licitas eſſe quia non ex mutuo, neque ex alio contractu deſcendunt, ſed ex lege, & in pœnam debitoris non ſoluentis, vt indicat *l.1. C. de vſur. rei iudic.* illis verbis: *vt qui poſt legitimum tempus placitis non obtemperauit, vſuram centeſimam ſoluat.* At verò conſtat magiſtratum non obtemperantes coercere poſſe *l.1. ff. ſi quis iuſdic. non obtemp.* vnde hæc præſtatio magis habet rationem pœnæ, quàm vſuræ. Et ita hoc genus licitum eſſe contendit Donell. *in authen. ad hæc. num.14. C. de vſur.* & tueri videntur, qui vſuras, quæ propter moram infliguntur, licitas eſſe putant, vt Petr. Gregor. *ſyntagm. iur. ciuil. lib. 22. cap. 3. num. 8.* & Felician. *de cenſib. lib. 1. cap. 3. num. 13.* Et nihilominus verius eſt iſtiuſmodi vſuras illicitas eſſe, ſi-
9 quidem vſuræ ſunt. † Quod probatur, quia vſura eſt quicquid accedit ſorti ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, vt dixi *quæſt. 1. num. 2. & 24.* ſed iſtiuſmodi vſuræ accedunt ſorti, & pro modo, & ratione ſortis, & temporis currunt, & fiunt *d. l.1. & 3. C. de vſur. rei iudic.* ergo ſunt propriæ, & veræ vſuræ. Cuius rei etiam duplex argumentum præbet Iuſtinianus in *l. 2. & 3. eiuſd. tit.* Primum, dum ait ex cauſa iudicati dimidiam centeſimæ ſanctione ſua ſtatuiſſe, quæ eſt *l. eos, C. de vſur.* vt rectè notat Cuiac. *loc. cit.* eo ſcilicet loco, quo generaliter iuſſit, nè dimidiam centeſimæ in omnibus caſibus excedere liceret, in quibus citrà ſtipulationem vſuræ exigi ſolebant. Alterum, dum ex eo quod voluit vſuras vſurarum penitus eſſe delendas, & ne cuiquam liceret vſuras præteritas in ſortem redigere *in l. vlt. C. de vſur.* ſanxit etiam *in d. l. 3.* ex cauſa iudicati ſortis tantummodo vſuras vſque ad centeſimas infligi, non autem vſurarum vſuras. Cum ergo Iuſtinianus iſtius generis vſuras eodem loco cum aliis habuerit, dicendum eſt non debere diuerſo iure cenſeri, & non minus prohibitas eſſe. Et ita rectiſſimè docet Bart. *in l.7. §. ſi depoſi, num. 2. ff. de admin. tut.* & Bald. *in d. l.2. C. de vſur. rei iudic.* Roderic. *de ann. redit. lib.3. quæſt.4. num.40.* & Sigiſmun. Scacc. *de ſentent. & re iudic. gloſſ.14. q.31. n. 3.* qui duo notant iſtiuſmodi vſuras nunc abolitas eſſe.

Neque mouere debet quod iſtæ centeſimæ non veniunt 10
ex mutuo, vel alio contractu, ſed ex lege, & ex cauſa, & natura iudicati, quia etiam lex quidam contractus eſt *l. 1. & 2. ff. de legib.* & in iudicio quaſi contrahitur *l.3. §. idem ſcribit, ff. de pecul.* vnde non debent ab aliis ex hac cauſa ſeparari. Alioqui validæ eſſent leges, quæ iuberent vſuras præſtari, donec pecunia debita ſoluatur. Et fruſtra D. Auguſtinus *in epiſt. ad Macedon.* de legibus, & iudicibus conquereretur, quod vſuras ſolui præciperent. Denique hoc admiſſo facile fraus fieret ſanctionibus Diuorum Pontificum, quibus vſuræ prohibentur: quid enim facilius quam accepto mutuo in iure debitum confiteri, vel colludendo ſpontaneam condemnationem ſubire, & hac via graues, & intolerabiles vſuras id eſt centeſimas inducere inter Chriſtianos, qui nec leuiores ferre debent.

Qua ratione nihil obſtat, quod iſtiuſmodi vſuræ infli- 11
gantur loco pœnæ, & ad coërcendam contumaciam non ſoluentium, quia non ideo minus vſuræ ſunt, vt dixi *quæſt. 3. n. 9.* quia creſcunt, & currunt pro ratione ſortis, & temporis, vt dictum eſt, & proinde eo iure etiam prohibitæ ſunt, quo cæteræ vſuræ prohibentur, nempe iure Pontificio, quo omnis vſura: & ſuperabundantia interdicta eſt, *cap. 10. de vſur.* & Valer. Reginald. *lib.23. cap.45. n.59.* vbi notat ſacram ſcripturam abſolute, & generaliter damnare vſuras: vnde rectè Bart. *loc. cit.* ait, *iudicem hodie præcipere non poſſe, vt poſt tempus currant vſuræ, & nec etiam arbitratorem, vt infra de ann. leg. l.3. in fin. licet poſſit iudex mulctare inobedientem, l. multarum, C. de modo mult. & l. 1. ff. ſi quis iuſdic. non obtemp.*

Quod etiam confirmatur, quia receptum eſt nec iudi- 12
ces, nec arbitros condemnare poſſe debitores, vt annua ſex, vel ſeptem creditoribus præſtent, donec ſoluant, quod debent, niſi eorum tantundem interſit, vt aliis auctoribus citatis reſpondit Bertazz. *conſ.* 488. *num. 30. lib. 2.* Gabriel. *in conſ. 26. num. 12. lib. 1.* notans hoc caſu ſententiam nullam eſſe, Felician. *de cenſib. lib.2. cap.5. num.13.* Iacob. Cancer. *variar. reſolut. part. 3. cap. 7. num. 34.* Ioſeph. de Seſſe, qui alios refert in *dec. 68. n. 54.* vbi ſcribit ita fuiſſe iudicatum. Franciſc. de Cald. *lib. de empt. & vendit. cap.29. num.27.* & Vgolin. *de vſur. cap. 3. §. 1. n. 2.* ſubiiciens rationes omnes, quibus vſura prohibita eſt, in ſententia iudicis locum habere, additque rationem huic noſtræ quæſtioni valde congruentem. Nam inquit, vſuræ neque lege, neque ſtatuto induci poſſunt, ergo nec à iudice, qui legum miniſter eſt, & lex animata, poterunt induci. Quare ſi iudex non poteſt hodie præcipere, vt donec pecunia debita ſoluatur, vſuræ præſtentur, multo minus ex natura iudicati hodie venire vſuras admittendum eſt.

Quin imo non poteſt iudex vel arbiter etiam pœnæ no- 13
mine iubere, vt debitor aliquid vltra ſortem ſoluat, quandiu pecuniam debitam retinet, veluti ſingulis diebus, vel menſibus, vel anno quolibet. Pœna enim hæc adiecta quantitati, quæ tempore augetur, & ſerpit, vſura eſt *l. cum ſtipulati, 90. ff. de verb. obligat.* & hic Cuiacius ſcribit, ideoque prohibita, vt rectè ibi Accurſius notat, & Bart. *num.3.* Purpur. *in l. rogaſti, §. ſi tibi, num. 43. ſi cert. pet.* Felician. *part. 2. lib.2. cap.5. in fin.* & aliis citatis Roderic. *de ann. redit. lib.3. quæſt. 5. num. 8.* & in ſpecie Ioſeph. de Seſſ. *loc. cit.* etiamſi debitor in hanc ſententiam conſentiat, vt reſpondit Crau. *in conſ.693. num. 15. & ſeq.* & cenſuit Senatus apud Theſ. *in dec.79. in fin.* ex quibus multo magis patet vſuras rei iudicatæ quantumuis loco cuiuſdam pœnæ decerni dicantur, hodie admittendas, & tolerandas non eſſe.

His conſequenter agitanda eſt nobilis quæſtio quam ex- 14
citarunt Hiſpani ſcriptores quidam, an ſententia iudicis, vel arbitri reditus annuus creari, & conſtitui poſſit. In qua tamen definienda inter ſe diſſentiunt, nec omnium, vt rara eſt iuriſperitorum concordia, vna eſt ſententia. Nam Nauarrus *in comment. de vſuris, numer. 99.* diſtinguit inter pecuniam ex mutuo, vel ex alia cauſa debitam, vt in pecuniis creditis ſententia nulla ſit, & cenſus inutilis: in aliis autem ſententia vim habeat, & reditus ſubſiſtat. Et Nauarri ſententiam probat Boninſign. *de cenſib. cap.17. num.3.* Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. 3. num. 21.* & Ludouic. Cencius *eod. tract. part. 1. cap.3. quæſt.1. art.6. n.52.* & ſecundum vltimam

impreſſio

impreſſionem Taurinenſem *quaeſt.* 34. *num.* 52. Ait enim Cencius ſententiam ratione intereſſe ſuſtineri: & ſibi placere Nauarri opinionem in ſecundo caſu, cum ſcilicet debitum ex rebus in pondere, numero, & menſura non conſiſtentibus originem habet dummodo, ſententia ita concipiatur, vt debitor non condemnetur ad ſoluendum aliquid annuum pro ſumma debita: ſed ad ſoluendum, quod debet, & donec ſortem non reddit, ad ſoluendum reditum annuum: quia, inquit, cum eo caſu non ſit in poteſtate creditoris agere ad annuam illam præſtationem, ſed ſit in facultate debitoris ſe ab obligatione præſtandi reditus liberare ſoluendo ſortem, hæc ſententia iure ſubſiſtit, & in ſpecie ita dixiſſe Peregr. in *conſ.* 97. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 1. & Auend. *de cenſ. Hiſp. c.* 40. *n.* 9. & quod magis eſt Peregrin. *loc. cit.* ait id bis ſe obtinuiſſe.

15 Sed hæc Nauarri ſententia diſplicet Virginio de Boccat. *lib. de cenſib. part.* 2. *num.* 4. Roderico *de ann. redit. lib.* 1. *quaeſt.* 16. *n.* 22. *&* 27. *in fin.* Molinæ Theologo *in diſp.* 394. *n.* 1. vbi ait nihil referre, ex qua cauſa pecunia debeatur. Nam inquit licet pœna conuentionalis magis ſuſpecta ſit cum adiicitur quantitati debitæ ex rebus pondere, numero, & menſura conſiſtentibus, quam cum ex aliis rebus debetur, poſtquam tamen conſtat eam deberi, & Iudicis ſententia debitor condemnatus eſt, vt ſoluat, vel reditum annuum dum ſortis ſolutionem diſtulerit, nihil ad eam rem pertinet, vnde debitum originem habeat, Molinam quoque refert, & ſequitur Eminent. P. de Lug. *diſp.* 29. *n.* 87. vt etiam Leonard. Duard. *ad proœm. conſtit. Pij V. q.* 25. *n.* 66. vbi ait cenſum iudicialem indiſtincte conſtitui poſſe, ſiue lis agitata ſit ſuper

16 rebus, quæ functionem recipiunt, ſiue ſuper aliis. † Qua ratione etiam Cencij doctrina imperfecta videbatur. Nam cum Nauarri ſententiam recipiendam eſſe putet in rebus, quæ functionem non recipiunt, dummodo ſententia non ſimpliciter reditum contineat, ſed ſortem, vel reditum, dum ſortis ſolutio differtur, idem etiam admittere debuit in priore caſu, cum ſcilicet ex mutuo pecunia debetur, dummodo ſententiam eo modo conciperetur. Nam ſi in hunc modum ſententia concipitur, etiam cum debitum ex mutuo deſcendit, in arbitrio debitoris poſitum eſſet ſortem reddere, & ea ſoluta reditum extinguere, & proinde nihil refert, an ex mutuo, vel ex alia cauſa pecunia debeatur: idemque omnino vtroque caſu affirmandum eſt, vt Rodericus, & Molina cenſent: vel negandum, vt Boccatio *loc. cit.* & Feliciano videtur *lib.* 2. *de cenſib. cap.* 5. *num.* 13. Peregrinus etiam in *d. conſ.* 93. quem Cencius pro ſua ſententia profert, non exigit, vt intereſſe debeatur: nec diſtinguit, ex qua cauſa pecunia debeatur.

17 Neque etiam ſatisfacit mihi ſententia Auendanij in *d. cap.* 40. *num.* 6. *&* 8. vbi his fere verbis in hunc modum ratiocinatur. Aut caſus ſententiæ notoriè iuſtus eſt, quia in eo licitum ſit creditori exigere intereſſe, & hoc caſu quis vnquam dubitare potuit, quin debitor iuſte condemnetur ad præſtandum id quod debet? Sententia ergo iuſtiſſima eſt, & argumenta Feliciani ceſſant. Aut caſus ſententiæ euidenter iniuſtus eſt, quia nullo modo, neque caſu debitor tenebatur ad id quod intereſt, ſeu reditum, & in hac ſpecie veriſſimum eſſe per ſententiam cenſum conſtitui non poſſe, quia ſi condemnatio iniuſtiſſima eſt, vel quia contractus notorie iniuſtus in ſententia confirmatur, vel quia vſurarium aliquid annuatim ſoluendum in ſententia præcipitur, ſententiam non ſubſiſtere & in hac ſpecie procedere argumenta Feliciani, quæ ſupponunt iniuſtam condemnationem, & vſurarium eſſe contractum: aut non dubitatur de iuſtitia, vel iniuſtitia condemnationis, ſed de conceptione verborum, quia, inquit, condemnatio in hunc modum concipitur, vt Didacus intra certum tempus ſoluat, & reddat Ildephonſo centum vel reditum annuum, & in hac ſpecie cenſum ſubſiſtere, &

18 ſententiam validam eſſe Ita Auendan. *hoc loco.* † Cuius doctrina non placet, vt dixi, quia quod attinet ad primum diſtinctionis, quam comminiſcitur, membrum, nihil ad hanc quæſtionem pertinet. Neque enim quæritur, an cum debitor tenetur ad id quod intereſt, poſſit iudex ſua ſententia illum condemnare ad ſolutionem ſortis, & id quod intereſt. Hoc enim apud omnes in comperto eſt, vt conſtat apertiſſime ex *lib.* 1. *Cod. de ſent. quæ pro eo.* Sed quæritur, an iudex cui probatum eſt quantitatem aliquam vere deberi, poſſit condemnare debitorem, vt eam ſoluat, vel donec ſoluat, præſtet reditum annuum ad rationem ſex vel ſeptem pro ſingulis centenis nulla habita ratione eius quod intereſt, nec enim ad conſtitutionem cenſus neceſſe eſt, vt emptoris interſit, & proinde vitioſa eſt diſtinctio Auendanij, ſiquidem hoc membrum excedit fines quæſtionis, de qua diſceptatur. Alterum verò quod ſequitur, etiam alienum eſt, & extra terminos quæſtionis propoſitæ, ſiquidem non agitur hic de iuſtitia, & validitate cenſus conſtituti ante ſententiam, ſed an reditus, qui ante ſententiam non erat, ſententia creari, & conſtitui poſſit. Neque verum eſt Feliciani argumenta ſupponere contractum eſſe vſurarium, ſed tantum pecuniam vere ex aliqua cauſa deberi: & quærit, an iudex poſſit condemnare debitorem ad ſoluendam ſortem, quæ verè debetur, vel reditum, quem ante ſententiam certum eſt non deberi cum ſors tantum deberetur. Denique tertium diſtinctionis membrum relabitur in primum, & cum primo confunditur. Nam vt probet in terminis huius tertij caſus cenſum valere id ex eo verum eſſe ait, quia ſi ſecundum merita cauſæ iudices reperiunt iuſtum eſſe ſortem fore reſtituendam, eiuſque naturæ cauſa ſit, vt licitæ vſuræ, & intereſſe debeantur, vt paſſim contingit, non ſolum poterunt præciſe ſortem, vel vſuras in condemnationem deducere, ſed ad id omni iure tenentur. Quare hic caſus, vt dixi, incidit in primum, in quo conſtituit cenſum valere, quia intereſſe deberetur creditori: & dum à Feliciano viro erudito, vt fere ſemper, is auctor recedit, eius ſententiam hic re ipſa ſequitur. Nec enim Felicianus negat iudicem poſſe condemnare debitorem in ſortem, & in id quod intereſt: imo nominatim id aſſerit *eod. loc. num.* 13. Quamobrem in tanta ambiguitate, & auctorum diſſidio rem hanc ita componendam, & definiendam eſſe puto.

Et primum conſtituo vitioſam, & inutilem eſſe ſententiam iudicis, ex qua debitor condemnatur reſtituere ſortem, 19
vel ſoluere cenſum pro ratione ſortis, donec ſoluat, quod debet: idque ſiue inſpiciamus perſonam creditoris, ſiue debitoris, ſiue vtriuſque. Etenim inſpecta perſona creditoris iniuſta eſt ſententia, quia aufertur illi facultas ſuum repetendi, quo forſan indiget, ſed vt ſententia iuſta ſit, debet iudex ius ſuum cuique tribuere, non auferre *l.* 10. *de iuſt. & iur. l. bona fides, & ff dep.* Deinde quia cogitur inuitus reditum emere, vel in ſolutum accipere, quod ius non patitur *l. nec emere, C. de iur. delib. l.* 11. *C. de contrah. empt. & l.* 5. *C. de oblig. & act.* Inſpecta etiam perſona debitoris ſententia ex eo iniuſta eſſe apparet, quia debitor oneratur reditibus annuis, dum forte ob egeſtatem ſortem diſſoluere non poteſt, ad quorum præſtationem, neque ex contractu, neque alio iure tenebatur, & ſi quid forte ſoluere potuiſſet, illud ſorti erat imputandum. Prætereà in hoc euentu iudex tribuit creditori ius quod non habet, & proinde non magis hoc poteſt, quam ſi pronuntiet, vt præſtentur fructus alicuius agri, vel domus, donec pecunia debita ſoluatur. Denique quia cogeretur inuitus cenſum vendere, quod non licet *d. l.* 11. *&* 13. *C. de contrah. empt.* † vt iniuſtum eſt cogere alium, vt pecuniam 20
accipiat ſub vſuris, vt reſcripſit Traianus inter epiſtolas Plin. *lib.* 10. Quare diſſentiente, vel creditore, vel debitore ſententia iuſta eſſe non poteſt. Quod ſi vterque in iure conſentiat, iam inutilis eſt ſententia, quid enim opus iudice eſt, cum partes conſentiunt? vnde non ſententia hæc eſt, ſed potius tranſactio quædam, & datio in ſolutum, quod ex natura rei non eſt illicitum. Vt enim poteſt debitor agrum, vel domum volenti creditori in ſolutum dare *l.* 46. *ff. de ſolut. l.* 10. *&* 17. *C. eod. & l.* 4. *ff. de dol. mal. except.* ita prorſus poſſet reditum annuum conſtituere pro pecunia debita, & ita etiam conſentientibus partibus iudex pronunciare poſſet, quicquid contendat Felicianus *loco cit. & lib.* 1. *cap.* 8. *numer.* 13. vt alio loco dicam, ſi Deus dabit, vt opus perficere poſſim. Poſſet inquam niſi obſtaret conſtitutio Diui Pij V. quæ pretium exigit omnino in pecunia numerata, & iubet cenſum in rebus immobilibus tantum conſtitui. Proinde, vt non poſſunt partes id quod debetur, in cenſum conuertere, & ſuper nuda obligatione illum

illum conſtituere: Ita nec iudex poteſt ex ſorte non ſoluta
cenſum indicere perſonæ debitoris arg. *l.7. ff. de negot. geſt.*
l.24. ff. depoſ. & ideo hoc genus cenſus meritò improbarunt
Virg. *d. part.2. num.4.* ſubiiciens nullas habere qualitates ad
contractum cenſus pertinentes, Maſtrill. ad Gregor. *quaſt.5.*
num.211. idem Cencius *in d.art.6. num.52.* & Vgolin. *de vſur.*
cap.48. num 2.
21 Neque mouet quod reſpondet Nauarr. *loc. cit.* & Duard.
in *d. quaſt. 25. num. 67.* conſtitutionem Diui Pij non habere
locum, niſi in cenſibus qui per contractum creantur: & quæ-
ſtionem hanc eſſe de cenſibus iudicis ſententia conſtitu-
tis, in quibus nulla fraus præſumitur. Etenim certum
eſt conſtitutionem Pij V. ad eos reditus pertinere, qui pre-
tio, & pecunia conſtituuntur, id eſt ex contractu emptio-
nis & venditionis vel alio venditioni proximo, & qui vicem
venditionis obtinet, vt conſtat ex verbis conſtitutionis
Pontificiæ, & docet ipſe Nauarr. *eod. loc. num 98.* Sed in hoc
genere, in quo cenſus addicitur creditori in ſolutum, vendi-
tio quædam contrahitur *l. eleganter, 24. in princ. ff. de pign.*
act. l. à Diuo Pio, §. 3. & 5. ff. de re iudic. vel ſaltem datio in
ſolutum, quæ vicem venditionis obtinet *l. vlt. ff. quib. ex*
cauſ. in poſſ. eat. l.4. §. auctoris, ff. de dol. mal. except. l. ſi prædium,
C. de euict. & aliis auctoribus citatis tradit Anton. Hering. *de*
22 *fideiuſſ. c. 20. §.21. num.4.* † Et nihil refert à debitore, vel à
iudice adiudicatio facta ſit, quia quod fit à iudice, ab ipſo
debitore factum intelligitur, & videtur ipſemet debitor in
ſolutum dediſſe, vt tradit Bald. in *l. ordo, num. 5. C. de exec.*
rei indic. & Carol. Ant. Blancard. ad Amed. *de laudem. not.*
26. & conſtat ex *d. l. eleganter, de pign. act.* illis verbis: *quem-*
admodum ſi pro ſoluto ei res data fuerit, & *l. ſi quos, C. de reſcind.*
vend. in qua licet diſtractio pignorum fiat à iudice, ipſe ta-
men debitor vendere dicitur. Ex quo etiam fit, vt ipſe de
euictione teneatur perinde ac ſi in ſolutum dediſſet *d. l. 24. de*
pign. act. l. ſi ob cauſam iudicati, C. de euict. & aliis auctoribus
citatis Tiraq. *de retract. conſang. §. 2. gloſſ. 14. n. 13.* quam-
obrem cum addictio facta à iudice ab ipſo debitore facta
cenſeatur, dicendum eſt conſtitutionem Pij V. etiam ad
dationes in ſolutum quæ fiunt à iudice pertinere, vt rectiſ-
ſime ſentiunt auctores citati *num. 20.* & ipſe Duard. *in d.*
quaſt.25. num.68.
23 Secundò cenſeo iniuſtam eſſe eam ſententiam, qua quis
condemnatur ſoluere quod debet, & quoad ſoluat præſtare
annua ſex vel ſeptem, cum vere creditoris nihil intereſt,
etiamſi ſub nomine pœnæ, vel ſub alio titulo hæc annua
ſucceſſiua quantitas præſtari debeat, vt multis auctoribus ci-
tatis dixi *n. 12. & 13.* quibus conſentit Alex. in *l. ſtipulatio iſta*
38. §. alteri, n.17. ff. de verb. & nunc rationem hanc ſubiicio,
quia cùm ponamus creditoris nihil intereſſe, quicquid ſorti
additur, vſura eſt, quocunque nomine appelletur, *c. plerique*
13. q.3. Et in hoc genere rem non verba inſpicere debemus,
quia vocabula non ſaluant conſcientiam, vt dicebat Bald.
in *l.2. §. mutui datio, ff. ſi cert. pet.* & Parlador. *rer. quotid. lib.*
2. c.2. n.10. Nihil verò intereſt, an ſub nomine pœnæ, an ſub
nomine vſuræ debitor ex ſolo tempore tardæ ſolutionis op-
primatur, quoties vt vſura, ita & pœna in dies ſerpit, & creſ-
24 cit, † hæc enim vera, & propria vſura eſt, licet alio nomi-
ne vocetur, vt conſtat ex *l. 40. ff. ſi cert. pet.* in qua quod de-
bitor promiſerat his verbis, *tunc eo amplius, quo poſt ſoluam,*
pœnæ nomine in dies triginta, inque denarios centenos denarios ſin-
gulos, Paulus interpretatus eſt de vſuris, & reſpondit perin-
de eſſe ac ſi per ſingulos menſes certam pecuniam ſtipulatus
quoad tardius ſoluta eſſet, vſuras adieciſſet. Igitur finito
primo menſe primæ penſionis vſuras currere, & ſimiliter
poſt ſecundum, & tertium vſuras non ſolutæ pecuniæ pen-
ſionis creſcere, idem conſtat ex *l. 44. ff. de vſur.* & ex *d. l. cum*
ſtipulati 90. ff. de verb. oblig. & ibi Cuiac. notat, & Borcholt.
de vſur. c.3. n.50 Nihil ergo intereſt inter vſuram, & pœnam,
quæ currat, & creſcat, quoad pecunia debita ſoluatur.
25 Et licet putem iudicem poſſe pœnam aliquam imponere
iudicato, niſi ſententiæ pareat. Nam & id contrahentibus
interdum licet *l 85. §. item, de verb. oblig.* & *l. ſi pacto, 14. C.*
de pact. & quodam loco etiam diximus id teſtatorem facere
poſſe ex Feliciano, Roderico, & aliis, *q. 14. n. 13. & 17.* De-
nique omnibus magiſtratibus conceſſum eſt exceptis Duum-
viris iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio *l. 1. ff. ſi*
quis iuſdic. non obtemper. l.20. ff. & comm. diuid. & tradit Præ-
ſes Bellon. *de mandat. iuriſd. c.8. q.16.* non tamen licet iudi-
ci pœnam non ſoluentibus imponere quæ pro ratione tem-
poris, & quoad pecunia tardius ſoluta ſit, vt loquitur Pau-
lus *in d. l. lecta*, augeatur, & creſcat. Hæc enim pœna eſt vice
vſurarum, *l.13. §. ibidem, ff. de act. empt. & l 9. ff. de vſur. & loco*
vſurarum d. l.90. de verb. oblig. denique vſura eſt, vt in *d. l. le-*
cta, ſi cert. petat. & tradunt Bart. & Alciat. & Cuiac. *in d. l.*
90. & Alex *in d. §. Alteri, n.17* qui notat idem de pœna ad-
iecta in ſententia dicendum eſſe, quod de pœna adiecta à te-
ſtatore, vnde vt non poteſt teſtator pœnam infligere heredi
per dinumerationem dierum, & menſium, quia hoc vſura
eſt, vt dixi *ead quaſt. 14 num.17.* ita non licet iudici imponere
pœnam, quæ ex eo ſolo, quod pecunia tardius ſoluitur cur-
rat, & augeatur, vt dictum eſt.
Idemque dicendum eſt, licet ex ſententia ſit in facultate 26
debitoris ſoluere ſortem, vel ſex aut ſeptem annua, quoad
ſoluerit ſortem, tametſi Cencius aliud ſentire videatur *loc.*
cit. quia licet ſors ex pacto, & conuentione repeti non poſſit,
donec vſuræ ſolutæ fuerint, vel fructus pignoris percipien-
tur, non idcirco vſuræ licitæ ſunt, vt conſtat ex *c.7. de iure-*
iur. l.14. C. de vſur. & l.14. in fin. ff. de pact. & docet Gabriel
in conſ. 155. num.8. lib. 2. & Cauiſ *de vſur. cap.5. num. 27.* &
nos diximus *q. 11. n. 25. & 30.* Vt ergo non excluditur ra-
tio vſuræ ex eo, quod ex conuentione ſors repeti non po-
teſt, donec vſuræ ſoluuntur, ita non deſinent tales eſſe ex eo
quod ex forma ſententiæ, quandiu præſtantur, ſors exigi
non poſſit ab inuito. Sententia enim vicem conuentionis
obtinet *l.3. §. idem, ff. de pecul. & l.1. C. ſi in cauſ. iudic.*
Denique conſtituo in iis caſibus, in quibus certa annua 27
quantitas debetur pro eo quod intereſt, vt inter maritum,
qui ſuſtinet onera matrimonij & debitorem dotis, & inter
venditorem, & emptorem qui percipit fructus, & pretium
habet, in his, & ſimilibus caſibus qui eandem rationem ha-
bent, validam eſſe ſententiam qua debitor id creditore ex-
poſtulante condemnatur ad ſoluendam ſortem, & quoad
ſoluat ad annuam præſtationem ratione eius quod intereſt.
Et hac in re conueniunt omnes. Nauarr. *in d. comment de vſur.*
n.99. verſ. qua tamen diſtinctio. Felician. *in d. c.5. n. 13. & 14.*
Virgin de Boccat. *in d. part.2. n.7.* Roderic. *in d. q.16. n.27. in*
fin. Auendan. *de cenſib. Hiſpan. c.4. n.6. & 9.* Frideric. *d. c.3. n.22.*
& 23. Maſtrill. ad Gregor. *q.5. n.208.* Molin. *diſp.394. n.1.* &
Ludouic. Cencius *loc. cit. n. 52.* vt ſecundum hanc ſenten-
tiam iudicatum refert Papon. *lib. 15. tit. 4. arreſt. 1.* Quæ
probatur apertiſſime ex *l. 1. C. de ſentent. quæ ſin. cert. quant.*
profer. Nam licet ſit de vſuris pendendis, quoad pecunia ſo-
luta fuiſſet, argumentum tamen præbet noſtræ concluſionis
id eſt validam eſſe ſententiam, qua debitor quoad ſoluat,
condemnatur in id quod intereſt creditoris. † Quare vt 28
exemplo aliquo rem magis aperiam, rectè poterit iudex
condemnare debitorem dotis ad eius ſolutionem, & ad quid
annuum in centenos ſingulos, donec ſoluerit. Nam id mari-
tus ſtipulari poteſt, & ſine vlla iudicis ſententia id licitè ca-
pit, *l. in inſulam, §. vſuras. ff. ſol. matrim.* vt fructus pignoris
ſuos facit *c. ſalubriter de vſur.* & ex Couarr. Molin. Roderic.
& aliis auctoribus dicam *q. 25.* & tetigi *q. 5. n. 7. & 8.* illud
tamen admonendo huiuſmodi ſententiam eodem modò
coercendam eſſe, quo declaratur, & reſtringitur conuentio:
Qua ratione ergo ſi maritus propriis ſumptibus vxorem non
alit, fructus pignoris ſuos non facit, neque vſuras dotis ca-
pere poteſt, quamuis eas ſtipulatus ſit *d. §. vſuras*, vbi hoc Bal-
dus, & Duaren. & alij ſanè plurimi adnotarunt: ita nec poſt
ſententiam poterit, ſi deſinat onera matrimonij ſuſtinere: ha-
bebitque ſententia tacitam hanc conditionem, *ſi vir vxorem*
aluerit, quamuis melius faciat iudex, ſi id exprimat. Idemque
de emptore, & venditore dici poteſt, cum ſcilicet emptor rem;
& pretium habet, & in aliis ſimilibus cauſis in quibus licet
paciſci de certa quantitate ratione fructuum, & eius quod
intereſt, & certum eſt durare cauſam, & ius percipiendi ali-
quid vltra ſortem etiam poſt ſententiam, donec pecunia ſol-
uatur, vt *in d. l. 1. C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* inſpecto iure ci-
uili. Et ita proximè citatos auctores ſenſiſſe puto, tametſi
non ita clare rem explicare potuerint.

Sanè

29 Sane Felic. *eod. cap.* 5. *num.* 15. negat iudicem ſua ſententia vſuras futuri temporis complecti poſſe. Et mouetur ex *l.* 1. §. *ſocius .ff. de vſur.* in qua Papinian. ait: *Nec tamen iudex iudicij bonæ fidei rectè iubebit interponi cautiones, vt ſi tardius ſententia condemnatus paruerit futuri temporis pendantur vſuræ, cum in poteſtate ſit actoris iudicatum exigere.* Quæ ratio, cum ſatis idonea non eſſet, Paulus meliorem ſubiicit, vt hic Cuiacius notat his verbis: *Quid enim pertinet ad officium iudicis poſt condemnationem futuri temporis tractatus.* Ex quibus verbis, ait Felic. apertè Iuriſconſultus docet iudicem non poſſe condemnare debitorem, vt donec paruerit ſententiæ ſoluat vſuras. Quod hic notare ſcribit Accurſium, Odofredum, Iacobum, Bartolum, Fulgoſium, Florianum, & Salicetum, idem quod in vſuris ſentiens in id quod intereſt poſt ſententiam. Et hæc eadem interpretatio eſt Cuiacij *ad h. l.* vbi ait nihil ad iudicem pertinere tractum futuri temporis, quia officio ſuo fungitur dicendo ſententiam *l.* 55. *ff. de re iudic.* & de re geſta ſententiam proferre,
30 tempus vero futurum non attingere. † Et licet Accurſius multa afferat in contrarium, vt probet iudicem de futuris etiam ſtatuere, illa tamen reiicit, & diſiicit Cuiacius *eod. loc.* & inter alias obiectiones ait non obſtare *d. l.* 1. *C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* quia ſcilicet ad eam non apponitur ſpecies congrua, ſpeciem vero hanc eſſe. Iudex ille, de cuius ſententia agitur *in d. l.* 1. addictus erat, vt de vſuris pronuntiaret, & quia ſententia debet eſſe certa, vt etiam condemnatio vſurarum *l.* 34. *ff. de vſur.* iudex pronuntiauerat dependi vſuras non expreſſa quantitate, quoad ſoluta eſſet pecunia condemnationis iam factæ priori iudicio, neque certas vſuras dixerat: Quæritur an valeat ſententia, & definitum eſt valere, quia certæ ſunt vſuræ rei iudicatæ, cum ſint præſcriptæ legibus, quibus conſtat hodie eſſe centeſimas *l.* 2. *&* 3. *C. de vſur. rei iudic.* & proinde iudex non ſtatuit de futuris vſuris: ſed quæ iam debentur poſt tempora iudicati. Ita vir doctiſſimus hoc loco. Ex quibus difficile ſanè videtur opinionem Roderici, & aliorum tueri, qui docent poſſe iudicem condemnare debitorem, vt pendat id quod
31 intereſt, quandiu debitam pecuniam non ſoluit. † Magna quidem obiectio eſt. Sed illi reſpondet Rodericus in *d. quæſt.* 16. *num.* 27. tractum futuri temporis non pertinere ad iudicem, neque de iis quæ poſtea in obligationem aduentura ſunt, eum rectè pronuntiare, quando nullum ius præſens actori competit, *vt in l.* 35. *de iudic.* ſecus autem, quando de præſenti competit aliquod ius, quod in iudicium deduci poteſt, & in conſequentiam venit aliud ius futurum. Hoc enim caſu propter ius præſens iudicium poteſt extendi ad ius futurum, idque ex *dicta leg.* 1. *Cod. de ſententia quæ ſin. cert. quant.* cuius verba ſunt: *Cum iudicem quoad pecunia condemnationis ſoluta fuiſſet de pendendis vſuris legem dixiſſe profitearis: non contra iuris formam ſententiam latam palam eſt.* Ex qua conſtare ſatis videtur validam eſſe ſententiam, qua iudex condemnat debitorem, ad pendendas vſuras in futurum, id eſt quoad pecuniam ſoluerit. Quod ergo dicitur ius futurum in iudicium deduci non poſſe, neque de eo iudicem pronuntiare, accipiendum eſſe, quando nullum ius præſens competit, ex quo ius futurum profluat, & ſequatur, ſed ſolum ius futurum in iudicium deducitur, & ita hanc legem intellexerunt gloſ. *in h. l. & in l.* 1. *C. de fideicomm.* Bart. Bald. Salic. & alij quos refert, & ſequitur *de primogen. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 18. vbi refert hunc eſſe communem ſenſum auctorum. Quibus addo Ioann. Fab[illegible]m *in §. præiudiciales inſtit. de action. num* 31. Florian. de S[illegible]to Petro *in d. l.* 1. *§. ſocius. num.* 8. Gomez. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 47. *& in l.* 46. Tauri *num.* 79. & Surd. *in dec.* 120. *num.* 14. *&* 15. ſed in caſibus, de quibus agitur, certum eſt ſortem deberi, & præterea aliquid vltra ſortem, vt marito, & venditori, quibus nec dos, nec pretium ſoluitur, & certum eſt etiam poſt ſententiam intereſſe durare, & ſequi ex retentione pecuniæ: & ideo poterit in iudicium annua quantitas conuenta deduci etiam pro futuro tempore, & valida erit ſententia, quæ iubet illud præſtari, quoad ſors reſtituta ſit.

32 Nec obſtat *d. l.* 1. *§. ſocius. ff. de vſur.* qua Ciacius, & Felicianus mouentur, ſiquidem non hic Papinianus definit iudicem non poſſe condemnare debitorem ad præſtandas vſuras, quoad pecunia ſoluta fuerit, ſed tantum non poſſe iudicem iubere interponi cautiones, vt ſi debitor ſuo tempore non ſoluit, futuri temporis vſuræ ſoluantur. Ait enim: *Nec tamen iudex rectè iubebit interponi cautiones vt ſi tardius ſententia condemnatus paruerit, futuri temporis pendantur vſuræ, cum in poteſtate ſit actoris iudicatum exigere.* Hæc ſunt diuerſa iubere cauere de ſoluendis vſuris ſi tardius ſententiæ pareatur: & condemnare debitorem in vſuras, quoad debitam pecuniam ſoluerit: illud iudex facere non debet, vt Papinianus ait *in d. l.* 1. *§.* 1. hoc licet iudici, vt apertiſſimè conſtat ex *d. l.* 1. *C. de ſent. quæ ſine cert.* eo ſcilicet iure, quo vſuræ licitæ videbantur, & poterant in ſtipulationem deduci. Imo ſi non poteſt iudex condemnare debitorem ad pendendas vſuras, donec iudicato pareat, fruſtrà quæreret Papinianus, an poſſit iudex iubere cautiones interponi de pendendis vſuris futuri temporis. Et ita facili, & perſpicua ratione conciliantur *d. l.* 1. *C. de ſent. quæ ſine cert. quant. & d. l.* 1. *§. ſocius, de vſur.* vt nihil obſtet noſtræ ſententiæ. Quod tantum competi Auendannium animaduertiſſe, obſcurè tamen, & imperfectè id explicantem *in d. cap.* 40. *in fin.*

Neque hic prætermittam mihi non placere doctrinam 33
Excellentiſſimi Cuiacij *in d. l.* 1. *de vſur. ad Papin.* dum dicit ſpeciem *d. l.* 1. *C. de ſentent. quæ ſine cert. quant.* eſſe de iudice, qui datus fuerat, vt de vſuris rei iam ante ab alio iudice iudicatæ pronuntiaret. Et primum quidem, quia certæ ſunt vſuræ rei iudicatæ, vt ipſe Cuiacius docet *eod loc.* & currebant ipſo iure ex natura iudicati, vt conſtat ex *l. vlt. C. de vſur. rei iudic.* vnde nihil opus eſt alio iudice, vel alia ſententia, ſed executore tantum, qui in exequenda re iudicata non tantum habebat rationem pecuniæ, in qua debitor condemnatus eſt, ſed etiam vſuræ centeſimæ pro eo tempore quod fluxit poſt legitimum tempus, quod indulgebatur iudicatis, vt conſtat ex *l.* 1. *C. de vſur. rei iudic.* & docet idem Cuiac. *ad hunc tit.* Et deinde quia ſpecies *d. l.* 1. *C. de ſent.* congruentius poni poteſt in vno, & eodem iudice, qui ſua ſententia condemnauerat debitorem, & quoad ſoluiſſet in vſuras eius pecuniæ, in qua ab eodem iudice condemnatus fuerat Hoc enim verbis magis conuenit, vnde nihil opus eſt duos iudices, & duas ſententias comminiſci. Denique quod vir doctiſſimus ait iudicem in *d. l.* 1. non ſtatuere de vſuris futuris, ſed quæ iam debentur poſt tempora iudicati, videtur repugnare formulæ ipſius ſententiæ, quæ ab eo iudice prolata eſt, vt ſignificant verba illa *pecunia condemnationis ſoluta fuiſſet*, quæ ſanè oſtendunt iudicem illum de futuris vſuris pronuntiaſſe, vnde magis placet quod congruenter omnino noſtræ ſententiæ idem Cuiacius ſcribit *ad d. tit. C de ſent. quæ ſine cert. quant.* nimirum in ſpecie *l.* 1. *hoc tit.* Si ita iudex pronuntiet: *Lucio Titio. Caium Seium ex cauſa venditionis centum debere videri, quam pecuniam quoad perſolueris Caius Seius Lucio Titio Caium Seium eius pecuniæ vſuras dependere placet.* Et licet in hac ſententia non exprimatur quantitas vſurarum intelligi ſatis ex iure ipſo, quo conſtat hodie eſſe ſingulas centeſimas ex *tit. C. de vſur. rei iudic.* congruenter ſanè omnino iis, quæ diximus. Nam, & eodem exemplo vtitur, quo nos vſi ſumus *num.* 28. ſed parum congruenter iis, quæ ſcripſit ad Papin. *loc. cit.*

Huic rei proximum eſt, quod diximus reditus annuos, 34
& præſtationes annuas etiam pro futuro tempore in iudicium deduci poſſe, ſcilicet vt adueniente die ſoluantur, & ne is, cui reditus, & penſiones debentur, cogatur ſingulis annis agere, & de ſuo iure proteſtari. *l.* 2. *C. de præſcript.* 30. *ann.* & ſcribunt Florian. *in d. l.* 1. *§. ſocius. num.* 8. *de vſur. & in ead. l.* 1. *C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* Salic. *num.* 5. & Iaſ. *num.* 7. Ripa *in l. ita ſtipulatus. num* 97. Ozaſc. *in dec.* 130. *n.* 15. Aſin. *in tract. de execut. cap.* 126. *num.* 1. & Barboſ. *in l. non poteſt.* 23. *num.* 112. *ff. de iudic.* Neque diſtinguitur, an ex contractu, vel ex teſtamento annuum, vel menſtruum debeatur, vt rectè notat Iaſ. *in l. vbi autem. §. qui ſortem. num.* 3. *de verb. oblig.* Anton. Gomez *loc. cit.* Marius Mut. *ad conſuet. Panormit. cap.* 67. *num.* 8. & Andr. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 74. *num.* 3.
† Idemque eſt in alimentis annuis, & veſtiario annuo, quæ 35
non tantum pro præterito tempore in iudicium deduci, & peti

peri poſſunt, ſed etiam vt in futurum quoque præſtentur, vt probat *l. libertis, §. manumiſſit, de alim. & cibar. legib.* & reſcripſit Antoninus *in l.1. C. de fideicomm.* Florian. *loc.cit.* & *in d. l.* 1. Baldus notat *in princ.* dicens in legato annuo alimentorum ſpeciale eſſe, vt etiam pro futuro tempore peti poſſint, quamnis nihil adhuc debeatur, quod notat Sitrd. *in d.dec.*120. *in fin.* vbi etiam ſcribit ſe id inter alimentorum priuilegia non retuliſſe in ſuo magno tractatu *de aliment.* quia difficile eſt, imò impoſſibile omnia complecti: Denique idem dicendum puto in conductore plurium annorum, nam ſi primo vel ſecundo anno penſionem non ſoluerit, poteſt conueniri, & condemnari etiam pro penſionibus ſequentium annorum, ne cogatur dominus ſingulis annis de ſuo iure proteſtari vt ait *d.l.2. in fin. C. de praſcript.* 30.*ann.* & ex his quæ tradit ex aliorum ſententia Gail. *in d. obſ.*74. *num.*3. *in fin.* & ita aduerſus quemdam inquilinum meum nuper ex tempore decreuit D. Carolus Ferrerius Senator magnæ eruditionis, & integritatis, nunc noſtri Senatus ſecundus Præſes.

36 Obſeruandum tamen eſt, quod dixi *num.*27. creditore poſtulante. Niſi enim creditor in iudicium nominatim deducat, & petat ſibi reum etiam profuturo tempore damnari, non puto iudicem ſtatuere poſſe, vt penſiones, vel reditus futuri temporis quoque præſtentur etiam in iis caſibus, in quibus etiam in futurum condemnare poteſt ſecundum ea, quæ diximus. Quæ enim in iudicium deducta non ſunt, ad iudicis officium non pertinent *lib. vlt. Cod. de fideicomm. libert. l. adiles*, 25. *§. ſciendum, ff. de adil. edict. & arg. l.* 69. *in fin. de verb. obligat.* & ita ſentire puto auctores citatos, qui ſentiunt etiam pro futuro tempore in iis caſibus reum condemnari poſſe, & Cuiac. *in d.l.*1. *de vſur. ad Papin.* agens de interpoſitione cautionis, & in tranſitu notat Auendan. *in d. cap.* 40. *in fin.* Neque verum eſt propriè huc caſu id eſt poſtulante creditore, iudicem futurum attingere, & de futuris ſtatuere, quia ſententiam fert de his, quæ in iudicium verſantur, & de quibus apud eum diſceptatur, vt inquit Cuiac *loc.cit.*

37 Cæterùm antequam huic capiti finem imponam illud admonuero *d.l.1. C. de ſentent. qua ſin. cert. quant. profer.* quæ ait validam eſſe ſententiam de pendendis vſuris, quoad pecunia ſoluatur, hodie abrogatam eſſe, cum nec in vſuras præteritas iudex condemnare poſſit *Clem.*1. *de vſur.* ſed argumentum præbet, vt quemadmodum olim iudex poterat condemnare in vſuras futuri temporis, quæ certæ erant, & præſcriptæ legibus: ita nunc poteſt condemnare in reditus, & penſiones futuras, atque etiam ad intereſſe futurum, in iis ſcilicet caſibus, in quibus etiam ab initio licet de certa quantitate paciſci, & in quibus certum eſt etiam poſt ſententiam durare cauſam, & ius percipiendi aliquid vltra ſortem pro eo quod intereſt.

QVÆSTIO XXII.

De fiſcalibus & publicis vſuris.

SVMMARIA.

1. *Fiſcales vſura olim ſemiſſes.*
2. *Æquum eſt, quemque eo iure vti, quod in alium conſtituit.*
3. *Fiſcus vſuras ſemiſſes exigebat à debitoribus, qui ad eum deuoluti erant, quamuis leniores ante deberent.*
4. *Fiſcus ex ſuis contractibus accipiebat, & non dabat vſum.*
5. *Fiſcus in locum priuati ſuccedens praſtat vſuras.*
6. *Vſura pacto promiſſa retentione pignoris ſeruari poſſunt.*
7. *Fiſco fit mora re ipſa.*
8. *Fiſcus in petitione hareditatis iure priuati vtitur.*
9. *Fiſci, & priuatorum plerunque iura communia.*
10. *Fiſcus, & Reſpublica differunt.*
11. L. cum quidam, in §. fiſcus, de vſur. *explicatur*, & n.12.
13. *Minoribus & Ciuitatibus fit mora ipſo iure.*
14. *Debitores fiſci non pendunt vſuras ex iuſta cauſa.*
15. *Mora non fit re ipſa, niſi concurrant omnia ad morã neceſſaria.*
16. *Mora qua fit re ipſa non plus poteſt quam ea, qua fit ex perſona.*
17. *Mora non fit fiſco, vel minori niſi ex parte ſua impleuerint contractum.*
18. *Fiſcus cum reuocat pecuniam à poſteriore, non ſoluuntur vſura.*
19. *Pœnarum vſura non debentur.*
20. *Liberalitatis vſura non debentur.*
21. *Fiſcus hodie à ſuis debitoribus vſuras non accipit.*
22. *Antoninus Pius vſuras trientes exercuit.*
    Et Alexander Seuerus.
23. *Auguſtus, & Tiberius pecuniam gratuitam ſub pigneribus crediderunt.*
    Sophia Auguſta multorum as alienum diſſoluit.
24. *Fiſcus & Princeps ex ſuis contractibus obligantur.*
    Princeps non poteſt condendo legem ſe ab obligatione contractus liberare.
25. *Princeps non ſeruans contractum tenetur ad id quod intereſt.*
26. *Adminiſtratores ex officio publico non tenentur ad vſuras.*
    Niſi eorum fraus arguatur.
27. *Vel niſi ex proprio contractu conueniantur.*
    Hodie non licet pecuniam ciuitatum, vel fiſci fœnori dare.
28. *Montium Pietatis iuſtitia pendet ex legibus, quibus inſtituti ſunt, & reguntur.*
29. *Mons pietatis in quo nihil vltra ſortem exigitur, iuſtus eſt, & montium perfectiſſimus* & num. 34.
30. *Montes pietatis ciuitatis Nicienſis, & à quibus reguntur.*
31. *Montes pietatis poſſunt aliquid accipere à mutuatariis titulo eleemoſyna.*
32. *Dummodo importunis precibus non exprimatur.*
33. *Mons pietatis, in quo aliquid vltra ſortem accipitur pro expenſis Montis licitus eſt.*
34. *Mons pietatis ſi quid plus exigat quam ad ſui conſeruationem eſt neceſſarium, id illicitum eſt.*
35. *Mons pietatis in quo aliquid ſuperexigitur pro expenſis montis, non ideo minus Mons pietatis cenſeri debet.*
36. *Montis pecunia dominium ſibi retinens, poteſt ſe indemnem ſeruare.*
    Et contraria Lopez ſententia reiicitur.
37. *Montes Pietatis mixti liciti.*
38. *Dummodo non plus exigatur quam patitur ratio ſumptuum & eius quod intereſt.*
39. *Montibus conferentes pecuniam nihil vltra ſortem capere poſſunt titulo depoſiti, vel mutui, niſi quatenus eorum interſit.*
40. *Ratio quadam Fillucij ſaluandi eos qui plus exigunt, reiicitur.*
41. *Mutuantes pecuniam Principi vel Reipublica etiam nihil vltra ſortem capere poſſunt, niſi eorum interſit.*
42. *Montes qui ſuper reditibus inſtituuntur quatenus liciti.*
43. *Fillucij doctrina quadam explicatur.*
44. *Montes in quibus nulli adſignantur reditus, illiciti.*
    Et quomodo conferentibus conſulatur.
45. *Montes qui ad quaſtum inſtituuntur, difficiles.*
46. *Auguſtus quoſdam notauit, qui leuioribus vſuris pecuniam mutuati ſub grauioribus collocauerant.*
47. *Menſa fœneratorum in quibuſdam Belgij oppidis deteſtabiles.*
48. *Princeps pecunias fœnori dare non poſſunt.*

NVnc agendum eſt de vſuris fiſcalibus, ne quid quod ad tractatum vſurarium pertinet, intactum relinquamus. Sunt ergo vſuræ fiſcales, quas fiſcus à ſuis debitoribus exigit. † 1. Conſtat autem illas ſemiſſes fuiſſe *ex l.* 1. *C. de de his quib. vt indign. & l. vlt. Cod. de fiſc. vſur.* in qua Iuſtinianus iuſſit fiſcum etiam ſuæ conſtitutioni parere, quæ modum vſuris conſtituit, & ſemiſſes tantum priuatis conceſſit exceptis quibuſdam perſonis, vt argentariis, quibus beſſes ſtipulari permiſit, & exceptis quibuſdam negotiis, in quibus vſque ad centeſimam vſuras ſtipulari licuit, vt in pecuniis traiectitiis, quæ periculo creditoris traiiciuntur *lib.* 1. *ff. de nau. fœn.* & in ſpeciebus datis fœnori, vt conſtat ex *leg. eos, §. ſuper vſurarum, Cod. de vſuris.* Huic ergo conſtitutioni fiſcum parere Iuſtinianus iuſſit, ne ſcilicet vſuras maiores ſemiſſibus exigeret, cum antea grauiores à debitoribus caperet. Abſurdum enim, & iniquum vt puto, Iuſtiniano viſum eſt, ſubditis, & priuatis certos

Digitized by Google

fines in vſuris exigendis præſcribere,quos fiſcus,& exactores
2 pecuniæ principis tranſilire poſſent.† Et ſanè ſummā æqui-
tatem habet,quod quiſque iuris in alium ſtatuerit,ipſum eo-
dem iute vti,*vt ait l.1.ff.quod quiſq.iur.*vt etiam illud Alexan-
dri Seueri apud Lampridium. *Quod tibi fieri non vis, alteri ne
feceris.* Quamobrem incongtuum videbatur Principem ſub-
ditis prohibere,ne dimidiam centeſimæ excederent, & per-
mittere fiſcum,& actores fiſci grauiores vſuras à debitotibus
exigere. Voluit ergo Iuſtinianus hac in re fiſcum iure priua-
torum vti, quibus ſemiſſes ſtipulari licuit, vt dictum eſt, &
inter trientes, quas viris illuſtribus in eadem ſanctione per-
miſetar, & beſſes, quæ argentariis eodem loco permiſſæ
ſunt, ſemiſſes fiſco concedere. Et licet etiam ante Iuſtinia-
num videatur hoc ius fuiſſe ex *l.17. §.fiſcus,ff.de vſur.& d.l.1.
in fin.C.de his quib.vt indignis*, quæ ait, *vſuras ſemiſſes dependere
ſatis eſſe*, id tamen his locis addidiſſe Tribonianum veriſimi-
mile eſt ex *d.l.vlt.* vt hîc Cuiacius notat. Cur enim Iuſtinia-
nus ſanxiſſet, ne fiſcus maiores ſemiſſibus exigere poſſet, ſi
id iam legibus ſtatutum fuiſſet?
3 Neque tantum ab iis debitoribus, qui principaliter cum
fiſco conttaxerant,ſemiſſes exigebantur,ſed etiam ab iis,qui
priuatis obſtricti ad fiſcum peruenerant,ex quo debitores fiſ-
ci eſſe cœpiſſent,vt conſtat ex *d.l.vlt.C.de vſur. fiſc.* & *l.16.ff.
de iur.fiſc.*tametſi creditores,quibus fiſcus ſucceſſit, leuiores
ſtipulati eſſent,*d.l.17.§.ſi debitores ff.de vſur.* Ioan. de Plat. &
Cuiac.*in d.l.vlt.*& Peregr.*de iur.fiſc.lib.6.tit.7. num.2. & 3.* In
hoc ergo priuilegium fiſcus habuit.
4 Alio etiam priuilegio fiſcus vſus eſt, vt ex ſuis con-
tractibus vſuras acciperet, ipſe non dare *d. l, cum quidam,
§.fiſcus, de vſur.* Quod ſane euidenter iniquiſſimum fuit, &
contra æquitatem *d.l.1.ff.quod quiſq.iur.*& à dignitate,& ma-
ieſtate regnantis alienum. Quid enim turpius, & indignius
excogitari potuit fiſcum Principis hiſce turpibus quæſtibus
ditari:& quod creditoribus fiſci negabatur,aduerſus eius de-
5 bitores iuſtam putare? † In quo tamen obſeruandum eſt fiſ-
cum,cum in locum priuati ſucceſſiſſet, etiam vſuras ſoluiſſe,
modo ſi ille vſuras debuit,vt rectè notat Cuiac. *in l.2.Cod.de
fiſc.vſur.*& conſtat *ex d.§.fiſcus*, illis verbis: *Cum tamen in loco
priuati ſucceſſit,etiam dare ſolet.*Quod cum generaliter hîc de-
finitum ſit,non puto diſtinguendum, an vſuræ ex pacto, &
6 ſtipulatione, vel ex mora deberentur, tametſi Peregrinus
aliud ſentiat *loc.cit.n.4.* † Et præterea vt priuatus olim, ſi in
vſuras pacto conuentas pignus accepiſſet, illas retentione
pignoris ſeruare poterat,quamuis ſtipulatio interpoſita non
fuiſſet *l.per retentionem,& l.pignoribus,C.de vſur.*Hotoman. *de
vſur.lib.1.c.8.verſ.notandum eſt*,ita etiam ſi fiſcus debitori ſuc-
ceſſerat,creditor etiam in odium fiſci vſuras ſeruare poterat,
etiamſi pacto nudo promiſſæ fuiſſent *d.l.2.C.de fiſc.vſur.*quia
pignora ex ſolo pacto etiam vſuris obſtringi,& obligari iu-
re ciuili poterant. Hac in re igitur par fuit cauſa priuato-
rum & fiſci.
7 Sanè inter fiſci priuilegia illud fuit,vt ei re ipſa mora fie-
ret ſicut minori XXV. annis:& ex eo tantum, quod debito-
res tardius pecuniam inferrent,ab eis vſuras exigeret *d.§.fiſ-
cus*,ex quo receptum eſt fiſci debitores re ipſa moram facere,
vel vt ait *l.11.ff.de vſur.ipſo iure.*Ita enim ſentiunt Bart.in *l.2.
C.de his quib.vt indign.*Alex.*in l.quod te,n.8.ff.ſi cert.pet.*Ioan.de
Plat.*in d.l.1.C.de fiſ.vſur.*Cuiac.*li.22 obſ.34.*& Menoch.*de ar-
bitr.iudic.caſ.220.n.8.*qui pro hac ſententia adfert *l.21.§ peti-
8 tam,ff.de pet. hered.* quæ potius contrarium probat. † Etenim
Vlpianus hic explicat ſenatuſconſultum, quod de petitione
hæreditatis fiſco delatæ factum eſt, & ait ad priuatorum
quoque hæreditates pertinere,& nihil hac in re diſtare fiſcum
à priuato,vel quod idem eſt priuatum fiſco. Verba enim Vl-
piani hæc ſunt: *In priuatorum quoque petitionibus ſenatuſcon-
ſultum locum habere nemo eſt, qui ambigit, licet in publica cauſa
factum ſit.* Nullum igitur ius ſingulare fauore fiſci hic con-
9 ſtitutum eſt, ſed commune omnibus. † Vt plerumque enim
ſunt fiſci, & priuatorum iura communia, *vt in l. ſi pignus,
ff. qui pot. in pignorib. hab. l. 3. C. de rei, vindic. l. 2. & 6. C.
de iure fiſc. l. 37. ff. eod.tit.* & in aliis pleriſque, quas adfert
Ioan.de Plat. *in d.l.vlt. C.de fiſc.vſur.* & Cuiac *in l.5.ff.de iur.
fiſc.* vbi etiam refert ex Ammiano Marcellino *lib. 25.* Iulia-
num Imperatorem dixiſſe *ſe æquaſſe iura fiſci cum priuatis.*

Sed Æmilius Ferret. *in lib. de mor. num. 9.* dicit id in fiſco
retinendum eſſe ob ſimilitudinem, quæ eſt inter minorem,
& fiſcum ex *l.4.C.ex quib.cauſ. maior.* ex qua conſtat rempu-
blicam iure minorum vti ſolere.† Verum diuerſa res eſt reſ- 10
publica, & fiſcus,vt palàm eſt ex *tit.C.ne fiſc.& reſp & ex tit.
de iur.fiſc.& reip.ex l.6. & 8.ff. de mun.& hon.l.1.C. de deb. ci-
uit.*& ex aliis pleriſque locis. Et paſſim Ciuitates reſpublicæ
dicuntur, quas certum eſt non habuiſſe fiſcum, vt Ciuitas
Comanenſium *in d. l.10. C. de iniur. Theſſalonicenſium, in l.23.
Cod. de euict.* & Aphrodiſienſium in *nouell.* 160. nec vſpiam
in iure ciuili ſcriptum eſt, vt puto, fiſcum iure minorum
vti: vnde hoc argumento vix probatur communis ſenten-
tia, quæ hoc priuilegium tribuit fiſco. † Denique Æmil. 11
eod. loc. adfert, *d. l. cum quidam, §. fiſcus*, vbi Paulus ait fiſ-
cum ex ſuis contractibus vſuras non dare, ſed accipere,vt ex
vectigalibus, & à foricariis, qui tardius pecuniam inferunt.
Sed hic locus etiam accipi poteſt de conductoribus vectiga-
lium, & foricarum, qui ſunt in mora non ex re, ſed ex
perſona, vt indicant verba illa, *qui tardius pecuniam infe-
runt*, id eſt, tardius quam lege locationis dictum eſt, atque
ita poſt moram. Neque enim veriſimile eſt in contractibus
fiſci, & præſertim in conductionibus vectigalium, & alia-
rum rerum ad fiſcum pertinentium diem non fuiſſe præ-
ſtitutum, quo conductores penſionem ſoluerent. Et ſane
negari non poteſt hæc verba hunc ſenſum pati. Ex quibus
communis ſententia in dubium reuocari poteſt. † Et nihi- 12
lominus magis eſt, vt dicamus ius ſingulare hic à Paulo
referri in fiſco, vt ei re ipſa mora fiat. Neque enim ver-
ba illa, *qui tardius pecuniam inferunt*, neceſſario ſignificant
moram ex perſona, quia etiam is qui non eſt in mora,
tardius ſoluere dicitur, cum ſcilicet ſine die debetur, ne-
que per aliquod tempus ſoluitur, vt colligitur *ex d. l. 17.
§. ex locato* illis verbis, *niſi conuenerit, vt tardius illata pecu-
nia vſuras deberet, non niſi ex mora præſtari.* Non ergo ſatis
eſt tardius pecuniam inferre, vt mora facta intelligatur.
Idemque probat *l. 3. Cod. in quibus, cauſ. in integr. reſt. non
eſt nec.* in qua ius ſingulare conſtitutum eſt fauore mino-
rum, vt eis ex ſolo tempore tardæ ſolutionis mora fiat.
Quod cùm in perſona maiorum receptum non ſit, conſe-
quens eſt regulariter ex eo tantum, quod quis pecuniam tar-
dius ſoluit, moram feciſſe non videri. Ideoque cùm Pau-
lus ait fiſcum vſuras exigere ſolere à conductoribus, qui
tardius pecuniam inferunt, indicat vſuras ex ſolo tempore
tardæ ſolutionis deberi, & quod idem eſſe videtur, moram 13
re ipſa fiſco fieri, † vt fauore minorum conſtitutum eſt *in
d. l. 3.* & fauore reipublicæ *in l. 9. in fin. ff. de admin. rer. ad
ciuit. pert. & d. l. cum quidam, §. eos qui. ff. de vſur.* ex quibus
conſtat eos, qui ex adminiſtratione rerum ciuitatis conue-
niuntur, vſuras eius pecuniæ præſtare debere, quæ apud eos
non pauco tempore remanſit. Quare tutius eſt communem
ſententiam ſequi, quæ hoc priuiligium tribuit fiſco,& quam
ſecutus eſt doctiſſimus Cuiacius *loc.cit.*
Sed quod dixi fiſcum à ſuis debitoribus vſuras accipere, 14
multis modis temperandum eſt. Primus eſt,niſi aliqua cauſa
interueniat, qua debitor excuſetur, ſi tardius pecuniam ſol-
uerit, vt *in l.16.§.vlt.ff. de vſur.* quæ ait eum, qui à fiſco fun-
dum emit,neque pretium ſoluit, vſuras non debere,ſi neget
ſibi traditam poſſeſſionem, iniquum enim eſſe vſuras ab eo
exigi, qui fructus non percepiſſet. Quod obſeruat Peregrin.
loc. cit. num. 1. vbi etiam notat idem eſſe, ſi alia iuſta cauſa
excuſat debitorem. † Quod enim dicitur fiſco, minoribus, 15
Eccleſiæ, & aliis, qui eodem iure vtuntur, moram re ipſa
fieri, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, accipiendum eſt
reliquis concurrentibus, quæ neceſſaria ſunt ad inducen-
dam moram, vt recte docet Surdus *in dec. 179. num. 24.* &
niſi iuſta aliqua cauſa allegetur, cur debitor tardius pecu-
niam intulerit *d.l.9. in fin.ff.de admin.rer. ad ciuit.pertin.* Nam
cauſæ illæ omnes, quæ moram in perſona fieri impediunt,
eaſdem puto excuſare, ne quis in rem moram feciſſe intel-
ligatur, vt indicat *d.l.16. in fin. de vſur. & l. 17. §. eod. tit.* in
qua definitum eſt,ſi pupillo non habenti tutorem fideicom-
miſſum ſolui non potuit, non videri moram per hæredem
factam, quia ſcilicet pupillo ſine auctoritate tutoris non
rectè ſoluitur *l.15.& 68. de ſolut.* & tamen conſtat pupillo re
ipſa

16 ipſa moram fieri. † Denique mora, quæ fit re ipſa, non plus
poteſt quam ea, quæ ex perſona id eſt per interpellationem,
& per diei lapſum inducitur, vt tradunt Bald. *in d. l. an mino-*
rum, 3. *num*. 1. *C. in quib. cauſ. reſt. in integr. non eſt neceſſ.* Ca-
pic. *in dec*. 14. *num*. 20. Honded. *in conſ*. 38. *n*. 33. *lib*. 2. & Gra-
17 tian. *diſcep. forenſ. cap*. 240. *num*. 13. † Quamobrem, vt mora
in rem fauore minoris non committitur, ſi ea parte ſua non
impleuerit contractum, vt ſentit Bald. *loc. cit.* Sfort. Odd. *conſ.*
87. *n*. 14. Surd. *in d. dec*. 179. *num*. 26. idem Gratian. *c*. 143. *n*. 25.
ita nec fauore Eccleſiæ, vel fiſci moram re ipſa contrahi di-
cendum eſt, niſi & ex parte eorum contractus impleatur, vt
conſtat ex *d. l*. 16. *§. vlt. de vſur.* quæ ait fiſcum vſuras pretij
non exigere ab eo qui fundum emerat, cum ei poſſeſſio
tradita non fuiſſet. Et ita in Eccleſia reſpondit Odd. *in d.*
conſ. 87. *num*. 15. Nunc verò hic adnotare ſatis eſt iuſtam
cauſam à mora, & vſuris debitores fiſci excuſare, *vt in d.*
l. 16. *&* 17. *ff. de vſur.*

18 Deinde ſi fiſcus pecuniam poſteriori creditori ſolutam
reuocat, quod illi in ſubſidium licere receptum eſt, vt re-
fert Theſaur. *quæſt. forenſ. lib*. 2. *cap*. 12. *n*. 4. vſuras eius pecu-
niæ non exigit, quia res non perſona conuenitur, vt ait *l.*
denique, ff. de iur. fiſc. vel vt ait *l. pecunia, C. de prin. fiſc.* quia non
fœnus hic contractum eſt, ſed ſuum recuperatum extraordi-
nario iure aufertur. Et ita in ſpecie notat Peregrin. *d. tit*. 7.
n. 34. & Cuiac. *in d. l. denique, in fin.* vt tradit in actionibus in
rem vſuras non venire ex *l. ſi nauis, ff. de rei vindic.* quæ ta-
men non id ſatis probare videtur: id verò indicat *d. l. denique*
dum ait, *quia res non perſona conuenitur.*

19 Præterea certum eſt fiſcum pœnarum vſuras non exigere,
neque exegiſſe *l*. 1. *C. de fiſc. vſur.* & generale eſt pœnarum
vſuras non deberi *l. vlt. ff. de Magiſtr. conuen.* Nam, vt Cuia-
cius notat *in d. l*. 1. vſura eſt veluti pœna quædam: iniquum
autem eſt pœnam pœnæ adijci: & ideo multis locis conſti-
tutum eſt, ne vſuræ vſurarum exigantur, *vt in l. vlt. Cod. de*
vſur. & de vſur. rei iudic. l. improbum, C. de infam. & l. 26. *§*. 1.
ff. de condict. indeb. Itaque hac in re fiſco, & priuatis idem
ius fuit.

20 Non puto etiam ex liberalitate in fiſcum vſuras deberi.
Nam & liberalitatis in rempublicam vſuræ ex iure ciuili non
debentur *d. l*. 16. *ff. de vſur.* tametſi cum legatum, vel fidei-
commiſſum relictum eſt ad ſtatuas, & imagines in loco pu-
blico ponendas, vel ad opus publicum faciendum, aut refi-
ciendum, ſi dies à teſtatore, vel magiſtratu conſtitutus ſit,
hæres vſuras ex mora, trientes ſcilicet intra ſex menſes, po-
ſtea ſemiſſes pendere cogeretur, vt conſtat *ex d. l*. 17. *in fin. de*
vſur. & l. 5. *ff. de oper. publ.* & certum etiam eſt ex iure ciuili
vſuras legatorum, & fideicommiſſorum ex mora deberi *ex*
l. 1. *C. de vſur. & fruct. legat.* & aliis.

21 Denique quod dictum eſt debitores fiſci ſiue à principio
cum fiſco contraxiſſent, ſiue ad fiſcum aliunde deuoluti ſunt,
vſuras ſemiſſes præſtitiſſe, nunc iure Pontificio abrogatum
vt notat Peregrin. *d. tit*. 7. *n*. 4. Ioann. Franciſc. de Pont.
lib. de poteſt. Proreg. tit. 4. *§*. 3. *n*. 32. & Alfar. *de offic. fiſcal.*
gloſ. 16. *n*. 209. & proinde hodie fiſcus neque dat, neque acci-
pit vſuras: & abrogata eſt *d. l*. 17. *in §. fiſcus, & §. ſi debitores,*
ff. de vſur l. 2. *&* 3. *C. de fiſc. vſur. & d. l*. 1. *C. de his quib. vt in-*
dign. & aliæ omnes, quibus fiſcum vſuras dare, vel accipere
conſtitutum eſt. Quamobrem quod iure Canonum ſanci-
tum eſt, ne quis pecuniam fœneret, vel vſuras accipiat, etiam
ad fiſcum Principum, & Principes pertinet, quibus etiam
22 id vetitum eſt. † Vnde non omnino laudandus videtur An-
tonius Pius, qui vſuras tametſi leues, & modeſtas, id eſt trien-
tes exercuit, vt plurimos ſuo patrimonio adiuuaret, vt re-
fert Capitolin. *in eius vita*. Quod etiam ab Alexandro Se-
uero factum fuiſſe, vt pauperibus opem ferret, Lampridius
23 auctor eſt. † Etenim dignius maieſtate regnantis fuiſſet gra-
tuitam, & ſine vllo fœnore pecuniam crediđiſſe, vt interdum
ab Auguſto factum eſſe memorat Sueton. *in eius vita cap*. 41.
Quod deinde Tiberius imitatus eſt diſpoſitis per menſas
nummis, factaque mutuandi copia ſine vſuris per triennium,
ſi debitor in duplum prædiis cauiſſet, vt refert Tacit. *lib*. 5.
Idem Pomponium Atticum Athenienſibus præſtitiſſe, dum
pecuniæ, inopia premerentur refert Cornelius. Nepos in vi-
ta illius, qui etiam ſcribit illum pecuniam Fuluiæ vxori M.
Antonij ſine vſuris, & ſine ſtipulatione crediđiſſe. Denique
Ann. Robert. *rer. iudicat. lib*. 4. *cap*. 18. notat ex Cedreno
Sophiam Auguſtam debita eorum perſoluiſſe, qui ære alie-
no obſtricti erant, ſubiiciens exempla hæc non priuatam li-
beralitatem, ſed regiam magnificentiam referre, qua qui-
dem hæc regio indigeret.

Cæterum ſciendum eſt fiſcum Principis, & Principem ex 24
ſuis contractibus obligari, ſiue cum exteris, ſiue cum ſubdi-
tis contraxerit, vt indicat *l*. 4. *C. de legib. l. vlt. C. de quadr. præſc.*
& d. l. 16. *§. vlt. de vſur.* & tradunt Bertrand. *tot. conſ.* 206.
lib. 2. Vaſq. *lib*. 1. *quæſt. Illuſtr. cap*. 3. *num*. 1. Menoch. *in conſ.*
403. *num*. 6. & aliis auctoribus relatis idem Peregrin. *de*
tract. lib. 6. *tit*. 1. *num*. 10. & Roſent. *de feud. c*. 3. *concl*. 21. *n*. 4.
quod adeo verum eſt, vt ne quidem legem condendo poſſit
à contractu diſcedere, vt ex Baldo, Bruno, Pinelio, & aliis
reſpondit Lud. Bell. *conſ*. 24. *num*. 7. *&* 8. quibus conſentit
Crau. *in conſ* 933. *num*. 5. *&* 9. vbi ait abſurdiſſimam rem
fieri in arbitrio principis eſſe per legem generalem contra-
ctuum ſe nexibus expedire. Idemque eſt, tametſi Princeps
plenitudine poteſtatis maxime vti velit, vt docuit Caſtrenſis
in l. digna vxor. num. 5. *Cod. de legib.* Alciat. *reg*. 3. *præſ*. 8. *n*. 1.
& conſ. 9. *num*. 18. *lib*. 3. Crauet. *in conſ*. 702. *num*. 18. &
aliis citatis Peregrin. *d. tract. de iur. fiſc. lib*. 1. *tit*. 3. *num*. 44.
Vaſq. *loc. cit. num*. 2. & Rodolfin. *de ſupr. Princ. pot. cap*. 6.
num. 170. †. Vnde ſi forte Princeps fidem contractus non 25
ſeruauerit, quod credendum non eſt ſub bono Principe,
tenetur illi cum quo contraxit ad id quod intereſt vt priua-
tus quilibet. Ita Socin. *in conſ*. 156. *n*. 4. *lib*. 2. *& conſ*. 4. *n*. 3.
lib. 3. Afflict. *in cap*. 1. *§*. 1. *n*. 12. *tit. de nou form. fidel.* Tren-
tacinq. *reſol*. 1. *de pact. in fin. lib*. 3. & tradit Peregrin. *in d. c*. 3.
num. 47. Doct. Marta *in conſ*. 40. *num*. 6. *&* 9. & Ioan. Fran-
ciſc. de Pont. *in d. §*. 3. *num*. 31. *&* 32. recte ſubiiciens fiſcum
hac in re pro ſe legem non habere, ſed iure communi vti. In-
tereſſe enim æquitate quadam naturali debetur, cui etiam
Principes ſubiiciuntur: tametſi his infelicibus temporibus,
quibus ob diuturna bella exhauſta ſunt Regum, & Princi-
pum æraria, creditores eorum ſibi ſatis conſultum eſſe putét,
ſi poſt multas dilationes ſortem ipſam recuperare poſſunt.

Denique ſciendum eſt eos, qui ex officio publico pro aliis 26
conueniuntur veluti pro debitoribus, quibus pecuniam pu-
blicam ſub vſuris crediderunt, qui poſtea facti ſunt non ſol-
uendo, vel ſi redemptoribus operum negligenter pecuniam
dederint, non explorata eorum fide, vel non acceptis fide-
iuſſoribus, eos inquam, & fideiuſſores eorum in ſortem dum-
taxat teneri, non in vſuras ſortis, vt conſtat *ex l*. 21. *§*. 1. *&*
lib. 24. *ff. ad munic. lib*. 1. *C. de his qui ex officio, quod admin.*
Conuent. lib. 11. *& l. vlt. in fin. ff. de admin. rer. ad Ciuit. per-*
tin. addita tamen hac exceptione, niſi eorum fraus argui
poſſit, vt notat Cuiac. *ad d. l*. 21. *§. ad municip.* & Nicol. Lo-
ſæus, Præſes Nicienſis, *lib. de iur. vniuerſ. part*. 3. *c. vlt. n*. 38. *&*
39. & conſtat *ex d. l*. 17. *in fin. ff. de vſur.* † Aliud ſanè fuit, ſi 27
ex contractu Magiſtratus tenerentur, veluti ſi publicam pe-
cuniam accepiſſent, vel non pauco tempore detinuiſſent ſi-
ne iuſta cauſa. Hi enim etiam vſuras præſtare cogebantur, vt
probant *d. l*. 17. *in fin. & l. vlt. §. vlt. de admin rer. ad Ciuit. pertin.*
& indicat Paulus *in d. l. Lucius*, 21. *§*. 1. *ad Munic.* illis paucis
verbis, *non ex contractu*, & Cuiac. *hoc cit.* & notiſſimus Præſes
noſter *in d. cap. vlt. num*. 38. Quæ tamen omnia quod attinet
ad vſuras, nunc ceſſare certum eſt. Neque enim nunc licet
pecuniam ciuitatum fœnori dare, vt aliis auctoribus cita-
tis tradit Vgolin. *in lib. de vſur. cap*. 4. *in princ.* Et proinde
nunc abrogatæ ſunt *l*. 11. 30 *&* 33. *ff. de vſur. & l*. 2. *C. de de-*
bit. ciuit. lib. 11. Ex quibus conſtat olim pecunias publicas
fœnori collocari conſueuiſſe. Vt etiam alia iura omnia anti-
quata & abolita ſunt, ex quibus debitores Reipublicæ vſu-
ras pendere cogebantur, *vt in d. l*. 5. *ff. de oper. publ. & aliis.*
Neque tamen eorum mora impunita eſſe debet, ſed vice vſu-
rarum tenentur ad id quod intereſt, & hoc iure vtimur. Vt de
debitoribus fiſci, quod ſcilicet ad intereſſe poſſint conueni-
ri, ſcribit Alfar. *loc. cit.* & Curiae. *contrẽu*. 523. *n* 49.

Viciſſim, & his conſequenter dicendum eſt Principem,
& fiſcum Principis, ſi pecuniam priuatorum retinet poſt
moram, vel ſi eos compellit ſibi pecuniam mutuam dare, quæ
coactio vim habet moræ, vt dixi aliis allegatis, *q*. 74. *n*. 12.

Digitized by Google

teneri refundere creditoribus id omne, quod illorum intereſt ratione lucri, vel damni, vt priuati reliqui tenentur, vt rectè docent Nauarr. *in comment. de vſur. n. 42.* & diſertiſſimè Salon *q. 78. art. 2. contr. 8. n. 6.* cuius verba, id eſt, Theologi doctiſſimi ſubiicio: *ſimiliter*, inquit, *quando Rex communi neceſſitate exigente poſtulat mutuum a mercatoribus compellens eos, etſi propter bonum commune illud poſſit, & ipſi teneantur mutuare tali caſu, non tamen ſuo damno, & diſpendio, &c. Qua de cauſa tenetur omnia damna emergentia, & lucra ceſſantia compenſare. Quia cum hi non liberè nec ſponte mutuauerint, ſed coacti, & compulſi, nullo modo neque tacitè neque expreſsè in illa damna conſenſerunt*, & deinde poſt pauca: *Hoc vero intereſt inter Principem iuſtè compellentem ſubditos diuites ad ſibi mutuandum, & alios qui iniquè per vim & metum alios cogunt, quod Princeps tenetur quidem vt diximus ad reficienda damna emergentia, & lucra verè illis ceſſantia, nihil tamen tenetur illis reficere ratione illius compulſionis, quia iuſtè id potuit, neque aliquam ipſis in eo intulit iniuriam, cum iuſtè ageret: at priuatus, vel quiuis alius, qui iniuſtè cogit, & per vim, quam non poterat, inferre, tenetur reficere preter damna emergentia, & lucra verè ceſſantia aliquid aliud ratione illius iniuriæ ad arbitrium prudentis viri.* Hæc Salon. in quibus notandum eſt, quod ait *lucra verè ceſſantia*, quia niſi verè horum creditorum intereſt, ex eo dumtaxat, quod inuiti mutuum dederint, non eis licet aliquid vltra ſortem percipere, vt proximè dicam.

28 Hic intercidit quæſtio de montibus, quos non ineptè vocant, ea ſcilicet ratione, qua trito ſermone dici ſolet de his, qui magna promittunt, aureos montes polliceri ex Plauto, Terentio, & aliis, vel vt apud Perſium:

Magnos promittere montes.

Porrò ij montes inſtituuntur in vrbibus, vt hac ratione publicis neceſſitatibus, vel pauperibus conſulatur, quorum iuſtitia cum pendeat ex legibus, quibus conſtituti ſunt, vel exercentur, ideo ſpecies eorum ſaltem vſitatiores, & notiores referam, & quid de illis ſentiam, paucis exponam.

29 Prima ſpecies eſt, cùm aceruus ille publicæ pecuniæ gratis indigentibus diſtribuitur, ita vt nihil vltra id quod acceptum eſt, debitores reſtituere teneantur, vt Auguſtum Cæſarem, & Tiberium feciſſe diximus ex Tacito, & Suetonio *n. 53.* & de populo Romano refert Liuius *lib. 7.* Sigon. *de antiq. iur. Roman. lib. 2. cap. 11.* & Roſin. *antiq. Roman. lib. 7 cap. 39.* Et hoc genus montis verè mons Pietatis eſt aſylum, & perfugium egenorum, & pauperum de cuius iuſtitia dubitare nefas eſt, cum potius ſit perfectiſſimus montium, & Chriſtianæ pietatis egregium inſtitutum, & omni fauore, &
30 commendatione digniſſimum, † Iſtius generis duo ſunt montes in hac ciuitate, qui reguntur per viros ſelectos ex ſodalitio miſericordiæ, & ſancti Spiritus, qui per vices gratuito pecuniam horum piorum locorum magna cum diligentia, & charitate adminiſtrant. Neque aliud dicendum eſt, quod teneantur pauperes pignoribus cauere, quia non ideo minus pecunia gratuita dicitur, quod ſub pignore credita ſit, vt indicat *l. 8. ff. in quib. cauſ. pign. tac. contrah.* & præſertim quia maximè plebis intereſt hanc pecuniam tuto collocari, & ſaluam eſſe, refertque Liuius *loc. cit.* menſarios publicam
31 pecuniam dediſſe, ita tamen, vt populo prius caueretur. † vt etiam non puto hos montes degeneres eſſe ex eo, quod ij, qui mutuum acceperunt tempore reſtitutionis, & dum pignora luunt, aliquid ſponte, & ex liberalitate eleemoſynæ titulo ſupererogare velint, vt hic multi facere ſolent, quia etiam aliis creditoribus licet aliquid ex liberalitate debitoris vltra ſortem accipere, vt poſt alios tradit Vgolin. *de vſur. cap. 8. §. 2. num. 1.* & nos diximus *quaſt. 1. in fin. & quaſt. 98. num. 32.* & conſtat ex his quæ ſcribit He-
32 ring. *de fideiuſſ. cap. 26. num. 141.* † In quo tamen cauendum eſt miniſtris, ne quid importunis verbis, vel precibus exprimant, vel ſe difficiliores futuros fore oſtendant debitoribus, ſi forte iterum ad hanc menſam accedere cogantur, niſi aliquid dent Monti eleemoſynæ titulo, vel donationis, ne dum pauperes adiuuare putant, pauperes expolient: & ſanè res illiberalis, & ſordida eſſe videtur, & præſertim cauendum eſt ne tempore dationis mutui de certa quantitate vltra ſortem præſtanda titulo eleemoſynæ conueniat: hoc enim vix ab vſuraria labe excuſari poteſt, vt conſtat ex eod. Vgolin. *loc. cit. n. 3.* & ex his quæ diximus *in d. q. 99. n. 24.* & ex Molin. *diſp. 325. n. 5. verſ. illud denique.* Maldec. *tract. 5. cap. 3. dub. 19.*

Altera ſpecies eſt, cum pecunia ea lege diſtribuitur indi- 33
gentibus, vt quid modicum præſtent vltra ſortem pro modo, & ratione pecuniæ acceptæ, & temporis ad ſoluenda ſtipendia eorum qui montem regunt, & ad explicanda ea omnia, quæ ad Montis conſeruationem ſunt neceſſaria. Et hoc genus Montis quamuis olim valde de illius iuſtitia diſceptatum ſit, nunc tamen licitum eſſe receptum eſt. Ita enim tradunt Ioan. Baptiſt. de ſanct. Seuerin. *in l. cunctos populos, num. 54. & ſeq. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ.* Nauarr. *in comment. de vſur. num. 60.* Lupus, & Boninſign. apud Vgol. *lib. cit. cap. 4. §. 1. num. 2.* Tolet. *lib. 5. cap. 38. num. 3. & 5.* Baunez, Salon. Molina, & alij apud Salas *de vſur. dub. 33.* Leſſ. *c. 20. dub. 33. & in append. n. 6.* Rebell. Reginal Comit. & alij apud Scortiam *Theor. 153.* Bened. *de ſept. peccat. c. 9. n. 77.* Turrian. *de iuſtit. diſp. 61. dub. 12. n. 2.* Rodetic. *de ann. redit. lib. 3 quaſt. 7. n. 116.* Sigiſm. Scacc. *de commerc. §. 1. queſt. 1. n. 446.* Fauſtus *in ſuo ſpecul confeſſ. diſp. 17. quaſt. 3.* & nouiſſimè omnium Eminent. P. de Lug. *diſp. 25. n. 188.* & quod omnem ſuſtulit dubitationem hoc genus Montis, tum à Paulo II. & aliis Pontificibus, tum conſtitutione Leonis X. comprobatum eſt, vt iidem auctores adnotarunt: ita vt merito exploſa ſit contraria ſententia, & temeritatis arguatur.

Cæterùm in hoc genere maximè cauendum eſt ne plus 34
exigatur, quàm ſit neceſſarium ad conſeruationem Montis. Illud enim, quod ſuperexigitur, licet videatur rebus Montis accreſcere, illicitum eſt, & reſtitutioni obnoxium, quia conſtitutio eatenus permittit vltra ſortem aliquid præſtari quatenus res Montis ſalua maneat, vt indicant verba illa *abſque montium huiuſmodi lucro*, & inter alios monent Binsfeld. *in c. in ciuitate, in fin. de vſur.* Medin. *queſt. 10.* Comit. *queſt. 35. num. 2.* Petr. Gregor. *de vſur. lib. 2. cap. 3. num. 16. verſ. ita demum.* Lopez *inſtruct. conſc. part. 2. cap. 59.* Bonac. *diſp. 3. quaſt. 3. punct. 12. num. 4.* Regin. *cap. 25. num. 208. in fin.* Fauſt. *d. diſp. 17. quaſt. 4.* & Emin. de Lug. *loc. citat. num. 192.* & quod notandum eſt, ex Caietano refert Comitolus *loc. citat.* Paulum II. ita Legato ſuo Peruſino reſcripſiſſe.

Et prætereà curandum eſt, ne maiores expenſæ fiant, vel 35
plures miniſtri adhibeantur quam opus ſit ad rem Montis adminiſtrandam, ne pauperes grauioribus exactionibus vexentur. Hoc enim ſi non vſurarium, ſaltem iniuſtum eſſe videtur. Etenim non tenentur pauperes, quorum negotium quodammodo geritur, niſi eos ſumptus reficere, quos neceſſario in gratiam, & commodum eorum Mons ſuſtinere cogitur *l. 25. & 27. & l. quæ vtiliter, 45. ff. de negot. l. ſi negotium, 16. C. eod.* & in ſpecie Cardin. Tol. *loc. cit. num. 4.* tametſi ſanctius, & perfectius eſſet, ſi Montes ita inſtituerentur, vt nihil omnino vltra ſortem ab iis acciperetur, quibus hæc pecunia mutua datur, vt dixi, & notant idem Tolet. & Binsfeld. *loc. cit.* vbi ait hac in re conuenire omnes, & Leſſ. *in append. n. 37* Molin. *in d. diſp. 325. num. 5.* & Cardin. *loc. cit. verſ. addit tamen*, nimirum ex verbis conſtitutionis, quæ ſunt huiuſmodi, *multo tamen perfectius, multóque ſanctius fore, ſi omnino tales montes gratuiti conſtituerentur, hoc eſt, ſi illos erigentes aliquos cenſus aſſignarent, quibus, &c. Miniſtrorum ſoluantur impenſe.* Et puto etiam alia ratione indemnitati & commodo plebis conſuli poſſe, ſi ex ſodalitio aliquo, vel ex populo viri idonei, & probatæ fidei eligantur, qui per vices ſine ſtipendio res Montis adminiſtrent, vt hic vſitatum eſt non tantum in adminiſtratione montium Pietatis, vt dixi, ſed etiam aliorum piorum locorum, vt hoſpitalium quibus viri electi ex aliis confraternitatibus vrbis ſine vllo ſalario, ſeu mercede præſunt. Neque tamen ſi alicubi aliquid vltra ſortem exigitur pro expenſis, & mercede miniſtrorum, audiendi ſunt, qui hanc ſpeciem Montis aſſerunt Montem Pietatis dici non debere, quia, vt bene ſubiicit Leſſius *loc. cit.* etiam in tali euentu opus eſt miſericordiæ, quo alienæ inopiæ, & calamitati ſuccurritur, & eſt opus verè pium, & vt ait conſtitutio, meritorium. Quod etiam poſt multa concludit San. Seuerin. *loc. cit. n. 79.* id eſt *habere nomen conſequens rei, & maxima tum charitate, & pietate exerceri.*

Neque

Digitized by Google

36 Neque placet, quod ſcribit Lopez *loc. cit. concl.*3. inſtitutores Montium niſi teneantur dominium pecuniæ, aut tritici in communicatem pauperum, vel niſi obligent ſe ciuiliter, & perpetuo, vel pro multo tempore ad mutuandum egenis ciuitatis, aut populi non poſſe exigere aliquid vltra ſortem, & in hoc veram videri ſententiam Soti, & Caietani reprobantium Montes, quorum ſcilicet dominium manet apud fundatores. Etenim verius eſt etiam eos, qui hanc pecuniam conferunt, licet ad vſum indigentium eam precario tantum concedant, & vſui illius finem præſcribant, poſſe ſeruare ſumptus, quos in gratiam pauperum ſubire coguntur, & cauere, ne damnum inde patiantur. Perfectius quidem, & munificentius eſſet hos ſumptus ex proprio facere, & longè pecuniam donare pauperibus in perpetuum, & eius dominium omnino à ſe abdicare: ſed pietatis etiam opus eſt, & beneficium, illius vſum per aliquod tempus, ſine vllo ſuo commodo vel lucro miſeris relinquere etiam cum onere huius indemnitatis præſtandæ, & licet quis nolit ſibi ſuiſque obligationem iniicere mutuandi illam pecuniam pro multo tempore, cum officium ſuum nemini damnoſum eſſe debeat *l.*61. *§.quod vero ff.de furt.l.ſi quando. C.de teſtib.* poſſitque is, qui beneficium alteri confert, illi modum, & finem præſcribere *l.*17. *§.*3. *ff.commod. l.*12. *ff de precar.* denique quia id etiam aliis creditoribus licet. Et ita rectè aduerſus Caietanum, & Sotum docet Molin. *in d.diſp.*356.*num.*6. Rebell. *lib.*8. *quæſt* 13. *n.*4. & aduersùs eundem Lopez & Salonium Salas *in dicto dubio* 33. *num.*8. & Eminentiſſimus de Lugo *loc. cit. num.*190. *&* 191. *in fin.* Quorum præſtantiſſimorum Patrum ſententiam ſequor, & præſertim quia admiſſa opinione Lopez & aliorum multi retraherentur in magnis populi anguſtiis veluti in penuria annonæ miſeris, & egenis ſuccurrere, niſi ſibi perſuaderent licere ſibi ſe indemnes ſeruare. Illud tantum adiiciendo non licere iis, qui pecuniam precario contulerunt, intempeſtiuè illius vſum miſeris auferre, ſed illis relinquendam eſſe ad vſum temporis neceſſarij, quia, vt inquit Paulus *in d. l.*17. adiuuari nos, non decipi beneficio oportet.

37 Tertia ſpecies eſt eorum montium, quorum ærarium conſtat ex pecunia fœnore conducta, vel ſub cenſibus accepta, & proinde coguntur ij, qui ad hanc menſam accedunt non tantum ſumptus, & expenſas Montis reficere, ſed etiam vſuras, vel cenſus, quæ Mons patitur, vt neceſſitatibus accipientium ſuccurrere poſſet. Et hoc genus etiam licitum eſſe, reſpondit ipſe Nauarr. *conſ.*3. *de vſur.* & tradunt Coſm. Philiarc. *de offic. ſacerd.lib.*5.*cap.*21.*verſ quoad primum.* Axor. *lib.*5.*c.*22. *q.*4. Regin. *loc.cit. num.*209. & multis tuetur Leſſ. *in append. d cap.*20.*num.*5. *&* 6. *&* *num.* 16. *& ſeq.* Filliuc. *d. cap.*9. *num.*175. *&* 183. & nouiſſimè Em. de Lug. *loc.cit.num.* 197. *&* 198. qui hoc genus Montis mixtum appellant. Probatur vero iuſtitia huius Montis à Leſſio *loc.cit.* tùm ex verbis ipſius bullæ, tum rationibus, quod ſcilicet æquum ſit, vt qui commodum ſentit, etiam incommodum ſentiat: & confirmari poteſt ex iure ciuili, quia cum miniſtri Montis hanc pecuniam ſumant ſub vſuris, vel cenſibus ex tacito quodam mandato pauperum, quibus id etiam expedit, & vtile eſt, vt ſuppono, conſequens eſt illos haſce vſuras, & hæc damna agnoſcere debere, vt probat *d. l.*10. *§.ſi mihi. ff.mandat. l.*4.*C.eod.l.*19. *§.non tantum. ff.de neg. geſt.* & tradunt Alex. *in conſ.*41. *num.*1. *lib.*3. ſecundum impreſſ. Venetam, Pariſ. *conſ.*90. *n.* 38. *&* 30. *lib.*1. Cuiac. *in l.*1. *de vſur. ad Papin.* & Bellon. *in dec. Rot. Gen.*178. *num.*2. & auctores noſtri paſſim, & nos diximus *quæſt.*33. *num.*15. & in ſpecie Philiarch. *loc.cit.*

38 Hic tamen eadem cautio adhibenda eſt, ne plus exigatur, quam ratio ſumptuum, & eius quod intereſt patiatur, tum quia in contrario mandati, vel negotiorum geſtorum iudicio venit tantum id quod vtiliter & neceſſario impenſum eſt *l.præterea. ff.mand. & l.ſi quis.*25 *ff.de neg.geſt.* atque etiam, quia cum Mons id vltra ſortem exigat titulo damni emergentis, non poteſt plus exigere quàm patitur in gratiam, & commodum eorum, qui hanc pecuniam mutuò accipiunt, vt conſtat *ex l.*1. *C. de ſent. quæ pro eo* illis verbis: *vt hoc quod re vera inducitur, damnum hoc reddatur.* alioqui ſi quid plus exigatur ad augmentum Montis, hoc vſura eſt, & illicitum lucrum, vt conſtat ex Philiarcho Comit. & Molina *loc.cit.* & furtum etiam, ſi hoc menſarij ſibi intercipetent.

Et merito tantum dubitari poteſt de iuſtitia eorum, qui pecuniam conferunt Monti, & aliquid vltra ſortem ſtipulantur, dum retinetur pecunia veluti quinque annua pro centenis ſingulis. Et ſanè titulo mutui vel depoſiti certum eſt id illicitum, & vſurarium eſſe, niſi tantumdem verè interſit, vt in ſpecie docent Nauarr. *in conſ.*2.*de vſur. num.*1. *&* 2. Boninſign. *de Montib.cap.*6.*in fin.* Philiarch. *in cap.*21. *verſ. quoad ſecundum*, Regin. *loc. cit.*, *num.* 209. Filliuc. *d.cap.*9.*num* 179. & Emin. de Lug. *vbi ſupra num.*178 & in re ſimili Roman. *in conſ.* 500. *num.* 4. & aliis citatis diximus *quæſt.* 32 *num.* 3. *& ex l.ſi ventri. §.in bonis. ff. de priuil. credit.* quæ ait eos, qui pecuniam deponunt & vſuras accipiũt à creditoribus non ſeparari, neque vllo, priuilegio niſi fortè extantibus nummis dignos eſſe. 39

Neque ſubducto eo, quod intereſt, ſatis hæc exactio ex parte conferentium iuſtificari poteſt, ſi mons, ſeu adminiſtratores Montis id quod ſuper exactum eſt ſponte remiſerint creditoribus, hoc enim ius iis tantum competit, qui vſuras indebitas præſtiterunt, vt Montem indemnem ſeruarent, id eſt pauperes, vt tradit Philiarch. *d. cap.*21.*in fin.* & aduersùs Filliucium Emin. de Lug. *loc. cit. verſ. hoc tamen.* Nam & his ſolis competit ius repetendi id quod indebitè, & ſine cauſa ſolutum eſt *l.ex his omnibus. ff de condict. indeb.* Neque eſt nouum, vt quod alius ſoluit, alius repetat, vt ait Papin. *in l.*5.*ff.eod.* & in ſpecie reſpondit Nauarr. *in d. conſ.*2.*de vſur.in fin.* & Comit. *lo.cit.* Imò ſi Mons ipſe huiuſmodi vſuras à creditoribus recuperaret veluti iniuſtè, & indebitè exactas, teneretur eas ipſis pauperibus reſtituere, qui Monti eaſdem iam ſoluere coacti fuerunt ſiquidem ille titulus damni emergentis ad non titulum reduceretur, & conſequenter poſſent pauperes condicere *l.*1. *&* 2. *in fin. ff. de condict. ſin. cauſ. l.*17. *in fin. ff. commod. l.*1. *C. de re iudic.* 40

Et hactenus de iis Montibus, quos pietatis vocant, qui ſcilicet ad vſum pauperum, & calamitoſorum inſtituti ſunt. Aliud genus eſt eorum, qui à Principibus, vel ciuitatibus, vel priuatis eriguntur, hac ratione redacta magna pecuniæ quantitate publicis, vel priuatis neceſſitatibus prouidere poſſint, de quorum iuſtitia quia etiam quærendum eſt, puto tres, vel quatuor ſpecies etiam ſeparandas eſſe.

Prima eſt, cùm Princeps, vel Reſpublica à ſubditis, & 41
ciuibus mutuam pecuniam accipit ea lege, vt mutuantibus annua quinque vel ſex præſtentur pro ſingulis centenis. Et hoc caſu certum eſt, niſi verè tantundem interſit ratione lucri, vel damni, creditores nihil vltra ſortem percipere poſſe, quia ex mutuo nihil vltra ſortem exigere licet etiam à Republica, vel Principe, vt compertum eſt, & tradit idem Nauarr. *in Manual. cap.*17. *in fin.* Toler. *d. lib.* 5. *cap.* 39. *num.* 7. etiamſi coacti mutuum dederint, vt rectè ſentiunt Philiarch. *d. lib.*5. *cap.* 20. *verſ. at ſi Principes.* Sigiſmund. Scacc. *loc. cit. num.* 464. & Vgolin. *de vſur. cap.*4. *§.* 2. *num.* 4. Peguer. *in dec.* 145. *num.* 8. & ratio eſt, quia licet hæc coactio vim habeat moræ, exploratum tamen eſt moram ſolam non ſufficere, vt quid vltrà ſortem capere liceat, vt multis locis dictum eſt, & præſertim *quæſt.* 33. *num.* 3. *& quæſt.* 74. *num.* 12. & Philiarc. *eod. lib.* 5. *cap.* 8. *verſ. verum iſta ſententia*, & Zacch. *de ſociet. offic. num.* 336. tametſi Filliucius ex ſententia quorundam putet eos, qui coactè pecuniam dant mutuo, illa quinque vel ſex annua licitè exigere poſſe vltra ſortem, quod ex his quæ diximus ſubducto intereſſe verum non puto.

Altera ſpecies, cum Princeps, vel Rato, vel ciuitas in- 42
digentes multis pecuniis, quas ſimul facilè redigere ex propriis reditibus non valent, montem aliquem erigunt ſuper ſuis vectigalibus, aliis reditibus, ex quibus quinque, vel ſex annua cedunt, & dimittunt conferentibus pecuniam pro centenis ſingulis, donec pecuniam reddant. Et hoc genus ex vtraque parte licitum eſſe conſtat, quia vel cenſus eſt, vel parum diſtat à cenſu, vt obſeruant Toler. *loc. cit. num.*7. Scacc. *de commerc. §.*1.*num.*462. Filliuc. *loc.cit.*

Digitized by Google

num. 187. *& ſeq.* Bonacin. *in d. queſt.* 3. *punct.* 1. *num.* 10. & Emin. de Lug, *loc. cit. num.* 199. ſubiiciens eaſdem fere conditiones exigere. Quod etiam ſenſit Vgolin. *lib. cit. de vſur. cap.* 53. *num.* 4. inferens primum vſuram in hoc genere committi ex parte creditorum, ſi verè nulli ſint reditus qui illis adſignentur. Secundò ſi reditus omnibus non ſufficiant. Tertiò denique ſi diminutis, vel peremptis reditibus ſine culpa Principis, vel Ciuitatis emptores adhuc in exactione reditus perſeuerauerint, quod etiam obſeruarunt Tolet. & Bonac. *locis cit.* Filliuc. *d. num.* 187. ex quibus conſtat in his eandem eſſe rationem
43 huiuſmodi Montis, & cenſuum. † Quod verò Pater Filiuccius *num.* 187. inter alia exigit vt ſi fortè reditus Montis minuantur, vel augeantur, creſcat etiam vel minuatur emptoribus penſio, explicandum eſt, vt locum habeat, cum Mons totus in tot loca diuiſus eſt, quæ illum exhauriunt, & inter illos, qui pecuniam contulerunt totus diſtributus eſt. Hoc enim caſu ſingulos pro modo, & ratione pecuniæ collatæ fortunam fructuum, & redituum montis ſequi neceſſe eſt, ſi quidem emptores ſunt, vel emptoribus ſimiles ad quos proinde commodum, & periculum rei venditæ pertinere perſpicuum eſt ex *l.* 1. *&* 8. *in princ. ff. de peric, & comm. rei vend. l.* 1. *C. eod.* aliud verò dicendum puto, ſi ex reditibus montis certa quantitas ſingulis promiſſa, & tradita ſit, veluti quinque, vel ſex annua pro centenis ſingulis. Hoc enim caſu licet varientur reditus, vt plerumque contingit non puto penſiones variationem recipere debere. Nam & cenſus certæ quantitatis imponuntur fundis, quorum fructuum ratio inconſtans eſt *l.* 14. *&* 17. *C. de vſur.* Neque tamen cenſus variari ſolent, quandiu illis exoluendis fructus ſufficiũt, vt tractatũ eſt *q.* 57.

44 Tertia ſpecies eſt eorum montium, in quibus Princeps, vel Reſpublica nullis certis adſignatis reditibus, vel fundis fructiferis promittit dantibus pecuniam certum annuum reditum veluti ſex vel ſeptem annua, donec pecunia reddatur. Et hoc genus ex parte eorum qui redditus percipiunt, ſaltem iis in locis, vbi conſtitutio Diui Pij V. de cenſibus recepta eſt, qua ſenſus perſonales prohibentur, illicitum eſſe ſentiunt Toletus, Vgolinus, Filiucius, Bonacina, & alij auctores proximè relati, dum exigunt ad iuſtitiam huius montis, vt inſtituatur ſuper reditibus vectigalium, & aliarum rerum immobilium, quarum fructus penſionibus venditis ſufficiant. Quod etiam non obſcurè ſenſit, Emin. P. de Lug. *loc. cit. n.* 199. *verſ. hinc infertur.* Proinde conſulendi ſunt emptores, vt non niſi adſignatis certis reditibus pecuniam conferant, & teſtentur non aliter contrahere velle, vt monet Nauarr. *in d cap.* 17. *in fin.* Quod ſi Princeps, vel Reſpublica nolit, & nihilominus cogat ſubditos pecuniam dare, hoc caſu puto eos excuſari, & licitè fructus percipere poſſe. Neque enim poſſunt ſuperioribus legem dicere, ſatiſque eſt per eos non ſtare, quo minus iuſtis, & legitimis modis res contrahatur, & ita comperi docuiſſe Philiarch. *loc. cit. verſ. ſed oritur hic dubium.* Qui licet exigere videatur, vt ſaltem huiuſmodi præſtantiæ vt vocant, fundentur ſuper bonis, & reditibus Principis, vel Reipublicæ in genere, quia ſcilicet cenſus ſuper omnibus bonis impoſitus ex natura rei non eſt illicitus, non puto tamen hoc neceſſarium eſſe, quia ſatis eſt, quod ij, qui pecunias conferre coguntur, ſine iuſta, & rationabili cauſa impediantur iuſtè, & legitimè contrahere. Hoc enim caſu tantundem eorum intereſt culpa Principis, vel Reipublicæ, perinde ac ſi artifici inſtrumenta ſuæ artis per vim, & iniuriam interciperent. Proinde licet iſti reditus tanquam cenſus probari non poſſent, ſaltem excuſari videntur ratione eius quod intereſt. Qui titulus latiſſimè patet, & in omnibus contractibus, & negotiis locum habet, vt dixi multis locis ex *l.* 1. *C. de ſentent. quæ pro eo.* Quod congruenter eius doctrinæ certius admitti poteſt in ſententia eorum qui putant cenſus perſonales ex natura rei licitos eſſe.

45 Quarta, & vltima ſpecies eſt eorum montium, qui non ob publicam neceſſitatem inſtituti ſunt, ſed ad vtilitatem, & quæſtum, in quibus ſcilicet priuati pecuniam conferunt ea lege, vt poſſint eam repoſcere, cùm libuerit, & interim quinque, vel ſex annua percipiant ab adminiſtratoribus huius pecuniæ, ſiue publicæ fidei ſint, ſiue priuatæ, de quibus & eorum iuſtitia diſertiſſimè agit Filliuc. *loc. cit.* Vnde mihi nunc ſatis eſt indicare vnde ſumas, & ſubiicio tantum hoc genus mihi non placere, quia ſaltem huiuſmodi montes occaſionem præbent fœnerandi iis, qui pecuniam deponunt, & iis, qui montis res gerunt, coguntur enim eam ſub maiore fœnore, vel cambiis, quæ vt plurimum illicita ſunt, pecuniam depoſitam exercere, vt ſe indemnes ſeruent, & lucrum facere poſſint, quod ſaltem ſpeciem mali habet. † Sanè refert Suetonius in vita 46
Auguſti illũ aliquos notaſſe, quod pecunias leuioribus vſuris mutuati grauiore fœnore collocaſſe. Etenim apparere nõ neceſſitate, non inopia, aut iuſto commercio, ſed ſordida nundinatione genus hoc lucri exercere, vt etiam memorat Ærod. *rer. iudic. lib.* 4. *tit.* 10. *cap.* 4. Proinde tutius, & conſultius eſſet pecuniam hanc in ſocietatem alicuius licitæ negotiationis æquis, iuſtiſque conditionibus conferre quæſtus enim inde proueniens iuſtus eſt, & minimè inuidioſus *l.* 5. *ff. pro ſoc.*

Sanè valde deteſtabiles ſunt menſæ, quas hiſce tempo- 47
ribus in quibuſdam fœderati Belgij oppidis fœneratores exercent. Nam vt id quod pro introitu Reip. ſoluunt, quæ egregia ſumma eſſe ſolet, & pecuniam, quam in ſingulos annuos præſtans mercedis nomine, ſeruare poſſint, & lucrum aliquod facere binis fere centeſimis pecunias fœnerant, vt refert Claudius Salmaſ. *lib. de Trapez. fœnor. fol.* 744. quod improbum fœnus quod veterum vſuras maximas excedit, neque eorum Pſeudotheologi tolerare potuerunt eodem auctore.

Porro non tantum oppidis, & ciuitatibus fœnus exer- 48
cere vetitum eſt vt dixi, ſed etiam ipſis Principibus, vt deteſtatur Petrac. *de remed. vtriuſque fori. lib.* 1. *cap* 56. & tradit Vgolin. *d. lib. de vſur. cap.* 3. §. 1. *num* 1. conſtat enim vſuræ lege Dei, & Eccleſiæ prohibitas eſſe, cui etiam Principes parere debent tametſi aliis legibus ſoluti ſint *l.* 4. *C. de leg l.* 23. *de legat.* 3. verum hoc nunc quærere fere inutile eſt, ſiquidem nunc Principes, & Reges exhauſti bellis, aliiſque ſumptibus pecunias non dant, ſed accipiunt fænori, & interdum cambio, quod vt nunc agitatur, ipſis vſuris centeſimis truculentius eſt.

QVÆSTIO XXIII.

De vſuris nauticis.

SVMMARIA.

1. *Fœnus nauticum olim permiſſum.*
2. *Nauticum fœnus non tantum Romanis, ſed etiam Græcis vſitatum.*
3. *Fœnus nauticum nunc illicitum.*
4. *Cato Cenſorinus notatus, quod fœnus nauticum exercuit.*
   Menippi Philoſophi, & fœneratoris exitus.
5. *Mutuans ea lege, vt debitor ſecum ineat aſſecurationis contractum vſuram admittit.*
   C. nauiganti, de vſur. *ſenſus ex Theologis.*
6. *Qui tamen verbis parum congruit.*
7. *Creditor poſt perfectum mutui contractum licitè poteſt periculum pecuniæ ſuſcipere pro certa mercede.*
8. *Creditor in ſpecie* c. nauiganti. *quid reſtituere teneatur.*
9. *Didaci Couarr. hac in re ſententia.*
10. *Creditor, qui pecunia credita periculum ſuſcipit, non tenetur pretium periculi reſtituere.*
11. *Ludouici Lopez hac in re diſtinctio.*
12. *Adriani interpretatio* ad d. c. nauiganti.
13. *In quo ſingularem eſſe alij notant.*
   Id quod excedit iuſtum periculi pretium reſtituendum eſſe omnes conueniunt.
14. *Leges ciuiles de nautico fœnore quatenus abrogatæ.*
15. *Sententia aliorum totum reſtituendum eſſe.*

16. *Fœnus*

16 *Fœnus nauticum vere fœnus, licet ſub conditione debeatur.*
17 *Periculum non tollit rationem vſuræ.*
18. *Auctoris ſententia totum fœnus eſſe, & reſtituendum.*
19. *Theologorum ſenſus ad* d.c. nauiganti. *manifeſtè repugnat verbis conſtitutionis.*
20. *Roderici diſtinctio.*
21. *In ſpecie* c. nauiganti. *quicquid recipitur vltra ſortem etiam minimum, eſt illicitum.*
22. *Hoſtienſis locus pro hac ſententia & Alexandri.*
23. *Lex quamuis dura ſeruanda.*
24. C. nauiganti. *deeſt negatio ex quibuſdam.*
25. *Periculi ſuſceptio recipit æſtimationem.*
26. *Fœnus nauticum ſub generali vſurarum prohibitione continetur.*
27. *Creditor ratione periculi amittendæ pecuniæ nihil vltra ſortem capere poteſt.*
28. *Nemo præſumitur velle credere pecuniam non redditurо.*
29. *Iudices non poſſunt animos introſpicere.*
30. *Fideiuſſori non licet aliquid pro fideiuſſione accipere.*
31. *Sed contraria ſententia receptior.*
32. *Fideiuſſor ratione ſolius officij nihil capere poteſt.*
33. *Nullo imminente periculo fideiuſſor nihil poteſt ob fideiuſſionem ſtipulari, & capere.*
34. *Fideiuſſor ratione periculi aliquid exigere poteſt.*
35. *Molinæ Theologi doctrina declaratur.*
36. *Fideiuſſor poteſt vel ob amicitiam, vel ob præmium fideiubere.*
37. *Inter debitorem, & eum qui pro eo fideiubet accepta pecunia, non mutuum, ſed alius contractus celebratur.*
38. *Periculum ex fideiuſſione imminere præſumitur.*
39. *Alphij fœneratoris dictum.*
40. *Fœneratoribus miniſterium accommodantes cooperationis pœna tenentur.*
41. *Fideiuſſor licitè accipit, ſi quid ex liberalitate illi donatur.*
42. *Aſſecurationis contractus licitus.*
43. *Auctor cauſam egit coram Sereniſſimo Duce Sabaudiæ.*
Ioannes Baptiſta Marinus in Hetruſca poëſi auctoris præceptor.
44. *Merces, quæ per ſyluas, & loca periculoſa traiiciuntur, licite aſſecurari poſſunt.*
45. *Sponſiones licitæ.*
46. L. 3. ff. de alear. *explicatur.*
47. *Sponſiones, quarum cauſa inhoneſta eſt, non valent.*
48. *Sponſioni ſi dolus cauſam dederit, poteſt victus ſe exceptione doli tueri.*
49. *Sponſiones illicitæ in locis, vbi lege prohibentur.*
50. *Ludus vrnæ licitus.*
51. *Qui tamen non niſi auctoritate publica permitti debet.*
52. *Cautiones quædam in hoc ludo ſeruandæ.*
53. *Reipublicæ expedit, vt hoc genus ludi prohibeatur.*
54. *Species quædam ſponſionis an ſint licitæ,* & n. 55.
56. L. pericul. pretium. de naut. fœn. *explicata.*
57. *Societas officiorum an ſine officio, vel vltra illius valorem in vim ſponſionis conſtat.*
58. *Libertas & vita aſſecurari poſſunt.*
59. *Ant. Merendæ ſententia de ſocietatibus officiorum, quæ non placet auctori.*
60. *Hiſpalenſis quidam contractus difficilis.*

1 OLim quidem nauticum fœnus, id eſt traiectitiæ pecuniæ, quæ trans mare vehitur, vt ait Modeſtinus in *l. 1. ff. de naut. fœd.* vſura permiſſa erat eaque maxima, id eſt centeſima, quia ex conuentione eius periculum ſpectabat ad creditorem, vt conſtat ex *l. 1. & vlt. C. de naut. fœn. l. eos, §. ſuper, Codic. de vſur.* Harmenop *epit. lib. 3. tit. 7.* & Cuiac. *ad h. tit.* vbi notat terreſtrem pecuniam in lege Rodia dici eam pecuniam, quæ caret periculo creditoris Quod etiã obtinuit, & porrectum eſt ad merces ex ea pecunia emptas, ſi merces quoque periculo creditoris nauigant, vt ait *d. l. 1. de naut. fœn.* ita vt naue ſubmerſa, vel alia ratione amiſſa, ſubmerſa, amiſſaque pecunia, vel mercibus, nihil omnino
2 creditori deberetur. † Quo genere fœnoris Græci ſi etiã vſi ſunt, vt refert Budæus *lib. 1. de Aſſe*, & conſtat ex Diogene Laertio, qui ſcribit Zenonem, & Menippum ſolitos fuiſſe *ναυτικῷ δανείζειν* id eſt, *credere ſub nautico fœnore*, & ſub lege ſuſcipiendi periculi. Et alias quoque gentes, nam Romanos hoc genus fœnoris exercuiſſe compertum eſt,) id factitaſſe indicat *l. 122. §. 1. de verb. oblig.* vbi elegans in hoc genere tractatur quæſtio, quam explicat Cuiac. *in obſer. lib. 2. c. 11. & ad African. tract. 7. circa medium.* † Nunc verò vſura 3
hæc nautica omnino damnata eſt, & leges ciuiles nauticum fœnus permittentes abrogatæ ſunt ex conſtitutione D. Gregorij IX. *in c. vlt. de vſur.* his verbis: *Nauiganti vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, eo quod ſuſcepit in ſe periculum recepturus aliquid vltra ſortem, vſurarius eſt cenſendus.* Ex qua ita ſentiunt Hoſtienſ. *in tit. de vſur. n. 8. verſ. in aliis autem caſibus*, Goffred. *in ſumm. eod. tit. n. 29.* Panormit. *in d. c. nauiganti. n. 1. &* 3. Salic. *in auth. ad hæc. n. 26.* vbi ait hoc hodie correctum eſſe, & de iure diuino ſemper prohibitum fuiſſe. Caſtrenſ. *n 5. C. de vſur. & in l. ſi is §. ſi quem. ff. commod. & conſ. 55. n. 3. lib. 2.* Ioann. Calderin. *in d. c. vlt. n. 8.* Ludouic. Roman. *in conſ. 238. n. 4.* Dec. *in conſ. 123. n. 1. verſ. & ideo.* Sadolet. *in l. quod te n. 55. ff. ſi cert. pet.* Virgin. *lib. de interd. cap. 58. n. 538.* Crau. *in conſ. 145. n. 5. lib. 1.* Auguſt. Bero. *in rubr. de vſur. n. 81.* Forian. de S. Petr & Ioann Fab. *ad h tit. de naut. fœn.* Guid. Pap. *lib. de contract. vſurar. n. 18.* Santern. Luſitan. *in lib. de aſſecurat. part. 1. n. 27.* Benuen. Strace. *in eodem tractat. in præfat. n. 27.* Nauarr. *in comment. de camb. n. 4.* Petr. Gregor. *Partit. iuris canon. lib. 3. tit. 5. in Schol. c. 3. & in tractat. de vſur. lib. 2. c. 5. n. 7.* Molin. Theolog. *tract. 2. diſp. 318. in fin.* Leſſius *lib. 2. c. 20. n. 116.* Vgolin. *de vſur. c. 1. § 4. n. 4.* Franciſc. Garz. *de contract. c. 39. n. 15.* Caniſ. *de vſur. c. 4. n. 2.* Ant. Guibert. *qu iur. c. 1. n. 12.* Royz. *dec. Lituan. 5 n. 472.* quia inquit mutuum ab omni ſpe quæſtus vacuum eſſe debet. Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verbo contractus, verſ. vrget quis.* & Sigiſmund. Scaccia. *de commerc. §. 1. q. 7. ampl. 8. n. 52.* & proinde teſtimonio pluſquam viginti grauiſſimorum auctorum, quamuis non meus mos ſit numerare ſententias, conſtat nunc quoque illicitum eſſe iſtiuſmodi fœnus agitare. † Et 4
placet hic etiam addere, quod de fœnore nautico Catonis Cenſorini Plutarchus ſcribit, illum ſcilicet ita contrahere ſolitum pluribus credita pecunia eiuſdẽ negotiationis ſociis, è quibus ipſe vnus eſſet, vt iure ſocietatis periculi portiona ipſe ſuſtineret, qui lege nautici fœnoris debuiſſet omne ſuſtinere: & nihilominus naue, & pecunia ſalua exigeret vniuerſũ fœnus totius pecuniæ, cum debuiſſet exigere pro rata tantũ periculi, quod ad eum redibat. Vnde valde reprehenditur à Plutarcho in eius vita, & à Cuiacio ad African. *d. tract. 7.* vbi ait hoc Catonis fœnus iniquum, & infame fuiſſe. Vt etiam prætermittendum non eſt, quod de eodem Menippo philoſopho refert Laërtius *lib. 6.* illum diu nauticum fœnus exercuiſſe, & tandem inſidias perpeſſum amiſiſſe omnia, & præ mœrore laqueo ſibi vitam extorſiſſe.

Præterea apud Theologos exploratum eſt mutuantem 5
pecuniam ea lege, vt debitorem cogat inire ſecum contractum ſecuritatis eius pecuniæ vel mercium ex ea comparatarum, & ſibi dare aliquid vltra ſortẽ, eo quod in ſe periculũ pecuniæ, vel mercium ſuſcipit, vſurarium cenſendum eſſet & vſurarium eſſe hoc contrahendi genus ea ratione qua dicunt vſurariam eſſe mutui dationẽ, in qua debitor vltra ſortem obſtringitur aliqoid emere, vendere, locare etiam iuſto pretio, quod facere minime tenebatur. Et ita ferè omnes tradunt, vt Couarr. *variar. lib. 3. c. 2. n. 5.* vbi ſubiicit hunc ſenſum vere proprium eſſe *d. c. nauiganti*, & frequentiori Theologorum iudicio probatum. Quod etiam recentioribus placuit Molin. *in d. diſp. 318. n. 2.* Petr. Nauarr. *de reſtit. lib. 3. c. 2. n. 343.* & probat Leſſ. *d. dub. 13. n 116.* qui propterea ait hoc mutui genus ex parte illicitum eſſe, quatenus ſcilicet debitor obligatur hunc contractum inire certo pretio. Hunc ſenſum etiam ſecutus eſt Nauarr. *c. 17. n. 221.* Ioann. Bapt. Lup. *de commerc. illic. comment. 3. §. 1. n. 3.* Alphonſ. Villag. *de vſur. q. 26. in 1. & 2. concl.* Binsfeld. *in d. c. vlt. concl. 1.* Fachin. *controuerſ. lib. 2. c. 48.* Bonacin. *de contract. q. 3. punct. 5. n. 2.* & Theologi plurimi apud Salas *dub. 23. n. 1. & 7.* vbi ait hanc expoſitionem legitimam eſſe. Denique Azor *lib. 5. c. 6. q. 2. in fin.* ait hunc verum, & germanum Pontificis ſenſum eſſe, & hanc

6 communem eſſe Doctorum ſententiam. † Qui ſenſus con-
gruit quidem eorumdem auctorum ſententiæ, ſecundum
quam putant vſurarium eſſe illum mutui contractum, in
quo debitor ex conuentione adigitur vendere, locare, condu-
cere, vel alium ſimilem contractum inire, quandoquidem
hæc obligatio eſt pretio æſtimabilis, & exigitur vltra ſortẽ,
de qua quid ſentiam dixi *q.* 16. Sed an ea fuerit Põtificis mẽs
non ſatis conſtat ex his quæ diſſerunt Nauarr. *in d. comment.
de camb. in princ*, & Roderic. *de ann. redit. l. 3. q. 5. n.* 52. & ſatis
prolixe, & perplexè Sigiſmund. Scacc. *in d.* §. 1. *q.* 1. *n.* 498. *&
infr.* atque etiam quia hæc interpretatio diuinationem con-
tinere videtur, & verbis conſtitutionis parum conuenire, vt
poſt pauca dicam.

7 Sanè apud omnes conuenit poſt perfectum mutui con-
tractum creditorem cum debitore licite paciſci, vt ille pe-
cuniæ vel mercium ex ea pecunia emptarum periculum
ſuſcipiat certo pretio: nec hoc caſu creditorem vſuram
committere. Nihil enim vltra ſortem recipit, ſiquidem
pretium periculi non eſt acceſſio mutui, aut ratione mutui
percipitur, ſed ex nouo contractu nimirum aſſecurationis,
quem vt cum alio contrahere potuit, ita & cum credito-
re arg. *l. ſingularia ff. de reb. cred.* dummodo liberè, & ſine
præcedenti pacto id fiat. Quæ ſententia eſt Conradi, Me-
dinæ, Maioris, Nauarri, Santernæ, Stracchæ, Couarruuiæ,
& aliorum plurium, quos ſequitur Ioann. Bapt. Lup. *in d.*
§. 1. *num.* 4. Sarmient. *Select. interpr. lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 10. Mo-
lin. *diſp.* 318. *num.* 4. Zecch. *de vſur. c.* 6. *num.* 3. Salas *d. dub.*
23. *num.* 3. Caniſ. *loc. cit.* & Roderic. *in d. quæſt.* 5. *n.* 62. vbi
ait id etiam in exteriori foro obtinere. Neque enim quod
impenderit mutui beneficium, deterioris conditionis eſſe
debet, quam ſint alij, qui illud officium non præſtiterunt,
vt expendunt auctores citati, Villag. *in d. quæſt.* 26. Reginald.
lib. 25. *cap.* 11. *num.* 211. *verſ. cæterum.* & Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.* 589. *num.* 8.

8 Cæterum valde controuerſum eſt, quid creditor reſtituere
teneatur, qui ex eo, quod pecuniæ creditæ periculum ſuſce-
pit, & aliquid exigit vltra ſortem, vſurarius cenſetur *in
d. c. vlt. de vſur.* ſecundum ea quæ dicta ſunt. Vſuras enim re-
ſtituendas eſſe illis, quibus extortæ ſunt, nemini dubium eſt
ex *c.* 5. 9. *& aliis de vſur.* incertum tamen eſt, an id totum,
quo vltra ſortem in hac ſpecie percipitur, fœnus dici debeat,
& reſtitui Et res hæc opinionibus diuiſa eſt, neque facile
definiri poteſt. Nam neque etiam de ſententia *d. c. vlt. de*
9 *vſur.* auctores conueniunt. † Etenim Didac. Couarr. *in d.
cap.* 2. *n.* 5. ſcripſit etiam in ea ſpecie contractus, quæ *in d. c.
vlt.* vt vſuraria damnatur, non teneri mutuantem reſtituere,
quod ratione periculi ſuſcepti abſque fraude acceperit, modo
nihil vltra iuſtum pretium habuerit, idque maximè eſſe ad-
notandum. Quæ ſententia eſt Salonis, & aliorum Theolo-
gorum quorumdam, quos ſecutus eſt Salas *d. dub.* 23. *n.* 4. Bo-
nacin. *d. punct.* 5. *num.* 3. *&* Molin. *d. diſp.* 318. *num.* 5. qui
ait, cum iuſtum eſt periculi pretium, nihil de pretio reſti-
tuendum eſſe, ſed id dumtaxat, quod æſtimabitur arbitrio
boni viri onus debitori impoſitum celebrãdi aſſecurationis
contractum. Illos autem, & qui eos ſequuntur, mouet hæc
10 ratio. † Vt mutuans licet ratione mutui ſuperinduxerit obli-
gationem debitori, puta eundi ad eius molendinum, vel fur-
num, nihilominus molitionis, & coctionis pretium exigere
poteſt, nec reſtituere tenetur, quamuis non excuſetur à ſa-
tisfactione aliqua facienda pro obligatione illa impoſita de-
bitori: ita prorſus dicendum videtur, cum creditor debito-
rem adigit ad hunc ſecuritatis contractum nimirum vt non
teneatur reſtituere periculi pretium, ſed reparare tantum id,
quod debitoris intereſt onus illud ſibi fuiſſe impoſitum
Et hanc ſententiam ſequi eos neceſſe eſt, quibus placet ille
Theologorum ſenſus, de quo teſtatur Couarr. *loc. cit.* & ego
dixi *num.* 5. *&* 6.

11 Sed Ludouicus Lopez *de contract. lib.* 2. *cap.* 16. *verſ. hanc
autem ſententiam* Didaci doctrinam non tam abſolute admit-
tendam eſſe putat, ſed veram dumtaxat, cum debitor rebus
ſuis ſic exigentibus pecuniæ mutuo acceptæ, vel mercium
ex ea comparatarum periculum ab alio reuera redempturus
fuit. Sed ſi mutuatarius nec à mutuante, nec ab alio ſecurita-
tem hanc erat petiturus, vel quia nolebat, vel quia huiuſmo-
di ſecuritate indigere ſe non putabat, videri illicitum hunc
aſſecurationis contractum, quia ex parte debitoris non fuit
omnino voluntarius. Quod ſi debitor poſt iactutam pecu-
niæ vellet ſibi damnum illud refundi, illicitam rem illum
poſtulare, ſiquidem contractum ob defectum integræ liber-
tatis antea nullum libere non poteſt de nouo validè con-
trahere, poſtquam ſcilicet pecunia periit, & proinde aſſecu-
rari non poteſt.

Altera ſententia eſt id, quod excedit iuſtum periculi pre- 12
tium, vſuram eſſe, & conſequenter id dumtaxat reſtitui
oportere. Quaſi id tantum ex mutuo vltra ſortem recipiatur,
quod pretium periculi excedit. Quæ ſententia eſt Adriani
in 4. *ſentent tit. de reſtit.* qui reſponſum Pontificis *in d. c. naui-
ganti* interpretatus eſt, vt obtineat eo caſu, quo creditor vl-
tra iuſtum periculi pretium aliquid ſtipulatur, & capit, ſen-
tiens propterea non eſſe vſurariam mutui dationem eo pa-
cto factam, quod conuentio ſuſcipiendi periculi certo pre-
tio fiat cum ipſo mutuante, aliter non mutuaturo, modo
iuſtum ſit pretium periculi ſuſcepti, quaſi in caſu iſto nihil
vere vltrà ſortem recipiatur. † Et licet Adriani ſententia ab 13
omnibus fere reiecta ſit, qui putant grauamen illud, vt debi-
tor teneatur inire aſſecurationis contractum, cum mutuante
etiam iuſto pretio, eſſe aliquid pretio æſtimabile, & pro-
inde vſuram eſſe illud vi mutui exigere, non minus quam
paciſci, vt teneatur emere, vendere, locare, vel aliud pro-
mittere, quod agere, vel pati minime tenebatur, vt notant
Didac. *loc. cit.* Molin. *in d. diſp.* 318. *num.* 2. & Salas *d. dub.* 23.
num. 2. qui dicunt hac in re Adrianum ſingularem eſſe ta-
men quod attinet ad reſtitutionem, de qua nunc quæri-
mus, Didacus, Salas, & alij omnes conſentiunt id quod ex-
cedit iuſtum periculi pretium reſtituendum eſſe: ſi verò res
iuſto pretio tranſacta ſit, nihil reddi oportere: & tantum in-
ter eos diſceptatur, an etiam eo caſu, quo nullum damnum
debitori illatum eſt, creditor aliquid refundere debeat ob
onus illud impoſitum contra iuſtitiam debitori. Nam Dida-
cus, & Molina cum aliis frequentius exiſtimant nihilomi-
nus creditorem teneri refundere, quantum arbitrio boni vi-
ri debitoris interſit coactum fuiſſe cauſa mutui præfatam
pactionem inire, libertatemque cum aliis contrahendi ſibi
ablatam fuiſſe, quod Salas negare videtur *loc. cit. num.* 5. † Et 14
cum Adriani ſententia fere conuenit, quod quidam exiſti-
mauerunt leges ciuiles, quæ de nautico fœnore latæ ſunt,
hodie abrogatas eſſe, non quidem quatenus ratione peri-
culi concedebant aliquid vltra ſortem ſtipulari, & capere:
ſed quatenus ratione mutui etiam incrementum aliquod
creditoribus indulgebant, vt ex doctrina Nauarri colligit
Molin. *in d. diſp.* 318. *in fin.* & probat Salas *loc. cit. num.* 7. in fin.
& Sigiſmund. §. 1. *quæſt.* 7. *ampl.* 8. *num.* 44. *&* 52. & ſentien-
tes ni fallor id tantum illicitum eſſe, quod egreditur fines
iuſti pretij, & id tantum veluti vſuram & lucrum ex mutuo
eſſe reſtituendum.

Tertia, & vltima ſententia eſt id totum, quod in hac fa- 15
cti ſpecie obligationem auget, & vltra ſortem exigitur, illi-
citum, & vſurarium lucrum eſſe debitori reſtituendum, quia
hic fœnus nauticum vere agitur, quod ex eo, quod pecu-
nia periculo creditoris traiicitur, fœnus eſſe non deſinit
l. 1. *ff. de naut. fœn.* & proinde cum id totum fœnus ſit, licet
nauticum, id totum reſtitui debet. Id etiam indicant verba
conſtitutionis, quæ vſurarium eum pronuntiant, qui pro-
pter ſuſceptionem periculi rei mutuo datæ aliquid recipit
vltra ſortem. Si enim vſurarius cenſetur is, qui ex eo
quod ſuſcipit periculum, aliquid vltra ſortem ſtipulatur,
ſane dicendum eſt, id etiam, quod ibi ſub conditione peri-
culi à mutuante accipitur, vſuram eſſe, & ideo reſtitui
oportère. † Nam, vt venditio conditionalis, venditio eſt, & 16
impleta conditione ex empto agitur *l.* 7. *in princ. ff. de con-
trah. empt.* & obligatio conditionalis, ſi conditio exiſtat, ve-
ra obligatio eſt, & committitur *l.* 44. *de oblig & act. l. ſi ita.*
72. *& l. à Titio.* 108. *de verb. oblig.* ita prorſus fœnus nauticum,
verum fœnus eſt, tametſi ſub condtione tantum debeatur,
ſi pecunia, vel merces ex ea, emptæ ſaluæ peruenniant. Con-
ditio enim quæ ſtipulationi nautici fœnoris adiicitur, fa-
cit quidem, vt in eum caſum ſuſpendatur, & differatur obli-
gatio, & ita demũ committatur, ſi pecuniæ traiectitiæ ſaluæ
peruenerint,

peruenerint, ſed non tollit rationem fœnoris, neque facit, quin creditor verum, & proprium fœnus ſtipulatus ſit, & vt vere fœnerator dici non debeat *l. fœnerator 6. ff. de naut. fœn.* vbi Paulus eum, qui pecuniam vſuris maritimis mutuam dedit, fœneratorem vocat. Et illud tantum inter vtrumque fœnus intereſt, quia vſuræ legitimæ, & communes carent periculo creditoris, pecunia vero traiectitia cum vſuris nauticis in eum tantum caſum debeatur, ſi ſalua nauis peruenerit vt dictum eſt.

17 Quamobrem circumſtantia illa periculi, quod ex conuentione ſpectat ad creditorem, non impedit, quin ſtipulatio illa maioris quantitatis, quam numeratum eſt, fœneratitia ſit, & fœnus contineat, quia in contractu mutui, de quo agitur, vitium vſuræ non purgatur, licet ex pacto periculum ad creditorem pertineat, vt conſtat ex his quæ mox diximus, & notant Alberic. *in l. iubemus 2. C. de Sacroſ. Eccleſ. col. pen* Dec. *in conſ. 123. num. 1.* qui citat text. *in d. c. vlt. de vſur.* Alex. *in conſ. 121. num. 7. lib. 4.* Hartman. Piſt. *quæſt. 2. num. 49. lib 3.* Royz. *in d. dec. 5. num 472.* Corn. *in conſ. 1. num. 21. lib. 4.* qui ait: *Non obſtat* cap. nauiganti de vſur. *vbi periculum quod ſubijt mutuans non excuſat ab vſura quia loquitur in mutuo, in quo prohibetur omnis ſpes lucri* cap. conſuluit. de vſur. & *Luc. 6.* in quo legitur, *mutuum date, nihil inde ſperantes; In aliis autem contractibus non prohibetur ſpes lucri, vt in contractu ſocietatis, emptionis & huiuſmodi ſiquidem mutuans ſperat periculum non contingere, & propterea merito cẽſendus eſt vſurarius ſperãs eo caſu recipere aliquid vltra ſortem.* Hæc Corneus. Quæ deſcripſit, & probauit Benuen. Stracca *in præfat. dict. tractat. de aſſecurat. n. 30.* qui paulò antè ſcribit non eſſe admittendum, quod Didacus ait *loc. cit. verſ. Primo ex his.* hac ratione additã: *quia inquit textus, ſi mutuans receperit aliquid vltra ſortem, vſurarius cenſendus eſt, ergo iniqua pactio, illicitumque lucrum, meritoque debitori reſtituendum.*

18 Tu quam voles, Lector optimè, ſententiam ſequere, neque enim fortaſſe is ſum, vt te in meam trahere debeam. Ego ſane ſentio id totum quod creditor in ſpecie *d. cap. vlt.* ſtipulatur, & capit vltra ſortem, vſuram eſſe, & reſtitui debere, ſecundum tertiam, & poſtremam ſententiam, quæ tutior eſt, & congruit verbis conſtitutionis, cum reliquæ parum congruere videantur. Et conuenit interpretationi gloſſæ *in d. cap. vlt.* quæ apertiſſimè definit creditorem ſub prætextu periculi nihil vltra ſortem recipere poſſe, quam ſequuntur Hoſtienſ. Innocent. Panormit. & alij ibidem iuris Pontificij & ciuilis auctores Alex. *in d. conſ. 121. num. 7.* Benuen. *loc. cit. num. 30. & 33.* vbi ait hanc eſſe veram, & crebriorem interpretationem quam etiam ſecutus eſt Lancellot. *in canon. Inſtit. tit. de vſur. §. vlt.* & Roderic. *d. quæſt 3. num. 60.* nimirum mutuantem pecuniam nauiganti, vel eunti ad nundinas etiamſi periculum pecuniæ ſuſcipiat, ſi quid ex eo vltra ſortem exigat, vſurarium iudicandum eſſe, Qui intellectus, inquit Roderic. conuenit & verbis conſtitutionis, & menti.

19 Neque placet communis ille Theologorum ſenſus, & conſenſus, quem probauit Didacus, vt dixi *num. 5.* & Salas *d. dub. 23. num. 7.* ſiquidem admiſſo, vſuram eſſe in mutuo imponere obligationem debitori, ad quam non tenebatur, vt omnes fere fatentur & communem eſſe ſententiam teſtatur Rebell. *de obligat. iuſtit. lib. 8. quæſt. 4. num. 2.* & aliis auctoribus citatis idem Salas *eod. lib. de vſur. dub. 9. num. 2. & dub. 23. num. 7.* tamen hic ſenſus non conuenit, imo manifeſte repugnat verbis conſtitutionis, quæ viri Theologi, & Didacus habebant ante oculos. Ait enim Pontifex. *Nauiganti, vel eunti ad nundinas certam mutuam pecuniæ quantitatem eo quod ſuſcipit in ſe periculum recepturus aliquid vltra ſortem, vſurarius eſt cenſendus*, & non dicit, *eo quod adigit debitorem ad ineundum contractum aſſecurationis pro certo pretio, vſurarius eſt cenſendus*, vt Theologi interpretantur. Quamobrem ab hac interpretatione receſſit Nauarr. *in d. comm. de camb. in princ.* vbi ſcribit conceſſa ſibi à Deo gratia maturius rem ponderandi mutaſſe ſententiam, & communem illum Theologorum ſenſum textui non conuenire. Et Nauarri ſententiam ſequitur Garzias *de contract. cap. 39. num. 12.* Aluar. Valaſc. *conſult. 18. num. 4.* Vgolin. *d. cap. 1. §. 4. num. 4.*
20 & Roderic. *loc. cit. num. 59.* † Qui deinde ita inquit: Dubium erat, an mutuans ex eo quod periculum pecuniæ ſuſciperet, quæ cauſa videbatur aliquo pretio, & compenſatione digna, aliquid vltra ſortem recipere licite poſſet, & Summus Pontifex, ne quis id licitum eſſe putaret, & hoc prætextu exerceretur nauticum fœnus, quod olim ciuilibus legibus permittebatur, reſcripſit mutuantem, qui aliquid recipit vltra ſortem ex eo, quod pecuniæ periculum in ſe ſuſcipit, vſurarium cenſendum eſſe, & proinde mutuantem etiam cum circunſtantia ſuſceptionis periculi, & aſſecurationis ab vſura non excuſari. Et tandem diſtinguendo concludit in foro exteriori mutuantem quamuis in ſe ſuſcipiat ſortis periculum, vt propterea aliquid vltra ſortem exigat, vſurarium cenſendum eſſe: in interno verò foro, ſi periculum non prætexitur, & non propter mutuum, ſed propter iuſtam periculi mercedem aliquid recipiat vſurarium non eſſe: & in hoc interno foro admitti poſſe Didaci, & aliorum ſententiam exiſtimantium leges de nauticis vſuris latas adhuc ſeruandas eſſe. Qua diſtinctione etiam vtitur Zech. *in d. cap. 6. num. 3.* P. Luiſ. Turrian. *de Iuſtit. diſp. 61. dub. 3. in fin.* & Sigiſm. *in d. §. 1. quæſt. 1. num. 504. & 505.* vbi tamen fluctuare videtur: tametſi magis exiſtimem rationem decidendi fuiſſe, quia fœnus nauticum fœnus eſt, neque rationem fœnoris amittit, licet ſub conditione tantum exigatur, & proinde ſub generali vſurarum prohibitione continetur.

Altera item ſententia, nimirum id quod excedit iuſtam 21
periculi mercedem, reſtituendum eſſe, quæ eſt Adriani, & cum quo hac in parte omnes conueniunt vt aduertit Didacus *loc. cit.* inquiens quo ad hanc partem opinionem Adriani procedere ſine difficultate, non conuenit verbis conſtitutionis. Ait enim conſtitutio: *eo quod ſuſcipit in ſe periculum recepturus aliquid vltra ſortem.* Et proinde quicquid recipitur, quantumcunque modicum ſit, illicitum eſt, & vſura indicatur, vt notant Abb. *in d. c. vlt. num. 2.* Alex *in d. conſ. 121. num. 7.* Ioann. Bapt. Lup. *d. comm. 3. §. 1 num. 2. verſ. ſed aduertendum.* & Benuen. Stracc. *loc. cit. num. 27.* vbi ait mirandum eſſe Didacum, & alios patres dictionem illam, *aliquid*, qua vtitur conſtitutio, & cuius notiſſima poteſtas eſt, non conſideraſſe, quam bene notauit Abb. *loc. cit.* ex qua infert induci vſuram, etiamſi modicum recipiatur. Quod etiam fatetur Alphonſ. Narbon. *ad l. 15. Hiſpan. gloſ. 2. num. 20.* quamuis à Didaci, & aliorum ſententia recedere non audeat. Conſtat igitur non tantum id quod excedit periculi pretium, ſed etiam ſi quid minimum in hac ſpecie exactum ſit, id vſurarium eſſe, & tanquam vſuram reſtitui oportere. Quod quidem maximum præſtat argumentum noſtræ ſententiæ. † Cuius vt magis fides conſtet, 22
verba ipſius gloſſæ ſubiiciam, cuius potiſſimum auctoritate vſus ſum, ait ergo gloſ. in verbo, Periculum: *quia iſte recipiebat in ſe periculum, videbatur quod quaſi quadam compenſatione licite aliquid vltra ſortem recipere poſſet, quia periculum pecuniæ mutuatæ pertinebat ad debitorem, cum ſua facta fuiſſet, ſed nihilominus eſt vſurarius &c. quia cum ſit hinc inde mutuum, nihil inde ſperare debet, iuxta illud, Mutuum date, nihil inde ſperantes & nulla compenſatio ſiue diſpenſatio admitti debet, vt vſura exigatur. Ergo ſiue recipiat in ſe periculum, ſiue non, nihil vltra ſortem recipere poteſt.* Idem ferè tradit, & latius proſequitur Hoſtienſ. *loc. cit.* apertiſſime ſentiens creditorem, tametſi retineat periculum pecuniæ, hoc prætextu nihil vltra ſortem recipere poſſe. Alexander etiam *in d. conſ. 121. num. 7. Non ſequitur*, inquit, *ergo ratione periculi debet permitti perceptio commodi, quæ alias non permitteretur, quia hoc eſſet contra caſum* cap. nauiganti. de vſur. *vbi licet debitor nauigaturus recipiat mutuo pecuniam, & creditor ſuſcipiat periculum pecuniæ, tamen ratione illius periculi non conceditur, quod poſſit creditor vltra ſortem aliquid recipere.* † Quæ licet dura qui- 23
buſdam videantur, ſeruanda tamen eſt conſtitutio Pontificis *l. proſpexit. ff. qui & à quib.* quæ, cum nullus eſſet iuris locus, ex quo vſuræ nauticæ apertè prohiberentur, ad omnem omnino aditum vſuris occludendum, & ne quis ſub prætextu periculi fœnus nauticum licitum eſſe putaret, ſapienter, & prouide promulgata eſt, & iſtiuſmodi fœnus nominatim hac ſanctione prohibitum. Quod quidem vtilius eſt dicere, & admittere, quam ariolari, & interpretationes

tiooes à verbis, & mente Pootificis alienas comminiſci.
24 † Aut certè textui *dicti.c.vlt.* deeſt negatio, quod à Ioanne
Bernatrio principio *lib.2. de vtilit. legend. hiſtor.* proditum
eſſe tefert, & probat Gudelio. *de iur. nouiſſ. lib.3. cap. 3.* &
Paul. Layman. *de inſtit. tract.4.cap.16. num.15. verſ.ſed mihi*
magis. nouiſſimè Barboſ. *in collect.d.cap.vlt.num.*2. Hoc idem
etiam ſuſpicatur Fachin. *lib.2. c.*48. & poſt illum Alphonſ.
Narbon. *in d.l.15. gloſ.2. num.* 17. *Nam*, inquit Fachinæus,
re vera ex ſequentibus verbis eiuſdem textus fortiſſima eſt conie-
ctura negatiuam deſiderari. Subdit enim textus duos alios caſus,
in quibus contractus non eſt vſurarius, & quod perpendi maxi-
me debet, oratio ita continuatur. ille quoque qui dat decem ſoli-
dos & cap. non debet ex hoc vſurarius reputari. Certe indicant
hac verba Pontificem Maximum etiam in præcedenti caſu idem
reſpondiſſe, contractum ſcilicet vſurarium non eſſe. Aut oratio
eſt penitus inuſitata: & eo magis inclinat animus in hanc ſen-
tentiam quod omnis alia interpretatio videtur eſſe magnopere in-
commoda. Hæc Fachinæus, qui tamen quoniam huic con-
iecturæ repugnat omnium Codicum fides, vt ait, Didaci,
& aliorum ſententiam, quam communiorem eſſe dicit, am-
plexus eſt, quam oos noo ſeqoimur. Qua ratione huic con-
iecturæ patum ſe acquieſcere ſcribit Narbon. *loc. cit.* ſane
magnis, & ob altercationes ſcriptorum inextricabilibus
fere difficultatibus oos liberaret, qui hoc certis auctoribus,
25 & argumentis exploraret, & in lucem promeret. † Nam
cùm periculi ſuſceptio pretium, & æſtimationem recipiat,
vt cõſtat apertiſſimè ex *l.5. ff. de naut. fœn.* Et hoc genus con-
tractus habeat in ſe ſynallagma, vt ait Vveſemb. *ad hunc tit.*
num.3. idque Theologi, & Couarruuias animaduerterent,
& alij quidam, diuoatam interpretationem amplexi ſunt,
& à verbis textus, vt nunc quidem legitur alienam. Ego
ſanè quicquid alij hîc hæreant, & ſubſiſtant, firmiter te-
neo nihil textui deeſſe, & receptam lectionem retinendam
eſſe, tum ob codicum omnium, & iuris auctorum anti-
quorum conſenſum, & fidem, tum quia conditio illa pe-
riculi non tollit rationem vſuræ, & proiode rectè, & ſe-
cundum rationem iuris Diuum Pontificem conſtituiſſe,
mutoantem ſi quid ex eo, quod ſuſcipit in ſe periculum,
26 vltra ſortem accipiat, vſurarium cenſeodum eſſe. † Imò
etiam ſubductâ cõſtitutione Pontificis puto nauticum fœ-
nus, & maritimas vſuras eſſe probibitas & ſub generali il-
la prohibitione contineri, qua omnis omnino vſura iure
Diuino, & Pontificio interdicta eſt, vt ſi deficeret conſti-
tutio Pontificis, adhuc neſas eſſet fœnus nauti-
cum exercere. Id enim euincunt, aut ſaltem mihi perſua-
dent argumenta quibus *num.* 15. oſtendi fœnus oauticum
fœnus eſſe, licet ſub conditione tantum exigatur: oeque
conditionem illam tollere rationem vſuræ, ſed obligatio-
nem tantum ſuſpendere, & differre. Denique ſentio, ſi tex-
tui negatio alicubi ineſſet, illam expungendam eſſe veluti
temere additam. quia id iuri diuino, & Pontificio repugna-
ret, & iis, quæ dixi dictis locis. Quæ ni fallor ſolida ſunt
iuriſprudentiæ fundamenta. Neque tamen mihi, Deus opti-
me, blandior, ſed nomini tuo do gloriam.
27 His conſequenter dicendum eſt, neſas eſſe ratione pe-
riculi, cui ſe exponit creditor amittendæ pecuniæ ab ino-
piam debitoris, aliquid capere vltra ſortem, quamuis id
licitum eſſe ſentiat Leonar. Leſſ. *in d.cap.20. num* 111. Azor.
Inſtit. Moral. par.3. lib.5. cap 6. quæſt. 1. & Theologi ſanè
plurimi apud eund. Salas *dub.* 22. *num.* 3. Turrian. *loc.*
cit. num. 10. qui id intelligunt de morali & probabili peri-
culo, ſed noſtra ſententia tutior eſt, quam ſequitor idem
Azor. *lib.7. tit. de mutuo cap* 7. *in fin.* & fuit etiam Conrad.
quæſt.54.concl.4. Sot. *de iuſt. & iur lib.6. quæſt. 1. art.4. ad* 1.
Nauarri, & aliorum recentiorum quorumdam, Fernandi
Rebell. *par.12. lib.9. quæſt.12. num.*1. Reginald *lib.25. cap.*12.
*num.*146. Et hæc ſententia, ni fallor, inter Iuriſperitos re-
cepta eſt, & eam poſt alios ſequitur Menoch. *præſ.123.n.5.*
lib.3. Harmann. Piſtor. *d quæſt.2.num* 48. *lib* 3. & alij pluri-
mi, quos recenſui ſupr. *num.*17. & proinde in iudiciis, & in
foro uobis retinenda. Et cum in mutui dationibus neceſſe
ſit alterius fidem ſequi *l 1. ff de reb. cred.* creditor vel pigno-
ribus, & fideiuſſoribus ſibi caueat, vel mutuum tali homi-
ni deplorato & ioopi deneget, vt monet idem Azor. *in d.*
cap 7. in fin. † Præterea ſi ioops, & perfidus eſt qui mu- 28
tuum rogat, ſtultum eſt credere, *l. cum indebito. ff. de con-*
dict. indeb. Verendum eoim eſt, ne, vt ait Palingenius fœ-
tidiſſimus Poëtarum:

Debitor aufugiens portet cum fœnore ſortem.

Quis verò credat creditorem velle iactare ſuum? ſanè non
hi hodie mores ſunt: & proinde ſi ex hac cauſa ſupra ſor-
tem capere liceret, facile inducerentur vſuræ veræ non pro-
pter periculum, ſed propter mutuum exactæ, vt animad-
uertunt Rebell. & Reginald. *loc. cit.* † Neque enim iudices, 29
& Magiſtratus introſpicere poſſunt aoimos hominum, qui
multas ſane latebras, & receſſus habent, vt non male om-
nino queratur Herodorus *lib.*1. ita nos conſtitutos eſſe, vt
aurum quidem arte Lydij lapidis, quod eſt præſtantius, co-
gnoſcatur, nulla vero ars vel ratio ſuperſit, qua probos ab
improbis diſcernere valeamus. Præterea illud habet incom-
modi contraria ſententia, quia difficillimum eſt conſtitue-
re huius periculi pretium, & vix eſt vt creditor auarus, & lu-
cri auidus maius pretium à paupere debitore non extor-
queat. Denique pro hac ſententia ſtat conſtitutio Pontifi-
cis *in d.cap.vlt de vſur.* quæ vetat ſub prætextu periculi eius
pecuniæ, quæ mari traiicitur quicquam vltra ſortem cape-
re. Nam ſi non licet motuaoti aliquid vltra ſortem accipe-
re, eo quod pecuniæ traiectitiæ periculum ſuſcipit, atque
ita cum noo tantum perfidiæ debitoris, ſed etiam maris, &
latronum periculum ſubit, quanto minus id ei licitum erit,
quoties vni dumtaxat periculo ſe exponit, perfidiæ ſcilicet,
& inopiæ debitoris. Neque mouere debet quod reſpondet
Salas *in d. dub.22. circa in fin.* huoc textum loqui in eo euen-
tu, quo quis mutuat obligaodo debitorem ad ineundum
contractum aſſecurationis, vel ſocietatis, quia hic ſenſus
neque verbis, neque menti conſtitutionis conuenit, vt di-
ctum eſt. Quamobrem quicquid ſit in foro animæ, exi-
ſtimo tutius eſſe, ne quid ſub prætextu huius periculi in iu-
dicio exigere liceat, vt videtur ſentire Sigiſm. *d. quæſt.* 5.
num 504. & præſertim ſi pretium periculi commenſuratur
tempori, & ratione temporis creſcit & ſerpit ex Bald. *in l.*
cum allegas. in fin. C. de vſur. & aliis, quos recenſui *quæſt.* 14.
*num.*17.

Intercidit hic nobilis quæſtio, an fideiuſſori liceat ali- 30
quid pro fideiuſſione paciſci, & capere. Et ſanè quorum-
dam ſententia eſt id ei non licere. Quæ tribuitur Molin. *in*
lib. de vſur. quæſt. 31. & placuit Didac. Couarr. *variar. lib.* 3.
cap. 7. num 6. Valent. Franc. *de fideiuſſor. cap. 4. num.* 176.
Franciſc. de Cald. *in l.ſi curatorem. verbo, ſua facilitate. n.*96.
vbi ait id plus quam vſuram eſſe. Roderic. *de ann redit. lib.2.*
*quæſt.12. num.*8. & Anton. Hering. *de fideiuſſ. cap. 26. n.*122.
& 123. & *num.*131. vbi ait ſe Molinæo, & Franco aſſentiri.
Cuius ſeotentiæ hæc præcipua ratio eſt, quia fideiuſſio
officium eſt, & ab officio, & amicitia naſcitur, vt in-
quiunt Menoch. *l.4. præſ.190.n.35.* Heigius *par.2.q.7. num* 54.
Gratian. *diſcep.cap.459. n.* 14. non ergo licet pro hoc officio
mercedem ſtipulari, & exigere, quia officio nihil magis con-
trarium eſt, quam merces, vt ait *l.1. §. vlt. ff mand.* & Hering.
loc. cit. vt alibi dixi mutuum eſſe ab affectu amico ex Nonio
Marcello, & Cuiacio, & proinde mercedem non recipere.

Sed contraria ſententia inter interpretes receptior eſt. Ita 31
enim docoerunt Bart. & Paulus de Caſtro *in l.hoc iure. §. La-*
beo. ff. de donat. Bald. *in l.antiqua. §. 1. C. ad Velleian.* Dec. *in*
conſ.7. num. 5. Stracca *de aſſecur. in præf. num.* 45. Mantic. *de*
*tac. & ambig. conuent. lib.16. tit.2. num.*3. vbi ſic deciſum re-
fert coram Clemente VIII. & alij ſanè plurimi, quos re-
cenſet, & ſequitur Maur. *de fideiuſſ. par.2. cap.2. num.* 1. &
10. Quibus conſentiunt Barboſ. *in 3. par l.1. n 54. ff ſol. ma-*
trim. Caroc. *de loc. & conduct. tit. de fideiuſſ. num.8. & 9.* Aluar.
Valaſc. *conſult.* 18. Ioann. Bapt. Lup. *comment.* 3. §.1.
num 8. Sigiſm. Scacc. *de commerc. §.1. quæſt. 1. num.* 494. &
Vgolin. *de vſur. cap.9. §.* 2. Ita etiam Theologi frequentius
docent vt Diuus Thomas, Caietanus, Soto, Nauarrus, &
alij apud Molinam *diſp.* 319. *num.* 1. Petrus à Nauarr. *de re-*
*ſtit. lib.3. cap.2. num.*114. Leſſ. *cap. 20. dub.13. num.*111. Salas
*de vſur dub.22. num.*4. Molfeſ. *de contract. cap.9 num.*71. vbi ait
hanc eſſe communem ſententiam, & alij apud Bonacin. *de*
*contract. diſp.3. quæſt.3. par.1. num.*12. Quæ probatur *ex l.6.*
§. Marine.

Digitized by Google

§. *Marius. ff. mand.& l.hoc iure.§. Labeo. ff. de donat.* & ſatis probabili ratione, quia durum, & periculoſum eſt hoc onus pro alio ſubire, vt oſtendit Maurus *loc.cit.cap.*1.

32 Quamobrem inter vtramque ſeotentiam duo capita ſeu duas concluſiones conſtituo. Prima eſt fideiuſſotem ratiooe ſolius officij nihil ſtipulari, & capere poſſe, quia officium gratuitum eſſe oportet *d.l.*1. §.*vlt. ff. mand.* oeque in lucrum & compendium verti debet, vt ait Cuiac. *in l. naturalis. de præſcript. verb.* Denique vt non poteſt creditor pro mutui dationis officio quidquam ſtipulari, & capere, ita nec fideiuſſor: imo multo minus, qoia hic mious officij impeodit, vt cooſiderant Cooarruuias, & alij auctores primæ ſenteotiæ, & Caoiſ.*lib.de vſur.cap* 4.*n.*7.*in fin.*

33 Quod etiam ex eo patet, quia auctores fere omoes, qui receptam ſententiam ſequuntur, nimirum licitum eſſe pro fideiuſſione aliquid accipere, eam non obtinere putant, quando inſpecta qualitate, & conditione eius pro quo fideiubent, nullum imminet pericolum fideiuſſori, vt Benuen. Stracc. *loc.cit.* inquiens hoc temperamentum eſſe rationabile. Ioann. Bapt. Lup. *in d.*§ 3. *num.*8.*in fin.* Baet. *de deb. inop.cap* 5.*num.*25. Binsfeld. *in c.vlt. quæſt.*3.*concl.*1.*in fin.* Vgolin. *loc.cit.* Morl. *par* 1. *tit* 8. *quæſt.*25.*num.* 33. Iacob de Graff. *par.*1.*lib.*2.*cap.* 104. *num.* 26, Belramio. ad Ludouiſ, *in dec.*76. idem Ludooiſ. *in dec.*161.*num.*5.& Maur. *in d.cap.*2. *num.*12.& 14. quia, vt inquit Celſus in re fere ſimili *in l.*3, *in princ.de ind. Vani timoris nulla æſtimatio eſt.* Quod quidem argomentum eſt ratione ſolius officij fideiuſſorem nihil capere poſſe.

34 Altera conclusio eſt fideiuſſotem ratione periculi, & pro modo periculi cui ſe exponit mercedem licitè paciſci, & caigere poſſe, ita vt quo maius vel minus periculum imminet, maior, vel minor merces cõſtituatur arbitrio booi viri. Quæ probatur ea *l.*5 *ff.de naut.fœn.* quæ ait *periculi pretiũ eſſe.* Et ita ſeotiunt doctores relati *n.*31. tum Theologi, tum Iuriſperiti inter quos Bald *in d.l.antiquæ. n.*2.*in fin.* Molin. *loc.cit.*& Reginald. *lib.*15.*cap.*14. *n.* 218. ſubiiciens ex iuſtitiæ æquitate pretium periculo reſpondere debere. Rebell *lib.*16. *quæſt.vn. num.*3. & Bonacio. *loc.cit. verſ. Hinc patet.* Maur. *in d.cap.*2. *num.*14. Sigiſm. Scacc. *tit.* 3 *gloſ.*3 *num.*7. Ludouiſ. *in d. dec.* 161.*num.*4. & Rot. inter recentiſſ. *dec.*139.*num.*3.*par.*1. quæ rectè monet id quod dicimus fideiuſſorem aliquid accipere poſſe ratione periculi, qood ſubit, eſſe intelligendum cum magno moderamine, & bene perpenſis circumſtantiis pe-

35 riculi, & diſpendiis fideiuſſoris. † Quod verò Molina ſubiicit *loc.cit.* ſi quid amplius fuerit acceptum, vt quis fideiubeat, incrementum reſtituendum eſſe, id in foro interno accipiendum eſt. Nam Theologorum ſententia eſt lædentem etiam intra dimidium iuſti pretij peccare contra iuſtitiam, & teneri ad reſtitutionem, quos recenſet Salas *in lib. de empt.& vendit.cap.*26.*num.*6. vbi ait hanc opinionem certiſſimam eſſe, & nullum hac de re dubium eſſe inter Theologos: ſed in foro iudiciali nihil fideiuſſor reſtituere cogitur, tametſi maius periculi pretium exegerit, quia licet contrahentibus ſe in pretio decipere *l.*16.§.*idem Pomponius. de minor.l.*22.*ff.loc.* niſi læſio ſit immodica, & excedat dimidium iuſti pretij iuxta *l.*2.*C.de reſc.vend.* & Beuen. Stracc. *de ſponſion.par.*5.*verſ.item quæro. num.*5. & Santern. *d.lib.de aſſecur.par.*5.*num.*4. & ex Lodouiſ. *in d.dec.*161.*num.*6. vtraque enim læſio iniuſta eſt, & in foro conſcientiæ induit obligatiooem reſtituendi, vt dicit Molina: ſed vtraque non ſufficit ad reſciodendum, & corrigendum in iudicio contractum, vt docet Salas *loc.cit.*

36 Neque ſecondæ noſtræ concluſioni obſtat, quod obiiciunt Molinæus, & alij apud Heriogium *loc.cit* fideiuſſionem ab officio proficiſci, officio autem mercedem contrariam eſſe *l.*1. *in fin. ff. mand.* quia actus fideiobendi poteſt aliunde quam ea officio originem trahere. Id enim ea arbitrio fideiuſſoris pendet, qui vt poteſt gratuitam operam præſtare amico roganti, ita poteſt mercedem paciſci ob ſuam fideiuſſionem, vt ait *d. l.*6 §. *Marius. ff.eod.* Nam vt ſi quis roget alium, vt aliquod eius negotium gerat, poteſt is, qui rogatur, vel mandatum ſuſcipere, & ſine vlla mercede negotium amici expedire, vel de certa mercede conuenire, quo caſu locatio eſt, vt inquit Paulus *in d. l.* 1. ita prorſus is, qui rogatur pro alio fideiubere, poteſt id ex amicitia, & liberalitate facere vel certam mercedem paciſci, & hoc caſu officium, & donatio excluditur, vt dicit Labeo *in d. l. hoc iure.* §.1.*de donat.* & res ad contractum innominatum *do vt facias*, pertinet vt notat Gothofr. *in h.l.* qui nullo iure prohibetur. Ea quo conſtat leuiſſimam eſſe rationem qua recentiores qoidam à recepta ſententia diſceſſerunt.

Sanè magis vrget, quod hæc parum congruere videntur 37 his qoæ diximus *num.*27. creditorem ſcilicet ex eo quod pecuniæ creditæ periculum in ſe ſuſcipit, nihil vltra ſortem accipere poſſe. Nam ſi hoc creditori non licet cur fideiuſſori conceditor, qui minus officij præſtat? ſed reſpondeo oon eſſe ſimile, quia in illo euentu, id eſt ioter creditorem, & debitorem mutuum contrahitur, in quo vſura eſt, etiam ſub prætextu periculi aliquid ſperare, & exigere vltra ſortem *l.*1.& *tot.tit. ff. de naut. fœn. & d.cap.ſi.lt. de vſur.* ſed ioter debitorem, & fideiuſſotem nullum mutuum coontrahitur, ſed alius contractus nimirum *do vt facias*, id eſt, *do tibi pecuniam, vt pro me fideiubeas*, in quo non latet vſura quia oulla eſt ſors, cui accedere poſſit, vt dixi ea Purpurato, Mantica, & aliis *quæſt.*12.*num.*28. niſi fraus aliqua lateat, vt poſt pauca dicam.

Cæterum in dubio præſumendum eſt fideiuſſori pericu- 38 lum imminere, & ideo pretium periculi licite ſtipulari, & capere, quia plerunque etiam viri diuites, & idonei fortuitis caſibus ad inopiam rediguntur, vt ait *l.* 14. *ff. de admin. & peric. tut.* & notat Cardin. Mantic. *loc.cit.* & congruenter huic rei Ouidius.

Omnia ſunt hominũ tenui pendentia filo,
Et ſubito caſu, quæ valuere ruunt.
Nempe dat, & quodcunque iubet fortuna, rapitque.
Irus & eſt ſubito, qui modo Craſſus erat.

Vnde non immeritò factum eſt illud tritum ſermone prouerbium, quod Thaleti Mileſio adſcribitur, *ſponde, noxa tibi præſto eſt.* id enim multorum exempla commooent: & multis proſequitur Hering. *in d.tractat.de fideiuſſ.cap.*1. quibus addi poteſt, quod fœnerator Alphius dicere ſolebat, *bona nomina non adpellando ſæpe mala fieri*, vt refert Columell. *de re ruſtic. lib.*1. & Petr. Gregor. *Syntagm.lib.*23.*cap.*5. *num.* 4. & Alphij dictum videtur imitatus Scæuola *in l. diuortio. ff. de neg.geſt.* dum definit maritum, qui diuortio facto vxoris negotia geſſit, actione negotiorum geſtorum conueoiri poſſe *quia* ioquit *forte periculum eſt, ne facere poſſe deſignat.* Ex quo notat Duaren. *in l.* 13. *de re iudic.* prudentis oon eſſe ideo differre exactionem, quod ſoluendo ſit debitor.

His conſequenter dicendum eſt valde improbandam eſſe 39 fraudem fœneratorum, cuius meminit Nauarr. *in comm.de camb. num.*7. qua ſcilicet fingont nolle mutuare pecunias, niſi motuum rogans certum fideiuſſotem det, cum quo prius coouenerunt, vt pro fideiuſſione aliquid ſibi ſolui ſtipuletur inter ipſos diuidendum, vel id totum fœneratori relinquat, qui illum deinde à fideiuſſione liberet, vt conuentum fuit. Vel qua fingunt pecunias credere non poſſe, ſed offerunt coniunctum aliquem, cui pecooias mittunt, qui eas veluti ſuas indigeuti numeret eo pacto, vt ipſi pro debitore fideiubeant certa mercede. Hoc enim lucrum vſurarium eſt, & turpe, & reſtitutioni obuoxium, vt docet Nauarr. *loc.cit.* Garz *de contract.cap.*39.*num.*4. Molio *d.diſp.*319. *in fin.* Sũrd. *in conſ.*306. *num.*5. Sigiſmund. Scacc. *d. quæſt.* 1. *num.*547. Villag. *de vſur.quæſt.*23. *num.*2. & Reginald. *loc.cit. num.*218. & nemo eſt, qui hanc fraudem non vituperet, & damnet. † Ille verò qui ad hanc rem miniſterium ſuum ac- 40 commodat fœneratori, ſiue fideiuſſionis perſonam, ſiue creditoris interponat, doli tenetur *l.*8. *ff.de dol.* & etiam furti, ſi quid ad eum peruenit *l.ſi quis.*§.*cum Titio. ff.de furt.* vel vt ait Villagut. *loc.cit.* cooperationis pœna conſtringitur *cap. notum.* 2. *quæſt.*1. *& cap. quod enim. diſt.*83. vbi Pontifex ait: *Qui prodeſt illi ſuo errore non pollui, qui conſenſum præſtat erranti.* Quamobrem valde ſtultum eſt his negotiis ſe immiſcere.

Sanè illud extra diſceptationem eſt, fideiuſſorem licite 41 accipere, ſi quid forte debitor pro quo fideiuſſit, ei ex libe-

ralitate

ralitate largitur remunerandi gratia, vt docent Gabr. Mudæus *de pignor. cap. de pact. leg. commiſſ. num.* 18. *& l.* 6. *in princ. ff. mand. & cap. ſicut.* 1. *quæſt.* 2. Heriog. *in d. cap.* 26. *num.* 134. *&* 146. vbi notat nuſquam in iure noſtro prohibitum eſſe priuatis ab ſponte dantibus accipere. Sed hæc ita clara ſunt, vt diſputatione non indigeant. Nam & id creditori licet, vt dixi *quæſt.* 1. *num.* 35. & dicam Deo volente, & fauente *quæſt* 98.

42 Illud etiam exploratum eſt, contractum, qui frequens
eſt inter mercatores, & præſertim in ciuitatibus, & emporiis maritimis, & aſſecuratio dicitur, in quo quis alienarum mercium, & pecuniarum, atque etiam nauium periculum ſuſcipit certo conſtituto, vel recepto pretio damnum emendaturus, ſi forte merces, vel nauis naufragio, vel quo quo alio caſu perierint, licitum eſſe, & ab omni fœnoris ſuſpicione remotum. Et ita ſentiunt Caſtrenſ. *in l. in nauem Saufbeij. ff. loc.* Dec. *in l. eum ad præſens. num.* 4. *ff. ſi cert. pet.* Santern. Luſitan. *in d. lib. de aſſecur. par.* 1. *num.* 5. Couarr. *in d. cap.* 2. *num.* 5. & alij plures apud Benuen Straccam vbi ſupra *num.* 45. quibus conſentiunt Valaſc. *conſult.* 18. *num.* 1. ſubiiciens hunc eſſe vſum totius orbis Chriſtiani, *& conſult.* 64. *num.* 2. vbi ait rem perſpicuam eſſe apud omnes Molin. *diſp.* 318. *num.* 4. *& diſp.* 507. *num.* 3. Ludouic. Lop *de contract. & negotiat. lib.* 2 *cap.* 16. Franciſc. Garz. *d. cap.* 39. *n* 4. Rot. Genuenſ. *in dec.* 25. *num.* 1. & Gaſpar. Anton Theſaur. Senator Nicienſis *quæſt. forenſ. lib.* 4. *quæſt.* 77. *num.* 3. *&* 4. vbi ait ſuper hac re non eſſe hodie dubitandum, & hoc con-
43 uentionis genus conſuetudine maris eſſe receptum.† Quo
in loco etiam, quæ illius fuit gratia, mei mentionem fecit. Ego enim illius diſceptationis pars fui; & cauſam illam egi coram maximo Duce noſtro, qui, inter ſenatores eo die ſedit, & ius dixit, vt refert idem Theſaur. *loc. cit.* ex quo cœpi iuri operam diligentius dare, cum antea, Ioanne Baptiſta Marino Poëta nobili duce, cum quo adoleſcens Taurini amicitiam contraxeram, Muſis Hetruſcis addictus eſſem: quæ me nunc etiam ſenio proximum interdum inſanire cogunt, dum alij rem diligentiſſime faciunt. Quæ
44 concluſio etiam retinenda eſt in pecuniis, & mercibus, quæ
per ſyluas, & nemora, & itinera periculoſa, & militibus, & latronibus infeſta transferuntur, quia ſcilicet hic eadem eſt ratio, quæ in pecunia, & mercibus, quæ mari traiiciuntur, vt indicat *l.* 1. *C. depoſ. l.* 26. *ff. mand. & l.* 4. *&* 6 *ff. de mort. cauſ. donat.* & ita docent Bald. & Caſtrenſ. *in tit. de naut. fœn.* Garz *in d cap.* 39 *num* 11. Iacob. de Graff *par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 111. *num.* 7. *&* 8. Sigiſmund. *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 1. *num.* 133. & Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 73. Couarr. & Nauarr. & alij apud Petr. Binsfeld. *in d. cap. nauiganti. quæſt.* 1. *concl.* 3. vbi tamen notat huiuſmodi extenſionem non eſſe temere admittendam, niſi clare conſtet de veritate & paritate periculi. Quod poſtremum, id eſt, vt concurrat paritas periculi non puto neceſſarium, modo in conſtituendo pretio periculi modus, & æqualitas adhibeatur, arbitrio boni viri. Nam & in pecuniis, & mercibus, quæ mari traiiciuntur, dum inter mercatores eas ſaluas fore conuenit, quo longior, & periculoſior eſt nauigatio, & maius periculi pretium conſtitui, & definiri ſolet, & debet, & puto etiam æſtimationem periculi latitudinem quandam recipere, vt pretia aliarum rerum.

45 Præterea conſtat ſponſiones illas, quæ in Italia *ſcommeſſe*, quæ vox Prouincialis eſt, & nos ea vtimur: & in Hiſpania *apueſtas* vocantur, & frequentantur ſub alicuius rei euentu validas eſſe: & ex illis victori actionem dari. Id enim oſtendit apertiſſime *l. ſi rem, in fin. ff. de præſcr. verb. & l. cum ad præſens ff. ſi cert. pet.* ex quibus hæc eſt recepta iuriſperitorum ſententia, vt teſtatur Dec. *in conſ.* 115. *num* 4. Clarus *in* §. *Ludus. verſ quæro.* & Baiard. *ad eund. num.* 10. *&* 11. Binsfeld. *loc. cit. quæſt.* 5. *concl.* 2. & alij apud Ioann. Griuell. *dec.* 57. *num.* 8. Sebaſtian. Medic. *de caſ. fortuit. par.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 140. Benuen. Stracc. integro hac de re edito libello *par.* 3. *num.* 2. & Seraphin. *in dec* 854. *num.* 2. vbi ait contractum hunc ſolo conſenſu perfici. Anton. Gomez. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 4. & nouiſſime Alphonſ. Narbon. *ad leg. Hiſpan. lib.* 1. *tit.* 1. *de ſtud. generalib. l.* 31. *gloſ.* 11. *num.* 7. *&* 8. interque Theologos Molin. *diſp.* 508. *num.* 1. & Molfeſ. *tract.* 12. *cap.* 21 *num.* 19.

Neque obſtat, inquit Stracca *l. in quibus* 3. *ff. de aleat.* quæ 46
omnes ſponſiones hodie vſitatas conuellere videtur, quia interpretanda eſt ſecundum titulum, ſub quo poſita eſt iuxta legem Imperator. *ff. de in diem addict.* nimirum vt in ludis ſponſiones tantum liceat facere, vbi virtutis certamen interuenit, cuiuſmodi ſunt haſtæ, vel pili iactus, curſus, ſaltus, haſta, pugilatus, aut quæ ex iis commixta ſunt, vt pancration. In his quinque certaminibus, & his ſimilibus ex lege Titia, Publicia, & Cornelia ſponſionem facere licuit, vt notat Cuiac. *ad l.* 2. *& vlt. eod. tit.* In aliis autem ludis, in quibus pro virtute nullum certamen fit, id non liceat, vt aliis auctoribus relatis tradit Farin. *quæſt.* 109. *num.* 4. vbi ait hoc eſſe de mente omnium, & aliis ſcriptoribus Ioann. Roſin. antiq. Roman. *lib.* 8. *cap.* 34. Proinde hic non improbari ſponſiones, quæ extra ludum ſub certo fortunæ euentu fiunt, vt etiam notant Coraſ. *epiſtol. quæſt. cap.* 7. *num.* 2. Santern. *in d. tract. de aſſecur. par.* 2. *num.* 25. Couarr. *in regula peccatum. p* 2. §. 4. *num.* 2. Petr. Heig. *quæſt.* 10. *num.* 53. *lib.* 2. & Griuell. *in d. deciſ.* 57. *num.* 12. quæ interpretatio conſuetudine recepta eſt quam optimum legum interpretem Iuriſconſ. dicit *in l.* 36. *ff. de legib.* alioqui neceſſe eſt ſexcentas ſtipulationes, & ſponſiones euerti, quæ paſſim admittuntur, & probatæ ſunt *tot. tit. de verb. oblig & in l.* 5. *ff. de naut. fœn.* cuius ſi bene aduerti, Stracca, & Griuellus non meminerunt, & tamen maxime ad hunc tractatum pertinere videntur.

Excipitur tamen, ſi cauſa ſponſionis inhoneſta ſit, & 47
turpis. Hoc enim caſu ſponſio illicita eſt, & nullam actionem parit, vt iidem auctores tradunt, Theſaur. Filliuc *lib.* 2. *quæſt.* 19. *num.* 6 Ioann. Griuell. *loc cit. num.* 28. & Petr. Gregor. *Syntagm. iur. Ciuil. lib.* 23. *cap.* 3. *num* 6. & ſi quid forte depoſitum eſt, id tantum reperi poteſt, vt conſtat ex dicta *l. ſi rem* §. *vlt de præſcr. verb.* cuius verba ſunt: *Plane ſi inhoneſta cauſa ſponſionis fuit, annuli duntaxat, repetitio erit.* Quæ verba ſemper in hoc genere conſideranda eſſe ſcribit Benuen. *in d. par.* 3. *num.* 7. qui varias huius rei ſpecies doctiſſimè pro-
ſequitur. † Excipitur etiam ſi dolus ſponſioni cauſam dede- 48
rit, vt cum quis certus de veritate rei alium ad certandum prouocauit, vel alia ratione dolo malo aduerſarium ad ſponſionem impulit: quia poteſt victus ſe exceptione doli mali tueri *l. ſi quis cum aliter.* 36 *de ver. oblig.* vbi Vlpianus ait iuris quidem ſubtilitate obſtrictum eſſe, ſed exceptione doli mali vti poſſe, ne cui ſcilicet malitia ſua lucroſa ſit, vt ait idem vlpianus *in l.* 1. *ff. de dol.* & ita docet Cardin. Tol. *lib.* 5. *cap.* 27. Nauarr. *cap.* 20. *num.* 18. Binsfeld *in d. quæſt.* 5. Carol. Tap. *iur. regn. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 1. Molin. *diſp.* 508. *num.* 1. *verſ. quando autem*, & Benuen. *in d. par.* 4. *quæſt.* 14. *num.* 1. *&* 4. vbi teſtatur ſe vidiſſe in quendam ſeuerius animaduerti, qui diſſimulato partu mulieris, quæ iam pepererat, ad ſponſionem quamplures dolo malo induxerat, ad finem in hoc genere confugiendum eſt, quæſtiones enim omnes ad hunc tracta-
tum pertinentes diligentiſſimè omnium executus eſt. † Po- 49
ſtremo excipitur, vt notat Molfeſ. *in d. lib. de contract. cap.* 21. *num.* 20. & Narbon. *in d gloſ.* 11. *num.* 24. Vt à Pio IV. primum vetitæ ſunt ſponſiones de ſummi Pontificis electione: & deinde à Gregorio XIV. qui conſtitutioni Pij IV. multa addidit, quæ recenſet Scortia *Theorem.* 384. Neapoli etiam prohibitæ ſunt ſponſiones de morte, & vita ſummi Pontificis, & valde coarctata eſt ſponſionũ licentia edictis ſapientiſſimorum Proregum apud Tapiam *d. tit.* 7. Genuæ etiam omnes ferè ſponſiones prohibitas eſſe conſtat ſtatutor huius Reipub. *lib.* 4 *cap.* 17. & ſane fortaſſe expediret totum hoc conuentionis genus prohibere, ſiquidem iſtiuſmodi contractus magis ſpectant ad aleam, & inconſultas conuentiones, quam ad honeſta, & vitæ hominum neceſſaria commercia, & proinde Reipublicæ pernicioſi eſſe videntur, vel ſaltem inutiles.

Denique receptum eſt illum ſiue contractum, ſiue lu- 50
dum fortunæ qui in Italia dicitur *lotto*, & celebratur coniectis exiguis in vrnam ſchedulis, quas quiſque per ſe, vel per alium extrahit pro modo pecuniæ expoſitæ recepturus id, quod ſors tulerit, licitum eſſe, & nulla lege prohiberi: & quicquid hac ratione quæſitum eſt, tanquam iuſtum

lucrum

lucrum licite retineri. Ita omnium primus, quod ſciam, docuit Ioannes Briardus *quæſt.5. poſt quæſtiones Adriani*, & ſentiunt Garz. *d. lib. de contract. cap.*43. *n.*3. Molin. *diſp.* 509. *n.* 1. & 2. Sigiſm. *in d q.*1. *n.*110. Martin Delrio *magic. diſquiſ. lib.*4. *q.*2. *concl.*1. Caniſ. *in d. lib. de vſur. cap.*4. *n.*8. Filliucc. *tract.* 27. *cap.*3. *n.*43. & Binsfeld. *in d. cap. nauiganti q.*4. *concl.*2. & 4. vbi rectiſſimè docet hoc genus contractus ad emptionem, & venditionem referri, & ex hac radice iuſtiſſimum eſſe. Vt enim, inquit, emptio iactus retis, & captus auium valida eſt, etiamſi nihil inciderit, quia quaſi alea emitur *l.*8. *ff. de contr. empt. l. emptorem.*12. & *l.*13. *de act. empt.* ita de hoc contractu dicendum eſt, in quo ſpes quædam, & veluti alea emitur, & venditur, etiamſi plerumque accidat, vt emptores nihil capiant, vt mihi ter contigit, qui hac in re, vt in aliis ferè om-

51 nibus, ſemper aduerſa fortuna vſus ſum. † Rectè ergo Binsfeldius monet ad euitandas fraudes, quæ ex parte venditorum interuenire poſſunt, vt non niſi auctoritate publica is contractus exerceatur, quod hic fieri ſolet. Præponuntur enim qui videant, & curent, ne maior numerus notarum infelicium in vrnam ingeratur, quàm ferat æſtimatio rerum, quæ ſorti exponuntur: & vt fortunatæ omnes in vrnam coniiciantur, & ne alia ratione fraus populo fiat, qui facile decipi, & circumueniri poteſt. Et rectè ſtatuto Reipub. Genuenſis eodem loco ſtatutum eſt, ne is Ludus ſine licentia ſenatus fiat ſub pœna aureorum centum, & amiſſione rerum expoſitarum pœna eadem iis, qui domos ad hanc rem

52 adcommodant, impoſita. † Rectè etiam Molina *loc. cit.* monet, cum ſtipendia eorum, qui huic rei præſunt, ex contributione eorum ſoluenda ſunt, qui ad ſortes accedunt, ea moderata eſſe oportere, & eos tantum huic muneri eligendos, qui ſunt neceſſarij, denique, vt quam citiſſimè fieri poteſt, res abſoluatur. Quod etiam tradunt Garz. *d. cap.*43. *n.*7. & Ludouic. Lopez *de contract. & negot. lib.*2. *cap.*23. vt etiam Martin Delrio *loc. cit. concl.*2. *verſ. tertio miniſtri* & alia quædam nouiſſimè addit Eminent. Ioan. de Lug. *diſp.*31. *n.*92. & inter cætera leges, & conditiones huius ludi publice proponendas eſſe, vt deliberare quiſque poſſit, an ſibi expediat ſub his legibus, &

53 oneribus ad hanc aleam accedere. † Cæterùm puto è Republica eſſe hoc genus Ludi prohibere, iactura enim certa eſt, & frequens, lucrum incertum, & valde rarum: & ſi quid lucri hic eſt, tandem eorum eſt, qui huic rei à Magiſtratu præponuntur, & eorum qui res exponunt. Qui vt plurimum exteri ſunt, & pecunias corradunt & auferunt, quod Ciuitatibus perniciosum eſt, vt indicat *l.*2. *C. de commerc. & mercat.* Adde huic ludo vt plurimum exponi gemmas, & alias res minime neceſſarias, & planè inutiles, quas pauci eorum, qui ad hanc fortunæ haſtam accedunt ſibi compararent. Denique multi etiam ex plebe homines, & quibus res domi anguſta eſt, lucrandi cupiditate allecti ingens damnum faciunt, & ſi quid fortè extrahunt, illud ipſum iterum fortunæ exponunt, & tandem nihil in manibus ſuis inueniunt, & nihil niſi pœnitentiam domum referunt. Quamobrem vtile eſſet hoc genus ludi prohibere, quod etiam deinde comperi ſenſiſſe Philip Bugn. *leg. abrogat. lib.*1. & Cyriac. *contron.* 422. *num.*2. vbi merito hoc commercij genus Reipublicæ pernicioſiſſimum eſſe ſcribit.

54 Supereſt, vt de iis contractibus videamus, quæ mutui, & ſponſionis faciem habent. Neque enim nouum eſt vnum contractum habere ſpeciem, & faciem duorum teſte Cuiacio *in l.*18. *ff. de præſc. verb.* vt ſi alicui decem dem ea lege, vt ſi poſt annum ſuperſtes ero, quindecim reddat: ſi moriar, nihil reddere teneatur. Vel ſi dem centum ciuitati vel menſario ea lege, vt ſi filia mea annicula intra viceſimum annum obierit, ciuitas vel menſa eam pecuniam ſibi retineat: ſi ſuperuixerit, ciuitas, vel menſa reddat quingenta pro illius dote. Dubitatur, an in iſtis, & ſimilibus ſpeciebus fœnus lateat velut anguis in herba. Sanè conſtat etiam iure ciuili, quo vſuræ licitæ videbantur, non potuiſſe decem dari, vt vndecim deberentur *ex l.*17. *in princ. ff. de pact.* & *l.*11. *§ ſi tibi, ff. ſi cert. pet.* Sed quia in illis, & ſimilibus ſpeciebus pecunia committitur ſorti, ſiquidem incerta, & fragilis eſt hominum vita, hoc genus contractus probarunt Guilielm. Bont. *de vſur. n.*40. Tabienſ. *in verbo, vſura* 15. *n.*11. Tolet. *lib.*5. *c.*34. *in fin.* Ioann. Bapt. Corrad. *q.*128. Comit. *reſp. lib.*3. *q.*25. Nauarr. *in conſ.*29. *n.*4. *verſ. tum quia mutuum. tit. de vſur.* Binsfeld. *in cap. nauiganti. q.*5. *concl.*2. Azor. *inſtit. par.*3. *lib.*5. *tit. de vſur. cap.*6. *verſ. quæritur ſecundo.* Filliucc. *tract.*37. *cap.*2. *n.*33. Bonacin. *de contract. diſp.*3. *q.*3. *p.*5. *n.*4. Fauſt. *diſp.*16. *q.*70. Nald. *in verb. mutuum. n.*16. & videtur ſentire Molſeſ. *tract.*12. *cap.*21. *n.*21. & inter iuris peritos Scacc. *de comm.* §.1. *q.*1. *num.*97. & 98. Et probari poteſt hæc ſententia *ex l.*5. *ff. de naut. fœn.* vbi in re ſimili Scæuola ait periculi pretium eſſe, & conuentionem valere. Vnde licitus videri poteſt contractus, in quo quis acceptis decem, vel gemma valoris decem promittit alteri quindecim vel viginti, cùm vxorem duxerit, vel fiat ſacerdos, vt cenſuit Rot. Genuenſ. *in dec.*108. *n.*2. & probare videntur Nauarr & Binsfeld. *loc. cit.* & Griuell. *in dec.*57. *n.*27. & quod magis eſt, etiam cùm additum eſt, *cùm morietur*, ita cenſuit Senat. Taurin. apud Theſaur. Fil. *lib.*2. *q.*14. *n.*6. quo adiecto certum eſt ſortem ad creditorem aliquando reuerſuram cum lucro.

Sed propoſitas ſpecies, cùm quis ſcilicet ſub prætextu periculi vitæ creditor plus ſtipulatur quàm dedit, illicitas eſſe ſentiũt inter Theologos Angel. *verbo. vſura n.*42. & 43. Sylueſt. *n.*36. & Roſell. *n.*40. & Armill. *eod. verbo. n.*37. ipſe Nauarr. *in Enchir. cap.*17. *n.*222. Franciſc. Garc. *de contract. cap.*39. *n.*12. Ludouic. Lopez *par.*2. *cap.*78. *verſ. ideo quæritur.* & eſt inter iuris auctores recepta ſententia. Ita enim ſentit Albericus *in l.*14. *n.*15. *C. de ſacr. ſanct. Eccleſ.* vbi tradit incertitudinẽ vitæ non tollere vitium, & præſumptionem vſuræ *quia* inquit *creditor ſemper agit ſortem integram ad ſe redire cum lucro, quod eſt illicitum, licet creditor periculum ſubeat.*

Idem ſentiunt Anton. de Roſell. *de vſuris num.*71. Decius *in conſ.*123. & *in l. de fideicommiſſ. num.*4. *C. de tranſact.* Santern. Luſit. *de aſſecur. par.*1. *n.*24. Benuen. Stracch. *in præfat. eiuſd. tract. num.* 34. Boër. *in dec.* 44. *num.*35. Ioann. Bapt. Lup. *de vſur. comment.*3. §.4. *num.*11. *verſ. illicitum. inter tract. tom.*7. Menoch. *lib.*3. *præſ.* 123. *num.* 6. Surd. *de aliment. tit.*9. *q.*11. *n.*17. Caſtrac. *de ſociet. offic. cap.*5. *n.*18. Felic. *de ſociet. c.*18. *n.*65. & 66. & Vgolin. *de vſur. cap.*37. *n.*1. & 2. & quidem congruenter iis, quæ initio diximus de nautico fœnore, illud ſcilicet nunc eſſe prohibitum.

Neque obſtat, quod Albericus, Decius, & alij iuris periti loquantur in mutuo, & in illa ſpecie, *ſi ſuperſtes ero*, 55
vel *filia mea ad eam ætatem peruenerit*. & ſimilibus, non contrahatur mutuum, ſed ſors, & ſponſio quædam, vt videtur Toleto, & aliis auctoribus primæ ſententiæ, quia in ſecernendis contractibus mens contrahentium, & res ipſa inſpicienda eſt, non verba *l. Celſus. §. ſi fundus. ff. de contr. empt. l.*6. *de præſcr. verb. l.*1. *C. plus val. quod agit.* & Cyriac. *contr.* 474. *num.* 18. vnde cùm in his ſpeciebus ex parte ſtipulatoris proficiſcatur pecunia vel aliud loco pecuniæ, qua interim dum pendet conditio, debitor frui ſperat, vt ſolent, qui pecuniam ſumunt fœnore; & præterea propter anticipatum vſum illius pecuniæ conditione exiſtente obligetur reddere vltra quàm acceperit, magis eſt vt hic mutuum contractum eſſe intelligamus *l.*2. & 8. *ff. de reb. cred. l.*1. *ff. de oblig. & act.* ex quo vetitum eſt quicquam ſperare vltra ſortem etiam ſub incerto, & dubio futuro euentu, vt ne cui dubium eſſet apertiſſimè ſancitum eſt in *d. cap. vlt. de vſur. in princ.* quod alteri ſententiæ valde officere fatetur Comit. *loc. cit.* Et vt conditio non tollit rationem mutui *d. l.*8. *de reb. cred.* & ſuſceptio periculi pecuniæ traiectitiæ non facit, quin nauticum fœnus contrahatur *l.* 1. & 6. & *tot. tit. de naut. fœn. l.* 122. §. 1. *de verb. oblig. l. eos* §. 1. *C. de vſur.* ita prorſus ſuſceptio periculi vitæ vel alterius rei mutui, & fœnoris rationem non excludit. Alioquin facilè eluditur prouida ſummi Pontificis, & Legiſlatoris omnium conſtitutio, & inanis eſſet ſocietatum officiorum vſus in vrbe Roma, & conſtitutiones de ea re ſapienter editæ: vt etiam vſus cenſuum, quos vitalitios vocant, ſi ita liceret contrahere. Omnes enim hanc promptiorem, & faciliorem, & nullis legibus conſtrictam rei gerendæ rationem amplecterentur, quia longè facilius eſt dare alicui centum vt poſt annum ſi vixerit creditor vel alius, reddat centum, & inſuper aliquid vltra ſortem, quàm pro eadem ſumma inire ſocietatem officij, in qua multæ cautiones neceſſariæ ſunt, quas alij proſequuntur: & quod

attinet ad cenſus vitalitios, conſtat ita demum receptos eſſe, cùm ſors & pecunia quæ datur, repeti non poteſt, vt tradunt Alber. Dec. & Boër. *loc. cit.* Rota poſt Cencium *in dec.9.num* 15. & aliis nunc prætermiſſis Rouit. apud Carol. Tapiam *lib.4.iur. Regn. tit.3. num.* 83. & nos alio loco diximus: ſed in ſpeciebus de quibus agitur, exiſtente conditione, vt plerumque euenit, ſors redit ad creditorem cum lucro, quod neque metam, neque modum habet, & excedere ſolet rationem prædictarum ſocietatum, & cenſuum. Non malè igitur etiã ex his, qui eas ſpecies probẽt, admittũt tutius eſſe ab illis abſtinere, vt Tabienſ. & Comit. *loc. cit.*.

56 Neque mouere debet, quod ait *d.l.5.de naut.fœn.* ſi quis piſcatori ad apparatum, vel athletæ ad ſe exhibendum pecuniam dederit, vt ſi ille cepiſſet, hic vieiſſet, redderet, & inſuper aliquid vltra ſortem, hoc periculi pretium eſſe, & in iis pactum ſufficere ad augendam obligationem, vt in pecunia nautica. Quia hoc verum eſt ſecundum ius ciuile, quo fœnus nauticum permiſſum fuit etiam iure nouiſſimo, vt conſtat ex Nouell.106.*&* 110. vt enim in pecunia nautica propter periculum maris, & incertæ nauigationis poterat creditor vſuras centeſimas ſtipulari: ita eodem iure licuit creditori propter periculum dubiæ piſcationis, vel certaminis, quod ſuſcipit, aliquid accipere vltra ſortem, quod excederet modum communium vſurarum, id eſt exigere vſuram centeſimam, vt explicat magnus legum interpres Cuiac. *in d. l.5. in fin.* Aliud verò dicendum eſt Pontificio iure quo omnis omnino vſura vetita eſt etiam nautica, vt initio diximus, & tradit etiam Goffred. *in tit. de vſur. num.* 59. & Lancellot. *in inſtit. eod.tit.in fin.*& Strace. *loc. cit. num.* 26. vbi ait id receptum eſſe. Et licèt poſt Molinæum, quem non legimus propter cenſuras, Ioan. Baptiſta Lupus *comment.* 1.§.3.*num.*55. exiſtimet *in d. l. 5.* non agi de mutuo, & conſequenter ibi vſuram conſiderari non poſſe, vt loquitur, quia ibi agitur de certa ſumma ſemel ſoluenda vltra ſortem, & quæ non creſcit labente tempore, vt eſt natura vſurarum, verius tamen eſt in propoſitis exemplis piſcatoris, & athletæ, & ſimilibus in mutuum iri, vt ibi notant gloſſ. Angel. & Florian. & Cuiac. *ad d.l. in fin.* Bartol. & alij *in l.quod te.* & Ripa *num.*53. *ff.ſi cert.pet.* & Ioann. Calderin. *in d.cap. vlt. num.*4. Poſito igitur in his ſpeciebus mutuum contrahi, nihil refert ad rationem fœnoris, ſi id quod accedit ſorti, ſimul aut per partes accedat *l.9 ff.de vſur.l.13. §.ibidem de act. empt.* & probatur auctoritate DD. Ambroſij, Auguſtini, & Hieronymi 14. *quæſt.* 3. *cap.*1. *& ſeq. & in d. cap. vlt. de vſur.* illis verbis: *aliquid vltra ſortem.* Quo vno ratio Molinæi, & Lupi refellitur, quippe quod ex diametro oppoſitum eſt *dictæ l.* 5. Quod neſcio an alius obſeruauerit. Ait enim Scæuola: *Periculi pretium eſt, & ſi conditione quamuis non pœnali exiſtente recepturus ſis, quod dederis, & inſuper aliquid præter pecuniam.* Summus vero Pontifex in d.cap. vlt. *certam mutuans pecuniæ quantitatem eo quod ſuſcipit in ſe periculum recepturus aliquid vltra ſortem, vſurarius eſt cenſendus.* Eadem igitur ferè verba ſunt, ſed diuerſa ſententia, nam quod Scæuola probat in *hac l. 5.* Diuus Pontifex illicitum, & vſurarium eſſe cenſuit, & prohibuit in *d.cap. vlt.* cui parendum eſt. Quod enim de conſtitutionibus Principum dicitur *in l. 9. C. de legib.* multò magis de Pontificum conſtitutionibus dicendum eſt *eas conſtringere hominum vitas.*

Obſerua tamen quod dixi *in propoſitis exemplis piſcatoris, & athleta, & ſimilibus*, quia fateor ſpecies illas, *ſi manumittas, ſi illud non facias, ſi non conualuero*, quæ ibi etiam referuntur, non pertinere ad mutuum, neque in illis mutuum contrahi: vnde Scæuola eas excipit, & ſeparat, dum ait retenta communi lectione, *ſi modò in aliam ſpeciem non cadat*, id eſt in alium contractum: vt *do vt facias, vel non facias*, vt hìc notat Accurſ. in verbo *ſpeciem.* vel vt hìc tradit Cuiacius *diuerſam à mutuo*, qui deinde ait: *Finge, ego do tibi pecuniam, vt ſi ſeruum manumittas, eam tibi retineas; ſi non manumittas, vt reddas, non eſt creditum, ſed do vt facias: nullum etiam videor periculum ſuſcepiſſe, &c. Idem dicendum, ſi dedi tibi pecuniam, vt ſi quid non feciſſes eam retineres, ſi feciſſes, redderes: hic non eſt creditum, nullum periculum ſuſcepi. Igitur exiſtente conditione, id eſt, ſi facias, mihi tantùm datur conditio ob rem dati: nec quicquam poteſt in cautionem deduci, quaſi pro pretio periculi. Idem dicendum in donatione cauſa mortis &c. At longè aliud eſt in exemplis propoſitis, de piſcatore, & athleta, nam in his contrahitur creditum.* In his igitur, & ſimilibus ſpeciebus, in quibus mutuum contrahitur, licet quidem inſpecto iure ciuili pro periculo, quod creditor in ſe recipit, contra quam fieri ſoleat in pecunia credita, vſuras centeſimas ſtipulari, & exigere, vel vt hìc Scæuola ait aliquid inſuper præter pecuniam creditam: ſed dico nihil referre, an ſimul, vel per ſingulos dies aliquid addatur ſorti, & quomodocunque acceſſerit iure Pontificio id nunc illicitum eſſe. Sanè in tranſitu dicam ea, quæ Cuiacius ſcripſit *ad h. l. 5. de naut. fœn.* non omninò congruere iis, quæ ſcripſerat *in obſer lib.9.cap.*38.

Cæterùm quia pro ea ſententia, quæ propoſitas *num.*54. ſpecies probat, ſtant multi iidemque grauiſſimi auctores: & iuſtitia, & puritas earum maximè pendet ex intentione creditoris, vt in reliquis ſimilibus *cap. conſuluit & cap. in ciuitate. de vſur.* Bald. *in conſ.*154. *num.*3. *lib.* 2. Abb. *in conſ.* 15. *num.*1. & Theſaur *in d. quæſt.* 14. *num.* 10. quæ quoties in obſcuro eſt, quærenda eſt coniecturis, vt inquit omiſſis aliis Abb. *loc. cit.* non negabo hac in re plurimùm iudicis arbitrium dominari, qui ex quantitate pecuniæ datæ, ex ſpe longioris vel breuioris vſus eiuſdem, ex æqualitate, vel exceſſu lucri, & ex aliis circunſtantiis rerum, & perſonarum poterit arbitrari, an contractus intra fines ſponſionis ſe contineat, vel mutuum, & fœnus excurrat. Nam & id in aliis contractibus, qui minùs ſuſpecti eſſe videntur, receptum eſt, vt tradit idem Bald. *in conſ.*311. *num* 3. *lib.*5. Didac. Couarr. *variar. lib.*3. *cap.*7. *num.*3. Surd. *in d.quæſt.*11. *num.*50.*&* 21. & Cardin. Manric. *de tac. & amb. conuent. lib.*8. *tit.*55. *num.*56. vbi ait hoc iudicis officio relictum eſſe. Tametſi quatenus hoc genus commercij ſuſtineri poſſit, & ab omni ſuſpicione fœnoris vindicari, cùm in cuiuſdam veluti aleæ ſpeciem cadat, & plerumque inæqualitatem contineat in necem accipientium, denique vrbibus inutile ſit, publicè meo iudicio expediret, illud prohibere, vt in regno Neapolit. cùm filiisfamilias vetitum eſt edicto Proregis apud Tapiam *loc cit.* cui rei congruenter Conrad. *de contract. quæſt.*39. *concl.*2. *verſ. quarta præſumptio.* ſcribit poſſe Pontificem vel Imperatorem contractum ſuſceptionis periculi in mutui datione tanquam vſurarium, & ſub pœnis vſurariorum abſolutè prohibere: quod verò Pontifex *in d. cap. vlt.* prohibere voluerit ſe non dicere. Mihi videtur in mutuo id apertiſſimè ibi prohibitum eſſe, neque interpretationibus euitari poſſe.

Et quamuis mens non ſit agere de ſocietatibus quas officiorum vocant, cùm Romæ tantùm, & in aliquot Italiæ vrbibus in vſu ſint, hìc tamen ſponte incidit quæſtio, an iſtiuſmodi ſocietas ſine officio, vel vltra illius valorem in vim ſponſionis conſiſtere poſſit, veluti ſi Titius Seio qui nullum officium habet, vel ſi habet, iam aliis ſocietatibus exhauſtum eſt, det centum ad ſex menſes ea lege, vt ſubductis initio ſex, ſi Titius, vel alius ab eo nominatus ſuperſtes erit, illi reddat centum: ſi intra illud tempus Titius, vel ille alius deceſſerit, eam pecuniam Seius ſibi retineat, & lucrifaciat. Sanè conſtat hìc nullam ſocietatem officij contrahi poſſe, nulla ſcilicet exiſtente re, ſuper qua contrahatur, & cuius is qui pecuniam dedit, particeps fieri valeat *l.verum in fin ff. pro ſoc.* Felic. *de ſociet. cap.9. num.*19. & in ſpecie Gabriel. *in conſil* 63. *num.*5. *&* 15. *lib.*2. Zacch. *in hoc tract. num.*66.*& ſeqq.* Eminentiſ. Ludouiſ. deinde Gregor. XV. *in deciſ.*167. *num.*3. Bertran. *ad eandem deciſ.* 107. *num.*6. & Scottia *Theor.*191. *verſ. vt enim ſocietas.* ideóque titulo ſocietatis Titium nullum lucrum percipere poſſe, vt rectè docet Azor *d.cap.*8. *in fin lib.*9. 57

Sed an titulo ſponſionis, & ratione periculi cui pecunia exponitur, id liceat, controuerſum eſt. Quidam exiſtimarunt ſpeciem hanc ad contractus innominatos *do tibi, vt des*, & ad quoddam veluti ſponſionis genus pertinere, & ratione periculi lucrum illud licitè repoſci ſine vitio vſuræ, quia hæc ſpecies diuerſa eſt à mutuo. Nam de natura mutui eſt, vt ſemper, & in omnem euentum, & in eadem quantitate reddi debeat *l. 2. & 3. ff. de reb. cred. & inſtit.*

quib.

Digitized by Google

quib. mod. re contrah. oblig. in princip. vnde ita ſenſit Virgin. de Boccar. *lib. de ſociet. offic. numer.* 196. & 197. & ſentire videntur Sot. *de iuſt. & iur. lib.6. quæſt.6. art.2. in fin.*& Nauarr. *in d. conſ.* 29. *num.* 3. Scaccia *in d. quæſt.* 1. *num.* 243. Filliuc. *tract.* 38. *cap.* 6. *num.* 113. Bonacin. *diſp.* 3. *quæſt.* 6. *punct.* 6. *num.* 4. & nouiſſimè Duard. *de ſociet.lib.2. quæſt.*13. *num.* 19. & 24. vbi ait ſi apertè & ſine velamine ſocietatis hic contractus fiat, ſuper periculo propriæ vitæ, vel alterius, valere in vtroque foro.

Alij hoc genus inter contractus illicitos, & fœneratitios cenſent, quia hic verè mutuum contrahitur. Etenim alienantur nummi ea lege, vt in eadem quantitate reddantur, ſi Titius ſuperuixerit, in quo poſita eſt ſubſtantia mutui, vt conſtat ex *d. l.* 2. *ff. de reb. cred.* & ex Theoph. *inſtit. lib.* 3. *tit.*15. *in princ.* nihil refragante quod ob prorogationem lucri pecunia ante ſemeſtre repeti non poſſit, quia id non tollit rationem mutui *l.*57. *ff. de pact. l.2.§.non male. ff. de dol.mal. except.* vt etiam nihil refert, quòd non niſi conditione exiſtente debeatur: nempe ſi Titius ſuperſtes erit, quia etiam pecunia nautica non niſi ſalua naue exigi potuit *l.* 3. & 4. *C. de naut. fœn.* neque ideò minus mutua dicitur *d. l.*4. & is qui eam dedit fœnerator *l.* 6. *ff. eod.* Denique non deſinit eſſe mutuum, quod creditor ſordidus & auarus initio aliquid ſubtraxerit. *l. eos. §. ſi quis. C. de vſur. l.*122. *in princ. de verb. oblig.* vnde ſequitur non licere creditori ex eo quòd periculum ſuſcipit, aliquid vltra ſortem recipere, vt ſancitum eſt in *d. cap. vlt. de vſur. primo reſp.* & ſentiunt veteres Hoſtienſ. Goffred. Calderin. Alberic. Roman. Florian. Dec. Boër. & alij plerique *locis citatis* qui vnanimes docent aliquid vltra ſortem exigere ſub prætextu periculi vitæ illicitum eſſe. Quod etiam docent Angel. Syluestr. Lopez, & alij Theologi ſupra citati *num.* 54. & Felic. *d. cap.*18. *num.* 66. Caſtracan. *d. cap.* 5. *num.* 18. & *cap.*6. *num.*1. Zacchias *in d. tract. num.* 6. & *num.* 124. & 144. *add. ad d. conſ.* 39. Nauarr. *in fin.* & quod mirum videtur, ipſe Virgin. *lib. cit. num.* 102. & 126. Vgolin. *de vſur. cap.*56. §.1. *num.*3. & 4. Beltran. *ad d. dec.* 167. *num.* 8. Stratil. Pacific. *de Saluian. interd. inſpect.* 4. *cap.* 1. *num.* 79. & Azor. *d. cap.*8. *in fin.* vbi ſubiicit hanc clauſulam: *Cæterùm quicquid ſit ex natura rei, talis contractus meritò damnatur, tanquam in fraudem legis factus, & tanquam vſuræ ſpeciem, & figuram habens: neque videtur vlla ratione permittendus: & in iudicio Titius lucrum in ſortem computare cogeretur.* Et rurſus *cap. ſeq in fin.* differens de ea conditione, ne ſuper officio plures ſocij admittantur, quam ferat illius valor, vt conſtitutione Pij I V. ſancitum eſt, iiſdem ferè verbis repetit in iudiciis huiuſmodi ſocietates meritò condemnari, quia videntur factæ in fraudem conſtitutionis Pontificiæ, quæ eas manifeſtè prohibet. Denique Eminentiſſimus Pater de Lugo *diſp.* 30. *ſect.* 5. *num.* 60. refert Rotam Romanam in foro externo contractum hunc, non ſubſiſtente officio, tanquam vſurarium reprobare? & deinde *num.* 63. de altera conditione differens, ne ſcilicet, fiat ſupra valorem officij, ait iuſtiſſimam eſſe, quia exhauſto iam officio nihil ſupereſt, in quo ſocietas conſiſtere poſſit, ideoque ſocietatem eſſe fictam, & apparentem, & meritò Rotam ſemper huiuſmodi contractus veluti vſurarios reiicere, vt conſtat ex multis eius deciſionibus, quas congeſſit idem Zacchias *lib. cit.* inter quas duæ mihi videntur eminere, & fundementa huius contractus continere. Prima eſt in quadam Romana ſociet. 29. Ian. 1601. ſub Cardin. Millino, quæ eſt 28. apud Zacchiam, & 9. poſt tract. Cencij *de cenſib.* quam magiſtralem vocat Scaccia *loc. cit. num.* 305. in qua probatur non tantum ex conſtitutionibus, ſed etiam ex diſpoſitione iuris communis, huiuſmodi ſocietatis, neque ſponſionis, neque alterius contractus. Altera eſt in vna Foroliuien. ſociet. 13. Ianuar. 1614. coram Illuſtriſſimo Damaſceno, quæ eſt apud eundem Zacch. *dec.*48. & poſt Cenc. & Duard. *deciſ.* 321. vbi *num.* 9. apertiſſimè Rota cenſuit hoc genus contractus, tanquam ſponſionem non valere. *Non denique*, inquit, *ſuſtineretur tanquam ſponſio, vt volunt aliqui, quia in ſponſione, ſolus euentus habetur pro cauſa obligationis* l. à Titio. de verbor. obligat. *& proinde ſecundum hunc contractum, pecunia amittenda propter euentum mortis non eſſet danda ab initio: ſed deberet quis recipere præmium ſponſionis, & obligare ſe ad centum in caſum mortis, & ſic ceſſaret periculum vſuræ, ex quo nullum poteſt conſiderari mutuum. Sed cùm ille, qui dat duodecim, velit ab initio centum in manibus, ſatis apparet illa duodecim non dari pro ſolo periculo vitæ, ſed pro mutuo vnius anni, ſaltem ſimul, & mixtim &c. quæ mixtura illiciti ſufficit ad annullandum totum pactum de ſoluendis duodecim. Cum enim pactum contineat vnicam ſummam, dicitur indiuiduum: in indiuiduis autem licitum propter illicitum vitiatur ex Natta in conſ.*498. *num.* 1. & *aliis.* Cenſet igitur Rota hîc mutuum contrahi, & totum id quod ſuperexigitur, non obſtante periculo ob pacti indiuiduitatem illicitum eſſe: denique mutuum præualere, & inficere pretium periculi. Ex quibus confirmantur ea, quæ diximus *num.* 54. & 55. tametſi ratio illa indiuiduitatis mihi parùm tuta videatur, quia in materia vſurarum licitum per illicitum non vitiatur, vt conſtat ex *l. placuit* & *l.*20. & 29. & aliis *ff. de vſur.* & ex eodem Natta *loc. cit. num.* 5. vnde mea tenuitas ad aliam rationem decurrit, quia ſcilicet in ea ſpecie totum illicitum eſt. Neque enim titulo ſocietatis aliquid vltra ſortem exigi poteſt: quia hîc nulla eſt ſocietas: neque ratione periculi, quia cùm negotium in mutuum cadat, non poteſt creditor ſub prætextu periculi aliquid vltra ſortem recipere *d. cap. vlt. de vſur.* Nullus igitur titulus eſt, ex quo iuſtè aliquid vltra ſortem percipi poſſit.

Neque tamen prætermiſero Eminentiſſ. Pat. de Lug. *loc. cit. numer.* 61. *verſ. addo tamen.* exiſtimare ſecundum ius naturæ non repugnare illum contractum cum aliquo moderato lucro, *qui*, vt ait, *reduci poteſt ad contractum fortunæ, & aliquod ſponſionis genus. Nam reuera non eſt mutuum, cùm in mutuo ſors ſemper repeti poſſit, non verò in hoc contractu, ſi ante ſex menſes moriaris*: ideoque quando lucrum nullo modo daretur propter anticipatum vſum pecuniæ, ſed ſolùm propter periculum vitæ, quod lucro prudenter adæquari poſſet, illud in foro interno illicitum non eſſe. Verùm præterquam quod non eſt ſufficiens ratio ad excludendum mutuum, quod per aliquod tempus exigi non poſſit, & non niſi ſub conditione debeatur, vt proximè dixi ex *l.*57. *ff. de pact. l. fœnerator* 6. *de naut. fœn.* & aliis, ſatis eſt illum admittere in foro externo cui ſcribimus, illam prærogationem pecuniæ ſufficere, vt præſumatur vſura, & ne patiamur hoc genus contractus in commercio hominum eſſe, & meritò à Rota reprobari; denique conſtitutionibus eſſe prohibitum, vt etiam ſcribit Scaccia *loc. cit.* vbi ait in vrbe Roma ſponſiones huiuſmodi in ſocietatibus non admitti. Et ſanè probabilior ratio eſſe videtur permittendi fœnus nauticum, quod conſtat eſſe prohibitum *in d. cap. vlt. de vſur.* Primùm quia in huiuſmodi fictis ſocietatibus lucrum ab initio ſubducitur, quod in pecuniis traiectitiis, & aliis contractibus vſurariis non licuit *d. l. eos. §. ſi quis autem. C. de vſur.* illis verbis: *interdicta licentia creditoribus ex pecunia fœnori danda aliquid ſubtrahere.* Deinde quia in pecunia nautica, maius eſt periculum creditoris, vt manifeſtum eſt. Denique quia in his ſponſionibus, quæ fictis ſocietatibus admiſcentur, nulla eſt honeſta, & probabilis cauſa ſuſcipiendi periculi vitæ alterius: publicè verò intereſt, vt pecuniæ, vel merces quæ mari traiiciuntur, ſaluæ perueniant *l.* 5. §. *negotiatores. ff. de iur. imm.* Et nunc mihi in mentem venit, quod Scæuola ait, *in d. l.*5. *ff. de naut. fœn. Periculi pretium eſt*, fortè accipiendum eſſe eo modo, quo dicimus *opera pretium eſſe*, dum ſignificare volumus rem publicè vtilem, & opera, & labore dignam, & circa quam quis operam, & laborem adhibeat, vt Liuius in Præfat. *Facturuſne opera pretium ſim*, &c. Quo ſenſu retento quod Scæuola ait, non de omni periculo recipiendum eſt, ſed de eo dumtaxat, quod iuſtam & honeſtam cauſam habet, vt eſt periculum mercium, & pecuniæ, quæ mari traiicitur piſcationis, & ſimilium, quæ in illis & ſimilibus ſpeciebus nulla ſubeſſe videtur. Neque in eis verè quis dicere poteſt periculi vitæ pretium eſſe. Vnde ſi illicitum eſt eius pecuniæ, quæ periculo creditoris

ditoris traiicitur , vſuras ſtipulari , & exigere *d. cap. vlt.* multò magis dicendom eſt illicitum eſſe ſub prætextu periculi vitæ huius vel illius , cuius ſuſcipiendi nulla cauſa eſt , aliquid vltra ſortem recipere , vt eſt Alberici , & alio-
58 rum veratum ſententia. † Quod verò obiici poteſt de aſſecutatione vitæ alterius , impettinens eſt ; quia alius contractus eſt , & diuerſus à mutuo , & proinde non negamus licitum eſſe , dummodo ſeruetur æqualitas arbittio prudentis viri, vt in ſpecie tradunt Molin. *in d. diſp.* 507 *num.*6. Azor. *lib.* 11. *cap.* 18. *quæſt.* 8. & alij apud eundem Bonacin. *d. diſp.* 3. *queſt.*9. *par.* 3. *num.*6. vt etiam poteſt aſſecurari libertas , vt docet idem Azor. *loc. cit.* Molfeſ. *tract.* 12. *cap.* 20. *numer.* 18. & Cardin. de Lug. *diſp.* 31. *in fin.* quod genus in vrbibus Chriſtianis maritimis propter metum Turcarum receptum eſt , vt captiui ſe redimere poſſint.

59 Sed quod diximus ſocietarem officij vltta illius valorem non valere in dubium reuocauir D. Antonius Merenda *cap.*8. *de camb. Nundin.* in quud nuper incidi, vbl *num.*4 *&* 5. *& ſeqq.* probare nititur ſocietares huiuſmodi eum eodem diuerſo tempore , vel à diuerſis initas ſuper eodem officio valere , quamuis excedant illius valorem. Namque,inquit, omnis difficultas remouetor ob eam conuentionem , quæ hiſce ſocietatibus adiici ſolet , vt ſcilicet officialis à ſocio partem ſuam conducat ceeta mercede , vt *in dec.* 291 *num.*3. poſt Statil. Pacific. *de Saluian.imerd* quæ eſt *d.dec.*9. poſt tractat Ceneij. Hæc enim conuentio efficit, vt apud officialem remaneat ius percipiendi fructus officij eo modo, quo habebar ante ſocietatem. Et cùm officialis de illis liberè diſponere poſſit , non poteſt dubitari apud eom exiſtere ſubiectum capax nouæ ſocietatis , quatenus ſe extendit ius huiuſmodi : & proinde poterit inire ſocietatem æqualem primæ, Si autem in ſecunda ſocietate fiat, vt ſolet, eadem conuentio eodem modo acquiret officialis ſubiectum capax nouæ ſocietatis paris quantitatis pecuniæ : & proinde licebit ei tertiam ſocietarem inire : & vlterius progrediendo poterit alias ſocietates contrahere. Itaque ex ſententia illius ſuper officio valoris mille aureorum poſſunt diuerſis temporibus fieri ſocietates centum millium, & amplius ſed in primis hoc repugnat conſtitutionibus Pontificum , quæ id vetant. Secundò repugnat ſententiæ,quam Rota conſtanter ſequitur,& auctores omnes,qui hac de re ſcripſerunt, vt refertur *in d dec.* 291. *num.* 20. vbi etiam dicitur ita coogregationem iuſſa S. Pontificis habitam declaraſſe. Quos Patres veriſimile eſt eam rationem non fugiſſe , qua Merenda mouetur. Tertiò quia ſequentes ſocietates vel reſoluerent primam , vel nullum aliud ſubiectum re verâ habereot, quàm obligationem , & fidem officialis , & alia eius bona , quæ non ſunt officium. Denique quia illius ratiocinatio fragili nititur fundamento,quia ſupponit officialem admittere ſocium dumtaxat ad communionem fructuum : & tamen certum eſt illum principaliter admittere ad ſocietatem , & ex *eadem dec.* 291. *& ex eodem num.* 3. quem affert, vbi Rota ait , *& ideo cum dans pecuniam admittatur in ſocium officij &c.* Et eius fundamentum fragile eſſe eo manifeſtum eſt , quia illa locatio eſt accidentalis contractui , & poteſt à contrahentibus omitti. Nulla enim lege aut conſtitutione coguntur ſocij ſub ea conditione contrahere: imò tutius & congruentius eſſet naturæ ſocietatis , vt quiſque pro ea parte , quam contulit , fructus,& emolumenta officij percipiat ipſo Ariſtotele teſte *lib* 8 *Ethic.cap.vlt.* illa igitur conductione fortè prætermiſſa , perſpicuum eſt , corruere totam ratiocinationem doctiſſimi Anteceſſoris. Quæ etiam refellitur ex his , quæ docet Eminentiſſimus Pater de Lugo *loc. cit. num.*63 *&* 65. qui id confirmat exemplo cenſus impoſiti verbi gratia ſuper fundo , cuius reditus ſit quinquaginta aureorum. Impoſito enim cenſu eiuſdem quantitatis non poteſt alteri cenſui ſupponi , vt dictum eſt alio loco. Quod exemplum licet Merenda effugere tentet, comminiſcens neſcio quam ſeruitutem in fundo cenſui oppoſito, verius tamen eſt illud maximè congruere rei , de qua agitur. Vt enim Dominus prædij cenſiti , cuius fructus à cenſibus iam illi impoſitis explentur , non poteſt nouo cenſui rem ſubiicere , tametſi dominus ſit fructuum , & de illis ſoluta vndecunque penſione liberè diſponere poſſit : ita prorſus non poteſt officialis alios ſocios admittere vltra valorem, & reditus officij,licet de illius fructibus per accidens diſponere poſſit : & licet hoc genus ſocietatis quædam ſingularia habeat , non tamen ita res trahenda eſt , quæ ſatis per ſe lubrica eſt , vt liceat ſocietates ſocietatibus addere vltra valorem officij. Puto igitur ſacræ Rotæ deciſionibus ſtandum eſſe,& conſtitutionibus omnes parere debere.

Porrò ex his quæ diximus , valdè difficile eſt ſuſtinere 60
contractum illum , qui Hiſpali frequentari dicitur , in quo quis alteri centum dat ea lege , vt in aliquo emporio noui Orbis centum & ſexaginta reddat,ſi hæc vel illa nauis illuc ſalua peruenerit , quod genus Hiſpani vocant *a damno ſobre tal naue* : Nam licet creditor ſuſcipiat periculum nauis , & ea ſubmerſa pecuniam amittat : tamen quia hoc commercium in mutuum cadit , ſuſceptio periculi non tollit vitium, & præſumptionem vſuræ , vt conſtat *ex l fænerator.*6. *& aliis de naut. fæn. & d. l qui Romæ.* §. 1. *de verb. oblig.* & tradunt Goffred. Hoſtien. Calder. Alber Decius, Bero *loc. cit.* Alex. *in conſ.*121 *num.*7. *lib.*4. Fiorian *in tit. de naut. fæn. in fin.* vbi ait hunc titulum correctum eſſe. Royz. *dec. Lituan.* 5. *num* 472. & in ſpecie hoc genus grauiter laceſſit & damnat Mercat. *lib. de camb. cap.* 12. *num.* 2. *&* 4. & P. Molin. *in d. diſp.* 507. *num.* 14. vbi tamen oſtendit , quomodo licitè exerceri poſſit , & ad æqualitatem reduci , concludens poſt multa id arbitrio prudentis viri conſtituendum eſſe. Mihi videtur tutius , & conſultius eſſe ab hoc genere contractus abſtinere ob conſtitutionem Pontificis , quæ id vetat. Ait enim , *Nauiganti cap.* Alioqui cauendum eſt , ne ſub prætextu periculi grauiores vſuræ inferantur in forum, quàm fuerint olim in pecuniis traiectitiis permiſſæ legibus , quæ ad finem centeſimæ conſtricta ſunt in *d. l. eos.* §. 1. *C de vſur.* & notat Cuiac. *in d. nou.* 106. Sanè licere pecuniam dare vero, & reali cambio ad eas Indiæ partes cum honeſto , & moderato lucro non puto dubitandum eſſe, habita ſcilicet ratione periculi, & ſumptuum, & maioris valoris , quam pecunia in Hiſpania habet , idque arbitrio boni viri , vt rectè docet Molin *loc. cit.*

QVÆSTIO XXIV.

De vendentium , & ementium vſuris.

SVMMARIA.

1. *Emptio, & venditio eſt iuris gentium.*
2. *Mercatores vſuram admittunt , cum merces carius vendunt ob dilatam pretij ſolutionem.*
   Genua mater mercatorum.
3. *In emptionibus vſurariis plures contractus celebrantur.*
4. *Aliud pro alio inuito creditore non ſoluitur.*
5. *Pretium in venditionibus vſurariis in mutuum conuertitur.*
6. *Fænus non eſt mutuum , ſed inquinatio mutui.*
7. *Mutui dationibus non poteſt obligatio conſiſtere , vltra quam datum ſit.*
8. *Pretia rerum in indiuiſibili non conſiſtunt.*
9. *Venditio agri vel domus facta maiori pretio ob dilatam pretij ſolutionem an ſit vſuraria.*
   Referuntur quidam qui negant.
10. *Verior ſententia hic etiam fænus agitari.*
11. *Tempus non eſt ſufficiens, vt augeantur pretia rerum.*
12. *Auaritia poteſt in omni credito vti fictione breuis manus.*
   Auaritia longas manus habet.
13. *Pretium augeri poteſt ratione eius quod intereſt.*
14. *Venditor poteſt augere rei pretium pro modo fructuum , quos ex re vendita percepiſſet.*
   Id tamen quod excedit fructus , illicitum.

15. *Venditor non poteſt pretium augere pendente dilatione , & ſimul excipere fructus , vel penſionem.*
16. *Periculum amittendi pretij an ſit iuſta cauſa, vt augeri poſſit.*

17. Mercatores

Digitized by Google

17. *Mercatores carius vendentes ob dilationem non excuſantur conſuetudine.*
18. *Contractus venditionis non poteſt vſurarius declari, niſi conſtet ob ipſam dilationem pretium auctum fuiſſe.*
19. *Plures contractus in dubio non cenſentur celebrati.*
20. *Emptio, & Locatio non cenſetur vſuraria, niſi conſtet ob anticipatam ſolutionem rem vilius emptam, aut conductam fuiſſe.*
21. *Fœnus in quibus venditionibus facilius deprehendatur.*
22. *Vendens merces mutuum roganti iniuſto pretio mox vilius ei diſtracturo vſurarius cenſetur.*
23. *Luſitana lex de mercibus non vendendis mox diſtracturis propter inopiam.*
24. *Venditor non poteſt ſtipulari vſuras pretij, donec ſoluatur, niſi eius interſit.*
25. *Vendens mox redimens minori pretio, vſurarius eſt.*
Vſura Piratica quæ.
26. *Emens vilius præſenti pecunia, & mox reuendens maiori pretio ob dilationem ſoluendi vſuram admittit.*
27. *Venditor & mox credito emens id tantum reſtituere tenetur, quod habuit.*
28. *Reciproca eiuſdem rei venditiones prohibendæ.*
29. *Incertitudo futuri valoris ſuſtinet contractum etiam in foro conſcientiæ.*
30. *Emptiones frugum, & mercium, ſi ob feſtinatam ſolutionem vilius emuntur, vſuraria ſunt.*
31. *Arrha venditionis argumentum, non fœnoris.*
32. *Thaletis Mileſij factum.*
33. *Emptio mercium præſentium præſenti iniuſto pretio facta non eſt vſuraria.*
34. *Merces cum plus vel minus valitura ſunt ob prorogationem pretij emptor vſurarius non cenſetur.*
35. *Emptio ſuſpecta eſt, cũ probabiliter merces plus valituræ ſunt.*
36. *Emptio fructuum pendentium plerumque captioſa.*
37. *Ludouicus XI. in Gallis vetuit frumenta in herbis emi*
38. *Quod & in Hiſpania vetitum eſt.*
Et nouiſſimis Imperij conſtitutionibus.
39. *Decretum Iulij Pontificis aduerſus eos, qui fruges emunt, & recondunt. vt carius vendant.*
Diui Ambroſij locus aduerſus eoſdem.
40. *Venditio in qua venditor vitia rei tacuit, vel pretium rei eſſe minuendum, non eſt vſuraria.*
41. *Antipatri, & Diogenis Babylonij celebris controuerſia.*
Theologi Diogenis ſententiam probant.
42. *Permutatio ſpecierum præſentium nihil habet fœnoris.*
Permutatio vicina eſt emptioni
43. *Fructus futuri, & qui nondum extant, poſſunt permutari.*
44. *Valor fructuum futurorum ſi incertus eſt, permutatio non eſt illicita.*
45. *Permutatio vſuraria eſt, cum in ea lucrum captatur ex dilatione temporis.*
46. *Permutationes, & emptiones fructuum pendentium in ciuitatibus prohibendæ.*
47. *Arreſtum curiæ Tholoſanæ de reſcindenda emptione lanarum ab ijs, qui non habent.*
48. *Cambia realia licita.*
Et eorum vſus neceſſarius.
49. *Argentariorum veterum maior fides quam ſit nunc eorum, qui cambia exercent.*

1 QVAMVIS exploratum ſit emptionem, & venditionem licitam eſſe, & iuris gentium *l.1.in fin.de contrah empt.l.1.ff.loc.* vt etiam negotiationes, & commercia *l.5. ff. de Iuſt. & iur.* & compertum etiam ſit mercaturam per ſe licitam, & honeſtam eſſe, & Reipublicæ neceſſariam ex Ariſtot.*lib.7.Politicor.& ex l.1.& 3. ff. de iur.immun. & l.2.ff. de nundin.*Petr. Gregor. *de Republ.lib.4.cap.7.num.1.* & Binſ-
2 feld.*in c.in ciuitate. num.6.de vſur.*†. auaritia tamen, & ardens rei familiaris augendæ cupiditas mercatores inter alias fraudes docuit mercibus fœnerare, quoties ſcilicet ob dilatam pretij ſolutionem illas carius vendunt, quam valeant præſenti pecunia tempore contractus. Quæ fraus cum olim in ciuitate Genue, quæ mater eſt mercatorum, vt dicit Cuiacius *in c.per veſtras.de donat.inter vir. & vxor.* inter mercatores illius temporis inualuiſſet, meruit vt Archiepiſcopus dictæ ciuitatis Alexandrum III. ſummum Pontificem hac de re conſuleret, qui vt relatum eſt *in capit.de vſur.* Archiepiſcopo his verbis reſcripſit: *In Ciuitate tua dicis ſæpe contingere quod quidam piper, ſeu alias merces comparant, quæ tunc vltra quinque libras non valent, & promittunt ſe illis, à quibus illas merces accipiunt, ſex libras ſtatuto tempore ſoluturos: licet autem contractus huiuſmodi ex tali forma non poſſit cenſeri nomine vſurarum: nihilominus tamen venditores peccatum incurrunt, niſi dubium ſit illas plus minuſve ſolutionis tempore valituras. Et ideo Ciues tui ſaluti ſuæ bene conſulerent, ſi à tali contractu ceſſarent, cum cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari.* Idem ab Vrbano III. conſtitutum eſt *in c.10.eod.tit.* & deinde à D. Carolo Borromæo Archiep. Mediolan. & eo tempore ſanctæ ſedis Apoſtolicæ per vniuerſam Italiam Legato de latere, in prouinciali ſynodo *part.2.tit.vlt.* denique id apud omnes conuenit, & ex Iuriſperitis ita docent Benuen. Straccha *de mercat.part.1.num.34 & n.75.* vbi ait hoc genus mercatorum procul eiiciendum eſſe. Couarr. variar. *lib.2.c.3.n.7.*Roderic.*de ann.redit.lib.3.q.7.n.34.*& inter Theologos Mercat. *de contract.lib.c.10.* vbi ait hunc eſſe magnum Oceanum mercatorum, in quo expanſis auaritiæ velis nauigant: Oceanum, qui neque litus, neque fundum habet id eſt, neque iuſtitiam, neque legem.

Et licet ex forma, & figura contractus hic nullum fœ- 3
nus contrahi videatur, vt dicebat Pontifex *d.c.6.* Quid etiam commune habet venditio mercium, cum illicito fœnore? tamen quia non figura verborum inſpicienda eſt, ſed contractus, & obligationis ſubſtantia, & id quod vere iuſtum eſt *l.3.in princ.& l.38.ff.de oblig.& act.& l.1.C.de plus.valer. quod agit.* certum eſt in his negotiis fœnus occultari, & contrahi. Quod vt facilius deprehendamus obſeruandum eſt in hoc commercij genere plures contractus ſimul, & celeriter agitari. Primus eſt venditionis mercium, quæ non ſimulata eſt, ſed vera emptio, ex qua tenetur emptor, idemque debitor ſoluere iuſtum pretium, quod erat tempore contractus *l.Iulianus.§.ex vendito.ff.de act.empt.* nec ſatis erit eaſdem merces reddere, vel offerre, inuito venditore, cum vſque ad iuſti pretij quantitatem ſuſtineatur venditio, vt docet Salic.*in auth.ad hac.n.10.C.de vſur.* Couarr.*loc.cit.*& alij quidem apud Ioann. Bapt Lupum *in c.nauiganti.§.5.n.7.*Vgolin.*de vſur.c.34 §.1.n. 1.*& Caniſ.*de vſur.c.3.num.3.*† hic etiam locum habet, quod 4
dicimus aliud pro alio inuito creditore ſolui non poſſe ex *l.2.§.mutui datio.ff.ſi cert.pet.l.ſi ſe.§.ait. Prætor.ff.de re iudic.l.ſi promiſſor.in fin ff.de conſtitu.pecun.* Denique vt non poteſt emptor rẽ reſtituendo ab emptione diſcedere *l.3.C.de reſc.vend. l.2.C.quan.lic.ab empt.diſc.& l.ſicut.C.de act.& oblig.* ita non poteſt venditor, ſi non ab initio aliud conuenit, in rem agere *l.1.& 6.C.act.empt.* Perfecta igitur hic emptio, & venditio contracta eſt, neque ab ea niſi mutuo vtriuſque conſenſu recedi poteſt, vt in aliis venditionibus receptum eſt *l.1.C. quan.lic.ab empt.diſced.*

Alius contractus, qui in hoc negotio interuenit, eſt mu- 5
tui datio eiuſdem pretij. Fingitur enim in hac ſpecie iuſtum rei pretium datum venditori & ab eo ad emptorem profectum eſſe, & id quod ex vendito debitum erat, in mutuum cõuertit *l.9.in fin.& l.ſingularia ff.de reb.cred l.3.§.is autem. ff. ad Maced.*& conſentiunt omnes, vt Natt.*in conſ.170.n.9.*Petr. Nauarr.*de reſtit.lib.3.cap.2.n.93.*Molin *diſp.355.n.2.* Salas *lib. de empt.dub.41.n.3.*Roderic.*loc.cit.* qui ait, huic commercio mutuum admiſceri: Et hic contractus etiam verum mutuum eſt non ſimulatum, cum non defecerit obligationis ſubſtantia *l.6.de reb. cred. & l.9. in fin. ff.eod.* & hactenus negotium damnari non poteſt. Quid enim vetat iuſtum rei venditæ pretium in mutuum conuertere?

Denique cum ponamus ob dilatam ſolutionem pretium 6
augeri, venditioni, & mutuo alius contractus accedit nempe fœnoris, quod non eſt mutuum vt recte obſeruat Cuiac.*in obſer.lib.9.c.15.* Sed labes, & inquinatio mutui quæ in eo poſita eſt quod excedit iuſtũ pretium rei, & quod creditor vltra verũ rei pretiũ ob eius vſũ & ex ſolo tẽpore tardæ ſolutionis ſtipulatur, & lucrari ſperat. Et hoc veluti iniuſte, & per illicitũ fœnus exortũ creditor reſtituere tenetur,

quo corrigatur contractus, & res reducatur ad æqualitatem, vt nominatim illa conſtitutione sereniſſimi Caroli Emanuelis cuius ſæpe mentionem fecimus, ſancitum eſt §. 3. & docet Boſfeld. *in cap. in ciuitate. quaeſt. 3 concl. 3.* Molin. *lo. cit.* Lup *in d. § 5. num 7.* Mangil. *de euict. quaeſt. 171. n 12. & 13.* & Caniſ. *in d c. 3. n. 3.* vbi notat id quod eſt vltra iuſtum 7 rei pretium deducendum eſſe. † Nam cum mutuum re contrahatur, non potuit obligatio conſiſtere vltra quam vere datum eſt *l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. de cert. pet l. 27. ff de pact & l. 9. C de non n. pecun.* quæ iura procedunt etiam in mutuo ciuili & conuentionali, & proinde, vt numeratis decē non valet conuentio, vt vndecim debeantur, ſed decem tantū peti poſſunt: ita prorſus ſi decem, quæ pretij nomine vere debentur, in pecuniam creditā conuertantur aliquo addito ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, inutile eſt paciſci, vt quid amplius debeatur, & decem tantum licite exigi poſſunt. Quare obliga- 8 tio intra limites iuſti pretij conſiſtit: † tametſi hoc caſu iuſtū pretium ſit ſummū, quod erat tempore venditionis, quia eo tempore licuit mercatori merces ſummo pretio vendere etiam præſenti pecunia intra tamen latitudinem iuſti pretij, vt poſt Diuum Thomam docent Rebell. *lib. 4. q. 11 n. 1.* Vgolin. *loc. cit.* & Sal. *in d. dub. 41. n. 1.* vbi ait ita tenere omnes. Neque enim pretia rerū in indiuiſibili conſiſtunt, ſed latitudinē quamdam habent, intra quam iuſtitia conſiſtere poteſt, vt iampridem adnotauimus, & notant Couarr. *loc. cit.* Anton. de Padill. *in l. 2. n. 11 C. de reſc. vendit.* Felician. *de cenſib lib. 2. c. 1. n. 3. & 4.* & Roder. *in d. q. 7. n. 10.* Quamobrem in hac ſpecie illud tantum reſtituendum eſt, quod ſummum rei pretium excedit.

9 Sed hæc accipienda eſſe videntur de iis dumtaxat rebus, quæ numero, pondere & menſura conſiſtunt, & functionem in ſuo genere recipiunt, non autem de iis, quæ certa ſpecie, & corpore conſtant, vt ſunt prædia vrbana, vel ruſtica, gemmæ, naues, & iis ſimilia, quia licet huiuſmodi res carius vendantur ob dilatam ſolutionem non idcirco vſura committitur, ſi credimus Baldo *in tit. de vſur. n. 4.* vbi ait: *Pone quod rem valentem decem vendo, & trado pro quindecim ſoluendis vſque ad annum, & ſic propter prorogationem temporis vendo, vtrum iſte contractus ſit vſurarius? Et videtur quod ſit, quia vendo tempus, vt c. in ciuitate eod. quod eſt verum, quando res, quæ venditur, conſiſtit in pondere, numero, vel menſura, quia in his tantum rebus, vſura committitur, ſecus ſi vendatur domus, vel prædium, præſertim tamen cum emptor interim percipit vtilitatem, l. curabit. C. de act. empt.* Ita Baldus, cuius ſententiam pauci quidam probarunt Anton. Burg *in c. adnoſtram. n. 18. de empt. & vendit.* Bald. *Nouell. de dot. part. 7 priuil. 3. n. 3.* Couarr. *loc. cit. n. 7.* Virgin. de Boccat *lib de interd. vti poſſ. d. cap. 17. n. 100.* & Ioan. Bapt. Lup. *de vſur. comment. 3. § 5. num. 19 inter tractat. to. 7. impreſſ. Ven.*

10 Sed longe verius eſt vſuram etiam in venditionibus rerum, quæ functionem non recipiunt, vt ſunt domus, vinea, equus, & his ſimilia exerceri poſſe quoties ſcilicet ob ſolam dilationem ſoluendi carius res venit, quam ſit iuſtum illius pretium Hic enim etiam ratio mutui deprehenditur, quia videtur venditor rei pretium mutuare, id quod pluris vendidit, capere in præmium dilatæ ſolutionis. Quod eſt præmium, & pretium temporis, & vſura. Neque enim res, quæ venditur, inſpicienda eſt, ſed rei pretium, quod augetur ratione temporis, & ob dilatam eius ſolutionem, vltra quam eſſet tempore contractus. Ita docent Salic. *in d. auth. ad hæc. n. 8. C. de vſur.* & ex multorum ſententia reſpondit Socin. *in conſ. 88 n. 15. lib 4.* qui iſtam ſententiam communem, & tutiorem eſſe ſcribit. Quam etiam ſecutus eſt Barbat. *in conſ. 67. n. 14 lib. 4.* Laurent. de Rodulph *in lib. de vſur. part 2. n. 10* Bero *in c. nauiganti. n. 18.* & Crot. *in d. c. in ciuitate. n. 15.* Roderic. *in d. q. 7. n. 31. lib 3.* Caniſ *in d c. 3. n. 2.* & Vgolin. *de vſur. c. 39. n. 1. § 1. n. 4.* Quod etiam ſentiunt Theologi omnes, vt Molin. *diſp. 135 n. 2* Mercat. *de contract. c 9. n. 3.* Leſſ. *in d. c. 21. n. 51.* & Rebell & Salas *l. c. cit* Pet. à Nauar. *in d. c 2. n. 101.* qui generaliter definiunt vſuram cōmitti, quoties res carius venditur, quam ſit iuſtum illius pretiū ob ſolam ſolutionis dilationē, quia inquiunt dilatio ſolutionis mutuum quoddā 11 eſt. † Quæ ratio cōmunis eſt, & conuenit etiam venditionibus illarum rerum, quæ certo corpore conſtant. Pretiū enim ſiue frugum, ſiue prædiorum, & nauium in mutuū conuertitur, *vt in l ſingularia 15. de reb. cred. & l. ſi ex pretio & l. ſi pro mutua. C ſi cert. pet.* & ex tempore tardæ ſolutionis lucrum capitur, & venditur quodammodo tempus, quod ex ſe non ſufficit, vt augeantur pretia rerum. † Denique hic etiam 12 auaritia, quæ longas manus habet, fictione breuis manus vtitur, quæ in omni credito fraudem ſuam exercere poteſt, ex quacumque cauſa, & contractu pecunia debeatur. Satis enim eſt. vt ſubſit vera, & efficax quantitatis obligatio, & conſenſus vtriuſq; vt crediti nomine retineatur *l. 6. C. ſi cert. pet.* illis verbis. *cum obligationis ſubſtantia non defecerit. & l. 3. §. ſi autem ad Maced.* & eleganter Cuiac. ad African. *tract.* 8. & iiſdem verbis Gothofr. *ad d l. ſingularia.* vbi ait Cuiacium veriſſimè ex omnibus hunc locum explicaſſe.

Cæterum hæc perpetua non ſunt: & proinde obſeruat, 13 quod dixi vſuram in venditionibus mercium, & aliarum rerum agitari, quoties ex ſolo tempore tardæ ſolutionis maius pretium conſtituitur. Nam ſi ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis augeatur rei pretium vſque ad eam ſummam, quæ intereſt vſura non committitur, quia hoc caſu licitum eſt aliquid exigere ſupra iuſtum rei pretium ratione eius quod intereſt. Vt enim in aperto mutuo id licet, ita & in venditione, quæ continet mutuum. Ita Leſſius. *d dub. 6 n. 53.* Molin. *d diſp. 355. n. 4.* Petr. Nauarr. *loc. cit.* Rebell. *d. q. 11. n. 4.* Reginald. *lib. 25. c. 18. n. 306.* & Salas *loc. cit. n. 4.* vbi refert ita docere omnes. Idem docuit Vgolin. *d. c. 39.* verſ. *excipitur. tamen primo.* & Roderic. *d q. 7. n. 3.* vbi recte monet oportere fraudem abeſſe, ne ſit intereſſe imaginarium, ſed verum, quia mercator poterat præſenti pecunia vendere, & ex ea lucrum facere, vel vitare damnum.

Proinde ſi quis rem fructiferam vendat, vt ferè ſunt res 14 immobiles, & fide pretio habita rem tradant, poteſt pro modo, & portione fructuum quos vſque da tempus cedentis ſolutionis percepiſſet, rei pretium augere, neque committit vſuram, vt arg. *d. l. curabit.* tradit Bald. *in d tit. C de vſur.* cuius verba proxime adſcripta ſunt Barbat. *in d. conſ. 67. n. 2. & 3.* Didac Couarr. *in d. cap. 3. num. 7. in fin.* Gutier. *de contract. iurat. cap. 2. num. 6.* & Sigiſmund. Scaccia *de commerc § 1. quaeſt. 7. ampl. 8. num. 162.* Neque enim venditor tenetur rem ſine pretio dimittere *l. ex empto. in princ. de act. empt. l. quod vendidi. de contrah. empt. l. 31. § idem Marcellus. ff. de adil. ed. & alijs locis.* † In quo tamen genere, valde cauendum eſt, ne augmentum pretij fructuum rationem nimis excedat, qui pendente dilatione probabiliter percipi poſſunt. Illud enim quod excederet, illicitum lucrum eſſet, & vſurarium, vt ſentiunt idem Lup. *in comment. 1 § 7. num. 15.* & Roderic. *in d. quaeſt. 7. num. 79* qui etiam recte notat venditorem, qui ob dilationem pretij rem carius vendidit ratione fructuum, non poſſe fructus vel partem eorum excipere nec penſionem ſtipulari loco fructuum, quia duplicem compenſationem eiuſdem rei acciperet, quod bona fides non patitur *l. 18. de re iudic.*

Rurſus iuſta cauſa augendi pretij eſt periculum eius amit- 15 tendi, vel partis, ſi de eo fides habeatur, vt etiam periculum illud recuperandi cum moleſtiis, & ſumptibus Neque enim tenetur venditor gratuitum hoc periculum ſuſcipere. Ita Nauarr. *in d. c. 2. n. 98.* Medio. *de reſtit. q. vlt.* Leſſius *loc. cit. n. 54.* Molin. *d. diſp. 356.* & alij quos ſequitur Bonac. *de contract. diſp. 3. q. 11. punct 4. n. 18.* His conſentiunt Valent. Aragon. Salon. & alij apud Salas *d. dub. 11. n. 5. & 6.* qui hanc ſententiam duobus argumentis probat. Primo quia ſe exponere tali periculo eſt pretio æſtimabile omnium iudicio. Secundo quia venditor poteſt petere fideiuſſorem, neque alia ratione fidem habere de pretio. Proinde vt fideiuſſor ex eo quod in ſe periculum ſuſcipit, poteſt eius rei iuſtam mercedem ſtipulari: ita venditor ſi hoc periculum ſubit, poteſt iuſtam eius mercedem exigere, & hoc nomine mercium pretium augere. Quæ ſane magna eſt excuſatio mercatoribus, qui merces creditā pecunia vendunt Baronibus, & aliis nobilibus viris, à quibus raro ſine litibus, & expenſis ſuum recuperare poſſunt. Sed tamen non puto eam in foro admittendam ſecundum ea quæ dixi, *q 20 n. 27. & 18.* & magis placet, quod ait Azor. *lib 8. c. 8. q. 7.* nimirum veriorem eſſe eorum ſententiam, qui putāt id mercatoribus non licere,

quia

Digitized by Google

quia ſic aditus panditur vſuris. Poſſent enim qui mutuam
pecuniam dant lucri aliquid exigere ob hæc, & ſimilia in-
commoda quod reoera abſurdum eſt. Ita Axor *loc. cit.* & fuit
ſertentia Sot. *lib. 6 q. 4. art.* 1. & Rebell *lib. 9. q.* 14. *n.* 1. & alio-
rum, quos ſequitur Lup. *in cit.* §. 5. *num.* 11.

17 Et puto nou excuſari etiam mercatores, qui carius ven-
dunt credito pretio ratione conſuetudinis, quia vſura iure
diuino, & naturali prohibita eſt. & proinde licet huiuſmodi
conſuetudo poſſit excuſare à pœna, noo tamen excuſat à
culpa, & ab onere reſtituendi, vt docet Bartol. *in l. quid*
ſit. §. *apud Labeonem. ff. de adil. edict.* qoem ſequitur Natta
in conſ. 498. *num.* 25. & *conſ.* 586. *n.* 9. Rolan. à Vall. *conſ.* 75.
num. 4. *lib.* 1. Surd. *in conſ.* 184. *num.* 10. & alij apud Vgolin.
de vſur. c. 5. §. 1. *num.* 1. Gratian. *diſcept. c.* 14. *n.* 13. & 14.
quibus conſentit Azor. *loc. cit. q* 6 recte ſubiiciens conſuetu-
dinem hanc quamuis in iudicio non puniatur, ſecundum
conſcientiam iniquam, & deteſtabilem eſſe. Et valde iuuat,
quod ait D. Auguſtinus *lib.* 3. de Baptiſm. contra Donat. &
relatum eſt *diſt.* 8. *c.* 6. *Cum Chriſtus veritas ſit, magis verita-*
tem, quam conſuetudinem ſequi debemus, quia conſuetudinem ve-
ritas, & ratio ſemper excludit.

18 Hic vero obſeruandum eſt, vt contractus in foro vſura-
rius declaretur, opus eſſe, vt iudici conſtet ob eam ipſam
ſolutionis dilationem rem carius venditam fuiſſe, vt notat
idem Roderic. *loc. cit. n.* 37. & 38. Cened. *collect.* 47. *n.* 3.
Gutier. *canonic. q. c.* 39. *num.* 14. Cyriac. *contron.* 169. *n.* 15.
& Barboſ. *in notis d. c. conſuluit. n.* 5. *de vſur.* Et proinde non
ſufficit, vt habita ſit fides de pretio, & quod res iniuſto pre-
tio vendita ſit, quia non adhuc apparet in his puris termi-
nis auctum fuiſſe pretium ob dilatam ſolutionem, & in præ-
mium dilatæ ſolutionis Nam potuit venditor carius vende-
re ob iniuſtitiam dumtaxat, & vt interdum res venduntur
iniuſto pretio præſenti, & numerata pecunia. Deo quidem,
qui ſcrutator eſt cordium, & cui nihil occultum eſt, id aper-
tum, & notum eſt: iudici vero, qui ex incerta, & dubia pro-
batione moueri non debet *l. non hoc. C. vnd. legit.* Surd. *in dec.*
359. *num.* 9. id non eſt ſatis, ſed neceſſe eſt, vt teſtibus, vel
aliis argumentis probetur fraus, & deprauata intentio ven-
dentis. & ob ipſam dilationem ſolutionis pretium rei auctũ
fuiſſe, vt late deducit Bero. *in d. c. in ciuitate n.* 3. & cenſuit
19 Rota *poſt prima conſ.* Farinat. *dec.* 30. *n.* 9. † Cuius rei hanc
nunc rationem ſubiicio, quia cum contractus huiuſmodi
vſurarios eſt, auaritia hic celeriter tres contractus commiſ-
cet, vt initio dictum eſt. Sed in dubio plures contractus ce-
lebrari non præſumuntur *l.* 1. §. 1. *ff. loc.* Socin. ſen. *in conſ.*
129. *n.* 3. *lib* 4. & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib.* 2.
tit. 3. *n.* 1. Proinde in his terminis, id eſt cum non conſtat
auctum fuiſſe pretium ob dilatam ſolutionem, dicendum
eſt venditionem dumtaxat celebratam fuiſſe, non etiam mu-
tuum, & fœnus, niſi aliunde probetur vel coniecturis, vel
20 teſtibus, vel aliis argumentis veritatis. † Et quod diximus
de venditione, vt tanquam vſuraria reſcindi, & condem-
nari non poſſit, niſi conſtet auctum fuiſſe pretium ob dila-
tam ſolutionem, idem etiam in iudiciis obſeruandum eſt in
emptionibus & locationibus, quæ ob modicitatem pretij &
illius prærogationem vſurariæ cenſeri non debent, niſi con-
ſtet iniuſtitiam, & diminutionem pretij ob ipſam feſtina-
tam ſolutionẽ contigiſſe Neque enim in dubio emptor, vel
conductor præſumitur propter anticipationem vilius emiſ-
ſe, & conduxiſſe, vt notant Bero. *in d. c. in ciuitate. n.* 3. Gutierr.
in d. c. 39. *n.* 15. & Maſtrill. *in dec.* 106. *n.* 28. & 29. Cened. &
Barboſ. *loc. cit.* Quamobrem valde difficile eſt in foro dete-
gere fœnus, quod in emptionibus, & venditionibus exerce-
21 tur, & latet. † Quod tamen facilius deprehenditur in ven-
ditionibus, & emptionibus earum rerum, quæ numero, pon-
dere, & menſura conſiſtunt, ex quibus facile pecunia redigi
poteſt, & quarum valor certior, & facilius probari poteſt
tempore contractus, vt notat Gabriel. *in conſ.* 77. *n.* 4 *lib.* 1. &
Binsfeld. *in d. c. in ciuitate. q.* 3. *concl.* 2. *in fin.* Et præſertim cum
non mercatoribus venduntur, ſed pecunia indigentibus, &
mutuum rogantibus, & qui ære alieno, vel aliqua alia cala-
22 mitate ſtrangulantur. † Vt belli tempore ſæpè venduntur
ſupra iuſtum pretium frumentum, vinum, oleum, & aliæ
merces oppidis, & pagis pecunia indigentibus, & mox vilio-
ri pretio diſtracturis, vt rei pretio vtantur in vicem pecuniæ
creditæ. Huiuſmodi enim res facile emptorem inueniunt, &
in pecuniam conuertuntur, ſi vilius vt ſolet, deinde vendan-
tur. Vnde qui pecunia indigent, facile adigũtur ad hæc quo-
cumque pretio, & cuiuſcunque qualitatis ſint, comparanda,
vt illis cum iactura venditis rebus ſuis conſulere poſſint. Et
in hac ſpecie licet aliunde nõ probaretur auctum fuiſſe pre-
tium ex tempore tardæ ſolutionis exiſtimarem colorẽ quæ-
ſitum in fraudem vſurarum arg. *d. l.* 3. § *ſi autem* & *l.* 7. § *mu-*
tui. ff ad Maced. & proinde huiuſmodi rerum pretium corri-
gendum eſſe, & reduci debere ad iuſtum earum valorem, qui
erat tempore contractus, vt nominatim noſtra illa conſtitu-
tione cautum eſt in §. 3. Etenim quando quis amico num-
mos mutuos roganti rem tradit vendendam, vt re vendita
eius pretio vtatur, accepto pretio mutuum contractum in-
telligitur perinde ac ſi is cuius res erat, tantundem pecuniæ
numeraſſet *l.* 19. & ibi Cuiac. *de præſcript. verb.* & *l.* 11. *in princ.*
ff. de reb. credit. & *l. ſi pro mutua. C. eod.* quod hic fieri tacite vi-
detur, dantur enim illæ merces, vt deinde illis venditis em-
ptores pretio vtantur perinde ac ſi pecuniam ab iiſdem mer-
catoribus mutuam accepiſſent.

Ex quibus patet quam ſapienter in Luſitania conſtitutum 23
ſit, vt quiſquis merces ei vendiderit, fide de pretio habita,
quem conſtat illas non emere ad negotiandum, neque pro
vſu familiæ, ſed ad illas iterum mox vendendas pecunia
numerata, qua indiget, omni actione careat ad repeten-
dum pretium, & in exilium mittatur per duos menſes ad
loca Africæ, & præterea aureis quinquaginta multetur,
vt refert Salas *lib. de empt. & vend. dub.* 37. *n.* 5. Quæ fraus
ex qualitate perſonarum, & mercium facile deprehendi
poteſt.

Illud vero certum eſt contractum illicitum, & vſurarium 24
eſſe, ſi forte venditor, qui merces loco pecuniæ credidit,
vſuras ſtipulatus eſt, donec pretium ſoluatur, tametſi iuſta
fuerit earum æſtimatio, niſi creditoris interſit. Vſura enim
omnis interdicta eſt, & in omni contractu, vt alibi dixi:
tametſi etiam dici poſſit pretium mercium hic in mutuum
conuerſum eſſe. E proinde *l. ſi ex pretio.* & *l. ſi pro mutua. C. ſi*
cert. pet. quibus olim licuit his caſibus vſuras intra legiti-
mum modum ſtipulari, hodie hac in parte abrogatæ ſunt, vt
notat Bald. *in d. l. ſi pro mutua.* & Roderic. *de ann. redit. lib.* 3.
q. 11. *num.* 73.

Præſertim vero execrabile eſt illud commercij genus, 25
quod Hiſpani *Mohatras* vocant, Galli *vente, & reuente,* Itali
vero *Stocchi, è biſtocchi, è rompicolli, & ciauanze* vt ſcribit Sigiſ-
mund. *d. q. a. n.* 566. quæ potius furiarum & dæmonum nomi-
na eſſe ait Ioan. Bapt. Lup. *in d.* §. 5. *n.* 23. Quod genus valde
improbat Didac. Couarr. *d. c.* 3. *n.* 6. *in fin.* cuius verba, quia ex-
plicant, qua ratione hæc fraus exerceatur, ſubiicienda eſſe
duxi. *Illud profecto latrocinij genus maximè execrandum eſt, &*
iuſtis pœnis vindicandum, quo mercatores vtuntur, quippe qui pe-
cunia credita vendunt indigentibus, & aliquid egeſtate oppreſ-
ſis merces carius quam valeant, & per ſe, vel per alios ſtatim
iterum eas merces emunt ab eis quibus vendiderant viliori pretio
ob id, quod pecunia ſtatim numeratur. Quamobrem hoc com-
mercij genus merito improbarunt Iacob de Graffis *part.* 1.
lib. 2. *cap.* 115. *num.* 19. Ignat. Salxedo ad Diaz. *pract. crim.*
c. 91. *verſ. illud notandum.* Manent. *de contract. libell. q.* 2. *n.* 28.
Sigiſmund. *loc. cit.* Vgolin. *in d. c.* 39. §. 7. *n.* 1. Franciſc. Gri-
maud. *de vſur. & contract. pignerat. lib.* 3. *c.* 7. vbi huiuſmodi
mercatores vocat oppreſſores ſocietatis humanæ: & Ioann.
Bened. *de ſept. peccat. lib.* 3. *cap.* 9. vbi ait in his contractibus
fœneratorem duobus cultris ſcindere guttur homini paupe-
ri, & mutuum roganti, vel illum duobus laqueis ſtrangu-
lare, vno quo merces vendit carius quam deberet, altero
quo redimit iniuſto pretio. Denique hoc vſuræ genus à qui-
buſdam Piraticum & barbaricum dicitur, & nominatim ab
eodem D. Carolo Borromæo damnatum eſt in dicta Synod.
prouinc. *par.* 2. *in fin.* & edicto Cardin. Anton. de Granuela,
dum regno Neapol. præeſſet ann. 1577. quod eſt apud Ca-
rol. Tapiam. *iur. regn. lib.* 4. *tit.* 6.

Et eodem loco habendi ſunt, qui vice verſa emunt præ- 26
ſenti pecunia, & deinde ſtatim iiſdem reuendunt maiori pre-
tio data dilatione ad ſoluendum. Hoc enim caſu emptio,

quæ momento durat, fictitia, & imaginaria præſumitur, vt indicat *l.3. §.ſi ab ignoto. ff. de manum.* & tradunt Menoch. *de præſ. lib 3. cap.122. num.112.* & Manent. *d. lib. de contract. lib. quæſt.1. n.16. & 42.* & in ſpecie Vgolin. *in d.cap.39. §.1.* quia hic emptio, & venditio fingitur, & refingitur, vt creditor in fraudem canonum plus capiat quam numerauit.

27 † Quamobrem quoties id fit, tenebitur debitor id tantum ſoluere, & reddere quod à mercatore, vel ab interpoſita perſona accepit in pecunia numerata. Perinde enim eſt ac ſi mercator tantundem pecuniæ ei credidiſſet, vt notat Angel. *in verbo, vſura num.60.* Virgin. de Boccat. *loc.cit. n.189.* Garz. *de contract. cap.22. num.3.* Ludouic. Lopez. *in d.cap.34. verſ. item etiam.* Reginal. *lib.25. cap.17. num. 296.* Vgolin. *in d.cap.39. §.7. n.1.* & Thom. Mercat. *de contract. mercat. cap. vlt. num.1.* vbi hoc ſtocchi genus infernale vocat. Et nos iam ſæpius diximus obligationem re contrahi non poſſe, vltra quam reuera datum, & acceptum eſt *l. cum vltra C. de non num. pecun. & l. vlt. C. ſi pign. conuent.*

28 Et licet reciprocæ illæ eiuſdem rei venditiones, & emptiones interdum tolerari poſſint, cum ſcilicet ſine fraude celebrantur, & intra limites iuſti pretij conſiſtunt nullo interueniente pacto neque tacito, neque expreſſo, vt docent Leſſius *d. dub.16. num.170.* Tolet. *lib.5. cap.31. num.3.* & alij Theologi apud Salas *de empt. dub.37. num.2.* Iacob. de Graff. *d. lib.2. cap.109. num.4.* Gutierr. *d. quæſt.39. in fin.* puto tamen è republica eſſe huiuſmodi commercia prohiberi, vt Romæ conſtitutum eſſe refert Virgin. *loc. cit.* & in regno Caſtellæ Garzias *d. cap. 22.* vix enim eſt, vt auaritia hic ſeruet modum: & alienas miſerias nundinando non cogat inopes, vt egeſtate preſſos ad merces, & ſpecies deteriores, & corruptas capiendas ſummo pretio mox eidem, vel alteri viliori diſtracturos.

29 Sane ratione dubij euentus excuſantur, qui pannos vel alias merces, vinum, triticum, & alias ſpecies vendunt, vt amplius quam tunc valeant certo recipiant, ſi tamen tempore contractus non erant vendituri, vt definitum eſt in *c. vlt. de vſur.* & reſpondit Socin. iun. *in conſ.83. n.15. lib.2.* Crau. *in conſ.145. num. 23.* & docent Couarr. *loc.cit. num.6.* Roderic. *de ann. redit. lib.1. quæſt.12. num.45.* Salas *d. dub.41. num.2. & in tractat. de vſur. lib.2. cap.16. num.2.* vbi ait incertitudinem futuræ æſtimationis ſuſtinere contractum etiam in foro conſcientiæ. Quamobrem duo exiguntur, vt quis ſine fraude pluris merces vendere poſſit. Primum, vt incertū ſit probabiliter, an tempore ſolutionis merces, plus, vel minus valituræ ſint *d.c. in ciuitate. de vſur.* alterum eſt vt dominus eas venales non habeat, ſed ſeruaturus ſit vſque ad diem ſolutionis *d.c. nauiganti in fin.* quod in foro præſumitur ad excludendum debitum, vt inquit Crau. *loc. cit.* Et hæc duo concurrere debere tradunt Abbas, & alij omnes *in d.c. nauiganti.* Sot. *de iuſtit. & iur. lib.6. quæſt.4. art. vlt.* Lup. & Vgolin. *loc.cit.* & Binsfeld. *in d.c. in ciuitate. quæſt.3. concl.4.* vbi ait hanc eſſe communem ſententiam, & Caniſ. *cap.3. num. 4.* qui notat, quod deeſt in *d.c. in ciuitate*, ſuppleri per *d.c. vlt. de vſur.* vt etiam Petr. Arag. *ad D.Thom. quæſt.77. art.4. circa fin. verſ. ad primum.* Et huius rei hanc rationem adferunt, quia is qui non erat diſtracturus, ſed merces condidiſſet ad tempus, in quod dilata eſt ſolutio, earum dominium retinniſſet, ideoque illius lucro ceſſiſſet incrementum earum *l.7. ff. de peric. & comm. rei vend. & l.8. §.1. ff. de condict. furt.* Proinde ſuæ indemnitati conſulere poteſt habita tamen ratione periculi, & ſumptuum, vt iidem auctores adnotarunt, & Molin. *d. diſp. 355. n.5. & 6.*

30 Illud quoque inter auctores conuenit in emptionibus frugum, & mercium vſuram committi, quoties ob prorogatam pretij ſolutionem emuntur minus iuſto pretio, vt in ſynodo illa Mediol. ſub D.Carolo ſancitum *loc. cit.* & reſpondit Natta *in conſ.670.* Felician. *de cenſib. lib.1. cap.5. n.15.* Azor. *d. lib.8. cap.10. quæſt.1.* Lælius Zecch. *de vſur. cap.12. num 8.* & Rebell. *in d. quæſt.11. num.2.* & memini me dixiſſe *quæſt.7. num.27.* vbi alios idem ſentientes retuli. Neceſſe autem eſt, vt fœnus, & vſura hic intelligi poſſit, pecuniam prorogari, vt dixi. Nam ſi pretium tempore traditionis mercium numerati conuenit, quantumuis pretium iniuſtum ſit, nulla ratio mutui hic intelligi poteſt, & procul eſt omnis vſuræ ſuſpicio. Neque enim mutuum eſſe poteſt, niſi proficiſcatur pecunia *l.2. in fin. ff. ſi cert. pet.* & ita docet Bald. *in d. tit. de vſur. n.4.* Salic. *in d. authent. ad hæc, n.10.* Roderic. *loc.cit. n.42.* & Zecch. *loc.cit. n.9. verſ. alias ſi non abeſt.* † Idemque eſt, & ſi aliquid arrhæ nomine prorogatum eſt: id enim non fœnoris argumentum eſt, ſed contractæ venditionis *l. quod ſæpe. 35. de contr. empt.* Franciſc. de Cald. *lib. de empt. & vendit. cap.18. n.35.* idem Zecch. *loc. cit.* Non enim ſuſpicari poſſumus pro modica pecunia arrhæ nomine numerata venditorem vilius res ſuas diſtraxiſſe, & proinde hinc nulla ſuſpicio fœnoris deſcendit, vt ait Sot. *in d. quæſt.4. art.2.* niſi fortaſſe id quod prorogatum eſt, arrharum modum excederet, ita vt merito ſuſpicari poſſit feſtinatam huius pecuniæ ſolutionem adegiſſe venditorem, vt vilius venderet. 31

Porro iuuat hic recenſere factum Thaletis Mileſij, quod refert Ariſtot. *Polutic. lib.1. cap.7.* Marc. Tullius *lib.4. de diuin.* & Petr. Gregor. *in d. cap.16. num.3.* cui cum obiiceretur philoſophiæ ſtudium propter inopiam, proſpexiſſe illum per Aſtrologiam oliuarum vbertatem futuram: cumque coëgiſſet pauxillum pecuniæ hyeme adhuc vigente emptionem olei feciſſe in Mileto, & Chio pro paruo admodum pretio, vt pote nemine plus offerente, arrhaſque dediſſe. Cum itaque poſtea tempus veniſſet multis ſubito quærentibus védidiſſe oleum, quanti ipſe voluit, & magnum lucrum feciſſe: oſtendiſſe amicis perfacile eſſe Philoſophis ditari, ſi vellent. Quamuis Diogen. Laërt. in vita Thaletis ex Hieronymo Rhodio rem aliter narret, illum ſcilicet præcognita oliuarum vbertate códuxiſſe olearia leui pretio, & cum oleæ prouentus vberrimus ſucceſſiſſet, ex elocatione maximè ſuperlucratum fuiſſe. Quod etiam obſeruat Greg. *loc. cit.* & à nemine, quod animaduerterim factum Thaletis reprehenditur. 32

Illud quoque certum eſt venditiones, & emptiones mercium, vel fructuum præſentium præſenti, & numerata pecunia licet iniquo, & iniuſto pretio fiant, vſurarias non eſſe, quia cū dilatio hinc neque rei, neque pretij intercedat, nulla hic ratio mutui nec expreſſi, nec taciti deprehenditur, ideoque nec ratio fœnoris hic fingi, vel intelligi poteſt, vt recte tradunt Binsfeld *loc.cit.* Lup. *in d. §.5. n.13.* Leſſius *in d. cap.23. n.20.* & Vgolin. *cap.39. n.7.* & Cyriacus, qui hunc locum Vgolini refert *contrau.169. n.12.* idem Vgolin. *c.40. n.2. de vſur.* ſubiiciens idem eſſe, quamuis is, qui vilius vendit, in aliqua neceſſitate ſit conſtitutus. Proinde edictum illud Principis noſtri ad hoc genus non pertinet, non enim ementes, & vendentes coërcet, ſed fœnerantes pecuniam. 33

Præterea ſi probabiliter dubitatur fruges, vel merces plus vel minus traditionis tempore valituras, emptor ob anticipatam pretij ſolutionem non poteſt vſurarius reputari, tametſi fructus, vel merces deinde maiori pretio vendantur, vt ſtat ex *d.c. vlt. §.1. de vſur.* & tradunt Couarr. *loc. cit.* Roderic. *de ann. redit. lib.1. quæſt.12. n.45.* Ioann. Copus *in tract. de fructib. lib. 1. tit. 3. cap. 5.* & Petr. Gregor. *loc. cit.* cum enim hic vtriuſque contrahentis æqualis ſit conditio, quia lucrum, & damnum ex dubio euentu pendet, conſequens eſt contractum ab omni fraude, ac fœnore alienum eſſe. Dubius enim euentus plurimum prodeſt ad iuſtitiam contractus. 34

† Alioquin ſi probabiliter certum eſt pluris futuras merces vel fructus tempore traditionis, cum melior ſit conditio ementis, quam vendentis, contractus vt vſurarius, & illicitus improbatur, vt ſancitum eſt *in d.c. in ciuitate.* & iidem auctores fere tradunt, vt Natt. *in d. conſ. 670. n.6.* Copus *loc. cit.* & Petr. Greg. *in ſchol. d.c.4* Hier. Gabriel. *in conſ.77. n.4.* Gutierr. *de iur. confirm. par.1. c.2. n.6.* & Ludouic. Lopez *de contr. & negotiat. lib.1. c.38. concl.3.* vbi notat pretium hac in re ita conſtituendum eſſe, vt contrahentes æquali periculo lucri, vel damni ſe exponant: neque debere emptorem ita ſe in tuto collocare, vt venditorem certæ iacturæ periculo obiiciat. 35

Et cum difficile ſit in hoc genere iuſtitiam, & æqualitatem ſeruare, & vix ſit, vt non ex aliqua parte læſio, & captio contingat, vt obſeruat idem Lopez *loc. cit.* hanc Theologorum, & iuris Pontificij interpretum definitionem, qua huiuſmodi commercia probant propter æquale dubiū lucri, vel damni, imperfectam eſſe ſcribit Roderic. *in d. quæſt. 12. n.42. & 44.* quia inquit non ſatis eſt ad iuſtitiam contractus ceſſare inæqualitatem propter æquilibrium periculi, niſi etiam 36

etiam ceſſet alea, & occaſio magnæ captionis, & ſupergreſ-
37 ſionis ſuperuacuæ, & damnoſæ Reipublicæ. † Vnde edictis multorum Principum iam pridem prohibitum eſt, ne fructus futuri emerentur, vt Caroli Magni *lib.2. leg.longobard.* vt notat idem Petr. Gregor *Syntagm.iur.ciuil.lib.25.c.6.* & Moſner. *in ſuo tractat. tit.de empt. & vendit n.68.* refertque Ioan Cop. *in d.c.5.* Ludouicum XI. Galliarum Regem conſtituiſſe, ne quis frumenta in herbis emeret, idque ait non ſine ratione ſancitum fuiſſe. Primum, ne ſi frumenta quæ in herbis ſunt, emere liceret, hac ratione oneraretur annona, cariorque redderetur ab iis, qui frumẽta ſic empta ſupprimerent. Deinde ne nobiles profuſi, & inopes agricolæ contenti modico præſenti ſpem lætiſſimarum ſegetum amitterent, & ad miſeriam redigerentur cum frumentis in herba venditis nihil haberent, vnde ſe ſuoſque alerent. Poſtremo, vt calliditati fœneratorum obuiam iretur, qui modica pecunia data maximam frumenti quantitatem acciperent, atque ita improbum fœnus exercerent. Quibus addi poteſt, ne agrorum cura de-
38 ſeratur, videntibus colonis non ſibi ſed aliis agros colere † Idem in Hiſpania lege Regia ſancitum eſſe refert Roderic. *d quæſt.12 n.39 & 40.* vbi ait potiſſimum in fauorem ruſticorum, & agricolarum emanaſſe, qui de facili alliciebantur modica præſenti oblata pecunia ad vendendum frumentum futurum, & ideo neceſſarium Reipublicæ fuiſſe hanc ſordidam, & inconſultam negotiationem prohibere. Hoc etiam à Carolo V. Imp conſtitutum eſſe anno 1548. in comitiis Auguſtanis memorat Binsfeld *loc.cit.* à quo etiam tota Flandria prohibita eſt emptio, & venditio frumenti omnis generis præterquam vel in publico veniali foro, vel in domeſticam cuiuſque ciuis neceſſitatem, vt refert Renat. Choppin. *de priuil.ruſt.lib 2.c.5. n.1.* qui etiam tradit Leodienſi ſtatuto ab Erneſto Leodienſi Præſule, & Principe condito cautum eſſe, ne frumentarij, mercatores frumenta, & vina preueniant *en verd, & eſtants encores ſur les champs*, neuè impediant callide illa deferri in venale forum proxime cuiuſque ciuitatis.

39 Sane aduerſus frumentarios, qui fruges emunt, & recondunt, vt carius vendant plebi indigenti, & incolis extat decretum Iulij Papæ 14. *quæſt. 1. cap. 9.* his verbis: *Quicunque tempore meſſis, vel vindemiæ non neceſſitate, ſed propter cupiditatem comparant annonam vel vinum verbi gratia duobus denariis comparat modium vnum, & ſeruat vſque dum vendatur denariis quatuor, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.* Et in hanc rem multa habet Binsfeld. *in d.c.canitate, quæſt.1. concl. 9.* vbi illos lupos vocat, & à Republica, & templo eiiciendos eſſe ſcribit: Nonnulla etiam in Dardanarios congeſſimus in lib. de Iudice cap.10. quem nondum perfecimus. Sed nunc in eam rem ſubiiciam illud D. Ambroſij ex 3 offic.c.6. *Cur in fraudem conuertis induſtriam? cur affectas inopiam? Cur optare facis pauperibus ſterilitatem? fles publicam fertilitatem: exploras quãdo ſterilior prouentus. Hanc vocas induſtriam, quæ eſt calliditatis verſutia, fraudis aſtutia: & quod tu remedium vocas, eſt commentum nequitiæ. Latrocinium autem fœnus appellem, captẽtur tanquam latrocinij tempora, quibus in viſcera hominũ durus inſidiator obrepas. Quid imprecare mala omnibus? lucrum tuum damnum publicum eſt.*

40 Illud vero certum eſt, ad fœnoris tractatum non pertinere venditiones, & emptiones, in quibus venditor vitia rei tacuit. In his enim recurrendum eſt ad edictum ædilium, quibus curæ præcipuè eſt, ne emptores calliditate venditorum vel dicto circumueniantur *l. 1. ff. de ædil. edict.* & Marcus Tullius *de offic. lib.3.* vbi cum ex duodecim tabulis ſatis eſſet ea præſtari, quæ eſſent lingua nuncupata, à iuriſconſultis etiam reticentiæ pœnam eſſe conſtitutam, ſubiiciens poſt pauca hos ius ciuile à natura ductum eſſe, & ſecundum hanc ſententiam M. Catonem pronũtiaſſe, *emptori damnum præſtari oportere.* Quod etiam refert Mangil. *in li.de euict. q.1. in fin.* Ec multo minus vſurariæ dicẽdæ ſunt venditiones pretio currẽti factæ, quamuis venditor ſciat pretium earum proximè minuendum eſſe, & taceat. Hic enim nulla vſura eſt, & fingi po-
41 teſt, † tametſi an id liceat valde diſceptatũ ſit inter Diogenem Babylonium, & Antipatrũ eius diſcipulum apud eundem M. Tullium *loc.cit.* Antipatro videbatur omnia patefaciẽda, & ne quid omnino, quod venditor notit, emptor ignoret: Diogeni venditorem quatenus iure ciuili conſtitutum eſt dicere vitia oportere, cætera ſine inſidiis agere, & quoniam vendat, velle quam optimo vendere. Et M. Tullius quidem Antipatri ſententiam probat: ſed Theologi cum Diogene ſentiunt poſſe ſcilicet mercatorẽ id diſſimulare, & merces vendere ſuo pretio, vt eorum quidam docent apud Salas *d lib.de empt.dub.32. n.3.* & Maldet. *tr.5.c.2.dub.3.* & ex iuriſperitis Fulgoſ. *in l. quero, de act.empt.* Couar. *in reg.peccatum part.2 §.4 n.6.* Pinell. *ad l. 2.C.de reſc.vend par.3.c.2.n.14.* & Frider. Martin. *de iur.cenſ.c.6. n.115.* quia inquiunt priuata ſcientia venditoris communem æſtimationẽ non mutat: ſicut neque priuata ſcientia emptoris: alioqui emptor non poſſet pretio currenti emere, ſi ſciret pretium eſſe augendum, quod tamen falſum eſſe conſtat exẽplo Ioſeph Geneſ.41. qui ſciens futuram poſtea maximam caritatem omne frumentũ Ægypti communi pretio cõparauit, & quam plurimo vendidit: & exemplo etiã Thaletis Mileſij, quod paulo ante memorauimus. Notat tamen Maldet. *loc.cit.* ſubinde hoc eſſe præceptum charitatis, & interdum iuſtitiæ.

Præterea nihil fœnoris habent, permutationes præſentium 42
ſpecierum, & mercium, vt olei pro frumento vel vino, & lini, & canabis pro ferro, vel pellibus: idque verum eſt, etiamſi inæqualitas ſit in contractu, quia naturaliter licet cõtrahẽtibus ſe in pretio circumuenire, vt dixi *ex l.22.in fin.ff. locat. & l. in cauſa § idem Pompon.ff.de minor.* Harmen. *epit li 3. tit.3.* & permutatio vicina eſt emptioni, & vicẽ emptionis obtinet *l.vlt. ff.de rer.permut.l.vlt.C.eod.tit.* Molin *diſp.396.n 5.* quæ non reſcinditur ex eo quod res paulo maiore, vel minore pretio vendita ſit *l.8. & 15.C.de reſc.ven* niſi immodica ſit læſio, & vltra dimidium veræ æſtimationis, quo caſu, vt reſcinditur, & corrigitur venditio, *l.2.C.de reſc.vend.* Synopſ. Baſil. *li.19.tit.5.c.58.* quæ addit hoc & in liberis venditoris procedere: ita & permutatio, vt docent Cremenſ. *in d.l.2.n.21.* Arius Pinell *in prima par.c.3.n.13. & 14.* & Ioan. Azor. *part.3.li.7.tit.de permut.c.1.* quamuis ergo iniqua ſit permutatio, in qua vnus ex contrahentibus in damno eſt, vſura tamen nulla eſt, vel fingi poteſt, ſecundum ea quæ dicta ſunt.

Imò licet permutatio fiat merciũ præſentium cum iis, quæ 43
alio loco ſunt, vel nondum extant, vt ſunt fructus futuri, vel pendentes adhuc ſine dubio dicendum eſt contractum legitimum eſſe. Vt enim fructus, & partus futuri vendi & obligari poſſunt *l.8. & l.fiſtulas, §.frumenta ff. de contr.empt.l. & quæ nondum, ff.de pign.* ita & permutari, vt tradit Nauar. *in d. c.17. n. 283.* Boninſign. *de camb.c.6.n.9. &* Molin. *loc.cit.* vbi etiam recte notat permutationem iiſdem regulis regi, quibus emptio, & venditio, niſi aliud lege conſtitutum ſit.

Quamobrem vt toleratur venditio, quæ præſenti pecunia 44
fit, cum incertum eſt fructus vel merces plus, vel minus valituras tempore traditionis, ob æquale periculum, cui contrahentes ſe exponunt, *vt dixi n.34* ita prorſus ſi probabiliter incertum eſt merces vel fruges, quæ in vicem rei acceptæ permutatæ ſunt, & dari debẽt, plus vel minus valituras tempore traditionis, contractus fœnoris ſuſpicione vacat, & ſuſtinetur quia æqua eſt vtriuſque conditio, & docet Medin. *d. quæſt.vlt.* & Zaſius *in d.l.rogaſti, §.ſi tibi, n.7.ff.ſi cert.pet.* vbi recte monet in hoc genere aduertendũ eſſe, qua intentione hæc fiant, quis ſit curſus temporis, quæ conditio, quæ ſpes fructuum: & an veriſimile ſit, quod fructus reſtituendi minus valeant, quam cum mutuum datum eſt, vel an conſuetum ſit plus valere, &
ſemper increſcere. † Et conſequẽter ſi is, qui iam ex parte ſua 45
merces, vel fructus dedit, lucrũ capiat ex dilatione temporis, & ex tempore, vt ſi quis ruſtico indigenti hordeũ titulo permutationis in hyeme tradat, recepturus totidem modios tritici tempore meſſis, quo ſecundum probabilẽ anni coniecturã certum eſt triticum plus valiturum, quam hordeum tempore permutationis, vſura hic latet, videtur enim hordei pretiũ mutuo datũ, & id quod plus eſt in tritico recipi ob dilationẽ temporis, quod eſt vſurarium, *d.c.in ciuit. & c.conſul.de vſur.* Nau. & Zaſ. *loc.cit.* & Card. Tolet. *li 5.c.30.n 6.* vt in emptionibus, & venditionibus fructuũ pendentium receptũ eſt, eadem enim vtrobique ratio eſt probandi, vel improbãdi contractus.

Cæterùm quia feſtiuata hæc fructuum pendentium, & 46
futurorum ſiue emptio, ſiue permutatio plerunque aleam, vel captionem continet, & mare eſt, in quo multi animarum naufragium faciunt, optimum eſſet iſtius commercij genus prohibere, vt dixi *n.36.* & refert Molin. *in d.diſp.396.n.71* in Luſitania eſſe conſtitutum. Nempe, vt inquit, ad vitanda

malas

mala, quæ inde oriebantur, prohibitum fuiſſe permutare
triticum, vinum, oleum, vel quid aliud ad annonam ſpe-
ctans cum re alia in futurum tradenda, quam is, cum quo
permutatio fit non habeat ex ſuo, pœna amiſſionis impo-
47 ſita ei, qui dedit, neque huic legi renunciari poſſe. † Extat-
que ſeuerum quidem, ſed ſingulare, & ad hunc tractatum val-
de pertinens ſenatus Tholoſani arreſtum apud Mainardum
lib. 2. *cap.* 29. quo emptio lanarum per quemdam mercato-
rem facta ab eo, qui nec mercator erat, nec lanas habebat
reſciſſa eſt, & pretium adiudicatum pauperibus, & præterea
vetitum eſt negotiatoribus omnibus, ne lanas emerent niſi à
mercatoribus, vel ab iis, qui oues habent, & nutriunt ſub
pœna quatuor millium librarum & alia arbitraria. Quod
arreſtum ceſſare puto, ſi emptio bona fide facta eſt, & iuſto
pretio: & venditorem hoc caſu ſi deceperit emptorem, &
lanæ non tradantur, teneri ad id quod intereſt *l. 1. ff. de act.
empt. l.* 8. *& 9. de hered. & act. vend.* & ex Nauarr. *cap.* 17.
*n.*230. & fortaſſe in ſpecie dicti arreſti lanæ viliſſimo proro-
gato pretio venditæ fuerant, & magna emptoris iniquitas,
& calliditas cauſam dedit edicto.

48 His conſequenter dicendum eſt cambia vera, & realia li-
cita eſſe. Imo hoc permutationis genus, ſi fraus abſit, & ex
bona fide agitetur, non tantum licitum eſt ſed publice ne-
ceſſarium, tum ad permutandas pecunias, tum ad eas tranſ-
mittendas in alias regiones, in quarum traiectione pericula
ſubeunda ſunt, & ſumptus & labores ſuſtinendi: & proin-
de campſori licitum eſt lucrum aliquod arbitrio boni viri
recipere pro mercede officij, quod in alium contulit, & la-
borum, & ſumptuum, quos in redigenda, & tranſmittenda
pecunia ſuſtinet, vt dixi ex ſententia quorumdam *quæſt.* 1.
num. 33. & ſcribit Coraſ. *lib. epiſt. quæſt. cap.* 10. *in fin.* Car-
din. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 25. *tit.* 3. *num.* 14. *&*
15. Nauarr. *ad c. nauiganti, num.* 8. & Theologi ferè omnes
qui hanc quoque iuris partem attigêre. † Vt olim argenta-
riorum vſum neceſſarium fuiſſe teſtatur Papin. *in l.* 8. *ff. depoſ.*
quorum munus refert Cuiac. *ad eund.* ſubiiciens eorum fi-
dem maiorem olim fuiſſe, quam nunc ſit eorum, qui eos
hodie imitantur, id eſt eorum, qui nunc cambia exercent, de
quibus agendum eſt *q. ſeq.*

QVÆSTIO XXV.

De licitis, & illicitis cambiis.

SVMMARIA.

1. *Permutationis nomen omnes contractus continet.*
2. *Permutatio proprie eſt, in qua res pro rebus dantur, & commutantur.*
3. *Pecunia pro pecunia permutari poteſt.*
4. *Cambium literarum an apud veteres vſitatum.*
5. *Cambium ex neceſſitate commerciorum, & regnorum inuentum.*
6. *Nundinæ cambiorum cur inſtituta.*
7. *Cambium pecuniarum à mutuo ſecernitur.*
8. *Pecunia res, & corpus quoddam.*
   Pecunia vendi, & permutari poteſt.
9. *Pecunia mercibus æſtimari non poteſt.*
10. *Cambium minutum differt à mutuo.*
11. *Trapezitæ ab argenti diſtractoribus differunt.*
12. *Campſores iuſtè mercedem recipiunt, & quo titulo.*
13. *In cambio minuto pecunia diuerſi generis exiguntur.*
14. *Collybus quid ex Budæo.*
15. *In cambio minuto quomodo iniuſtitia committatur.*
16. *Pecunia præſens cum abſente poteſt permutari.*
17. *Cambium quomodo fœnus recipere poteſt.*
18. *Cambium locale, & per literas an diſtinguatur à mutuo.*
19. *Pecunia non minus quam alia res permutari poſſunt.*
20. *Mutuum natura ſua aliquod temporis ſpatium exigit, vt reddatur.*
21. *In cambio locali tacite ineſt tempus, quo ad locum poſſit perueniri.*
22. *Mutuum eſt, etiamſi eadem die pecunia reddi debeat.*
23. *In cambio eadem pecunia reddi poteſt.*
24. *Cambium vt mutuum datione vnius pecuniæ perficitur.*
25. *Contractus perficitur, dum contrahitur, non autem cum impletur.*
26. *Cambij contractus perfectus eſt, cum campſor accipit, aut dat pecuniam cambio.*
27. *In cambio quantum fieri poteſt, res ſimiles eſſe debent.*
28. *Cambium iuſtum eſt, quod eodem genere nummorum diſſoluitur.*
29. *In cambio interdum ſors principalis minuitur.*
30. *In cambio locali pecunia eiuſdem qualitatis reddi poteſt, vt in mutuo.*
31. *In mutuo rei dominium primario conceditur.*
32. *De ſubſtantia mutui eſt, vt dominium transferatur.*
33. *Sigiſmundus Scaccia fatetur differentias inter cambium locale, & mutuum coloratas tantum eſſe.*
34. *Ad cambium locale, & per literas pertinet tit.* cod quod cert. loc.
35. *Cambium literarum antiquis notum, & vſitatum.*
36. *In cambio quando mutuum contractum intelligatur.*
37. *Campſor dum prius dat, vel accipit pecuniam, mutuum non contrahitur.*
   Pecunia mercis rationem habere poteſt.
38. *Campſor ſui laboris, & officij mercedem iuſte exigit.*
39. *Campſor ſi plus exigat, quam ſit eius officium, non admittit fœnus, ſed iniuſtitiam.*
40. *Cambia ſicca in quibus nulla fit tranſmiſſio pecuniarum, ſunt vſuraria.*
41. *Et huius rei ratio.*
42. *Cambia ſicca ſterilia ſunt, & nihil à mutuo differunt.*
43. *Conſtitutio D. Pij V. de cambiis.*
44. *Commoda, quæ ex cambiis realibus perueniunt.*
45. *Cambia, in quibus ratione maioris temporis maius lucrum percipitur, ſunt illicita.*
46. *Campſorum ob longius tempus plus capientium excuſationes quædam.*
47. *Quæ tamen parum tuta quibuſdam videntur.*
48. *Pius V. damnat cambia, in quibus pro ratione temporis lucrum capitur.*
49. *Nauarri ſententia campſoribus contraria.*
50. *Arbitrio iudicis in foro externo committitur, an fraus temporis cambiis inſit.*
51. *In cambiis de certa lucri quantitate paciſci eſt illicitum.*
52. *Pactum de eo quod intereſt præſtando ſi pecunia ad diem ſuo loco non ſoluitur, non eſt prohibitum.*
53. *Actionibus in arbitrariis habetur ratio eius quod intereſt.*
54. *Pactum, ne lucrum cambiorum certam quantitatem excedere poſſit, non eſt illicitum.*
55. *Cambia niſi pro primis nundinis contrahi non debent.*
56. *Cambia etiam pro ſecundis nundinis fieri poſſunt, dummodo nihil amplius exigatur.*
57. *Pacta, ex quibus melior fit debitoris conditio, in cambiis non ſunt prohibita.*
58. *Fernandi Rebelli ſententia.*
59. *Quæ non placet.*
60. *Cambia ad ſecundas nundinas recte contrahuntur, cum proxime imminent.*
61. *Stipulatio ex re ipſa interdum capit dilationem.*
62. *Termini ad ſoluenda cambia longiores ſtatui non debent, quam poſtulat loci diſtantia.*
63. *Lucrum in cambiis ex diſtantia locorum metiri debet.*
64. *Cambia ſicca conſtitutione Pij V. damnata, & quibus modis agitentur.*
65. *Cambia per alios licite exercentur.*
   Argentarij olim pecunias alienas fœnori dabant.
66. *Campſor alienas pecunias exercens non tenetur, ſi debitor erat idoneus.*
67. *Niſi illi imputetur, quod non exegerit.*
68. *Campſor poteſt ſuo periculo alienas pecunias agitare pro certo pretio.*
69. *Cambium eſt ſiccum, cum nullis datis literis pecunia lucro redditur, vbi numerata eſt.*

70. *Niſi*

70. *Niſi tantundem campſoris interſit.*
71. *In mutuo licet creditori ſe indemnem ſeruare.*
72. *Cambium ſiccum eſt, in quo litera quidem dantur, ſed non mittuntur.*
73. *Cambium ſiccum eſt, cùm litera mittuntur ea mente, vt inanes redeant.*
74. *In Luſitania ſub pœna amiſſionis pecuniæ prohibitum eſt, literas cambij mittere ea mente, vt inanes redeant.*
75. *Mercati Theologi aduerſus ſicca cambia grauis ſententia.*
76. *Campſor cui pecunia ſuo loco non ſoluitur, poteſt alibi repetere.*
77. *Nimirum actione arbitraria ad id quod intereſt.*
78. *Qua etiam datur debitori, ſi eius intereſt alio loco ſoluere.*

ACTVRIS breuiter de arte nummaria & nummorum permutationibus, illud in primis præ-
1 mittendum eſt duplicem eſſe permutationis acceptionem, generalem vnam, aliam ſpecialem. † Generalis omnes conuentiones continet, in quibus aliquid vtrinque datur, & accipitur, & proinde ad contractus nominatos, & innominatos pertinet. Nam & emptio permutatio quædam eſt, ſcilicet pecuniæ cum re, quæ emitur *l. 5. §. 1. ff. de præſcr. verb.* & apud auctores ea, quæ emuntur, pecuniæ mutari, & permutari dicuntur, vt apud Colum. *lib. 8. cap. 5.* Plin. *lib. 19. cap. 1.* Va-
2 ler. Max. *lib. 7. cap. 6.* & alios. † Sed propria, & ſpecialis permutatio ad eos contractus pertinet, in quibus res pro rebus dantur, domus pro agro, vinum pro tritico, *d. l. 5. de præſcr. verb. l. 1. ſi cert. pet. & l. 1. in princ ff. de contr. empt.* qui primus, & omnium vetuſtiſſimus contractus eſt, vt refert Ariſt. *lib. 1. Politic. cap. 6.* & Paulus *in d. l. 1. §. 1. de contr. empt.* vbi extant Homeri carmina, quibus teſtatur exercitum Græcorum in Troiana expeditione ære, ferro, bobus, & pellibus boum vinum permutaſſe: vnde Euſtathius Homeri interpres ait (*apud maiores omne mercimonium in permutatione conſtabat.*) Quod etiam notat Cuiac. *ad d. l. 1. de contrah.*
3 *empt.* † Et non tantum cum res datur, vt res accipiatur, permutatio eſt, ſed placuit quoque pecuniam pro pecunia permutari poſſe, tametſi Paulus *in d. l. 5.* vbi omnem tractatum, *ob rem dari*, aggreſſus eſt, nullam huius nummariæ permutationis mentionem fecerit, niſi dicamus illam ſub genere *do vt des* contineri. Vt etiam alij Iuriſconſulti non meminere, licet illud cambij genus, quod minutum vocant, antiquis in vſu fuiſſe compertum ſit. Hæc enim erat pars muneris eorum, qui argentariam facerent, vt tradit idem Cuiac. *obſer. lib. 10. cap. 14. in l. 9. §. 2. ff. de eden. & in l. 8. ff. depoſ. ad Papin.* vt etiam indicat vox illa *collybus*, quæ antiquiſſima eſt, & extat apud Ciceronem *act. 4. in Verr.* & apud Suetonium *in Auguſto*, vt obſeruat Budæus *in adnotat. ad l. vlt. ff. de pign. act.* & eſt id quod pro permutatione, &
4 numeratione pecuniæ menſariis dabatur. † Sed illius cambij, in quo nummi præſentes pro abſentibus commutantur, nullum in iure noſtro, nec apud alios veteres certum veſtigium eſt. Nam licet pecuniæ traiectitiæ, & fœnoris nautici mentionem fecerint locis plurimis, hoc tamen genus ad mutuum, & fœnus retulerunt, quia cum vſuras intra quoſdam fines licitas eſſe putarent, nihil ſolliciti fuerunt aliud contractus genus comminiſci, ex quo, & fœnoris odia declinarent, & non minus pecuniæ traiicerentur, & neceſſitatibus commerciorum ſubueniretur. Itaque pecuniam gratuitam, vel ſub fœnore terreſtri, aut nautico veteres credebant interdum ea lege, vt certo loco ſolueretur, vt conſtat ex multis iuris locis, & præſertim ex *l. 8. & l. vlt. ff. de eo quod cert. loc. l. cum dicas, C. de naut. fœn. l. 9. C. ſi cert. pet. l.*
5 *qui Romæ, 122. de verb. oblig.* † Sed quia progreſſu temporis obſeruatum eſt fœnus illicitum, & nefarium eſſe, & nihilominus neceſſitas negotiatorum imo Regum, & Principum exigeret pecunias in diuerſas regiones traiici, & tranſmitti, quod re vera valde incommodum erat, & multis periculis obnoxium, inuenta eſt cambiendi ratio, qua pecuniæ traiicerentur certo, & honeſto lucro ei conſtituto qui alteri hanc operam præſtaret, vt tradit Salas in *lib. de*
6 *camb. dub. 8. num. 1.* † Et quod magis eſt, quædam veluti nundinæ inſtitutæ ſunt, & emporia cambiorum, in quibus nummi non ſecus, ac aliæ merces pro cuiuſque indigentia poſſent comparari, vt notat Ioann. Bapt. Scottia *in ſelect. Pontific. conſtit. epiſt. 107. Theorem. 182.* Itaque Italis, & aliis Europæ hominibus perſuaſum eſt illæsâ conſcientiâ fas eſſe ſub cambiis nummos agitare: & vt olim ex fœnore, & pecuniæ fœneratione argentarij, & alij, quibus ſupererat nummus, lucrum faciebant, ita nunc ex cambiis quæſtum facere, & locupletari. † Nam licet difficile ſit fœnus 7
ab eo cambio ſecernere, in quo pecunia, quæ vno loco numeratur, alio loco ſolui debet, cùm in vtroque vtrinque ſit pecunia, & nummus pariat nummum, nihilominus potuit excogitari ratio, qua iſthæc adeo ſimilia, & proxima ſeparentur. Quamuis enim nummus inſtitutus ſit, vt rerum venalium pretium eſſet, vel vt ait Paulus *in l. 1. de contr. empt. vt eius publica, & perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubueniret*, quod didicit ex Ariſtot.
Pol. lib. 1. cap. 6. † Tamen quia pecunia res quædam eſt, & 8
corpus quoddam *l. 1. §. quædam, ff. de diuiſ. rer. l. 47. §. 1. de leg. 1. l. ſi vt certos, eod.* neque qualitatem hanc amittit, quod forma publica percuſſa ſit: interdum quaſi res, & corpus accipitur non quaſi pretium, & menſura aliarum rerum, vt in *l. ſi certos, de verb. oblig. l. 3. vlt. ff. commod. l. numiſmatum, de vſufruct. d. l. ſi vt certos, de leg. 1.* & docet Cuiac. in *l. 2. §. mutui datio, ff. ſi cert. pet.* & proinde inſtar aliarum rerum commodari, vendi, & permutari poteſt, vt indicat *l. 9. §. 2. ff. de falſ.* & tradit Didac. Couarr. *de veter. numiſmat. collat. cap. 7. num. 3.* Briſſon. *ſelectar. ex iure ciuil. antiquit. lib. 1. c. 8.* Regin. *lib. 25. tract. 5. num. 440.* Azor. *part. 3. lib. 10. c. 1.* & alij paſſim notant. Neque enim obtinere nunc videtur *l. 1. C. Theod. ſi quis pecun. conflan.* qua cautum erat, ne pecuniæ venderentur hoc addito, *quia in vſu publico conſtitutas pretium*
oportet eſſe non mercem. † Et licet pecunia mercibus æſtimari 9
non poſſit, nec debeat, vt ait *l. ſi ita 42. de fideiuſſ.* & Harmenop. *lib. 3. tit. 6. in fin.* placuit tamen pecuniam pecunia æſtimari poſſe. Et hac ratione accepta pecunia campſorum ars, quæ in vendendis, & permutandis pecuniis occupatur, licita eſt, & digna præmio, tametſi honeſta parum quibuſdam videatur, vt indicat *l. 12. C. de cohort. Princip.* & obſeruat. Sigon. *de antiq. Iur. Roman. lib. 2. cap. 11.* Niſi hic etiam auaritia ſuis artibus vtatur, & ſub nomine cambij in medio foro latrocinetur, vt grauiter conqueritur Alciat. *in l. vſura in fin. de verb. ſignif.* & Sarmient. *ſelect. interp. lib. 7. cap. 2. n. 8.* vbi ita fertur, vt dicat campſores omnes vſurarios eſſe, & artem hanc ſine vſuris non conſiſtere, quod tamen, nimis ſeuere dictum puto.

Et ſane cambium quod minutum eſt, & manuenſe vo- 10
cant, cum ſit Græca fide, id eſt numerata, & recepta vtrinque eodem tempore, & ſine dilatione diuerſi generis pecunia *ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα*, Itali *man per mano* dicunt, & iuxta illud Varronis *da, & ſume*, à fœnoris, & mutui ratione remotiſſimum eſt. Nam cum hic nullum temporis ſpatium intercedat, mutuum intelligi non poteſt, quod datur ad vſum temporis neceſſarij, vt obſeruat Sigiſmund. Scacc. *de commerc. §. 1. quæſt. 5. num. 22.* & Salas *dub. 8. num. 2.* ſed vera permutatio eſt, & contractus *do, vt des*, vel emptio, & venditio, vt quibuſdam placet. Nam nummi etiam vendi poſſunt *l. 1. C. Theod. ſi quis ſolid. circul. exter. & d. l. 1. ſi quis pecun. conſl.* vnde argentarij argenti diſtractores dicuntur in *l. vlt. C. de pign. act. & l. 2. in fin. C. de conſtit. pecun.* & argenti venditores *in d. l. 12. C. de cohort. princ.* quod videlicet argentum, quo nomine cuiuſque materiæ nummus ſignificatur, vendant, & permutent, vt videtur Cuiacio *in obſeru. lib. 10.*
c. 14. & in l. ſi vnus, 27. ff. de pact. † Tametſi magis putem 11
hæc iura de iis accipienda eſſe, qui argentum factum vel infectum vendunt, vt lances, pelues, & his ſimilia, & aurifices dicuntur, qui ex auro, & argento quid faciunt, & vendunt *l. ſcribit, ff. de aur. & arg. leg. 2. C. Theod. de excuſat. artific.* & apud Iulium Firmic. *lib. 3.* Nam *in d. l. 12. C. de cohort. princ.* trapezitæ ab argenti venditoribus ſeparantur, vt oſtendunt verba illa: *trapezitas, vel gemmarum, argentique veſtiumve venditores*, & nomine argenti pecunia ſignata propriè non continetur *l. cum aurum in princip. ff. de aur. & argent. leg.*

Sed ſiue hæc emptio ſit, ſiue permutatio, nummularij, & 12
menſarij,

Digitized by Google

menſarij, qui hoc cambij genus in aliorum gratiam exercent, aliquid mercedis oomine iuſtè poſſunt accipere ſiue publica auctoritate, ſiue propria, & priuata conſtituti ſint, ſi nulla lege prohibentur, ſunt enim vtiles in magnis ciuitatibus *d l.8. ff. depoſ.* vt de proaenetis ait Vlpiao. *in l.3. ff. de proxen.* nimirum ratione operæ quam publicè aliis, & in aliorum commodum præſtant, & propter ſumptus & labores, quos in redigeoda, & ſpectanda, & numeranda pecunia ſuſtinent, vt traduot Nauarr. *in comment. de camb. n.* 19. vbi ait hoc cambium omnium iuſtiſſimum eſſe, Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuen. lib.* 25. *titul.* 3. *num.* 14. Molin. *diſp.* 399. *num.* 1. *& ſeqq.* Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 23. *dub.* 2. *num.* 8. Reginald. *lib.* 25. *quaſt.* 8. *num.* 445. & tractat Salas *d. lib. de camb. dub.* 3. *num.* 2. qui titulos ſingulos proſequitur, quibus Collybiſtæ quid lucri ex permutatione facere poſſunt ſiue monetam magnam pro parua & auream pro eroſa, & argentea, ſiue minutam pro magna, argenteam pro auréa permutent. Nam vtrumque fit in gratiam eius, qui permutationem petit, & argentarium rogat, & ad vtrumque ſuſcipitur officium, & geritur, inſtituitur taberna, & varia pecunia redigitur, & ſeruatur, & nulli alteri negotiationi eaponitur, nec perſona alteri officio, & opificio vtili vacat, vt eapenduot relati auctores, & Iacob. de Graff. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 110. *num.* 12. Ludouic. Lup. *de contract. & negot. lib.* 3. *cap.* 2. *concl.* 1. Didac. Couarr. *de veterib. numiſm. collat. cap.* 7. *num.* 4.

13 Cætetùm oeceſſe eſt io hoc genere cambij, vt collybus deduci poſſit, pecunias diuerſæ aliquatenus rationis interuenire, vt docet Salas *dub.* 2. *num.* 2. alioqui nihil hoc nomine exigi poteſt, niſi fortè pro ſpectatione, & numeratione pecuniæ. Quid enim officij præſtat nummularius ſi vnam & eandem, & eiuſdem formæ, & bonitatis pecuniam accipiat, & reddat, vt ſi pro Hiſpanis Hiſpanicos nummos præſtet: Sanè inanis, & inutilis eſt hæc permutatio, & qui id agunt, nugari videntur, nemóque ita fatous eſt, & otio abundans, vt argentarium accedat eiuſdem qualitatis oummos recepturus: vel aliud cambij genus eſt, vt notat Molin.
14 *in d. diſp.* 358. *num.* 4. † Quo nomine M. Tullius *d. act.* 4. Verrem grauiter laceſſit, quod ex omni pecunia deductiones in Sicilia feciſſet pro ſpectatione, & collybo, cùm tamen Siculi voo genere nummorum vterentur, cuius rei meminit Budæus *in adnot. ad d. l. vlt. ff. de pignor. act.* vbi congruenter huic rei, quid collybus ſit, eaplicat his verbis: *Collybus eſt id detrimentum pecuniæ, quod in ratiocinis emptionem auri appellant, & vulgo cambium dicitur, cum pecunia ad exteras nationes exportanda eſt, & apud nummularios aliis nummis commutanda. Vt ſi argentea moneta aurea mutetur, aut genera quadam pecuniæ abrogata, & antiquata, aut quouis modo repudiabilia in vna prouincia, alio quo genere permutanda ſint rato reciproque, & promulgato in ea prouincia. Id enim quod ex ſumma apud nummularium decidit, & veluti deperit, collybus verbo Græco appellatur.*

15 Sed licet in hoc genere, cum ſcilicet præſente vtrinque pecunia res agitur, fœnus interueoire non poſſit, quia fœnus exigit dilatiooem temporis, ſeu vſum debitæ quantitatis ad aliquod tempus, iniuſtitia tamen committi poteſt, vt ſi menſarius plus capiat, quàm ſit illud officium, quod alteri præſtat iudicio prudentum, vt docent Medin. *de reb. per vſur. acquiſ. quaſt.* 9. Nauarr. *loc. cit. n.* 20. Salas *dub.* 3. *n.* 2. Cardin. Mantic. *d. tit.* 3. *num.* 14. *verſ. nam multis modis.* Sigiſm. Scacia *in d. quaſt.* 5. *n.* 22. & Philipp. Faber *quaſt.* 2. *diſp.* 47. *num.* 271.

16 Præterea licet hoc cambij geous præſenti, & numerata vtrinque pecunia plerunque agitetur, nihil tamen vetat præſentem auream monetam pro abſenti alterius generis in eodem loco commutare. Nam & res præſentes pro abſentibus, & quæ nondum eaiſtunt, permutari poſſunt, vt aduerſus Syluestrum & Sotum rectè docent Nauarr. *loc. cit. n.* 14. Garx. *cap.* 20. *num.* 8. Molin. *diſp.* 396. *num.* 5. & Pyrrh. Sicul. *in ſuo ſpecul. confeſſ. diſp.* 19. *quaſt.* 21. *num.* 2. & docuerat Caietan. *in tract. de camb. cap.* 6. & probari poteſt ea *l.* 2. *ff. de rer. permut. & l.* 2. *Cod. eod.* vbi dicitur permutatio eſſe ſimilis emptioni: cooſtat autem res futuras, & nondum natas, veluti fructus rectiſſimè vendi poſſe *lib.* 8. *l.* 34. *§.* 2. *l.* 78. *§. fructa, ff. de contrah. emptionib.* vt etiam pignori dari *l.* 15. *ff. de pignor.*

Illud ſanè intereſt, vt ſi nulla fide habita res tranſigatur commercium ab omni vſuræ ſuſpicione ſit alienom, tametſi iniuſtum eſſe poſſit, vt proaimè dictum eſt. Sin verò pecunia ex aliqua parte prærogatur, non iniuſta tantum, ſed & fœnus hic irrepere poteſt, ſi fortè ex eo quod pecunia prærogata eſt, is, qui dedit, lucrum aucopatur, & capit. Hoc enim in cambiis ſemper attendendum eſt, num ratione temporis, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis aliquid vltra ſortem accipiatur, quia quicquid ratione ſolius temporis accipitur, lucrum vſurarium eſt, & illicitum, vt rectè notant Molin. *in d. diſp.* 358. *num.* 4. & quidam apud Scacciam *§.* 9. *num.* 7. Tolerus & alij Theologi apud Scortiam *d. Theorem.* 284. & P. Faber *loc. cit. n.* 170. & nouiſſimè Emin. P. de Lugo *diſp.* 28. *n.* 7. 17

Sed cùm de cambio agitur, quod per literas, ſeu locale, & ad nundinas vocant, in quo non illud principaliter intenditur, vt pecunia vnius generis cum alia alterius generis commutetur, veluti argentea pro aurea, ſed vt quod voo loco accipitur, alio loco reſtituatur, difficile eſt illud à mutuo ſecernere, quod tamen ad Iuriſconſulti officium valde pertinet ex Vlpiano *in lib.* 1. *ff. de inſt. & iur.* Nam hic neceſſe eſt vnum ex contrahentibus alterius fidem ſequi pro re, quæ functionem recipit, ideoque hic creditam pecuniam fieri *l.* 1. *&* 2. *§. mutui datio, ff. de reb. cred.* Et rationes Theologorum, quæ ſunt apud Salas *dub.* 1. *num.* 3. & Scortiam *Theorem.* 283. non ſatis hæc ſeparant. 18

Prima eſt, materia cambij eſt ſola pecunia, mutuum verò etiam in aliis rebus conſiſtit, quæ vſu conſumuntur, vt triticum, vinum: ſed hæc ratio parum mouet, quia non tantum pecunis, ſed & res aliæ permutari poſſunt, vt pro tritico vinum *d. l.* 2. *de reb. cred. l.* 1. *ff. de rer. permut.* nam & vendi poſſunt, vt ait Salas *loc. cit.* quod ſi dicant cambium pecuniarium in ſola pecunia conſiſtere, dicam etiam mutuum pecuniarium in ſola pecunia fieri poſſe, ideoque hac in re huiuſmodi cambium nihil à mutuo differre. 19

Secunda ratio eſt, quia mutuum natura ſua poſtulat interuallum temporis inter dationem, & reſtitutionem rei creditæ. Mutuum enim damus indigenti, & roganti ad vſum temporis neceſſarij, vt ea Nonio Marcello, & Cuiacio dixi, & indicat Paulus *in d. l.* 2. dum ait: *mutuum damus recepturi non eandem ſpeciem, ſed genus*, quod ſpatium temporis poſtulat, vt de re commodata dicimus cuius vſum is, qui commodauit intempeſtiue auferre non poteſt, vt ait idem Paulus *in l.* 17. *§.* 3. *ff. commod.* At cambium non deſiderat tempus niſi per accidens, vt cum permutatur pecunia præſens cum abſente. Sed reſponderi poteſt cambium locale, & ad nundinas, de quo agitur, non per accidens, ſed ea natura ſua, & neceſſario dilationem poſtulare. † Illi enim tacitè ioeſt tempus, in quo ad locum perueniri poſſit, & nundinæ agitentur *l.* 2. *§. qui ita, ff. de eo quod cert. loc. l.* 73. *&* 137. *§.* 2. *de verb. obligat.* Et proinde non minus interuallum exigit quam mutuum, quod certo loco ſolui debet. Deinde, vt in mutuo neceſſe eſt creditorem alienam fidem ſequi *d. l.* 1. *de reb. cred.* ita & in cambio locali & per literas neceſſe eſt. Denique vt ſi fieri poſſet, vt pecuniam quam dedi, Genuæ, reciperem Lugduni eodem met die, oon deſineret eſſe verum cambium, ita ſi fieri poſſet, vt pecunia quam Romæ credidi & Lugduoi mihi dari ſtipulatus ſum eodem die mihi ſolueretur, non deſineret verum mutuum eſſe, ſiquidem mutuo dans, & rem creditam ſibi dari ſtipulatus certo loco tantuodem temporis ad ſoluendum conceſſiſſe videtur, quo ad eum locum perueniri poſſit, & proinde nulla differentiæ ratio hic deprehendi poteſt. † Et ſubiiciam hic quod ait Cuiac. *in d. l.* 2. *§.* mutui datio, *non eſſe quidem mutuum, ſi id agatur, vt quod datur extemplo reddatur: ſed res ridicula eſt: verum mutuum eſſe, ſi id agatur, vt vel eodem die reddatur.* Plautus io Pſeudo inquit, *Inuentis opus eſt argenti minis, quas hodie reddam.* At non minus res ridicula eſt, ita cambium per literas, vel ad nundinas cootrahere, vt ſtatim pecunia reddatur. 20 21 22

Tertio inquiunt. In mutuo poteſt reſtitui eadem numero pecunia, veluti ſi debitor ea non ſit vſus: in cambio ſaltem 23

numero

numero diuerſa eſſe debet,ſed quid vetat in hoc genere cambij eamdem pecuniam reddere, & ex iiſdem nummis cambium diſſoluere,ſi forte is,qui prior recipit pecuniam ea non ſit vſus, & eam tranſtulit in locum,in quem ſoluere promiſit? certe nulla ratio eſt quæ id vetet, quia nummi illius ſunt. Niſi proponatur aliud inter contrahentes actum eſſe, vt ſcilicet in alio monetæ genere ſolutio fiat, quod & in mutuo receptum eſt *l.99.ff.de ſolut.* niſi captio adſit in fraudem debitoris, quæ non minus à cambio abeſſe debet, vt proinde nullum eſt ex hac parte diſcrimen.

Quarto mutuum datione vnius pecuniæ perficitur, cam-
24 bium verò non perficitur, ſed inchoatur vſque ad traditionem alterius pecuniæ. At nihil hinc etiam diſcriminis intelligi poteſt. Nam,& cambium non minus ex datione vnius pecuniæ perficitur, quia accepta pecunia debitor efficaciter obligatur ad illius reſtitutionem eo loco quo dari conuenit: quod dum fit, contractus cambij non dicitur perfici, ſed diſſolui. Et vt cum mutuum accipimus, ſi retro pecuniæ tandundem ſoluimus, mutuum diſſoluitur *l.prout. 80. ff. de ſolut.* eodem modo cambium diſſolui dicendum eſt. Dicam apertius. † Contractus tunc perfici intelligitur cum contrahitur:
25 veluti emptio, ſtatim ac inter contrahentes de re, & pretio conuenit, nec pretij ſolutio, aut rei traditio neceſſaria eſt, vt perfecta intelligatur, ſiquidem conſenſu perficitur *Inſtitut. de obligat. ex conſen. lib.1. in fin. l. 8. in princip. ff. de contrah. emptionib. l. 8. ff de peric. & comm. rei vend.* quando vero res traditur, & ſoluitur pretium, tunc contractus non dicitur perfici, ſed adimpleri *l. 4. Cod. de act. empt.* & notat Molin. *diſp. 355. in fin.* † Pari ratione cambij contractus perfectus
26 eſt,cum celebratur,& campſor numerat,vel accipit pecuniam certo loco, vel in nundinis reſtituendam, vnde ex eo datur actio aduerſus promiſſorem *l.1.& l.in bonæ fidei. ff. de eo quod cert. loc.* cum vero is qui pecuniam ſoluere promiſit, eam ſoluit, non perficitur contractus, ſed impletur, & reſtitutione pecuniæ diſſoluitur, & extinguitur cambium & promiſſor liberatur. Idemque omnino fit in mutuo. Nam mutuum numerata, & recepta pecunia contrahitur *l. 52. de oblig. & act. Inſtit. quib. mod. re contra. oblig.* Hatmen. *lib. 3. tit. 5. in princip.* & ex eo datur condictio, vt tantundem reſtituatur, quod dum fit, debitor implet fidem, & obligatione liberatur. *Inſtit. quib. mod. toll. oblig. l.107. ff. de ſolut.* quamobrem vt ouum ouo ſimile eſt, ita hac in re mutuum, & cambium literarum conueniunt.

Quinto ait Scortia *d. Theorem.* 284. In cambio ſua natura
27 res quantum fieri poteſt debent eſſe diuerſæ: in mutuo vero, quantū fieri poteſt debent eſſe eadem.Sed reſpondeo in vtroque quantum res patitur,idem genus reddi debere.Nam cum vtrumque negotium ad iuſtitiam commutatiuam pertineat, idem ſaltem in genere reddendum eſt, vt æqualitas quantum fieri poteſt inter contrahentes ſeruetur. Quod verò dicitur cambium res exigere diuerſi generis, hoc ad cambium minutum pertinet, non autem ad locale, de quo agimus, in quo idem genus reſtitui debet, niſi aliud conuentum ſit. † Imò, vt iuſtum, & legitimum mutuum eſt, in quo
28 id agitur, vt eiuſdem generis, & eadem bonitate ſoluatur, qua datum ſit, cum etiam id actum intelligatur *lib. 3. ff. de reb.cred.Inſtit.quib.mod.re contr.oblig.*ita iuſtiſſimum erit cambium, ex quo pecunia eiuſdem generis, & quantitatis alio loco ſolui debet, quod inter alios probant Contad.*de contr. q. 99. ſuppoſ. 4.* Sot. *de Iuſt.& iur. lib. 6. quæſt.8. & 10.* & Layman. *lib.3. tract. 4. cap. 19. n. 18.* Quare cum in contractibus quantum fieri poteſt æqualitas ſeruanda ſit,id in cambio etiam ſeruari oportet, ideoque nollem viros Theologos dicere in cambio, quantum fieri poteſt res diuerſas eſſe debere.

Sexto obiicit idem auctor. In mutuo principalis ſors
29 haud minui debet: in cambio autem poteſt licitè euenire, vt campſor in ſorte damnum faciat, vt apud Alexand. *in conſ. 61. in fin. lib. 2.* ſed in mutuo æquè id contingere poteſt veluti cum numeratis nummis aureis exempli gratia nummi imaginarij in obligatione ſunt, poteſt enim fieri, vt debitor tempore ſolutionis, ſi aucta eſt aureorum poteſtas, minori numero aureorum, quam acceperit, debitum exoluat, vt docet Natta *in conſ. 452.* & aliis citatis Anton. Faber *de var. nummar. debit. ſolut. quæſt. 8.* Sola *in tract. de monet. caſ. 8.* & Gaſp. Anton. Theſaur. *de augment. monet. part. 2. num. 18.* vbi refert ita iudicatum. Vnde poſito, quod idem genus pecuniæ, & eodem loco in vtroque contractu ſolui debeat; quod nihil vetat fieri, & eadem copia, & inopia pecuniæ par eſt mutui, & cambij cauſa, eadem campſoris, & creditoris conditio. † Et conſequenter his puto, ſi campſor ſi- 30
bi centum nummos aureos Placentiæ, aut Genuæ dari ſtipulatus ſit, totidem aureos promiſſorem reddere oportere, ſiue aucta, ſiue diminuta ſit aureorum poteſtas, dummodo ſint eiuſdem formæ, & qualitatis *l.Paulus 99. ff.de ſolut. cap. olim. de cenſ.* Nam & in mutuo id receptum eſt, vt docet Cuiac.*in d. §. mutui datio,* vbi ſubiicit id in vino etiam mutuo dato ſeruari, vt quæ quantitas data eſt, eadem reddatur omnino, ſiue auctum, ſiue diminutum ſit vini pretium *l. vinum, ff. ſi cert. pet. & l. 12. C. de act. empt.* & dixi *quæſt. 14. num. 3.* quamobrem hac in re creditor, & campſor eandem fortunam ſequuntur. Neque tenentur contrahentes imaginarios nummos in contractum deducere, ſi nolint, niſi lex aliqua id vetet: neque id ad ſubſtantiam, vel iuſtitiam contractus pertinet.

Denique ait Scortia: In mutuo per ſe, & primario con- 31
ceditur vſus rei, & conſequenter, & per accidens dominium rei. At verò in cambio per ſe & primario dominium transfertur. Sed reſpondeo imo in mutui datione dominium rei primario concedi, conſequenter vero vſum, quia cùm mutuum in iis rebus tantum conſiſtat, quæ vſu conſumuntur,primo congruum eſt,vt is qui mutuo accepit, dominus ſit, vt veluti re ſua vti,& abuti poſſit *l.12. C.mand.* & vt eius ſit periculum *l.9. in fin. ff. de reb. cred. l. 5. §. planè, & l. 18. & 19. & l. vlt. ff. commod.* † Vnde proprium mutui, 32
& de illius ratione eſt, vt dominium transferatur, vt indicat ſatis quod ait Paulus *in l.2. §.2.* ſi cert. pet. (*mutuum appellatum eſſe ab eo,quod de meo tuum fiat,& ideo ſi non fiat tuum, non naſci obligationem*) idemque oſtendit manifeſtè, quod dicitur *Inſtit. quib. mod.re contr. oblig.* in princ. *Mutui datio in iis rebus conſiſtit, quæ pondere, numero, menſura conſtant: quas res aut numerando, aut metiendo, aut adpendendo in hoc damus, vt accipientium fiant*, & non ait, *vt accipientes eis vtantur.* Denique vt permutantes oportet eſſe dominos *l. 1. §. ideoque, ff. de rer. permut.* ita & in mutuo oportet dantem dominum eſſe *d.l.2.§.4. ff ſi cert.pet.*& proinde cum in cambio per ſe, & primario dominium transferatur, vt Scortia ait, & idem ſit in mutuo, vt manifeſtum eſt, nullum ex hoc capite inter mutuum,& cambium diſcrimen intelligi poteſt.

Scio has differentias, aliaſque recenſere, & expendere Si- 33
giſmund. Scacc. *in §.1. quæſt.4.* ex Theologorum Schola fere deſumptas: ſed tandem *n.16.* ingenue ait, ſe haſce differentias retuliſſe,non quia cenſeret veras,& reales eſſe, vt loquitur, præſertim in cambio literarum nundinalium, imo facili negotio ſubuerti poſſe, cum ſint, inquit, ſolum coloratæ ad palliandum mutuum,ſeu verius vſuram,quæ latere poteſt in hoc genere contractus; voluiſſe tamen recenſere, vt ex eis cambij naturam certius indagare poſſimus.

Quamobrem cum nulla diuerſitatis ratio proponatur, 34
qua mutui datio à cambio literarum ſecernatur, videntur hæc nomine tenus differre, & cum cambium per literas contrahitur, nihil niſi mutuum verè contrahi certo loco reſtituendum: & proinde videtur is, cui pecunia cambio data eſt, vt eam Romæ, & Lugduni ſoluat, non alio modo obligari, quam,is cui pecunia credita eſt, iis in locis ſoluenda: & creditor non alio iure vti poſſe, quam is qui certo loco pecuniam ſibi dari ſtipulatus eſt: denique ad hoc negotium pertinere *tit.de eo quod cert.loc.*& ad hæc iura in his negotiis recurrendum eſſe Et hic eſt ſenſus, & ſententia Contad. *de contract. quæſt. 99.* & Sarmient. *in d. cap. 2.* † Ex quibus ten- 35
tari poteſt hoc genus cambij antiquis etiam vſitatum fuiſſe, licet quidam id negent, vt Fernand. Vaſquez *lib. 6. controuerſ. cap.60. numer. 9.* Quaſi vero non eadem illos neceſſitas impulerit traiiciendi, & permutandi pecunias, & quod vno in loco numerabatur, alio loco dari, & ſolui ob vtilitatem ſcilicet loci, vel temporis, quæ plerumque interuenit, vt indicat *lib. 2. in fin. & l. 3. eod. titul.* extantque huius commercij veſtigia *in l. cum dicas, Cod. de naut.*

*fien. lib. 9. Cod. ſi cert. pet. l. 8. & vltim. ff. de eo, quod cert. loc.
l. ſi in Aſia. 12. in princip. ff. depoſ. l. qui Roma, ff. de verb. oblig.*
& alibi paſſim, & præſertim *in lib. 16. ff. de ſenat. conſ. Ma-
ced.* in qua quidam filiusfamilias, qui abſente patre quaſi
ex mandato eius pecuniam acceperat, ad eundem literas
emiſit, vt eam pecuniam in prouincia ſolueret *& in leg. 3.
Cod. de ſolut.* Sanè huiuſmodi literas, cambij literas dicere
poſſumus, & hic cambij negotium eſſe contractum. Reue-
ra igitur priſcis temporibus cambia agitabantur, quamuis
hoc nomine non vterentur, quod deinde huic negotio tri-
butum eſt à recentioribus nummulariis, ne pecunias ſub
vſuris credidiſſe viderentur, & vt mutui odia declinarent,
vt initio huius quæſtionis aduoratum eſt.

36 Ego in se tam ancipiti puto ſpectandum eſſe, quid
actum ſit, vt in reliquis cauſis *leg. in conuentionibus, de verb.
ſignific. leg. 24. ff. depoſit.* Nam ſi pecunia, quæ hic inter-
uenit, non eo animo datur ad numerum, vel pondus, vt
accipientis ſit, eaque vtatur ad vſum temporis neceſſarij,
ſed ad aliam cauſam, vt ſcilicet pecunia traiiciatur, &
transferatur: deinque vt quod hic numero, alibi recipiam
tunc non mutuum contractum eſſe, ſed aliud negotium,
videlicet *do, vt des*, tametſi per accidens fiat, vt recipiens
iis nummis vtatur vt ſuis, cum mea nihil interſit eoſdem
in genere mihi ſuo loco numerari. Non enim omnis nu-
meratio mutuum facit *l. 19. ff. de reb. creditor. legib. 3. §. non
ſatis, ff. de obligat. & action.* Theophil. *Inſtit. quib. mod. re
contract. obligat.* §. 1. Sed ea tantum, quæ ideo fit, vt obli-
get debitorem, vt poſt vſum temporis neceſſarij reddat
37 idem genus. † Quare cum in hoc negotio, dum campſor
prior accipit pecuniam, vt alibi ſoluatur, non hæc mens,
& intentio eſt eius, qui dedit, vt velit campſoris fieri pe-
cuniam ad illius vſum, & vtilitatem, ſed ad alium finem
ſcilicet vt campſoris opera tantundem alibi recipiat, con-
ſequens eſt hic nullum mutuum eſſe contractum. Idem-
que eſt, ſic vice verſa campſor prior numeret pecuniam
alibi recipiendam, quia ſi fraus abſit, & ſincere omnia
fiant, non eo animo pecuniam dat, vt in creditum eat,
& nummos faciat accipientis ad vſum temporis, ſed vt
rogantem eximat oneri, & periculo tranſvehendæ pecu-
niæ, quam alio in loco habet. Initium enim contractus
ſemper ſpectandum eſt, origo, finis, & cauſa contractus
lib. 8. in princip. ff. mand. l. 7. & 12. ff. ad S. Conſ. Macedon.
Merend. *lib. 3. cap. 1. numer. 2.* vbi ait contractus ex fine
diſtingui. Et proinde vtroque caſu pecunia non quantitatis,
& creditæ pecuniæ rationem habet, vt in datione mutui,
ſed rei & corporis cuiuſdam, quod permutari poteſt, &
ex vno loco in alium transferri. Neque mirum, aut no-
uum eſt, vt eadem pecunia, quæ mutui dationis, aut em-
ptionis inſtrumentum eſſe poteſt, ex voluntate contrahen-
tium rei & mercis loco habeatur, vt indicat *l. vlt. ff. de con-
dict. cauſ. dat.* in qua pecunia ſpectata, vt res, & ſpe-
cies quædam facit permutationem, quæ procul dubio
emptionem facere potuiſſet, ſi vt rei pretium numerata
fuiſſet.

38 Sed quodcumque negotium contrahatur, puto campſo-
rem ſui officij mercedem iuſte percipere, nimirum pro la-
bore, & ſumptibus, quos in traiicienda pecunia ſuſtinet,
& propter pericula, quæ in aliorum gratiam ſubire cogi-
tur. Nam quod dicimus obligationem re contrahi non
poſſe, vltra quam datum ſit, id intelligitur, niſi contra-
ctus alius, vel pactum interueniat factum, & operam con-
tinens, quæ mercedem mereatur, vt docent tum alij plu-
rimi tum Porpurat. *in l. petens, numero 76. Cod. de pact.* &
ex Theolog. Reginald. *lib. 25. cap. 12. numero 246.* vnde
cum hic non tantum contrahatur creditum, ſed aliud ne-
gotium, & factum interueniat ſcilicet obligatio traiicien-
dæ, & tranſmittendæ pecuniæ, & ſine fœnoris fraude
poteſt nummularius laboris ſui, & periculi mercedem exi-
gere, vt probat *d. l. 12. in principio, ff. depoſ.* his verbis: *ſi
in Aſia depoſitum fuerit, vt Romæ reddatur, videtur id
actum, vt non impenſa, eius id fiat, apud quem depoſitum ſit,
ſed eius, qui depoſuit,* & probat etiam *d. lib. 122. §. 1. de
verb. obligat.* Quod ſentit Sarmient. *in d. cap. 2. numero 7.*
Fernand. Vaſquez *in d. cap. 60. numero 12. & 27.* Gratian.
diſcept. lib. 4. cap. 652. numero 2. & 3. & tandem poſt mul-
ta Sigiſmund. *d. §. 1. quæſt. 7. num. 74.* ſubiiciens debitores
ad hanc mercedem teneri ex iuſtitia commutatiua non
quidem vi mutui, ſed vi alterius iuſti contractus. † Imo 39
licet campſor maius lucrum recipiat, quam ſit illius offi-
cium, vltra quam debeatur ratione illius operæ communi
æſtimatione eorum hominum, qui in foro verſantur, vſu-
ra hic nulla eſt, ſed iniuſtitia tantum, nihil enim exigitur
ratione temporis, & ob mutui dationis officium: ſed ex eo
tantum, quod pecuniam, quam hic campſor dat, alibi re-
cipere, vel quam hic accipit alio in loco ſoluere cogitur:
maiorem autem operæ ſuæ mercedem exigere, quam ea ſit,
ad vſuram non pertinet, non magis, quam ſi quis maius
periculi pretium ſtipulatus eſſet, vel pluris operam ſuam
locaſſet, in quibus iure ciuili licet contrahentibus ſine do-
lo, ſe in pretio circumſcribere *l. 22. & l. 23. ff. locat. l. 16. §. 4.
ff. de minor.*

Quamobrem cambia illa, quibus re vera nulla fit trans- 40
miſſio pecuniarum, & quæ ſicca dicuntur, & finguntur
inter contrahentes, vſuraria cenſeri debent Fabian. *in lib. de
camb. part. 1. numero 21.* Sot. *de iuſtit. & iur. lib. 6. quæſt. 10.
art. 1.* Cardin. Tolet. *lib. 5. cap. 52.* idem vno ore affirmant
alij Theologi apud Salas *dub. 14.* & Scortiam *Theor. 307.*
His conſentiunt iuris auctores, vt Burſat. *in conſ. 395. num.
27. & 29. lib. 4.* Gabriel. *in conſ. 158. numero 1. lib. 2.* Becan.
in conſ. 213. numero 53. lib. 2. Lup. *comm. 9. §. 2. numero 26.*
Cardin. Mantic. *in dec. 283. a. 1.* Peguer. *in dec. 35. num. 4.*
Ioann. Bapt. *de vſur. comment. 3. §. 2. numero 65.* Roderic.
de ann. redit. lib. 3. quæſt. 5. num. 17. vbi ait huiuſmodi cam-
bia omni iure reprobari, & Alphonſ. Narbon. *ad nonas le-
ges Hiſpan. lib. 5. tit. 28. l. 13. gloſ. 2. num. 15. & 17.* vbi ait
totius orbis conſenſu illicita videri. † Et rationem huius rei 41
affert Salas his verbis: *Cum in eiuſmodi cambio nulla ſit for-
malis, vel virtualis pecuniæ tranſmiſſio de loco ad locum, nec ve-
ra releuatio eius, qui ibi pecuniam habeat à tranſmiſſione illius
in locum, vel cambium accipitur: imo neque ſit permutatio pecuniæ
vnius loci pro pecunia in alio, ſed ſit commutatio pecuniæ in hoc
loco pro alia cum augmento in eodem loco ratione dilationis, vti-
que in eo cambio non aliud cernitur quam mutuum cum incremento
pro expectata ſolutione, quod eſt vſurarium.* † Quamobrem non 42
male huiuſmodi cambia ſicca dicuntur, quia ſterilia ſunt,
vel eſſe debent, & reditum referre non valent, cum enim
huic nummariæ commutationi mutuum inſit, imo ſit verum
mutuum; denique eiuſmodi contractus nihil re ipſa à mutui
dationibus differant, conſequens eſt nihil vltra ſortem hic
capere, vel ſtipulari fas eſſe. Nam & ex mutuo vltra ſortem
nihil ſperare licet. Vnde vt mutuum recte ſiccum dixeris,
quod ſcilicet natura ſua acceſſiones reiiciat, & vt terra, quæ
ſicca eſt, & omni humore caret nihil producere poteſt: ita
hoc cambij genus ſterile eſt, neque recipit acceſſiones niſi
vſurarias, vnde naſcitur reſtituendi obligatio, vt iidem au-
ctores docent, & Scortia *loc. cit.* † Sed quid quærimus teſtes, 43
cum huiuſmodi cambia veluti vſuraria damnentur apertiſſi-
me ex conſtitutione Diui Pij V. quam ſubiiciam, cum enim
lex ſit regula iuſtorum, & iniuſtorum, vt ait *l. 2. ff. de legib.* ita
prorſus Diui Pontificis conſtitutio nobis dux, & regula eſſe
debet ad militiam cambiorum dignoſcendam. Ait ergo
Pontifex: *In eam pro noſtro Paſtorali officio curam diligenter
incumbimus, vt D. N. omnibus opportuna pro animarum ſalute re-
media adhibere minime differamus. Cum itaque ad aures no-
ſtras peruenerit, legitimum cambiorum vſum quem neceſſitas, pu-
blicaque vtilitas induxit, ſæpenumero ob illiciti quæſtus cupidi-
tatem ſic deprauari, vt ſub illius prætextu vſuraria prauitas à
nonnullis exerceatur; nos petitionibus, quæ ſuper his nuper factæ
ſunt, hac perpetuo valitura Decretali reſpondendum eſſe duxi-
mus, vt neque doloſis ſua fraus ſuffragetur, neque ignaros perdat
inſcitia, ſic enim Paſtoris officium exequimur, dum gregem nobis
commiſſum ab æterna damnationis periculo eripere modis omni-
bus ſtudemus, §. 1. Primum igitur damnamus ea omnia cambia,
quæ ſicca nominantur, & ita confinguntur, vt contrahentes ad
certas nundinas, ſeu ad alia loca cambia celebrare ſimulent, ad
quæ loca ij, qui pecuniam recipiunt, literas quidem ſuas cambij
tradunt, ſed non mittuntur, vel ita mittuntur, vt tranſacto
tempore vnde proceſſerant, inanes referantur, aut etiam nullis hu-
iuſmodi*

huiuſmodi literis traditis pecunia ibi denique cum intereſſe repoſcitur, vbi vbi contractus fuerat celebratus, nam inter dantes, & recipientes vſque à principio ita conuenerat, vel certe talis intentio erat, nec quiſquam eſt, qui in nundinis aut locis ſupra dictis huiuſmodi literis receptis ſolutionem faciat: cui malo ſimile etiam illud eſt, cum pecunia ſiue depoſiti, ſiue alio nomine ficti cambij traduntur, & poſtea eodem in loco, vel alibi cum lucro reſtituuntur, §. 2. Sed & in ipſis cambijs, quæ realia appellantur, interdum vt ad nos perfertur, campſores præſtitutum ſolutionis terminum lucro ex tacita expreſſa conuentione recepto, ſeu etiam tantummodo promiſſo differant. Quæ omnia nos vſuraria eſſe declaramus, & ne fiant diſtractius prohibemus, §. 3. Porro ad tollendas quoque in cambiis, quantum cum Deo poſſumus, occaſiones peccandi, fraudéſque fæneratorum, ſtatuimus, ne deinceps quiſquam audeat ſiue à principio, ſiue alias certum, & determinatum intereſſe, etiam in caſum non ſolutionis paciſci: neque realia cambia aliter quam pro primis nundinis, vbi illæ celebrantur, vbi vero non celebrantur pro primis terminis iuxta receptum locorum vſum exercere, abuſu illo prorſus reiecto cambia pro ſecundis, & deinceps nundinis, ſiue terminis, exercendi: curandum autem erit in terminis, vt ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus ſolutio deſtinatur, ne dum longiores præfiguntur, quam loca deſtinata ſolutionis deſiderant, fænerandi detur occaſio, §. 4. Quicunque contra hanc noſtram conſtitutionem commiſerit, pœnis à ſacris canonibus contra vſurarios inflictis ſe nouerit ſubiacere. Eos vero qui conſpirationes fecerint, vel congeſtam vndique pecuniam ita ad ſe redegerint, vt quaſi monopolium pecuniæ facere videantur, pœnis, quæ à iure contra exercentes monopolia conſtituta ſunt teneri ſancimus. Volumus autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno 1571. quinto Kalend. Februarij Pontificatus noſtri anno VI.

44 Hac conſtitutione D. Pius quædam in cambio reali ſeruari iubet, quas Theologi conditiones vocant, ne legitimus cambiorum vſus ob illiciti quæſtus auiditatem deprauetur. Nam cambiis ſublatis magna ex parte intermitterentur negotiationes: ſumptus in traiiciendis pecuniis, & nummis idoneis conquerendis multiplicarentur: difficilior eſſet euectio, & inuectio pecuniarum in loca, quibus illis egemus: incommodiores redderentur peregrinationes in alias prouincias: ſubeunda eſſent maris, & itinerum pericula, deeſſent ſæpe exercitibus ſtipendia, aliáque incommoda ſequerentur in perniciem Reipublicæ, quæ recenſentur à Calderino, & aliis auctoribus apud Salas, & Scortiam *loc. citat. & Theorem.* 281. & recenſet Italica lingua Iuſtinian. *in lib. de contin. cambior. quæſt.* 2. *num.* 3. Itaque legitimus cambiorum vſus hic permittitur etiam eorum, quæ in nundinis, & ad nundinas fiunt, in quibus maius periculum verſatur, & quæ maiori odio, & fœnoris ſuſpicione laborant: abuſus vero interdicitur, & fœnus, in quod facile huiuſmodi cambia dilabuntur, & hac Sanctione obuiam itum campſorum fraudibus, quæ tamen fruſtra repreſſæ miras per artes rurſus oriuntur, vt in re fere ſimili ait Tacit. *ann. lib.* 5.

45 Prima cautio ſeu conditio eſt, ne campſor ratione maioris dilationis, & temporis maius lucrum ſtipuletur, & captet. Hoc enim vſurarium eſſe docent Sotus, Azor. Leſſius, & alij apud Bonacin. *diſput.* 3. *quæſt.* 3. *numer.* 9. Salas *de camb. dub.* 17. *numer.* 1. Molin. *diſputat.* 404. *numer.* 9. Scortia *Theorem.* 308. His conſentit Lælius Zecch. *de vſur. cap.* 9. *numer.* 11. Sigiſmund. *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 7. *part.* 3. *limit.* 1. *numer.* 4. vbi ait concluſionem hanc eſſe veriſſimam, & ab omnibus admitti, cui neminem contradicere refert Bernard. Iuſtin. *in d. quæſt.* 2. *numer.* 10. & 25. admonens Campſores, ne ex tempore tardæ ſolutionis lucrum metiantur, ſed vt ab hac re caueant tanquam ab igne, imo tanquam ab inferni pœnis: & præterea congruenter huic rei grauem ſubiicit Cardin. Caietan. ſententiam *ex lib. de camb. cap.* 7. qui ait *campſoribus pro Lugduno, vel alio loco iuxta prolixitatem, aut breuitatem temporis medij inter dationem, & acceptionem marcam auri, aut reddendum quamcunque monetam plus aut minus æſtimantibus æternam ex hoc, vtpote vſurariis parari damnationem* Denique Sot. *lib.* 6. *quæſt.* 10. *art.* 2. ait hoc commercij genus manifeſtam rationem mutui, & vſuræ iniquitatem habere. Et rurſus *quæſt.* 12. *art.* 2. cauendum eſſe, ne ratio temporis obrepat, quæ argumentum ſit mutui. Ad cuius rei notitiam hanc cenſet regulam conſtituendam eſſe, non poſſe ſcilicet virtute huiuſmodi cambij aliud quidpiam recipi, quam ſi per rerum naturam fieri poſſet, vt eodem die, quo in Flandria numeratur, pecunia, in Hiſpania reciperetur.

Sed quia hæc fraus videtur, totam hanc negotiationem 46
euertere, (quotus enim quiſque eſt ex campſoribus, qui ab hoc genere abſtineat?) varij modi excogitati ſunt, quibus id iuſte fieri videtur, quos recenſet Salas *de camb. dub.* 17. Primo inquit, quia in maiori tempore maius eſt periculum amittendæ ſortis, maiorque incommoditas negotiandi ob longiorem propriæ pecuniæ priuationem. Secundo quia quo plures ſunt menſes ante nundinas, eo plures ſunt, qui pecuniam à campſoribus petunt, vt diu pretio frui poſſint, atqui quo plures ſunt petentes, eo magis creſcunt pretia cambiorum. Tertiò quia cum plus temporis conceditur, quam diſtantia locorum poſtulat, in vno cambio plura conceduntur in commodum debitoris, qui plura cambia facere cogeretur, & proinde quo tempus longius eſt, maius pretium conſtitui poteſt. Denique iuſtitia pretij illa cenſetur, quod periti illius negotiationis bona fide conſideratis omnibus circunſtantiis imponunt, & quo inter ſe vtuntur nemine contradicente, vel conquerente. Atqui periti nummularij ſic pretia variant, & ſic inter ſe contrahunt nemine conquerente, ergo hæc variatio iniuſta cenſeri non debet. Ita ferè Salas *loc. cit. num.* 2. vbi refert hæc omnia ſumpſiſſe ex Leſſio *dub.* 6. & Molin. *diſp.* 404. eaſdem excuſationes probat Boninſ. *cap.* 7. *num.* 15. & 17. & late executus eſt Sigiſmund. Scacc. §. 1. *quæſt.* 7. *part.* 1. *num.* 75. & *part.* 3. *lim* 1. *num.* 4.

Cæterum hæc parum tuta eſſe videntur ex his, quæ tra- 47
dit Sotus *in d. art.* 2. Nauar. *de camb. n.* 71. & 75. & incertus ille auctor poſt Sigiſmundum §. 1. *num.* 15. & *ſeqq.* qui tandem concludit, vt Terentianus ille Crito, (*res magna eſt*,) & ait ſe capere non poſſe, quomodo in hoc commercio ex tempore tardioris ſolutionis lucrum non capiatur: denique campſores monet, vt definitionem huius rei petant ab eo qui errare non poteſt, & habet, vnde tutiſſimo loco hoc negotium collocetur, & in tuto ſint eorum conſcientiæ. Et Bernard. Iuſtin. *in d. quæſt.* 2. *num.* 26. eam excuſationem tantum probat, quæ ducitur ex communi æſtimatione eorum, qui in foro verſantur, perpenſis omnibus circunſtantiis, ex quibus pretia variari poſſunt, cæteras vero refellit, & hanc etiam parum tutam eſſe fatetur, tametſi deinde putet Campſores, qui ita cambia exercent, in conſcientia tutos eſſe ob conſtitutionem Pij V. & auctoritatem tot Scriptorum, qui cambium ad nundinas, in quo mercatores ob maius, vel minus tempus ſoluendæ pecuniæ, maius vel minus lucrum percipere ſolent, veluti licitum approbarunt. Nam inquit, aut dicendum eſt illos argumentum hoc ex tempore ductum non perpendiſſe, quod videtur impoſſibile, aut non exiſtimaſſe hinc cambij iuſtitiam labefactari, quandoquidem eo nihil obſtante hoc commercium licitum eſſe iudicarunt. † Sed ipſi Campſores viderint, ex qua cauſa ſemper, 48
& ab omnibus pro ratione temporis maius, vel minus lucrum captent, & capiant. Nam excuſationes, quas adfert Salas facili negotio euerti poſſunt, aut ſaltem aliqua ex parte rimas faciunt, & quod vltimo loco adfert Iuſtinianus perquam leue eſt ad conſcientias negotiatorum ſedandas, quia licet veriſſimum ſit cambium ad nundinas natura ſua licitum eſſe, & conſtitutione Diui Pij, & auctoritate multorum ſcriptorum confirmari, tamen certum etiam eſt Diuum Pium illa cambia damnaſſe, in quibus pro ratione temporis lucrum percipitur, & ne id fieret, prohibuiſſe: & iuris auctores omnes cambia illa ſicca, & vſuraria vno ore iudicaſſe, in quibus ex ſolo tempore tardæ ſolutionis credi-
tor lucrum aliquod aucupatur. † Et Nauarr. quem argu- 49
mentum temporis propoſuiſſe, & ſoluiſſe *numer.* 28. Iuſtinianus ait, ita ſoluit, vt ſentire videatur campſores non plus initio quam inſtantibus nundinis capere poſſe. Ait enim *argumentum ſolui poſſe negando in hac negotiandi arte, quando prout decet exercetur quicquam ob expectatam ſolutio-*

nem aut dilationem accipi, quia inter iuſtos mercatores omne il-
lud tempus quod inter ſolutionum ſtata tempora interiectum eſt
pro vno die, & præſenti tempore habetur ad Chirographa mitten-
da ad parandam pecuniam, & ſolutiones conficiendas, vt rectè
idem Sotus declarauit, n. 76. hoc genus cambij licitum eſſe
ait ſeruatis quibuſdam conditionibus, inter quas hanc cen-
ſet, *ne ob longiorem ſolutionis diem, aut productiora ſolutionum*
ſtata tempora, in quibus ſolutio facienda eſt plus accipia-
tur, quam ſi ſtatim illic vbi ſoluendum eſt facienda eſſet. Ita-
que apparet Nauatrum campſorum cauſæ minime patro-
cinari, qui quo magis diſtat tempus nundinarum maius
lucrum percipere ſolent, quandoquidem clare ait hanc
artem demum licite exerceri, ſi totum illud temporis in-
teruallum pro vno die habeatur, & dummodo campſor ob
longiorem ſolutionis diem non plus capiat, quam ſi ſtatim
pecunia ſuo loco ſolueretur, & multo minus de Nauarri
ſententia ambigendum eſt, cum Soti auctoritate vtatur,
qui campſorum excuſationes omnes reiecit, vt ne quidem
50 ratione lucri ceſſantis id fieri poſſe contendat. † Ego anim-
aduerti conuenire omnes cambia illicita, & vſuraria eſſe,
in quibus lucrum cum tempore concurrit, & ex ſolo tem-
pore breuioris, aut longioris ſolutionis lucrum æſtimatur:
quod in hoc genere pleroſque factitare nemo niſi inſanus
negare poteſt; ſed quia plerunque accidit, vt cambiorum
pretia ex circunſtantiis rerum negotiorum & perſonarum,
& locorum augeantur, quæ incertæ ſunt, & nulla certa le-
ge definiri poſſunt, & proinde hoc in facto poſitum ſit, pu-
to in foro externo iudicis arbitrio relictum eſſe, an in hu-
iuſmodi commercio fraus & labes temporis irrepſerit, vt
reliquæ quæſtiones facti iudicis prudentiæ, & iudicio relin-
quuntur *l. 3. §. 3. ff. de teſtib. l. mora, ff. de vſur. l. 34. ff. de*
neg. geſt. & in ſpecie concludit incertus ille auctor poſt Si-
giſmundum *n.* 23.
51 Secunda conditio eſt, ne ab initio vel pacto de certo lu-
cro, & intereſſe paciſci liceat, facile enim hac taxatione
creditor abuti poteſt in necem debitoris, qui vt vſum æris
alieni redimat, facile immodicæ taxationi conſentiet. Ni-
mirum ea ratione, qua idem Pontifex vetuit, ne cenſuali
contractui pactum addiiciatur, quo debitor cenſus poſt fa-
ctam in ſolutione reditus moram ad certas expenſas, vel
certa ſalaria obligatur, vt alio loco dictum eſt. Itaque
Diuus Pontifex vetat, ne is qui ad cambium dat, lucrum
taxet in cauſa propria, ne via vſuriæ, & fraudibus aperia-
tur, vt notat Scortia *Theor.* 309. Et ſane cambia, in quibus
de certo lucro, vel de certa quantitate conuenit vice eius,
quod intereſt, illicita, & vſuraria eſſe ſcribunt Nauarr. *in*
man. confeſſ. cap. 17. numer. 292. & in comment. de camb. nu-
mer. 77. Azor. *inſtit. part. 3. lib. 10. cap.* 10. Leſſius *cap. 23.*
numer. 81. & 88. Sigiſmund. *loc. cit. limitat. 13. numer.* 1. &
4. vbi idem eſſe ait, quamuis is, qui ad iſta certa, & taxata
lucra ſe obligat, ſit diues, & magnus Princeps cum id ra-
tionem vſuræ non tollat; & rurſus *cod. loc. limit. 13. n.* 1. vbi
52 notat id ſatis conſtitutione Pij V. cautum eſſe. † Sane non
vetat conſtitutio pactum de eo quod intereſt præſtando, ſi
pecunia ad diem in nundinis non reſtituatur, vt iidem au-
ctores docent Leſſ. *n.* 81. & 89. Molin. *diſp.* 404. *n.* 13. Re-
bell. *lib 1. de camb. q. 13. n.* 4. Salas *dub. 21. n.* 1. & Scortia *d.*
Theor. 309. vbi notat hac conſtitutione pactum de lucro ta-
xando arbitrio boni viri, vel iudicis, qui boni viri officio
fungitur non eſſe prohibitum. Nam & ſi id non conueniat,
53 tenetur debitor ad id quod vere creditoris intereſt. † Cum
enim pecunia certo loco ſolui debeat conſequens eſt actio-
nem arbitrariam fieri, in qua habetur ratio eius quod inter-
eſt *l. 2. §. vlt. & l. 4. ff. de eo quod cert. loc.* Sarmient *Select. interpr.*
lib. 7. c. 2. n. 7. Ludouic. Lopez *lib. a. c. 13. in fin.* Cuiac. *ad Afri-*
54 *can. tract. 3 col.* 3. & Anton. Faber *coniect. lib. 15. c.* 3. † Non eſt
etiam contra conſtitutionem, ſi actum ſit, vt ſi cambiorum
lucrum iuxta pretium nundinarum excedat v. g. duo pro
ſingulis centenis duo tantum exigantur, ſi vero cambia mi-
nus referant, minus ſoluatur, quia non eſt pactum de lucro
certo, cum poſſit eſſe maius & minus, ſed ne campſor duo
pro centenario poſſit excedere, quod fauorem debitoris con-
tinet, & proinde non eſt prohibitum ex Rota apud Farin.
part. 1. dec. 892. n. 3. Frideric. Martin. *de iur. ann. redit. c. 8. n.* 94.
Sigiſmund. Scacc. §. 1. *ampl.* 8. *n.* 4. & 24. & in ſpecie Scortia
in d. Theor. 309. in fin.

Tertia cautio eſt, ne cambia aliter fiant, quam pro primis 55
nundinis, vbi illæ celebrantur: vbi vero nullæ ſunt nundi-
næ proximis terminis iuxta receptum regionis vſum, & ne
ratione maioris dilationis campſores maius lucrum extor-
queant: vel marcas emant minori pretio, quod illicitum eſt,
& vſurarium, vt ſcribunt Virgin. de Bnccat. *lib. de interd. vti*
poſſid. capit. 18. *num.* 118. & 179. Sigiſmund. §. 1. *quæſt.* 7.
part. 3. lim. 2. num. 1. Alphonſ. Narbon. *in d. gloſ. 2. num.* 28.
& 29. & ante bullam adnotarunt Caiet *de camb. cap.* 7. &
Sotus *lib. 5. quæſt. 12. art.* 5. † Vnde conſtitutio ita accipien 56
da eſt, vt liceat ſine fraude pecuniam traiectitiam dare etiam
ad ſecundas, & remotiores nundinas, cum nihil amplius
exigitur, quam cum pecunia ad proximas nundinas credita
eſt, & ita primus docuit Nauarr. *d. cap. 17. num.* 301. verſic.
nota quinto & in conſ. 30. num. 1. de vſur. quem reliqui ſequun-
tur Plutarch. *lib. 5. c. 22. in fin.* Lop. *de contract. lib. 2. cap.* 13.
in fin. Molin. *in d. diſp.* 404. *n.* 10. Leſſ. *dub. 11. num.* 91. Salas
de camb. dub. 26. n. 2. & alij apud Bonacin. & Narbon. *loc.*
cit. Molfeſ. *c. 7. n.* 89. & Ioan. Bapt. Scortia *Theor.* 310. † Re- 57
gula enim eſt in iis negotiis, quibus certæ conditiones præ-
ſcriptæ ſunt ad vitandum fœnus, vt ea pacta minime prohi-
bita intelligantur, quæ conditionem debitoris meliorem ef-
ficiunt, vt tradit Frideric. Martin. *de iur. ann. redit. cap.* 8.
num. 95. Nam cum vſura ſit lucrum creditoris, eius ſuſpicio
ex iis pactis oritur, quæ vtilitatem emptoris, & damnum
continet debitoris, vt notat Dec. *in conſ.* 308. *num.* 6. & alij
plurimi apud Menoch. *de præſ. lib 3. cap. 122. numer.* 79. &
Binsfeld. *in cap. in ciuitate quæſt. 12. concl. 17. de vſur.* & pro-
inde cum illa conuentio debitoris commodum contineat,
dicendum eſt prohibitionem Diui Pij ad huiuſmodi pactum
non pertinere.

Et licet Fernand. Rebell. *in d. q. 13. num.* 9. putet Nauarri 58
definitionem recipiendam eſſe iis in locis, in quibus pretium
cambiorum taxatum eſt, ſi enim, inquit, ita pretium de-
finitum ſit, vt nec ratione lucri ceſſantis, vel damni
emergentis poſſit augeri prout in cambiis intra Hiſpaniæ
loca, & ad Hiſpalim, vel ab Hiſpali taxatum eſſe refert,
quæ vrbs eſt Bæticæ prouinciæ præclariſſima, nulla occa-
ſio vſuræ, vel fraudis ſuberit, ſed gratia fiet debitori, quod
ad ſecundas, vel tertias nundinas ſolutio differatur: vbi
vero nihil de pretio cambij conſtitutum eſt, durare le-
gis prohibitionem, cuius ſcilicet ratio fuit, vt tollere-
tur occaſio peccandi, & obuiam iretur fraudibus fœne-
ratorum. Et proinde cum occaſio fraudis non eſſet, vbi
certum pretium cambij non eſt conſtitutum, facile enim
campſores ratione maioris dilationis ſoluendi intercalaria
nundinis maius lucrum exigerent, quam ſi primis nundinis
ſolutio fieri debeat, ideo in euentu lex ceſſare non debet,
neque ei debitor renunciare poteſt, quamuis in illius fauo-
rem lata ſit. Ita Fernandus. † Alij vero citati omnes Nauar- 59
rum ſequuntur, & putant conſtitutionem Diui Pontificis ex
bono & æquo hanc interpretationem pati etiam in iis lo-
cis, in quibus nullum certum pretium conſtitutum eſt,
quod ego magis probo. Nam cum veris, & legitimis pro-
bationibus conſtat campſorem nihil amplius ſtipulatum
eſſe, quam ſi pro primis nundinis cambium initum eſ-
ſet, ſanè conſequens eſt omnem fraudis, fœnoris ſuſpicio-
nem ceſſare, & prohibitionem ſanctionis Diui Pij ad
hunc caſum minime pertinere. Neque enim difficile eſt
etiam vbi pretium nulla certa lege conſtitutum eſt depre-
hendere, an ratione maioris dilationis campſor maius
lucrum ſtipulatus ſit, inſpectis ſcilicet rationibus aliorum
campſorum, qui in eodem foro cambia eo tempore agi-
tarunt. Nam ſi conſtat nihil aliud ſtipulatum eſſe ſibi in
ſecundis, vel tertiis nundinis præſtari, quam quod alij pro
proximis nundinis nomine cambij acceperint *come corre la*
piazza vt Itali loquuntur, ſanè conſtat campſorem nihil
ratione longioris dilationis extorſiſſe, & proinde non in-
cidere in legem, quæ non vetat, ne pro eodem pretio ad
ſecundas, vel tertias nundinas cambia fiant. Neque in hac
ſpecie debitor dicitur renunciare legi, vt Rebellus putat,
quæ ad hanc ſpeciem non pertinet.

Rurſus

Digitized by Google

60 Rurſus quod vetat conſtitutio, ne ad ſecundas nundinas cambia referantur, accipiendum eſt, cum adhuc tantum temporis ſupereſt, intra quod ad proximas nundinas perueniri poteſt, & negotium illic confici. Nam ſi proximæ nundinæ ita immineant, vt perueniri non poſſit ad eum locum, in quo nundinæ habentur, illæ proximæ cenſendæ ſunt, quæ poſt illas proximè ſequuntur, in quibus commodè ſolutio fieri poteſt, & negotium explicari, vt rectè docet idem Nauarr. *loc. cit.* Molin. *in d. diſp.* 404. *num.* 10. Lopez *lib.* 2. *cap.* 13. Filliuc. *tract.* 25 *cap.* 11. *num.* 481. & Salas *loc. cit.* Siquidem his obligationibus tacitè ineſt tempus, in quo ad locum perueniri poſſit, in quo

61 ſolui debet *l.* 2. §. *ſi quis. ff. de eo quod cert. loc. l. eum qui* 41. §. *quoties. & l.* 73. *in princ. de verb. oblig.* † Et generale eſt, vt ſi quis Calendis, vel Idibus Auguſti, vel alterius menſis aliquid ſtipulatus ſit, de primis Calendis, vel Idibus intelligatur, niſi intra illud tempus per rerum naturam præſtari non poſſit. Hoc enim caſu de ſequentibus actum videtur, vt notat gloſ. *in d. l. eum qui, de verb. oblig.* Tiraquel. *in l. Bones.* §. *hoc ſermone. in fin. de verb. ſignif.* & Anton. Gomez *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 26. quia ſtipulatio ex re ipſa dilationem capit. In quo tamen cauendum eſt, ne campſor ratione huius excurſionis aliquid plus exigat collybi nomine, ratione enim dilationis aliquid exigere vſurarium eſt ſecundum ea quæ dicta ſunt; & in ſpecie docet idem Scorria *Theor.* 310. *in fin.*

62 Quarta conditio eſt, ne termini ad ſoluendum longiores ſtatuantur, quam poſtulat locorum diſtantia, in quibus pecunia ſolui debet. Ne dum longiores conſtituuntur, quam locus deſtinatæ ſolutionis deſiderat, fœnerandi detur occaſio, vt Pontifex ait. Quæ tamen prohibitio ad cambia nundinaria non pertinet. Neque enim hic Pontifex vetat terminos ſolutionis ad proximas nundinas conſtitui, qui ſæpe longiores ſunt, quam locorum intercapedo poſtulat: ſed accipienda eſt de terminis extra nundinas, qui ſi protrahantur, valde timendum eſt, ne campſores ratione temporis plus exigant, quæ eſt ſententia Leſſij *d. dub.* 11. *num.* 92. & Salas *loc. cit. num.* 2. qui idem aſſerit iiſdem verbis. Bonac. *d. quæſt.* 5. *n.* 9. *in fin.* Scacc. §. 5. *gloſ.* 1. *n.* 1. & Scottia *Theor.* 311. quia inquit in nundinis alia tempora non conſtituuntur

63 quam nundinarum. † Et refert etiam in praxi ſeruari, vt minus lucrum percipiatur cæteris paribus ex ciuitate proxima loco nundinarum, quam ex remotiori, ex vicinitate enim locorum minuuntur cauſæ lucri cambiorum, & ex eorumdem diſtantia augentur, ſiquidem campſores maiores, vel minores ſumptus, & pericula ſubeunt pro traiiciendis, vel retrahendis pecuniis, quo magis, vel minus locus ſolutionis diſtat, & proinde æquum eſt, vt ex diſtantia, vel vicinitate locorum lucrum metiantur, quæ procul dubio mens, & ſententia fuit Diui Pij. Alioquin fruſtra prohibuiſſet, ne ſolutionis tempus plus protrahatur quam loci diſtantia deſiderat, in quo pecunia reddi debet.

64 Damnantur vero hac conſtitutione cambia, quæ ſicca dicuntur, in quibus ſcilicet fœnus, & vſura latet, vt dictum eſt, & quatuor fere modis agitatur.

Et primò quidem cum nobiles, & locupletes titulo depoſiti vel ficti cambij pecunias argentariis numerant eaſdem ad certum diem, vel ad libitum cum lucro, & intertrimento cambiorum eodem loco, vel alibi recepturi, vt reſpondit Burſat. *conſ.* 399. *num.* 27. *lib.* 4. Gabriel. *conſ.* 258. *num.* 1. *lib.* 2. Rot. Genuen. *dec.* 37. *n.* 11. Menoch. *in conſ.* 1180. *num.* 1. & 2. & docet Marcat. *de camb. cap.* 13. *num.* 9. Molin. *d. ſp.* 408. *num.* 8. & Roderic. *lib.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 18. quoniam inquit Molina, huiuſmodi depoſitum vere mutuum eſt, dominiumque pecuniæ in accipientem tranſit, & eius periculo cambia exercentur, ergo nihil pro eo depoſito exigere poſſunt: ſi vero exigant, vſuram committere, & reſti-

65 tuendi reos eſſe. † Quamobrem aliud dicendum eſt, ſi nummi nomine deponentis, & eius periculo in cambiis legitimis exerceantur, vt enim in aliis negotiis aliorum opera, & miniſterio vti poſſumus *l.* 1. §. *vſus. ff. de procul. l.* 1. *de exerc. act. & l.* 1. *in fin. ff. mand.* ita & in cambio exercendo vicaria amicorum, & inſtitorum opera vti nihil vetat, vt tradit Sigiſmund. Scaccia *d. quæſt.* 7. *ampl.* 9. *num.* 1. & cenſuit Rot. Roman. *apud Farin. par.* 2. *dec.* 304. *num.* 2. quod Itali vocant *per terza perſona*, vt olim argentarij non tantum proprias, ſed & alienas pecunias fœnori dabant, vt obſeruat Couarr. *de veter. numiſm. collat. cap.* 7. *n.* 4. etenim apud Argentarios duabus de cauſis potiſſimum pecuniæ deponebantur, aut vt eas fœnori collocarent, aut vt eas ſeruarent ſine fœnore, vt ſcilicet tutiore in loco eſſent, quam in priuatis ædibus, vt innuit *l. quedam.* 9. §. *nummularij. ff. de eden. & l. ſi ventri.* §. *in bonis. ff. de reb. auct. Iud. poſſ.* Cuiac. *in l. ſi vnus.* 27. *ff. de pact. & in l.* 8. *ff. depoſ. ad Papin.* Et vt olim honeſtiores non patiebantur ſua nomina inſtrumentis emptionum ſcribi. *l. pupillus.* §. *item. ff. de auct. tut.* Ita nunc viri nobiles, & locupletes per interpoſitas perſonas cambia exercent, & præſertim Ligures. Quod genus lucri Chriſtus approbaſſe videtur, dum reprehendens ſeruum, qui talentum abſconderat, ait (*poteras dare trapezitæ, & ita lucrum facere.*) Matth 25. & notat Coraſ. *Epiſt. quæſt. cap.* 10. *in fin.* quamuis horum verborum alium eſſe ſenſum Theologi verius doceant. 66

† In quo genere illud ſciendum eſt campſorem, qui alienas pecunias exercet, non teneri, ſi eo tempore, quo pecunias cambio dedit, debitores erant idonei, licet poſtea efficiantur non ſoluendo, hoc enim in aliis negotiis receptum eſt, vt in geſtore negotiorum *l.* 20. *ff. mand. l.* 37. §. *ſi pecunia. ff. de neg. geſt. & l.* 22. *C. eod.* quæ ait *negotia aliena gerentes caſus fortuitos non preſtare*: & in curatore Reipublicæ *l.* 2. §. *ſi eo. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin.* & in ſeruo qui cum geſſiſſet negotia domini, ſub conditione rationis reddendæ liber eſſe iuſſus eſt *l.* 311. *ff. de cond. & demonſtr. & l.* 41. *in fine de fideicomm. lib.* denique idem eſt in tutore, ad quem periculum nominum non pertinet, ſi modo idonei debitores erant eo tempore, quo illis pupillarem pecuniam credidit, vt reſpondit Barr. Socin. *in conſ.* 92. *num.* 7. Roman. *in conſ.* 425. *verſ. cæterum.* & Montan. *de tut. & curat. cap.* 38. *num.* 92. & probant tum alia iura, tum dicta *l.* 111. *ff. de cond. & demonſtr.* his verbis: *cæterum debitores, cum quibus ipſe contraxit, non vtique in diem mortis domini ſui fuiſſe idoneos præſtare cogendus eſt: ſed eo tempore, quo his creditum eſt, eius conditionis fuiſſe, vt diligens paterfamilias his crediturus fuerit*, ſufficit enim tutorem bene & diligenter negotia geſſiſſe, & ſi euentum aduerſum habuit, quod geſtum eſt *l.* 3. §. 7. *ff. de contr. tut. act.* 67

† Quod tamen intelligendum eſt, niſi campſori imputari poſſit, quod non exegerit. Nam & hoc in tutoribus etiam conſtitutum eſt *l. ſi tutor.* 16. & *l. chirographis.* 58. *ff de admin. & peric. tut. l. debitores. C. eod. nominum. C. arb. tut.* Roman. *in d. conſ.* 425. & Montan. *loc. cit. num.* 98. & generale eſt, vt periculum nominis ad eum pertineat, cuius culpa, & negligentia deterius factum eſt *l. periculum.* 35. *ff. de reb. cred. l.* 20. *in fin. ff. de pact. dotal. l.* 44. *ff mand.* niſi is debitor ſit, qui ad ſolutionem præcipitari non debuit, vt ait *l. ſi extraneus. ff. de iur dot.*

Nec tantum licitum eſt pecunias dare campſori, vt eas 68 in cambiis licitis periculo dantis exerceat, ſed etiam vt earum periculum ſuſcipiat, pro vtroque ſcilicet officio illi iuſta mercede peritorum arbitrio conſtitutas. Hoc enim commercij genus confirmatum eſt diplomate Diui Pij ad Bononienſes: & illud probant Rot. *apud Farin. in d. dec.* 304. *n.* 7. Sigiſmund. §. 1. *quæſt.* 5. *num.* 15. & §. 3. *gloſſ.* 3. *num.* 36. Vincent. Filliuc. *tract.* 25. *cap.* 9. *num.* 452. & *ſeq.* Bernard. Iuſtin. *de contin. cambior. quæſt.* 10. *num.* 2. & 8. & Ioann. Bapt. Scortia *Theor.* 260. quia inquit, vt hæc iuſtè cum diuerſis fieri poſſunt, ita & cum eodem, cum ſit eadem ratio, & nos ſæpius diximus *ex l.* 15. *ff. de reb. cred.* quod cum duobus recipitur, id in vna, & eadem perſona recipiendum eſſe, & ſubiicit hoc genus contractus in Italia eſſe frequentiſſimum, quod etiam referunt Scaccia, & Iuſtin *loc. cit.* Et ſimilis contractus proponitur *in l.* 6. §. *apud Iulianum. ff. mand.* his verbis: *ſi dominus iuſſerit procuratorem ſuum certam pecuniam ſumere, & fœnerare periculo ſuo, ita vt certas vſuras domino penderet dumtaxat, ſi pluris fœnerare potuiſſet, ipſe lucraretur, in creditam pecuniam videtur accepiſſe.* Neque mouere debet, quod Iuriſconſultus reſpondit videri procuratorem in creditam pecuniam accepiſſe, & ita ex mutuo teneri, quia hoc ideo eſt, quia dominus certas vſuras ſtipulatus fuit, & proinde mutuum contraxiſſe videbatur,

In contractu vero de quo Theologi loquuntur, & libellus Bononienſium, campſor ex conducto, vel pro ſocio tenetur ſecundum intentionem eius, qui pecuniam dedit, quæ recta eſſe debet, & præſumitur *l. merito ff. pro ſoc.* hoc enim vtilitati rerum conſentaneum eſt.

69 Secundo cambia ſicca agitantur, cum campſores, & argentarij nullis receptis literis nummos dant titulo cambij, & lucrum à debitoribus ſtipulantur ad eam vſque rationem, quam referrent cambia in nundinis Placentiæ, vel alterius ciuitatis, vbi cambiorum nundinæ habentur: neque itur neque mittitur ad nundinas, ſed ibi pecunia repoſcitur vbi numerata eſt cum lucro, & acceſſione cambiorum. Hic enim vere fœnus agitatur, & contrahentes cambij nomine abutuntur, creditor quidem ob auiditatem lucri, quæ illum tranſuerſum agit, debitor verò ob neceſſitatem, qua ſtrangulatur, & premitur. Hæc fraus conſtitutioni Diui Pij damnata eſt, & huiuſmodi cambia ſicca, & fictitia eſſe ſcribunt Fabian. *de camb. par. 1. num 22.* Boninſign. Azor. & alij apud Sigiſmund. *loc. cit. limit. 5. num. 1.* Bec. *in conſ. 213. num. 64.* Bertazzol. *conſ. crimin. 254. num 2. & ſeqq.* Hartman. Piſtor. *lib. 3. quæſt. 2. num. 30.* Maſtrill. *in deciſ. 30. num. 12. & 22. lib. 4.* & Molfeſ. *de contract. cap. 7. num. 58.*

70 † Quæ tamen iuris definitio hanc exceptionem patitur, niſi vere tantumdem creditoris interſit, vt ſi fortè à vero, & legitimo cambio abſtinuit, vt ficto alteri roganti morem gerat & ferat opem. Hoc enim caſu poteſt idem lucrum ſtipulari, non quidem ratione cambij, quod hic vere nullum agitur, ſed ratione eius quod intereſt. Ita docuit Caietan. *tit. de camb. cap. 1.* Nauarr *ad cap. nauiganti. de vſur. num. 26. & 34.* idem Hartman. *loc. cit. num. 54.* Azor *lib. 10. cap. 11. quæſt. 2.* Scacc. *loc. cit. limit. 7. num. 3. & 15.* & tractat diligenter aliis auctoribus citatis. Domin Gait. *lib. de cred. cap. 2. tit. 7. num. 1637. & ſequentibus*, vbi conſtituit id in vtroque foro obtinere.

71 † Huiuſque rei ratio eſt, quia in hoc negotio mutuum verum peragitur, in quo licet creditori ſibi, & rebus ſuis conſulere, & ſe indemnem ſeruare, vt maxima æquitate, & frequentiori calculo receptum eſſe refert Couarr. *variar. reſol. lib 3. cap. 4. num. 5. verſ. item & illud,* & Vgolin. *de vſur. cap. 8. §. 7. num. 1* Molin. *diſp. 315. num. 5. & 11* & alij paſſim, & nos ſæpius, & præſertim *quæſt. 71.* & in ſpecie Molfeſ. *loc. cit. num. 61.* vbi hoc reſtringit ad forum conſcientiæ, quod non placet, quia etiam in noſtro foro habetur ratio eius quod intereſt, dummodo verè interſit, & probetur legitimis modis, vt recte tradit Scaccia *in d. limit. 7. num. 15.* qui tamen exceptioni maxime obſtare videtur, quod dicitur ex contractu vſurario nullum intereſſe deberi, vt tractatum eſt *quæſt. 80.* & in ſpecie cambij ſicci tradunt Lup. *de vſur. comm. 3. §. 2. num. 26. verſ. ſed aduertendum.* & Peguer. *in dec. 55. num. 11.* & alij. Quamobrem duo caſus ſeperandi ſunt. Primus eſt, cum cambium ſiccum ſimpliciter initum eſt eo modo quo diximus, & hoc caſu vera eſt Lupi, & aliorum ſententia, & lucrum quod inde prouenit, illicitum eſſe, neque ſub ſpecie lucri ceſſantis exigi, vel retineri poſſe, & ſuccedunt ea, quæ diximus *d. quæſt. 80. n. 2. & ſeq.* Quod verum etiam puto etiamſi accipiens cambio promiſerit ſoluere ſub refectione eius quod intereſt, quia hæc clauſula in his terminis refertur ad contractum cambij, quod illicitum eſt, & lege prohibitum, & proinde pro non adiecta haberi debet *l. non dubium. C. de leg.* Secundus caſus eſt, cum inter dantem, & accipiētem nominatim & explicitè actum eſt, vt quia eius intuitu, & vt illi morem generet, campſor à vero cambio abſtinuit, ex quo lucrum conſequi potuiſſet, & accipiens fortè non poteſt verum cambium inire ad eundem locum vbi non habet, vnde ſoluere poſſit, ipſe illud idem lucrum refundere teneatur, quod campſor ab alio conſequi potuiſſet, & hoc caſu vera eſt Nauarri, Azorij, & aliorum ſententia, quia campſoribus etiam licitum eſt ſibi cauere, ne ex officio ſuo detrimentum patiantur, vel amittant lucrum, quod tamen comperi vnum Scacciam adnotaſſe *loc. cit. num. 17. & 19.* & conſtat ex his quæ diximus *ead. quæſt. 80. num. 20.* Nec obſtat *d. l non dubium. C. de leg.* quia non pertinet ad contractus licitos, qui ſub ſpecie alterius contractus ſimulantur, vt dixi *quæſt. 7. num. 24.* Conſtat verò contractum mutui licitum eſſe, cui pactum indemnitatis procul dubio accedere poteſt. Puto tamen ab hoc genere abſtinendum eſſe, quia ſpeciem mali habere videtur, & conſultius eſſe negotium aperto mutuo conficere, adiecto eo indemnitatis pacto quod, merito apud omnes receptū eſt.

Tertio inter cambia ſicca illud etiam referri debet quod 72
ita agitur, vt literæ quidem dentur ſed non mittantur, & nihilominus ſingulis nundinis ineuntur, & aptantur rationes proinde ac ſi vera, & naturalis ſolutio, & numeratio interceſſiſſet cum incremento, & acceſſione cambij. Etenim hæc fraus apertè ſanctione Pontificis etiam prohibita eſt, & hoc commercij genus omnes veluti vſurarium execrantur, vt apud Scortiam *Theor. 307.* Nec enim ſatis eſt, vt vere cambia agitentur, ſi campſor in ſuo libro ſcribat pecuniam ſibi eſſe ſolutam, vt tradunt Ioann. Bapt. Lup. *de vſur. & commerc. illic. in comm. d. c. nauiganti. §. 2. num. 19.* Hieron Gabr *conſ. 158. num. 5. & 7.* & Roderic. *de ann redit. lib. 3. quæſt. 5. num. 17.* Idemque ſenſit Theologus quidam poſt Sigiſmund. *in fin. n. 13.* & Nicol. Gen. *in tract. de ſcript. priu. lib. 3. tit. de liter. camb. num. 8.* quod tamen eandem exceptionem patitur, niſi vere tantumdem creditoris interſit adhibita tamen ea diſtinctione, de qua proxime dictum eſt. Sanè obſeruandum eſt literas neceſſarias non eſſe etiam poſt conſtitutionem D. Pij, cum vterque ad locum profecturus eſt, in quo dari conuenit, quia poſſunt ipſimet ex fide bona negotium conficere. Ita enim docent Nauarr *cap. 17. num. 289.* Scacc. *de commerc. §. quæſt. 5. num. 10.* Iuſtinian. *quæſt. 4. n. 17. & 18* Scott. *Theorem. 307. verſ. notat tamen* & Emin. de Lug *diſp. de camb. ſect. 7. n. 85* nouiſſime Merend. *de cāb. nundin. c. 1. n. 46.*

Denique agitantur ſicca cambia, cum dantur quidem, & 73
mittuntur literæ, ſed ea mente, & intentione, vt vnde proceſſerant, inanes referantur, cum ſciat campſor nullum in nundinis eſſe, qui literis receptis fidem debitoris exoluat, & ſoluat vt eadem diui Pij conſtitutione 1. declaratum eſt, & in Hiſpania pragmatica ſanctione Philippi II. quæ extat apud Narbon. *loc. cit.* & ita ex Theologis docent Mercat. *lib. de camb. cap. 7 num. 6.* Ludouic. Lopez *lib. 2. cap. 12 circa principium.* Molin. *d. diſp. 404.* Rebell. *lib. 11. quæſt. 6. num. 3.* & alij ferè omnes apud Salas *dub. 14. num. 1.* & Scortiam *Theor. 307.* quibus Iuriſperiti conſentiunt Gabr. Bec. Lup. & Roderic. *loc. cit.* Menchac. *quæſt. vſu freq. cap. 7. num. 11.* Maſtrill. *in d. dec. 303. num. 7.* & Alfonſ. Narbon. *in d. gloſ. 2. num. 24.* Neque excuſantur campſores, ſi literas mittant ad ea loca ad quæ ſcriptæ ſunt, & dicant per eos ſtetiſſe, qui cambio pecunias acceperunt, quod ibi non ſoluerint & paratos ſe fuiſſe ad pecunias ſuo loco, & tempore recipiendas, Hanc enim excuſationem reiiciunt Sot. *de Iuſtit. & iur. lib. 6. quæſt. 10. art. 1.* Molin. *in d. diſp. 404. num. 6.* & alij communi ſuffragio apud Salas *loc. cit.* vbi ait ita docere Docto- 74
res omnes. † Qui deinde refert Sebaſtianum Luſitaniæ Regem lege edita anno 1570. ſanxiſſe, vt id cambij genus agitantes pecuniam in hoc fœnore deprehenſam ſtatim & ipſo iure amitterent, & ne debitor huius legis beneficio renunciare poſſet: & ſi quid fortè hoc nomine ſolutum eſſet, vt in debitoribus, & hæredibus eorum quandocunque repetere liceret, quod & à Molina proditum eſt *loc. cit.* Et additum eſt ſapienter conſtitutione illa Philippi II. Hiſpaniarum Regis, cuius paulo ante meminimus, ne paciſci liceat, vt ſtetur iuramento, & aſſertioni campſoris circa tranſmiſſionem, & acceptationem litterarum, & pretia cambiorum, & circa illud quidpiam, quod neceſſarium ſit ad iuſtitiam, & veritatem cambij, ſed vt omnia inſtrumentis publicis, teſtibus, vel aliis modis legitimis probentur.

His igitur, & aliis modis ſub nomine cambij fœnus agi- 75
tatur; & Pontificum, & Principum leges lacerantur, vt acriter proſequitur Mercat. *loc. cit.* qui tandem ſubiicit hanc clauſulam: *quamobrem non tantum campſor abſtinere debet à priore illa fraude, quæ admittitur, cum literæ in ſcrinio retinentur, & ab alia quæ fit, cum ad eum mittuntur, qui ſolùs peractis ceremoniis, & proteſtationibus eas recambiet, & à tertia, quæ in extorſione prouiſionum poſita eſt, ſed etiam quoties probabiliter nouit petentem cambium non habere illic pecuniam, neque habiturum eſſe neque alium, qui eius nomine ſoluat, & præſertim cum perſona ab eo nominata, eo in loco non reperitur, vel ſi ibi domicilium habet, litteras non eſt recepturus, neque ſolet recipere, ſed*

ſed rogantem nummos nihil aliud intendere , quam interim aliena
pecunia vti , ab hoc genere contractus abſtinere debet , quia vſu-
rarius eſt , Neque tamen dico , aut præſcribo , vt qui cambio dat,
ſemper ſcire teneatur illum qui cambio accepit , re vera tantun-
dem habere eo loco pro quo cambium petit , vel eum , cui literæ
inſcribuntur ibi inueniri , & ſedem , & domicilium habere , &
fidem ſcribentis exſoluturum. Sed dico neceſſarium eſſe , ne num-
mularius ſciat omnia hæc ficte , & ſimulatè agi , vt interim de-
bitor pecunia vtatur , quia id ſciens cambium contrahere non
poteſt. Ita ferè Hiſpano idiomate Mercat. *loc.cit.*
76 Sane ſi campſor bona fide pecuniam cambio dedit, &
eam ſibi Placentiæ, vel Lugduni dari cauit, poſtea vero
neque promiſſor ſoluit iis in locis, neque alius nomine
eius, poteſt campſor non tantum eo loco agere, ſi ibi de-
bitor inueniatur, ſed etiam alio, facta, vt ſolet proteſtatione,
dummodo mentio fiat eius loci, quo dari debuit *l.1. & 2.*
§.ſi quis de eo quod cert.loc.l.1.C.vbi conuen.qui cert.loc.dar. pro-
miſ. iniquum enim eſſet, ſi promiſſor ad eum locum nun-
quam accederet, non poſſe ſtipulatorem ſuum conſequi, vt
77 ait *d.l.1.* & Theophil. *Inſtit. de act. § 33.* † Quæ actio vt di-
xi arbitraria eſt, in quam venit id quod creditoris intereſt
pecuniam loco conuento potius quam alibi ſolui, ſi per
reum mora fiat, quo minus loco ſuo ſolueret *l.8. & vlt. ff.*
eod.tit.& d.l.vn.C.vbi conuen. qui cert. loc. & Cuiac. *ad.h.tit.&*
ad Afric.tract.3.col.3. Anton. Faber. *def.1,n.5. C.vbi conſ. qui*
cert.loc. & in ſpecie notant Ludouic. Lopez *d. cap.15. in fin.*
Reginald. *loc.cit. n.459.* Rot.Gen. *dec.6 num.6.* & Scortia *ad*
78 *breue Banouien. Theor.285. in fin.*† Et competit etiam debitori
actio ad id quod intereſt, nimirum ſi per reum mora non
fuerit, ſed per creditorem factum eſt, quominus loco
conuento oblatam pecuniam acciperet, quia hæc actio
vtrinſque vtilitatem continet, id eſt vel actoris, vel rei, qui
moram paſſus eſt *d.l.2. §.vlt. & l.4. §.interdum. ff.de eo quod*
cert. loc. & Faber *in not. d. def.1. n.4.* vnde ſi neque campſor
loco conuento fuit, neque alius qui eius nomine pecuniam
acciperet, cum reus paratus eſſet ibi ſoluere, habenda eſt
ratio eius quod debitoris intereſt eo loco potius quam alibi
conueniri, & proinde poterit iudex pro modo eius, quod
debitoris intereſt, debitam quantitatem minuere, vt ſatis
indicat *d.l.2. in princ.* his verbis: *quod ſi rei intereſt, minoris*
ſit pecuniæ condemnatio. Et congruenter Theophilus *loc. cit.*
Neque vero, inquit *in centum aureos, quos Epheſi promiſit, con-*
demnari extra Epheſum eum oportet. Nam de centum illis aureis
deduci debet omne id, in quo læditur extra Epheſum ſoluendo:
idemque conſtat ex *d. l.8. de eo quod cert. loc. & aliis eiuſd. tit.*
quæ maxime ad hunc tractatum pertinere videntur. Ex qui-
bus nos ea, quæ de cambiis prodita ſunt confirmare, aut
declarare conati ſumus: & fortaſſe erit, cui hic noſter labor
non inutilis omninò eſſe videtur.

QVÆSTIO XXVI.

De recentibus cambiis.

SVMMARIA.

1. *Recentium cambiorum formula ex variis auctoribus.*
2. *Argumenta aduerſus recentia cambia.*
3. *Emens boues à ruſtico qui non habet, eidemque locat, vſu-ram facit.*
4. *Leges ſaluis verbis circumuenire non licet.*
5. *Pauli Comitoli aduerſus recentia cambia acris ſententia.*
6. *Cambium recurſæ qua ratione defenditur.*
7. *Satisfactio omnis pro ſolutione eſt.*
8. *Acceptilatio ſpecies ſolutionis.*
9. *Solutio per adnotationes, vera ſolutio.*
10. *Duplici perſona quis recte fungitur.*
11. *Cambio recurſæ conditio debitoris non eſt durior.*
12. *Et interdum melior.*
13. *Campſor dum ſibi ſoluit in nundinis, videtur id facere ex pe-cunia debitoris.*
14. *In cambiis fictiones non ſunt reprehendendæ.*
15. *In cambio recurſæ non contrahitur emptio.*
16. *Venditor re non tradita tenetur ad id quod intereſt.*
Qui certo loco aliquid ſoluere promiſit, & non ſoluit, tene-tur ad intereſſe.
17. *In cambiis inſpiciendum eſt, quo titulo lucrum percipia-tur.*
18. *Facilitas cambiorum pernicioſa debitoribus.*
19. *Diui Ambroſij locus.*
20. *Lex optima, quæ cambia reſecaret.*
21. *Radices quibus iuſtitia recurſæ nititur, tentantur.*
22. *Emptio ſine re non conſiſtit.*
23. *Spes emi poteſt.*
24. *Emptio fructuum futurorum recipit conditionem.*
25. *Fructus futuri hypothecæ recte dantur.*
26. *Emptio domus exuſtæ vtroque ſciente non valet.*
27. *Aliud ſoluere, aliud rem venditam præſtare.*
28. *Liberatio campſorum captioſa, & crudelis.*
29. *Acceptilatio omnem tollit obligationem.*
30. *Si ab initio actum eſt, vt res accepto feratur, non contrahitur emptio.*
31. *Emptio, quæ fit in cambio recurſæ, non eſt vera emptio.*
32. *Cambium ſimplex omne genus ſolutionis admittit.*
33. *Decem dari non poſſunt, vt vndecim recipiantur.*
Vocabula non ſaluant conſcientiam.
34. *Emptio contractus eſt iuris gentium, & bonæ fidei.*
35. *Cambij iuſtitia non ex venditionis nomine, ſed aliunde pe-tenda.*
36. *In cambio recurſæ creditor non cogitur pecuniam domum re-ducere.*
37. *In cambio recurſæ nullus ſumptus, nullus labor, qui merce-dem mereatur.*
38. *Fœneratores olim ſumptus, & labores ſuſtinebant in exercendo fœnore.*
Operæ vbicunque præſtentur, mercedem merentur.
39. *Incertitudo lucri non tollit rationem vſuræ in mutuo.*
Fœnus nauticum illicitum.
40. *Ars nummularia ab Ariſtotele reprehenſa, quod ab homini-bus acquirit.*
41. *In cambiis nummus nummum parit, vt in fœnore.*
42. *In cambio recurſæ fit fraus conſtitutioni Pij V.*
43. *Cambium recurſæ ad eundem campſorem nouis ſacræ Congre-gationis decretis damnatur.*
44. *Recurſæ ſpecies à Congregatione approbatæ.*
45. *Cambium, in quo campſor in nundinis ex pacto dat pecuniam ad extinguendum prius, an valeat.*
46. *D. Raphaëlis de Turri tractatus de cambiis.*
Cambium in quo campſor ſcit debitorem non habere, neque habiturum pecuniam in loco ſolutionis, eſt illi-citum.
47. *D. Raphaëlis de Turri contraria ſententia, & eius argu-menta.*
48. *Emptio ſine animo emendi non contrahitur.*
49. *Argumenta D. de Turri excuſſa, & reiecta.*
50. *Emens ſcienter rem ab eo, qui non habet, vſuram com-mittit.*
51. *Campſor probabiliter dubitans accipientem non habiturum, vnde ſoluat, debet à cambio abſtinere.*
52. *Campſori bona fide contrahenti debetur lucrum loco eius quod intereſt.*
53. *Auctor conſtitutionem S. Pontificis de cambiis deſiderat.*
54. *Acceptilatione non perficitur cambium, ſed ab eo diſcedi-tur.*
55. *Campſores ex propria pecunia ſibi ſoluere non poſſunt.*
Adnotationes non poſſunt ſupplere materiam veri cam-bij.
56. *Scuti marcarum ex Raphaële de Turri nihil aliud ſunt quam obligationes.*
57. *Verſura apud veteres prohibita.*
58. *Decem dare, vt vndecim recipiantur illicitum.*
59. *Pecuniæ copia an ſit iuſta cauſa, vt plus exigere liceat.*
60. *Emin. Cardin. de Lugo locus expenditur.*
61. *Pecuniæ imaginariæ copia an ſit iuſtus titulus plus exigen-di.*

62. *D. Raphaëlis de Turri aſſertio contractum cambij eſſe quocunque alio iuſtiorem.*
63. *In cambio non eſt maior æqualitas, quam in mutuo.*
64. *Mutuum natura ſua magis æqualitatem deſiderat, quam cambium.*
65. *Pretij taxatio pendet ex circumſtantiis, quæ incerta ſunt.*
66. *Scuti marcarum etiam ex copia, vel inopia variam recipiunt æſtimationem.*
D. Raphael de Turri arguitur contraria docuiſſe.
67. *Mutuum æqualitatem ſeruat etiam variatis pretiis rerum creditarum.*
Mutuum ea lege, vt certo tantum tempore res reddatur, quo plus eſt valitura, eſt vſurarium.
68. *In cambio recurſa ſemper eſt inæqualitas.*
Lucrum quod prouenit ex multiplicatione cambiorum longe deterius illo, quod prouenit ex multiplicatione aliorum contractuum.
69. *D. Ant. Merendæ tractatus recens* de cambio nundinali.
70. *Nauarri ſententia quadam defenditur aduerſus D. Merendæ obiectiones.*
Cambia nundinalia diſtantiam loci non ſeruant.
71. *Caſus à Genuenſibus in materia cambiorum propoſiti.*
Et reſponſa S.Congregationis ſub Vrbano VIII.

Ex his, quæ proxima quæſt. dicta ſunt, in dubium renocari poteſt illud cambij genus, in quo res in nundinis miniſterio campſoris, vel inſtitoris eius peragitur. Itali, quibus hoc genus debetur, *con la ricorſa* vocant, quod debitor qui non eſt ſoluturus, ad campſorem, vel inſtitorem eius recurrat, vt eius miniſterio ſoluere poſſit, vel quod in eo cambium currat, & recurrat, vt in Euripo fluctus. Et primum ſubiiciam huius cambij formulam, vt ex Scaccia,
1 & aliis colligere potui. † Illius ergo contrahendi ratio hæc eſt. Titius Genuæ, vel Florentiæ inopia preſſus Mæuium campſorem rogat, vt ſibi aureos mille det ad cambium pro proximis nundinis. Et cum Titius ibi non habeat pecunias, neque ſociū procuratorem, vel alium, qui eius nomine ſoluat, eundē rogat, vt eius opera ibi ſoluere poſſit: ideoque inter eos conuenit, vt Titius literas cambij Mediolanum, vel Placentiam ſcribat directas procuratori, ſeu inſtitori ipſius Mæuij, vt ſibi ſoluat aureos puta Marcarum 1020. & ſe debitorem huius ſummæ conſtituat, ipſique eandem quantitatem trahat ſoluendam ipſi campſori, atque etiam vt campſor eidem ſuo correſpondenti, vel inſtitori ſcribat, vt literas Titij hominis fortaſſe ignoti acceptet, & exigat à ſe ipſo, quod ipſi debetur. Quibus literis receptis inſtitor, ſeu procurator campſoris conſtituit Titium debitorem illius ſummæ, quaſi pro eo eam ſibi ſoluerit iuſſu eius, & creditorem Mæuium quaſi eius mandato exegerit à Titio. Deinde quia Titius proprio ære debitum non diſſoluit, ſed ex fide campſoris, inſtitor ſeu procurator eius remittit eandem ſummam cum lucro ſecundi cambij campſori, & ſcribit Titio, vt eam ſoluat ipſi campſori, qui tandem exigit à Titio Genuæ, vbi negotium cœptum eſt, id totum quod ſecundis literis continetur. Et hoc genus cambij *con la ricorſa* dicitur, in quo inſtitor Mæuij duplicem perſonam ſuſtinet, ſoluentis ſcilicet nomine Titij, qui cambio accepit, & recipientis ſolutionem nomine Mæuij, qui dedit. Ex quo fit, vt ab initio inter contrahentes actum videatur, ne reuera debitum omnino extinguatur in nundinis, ſed verſura facta recurrat, vnde proceſſerat. Neque pecunia re ipſa proficiſcitur, quam cum campſor hic numerat Titio, & cum Titius eidem Mæuio, vel alteri cui facta eſt remiſſio, quantitatem debitam reſtituit Genuæ vel Florentiæ cum collybo, & intertrimento prouiſionis, vt incertus auctor quidam diſſerit Italica lingua poſt tractatum Sigiſmundi *in fin. num.*43. Et quod magis mirum videtur, interdum literæ inſcribuntur ipſimet campſori, vt ſibi ipſi ſoluat in nundinis, ſi forte ad nundinas profecturus eſt, vel inſcribuntur ipſi debitori, & ab ipſo debitore, vt à ſe ipſo in nundinis eam quantitatem exigat, quæ literis continetur, eandemque quantitatem trahat, & remittat, vt ſupra dictum eſt. Quarum literarum exemplar eſt apud eundem Sigiſmund. §.1. *quæſt.* 5. *num.*81. *&* 85 Bernard. Iuſtinian. *de contin. cambior. quæſt.*1. Molfes *de contract. cap.*7. *n.*45 & Gait *de credit. tit.*7. *num.*1382. *& ſeq.* Quærendum ergo eſt, ſed Academicorum more, an hoc genus cambij, quod ad quæſtum tantummodo inſtitutum eſt, & in nundinis non nummis, & ipſo nummorum corpore, ſed nominibus, & ex ſcripto, & fide contrahentium agitatur, vt initio conuentum fuerat, ſiue cambium cum recurſu, ſiue alio nomine nuncupetur, reiici, vel recipi debeat.

Et ſane cum hic omnia defunctoriè, & dicis cauſa fieri videantur, multi tum Theologi, tum Iuriſperiti hoc genus veluti illicitum, & vſurarium, & Reipublicæ incommodum multis validiſque argumentis improbarunt apud Salas *in lib. de camb. dub.*17. 2

Primum eſt, in cambio reali debent interuenire diuerſæ pecuniæ, & diuerſorum dominorum, nemo enim ſecum permutat, aut vnam pecuniam ſuam commutare cum alia etiam ſua poteſt, vt non poteſt rem ſuam emere *l.*16. *de contr. empt. l.*22. *§.ſi tibi qui. ff. mand.* ſed in hoc genere cambij vel vna tantum pecunia interuenit, vel tota eſt campſoris, ergo non eſt vera permutatio, & reale cambium, ſed inane, & fictum.

Secundum in hoc cambio debitor hic pecuniam accipiens cogitur in eodem loco eidem campſori, qui dedit, illam reſtituere cum lucro eadem prorſus ratione ac ſi mutuo illam accepiſſet poſt aliquod tempus reddendam cum fœnore. Literæ enim quæ conficiuntur à debitore, & rationes illæ, & computationes, quas campſor vel campſoris procurator in ſuo libro rationum ſcribit, & aliæ literæ, quæ remittuntur ad campſorem, quibus debitori ſolutio indicitur, nihil aliud reuera ſunt, quam ambages, & circuitus quidam, in quibus impij ambulant, & figmenta auaritiæ ad tegendum fœnus.

Tertium in hoc cambio re ipſa ſe habet miſer campſarius, ac ſi fictas literas dediſſet nempe aut non mittendas, aut reditoras inanes, cum nullam pecuniam habeat in loco, in quo ſoluere promiſit, neque creditum. Sed ab eodem campſore cuncta concinnantur. & eius arbitrio fiunt, & proinde hic omnia in fraudem conſtitutionis D.Pij fingi, & comminiſci, quæ nominatim id fieri vetat.

Quartum argumentum eſt, quia in hoc cambio campſor 3 ſciens prudenſque emit aureos marcharum à campſario, qui eos non habet, neque eos habiturus eſt in loco, in quo ſoluere promiſit, & proinde hæc emptio non minus vſuraria cenſeri debet, quam ſi quis à ruſtico ſciens boues emat, quos ille non habet, vt eos eidem ſub certa mercede locet, quod eſſe vſurarium multi docent, Sot. Nauarr. Azor. apud Sigiſmund. §.6. *gloſ.*1. *num.*3. Molin. *diſp.*362. & Vgulin. *de vſur. cap.*38. *num.*1. quod hic fieri videtur. Ita ferè apud Salas *loc. cit.*

Et præſertim huiuſmodi ambages, & fictiones ridiculæ 4 eſſe videntur, cum literæ ipſimet debitori, vel creditori inſcribuntur, vt ſibi ſoluant, ſi forte ad nundinas proficiſcuntur. Hic enim verſura tantum fit, & debitor re vera non liberatur: & proinde licet hic circuitus ſaluis verbis conſtitutionis fieri videatur, tamen hac arte conſtitutio eluditur, & eius ſententia laceratur, quod non licet *l.*29. *&* 30. *de legib. l. vlt. C. mand l. hoc modo.* §.1. *ff. de condit. & dem.* quæ ait id quod in fraudem legis fit ipſo iure reſcindi. † Vt videa- 5 tur non immerito Paulus Comitol. *lib.*3. *cap.*15. *&* 16. ita aduerſus iſtiuſmodi cambia excandeſcere, vt illa improbum fœnus turpiſſimas fœnoris ſordes, ſpurciſſimum ſolutionis commentum, ſordida commercia ſpurciſſima fœnoris amicula pecuniæ inuidioſiſſimam, impuriſſimamque nundinationem identidem appellet: & tandem in *d.q.*16. *n.*10. concludit *totam iſtorum campſorum nummariam rationem nugatoriam eſſe, ridiculam, & aranearum telis, vel verius non entium fundamentis ſubnixam.* Quæ ſanè campſores ab hoc commercij genere deterrere debent.

Sed hæc campſores, & qui eorum cauſæ patrocinantur, 6 parui faciunt, & facili negotio refelli putant, & præſertim is, qui eorum partes tuetur inter conſil. Nauarr. *lib.*5. *conſ.*31. Molfeſ. *in d. cap.*7. *num.*51. & Scortia *Theor.*291. Negant enim

Digitized by Google

enim hic quicquam fieri in fraudem conſtitutionis Diui Pij,
neque eius ſententiam circumueniri, ſed contendunt om-
nia ex veritate, & iuſta, & æquabili commutatione agi, &
literas verè mitti, & virtute earum ſolutionem eo loco
fieri, quo ſolui debet.

7 Neque enim ſolutum intelligimus tantum cum pecunia
numerata eſt creditori, ſed ſatisfactio quælibet pro ſolutio-
ne eſt *l.52. ff. de ſolut. l.13. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit
l.9. §. omnis. de pignor. act.* & ſolutionis verbum ad omnem
liberationem pertinet quoquo modo factam: magiſque ad
ſubſtantiam obligationis tollendam refertur, quam ad num-
morum ſolutionem *l.4. §. ſoluiſſe. ff. de re iudic. l.54. de ſolut.
l.47. & 176. de verb. ſignif.* vnde non tantum ſolutio natu-
ralis recepta eſt, quæ fit numerata pecunia, ſed & alij mo-
di proditi ſunt, quibus quis ſoluiſſe dicitur, vt ſi compenſa-
tione, aut deductione vtatur *l. amplius. ff. rem rat. haber.* vel ſi
8 obligatio nouata eſt *l. ſolutum. §.1. ff. de pign. act.* † Inter quos
etiam acceptilatio eſt *l.1. & 8. ff. de accept. l. ſi rem. §.1. ff de
nouat. & deleg.* quæ ait acceptilatione perimi obligationem,
& *l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleian.* & nunc eſt iuris gen-
tium *l.8. in fin. ff de accept.* & Cuiac *ad l 5. ff. de inſt. & iur.* per
quam ita liberatio contingit, vt licet pecunia numerata
non ſit, non poſſit contra eam opponi exceptio non nume-
ratæ pecuniæ *l.19 d. tit. de accept.* Duaren *ad eund. tit. cap.1.*
Denique quacunque ratione ſatisfactum ſit creditori, ſolu-
9 tio facta intelligitur, vt dictum eſt. † Proinde cum campſor
ſibi ſatisfactum, & ſolutum eſſe velit, ex ſola adnotatione
quam facit in nundinis ipſe, aut procurator, & inſtitor
eius in libro rationum, hæc adnotatio pro ſolutione eſt, vt
proſequitur Naldus in verbo, *cambium. num. 6.* ex quo ſe-
quitur literas non redire inanes, quod Diuus Pius vetuit,
ſed virtute earum pecuniam in ipſis nundinis, & vbi con-
uentum eſt exſolui, & primum cambium extingui, quod
ſufficit: & licet aliæ literæ ex nundinis fiant, & mittantur,
ſunt alterius, & noui cambij, vt diſſerunt Leſſius *cap. 23.
num.60. & 61.* Salas *dub.17. num.7.* Molfeſ. *d. cap 7. num.51.
& 52.* & Scottia *Theor.291. in fin.* vbi ait: *ob id huiuſmodi in
nundinis ſolutio non eſt ficta, ſed virtualis, cum vere, & realiter
fiat prioris obligationis liberatio, & ideo æquiualet reali ſolutioni,
vt paulò ante ex l.47. de verb ſignif. & l 54 de ſolut. & liber. di-
ctum eſt concludens deinde his verbis: Vnde etiam ſequitur. vt ſo-
lutio prioris cambij non fiat Genuæ, vbi accepta eſt pecunia, ſed in
ipſis v. g. nundinis Lugdunenſibus, aut Placentinis: fiat vero Ge-
nuæ ſolum ſecundi cambij ſolutio, cum ex Lugduno, aut Placentia
ſecundæ literæ tranſmitterentur.* Vnde non eſt ſimile exemplum
emptoris boum, quos ſcit ruſticum non habere, quia in hoc
cambio debitor verè habet, vnde ſoluat, tametſi id faciat
ope, & miniſterio eiuſdem campſoris. Et addit Naldus *loco
cit. verſ. non obſtat igitur.* nihil intereſſe actu pecuniam nume-
rari, cum iterum eadem pecunia, repetito contractu illico ſit
cambienda eidem debitori.

10 Neque mirum, aut iuri ciuili contrarium eſt, vt quis du-
plici perſona fungatur, & poſſit à ſe ipſo exigere, & quod
idem eſt, ſibi ſoluere. Id enim conſtat apertiſſimè multis iu-
ris locis vt *l.31. ff. mand. l.6. § vlt. & l 38. de negot. geſt.* &
apertiſſimè etiam *in l.9. §.4. ff. de pecul. & l. quoties 9. §.4. &
5. de admin. & peric. tut.* cuius verba ſunt: *ſicut autem ſoluere
tutor quod debet, ita & exigere quod ſibi debetur poteſt, ſi credi-
tor fuit patris pupilli; nam & ſibi ſoluere poteſt.* vnde non debet
hoc cambij genus ex eo reijci, & reprobari, quod campſor
aut campſarius ſibi ipſi ſoluant, cum hoc in iure noſtro vſi-
tatum ſit, vt etiam ſuſpectum eſſe nũ debet, quod miniſterio
vnius procuratoris tollatur & conſtituatur obligatio, quia
hoc in ſeruo communi receptum eſt *d l 8. §.2. ff de accept.*

11 Præterea Sigiſmund. Scaccia *loc. cit.* notat ex hoc cambio
debitoris conditionem non fieri duriorem, quàm in cambiis
quæ non recurrunt, quæ ex communi ſententia ſunt cam-
bia vera, & libera, quod oſtendit, quia ſi quis cambio acci-
peret aureos centum quos promittat ſoluere proximis nun-
dinis, iiſque aduenientibus cum non haberet, vnde ſolueret,
eandem quantitatem ab alio acciperet, vt hac pecunia no-
uo accepta cambio primum diſſoluat, apud omnes conuenit
iſta duo cambia, niſi aliunde iniuſta ſint, vera & libera cen-
ſeri. Pari ratione ſi quis cum cambio acciperet pactus eſt, vt
eo non ſoluente in nundinis, liceat campſori nomine debi-
toris, & eius ſumptibus eandem quantitatem cambio acci-
pere, & mora facta campſor illam vere ab alio cambio acce-
perit, cambium hoc reale, & licitum eſt, ſaltem pro primo
recambio, & recurrente bona fide. Sed in cambio cũ recurſu
nihil amplius, vel minus continetur. Neque enim campſor
maius lucrum ſentit, nec campſarius maius damnum: &
tantum alia eſt perſona campſuris, quia in illis aureos mar-
charum vendis alij, in hoc recurſat eidem campſori, ſed ven-
dere vni, vel alteri eodem pretio, & iiſdem pactis nihil per-
tinet ad iuſtitiam contractus, nihilque intereſt, quod attinet
ad iuſtitiam cambij, quod mandet mihi, vt ſoluam, vel Titio
cum æquè fiat debitor eiuſdem ſummæ, vel mihi, vel Titio,
& vtroque modo dati. & accepti æqualitas intercedat, in qua
poſita eſt iuſtitia emptionis. Ita Sigiſm. *in d. §.6. gloſ. num.40.
& 41.* & Gait. *loc. cit. n.1503. & 1508.* † ſubiiciens hoc genus 12
cambij interdum vtilius eſſe debitori, quia liberatur onere
inueniendi alium campſorem, qui eius nomine ſoluat, & mi-
noribus expenſis mulctatur, quam ſi ad nundinas proficiſci,
vel alia ratione primum cambium diſſoluere cogeretur. Et
hoc argumento etiam vſus eſt incertus ille auctor apud Na-
uar. *in d. conſ.31.* Salon. *diſp. de camb. art.2. contr.12.* & Scottia *d.
Theor.291. verſ. ſit autem* vbi ait huiuſmodi commercium li-
benter è mercatoribus agitari, tum ob maiorem ſecuritatem,
tum ne pluribus pateant rationes negotiorum ſuorum: atque
etiam quia recipiens ſecurior redditur in nundinis remanſu-
rum ſibi creditum illius ſummæ per nouum cambium, quod
dicitur, *il ritorno,* quo credito facilius ſatisfaciet cæteris de-
bitis, quam ſi in eiſdem nundinis ſumma prioris cambij,
eſſet alicui tertio perſoluenda, denique ob lucrum prouiſio-
num quas capiunt, vel ipſi principales, vel negotiorum ge-
ſtores, aut ſocij, aut certe famuli, quibus certum ſtipendium
pro laboribus omnibus præſtatur, vnde dictæ prouiſiones
cedunt in lucrum ſiue campſorum, ſiue eorum, qui cambio
accipiunt, quod ſane lucrum magnum eſſe ſolet.

Denique idem Sigiſmund Scaccia *d. gloſ.1. num.74. & 75.* 13
ait nihil obeſſe quod campſor ſibi ipſi in nundinis ſoluat,
quia campſor virtualiter ſoluit Placentiæ, & de pecuniis ip-
ſius campſarij, quia breui manu, & ordine intellectus dici-
tur idem campſarius accepiſſe prius cambio ab eodem
campſore, & poſtea ſoluiſſe. Nam quod neceſſarium eſt ad
aliquem actum perficiendum illud ordine intellectus præ-
ſumitur præceſſiſſe, & euenit in renunciatione iuris delati,
quod renuncians prius acquiſiuiſſe, & agnouiſſe fingitur, vt
refert ſcripſiſſe in *ſuo tract. de iudic. lib.2. c.2. n.296. & n.298.*
† Neque huiuſmodi fictiones in commercio cambiorum re- 14
prehendendas eſſe, quia non fictio inficit contractum, ſed in-
iuſtitia, quæ fictione palliatur. Et proinde in tanta articulo-
rum omnium controuerſia & temporum anguſtia longè er-
rare videri, qui ex his, quæ ad iuſtitiam non pertinent, tot
ſubtilitates, & argumenta enixè deſumunt, cum ad ſolam
contractus æqualitatem & æquabilem commutationem tan-
quam ad ſydus reſpicere debeamus, dum per cambiorum
pelagus nauigamus: reliqua argumenta eſſe pueriles argu-
tias, quas Seneca irridet in *epiſt. lib.6.*

Sed perpendenti tria prima argumenta, (nam reliqua ex 15
auctoritate conſtant,) quibus Sigiſmundus probat hoc ge-
nus cambij licitum eſſe, ſatis leuia eſſe videntur, & quæ fa-
cili negotio poſſunt euerti. Primum enim quod *in d. gloſ. 1.
n.38.* ex eo ducit, quod hic vera emptio contrahatur, quo
argumento etiam alij vtuntur, vt Scottia *d. Theor.291.* prin-
cipium petere videtur. Nam qui contendunt eſſe illicitum
enixè docent hic mutuum vere contrahi, & in creditum
iri, & ad tegendum mutuum contrahentes nomine cambij
vti, vt ſæpius nomine emptionis, ſocietatis, depoſiti, &
aliorũ contractuũ abutuntur & nihil re vera agi, quam ob-
ligare promiſſorem, vt tandem in eodem loco reſtituat ſor-
tem, & lucra cambij vltra ſortem, & alia interrimenta
quædam: nec tanti verba, & inuolucra verborum facien-
da eſſe, vt rerum ſubſtantiam, & veritatem immutent. In-
ter quos Paul. Comit. *d cap 15.* id oſtendit his verbis: *Nam
mutuum eſt, cum ea quæ vſu conſumuntur alteri concedimus, &
is qui accipit, verus fit dominus, & idem ſpecie, atque æſtima-
tione reddit verum hic comparãda pecuniã artifices, cum ſuam alteri*
pecuniam

pecuniam concedunt, rem, quæ vſu conſumitur, concedunt, cuius ij, quibus credita eſt domini fiunt, & tantundem cum lucro in eodem loco reddere tenentur, nulla habita ratione laborum, & ſumptuum, quos ars hæc perficere cogitur, ergo certum eſt illos nundinari ex mutuo; diuerſitatem autem locorum, & illas inanes literas, quæ vltro citroque mittuntur ad tegendum mutuum excogitatas eſſe. Quæ confirmantur omnia ex *l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. l. 1. §. 2. de oblig. & act.* ex his, quæ diximus quæſt. proxima *num. 18. & ſeq.*

16 Secundum argumentum eſt, quia venditor, qui pretio accepto rem non tradit poſt moram tenetur ad id quod intereſt. Sed hæc ratio negatione conſequentiæ diluitur. Neque enim ſequitur, venditor recepto pretio, ſi rem non tradat tenetur ad id quod intereſt, quod eſt veriſſimum *l. 1. ff. de act. empt. l. 4. C. eod.* ergo cambium de quo agitur licitum eſt. Fateor quidem eum qui certo loco ſoluere promiſit, ſi per eum factum ſit, quo minus pecunia ſoluatur, teneri ad id quod intereſt, id enim iure ciuili conſtitutum eſt, vt conſtat ex *d. l. 2. §. nunc. de officio. & l. 4. in princ. ff. de eo quod cert. loc.* & dixi *q. proxima n. 53.* Et proinde fateor campſorem, qui Placentiæ vel Lugduni certam pecuniæ quantitatem ſibi ſolui ſtipulatus eſt, ſi ea pecunia, eo in loco non redditur, poſſe agere ad id quod intereſt, dummodo verè illius interſit *d. l. 2. & 4.* & diſſerit Sarmient. *in d. c. 2. n. 7. & 9.* hac ratione addita, *quia loci vel temporis mutatio non mutat obligationem, ideò ſi reducatur ad æſtimationem nullo damno, vel intereſſe extrinſeco accedente mera erit vſura.* Sed in cambio de quo quæritur, nulla per debitorem mora contrahitur, cum ex conuentione fingatur in nundinis facta ſolutio: neque campſores in hac ſpecie quicquam capiunt pro eo quod intereſt, ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, ſed ex vi, & poteſtate obligationis, etiam nihil aliunde interſit, & proinde hoc argumentum perquam leue eſt, & nihil probare videtur.

17 Tertium etiam eiuſdem auctoris argumentum fallax eſt, ex eo enim quod debitor non maiori incommodo afficitur, & campſor non maius percipit lucrum, quam ſi aliunde debitor ſolueret colligit cambium, quod recurrit, eſſe licitum quod tamen non rectè colligitur. Nam in primis certum eſt, campſorem, vt plurimum maius lucrum conſequi cùm ſibi ipſi ſoluit in nundinis, vel illius ſocius & actor, quam ſi alius nomine debitoris ſolueret. Deinde hac in re non illud ſpectare debemus, an plus, vel minus detrimenti debitor ſentiat: ſed inſpiciendum eſt, quo titulo, & ex quo contractu creditor lucrum faciat, & debitor damnum. Quod ex eo manifeſtè apparet, quia vtilius eſſet debitori tantundem mutuo accipere ſub vſuris trientibus aut quincuncibus, quam cambio, & tamen vſuram illicitam eſſe vt ait Bald. *in d. auth. ad hæc. num. 2. Cod. de vſur.* Roderic *de ann. redit. lib. 3. quæſt. 4. num. 107.* & nos diximus *quæſt. 3. & aliis locis.* Imo vtilius eſſet accipienti, ſi conueniret, vt ſoluat vltra ſortem id quod cambia referent, cum hac ratione vitentur ſumptus prouiſionum, vt vocant, quod tamen illicitum eſt, & vſurarium, vt fatentur etiam, qui cambium cum recurſu tuentur, vt Boninſ. *cap. 7. num. 9.* & ipſe Sigiſmund. *quæſt. 7. par. 3. limit. 5. num. 1. & limit. 11. num. 1.* & alij
18 docent, quos recenſui *quæſt. præced num. 69. & 70.* † Quamuis enim inſpectis omnibus, quæ negotium attingunt, vt par eſt, non facile admitti debeat accipientem cambio non maius incommodum pati, quia admiſſa hac facilitate cambiendi debitor, qui neceſſitate pecuniæ premitur, facilè ſe his vinculis irretiri patitur, quibus tanquam fera quædam per nundinas circunducitur, & trahitur, donec multiplicatis cambiis, & recambiis, totum eius patrimonium exhauriatur, quod ei non contingeret, niſi ſe campſor offerret, qui ſub ſpe beneficij illum hiſce vinculis adligaret. Sed alia ratione rebus ſuis conſuleret, vt valde ſuadet Mercat. *loc. cit. cap. vlt.* & ante illum Plutarch. *in opuſc. de non fœn.* & D.
19 Ambroſius *lib. de Tob. cap. 21.* his præſertim verbis † *Dum liber es à vinculis, ipſe te reuoca à iugo, & onere ſeruitutis. Diues es? non ſumas mutuum. Pauper? non ſumas mutuum. Diues es? nullam pateris petendi neceſſitatem. Pauper es? conſidera ſoluendi difficultatem: opulentia vſuris minuitur, paupertas vſuris non leuatur. Nunquam enim malum malo corrigitur, nec vulnus curatur vulnere, ſed exaſperatur vlcere.* muta nomen vnum, hæc etiam iis, qui cambio pecunias accipiunt, dicta ſunt. † Et 20
congruenter Sigiſmundus non aliis verbis huic malo occurrendum eſſe ait, quam ſi anatociſmum, & vſurarum vſuras reprehenderet. Ait enim *d. gloſ. 1. num. 88. quamuis hoc cambium recurſu poſſit cum eodem debitore per noua recambia procedere in infinitum, tamen quia valde Reipublicæ intereſt, ne ſubditorum ſubſtantia à ſuperfœtante fœnore crudeliter deuorentur, & creditores ad abſumendas debitorum opes impiè anhelantes debitum ſtudioſa negligentia quandoque repetere negligant; & debitores vel impotentia, vel iudicij imbecilitate à fœnore ſe diſſoluere non valentes bonis tandem omnibus ſpoliati ad extremam rediguntur inopiam, hincque magna, & pernicioſa inter ciues oriatur diſparitas, ſanctam exiſtimarem legem, quæ vt huic contagioni occurreret, recambia vſque ad certum numerum tolerarent, & ab inde ſalubri temporis præſcriptione perimeret.* Sane qui ita loquitur, eodem loco cambia & recambia, quo vſuras, & vſuras vſurarum habere videtur.

Et omiſſis aliis Sigiſmundi argumentis, quæ ex auctori- 21
tate reſcripti eiuſdem Diui Pij ad Bononienſes, & reſponſi ſacræ Congregationis ad Archiep. Panormitanum ducuntur, quæ venerari oportet, & quibus nihilominus reſpondent, vel reſpondere nituntur Comir. *in d. quæſt. 15. num. 10.* & Iuſtinian. *in d. lib. de contin. cambior. quæſt. 7.* indagandæ veritatis gratia operæ pretium eſt excutere quod ait Scortia *in d. Theor. 291.* in hoc commercio adeſſe tres radices iuſtitiæ, de quibus incertus auctor *in cit. conſ. 31. apud Nauarr.* nempe vera emptio, & venditio, ſeruitus campſoris, & incertitudo lucri. Denique quia in nundinis per acceptationem literarum fit vera ſolutio prioris debiti. Tentandum ergo eſt, an huiuſmodi radices euelli poſſint.

Et quidem prima iuſtitiæ radix, quæ in eo poſita eſt, 22
quod hic emptio, & venditio contrahatur conuelli poſſe videtur, quia emptio eſſe non poteſt, niſi ſit res, quæ veneat *l. nec emptio. in princ. & l. domum. de contrah. empt. l. 1. & 7. ff. de hæred. vel act. vend.* in qua Paulus ait: *cum hæreditatem aliquis vendidit, eſſe debet hæreditas, vt ſit emptio, nec enim alea emitur.* Sed in hoc negotio venditor nec habet, nec habiturus eſt in nundinis nummos, quos tradat emptori, aut procuratori eius; ergo in hoc negotio emptio, & venditio intelligi non poteſt.

Nec obſtat quod vir doctus ait nihil referre, quod pecu- 23
nia nondum ſit actu, quia ſatis eſt, quod ſit potentia cum alio cambio, aut alia via in nundinis haberi poſſit, ſicut cum captus piſcium, vel auium emitur, & cum fructus, & partus futuri emuntur *d. l. nec emptio.* & rectè ſtipulamur ea, quæ potentia habere poſſumus *l. interdum. 73. in princ. ff. de verb. oblig.* Nam reſpondetur non eſſe ſimile, quia cum captus auium, aut piſcium emitur, ſpes, & alea quædam emitur, vnde emptio contrahitur, etiamſi nihil inciderit, quia ſpei emptio eſt, vt ait *d. l. emptio. §. 1. & l. 10. ff. de hæred. & act. vend. & l. ſi iactum. ff. de act. empt.* & hoc caſu ſpes loco rei eſt, vt tradit Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 5. num. 3.* Sed campſor ſpem & aleam non emit, ſed certam pecuniæ quantitatem, quæ illi ſoluenda eſt, quæcunque fuerit fortuna debitoris, vt *in l. incendium. ſi cent. pet.* † Neque etiam congruit, quod dicimus fructus, & 24
partus futuros emi poſſe, quia intelligitur tacita conditio, ſi naſcantur *l. 1. in fin. ff. de cond. & demonſtr. & d. l. nec emptio.* vnde fructibus non natis intelligitur emptio, & pretium non debetur, vt diſſerit Natta *in conſ. 86. num. 9.* Anton. Gomez. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 7.* & Idem Cardin. *d. lib. 4. tit. 19. num. 26.* & notat doctiſſimus Cuiacius, & Dionyſ. Gothofr. *ad d. l. nec emptio.* Et eodem modo tollitur, quod dicitur ex *d. l. interdum. de verbor. obligat.* partus futuros rectè ſtipulari, quia tunc tantum datur actio, cum per rerum naturam præſtari poſſunt, vt ait Paulus eodem loco, ſed nummi, quos is, qui accepit cambio præſtare tenetur, in hoc genere cambij, per rerum naturam præſtari non poſſunt, quia non ſunt in rerum natura, & ideo eorum emptio nullo modo contrahi poteſt *d. l. 1. ff. de hæred. & act. vend.* quæ congruenter ait: *nihil actum eſſe, quia in rerum natura non ſit, quod venerit.* † Qua ratione quod dicimus ea, quæ nondum ſunt, hypothecæ dari poſſe, vt fructus pendentes, fœtus pecorum, & alia huiuſmodi, id

effectum

effectum habet, cum in rerum natura eſſe cœperint arg. *d. l.1. in fin. de condit. & demonſtr. l.7. ff. de tritic. leg. & l.15. in princ. ff. de pignor.* bis verbis: *Et quæ nondum ſunt, futura tamen ſunt, hypothecæ dari poſſunt.* Sed nummi de quibus agitur in nundinis futuri non ſunt Nemo eos numerabit, nemo videbit, ergo deficit venditionis, & permutationis materia, & conſequenter hic nulla emptio intelligi poteſt.

26 † Denique huc referri poteſt quod de domo exuſta vendita reſpondit Paulus *in d.l.domum.57.§.vlt.de contrah.empt.* quod ſi vterque ſciebat, & emptor, & venditor domum eſſe exuſtum, nihil actum fuiſſe. Sed in hoc negotio vterque ſcit & campſor, & campſarius in nundinis nullus nummos futuros, & proinde emptio non conſiſtit, ſed aliud negotium geſtum intelligitur ex numeratione pecuniæ, ex qua campſarius tantundem reddere tenetur, non ſecus, ac ſi eam mutuo accepiſſet.

27 Neque mouet, quod dicunt campſorem facere credito nouo contractu, vt campſarius poſſit in nundinis debitum contractum vere ſoluere, & ideo hæc ſolutio facta in nundinis non eſt ficta, ſed virtualis, cum vere, & realiter prioris obligationis liberatio ſequatur, vt contendit inter alios Anton. de S. Saluat. *toto ſuo lib. della ricorſa & præſertim par.2.num.13. & par 5. num* 20. Molfeſ. *loc. cit* Nald. verbo *Cambium.num.6.* & Scott. *d. Theor. circa fin.* Nam reſpondeo admiſſa etiam hac ſolutione non magis emptionem conſiſtere, quia licet campſor, vel eius inſtitor in nundinis ſibi ſolutum eſſe velit, & acceptilatio ſit ſpecies ſolutionis, vt dixi, & conſtat ex *l. 54 ff. de ſolut.* & aliis, ſemper tamen deficit res id eſt, pecunia, quæ veneat, & cuius dominium, aut poſſeſſio in emptorem transferatur, ſuppono enim nudis adnotationibus & per ſcripturam, rem in nundinis agi; & ſemper verum eſt dicere debitorem nullam habuiſſe pecuniam in nundinis, quam traderet, & proinde emptionem hic nullam eſſe, vel intelligi poſſe *d.l nec emptio. de contr.empt l.77. ff. eod & d l.1 ff. de hered & act. vend.*

Nam licet acceptilatio vim ſolutionis habeat, & liberet debitorem, non tamen efficere poteſt, vt res quæ venit, ſeu permutatur, ſit in rerum natura, & tradi poſſit, quod venditorem in primis facere oportet *l. 11. §. & in primis. ff. de act. empt.* Aliud enim eſt ſoluere id quod debetur, aliud rem venditam præſtare, & tradere: ſolutio imaginaria eſſe poteſt, & per acceptilationem: res imaginaria vendi, & tradi non poteſt *l. 1. ff. de hæred. & act. vend. & d. l. nec emptio. ff. de contr emet & l.77. ff. eod.* quæ ait *neminem vendere quod non ſit*; & proinde multo minus poterit tradere.

28 Præterea admiſſo etiam quod ſufficiat ſoluere ad implendum contractum cambij, quod tamen in mea ſententia non ſufficit, niſi ſolutio habeat vim traditionis, ſaltem neceſſe eſt, vt hæc virtualis ſolutio, quam Naldus, & alij quidam iactant, ſit vera ſolutio, & effectum habeat veræ ſolutionis. Sed talis dici non poteſt ea, quæ iſtis acceptilationibus, & nudis adnotationibus fit in nundinis à campſore, vel inſtitore eius, quod patet. Etenim vera ſolutio liberat debitorem *inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ.* etiam inuitum *l.23. & 53. de ſolut.* & illius conditionem facit meliorem *l. 39 de negot. geſt. & d l. 53.* ſed hoc commento non liberatur omnino is, qui cambio accepit, ſed noua obligatione irretitus manet, vt Scottia, Naldus, & eiuſdem opinionis auctores admittunt, neque meliorem conditionem debitoris facit, imo deteriorem, vt exitus, & exempla probant: non eſt igitur hæc propria, & vera ſolutio, ſed captioſa, & excogitata in fraudem conſtitutionis, in necem debitoris. Non diſſimili quidem ratione, quam ſi quis vinctum iniectis pedi dextero vinculis detinens, his detractis compedes grauiores alteri pedi iniiceret, non diceretur eum liberaſſe *l. ſolutum. de verb. ſignif.* Ita prorſus liberatio, quæ hic fieri dicitur, vera, & germana liberatio dici non poteſt, ſed ironica, & inſidioſa, imo & inhumana, & crudelis. Quod nec Ethnici tolerare potuerunt, apud quos lege Gabinia verſutam prohibitam

29 tam fuiſſe conſtat, vt dixi *quæſt. 5. num.15.* † vnde nihil obſtat *l 1. de accept.* & aliæ ſimiles, quia per acceptilationem debitor omni nexu ſoluitur, vt *in d.l.1. & l.4. C. de tranſact.* & Weſemb. *ad d. tit. in fin. & num.* 2. vbi congruenter ait cauſam efficientem acceptilationis eſſe benignam voluntatem creditoris acceptum ferentis. Hic vero non niſi aſperitas, & inhumanitas deprehenditur creditoris: qui non accepto fert, vt liberet debitorem, quæ eſt natura acceptilationis *d.l.1.* ſed vt magis illum innectat, & deuoret. Non debent ergo hæc & ſimilia iura ad eam iniquam ſpeciem trahi.

Præterea in hoc genere contractus acceptilationes admittendas non eſſe probatur euidenter, quia ſi quis venditori ſuo accepto ferat, intelligitur diſcedere ab emptione *l.5. ff. de reſcind vend.* illis verbis: *cum emptor venditori acceptum facit, voluntas vtriuſque oſtenditur, vt à negotio diſcedatur.* Ergo ſi ab initio actum eſt, vt loco rei, quæ venit, & ex natura venditionis tradi debet, emptor eam accepto ferat venditori, voluntas vtriuſque oſtenditur emptionem ſeu permutationem inire noluiſſe, quia quod ex poſt facto facit, vt ab emptione diſcedatur, id etiam impedit ab initio emptionem conſtitui *l. 36. ff. de contrah. empt. l. 5. in fin. ff. pro ſoc.* Sed in hoc negotio id agitur, vt accepto feratur res, quæ tradi debuit, id eſt campſor, vel inſtitor eius ſcribat accepiſſe à campſario, quod vere non accepit, ergo hæc conuentio, & intentio impedit contractum cambij, id eſt venditionis, & permutationis pecuniæ celebrari, illiuſque origini reſiſtit, & conſequenter illum reſoluit in mutuum cum fœnore: ſi inde creditor lucrum aucupatur, & captat. 30

Præterea in hoc negotio non intercedere emptionem niſi fictam, & imaginariam ex eo conſtat, quia hic deficit finis, & effectus emptionis. Finis enim huius contractus eſt, & ad hoc inductus eſt iure gentium, vt emptor rem acquirat, quam emit, & venditor recepto pretio illam tradat *l.1. ff. de rer. permut. l.1. & 11. § & in primis. ff. de act. empt.* & congruenter Tharaſius Patriarcha C.P. in epiſt. ad Hadrian. I. omnis dominus id quod habet; vendit: ſimiliter & qui emit, volens eſſe dominus eius quod emptum eſt, pretio id acquirit. Hic vero vtrumque deficit, emptor enim ibi nihil acquirit, & venditor nihil tradit, vel tradere poteſt, quia licet hoc commento videatur poſſe ſoluere, non poteſt tamen tradere pecuniam, quæ non eſt, & quam non habet, & conſequenter neque dominium eius in campſorem transferre *l. 20. Cod. de pact. l. 20. ff. de acquir. rer. domin.* cui muneri non ſatisfit acceptilationibus, nouationibus, & aliis ciuilibus ſoluendi modis *d. l. 5. de reſcind. vend.* quia non poſſunt partes materiam contractus ſupplere *d. l. 77. de contrah. empt. & l. ius publicum. ff. de pact.* vnde cum ab initio ex voluntate vtriuſque, *e di concerto*, vt Itali loquuntur, nihil in nundinis numerandum ſit, ſed tantum adnotandum in libro campſoris ſoluiſſe ſibi quod literis continetur, conſequens eſt illos non animo emendi, vel permutandi contraxiſſe, proinde nunquam conſtitiſſe venditionem. 31

Nec obſtat, quod Naldus, & alij dicunt conſtitutionem Diui Pij cum ſimpliciter ſolutionem exigat, admittere quodcunque genus ſolutionis, illique ſatisfieri, quacunque ratione campſor ſibi ſatisfactum eſſe velit iuxta *l. 49. 52. & 54. ff. de ſolut. & l. 9. §. omnis. ff. de pign. act.* quia hoc verum eſt in cambio ſimplici, quod non trahit poſt ſe recambium: nam fateor hoc genus cambij, quod ex fide bona, & vt inter bonos initum eſt, ex poſt-facto admittere omne genus ſolutionis, id eſt omni genere ſolutionis diſſolui poſſe conſenſu creditoris, qui non tantum poteſt accipere in ſolutum nomen debitoris, ſed etiam accepto ferre, & donare *l.2. C. de accept. l vlt. C. eod. l. 5. ff. de reſc. vendit.* hoc enim pendet ex benigna eius voluntate, ſed hoc caſu omni nexu debitor ſoluitur, & omnino liberatur, & non impletur propriè, ſed diſceditur à contractu vt dixi ex *d.l.5.* Aliud verò dicendum eſt in cambio, de quo agitur, quia ſolutione illa, quæ eo modo, & ea intentione fit in nundinis, neque debitor liberatur, neque campſor ſibi ſatisfactum eſſe putat, ſed veram, & naturalem ſolutionem tandem expectat in aureis *delle cinque ſtampe*, vt leges cambiorum iubent, vnde ſi debitor, qui miniſterio campſoris, vel inſtitoris eius eo modo ſatisfecit, interrogaret campſorem, an ſibi 32

ſatisfactum

Digitized by Google

ſatisfactum eſſe putet, vtique id negabit. Non eſt igitur hæc vera ſolutio. Et cum illæ adnotationes, & acceptiones ea lege, & intentione fiant, vt pecunia reperi poſſit, vbi negotium cœptum eſt, non debet hoc genus ſolutionis admitti, quæ apertiſſimè, & imprudentiſſimè vim facit conſtitutioni Diui Pij, quæ fruſtra prohibuiſſet ibi pecuniam repoſci, vbi contractus fuerat celebratus: & fruſtra ea cambia reprobaſſet, quorum literæ redeunt inanes, vnde proceſſerant, nec vllus eſt, qui in nundinis liberis receptis ſolutionem faciat, & in quibus talis erat intentio contrahentium, ſiquidem poteſt campſor hæc omnia ſuis nummis, & ſine nummis ſupplere, vel iuſtitor eius. Quæ intentio ita intrinſeca, & innexa eſt huic commercio, vt meo iudicio impoſſibile ſit eam ab eo præſcindere: vnde verius eſt hæc figamenta, & ludibria ſolutionum in hoc genere admittenda non eſſe. Alioqui dicendum eſt, conſtitutionem Diui Pij V. inutilem eſſe, & optimum ſapientiſſimumque Pontificem illud genus ſolutionis admiſiſſe, quo prouida illius conſtitutio lacerari, & ſententia eius circumueniri facillimè poſſit, quod nemo dixerit.

33 Deinde ſi id contractus genus admittitur, quod ſit emptio, & venditio, illud abſurdum ſequitur, vt pro certa pecuniæ quantitate liceat acquirere obligationem maioris ſummæ. † Quod genus commercij etiam ij, qui vſuras non reiiciunt, veluti improbum, & à iuris ratione alienum magno conſenſu improbarunt Paulus in l. 18. ff. de pact. *Si tibi decem dem, & paciſcar vt viginti mihi debeantur non naſcitur obligatio vltra decem. Re enim non poteſt contrahi obligatio, niſi quatenus datum eſt.* *Diocler. & Maximinian. in l. 9. C. de non num. pec. cum vltra hoc quod accepiſti te obligari neminem poſſe conſtet, nihil vltra hoc quod accepiſti ſortis à te nomine Præſes prouinciæ exigi patietur.* Proculus, & Vlpianus in l. rogaſti. 11. §. ſi tibi. ff. de reb. cred. *Si tibi decem dedero, ſic vt nouem debeas, Proculus ait, & rectè, non amplius te ipſo iure debere, quam nouem, ſed ſi dedero, vt vndecim debeas, putat Proculus amplius quam decem condici non poſſe.* Hic vero nihil aliud agitur, dantur enim decem, vt vndecim recipiantur, quod iure ciuili improbatum eſt. Nihil verò refert quo nomine plus ſtipuleris, & captes, quia, vt dicebat Baldus, vocabula non ſaluant conſcientiam. Et obſerua quod Iuriſconſulti inquiunt: *Si tibi decem dedero, vt vndecim debeas.* & non dicere ſi tibi decem mutua dedero, quaſi dicant quocumque titolo decem dedero, vt vndecim exigam, me non amplius quam decem petere poſſe. Quæ ſanè aduerſus nummulariam magna videtur eſſe obiectio.

34 Præterea ſi hoc genus cambij licitum eſt ex eo quod ſit emptio, & venditio, planè ſequitur cambium huiuſmodi in eodem loco contrahi poſſe, neque literis opus eſſe, neque vt in nundinis ſolutio fiat, neque tot cautiones adhibendæ ſunt, vt hic contractus licitus videatur, emptio enim eſt contractus iuris gentium, & bonæ fidei, & ſolo conſenſu perficitur *l. 1. ff. de rer. permut.* neque ad ſui perfectionem ſcripturam deſiderat, ſed in arbitrio contrahentium poſitum eſt in ſcriptis, vel ſine ſcriptis contrahere *l. contractus. C. de fid. inſtrum* nec vt vno loco pretium numeretur, alio res tradatur, vt manifeſtum eſt. Quamobrem vix intelligi poteſt, vt liceat Genuæ vendere aureos marcharum tradendos Placentiæ, illicita vero ſit emptio, ſi in ciuitate Genuæ, vel in ſuburbiis tradi, & præſtari con-

35 ueniat, vbi negotium geſtum eſt. † Vnde cum omnium conſenſu illicitum ſit cambium, in quo illud agitur vt pecunia eodem loco cum lucro reddi debeat, ita enim conſtitutione Diui Pij ſancitum eſt, & licitum ſit cambium cum alio loco ſolui debet, planè dicendum eſt non ex nudo emptionis, & venditionis titulo huius lucri, & negotiationis iuſtitiam pendere, alioquin in eodem loco negotium peragi poſſet, vt dictum eſt, ſed opus eſſe aliam iuſtam cauſam interuenire, ex qua campſor lucrum iuſte poſſit, & quæ inæqualitatem excuſet, vt ait idem Sigiſmund. *d. gloſ. 1. num. 41.* Quæ profecto non alia eſt quam opera, & obſequium campſoris in traiicienda, & reducenda pecunia, quod ſine periculo, & ſumptibus fieri non ſolet, & pre-

36 tium, & æſtimationem recipere certum eſt *l. 5. ff. de naut. fœn. l. 12. in princ. ff. depoſ.* † Qui titulus cum hic deficiat, nec enim cogitur campſor pecuniam ex nundinis reducere, conſequens eſt, nihil amplius quam dedit, conſequi poſſe: & ſi plus exigat, quam dedit, contractum iniuſtum eſſe, ſiue emptio ſit, ſiue permutatio, ſiue mutuum cum nulla iuſta cauſa interueniat, quæ inæqualitatem hanc corrigere, & excuſare poſſit. Proinde vt illicitum eſt decem hic dare mutuo, vt vndecim alio loco recipiantur, niſi tantundem creditoris interſit *d. l. rogaſti. §. ſi tibi. & l. 2. §. vlt. C. de eo quod cert. loc.* Ita prorſus illicitum eſt vndecim pro decem emere, vel permutare, niſi ratione loci, vel temporis interſit, vnde inæqualitas hæc emendetur, & corrigatur, vt oſtendit Sarmient. *loc. cit.* Neque enim magis licet ex empto lucrum captare, quam ex mutuo *l. illicitas. in princ. ff. de offic. præſ.* Non ergo hic contrahendi modus ex eo dumtaxat, quod emptio ſit, ſuſtineri poſſe videtur, tametſi concederem in hoc genere emptionem, & venditionem intercedere cum vere in nundinis nulla debitoris pecunia futura eſt, quod ex his quæ dicta ſunt *num. 11. & 26.* meritò in dubium reuocari poteſt.

Qua ratione prima hac radice euulſa, quæ in hac ima- 37
ginaria emptione poſita eſt, reliquæ duæ ſpontè ſequuntur. Nam radix, quæ in officio, & ſeruitute campſoris conſiſtere dicitur, parum coaleſcit, quia in hoc genere cambij, nulla ſit realis traiectio, & reductio pecuniæ in gratiam accipientis, qui nihil opus habet pecuniam transferre ex Genua Placentiam, vel ex Placentia Genuam, quia nullam pecuniam habet, ſed illam hic accipit cambio, vt ſuis neceſſitatibus conſulat. Neque campſor vtilius rem campſarij agit, quod in nundinis per ſe vel reſpondentem negotium conficiat, quam ſi in eodem loco, vbi pecunia accepta eſt, id præſtaret. Proinde nullus ſumptus, nullus labor nullum periculum hic interuenit, quod mercedem mereatur, vt notat Comit. *loc. cit.* Bec. *in celebri ille conſ.* 213. n. 52. & Ioann. Bapt. Lup. *in cap nauiganti. §. 2. num. 26* verſ. *Sed aduertendum. & num. 29. in fin* † Neque enim aliquo præmio 38
digni ſunt, quod rationes dati, vel accepti conficiant, numerent pecuniam, & mittant ſeruos & actores, qui eorum nomine in nundinis negotium gerunt. Nam & id olim argentarij, & fœneratores faciebant, vt conſtat ex *l. qui Romæ §. 1. de verb. obligat.* & teſtatur Senec. *lib. 7. de benefic.* Plutarchus *loc. cit.* Cuiac. *in Nouell. 136. & obſer. lib. 10. cap. 14.* vnde Sot. *lib. 6. quæſt. 10. art. 2.* rectiſſimè monet prius perſpiciendum eſſe, vt ſumptus, & labores, in aliquam operam pro alio impenſi præmio digni videantur, an opera, & negotium ipſum iuſtitiæ munus ſit: alioqui laboris, & operæ nullum pretium eſſe. Nam & vſurarios haberemus excuſatos. Quis enim eorum eſt, qui in ſua arte exercenda labores non collocet, & ſumptus. Denique ſi opera, & miniſterium campſoris, & inſtitoris eius in transferendis nominibus iuſta cauſa eſſet huius commercij ſuſtinendi, ſane id etiam ſufficeret Genuæ vel Florentiæ, vbi cambium cœptum eſt. Non enim iuſtitia per ſe pendet ex loco, ſed ex opera: quæ vbicunque præſtetur digna eſt mercede, vnde cum Genuæ, & Florentiæ id non ſufficiat, dicendum eſt, neque in nundinis id ſatis eſſe ad iuſtificandum contractum, ſed opus eſſe veram, & naturalem traiectionem pecuniæ in gratiam accipientis, ſiue ante, ſiue poſt intercedere.

Denique tertia radix, quæ in incertitudine lucri fixa eſt, 39
facile reuellitur, quia incertitudo lucri non tollit rationem vſuræ, vt conſtat in Antichreſi, in qua creditor vice vſurarum fructus rei capit, qui incerti ſunt, & non ſemper bene proueniunt *l. 17. C. de vſur. l. ex conducto §. ſi vis. ff. loc.* & tamen compertum eſt huiuſmodi conuentionem illicitam, & vſurariam eſſe. Præterea id deprehendere licet in pecunia nautica, quæ periculo creditoris traiicitur. Nam licet eius periculum ad creditorem pertineat, vſura eſt, & nauticum fœnus, ſi quid vltra ſortem ſtipulatur, & capit *l. 1. & 2. C. de naut. fœn. l. 6. & 7. ff. eodem titulo, & capite nauiganti. de vſur.* Neque tamen campſor maris, & ventorum periculum timet: nec Piratarum incurſum, aut nautarum perfidiam reformidat, ſed omne ſtudium adhibet, vt idoneis hominibus pecuniam credat, & tutò illam collocet. Denique quia perquam rarum eſt, vt qui cambio dant, damnum ſentiant, frequentiſſimum verò eſt illos in lucro eſſe, vt

fatetur

fatetur Seacc.*quaſt.7.par.1. num.* 38. *&* 94. & alios fortunia exuere, vt grauiter conqueritur Hartmann.Piſtor. *lib.3.q.5. num.* 37. Et hac ratione excuſandi etiam fœneratores eſſent, quia interdum euenit, vt male collocent pecuniam, & vt iam alio loco dixi ex malo quodam Poëta:

Debitor aufugiens portes cum fœnore ſortem.

40 * Poſtremo magnum fundamentum eſt hoc genus commercij improbandi, quia omnino ei conuenire videntur ea, quæ tradit Ariſtot. *Polit. lib.* 1. *cap.* 7. vbi poſtquam conſtituit duplex genus acquirendi, vnum ſcilicet ex fructibus, & animalibus, alterum ex pecunia, poſtremum hoc improbat, & reprehendit, quia non ſecundum naturam, ſed ab hominibus acquirit, id eſt vt ego interpretor ex obli-
41 gatione hominum. † Additque Philoſophus merito haberi odio ipſam nummulatiam, quoniam à nummo facit acquiſitionem, & non ad quod inductus eſt, & præter naturam nummus nummum parit. Atqui hæc omnia de recentibus cambiis vere dici poſſunt. In hoc enim genere non ex mercibus, vel fructibus, aut fœtibus animalium, vel ex opera, quæ in gratiam alterius præſtetur, & mercedam mereatur, res familiaris augetur, ſed ex obligatione tantum, quod eſt proprium fœnoris *l.* 121. *de verbor. ſignif.* & ex egeſtate accipientium, ideoque ex ſententia Philoſophi, huiuſmodi cambij genus improbari videtur. Qui ſane non minus huiuſmodi commercia reprehendiſſet, ſi iam eo tempore auaritia hoc genus fraudis commenta fuiſſet, & induxiſſet in forum.

42 Denique me valde monet, quod dicebam *num.2. &* 32. prouidam D. Pij conſtitutionem hoc commento eludi, & lacerari. Vetat ſiquidem conſtitutio illud genus cambij, in quo pecunia, eo loco ſoluenda eſt, vbi nullus eſt, qui receptis literis ſolutionem faciat, ſed literæ inanes reuertuntur. iam hoc genere commercij admiſſo inuenta via eſt, qua inutilis, & deciſoria redditur conſtitutio. Quid enim facilius, quam ita rem agere, vt ego ipſe qui pecuniam cambio dedi homini, qui in nundinis ne quidem obolum habet, neque habiturus eſt, literas accipiam, vel inſtitor meus, ibique ſcribam à me ipſo exegiſſe, vel acceptoferam, quod re vera non accepi ſub ſpe alterius obligationis, & quidem maioris ſummæ & ob id tantum, ne literæ inanes rediiſſe, videantur? Hoc profectò, ſi verum amamus, nec campſoribus blandiri velimus, nihil aliud eſt, quam conſtitutionem lacerare & fraudem illi facere, id eſt ſaluis illius verbis eius ſententiam circumuenire, quod non licet *l.19. &* 30. *ff. de leg. l. ius publicum. ff. de pact. l.* 3. *in fin. ff. de Sen. Maced. l. vlt. C. mand.* ex quibus ſentio hoc genus cambij admittendum non eſſe, vt à Diuo Carolo Borromæo in ſua ſecunda ſynodo prouinciali, cuius iam mentionem fecimus, conſtitutum eſt *par.* 2. *tit. de vſur.* & de cambiis Francofortenſibus ſcribit Hartmann. *loc. cit.*

43 Hæc enim iam dudum ſcripſiſſem, relatum mihi eſt extare hac de re reſponſa quædam ſacræ Congregationis ſub Vrbano VIII. Pontifice Maximo ad expoſtulationem Genuenſium edita, quibus tandem vix habitis, & vt mea fert tenuitas perpenſis, non potui mutare ſententiam, quia potius ex reſponſo primi caſus ab illis propoſiti confirmatur, quod diximus illud cambij genus, quod *con la ricorſa*, dicitur, & in quo nudis adnotationibus miniſterio ipſius campſoris, inſtitoriſve eius res peragitur, non conſiſtere. Cuius rei, vt maior fides conſtet, ſubiiciam formulam primæ theſis ab iiſdem propoſitæ Latine vt potui, & preſſius expreſſam. *Danthes* (eſt nomen viri) *Maſſa in nundinis Paſchatis dat ad cambium Petro aureos mille pro Mediolano cum recurſu ad ipſam Danthem, id eſt ea lege, vt ipſe Danthes curet literas Petri ſua die Mediolani effectum ſortiri, & debitum denuo tranſmitti in ſequentes nundinas Auguſti. Danthes acceptis literis illas Mediolanum agenti ſuo mittit, cui mandat, vt exigat à ſe ipſo dictos aureos mille. Et quia iſte agens nullas alias pecunias habet, neque fidem, vt eas cambio accipere poſſit in eo loco, vt ſibi ſoluat, vtitur creditor remiſſa ſpectanti ipſi dantis, & eodem die ſolutionis formas ſcripturam in ſuo libro, & facit debitorem Petrum de feria librarum 7500. vice dictorum aureorum mille, & creditorem illius ſummæ Danthem, cui remittit eandem ſummam, & ſcribit Petro, vt illam ſoluat ipſi Danthi, & adſcribat rationibus ſua.* Et hanc ſpeciem recurſæ in Congregatione habita die 3. Octobris 1626. Patres cenſuerunt non ſubſiſtere. Quod iterum cenſuit Congregatio in reſponſione ad ſecundum, & tertium caſum ab iiſdem propoſitum in fin. Denique id Patres rurſus ſenſiſſe puto in reſponſione ad quartum caſum, qui ſub hac forma Italica lingua ab iiſdem propoſitus fuit. *Danthes Genua dat cambio aureos mille Petro pro primis nundinis Placentinis cum recurſa ad ſe ipſum. Et quia Petrus non habet Placentia pecuniam, neque correſpondentem, vel alium qui ei credere velit, Danthes illi offert Curtium ſuum procuratorem, qui in nundinis exequetur literas loco illius, & rurſus traiiciet debitum Genuam. Petrus ſponte conditionem acceptat, & dat hoc in mandatis eidem Curtio. Is acceptis in feria literis Petri, in quibus mandando illi, vt ſuo nomine ſoluat, & vtatur illo debito illud ei tranſmittendo Genuam dat illi facultatem accipiendi cambio eius nomine, quod facere poſſet Curtius nomine ipſius Petri, ſi Danthes illum ſecurum faceret: vt poſſet etiam ſumere à quocunque alio, cui ſuppetunt pecunia in nundinis, & nihilominus capit à ſe ipſo iuxta creditum, quod habet à Danthe per præſentem remiſſionem. Poſt hac Curtius nomis ſuis literis hanc ſummam traiicit Petro Genuam, & remittit Danthi. Petrus tandem ſoluit Danthi ex propria pecunia id quod debet, & hic ſiſtitur exactio.* Hanc igitur ſpeciem cambij, quæ graphicè exprimit eam, quam Nalduſ fuſiſſimè tuendam ſuſcepit, & nos euertere conati ſumus, vt indicant illius verba, *cum autem neuter eorum habeat pecunias, neque creditam in loco, ad quem literæ cambij deſtinantur &c.* hanc inquam ſpeciem in Congregatione habita Kalendis Septembris 1629. Patres vnanimes cenſuerunt non recedere à primo & ideo non valere. Quod vero illud recurſæ genus hic Patres reprobauerint, in quo miniſterio campſoris inſtitoriſve eius ſola adnotatione res peragitur in loco, quo deſtinata eſt ſolutio, ſatis conſtat, quia aiunt non recedere à primo, in quo ita negotium geſtum eſſe indicant illa verba primæ theſis à Genuenſibus propoſitæ: *E perche il detto Agente non hà altri denari, ne credito da pigliarli à cambio in piazza per pagar à ſe ſteſſo, ſi ſerue del credito della rimeſſa ſpettante à Dante.* Quod comperi deinde adnotaſſe Emin. Cardin. de Lug. qui his iamdudum ſcriptis ad manus meas peruenit *diſp.28.num.93. &* 94. Conſtat igitur hoc genus cambij crebris S. Congregationis decretis condẽnari, neque amplius hac de re diſceptãdũ eſſe.

Perſequitur deinde Cardinalis ſpecies recurſæ, quas ait 44
vltimo reſponſo Congregationis ad minus approbatas videri. Nimirum ſi ia, qui Romæ pro Placentia cambio accepit, quamuis ibi nullas pecunias habeat, opera amici ſui primum cambium diſſoluat. Qui enim per alium ſoluere poteſt, iam cenſetur ſufficienter habere pecunias eo in loco, vbi ſolui oportet, & quas numeret in ſolutionem earum, quas accepit Romæ, vt probari poteſt ex *l.9. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet.* vbi Vlpianus ait id quotidie fieri. Idemque dicendum eſſe, ſi is, qui rogatus à campſario, vt eius nomine ſoluat, det eam pecuniam eidem ad cambium ſoluendam Romæ cum lucro. Nam hic etiam interuenit duplex cambium, primum Romæ, alterum Placentiæ initum inter diuerſos: & in hoc conuenire omnes. Valere etiam hoc genus recurſæ, licet campſarius non habeat, qui pro eo ſoluat: ſed idem campſor curet, vt Titius amicus eius literas campſarij acceptet, & ſibi ſoluat pro campſario. Quod enim Titius precibus campſoris id præſtat, non mutat rationem iuris. Vt etiam cambium licitum eſſe, tametſi ipſe campſor apud eundem Titium fideiubeat pro campſario, vt facilius hominis fortaſſe ignoti literas acceptet, & ſoluat, quia etiam hac circunſtantia interueniente vere campſori numeratur pecunia, vbi ſolui debet. Et licet Cardinalis ſentire videatur oportere, vt pecunia fiat ipſius debitoris nouo ibi contracto cambio, non puto tamen id neceſſarium eſſe, quia ſatis eſt, vt Titius ex propriis pecuniis ſoluat nomine debitoris, vt indicat *d. l.9. in fin. ſi cert. pet. l.39. de neg. geſt. l.53. ff. de ſolut.* & in ſpecie Rot. Genuenſ.

in dec. 6. num. 7. quæ ait hunc eſſe ſtylum mercatorum, & congruere iuri ciuili. Denique cambium quoque ſubſiſtere, tametſi campſarius ad maiorem ſecuritatem campſoris, qui cambio dedit, promittat Titium remiſſurum illi ſuum creditum in ſequentibus nundinis, ſin minus ſe obligatum eſſe velle, quia hoc nihil aliud addit, quam maiorem aſſecurationem, & quamdam veluti fideiuſſionem pro Titio, quod reſtituet campſori id quod nomine campſarij ſoluturus eſt ad implendum primum cambium, vt diſſerit à *n.80. vſque ad num.*83. & hanc ſpeciem recurſæ etiam his circunſtantiis aditis ſaltem approbatam videri vltimo Congregationis reſponſo ad vltimam Genuenſium theſim, quam latinè vtcunqoe verſam ſubiicio.

Ioannes in nundinis Sanctorum dat ſcutos mille Petro ad cambium pro Mediolano: & ſimul conueniunt, vt Petrus huius ſumma ſolutionem mandet Antonio perſona diſtincta negotiatione, & fide in dicta ciuitate Mediolani, cui etiam Ioannes mandat, vt exigat. Antonius Mediolani adnotationem facit huius ſumma in debitum Petri, & creditum Ioannis: & Petro non diſſoluente hoc debitum alia remiſſione ſimilis ſumma, vel ſolutione, vt facere poſſet, reflectit in feria ſequenti ſuum creditum Ioanni & debitum Petro; & in his nundinis extinguitur negotiatio.

Additur hac circunſtantia, quod Ioannes promittit Petro Antonium Mediolani eius tractum, ſeu mandatum impleturum.

Additur alia, quod Petrus promittit Ioanni, vt caſu quo Antonius non remittat ſuum effectum Ioanni in feria ſequenti, ipſe teneatur.

Superadditur alia, quod Ioannes promittit Petro in ea tracta, quam facit Mediolanum, vt ſupra, intereſſe certam quantitatem non exceſſurum, prout ipſi ſimul conuenerint, ea tamen lege, vt ſi minus cambium referet, illud duntaxat veniat, quod conſtiterit reddidiſſe.

Die Sabbathi 27. Sept. 1631.

In eadem Congregatione poſt diligentem diſcuſſionem DD. dixerunt nihil in prædictis caſu quinto, & vltimo, & circunſtantiis contineri, quo minus licitè practicari poſſint.

Cæterum licet Patribus viſum ſit hanc ſpeciem etiam illis cautionibus additis licite exerceri poſſe, nihil tamen hinc deduci poteſt aduerſus noſtram ſententiam, quia nos loquimor de illo genere recurſæ, in quo res tota geritur ex ſola directione ſcripturæ in nundinis miniſterio campſoris, inſtitoriſve eius. Hic vero negotium peragitur inter alios, & opera perſonæ diuerſæ, *e di negotio, e di credito*, vt theſis loquitur, & proinde hic poteſt ſubeſſe materia veri cambij ex parte debitoris, id eſt pecunia, quæ non ſit campſoris, ſed Antonij, qui pro campſario ſoluit, vt in ſpecie ab Archiep. Panormitano propoſita.

45 Sane mihi difficilia eſſe videntur, quæ proſequitur Cardinalis à *n.85. vſque ad n.91.* vbi ait licitum eſſe cambium, in quo inter campſorem, & campſarium agitur, vt campſor in nundinis aliam pecuniam cambio date debeat campſario, quibus prius cambium diſſoluere poſſit, vt etiam licitum eſſe, ſi campſarius mandet campſori, vt ſibi ipſe ſoluat, dummodo vere pecunias habeat, quas virtute alterius contractus transferat in debitorem, eaſque deinde virtute mandati ſibi applicet in ſolutionem primi cambij. Quod & in procuratore, & inſtitore campſoris recipi poſſe docet *numer.* 87. & 88. dummodo habeat pecunias ipſius campſoria, quas poſſit conſignare ad cambium, vel ſibi, vt procuratori ipſius, & ita prius cambium extinguere. Et quod magis eſt, idem eſſe, licet procurator nullas pecunias habeat ſed nomina, ſeu credita duntaxat campſoris ibi, vel alibi ſoluenda, quæ per viam alterius cambij in campſarium transferre poteſt, & ex illis tanquam re facta campſarij prius cambium diſſoluere, vt poſſet illi ad eundem finem date merces, quibus diſtractis ſatisfaceret campſori. Hæc inquam mihi difficilia eſſe videntur. Nam licet reprobare non auſim illud cambium, quod ex pecuniis ab eodem campſore acceptis ſine vllo pacto, & conuentione præcedenti in nundinis, vel loco ſolutioni præſtituto diſſoluitur, quia potuiſſet ab alio ad eundem effectum accipere, vt admittit etiam Comit. *in d. quæſt.* 25. *num.* 10. & Scortia *loc. cit. verſ. deinde quia.* quia hoc ſecundum cambium non ex conuentione præcedenti celebratur, ſed præter ſpem contrahentium. Vnde hic concurrere poteſt bona fides campſoris exiſtimantis campſarium habiturum pecunias in nundinis, vel vbi ſolui oportet, vnde per ſe, vel per alium ſoluere poſſit, & cambium diſſoluere. Aliud vero dicendum videtur, cum ab initio actum eſt, vt ita fieret, id eſt, vt ipſe campſor ſuppleret materiam cambij, id eſt eam ipſam rem quæ in contractu deducitur, quia hoc caſu merito argui poteſt campſor non habuiſſe animum comparandæ pecuniæ in loco, in quo dari conuenit, ſed in creditum ire cum lucro, & incremento cambij, & recambij, & vt dicam apertius fœnerandi. Nam licet campſor ipſe ſibi ſuas pecunias numeret, vel inſtitor eius ſibi numerent pecunias campſoris, vel ſibi cedant eius nomina debitorum tanquam procuratoribus debitoris, & deinde eandem pecuniam, vel nomina ſibi retrocedant in extinctionem prioris cambij, licet inquam iſta fierent, campſor tamen nihil ſibi comparat quam eoſdem numero nummos, & eadem nomina, quæ habebat, antequam contraheret cambium. Proinde cum finis emptionis ſit, & ad hoc iſte contractus iure gentium inductus ſit, vt quæramus ea, quæ ante contractum non habebamus tanquam vtilia nobis, vel neceſſaria, vnde proditum eſt ſuæ rei emptionem non eſſe *l.15. & 16. ff. de contrah. empt. l.4. ff. de pign. act.* nemo dicet eum, qui ita contrahit, vt habeat quod iam habuit, & habebat ante emptionem, emptionem contrahere voluiſſe.

Idemque dicendum eſt de permutatione, quæ eſt ſimilis venditioni, & cuius finis etiam eſt, ea nobis comparare quibus indigemus, vel ſaltem quæ non habemus *l. 1. ff. de permut. rer.* magis eſt contrahentes neque emptionem, neque permutationem inire voluiſſe, quæ vt cæteri contractus iniri non poſſunt, niſi contrahentes vere velint emere, vel permutare, & in hoc genus contractus ſpecificè conſentiant *l.1. ff. de pact. l.2. & 3. ff. de oblig. & act.* Et licet iſti reciproci contractus in emptionibus, & permutationibus aliarum rerum tolerari fortaſſe poſſent, non videntur tamen in hoc genere admitti debere, quia hac ratione inuenta via eſt, qua prouida Pij V. conſtitutio facile eludi poteſt. Quid enim facilius, quam hoc commento facere, vt pecunia eodem loco cum lucro, & collybo repetatur, vbi cambium ceptum eſt, quod D. Pius fieri vetuit. Et ne temere, & ſine auctore id dixiſſe videar, ita ſenſit Molin. *diſp.* 404. *n.12.* Garzias *de contract. c.37. n.5. & 7.* Mercat. *tract. de camb. c.9. n.3.* Roderic. *de ann. redit. l.3. q.5. n.17.* & Iuſtinian. *in ſæpius cit lib. de contin. cambior. quæſt.4. n.14. q.5. n.18. & rurſus q.9. n.* 10. vbi refert Clauarium, & Viperam idem ſentientes, & inquit hunc contractum ludum puerorum videri. Hoc ipſum docet Philipp. Faber *diſp.* 47. *numero* 293. & nouiſſime Duard. *d. tract.* §.1. *quæſt* 42. *numero* 35. & 36. & *quæſt.*60. *numero* 10. qui poſt hæc ſcripta ad manos meas peruenit. Et valde placet exemplum, quo Duardus vtitur *d. numero* 36. ſcilicet ementis bouem ab aliquo bouem non habente, qui vt bouem emptori tradat, emat ab ipſo bouem, vt eidem tradat. Hanc enim inanem, & ridiculam ſolutionem eſſe. Vnde magis probo quod poſt Leſſium, & Filliuccium, & alios vir Eminentiſſimus monet *loc. cit. numero* 98. illas ipſas ſpecies recurſæ, quas probare videtur merito prohiberi poſſe propter periculum mutui, & latentis vſuræ, & intentionis obligandi debitorem ad ſoluendum eodem loco. Hoc ipſum ſuadet Malder. *tract. 5. cap. 4. dub. 5.* his verbis: *Sane vt ratio eſt lege poſitiua obligandi in vtroque foro hac cambia interdicendi, ita magna ratio eſt in conſcientia etiam non interdicta diſſuadendi & cap. nam ſape ſiniſtra intentione hac fieri, vt cambium videatur, quod re vera eſt mutuum, omnino ſit veriſimile.* Sentiunt ergo difficile eſſe hanc intentionem ab hoc genere cambij præſcindere: mihi videtur impoſſibile perſpectis omnibus, quæ hoc negotium attingunt, & meritò à D. Carolo prohibitum fuiſſe.

Sed cum iam de editione harum mearum Noctium, quas 46
fateor non eſſe Atticas, ſed Nicienſes, cogitatem non tam conſilio meo, quam excellentiſſimi D. Scipionis Portæ noſtri ſenatus Primi Præſidis meritiſſimi, & aliorum collegarum meorum amantium me, qui mihi animos addiderunt, vt hac me tandem ſollicitudine liberarem initio

huius

Digitized by Google

huius anni 1645. mihi à D. Marcello Viualdo Equite, & Senatore, & compatre meo commodatus eſt abſolutiſſimus tractatus de Cambiis Illuſtriſſimi D. Raphaëlis de Turri apud quem *in prologom.diſp.3.num.*28. *& ſeq.* comperi extare dicta Congregationis reſponſa, qui tamen eum caſum omiſit, qui in exemplo mihi tranſmiſſo quartus eſt, cuius tamen veſtigium eſt apud Cardin. *loc. cit.* (& comperi deinde extare apud Duardum *d.quaſt.*42. *num.*7.) & licet in tanta feſtinatione, & temporis anguſtia parum ex lucubrationibus viri docti proficere potuerim, animaduerti tamen illos in re graui, & ex qua maxima pendet iuſtitia huius contractus, non conuenire, quia Cardinalis *num.* 78. docet cambium eſſe vſurarium, quando campſor Romæ dat pecuniam cambio ſoluendam Florentiæ cum incremento, ſciens eum qui petit, nec habere pecunias Florentiæ, neque alium, qui pro eo ſoluat, ſed redditurum debitum Romæ, quia inquit, tunc non fit permutatio pecuniæ Romæ datæ pecunia tradenda Florentiæ, cum ſit extremum permutationis pecunia, quæ non eſt, nec erit, ſicut non poſſum emere boues ab illo, quem ſcio nullos boues habere, neque habiturum tempore ad traditionem præfinito, & in hac re conuenire omnes, idque docere Caietan. Syluestr. Nauarr. & alios apud Salas *dub.*14. *& dub.*17. *num.*4. qui ait hoc hodie conſtitutione Pij V. definitum eſſe, quibus conſentiunt Valent. *diſp.*5.*quaſt.*23.*p.*4.*verſ.tertio ſequitur.* Salon. *de camb.q.*4. *art.*2.*contr.*7.*num.*3. Malder.*loc.cit.* Iuſtinian. *d. quaſt.*9. *num.*9. Petr. à S.Ioſeph *Fulienſ.lib.*4.*de Iuſtit. cap.*10. & alij quos recenſui *quaſt.prox.praced.n.*73. & qui nunc erit inſtar omnium P.Duardus multis locis, & præſertim §.1. *quaſt.* 12. *num.* 8. *&* 9.*& quaſt.*28.*num.*7.*&* 8.

47 Et nihilominus contra hanc ſententiam, quæ procul dubio inter Theologos, & Iuriſconſultos receptiſſima eſt, ſenſit D. Raphaël *diſp.*1.*q.*14.*num.*16. *& ſeq.* aſſerens ſe nunquam legiſſe contractum aliquem fœnoris damnari ex eo quod alter ex contrahentibus ſciat promiſſorem promiſſa non præſtiturum, ſed pro eo ſperat conſecuturum iuſtum intereſſe, quod eo caſu omni iure debetur *ex l. ſtipulationes non diuiduntur. verſ. Celſus. de verb. oblig.* & aliis: & rurſus *diſp.*3. *quaſt.* 12. *num.* 21. vbi ait rei traditionem eſſe quid extrinſecum ſubſtantiæ venditionis ex qua oritur actio ad rem tradendam vel ad id quod intereſt *ex l.*1. *ff.de act.empt.* quod repetit, (ita illi cordi erat hanc firmare doctrinam) *ead.diſp.*3. *quaſt.*14. *num.*31. aſſerens habere, vel non habere rem quæ venditur, non reſpicere ſubſtantiam venditionis, ſed pius perfectionem extrinſecam, ideoque etiam data dicta carentia, vt loquitur, ad vtriuſque contrahentis notitiam contractus cambij ſimplicis non infirmari, *& num.* 34. ſubiicit ſibi inauditum eſſe dari exceptionem debitori ex eo quod ſciente creditore rem in contractu adductam non habuerit, neque actu, neque potentia Neque obſtare quod obiici ſolet de eo, qui emit bouem ab eo, qui non habet, eundemque illi locat, & ſcit venditorem non habere. *Nam ſi demus*, inquit, *aliquem emere à ruſtico præſenti pecunia bouem tradendum certo loco, puta in aliquo ruſticano conuentu, vbi magna animalium copia ſolet confluere, ſi iuſto id pretio fiat, nemo ſani capitis negabit iuſtitiam huic contractui ineſſe dato etiam emptorem ſcire venditorem non habiturum: ſicut etiam nemo negabit in his terminis procedere ſimilitudinem cum eo, qui contrahit cambium cum debitore, quem ſcit non habiturum ſcutos marcarum in feria. Quod ſi transferatur quaſtio ad ementem bouem à ruſtico, quem ſcit non habere, eidemque ſtatim locat certa mercede, certe id, & tranſilit terminos quaſtionis de*

48 *cambio, & eſt iniuſtiſſimum.* Ita vir clariſſimus. † Ego vero ſequor Theologorum ſententiam, & puto ſuppoſita hac ſcientia emptionem ſiue bouis, ſiue ſcutorum *de marche* non conſiſtere, quia in diſcernendis contractibus id potiſſimum perſpiciendum eſt, quid actum ſit, & quæ fuerit mens contrahentium *l. non omnis.*19. *ſi cert. pet. l.*2.*&* 31. *de oblig.& act.* vnde ſiue hic contractus emptio ſit, ſiue permutatio, quæ iiſdem regulis regitur *l.* 2. *ff. de rer. permut.* neceſſe eſt, vt contrahentes habuerint animum emendi, vel permutandi, ſine quo emptio, & venditio neque eſt, neque intelligi poteſt *l.* 35. *in fin. de verb. oblig. l.* 9. *de contr. empt. l.*5. *de act.empt.* & apertiſſimè *in l.domum.in fin.de contr. empt.* quæ ait ſi vterque ſciebat, & emptor, & venditor rem non extare, nihil actum fuiſſe. Et notandum eſt, quod lex ait vtrumque in dolo eſſe, & hic Baldus notat communem dolum vitiare contractum bonæ fidei. Et licet ex parte accipientis dolus proprie interuenire non videatur, ſed ex parte tantum campſoris, ille enim neceſſitate cogitur, hic auaritia ad hunc contractum impellitur, tamen negari non poteſt, ſaltem ex parte emptoris dolum intercedere, qui neceſſitate alterius abutitur, illumque adigit ad venditionem illius rei, quam ſcit non habere, neque tradere poſſe tempore traditioni præſtituto, idque lucri ſui cauſa, & vt plus quam numerauit, hoc commento exigere poſſit. Etenim contractus emptionis, vt etiam permutationis iure gentium introductus eſt, vt hac ratione earum rerum, quas non habemus, vſum, & dominium naciſcamur, vt conſtat ex *l.*1. *ff. de contr. empt. l.*1 *ff de rer.permut.* Ariſtot. *lib.*1. *Polit.cap.*6. & tradit Garz. *de contract. cap.* 37. *num.* 7. verſ. *alia ratio.* & ipſe D. Raphaël *d. diſp.*1. *quaſt.*23. *num.*4. & nos paulò ante diximus, vnde ſi conueniat, ne dominium transferatur, non cenſetur contrahentes venditionem celebrare voluiſſe *l.* 80. *in fin. de contrah. empt.* Proinde cum nemo dici poſſit habuiſſe animum acquirendi dominij eius rei, quam ſcit venditorem, ſeu promiſſorem neque habere, neque habiturum die, qua tradi debet, conſequens eſt illos animo ementium non contraxiſſe. Sed aliud inter ipſos actum fuiſſe, contractum ſcilicet vſurarium, ſi is qui pecuniam numerauit, inde lucrum captet, vt ex Baldo, Cepoll. Gabriël. Ripa, Menoch. & aliis tradit Manent. *de contr. libell. quaſt.* 1. *num.*8. Sarmient. *Selectar.interpret.lib.*7.*cap.*1.*num.* 19. Theſaur. fil. *quaſt.*32. *num.*7. *lib.*1. & Cyriac. *controuerſ.forenſ.*260. *numer.*11.

Neque mouet quod ait in *d quaſt.*14. *num.* 25. verſ. *ad tertium reſpondetur.* eum qui emit ſcutos marcarum nihil magis velle, quam eos conſequi à venditore, quia fateor id verum eſſe, neque enim voluit donare, & liberalitate in accipientem vti: imo potius lucrari, & conſequi pluſquam dedit: ſed nego illos habere velle titulo emptionis, vel permutationis, quæ hic intelligi non poteſt, cum non tantum deficiat animus emendi, vel permutandi, vt dictum eſt, ſed etiam materia venditionis, cum nulla ſit pecunia eo loco, in quo tradi debuit, vt ſupponimus, exploratum enim eſt, venditionem ſine re, quæ veneat, conſiſtere non poſſe. *l. nec emptio. ff.de contr.empt. l.*1 *ff.de hared. & act.vendit.* quæ ait *nihil actum eſſe, quia in rerum natura non ſit, quod venierit.* vnde fateor quidem campſorem velle aureos conuentos ſibi ſolui, ſed cum ſciat in loco, in quo ſibi ſolui ſtipulatur, promiſſorem nihil habere, vel habiturum, vnde ſoluat, euidens eſt illum intendere reſtitutionem eius pecuniæ non vbi ſolui ſcriptum eſt, ſed eodem loco, vel vbi ei commodius, & vtilius videbitur, & conſequenter hoc genus eſſe mutuum cum fœnore, vnde naſcitur obligatio reſtituendi, vt ex Caietan. Sot. & aliis tradit Scort. *Theorem.*307. Tolet. *lib.*5. *cap.*52. *n.*3. Garz. *d.cap.*27. *in fin.* Molin. *diſp.*404. *n.*7. & ipſe Scaccia, quem male D. Raphaël affert pro ſua ſententia *in d.ampl.*17. *n.*7. *& n.*15. *&* 16. nam quamuis diſtinguat inter forum, & forum, admittit tamen hoc genus cambij illicitum eſſe, & in rei veritate nihil aliud eſſe quam mutuum. 49

Ex quibus nihil opus eſt transferre quæſtionem ad eum, qui à ruſtico emit boues, quos non habet, eoſdemque illi locat pro certa mercede, quia ſatis eſt ſi emptor ſciat venditorem non habere, neque habiturum tempore, quo tradi conuenit. Hic enim dolus eſt, qui reſiſtit emptioni, vt dictum eſt. Vnde meritò Theologi apud Emin. de Lug. *loc. cit.* & Lopez. *cap.*13. *verſ. at vero is. lib.* 2. non tantum damnant eum qui emit, & locat, ſed etiam eum, qui ſcienter emit ab eo quem ſcit non habere, neque habiturum die traditioni præſtituto. Turpiùs quidem agit, qui emit, & locat: ſed etiam malè, & iniuſtè agit qui emit à non habente, quia cenſetur non animo ementis ad emptionem accedere, cuius finis ea comparare, quæ emimus, vt dixi ex *d. l.*1. *de contrah. empt.* Sed potius vt re non tradita, quod neceſſario in his terminis futurum eſt, pretium repetere poſſit, & id quod intereſt, id eſt vſuras ſub prætextu eius quod intereſt. Quod ex coniecturis tantū reſpondit Abb. *in conſ.*113. 50

 num 3.

num. 3. & ſenſit Syluest. in verbo *vſura.* 2. *num.* 6. & nos diximus de emptoribus lanarum *quaſt. pene proxima praced. circa fin.* Alioqui dicendum eſt licere ſocietatem officij cum eo contrahere, quem numerans pecuniam ſcit nullum officium habere ſuper quo ſocietas iniri poſſit, & fructus percipere, quod nemo dixerit. Conſtat enim id illicitum, & vſurarium eſſe, vt inter alios docent Comit. *d. lib.* 3. *quaſt.* 14. Vgolin. *de vſur. cap.* 56. §. 1. *num.* 3. & Caſtracan. *de Societ. offic. cap.* 5. *num.* 6. *&* 8. vbi congruenter ait eum, qui dat pecuniam ex contractu ficto, & ſimulato, lucrum ex eo conſequi non debere. Quamobrem impertinens eſt, quod ait in *d. quaſt.* 12. *num.* 22. *&* 23. in regno Siciliæ frequentiſſimum eſſe inuicem emere, & vendere ingentem quantitatem tritici conſignandi tempore meſſium, licet emptor ſciat venditorem nec agricolam eſſe, nec ex ſuis poſſeſſionibus frumentum percepturum, ſed ea ſola ſpe emere, vt frumento non tradito ſibi præſtetur intereſſe, nec vllum vnquam hoc genus contractus impugnaſſe, vel impugnare poſſe. Nam data illa ſcientia, & intentione verius eſt deficere animum emendi in emptore, & conſequenter contractum illicitum eſſe, ſiue in Sicilia, ſiue in Germania celebretur, & cedo auctorem, qui hoc genus commercij cum hac circunſtantia vnquam comprobandum eſſe ſcripſerit. Neque hic locum habet, quod ait, ſi res vendita non tradatur, dari actionem ex empto aduerſus venditorem ad id quod intereſt *ex l.* 1. *& aliis. ff. de act. empt.* quia hoc accipiendum eſt, quando quis neſciens, & bona fide contraxit, vt conſtat ex *l.* 61. *§. qui neſciens. ff. de contr. empt. l. oſſa* §. 1. *de relig. & ſumpt. fun. & §. vlt. Inſtit. de empt. & vend.* vbi Theophilus notat hunc emptorem occaſione contractus nullam actionem habere. Vt dicimus eum, qui ſcienter rem alienam emit, non poſſe agere ad id quod intereſt ex *l. vlt. in fin. C. commun. de leg.* & inter alios docent Couarr. *variar. lib.* 3. *c.* 17. *n.* 1. Coſta *de fact. ignor. diſt.* 4. *n.* 9. & in ſpecie P. Iuſtinian. *loc. cit.* Qua ratione nihil mouet, quod repetit D. Raphaël iiſdem locis traditionem rei eſſe quid extrinſecum venditioni, quia fateor id verum eſſe, ſed nego venditionem ſine re, & animo emendi intelligi poſſe *d. l. dominum. de contr. empt. l.* 8. *C. reſcind. vend & l.* 1. *ff. de hæred. & act. vend.* Hæc enim ſunt non extrinſeca, ſed de ſubſtantia venditionis, quæ vel vno deficiente conſiſtere non poteſt, nihil ergo proponitur, cur à communi ſententia recedere debeamus.

51 Quam ſequor etiam cum emptor vel campſor probabiliter dubitat vendentem, vel accipientem cambio neque habere, neque habiturum rem, vel pecuniam venditam ſuo loco, ſi vere ita ſe res habuit. Hoc enim docent iidem Theologi, & Iuriſconſulti apud Salas *loc. cit.* Syluest. *loc. cit. num.* 6. *in fin.* Fabian. Genuenſ. *de camb. num.* 47. Zech. *de vſur. cap.* 9. *n.* 11. verſ. *idem eſt iudicium.* Bonaciu. *diſp.* 2. *q.* 5. *punct.* 5. *num* 9. Fauſt. *in diſp.* 19. *quaſt.* 21. *num* 3. Duard. *de camb.* §. 1. *quaſt.* 12. *num.* 9. & nouiſſime idem Cardin. *loc. cit. n.* 78. verſ. *hoc tamen caſu.* debuit enim in probabili ratione dubitandi, vel explorare conditionem hominis, vel abſtinere à cambio, vt ipſi etiam Ethnici monent, inter quos M. Tullius *lib.* 1. *de offic. Quocirca*, inquit, *bene præcipiunt, qui vetant quicquam agere, quod dubites æquum ſit, an iniquum, Æquitas enim lucet ipſa per ſe, dubitatio ſignificationem habet iniuriæ.* Sanè id accipio in probabili ratione dubitandi, vt dixi, & in re ſimili dicit Vlpian. *in l.* 11. *ff. depoſ.* illis verbis: *Hoc ita eſt, ſi potuit ſuſpicari, iuſta ſcilicet ratione motus.* qua ceſſante non eſt neceſſitas imponenda campſoribus, ne nimis curioſi eſſe videantur *l.* 19. *ff. de nouat.* iidem Fratr. Fabian. & Cardin. *loc. cit.* & D. de Turr. *in d. quaſt.* 14. *in fin.* ſubiiciens tamen contra ſuppoſitam deficientiam poſſe campſores prætextu ignorantiæ ſe tueri, idque ſi non coram Deo, ſaltem in foro omnem amaritudinem tollere. Quod & ſcripſit Scaccia *loc. cit.* verſ. *aut enim loquimur.* Quod nollem illis excidiſſe. Quid enim hoc aliud eſt, quam inſtruere campſores, qui illicita cambia agitarunt, vt contra conſcientiam ſe in iudicio ignorantiæ clypeo tueantur aduerſus eos, qui iuſte illis iniuſta hæc lucra ſoluere recuſant, vel ſoluta repetunt, & quibus non deficit ius, ſed probatio. Sane æquius, & iuſtius erat dicere quod ait Apoſtolus, *Nolite errare, Deus non irridetur.* & etiam illud: *Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur.*

Cæterùm ſi campſor bona fine contraxit, quod in foro 52
præſumitur, in quo ſemper eam coniecturam ſequimur, quæ excludit delictum *l. merito. ff. pro ſoc.* & poſteà comperit eum, qui cambio accepit, non habere pecuniam, neque habiturum in loco, vbi ſoluere promiſit, conſtat quidem inter omnes in primis excuſari campſorem à reſtitutione lucri percepti, ſi illud bona fide conſumpſit, neque ſit factus locupletior: poſſe etiam recipere compendia cambij ratione eius quod intereſt. His tamen circunſtantiis ceſſantibus quidam putant nihil nomine lucri campſorem exigere poſſe, vt Syluest. *loc. cit.* Ledeſma, & Vega apud Salas qui eos ſequitur *dub.* 15. *num.* 2. & campſorem vbi primum nouit ſe fuiſſe deceptum, lucrum illud reſtituere teneri, vt Bann. Salon. Bonac. apud Candid. *d. diſp.* 22. *art.* 11. *dub.* 1. & nihilominus ſentio etiam ſubductis illis circumſtantiis campſorem virtute contractus totum illud lucrum petere, & percipere poſſe, quæ eſt ſententia Molinæ *d. diſp.* 404. *in fin.* congruenter iis quæ docuerat *d ſp.* 362. Leſſ. *in d. dub.* 7. *num.* 69. Reginald *lib.* 25. *cap.* 31. *num.* 459. Malder. *loc. cit. verſ. certum eſt.* Fauſt. *in d. quaſt.* 21. *numer.* 1. Dian. *de contract. reſol.* 14. Duard. *de camb.* §. 1. *quaſt.* 28. *numero* 11. Emin. P. de Lug. *loc. cit. numero* 79. qui dicunt rationem eſſe, quia cum campſor bona fide ex parte ſua impleuerit contractum, alter quoque ex iuſtitia tenetur ex ſua parte adimplere, vel præſtare campſori quicquid habiturus fuiſſet. Quod probari poteſt ſiue cambium ſit permutatio ex *lege* 5. §. *at ſi do. de præſcript. verb.* ſiue emptio venditio, vt quibuſdam videtur, ex qua etiam datur actio ad id quod intereſt *dicta lege* 1. *de act. empt. l. qui officij* §. 1. *de contr. empt. & lege* 9. *de euict. & d.* §. *vlt. Inſtit. de empt. & vend.* vbi dicitur emptori actionem competere, vt conſequatur quod ſua intereſt eum deceptum non fuiſſe.

Cæterum ex his, quæ aduerſus D. de Turri firmata ſunt, multo magis in mea confirmor ſententia *con la ricorſa* vt vocant, in quo nudis adnotationibus, & miniſterio campſoris res geritur, illicitum eſſe, in quo ſcilicet vtroque ſciente emitur res, quæ non eſt, neque erit, & deficit pecunia quæ eſt extremum huius permutationis, & in quo denique fit fraus conſtitutioni Diui Pij, vt mediocri diligentia tractatum eſt.

Et nihilominus quia animaduerti ſcriptores aliquot ad- 53
huc huic commercio patrocinari, quorum proinde auctoritas magna eſt apud eos, qui nummulariam exercent, & adhuc poſt conſtitutionem Diui Pij, qui abuſus cambiorum tollere, & fraudibus campſorum occurrere voluit, diſceptationibus locum eſſe, & poſt relata S. Congregationis reſponſa, adhuc ni fallor locus erit propter verba æquiuoca, & obſcura, quibus Itali campſores vtuntur, vt rimam aliquam reperire poſſint, & ipſum D. de Turri. *in prologom. diſp.* 3. illis reſponſis non omnino acquieſcere: imò grauiter conqueri primum frequentiſſimum, & à doctiſſimis, & religioſiſſimis viris approbatum, vt aſſerit, cambiendi modum damnari, neque doceri, vnde labes proueniat: ſecundum nec attingere quidem propoſitam quæſtionem: tertium licet ſit affirmatiuum, tot conditionibus inuolui, vt rem incertam relinquat, & maiori indigeat declaratione: quarti nullam mentionem facere, quo conſilio neſcio, niſi fortè quia illi diſplicuit. Et quod attinet ad quintum, vltimumque, quod D. Raphaëli quartum eſt, & oraculum multis locis appellat, tenuitati meæ incompertum eſt, an Congregatio per hoc vltimum à præcedentibus reſolutionibus aliqua ex parte receſſerit, quod facile admitti non debet, & nihilominus D. Raphaël id innuere videtur, cum refert ad prima illa reſponſa Ciuitatem Genuæ tanquam ad aliquod tonitruum intremuiſſe, & obtinuiſſe ab Archiepiſcopo, ne ederentur, & huic vltimo, quod poſt longam diſceptationem, vt idem refert, obtentum eſt, Sereniſſ. Rempublicam acquieuiſſe, exiſtimantibus fortaſſe campſoribus Genuenſibus illis verbis vltimæ theſis ab eis oblatæ *perſona diſtinta, è di negotio, è di credito*, ſatis fieri poſſe, ſi diſtinguatur ratione loci

loci tantum, tametſi realiter ſit vna, & eadem perſona, quod campſores his paucis verbis exprimere, & diſtinguere ſolent *di Genoua, e di fiera*, vt Federicus ille *de Mediolano*, & Federicus *de Veſontione* apud Becium *in conſ.* 213. *numero* 51. vbi ait hæc figmenta eſſe, & ſimulationes, vt cambium reſpectu loci interueniſſe videatur: & probat Scaccia §. 6. *gloſ.* 1. *numero* 90. & 91. & aduerſus Becium tuetur D. Raphael. *diſput.* 3. *quæſt.* 7. *numero* 19. Et prætereà illud quæri poteſt, an reflexio illa nominis, quam fecit Antonius, ex eo fiat, quia ita ab initio inter contrahentes actum eſt, vel præter ſpem, & ex accidenti id contingat, & præſertim addita illa circunſtantia, quæ deeſt in editione D. Raphaelis, & extat apud Cardin. *loc. cit. numero* 84. *Che Pietro promette à Giouanni, che in caſo che Antonio non gli rimetta il ſuo effetto nella fiera ſequente, vuole eſſer obligato lui*, quia hac clauſula addita multo magis apparere videtur ea intentione cambium celebratum fuiſſe, vt eodem loco pecunia repeteretur, quod conſtitutio Pij V. vetat. Ego igitur his perpenſis in re quæ tam latè patet, & cuius abuſus multorum facultates euertit, generalem aliquam conſtitutionem ſummi Pontificis, Paſtoris, & Arbitri omnium adhuc deſiderarem, quæ regula hac in re eſſet iuſti, vel iniuſti, quod eſt proprium legis *l.* 1. *ff. de legib.* & has cambiorum recurrentium nundinas, nundinationes, verſutaſque ſaltem inter eoſdem prohiberet, & ſubueniret conſtitutioni D. Pij V. quæ ſubtilitatibus, argutiis lacetatur exemplo Iuſtiniani *in l. vlt. C. mand.*

54 Etenim mihi ſemper occurrit, repetam enim, vt ne melius explicem, quod dicebam *numero* 27. acceptationes, & adnotationes, quibus campſores in nundinis vtuntur nulla pecunia intercedente, non ſufficere, vt venditor verè, & formaliter contractum, ſiue permutatio ſit, ſiue emptio, ex parte ſua impleuiſſe cenſeatur. Venditor enim ſub formalitate venditori non tenetur ſoluere, ſed tradere *l.* 1. *& l.* 11. §. 1. *ff. de act. empt.* vbi Vlpianus recenſens ea, ad quæ venditor tenetur, *& in primis*, inquit, *ipſam rem præſtare tenetur, id eſt tradere.* Cui muneri cum nudis adnotationibus, & nouationibus ſatisfieri non poſſit, traditio enim naturalis eſt, & alicuius rei ideoque exiſtentiam, rei deſiderat *l.* 20. *&* 43. *ff. de acquir. rer. dom.* conſequens eſt his fictis ſoluendi modis primum cambium, agitur enim de cambiis, quæ recurrunt, ex parte venditoris verè, & propriè perfici non poſſe, etiamſi maximè velit campſor hoc modo ſibi ſatisfactum eſſe. Proinde ſi verum eſt recambium iniri non poſſe, niſi perficiatur primum, vt aſſerit diſertiſſimus campſorum patronus *diſput.* 3. *quæſt.* 5. *& alijs locis*, & hoc perfici non poſſit niſi traditione rei, emptio enim eſt, planè ſequitur non perfecto primo cambio illa, quæ ſequuntur, non conſiſtere. Porrò primum cambium illis ciuilibus ſoluendi modis perfici non poſſe exemplo magis demonſtrabitur. Si Titius emeret à Caio oues centum præſtandas in nundinis alicuius pagi veluti Sancti Stephani, in quo bis in anno habentur boum, & pecudum nundinæ celeberrimæ, eaſque illi tempore traditioni præfinito acceptas ferat, nemo dixerit Caium ex parte ſua perfeciſſe contractum, quia hoc potius eſt ab eo diſcedere *d. l.* 5. *de reſc. vend.* & conſequenter ſi eas ea lege emat, vt quia Caius nec habet, neque habiturus eſt in loco, quo tradere debet, illas illi acceptas ferat, vel ex donatione, vel ex nouatione, nemo dixerit hic emptionem ouium eſſe, vel intelligi poſſe, quia non tantum deficit res, quæ venit, ſed etiam voluntas emendi *l. domum.* 57. *de contr. empt. l.* 1. *de hæred. & act. vend. & d. l.* 5. *de reſcind. vendit.* Idemque prorſus eſt, ſi Titius totidem oues cum Caio permutaret tradendas in dicto pago, vbi Caius nullas oues habet, vel habiturus eſt, ea etiam lege, vt Titius illas ei receptas ferat. Nemo enim dicet hic permutationem contractam eſſe, quia deficit eo in loco id quod eſt extremum permutationis, quæ ad ſui ſubſtantiam rem vtrinque deſiderat *l.* 1. *de rer. perm. l.* 5. §. 1. *ff. de præſcr. verb.* Hoc vero prorſus fieri in hoc cambio recurſæ, quod nudis adnotationibus & nouationibus peragitur, manifeſtum eſt. Ex quibus patet vulgare illud perfugium ſcilicet ſolutum videri, quocumque modo creditor ſibi voluerit eſſe ſatisfactum *ex l.* 9 §. *omnis. de pign. act. l. ſolutionis de reg. iur. & aliis*, tutum non eſſe, quia hæc, & ſimilia iura non pertinent ad hanc ſpeciem, in qua non agitur de ſolutione ſimplici, ſed de ea, ex qua pendet validitas contractus, & quæ præſtare debet materiam commutationis, ſine qua conſiſtere non poteſt: & conſequenter hic non ſufficit qualicumque ratione poſſe ſoluere, ſed ea ſolutione opus eſt, quæ exiſtentiam rei, & extremum huius permutationis inuoluat, vt ſentiunt Sarmient. Lupus, & alij apud Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 5. *numero* 17. dum dicunt ſolutionem hanc naturalem eſſe oportere iuxta *legem* 49. *ff. de ſolut.* & ſcripturam non ſufficere, Quod puto etiam ſenſiſſe Comit. *loc. cit.* dum ait materiam cambij eſſe metallicam. Alioqui ſi nudis nouationibus, & renouationibus res peragitur miniſterio campſoris, vt eſt vſitatum, euertitur, & præuertitur natura huius emptionis, quia eſſet emptio ſine re, quæ venit, contra *leges* 8. *&* 57. *de contr. empt.* & venditor qualis eſt is, qui accepit cambio, & tenetur tradere, nulla re tradita perficeret contractum contra *dictam legem* 11. §. 1 *de act. empt.* denique illud eſſet perficere cambium, quod vere eſt ab eo diſcedere, vt dictum eſt ex *dict. lege* 5. *ff. de reſc. vend.* Quæ campſores, & campſorum patroni ſuis argutiis mutare non poſſunt. Porrò cum his fictis ſoluendi modis, qui adnotationibus tantum, & pennis puta Aquilæ, vel accipitris fiunt, facilis ſternatur via malis campſoribus exercendi cambia ipſis Ethnicorum vſuris grauiora, optimam arbitror fore legem, quæ hos fictos ſoluendis modos ab hoc genere negotiationis remoueret, & ea tantum cambia probaret, quibus vere pecuniæ traiiciuntur, congruenter veterum ſententiæ qui putant lucrum ex cambio admittendum eſſe ob operam dumtaxat campſoris in traiiciendis, & reducendis pecuniis, vt Conrad. Caiet. Ioann. de Medin. Sot. Nauarr. & alij apud D. de Turr. *in quæſt.* 13. *numero* 119. quos tamen ipſe non probat, & cautè legendos eſſe ſcribit, cum ipſe potius, bona eius venia dixerim, cautius legendus ſit, ſcilicet nihil tribuens tranſportationi pecuniarum, ex qua tamen certior, & tutior titulus lucri in cambiis deducitur, quam ex ea, quam iactat copia pecuniæ in locis inter quæ cambia celebrantur, ſiquidem hic titulus incertus eſt, quia & incertus eſt pecuniarum valor, vt notat P. Layman. *tract.* 4. *cap.* 19. *num.* 8. & infra examinabitur.

Præterea mihi valde difficile eſt, illud *ſolue tibi ipſi.* 55
Neque enim de cælo deſcendit, vt de *noſce te ipſum* Iuuenalis dixit. Cum enim ex aliqua pecunia hæc ſolutio fieri debeat *l. diuortio.* 35. *de neg. geſt. l.* 9. §. *ſicut autem. de admin. tut.* cedo ex qua pecunia id fieri poſſit. Non ex pecunia campſoris cui literæ directæ ſunt, quia nemo poteſt ex propriis pecuniis ſibi ipſi ſoluere *l.* 22. §. *ſi mandauerim. ff. mand.* & docet ipſe d. Raph. *diſput.* 1. *quæſt.* 23. *numero* 7. *&* 8. *& diſput.* 3. *quæſt.* 8. *numero* 17. ita vt mirum ſit Scottiam aliud ſcripſiſſe *d. Theor.* 291. *verſ. vbi.* non ex alienis inuito domino *l.* 13. *ff. ſi cert. pet. l.* 94. *de ſolut.* non nudis nominibus, & acceptilationibus, vt oſtendimus, quia illæ adnotationes non poſſunt ſupplere materiam veræ permutationis, vel emptionis. Imo nec etiam in mea ſententia, quæ etiam eſt Molin. *diſput.* 404. ſufficeret, ſi campſor nomine debitoris à ſe ipſo pecunias acciperet nouo contracto cambio, & ex his ſibi ſolueret, quia hoc commento nihil aliud haberet, quam quod habebat, atque ita præuerteretur finis propter quem emptio, & permutatio iure gentium introducta eſt tametſi id campſores facere non ſoleant, cum plerumque nullas pecunias habeant in nundinis: & ridiculus eſſet, qui hoc faceret. Nulla igitur hic ſolutio intelligi poteſt, quæ ſufficiat ad implendum contractum, vnde neceſſe eſt literas redire inanes, nulla ſcilicet facta vera ſolutione in loco deſtinatæ ſolutionis. Nec ceſſat obiectio, ſi dicant in his cambiis deduci genus monetæ imaginarium, id eſt, *ſcutos marcarum*, quos campſores in nundinis cudunt, & ex quibus ſibi ſoluere poſſunt, vt belliſſime docet idem D. Raph. *diſp.* 2. *quæſt.* 18. *numero* 142. vbi ait nullibi pretioſius monetæ genus cudi non ideo magis dici poteſt debitor habuiſſe pro-

 priam

priam pecuniam in nundinis, qua cambium implere poſſet, quod illi dicunt perficere. Qua deficiente conſequens eſt,
56 quod ſæpius dixi cambium conſtare non potuiſſe.† Et præſertim admiſſo quod ait *loo.cit. num.31. & diſp.1. quæſt.23. in fin.* huioſmodi pecuniæ genus nihil aliud eſſe, quam obligationes, & nomina debitorum. Nam cum in nominibus contrahendi nihil aliud debitor conferat, quam quod ſe efficaciter obligat ad ſoluendum *l.ſi nomen. 4. ff.de hæred.vel act. vend. l.7. §.vlt.C.de euict.* hinc ſequi videtur debitorem ex cambio, qui hanc obligationem in platea aliqua contraxit, nihil aliud in hoc commercium conferre, quam paſſiuam obligationem ad ſoluendum in nundinis, quod promiſit non ſecus, ac ſi pecuniam moruam accepiſſet eodem loco ſoluendam *vt in lib.6. ff. de eo quod cert. loc. & l.qui Roma. in princ. de verb. obligat.* Et proinde ſecundum illius doctrinam commercium hoc magis mutui dationi, quam venditioni accedere. Et dum in nundinis miniſterio campſoris contracto nouo cambio idem debitor iterum obligatur ſoluere eoſdem ſcotos marcarum cum lucro cambij, & prouiſionum, nihil aliud contuliſſe, quam facultatem ſe rurſus obligandi, & noui nominis contrahendi, vnde poſſet primo ſatisfacere, & hac ratione obligationem obligatione diſſoluere, quod genus cambij ſiccum eſſe, & ſua impoſſibilitate cadere diſertiſſimè docet Enim. P. de Lug. *dicta diſput. 28. numero 95. & 96.* vbi ait neutrum cambium valere. Et cum hæc fraus ferè à campſoribus ſub ea formula *pagate à voi ſteſſo.* & ſub illo nummorum genere exerceatur. Et hoc commento conſtitutio Pij V. ferè inutilis fiat, publicè expedire arbitror iſtud *ſolue tibi ipſi*, & illud imaginariæ pecuniæ genus conſtitutione aliqua prohibere.

57 Occurrit etiam quod paolò ante, & aliis locis dixi verſuram olim apud Ethnicos prohibitam fuiſſe, id eſt æs alienum cumulatum vſuris nouo ære alieno diſſoluere, ne ciues ſuis facultatibus euerterentur. Id verò in cambio *della ricorſa* fieri ſponte admittunt, qui hoc genua cambij tuentur, vt D Raph. *diſputatione 3. quæſtione 1. num.4.* vbi ait in hac ſpecie cambij debitorem primum cambium non diſſoluere, niſi ope, & miniſterio noui cambij contrahendi in nundinis cum eodem creditore. Et tamen in verſura eſt aliquid reprehenſione dignum, vt ſcribit Cuiac. *in lege 1. de vſur. ad Papin.* vbi poſtquam dixit regulam iuris eſſe vſuras vſuratum non deberi, ſubiicit hæc verba. *Huius regulæ duæ ſunt fraudes: vna appellatur ἀνατοκισμὸς & vtraque fraus coerceretur legibus, vel conſtitutionibus: ἀνατοκισμὸς eſt, ſi vſuræ, quæ debentur, per ſtipulationem redigantur in ſortem vel fiant ſors, quod re ipſa eſt vſurarum vſuras exigere, & merito prohibetur* l. vlt. C.de vſur. *Alia fraus eſt verſura, vt ſi ſumas ab aliquo pecuniam ſub vſuris, qua ei ſoluas vſuras debitas.* Hæc Cuiacius. Ex quibus videtur hoc genus cambij reprehenſione dignum, in quo vtraque fraus adhibetur, id eſt, fit verſura cum anatociſmo, quod ſine vllo ſcropulo admittunt auctorea contrariæ ſententiæ Scortia, Naldus, Salust. & aliis prætermiſſis D.Raphael paſſim, & præſertim *diſp.1. quæſt. 13. num.123. & diſp.3. quæſt.9. num.64. & quæſt.11. num.75.* vbi ait hoc licitum eſſe, etiamſi tandem excederet decuplum eius quod debitor primo loco habuit à creditore, & vltra. De quo alio loco meam proferam ſententiam. Nunc ſubiicio tantum, quod congruenter huic rei ſcribit Budæus *in adnot. l.vlt. ff de pign. act.* vbi explicans illod Terentij in Phormione *verſuram ſolues*, ſic ait. *Simili ratione atque ſolent, qui vt ſyngrapham vnam diſſoluant pecuniam mutuam maiori fœnore iterum accipiunt: in dies enim deteriorem ſuam conditionem faciunt, quod frugi homines facere non ſolent. Huiuſmodi commentis multos quotidie videmus fortunis omnibus euerti, qui dum tueri in publico fidem ſuam volunt, ære alieno ſe obruunt, quoad extremum fide labefactata, cum iam verſuram facere non poſſunt, aut foro cedere, aut ſolum etiam vertere cogantur.* Quis igitur mecum conſtitutionem aliquam non deſideret, quæ huic malo remedium adhibeat.

58 Occurrit etiam quod dicebam *n.33.* illicitum etiam fuiſſe iis, qui vſuras licitas eſſe putabant, decem dare, vt vndecim recipiantor, vt conſtat ex *l.ſi tibi. ff de pact. & lib. 11. § ſi rebus ff ſi cert. pet.* niſi aliquod factum, vel obſequium intercedat, ex quo hæc inæqualitas compenſetur, quod in hoc genere cambij deprehendi non poteſt. Quæ obiectio non ſatis vitari poteſt, ſi dicant hæc iura loqui de obligationibus, quæ re contrahuntur, in quibus receptum eſt neminem obligari poſſe vltra quam datum, & acceptum eſt: cambium verò cum ſit ſpecies quædam emptionis non re contrahi, ſed conſenſu *l. 1. in fin. de contr. empt. l. 2. in princ. ff. de obligat. & act.* Etenim in primis illis probandum in cambio *della ricorſa* de quo quæritur, emptionem contrahi, obſtant enim, quæ dicebam *numero 26.* deficere ſcilicet in hoc commercio animum, & finem emendi, & materiam veræ venditionis, quæ fictionibus, & cautionibus ſuppleri non poteſt. Et præterea fas eſſet nudo emptionis titulo pro minori ſumma maiorem ſtipulari certo loco præſtandam, quod eſſet vſuris viam pandere, & inutilis eſſet earum prohibitio.

Neque mouet, quod ait D. Raphael *loc. cit. numero 116.* id 59
non procedere in cambio reali, quia ille exceſſus non ſit conſiderabilis vt lucrum, ſed in vim proportionis maioris copiæ pecuniarum in loco, in quo ſolui debet, quia ſi ille exceſſus admittitur in cambio ob maiorem copiam pecuniæ in loco deſtinatæ ſolutionis, vt affirmat, admitti etiam debet in mutuo, quod negat, ſiquidem eadem ſequitur inæqualitas, idem exceſſus re ipſa in necem debitoris, eademque futura eſt copia, vel inopia pecuniæ, ſi eodem loco deſtinata ſit ſolutio ſiue cambij, ſiue mutui. Nam etiam in mutuo poteſt creditor ſe indemnem ſeruare, cum non teneatur deterius recipere *l.3. ff. de reb. cred.* neque gratis ſumptus, & pericula pati, vt tradit Contad. *de contract. quæſt.49. ſuppoſ. 4. verſ. dicendum.* Iacob.Graff. *part. 2. cap. 110. n. 4.* Ioan. Bapt. Corrad. *in tract. de camb. in fin. verſ. vltimo dicitur*, & fuſiſſime Medin. *de vſur. quæſt. 6.* vbi docet mutuantem non minus quam campſorem in iiſdem circonſtantiis poſſe ex ſuis ſumptibus, & laboribus lucrum conſequi, licet non ex mutuo.

Et hoc argumentum non diſſimulandum, ſed ſoluendum præcipuè fuit D. Raphaëli, qui ad iuſtificandum contractum cambij huic maiori copiæ pecuniarum in loco deſtinatæ ſolutionis totus adhæret, & innititur, & nihil vel parum tribuit traiectioni pecuniæ. Nam virorum doctiſſimorum ingenia exercuit, vt Soti, Molinæ, & Salas apud Cardin. de Lug. *d. diſput. 28. ſect. 3. numer. 42.* vbi ait hoc argumentum etiam in facilioribus terminis id eſt, cum pecunia diuerſo duntaxat tempore ſolui debet, difficile eſſe.
† Cui vt reſpondeat *numero 53.* ait *differentiæ rationem aſſo,* 60
quia in cambio locali interuenit virtualis traiectio, & aſſecuratio pecuniæ, quæ ſunt actiones diſtinctæ à pecunia, & dignæ pretio, & hæ actiones poſſunt habere minorem vel maiorem valorem, quia poſſunt æquiualere pluribus, vel paucioribus pecuniis propter diuerſas circunſtantias, quæ concurrunt: quando autem pecunia reddenda eſt eodem loco diuerſo tempore, nihil aliud interuenit niſi pecunia, quæ non poteſt vero habere diuerſum valorem, cum non æquiualeat pluribus, vel paucioribus rebus eiuſdem valoris: propter dilationem vero temporis nihil non poteſt ſine vſura accipi, & ideo non reſtat verus titulus ad plures illas pecunias exigendas: & quidem ſi ille titulus ſemel approbaretur, aperiretur latens porta accipiendi lucrum ex mutuo, quando tempore ſolutionis maior ſperatur futura copia pecuniæ. Quibus verbis Cardinalis videtur totum hunc titulum reducere ad traiectionem, & aſſecurationem pecuniæ parum congruenter ni fallor iis, quæ ſcripſit *numer. 46.* vbi ait inæqualitatem valoris extrinſeci in diuerſis locis ſufficere, vt plus exigere liceat, vbi eſt maior eiuſdem pecuniæ copia. Sed quod certiſſimum puto ex illis non diſſoluitur, quod obiiciebam, quia Cardinalis agit de ea pecunia, quæ datur ſoluenda eodem loco, meum verò argumentum eſt de pecunia, quæ alio loco ſolui debet, quod per ſe non eſt illicitum, imò iure permiſſum, vt ſi Epheſi, vel Capuæ dari oporteat *l.quod ſi Epheſi & l. centum Capuæ, ff. de eo quod cert. loc.* & docet Turrian. *diſp. 60. dub. 2. numer. 1.* poteſt enim id eſſe vtile promiſſori *§. ſi quis agens, verſ. ideo autem, Inſtit. de act. l. 2. ff. de eo quod cert. loc.* Vnde cum huic mutui dationi accedat quoque traiectio, & aſſecuratio pecuniæ, quæ ſunt actiones diſtinctæ ab ipſa datione mutui, & non minus æſtimationem in

mutuo recipiunt, dicendum videtur in hoc mutuo locali idem quod in cambio locali ſtatuendum eſſe, & proinde in iiſdem circumſtantiis vtcumque contractum valere, quod in ſententia eorum, qui hunc titulum admittunt, negari non poteſt, quia non tenetur creditor minus, & deterius accipere, vt dictum eſt. Sanè admiſſo hoc titulo in mutui dationibus magna aperitur via fœnori, facile enim poſſet quis Maſſæ, vel Sauonæ decem dare, vbi eſt minor copia pecuniæ, vt vndecim recipiat Genuæ, vbi eſt maior, & ita ex mutuo lucrum capere, quod per ſe eſt illicitum.

61 Et licet non auſim hunc titulum à cambiis reiicere, cum de copia veræ, & realiter exiſtentis pecuniæ agitur, ex qua ſolent rerum pretia augeri: non videtur tamen admittendus in iis cambiis quibus ſcuti marcarum agitantur. Etenim me in primis mouet, quod hoc genus pecuniæ imaginarium eſt, & in nominibus conſiſtit, vt admittit D.Raph. multis locis. Proinde quamuis fictione quadam, & ad effectum exactionis, & petitionis videri poſſint eſſe illius loci, vbi peti, & exigi poſſunt *l.quæro. ff.de ſolut.* Vere tamen non continetur loco, neque ſunt alicuius loci *l.50.§.1. ff.de iudic. l.92.de leg.3.* Et ſequuntur campſores *l.17. & 54. de pecul.* Vnde eunt, redeuntque cum ipſis campſoribus, & ipſis abeuntibus tanquam nebulæ, ſpectra euaneſcunt. Secundò quia ex his nominibus, & ſyngraphis neque commodum, neque incommodum bono communi infertur, neque penuria, vel copia vrbibus, & foro inuehitur, vt obſeruat P.Iuſtinian. *quæſt.5. num.*8. Tertiò quia incertum eſt, an in loco, in quo ſolui oportet, futura ſit maior, vel minor copia pecuniarum, imò aliquando minor eſſe poteſt, & tamen campſores ſemper minus numerant, quam ſint recepturi. Denique quia hæc ſuppoſita abundantia pecuniæ, quæ iactatur eſſe in nundinis, affectata eſt & non ex aduentu alicuius claſſis ex India auro, & argento onuſtæ, ſed ex conſpiratione campſorum cum ſuis ſyngraphis, & ſcartafaciis, vt vocant, conuenientium, vt ſcripto tantum, & adnotationibus videri poſſit à ſe ipſis exegiſſe, & ſoluiſſe ſibi quod ſyngraphis continetur, cum tamen verè nullum, vel rarum numiſma appareat, vel numeretur. Ex quibus abſurdum videtur, imo ridiculum in arbitrio campſorum eſſe breuem, & imaginariam copiam pecuniæ in oppidum aliquod forſan decem, vel viginti millibus paſſuum à loco contractus diſtans inducere, vt hac ratione minus dare, & plus recipere poſſint. Quamobrem merito dici poteſt hæc maior copia huius imaginariæ pecuniæ prætextus eſſe ad tegendam horum cambiorum inæqualitatem.

62 Hinc bona ſe offert occaſio refellendi, quod idem D.Raphaël confidenter ait *eod. loc. num.*83.*&* 84. In cambio ſummam rerum æqualitatem inueniri, ideoque contractum eſſe quocumque alio iuſtiorem, & *diſp.2. quæſt.* 18. *num.*14. eſſe contractum omnium iuſtiſſimum. Nam certum in primis eſt dari contractus, qui ſine controuerſia ſaltem non minus iuſti ſunt, quam cambium. Quo iure in primis cenſeri debet commodatum, in quo illud ipſum quod commodatum eſt, reddi debet. *Inſtit. quib. mod. re contr.oblig. §.item is l.ſi vt certo § vſque adeo ff.commod.* etiamſi nummi commodati ſint. Nam & dieis cauſa interdum commodantur nummi *l.4. ff. eod.l.ſi ego in fin. ff ſi cert.pet.* Quod & de depoſito dicendum eſt in quo etiam niſi tranſgrediatur fines depoſiti, iidem nummi reſtituendi ſunt *l.1. §.ſi pecunia ff.depoſ. l.24. ff.eod.l. 3. ff.de in lit. iur.* Nulla vero maior æqualitas excogitari poteſt, quam ſi eadem nummorum corpora reſtituantur. Nihil enim tam naturale eſt, quam eo modo quoduis diſſoluere, quo colligatum eſt *l.35 & 153.de reg.iur. & l.80. de ſolut. & liber.* Conſtat igitur contractus eſſe, qui ſaltem non minus iuſti ſunt, quam cambium.

63 Præterea *ex d. l.80.de ſolut.* tametſi D Raph. id neget *n.91. & 92.* colligi poteſt contractum mutui, ſi conferatur cum cambio, ſaltem non minus iuſtum cenſeri debere, quod probo, quia non poteſt in contractibus maior æqualitas inueniri, quam ſi tantundem reddatur: ſed in mutuo tantundem redditur, vt conſtat *ex d.l.*80. Cuius verba ſunt: *Prout quodque contractum eſt, ita & ſolui debet: veluti cum mutuum dedimus, vt retro pecuniæ tantundem reddi debeat.* Non igitur in cambio maior iuſtitia inueniri poteſt, quam in mutuo. Porro cum quæro de mutuo, intelligo de mutuo vere mutuo, & ſceleris puro, id eſt fœnoris.

64 Imò illud *tantundem*, quod iactat in cambio, & poſuit in definitione cambij, longè inferius, & periculoſius eſſe eo, quod venit in mutuo, facile demonſtrari poteſt rationibus ea eius natura petitis. Prima eſt, quia mutuum in iis tantum rebus conſiſtit, quæ in genere ſuo functionem recipiunt *l.2.§.1. ff.ſi cert.pet.* Et proinde in eo id agi intelligitur, vt eiuſdem generis, & eadem bonitate reddatur, qua creditum eſt *l.3. ff.eod.* In cambio vero id præſtandum eſt, quod conuenit *l.1.& 11.§.1.ff.de act.empt.l.1.de rer. perm.* Secunda eſt, quia ex mutuo non poteſt quis vltra quam accepit obligari *d.l.11.§.ſi tibi. ff.de reb. cred. l.cum vltra C.de non num. pet.* Petr. Gregor. *de vſur.lib.1.cap.3. num.7. &* Cardin. Mantic. *de tac. & ambig.conuent. lib.*8. *tit.*15. *num.*13. Et nos diximus. *quæſt.6. num.*12. Quod in cambio non eſt conſtitutum, cum ſit emptio, & emptioni ſimilis, in qua ſaltem dantur quidam pretij gradus, intra quos iuſtitia conſiſtere poteſt, quod in mutuo receptum non eſt, cui nec tantillum accedere poteſt. Tertia, quia mutuum natura ſua mercedem reſpuit, vt ex Nonio Marcello, & Cuiacio diximus *d. quæſt.* 6. *num.* 14. Sed cambium non reſpuit mercedem, vt admittit idem Raphaël *ead. diſp.1. quæſt.* 8. *num.*24. Vbi ait prouiſiones, quas vocant, cambiis ingenitas eſſe. Quarta ratio eſt, quia cambio poteſt aliquid iniuſtè accedere, quod non ſit vſura; ſed iniuſtitia tantum, ſed mutuo quicquid iniuſtè accedit, vſura eſt, quæ plus eſt quam iniuſtitia, vt patet, ergo mutuum natura ſua magis reſpuit omnem acceſſum quam cambium. Quinta, & vltima eſt, quia in mutuo ea vtraque parte venit res, ſiquidem vt re contrahitur, ita re diſſoluitur *d. l.*80. *de ſolut.* facilior vero, & certior eſt æqualitas inter res eiuſdem generis, & bonitatis, quam inter rem, & pretium, vt patet in emptionibus aliarum rerum, in quibus frequentiſſimæ lites, & querelæ de iniuſtitia pretij vt *in tit. ff.& C.de reſc. vend.* Vnde receptum eſt publicæ vtilitatis cauſa, ne ſub prætextu paulo maioris, vel minoris pretij venditiones reſcindi poſſint *l.8. C.eod.*

65 Neque magnum pondus habet, quod pretia cambiorum lege taxari ſoleant, quia hoc ipſum oſtendit cambij, *tantundem* imperfectius eſſe, cum indigeat taxatione, cum mutuum natura ſua illud exactiſſimè ſeruet, & retineat, vel non eſt purum mutuum & præterea quia hoc in cambiis perpetuum non eſt, neque pro omnibus locis. Neque enim ſi Genuæ id ſit, aliæ gentes hac lege tenentur *l. vlt. de iuriſd. omn. iud.* ſed vt plurimum, & frequentius relinquitur arbitrio, & ſolertiæ contrahentium, vt in conſtituendis pretiis aliarum rerum. Denique quia hæc taxatio, licet publica ſit, & publica auctoritate fiat, pendet tamen ex hominum iudicio, & arbitrio, quod falli poteſt, & fallere: & pendet ex circumſtantiis etiam futuris, quæ incertiſſimæ ſunt, vt ipſe ſcribit *eod. loc. numer.*815. & quarum nulla datur, vel dari poteſt certa ſcientia, ex quo ſequitur ex conſtitutione illa pretij certam, & infallibilem æqualitatem in contractu cambij deduci non poſſe. At in mutuo, etiam pecuniæ, cum nummi, vt res quædam commutentur cum nummis eiuſdem numeri, generis, & bonitatis, palam eſt longe certiorem, & vndequaque tutiorem æqualitatem, id eſt, arithmetica inueniri, in qua poſita eſt iuſtitia commerciorum, vt docet Ariſtot. *Ethic. lib.5.cap.4.& 5.*

66 Qua ratione nihil mouet, quod ait *numer.* 91. in cambio maiorem æqualitatem inueniri quam in mutuo, quod res conſiſtentes in pondere, numero, & menſura, ipſa pecunia comprehenſa nonquam in eodem ſtatu valoris permaneant, ſed ſæpiſſimè immutentur: in cambio vero veniant *ſcutus marcarum*, qui certam, & inuariabilem habet æſtimationem. Nam ſi res ſit de iis, quæ pondere, & menſura conſtant, certum eſt in his æqualitatem tutius ſeruari in mutuo quam in permutatione earundem ſpecierum, magis enim ſimile eſt triticum tritico, quam triticum hordeo, vel vino, in quibus conſiſtit permutatio. Si verò res ſit de pecunia, de qua hic agitur, conſtat non minus ſcutos marcarum ex copia, vel

inopia variam recipere æſtimationem, vt tradit ipſe D.Raphael *ead. quæſt.* 13. *num.* 115. *&* 116. *& num.*122. In quo videtur contraria docuiſſe. Nam vt oſtendat in cambio maiorem æqualitatem inueniri quam in cæteris contractibus etiam mutui, aſſerit ſcutum marcatum qui vt res, & merx quædam in cambio venit, habere certam & inuariabilem æſtimationem, & hac in re ſuperare mutuum, in quo veniunt res, quarum pretia in eodem ſtatu nunquam manent, ſed ex pluribus cauſis ſæpiſſimè mutantur *l.*4. *de eo quod cert. loc.* vt vero excludat inæqualitatem, quæ eſt in cambio inter datum, & id quod campſor ſtipulatur in loco, quo ſolui debet, ait hunc exceſſum non eſſe conſiderabilem, vt lucrum, ſed in vim proportionis maioris abundantiæ in loco, in quo deſtinatur ſolutio, & proinde admittit ſcutum marcatum propter huius pecuniæ copiam minus valere, & conſequenter non eſſe ſemper vnius, & eiuſdem æſtimationis, & ex cauſis extrinſecis etiam mutari, vt res aliæ, in quibus mutuum conſiſtit: eſſe verò inuariabilis æſtimationis, & ex minore, vel maiore abundantia plus vel minus valere contraria ſunt, & ſimul conſiſtere non poſſunt.

67 , Sed vt rem ex iure agamus non ad hominem, tantum abeſt, vt hac in re cambium ſuperet, mutuum, quin potius ſuperetur à mutuo. Etenim hæc inſtabilitas, & variato extrinſeca pecuniæ, quæ facit in cambio, vt illi inæqualitas irreptura ſit, niſi ad proportionem huius variationis pretium ſtatuatur ipſomet D.de Turri auctore *loc.cit.* nihil pertinet ad æqualitatem, vel inæqualitatem includendam, vel excludendam in mutuo, ſiquidem in eo exactiſſimè ſeruatur æqualitas, ſi totidem nummi reddantur, quot fuerunt crediti, dummodo ſint eiuſdem generis, & bonitatis: imò non alia ratione æqualitas ſeruari poteſt, *vt dixi quæſt.*17. ſecutus potiſſimum Antonium Fabrum Præſidem Sabaudiæ, qui id docet *lib. de var. nummul. debit. ſolut. cap.*5. & Doctiſſimum Cuiacium in *d. l.*2. *§.mutui datio col.*3. qui ait: *In rebus tantum ſimilibus, non ergo in diſſimilibus mutuum conſiſtit l.*31. *ff. loc. ſimiles ſunt res, quæ ſola quantitate cenſentur: nihil eſt tam ſimile ſolido quam ſolidus, nec videtur aliud pro alio ſoluere qui pro decem aureis quos accepit, totidem alios aureos reddit, ſi modo ſint eiuſdem generis.* & poſt pauca: *Non mirum autem etiamſi aucta ſit aureorum poteſtas ſi debitor liberetur totidem nummos reddendo eiuſdem formæ, & qualitatis.* Hæc Cuiacius. Ratio verò euidentiſſima eſt, quia licet illi nummi, quos mutuos dedi, mihi neque creſcant, neque decreſcant, cùm ſint debitoris, nummi tamen qui mihi debentur in genere, & eiuſdem generis, mihi creſcunt, & minuuntur ad proportionem aliarum pecuniarum, quia hoc nomen in meis bonis eſt, vnde poſſum illud vendere *l.*4 *&* 6. *& l. nomina. ff de hæred. & act. vend.* Proinde cum ſolutio vt perfecta ſit, debeat ex æquo reſpondere ei, quod debetur, conſequens eſt aucta, vel diminuta aureorum facultate debitorem totidem reddere debere, quot accepit, quia nummi illi, quos reddit, neque plus, neque minus valent, quam ij, qui mihi in genere debentur. Quare cum in mutuo non tantum concurrit valor, ſed etiam numerus, conſtat in mutuo exactiſſimè, & ex ipſa natura rei ſine taxatione vllæ illud *tantundem* obſeruari, & non tantum moraliter, ſed etiam arithmeticè, & conſequenter ſi cætera paria ſint, id eſt ſi idem genus in contractu deducatur eodem loco, & tempore præſtandum, æqualitatem certius in mutuo inueniri quam in cambio etiam regulari, vt vocat, in quo numerum non conuenire certiſſimum eſt. Quòd vero D.Raphael ſubiicit vſuram eſſe, ſi quis mutuo det rem conſiſtentem in numero, pondere, & menſura ea lege, vt ſolummodo certo tempore reddatur, quo certum eſt plus eſſe valituram, & hoc caſu negari non poſſe inæqualitatem ineſſe, egreditur fines huius quæſtionis, quæ eſt de mutuo vero, & fœnoris puro, vt dictum eſt. Vnde fateor quidem in mutuo fœneratitio inæqualitatem deprehendi, ſed id etiam cambiis fœneratitiis, & illicitis obiici poteſt, imò multo magis, quia longe atrocius, & truculentius eſt fœnus, quod ſub nomine cambij exercetur, vt malo publico compertum eſt. Conſtat igitur virum clariſſimum hyperbolicè dixiſſe contractum cambij etiam ſimplicis eſſe iuſtiorem quocunque alio contractu, & id perſuadere non potuiſſe. Quæ quæſtio licet ferè inutilis videatur, & ſcholaſticam diſceptationem continere, illam tamen exequi volui, quia videtur hic auctor nimis nummulariam extollere, & ne quis audiens hunc contractum omnium iuſtiſſimum eſſe, relictis aliis honeſtis, & licitis, & publicè vtilibus acquirendi modis, hanc potius rei faciendæ viam eligat omnibus meo iudicio perieuloſiorem. † Quòd ſi ad cambium

68 recurſæ quæſtio transferatur, vnde cœpta eſt, difficilius D Raphaeli futurum eſt oſtendere inæqualitatem in eo non ſubeſſe in perniciem debitoris, ſiquidem poteſtate huius conuentionis ſaltem in rediribus feriæ plus exigit eodem loco, in quo contractus celebratus fuit, vt admittit *num.*122. *&* 123.tametſi dicat lucrum hoc contingere non ex vi prioris cambij, ſed ex vi ſecundi, & illud quidem vberius, quatenus pluries fieret huius contractus multiplicatio neque propterea id vſuram eſſe, ſed legitimam acquiſitionem, alioqui hoc eſſet damnare omnia commercia, & lucra ex eis prouenientia. Quod nunc non excutio, & tantum ſubiicio non eſſe ſimile, quia in aliis commerciis lucrum non accedit quantitati, & quatenus iterentur, id fit libere, & independenter à præcedentibus, & ferè ſemper inter diuerſos & ſubeundi ſunt labores, ſumptus, & pericula terra marique, vt non immerito Cato initio de re Ruſtic. mercatorum genus calamitoſum vocet. Sed ſi iterantur cambia, vnum ab alio fluit, & vltimum à primo ex vi, & aſperitate conuentionis, cuius celebris formula, ſi eam appellat D.Raphael, extat apud eumdem *diſp.*3. *quæſt.* 1. *num.* 9. & lucrum quod ex eis contingit, & quidem velox, & immodicum accedit quantitati, & nummus nummum parit, quod acquirendi genus præter naturam eſſe ſcribit *Ariſtot. Polit. lib.*1. *cap.*7. Præterea in aliis commerciis qui habet vendit, emit qui non habet, & quod non habet, quæ eſt natura emptionis *l.*1. *ff de contr. empt.* In hoc genere, qui nummos habet, nummos emit, & plerunque ab eo, quem ſcit non habere, quod vendit, & toties emit, quoties illi lubet. Qui non habet, vendit, vt habeat, quod vendit, & cogitur vendere, donec habeat, & ſemper deteriorem ſuam conditionem facit, quod exorbitat à communibus regulis emptionis. Denique ex aliis mercimoniis multa commoda adueniunt vrbibus, & inter cætera prouentus vectigalium, quæ ſunt nerui Reipublicæ, vt dixi *quæſt.*1. ex cambiis ceſſant alia commercia, & alia ſequuntur incommoda, quæ recenſet idem D.Raphael *diſp.*1. *quæſt.*3. *num.*10. & præſertim ſi continuentur. Quibus addere potuit ex Budæo *in adnot. l.vlt. de pign. act.* hinc multorum patrimonia euerti. Conſtat igitur lucrum quod ex multiplicatione cambiorum prouenit, vt nunc parce loquar, illo inferius, & difficilius eſſe, quod ex iteratione aliorum commerciorum contingit. Sane aſperum, & crudele, & veterum anatociſmis proximum eſſe nemo negare poteſt, ideoque lege aliqua cohibendum, vt fatetur ipſe Scaccia *d.gloſ.*2.*num.*88.

Hæc cum ſcripſiſſem allatus eſt mihi initio menſis Iunij 69
huius anni 1645. à R.P.Franciſco Vaſco Rectore noſtri collegij ex Papia, dum Mediolano rediret, tractatus recenter editus D.Antonij Merendæ *de cambio nundin.* quo feſtinanter, & auidè lecto magna cum animi mei ſatisfactione reperi me, vt poſtridiè oſtendi eidem Patri, & P.Geruaſio Vinaldo eiuſd. ſocier. Theologo, in iis ferè, in quibus à D. de Turri diſſentio cum interprete doctiſſimo concurriſſe. Cui interea me plurimum debere profiteor, quod me in mea ſententia confirmauerit, in qua, vt ingenuè fateor, hærebam adhuc non rationibus victus, vt mihi videbatur, ſed propter auctoritates. Verebar enim ne quid excidiſſet, quod reſponſis, & decretis S. Congregationis, quæ circunferuntur, repugnaret. Et nihilominus, quia hæc reſponſa, ſi dicere fas eſt, quatenus affirmant, & permittunt, meam non explent ſitim ob verba æquiuoca, & ambigua, quibus Ligures campſores vſi ſunt, & ex his, quæ ſcribit idem D.Merend. *cap.*2. *num.* 86. *&* 89. *& cap.*3. *num.*15. *& ſequentibus*, adhuc vt dicebam, generalem aliquam conſtitutionem ſummi legiſlatoris omnium deſidero, quæ quantum fieri poteſt, abuſus tollat, qui mirum in modum poſt conſtitutionem Diui Pij in hoc genere irrepſerunt,

&

Digitized by Google

& quæ nullum amplius diſceptationibus relinquat locum. Nam licet D. Merenda putet D. de Turri oſtenſurum ſilentio ſuo malæ cauſæ patrocinium ſuſcipere, tamen id vix credendum eſt de viro ſubtiliſſimi ingenij, & locuplete, & Ligure, quod genus animis elatum iampridem Virgilius dixit lib. 11. tametſi nunc ſcio vt opibus, ita & virtutibus præſtare. Et probabile etiam eſt, vt ſcribit idem D. Merend. d. cap. 3. numer. 11. ſi ille id tentare noluerit, vel non potuerit, audiui enim illum nunc Romæ eſſe, & abeſſe Sereniſſ. Reipub. cauſa, campſorum ordinem, qui pecunia, & gratia valet, vt de Pythio illo argentario Syracuſano ſcribit Cicero *lib. 3. de offic.* magno aliquem ſuſcitaturum, qui eorum cauſæ patrocinetur, & cambia à D. Merenda acriter reprehenſa, quamuis irrito, vt quidem arbitror, conatu defendere nitatur. Didici etiam ex D. Merenda P. Duardum de cambiis ſcripſiſſe.

70 Illud tamen hic tacere non debui me adhuc illam Nauarri ſententiam ſequi, quæ docet etiam poſt conſtitutionem Pij V. licitum eſſe dare cambio pro remotioribus nundinis, dummodo campſor non plus inde lucri conſequatur, quam ſi ad proximas nundinas dediſſet, quam probaui *quæſt. præced. num.* 55. tametſi ab ea D. Merenda diſceſſerit, & Nauarrum & qui eum ſecuti ſunt, aſperiùs carpat, & arguat negligentiæ *cap. 1. num. 11. & rurſus num.* 48. *& ſeqq.* Nam cum hæc ſententia receptiſſima ſit, vt admittit is auctor, non niſi ex magnis, & inſolubilibus rationibus ab ea diſcedendum eſt. Perpendi verò argumenta, quibus vir doctiſſimus mouetur: & viſum eſt mihi facile illis reſponderi poſſe, & proinde non potui mutare ſententiam. Nam quod ait hæc cambia ſolere eſſe leuiora iis, quæ fiunt pro primis nundinis, id vitio campſori tribui non poteſt, ſed potius gratiæ, & humanitati, qui ſub minori lucro cambium agitare voluerit, & de ſuo iure decedere in gratiam debitoris, ſed puto eum voluiſſe dicere ſolere eſſe grauiora, & mendum hac in re irrepſiſſe duobus locis. At verò exceptio, & declaratio Nauarri eo tantum caſu recepta eſt, quo campſor non plus conſequitur, quam ſi ad proximas nundinas cambium ininiſſet, quod cum commodum contineat debitoris, non videtur eſſe prohibitum.

Vt etiam nihil mouere debet, quod ait non poſſe inueniri ſubſtantiam veri cambij, quia ſi in primis nundinis poteſt inueniri materia veri, & realis cambij, id eſt pecunia, quæ ſolui debet, multò magis credi poteſt futuram in ſecundis, & remotioribus nundinis, niſi aliæ coniecturæ efficaciter id perſuadeant. Nam quo maior conceditur dilatio, commodius, & facilius debitor pecuniam redigere poteſt, & ſoluere vnde ſi in campſore neceſſaria eſt, vt ait, firma opinio, quod ſecutura ſit ſolutio in loco deſtinatæ ſolutionis: nihil vetat eam opinionem in eo inueniri, qui ad ſecundas vel tertias nundinas pecuniam dedit, cum facilius, & commodius ſit debitori remotioribus, quam proximis ſoluere, quia eſt vtilitas quædam in dilatione ſoluendi, cenſetur enim minus ſoluere *lib. 47. de leg. 1. l.* 85. *de ſolut. §. & plus, Inſtit. de act.* facilius vero quemlibet minus ſoluere perſpicuum eſt.

Præterea non obſtat, quod ait *num.* 50. tot eſſe cambia, quot nundinæ, & proinde cum literæ tantum pro remotioribus nundinis mittantur, hoc genus cambij prohibitum eſſe: idemque eſſe ſi mittantur pro ſingulis intercalatis nundinis, quia redeunt inanes, cum ſolutio ex conuentione non niſi in remotioribus fieri debeat, nam reſpondeo hic vnum, & ſimplex cambium celebrari ad ſecundas, vel tertias nundinas, ideoque ſatis eſſe, ſi literæ ad eas tantum nundinas mittantur, in quibus actum eſt, vt pecunia numeretur. Et hic eſt ſenſus Nauarri, & eorum qui Nauarrum ſequuntur. Vnde quod obiicit, egreditur fines huius exceptionis.

Denique nihil mouet, quod ait in cambiis ex conſtitutione Diui Pij dandam eſſe dilationem iuxta diſtantiam locorum, quia hoc accipi debet de cambiis, quæ fiunt ad ea loca, in quibus nullæ ſunt nundinæ cambiorum, in quibus cum nullum definitum ſit tempus, quo ſolui debet, ſed prorſus pendeat ex arbitrio, & voluntate contrahentium, in quo genere fraus, & captio intercedere poteſt, campſore ſcilicet maius lucrum captante ratione temporis, ideò prouide conſtitutum eſt, vt in dilatione concedenda ratio habeatur diſtantiæ, & intercapedinis locorum. Sed hoc non porrigitur ad cambia nundinaria, in quibus ex lege, vel conſuetudine præſtituta ſunt tempora ſolutionum, & ideo in illis non habetur ratio maioris, vel minoris diſtantiæ loci, ſed tantum proximarum nundinarum. Alioqui nullus ferè horum cambiorum vſus eſſet, quæ tamen nemo hactenus dixit eſſe prohibita, dummodo ritè, & ex bona fide celebrentur. Vnde meritò receptum eſt non improbari hic terminos ſolutionum fiendarum in nundinis, tametſi longiores eſſe ſoleant, quam poſtulet diſtantia locorum, vt ſentiunt auctores, quos recenſui *in d. proxima quæſt. præced. numer.* 56. quibus conſentiunt Emin. Pater de Lug. *ſect.* 8. *numer.* 116. *verſ. aduerte quinto.* Duard. *in comment. de cambiis* §. 1. *quæſt.* 28. *n.* 2. *&* §. 2. *quæſt.* 7. *num.* 5. Macerat. *reſol.* 27. *n.* 7. *lib.* 1. & D. de Turri *in d. quæſt.* 13. *n.* 82. *&* 126. *& ead. diſp.* 1. *quæſt.* 31. *n.* 14.

Sanè ſi ineatur cambium ad tertias, & longiores nundinas ea lege, vt debitor ſoluere teneatur aliquid pro ſingulis centenis, & nundinis, qualem eſſe praxim dicit D. Merend. *n.* 50. fateor hoc repugnare conſtitutioni, & eſſe prohibitum, quia in hac ſpecie tot ſunt cambia quot nundinæ, quia & ſingulis nundinis aliquid campſor captat collybi nomine. Sed in hoc ſenſu Nauarrus non docuit, neque docuêre, qui illam ſecuti ſunt, licere ad remotiores nundinas cambia exercere, hoc enim admittunt eſſe prohibitum, inter quos id ſcripſit Filliuc. *num.* 424. ſed in hoc ſenſu id licere dicunt, vt nihil amplius campſor conſequatur, quam ſi ad proximas nundinas dediſſet cambio. In quo genere cum nundinæ intercalares immunes ſint ab intertrimento cambij, ideoque vtilius ſit debitori ita contrahere, quam ſi proximis nundinis ſoluere teneatur, meritò receptum eſt, id non eſſe prohibitum, & conſtitutionem D. Pij hanc interpretationem recipere, ne quod fauore accipientium ſtatutum eſt, in eorum damnum, & læſionem retorqueatur, quod menti legiſlatoris repugnat *l. quod fauore, C. de legib. & l.* 25. *ff. eod.*

Sequuntur nunc caſus mandato Sereniſſimæ Reip. Genuenſis propoſiti Italica lingua cum reſponſis Patrum ex exemplo impreſſo Genuæ anno 1632. ex quibus poterit quiſque meam interpretationem Latinam corrigere, ſi forte minus eorum ſenſum aſſecutus fuero, interimque illis vti, & ab illicitis abſtinere, donec generali aliqua conſtitutione ſummi Pontificis, & legiſlatoris omnium tot diſceptationibus, & difficultatibus occurratur.

EDICTVM SERENISSIMÆ Reipublicæ Genuenſis.

HAuendo li anni paſſati ſentito i Sereniſſimi Collegi le molte controuerſie, che ſi faceano intorno la materia de cambi, anche frà perſone Religioſe, e di bontà, e di dottrina, le quali in voce, & in ſcritto, e per mezo della ſtampa ne parlauano diuerſiſſimamente. E conoſcendo l'importanza del negotio, per trattarſi particolarmente del ſeruitio di Dio, e della quiete delle conſcienze in vn genere di negotiatione tanto vſitato nelle Città, hebbero perciò per bene per mezo di perſone attiſſime far proporre alla ſantità di Noſtro Signore Papa Vrbano Octauo li caſi infraſcritti, il quale anche con il mezo d'vna Congregatione di Prelati, e perſone Religioſe dopo lungo eſſame, hauendo fatte le riſolutioni di eſſi caſi, come appreſſo, preciò li prefatti Sereniſſimi Collegi affinche le predette coſe venghino à notitia di tutti, è ciaſcheduno poſſa regolarſi nella celebratione de contratti, e cambi, conforme la dottrina infallibile della Santa Chieſa Cattolica Apoſtolica Romana, han comandato, che ſian detti ordini datti publicamente alla ſtampa. Date in Palazzo a di 27. Decembre 1631.

PRIMA SORTE DI CAMBIO.

DAnte in Maſſa fiera di Paſqua dà à cambio à Pietro ſcuti mille per Milano con la ricorſa ad eſſo Dante, cio è che l'iſteſſo Dante habbia il penſiero di far compire in Milano le lettere di Pietro

In editione D. Raph. de Turri inſcribitur.

Forma de cambij, che ſi pratticano da Genoueſi, & altri.

Pietro à ſuo tempo, e che il debito ſia di nuouo tratto nella ſeguente fiera d'Agoſto.

Pietro riceuuti in fiera gli ſcutti 1000. fà le lettere dirette à Dante in Milano del tenor ſeguente.

1625. a 3. di Maggio in Maſſa.
Scuti 1000. à ſoldi 150. per ſcuto.

A di 25. del preſente meſe pagate per queſta prima di cambio à voi ſteſſo ſcuti 1000. à ſoldi 150. per ſcuto valuta del noſtro Dante di qui, e ponete à mio conto, valendoui del mancamento nella poſſima di Agoſto al conto che ſarà poſto. à Dio.

Pietro à Dante in Milano.

Dante manda la ſudetta lettera in Milano ad vn ſuo Amico, ò agente, il quale in virtù di detto ordine, che gli dà con ſua lettera, ò procura, rappreſenta la ſua medeſima perſona tanto per compire la lettera di Pietro diretta ad eſſo Dante, quanto por iſcuoter egli ſteſſo da ſe medeſimo li ſcuti 1000. c' hà d'hauere in virtù d'eſſa lettera.

E perche il detto Agente non hà altri denari, ne credito da pigliarli à cambio in piazza per pagar à ſe ſteſſo, ſi ſerue del credito della rimeſſa ſpettante al medeſimo Dante. Venuto il termine del pagamento l'agente, che rappreſenta la perſona di Dante forma la ſcrittura, e fà debitore Pietro di fiera di lire 7500. valuta di ſcuti mille, e creditore di eſſi Dante ſudetto. Poi eſtingue il conto di Pietro con fragli tratta nella ſeguente fiera d'Agoſto di detti ſcuti 1000. cambiati a 147. che vagliono le medeſime 7500. e ne dà debito à Dante, al quale li remette per lettera di cambio del tenor ſeguente.

1625. à 28. di Maggio in Milano
ſcuti 1020. di Marche.

In d. editione D. de Turri legitur. à conto voſtro.

A pagamenti proſſimi di fiera d'Agoſto pagate per queſta prima di cambio al mio Dante ſcuti 1020. trattimi dalla paſſata di Paſqua, e ponete à conto voſtro. à Dio.

Dante à Pietro in Maſſa fiera d'Agoſto.

SECONDO CASO.

Sopra il cambio ſudetto ſenza variar forma, ne ſoſtanza, ſi è introdotto d'aſſicurar con nuouo contratto, ò ſia limitar l'intereſſe, cio è che da vna fiera all'altra non poſſa il danno eccedere vn tanto per cento, che s'accorda più, ò meno, ſecondo l'abbondanza, ò careſtia del dinaro, con conditione però, che ſe il cambio reſpondeſſe meno, ſia ſolamente quello, c'haurà riſpoſto.

In editione D. Raph. de Turr. hic caſus inſcribitur.

Forma della continuatione de debiti.

TERZO CASO.

Forma della cōtinuatione de cambij.

Diego reſidente in Madrid dà ſue lettere di cambio dirette ad Emilio in Maſſa fiera d'Agoſto di ſcuti 10000. di marche: ordina che li paghi, e li pigli à cambio à ſuo danno per Lione, ò altra Piazza, e che da eſſa ſi faccia Emilio di nuouo trarre il debito in fiera de Santi ſeguente, nella quale Diego prouederà l'eſtintione del capitale, ſpeſe, & intereſſi.

Emilio in fiera paga li ſcuti 10000. e nel ſuo ſcartafaccio, ò libro ne fà debitore Diego, con più ſcuti 33. per la prouiſione, e trouandoſi eſſo Emilio con auanzo non piglia altrimente à cambio da terze perſone, mà ſeruendoſi del ſuo proprio fà tratta in Roma à Romulo di ſcuti 10033. à ſcuti 99. di ſtampe per ogni ſcuti 100. di marche aſſignando à ſe ſteſſo la rimeſſa, e ſcriue gli ordini ſeguente.

1625. a di 4. di Luglio in Maſſa
ſcuti 10033.

Alli 25. di Agoſto pagate per queſta mea prima di cambio à voi ſteſſo ſcuti 10033. à 99. per cento di ſtampe in me conti, e ponete come per lo ſpaccio.

Emilio à Romolo à Roma.

Ordine, ò ſia ſpaccio di Emilio.

Da queſta fiera d'Agoſto vbi hò tratto ſcuti 10033. à 99. per cento à voi ſteſſo in me conti: al ſuo tempo ne paſſarete la ſcrittura con fare debitore Diego di Madrid ſopra di me, e di quanto vi mancherà vi prouiderete della proſſima fiera de Santi da me ſteſſo, & in mio conto corrente mi darete credito della rimeſſa di eſſi ſcuti 10033. rimettendomi parimente il mio auanzo in detta fiera de Santi.

Venuto il termine Romolo, conforme all'ordine di Emilio fà debitore Diego della valuta delli ſcuti 10033. di marche, e creditore il medeſimo Emilio. E per aggiuſtare tanto il debito, quanto il credito nella ſequente de Santi fà la lettera di ſcuti 10235. di marche cambiati à 97. di ſtampe per ogni cento di marche nel modo ſequente.

1625. a 28. Agoſto in Roma
ſcuti 10235. di marche.

In pagamenti di fiera proſſima de Santi pagate per queſta prima di cambio à voi ſteſſo ſcuti 10235. di marche in me conti, e ponete come per lo ſpaccio.

Romolo ad Emilio in Maſſa fiera de Santi.

Spaccio di Romolo di Roma ad Emilio in Maſſa fiera de Santi.

In riſpoſta del voſtro ſpaccio di fiera d'Agoſto paſſata dico di hauer pagato li ſcuti 10033. di marche trattimi in me ſteſſo, e datone debito à Diego di Madrid ſopra di voi in ſcuti 9931. ſtampe, e credito all'incontro delli medeſimi ſcuti 10235. trattimi in quella de Santi conti a 97. per cento, & in voſtro corrente vi hò dato credito di ſcutti 9931. ſtampe valuta delli ſudetti 10235. rimeſſi da quella di Agoſto da me ſteſſo, & eſtintone il conto con la rimeſſa, che ve n'hò fatto nella proſſima fiera de Santi da voi ſteſſo per mia lettera, che à ſuo tempo compirete, e N.S. vi guardi.

In fiera de Santi in Maſſa Emilio fà debitore Diego delli ſcuti 10235. e ſe non li viene da eſſo Diego proueduto il debito di nuouo torna à valerſene ſotto l'isteſſa forma, e continua nel medeſimo modo per più fiere, ſin che realmente Diego faccia la prouiſione del ſuo debito.

INTERPRETATIO LATINA.

Prima ſpecies Cambij.

Dantes, (*eſt nomen viri*) in nundinis Paſchatis dat ad cambium Petro aureos mille pro Mediolano cum recurſu ad ipſum Dantem, id eſt ea lege, vt ipſe Dantes curet literas Petri ſuo die Mediolani effectum ſortiri, & debitum denuò tranſmitti in ſequentes nundinas Auguſti.

Petrus acceptis in nundinis dictis aureis mille ſcribit literas directas ipſi Danti Mediolanum tenoris ſequentis.

1625. die 3. Maij Maſſæ aurei 1000.
ad rationem ſolidorum 150. pro quolibet.

Die 8. præſentis menſis virtute huius primæ literæ cambij ſolue tibi ipſi aureos mille ad rationem ſolid. 150. pro quolibet aureo pro pretio habito à tuo Dante hic, & adſcribe computo meo vtendo in rem tuam ceſſatione mea in proximis nundinis Auguſti ad rationem quæ ponetur.

Inſcriprio. *Petrus Danti Mediolanum.*

Dantes mittit hanc literam Mediolanum cuidam amico ſuo, vel agenti, qui virtute mandati, quod ei dat per literas, vel procuram, eius perſonam refert, tam pro complen

complenda litera ipſius Petri directa Danti quàm pro exigendis à ſe ipſo aureis mille, quorum eſt creditor virtute dictæ literæ.

Et quia iſte Agens nullas alias pecunias habet, neque fidem, vt eas cambio accipere poſſit in eo loco, vt ſibi ſoluat, vtitur credito remiſſæ ſpectanti ipſi Danti. Cedente die ſolutionis Agens ſiue Inſtitor qui ſuſtinet, & gerit perſonam Dantis, format ſcripturam, & facit debitorem Petrum de feria librarum 7500. vice aureorum mille, & creditorem illius ſummæ Dantem.

Deinde extinguit computum Petri faciendo illi tractam in ſequentem feriam Auguſti aureorum 1020. permutatorum ad rationem ſolidorum 147. qui valent eaſdem libras 7500. & facit debitorem Dantem, cui illos remittit per literas cambij tenoris ſequentis.

1625. die 28. Maij, Mediolani
ſcuti 1020. marcarum.

In ſolutionibus proximis feriæ Auguſti ſolue virtute huius primæ literæ cambij meo Danti ſcutos 1020. marcarum tranſmiſſos mihi in præteritis nundinis Paſchatis, & adſcribe rationi tuæ. Vale.

Dantes Petro Maſſam feria Auguſti.

SECVNDVS CASVS.

SVper ſupradicto cambio non mutata forma neque ſubſtantia inductum eſt paciſci nouo contractu de certo intereſſe, vt ſcilicet ab vna feria ad aliam damnum non poſſit excedere tot pro centenario plus vel minus iuxta copiá, vel inopiam pecuniæ, ea tamen lege, quod ſi cambium minus referret, id tantum veniat, quod minus reſponderit.

TERTIVS CASVS.

DIdacus Madriti reſidens dat ſuas literas cambij directas Æmilio Maſſam feria Auguſti aureorum 10000. marcarum, mandat illi, vt eos ſoluat, & accipiat cambio eius damno pro Lugduno, aut alia ciuitate, *Piazza*, ex qua Æmilius faciat ſibi rurſus trahere debitum in nundinis Sanctorum ſequentibus. Qui Didacus prouidebit de extinctione capitalis, ſumptuum, & intereſſe.

Æmilius in nundinis ſoluit aureos 10000. & in ſuo Calendario, ſeu libro conſtituit eorum debitorem Didacum, & prætereà aureorum 33. pro ſua mercede, & cum illi credita ſuperſint, non accipit cambio ab aliis, ſed vtens credito proprio trahit Romulo Romam aureos 10033. ad rationem aureorum 99. de ſtampa pro ſingulis centenis aureorum marcarum adſignans ſibi ipſi remiſſionem, & ſcribit ſequentia mandata.

1625. *die* 4. *Auguſti Maſſa aurei* 10033. *ad* 99.

DIe 25. Aug. ſoluito virtute huius primæ literæ cambij tibi ipſi aureos 10033. ad rationem 99. pro 100. ſtamparum in me computatos, & ponito vt in mandato.

Æmilius Romulo Romam.

Mandatum Æmilij.

EX his nundinis Auguſti tibi traxi aureos 10033. ad rationem 95. pro 100. in te ipſum in me computatos: ſuo tempore hanc ſummam adnotabis conſtituendo debitorem Didacum de Madrito ſupra me: & de eo quod tibi deerit, prouidebis tibi in proximis nundinis Sanctorum à me ipſo. Et in meis rationibus currentibus conſtitues me creditorem remiſſæ dictorum aureor. 10033. remittendo pariter mihi quod mihi ſupereſt in dictis nundinis Sanctorum.

Adueniente die Romulus iuxta ordinem Æmilij conſtituit debitorem Didacum quantitatis, ſeu valutæ aureorum 10033. marcarum, & creditorem Æmilium, & vt adæquet debitum, & creditum in ſequentibus nundinis Sanctorum, ſcridit literas aureorum 10235. ſtamparum commutatorum ad rationem 97. ſtampæ pro ſingulis centenis marcarum prout ſequitur.

1625. 28. *Auguſti Romæ aur.* 10235. *marcharum.*

In ſolutionibus feriæ proximæ Sanctorum ſolue virtute huius primæ cambij tibi ipſi aureos 10235. marcharum in me computatos, & pone vt in mandato, ſeu *ſpaccio*.

Romulus Æmilio Maſſam in nundinis Sanctorum.

Mandatum Romuli ex Roma ad Æmilium Maſſam feria Sanctorum.

PRo reſponſione tui mandati feriæ Auguſti præteritæ ſignificabo tibi me ſoluiſſe aureos 10033. marcharum mihi tractos in me ipſum, & eorum dediſſe debitum Didaco de Madrito ſupra te in aut. 9931. ſtamparum, & creditum ex oppoſito eorundem aur. 10235. tractos tibi in illa Sanctorum computatos ad 95. pro 100. & in tua ratione currenti feci te creditorem aur. 9931. ſtamparum pro pretio dictorum aureor. 10235. remiſſos mihi in hac Auguſti à me ipſo, & extinxiſſe computum cum remiſſa, quam tibi feci in proxima feria Sanctorum mea litera, cui ſuo tempore parebis. Vale.

In nundinis Sanctorum Maſſæ Æmilius conſtituit Didacum debitorem dictor. aur. 10235. & niſi Didacus ſatisfaciat ſuo debito, rurſus eo vtitur ſub eadem forma, & continuat eodem modo per plures ferias, donec realiter Didacus debito ſuo ſatisfaciat.

Die Sabbati 3. Octobris 1626.

IN congregatione habita de ſpeciali mandato S. D. N. Vrbani Papæ VIII. maturè conſiderato primo caſu expoſito, Domini cenſuerunt non ſubſiſtere.

Die 18. Nouembris 1626. in eadem congregatione diſcuſſo ſecundo caſu, Domini pariter cenſuerunt non ſubſiſtere, cum innitatur primo.

Die 4. Iunij 1627. in eadem Congregatione diligenter perpenſo tertio caſu, Domini dixerunt tertium caſum, qui dicitur cambium continuatum, ſubſiſtere, ſi Romæ, & Maſſæ verè fiat ſolutio ex legitimo mandato Didaci ab habentibus, vnde ſoluant ex propriis, vel alienis pecuniis, quæ non ſunt creditoris, cui fit ſolutio ſecundum eandem rationem bancariam permanente: ita tamen vt continuatio ſemper permaneat libera iuxta conſtitutionem facilis record. Pij Pap. V. in reliquis etiam omnibus ſeruandam. Non verò ſubſiſtere, dum cambia, quæ continuantur, fiunt ſecundùm modum in primo caſu propoſitum.

Die Sabbati 17. Iulij 1627. R. P. D. Ioan. Baptiſta Coccinus ſacræ Rotæ Decanus & R. P. Fr. Hippolytus Maria Lancius retulerunt ſanctiſſimum D. N. Vrbanum Papam VIII. perlegiſſe heſterna die ſupradictas Theologorum ſententias in materia cambiorum, eaſque approbaſſe, & ita ſeruari mandaſſe.

Ioan. Bapt. Coccinus Rotæ Decan.
Fr. Hippolytus Lancius Commiſſ. Generalis S. Offic.

QVARTO CASO.

DAnte in Genoua dà à cambio 1000. ſcuti à Pietro per la prima fiera di Piacenza con la ricorſa à ſe ſteſſo. E perche Pietro non hà in Piacenza ne denari, ne credito, ni correſpondente alcuno, Dante gli offeriſce ſuo procuratore, il quale compirà in fiera per lui la lettera, e trarrà di nuouo il ſuo debito à Genoua. Pietro ſpontaneamente accetta il partito, e dà l'ordine à Curtio. Queſto riceuuta in fiera la lettera di Pietro, nella quale ordinandoli, che paghi à ſuo nome, e ſi vaglia del debito con trarglielo in Genoua, gli dà facoltà di prenderli à cambio à ſuo conto, il che potrebbe fare à nome di detto Pietro; venendo aſſicurato da Dante, e potrebbe prender (Hic caſus extat apud Duard. de camb. quæſt. 42. In editione Card. de Lug. hæc ſuperſunt)

prenderli da qualſiuoglia altro, che haueſſe auanzo in fiera, con tutto cio li prende da ſe medeſimo, ſecondo il credito, c'hà da Dante per la rimeſſa preſente. Da queſto Curtio ne fa nuoue lettere per Genoua la tratta à Pietro e la rimeſſa à Dante. Pietro finalmente paga à Dante à ſuo tempo del ſuo proprio denaro, e la riſcoſſa reſta finita.

etiandio da ſe ſteſſo in virtù di dinari proprij, ò d'altri di chi ſia procuratore.

VERSIO LATINA
quarti Caſus.

DAntes Genuæ dat cambio aureos mille Petro pro primis nundinis Placentinis cum recurſu ad ſe ipſum: Et quia Petrus non habet Placentiæ pecunias, neque creditum neque correſpondentem vllum. Dantes illi offert Curtium ſuum procuratorem, qui adimplebit in nundinis literas vice illius,& curſus trahet eius debitum Genuam. Petrus ſponte conditionem acceptat, & dat mandatum Curtio. Is acceptis in feria literis Petri, in quibus mandando illi, vt ſuo nominē ſoluat,& vtator debito illud ei tranſmittendo Genuam, dat, illi facultatem accipiendi cambio eius nomine, quod facere poſſet Curtius nomine ipſius Petri, ſi Dantes illum ſecurum faceret:& poſſet etiam ſumere à quocunque alio, qui haberet in nundinis, vnde id daret, nihilominus capit à ſe ipſo iuxta creditum quod habet à Dante per præſentem remiſſionem. Poſt hæc Curtius facit literas pro Genua, traiectionem Petro, & remiſſionem Danti. Petrus tandem ſoluit Danti ſuo tempore ea propria pecunia,& hic finitur recurſa.

Kalendis Septembris 1629.

DOmini deputati à Sanctiſſimo D. Noſtro pro materia cambiorum cenſuerunt vnanimes caſum quarto loco propoſitum tanquam nouum non recedere à primo, & ideò non ſubſiſtere.

Die 7. Septembris 1629.

RR. PP. DD. Ioan. Bapt. Coccinus, & Fr. Hippolytus Maria Lancius retulerunt Sanctiſſimum D. Noſtrum Vrbanum Pap. VIII. reſolutionem à ſupradictis Theologis captam circa ſuprascriptum nouum caſum quarto loco propoſitum in materia cambiorum approbaſſe.

Caſo propoſto per ordine della Sereniſſima Republ. di Genoua dal Signor Gio Franciſco Scaglia.

GIouanni in fiera de Santi dà ſcuti 1000. à cambio à Pietro per Milano, e conuengono inſieme, che Pietro ne faccia la tratta ad Antonio perſona diſtincta di negotio, e di credito in detta Città di Milano, al quale Giouanni ne fà anche la rimeſſa. Antonio in Milano paſſa ſcrittura di quella partita in debito di Pietro, & in credito di Giouanni, e non eſtinguendo Pietro tal debito con altra rimeſſa, ò pagamēto, come potrebbe fare, riflette nella fiera ſequente il ſuo credito à Giouanni, & il debito à Pietro, & in eſſa fiera ſi eſtingue la negotiatione.

S'aggiunge vna circonſtanza, che Giouanni promette à Pietro, che Antonio in Milano compirà la ſua tratta,

S'aggiunge vn'altra, che Pietro promette à Giouanni, che in caſo, che Antonio non rimetta il ſuo effetto nella fiera ſequente à Giouanni, vuol'eſſer obligato lui.

Se ne aggiunge vn'altra, che Giouanni promette à Pietro, che nella tratta, ch'eſſo fà à Milano come ſopra, l'intereſſe non eccederà vn tanto per cento, conforme eſſi accorderanno inſieme, con conditione però, che ſe il cambio riſpondeſſe meno, ſia ſolamente quello, che hauerà riſpoſto.

Latina interpretatio.

IOannes in nundinis Sanctorum dat ſcutos mille Petro ad cambium pro Mediolano: & ſimul conueniunt, vt Petrus huius ſummæ ſolutionem mandet Antonio perſonæ diſtinctæ negotio,& credito in dicta ciuitate Mediolani, cui etiam Ioannes mandat, vt exigat. Antonius Mediolani adnotationem facit huius ſummæ in debitum Petri, & creditum Ioannis: & Petro non diſſoluente huiuſmodi debitum alia remiſſione ſimilis ſummæ, vel ſolutione, vt illi liberum eſt, reflecti in feria ſequenti ſuum creditum Ioanni, & debitum Petro, & in his nundinis extinguitur negotiatio.

Additur hæc circunſtantia, quod Ioannes promittit Petro Antonium eius tractam, ſeu mandatum impleturum.

Additur alia, quod Petrus promittit Ioanni, vt caſu quo Antonius non remittat ſuum effectum in feria ſequenti Ioanni, ipſe teneatur.

Superadditur alia, quod Ioannes promittit Petro in ea tracta, quam facit Mediolanum, vt ſupra, intereſſe certam quantitatem non exceſſurum, prout ipſi ſimul conuenient, ea tamen lege, vt ſi minus cambium referet, illud dumtaxat veniat, quod conſtiterit reſpondiſſe.

Die Sabbati 27. Septemb. 1631.

IN eadem Congregatione poſt diligentem diſcuſſionem Domini dixerunt nihil in prædictis caſu quinto, & vltimo, & circunſtantiis contineri, quo minus licitè practicari poſſint.

Die Iouis 2. Octobris 1631.

RR. PP. DD. Ioan. Baptiſta Coccinus ſacra Rot. Decanus, & Fr. Hippolytus Maria Lancius prædicti retulerunt Sanctiſſ. D. N. Vrbano VIII. ſupradictam reſolutionem, & Sanctitas ſua annuit.

Ioan. Baptiſta Coccinus Rota Decanus.
Fr. Nic. Riccardius Sac. Palat. Apoſtolici Magiſter & Prædicator.
Fr. Hippolytus Maria Lancius Comm. Generalis S. Offic.
Auguſtinus Oregius Theologus Sanctiſſimi.
Frat. Franciſcus. Gen. Procurator Gener. Capucinorum, & ſummi Pontificis concionator.
Stephanus Bubalus Societ. IESV. S. A. Pœnitent. Conſultor. Theologus.

Ex exemplo impreſſo Genuæ per Ioſeph. Pauonem excepta interpretatione Latina, quæ eſt auctoris.

SERAMANDVS Notarius.

QVÆSTIO XXVII.

De pretij vſuris licitis, & illicitis.

1. *Vſura pretij rerum venditarum illicita.*
2. *Vſura pretij licita ſunt, ſi emptor ex re vendita percipit fructus non ſoluto pretio.*
3. *Conuentio, vt dum pretium non ſoluitur certa quantitas præſtetur loco fructuum, valet.*
   Quam tamen Theologi plurimi improbarunt.
4. *Venditor non recepto pretio rem tradere non tenetur.*
5. *Venditor poteſt excipere fructus etiam recepto pretio.*
6. *Fructus rei venditæ non ſoluto pretio ſunt venditoris.*
7. *Lex commiſſoria in venditionibus non eſt illicita.*
8. *Pactum quodlibet in traditionibus rerum validum eſt.*
9. *Vendere fundum licet deducto vſufructu.*
10. *Venditor poteſt emptori locare rem venditam, donec pretium ſoluat.*
11. *Mutuum non contrahitur in venditione pacto addito, vt dum non ſoluitur pretium, aliquid annuum præſtetur loco fructuum.*
12. *Venditor poteſt excipere fructus, donec ſibi pretium ſoluatur.*
    Nihil refert in contractibus, an pactum præcedat, vel ſubſequatur.
13. *Venditor poteſt penſionem annuam ſtipulari loco fructuum data dilatione duorum vel trium annorum.*
14. *Etiam tranſlato dominio.*

15. L.

Digitized by Google

15. L. curabit, C. de act. empt. ratio non eſt poſita in dominij retentione.
16. Precaria poſſeſſio dominium in emptorem non transfert.
17. Vſuræ pretij multo magis debentur tranſlato dominio, quam retento.
18. Fructus rei venditæ non ſoluto pretio ſunt venditoris.
19. Venditor iuſto recepto pretio non poteſt ſibi retinere fructus.
Venditor non tenetur gratis à ſe abdicare ius fructuum.
20. Res vendita tranſit cum onere ſoluendi vſuras compenſatiuas, vel ex pacto, vel miniſterio legis.
21. Venditor quando renunciet iuri percipiendi fructus data ſolutione ad ſoluendum pretium.
Res non videtur tradita, ſi locetur emptori.
22. Creditor poteſt paciſci, vt dum non ſoluitur mutuum, debitor refundat id quod intereſt.
23. Vſuræ pretij in caſu l. curabit, non veniunt propter moram.
L. curabit, eſt de venditione facta tranſlato dominio.
24. Oblatio ſola non ſufficit, vt vſuræ pretij non debeantur.
25. Vendito fundo, quanti Titius æſtimauerit, eoque tradito pretij vſuræ debentur ante æſtimationem.
26. Idemque eſt, ſi fundus ad menſuram venditus ſit.
27. Fundo ſub conditione vendito, & tradito interim vſuræ pretij debentur ab emptore.
Cuiacij ſententia, quam Auctor non ſequitur.
28. Emptor qui percipit fructus, tenetur ad vſuras pretij etiam imminente euictione.
29. Vſuræ pretij debentur, quamuis in reliquis venditor non impleuerit contractum.
30. Et licet actum ſit, ne emptor pretium ſoluere teneatur, donec per venditorem promiſſa impleantur.
Qui tamen damna omnia præſtare tenetur.
31. Dilatione data ad ſoluendum vſuræ pretij non debentur, niſi de illis præſtandis actum ſit.
32. Dilatione data ad ſoluendum fundus pluris venditus præſumitur.
Fundus ob fructus pendentes pluris venditus præſumitur, niſi illi excipiantur.
33. Venditor ſi fundum carius vendidit ob dilationem ſoluendi pretij, non poteſt interim vſuras ſtipulari, & capere.
34. Dilatio non impedit, quin vſuræ debeantur, ſi de illis interim præſtandis conuentum eſt.
35. Dilatio duplex alia certi, alia incerti temporis.
Dilatio incerti temporis non facit, quin vſuræ pretij debeantur.
36. Re ſterili vendita vſuræ pretij non debentur.
37. Baldi contraria ſententia in l. 2. C. de vſur. reiicitur.
38. Hodie ex ſola mora vſuræ non debentur, etiam in contractibus bonæ fidei.
39. Franciſci de Caldas aſſertio quædam refellitur.
40. Vſus pecuniæ non eſt pretio æſtimabilis, niſi aliunde interſit, ex quacumque cauſa debeatur.
41. Interuſurij ratio non ex mora, ſed ex iuſtis cauſis haberi debet.
42. Venditione ſyluæ cæduæ poteſt pretij vſuras ſtipulari pro modo fructuum facta diſtributione.
Et hoc caſu recipi poteſt Baldi ſententia.
43. Emptor ſi nullos fructus percipere potuit, ad vſuras pretij non tenetur.
44. Emptor ad vſuras pretij tenetur, tametſi ob eius culpam non perceperit fructus.
45. Penſio ſi excedat fructus, illicita.
46. Compenſatio extrema æqualia exigit.
47. Reditus concurrens cum vſuris conſuetis in prouincia vſurarius præſumitur.
48. Venditor non poteſt locare rem emptori pro penſione, quæ excedat fructus.
49. Penſio rei fructus modicè excedens non eſt illicita.
50. Pauli Comitoli Theologi ſententia exiſtimantis illicitum eſſe paciſci de certa quantitate, dum pretium non ſoluitur.
51. Theologi, & Iuriſperiti in ſpecie l. curabit, verbis potius quam ſententia diſſident.
Vſuræ pretij ex Iuriſperitorum ſenſu ſunt loco fructuum.
52. Argumenta Comitoli quibuſdam caſibus vera, non tamen probant in vniuerſum, & ſemper conuentionem illicitam eſſe.
53. Rotæ Romanæ deciſiones aliquot nouiſſimæ pro Iuriſperitorum ſententia.
54. Emptor ſoluto pretio poteſt de certa quantitate loco fructuum paciſci, donec res tradatur.
55. Venditor poteſt rem retinere loco pignoris, donec integrum pretium ſoluatur.
Pignoris cauſa eſt indiuidua.
56. Emptor reſiduum pretium offerens conſequitur fructus pro rata pretij ſoluti.
57. Emptor parte pretij ſoluta poteſt cum venditore paciſci, vt partem fructuum præſtet, dum res non traditur.
Vel locare partem rei.
58. Niſi coniecturæ fœnoris ſuadeant contractum eſſe vſurarium.
59. Emptor non poteſt paciſci de certa quantitate præſtanda, donec res tradatur, ſi res ſit ſterilis.
60. Venditor, qui rem retinet loco pignoris, fructus imputare cogitur pro ratione pretij ſoluti.
61. Venditor ad vſuras pretij tenetur, licet res ſit infructifera, ſi emptor pretium mutuatus eſt ſub vſuris.
62. L. Lucius Titius, 47. de act. empt. explicatur.
63. Implens contractum repetit vſuras, vel cambia eius pecuniæ, quam vt adimpleret contractum ſub vſuris, vel cambiis mutuatus eſt.
64. Nouatione facta pretij vſuræ non debentur.

QVM vſura omnis prohibita ſit conſequens 1
eſt etiam vſuras pretij rerum venditarum prohibitas eſſe. Nam quamuis emptio, & venditio ſit contractus bonæ fidei, & in contractibus bonæ fidei vſuræ ex mora debeantur, vt conſtat ex l. 24. ff. depoſ. l. 34. ff. de vſur. & in emptione conſtitutum eſt in l. 2. C. eod. & l. Iulianus, 13. §. veniunt, ff. de act. empt. nunc tamen huiuſmodi vſuræ etiam prohibitæ ſunt eo iure, quo omnis omnino vſura prohibetur, vt dixi quæſt. 1. n. 15. & ſequent. & quæſt. 4. n. 34.

Sane vno caſu vſuræ pretij licitæ ſunt, & exigi poſſunt, 2
tametſi aliunde non interſit, cum ſcilicet emptor non ſoluto pretio ex re vendita percipit fructus. Hoc enim caſu pro modo, & ratione fructuum vſuras deberi receptum eſt, tametſi iſtiuſmodi vſuræ propriè vſuræ dici non debeant, cum non ex ſolo tempore tardæ ſolutionis proueniant, ſed ex alia cauſa, ideſt ex perceptione fructuum, vt ait l. curabit, 5. Cod. de act. empt. & notat gloſ. in verbo ratio. quæ proinde ait hoc iure canonum obtinere. Quæ ſententia inter Iuriſperitos recepta, eſt, illámque inter alios probat doctiſſimus Couar. variar. lib. 3. cap. 4. n. 1. & Felician. iiſdem verbis de cenſib. lib. 2. c. 1. num. 38. Tiraq. de retract. conuent. §. 5. gloſ. 4. num. 16. Donell. lib. de vſur. fol. 10. verſ. quid ſi venditor. Franciſ. de Cald. in lib. de empt. & vendit. cap. 23. num. 22. Surd. in conſ. 101. num. 19. & 20. Peregrin. conſ. 77. num. 2. lib. 2. & omiſſis aliis Cardin. Tuſc. in concluſ. 127. num. 2. & Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 24. num. 5. vbi ait hoc naturaliter ineſſe venditioni, & nouiſſimè Alexand. Spercellius, qui alios refert in deciſ. 118. num. 1. & 2. vbi in fin. ait temerarium eſſe ab hac opinione in iudicando recedere.

Quod verum eſt, etiamſi conuentum ſit, vt dum pretium 3
non ſoluitur certa annua quantitas præſtetur loco fructuum ita enim docuit Paul. de Caſtr. in d. l. Iulianus, §. ex vendito. & Cagnol. in d. l. curabit. num. 58. & Vrſill. ad Afflict. dec. 20. num. 6. Ruin. in conſ. 73. numer. 5. & 6. lib. 1. Couarr. in d. cap. 4. num. 5. Cardin. Mantic. loc. cit. num. 15. Fachin. Controuerſ. lib. 2. cap. 32. quæſt. 3. Sigiſmund. Scaccia de commerc. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampl. num. 161. Cancer. variar. reſol. part. 3. c. 7. num. 60. Petr. Nicol. Mozzius de empt. & vend. tit. de ſubſtant. n. 39. & Roderic. de ann. redit. lib. 3. quæſt. 7. num. 78.

vbi refert hanc ſententiam communem eſſe, quam probauit Rota coram D.Duran *in dec.34.n.11.*

Et nihilominus Theologi plurimi huic ſententiæ ita ſuccenſent, vt illam falſam, & falſis principiis innixam, & fœnoris fæce hauſtam, & ſaluti conſcientiarum nullatenus rutam eſſe contendant. Et ex eorum ſchola quidam ſcribere auſus eſt *Didacum magis auctoritate propria, quam vllis efficacibus rationibus, aut principiis fidem, & auctoritatem huic tam falſa ſententia conciliaſſe: inualuiſſe, autem eam, quia vtilitati propriæ, & cupiditati humanæ blanditur, atque adeo vſu receptam eſſe non ſine magno diſpendio rectitudinis ſecundum leges diuinas, & naturales in contractibus ſeruandæ, contra quam leges humanæ non praualent, neque praualere debent.* Ita Ludouic. Lopez *de contract.& negotiat.lib.1.c.36.* Turrianus etiam *diſp.58. dub. 8. n. 7. & ſeq.* ait hic manifeſtam vſuram committi, & diſpoſitionem legis, *curabit* iniuſtam eſſe. Quamobrem conabor pro ingenij mediocritate noſtrorum auctorum ſententiam aliquot argumentis confirmare.

4 Et primo probatur quidem hæc ſententia, quia inter omnes conuenit non teneti venditorem rem tradere non ſoluto pretio *l.ex empto. in princ. & l.14.§. offerri, ff. de act.empt.* ergo ſi rem tradat ſine pretio, poteſt de certa annua quantitate paciſci ratione fructuum, quos interim ex re vendita percepiſſet.

5 Secundo venditor poteſt excipere fructus non ſolum pendentes, ſed etiam ſequentium annorum etiam ſoluto pretio *l.40 §. cum fundum, & l. 80. ff. de contr. empt. l. ſi ſterilis, §. vlt.ff.de act.empt.* ergo multo magis non recepto pretio poterit retinere, & excipere fructus, vel quod idem eſt, penſionem annuam concurrentem cum fructibus.

6 Tertio fructus rei venditæ non ſoluto pretio ſunt venditoris, cuius nulla mora eſt *l.ſerui emptor. ff. de peric. & comm. rei vend.* & tradunt Cuiacius, & alij infra *n.* 18. & communem eſſe ſententiam refert Couarr. *d. capite 4. n. 7.* ergo poteſt fructus vel penſionem loco fructuum excipere.

7 Quarto exploratum eſt legem commiſſoriam in emptione, & venditione licitam eſſe, vt conſtat ex *l.1.& tot.tit.de leg. commiſſ. l.39. ff. de minor. l.4. C. de pact. inter empt. & vendit.* & in ea dominium rei in emptorem transferri, & quod conſequens eſt, rei quoque periculum, vt definitum eſt in *l.2. ff. de leg. commiſſ.* & indicat *d. l. 4.* quæ ait venditorem rei vindicationem non habere, ſed actionem ex vendito, quod argumentum eſt dominium in emptorem tranſmiſſum fuiſſe. Nunc quæro, ſi fundus lege commiſſoria venierit, & prætерea actum ſit, vt interim emptor vſuras præſtet loco fructuum, & pro modo fructuum, an hæc conuentio licita ſit, vel illicita. Si licita eſt, ergo etiam admittenda eſt, cum ſine lege commiſſoria res vænit, ſiquidem interueniente lege commiſſoriâ durior eſt conditio emptoris *d. l. 39. ff. de min.* vbi Paulus refert Imperatori Antonino diſplicuiſſe. Si illicitam eſſe dicunt, ergo pretio non ſoluto, & reſciſſa emptione emptor faciet fructus ſuos, & commodum ſentiet ex re, in qua fidem non adhibuit, quod eſt iniquum. Sanè Iuriſconſ. *in l.5.eo.tit.* ait, *nihil apud emptorem reſidere oportere ex ea re, in qua fidem fefellit.* Quod ſi dicant rem cum fructibus reſtituendam eſſe: quid quæſo vetat loco fructuum, ſtipulari penſionem, quæ non excedat fructus?

8 Quinto in traditionibus rerum quodcumque pactum valere certiſſimum eſt *l.49. ff. de pact.* & in emptionibus, & venditionibus conſtat ex *l. 1. ff. de in diem addict. l. qui fundum 75. & l. fundi partem 79. ff. de contr. empt. & d. l. ſi ſterilis, §. ſed & ſi,* vbi Iuriſconſultus ait *huiuſmodi pacta in partem pretij eſſe*: & in permutatione quæ proxima eſt emptioni manifeſtum eſt *ex l. 6. & vlt. C. de rer. permut.* in qua dicuntur huiuſmodi pacta *rebus propriis dicta legis ſubſtantia muniri.* Id etiam in donationibus exploratum eſt *ex l. 1. & 2. C. de donat. quæ ſub mod.* ergo fas eſt venditori rei propriæ hanc legem dicere, vt donec pretium ſoluatur, emptor penſionem annuam præſtet loco fructuum.

9 Sexto licet fundum vendere deducto vſufructu *l. 7. ff. de act. empt. & d. l. ſi ſterilis 22. in fin. ff. eod.* ergo etiam licet fructus deducere, dum non ſoluitur pretium, vel penſionem, quæ fructibus reſpondeat.

Neque huic argumento obſtat, ſi dicas exceptionem hanc fructuum, vel penſionis pretium minuere debere *d. l. 22. §. cum fundum, & d. l. 79. ff. de contract. emptionib.* quia hoc verum eſt recepto pretio. Aliud verò eſt eo non ſoluto hoc enim caſu hæc fructuum, vel penſionis exceptio non eſt pars pretij, ſed merces fructuum, quorum percipiendorum ius manet venditoris, quandiu non ſoluitur pretium, vt dictum eſt: Et proinde hæc pactio non continet onus debitoris, cum tantundem ex fructibus conſequatur, ideoque pretium minuere non debet. Denique ſi contendas onus emptoris continere, dicam rem tradere ſine pretio venditori graue, & incommodum eſſe, & onus oneri compenſari.

Denique receptum eſt poſſe venditorem fundum eo vſque locare emptori pro penſione certa, donec ſibi pretium ſoluatur *l.20.& 21. ff. loc. & l. ſerui emptor. 16. de peric. & comm. rei vend.* & reſpondit Alexand. *in conſ. 121. num. 1. lib. 5.* & cenſuit Emin. Mantic. *in dec. 3. n. 5.* ergo poteſt etiam annuam penſionem ſtipulari pro modo fructuum, donec emptor pretium exoluerit. Conſtat igitur conuentionem hanc licitam, & legitimam eſſe. 10

Neque in hoc negotio mutuum, & fœnus contrahitur, vt perperam nobis obiiciunt, ſed emptio, & venditio hac lege addita. Fœnus lucrum eſt ex mutuo: hic nullum mutuum eſt, nec vllum lucrum creditoris intelligitur, cum penſionem tantum recipiat vice fructuum, quos ex re ſua percepiſſet, quam ſine pretio tradere non tenebatur, vt docet Ruin. *in d. conſ. 73.* Couarr. & Felic. *loc. cit.* Roderic. *in d. quæſt. 7. num. 73.* Ioan. Bapt. Lup. *de vſur. comment. 1. §. 7. num. 20.* & ex Theologis Nauarr. *in conſ. 21. num. 5. tit. de vſur.* Molin. *diſp. 368. num. 18.* & Binsfeld. *in cap. in ciuitate, quæſt. 6. in fin.* & proferam etiam pro hac ſententia deciſiones aliquot Rotæ Romanæ, quam certum eſt ſemper fœnus 11
abhorruiſſe.† Denique ita etiam ſenſit Vgolinus, qui de vſu- 12
ris eleganter ſcripſit, ita inquam *in hoc tract. cap. 39. §. 2. n. 1.* nam poſtquam contrariam ſententiam veriorem eſſe dixit, excipit primo loco niſi venditor ab initio ſibi reſeruet fructus. Hoc enim caſu fatetur licite conuenire poſſe cum emptore, vt ratione fructuum penſionem concurrentem cum fructibus præſtet, donec pretium ſoluatur, & ita refert grauiſſimos viros conſuluiſſe. At vero in hoc negotio nihil aliud agitur, vt expendit Ruin. *loc. cit.* Quid enim aliud intendit venditor, dum de certa annua quantitate ſibi præſtanda paciſcitur ratione fructuum, quam ſibi retinere, & excipere fructus, dum non ſoluitur pretium. Et quamuis Vgolinus cum cautione loqui videatur, cum ſcilicet ante dilationem datam ad ſoluendum, & ſic ab initio fructuum retentio facta eſt, hæc tamen nimia ſcrupuloſitas eſt. Sufficit enim vt in ipſa venditione id actum ſit, quia hæc, & alia huiuſmodi pacta inſunt contractui, & ſunt pars contractus, qui vnus, & idem eſt ſiue ante ſiue poſt hæc exceptio in eodem contractu facta proponatur *l. ſi ita, & l. cum enim, ff. de nouat.* & eleganter Paul. Bellon. *de poteſt. eorum quæ incont. lib.1.c.54.n.6.& 8.*

Neque aliud eſt, ſi fortè duorum, vel plurium annorum dilatio conceſſa ſit ad ſoluendum pretium, quia nihilominus poteſt venditor penſionem annuam ſtipulari ratione fructuum, & ex his quæ diximus manifeſtum eſt, & in ſpecie docent Couarr. *eod. loc. num. 5.* & alij quidam quos refert, & ſequitur Lup. *in d. §. 7. num. 15.* vbi ſcribit hanc communem, & veram eſſe ſententiam. His conſentit Mantic. *loc. cit. num. 22.* Sigiſmund. Scacc. *in d. ampl. 8. num. 152. & n. 164.* vbi de magis communi teſtatur, & Roderic. *d. quæſt. 7. n. 78.* rectè ſubiiciens data dilatione ad ſoluendum iuſtiorem intercedere rationem vſuras pretij ſoluendi, quam cum ſors exigi poteſt. Nec enim hæc præſtatio præmium eſt dilationis, ſed perceptionis fructuum, quos venditor excipere potuit, vt dictum eſt. 13

His conſequenter dicendum eſt, nihil opus eſſe venditorem dominium rei retinuiſſe. Nam quamuis quidam iuris ciuilis, & Pontificij interpretes, Theologi fere omnes, & præſertim Petrus à Nauarr. *de reſtit. lib. 3. cap. 2. num. 148.* Azor. *Inſtit. moral. part. 3. lib. 8. cap. 15.* Valer. *de different. inter vtrumque for. verb. vſura, diff. 13.* & Leſſ. *de iuſtit. & iur. lib. 2. c. 21. dub. 13. n. 109.* ita demum conuentionem licitam eſſe 14

eſſe ſentiant, ſi venditor ſi dominium retinuit, eo vero tranſlato illicitam, & vſuratiam eſſe, quia inquit Petrus à Nauarra, tranſlato dominio fructus ſunt emptoris, dum igitur venditor fide accepta, datoque termino ad ſoluendum fructus ſibi reſeruare contendit, quouſque pretium ſoluatur, quid aliud agit, quam fructus rei alienæ, & proinde rem alienam pro pecuniæ expectatione vſurpare, quod vſurarium eſſe quis non videat? & deinde concludit, *ſi eſſet pecunia numerata, nonne iniquum eſſet fructus illos venditori adſcribere: ideò igitur ô Iuriſperiti ei applicandos putatis, quoniam ſolutionem differt, & pretium expectat.* Verius tamen eſt quidquid is auctor audacius in Iuriſperitos proiiciat, etiam tranſlato dominio, venditorem annuam penſionem ſtipulari poſſe pro modo, & ratione fructuum, quos ex re vendita percepiſſet, id enim ſatis euincunt argumenta, quæ initio huius quæſtionis prolata ſunt.

15 Neque ratio *d. l. curabit.* quatenus à nobis recipitur poſita eſt in retentione, vel tranſmiſſione dominij, ſed in traditione rei ſine pretio, & in perceptione fructuum, vt indicant verba illa conſtitutionis, *quas fructuum perceptorum ratio generauit.* Vnde ſicut re tradita, & dominio retento venditor iuſtè ſtipulatur vſuras non ſoluti pretij in vicem fructuum: ita ea lege poteſt transferre dominium, vt nihilominus emptor vſuras pretij ſoluat pro modo, & ratione fructuum, vel reſtituat fructus donec pretium ſolutum ſit. Quod etiam non obſcurè indicat Vlpian. in d. l. 13. §. ex vendito, dum ait: *Nam cum re emptor fruatur, æquiſſimum eſt eum vſuras pretij pendere*: & clarius his verbis, quæ ſequuntur: *Poſſeſſionem autem traditam accipere debemus, etſi precaria ſit poſſeſſio. Hoc enim ſolum ſpectare debemus, an habeat facultatem fructus percipiendi.*
16 † Ex quibus verbis conſtat æquitatem hanc ſubeſſe etiam poſt traditionem iuſtæ poſſeſſionis, ex qua dominium transfertur, id enim innuunt verba illa, *etſi precaria ſit poſſeſſio*, quod pauci adnotarunt, ſed rectiſſimè interpretatus eſt Cuiacius his verbis: *Et quod ait hoc loco poſt diem traditionis rei, id ita mox interpretatur, vt non tantum poſt traditionem vacuæ poſſeſſionis, quæ dominium transtulerit in emptorem, vſuræ pretij veniant in actionem ex vendito, ſed etiam poſt traditionem precariæ poſſeſſionis, quæ quidem precaria poſſeſſio dominium non transfert in emptorem, & à venditore quandocumque ei libuerit, reuocari poteſt, ſed quo ad cauſam debitam vſurarum, nihil refert precaria, an plena, & iuſta poſſeſſio tradita fuerit, quia cum etiam iure precarij emptor re fruatur, æquum eſt, vt vſuras pretij tardius ſoluti pendat.* Ità Cuiacius.
17 † Quibus adiicio Iuriſconſultum hic de eo reſpondere, quod magis dubium videbatur, nimirum an vſuræ pretij deberentur etiam poſt traditionem precariæ poſſeſſionis, ex qua dominium non transfertur, & definit deberi, *etſi precaria ſit poſſeſſio*, ſentiens profectò multo magis deberi, cum iuſta, & plena poſſeſſio tradita eſt, ex qua dominium transfertur. Et proindè non probo, & veriſſimum puto quod Rodericus ait in *d. quæſt.* 7. *num.* 82. eos, qui ſentiunt ita demum vſuras deberi, ſi dominium retineatur, eo vero tranſlato neque fructus, neque loco fructuum vſuras exigi poſſe, caſum iuſtiorem præpoſtere damnaſſe. Quamobrem merito hanc ſententiam ſequuntur Corne. *in l. ſi paſcenda, num.* 29. *Cod. de pact.* Didac. & Roderic. *loc. cit.* & Cardin. Mantic. *d. tit.* 24. *num.* 15. Sigiſm. Scacc. *in d. ampl.* 8. *num.* 166. Anton. Merend. *controuerſ. lib.* 6. *cap.* 27. *num.* 16. Gratian. *diſcept. for. lib.* 3. *cap.* 588. *num.* 23. & 24. Iacob. Cancer. *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 66. Vbi ait grauiter errare, qui contrarium ſentiunt. Et ex Theologis ita tradunt Nauarr. *in d. conſ.* 21. *n.* 5. Filliuc. *tract.* 35. *cap.* 8. *num.* 122. Binsfeld. *loc. cit.* Bonacin. *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 2. *punct.* 7. §. 1. *num.* 5. & Molin. *diſp.* 368. *num.* 16. & 18. vbi ait Panormitanum, & Syluestrum, & alios quoſdam non ſatis rationem *d. l. curabit* percepiſſe. Denique hanc ſententiam amplexa eſt Rota coram Damaſceno inter recentiſſimas *dec.* 370. *num.* 4. *part.* 1. & nouiſſimè Emin. P. de Lug. *diſp.* 25. *ſect.* 8. *num.* 140. *verſ. dico igitur* & ex eadem ſocietate Fagund. *de iuſt. & iur. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 5. & 6. Et hoc iure hic ſine difficultate, & ſcrupulo vtimur.

18 Et nihil nos conturbare debet, quod Petrus à Nauarra ait tranſlato dominio in emptorem fructus illius eſſe, quia hoc verum eſt ſoluto pretio, ſed in his terminis fructus ſunt venditoris, vt conſtat ex *d. l. ſerui emptor.* 16. *ff. de peric. & comm. rei vend.* & *d. l.* 20. & 21. *ff. loc.* & not. Bald. *in l. fructus in fin. C. de act. empt.* Fabian. de Mont. *in lib. de empt. & vend. part.* 6. *memb.* 5. Molin. *in d. diſp.* 368. *num* 8. Roderic. *loc. cit. n.* 73. Gomez *variar. lib.* 2. *cap.* 11. & cenſuit Rota coram D. Coccino inter recentiſſ. *dec.* 315. *part.* 4. ex qua profecit Sperellius, & quæ magna eſt auctoritas pro noſtra ſententia. Idem ſenſit. Cuiac. *in d. l.* 13. §. *ſi fruct. lib de act. empt. & in obſer. lib.* 21. *cap.* 15. qui id probat auctoritate Iulij Pauli *lib.* 1. *ſentent. tit.* 17. cuius verba ſunt: *Die emptionis, ſi pretium numeratum ſit, fructus, & fœtus pecorum ad emptorem pertinenti.* Dominium enim hoc caſu non tranſit libere in emptorem, ſed ea lege, & cum hoc onere, vt interim pretij vſuras dependeat vice fructuum, vt reſpondit Rot. *in d. dec.* 370. *n.* 4. quæ ait, dominium ex miniſterio legis tranſire in emptorem cum hoc onere, vt ſoluantur fructus recompenſatiui, donec fuerit ſolutum pretium, & præſertim ſi eos venditor excipiat, *vt in l.* 7. & *l.* 21. *ff. de act. empt. l.* 80. *de contrah. empt. & aliis locis.*
† Et fateor quidem, ſi iuſtum pretium eſſet numeratum, 19
vt vir Theologus ait & poſt illum Turrian. *loc. cit.* non poſſe venditorem excipere fructus, vel penſionem loco fructuum, quamuis ne id quidem vſurarium eſſet: ſed non inde ſequitur, vt non ſoluto pretio id ei non liceat, quia tametſi dilatio ſolutionis ſit occaſio, & conditio, ſine qua hæc conuentio non fieret, præſtatio tamen penſionis non reſpicit officium dilationis, neque promittitur ob ſolam expectationem pretij, ſed propter feſtinatam traditionem rei, & conceſſam perceptionem fructuum: & ideo hæc penſio non eſt vſura, neque præmium dilationis, ſed compenſatio fructuum, qui ex natura contractus ſunt venditoris, quandiu non ſoluitur pretium, & quos proinde venditor iuſtè retinere, & excipere poteſt, vt dictum eſt: neque gratis à ſe abdicare tenetur, vt ait Molin. *loc. cit. num.* 17.

Ex his etiam patet fruſtra Azor. *loc. cit.* cum Iuriſperitis 20
contendere, ſiquidem aliis, & quidem melioribus rationibus vtimur, quam illæ ſint quas refellere conatur. Et primum non fingimus, nec opus eſt, vt fingamus in propoſita ſpecie venditorem ſibi velle dominium reſeruaſſe: ſed dicimus ſimpliciter dominium in emptorem transferri cum hoc onere, vt quamdiu pretium retinet, certam annuam quantitatem præſtet venditori in vicem fructuum, & transferri cum hoc onere, vel miniſterio legis, vt ait Rota *loc. cit.* vel ex pacto, & conuentione, quæ eſt pars contractus: & proinde huiuſmodi penſio actione venditi continetur, & eadem actione qua pretium præſtandum eſt repoſcitur *d. l. Iulianus* §. *ex vendito* & *d. l.* 7. & 21. §. *vlt. de act. empt.* Æquum igitur eſt emptorem, cui nihil abeſt, ſtare conuentioni, & fidem contractus ſeruare, ſine quâ venditor rem retinuiſſet, & fructus percepiſſet vt in hac ſpecie inquit Iabolenus *in d. l.* 21 *ff. loc.* vnde rectiſſime Felicianus *loc. cit. n.* 37. *in fin.* ait in ſpecie iſta non præſcriptis verbis, ſed bonæ fidei actionem dari ad id quod in pactum deductum eſt. Quare non minus ex iuſtitia tenetur emptor ad penſionem præſtandam, quam ad ſoluendum pretium: ſi non placet rem emere ea lege liberum eſt tibi non emere: ſi placuit, ſerua fidem. Cur me ex meo agro vel domo ſub hac ſpe eiicis? cur commodum captas ex re in qua fidem fallis?

Neque verum eſt, quod Azorius ait in reſponſione ſecun- 21
dæ obiectionis venditorem ſuo iure cedere, eo ipſo quod illius conſenſu pretij ſolutio differtur, quia hoc verum eſt, cum datur dilatio ad ſoluendum pretium, nec actum eſt, vt interim vſuræ pretij pro modo fructuum, & in compenſationem fructuum præſtentur, quo caſu Iuriſperiti admittunt vſuras ſeu fructus non deberi pendente dilatione, & videri venditorem iuri ſuo renunciaſſe, vt notat idem Couarr. *cod. loc. n.* 5. & Molin. *in d. diſp.* 368. *n.* 17. & poſt pauca aliis auctoribus relatis dicam. Sed in hac ſpecie nominatim actum eſt, vt pendente dilatione certa quantitas præſtetur loco fructuum. Et proinde non dicitur venditor iuri ſuo renunciaſſe, qui conuentionem hanc adhibuit, ne iuri ſuo renunciaſſe videretur, non minus quam ſi prædium eouſque locaſſet *vt in d. l.* 20. & 21. *ff. loc.* & *l.* 16. *ff. de peric. & comm. rei vend.* quæ dicit *rem traditam non videri*, & perinde eſt hoc

caſu,ac ſi dilatio data non fuiſſet, vt rectè ſcribit Cardin.Pariſ. *in conſ.* 60. *n.* 51. *lib.* 1. Ruin. *in d. conſ.* 73. *num.*3. Honded. *in d. conſ.* 44. *n.*31. *lib.*1. Sigiſmund. *loc.cit.n.*152. & alij 22 plurimi adnotarunt. † Quod etiam ex eo patet, quod communiter receptum eſt,creditorem etiam ex cauſa mutui licite ab initio paciſci, vt debitor ſibi refundat, quicquid eius intereſſe contiget pendente dilatione ad ſoluendum, quæ eſt ſententia Hoſtienſ.& aliorum, quos recenſet Couarr. *loc. cit.* vbi ait id maxima æquitate receptum eſſe. Quod etiam probarunt idem Petr. à Nauarr. *in d. cap.* 2. *num.* 159. Lopez *de contract. & negot. lib.*1. *cap.*23. Vgolin. *in d.lib.de vſur. c.*8. *n.*7. §.1. & ipſemet Azor. *d. part.*3. *lib.*7. *cap.*7. & alij Theologi plurimi apud Salas, *de vſur. dub.*19. *num.*2. & nos alibi diximus *quaſt* 72. vnde vt is qui pecuniam credidit, dat dilationem ad ſoluendum, ſi interim ſtipulatur id quod ſua intereſt, non dicitur ſuo iuri renunciare: ita prorſus dicendum eſt venditorem, qui rem tradidit ea lege,vt dum differtur pretij ſolutio, emptor annuam penſionem præſtet loco fructuum, non cenſeri de iure ſuo deceſſiſſe.

Addit deinde Azor. *in l.curabit*, apertè dicitur venditorem poſſe vſuras percipere, licet nulla mora intercesſerit: ergo venditor ideo poteſt fructus retinere, cum emptor pretium non ſoluit,non quia emptor moram adhibuerit,ſed quia fundi dominium ad emptorem non tranſtulit,donec pretiũ ſol-23 uat. † Sed reſpondeo verum quidem eſſe in caſu *d. l. curabit*, vſuras non venire propter moram, ſed ex communi iuriſperitorum ſenſu illas deberi, etiamſi nulla mora in ſoluendo pretio facta ſit per emptorem,dummodo rei vſum habuerit, & perceperit fructus. Etenim in hoc genere tantum inſpicitur,an emptor habuerit facultatem percipiendi fructus vt dixi *ex d l.*11. §. *ex vendito*, & ſentiunt auctores illi omnes, quos citauimus, & Cagnol. *in d. l. curabit, n.* 35. Honded. *in conſ.* 30. *num.* 18. *lib.* 1. Surd. *in dec.*117. *n.*6.& 7. Cuiac. *in l. eniſtis, ff. de vſur.* Fachin. *in d.c.*31. verſ. *ex quibus ceſſat*,& Hieron Gabr. *in conſ.*57.*n.*3.*lib.*1.& cenſuit Rot *in d. dec.* 370. *n.* 1.ſed nego conſequentiam, quia nullum in d. conſtitutione veſtigium eſt huius retentionis dominij: & longe verius eſt in ſpecie dictæ conſtitutionis rem traditam fuiſſe habita fide de pretio, ideoque accipientis factam fuiſſe iuxta *l.quod vendidi,ff.de contr.empt.* cum enim conſtitutio iubeat partem pretij cum vſuris,non autem rem cum fructibus reſtitui,ſatis innuit dominium fuiſſe tranſlatum in emptorem vt expendunt Couarr. *loc.cit.* & Honded. *in d.conſ.*30. *n.*30. Cardin. Mantic. *in d.tit.*24.*n.*15 & quæ nunc erit inſtar omnium Rota *in d.dec.* 370.*n.*4.Non ergo in ſpecie dictæ legis vſuræ debentur,quia venditor dominium retinuerit, vt malè Azorius putat, ſed ex eo quod venditor fructus percepiſſet, vt dictum eſt.

Vt etiam parum firmum eſt fundamentum, cui perperuo P. Turrianus innititur *loc. cit.* tranſlato ſcilicet dominio per traditionem rei fructus iure naturali ad dominum pertinere. Etenim hoc verum eſt, cum dominium omni onere ſolutum transfertur: Aliud vero eſt, cum dominus rei in tranſlatione dominij quod habet, traditioni rei legem aliquam dixit,quod illi licere iure naturæ compertum eſt, vt patet *ex l. in traditionibus,ff.de pact.& in l donationib. ex l.* 1.& 2.*C.de donat.quæ ſub mod.* in teſtamentis,& legatis. Hoc enim caſu iuri naturali congruit pacta ſeruare *l.*1. *ff. de pact.* Alioqui ſi ſemper, & in vniuerſo verum eſſet Patris Theologi axioma, ſequeretur proprietatem ab ipſo vſufructu ſeparari non poſſe etiam in vltimis voluntatibus poſſet enim dicere is, cui proprietas legata eſt fructus ad eum tanquam dominum iure naturali pertinere, quod nemo tollere poteſt, quod dicere abſurdum eſt. Hoc enim eſſet ſub prætextu cuiuſdam apparentis iuris naturalis, vel potius cuiuſdam regulæ iuris totum ius ciuile euertere,quod à viris iuris, & naturalis æquitatis peritiſſimis conditum eſt, à quo temere recedere publice incongruum & exitiale eſt. Dixi vero *num.* 19. onus hoc fructuum in hoc genere non indici pretio, & dilationi ſolutionis, ſed propter conceſſam perceptionem fructuum quos venditor interim percipere potuiſſet, & qui non aliter rem ſuam dimiſſurus fuit, vt proximè dictum eſt.

24 Et hæc quæ diximus adeo vera ſunt, vt quod dici ſolet oblationem ſolam ſufficere, vt curſus vſurarum ſiſtatur *vt in l.*9. *C.de vſur. & l.qui Roma,* §. *Seia. de verb. obligat.* locum non habeat in emptore, qui fundo accepto pretium obtulit, neque depoſuit, quia per nudam oblationem non deſinit quis rem, & pretium habere *d. l. euictis*, §. 5. *ff. de vſur.* Baldus, Caſtrenſ. Salicet. *in l.* 2. *Cod. eod. titul.* Rota inter recentiſſimas *dec.* 397. *num.* 4. *part* 1. Anton. Faber *in defin.* 14. *Cod. de act.emptionib.* Theſaur. filius *lib.*1. *quaſt.*88. *num.*3. Gratian. *diſcept. for. cap.* 588. *num.* 35. & Cuiac. *loc. cit.* vbi ait hoc caſu vſuras deberi omnimodo,ſi pretium obſignatum, & depoſitum non eſt.

Præterea ſi fundus venditus eſt quanti Titius æſtimauerit 25 iuxta *l.vlt.C.de contr.empt.* & ante æſtimationem emptor fundum poſſedit, & percepit fructus, tenetur vſuras pretij dependere, quamuis ante renunciationem pretij in mora non fuerit. Nihil enim ad excuſandum emptorem pertinet quod ante æſtimationem pretium non eſſet certum, quia æſtimatione, & declaratione facta eadem æquitas poſtulat, vt teneatur qui eo modo emit ad vſuras pretij pro modo, & ratione fructuum, non minus quàm ſi ab initio de certo pretio conueniſſet, quia ex eo die rem liberam habuit, & facultatem fructus percipiendi *d.l.Iulianus,*§.*ex vendito,& d.l.curabis, C.de act. empt* Gabriel. *in conſ.*57. *lib.*1 Honded. *in d. conſ.* 30.*n.*18 & 19. referens in fine conſilij ſecundum ſententiam Gabrielis iudicatum fuiſſe. Theſaur. *in dec.*158. *n.*1. *verſ.contrarium.* Cardin. Tuſc. *in d.concluſ.* 127. *n.*80. & Ioſeph. Ludouic. *part.*1.*dec.*53. & Rot. *in d. dec.* 370. *n.*7. Ioan. Andr. Georg. *alleg.* 1. *num.*28.

Idem dicendum eſt ſi ager ad menſuram ſit venditus, & 26 antequam dimenſus ſit, emptor interim eo fruatur. Nam licet ante menſionem agri certum pretium neſciatur,& ceſſet omnis ſoluendi mora, emptor tamen, qui rei poſſeſſionem, & fructus habuit,tenetur pro modo fructuum vſuras refundere ex æquitate dictæ conſtitutionis, vt multis oſtendit Cephal. *conſ.* 609. *lib.* 4. vbi ait impium eſſe iſtiuſmodi vſuras negare venditori, & Cephalum ſecutus eſt Honded. *in d.conſ.*30.*n.*29.

Rurſus idem eſt ſi fundus ſub conditione diſtractus ſit, & 27 pendente conditione, & non ſoluto pretio emptor eius poſſeſſionem adeptus fuerit,hoc enim caſu deficiente conditione emptor vſuras pretij ſoluere tenetur,quia etiam hoc caſu fructus medij temporis ſunt venditoris *l.* 4. *ff. de in diem addit. l.omnia,* §.1. *de leg.*1. & *l.*8. § *quod ſi, ff. de peric. & comm. rei vend.* vbi Cuiacius hoc notat, ſubiiciens tamen hoc non eſſe vſquequaque verum, ſed ita demum ſi res perierit pendente conditione. Hoc enim caſu inquit,quia emptio omninò perimitur,omne periculum,& omne commodum pertinet ad venditorem,quod non placet,quia quocumque modo defecerit condino emptio nulla eſt, vt hic Iuriſconſultus ait illis verbis: *Quod ſi ſub conditione res venierit, ſiquidem defecerit conditio, nulla eſt emptio ſicuti nec ſtipulatio,* cum ergo non tantum emptio nulla ſit cum res pendente conditione extincta eſt, ſed etiam cum defecit conditio, conſequens eſt etiam hoc caſu fructus eſſe venditoris, vt in *d. l.* 4 *ff. de in diem addict.* quæ ait, *vbi conditionalis venditio eſt, fructus ad emptorem non pertinere.* Et ita comperi docere Tiraquell. *de retract. conuent.* §.2. *gloſ.*1. *n.*73.

His conſequenter dicendum eſt etiam imminente eui- 28 ctione emptorem, qui re, & pretio vtitur, ad iſtiuſmodi vſuras compenſatiuas, vt loquuntur, vel penſionem annuam teneri, quamuis vtrumque id eſt pretium, & vſuras interim retinere poſſit, vt optime declarant Cephal. *in conſ.*609. *num.* 8. Honded. *in d. conſ.* 30. *num.* 34. & aliis auctoribus citatis Maſtrill. *in dec.*160. *num.* 12. *& ſeq.* & Gratian. *loc.cit. num.*39.

Denique idem recipiendum eſt, quamuis venditor in re- 29 liquis non impleuerit promiſſa, vt ſi fortè promiſerit fideiuſſores dare pro euictione, vel rem dare liberam,vel ſi qua alia ratione pacta, & contractus fidem non ſeruauerit, dummodo emptor rei poſſeſſionem habuerit, & perceperit fructus, quia non attenditur defectus implementi ex parte venditoris, quo vſus rei venditæ non minuitur, vt docuit Bald. *in l.*2. *num.*4. *C. de vſur.* Corn. *in d. l.ſi paſcenda*, *n.*36. Cagnol. *in d. l. curabit, num.* 31. Surd. *in d. conſ.* 101. *num.* 5. & *in dec.* 117. *num.*7. Magon. *dec. Lucen.* 17. *num.*29. & 30. Cardin. Ludouiſ. *in dec.* 297. *n.* 2. & Beltram ad eund. *num.*12.

Digitized by Google

num.12. & aliis auctoribus relatis Gratian. *in d. cap.* 588.
30 *num.*22. vbi teſtatur hanc communem ſententiam eſſe. † Et
quod magis eſt, hæc definitio locum habet, quamuis actum
ſit, vt emptor pretium ſoluere non teneatur, donec per ven-
ditorem impleatur, quia non ideo minus emptor vſuras pre-
tij præſtare cogitur pro ratione fructuum, quos percepit, vt
tractatum eſt in *d.dec.*370. & rurſus in eadem cauſa *dec.*397.
& Gratian. *loc. cit. num.*34.*&* 37. vbi dictas Rotæ deciſiones
ſequitur, & ferè deſcripſit. Illud tamen hic meminiſſe opor-
tet, ſi fortè emptor ob defectum implementi aliquod dam-
num paſſus eſt, id venditorem reficere debere, vt ſenſit Surd.
*in d.conſ.*101.*n.*24 vbi ait hæc damna eſſe omnino ab interu-
ſurio pretij ſeparata. Quod etiam ſenſit Rot. *in d.dec.*370.*&*
424. *in fin.* & Gratian. *loc.cit.* certum enim eſt non implen-
tem contractum teneri ad id quod intereſt, quo iure nec
Princeps quidem ſolutus eſt, *vt dixi quæſt* 19.*n.*25.

Sed hæc quæ diximus de vſuris ab emptore præſtãdis, qua-
tuor modis declarãda ſunt, qui ea præcedẽtibus cõſequũtur.

31 Primus eſt, vt non debeantur vſuræ pretij non ſoluti, cum
emptori data eſt dilatio certi temporis ad ſoluendum: nec
actum eſt, vt interim vſuras pretij dependeret vice fru-
ctuum, vel annuam quantitatem concurrentem cum fructi-
bus, vel vt fundum conductum haberet, aut interim fru-
ctus eſſent venditoris. In ſimplici enim, & gratuita dilatione
ad ſoluendum tempus illud immune eſt ab vſuris, vt dixi
*n.*21. & ſentiunt Trentacinq. *tit. de emption. reſol.*2.*n.*13. Fran-
ciſc. de Cald. *in d.cap.*23.*num.*31. Honded. *in d.conſ.*44.*n.*31.
Philiarc. *loc.cit.* & Hieron. Gabr. *in d.conſ.*57.*n* 5. qui huius
rei duplicem rationem adfert. Vna eſt, quia dilatio hæc
conceditur tantum in fauorem debitoris *l.cum qui. ff.de verb.*
oblig. l.quod quis 10. *ff.de oblig. & act. & l cum tempus* 17. *ff.de*
reg. iur. atqui nullus fauor eſſet, ſi interim vſuræ deberen-
32 tur. † Altera eſt, & quidem congruentior, quia veriſimile eſt
contrahentes habuiſſe rationem fructuum medij temporis,
& pluris æſtimaſſe fundum, quam ſi præſenti pecunia ven-
ditus fuiſſet. Quod etiam expendit Nauarr. *loc.cit.num.*7. Si-
giſmund. *in d.ampliat.*8. *num.*153. Honded. *in d.conſ.*44.*n.*31.
Rot. *in d.dec.*370.*n.*5. & Mangil. *de euict. quæſt.*148.*n.*37. eo
modo quo dicimus, ſi ager fructibus pendentibus diſtractus
ſit, etiam fructus emptori cedere, niſi eos venditor exce-
perit *l. Iulianus.* § *ſi fructibus. ff.de act. empt.* quia pars agri
fuiſſe putantur, & ob illos pluris ager veniiſſe *l.*44 *ff.de rei*
vind. l.vlt. §.*fructus. ff quæ in fraud. credit. l.*9 *ff.ad leg. falcid.*
& tradit Cuiac. *ad d.*§.*ſi fructibus.* Nauarr. *in d conſ.*21.*num.*8.
& Molin. *in d.diſp.*368. *in fin.* & ita etiam cenſuit Rota inter
recentiſſ. *dec.*345.*q.*1.*par.*1. & his iamdudum ſcriptis Em. P.
de Lug. *loc.cit.n.*145. vbi notat hac in re auctores vtriuſque
ſententiæ conuenire.

33 Sanè ſi venditor conceſſa dilatione ſoluendi pretij carius
fundum vendiderit propter fructus, quos interim perce-
piſſet, non poteſt ea pendente fructus retinere, vel an-
nuam penſionem ſtipulari loco fructuum, quia cum in con-
ſtitutione pretij habita ſit ratio fructuum percipiendorum,
rem ſine exceptione fructuum, vel penſionis dimittere te-
netur: alioquin eiuſdem rei duplicem compenſationem ca-
peret, quod non licet, vt notant Ioann. Bapt. Lup. *in d.*§.7.
*n.*15. vbi ait ita ſentire Theologos. Quod etiam notat Ro-
der. *in d.q.*7.*n.*79. Franciſc. de Cald. *loc.cit n.*33. & Merend.
*d.lib.*6.*c.*28.*n.*15.

34 Quamobrem plurimum intereſt, an ſimpliciter, & ſine
exceptione fructuum, vel annuæ quantitatis conceſſa ſit di-
latio ad ſoluendum pretium, quia hoc caſu pendente dila-
tione fructus non debentur, & totum hoc tempus immune
eſt ab vſuris, vt dictum eſt. An verò actum ſit, vt pendente di-
latione vſuræ pretij præſtentur in compenſationem fructuũ,
quia hoc caſu quod attinet ad vſuras perinde eſt, ac ſi dila-
tio conceſſa non fuiſſet, neque cenſetur venditor remiſiſſe
ius percipiendi vſuras loco fructuum, vt docent auctores *cit.*
*n.*21. & præſertim Honded. *in d conſ.*44. *n.*31. quod qui non
diſtinguunt, peſſime hallucinati ſunt, vt Mangil. *loc.cit.*

35 Neque eſt contrarium, quod diximus *n.*18. *&* 29. empto-
rem non excuſari ab vſuris tametſi conuentum ſit, ne pre-
tium ſoluere teneatur, donec venditor aliqua peregerit, ve-
luti fideiuſſores pro cautione dederit, vel fecerit alium ra-
tam habere venditionem, vel aliquid aliud ſimile. Nam du-
plex genus dilationis conſiderandum eſt. Primum incerti
temporis quod conceditur propter aliquod factum, quod
momento, & vnico actu expediri poteſt, vt eſt fideiuſſores
dare, curare, vt alius ratum habeat, & id genus alia. Quæ li-
cet protrahantur præter ſpem contrahentium ob multas dif-
ficultates, quæ ſæpè hominum negotia impediunt, & pro-
pterea emptor interim perceperit fructus, hoc tamen dilatio-
nis genus non excuſat ab vſuris in vicem fructuum, & pro
quantitate fructuum, quia hoc caſu non cenſetur venditor
ius retinendi fructus remiſiſſe, vel ſibi cauiſſe in conſtituen-
do pretio, vt ſenſit Gabriel. *in d.conſ.*57. *n.*5. Alterum genus
dilationis eſt, quod continet certum, & determinatum tem-
pus ad ſoluendum pretium, veluti ſi actum eſt, vt pretium
ſoluatur intra annum, vel aliud tempus, intra quod veriſimi-
le eſt, contrahentes de fructibus medio tempore naſcituris
cogitaſſe, & in hoc dilationis genere cenſetur venditor vel
illud ius retinendi fructus à ſe abdicaſſe, vel ſibi cauiſſe in
conſtitutione pretij, & proinde fructus huius temporis ad
emptorem pertinent, neque tenetur vſuras pretij ſoluere,
vt docent Couarr. *in d. cap.* 4. *n.*5. & Molin. *loc. cit. num.*17.
& alij quos retuli *n.*30. & hoc duplex dilationis genus do-
ctè, & eleganter conſtituit Rot. *in dictis dec.*370.397.*&* 424.
inter recentiſſ. ex quibus profecit Gratian. *in d.cap.*588 & Du-
ran. *dec.*34.*num.*22.

Secundo declaratur, quod diximus emptorem ad vſuras 36
pretij teneri, non habere locum, ſi res ſit ſterilis, & nullos
fructus ferat, quia hoc caſu, ſi quid venditor ob dilationem
recipiat, vſura eſt, & ſimplicis dilationis compenſatio. Quæ
ſententia tribuitur Cyno *in l.in munerum. C in quib. cauſ.reſtit.*
Salic. *in d.l.*2. *C.de vſur.* Corn. *in conſ.*145. *lib.*2. & veriorem
putat *loc.cit. n.* 3. & communem refert Cagnol. *in d.l. curabit.*
*n.*26. *&* 29. concludens hoc caſu ceſſare æquitatem dictæ
conſtitutionis. Et hanc ſententiam nullam recipere dubita-
tionem, illique adhærendum eſſe ſcribit Rolan. *in conſ.*14. *in*
*fin.lib.*2. Benintend. *in dec.*29.*n.*6. & Roderic. *in d.q.*7.*n.*84. *&*
86. vbi ait deficientibus fructibus conuentionem hanc non
valere: & in pretio frumenti reſpondit Cyriac. *contr.*502. *n.*
10. quod vt inquit vſu conſumitur: & de pretio lapidum,
tignorum, & rerum ſimilium Coſta *de clauſ. cap.* 148. *in fin.*
vbi ait huiuſmodi res non eſſe capaces huius conuentionis.
Id ipſum deinde comperi docere Emin. P. de Lug. *loc.cit. n.*
142. congruenter noſtrorum ſententiæ ſubiiciens leges ciui-
les, quæ venditoribus etiam hoc caſu vſuras concedunt, in
hoc recipiendas non eſſe.

Neque mouere debet, quod ait Baldus *in d.l.*2. *n.*3. *C.de* 37
vſur. quem alij quidam ſequuntur, nimirum iſtiuſmodi
vſuras non deberi ratione proportionis vſurarum, & fru-
ctuum, ſed ob perfidiam emptoris in ſoluendo pretio, quia
hoc ex iure ciuili verum eſt, ex quo in contractibus bonæ fi-
dei ex mora, & perfidia debitoris veniunt vſuræ, etiamſi ni-
hil creditoris interſit, vt *in l.mora.*32.§.*in bonæ fidei.& l.vſuras.*
34. *ff.de vſur.l.*2.*C.depoſ.& in l vlt ff de peric.& comm.rei vend.*
& aliis locis plurimis. † Sed hoc ius nunc abrogatum eſt, nec 38
vltra ſortem quicquam capere licet ſiue ex contractu bonæ
fidei ſiue ſtricti iuris pecunia debeatur *c.*1 *& c.in ciuitate. de*
vſur. & oſtendunt multæ, & pulcherrimæ auctoritates ex
Concilio Nicæno, Arelatenſi, ex Diuo Auguſtino, Ambroſio,
& Hieronymo, & reſcriptis Põtificum relatæ in 14.*q.*3 *&* 4.
& apud Anton. Auguſtin. *in epit.iur.Pontific.l.*25.*tit.*6. & pro-
inde neque poterit venditor ex mora debitoris quicquam
vltra ſortem capere, vel pendente dilatione ſtipulari, niſi il-
lius aliunde interſit, & merito reiecta eſt Baldi ſentẽtia exi-
ſtimantia ex ſola mora emptoris vſuras deberi, quia cum
huiuſmodi vſuræ admittantur, ex eo quod penſant damnum,
quod venditor patitur ob traditionem rei, ex qua tãtundem
percipere potuiſſet, vt dixi, conſequens eſt non eſſe recipien-
das in venditione rei inutilis, & infructuoſæ, ex cuius tra-
ditione nihil abeſt venditori, & emptori nihil adeſt vltra rẽ
ipſam, quia vt eleganter inquit idem Baldus compenſatio
exigit relationem extremorum, quæ in venditione rei ſteri-
lis, & quæ nullos fructus refert, intelligi non poteſt.

Et licet Franciſcus de Caldas *in d. lib. de empt c.*23.*n.*41. 39
Baldi ſententiam reuocare videatur, quod putet pecuniæ

interuſurium in iudicis bonæ fidei per ſe æſtimabile eſſe, &
proinde ſufficere emptorem eſſe in mora, vt pretij vſuræ de-
beantur, licet nulli fructus ex re vendita percepti fuerint,
tamen verius eſt, venditorem ex eo, quod careat vſu pecuniæ
ſibi debitæ nihil vltra ſortem capere poſſe, niſi ex illius re-
tentione damnum ſentiat, vel amittat lucrum, vt optime
tradunt Theologi Leſſius *l.2. cap.20.n.127.* Molin. *diſp.*308.
40 *num.* 10. Regin. *lib.*23. *num.*52. & Bonac. *diſp.*3. *quæſt.* 3.
*punct.*6.*n.*1.† Neque diſtinguendum eſt, an ex cauſa depoſiti,
& aliis contractibus bonæ fidei, vel ex mutuo pecunia de-
beatur, quia ratio interuſurij nuſquam haberi debet niſi cre-
ditoris interſit, & cum in mutuo Doctor Luſitanus admittat
interſurium pecuniæ non eſſe æſtimabile, ſane idem in pecu-
niis ex legato, emptione, aliiſue contractibus bonæ fidei de-
bitis admittere debuit. Nihil enim refert ex qua cauſa de-
beatur, cũ non magis aut minus pecunia apta ſit ad ferendam
vtilitatem ſi ex depoſito, vel mutuo debeatur. Quod ille ani-
maduertens poſt multa pro hac ſententia inutiliter effuſa, &
ex vna in aliam quæſtionem tranſiliens, & incertiora omnia
relinquẽs tandem *n.*58. fatetur non eſſe æſtimandum hoc pe-
cuniæ interuſorium, & ita vſu receptum eſſe, excepto caſu *d.*
41 *l.curabit.* & ſimilibus, in quibus iuſte aliquid exigi poteſt vl-
tra ſortem. † Et cautius Roderic. *in d.q.7.n.25.* de eadem re
diſſerens ait, Cum ius ciuile in hac parte ſit iuri diuino, &
naturali contrarium, merito receptum eſſe nullam interu-
ſurij ſeu vſurarum rationem haberi in mutuo etiam ex mo-
ra, nec etiam ex pacto. In cæteris autem obligationibus ra-
tionem interuſij quandoque haberi, dummodo debitor ex
ſua liberalitate non conueniatur, & adhuc non niſi poſt
moram non ſimplicem, ſed ex iuſtis cauſis, quæ abſolutè
definiri non poſſunt, cum à variis negotiorum circumſtan-
tiis pendeant, & totum in bono, & æquo, & in iudicis arbi-
trio conſiſtat. Quæ omnia ex Molinæo hauſiſſe ſuſpicor, &
deinde *num* 84 *&* 85. vere, & congruenter noſtræ ſententiæ
concludit deficientibus fructibus vſuras pretij non deberi,
42 vt proxime dixi *num.*35.

Sane ſententia Baldi, quæ ab omnibus fere reiicitur, & vt
Rolandus ait *loc. cit.* communiter impugnatur, recipi poteſt
in ſylua cædua, quæ non ſingulis annis fructus reddit, ſed
per interualla tantum, per vnumquodque ſcilicet triennium,
aut quadriennium, dummodo non plus ex vſuris, vel pen-
ſionibus per totum illud tempus, quo ſylua non cæditur;
venditor percipiat, quam ex ſingolis cæſionibus redigatur.
Nam ſyluæ cæduæ inter res fructiferas ſunt, & earum eſt
vſusfructus *l.9.in fin.l.*48. *§ Syluam. ff.de vſufr.* Et proinde li-
cite poterit venditor vſuras pretij, vel penſionem annuam
ſtipulari diſtributione facta pro ratione fructuum, qui
tertio vel quarto quoque anno ex ſylua rediguntur pen-
ſionis etiam ad ſingulas quaſque cæſiones ſolutione dilata.
Ita enim emptor neque in lucro, neque in damno eſt, & res
ad æqualitatem redigitur. Idemque dicendum puto in ſylua
non cædua, cuius fructus, vt Baldus ait *in d. l.*2. *n.*3. differ-
tur ad plures annos, cum enim res fructifera ſit quamuis cæ-
ſa non ita facile renaſcatur, & illius vtilitas ſit ex lignatio-
nibus, & paſcuis, vt tradit Cuiac. *in l.*30. *de verb. ſignif.* po-
terit venditor annuam quantitatem ſtipulari, dum pretium
non ſoluitur, dummodo penſio concurrat cum vtilitate,
43 quam emptor percipere poteſt.

Tertius modus eſt, vt non teneatur emptor ad vſuras pre-
tij non ſoluti, vel annuam quantitatem præſtandam, ſi poſt
traditionem rei caſu aliquo nullos ex re empta fructus per-
cepit, aut potuit percipere ſine eius culpa, vt ſi exercitus in
agro caſtra poſuit, vel ſi quis alius fatalis caſus fructus
omnes abſtulerit. Nam rès ruſticæ eiuſmodi ſunt, vt eas non
ratio, neque labor, ſed res incertiſſima, venti, tempeſtateſque
moderentur, vt ſcribit M.Tullius *act.5.in Verr.* & proinde ita
ſentiunt Salic. *in d l.2. n.3. C.de vſur.* Cagnol. *in d.l.curabit.*
*n.*28. *C.de act. empt.* Natt. *in conſ.*494.*n.*3. *&* 4. Bero. *in c.*1. *de*
*vſur. n.*128. *verſ. contrariam partem.* Couarr. *in d.cap.*4. *n.*3.
Ioann. Bapt. Lup. *in d. §.7. n.*11. qui aliis auctoribus citatis
ſcribit hanc eſſe communem ſentẽtiam. Quod etiam teſtatur
Franciſc. de Cald. *in d.cap.*23.*n.*30. & Trentac. *loc.cit.n.*4. Ro-
deric. *in d.q.7.n.*84 Rouit. *in dec.9.n.*12. Philiarc. *d.cap* 16. *verſ.*
dicimus ſecundo. & Molin. *d.diſp.*368. *n.*14. vbi ait rationem
perſpicuam eſſe, quoniam vſuræ debentur ſolum ratione
fructuum, & iuxta illorum valorem, & proinde nullas vſuras
deberi, quando nec emptor fructus percepit, nec venditor
fuiſſet percepturus: & hanc ſententiam etiam ſequitur Fa-
gund. *in d.cap.9.n.*14. & veriorem, & æquiorem eſſe ſcribit
Beltramin. ad Ludouiſ. *in d.dec.*297.*n.*11. & ſatis videtur pro-
bari ex *d.l.curabit. & ex l.16.§.vlt.ff.de vſur.* quæ ait *iniquum*
eſſe, vſuras ab eo exigi, qui fructus non percepiſſet. 44

Sanè obſeruandum eſt, ſi culpa vel negligentia emptoris
factum eſt, vt nullos fructus perceperit, illũ nihilominus ad
vſuras pretij, vel annuam quantitatem conuentam teneri;
ſufficit enim quod fructus percipere potuerit *arg.d.§.ex ven-*
dito. vbi Vlpianus ait, *hoc ſolum ſpectare debemus, an habeat fa-*
cultatem fructus percipiendi. Et ita tradit Socin. *in l.de diuiſione.*
*n.*14. *ff.ſolut. matrim.* Natta *in conſ.*494. *n.*5. *&* 6. & ſentiunt
quamuis non ſatis explicent Cagnol. *in d.l. curabit. num.*35.
Ioann. Bapt. Lup. *loc.cit.* Surd. *in d conſ.*101. *n.*21. Gratian.
diſcept.forenſ.cap. 241. *num.*47. *&* 48. eſt enim conductori ſimi-
lis, vt dictum eſt: idemque notat Beltram. *in d. dec.* 297. *n.*11.

Denique declaratur id, quod diximus validam eſſe pactio- 45
nem de certa qualitate ab emptore præſtãda loco fructuum,
donec pretium ſoluatur, vt non habeat locum, quando pen-
ſio, vel vſuræ conuentæ excedunt rationem fructuum, qui
ex re vendita percipi ſolent. Nam cum hæc pactio licita ſit,
quia vſuræ cedunt loco fructuum: ita vt fiat quædam veluti
compenſatio vſurarum, & fructuum, conſequens eſt, vt con-
uentio de exceſſiua quantitate præſtanda reprobetur, quæ
eſt ſententia Caſtrenſ. *in d.§.ex vendito.* Cagnol. *in d.l.curabit.*
*n.*23. *&* 24. Socin. *in conſ.*88.*n.*18.*lib.*4. Crau *in conſ.*105.*n.*11.
Ioann. Bapt. Lup. *in d.§.7.n.*16. *&* 17. Cardin. Tuſc. *loc.cit.n.*16.
Ioſeph. Ludouic. *in d.dec* 53.*n.*3. Trentacinq. *loc cit.n.*16. vbi
ex Alexandro refert hanc eſſe magis communem opinio-
nem. Quam ſequuntur etiam Nicol. Mozz. *d.tit. de ſubſtant.*
*empt. n.*39. Anton. Scapp. *de iure non ſcript.lib.4. cap.*25. *n.*9.
Caſtracan. *de ſociet. offic. cap.*10.*n.*13. *&* 15. Rouit. *loc.cit.* Ma-
neni. *de iur. contr. libellar q.5.n.*77. Sigiſmund. Scacc. *§.1.q.7.*
*ampl.*8.*n.*33. *&* 35. *& rurſus n.*172. Felician. *de cenſib.lib.2.c.*1.
*num.*38. & Rot. inter recentiſſ. *dec.*132.*n.* 2.*par.*2.† Compen- 46
ſatio enim extrema exigit æqualia: & tantummodo fieri de-
bet pro portione quantitatis quæ vtrinque debetur *l.inſulam.*
§.vſuras. ff.ſolut.matrim. l.4.C.de compenſ. Bero. *loc. cit. n.*129.
Morot. *in conſ.*31.*n.*7. Surd. *in conſ.*69.*n.*8. & aliis auctoribus
citatis Coſta *de ration.rat.q.*61.*n.*1.† Sed cum immodicus re- 47
ditus conſtituitur vice fructuum, videtur potius haberi reſ-
pectus ad vſuras pretij, quam ad fructus prædij: & pretium
rei venditæ in mutuum eſſe conuerſum, & proinde reditum
hunc vſurarium eſſe, vt patet ex *l.ſi ex pretio* 6. *C.ſi cert. pet.*
& docent Anan. *in c.in ciuitate.de vſur.* Fachin. *controuerſ. iur.*
*lib.2. cap.*33. idem Coſta *eod.tract.de rat. q.*91.*n.*4. Manent.
*loc. cit. n.*78. *&* 79. & Ioann. Franciſc. de Pont. *lib. de poteſt.*
*Proreg.tit.4.§.5.n.*72. & hic fortaſſe ſenſus eſt Theologorum,
dum putant conuentionem hanc vſurariam eſſe.

Pari ratione quod diximus venditorem poſſe fundum lo- 48
care emptori pro certa mercede, dum non ſoluitur pretium
ex *l.ſicut.in fin. & l.*21. *ff.loc.* eandem declarationem patitur,
nempe vt non habeat locum, cum penſio eſt immodica, &
excedit fructus rei, vt tradunt Caroc. *loc.cit. n.*6. Roderic. *de*
*ann.redit.lib.2.q.3.n.*63. & aliis citatis Polydor. Rip. *obſer.*168.
n.4. & 7. qui licet putent conuentionem hanc tantummodo
corrigendam, quatenus excedit fructus, fortaſſe verius eſt il-
licitam, & vſurariam eſſe ſaltem cum reſpondet, & conuenit
vſuris, quæ in regione ab vſurariis exercentur, & aliæ conie-
cturæ fœnoris concurrunt, vt ſi venditor ſit ſolitus fœnerari.
Hoc enim caſu cum pretium breui manu ſolutum eſſe vi-
deatur, & datum mutuo emptori iuxta *l. ſingularia. ff de reb.*
cred & l.3. §.3 ff ad Macedon. huiuſmodi reditus ſtipulatio
non eſt pars venditionis, ſed mutui, & pecuniæ creditæ ac-
ceſſio, & vera vſura: ideoque tota ſorti imputanda, vt in rea-
li, & naturali mutuo receptum eſt, & puto ſentire Coſtam
*in d q.91.n.*4. niſi aliunde creditoris tantundem interſit.† In 49
qua tamen re non puto pro modico exceſſu, quod arbitrio
iudicis æſtimandum eſt, à conuentione diſcedendum eſſe, vt
ſenſit idem Ioann. Franciſc. de Ponte *loc.cit.* & comperi dein-
de docuiſſe Decium *in c.cum venerabilis.n.*10. *de except.* Crau.
in

Digitized by Google

*in conſ.*46.*n.*2.Cagnol. *in d.l.curabit.n.*58.& Plot.*de in lit.iur.*
§.4.*n.*77. tum ob incertitudinem fructuum, quæ plurimum
poteſt ad ſuſtinendum contractum *l.*17.*C.de vſur.*atque etiã,
quia emptor modicum damnum æquo animo ferre debet,
cui immodicum lucrum non auferτur, ſi fortè res ampliores
fructus ferat arg. *l.*25. §.*vis maior. ff.loc.* denique quia multæ
excitarentur lites, quibus occurrere publice intereſt. Et huc
etiam pertinet quod Mozzius, & Ripa notant *loc. cit.* taxa-
tionem hanc iuſtam, & congruam præſumi, ſed probatio-
nem in contrarium admittere.

50 Has igitur exceptiones patitur, quod initio conſtitutum eſt
conuentionem inter emptorem, & venditorem de certa an-
nua quantitate præſtanda, dum pretium non ſoluitur, vali-
dam, & legitimam eſſe. Quibus poſitis, & perpenſis iuſta, &
æqua iuriſperitorum ſententia, vel ipſis aduerſariis videri
debet. † Et tamen ſupereſſet, vt argumentis Pauli Comitoli
ſatisfacerem, quæ contra Iuriſconſultorum receptam in foro
ſententiam vir ſubtiliſſimus profert *reſp.moral.lib.*3.*q.*18. ſed
animaduerti illum non omnino à iuris auctorum ſententia
diſſentire. Quia licet id genus contractus ex fœnoris fæce
hauſtum eſſe contendat, tamen poſtquam inter alia noſtro-
rum argumenta hoc cenſuit, quia res fructifera vendi poteſt
retento dominio fructuum, quæ ratio præcipua eſt noſtræ
ſententiæ, & veluti totius huius tractatus fundamentum,
huic argumento reſpondens *n.*4.*&* 11. admittit venditorem
poſſe retinere, & excipere fructus. Quis enim inquit, neget
poſſe dominium proprietatis à dominio fructuum ſecerni?
ſed ait probandum eſſe id in hoc contractu factitari. Rurſus
in ſeptimo argumento, quo nos petit, ita ait. *Illam quam ia-
ctant, fructuum reſeruatio, non eſt vera reſeruatio, ſed fænus ductũ*
51 *ex pecunia, quæ expectatur.* † Quare ſi id vere ſit, id eſt ſi vere
in hoc conuentionis genere reſeruantur fructus, vel ipſo Co-
mitolo teſte, vera eſt iuriſperitorum ſententia, ideoque in-
ter nos magis facti quæſtio eſt, quam iuris: & verbis magis
quam ſententia diſſidemus Illud verò in hoc genere factitari
indicat formula conuentionis, quæ ita fere concipitur, vt
cum non ſit æquum emptorem re, & pretio frui ideo con-
uenit, vt quouſque emptor pretium ſoluat, loco fructuum
annua quatuor, vel quinque dependat. Nihil enim refert,
an fructus excipias, an penſionem loco fructuum & concur-
rentem cum fructibus. Et hunc eſſe Iuriſperitorum ſenſum
conſtat ex gloſ. *in d.l.*2.*C.de vſur.* quæ ait iſtiuſmodi vſuras
præſtari loco fructuum, & ex Alex. *in conſ.*147. *num.*3. *lib.*5.
Ruino, Didaco, Feliciano, Mantica, & aliis auctoribus iu-
ris quos initio recenſui, qui omnes docent penſionem fru-
ctibus æqualem eſſe debere, & ex fructibus illius quantita-
tem definiendam eſſe: denique conuentionem hanc non va-
lere, ſi res ſit ſterilis. Et proinde operæ pretium eſſe non pu-
to ſingula eius argumenta proſequi, & refellere, tum quia ex
regulis iuris fere ducta ſunt, ex quibus non eſt argumen-
tandum, vt monet Cuiac. *in l.*1. *ff.de reg. iur.* tum etiam quia
ex quatuor illis exceptionibus, quas poſui, apertiſſimè di-
52 luuntur. † Nam licet eius argumenta quibuſdam caſibus
probent conuentionem hanc illicitam eſſe, veluti ſi res ſit
ſterilis, vel cum immodica eſt penſio, & excedit rationem
fructuum, vt etiam iuris auctores ſentiunt, malè tamen
omnis hæc conuentio, & ſemper, & inter omnes reprehen-
ditur, vt Comitolus facit, non minus quam ſi quis ſocietates,
locationes, & reliqua commercia, quæ iure gentium inducta
ſunt *l* 5.*de iuſt.& iur.* & quibus ſocietas vitæ humanæ indi-
get, tollenda penitus contenderet, ex eo quod in his inter-
dum vis, dolus, fraus, & inæqualitas adhibetur, & quãdoque
etiam ſub eorum ſpecie, & inuolucro fœnus occultatur, &
53 ſerpit. † Denique Theologos illos, qui contrà ſentiunt, val-
de rogo, vt videant deciſionem illam Rotæ Romanæ nam
aliorum tribunalium placita fortaſſe non magni faciũt, quæ
eſt poſt tractatum Cenſij de cenſib. 124. in qua relatum eſt
contractum huic, de quo agitur, omnino ſimilem auctorita-
te Sedis Apoſtolicæ aliquando fuiſſe confirmatum: & illam
*deciſ.*315. coram D.Coccino & tres illas eiuſdem Rotæ de-
ciſiones, quæ hoc anno, his noſtris iamdudum ſcriptis inter
recentiſſimas prodierũt impreſſæ Lugduni, & in eadem cau-
ſa, & inter potentes prolatæ ſunt magno cum conflictu, in
quibus tertio cenſuit Rota huiuſmodi fructus recompenſa-
tiuos, ſeu vſuras deberi, tametſi venditor quædam minime
impleuiſſet, quæ in ipſa venditione promiſerat, & quamuis
actum eſſet, ne emptor pretium ſoluere teneretur, donec
hæc fierent, & licet de fructibus interim, vel certa quantitate
præſtanda nihil conuentum fuiſſet, vt reſpondit Bertand. *in
conſ.*190. *num.*3.*&* 4.*lib.*2. quia vt ait Rota in *d.dec.*370. *n.*4.
dominium ex miniſterio legis tranſit cum hoc onere, vt
ſoluantur fructus compenſatiui, donec pretium ſoluatur, &
tandem fateantur conuentionem, de qua agitur, & quam
tuemur, niſi in iis caſibus, quos excepimus, veluti iuri ciuili,
& naturali conſentaneam ſeruandam eſſe, & qui promiſſa
non ſeruant, iniuſtam rem facere, & iniuſtitæ reos eſſe, vt
reiectis contrà ſentientium argumentis, firmiſſimis rationi-
bus, & auctoritate rerum vbique iudicatarum, ni fallor, à
nobis in hac diſputatione demonſtratum eſt.

Sed quod de venditore dictum eſt, vt poſſit de certa quan- 54
titate paciſci loco fructuum, donec pretium ſoluatur, ad
emptorem etiam porrigendum puto, ſi forte pretio ſoluto
res penes venditorem remaneat, & is percipiat fructus. Cum
enim perfecta emptione, ſi pretium numeratum ſit, fru-
ctus omnes ad emptorem pertineant *l.*3. §.1. *in fin. ff.de act.
empt. l.*13. *& l pen. C. eod. l.*21. *ff.de hæred. vend.* & diximus
ex Iulio Paulo, & Cuiacio *ad d.l.Iulianus.* §.*ſi fructus. ff.de
act. empt.* & aliis auctoribus *num.*18. nihil vetat emptorem
de certa quantitate loco fructuum præſtanda cum vendito-
re paciſci, vt tradit Sigiſm. Scacc. *in d.ampl.*8. *n.*171. & aliis
auctoribus citatis Ioann. Bapt. Coſta *in d.quæſt.*91.*num.*8. &
cenſuit Rota apud Cæſar. de Graſſ. *in dec.*187. *num.*7. & no-
uiſſimè Cyriac. *controuerſ. forenſ.*369. *n.*14. † Idemque iuris 55
eſt, ſi pars pretij ſoluta ſit, quamuis enim venditor non
teneatur rem tradere, niſi emptor totum offerat pretium
d.l.Iulianus. §.*offerri.& l.*78. §.*pen.de contr. empt.* & poſſit ven-
ditor, cui pars pretij duntaxat numerata eſt, rem retinere
loco pignoris, & quaſi pignus, donec reſiduum pretij ſolua-
tur *l.*3.*ff.de dot. præleg.l.*22.*ff.de hæred. vend.l.*31. §.*idem Mar-
cellus. ff.de ædil. ed.* idem Cuiacius in *d.* §.*offerri.* quia inquit
pignoris cauſa indiuidua eſt *l.*65. *ff.de euict.* ita pro vno
nummo hoc ei liceat, vt ex Corſeto, & Tiraqnello tradit
Narbon. *in l.*30. *Hiſp.gloſ.vn. num.*19. † tamen ſi poſteà em- 65
ptor reliquum offerat, conſequitur fructus, quos venditor
percepit, ſcilicet pro portione pretij iam ſoluti. Ita enim
docuit Baldus *in l.ſi traditio. num.*19. *C.de act. empt.* Cagnol.
*in d.l. curabit. num.*48. vbi ait hac de re eſſe textum ſingula-
rem in *l.vlt.*§.*vlt. ff.de fund. dot.* Socin. *in l.ſi ante.num.*3.*ff.ſo-
lut. matrim.* Ruinus, & Alexander, quos refert, & ſequi-
tur Barboſ. *in l* 5.*num.*73.*ff.eod.* Magon. *in dec. Florent.*143.
*in fin. & in dec. Lucen.*17. *num.*31. *&* 34. Benintend. *in dec.*
29. *in fin.* Honded. *in conſ.*44. *n.*25. *lib.*1. & fuſe Sperell. *in
d.dec.*18. *num.*37. *&* 41. cum enim venditor re, & pretio
fruatur, æquum eſt, vt fructus, vel partem fructuum reſti-
tuat ex æquitate *d.l.*13. §.*ex vendito. & d.l. curabit. C.de act.
empt.* vt reſpondit Socin. *in conſ.*170.*n.*23. *lib.*4. & dicit Ma-
gon. *locis cit.*& Franciſc.de Cald. *lib.de empt.& vendit.cap.*23.
*num.*10. *&* 19. vbi refert in Luſitania id lege regia conſti-
tutum eſſe, quæ vtrumque caſum continet, & non tantum
venditorem recepto pretio, & re non tradita ad rei fructus
reſtituendos teneri, ſed etiam emptorem re recepta, ſi non
ſoluat pretium, fructuum valorem præſtare debere. † Quam- 57
obrem vt emptor integro ſoluto pretio poteſt cum ven-
ditore paciſci de certa quantitate præſtanda, donec res tra-
datur pro modo, & ratione fructuum, vel locare fundum
pro penſione certa *l.*79.*de contr.empt.& arg.l.*20.*&* 21.*ff.loc.*
ita ſi pars pretij tantum ſoluta ſit, poteſt cum venditore
paciſci, vt partem fructuum, vel valorem partis fructuum
dependat, etiamſi non ſit tranſlatum dominium re nondum
tradita, vt reſpondit Natta *in conſ.*388. *n.*6. vel locare par-
tem rei pro modo, & quantitate pretij ſoluti.

Quod tamen recipiendum eſt, niſi coniecturæ fraudis, & 58
fœnoris aliud ſuadeant, vt monet idem Natta *loc.cit. n.*8. &
diligentiſſime tractat Cepoll. *in lib. de ſimul. contract. in* 2.
*caſ. princ. n.*23. Caroc. *in lib.de loc.tit. de vſur. quæſt.*3.*n.*28.&
alij plurimi, quos refert Farin. *in lib. de ſimulat. & falſit.qu.*
163. *n.*111. quod ex facto pendet, & iudicis arbitrio, & pru-
dentia æſtimandum eſt, qui ex qualitate emptoris, & aliis

coniecturis arbitrari poterit, an huic contractui fraus, &
fœnus obrepſerit, vt à nobis iam tractatum eſt *quæſt*.9.
59 Propterea quod dixi emptorem, cui ſoluto pretio res
non traditur, poſſe penſionem ſtipulari pro modo fructuum,
intelligendum eſt cum illis declarationibus, de quibus dixi
num.39. *& ſeq*. cum de venditore actum eſt. Vt enim non
debet prohiberi emptori, quod venditori permittitur, vt
ait Federic. Martin. *de iur. cenſ.cap*.6. *n*.255. ita non debet ei
permitti, quod venditori prohibetur. Et proinde vt non li-
cet venditori de certa annua penſione paciſci, donec pre-
tiũ ſoluatur, ſi res ſit ſterilis, vt dixi, ex Cago. Corn. Roderic.
& aliis *num*.35 ita nec emptor, qui pretium ſoluit, poterit
conuenire de certa quantitate præſtanda, donec res trada-
tur, ſi ſit ſterilis. Et ita de reliquis exceptionibus dicen-
dum eſt, quæ in hoc capite tractatæ ſunt.† Sanè ſi fortè
60 venditor, cui pars pretij ſoluta eſt, tot fructus ex fundo ven-
dito perceperit, qui pro ea portione, quæ iam ratione pre-
tij ſoluti reſtitui debet emptori concurrant cum reli-
qua parte pretij, puto venditorem rem dimittere debere:
nec obiicere poſſe ſibi integrum pretium non eſſe ſolutum,
quia huiuſmodi fructus pro ratione pretij ſoluti in ſolutio-
nem reſidui computare debet *arg. l*.1. *&* 2. *C. de pign. act*.
Nam & hoc caſu venditor fundum quaſi pignus retinet,
vt proxime dictum eſt.
61 Denique his omnibus addendum eſt, ſi emptor vt pre-
tium ſolueret pecuniam mutuatus eſt ſub vſuris, & vendi-
tor accepto pretio moram fecerit in re vendita tradenda,
poſſe emptorem pretium repetere cum vſuris, etiãſi res quam
vendidit ſit infructifera, vt docet Bald. *in l*.2. *in fin.C.de vſur*.
& alij quos refert Anton. Gabriel. *tit. de empt. concl*. 4. *n*.19.
Franciſc. Caldas *in d.cap*.23. *n*.12. & Sigiſmund. Scacc. *in d.
ampl*.8. *n*.172. & probatur hæc ſententia *ex l. Lucius Titius*.
47. *ff.de act.empt*. vt hic Caſtrenſis, & Cuiacius notant, qui
ait ſolum Caſtrenſem hanc legem congruenter eius verbis
62 interpretari. † Ex qua tamen vſuræ debentur poſt moram,
quamuis emptor non ſit mutuatus pecuniam ſub vſuris, vt
pretium ſolueret, vt indicant verba illa, *præſertim cum emptor
mutuatus pecuniam vſuras grauiſſimas expendit*, & quod Paulus
ſubiicit. *In actione quoque ex vendito officio iudicis poſt moram
vſurarum pretij rationem haberi oportere*, vt in omnibus iudiciis
bonæ fidei iure ciuili conſtitutum eſt. In quo tamen puto
abrogatam eſſe hanc legem, vt aliæ omnes, quæ in contra-
ctibus bonæ fidei ex ſola mora vſuras debitoribus infligunt,
vt in præcedentibus dictum eſt. Et nihilominus veram eſſe
Baldi, & aliorum ſententiam, venditorem ſcilicet ad vſuras
pretij teneri, quas emptor creditori ſuo ſoluit, non quidẽ ex
d.l. Lucius.47. quam abrogatam eſſe dixi: ſed ex aliis legibus,
quibus conſtitutum eſt vẽditorem re non tradita, & recepto
pretio teneri ad id quod intereſt, vt conſtat ex *l*.1 *in princ. &
l*.11. *§ vlt. ff. de act. empt. l*.8 *&* 9. *ff. de hered. & act. vend*. & pro-
inde non tantum pretium emptorem conſequi oportere, ſed
& vſuras pretij, quas propter emptionem, & vt contractum
adimpleret, fœneratori exoluit, vt Baldus, Caſtrenſis, & alij
docent *loc cit*. & proinde non quaſi vſuras, ſed quia tantundẽ
63 emptoris intereſt. † Vnde Roman. *in conſ*.101. *n*.2 generali-
ter definit, quotieſcunque quis, vt quod in contractum de-
ductum eſt, impleat, pecuniam ſub vſuris, aut cambiis mu-
tuatus eſt, & alter in mora eſt adimplendi contractum ex
parte ſua, ſemper ad vſuras, vel cambio ipſum eius pecuniæ
teneri, quam pro implendo cõtractu ille ſub vſuris, vel cam-
biis accepit, vt hunc eſſe caſum ſingularem dictæ *l*.47. hæc
enim non vt vſuræ veniunt, ſed pro eo quod intereſt, cuius
petitio iure permiſſa eſt, vt conſtat ex *c. peruenit. de fideiuſſ. l*.2.
§. vlt. de eo quod cert. loc. l.12. *§ ſi mihi. ff. mand. & l*.13 *ff. rem rat.
hab*. & reſpondit idem Roman *in conſ*.94. *n*.7 & nos diximus
64 multis locis. † Sane omiſeram, quod valde notandum eſt, vẽ-
ditorem ſcilicet, qui pretium recepit, vel confeſſus eſt rece-
piſſe, & eãdem pecuniam veluti mutuam, vel ex alio contra-
ctu ſibi debitam ſtipulatus eſt, vt quidam ſtulti faciunt, non
poſſe vſuras pretij exigere ratione fructuum ex æquitate *d.l.
curabit*, ſed tantum agere ad id quod intereſt ratione lucri
ceſſantis, & damni emergentis, quod probetur legitimis
modis, vt reſpondit Socin. *in conſ*.139. *circa fin. lib*.2. quod re-
petitum eſt, *in conſ*.130. *n*.18. *&* 19. *lib*.4. Surd. *in conſ*.139. *circa
fin. lib*.4 Surd. *in conſ*.269. *n*.18. Cyriac. *Controu*.252. *n*.52. &
docet Manent. *de contract. libell. q*.5. *n*.46. *&* 92. qui maxime
nititur ex *l. emptor*. 28 *ff. de nouat. & deleg*. quæ ait nouatione
facta vſuras venditori non deberi.

QVÆSTIO XXVIII.

De dotalibus Vſuris.

SVMMARIA.

1. *Vſura dotis non debentur ex ſimplici mora.*
2. *Vſura dotis debentur propter onera matrimonij.*
3. *Debitor dotis in mora intelligitur eo ipſo, quod vir onera matrimonij ſuſtinet.*
4. *Antonij Fabri contraria ſententia.*
5. *Qua ab aliis, & ab auctore reiicitur.*
6. l. vlt. §. præterea *ſenſus, & num. ſeq.*
   Actio de dote ex parte mariti eſt ſtricti iuris.
7. *Extraneus promiſſor dotis non cenſetur in mora niſi poſt biennium.*
8. *Diſtinctio inter patrem, & mulierem, vel extraneum debitorem dotis quoad moram reiicitur à Barboſa, & aliis.*
9. *Barboſa interpretatio* ad d. §. præterea.
10. *Qua non placet auctori.*
    Neque menti, & verbis conſtitutionis congruit.
11. *Iuſtiniani* in d. §. præterea. *accurata diſtinctio.*
12. *Rebus mobilibus inaſtimatis in dotem datis poſt biennium veniunt ea, qua poſt litem conteſtatam praſtari ſolent & num*.33.
13. *Dotis vſura debentur etiamſi dos ſub incerta quantitate promiſſa ſit, & declaranda arbitrio boni viri.*
14. *Chryſtophori Marij Medices hac de re ſententia refertur.*
15. *Maritus poteſt tacite, vel expreſſe remittere vſuras.*
    Sententia Medices Auctori non probatur.
16. *Ius petendi vſuras dotis marito competit ex diſpoſitione canonum, & legum.*
17. *Dilationis genus duplex.*
18. *Dilationem certi, & incerti temporis cõcedere quando idem ſit.*
19. *Cornei* conſ. vlt. lib. 2. *refertur, & declaratur.*
20. *Neque fauet Marij ſententia.*
21. *Vt etiam deciſio Ludouiſ*. 573.
21. *Caſtrenſ*. conſ. 11. lib. 1. *declaratur, & excutitur.*
23. *Suſtentatio onerum matrimonij habet vim interpellationis.*
24. *Negligentia negligentia compenſatur.*
25. *Promiſſio dotis ſine re certa, vel quantitate an valeat.*
26. *Communis ſententia in omnibus perſonis valere.*
    Antonij Fabri opinio in omnibus inutilem eſſe.
27. *Dote incerta à patre promiſſa valida eſt conuentio, à muliere, vel extraneo inutilis.*
    Harmenopuli locus pro hac diſtinctione, & ſententia.
28. *Dote incerta à muliere, vel extraneo promiſſa vſura dotis non debentur.*
    Aliud ſi à patre promiſſa ſit.
29. *Dos ſi in mobilibus conſiſtat, an vſura debeantur.*
    Et hac de re Borgnigni Caualcani ſententia.
30. *Marij Giurba, & Fontanella contraria opinio.*
    Et fundamenta.
31. *Auctoris ſententia.*
32. *Vſura ex quantitatibus debentur non ſpecierum, niſi quibuſdam caſibus.*
33. *Rebus mobilibus inaſtimatis datis in dotem poſt moram veniunt omnia, qua poſt litem conteſtatam praſtanda ſunt.*
34. *Pretij vſura non debentur, ſi res ſit ſterilis.*
35. *Dote in pecunia promiſſa cum facultate ſoluendi in mobilibus vſura debentur poſt moram.*
36. *Borgnigni Caualcani lapſus.*
37. *Dote in mobilibus inaſtimatis promiſſa, vt illis diſtractis pecunia in merces, vel reditus, vel ſolutionem aris alieni conuertatur, vſura debentur.*
38. *Si vir, vt ornamenta muliebria ſibi & vxori promiſſa compararet, damnum paſſus eſt, id repetere poteſt.*

39. *Maritus*

Digitized by Google

39. Maritus non computat fructus pignoris in ſortem propter onera matrimonij.

Antichreſis licita etiam iure canonico, ſi dotis promiſſa cauſa pignus datum ſit.

40. Siue expreſſe, ſiue tacite id actum ſit.

L.8.ff.in quib.pign quatenus hodie abrogata.

41. Conuentio inter maritum,& promiſſorem dotis de certa quantitate præſtanda, dum dos non ſoluitur, valet.

42. Maritus vt poteſt ex pacto fructus pignoris percipere, ita annuam quantitatem loco fructuum.

43. Vſura dotis licita, quia non percipiuntur ex ſolo tempore ſolutionis, ſed propter onera matrimonij.

44. Quoties aliquid præſtatur vltra ſortem propter aliquod factum ex quo reſultat contractus facio, vt des, non committitur vſura.

45. Pater vt tenetur dotare filiam, ita & illam alere

Extraneus promiſſor dotis etiam ad eius vſuras marito tenetur.

46. Extraneus dotans mulierem loco ſoceri eſt.

47. Maritus non tenetur vxorem alere, ſiue à patre, ſiue ab extraneo dos promiſſa ſit.

48. Maritus poteſt vxorem expellere, ſi dos non ſoluitur ex multorum ſententia.

49. Recenſentur auctores, qui aliud ſentiunt.

50. Ius cohabitandi non oritur ex dote, ſed ex matrimonio.

51. C.per veſtras de donat.inter vir.& vxor.declaratur.

Et l.vlt.C.ad Velleian.

52. Maritus non tenetur ſuis ſumptibus vxorem alere non ſoluta dote, à quocunque debeatur.

53. Etiamſi vxorem domi retineat.

54. In nuptiis duo contractus celebrari ſolent, matrimonij, & dotis.

55. Obſequiorum obligatio prouenit ex contractu matrimonij non dotis.

56. Qui ſerui, vel equi vſum habet, tenetur eos alere.

57. Maritus vxorem indotatam ducens tenetur illam ſuis ſumptibus alere.

58. Maritus qui non ſuſtinuit onera matrimonij, neque fructus pignoris ſuos facere, neque vſuras dotis petere poteſt.

59. Etiamſi maritus vxorem expulerit ob eius culpam.

60. Pactum vt debitor dotis vxorem alat, & præſtet vſuras, non valet.

61. Ioannis Salas Theologi ſententia declaratur.

62. Pactum, vt quid annuum præſtetur, dum dos non ſoluitur, valet, dummodo id reſpondeat oneribus matrimonij.

63. Fructus pignorum quatenus excedunt onera matrimony, minuunt dotem.

64. Maritus ex propria obligatione tenetur vxorem, & familiam tueri.

65. Marito nihil debetur ex eo quod vxoris, & liberorum curam gerit.

66. In æſtimatione onerum matrimonij eorum ratio habenda eſt, quæ ſumptibus, & pecunia expediuntur.

67. Promiſſor dotis non cenſetur immodicam penſionem, vel fructus ex liberalitate promittere.

68. Arbitrio iudicis committitur cum ex coniecturis definienda eſt.

69. Sigiſmundi Scaccia ſententia refertur.

70. Et refellitur, & num.ſeq.

71. Marito, vt ſuos pignoris fructus faciat, non eſt opus, vt eius aliunde interſit, ſed tantum, vt onera matrimonij ſuſtineat.

72. Natura dotis eſt, vt quicam debet, onera matrimonij ſuſtineat, vel dotis vſuras ſoluat.

Marito duo debentur, dos, & ſumptus matrimonij.

73. Maritus non tenetur vxorem alere poſt moram ſibi in ſolutione dotis factam.

74. Vſura dotis facilius debentur ex mora, quam ex conuentione.

75. Vſuræ dotis, quæ propter onera matrimonij exiguntur, modeſtæ eſſe debent.

76. Maritus cui mora fit in ſolutione dotis poteſt agere ad id quod intereſt etiamſi excedat onera matrimony.

VSVRAS dotis promiſſæ, & non numeratæ ea ſola, & ſimplici mora debitoris non deberi, nec ex eo tantum quod io ſtipulatum deductæ ſunt, etiam iure ciuili conſtat ea l.69. §.3.ff. de iur. dot. & l. in inſulam. 42. §. vſuras. ff. ſolut. matrim. l. 17. in princ. ff. de dol. mal. except. quo tamen iure receptum eſt in iudiciis bonæ fidei poſt moram venire vſuras, vt ſæpius diximus ex l.32.§.2.ff.de vſur.& l. 47. ff. de act. empt.& aliis locis. 1

Cæterum maritum, qui ſuſtinet onera matrimonij vſuras dotis promiſſæ, & noo ſolutæ ex ſtipulatione, vel ex mora recte petere, & exigere poſſe certiſſimum eſt ex d. l.69. §.3. de iur. dot. & d. l. in inſulam. §. vſuras. ſolut. matrim. l. ſi quis. 21. §. vlt. ff. de donat. inter vir. & vxor. & aliis auctoribus relatis tradunt Ozaſc. in dec. 132. in princ. Rolan. in conſ.65.n.1.lib.4. Surd. in lib. de alim. tit. 1. q. 42. num. 2. & 3. & conſ. 269. n. 3. vbi ait hac in re conuenire omnes. Roderic. de ann. redit. lib. 3 q. 8. n. 18. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 5. num. 6. Aoton. Faber iu ſuo Cod. tit. de vſur. defin. 8. vbi ait vſurarum prohibitiooem ad huiuſmodi vſuras non pertinere. Idem ſenſit Gtatiao. diſcept. cap. 143. n. 1. & 2. & alij ſane plorimi apud Antonin. de Amat. reſol. 43. num. 1. & Matt. Medic. inter ſuas deciſ. Senenſ. exam. 7. numero 26. & deciſ. 14. numero 1. vbi ait banc iudubitatam concluſiooem eſſe. a

Nec neceſſe eſt, vt promiſſor dotis ſit in mora regulari, quæ contrahitur per interpellationem, vel lapſum diei iuncta l. mora. in princ. de vſur. & l. magnam. C. de coner. & commit. ſtipul. Sed ſatis eſt, vt promiſſa dote, & non nomerata vir vaorem in domom deduxerit, & mattimonij onera ſuſtinuerit, eo enim ipſo, quod maritus ſumptus matrimonij ſuſtinet, cenſetur debitor dotis moram facere, quæ ſufficit, vt vſuræ dotis marito debeantur. Ita Gloſ. in l. de diuiſione. 5. ff. ſolut. matrim. quam ibi ſequitur Bartol. n. 2. & Zaſius n. 12. vbi ait notaſſe ſententiam, & Barboſ. n. 9 Surd. in d. q. 42. n. 133. Roder. d. lib. 3. q. 7. n. 63. Rota ioter collect. Farin. dec. 253. n. 2. par. 1. & inter recentiſſ. dec. 428. n. 1. & 5. quæ eſt votum Pap. Pauli V. par. 1. & dec. 406. n. 4. par. 2. Magon. dec. Flor. 83. n. 3. & alij quos refert Mar. Giurb. in dec. 72. quibus accedit Fontan de pact. dot. clauſ. 6 gl. 2. par. 6. n. 10. & 11. Gratiao diſcep. 726. n. 3 & 4. Matt. Medic. in d. exam. 7. n. 39. & Rota Roman. apud Burait. in dec. 159. n. 1. vbi refert ita ſtatuto vrbis Romæ cautum eſſe, & Fereotill. in notis ad eund. num 13. 3

Sed cootra hanc ſeotentiam cenſuit Senatos Sabaodiæ, vt refert Anton. Fab. in ſuo Cod. tit. de iur. dot. def. 42. vbi ait vſuras dotis, quæ oulla die dicta non prios ſoluenda fuit, quam per maritum peteretur, non ob id magis deberi, quod per moltos annos maritus vxorem eahibuerit, cæteraque onera matrimonij ſuſtinuerit, ſed ab eo tantom tempore, quo mora contracta erit, id eſt, quo petita, nec ſoluta dos fuerit. Neqoe enim iam tam fauorabilem eſſe cauſam dotis præſertim pro marito, vt vſorarum additamentom recipiat, ſi neqoe mora, neque conuentio de vſuris præſtandis præcedat. Et ita in publico auditorio tractatum fuiſſe. Quod in notis ad. eand. def. vir doctiſſimus duabos rationibus confirmare videtur, primo quia maritus non petendo dotem vſoras remittere cenſetur arg. l. vir vſuras. ff de donat. inter vir. & vxor. & deinde quia vſuræ non niſi ex mora, vel conueotione neceſſario debentur. Ea qoibos tamen non poto à commoni ſeotentia recedendum eſſe. † Nam qood Præſes ait primo loco potuiſſe maritom dotem ipſam remittere, & conſequeoter etiam vſuras d. l. vir vſuras. videtor à noſtra qoæſtione alienum, noo enim quærimus, an vſuræ remiſſæ videantur, vt in ſpecie d. l. vir vſuras. & l. 17. §. cum quidam. ff. de vſur. exploratum enim eſt id vel tacite, vel expreſsè fieri poſſe, vt defioitum refert idem Faber eod. tit. defin. vlt. & oos alibi diximus. Sed quærimus, an vſuræ marito debeantur, quæ ſunt diuerſas imo eo ipſo quod maritus remiſiſſe videretur, quod tamen non niſi ea magnis, & validis circunſtaotiis admittendum eſſet, dicendum eſt eas deberi. Nec enim remitti poſſunt, oiſi debeantur. Neque etiam mouet, quod ait vſuras noo niſi ex mora, vel conuentioos deberi, qui 4 5

in.

in hac ſpecie mora facta intelligitur re ipſa, id eſt eo ipſo, quod vir vxorem alit, & cætera onera matrimonij ſuſtinet, vt iidem auctores docent, & præſertim Roderic. & Gratian. *loc. cit.* Fontanell. *in d. gloſ. 2. par. 6. n. 11.* vbi ait hac in re ab Anton. Fabro, & ſuo Senatu, ſic enim loquitur, cauendum eſſe: quod etiam notat Antonin. de Amar. *loc. cit. num. 7.* auſus vterque dicere definitionem Fabri eſſe contra principia iuris.

6 Sed huic communi ſententiæ, quæ apud omnes receptiſſima eſt, vt ait Gratian. *loc. cit.* maxime obſtare videtur *l. vlt. §. præterea. C. de iur. dot.* quam vterque auctor diſſimulat, vbi Iuſtinianus conſtituit vſuras dotis promiſſæ deberi ipſo iure ſine interpellatione poſt biennium vſque ad tertiam partem centeſimæ, id eſt quatuor pro ſingulis centenis, & proinde non ſtatim ſecutis nuptiis, ſed poſt ceſſionem biennij tantum moram re ipſa fieri, & poſt biennium tantum vſuras dutales currere. Quod quidem fauore dotium conſtitutum eſt, quia actio, quæ marito datur petenti dotem eſt ſtricti iuris, in quam ſecundum regulas iuris ciuilis non veniunt vſuræ citra ſtipulationem, vt rectiſſime docet Cuiac. *in d. §. præterea.* vbi notat Accurſium in gloſ. *l. de diuiſione ſol. matrim.* id non animaduertiſſe. Quod ante illum multi docuerunt, vt Baldus, & Salic. *in d. §. præterea.* & aliis veteribus citatis Campeg. *de dot. par. 2. quæſt. 8.* Alexand. *in conſ. 74. n. 10. lib. 5.* Cephal. *conſ. 485. n. 112.* Gramm. *in dec. 70. n. 1.* Rolan. *in d. conſ. 65. n. 2. & 3. lib. 4* Ioann. Cop. *de fructib. lib. 3. tit. 2. cap. 2.* & Ruin. *conſ. 224. n. 13. lib. 1.* quia inquiunt, ſi implementum mariti induceret moram irregularem, fruſtrà in ſpecie *d. § præterea* expectaretur biennium. Et huic ſententiæ maximè fauet Harmenop. *epit. lib. 4. tit. 8.* vbi ſimpliciter ait. *Qui dotem ſpopondit, poſt biennium à contracto matrimonio vſuras præſtat ad tertiam vſque centeſima partem.*

7 Vnde variæ diſtinctiones excogitatæ ſunt, ne hæc pugnare videantur, quas tamen omnes diuinationes eſſe ſcribit Campeg. *loc. cit.* Inter quas hæc à pleriſque recepta eſt, nimirum moram re ipſa marito fieri, qui onera matrimonij ſuſtinet, cum mulier ſibi dotem conſtituit, vel pater, quia hoc caſu maritus, qui vxorem alit, rem patris gerere intelligitur, qui filiam alere tenebatur, vel vxoris, quæ ſe ipſam alere debet, ideoque ſtatim ac maritus vxorem exhibet, mora per patrem, vel vxorem contrahitur exemplo emptoris, qui non ſoluto pretio fructus rei venditæ percepit *l. curabit. C. de act. empt.* & ita accipiendum eſſe, quod dicitur *in d. l. de diuiſione.* Si vero extraneus eſt, qui dotem promiſit, tametſi maritus onera ſuſtineat, non ſtatim promiſſorem dotis in mora eſſe, quia ex eo implemento nullum commodum conſequitur, ſed expectandum eſſe biennium à die contracti matrimonij, vt moram facere videatur, & ita de extraneo promittente dotem accipiendum eſſe dictum *§. præterea.* vt illum intelligit Bartolus, quem ſequitur Angelus *eod. loc.* qui notat id inferri ex præcedentibus. Et hanc diſtinctionem etiam ſecutus eſt Alex. *in d. conſ. 147. n. 4.* Surd. *in d. q. 42. n. 138.* Trentac. *tit. de pign. reſol. 3. in fin.* & alij multi, quos refert Barboſ. *in d. l. 5. n. 40.* vbi ait hanc ſolutionem receptam eſſe. Quam etiam probarunt Magon. *in d. dec. 83. n. 2.* Plot *de in lit. iuran §. 11. n. 18.* Petr. Franciſc. Lingleſ. *dec. 18. quæſt. 11. num. 1. & 2.* Anton. Fab. *C. de dot. promiſſ. def. 6.* & nouiſſimè Ludouic. Bell. Auenion. *in conſ. 94. numer. 1. & 2.*

8 Sed hæc diſtinctio reiicitur à Barboſa *loc. cit.* tum quia *d. § præterea.* generaliter loquitur. Ait enim. *Præterea ſi quis &c.* tum etiam quia extraneus, qui promittit dotem, non minus videtur velle, quod maritus ex fructibus dotis vxorem alat *c. ſalubriter de vſur. & l. 71. & 79. ff. de iur. dot.* Roderic. *de ann. redit. lib. 3. q. 11. n. 34.* Hiſque addi poteſt proprium dotis eſſe, vt cenſeatur promiſſa cum fructibus, vt obſeruat Nauarr. *in comment. de vſur. n. 66* & Rot. apud Farin. *par. 1. dec. 251. in fin.* quod in ſequentibus latius tractatum eſt, vnde nihil referre videtur, à quo dos promittatur, vt ait Veſemb. *ad d. tit. de iur. dot. n. 3.* Harmenopulus etiam *loc. cit.* ſimpliciter ait eum, qui dotem ſpopondit poſt biennium à contracto matrimonio vſuras præſtare vſque ad tertiam partem centeſimæ. Nec diſtinguit an pater, vel extraneus promiſerit dotem. Hanc etiam diſtinctionem reiicit Copus *loc. cit.* qui ait maritum ſibi imputare debere, qui cum non deberet, ante acceptam dotem onera matrimonij ſuſtinuerit. † Quamobrem Barboſa *n. 41.* reiecta illa Bartoli, & alio- 9
rum interpretatione ait ex *d. §. præterea.* non probari in promiſſione dotis moram re ipſa fieri, ſed potius lapſo biennio ex die promiſſionis dotis vſuras deberi, ac ſi ſuper petitione dotis lis fuiſſet conteſtata: ideoque lapſum biennij poſt dotem promiſſam eam inducere moram, quæ ex conteſtatione litis induci ſolet, & ibi hoc aduertiſſe Rainer. Socin. & alios quoſdam, & ſecundum hanc interpretationem facile vitari argumentum quod ex *d. §. præterea.* ducitur aduerſus communem ſententiam, quam ſequitur. Nam dicendum eſt per implementum mariti quemcumque promiſſorem dotis in mora conſtitui ſaltem re ipſa, lapſo vero biennio eam moram illos effectus producere, quos ſolet producere litis conteſtatio, & ideò in *d. §. præterea.* non agi de mora irregulari, vt alij putant, ſed de regulari, id eſt de ea, quæ per litis conteſtationem inducitur. Quo poſito multa infert vſque ad *n. 45.* Et Barboſam videtur ſequi Roderic. *in d. q. 7. num. 65.*

Verum hæc ſententia parum verbis conſtitutionis con- 10
gruere videtur. Nam Iuſtinianus ſimpliciter conſtituit, ſi quis aurum vel prædia in dotem promiſerit, ſi ex tempore matrimonij biennium tranſactum ſit, vſuras vſque ad tertiam centeſimæ, & prædiorum reditus præſtare debere. Apertiſſimè ergo ſanxit Iuſtinianus, moram ſine interpellatione poſt ceſſionem biennij tantum contrahi, & vſuras, & fructus ex eo tempore præſtari. Cuius rei etiam euidens argumentum eſt, quod infra ſubiicit his verbis, *licentia maximè deneganda marito, quando voluerit dotem petere*, id eſt ante biennium, vt ibi animaduertunt omnes, & Lingleſ. *loc. cit.* Nam cum Iuſtinianus clare dicat non impediri maritum etiam ante biennium dotem petere, & ita conſtituere debitorem dotis in mora regulari, quæ per interpellationem contrahitur, conſequens eſt in principio *d. § præterea.* dum ſanxit lapſu biennio vſuras deberi, id de mora accipiendum eſſe, quæ re ipſa, & miniſterio legis ſine interpellatione facta intelligitur, vt omnes fere interpretati ſunt, & inter alios doctiſſimus Cuiacius ad *d. l. vlt.* Neque ſcriptoris Luſitani interpretationem iuuant verba illa: *Sin autem minime res mobiles fuerint æſtimatæ, ea poſt biennium obſeruari, quæ leges poſt litem conteſtatam pro omnibus huiuſmodi rebus definiunt.* † Quia obſeruandum eſt Iuſtinianum vti 11
accurata diſtinctione rerum, quæ promittuntur in dotem. Aut enim inquit res mobiles ſunt vt aurum, argentum, veſtes: aut immobiles, vt prædia, & reditus. Et ſanxit, ſi res immobiles ſunt, omnes fructus, & reditus deberi poſt lapſum biennij à die contracti matrimonij. Quod ſi aurum in dotem promiſſum ſit, ſiue æſtimatum fuerit, ſiue non fuerit æſtimatum, vt poſt biennium debeantur vſuræ, vſque ad tertiam centeſimæ Sed ſi in dotem aliæ res mobiles promiſſæ ſunt, vt argentum, veſtes, ornamenta, & alia id genus, tunc videndum eſſe, an huiuſmodi res æſtimatæ fuerint, ſi enim æſtimatæ ſint, æſtimationis cuiuſque marito vſuras præſtandas eſſe poſt biennium à die æſtimationis. Sed ſi nulla æſtimatio facta eſt, ea poſt ceſſionem biennij, præſtari iubet, quæ poſt litem conteſtatam in huiuſmodi rebus præſtari legibus definitum, & vt explicat doctiſſimus interpretum Cuiacius *in d. §. præterea.* vult venire fructus rerum inæſtimatarum, ſi fortè referunt fructus, & omnem cauſam, vt *in l. videamus 38. §. ſi actionem. ff. de vſur. & l. 8. ff. de re iudic.* non etiam vſuras. † Non ergo genera- 12
liter conſtituit Iuſtinianus hoc loco omnium, quæ in dotem dantur, poſt biennium venire ea, quæ poſt litem conteſtatam ex iure communi præſtanda ſunt, ſed id tantum de rebus mobilibus ſanxit, quæ non æſtimatæ in dotem promiſſæ ſunt, & ex quibus vſuræ non debentur *l. 3. in fin. ff. de vſur.* Denique non illud quæritur, an poſt biennium mora habeat vim litis conteſtatæ, ſed à quo tempore vſuræ, & fructus dotis debeantur marito, qui ſuſtinet onera matrimonij, & Barboſa ſanciens deberi ex eo tempore, quo vir vxorem exhibet, vt vitet argumentum, quod contra hanc ſententiam ducitur ex *d. §. præterea.* ait Iuſtinianum hoc loco conſtituere moram iam contractam ex eo quod maritus onera

Digitized by Google

onera matrimonij ſuſtinet poſt lapſum biennij habere vim litis conteſtatæ, quod non eſt difficultatem ſoluere, ſed eludere, imo ipſam conſtitutionem euertere. Nam clare Iuſtinianus ſanxit fructus, & vſuras non niſi poſt biennium currere iuxta diſtinctionem ſupra poſitam, vt indicant ſatis hæc verba legis, *ſi ex tempore matrimonij biennium tranſactum ſit*, quod infra repetit, ne cui dubium videretur, à quo tempore vſuræ deberentur. Quamuis ergo Barboſæ concederem Iuſtinianum hic definire hanc moram poſt biennium eas habere vires, quas habet mora, quæ per litis conteſtationem contrahitur, quod tamen non niſi in mobilibus inæſtimatis conſtituit excepto auro, vt dictum eſt, tamen non minus clara eſſet Iuſtiniani mens, vt non niſi poſt biennium mora facta intelligatur, & debeantur vſuræ, niſi petitio præceſſerit. Id enim nimis aperte hic ſancitum eſt, & proinde Barboſæ perfugium à mente, & verbis legis alienum eſt. Ex quibus fateri cogimur dictum §.*præterea*. vt etiam locum illum Harmenopuli illi ſententiæ maxime aduerſari, quæ tradit marito ſtatim ac onera matrimonij ſuſtinet, vſuras dotis deberi, vt dixi *n. 3. & 5.* Quamobrem vel cogimur redire ad diſtinctionem Bartoli inter patrem & mulierem, vel extraneum, ad quam confugit Alex. *in d.conſ.*147.*n.*4. & quam communiter receptam fatetur Barboſa *loc.cit.* quæ tamen parum trita eſt, vt notat Campeg. in *d.q.*8. vel dicendum eſt *d.§.præterea.* quod attinet ad vſuras, nunc conſuetudinem contrariam antiquatam eſſe. Et ſane quod hic dicitur vſuras vſque ad tertiam centeſimæ præſtandas eſſe, nullibi receptum eſt. Nunc enim varie ex more regionis vſuræ dotis conſtituuntur. Vt etiam diſcrimen illud inter aurum, & alias res mobiles in dotem promiſſas vetuſtate abolitum eſt. Itaque hoc iure vtimur, vt eo ipſo, quod vir matrimonij ſumptus, & faſtidia ſuſtinet, illi mora fiat, & vſuræ dotis, & fructus debeantur, ſiue pater, vel hæres patris, ſiue ipſa mulier ſibi dotem dixerit, ſiue extraneus quilibet, ſiquidem in hoc genere inſpicienda eſt perſona mariti onera ſuſtinentis, vt poſt alios ſentiunt Roderic. *de ann. redit. lib. 3. quæſt. 7. numero* 34. Molin. Theolog. *in d.diſp.* 321. *numero* 11. Barboſ. *loc. cit.* & Mart. Medic. *d.exam.7.n.*38. & 39. quod infra fuſius tractatum eſt.

13 Hac ratione igitur vtcunque hac ſententia retenta, quæ maximam æquitatem habere videtur, dicendum eſt illam locum habere, tametſi dos ſine certa quantitate promiſſa ſit declaranda tamen arbitrio alterius puta Titij, vel Sempronij. Hoc enim caſu maritus, ſi interim vxorem alit, vſuras dotis conſequitur exemplo venditoris, qui non ideo minus vſuras pretij petere poteſt, licet res vendita ſit, quanti Titius æſtimauerit, vt ex Gabriel. Honded. & aliis auctoribus dixi *quæſt.præced. num.*5. Nam & inter maritum, & promiſſorem dotis emptio, & venditio quædam contracta intelligitur, ſcilicet propter onera matrimonij, vt ait *l.* 8. *§.ſed ſi. ff.quib.mod.pign.vel hypot.ſoluit.& l.ex promiſſione.ff.de act.& oblig.* & ita in ſpecie docet Herculan. *in l.5.col.7.ff.ſol. matrim.* Natt. *in conſ.*495.*n.*2. Borgnin. *in dec.*22.*n.*7.*l.*4 Surd. *in conſ.*269.*n.*3.*& de alim.tit.*1. *q.*42.*n.*13. Ludouic. *dec. Lucen.*21.*n.*49 Roderic. *de ann.redit lib.3.q.7.n.*48.*in fin.* Gratian. *cap.*241.*n.*58.*& cap.*143.*n.*5. Giurba *in dec.*72.*n.*2. & alij quos refert, & ſequitur in conſuet. Meſſan. *cap.3.gloſ.5.num.*50. *& gloſ.7.num.*83.

14 Cæterum Chriſtophor. Mart. Medic. *in d.exam.7.n.*43. *& ſeq.* tametſi Herculani, & ſequacium traditionem admittat, quando ſocer vel alius debitor dotis eſſet in aliqua culpa, quominus dotis liquidatio fieret, veluti ſi habuit libros penes ſe, & non exhibuit, debuit adeſſe, & non adfuit tempore conſtituto, vel ſi qua alia ratione eius culpa argui poteſt. Semper enim conditio pro impleta habetur, quoties per alium ſtat, quominus impleatur, cuius intererat non adimpleri *l.iure ciuili. ff.de condit. & demonſtr. l.hac venditio. in princ.ff. de contr.empt.* Menoch. *de arbitr.q.*68.*num.*38. vel ſi caſu aliquo per promiſſorem ſtat, quo minus æſtimatio dotis fiat, licet ſine eius culpa ex Corn. *in conſ.vlt.lib.*2. vel ſi æſtimationi faciendæ fuit appoſitus dies, vt ſi dos promiſſa ſit ad eam quantitatem, quam Titius arbitrabitur intra menſem, vel annum, nam poſt illud tempus non videtur maritus voluiſſe aliam dilationem concedere *arg. l. ſtatu liberum §. ſtichum.de leg.*2. & Surd. *in dec.*133. *num.*12. Denique quando res in dotem datur pro ea quantitate, quam Titius æſtimauerit, ex quo res interim tradi potuit marito, & poſtea quandocunque æſtimari, non dubitat quin marito onera matrimonij ſuſtinenti alimenta, & fructus medij temporis debeantur ſecundum Herculani, & aliorum ſententiam. Sed ſi ſimpliciter dos promiſſa ſit arbitratu Titij, aliud conſtituendum putat, ſiue dos à patre, ſiue ab extraneo promittatur. † Nam inquit certum eſt contrahen- 15
tes in omnibus contractibus etiam dotis legem quam volunt, ſibi dicere poſſe: & proinde poteſt maritus, ſi velit, remittere partem dotis, & paciſci expreſſe, vt nullæ vſuræ currant, & quamcunque dilationem concedere, vt in *l. ſi marito. ff. ſol.matrim. l.vir vſuras* 54. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* quare cum maritus conſenſerit, vt dos arbitratu Titij æſtimetur, videtur etiam conſenſiſſe, ne vſuræ deberentur, niſi poſtquam Titius declarauerit. Vnde quamuis medio tempore vxorem exhibuerit, tamen id ſibi debet imputare, quia ita voluit, quandoquidem ſi per plures annos dilationem ad ſoluendum dediſſet, & interim onera matrimonij ſuſtinuiſſet, vſuras iſtius temporis petere non poſſet. Et paria ſunt concedere tempus certum, vel incertum, quia ſi confertur dotis ſolutio poſt mortem ſoceri, vel alterius, quod tempus incertum eſt, plane ante illius mortem non currunt vſuræ, vt tradunt Doctores locis citatis: ergo idem dicendum eſſe, quando dotis conſtitutio remittitur arbitrio tertij, quod tempus etiam incertum eſt, cum neſciatur, quando illi placuerit id declarare, & ita ſenſiſſe Corneum *in d.conſ.vlt.* Caſtrenſ. *in conſ.*11.*lib.*1. & quod magis eſt, ita cenſuiſſe Rot. apud Ludouiſ. *in dec.*573.*num* 6. Neque huic negotio congruere æquitatem *l. curabit.* quia pacta derogant legibus, & maritus ſibi ipſi potius imputare debet, cur ita conuenerit. Ita diſſerit Matt. Medic. *loc.cit. à num.*43.*vſque ad num.*55.

Ego vero puto etiam cum dos ſimpliciter promiſſa eſt 16
arbitratu alterius, Herculani, & aliorum ſententiam retinendam eſſe, tum quia maritus eſt emptori ſimilis vt dixi *ex d l.8.§.ſed ſi quis. ff.quib.mod.pign.vel hypot.ſoluit.& l.* 19*ff. de oblig. & act.* tum etiam quia vſuræ in ſpecie, de qua agitur, non tam ex mora, quam ex æquitate debentur, vt notat Corn. *in d.conſ.vlt.p...* & Duaren *in d.l.5.ff. ſolut. matrim.* & in re fere ſimili, id eſt in iudicio mandati Vlpianus *in l.* 12. *§. ſed ſi mihi. ff. mand. totum hoc*, inquit, *iudex ex bono, & æquo arbitrabitur.* Denique quia ius petendi vſuras dotis competit marito ex diſpoſitione canonum, & legum, vt conſtat *ex cap. ſalubriter. de vſur. & l.* 17. *ff. de dol. mal. except.l.69.§.3.ff.de iur.dot.& aliis locis.* proinde non cenſetur maritus hoc ius abdicare voluiſſe, niſi debitor, & promiſſor dotis plene probet maritum hoc ius remittere voluiſſe, quia hæc remiſſio donatio quædam eſt *l.21.§.vlt.ff.de donat.inter vir.& vxor.* quæ non præſumitur *l.campanus.ff. de oper.libert.l.cum de indebito.ff.de condict.indeb.*

Neque mouet, quod vir doctus ait maritum ex eo, quod 17
conuenit eam dotem accipere, quam Titius arbitratus fuiſſet, videri dilationem dediſſe, donec is arbitratus fuerit, & vſuras huius temporis remiſiſſe, quia obſeruandum eſt duplex eſſe dilationis genus. Primum quod tempus conſiderabile in ſe ex natura ſua continet ſiue ſit certum, veluti vt pretiũ rei, vel dos biennio, aut triennio ſoluatur: ſiue ſit incertũ æſtimabile tamen ab initio veluti ſi actũ eſt, vt non niſi poſt mortem alicuius pretium, vel dos ſoluatur; vel vt non niſi poſt reditum ex Indiis præſtari debeat. Alterum dilationis genus eſt, quod de ſua natura non affert tempus conſiderabile, ſed breue, & momentaneum, veluti cum ſuſpenditur ſolutio, donec aliquid fiat, quod quanto citius explicari poteſt, vt in re fere ſimili perpendunt DD. Auditores Rot. *in dec.*370. 397. *&* 424. *inter recentiſſ. par.*1. Gratian. *cap.*588.*num.*25. & Oliuer. Beltram. ad Ludouiſ. *in dec.* 292. *num.*10. In prima ſpecie dilationis verum eſt, quod Matt. Med. ait vſuras dotis non deberi. Nam ſicut ab initio fuit cogitatum, quod multum temporis decurrere opus erat puta annum, vel biennium, & interim onera matrimonij à marito erant ſuſtinenda, ita videtur maritus, vſuras iſtius

temporis

temporis remiſiſſe, vel forte huius rei in conſtitutione dotis contrahentes rationem habuiſſe: & in hoc genere dilationis accipiendi ſunt auctores, qui dicunt pendente dilatione vſuras non deberi apud Surd. *in d. q.42. n.50.* In ſecundo verò genere, cum ſcilicet dos promiſſa eſt arbitratu Titij, ceſſet hæc ratio, & proinde ſicut non videtur cogitatum, vt declaratio Titij diu protraheretur, ſed potius inter paucos dies fieret, ita ſi præter ſpem diu hæc declaratio differatur, non cenſetur maritus vſuras iſtius temporis remittere voluiſſe, vt inter emptorem, & venditorem definitum eſt in dictis deciſionibus, & nos diximus *quæſt. præ-*
18 *ced. n.34.* † Proinde quod Martius ait idem eſſe dilationem certi, vel incerti temporis concedere accipiendum eſt in prima dilationis ſpecie, ideſt cum incerta dilatio continet tempus æſtimabile veluti in ſpecie *l. hereditatum. ad l. Falcidiam & l.2. §. qui ita ff. de eo quod cert. loc. l.84. & 137. §.3. ff. de verb. oblig.* aliud vero eſt, cum ſuſpenditur ſolutio, donec aliquid fiat, quod duobus, vel tribus diebus fieri poteſt, & quanto citius fieri veriſimiliter ſpectatur, vt dictum eſt.

19 Neque noſtræ ſententiæ obſtat, quod reſpondit Corn. *in d. conſ. vlt. lib.2.* quia in ſpecie, de qua Corneus conſultus reſpondit, actum eſt, vt dos in certa, quantitate promiſſa ſolueretur intra terminos declarandos arbitratu aliquorum, & licet electi non declaraſſent, quibus diebus dos conuenta ſolui deberet, nihilominus clare reſpondit vſuras dotis deberi ex æquitate, & citra vllam moram *arg. d. l. curabit.* quæ lex inquit, & ſimiles trahuntur ad noſtros terminos dotis promiſſæ per mulierem, & ſocerum: vnde licet per pactum adiectum in contractu de dote ſoluenda intra terminos declarandos per tertios videatur ceſſare mora debitoris, & conſequenter vſuras non deberi *l. lecta. §. ſed cum. ff. ſi cert. pet.* tamen non eſſe æquum, quod propter dotem maritus onera matrimonij ſemper ſuſtinuerit, & promiſſor dotis ſemper habuerit vſum pecuniæ promiſſæ: ideo videri ab eo tempore, quo iudicabitur æquum fuiſſe dotem ſolui, vſuras ſeu alimenta deberi, vel ſaltem poſt bien-
20 nium iuxta *d. §. præterea* † Addit deinde terminos ſolutionis in ea ſpecie remiſſos fuiſſe declarationi illorum virorum, vt in arbitrio boni viri, quia non eſt eis commiſſum per verba denotantia meram voluntatem: ideo cenſetur eis commiſſum, vt bonus vir arbitrabitur *l. ſi ſic. ff. de leg. 2. l. fideicommiſſa. §. quadam. de leg. 3. & l.3. C. de dot. promiſſ.* vnde perinde eſt, ac ſi dos promiſſa fuiſſet ſolui intra terminos conuenientes, & æquos arbitrio iudicis, vt diſſerit *eod. loc.* ſenſit ergo Corneus vſuras dotis deberi etiam nulla facta declaratione ab eo tempore, quo iudex inſpectis facultatibus arbitratus eſſet dotem ſolui oportere. Nam cum in hac ſpecie clare appareat mens ſoceri fuiſſe, vt non ſtatim dotem ſoluere cogeretur, ſed intra terminos, quos arbitri dixiſſent, conſequenter conſtat ſenſiſſe etiam contrahentes, ne ſtatim vſuræ dotis currerent, ſed ab eo tantum tempore, quo vir bonus, & prudens arbitratus fuiſſet dotem ſoluendam eſſe. Continet ergo hæc conuentio tempus æſtimabile arbitrio boni viri. Vnde rectiſſime reſpondit Corneus intra illam dilationem, quam ex tacita mente contrahentium vir bonus conceſſiſſet, vſuras non deberi, illas tamen ab eo tempore etiam nulla facta declaratione currere. Quod noſtræ quæſtioni nihil nocet, in qua quæritur de dotis quantitate arbitrio tertij commiſſa, non de terminis ſolutionis arbitrio boni viri declarandis, quod ex rerum natura tempus aliquod conſiderabile continet, vt dixi. Et licet in verſ. *Nec obſtat, quod dicunt*, quem Medices pro ſua ſententia affert, Corneus admittere videatur, tempus ad ſoluendum conceſſum ex tacita, vel expreſſa voluntate partium immune eſſe ab vſuris, id tamen quod ait de tempore conceſſo ex tacita mente contrahentium, intelligit tantum de eo tempore, intra quod vir bonus arbitratus fuiſſet dotem ſolui oportere, non autem de toto illo tempore, quo declaratio facta non fuit, vnde ſubiicit eodem loco non propterea ceſſare æquitatem, ex qua debentur huiuſmodi alimenta dotis etiam citra moram, quæ potius fauent noſtræ ſententiæ, pro qua Corneus *in d. conſ. vlt. n.7.* citatur à Mario Giurba *in d. dec.72. n.2.*

Vt etiam nihil obſtat dec. Ludouiſ. 573. quæ eſt *inter recen-* 21
tiſſ. dec.406. par.1. qua maximè Martius nititur, quia ibi refertur tantum Auditores hac in re non conueniſſe, nimirum quibuſdam exiſtimantibus datam cenſeri dilationem, donec æſtimatio fieret, & proinde ea pendente vſuras non deberi *ex d. l. lecta. §. ſed cum ſortis.* & Surd. *in d. q.32. n.50.* aliis contrà ſentientibus vſuras deberi ob moram irregularem, in qua conſtituitur debitor dotis ex eo, quod vir ſuſtinet onera matrimonij *ex gloſ. in d. l. de diuiſione.* Bart. Alex. Socin. *ff. ſolut. matrimon.* & Iaſon. *in l. ſi donaturus. §. 1. numer. 16. ff. de condict. ob cauſ.* vnde hæc deciſio potius fauet noſtræ ſenten-
tiæ. 22

Denique mihi mouere debet, quod reſpondit Caſtrenſ. *in d. conſ.11. n.4. verſ. ſed in caſu noſtro.* vbi ait non ſecuta declaratione vſuras non deberi, quia ſubtili potius, quàm vero fundamento mouetur: Ait enim maritum potuiſſe adire iudicem, & petere, vt ille, cuius arbitrio declaratio commiſſa fuit, adſtringeretur ad declarandum, & proinde hoc non petendo, vel petere negligendo videri tacitè conſenſiſſe, vt promiſſor dotis eo maiorem dilationem haberet, quo diutius ille neglexit petere *arg. l. hoſtibus. § ſed quod in fin. ff. ex quib. cauſ. maior.* conſentiendo enim, vt non incipiat terminus ſolutionis, videri conſenſiſſe, quod non finiat, vt loquitur, & conſequenter promiſſorem dotis non eſſe in mora, qui hoc caſu diſtulit ſoluere non dolo, vel culpa ſua, ſed ex voluntate mariti, qui conſenſit in dilatione, & termino, vt *d. §. ſed cum ſortis.* Hæc ferè Caſtrenſis pro ſua ſententia, quæ tamen nihil mouere debent, vt dixi. Primò quia facilè diluuntur ex illa duplici ſpecie dilationis, quam ſupra poſui *n.19.* Nam verius eſt maritum in hoc dilationis genere non cenſeri vſus, & alimenta remittere voluiſſe, exemplo venditoris, qui rem vendidit, quanti Titius arbitratus fuerit, quem non ideo minus pretij vſuras conſequi poſſe tertio cenſuit Rota, vt conſtat ex tribus illis deciſionibus, quas ſupra recenſui, *& quæſt. præced. n.34.* Neque enim facilè præſumendum eſt quempiam de iure ſuo decedere voluiſſe *d. l. cum indebito. & l. mater. ff. de inoff.* & multis relatis Maſcard. *de probat. concl.1269. num.1.8.* & in re fere ſimili Rot. *in*
dict. dec.424. n.1. † Secundo quia exhibitio vxoris, & ſuſten- 23
tatio onerum, quod attinet ad vſuras, habet vim interpellationis, eo enim ipſo, quod vir vxorem alit, & alia onera matrimonij ſuſtinet, cenſetur re ipſa, & facto ipſo admonere ſui officij debitorem dotis, vt viciſſim ipſe ſoluat quod debet, vt ſenſit Bart. *in d. l.5. n.1. & 5. ſolut. matrim.* & aliis auctoribus citatis Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.12. tit.5. n.17.* & nouiſſime Rot. apud Buratt. *in dec.287. n.6.* & ipſe Caſtrenſ. *in d. conſ.11. n.4. & in l. iubemus §. ſanè. n.4. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ.* vnde cùm vir vxorem exhibendo videatur admonere ſocerum, vt ſoluat dotem, cenſetur etiam interpellare, vt curet illam quanto citius declarari, quoniam qui vult ſecundum, intelligitur etiam velle primum, per quod ad ſecundum peruenitur, vt ipſe Caſtrenſis ait *loc. cit.*
† Denique quia in his terminis declaratio dotis arbitrio 24
Titij ex voluntate contrahentium commiſſa eſt, vnde ſi partes id negligant, non magis vni quàm alteri negligentia obiici poteſt *l.10. in princ. ff. de compenſ.* quæ ait negligentiam negligentia compenſari. Quare cùm par ſit cauſa vtriuſque in negligendo, melior eſt conditio viri onera ſuſtinentis, ne ſit in damno, & ne debitor dotis ex aliena iactura lucrum ſentiat, quod ius non patitur *d. l. nam hoc. ff. de cond. indeb.* & ipſe Matt. Med *in d. exam.7. n.40. & 41.* Ex quibus ſentio in terminis propoſitæ quæſtionis vſuras dotis admittendas eſſe ſecundùm Herculani, & aliorum ſententiã.

Nunc opportunè quæro, ſi dos ſine certa quantitate 25
promiſſa ſit, neque alterius arbitrio commiſſa, & vir interim vxorem alat, an à die quo vxorem exhibet, vſuras dotis petere poſſit. Et hoc caſu plurimùm intereſt, an mulier, vel extraneus dotem promiſerit, an pater. Nã ſi mulier promittat dotẽ, vel extraneus pro ea nulla certa re, vel quãtitate expreſſa inutilis eſt promiſſio *l.1. C. de dot. promiſſ.* quia poteſt promiſſor dando obolum, vel globam ſe liberare; ſi verò pater eſt, qui dotem promittit, videtur certam promiſiſſe, quia paternæ promiſſioni ſemper intelligitur ineſſe arbitrium boni viri, cuius officium eſt dotare filiam pro modo facultatum,

facultatum, & pro dignitate familiæ *l.cum poſt 69.§.gener.ff. de iur. dot.* Nam pater debet dotem filiæ ſicut æs alienum *l.qui liberos.C.de rit.nupt.l.vlt.C.de dot.promiſſ.* Ita Duaren.*diſp. lib.1.cap.56.*& Cuiac.*ad d.tit. C.de dot. promiſſ.& in d.§.gener. ad Papin.* vbi notat id omnes Græcos dixiſſe.

26 Sanè recepta eſt noſtrorum auctorum ſententia nulla ſpecie, vel quantitate expreſſa promiſſionem dotis in omnibus perſonis valere, & ex ea actionem dari, vt teſtatur Cardin.Mantic.*de tac.& ambig.conuent.lib.12.tit.17. n.15.* & diſtinctionem illam inter ſocerum, & extraneum poſt alios reiicit Anton.Guibert. *lib.de dotib. cap.4. n.3.* quia inquit ex facultatibus promittentis, & dignitate mariti dos conſtituenda eſt. Neque obſtare *d.l.1. C.de dot.promiſſ.* quia ſecundùm antiquos, & emendatos Codices mulier ibi dotem ſolummodo dicere promiſerat, id eſt ſolemniter conſtituere, vt veteribus mos fuit, vt conſtat *ex l.3. C. de inceſt. nupt.* & ex Vlpian.*tit.de dot.*

Ex contrario promiſſionem dotis ſine certa ſpecie, vel certa quantitate in omnibus perſonis inutilem eſſe ſenſit doctiſſimus Anton.Faber *def.2.C.de dot.promiſſ.* Ait enim dotis promiſſionem incertam valere non poſſe etiamſi à patre facta ſit: nec hac in parte, ſi viris rationem potius, quàm interpretũ traditiones inſpicias, quicquam referre, an à patre, vel ab extraneo, & ipſa muliere dos promiſſa ſit, & eſſe perpetuò verum promiſſionem incertam non valere, nec fauorem dotis contrarium ius vllo modo elicere poſſe, tametſi verum ſit patrem congruam dotem filiæ dare teneri *ex l. vlt.hoc tit.*

27 Sed magis placet diſtinctionem illam ſequi, quæ probatur apertiſſime *ex d.l.1.* ex qua conſtat, ſi mulier ſine certa quantitate dotem promiſerit, nullam actionem competere: & *ex d.§ gener.* in quo maritus à ſocero dotem non demonſtrata re, vel quantitate ſtipulatus fuerat: & Papinianus reſpondit arbitrio quoque detracto, id eſt licet non ſit additum promiſſioni dotis arbitratu ſoceri ſtipulationem valere. Quæ non alia ratione conciliari poſſunt. Neque verum eſt, quod Guibertus ait in ſpecie *d. l.1.* mulierem dotem dicere promiſiſſe, non autem dare, quia mulier dicendo dotem obligabatur, vt clare indicat Vlpian *in d.tit de dot.* & notat Cuiac.*ad d.tit.de dot.promiſſ in fin.* Denique pro noſtra diſtinctione ſtat auctoritas Harmenop.*lib.4 tit.8.* vbi congruenter noſtræ ſententiæ ita ſcribit: *Si ſpoponderit mulier dotem dare non adiecta quantitate, aut re certa expreſſa, quæ in dotem detur, inutilis eſt huiuſmodi dotis promiſſio, vtpote cùm poſſit mulier vel viliſſimum quippiam dotis nomine exhibere. Alia cauſa eſt patris dotem pro filia pollicentis, quia etſi quantitatem non præfinierit, rata tamen, & valida eſt promiſſio. Hoc enim cùm dicit pater, non ſe quantamlibet dotem, ſed quæ facultatibus par ſit, daturum indicat.* Ita Harmenop. cui magis hac in re, quàm communi ſententiæ deferendum eſſe puto.

28 Hac igitur diſtinctione retenta, ſi quærimus, an cùm dos incerta promiſſa eſt, eius vſuræ, vel fructus marito debeantur, qui onera matrimonij ſuſtinuit, plurimùm intereſt, an mulier dotem promiſerit, vel extraneus pro ea, an verũ pater. Nam ſi mulier, vel extraneus, puto vſuras dotis non deberi, cùm hoc caſu neque dos debeatur *d.l.1. C. de dot. promiſſ* Harmenop. Duaren.& Cuiac. *loc.cit.* & Cardin.Mantic. *d.tit.n.13. in fin.* ſi verò pater eſt, qui dotem incertam promiſerit, cum intelligatur eam pro modo patrimonij ſui, & dignitate generi promiſiſſe, puto generum vſuras conſequi poſſe ab eo die, quo vxorem exhibuit, tametſi aliud ſentiat Cardin.*loc.cit.* ſed mea ſententia æquior eſt, & congruentior actioni dotis, quæ vt ait *l 8.ff.de cap.min. in bonum, & æquum concepta eſt*, & probatur ex his quæ dixi *n.13.& 15.* & ne ſocer, qui filiam alere tenebatur locupletetur cum aliena iactura, quod ius non patitur *l.iure natur.ff.de reg.iur.*

29 Hic verũ intercidit quæſtio, an cùm mobilia promittuntur in dotem, vt ſunt gemmæ, veſtes, ſuppellectilia, oues, boues, & alia huiuſmodi, an ex illis vſuræ marito debeantur poſt moram. In qua re plurimùm intereſt, an hæc æſtimata, vel inæſtimata data ſint. Nam ſi æſtimata ſunt, ex eis vſuræ poſt moram debentur, non minùs quàm ſi dos in pecunia promiſſa fuiſſet, ſi verò inæſtimata data ſint refert, an ſint fructibus, vt ſunt oues, & aliæ res ſimiles, vel infructiferæ, vt ſunt gemmæ, vaſa aurea, vel argentea, & id genus. Nam primi generis id eſt earum, quæ fructus referunt, non à die moræ, ſed litis conteſtatæ fructus debentur marito, qui onera ſuſtinet, & vxorem alit. Alterius verò generis id eſt earum quæ infructiferæ ſunt, neque vſuras, neque fructus vir conſequitur, neque poſt moram, neque poſt litem conteſtatam. Ita Borgnin. *in d.dec.22.n.39. & 40.* qui ita intelligit *d.§.præterea.*

Sed huius auctoris traditionem improbarunt Giurb. *in d.dec.72. num.13. & 14.* & rurſus ad conſuet.Meſſan. *cap.3. gloſ.5 par.1. n.18.* & poſt Giurbam Franſc. Ferrer. *ad conſtit. ſolut.matrim.par.3.declar.10.n.14.*& Fontan.*loc.cit.n.12.& 13.* 30
Primò quia vſuræ dotis non ſolutæ debentur marito propter onera matrimonij *c.ſalubriter.de vſur.l.7.& 69.§.in domũ. ff.de iur.dot.*& proinde nihil refert, an res ſit ſterilis, vel fructus ferat. Deinde quia in *d. §. præterea.* non ſeparantur res fructiferæ ab infructiferis, ſed promiſcuè omnium vſuras marito deberi hoc loco deciditur, vt latius vterque auctor proſecutus eſt, & præſertim Giurba, qui verba hæc *ex d.§.* ſubiicit. *Sin autem aliæ res præter immobiles vel aurum fuerint in dotem datæ ſiue in argento, ſiue in muliebribus ornamentis, ſiue in aliis quibuſcunque, &c.* Quamobrem mirum eſſe videtur auctores iſtos à Caualcano diſcedere, & hunc, & illos ſuam ſententiam *ex d. §. præterea*, confirmare. † Sed mihi videtur 31
Caualcanus tametſi non perfectè rem explicauerit, proprius & verius ſenſum huius loci attigiſſe. Neque enim verum eſt Iuſtinianum res ſteriles, & fructiferas eodem loco habuiſſe, vſuras ex eis ſimpliciter deberi conſtituiſſe, vt Fontanella, & Giurba opinati ſunt. Etenim certum eſt, & verba legis id ſatis indicant, quæ auctores hi habebant ante oculos, Iuſtinianum, quod attinet ad res mobiles in dotem promiſſas, neque traditas, diſtinguere an æſtimatæ fuerint vel non excepto auro. Ait enim: *Sin autem aliæ res præter immobiles, vel aurum fuerint in dotem datæ: ſiquidem, æſtimatæ fuerint ſimili modo poſt biennium, & earum vſuras currere. Sin autem res mobiles minimè fuerint æſtimatæ, ea poſt biennium obſeruari, quæ leges poſt litem conteſtatam pro omnibus huiuſmodi rebus definiunt.* Non ergo ſimpliciter Iuſtinianus ſanxit harum rerum vſuras poſt biennium admittendas eſſe, ſed ita demum ſi æſtimatæ ſint, vt rectè notat Caualcan. *loc. cit.* & Cuiac. *in d. §. præterea.* excepto, vt dixi *numero 17.* † Et licet æqualiter de iis 32
rebus conſtitutum ſit, poſt biennium veniant ea, quæ leges poſt litem conteſtatam pro omnibus huiuſmodi rebus definiunt, nulla tamen lex eſt, quæ definiat pro huiuſmodi rebus inæſtimatis poſt litem conteſtatam vſuras currere. Vſuræ enim ex quantitatibus debentur, non autem ex iis rebus quæ certa ſpecie, & certo corpore continentur, vt conſtat *ex l. 3. in fin. ff. de vſur. l. 3. §. 1. ff. qui pot. in pign. habeant. & gloſ. in l. pro auro 25. Cod. de vſur.* Salic. *in l. 2. Cod. depoſ.* & docet idem Cuiac. *in d. l. 3. in fin. ad Papin.* & Ioann. Borcholt. *lib. de vſur. cap. 1. num. 27. & 28.* & diximus *quæſt. 1. num.5.* ex quo ſequitur immeritò Caualcanum à duobus illis auctoribus hac in re reprehenſum fuiſſe, & falſum eſſe, quod docent, & pro explorato habent pro gemmis, & muliebribus ornamentis vſuras dotales deberi, non minùs quàm ſi quis diceret ex domo, vel agro in dotem promiſſo maritum vſuras petere poſſe, tametſi aliud; cùm huiuſmodi res æſtimatæ ſunt, tunc enim quantitas interuenit, cui vſuræ accedere poſſunt, vt hic clarè ſancitum eſt illis verbis; *ſiquidem æſtimata fuerint, ſimili modo poſt biennium earum vſuras currere, & in l. hac edictali. §. his illud. Cod. de ſec. nupt.* Et ſane ſi mens Iuſtiniani fuiſſet, vt harum rerum ſiue æſtimatæ, ſiue inæſtimatæ fuiſſent vſuræ currerent, ſatis erat dicere, vt earum vſuræ præſtarentur nulla æſtimationis facta mentione. † Et 33
fruſtra eſſet additum, *Sin autem res mobiles minimè fuerint æſtimatæ*, venire ea, quæ in huiuſmodi rebus poſt litem conteſtatam ex iure communi præſtanda ſunt, fructus ſcilicet, & omnis vtilitas rei, quæ modo circa rem ipſam conſiſtit,

non vſuræ, vt explicat Cuiac. *in d. §. prateteà.* & nos diximus *n.12. ex l. videamus. §. ſi actionem. ff. de vſur. & l.8. de re iudic.* quod etiam conſtat *ex l. prateteà 20 ff. de rei vendic. l. cum fundus. 31. ff. ſi cert. pet.* & aliis Proinde ex rebus mobilibus inæſtimatis ita demum poſt moram fructus deberi dicendum eſt, ſi ex iis ſint, qui fructus ferunt, vt ſunt oues, & ſimiles *l.8. de vſur.* Neque enim fructus debentur, niſi ſint *l. 1. in fin. de cond. & dem.* Neque mouet, quod vterque ait ex rebus mobilibus non fructiferis fructus percipi poſſe per reſolutionem, & nouam implicationem in bonis immobilibus quæ fructus ferunt ex Polyd, Rip. *obſ. 72. n.4.* qui ſi hoc admitteremus, ſiquidem res omnes vendi, & ex eorum pretio res fructiferæ poſſunt comparari, ſequeretur ex omnibus rebus vſuras & fructus peti poſſe, quod abſurdum eſt, quia vſura eſt acceſſio ſortis, & quantitatis non rerum, quæ certo corpore conſiſtunt, vt ſunt gemmæ, vniones, veſtes, agri, domus, & his ſimilia. Quod adeo verum eſt, vt non ſine rubore huiuſmodi rerum vſuras deſiderari dicat Papinian. *in d. l.3. in fin. ff. de vſur.* Quod etiam innuit *l.1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* ex qua conſtat in ponenda ratione eius quod intereſt non eſſe habendam rationem extranei, & procul petiti lucri, vt ibi quibuſdam exemplis Cuiacius docet.

34 Denique nihil mouere debet exemplum emptoris, & venditoris, quo vterque mouetur. Etenim facile retorqueri poteſt. Conſtat enim, ſi res vendita ſterilis ſit, & nullos fructus ferat, vſuras pretij non deberi, vt aduerſus Baldum dixi *proxima præced. q. n. 35. & 36.* & docet Cagnol *in d. l. curabit. C. de act. empt. n.26. & 29* concludens hoc caſu ceſſare æquitatem huius conſtitutioni. Quod etiam docet Couarr, *variar. lib. 3. cap. 4. n.3.* & aliis auctoribus citatis Roderic. *d. q.7. n.84.* & Beltramin. ad Luduuiſ. *in dec. 297. n.11.* & ſatis colligitur *ex d. l. curabit*, illis verbis, *quas fructuum perceptorum ratio generauit*, vnde quemadmodum ſi res vendita nullos referat fructus, vſuræ non exiguntur, ita etiam ſi res ſteriles, & infructiferæ in dotem datæ ſint, vt ſunt gemmæ, & muliebria ornamenta, & ſimilia, dicendum eſt vſuras admittendas non eſſe.

35 Et licet deinde comperetim doctrinam Giurbæ, referri *in dec. 287 in fin. apud Buratt.* eamque probare Ferentill. *in notis ad eund.* non putaui tamen mutandam eſſe ſententiam, quia ibi opinio Giurbæ refertur tantum, non exequitur, vel confirmatur Et deinde quia ex ea multo magis noſtra probatur ſententia. Etenim in facti ſpecie de qua coram Rota, diſceptatum eſt, pater promiſerat dotem genero in pecunia, cum facultate tamen eam ſoluendi in tot domibus, gemmis, & ſuppellectibus arbitrio debitoris. Quare cum quantitas pecuniæ eſſet in obligatione, domus vero iocalia, & mobilia in facultate ſoluendi *l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. 57 ff. de ſolut.* & debitor eſſet in mora, tum ex lapſu diei, quæ interpellat pro homine *l. magnam. C. de contr. ſtipul.* tum ex exhibitione vxoris, quæ vim interpellationis habet, vt dixi, & præſertim ex Mantica *d. tit. 5. n.17. in fin.* conſequens eſt promiſſorem dotis amiſiſſe facultatem ſoluendi in ſpeciebus, vt tradunt Bart. & Caſtrenſ. *in d. l.57.* & Anton. Fab. *de var. debitor ſolut. cap. 8 verſ. ex quo apparet.* vbi ait non poſſe debitorem amplius in ſpeciebus ſoluere, niſi iterum creditor conſentiat. Proinde cum in illa facti ſpecie dos eſſet in pecunia conſtituta, & non niſi in pecunia numerata ſolui poſſet, rectè cenſuit Rota vſuras poſt moram deberi, quod potius fauet noſtræ ſententiæ. Etenim inutile prorſus erat quærere, an in ea ſpecie dos in pecunia numerata conſiſteret, ſi verum eſſet, etiam cum dos in mobilibus inæſtimatis promiſſa eſt, vſuras præſtandas eſſe. Congruentius ergo principiis iuris Caualcan. *loc. cit.* ſenſit horum iocalium, & veſtium,
36 & ſimilium rerum vſuras non deberi etiam poſt moram. †
Qui tamen eodem loco egregiè fallitur, dum ait rerum mobilium, quæ fructus ferunt, & minimè æſtimatæ ſunt, non à die moræ fructus deberi, ſed à die litis conteſtatæ, & ita dicere textum *in d. §. prateteà, §. ſin autem minime. &c.* quia Iuſtinianus hoc loco conſtituit tantum pro huiuſmodi rebus poſt lapſum biennij præſtanda eſſe, quæ leges poſt litẽ conteſtatam præſtanda definiunt, & non ait non niſi poſt litis conteſtationem harum rerum fructus marito deberi, vnde igitur eſt vt debitor ſit in mora, vel per interpellationem, vel per lapſum biennij, ſeu re ipſa, vt hic apertiſſime definitum eſt tametſi mora, quæ per lapſum biennij contrahitur ex conſtitutione Iuſtiniani, habeat vim litis conteſtatæ, vt docet Barboſ. *in d. l.5. n.40.* Et licet deinde comperetim Giurbæ aſſentiri Cyriacum *cont. 30. n.12.* eius tamen ſola auctoritate nititur, neque legem, vel rationem adſert, vnde ab his, quæ diximus, recedere debeamus.

Sane duobus caſibus Giurbæ, & Fontanellæ ſententiam 37
admitterem, & in primis cum tota dos, vel maior pars in mobilibus inæſtimatis promiſſa eſt, vt illis diſtractis pecunia in emptionem redituum, vel prædiorum, vel mercium, vel in ſolutionem æris alieni conuerteretur. Hoc enim caſu puto moram debitoris impunitam eſſe non oportere, ſiue illud expreſſe actum eſt, ſiue id tacite actum intelligatur. Quod iudex ex quantitate dotis, & ex aliis circunſtantiis rerum, & perſonarum arbitrabitur. Nam quod dicitur vſuras ſpecierum non venire, accipiendum eſt, niſi per creditorem ſpecies in pecuniam redigendæ ſint, vt egregie reſpondit Papin. *in d. l.3. in fin. ff. de vſur.* his verbis: *ſi auro, & argento facto per fideicommiſſum relicto mora interuenerit, an vſurarum æſtimatio facienda ſit tractari ſolet. Plane ſi materiam iſtam ideo relinquit, vt ea diſtracta, pecuniaque refecta, fideicommiſſa ſoluerentur, aut alimenta præſtarentur, non oportere fruſtrationem impunitam eſſe reſpondere oportet Quod ſi forte ideo relinquit, vt his vaſis vteretur, non ſine rubore deſiderabuntur vſuræ: ideoque non exigentur.* Quæ multo magis in dote recipienda ſunt, cuius ſcilicet cauſa ſemper præcipua eſſe debet, vt ait *l.1 ff. ſolut. matrim.*

Alius caſus eſt, in quo vſuras admitterem, cum ſcilicet 38
maritus, cui gemmæ, monilia, & alia ornamenta mulierum in dotem promiſſa ſunt, cogitur illa vxori ex pecuniis fœnore ſumptis comparare. Hoc enim caſu licet hæc in dotem promiſſa ſint, vt illis mulier vteretur, vſuras præſtandas eſſe puto, non tantum ex eo quod vir onera matrimonij ſuſtineat, ſed quia pecuniam mutuatus eſt ſub vſuris, vt hæc vxori compararet, vt in actione ex empto definitum eſt *in l. 47. ff de vſur.* Idemque dicendum puto ſi maritus, vt hæc pararet, lucrum amiſit, quod ex ea pecunia facere potuit, & non fecit aduerſarij culpa *arg. l.3. in fin. de eo quod cert. loc. & l. ſi commiſſa 13. ff rem rat. hab.* cum enim maritus creditor ſit eius pecuniæ, quam in iſtis ornamentis, & gemmis bona fide pro alio, & veluti eius negotium gerens impendit *l.25. ff. de neg. geſt.* conſequens eſt huic quantitati, quatenus intereſt, vſuras accedere debere *l.19. §. non tantum. ff. eod. & l.12. § ſi mihi. ff. mandat.* quæ ait æquiſſimum eſſe huius rei rationem haberi.

Porro ob eandem rationem, id eſt, propter onera matri- 39
monij receptum eſt maritum, qui ſuſtinet onera matrimonij fructus pignorum ſuos facere, neque teneri eos ſorti imputare. Ita enim ſancitum eſt ab Innocentio III. *in c. ſalubriter. de vſur.* poſt quem ita fatentur omnes tum Theologi, tum Iuriſconſulti, & qui nunc eſt inſtar omnium Cuiac. *in c.1. de feud. & in l.42. §. vſuras. ff ſolut. matrim.* vbi ait, etſi iure Pontificio improbetur Antichreſis, quia vicem vſurarum obtinet *c.1. & c. conqueſtus. extra. de vſur.* tamen eo iure ea conuentio approbatur, ſi dotis promiſſæ nomine marito detur pignus ea lege, id eſt in antichreſin. Et hæc frequens, & celebris exceptio eſt eius, quod dicimus fructus pignoris veluti ex re aliena perceptos minuere ſortem, vt notat Petr. Gregor. *de vſur. lib. 2. cap. 9. n.1.* & nos aliis auctoribus relatis diximus *q.11 n.1. & ſeqq.* & tractat Cardin. *de tac. & ambig. conuent. lib. 11. q.8.* † Quod receptum eſt, ſiue expreſſe actum ſit, ne vir 40
fructus pignorum ſorti imputare teneatur, ſiue ſimpliciter res pignori data ſit, dum dos non ſoluitur. Neque enim id conſtitutio Pontificis exigit, vt notant Valaſc. *conſult. 8. n.8.* Roderic. *de ann. redit. lib. 3. q.7. num. 36.* & Fontan. *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. p.15. n.2.* & multis probat Salas *de vſur. dub. 29. n.9.* Mihi vero ratio eſſe videtur, quia promiſſio dotis ex ſua natura tacitam quandam obligationem continet alendi mulierem, & ſubeundi onera matrimonij, quandiu dos non ſoluitur *l.60. §. ſi inter. ff. mand.* illis verbis, *vel tacito intellectu* Et proinde cenſetur debitor dotis tradendo pignus conſenſiſſe, vt vir ex fructibus pignorum vxorem alat, & reliqua onera matrimonij expediat, donec dos reddatur. Quod probatur etiam *ex l.8. ff in quib. cauſ. pign. tac. contr.* quæ eſt de Antichreſi

tacita

tacita, vt videtur Cuiac. *in obſer. lib. 8 cap. 16.* & Anton. Fabr. *de errorib. pragm. decad. 9. cap. 5.* ex qua quidem olim creditoribus licuit ex fructibus pignoris vſuras retinere. Quæ licet hodie abrogata ſit eo iure, quo omnis omnino vſura interdicta eſt, retineri tamen poteſt in vſuris dotalibus, quæ non ſunt prohibitæ propter onera matrimonij.

41 His conſequenter quærendum eſt, an valeat conuentio inter maritum, & promiſſorem doris de certa annua quantitate præſtanda, dum differtur dotis ſolutio. Et quamuis quidam conuentionem hanc illicitam, & vſurariam eſſe contendant apud Conſtantium Rogerium *de dot. q. 16.* & Couarr. *variar. lib. 3. cap. 1. n. 3.* idque probent Valaſc. *loc. cit. n. 5.* Gratian. *diſcept. 848. n. 23.* & Præſes Bellon. *in conſ. 64. num. 2. & 3.* verius tamen eſt pactionem hanc iure non improbari, & eſſe legitimam. Quod iure ciuili certiſſimum eſt ex *l. 1. C. de dot. promiſſ. l. 4. in fin. & l. ſi pater. 12. §. 1. ff. de pact. dot. l. in inſulam. §. vſuras. ff. ſolut. matrim. & l. ſi quis. 21. §. vlt. de donat. inter vir. & vxor.* vbi Vlpianus ait, *Si vxor viro dotem promiſerit, & dotis vſuras, ſine dubio dicendum eſt peti vſuras poſſe, quia non eſt iſta donatio, cum pro oneribus matrimonij petantur.* Et proinde hoc conuentionis genus Paulus in *d. l. 12. §. 1.* inter illa pacta nominatim recenſet, quæ ad voluntatem pertinent, non ad ius publicum, ideoque valida ſunt, & inter iuriſperitos probant Bart. & Alex. *in d. §. vſuras.* Bald. Nouell. *in lib. de dot. par. 7. prin. 3.* idem Couarr. *loc. cit.* Cagnol. *in l. curabit. n. 43. C. de act. empt.* & alij quidam, quos refert Ioann. Bapt. Lup. *de vſur. comment. 1. §. 4. num. 14.* ſecundum impreſſionem Venetam in tractatib. Chaſſan. *ad conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 43. num. 10.* Cuiac. *in d. l. 12 de pact. dotal.* Surd. *de alim. tit. 1. quæſt. 42. n. 13.* Roderic. *de ann. redit. lib. 3. quæſt 8. num. 43.* Molin. *de primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 5. num. 6.* Fachin. *controuerſ. lib. 2. cap. 32. in fin.* Vgolin. *de vſur. cap. 3. §. 4. num. 1. & verſ. quid igitur.* idem Gratian *cap. 143. num. 10.* vbi fatetur hanc ſententiam veriorem eſſe, Iacob. Cancer. *var. reſ. p. 3. cap. 7. num. 58.* Molin. *de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 19. num. 6. & ſeq.* & Fontanell *d. gloſ. 7. par 15. num. 19. & 20 fol. 219.* vbi pro hac ſententia multas ſupremarum curiarum deciſiones, vt illius mos eſt, laborioſe congeſſit, ex quibus conſtat hanc ſententiam in foro, & praxi receptiſſimam eſſe. Theologi etiam, qui quantum poſſunt, vſuris aduerſantur, hoc genus conuentionis frequentius approbarunt, vt Molin. *diſp. 321. num. 8. & 17.* Rebell. *de oblig. inſtit. par. 2. lib. 5. quæſt. 20. num 14. & 15. & lib. 8. quæſt. 12. num. 2. & 7.* Reginald. *lib. 25. cap. 11. num. 224.* Azor. *inſtit. mor. par. 3. lib. 7. cap. 9.* & alij quidam apud Salas *loc. cit. num. 8.* Alphonſ. Reg. *caſ. 16. num. 7.* qui ait id vſu omnium tribunalium & iudicum confirmari & Bonac. *diſp. 3. q. 3. punct. 9. n. 3.* Quis ergo audeat aduerſus tot auctorum aciem velitari?

42 Et licet conſtitutio Pontificis in *d. cap. ſalubriter.* de fructibus loquatur, nihil tamen intereſt, an maritus fructus pignorum ex pacto percipiat, vel nullo accepto pignore reditum annuum ſtipuletur, donec pecunia debita ſoluatur. Vt enim fructus pignorum dotem non extenuant, ita nec quantitatem illam annuam dotem minuere dicendum eſt, vt recte ſentiunt citati auctores, & Trentacinq. *variar. reſol. lib. 3. tit. de iur. dot. cap. 6 num. 1.* Felician *de cenſib. lib. 2. cap. 5. numer. 21.* Auendan. *de cenſib. Hiſpan. cap. 10. numer. 10.* & Vgolin. *de vſur. cap. 3. §. 4. numer. 5.* Quam ſententiam ego confirmo ex *d. l. vlt. §. præterea. C. de iur. dot.* ex quo loco manifeſte conſtat validam eſſe promiſſionem annui reditus, donec res in dotem datæ reddantur quamuis enim conſtitutio videatur loqui de reditu principaliter conſtituto, & in dotem dato, tamen accipienda eſt etiam de reditu promiſſo, dum differtur traditio dotis, vt indicant verba illa, *etiamſi non fuerint adhuc res principales traditæ,* quæ ſatè oſtendunt reditum hic in conſequentiam fuiſſe promiſſum, tametſi quod attinet ad ius ciuile, ſuperfluum eſt id quærere, cum eo iure cuique liceat vſuras ſtipulari intrà legitimum modum, vt multis locis dictum eſt.

Nec facit negotium, quod quidam dicunt Pontificem *in d. cap. ſalubriter.* id in fructibus conſtituiſſe, qui incerti ſunt, & tempeſtatibus obnoxij, & à fortuna pendent. Nam cum fructus etiam cum adhuc pendent, & multis caſibus ſubijciuntur, vendi poſſint certo, & determinato pretio *l. fiſtulas §. frumenta. ff. de contrah. empt.* nulla eſt ratio, cur ſicut gener paciſci licite poteſt de fructibus illis percipiendis, non poſſit etiam de certa annua quantitate conuenire, quæ pretium illud æquet. Nam, & fundum illum locare poteſt pro certa mercede. Quare cũ maritus propter matrimonij onera, quæ ſuſtinet licitè capiat fructus pignorum, nihil proponitur, cur non poſſit iuſte ſtipulari quantitatem annuam, quæ his oneribus ſufficiat: & ita reſpondent tum alij multi, tum Molina *in d. diſp. 321. num. 17.* vbi ait merito contrariam ſententiam communiter improbari: & nouiſſime Fagund. *de iuſt. & iur. lib 5. cap. 10. n. 17.*

Neque etiam conturbari debemos, quod in hac ſpecie fœnus contrahi videatur, vt quidam dicunt. Nam quamuis pro dilatione aliquid accipere vſura ſit *l. lecta. ff. de reb. cred. l. qui Romæ in princ ff. de verb. oblig.* id tamen accipiendum eſt, cum ex ſolo tempore tardæ ſolutionis creditor aliquid ſtipulatur vltra ſortem *l. 9. de vſur & l. quæro. ff. locat.* & dixi *q. 1. n. 29.* Sed hæc annua quantitas non præſtatur ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, neque eſt præmium dilationis, ſed penditur pro oneribus matrimonij, quæ vir interim ſuſtinet & ſine dote ſubire non cogitur, vt aliis citatis tradit Mynſing. *obſer. 64. n. 3. cent. 1.* & dicam infra *n. 48.* & eſt compenſatio onerum, quibus ſe vir interim ſubijcit, cum non teneretur. Proinde nulla hic vſuræ prauitas eſt, neque intelligi poteſt. † Quoties enim aliquid præſtatur vltra ſortem non 43 propter mutui dationis officium, vel dilationem, ſed propter iuſtam cauſam, vel factum, ex quo reſultat contractus *facio, vt des*, id vſuram non eſſe receptum eſt ex Baldo *in l. 4. C. de ſumm. Trinit.* Corn *in d. conſ. vlt. n. . lib. 2.* Purpur. *in l. petens. n. 81. C. de pact.* & aliis, quos ſequitur Roderic. *lib. 3. q. 5. n. 52.* & in ſpecie docet Molin. *loc. cit. n. 9.* & Rebell. *de oblig. inſtit. lib. 5. q 10. n. 14. & 15.* & voluit dicere Auendan. *in d. c. 10. n. 7.* † Et licet in ſocero maior ratio videatur, qui vt tenetur filiæ dotem conſtituere *l. qui liberos ff. de rit. nupt. l. vlt. C. de dot. promiſſ.* Menoch. *lib 4 præſ 189. num. 6.* vbi ait hanc omnium eſſe ſententiam: ita & filiam alere tenetur *l. ſi quis. §. 1. ff. de lib. agnoſc.* vbi Vlpianus ait hoc ex æquitate, & charitate ſanguinis deſcendere & tradit Menoch. *eod. lib. 4. præſ. 191. num. 4.* & Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 1.* & proinde ſi maritus nondum ſoluta dote vxorem exhibet, negotium ſoceri agere videatur, qui propterea actione negotiorum geſtorum poteſt conueniri ex ſententia Baldi, & Alex. *in d. §. vſuras.* Ruin. *in conſ. 62. numer. 6. lib. 4* Fortun. Garz. *in lib. de vlt. fin. iur. num. 17.* & Surd. *in d. tit. 1. quæſt 42. n. 17.* idem tamen in extraneo promiſſore doris dicendum eſt, tum quia de natura intrinſeca dotis eſt, vt eius vſus inſeruiat oneribus matrimonij *l. ſi pater. 76. in fin. ff. de iur. dot.* illis verbis: *quia niſi oneribus matrimonij ſeruiat, dos illa nulla eſt.* & tradunt Duaren. *tit. de dot. & iur. dot. cap. 1.* Cuiac. *in d. l. cum poſt, §. 1. ff. de iur. dot. ad Papin.* Ioann. Zanger. *de except. par. 3. cap. 25. num. 70.* & Barboſ. *in 4. par. tit. n. 11. & 12 ff. ſolut. matrim.* & poſt has meas lucubrationes in lucem editas Ludouicus Bellus Auenion. *in conſ. 169. num. 4.* & proinde nihil refert à Patre, vel extraneo dos promiſſa ſit. † Deinde quia quicumque dotat mulierem, is 46 munus paternum ſuſcipit, & induit perſonam patris, eſt enim paternum munus dotare filiam *d. l. vlt. C. de dot. promiſſ.* Anton Guibert. *de dot. cap. 3. n. 7.* & Cuiac. *in d. l. vlt. C. de iur. dot.* & eleganter Seneca *ad Heluian. cap. 12.* referens factum populi Romani, qui filiabus Scipionis dotem dedit, quia nihil illis pater reliquerat, viros earum felices vocat, quibus Populus Romanus loco ſoceri fuiſſet. Proinde qui mulieri dotem promittit, non minus quam pater obligatus manet ad dotem, & ea, quæ ſequuntur dotem, vt expendit Sigiſm. Scacc. *de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 8. num. 176.* loco enim ſoceri eſt, vt ex Seneca dictum eſt. † Denique quia ſiue ab extraneo, ſiue à parte dos debeatur, maritus non tenetur ex ſuo, & ex ſua ſubſtantia vxorem alere, dum differtur ſolutio doris, vt ſentiunt Bald. Paul. de Caſtr. & Salic. *in d. l. quod in vxorem C. de negot. geſt.* Pontan. *de aliment. cap. 14 num. 7.* & auctores alij apud Rotam in recentiſſ. *dec. 519. numer. 3. par. 1.* quibus conſentit Thom. Sanchez 47

Q 2 de

de matrim. lib.9. diſp.5. num.2. vbi ait ita ſentire omnes, & rationem eſſe, quia dos quaſi in pretium datur, vt eius fructibus maritus onera ſuſtineat, l. pro oneribus. C. de iur. dot. & d.l.79. in fin. & ideo dote non ſoluta non tenetur mari-
48 rus hæc onera ſuſtinere, & vxorem alere. † Imo illam ex hac cauſa domo expellere poſſe iidem auctores ferè tradũt, & Petr.Gregor.Syntagm.iur. ciuil .lib.9.cap. 19.num.3.Anton. Faber.C.dot.promiſſ.defin.8.num.2. Phæbuc. de lucr.dot.gloſ.vlt. num.9. in fin. Ioann. Lupus, & Caniſ.in cap.per veſtras.de donat.inter vir.& vxor.vbi hæc ſententia probari videtur, & in l.vlt. C.ad Senat. C. Velleian. quæ nominatim loquitur de eo, qui ex liberalitate dotem pollicetur, quem conſtitutio iubet, ſiue maſculus, ſiue fœmina ſit omnimodo fidem adimplere hoc addito: *Neque enim ferendum eſt mulierem fieri indotatam, & ſic à viro forſitan repelli, & diſtrahi matrimonium.* His auctoribus conſentit Andr.Gail. lib.2. obſ. 87. numer.2.& 3. vbi ait maritum poſſe vxorem ex hac cauſa expellere, domumque parentibus, vel propinquis remittere adducens pro hac ſententia legem 9. ff. de condict. cauſ. dat. quæ ait maritum decipiendum non eſſe, neque cogendum vxorem indotatam habere. Nam inquit per manus traditur in pactis dotalibus, ſeu matrimonio neminem decipi oportere ex d.l.9. in fin. & l. de die. & l. ſi liberis. ff.de pact. dotal. Hinc apparere quam perniciosè peccent parentes, qui in tractatu matrimonij aureos montes pollicentur, nuptiis vero ſubſecutis, nihil aut parum præſtare volunt.Hinc eſſe quod huiuſmodi matrimonia plerunque ſint infauſta,atque funeſtos exitus habeant, horumque malorum auctores eſſe ſtolidos parentes in proprium ſanguinem de induſtria peccantes, & ſæuientes. Ex quibus, aliiſque rationibus, quas quiſque ſibi excogitat,receptum eſt definitionem d. cap. ſalubriter. etiam ad extraneum promiſſorem dotis pertinere. Ita enim ferè ſentiunt auctores citati, & alij ſane plurimi, quos recenſet Anton.de Amat,in d.reſol.43.in princ. & P.Fagund.cap.10.n.9. vbi notat Fortunium loc. cit. aliud ſentientem communiter reiici.

49 Sed quod dictum eſt poſſe maritum ex hac cauſa vxorem expellere, & parentibus vel propinquis remittere, duriſſimum eſt,& proinde aliud ſentiunt Couarr. in epit. de ſponſ. par.2.cap.7.n.2. Oſaſc.in d dec.132 n.18.Marc.Anton.Cucch. Inſtit.Maior.lib 5.tit.11.n.127.Baez de non melioran.filiab.circa dotem cap.32.n.21.Surd. de alim.tit.7.q.17.n.17. & alij plures, quos memorat, & ſequitur idem Sanchez in d.diſp. 5. n. 17. & nouiſſimè Fontan.clauſ.6.gloſ.2. par.3. n. 25. Auguſt. Barboſ.in d.cap.per veſtras in fin.& Mangil.de euict.q.75.n.20.quæ ſententia humanior eſt, & magis congruit naturæ matrimonij, ex quo monemur mulierem domi retinere,quam in-
50 diuiduam vitæ ſociam nobis coniunximus. † Denique quia dotem promiſſam non ſolui, nihil ad ius contubernij attinet, quod non ex dotis ſolutione oritur, ſed ex ipſo matrimonij contractu quod ſine dote conſiſtere poteſt l. nuptias. de reg. iur. l. vlt. C.de repud. & alia argumenta huius rei ſunt apud Surdum in d.quaſt.17.num.18.& 19.& Couarr. loc. cit. qui ſuam hac de re ſententiam his verbis profert: *Verum non ita libere his aſſentior, neque opinor poſſe maritum vxorem expellere, eo quod promiſſa dos minimè ſoluatur. Quid enim hoc ad ipſum ius cohabitandi attinet? lege quidem naturali,& diuina vir tenetur cohabitare cum vxore, cur ergo ab hac obligatione eximitur dote non ſoluta? ſi Chriſtus excepta fornicationis cauſa prohibuit vxorem dimitti; & tunc iudicio Eccleſiæ dirimenda vxor eſt: cur Doctores ita libere ob non ſolutam dotem maritis dimittere propria auctoritate vxores permittunt, quod lege diuina prohibitum eſt? vnde id verum eſſe opinor, maritum non poſſe dimittere vxorem etiam iudicis auctoritate ex eo quod dos ſoluta non ſit.* Ita ſummi ingenij vir Couarruuias, monens tamen iudices, vt curent dotem promiſſam viro tradi.

51 Neque mouere debet d.cap.per veſtras.quia ſummus Pontifex hic non definit ob non ſolutam dotem licere marito vxorem expellere:ſed expulſione ſuppoſita, vt indicant verba illa, *quod vxorem ſuam à ſe repulerat*, reſpondit ad id de quo conſulebatur de dotis cautione præſtanda, vel ad honeſtum lucrum alicui mercatori committenda: & proinde quod attinet ad expulſionem mulieris factum narrat, ius non conſtituit.Iuſtinianus etiam in d.l.vlt.C.ad S.C.Velleian. non conſtituit id marito licere, ſed tantum ait id forſan contingere poſſe, vt reſpondet Sanchez.loc.cit. num.18. neque ſi id conſtituiſſet, ſeruandum eſſet ex his, quæ dicta ſunt.Denique d.l.donaturus 9.in fin ff.de condict. cauſ.dat.tantummodo ait non eſſe cogendum maritum vxorem indotatam habere, quod eſt diuerſum, & vix ad hanc quæſtionem pertinere videtur.

Cæterum quod noſtro tractatui ſatis eſt, illud apud om- 52
nes fere conuenit maritum non ſoluta dote vxorem ſuis ſumptibus alere non teneri, & alia matrimonij onera ſuſtinere, etiam ſi ab extraneo dos debeatur, & proinde ſi hoc onus ſuſcipit, poteſt aliquid licite accipere pro onere illo ſubeundo, & conſequenter vel fructus pignoris ſuos facere, vel de certa annua quantitate paciſci, quandiu dos promiſſa non ſoluitur: & ita iidem auctores ferè ſentiunt, & præſertim Surd.in d.quaſt.42.num.30 Nauarr.in comment.de vſur. num. 66. Petr. de Nauarr. lib. 3. cap. 2. num. 359. Molin. d. diſp.321. num.10. Reginald. lib. 25. cap. 10. numer. 223. Roderic. de ann.redit.lib.3. quaſt.7.num.52.Valaſc.d. conſ.8. numer.2. vbi ait id lege regia cautum eſſe, Marr. Medic. inter dec.Senen.exam.7.n.14. Duard.in proœm.conſtit. Pij V. de cenſib. quaſt.24. numer.10. & Felician.in d. cap.5.num.20.vbi ait Fortunij ſententiam exiſtimantis deciſionem d. cap. ſalubriter.procedere dumtaxat inter ſocerum,& generum frequentiori Doctorum calculo eſſe reiectam.

Neque obſtat quod quidam dicunt maritum non poſſe 53
negare alimenta vxori, quam domi retinet, & cuius operâ, & obſequio fungitur, inter quos eſt Abbas, & Ancharanus, quos ſecutus eſt Surdus in d. quaſt. 17. num. 38. quibus accedit Fontan. in d. gloſ. 2. par. 3. numer. 27. quia nec etiam hoc caſu tenetur vir vxorem alere dote non ſoluta, vt tradit idem Sanchez in d.diſp.5.num.6. qui tamen pro ſua ſententia citat Surdum contrarium, ni fallor, ſentientem eod. loc.numer.41. Et probatur hæc ſententia, quia maritus vxorem dotatam alere tenetur non propter eius obſequia, & miniſteria, ſed propter dotem, & vſuras, vel fructus dotis d.l ſi quis.§.ſi vxor.de donat.inter vir. & vxor. l. pro oneribus. C. de iur.dot. hæc enim ſe reſpiciunt, & comitantur onera matrimonij, & acceſſiones dotis l.cum pater.ff.de pact. dotal. Neque onera matrimonij maritus ſubit propter operas mulieris, ſed propter dotem. Si enim maritus propter obſequia, & miniſteria vxoris teneretur eam alere, non poſſet pro oneribus matrimonij vſuras & fructus dotis percipere, cuius contrarium receptum eſt, vt dixi ex d. l. in inſulam. §.vſuras.ff. ſol. matrim. l.21. §.vlt. ff.de donat. inter vir. & vxor, & aliis, & omnes admittunt, & ipſi Surdus, & Fontanella loc. cit. Nam ſine cauſa, & ſine vllo prorſus titulo eas reciperet. Non enim pro oneribus matrimonij compenſandis huiuſmodi vſuras caperet, quia hiſce ſumptibus vxoris obſequio, & operis eſſet ſatisfactum, vnde maritus pro eadem re id eſt pro alimentis vxori præſtitis duplicem ſolutionem exigeret, nempe obſequia vxoris, & vſuras dotis, quod bona fides non patitur l.51. de re iudic. l.57.de reg.iur. † Denique congruenter huic rei, vt mihi vi- 54
detur, notat Molin.in d.diſp.321 num.9.in celebratione nuptiarum duo contractus interuenire ſolere. Vnus eſt quo coniuges mutuam poteſtatem corporum ad inuicem tradunt. Alter verò dotis,in quo maritus ſub ſpe,& promiſſione dotis ſuſcipit onus alendi vxorem, & reliqua onera matrimonij expediendi:ex quo fit, vt non numerata dote hæc onera ſubire,& vxorem alere non teneatur,tametſi vxorem vitæ ſociam domi habeat, & eius corpore fungatur. † Hæc 55
enim obſequia ex primo contractu proueniunt, nempe nuptiarum,quæ ſunt,vt Modeſtinus ait in l.1.ff.de rit.nupt.conſortium,& ſocietas omnis vitæ: onera vero matrimonij ſequuntur dotem,& hærent doti,vt dictum eſt ex d.l. 56. §.1. ff.de iur.dot.vnde dos repenſatrix dicitur à Martiano Capella, vt notat Cuiac.in l.69. §.ſi mulier. ff.eod.tit. quia datur in præmium onerum, quæ vir ſuſtinet.

Neque mouent l.in rebus. §.poſſunt. ff. commod.& l.15. ff.de 56
vſufr. & l. 15. §.2. ff. de vſufr. quia ſunt de iis, qui ſolum vſum, vel vſumfructum ſerui, vel alterius ſimilis rei habent,quos cibariorum expenſas agnoſcere,& alios modicos

ſumptus

ſumptus ſuſtinere æquum eſt. Fructus enim non dicuntur, niſi deductis ſumptibus *l.48 ff. de rei vindic, l.36. §. 5. de pet. hared. & l.46. de vſur.* Hic verò quærimus de marito cui dos, & operæ præſtari debent, & proinde mulier alterum præſtando non liberatur, vt nec ſocer, qui dotem habet, non liberatur ab vſuris, tametſi mulier ſit in obſequio viri. Et cum hæc diſſimilia ſint, male ex vno ad alterum infertur. Verius igitur eſt, quicquid Fontanella contendat aduerſus receptam ſententiam, maritum non teneri vxorem alere, quam ſub promiſſione dotis in domum duxit, quamuis eius corpore, & miniſterio vtatur. Nam, &
57 ipſa mariti corpore fungitur. † Excipio tamen niſi vir indotatam duxerit: hoc enim caſu ſolo ſcilicet nuptiarum contractu inito, videtur gratis hæc onera ſuſcepiſſe, & proinde tenetur vxorem ſuis ſumptibus exhibere, vt aliis relatis tradit Andr. Gail. *d. obſ.* 87. *num* 1. *lib.* 2. Guid. Pap. *in deciſ.* 459. *num.* 1. & Stephan. Ranchin. *ad eund.* & poſt alios plurimos Fontanell. *loc.cit.n.* 13. vel cum mulier non habet vnde ſe alat, & ſe commode tueatur, & is qui dotem promiſit non eſt ſoluendo. In his anguſtiis puto maritum eam alere teneri, ne mulier fame pereat, vel diuertere cogatur, & recipi poteſt contraria ſententia ex his, quæ tradit idem Surd. *in d.q.* 17. *n.* 28. & doctiſſimus Sanchez *loc.cit.n.*8 Ranchin. *ad d.dec.*459. & *ex l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.ff.ſol matrim.* Nam & ſororem pauperem aleret: Et hoc caſu fruſtra quærimus, an vſuræ dotis licite exigantur. Quamobrem cum vxor poteſt per ſe, vel per alium ſe alere, & ſibi conſulere, licet operas ſuo marito præſtet, & in illius obſequio maneat, non tenetur eam maritus alere: & ſi forte illi alimenta præſtat, non ideo minus ea repetere poteſt ab eo, qui dotem non ſoluit, vel quod idem eſt vſuras dotis pro oneribus, quæ ſuſtinuit, & ſuſtinere debuit, qui dotem haber, quamuis mulier in obſequio viri permanſerit *l.65.in fin.ff.pro ſoc.l.56.§.1.ff.de iur.dot.& l.60.§.ſi inter.ff.mandat.*

58 Cæterum ex his quæ hactenus diximus, obſeruandum eſt marito licitum eſſe vſuras dotis, vel fructus pignorum percipere propter onera patrimonij, vt conſtat ex *d. cap. ſalubriter. & l.20. Cod. de iur.dot. & l.7.ff eod. tit. in qua Paulus ait, dotis fructus ad maritum pertinere debere æquitas ſuggerit: cum enim ipſe onera matrimonij ſubeat, æquum eſt eum etiam fructus percipere*, & Harmenop. *lib.4.tit.8.maritus dotis fructus propter onera matrimonij percipit.* & proinde ſi maritus vxorem non aluit, neque fructus pignorum ſuos facere, neque vſuras dotis petere poteſt, quamuis eas ſtipulatus ſit *l.69 § in domum.ff.de iur.dot.l.17.in princ.ff. de dol. mal. except. & d.l. in inſulam.§.vſuras ff. ſol. matrim.* vbi hoc Baldus, & Cuiacius notant, & tradit Plot. *de in lit. iuran.§.11.num.4.* & Duaren. *in d.§.vſuras* rectè ſubiiciens huiuſmodi vſurarum ſtipulationi ineſſe hanc conditionem, *ſi vxorem aluerit.* idem docet Zaſius *in l.pater, in princ. num.3. ff. de dol. mal. except.* Molin. *in d.diſp.* 321. *num.*13. Salas *d. dub.*29.*num.*10. Rebell. *loc.cit. num.* 6. vbi refert id lege Luſitaniæ ſancitum eſſe, & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 30. *num.*9. Quæ iuris auctorum definitio probatur euidenti ratione, quia niſi huiuſmodi fructus, & vſuræ percipiantur in compenſationem onerum matrimonij, exigerentur ex ſola ſtipulatione, vel ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, quod vſura eſt & illicitum fœnus, vt oſtendi *q.1.n.* 29. etiam iure ciuili *d.l* 69. *§.in domum.* vbi Papinianus ait virum nullis ſumptibus factis vſuras improbè petere.

59 Quod verum eſt, quamuis maritus vxorem expulerit ob illius culpam. Hoc enim ſolum ſpectare debemus, an maritus onera matrimonij ſuſtinuit: & ſatis eſt, quod cauſa alimentorum ceſſet, vt vſuræ non debeantur, nec curandum eſt, cuius culpa ceſſet, vt rectiſſime notat Surdus *in d. quæſt.*42.*num.*36. referens ita docuiſſe Baldum, Imolam, & Alexan *in d.§.vſuras* quod etiam probat Matt. Medic. *in d. exam 7 num.*61. Et multo minus debentur vſuræ, ſi ob viri culpam, vel ſæuitiam mulier ab eo diuertat, vel ſi ob viri abſentiam nulli ex eius bonis ſumptus in vxorem facti ſunt, qui eſt caſus *d.§.in domum.* vbi Iuriſconſultus ait *mari-*
60 *tum reuerſum vſuras improbè petere.* † Et quod magis eſt non valet pactum, vt ſocer filiam, & eius liberos alat, & vſuras dotis genero ſoluat: vel quod vxor ſe ſuoſque alat, & alia ſua negotia expediat, & nihilominus fructus dotis ad maritum pertineant *l.4.in princ.ff de pact.dotal.* ex qua per argumentum à contrario ſenſu id notat Barboſ. *in 4.par. rubr. num.*12. *ſol.matrim.* quia inquit huiuſmodi pactum repugnaret fini, propter quem dotes conſtituuntur, & dantur *l.dotis fructus.ff.de iur. dot.* & ideo valere non debet *l.cum precario. ff.de precar.* idque in terminis tenere Baldum *in l pactum in fin.ff de collat.* Alex Aretin. Iaſon. Ripam, & Alciat. *in d.tit. ſol.matrim* & ex Socinu iun. hanc eſſe receptam traditionem, quam etiam ſecutus eſt Portius Imol. *in conſ* 85. *numer.* 18. & poſt illum Funtanell. *d. clauſ. 6 gloſ. 2. par.* 2. *numer.*31.

Cæterum Salas *d.dub.*39.*numer.*10. poſt Mercat. *lib. de vſur.cap.*8. *numer.*2. ait certum eſſe, ſi ſimul pacti fuerint, vt ſocer certo tempore filiam aleret, & prætereà pignus fructiferum genero daret, donec ſolueret dotem fructus pignoris non computari in ſortem, quia tam fructus quam alimenta illius temporis promiſſa ſunt vltra dotem, & ſunt quodammodo pars dotis, ſed puto eorum ſententiam eo tantum caſu recipiendam eſſe, cum fructus prædiorum dantur in dotem, illamque augent, & vt cæteræ res dotales venient in reſtitutionem dotis, *vt in d.l.4. ff.de pact. dot. l.videamus.*38.*§. ante. ff. de vſur. & l.ſi ante. ff. ſolut. matrim.* alioqui ſi ponamus maritum non ſuſtinere onera matrimonij, & nullis ſumptibus factis fructus pignoris ſuos facere, illos ſine cauſa perciperet, & ex ſola obligatione, quæ eſt natura fœnoris, vt dictum eſt, & docet Surd *in d. q.* 42. *num.*36.& 37.& Barboſ. *loc.cit.num.*12. vbi apertiſſime ait pactum non valere, vt pater teneatur filiam alere, & alios eius ſumptus ſuſtinere, & nihilominus vſuras dotis ſoluere. Neque obſtare *l.vlt.ff.de dol.mal.except.in princ.* quia ibi Scæuola non definit huiuſmodi pactum valere, ſed tantum ait ſocerum, qui promiſerat filiam, & ſuos alere, ſi deinde ſcienter vſuras dotis promittat genero, exceptionem doli mali obiicere non poſſe. 61

Prætereà quod dixi, marito, qui ſuſtinet onera matrimonij, quandiu dos non ſoluitur, fas eſſe de certo annuo reditu paciſci cum debitore dotis retinendum eſt, & quando iſta annua penſio veriſimiliter reſpondet ſumptibus, quos in exhibenda vxore maritus ſuſtinet. Nam ſi immodica eſt penſio, & longè ſuperat onera matrimonij, id quod excedit, minuit dotem, vt docet inter alios Anton. Gomez. *ad l.* 50. *Taur.n.* 30. cum enim huiuſmodi vſuræ ſint compenſatrices onerum, & ob hanc cauſam receptæ ſint etiã iure canonico, conſequens eſt eum ſumptibus concurrere debere, & ſi quid ſuperexigitur, indebitum eſſe, compenſatio enim proportionem, & æqualitatem extremorum deſiderat, vt dicebat Baldus *in l.2.n.2.C.de vſur.* † Quod etiam ex eo demonſtrari poteſt quia fructus pignoris ſi longe excedant, onera matrimonij, quatenus excedunt, minuunt dotem, vt ſentiunt Bald. *in d.l.vlt.§ præterea.C.de iur.dot.* Alex. *in conſ.*178. *n.*10.*lib.*7. Neguzant. *de pign* 5.*memb.*5.*par.n.*16. *in fin.* & alij plurimi quos ſecutus eſt Vgolin. *de vſur.cap.*3 § 2 *n.*2. Trentacinq. *variar.reſol.lib.*3.*tit de iur.dot.reſol.*6.*verſ.ſecundo infertur.* Surd. *d.lib.de alim.tit.*4.*quæſt.*20.*& in d conſ.*169.*n.*8. Roderic. *d.q.*7. *num.*48. & qui poſt hæc ſcriptas editus eſt, Duardus *in proœm.conſt. D. Pij.V.de cenſib.quæſt.*24. *n.*12. 62 63

Neque tamen omittendum eſt diſſentire Sà, & Salon. apud Salas *d.dub.*39.*n.*10. Valaſc. *in d.conſ.*8.*n.*3. Auendan. *de reſp.Hiſpan.c.*10.*n.*9. & 10 & Felician. *in d.c.* 5.*n.* 20. quos ſequi videtur Fontan. *loc.cit. n* 5. quod ſcilicet onera matrimonij non contineant ſolum expenſas, quas facit maritus in exhibenda vxore, ſed & eius ſollicitudinem, & laborem aſſiduum & diligẽtiã, quam gerit erga vxorem, liberos & familiã, quæ non habent æſtimationem, nec compenſationem recipiunt, quæ tamen ratio non placet, † tum quia maritus tenetur ex officio, & ex propria obligatione vxorem, & liberos tueri, & familiæ curam gerere: tum etiam quia ſi officia hæc, & obſequia mariti erga vxorem non recipiunt æſtimationem, vel nihil hoc nomine conſequi poteſt, vel dicendum eſt nullam tam amplam, & opulentam dotem eſſe, quæ mariti merita, & labores compenſare valeat, quod videtur abſurdum, & repugnare *d.cap.ſalubriter*, vbi Pontifex ait dotis fructus frequẽter ad hæc onera nõ ſufficere, & nõ inquit 65 64

nunquam ſufficere. † Denique quia & vxor operas marito præſtat *l.& ſi in princ. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. ſicut. ff. de oper. liber. l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. habeant.* quæ ait maritum fungi vxoris corpore, & ſubſtantia eius omni; & poſt pauca: *Quis earum non miſereatur propter obſequia, qua maritis præſtant, propter partus periculum, & ipſam liberorum educationem*, & ad earum officium etiam pertinet gubernare domum, & regere familiam, Tob. *c.* 10. Origen. *comment. in epiſt. D. Pauli ad Roman.* & Tiraq. *in l.* 10. *connub. num.* 4. nihil ergo marito debetur ex eo quod vxoris, & familiæ curam, & ſolicitudinem gerat, & proinde non poteſt reditum ſtipulari, qui longè excedat onera, & ſumptus matrimonij, & conſequenter tenetur fructus pignorum, quatenus excedunt
66 ſumptus in dotem computare, vt dictum eſt. † Ex quibus mihi videtur Auendan. *loc. cit.* fragili inniti fundaméto, dum ait onera matrimonij eſſe infinita, & proinde nullam pẽſionem illa excedere poſſe, & reſpectu eorum iniuſtã eſſe, quia in hac materia eorum onerum dumtaxat habetur ratio, quæ pecunia expediuntur, vt indicat *l* 43. *§. vſuras. ff. ſol. matrim. l.* 69. *§. in domum.* illis verbis: *nullis in eam interea ex bonis viri ſumptibus factis*, & *d. l.* 4. *in fin. ff. de pact. dot.* ex qua conſtat valere conuentionem, vt maritus fructus in dotem conuertat & mulier ſe ſuoſque alat, & vniuerſa ſua onera expediat. In qua onerum appellatione, quæ in ſe mulier ſuſcipit, certum eſt non venire curam, & obſequia reliqua, quæ maritus vxori præſtare debet, quorum remiſſio eſſet contra bonos mores, ideoque inutilis de iis remittendis eſſet conuentio *l.* 26. *de verb. oblig. l.* 1. *§.* 7. *ff. depoſ. l.* 6. *C. de pact.* Certum ergo eſt in hoc genere onerum appellatione venire tantum ea, quæ pecunia, & ſumptibus expediuntur. Quod etiam non obſcurè probat *d. c. ſalubriter. de vſur.* cum enim dicat dotis fructus frequenter ad hæc onera non ſufficere, ſanè innuit fructus pignorum ea interdum æquare, vel excedere poſſe. Quare verius eſt, ſi exceſſus ſit immodicus, conuentionem hanc eſſe illicitam, & corrigi debere ſecundum Baldi, & aliorum ſententiam, & ipſe Fontan. fatetur *loc. cit. num.* 5. & 21. quamuis putat id vix contingere poſſe propter rationem Feliciani, quæ à nobis proximè profligata eſt. Et quod ait Megadorus Senex apud Plautum in Aulular. *in magnis dotibus multas eſſe incommoditates, ſumptúſque intolerabiles*, hyperbolicè dictum eſt, & vt Poëtam decet.

67 Quamobrem Fernand. Rebell. *d. lib.* 8. *q.* 12. *n.* 5. putat exceſſum illum à dotante ex communi hominum ſenſu donatum cenſeri, vt enim inquit, quando maritus vel nullos, vel minores fructus percipit, quam ſint onera, cenſetur id quod deeſt remittere dotanti, ita dotantem id quod excedit marito donare voluiſſe præſumi debet: quare quod proximè citati auctores dicunt, accipiendum exiſtimat eo caſu, quo ex verbis contrahentium, & circumſtantiis rerum, & perſonarum præſumptio donationis excluditur. Cui ſententiæ maximè obſtare videtur, quod dici ſolet donationem non præſumi *ex l. Campanus. ff. de oper. libert.* & præſertim in neceſſitate *l. rem legatam. ff. de adim. leg.* in qua debitor dotis conſtitutus eſſe videtur, poſtquam ob defectum pecuniæ dimittit pignus, vel promittit vſuras: vnde magis eſt, vt dicamus immodicos fructus, & vſuras ex auaritia mariti extorqueri, quam ex liberalitate dotantis dimitti, vel promitti, qui ſcilicet, vt exactionem dotis redimat, & filiam locet, cogitur huic iniquæ conuentioni, conſentire. Cùm ergo in nimio exceſſu magis vrgeat neceſſitatis, quàm liberalitatis præſumptio, dicendum eſt conuentionem, quæ hoc caſu dolum re ipſa habet, corrigendam eſſe *ex l. ſi quis cum aliter. de verb. oblig.* Quod verum puto, etiamſi additum ſit, & ſi plus eſt in fructibus, donat, quia hæc clauſula ad modicum refertur ex his, quæ in re fere ſimili tradunt interpretes *in l.* 2. *C. de reſc. vendit.* Alberic. *in l. donari. in princ. ff. de donat.* Bald. *in tract. protomiſ. in vlt. q.* vbi ait hanc clauſulam indiſcretam eſſe, & nihil aut certe modicum operari, & Tiraq. *de retract. lib.* 2. *§.* 1. *gloſ.* 18. *n.* 11. & 16. vbi ex Angelo notat hanc clauſulam perfectoriè, & veluti ex ſtylo notariorum appoſitam non eſſe magni momenti: & proinde etiam in hac ſpecie dicam non inducere donationem, niſi ex grauibus, & efficacibus cõ-
68 iecturis conſtet animo donãdi additam fuiſſe. † Quod totum iudicis arbitrio relinquendum eſt, vt rectè concludit Tiraq. *loc. cit.* & Fabian. de mont. *lib. de empt. par* 8. *q.* 4. & ſæpius diximus, cùm res ex coniecturis definienda eſt, nullam certam regulam conſtitui poſſe, ſed iudicem arbitrari debere, quod ſatis, vel parum ſibi probare videatur *ex l.* 3. *§.* 1. *ff. de teſtib. l. Neſennius. de negot. geſt. & l. mora. ff. de vſur.* Præſes Argentr. *ad conſuet. Britan. art.* 41. *n.* 8. vbi ait indicia infinita eſſe, neque poſſe certa lege comprehendi: & in ſpecie donationis, quæ ex coniecturis dicitur, Nicol. Bellon. *in conſ.* 60. *n.* 10. & Maſcard. *de probat. concl.* 555. *n.* 16. illud interea obſeruando magis ſuſpectam eſſe conuentionem de certa quantitate annua præſtanda, dùm differtur dotis ſolutio, quam de fructibus interim percipiendis, quia quantitas illa certa eſt, & nullis caſibus obnoxia, & ſæpe concurrit cum vſuris, quæ in regione frequentantur: fructus verò incerti ſunt, & multis caſibus obnoxij, ex quo olim Antichreſis licita videbatur, tametſi non ſeruaret legitimum modum vſurarum *l.* 17. *C. de vſur.* & Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 28.

Sed hæc ferè omnia, quæ à nobis non ſine multo labore 69
diſputata ſunt, in dubium reuocari poſſe videntur ex his quæ tradit Sigiſm. Scacc. *in tract. de commerc. §.* 1. *gloſ.* 7. *ampl.* 8. *n.* 176. nimirum non ſufficere, quod maritus onera matrimonij ſuſtineat, vt ex mora regulari, vel irregulari vſuras dotis conſequatur, quia inquit, quoad moram reſultantem ex implemento mariti locum haberet, quando dos promiſſa conſiſteret in re fructifera, puta in domo, cuius penſiones ſocer exigeret, quæ pro fructibus accipiuntur *l. prædiorum. ff. de vſur.* vel in cenſu, vel alia re fructifera, cuius fructus perciperet, quia tunc ex æquitate legis *curabit*, marito debentur fructus, quos ſocer percepit. Secus quando dos in pecunia conſiſtit hoc enim caſu interpellatione opus eſſe: nec æquitatem *d. l. curabit* locum habere ex Baldo in *d. l. vlt. §. præterea. n.* 9. *C. de iur. dot.* imo promiſſa dote in pecunia, & facta mora negat conſtare de damno emergenti, ex eo quod vir vxorem aluit, quia huiuſmodi damnum emergens conſideratum in alimentis aliiſque oneribus matrimonij reſarcitur ſolutione dotis, ideo enim ante, vel poſt datur dos, vt onera ſuſtineantur: quare cum maritus ea propriis ſuſtinet pecuniis, conſeruat dotales; dum verò ſuſtinet dotalibus, conſeruat ſua, vnde aliunde probandum eſſe damnum emergens, vel lucrum ceſſans: & tandem concludit fructus ſeu intereſſe dotis promiſſæ in pecunia non deberi, niſi probetur mora & intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis.

Sed hæc, & pleraque alia ſcribit is auctor contra commu- 70
nes & receptas ſententias. Nam apud omnes fere conuenit marito, qui onera matrimonij ſuſtinet, ſi ei mora fiat in ſolutione dotis, vſuras deberi, quamuis in pecunia dos conſiſtat, & eius aliunde non interſit ratione damni, vel lucri. Et ſint inſtar omnium Surdus *in d. q.* 42. & Molin. *de primog. Hiſpan. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 6. Fontanell. *de pact. nuptialib. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *par.* 15. *num.* 22. & qui alios recenſet Anton. de Amat. *in d. reſol.* 43. *n.* 1. Quæ ſententia in magna Rota Romana recepta eſt, vt conſtat ex *dec.* 251. 252. & *dec.* 253. inter collect. Farin. *par.* 1. & inter recentiſſimas *dec.* 19. *n.* 3. *par.* 2. & nouiſſimè apud Buratt. *in dec.* 159. & 287. & apud alia tribunalia obtinuiſſe compertum eſt ex Ozaſc. *in d. dec.* 132. *n* 1. Capyc. *in dec.* 183. *n.* 2. Anton. Fabr. *C. de iur. dot. defin.* 22. *n.* 7. & ex Martio Medic. *dec.* 14. *n.* 1. vbi ait hanc indubitatam concluſionem eſſe.

Et vt magis conſtet Sigiſmundi doctrinam non eſſe recipiendam obſeruandum eſt illum, vt hanc quæſtionem abſolueret, duo membra conſtituiſſe. Primum, quando vſuræ dotis petuntur, vt vſuræ, & hoc caſu ait iure canonico, cui in hoc genere ſtandum eſt, iſtiuſmodi vſuras prohiberi. Et potuit dicere etiam iure ciuili ex ſimplici, & ſola ſtipulatione illicitas eſſe *ex d. l. cum dotem. §. in domum. ff. de iur. dot.* & nos diximus initio huius quæſtionis. Alterum, quando vſuræ dotis petuntur, vt intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis: & hoc caſu deberi, & exigi poſſe, modo probetur legitimis modis. † Sed aliud membrum addere debuit, quando 71
ſcilicet petuntur propter onera matrimonij, id enim ſatis eſt, quamuis aliunde non interſit, vt conſtat ex *d. §. in domum. & l. in inſulam. §. vſuras. ſolut. matrim.* quibus in locis id ſolum ſpectatur, an maritus ſuis ſumptibus vxorem exhibuit, idemque ſatis colligitur ex *ipſo c. ſalubrit.* quod proculdubio

eſt

eſt de dote in pecunia conſtituta & nihilominus conſtituit maritum non cogi fructus pignorum computare in ſortem propter onera matrimonij, ex quibus rectiſſimè ferè omnes ſentiunt vſuras admittendas eſſe ex eo dumtaxat, quod maritus ſuis ſumptibus vxorem exhibuit, neque exigunt, quod aliunde mariti interſit ſibi moram non fieri, vt inter alios notant Roderic. *d. lib.3. quæſt.8. n.* 17. & Fontanell. *loc. cit. n.*22. quia inquit, ratio ſupportandorum onerum, cui hæc innituntur, hanc reſtrictionem non patitur. Idemque docent inter Theologos P. Molin. *in d. diſp.*321 *num.*12. & Salas *loc. cit.*

72 Neque verum eſt, quod Sigiſmundus ait ſolutione dotis reſarciri damnum, quod maritus ſenſit in vxore exhibenda, quia marito, qui ſuſtinuit onera non recepta dote, non tantum ipſa dos debetur, ſed etiam ſatisfactio onerum, vel quod idem eſt, vſuræ dotis propter onera matrimonij, quæ ſubire non debuit, ſed is potius, qui dotem retinet, modo nihil in contrarium actum ſit, quia hoc venit tacitè, & ex natura dotis, quæ eſt, vt is qui dotem habet, onera ſuſtineat, *l.7. in princ. & l.*59. *§.*1. *ff. de iur. dot.* & vt is, qui onera ſuſtinet, dotem habeat *l.*63. *in fin. ff. pro ſoc. l.*20. *§.*2. *& l* 46. *ff. famil. hercis.* quare cùm marito duo debeantur dos ſcilicet, & ſumptus, quos fecit in alenda vxore non recepta dote; manifeſtè apparet ſolutione dotis viro non ex integro ſatisfieri, ſed neceſſe eſſe illi præter dotem aliméta, & alios ſumtus præſtari: vt enim qui duo debet, vnum præſtando in totum non liberatur *l.*1. *&* 5. *ff de ſolut.* Ita creditori, cui ex pluribus cauſis debetur, vna tantum diſſoluta non cenſetur ex integro eſſe ſatisfactum. Ex quo ſequitur nihil mouere debere, quod maritus dum propriis nummis vxorem exhibet, conſeruat dotales: dum vero dotali pecunia hos ſumptus facit, conſeruat propriam, ideoque nihil præter dotem petere poſſe, niſi eius interſit, quia licet id admiſero, & poſito etiam maritum pecuniam dotalem in fluuium proiectutum, quamuis nuptiæ homines ſolertiores & rebus ſuis attentiores faciant, non ideo minus debitor dotis ſumptibus huiuſmodi ſoluere cogitur, quia ad huiuſmodi ſumptus tenetur eo ipſo, quod dotem habet, cuius ſcilicet natura eſt, vt is qui illam habet, onera matrimonij ſuſtineat, vt dixi *ex d. l.*63. *in fin. ff. pro ſoc. & l.*20. *famil. herciſc. & l.*76. *in fin. de iur. dot.* quæ ait dotem nullam eſſe; niſi matrimonij oneribus ſeruiat. Denique dos natura ſua habet annexum onus alendi mulierem apud quemcunque ſit *l.*22. *§. ſin autem ff. ſol. matrim.* & dicunt Anton. Gomez. *ad l.*50. *Taur.*48. Surd. *in d. tit.*1. *q.*44. *n.*11. & Duard. *in proœm. Bulla D. Pij V quæſt.*26. *n.*32. Et proinde nihil refert, quod maritus eſſet ipſos dotales nummos in exhibitionem vxoris conſumpturus. Et hæc ſola ratio euertit, quicquid in contrarium adduci poteſt.

73 Deinde Sigiſmundus falſo vtitur fundamento. Exiſtimabat enim virum teneri vxorem alere, etiamſi dotem promiſſam non habuerit. Nam id poſt moram falſum eſſe conſtans opinio eſt, vt dixi ex multorum ſententia *n* 47. & ſentit poſt alios plurimos Sanchez *in d diſp.*5. *n.*2. vbi ait ita ſentire omnes, & tantum quod Sigiſmundus ait, verum eſt dilatione pendente, in quo omnes conſentiunt, vt Surd. *in d. q.*41. *n.*50 Roder. *in d. q.*7. *n.*62. & Gratian c.726. *n.*5. & ideò falſum etiam eſt, quod inde colligit maritum etiam poſt moram nihil præter dotem exigere poſſe, niſi eius alia ratione interſit quam quod vxori alimenta præſtiterit.

74 Denique is auctor admittit facta conuentione vel accepto pignore maritum licite annuam quantitatem exigere, dum dos non ſoluitur, vel fructus pignorum percipere non computandos in ſortem, & proinde dum negat nulla conuentione facta poſt moram vſuras dotis deberi marito, qui onera matrimonij ſuſtinuit, caſum certiorem præpoſtere damnat, ſiquidem facilius debetur interuſurium dotis ex mora, quam ex conuentione, vt ait doctiſſimus præceptor meus D. præſes Bellon. *in d. conſ.*64. *n.*1. *&* 5. & conſtat ex Ioann. Medin. *lib. de reb. per vſur. acquiſ. quæſt.*2. *verſ. contra tamen.* & Vaſc. *in d. conſult.*8. *n.*5. & ex Gamm. *dec.*272. vbi rem hanc indeciſam reliquit & ex his quæ diximus *n.*41. *&* 43. quia ſcilicet in primo caſu ſolutio dotis ex pacto, & conuentione differtur, & interim fructus, vel vſuræ percipiuntur, ex quo dilatio hæc mutuum quoddam continere videtur, illique magis accedere, & proinde negotium magis ſuſpectum eſſe, quam ſi ex mora ceſſante pacto vſuræ exigantur, in quo omnes conuenire ſcribit Surd. *in conſ.*269. *n.*3. & nouiſſimè Cyriac. *contro* 391. *n.*27. Quare nihil proponitur, vnde mutemus ſententiam.

Sanè plurimum intereſt, an maritus cui dos non ſoluitur 75
agat ad vſuras dotis ex eo, quod vxorem aluit; an verò quia
eius intereſt ratione lucri, vel damni aliunde emergentis.
Etenim cum petuntur vſuræ pro oneribus matrimonij modeſtas eas eſſe oportet, nec excedere modum alimentorum, & ſumptuum arbitrio boni viri: vel eas ſtatuere ex more regionis, vt cenſuit Rota inter collect. Farinat. *in d. dec.*153. *in fin.* & inter recentiſſ. *dec.*587. *n.*3 *par.*1. coram Vbaldo, qui refert ita ſæpius in magno illo Auditorio definitum fuiſſe. Neque enim quod dicitur *in l. vlt. §. præterea C. de iur dot.* vſuras ſcilicet poſt lapſum biennij currere vſque ad tertiam centeſimæ hodie in foro receptum eſt, vt notat Bald. *in conſ.*
94. *lib.*1. & aliis relatis Roderic. *in d. q* 7. *n.*63.† Sin verò vſu- 76
ræ dotis petuntur vt intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis ex alia cauſa, quam propter onera matrimonij, poteſt maritus, cui mora facta eſt, vt aliis creditoribus licet, id totum perſequi quod ſua intereſt, licet excedat onera matrimonij, vt indicat *l.*3 *in fin. de eo quod cert. loc.* & rectiſſimè notant. Plot. *de in lit. iuran. §.*11. *n* 21. Io. Bapt. Lup. *de vſur. comment.*4. *n.*14. Surd. *de alim. tit.*4. *q.*20. *n.*10. Roder. *loc cit.* & Vgolin. *in d. c.*3. *§.*2. *n.*3. quod tamen probandum eſt legitimis modis, vt docet Lup. *loc. cit.* Trentac. *variar. lib.*3. *tit. de iur. dot. cap.*6. *n.*1. *verſ. ſecunda eſt.* idem Sigiſmund. Scacc. *in dicta ſua ampl.*8. *n.*176. *verſ. ratio huius concluſionis in fin.* & Chriſtoph. Matt. Medic. *in d. dec.*14. *num.*7. *&* 8.

QVÆSTIO XXIX.

An vſuræ dotales cedi poſsint.

SVMMARIA.

1. *Nomina debitorum in ſolutum, & in dotem dari poſſunt.*
2. L. cum poſt 99. §. mulier. ff. de iur. dot. *correcta ex Cuiacio.* *Vſura nominis poſt nuptias non augent dotem.*
3. *Fructus dotis conſtante matrimonio percepti ſunt mariti propter onera matrimonij.*
4. *Si debitor dotis cedat in ſolutum nomen, an maritus poſſit eius vſuras exigere.*
5. L. cum poſt §. mulier. *ex qua parte nunc abrogata.* *Mulieribus non licet ex fœnore augere dotes.*
6. *Debitor ceſſus tenetur marito ad vſuras poſt moram.* *Mora ſua cuique nocere debet.*
7. *Debitor ceſſus tenetur marito ad vſuras ab eo tempore, quo facta eſt ceſſio.*
8. *Debitor, cuius nomen Hebræo ceſſum eſt, illi poſt ceſſionem vſuras præſtare cogitur.*
9. *Dementia eſt cum vſuris certare fructibus prædiorum.*
10. *Melius eſt domum, vel agrum vendere, & ſoluere, quam vſuras pati.*
11. *Homines de facultatibus ſuis magis ſperare ſolent, quam debeant.*
12. *Ceſſionarius poſt ceſſionem, quod attinet ad vſuras, iure ſuo vtitur, non cedentis.*
13. *Ceſſionarius mercatoris debet probare id quod intereſt.*
14. *Mercator ſi ſponte, vel caſu aliquo deſinit negotiari, non poteſt intereſſe lucri ceſſantis exigere.*
15. *Priuilegium muneri conceſſum tandiu durat quandiu quis in eo ſe exercet.*
16. *Ceſſionarius mariti an ius habeat vſuras dotis, vel fructus pignorum percipiendi.* *Referuntur qui adſirmant, & qui negant.*
17. *Maritus ſi cedat nomen dotis creditori ſuo, is nec vſuras, nec fructus pignorum exigere poteſt.*
18. *Maritus vſuras, vel fructus præteriti temporis rectè cedere poteſt.*

Et tranſeunt ad hæredes.
19. *Maritus vſuras futuri temporis, & fructus pignorum vendere poteſt.*
20. *Mariti iure reſoluto ius emptoris reſoluitur.*
21. *Maritus nomen dotis, & ius percipiendi vſuras dotis cedere, & vendere poteſt.*
22. *Maritus debitor eiuſdem quantitatis poteſt vſuras dotis, vel ius fructuum cedere creditori.*
23. *Gener pignora dotalia locare poteſt.*
24. *Creditor cui facta eſt ceſſio dicitur procurator in rem ſuam.*
25. *Creditor ceſſionarius mariti vſuras, & fructus pignorum in ſortem imputare cogitur.*
26. *Auctoris auctorum in hac quæſtione conciliatio.*
27. *Creditor non imputat fructus in ſortem, quatenus eius intereſt.*

1 CERTVM eſt nomina debitorum volenti creditori rectè in ſolutum dari *l.6. C.de hæred.vel act. vend.* Nam, & vendi poſſunt *l.3. & 7. C. eod. l.17. ff.eod. tit.* & in cauſa iudicati capi. *l. 15. §.ſic quoque ff.de re iudic. l.5. C.de exec. rei iudic.* ex quo etiam exploratum eſt in dotem dari poſſe *l.2. C. d.tit.de hæred. & act. vend. & l. cum poſt. 69. §. mulier. ff. de iur. dot.* in qua mulier quædam pecuniam ſibi debitam à Seio cum vſuris futuri temporis in dotem dederat, & Papinianus reſpondit, *eas vſuras quoque dotis portionem eſſe, quarum dies poſt nuptias ceſſit rationis eſſe*, quod mirum videtur, quia hac ratione fiet, vt vſuris futuri temporis poſt nuptias imputatis in dotem nulli ſuperſint fructus, vel quaſi fructus ex quibus vir onera matrimonij ſuſtinere poſſit, quod eſt contra naturam dotis, quæ nulla eſt, niſi oneribus matrimonij ſeruiat, vt dixi *q.præc.n.45.ex l.76.*
2 *in fin. & 77. ff.eod. tit. de iur.dot.* † Vnde Cuiacius *in d. §.mulier.* putat deeſſe negationem, & Papinianum reſpondiſſe, *rationis non eſſe*, quia hoc genere dicendi auctores vti ſolent negatiuè, vt M.Tullius *in epiſt.& in l.1. C.quo quiſque ord.* & ſenſum reſponſi Papiniani digniſſimum hunc eſſe, nomine Seij cum vſuris futuri temporis in dotem promiſſis eas vſuras, quarum dies ante nuptias poſt dotis promiſſionem ceſſit, portionem dotis eſſe, quo tempore nulla maritus ſubiit onera matrimonij: ſed non eas quoque vſuras portionem dotis eſſe, quarum dies poſt nuptias ceſſit, ne dos ſit ſterilis, ne mulier indotata, ne maritus mulierem indotatam habeat, rationis igitur non eſſe, eas etiam vſuras, quarum dies poſt nu-
3 ptias ceſſit, dotis facere portionem. † Quæ ſententia confirmatur ex eo, quod de fructibus dotis dicimus, à quibus vſuræ ſeparari non ſolent, vt ait *l. 34. ff.de vſur.* fructus ſcilicet ante nuptias à marito perceptos dotis fieri, eiuſque augmentum eſſe, perceptos verò conſtante matrimonio ad maritum pertinere propter onera matrimonij, vt conſtat *ex l.dotis 7. & l.ſi ſeruo 47. ff.de iur. dot.& l. ſi ante.nuptias.6. ff.ſol.matrim.* & tradit Harmenop. *lib.4. tit.8.* & Cop. *de fruct.b.lib.3.tit.2. cap.1. & 2.* Theſaur. *in dec. 187. n.1.* & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig.conuent. lib.17. tit.29. n.1.& tit. 30. n.1. & ſeq.*
4 Hinc quæritur ſi pater, vel vxor, vel alius debitor dotis nomen debitoris in ſolutionem dotis marito ceſſerit, an poſſit maritus vſuras dotales à debitore petere, & exigere. Et ſane videtur hoc ei non licere, quia cum patri mulieris, vel alteri cedenti non competat ius iſtiuſmodi vſuras exigendi, ita nec marito competere poteſt, qui ab illis cauſam habet. Nemo enim plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habeat *l. nemo plus. de reg. iur. l.traditio. ff.de acquir. rer. domin.* & ceſſionarius ſuccedit in ius cedentis *l.emptor. C. de hæred. vel act. vend. l.ſi quis. §.1. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & ſicut debitor non poteſt præiudicium inferre creditori, nec eius conditionem facere deteriorem *l.debitorum. C.de pact.* ita nec creditori id licere dicendum eſt. Sed magis placet contraria ſententia, quia poſtquam marito ceſſum eſt nomen debitoris in ſolutionem dotis, incipit ſibi deberi intereſſe ex perſona propria, ideoque actio mutat naturam ſuam *l.1. & l. aſſiduis. §.exceptis. C. qui pot. in pign. habeant.* & in ſpecie dicit Surd. *in d. quæſt.42. n.71.* & attenditur perſona ceſſionarij, & non cedentis, quia per ceſſionem maritus fit creditor ex cauſa dotis, ſiquidem propria eius cauſa dicitur, cui facta eſt ceſſio *l.qui ſtipendia.ff.de procur.* Iacob. de Aren. *de ceſſion. iur. & act. cap.3. n.45.* ideoque debitor tenetur marito ad interuſuria pecuniæ debitæ, ex quo interim ſuſtinet onera matrimonij. Non enim amplius eſt debitor cedentis, ſed mariti cui propter onera matrimonij vſuræ debentur *d.l.in inſulam. §.vſuras. ſol.matrim.& c.ſalubriter.de vſur.* & ideo vtitur iure ſuo aduersùs debitorem *arg. l. 6.ff.de iur. fiſc.& l.cum quidam. §. ſi debitores. ff. de vſur.* cuius verba ſunt: *Si debitores, qui minores ſemiſſibus præſtabant vſuras fiſci eſſe cœperunt poſtquam ad fiſcum tranſierunt, ſemiſſes cogendi ſunt præſtare.* Pari ratione ergo debitorem, poſtquam ceſſio facta eſt marito, qui ſuſtinet onera matrimonij vſuras dotis præſtare oportet, tametſi ante nullas, vel minores præſtaret creditori. Quod etiam mihi non obſcurè probare videtur *d.l. cum poſt 59. §.mulier. ff.de iur.dot.* ſecundum interpretationem Cuiacij, ex qua conſtat nominis ceſſi vſuras poſt nuptias mariti eſſe propter onera matrimonij, tametſi reſponſum Papiniani ex parte abrogatum eſſe putem, qua conſtituere videtur vſuras, quarum dies ante nuptias ceſſit, & quo tempore maritus nullos ſumptus fecit augere dotem, & portionem illius eſſe. Neque enim mulieribus nunc licet pecuniam fœnori dare, & ex vſuris dotem augere.

Nec quidquam obeſt, quod dictum eſt hac ratione duriorem fieri conditionem debitoris, quia etiam nulla facta ceſſione debitoris, qui in mora eſt, vt ſuppono, teneretur ſocero, vel vxori in id quod intereſt ratione damni, quod patitur erga maritum, cui non ſoluta dote vſuras præſtare cogeretur iuxta *l.1.C.de ſent. quæ pro eo quod inter.* vnde non videtur durior fieri conditio debitoris ob ceſſionem factam viro, ſiquidem nihil refert, an ſocero tantundem ſoluat propter damnum, quod patitur erga generum, an vero pares vſuras præſtet marito, cui facta eſt ceſſio. Quod à nemine perpenſum eſſe comperi, & tamen huius rei fortiſſimum argumentum eſſe puto. † Et præterea quia debitor quem in mora eſſe ſupponimus, vt dixi ſibi ipſi imputare debet, cur non ſoluerit; non ſoluendo enim tacitè conſentire videtur *ex gloſſ.in l.1. §.beſtias. ff.de poſtul.* Gabr. *in conſ.152.num 5.lib. 1.* vſuræ enim ex eo marito debentur, quod pecunia dotali non poteſt vti, dum onera matrimonij ſuſtinet, & proinde cum debitor eam retineat, æquum eſt, vt vſuras illas marito præſtet, quas exegiſſet à ſocero, vel alio debitore dotis, mora enim ſua cuique nocere debet *l. mora de verb. oblig. l.3. in fin.ff.de vſur. l.ſemel.26. ff.ſol. matrim.* & ita in terminis concludunt Ruin. *in conſ.221.lib.1.* Surd. *in d. q.42. n.70. & 74.* Gratian. *diſcept.lib.1.cap.143.num.36.* Statil. Pacific. *in lib. de Saluian. interd. inſpect.4.cap.1.n.56.* & Rota poſt eund. *in dec. 308. num.6. & 10.* & Chriſtoph. Marr. Medic. *inter dec. Senen.exam.7. num.67.* qui huius rei aliam rationem adfert, quia ſcilicet maritus nomine debitoris accepto in dotem tenetur mulierem exhibere ex Mareſc. *variar.lib.1.cap.83.n.21.* & Gratian. *diſcept. forenſ. cap.226.num.11. & 13.* & proinde æquum eſſe illum vſuras conſequi, quibus onera matrimonij expedire poſſit.

Quod tamen accipiendum eſt ab eo tempore dumtaxat, 7
quo facta eſt, & denuntiata ceſſio, vt ait Surd. *in d.q.42.n.74.* & innuit *d l.cum quidam. §.ſi debitores. de vſur.* vbi Baldus & Angelus notant priuilegiatum ſuccedentem in ius alterius vti priuilegio pro futuro tempore, non autem pro præterito, quod etiam ſcribunt Iacob. de Aren. *in d.c.3.n.49.* Iaſ. *in authem. quas actiones n.36. C.de ſacroſ. Eccleſ.* iidem Surd. *in dec.4.in fin.* & Gratian. *diſcept. lib.1. cap.16. n.4.* tametſi hoc non tam priuilegium ſit, quam rei debitæ perſecutio propter onera matrimonij, quibus ceſſantibus vſuras admittendas non eſſe certiſſimum eſt *ex d.l.cum poſt.69.§.in domum. ff.de iur. dot. & l.17. ff.de dol. mal. except.* & tractatum eſt *q. præced. num. 58.* † Illud tamen valde notandum eſt pro 8
Hebræis, quibus indultum eſt grauiores vſuras accipere, quibus ſi nomen debitoris ceſſum ſit, debitor maiores vſuras præſtare cogitur à die cognitæ ceſſionis, vt olim iudicarunt duo præſtantiſſimi Iuriſconſulti, & ſenatores Nicienſes DD Marcus Faber, & Bartolomæus Balduinus, quos honoris cauſa nomino, & probatur apertiſſime *ex d.l.cum quidam. §.ſi debitores* vbi hoc fiſco nominatim conceſſum eſt. Quod quidem dico non vt Hebræis fœneratoribus faueam, vt dicebat

dicebat Præſes Morot. *in conſ. 66. in princ.* ſed vt debitores moneam, ne debita vſuras ia nutriant, & vt quam citiſſime poterunt ſe vſuris eximant, & redimant, ne earum mole, quam grauiſſimam dicit Iuſtinian. *in l. eos, C. de vſur.* oppri-
9 mantur. † Quod valde ſuadet Plutarch. *in opuſc. de vſur. vitan.* Marta *de iuriſd. part. 2. cap. 13. num. 25.* & inter recent. Theologos Mercat. *in tract. de camb. cap. 14.* Sane D. Ambroſius *in lib. de Tob. c. 13.* congruenter huic rei ita ait: *Sors cito generat, & nunquam deſinit: imo cum creſcendi exordium acceperit, in infinitum extendit augmentum*, & deinde: *Sors cum fuerit exaquata centeſimis, & vetuſtatem ſui renouat, & partus ſolitos adiunctione multiplicat.* Vnde non immeritò M.Tullius oratione ſecunda in Catilin. quoſdam nobiles dementiæ arguit, quod cum vſuris certare vellent fructibus prædiorum. Idemque in oratione pro Public. Sylla laudat Centium quemdam amicum ſuum veterem atque hoſpitem, qui vænire ſuas poſſeſſiones maluit, quam vllam moram fieri cui-
10 quam creditorum ſuorum. † Proinde optimum eſt, ſi te neceſſitas, aut imprudentia adegit ad æs alienum ſub vſuris, vel cambiis contrahendum, confeſtim ex ſupellectili ſi ſupereſt, vel ex venditione agri, vel domus pecuniam conficere, & ſoluere. Nam, & creditor tandem cum magno tuo opprobrio, & iactura rerum tuarum prædia tua publice ſub haſta vendi, vel ſi emptorem non inueniant vt ſibi abdicantur à iudice impetrabit *l. 1. & 2. C. ſi in cauſ. iudic. l. 1. C. debit. vendit. pignor. imped. non poſſ. & l. 15. §. ſi pignora, ff. de re iudic.* & multis demonſtrauit exemplis vſuras non tantum ſupellectilia domus, ſed etiam ipſas domos, & poſſeſſiones
11 deuorare. † Nam ſæpe de facultatibus ſuis amplius quam in iis eſt, ſperant homines, vt ait Iuſtinianus *in §. in fraudem Inſtit. quib. ex cauſ. manum. non lic.* & multos fallit ſpes conficiendæ pecuniæ ex fructibus prædiorum, & ex quæſtu mercaturæ, vel alterius induſtriæ, & officij hæc ſpes inquam fallax eſt, certum vero eſt debitum, quam citiſſime augeri fœnore, vel cambiis ſæpe crudelioribus fœnore. Quare melius, & conſultius eſt partem domus, vel agrum vnum vendere, quam totum patrimonium amittere, & ad egeſtatem, & inopiam cum tota domo, & familia redigi.

12 Sed ex contrario ſi Hebræus alteri nomen cedat, non poteſt is Hebræorum priuilegio vti pro futuro tempore, niſi & ipſe Hebræus ſit, vel eſſe velit. Poſtquam enim nomen ceſſum eſt, ceſſionarius vtitur iure ſuo, ſi quod habet, & perſona propria dumtaxat, quia in his, quæ pendent ex tempore, vt ſunt vſuræ, fit diſtinctio temporum vt inquit Bald. *in d. l. cum quidam, §. fiſcus, ff. de vſur.* Atque etiam quia ius perſonale cedenti competens non tranſit in ceſſionarium, vt tradit idem Baldus *in l. per diuerſas C. mandat.* & Salic. *n. 17.* Afflict. *in dec. 74. n. 2. & 3.* & probat *l. 1. in fin. de conſtit. Princip. & l. 9. de public.* nec tranſmittitur ad hæredem *l. ex pluribus, ff. de admin. tutor. l. cum patronus 28. ff. de leg. 2. l. priuilegia quædam 196. ff. de reg. iur.* Cephal. *conſ. 321. n. 35. lib. 3.* Gaſp. Anton. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 1. cap. 5.*
13 *num. 2.* † Idemque eſt in mercatore, qui ſi nomen debitoris cedat, non poterit ceſſionarius poſt ceſſionem petere vſuras, quæ mercatori debentur ex eo, quod ex ea pecunia negotiari, & lucrum facere potuiſſet iuxta *l. 2. in fin. ff. de eo quod cert. loc. & d. l. eos, §. ſuper, C. de vſur.* ſed poſtquam illi nomen ceſſum eſt, ex perſona propria ius metiri debet, & probare id quod ſua intereſt, perinde ac ſi ipſe pecuniam mutuam dediſſet: & ita ſcribit Roderic. *de ann. redit. lib. 3. q. 4. n. 41. in fin.* Grimaud. *de vſur. & contract. pignerat. lib. 1.*
14 *cap. 5. n. 6.* & notat Gotofr. *ad d. l. eos C. de vſur.* † Nam ſi idem mercator caſu aliquo impediretur mercaturæ operam dare, vt ſi forte carceribus eſſet incluſus, per illud tempus non poſſet petere intereſſe, quod mercatoribus decerni ſolet ratione lucri ceſſantis, vt cenſuit Gamma *in dec. 110. n. 24.* vel ſi ſponte deſineret negotiari, & mercari nulla facta ceſſione nominis non poſſet vſuras lucri ceſſantis exigere, quia ceſſante cauſa ceſſat priuilegium *l. Athleta, §. 1. & l. Geometra,* illis verbis, *donec curam gerunt, ff. de excuſat.* & in quæſtione vſurarum ſeu intereſſe lucri ceſſantis conſtat *ex l. Titia Seio 87. §. vſuras, de leg. 2.* & reſpondit Crauet. *in conſ. 320. num. 2. in fin.* Roderic. *loc. cit.* & Coler. *de proceſſ. execut.*
15 *part. 1. cap. 10. n. 136.* † Denique quia generale eſt in omnibus actibus, & negotiis, muneribus, & officiis, vt priuilegia illis conceſſa tandiu durent, quandiu quis in illis ſe exercet, idque ex multis iuris locis plane conſtat vt *ex l. ſemper, §. 3.* illis verbis, *quandiu in huiuſmodi actu ſunt, & in §. quibuſdam, ff. de iur. immun. l. 3. de vacat. & excuſat. muner.* ibi, *donec hæ naues nauigant. l. milites, & l. ne quidam, C. de teſtam. militat.* aliiſque locis plurimis, quos recenſet Tiraq. *in tractat. ceſſante cauſa, n. 210. & 215.* & Præſes Bellon. *in conſ. 69. n. 45.* & in mercatoribus ſcribit Benuen. Stracc. *de mercatorib. part. 1. num. 10.* & Munnoz. *de ratiocin. cap. 15. num. 12.*

Ex his decidi poſſe videtur quæſtio, quam initio propo- 16
ſui, an maritus ius percipiendi vſuras dotis, vel fructus pignorum cedere poſſit: & an ius hoc tranſeat ad ceſſionarium. Quæ res varie tractata eſt, ſunt enim qui putant id ius in ceſſionarium non transferri, vt Bald. *in rubr. Cod. de vſur. n. 5.* quem alij ſequuntur, vt Alex. *in d. l. in inſulam, §. vſuras, in fin. ff. ſolut. matrim.* Surd. *in d. q. 41. n. 22.* Aluar. Valaſc. *conſult. 8. n. 34.* qui teſtatur hanc communem eſſe ſententiam, & Fontan. *de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 15. n. 34.* Molin. Theolog. *diſp. 321. n. 16.* Alij vero ceſſionem validam eſſe, & ceſſionarium mandatis actionibus vſuras dotis, vel fructus conſequi vt Salic. *in authen. ad hæc, q. 13. C. de vſur.* Pariſ. *in conſ. 64. n. 5. lib. 4.* & alij quos recenſet, & ſequitur Felician. *de cenſib. lib. 2. cap. 5. num. 13.* Ioan. Bapt. Lup. *de vſur. comment. 1. §. 4. n. 17.* & Ioſeph. de Seſſ. *in dec. 68. n. 23.* quamuis ni fallor auctores hi diuerſa potius, quam contraria ſentire videantur. Et proinde facilioris doctrinæ gratia quoſdam caſus ſeparandos eſſe puto.

Primus caſus eſt, quando maritus debitor eiuſdem quan- 17
titatis dat in ſolutum ipſum nomen dotis, vel illud vendit pro certo pretio, ſiquidem conſtat, vt iam dixi, nomina vendi, & in ſolutum dari poſſe *ex l. 4. & 17. ff. de hæred. vel act. vend l. 3. C. eod.* & donari *l. 3. C. de donat.* & hoc caſu puto ceſſionarium vſuras dotis exigere non poſſe, neque ſuos facere fructus pignorum dotalium, ſed ius ſuum ex propria perſona metiri debere, & proinde ſi eius aliunde non intereſt, nihil niſi ipſum nomen ceſſum, vel venditum capere poſſe, & fructus pignorum in rationem crediti deducere *l. 2. & l. vlt. C. de pign. act.* quia nullum iuſtum titulum habet, ex quo fructus pignoris, vel vſuras dotis ei capere liceat nec computare in ſortem. Neque enim iure mariti id conſequi poteſt, quia in hac ſpecie maritus dotem habet pro ferendis oneribus matrimonij, & vndecunque ea peruenerit, ceſſat vſuraria petitio, vt ait Bald. *in d. rubr. de vſur. n. 5.* nec id poteſt ex propria perſona niſi eius interſit ratione damni, vel lucri vt in reliquis cauſis, quia eius propria cauſa eſt, cui facta eſt ceſſio *d. l. qui ſtipendia, de procur.* & ita ſenſit Baldus, Alex. & alij, quos ſecutus eſt Surdus *in conſ. 269. n. 9. & in d. lib. de alim. tit. 8. priuil. 55. n. 6.* & Gratian. *diſcept. forenſ. lib. 1. c. 143. n. 39. & 41.*

Declaratur ſane hic caſus, vt locum habeat in vſuris fu- 18
turi temporis, vel fructibus percipiendis poſt ceſſionem nominis. Nam quod attinet ad vſuras, vel fructus præteriti temporis, hæc procul dubio cedi poſſunt, & tranſeunt ad hæredes, dummodo maritus illa non remiſerit, vt rectè animaduertit Dec. *in conſ. 171. num. 5.* vbi ait Baldi deciſionem accipiendam eſſe de vſuris, quæ in futurum præſtari debent ceſſionario, in quo qualitas mariti non reperitur, quod etiam probat Surd. *loc. cit.* Roderic. *de ann. redit. lib. 3. q. 8. n. 18.* Ioſeph. de Seſſe *in d. dec. 68. n. 24.* & Fontanell. *in d. part. 15. n. 39.*

Secundus caſus eſt, cum maritus cedit, vel vendit dum- 19
taxat ius percipiendi fructus pignorum dotalium, vel exigendi vſuras dotis, dum dos non ſoluitur. Et hoc caſu exiſtimo hoc ius in emptorem, vel ceſſionarium transferri. Cum enim fructus illi ſint mariti, & vſuræ illi debeantur propter onera matrimonij, quæ ſuſtinet, conſequens eſt illum huiuſmodi fructus vendere poſſe iuxta *l. ſi debitor, §. 1. & l. fiſtulas, in fin. ff. de contrah. empt.* & ita ſcripſit Laurent. de Rodulp. *lib. de vſur. §. nunc venio, n. 11.* vbi ait, ſicut poteſt donare ſuum, ita etiam ius fructuum, Syluest. *in verbo vſura, 3. n. 5.* Nauarr. *in manual. cap. 17. num. 174.* & aliis Theologis citatis Fagund. *lib. 5. cap. 10. num. 21.* Statil. Pacific. *d.*

inſect.

inſpect. 4. *cap.* 1. *n.* 63. & Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 59.

20 † Quod tamen ius tandiu durara puto, quandiu durat ius mariti, vnde ſi forte maritus deſinat onera matrimonij ſuſtinere, vel ſi forte dirimitur matrimonium morte mulieris, vel viri, quia in his caſibus ceſſat vſurarum exactio, vel perceptio fructuum ſecundum ea quæ dixi *quæſt. præced. n.* 58. & dicam *quæſt. ſeq. n.* 1. *&* 4 Nam nec etiam fructus rerum dotalium ſuos maritus facit, niſi vxorem exhibeat *l. dotis fructus*, §. 1. *ff. de iur. dot.* Cardin. Mantic. *diſt.* 29. *n.* 14 *&* 15. non poterit ceſſionarius perſeuerare in perceptione fructuum, vel vſurarum, reſoluto ſcilicet iure mariti *l. lex vectigali ff. de pignorib. leg. ſed & Marcellus, ff. de in diem addict.*

21 Tertius caſus eſt, cum maritus nomen ipſum dotis, & ius illud percipiendi fructus pignorum dotalium, vel interuſuria doris in futurum nominatim cedit pro certo pretio, vel in ſolutum dat pro pecunia debita, & hoc caſu puto, & nomen ipſum, & ius percipiendi fructus ex rebus à ſocero in pignus traditis, vel exigendi vſuras dotis in emptorem, ſeu ceſſionarium transferri. Nam quod attinet ad nomen dotis, conſtat illud vendi, & emi poſſe *ex d. l.* 4. *&* 17. *ff. de hered. & act. vend.* vt etiam à marito exigi. Ius etiam percipiendi etiam percipiendi fructus ex pignore, vel interuſuria dotis vendi, & cedi poſſe pro certo pretio, vt mox dixi ex Syluestro, Nauarro, & Roderico *locis cit.* & indicat *l.* 63. *ff. de vſufr. l.* 11. §. 2. *ff. de pign. & inſtit. de vſu & habit.* §. 1. *l. in venditione*, §. 1. *ff. de reb. auct. iudic. poſſid.* Barboſ. *in l. diuortio*, §. *in princ. n.* 35. *ff. ſolut. matrim.* nihil autem vetat vtramque ceſſionem, & venditionem permiſceri, vel vtriuſque iuris, id eſt, nominis, & iuris exigendi vſuras, vel percipiendi fructus ex pignore venditionem, vel donationem ſimul fieri. Illo videlicet ſemper obſeruando, vt ius percipiendi fructus ex pignore dotali, vel exigendi vſuras dotis per id tempus tantum maneat, quo maritus vſuras exigere, vel fundo vti frui potuiſſet iuxta declarationem perpenſam in præcedenti caſu.

22 Quartus, & vltimus caſus eſt, cum maritus, cui dos debetur, parem pecuniæ quantitatem, quanta eſt dos, mutuo accepit, & pignora ſibi à ſocero tradita dimittit creditori, vt illis vtatur, donec ei pecunia credita reddatur: vel cedit creditori vſuras non ſolutæ dotis pro vſuris pecuniæ creditæ, & hoc caſu dicendum eſt ius percipiendi fructus pignorum, vel vſuras dotis tranſire in ceſſionarium, qui poterit mandatis actionibus vti aduerſus promiſſorem doris *l.* 5. *C. de hered. vel act. vend.* nihil enim refert, quod attinet ad ſocerum, vel alium debitorem dotis, à quo percipiantur fructus, vel vſuræ dotis exigantur, ſiquidem hoc caſu ceſſio cenſetur facta ad commodum cedentis, quo caſu valet ceſ-

23 ſio, vt ſcribit Surd. *in d. tit.* 8. *priuil.* 55. *n.* 41. † Et puto indubitati iuris eſſe generum, cui pignora dimiſſa ſunt, dum differtur ſolutio dotis, illa locare poſſe: & proinde illi etiam licere illa ſuo creditori dimittere ea lege, vt fructus interim percipiat, quæ eſt ſpecies locationis, vt indicat *l.* 14. *C. de vſur.* ſiquidem conductor rem conductam locare poteſt, niſi aliter conuentum ſit *l. cum in plures, ff. loc. l. nemo, C. ead.* Anton Gomez. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 11. & præterea ſocer vel alius debitor dotis ſoluens vſuras creditori mariti illius iuſſu videtur ipſi marito ſoluere *l.* 49. *ff. de ſolut. l.* 11. §. *ſolutum, de pignor. act.* & tradunt Iaſon. *in l. qui in aliena, n.* 41. *ff. de acquir. hered.* Surd. *in conſ.* 82. *num.* 2. & Cenc. *de cenſib. part.* 2. *cap.* 1. *q.* 1. *art.* 7. *n.* 23. *nunc q.* 50. *vltimæ impreſſ. Taurin.* Et vt maritus per procuratorem iſtiuſmodi vſuras, vel fructus exigere poteſt in caſibus, in quibus debentur,

24 ita, & per creditorem poteſt, † qui poſt ceſſionem dicitur procurator in rem ſuam *l. ſi quis: ff. de procur. l. ſi in ſolutum, C. de oblig. & act.* Iacob. de Aten. *in tract. de ceſſion iur. n.* 75. Ioan. de Graſſ. *eod. lib.* §. 2. *in fin.* & Sigiſmund. Scacc. *de commerc.* §. 2. *gloſ.* 2. *num.* 256. conſtat igitur creditorem mariti, cui facta eſt ceſſio, fructus pignorum dotalium, vel vſuras dotis perſequi, & capere poſſe, quæ eſt ſententia Salic. *in d. authen. ad hæc, quæſt.* 13. & aliorum quos ſecutus Felician. *d. c.* 5. *n.* 23. Vgolin. *de vſur. c.* 3. §. 4. *in fin.* & Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 59.

25 Declaratur tamen hic caſus, vt teneatur creditor fructus pignorum, vel vſuras dotis marito deducere in ſortem pecuniæ creditæ, vt notant iidem Salic. & Roderic. *loc. cit.* Pariſ. *in d. conſ.* 64. *n.* 13. *lib.* 4. Neguaant. *de pignor. quinto membr. par.* 5. *num.* 16. Molin. *in d. diſp.* 321. *n.* 16. Vgolin. *loc. cit. & c.* 63. *n.* 5. Surd. *in d. priuil.* 55. *in fin.* Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de pignor. cap.* 2. *n.* 13. *verſ. ſecundo non habet locum*, & Barboſ. *in l. poſt dotem* 65. *ff. ſolut. matrim.* vbi rectiſſimè ait ceſſionem vſurarum dotalium valere ad vtilitatem mariti, perinde enim eſt, ac ſi maritus pro vſu pecuniæ mutuo acceptæ pacta antichreſi propria pignora creditori dimiſiſſet, vt notat Laurent. de Rodulph. *in d.* § *nunc veniendum, n.* 11. & dum creditor exigit vſuras à debitore doris iuſſu mariti, videtur ipſe maritus ſoluere *d. l.* 49. *ff. de ſolut.* † Vn- 26
de qua ratione creditor teneretur imputare in ſortem fructus: quos ex prædiis mariti percepiſſet *l. ex prædiis, Cod. de vſur. l.* 1. *&* 3. *C. de pignor. act. & l.* 9. *C. de pignor.* vel vſuras quas maritus ei ſoluiſſet, vt late tractatum eſt *q.* 10. *& duab. ſeq.* ita prorſus fructus pignorum dotalium, vel vſuras à ſocero exactas ſorti imputare debet. Nullum enim iuſtum titulum habet, vnde ei hæc capere liceat, niſi ſua aliunde interſit, vt ait Molin. & Trentacinq. *loc. cit.* & Vgolin. *in d.* §. 4. *in fin.* Atque ita ni fallor concilientur ſententiæ diſſidentium, nimirum vt poſſit quidem creditor, & ceſſionarius mariti fructus vel vſuras doris etiam pro futuro tempore capere ſecundum Saliceti ſententiam, teneatur tamen marito hæc deducere in ſortem pecuniæ mutuo datæ iuxta opinionem Baldi, & ſequacium, ex quo ſequitur creditorem, & ceſſionarium mariti non committere vſuram reſpectu debitoris dotis, hic enim nihil ſoluit indebitum: ſed reſpectu mariti tantum, ſi fructus, & vſuras dotis non imputaret ſorti, cum aliunde eius non intereſt, nullumque lucrum amittit ex mutuo, vel patitur damnum culpa mariti debito-
tis. † Nam ſi ponamus creditorem ob pecuniam mutuo da- 27
tam marito amiſiſſe lucrum, vel damnum paſſum fuiſſe, certum eſt illum, neque vſuras à debitore dotis exactas, neque fructus pignorum ſorti imputare pro modo, & quantitate, quæ eius verè intereſt, quia ſi ab eodem marito id exegiſſet, non teneretur ea de ſorte deducere, quod Theologi admittunt, & conſtat *ex d. l.* 2. *in fin. de eo quod cert. loc. & l.* 13. *ff. rem rat. hab. l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo*, & Couar. *variar. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 3. *& c.* 4. *n.* 1. & nos ſæpius diximus, & hanc inter exceptiones recenſebimus, quibus creditori aliquid vltra ſortem ſtipulari, & capere conceſſum eſt.

QVÆSTIO XXX.

Soluto matrimonio an vſuræ dotis debeantur.

SVMMARIA.

1. *Maritus defuncta vxore non poteſt vſuras dotis exigere, vel fructus pignorum percipere.*
2. *Actio rerum amotarum damna continet, & id quod intereſt.*
3. *Hæredes mariti poſſunt ſtatim dotem reddere mulieri deducto commodo medij temporis.*
4. *Dotis vſuræ non debentur, ſi onera matrimonij ceſſent.*
5. *Maritus dotem promiſſam, & non ſolutam exigere non poteſt ſoluto matrimonio.*
6. *Vſuræ non debentur, quoties ſors amplius non debetur, neque peti poteſt.*
7. *Baldi ſententia quædam declaratur.*
8. *Hæredes viri poſſunt ſtatim dotem reddere, ne viduam alant.*
9. L. mulier, §. rerum, ff de act. rer. amot. *explicatur.*
10. L. 7. de vſur. *hodie non obtinet.*
11. *Vſufructuarius pecuniæ rectè agit ad id quod intereſt, ſibi moram fieri.*
12. *Maritus defuncta vxore rectè agit ad id quod intereſt, ſibi dotem ſua die non fuiſſe ſolutam pro anno luctus.*
13. *Debitor coactus ante diem ſoluere poteſt deducere interuſurium medij temporis.*

Quod

Quod etiam in debitore fiſci receptum eſt.

14. *Quod auctor putat accipiendum, cum vere creditoris intereſt ante diem ſoluere.*
Ob feſtinatam ſolutionem aliquid detrahere ſortis iniuſtum eſt.

15 *Leges, quibus cautum eſt, habendam eſſe rationem interuſurij medij temporis, abrogatæ ſunt.*

16. *Maritus non poteſt capere vſuras dotis ſoluto matrimonio, etiamſi liberi ſuperſint, & num. 17.*

17. *Martini conſuetudo locum habet in dote promiſſa, & non ſoluta.*

18. *Martij Medices rationes quædam, vt probet etiam extantibus liberis vſuras dotis non deberi.*

19. *Recenſentur qui contra ſentiunt, & eorum argumenta.*

20. *Martij rationes excuſſæ.*
Filij matrimonij fructus, & onera.

21. L. vbi adhuc C. de iur. dot. *quoad alimenta liberorum locum habet etiam defuncta matre.*

22. L. ſi maritus 46. fam. herciſc. *declaratur.*

23. *Narus, & nepotes familiam ſoceri, & aui ſequuntur, & ab eo ali debent.*
Dos ibi eſſe debet, vbi ſunt onera.

24. *Dos non minus principaliter datur pro alendis liberis, quam pro alenda vxore.*

25. *Onera matrimonij durant defuncta vxore cum liberis.*

26. *Pater tenetur alere filiam, & nepotes ex filia, cum dotem habet.*

27. *Maritus defuncta vxore cum liberis dotem petere poteſt, & id quod intereſt.*

28. *Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis iiſdem regulis fere conſiſtunt.*

29. *Dos non reuertitur ad patrem, etiamſi filij poſteà moriantur.*

30. *Mulier defuncto viro poteſt vſuras dotis exigere, vt ſe, & liberos alat.*
Vel fructus pignoris percipere.

31. *Legitima debetur cum fructibus.*

32. *Hæredes viri, qui viduam alunt, poſſe vſuras dotis, vel fructus pignorum conſequi.*

33. *Viduæ intra annum luctus ab hæredibus viri non debentur vſuræ.*
Tametſi ab illis domi ali debeat.

34. *Siue diues ſiue inops ſit ex ſententia auctoris.*

35. *Surdi reſponſiones quædam reiectæ.*

36. *Dos eſt etiam ſoluto matrimonio, donec ſit reſtituta.*
Et durant eius priuilegia.

37. *Alimenta debentur viduæ intra annum, licet dos ex pacto alteri reſtituenda ſit.*

38. *Vidua loco alimentorum poteſt cum hæredibus viri de certa quantitate paciſci.*

39. *Vidua tranſacto anno luctus, neque vſuras dotis, neque fructus pignorum percipere poteſt.*
Quod multi negant.

40. *Viduæ, quæ non habet aliunde, & diligentiam adhibuit, dotis vſuræ debentur.*

41. *Viduæ debentur alimenta, quandiu ei dos non ſoluitur.*

42. *Barboſæ reſponſio refutatur ex eodem.*

43. *Dotibus onus alendi mulierem annexum eſt.*

44. *Reipublicæ intereſt mulieres dotatas eſſe.*

45. *Dote reſtituta ceſſant priuilegia.*

46. *Et dotis nomen.*

47. *Dotis propria functio eſt, vt mulieris alimentis inſeruiat.*

48. *Mulier etiam poſt annnum luctus poteſt loco alimentorum annuam quantitatem ſtipulari, dum dos non ſoluitur.*

49. *Vel pignoris fructus percipere, modo non excedant alimentorum modum.*

50. *Dotis donationi adiici poteſt pactum, vt ſoluto matrimonio morte viri mulier ab hæredibus alatur, dum retinent dotem.*
In contractus dotis licet paciſci, vt annua quantitas mulieri præſtetur, donec vixerit.

51. *Vidua vſuras dotis vniformes recipiens, quæ modum alimentorum ſuperent, imputat ſorti.*

52. *Idem eſt, ſi fructus pignoris percipiat vice vſurarum.*

53. *Dos in mutuum quando conuertatur.*

54. *Viduæ, cui in reſtitutione dotis mora ſit intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis debetur.*

55. *Qua ratione etiam fructus pignorum non imputat ſorti.*

56. *Vidua quid probandum, vt intereſſe dotis conſequatur.*

57. *Vidua vſuras dotis exigens, illam in mutuum vertit.*

58. *Penſio mulieri relicta loco alimentorum, dum dos non ſoluitur, non minuit dotem.*

59. *Statuta quibus vſuræ dotis taxantur, quando valeant.*

60. *Vir, cui ſecundo mulier nupſit, poteſt vſuras dotis ab hæredibus primi viri conſequi.*

61. *Et de certa annua quantitate paciſci.*

62. *Maritus non repellitur à petitione dotis oblatione vſurarum, vel reditus.*

63. *Maritus ſi dote recepta eam pecuniam ſocero mutuetur, non poteſt vſuras exigere niſi eius aliunde interſit.*

HÆc quæſtio duas inſpectiones continet. Nam duobus modis matrimonium dirimitur, morte ſcilicet mulieris, vel viri, tametſi olim ex iure ciuili aliis modis diuortio ſcilicet, & captiuitate vnius coniugum diſſoluetetur, vt conſtat *ex l. 1. ff. de diuort. l. 12. §. 5. de captiu.* Quare primo loco quærendum eſt, an ſoluto matrimonio per mortem mulieris nullis relictis liberis, maritus vſuras dotis non ſolutæ petere poſſit, vel fructus pignorum dotalium percipere. † Et ex- 1
plotatum eſt id marito non licere, quia defuncta vxore ceſſant onera matrimonij, propter quæ id capere licet *l. in inſulam, §. vſuras, ff. ſolut. matrim.* & clarè ſenſit Bald. *in l. vlt. §. prætereà, & in l. pro oneribus, C. de iur. dot.* & ſentiunt Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 240. num. 18. & 19.* Ludouiſ. *in dec. 573. num. 8.* Marr. Medic. *dec. 15. num. 1.* & reſpondit Præſ. Bellon. *in conſ. 64. num. 4.* Et ſanè ſi conſtante matrimonio vſuræ dotis non debentur, ſi mulier patris, vel alterius ſumptibus exhibita ſit *d. §. vſuras,* vbi I.C. ait hoc caſu inanem eſſe vſurarum ſtipulationem, multo minus vſuræ admittendæ ſunt defuncta vxore, cùm neque vir, neque alius onera matrimonij ſuſtinere cogatur.

Sanè memini aliquando iudices quoſdam vxore ſine li- 2
beris in matrimonio defuncta adiudicaſſe marito vſuras dotis non ſolutæ non tantum pro tempore conſtantis matrimonij cùm ipſe onera matrimonij ſubierat, ſed etiam eo ſoluto pro anno luctus, intra quem dotem reſtituere non tenebatur, ſi eam habuiſſet *ex l. vn. §. cum autem, Cod. de rei vxor. act.* & condemnati ſunt ad interuſurium iſtius temporis fratres mulieris, ad quos tanquam ad hæredes, (neque enim pater ſuperſtes erat,) dos, & actio dotis tranſmittitur, cùm ſoluta eſt, & marito numerata, vt eadem lege ſancitum eſt *in §. illo,* me fruſtrà pro illis patrocinante. Et mouit fortaſſe iudices *l. ſi mulier, §. 3. ff. de act. rer. amot.* in qua Paulus ait *rerum amotarum actionem damnum repræſentare, etiamſi poſtea dotis exactio competat: commodi quoque, ſi quid amiſerit vir, rationem habendam eſſe.* † Et 3
quod ſcribit Bald. *in authen. & qui iurat. num. 39. C. de bon. auct. iudic. poſſid.* hæredes mariti, qui dotem in pecunia conſiſtentem retinere poſſunt per annum, dummodo vxorem alant, poſſe dotem ſtatim reddere mulieri, ne illam alere teneantur, deducto interuſurio medij temporis, idque *ex l. ſi conſtante, §. quoties, ff. ſol. matrim.* quod dictum Baldi mirabile eſſe dicit Alex. *in l. diuortio, num. 21. ff. eod.* & probarunt Tiraq. *de retract. lib. 1. §. 1. gloſ. 18. num. 36.* Campeg. Cotta, & alij apud Barboſam *in l. 2. part. 1. num. 30. eod. tit.* & apud Anton. de Amat. *reſol. 49. num. 28.* quod argumentum eſſe videtur interuſurium iſtius temporis marito deberi.

Ego verò qui pro fratribus aderam, contendebam vſuras 4
huius temporis marito non deberi. † Primo quia ſoluto matrimonio morte vxoris nullis relictis liberis ceſſant onera matrimonij, propter quæ vſuræ dotis licitè exiguntur, & quibus ceſſantibus etiam conſtante matrimonio vir nec vſuras dotis, vel fructus pignoris capere poteſt, vt dixi *ex d. §. vſuras, num. 1.* & Baldo Zaſ. Duaren. & aliis, quos citaui *quæſt. 25. num. 58.* ergo multo minus poſt mortem vxoris hæc marito capere licet, hoc enim caſu multo magis deficit æquitas *lib. 7. ff. de iur. dot.* & titulus, ex quo huiuſmodi

vſuras maritus exigere, vel fructus pignorum percipere licitè poteſt, vt inter Theologos notant Molin. *diſp.* 322. *num.* 1. & Salas *de vſur. dub.* 30. *num.* 5. vbi ait neminem hac in re
5 diſſentire. † Deinde quia maritus intra anni dilationem non poteſt exigere dotem, quam conſtante matrimonio non exegerat, vt lucretur interuſurium medij temporis, quia hæc dilatio conceditur marito miſerationis cauſa, vt docet Bart. *in l. nupta*, §. 1. *& l. ſi ſocer.* §. *Lucius, ff. ſol. matrim.* Alber. *in d. l. vn.* §. *exactio, C. de rei vxor. act.* idem Ioan. Campeg. *de dot. part.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 1. Ioſeph. de Seſſ. *dec.* 86. *num.* 2. qui alios refert, & Fontan. *de pact. nuptialib. clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *part.* 11. *num.* 8. quod ſanè oſtendit vſuras iſtius anni pro dote non exactâ minimè deberi.

6 Nec obſtat, quod Baldus ait *in d. authen. & qui iurat. n.* 39. *in fin.* quia diuerſum eſſe videtur: nam Baldus loquitur de dote, quam vir conſtante matrimonio exegerat, & viro defuncto hæredes eius reddere tenentur viduæ, poſt annum luctus, quos inquit ſi nolunt eam alere, poſſe non expectato anno dotem reſtituere detracto interuſurio medij temporis, quod an verum ſit, mox dicam. Nos verò quærimus de dote, quam vir conſtante matrimonio non exegerat, & eo ſoluto morte mulieris exigere non poteſt, vt dixi, quo caſu certiſſimum eſſe videtur vſuras huius temporis admittendas non eſſe, cum nulla ſit petitio ſortis ex Bart. *in l.* 1. *num.... ff. de cond. indeb. & in l. cum quis, C. de iur. & fact. ignor.* & aliis quos refert Iaſ. *in l.* 1. *in diem num.* 1. *ff. de cond. indeb.* obſtetque exceptio, *dolo facit, qui petit id quod reſtituturus eſt, l.* 8. *ff. de dol. mal. except. l* 173. *in fin. de reg. iur.*

7 Deinde quia definitio Baldi intelligi debet ſecundùm dictam *l. ſi conſtante,* §. *quoties,* quam citat, ex quo conſtat maritum ita demum deducere interuſurium medij temporis, cum mulier ſtatim defuncto viro agit ad ſatiſdationem pro reſtitutione dotis, nec maritus ſatiſdare poteſt. Hoc enim caſu ſi vir dotem ſtatim reddere cogitur, interuſurium iſtius temporis deducere poteſt: ſecus autem quando maritus vel hæredes eius vltrò repræſentant dotem, vt ibi explicant Bart. & Caſtrenſ. & Surd. *in tit.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 58. & Zaſius *in l. ſtipulatio iſta*, §. *inter. num.* 6. *ff. de verb. obligat.* vbi ait dictum Baldi eſſe mirabile, ſed non verum, & hæredes viri ſatis commodi habere, quod non coguntur vxorem
8 alere. † Itaque poterunt quidem hæredes viri ſtatim dotem reddere, ne alimentorum onus ſubire cogantur, totum enim medium tempus liberum eſt debitori ad ſoluendum *d. l. ſtipulatio,* §. *inter, & l. quod certa, ff. de ſolut. l.* 31. *ff. de fideiuſſ. d.* 51. *ff mand.* & quod in diem debetur, ante ſolui poteſt *l. continuus,* §. *cum ita, de verb. oblig.* non cogitur tamen mulier, quæ non petit ſibi ſatiſdari, ante diem dotem recipere cum diminutione ſortis, vt docet Surd. *loc. cit.* & Zaſ. *in d.* §. *inter*, alioqui mulier deterioris conditionis eſſet cæteris creditoribus, quibus ſi quid ante diem ſoluitur, deductionem illam pati non coguntur, vt conſtat *ex l. qui Romæ* 122. *in princ. de verb. obligat.* Neque enim creditori inuito ante diem ſolui poteſt, ſi illius interſit, vt tradunt Decius *in l. cum tempus, n.* 5. *de reg. iur.* Briſſon. *de ſolut. lib.* 1. *circa fin.* & Maur *eod. lib. c.* 92. Duaren. *in d. l. qui Romæ, in princ.*

9 Quod verò attinet *ad d. l. ſi mulier,* §. *rerum, de act. rerum, amot.* reſpondi eam accipiendam eſſe, quando ob res amotas maritus damnum patitur, vel amittit lucrum, vt indicant verba legis, & ſenſit gloſ. in verbo *ratio*, quod in illa cauſa neque deductum, neque probatum fuerat. Neque enim ex eo alicuius quantitatis, iuſtum habet titulum ad vſuras exigendas, ſed neceſſe eſt, vt eius interſit pecuniam
10 illam ſibi ſolutam fuiſſe, vt dixi *quæſt.* 15. *n.* 5. *& aliis locis.* † Nec hodie verum eſt quod ait *l.* 7. *ff. de vſur.* poſt moram nummos ſteriles non eſſe, ſed opus eſt, vt ex mora debitoris nobis lucrum ceſſet, vel damnum emergat, vt diximus *eod. loc.* ex Vgolin. *de vſur. cap.* 3. §. 7. *in fin. & cap.* 64. *n.* 1. Roderic. *de ann. & menſtr. redit. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 15. & aliis, quibus adduo Vveſemb. *ad tit. de vſur. num.* 9. Quamobrem defuncta vxore ſine liberis, dote non ſoluta nullum interuſurium dotis deberi poſt ſolutum matrimonium certiſſimum puto etiam intra annum luctus, quo maritus, ſi dotem accepiſſet, illa vti frui potuiſſet, niſi verè eius aliunde interſit. Quo probato ſententia illorum iudicum forte retineri poteſt, alioqui ſi dicere fas eſt, exemplum præbere non debet, quod ſequamur.

His conſequenter exiſtimo eum, cui pecuniæ vſusfructus 11
legatus eſt, ſi quidem placuit etiam pecuniæ vſumfructum legari poſſe *l.* 1. *&* 2. *ff. de vſufr. ear. rer.* ſi ei ab hæredibus in pecunia præſtanda mora fiat, poſſe agere ad id quod ſua intereſt, dummodo illud probet legitimis modis. Nam & hoc caſu pecuniæ proprietas eſt legatarij *l.* 7. *eod. tit.* §. *conſtituitur. Inſtit. de vſufr.* tametſi eam finito vſufructu reſtituere teneatur. Proinde non minus ea vti poteſt ad quæſtum durante vſufructu, quam ij quibus pecunia ex aliis cauſis debetur, qui ſi aduerſarij culpa damnum ſenſerint, vel amiſerint lucrum, rectè agunt ad id quod intereſt ſibi moram fieri, vt ſæpius dixi *ex l.* 2. *in fin. de eo quod cert. loc. & l.* 13. *ff. rem rat. haber.* & ex Couarr. *variar. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 5. *&* 6. vt
reliquos omittam. † Et hinc verum intelligitur, quod pro- 12
xime in tranſitu dixi maritum defuncta vxore ſine liberis, ſi illi mora facta eſt conſtante matrimonio in ſolutione dotis agere poſſe ad id quod eius intereſt, ratione lucri vel damni intra annum luctus, intra quem pecunia vti potuiſſet, quia pro eo tempore videtur omnino ſimilis ei, cui pecuniæ vſusfructus legatus eſt, quem mox dixi ad intereſſe agere poſſe, ſi hæredes ſint in mora præſtandi legatum. Neque eſt contrarium quod dixi vſuras admittendas non eſſe, cum nulla ſupereſt petitio ſortis, quia huiuſmodi damna, quæ facto, & culpa debitoris maritus ſenſit, hoc caſu non debentur acceſſoria ad dotem, ſed principaliter ex eo, quod ob moram aduerſarij vir eam pecuniam exercere non potuit, & ex ea eius induſtria adhibita lucrum facere, vel vitare damnum, non minus, quam ſi quis agricola iniuſte ab alio prohibitus ſit fundum arare & colere, vel faber operas ſuas locare, cum poſſet, quos damna, & id quod intereſt petere poſſe certiſſimum eſt.

Sed antequam hinc digrediar, ſciendum eſt, quod dixi 13
num. 7. maritum ſcilicet, qui ex eo quod ſatiſdare non poteſt, dotem repræſentare cogitur, deducere interuſurium medij temporis, non tantum in marito obtinere, ſed in alio quolibet debitore, qui ſi ante diem ex aliqua iuſta cauſa ſoluere cogitur, medij temporis commodum computare, & detrahere poteſt, vt in debitoribus fiſci receptum eſt *ex l.* 1. *Cod. de condict. ex leg.* & aliis auctoribus relatis tradit Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 6. *titul.* 7. *num.* 21. & generaliter in omnibus debitoribus *ex ead. l.* 1. Cyn. Bald. Angel. Salic. conſtituit Tiraq. *de retract. lib.* 1. §. 1. *gloſ.* 18. *n.* 37. quibus conſentit Iaſon *in d. l. in diem, num.* 2. *ff. de cond. indeb.* qui ait idem eſſe, ſi quis per errorem ante diem ſoluerit. † Quæ 14
iuris definitio ita demum meo iudicio retinenda eſt, ſi vere debitoris interſit ante diem ſoluere, vt ſi ex eo, quod ante diem ſoluere cogitur, damnum patitur, vel amittit lucrum. Nam ſi debitor alio loco conuenitur, quam quo ſolui debuit, id deduci debet, quod eius intereſt alio loco ſoluere, & ſolum quatenus eius intereſt, minoris fit pecuniæ condemnatio *l.* 2. *in princ. & l.* 4. *ff. de eo, quod cert. loc.* & dixi *quæſt.* 25. *in fin.* Quamobrem ſi nihil debitoris intereſt ante tempus ſoluere, veluti ſi pecuniam paratam habuit, eamque otioſam habiturus erat, vſque ad diem, quo ſolui debuit, non puto interuſurij rationem habendam eſſe. Vt enim vſura eſt ob dilationem aliquid vltra ſortem ſtipulari, & capere *l. rogaſti,* §. *ſi tibi, & l. lecta, ff. ſi cert. pet. l. qui Romæ, in princ. de verb. obligat.* ita iniuſtum eſt ob feſtinatam ſolutionem aliquid detrahere ſorti, cum nihil debitoris intereſt, vt docet Rip. *in l. ſi ex toto, num.* 52. *de leg.* 1. & multi Theologi apud Salas *in lib. de empt. & vend. dub.* 39. *num.* 4. *& lib. de vſur. dub.* 27. *num.* 3. Denique vt non excuſatur is, qui mutuam pecuniam dare cogitur Principi, vel Reipublicæ, ſi quid addit ſorti, & ſtipulatur vltra ſortem, cum vere nihil eius intereſt, vt dixi *quæſt.* 74. *num.* 9. ita prorſus non excuſatur debitor, ſi ex eo, quod ante diem cogitur ſoluere, aliquid detrahit ſorti, ſi nullum ex feſtinata ſolutione patitur damnum, vel amittit lucrum. † Ex quibus puto, quod 15
dicitur *in d. l.* 1. *ſi conſtante*, §. *quoties*, maritum, qui dotem repræſentare cogitur, deducere interuſurium medij temporis, & quod ait I. C. *in lib.* 73. §. *in diem, ff. ad l. Falcid.* in computatione legis Falcidiæ, & quantitate patrimonij conſti-

conſtituenda ſpectandum eſſe, quantum interea hæres, donec dies obtigerit, lucraturus eſt ex vſuris: & alia iura omnia, ex quibus colligitur interuſurij medij temporis rationem habendam eſſe, hodie non obtinere, & huiuſmodi leges abrogatas eſſe eo iure, quo vſuræ prohibentur, & reducendas ad id quod intereſt, & ad id quod ex fructibus, vel alio licito quæſtu redigi poteſt, vt ſenſiſſe videtur Franciſc. de Cald. *in lib. de empt. & vend. c. 23. n. 42.* vbi relata illa Baldi ſententia *in d. authen. ei qui iurat. n.* 39. & relatis auctoribus, qui eam ſequuntur, ſubiicit ſtatim ab eis cauendum eſſe ſe infra demonſtraturum, quod exequitur *n. 58.* vbi concludit pecuniæ interſurium hodie non deberi, nec poſſe exigi excepto caſu *l. curabit, C. de act. empt.* & ſimilibus, & hanc eſſe communem ſcribentium ſententiam. Neminem tamen reperi id in ſpecie dictarum legum adnotaſſe.

16 His conſequenter videndum eſt, an quod diximus ſoluto matrimonio per mortem vxoris non poſſe maritum perſeuerare in perceptione vſurarum vel fructuum, locum habeat, & retinendum ſit, ſi ex eo matrimonio ſuperſint liberis. Et crebrior noſtrorum ſententia eſt etiam extantibus liberis maritum neque vſuras dotis percipere poſſe, neque fructus pignorum ſuos facere. Nam quamuis hoc caſu dos ad filios pertineat, veluti hæredes matris *l. 1. §. illo procul dubio. C. de rei vxor. act.* ita vt neque etiam ad patrem mulieris defunctæ reuertatur, ſecundum opinionem Martini, quæ generali totius orbis

17 conſuetudine recepta eſt. † Et non minus in dote promiſſa, quàm ſoluta locum habet, vt aliis auctoribus citatis tradit Socin. iun. *in conſ. 36. n. 6. & 16. lib. 1.* Rolan. *de lucr. dot. q. 5. n. 8. & ſeq.* Gabriel. *in conſ.* 165. *num.* 4. *lib.* 1. Theſaur. *dec. 190. n. 9.* Marcſc. *variar. lib. 1. c. 42. n.* 4. & Rot. inter recentiſſ. *dec. 126. n. 1. part. 1. & 641. n. 3. part. 2.* non poteſt tamen vſuras dotis exigere, vel fructus pignorum dotalium ſuos facere à die ſoluti matrimonij. Ita enim ſentiunt Ioan. de Anan. *in c. ſalubriter, de vſur. col. pen.* & Ruin. *in conſ. 162. n. 3. lib. 5.* Ioan. Lup. *in c. per veſtras, not. 6. §. 8. n.* 4. Corn. *in conſ. 165. n. 4. lib. 4.* Aluar. Valaſc. *conſ* 84. *circa fin.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 244. n. 16. & cap. 427. à num.* 4. quem probat Beltramin. *in notis ad Ludouiſ. dec.* 573. *in fin.* Marius Giurb. *ad conſuet. Meſſan. cap. 3. gloſ. 5. n.* 28. Martius Medic. *in dec. 15. num. 6. & ſeq.* idemque nouiſſime reſpondit D. Præſes Bellon. *in conſ. 64. num.* 8. quod ex Theologis probarunt Molin. *in d. diſp. 322. num.* 1. & Rebell. *lib. 8. q. 12. n. 6.* vbi referunt id lege Luſitaniæ cautum eſſe. Cuius ſententiæ hæc præcipua ratio eſt, quia ceſſante matrimonio eius onera etiam ceſſare dicendum eſt *arg. l. eius qui, ff. ſi cert. pet.* Neque mouere, quod ſuperſint filij qui ſunt reliquiæ præcedentis matrimonij, & ex dote matris ali debent, *l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* quia hoc intelligendum eſt conſtante matrimonio, ſiquidem eo ſoluto pater filios alere tenetur, vt pater, & ex charitate ſanguinis, *l. ſi quis 5. §. 1. de lib. agnoſc. & l. qui liberos, §. vlt. de rit. nupt.* & ita reſpondent Gratian. *d. c. 427. n. 22.* & Bellon. *loc. cit. n. 9.* & Martius Medic. *in d. dec. 15. n. 14. & 16.* qualia quædam adfert pro hac ſententia fulcienda, quæ con-

18 uelli poſſe videntur. † Ait enim ſibi hanc ſententiam magis placere, quia filij potius dicuntur ſolatio, quam oneri eſſe parentibus ſuis, & proinde non onera ſed fructus matrimonij dici debere, ideoque alimenta filiorum inter matrimonij onera cenſenda non eſſe. Præterea patrem, & filium vnam, & eandem perſonam eſſe non fictione quadam, ſed ex veritate, vnde cum pater filium alit, ſeipſum alit, & proinde nihil hoc nomine à ſocero, vel alio debitore dotis ſperare aut expectare debere: Non enim ſocer ſicut filiam, ita nepotes ex filia alere tenetur, quos ſcilicet pater non maternus auus iure naturæ & iure ſanguinis alere cogitur *d. l. ſi quis, §. virum, de lib. agnoſc. & d. l. qui liberos, de rit. nupt.* & qui etiam viuo patre legitimam partem bonorum patris habere videantur, ideoque nihil obſtare dictam *l. vbi adhuc, C. de iur. dot. l. dotem, ff. de caſtren. pecul. l. ſi maritus, ff. fam. herciſc.* quibus locis, inter onera matrimonij recenſentur filij, quia vt etiam reſpondet Gratian. *loc. cit.* illæ leges loquuntur tempore conſtantis matrimonij non autem eo ſoluto, & rationem eſſe, quia dos principaliter datur pro alenda vxore, non pro alendis liberis, quos pater tenetur alere non propter dotem, ſed propter ius ſanguinis, vt dictum eſt. Quamobrem, quia ſoluto matrimonio, per mortem vxoris maritus liberatur ab onere alendæ vxoris, quod eſt principale onus matrimonij, nihil mirum eſt, ſi ceſſet etiam præſtatio vſurarum, & fructuum quantumuis ſuperſint filij, nullam igitur cauſam remanere, vnde huiuſmodi vſuræ licite exigantur. Ita ferè Martius diſſerit *loc. cit.*

Sed his non obſtantibus hæc ſpecies valde controuerſa 19 eſt. Nam contrariam ſentiunt multi non contemnendæ auctoritatis, inter quos Caualcan. *dec. 16. n. 25. part.* 3. & rurſus *dec. 22. n. 18. & ſeq. part.* 4 Cumia, *ſuper ritib. Siciliæ, c. 94. n.* 22. qui refert ita fuiſſe iudicatum. Cæſar. Manent. *in conſ. 14. n. 20. & in lib. de contr. libell. pact. 15. n. 79.* Cardin. Tuſc. *in verbo, Dotis fructus, concl. 741. n. 118. tom. 2.* Molfeſ. *ad conſuet. Neapol. part. 6. quæſt. n. 32. tom.* 1. Fontan. *d. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 2. n. 28.* Salas *de vſur. dub. 30. n. 5.* Pyrrhus Siculus *in ſuo ſpec. diſp. 16. quæſt.* 99. & Duard. ad proœmium conſtit. Pij V. *de cenſib. quæſt. 14. n.* 14. qui ex Salone ait contrariam opinionem merito reiici. Id etiam deinde comperi docere Emin. de Lug. *diſp. 25. n. 175.* & cum hæc ſpecies Romæ incidiſſet, cauſa ſæpius propoſita nihil reſolutum fuiſſe memorat Beltramin. ad Ludouiſ. *in d. dec. 573. in fin.* Huiuſque ſententiæ præcipua ratio eſt, quia ſoluto matrimonio per mortem vxoris non omnino ceſſant onera, ſi filij ſuperſint, quos ſcilicet pater alere cogitur, & qui ſunt reliquiæ, & pars onerum matrimonij, vt expendunt Socin. *in conſ. 135. n. 13. lib. 1.* Caualc. *loc. cit.* & alij ſane plurimi apud Gratian. *in append. d. c.* 427. & Cardin. *loc. cit.* & Rota *in dec. 126. n. 1. inter recentiſſ. part.* 1. his verbis: *Præſertim quia dos debetur propter onera matrimonij l. dotis fructum, ff. de iur. dot. l. pro oneribus, C. eod. quæ durant etiam mortua vxore, quando adſunt liberi, quorum onus remanet apud patrem,* ex Bald. *in l. poſt dotem, n. 29. in princ. ff. ſol. matrim.* & Socin. *in d. conſ. 135. n. 16. lib. 1.* Denique quia hæc eſt natura dotis, vt oneribus matrimonij cohæreat *l. 16. ff de Caſtr. pecul.* id eſt, vt is qui dotem habet, onera matrimonij agnoſcat, *l. actione, §. vlt. ff pro ſoc. l. 56. §. 1. de iur. dot.* inter quæ cum ſit cura, & exhibitio liberorum, *d. l. vbi adhuc, C. eod. tit.* conſequens eſt, vt debitor dotis etiam muliere defuncta id oneris agnoſcere, & ſubire debeat, & quod idem eſt, vſuras dotis viro præſtare, qui liberos alit.

Neque valde mouent, quæ Martius Medices adfert *loc. cit.* 20 imo leuitas eorum mihi magis ſuſpectam facit primam ſententiam. Nam quod ait filios potius eſſe ſolatio quam oneri parentibus, & fructus eſſe matrimonij, non onera: vnam, & eandem perſonam eſſe cum patre, & eo viuo ius habere in bonis patris, hæc & reliqua omnia ſimilia, quæ hyperbolice dici ſolent, locum habent, etiam conſtante matrimonio. Quis enim neget filios viua matre patribus ſolatio eſſe. Vt etiam quod dicimus patrem filios alere teneri ex charitate ſanguinis, obtinere etiam viua matre, & matrimonio conſtante certo certius eſt. Quare cum etiam conſtante matrimonio hæc omnia dici poſſint, & non ideo minus eo conſtante filij inter onera matrimonij cenſeantur *d. l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* & aliis dicendum eſt hæc nihil ad hanc rem pertinere. Vt enim hæc non impediunt, quin educatio, & exhibitio filiorum conſtante matrimonio inter eius onera numerentur, ita nec matrimonio ſoluto efficere poſſunt, vt filij deſinant eſſe oneri parentibus, qui illos alere tenentur, vt dictum eſt. Et licet non negem filios matrimonij fructus eſſe, cum boni ſunt, & parentibus obtemperant, ij tamen fructus non ſine ſumptibus, & laboribus percipiuntur, exemplo fructuum prædiorum, qui non niſi cum cultura, & cura percipi poſſunt, vnde non dicuntur fructus niſi deductis ſumptibus, *l. 46. ff. de vſur. l. ſi à domino 35. §. fructus, ff. de pet. hæred. l. 9. in fin. ff. de oper. ſeruor. & l. 7. in princ. ff. ſol. matrim.* Quare quod ait Medices, *non entis nulla ſunt qualitates,* ſophyſticum magis eſt, quam verum. Etenim obſeruandum eſt onera matrimonij dici non quia proprie verſentur circa matrimonium, ſed quia matrimonium origo, & occaſio eſt horum ſumptuum. Onera enim, & ſumptus matrimonij verſantur circa vxorem & liberos, qui maritum, & patrem ſequuntur *l. ſi maritus, fam. herciſc. d. l. 56. §. 1. de iur. dot.* vnde defuncta vxore cum liberis adhuc manet ſubiectum, circa quod hæc onera conſiſtant, id eſt liberi, quos pater alere tenetur: Et quemadmodum filij dicuntur filij, & fructus matrimonij;

etiam eo ſoluto *l. fœmina, C. de ſec. nupt.* ita & onus dici poſſunt, quod etiam ex eo conſtat, quia onera ſæpe ſunt, vbi non eſt matrimonium, vt ſi pater mariti dotem recipiat, tunc enim & nurum, & filios alere tenetur, vt proxime dicam.

21 Præterea nihil obſtat, quod Gratianus, & Martius dicunt dictam *l. vbi adhuc,* & alias loqui conſtante matrimonio, quia quod attinet ad alimenta, locum habent, etiam matrimonio ſoluto, ſiue morte viri, ſiue morte mulieris dirimatur. Nam *in d. l. vbi adhuc*, ſancitum eſt licere mulieri viro ad inopiam vergente res mariti doti ſuppoſitas retinere, vel eas à poſſeſſoribus, & detentoribus vindicare, ita tamen vt fructibus earum rerum ad ſuſtentationem tam ſui quàm mariti filiorúmque vtatur, ſi quos habet: Nemo autem, vt puto, arbitrabitur etiamſi matrimonium deinde vel morte viri, vel mulieris dirimatur, filios ex fructibus earum rerum alendos non eſſe.

22 † Quod etiam *in d. l. maritus* 46. *famil. hercisc.* definitum eſt filium ſcilicet poſt mortem patris, qui receperat dotem, poſſe illam ex bonis patris præcipere hac ratione addita: *quia mortuo patre, quædam filios ſequuntur etiam antequam fiant hæredes, vt matrimonium, vt liberi, vt tutela: igitur, & dotem præcipere debet, qui onus matrimonij poſt mortem patris ſuſtinuit.* Nemo autem inficiabitur filium etiam defuncta vxore, ſi ſuperſint liberi, dotem ex bonis præcipere poſſe, ex quibus liberorum onus ſuſtinere poſſit. Alioqui hæredes patris pinguiorem hæreditatem conſequerentur, & locupletiores fierent cum iactura aliena, id eſt liberorum, qui dotem matris amitterent, quod ius non patitur *l. 6. in fin. ff. de iur. dot.*

23 Denique quod reſpondit Papinianus *in d. l. dotem*, 16. *ff. de caſtr. pecul.* dotem filiofamilias datam, vel promiſſam in peculio Caſtrenſi non eſſe, ſed apud patrem eſſe debere, quia dos matrimonio cohærens oneribus eius ac liberis communibus, qui ſunt in aui familia confertur; id eſt, vt explicat Cuiac. ad Papin. quia ad eum pertinent onera matrimonij filij ſui. Nam, & nurus, & nepotes ex eo matrimonio procreati familiam eius ſequuntur, & ab eo omnes alendi ſunt *l. ſi filia, §. ſi filius, ff. fam. hercisc.* & proinde dotem ibi eſſe debere, vbi ſunt onera matrimonij *l. ſi is qui. §. 1. ff. de iur. dot. l. actione, §. vlt. ff. pro ſoc. & d. l. ſi maritus* 46. *ff. famil. hercisc.* hoc verum eſt etiam defuncta vxore filij: nam ſi ex matrimonio ſuperſunt filij, non ideo minus in aui familia, & poteſtate ſunt: neque ideò minus ab eo exhibendi, & proinde dos etiam apud auum remanere debet, vt ex fructibus eius onus liberorum filij ſuſtinere poſſit. Quare cum eiuſmodi iura, quibus conſtat liberorum curam & exhibitionem inter onera matrimonij referri, etiam ſoluto matrimonio locum habeant, magis oſtendunt ſoluto matrimonio dotem alendis liberis ſeruire debere, & durare matrimonij onera, & conſequenter vſuras dotis etiam ſoluto matrimonio licitè exigi poſſe.

24 Ex quibus etiam non placet, quod Medices ait *num.* 17. dotem principaliter dari pro alenda vxore, & in quandam conſequentiam pro alendis liberis: proinde defuncta vxore cauſam principalem vſurarum ceſſare: & in his terminis dictas leges procedere. Nam iſtiuſmodi iura eodem loco, & ordine habent onus exhibendæ mulieris, ac liberorum, vt *in d. l. vbi adhuc*, ſatis indicant verba illa, *ad ſuſtentationem tam ſui, quam mariti filiorumque*, & *in d. l. ſi maritus, fam. hercisc.* verba illa, *quia mortuo patre, quædam filios ſequuntur, vt matrimonium, vt liberi, vt tutela*, & congruenter, *in l. 56. §. 1.* Paulus ait: *poſt mortem patris ſtatim onera matrimonij filium ſequuntur, ſicut liberi, ſicut vxor.* Denique *in d. l. 16. de caſtrenſ. pecul.* Papinianus ait *dotem cohærere matrimonio, & oneribus eius, ac liberis communibus.* Ex quibus ſatis conſtat leges exhibitionem filiorum non minus principaliter intendere, quam mulierum. Quod etiam ſatis indicat, quod ſcribit Vlpianus *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* intereſſe reipublicæ fœminas dotatas eſſe *ad ſobolem procreandam, replendámque liberis ciuitatem.*

25 Et admiſſo etiam, quod is auctor comminiſcitur dotem principaliter dari pro alenda vxore, & ſecundariò pro alendis liberis, hoc tamen nihil in hoc genere referre videtur. Siue enim dos principaliter, ſiue ſecundariò alendis liberis inſeruiat, ſemper iuſta cauſa ſubeſſe videtur infligendi vſuras ei qui dotem habet. Etenim in hac ſpecie, id eſt defuncta vxore cum liberis, adhuc durant onera matrimonij propter liberos, quos pater ſuis ſumptibus alere cogitur, vt expendit Rot. *in d. Senogall. in princ.* & auctores ſanè plurimi apud Gratian. *in append. dicti cap.* 427. & Duard. *in d. quæſt.* 24. *num.* 14. vbi eleganter ait maritum licèt non ſuſtineat onera matrimonij præſentis ſuſtinere præteriti, cùm teneatur alere filios,

Denique quod dicitur patrem ſicut tenetur alere filiam, non teneri alere nepotes ex filia, ſed hoc onus ſpectare ad patrem filiorum *ex l. ſi quis, de lib. agnoſc.* & aliis, accipiendum eſt, niſi ſocer debitor ſit dotis, vt tradit Manent. *loc. cit. num.* 82. Hæc enim propria functio, & natura dotis eſt, vt inſeruiat oneribus matrimonij *l. 76. & 77. ff. de iur. dot.* inter quæ liberos eſſe certiſſimum eſt *ex d. l. vbi adhuc, & l. dotem, ff. de caſtr. pec.* vbi Papinianus ait *dotem oneribus matrimonij, & liberis conferri.* Vnde quandiu promiſſor dotis eam retinet, tacito iure, & ſecundum naturam dotis tenetur onera vxoris, & liberorum ſuſtinere pro modo, & ratione dotis, vel quod idem eſt vſuras dotis præſtare marito, & patri, qui ſuis ſumptibus filios alere cogitur, quos ex fructibus dotis alere potuiſſet. Ex quibus ego in hac ſpecie, id eſt defuncta vxore cum liberis, crederem vſuras admittendas eſſe, ſed leuiores, quia mortua vxore vir ex parte oneribus matrimonij liberatur. 26

Hoc ſanè veriſſimum puto poſſe maritum defuncta vxore cum liberis petere dotem non ſolutam, in qua filij matri ſuccedunt, etiamſi matris pater, idemque eorum auus ſuperſtes ſit, vt dixi ex conſuetudine Martini vbique recepta, & ex tempore moræ agere ad id quod vere illius intereſt ratione lucri ceſſantis, quia vt pater, & iure patriæ poteſtatis vſufructuarius eſt bonorum filij *ex l. 1. C. de bon. mater.* Rot. *in d. dec.* 126. *num.* 2. & pecuniæ etiam vſusfructus eſt *l. 1. & 2. C. de vſufr. ear. rer.* & conſequenter dotis conſiſtentis in pecunia. Idemque lucrum ceſſans petere poſſe filium defuncto patre, & tutorem, vel curatorem filij, vt docet idem Molin. *in d. diſp.* 322. *num.* 1. *verſ. obſerua tamen.* Salas *de vſur. dub.* 30. *n.* 1. & in patre iudicatum refert Matt. Medic. *in d. dec.* 15. *in fin.* † Nihil verò de damno emergenti in his ſpeciebus definiunt, idem tamen ſenſiſſe puto, debitorem ſcilicet dotis etiam poſt mortem mulieris cum liberis, teneri ex mora ad id quod intereſt ratione damni emergentis patri, vel patre defuncto aliis aut tutoribus, & curatoribus filiorum, dummodo probetur legitimis modis, quia cum de intereſſe agitur, eadem videtur eſſe ratio lucri, & damni, & iiſdem regulis conſiſtere, *vt in l.* 13. *ff. rem rat. haber. l. ſi vero, §. ſi mihi, ff. mand. l. 2. in fin. de eo quod cert. loc. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* Vgolin. *de vſur. cap.* 3. *§.* 7 *n.* 1. *verſ. ſecundo excipitur*, imo æquius videtur, vt ratio damni habeatur *ex l. vltim. Cod. de Codicill. l. iuris, ff. de iur. & fact. ignorant.* & in ſpecie Gratian. *in appendic. d. cap.* 427. *verſ. quamuis tamen.* † Quod verum puto, licet liberi, poſt mortem matris moriantur ſuperſtite patre, quia dos nihilominus ad patrem ſpectat, quia ſatis eſt, quod dos ſemel delata ſit filiis, vt illis defunctis pater iure patrio illam acquirat *l. ſi infanti, C. de iur. delib.* Alex. *in conſ.* 115. *in fin. lib.* 1. Bertrand. *in conſ.* 309. *num.* 4. *part.* 2. Socin. iun. *conſ.* 9. *n.* 24. *lib.* 1. Theſaur. *in d. dec.* 190. *num.* 10. Honded. *conſ.* 32. *num.* 14. *lib.* 1. Rot. inter recentiſſ. *in dec.* 642. *n.* 5. *& 7. part.* 2. Quare cum pater mortuis liberis ſit creditor dotis conſequens eſt, ſi ei mora fiat, agere poſſe ad id quod eius intereſſe probabitur ratione damni, quod patitur, vel lucri, quod facere potuit, vt in aliis creditoribus receptum eſt *ex d. l. 2. de eo quod cert. loc. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter,* & aliis. 27 28 29

Nunc tranſgrediamur ad aliud huius quæſtionis caput, & videamus an ſoluto matrimonio morte viri, mulier vſuras dotis capere, vel fructus pignorum percipere poſſit, neque ſorti imputare teneatur. Quod cum varias ſpecies contineat, quæ diuerſam rationem habere videntur, ideo facilioris doctrinæ gratia duo caſus ſeparandi ſunt. † Primus eſt, cum dos, vel pars dotis ab eo qui dotem conſtituit, vel ab hæredibus eius adhuc debetur. Et hoc caſu ſoluto matrimonio per mortem viri puto mulierem exigere poſſe vſuras dotis, vel penſionem annuam, quæ præſtabatur viro, vel pignora dotalia retinere, & fructus capere non 30

com pu

computandos in ſortem, vt inde ſe alat, & liberos, ſi quos habet, etiamſi eius aliunde non interſit, quæ eſt ſententia Soti *de iuſtit. & iur. lib. 6. quæſt.* 1. *artic.* 2. Tolet. *lib.* 5. *cap.* 30. *in fin.* Mercat. *de vſur. cap.* 8. & aliorum, quos ſequitur Salas *d. dub.* 30. *num.* 6. quia inquit, fructus pignoris, vel certa illa quantitas marito præſtatur, vt vxorem alat, & proinde cum huic oneri mulier ſuccedat, conſequens eſt illam hæc licite capere, nec deducere de ſorte: & hoc ius etiam viduæ nouiſſime concedit Emin. P. de Lug. *d. diſp.*
31 25. *num.* 174. † Quod proculdubio retinendum eſt, cum dos à patre vel fratribus ex patrimonio patris promiſſa eſt, & dos ſuccedit loco legitimæ, vel portionis eius, quæ filiæ obueniſſet ex bonis patris, vt plerunque ſolet, quia legitima debetur cum fructibus *l. Papinianus*, §. *unde ſi quis, ff. de inoff. teſt.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 69. *& conſ.* 99. *num.* 11. *lib.* 3. & Præſes Fab. *titul. de vſur. & fructib. leg. defin.* 1. *&* 12. *& alij paſſim.* Et cum debitores doris re, & pretio fruantur æquiſſimum videtur eos vſuras dotis pendere *l. curabit*, *& l. Iulianus*, §. *veniunt*, *de act. empt. & l.* 5. *in fin. ff. de collat. dot.* & ita docet & Manent. *loc. cit. num.* 71. *&* 75. vbi rectiſſime ait incongruum eſſe filiam defuncto viro fructus pignorum, quæ pater marito dederat, computare in dotem, quia hac ratione paulatim filia indotata fieret, neque virum inueniret, cui ſecundo nubere poſſet.

32 His conſequenter ſi hæredes mariti, qui dote non recepta mulierem alere non tenentur, quia nec maritus vxorem hoc caſu alere cogitur, ſiue à patre ſiue ab extraneo, ſiue ab ipſa muliere dos promiſſa ſit, vt tractat Surd. *in lib. de alim. titul.* 7. *quæſt.* 17. *num.* 31. & nos diximus *quæſt.* 28. *num.* 47. *&* 52. mulierem domi retinent, & ſuis ſumptibus exhibent, poterunt pignoris dotalis fructus conſequi, vel vſuras dotis, vel annuam quantitatem, quam ipſa mulier perciperet, vt ſentiunt Salic. & alij quidam apud Azor. *Inſtit. part.* 3. *lib.* 7. *c.* 9. *verſ. altera ſententia*, quia cum mulieri id liceat, vt mox dixi, ſequitur id etiam hæredibus mariti licere ex conſenſu, & voluntate mulieris, vt ſenſit Salas *in d. dub.* 30. *n.* 7. quæ id velle intelligitur, quandiu in domo hæredum habitat, & ab eis alimenta capit.

33 Alius caſus eſt, cum dos conſtante matrimonio viro, vel ſocero numerata eſt, & marito defuncto mulieri reſtitui debet. Qui caſus duas ſpecies continet. Prima eſt, cum quæritur, an ſoluto matrimonio morte mariti viduæ intra annum luctus, qui reſtituendæ doti conceſſum eſt, vt diximus vſuræ dotis debeantur, & hoc caſu certiſſimum eſt vſuras dotis non deberi, tametſi pater, vel hæredes mariti, qui dotem habent, mulierem alere teneantur vt docet Surd. *in d. lib. de aliment. titul.* 2. *quæſt.* 44. *num.* 11. *& ſeq. & titul.* 4. *quæſt.* 24. *num.* 6. Theſ. *in dec.* 43. *num.* 1. vbi refert id in foro vbique ſeruari. Anton. Gomez, *ad l. Taur.* 59. *num.* 48. *Plot. de in lit. iuran.* §. 11. *num.* 23. Rot. apud Ludouiſ. *dec.* 250. *n.* 4. Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 5. *tit. de rei vxor. act. def.* 6. & alij quos recenſet Anton. de Amat. *variar. reſolut. cap.* 49. *num.* 53. qui tamen id ferè accipiunt dummodo mulier aliunde non habeat, vnde ſe alere poſſit, vt tractat Surd. *in d. quæſt.* 44. *num.* 48. *&* 49. & ſentiunt fere omnes relati ab eod.
34 Anton. de Amat. *loc. cit.* quod probare non poſſum. † Puto enim ſiue diues ſiue inops ſit mulier intra hoc tempus ab hæredibus viri alendam eſſe. Quæ fuit ſententia Guid. de Suzar. *in d.* §. *exact.* & Alberic. *eod. loco.* Et moueor primum, quia maritus recepta dote tenetur vxorem alere etiam diuitem *l.* 7. *in princ. ff. de iur. dot. l. vlt. ff. de dol. mal. except.* ergo, & hæredes, qui dotem habent. Deinde quia hoc proprium dotis eſt, vt qui eam habet, vxorem exhibere teneatur *l.* 20. §. *hoc amplius*, *ff. fam. hercisc. l.* 60. §. *ſi inter*, *ff. mandat. l. actione*, §. *vlt. ff. pro ſoc.* & ipſe Surd. *in d. quæſt.* 44. *num.* 16. *in fin.* vbi ait dotibus onus alendi viduam annexum eſſe. Proinde cum in hac ſpecie hæredes viri dotem habeant, æquiſſimum eſt illos onus mulieris ſuſtinere.

35 Neque rationes iſtæ ſatis meo iudicio refelluntur à Surdo *loc. cit.* Nam quod reſpondet *num.* 27. poſt Socin. & Alexandrum non valere argumentum, maritus alit etiam indotatam *l. ſi cum nulla*, *ff. de relig.* ergo, & hæredes, non eſt ſimile, quia cum maritus corpore, & obſequiis vxoris fungatur, æquiſſimum eſt illum alere vxorem etiam indotatam, quia licet non teneatur eam alere ratione dotis, quæ nulla eſſe proponitur, tenetur tamen eam alere ratione neceſſitudinis, & vitæ ſocietatis, quæ ratio in hæredibus ceſſat, cum quibus morte viri diſſoluitur affinitas *l.* 3. §. *affinitates*, *ff. de poſtul.* & qui nihil habent ex bonis, & patrimonio mulieris. Aliud vero eſt, cum vir dotem habuit, hoc enim caſu validum argumentum eſt, maritus tenetur vxorem alere, quia dotem habet, ergo & hæredes eius, obligatio enim alendi vxorem cohæret doti, vt dictum eſt, vel ipſo Surdo teſte, ergo recte inde colligitur, vt quandiu hæredes viri dotem habent, mulierem alere teneantur.

Neque etiam mouet, quod ſecundo loco reſpondet ſoluto 36
matrimonio dotem non eſſe *ex l.* 1. *ff. ſol. matrim.* & proinde nihil obſtare, quod dicitur mulierem ex dote ali debere, quia verius eſt dotem eſſe etiam ſoluto matrimonio. Ait enim Iuriſconſultus *in d. l.* 1. *publice intereſſe ſoluto matrimonio dotes mulieribus conſeruari.* Quod etiam probat *l.* 1. §. *taceat*, *C. de rei vxor. act. l.* 1. *&* 12. *ff. de fund. dot.* & communiter probant interpretes *in d. tit. ſol. matrim.* inter quos Paul. de Caſtr. *n.* 1. Soc. *n.* 11. Socin. iun. *n.* 55. Ioan. Coraſ. *n.* 55. ſcilicet ante reſtitutionem, vt optimè explicat Zaſ. *eod. loc. num.* 18. & Iaſon. *num.* 8. vbi ait ante reſtitutionem competere propriè priuilegia dotis, & durare prohibitionem legis Iuliæ. Quod etiam ſenſit Bald. *in l.* 1. *C. ſine cenſ. vel reliq.* Bald. Nouell. *de dot. part. part.* 1. *n.* 13. Natta *in conſ.* 207. *num.* 1. Card. Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 12. *tit.* 1. *n.* 14. Fachin. *contr. lib.* 10. *cap.* 27. *verſ. ſed iſtis*, & explicat Cuiac. *in d. l.* 12. *ad Papin.* cuius verba ſunt, *etiam dirempto matrimonio prædium dotale eſſe intelligitur, quoad ſcilicet reſtitutum ſit.* Quare cum dos vere conſiſtat etiam ſoluto matrimonio, conſequens, eſt durare illius priuilegia, inter quæ eſt, vt qui eam habet, mulierem alere teneatur *l. cum pater*, *ff. de pact. dot. l.* 22. §. *ſin autem*, *ff. ſol. matrim.* & vbi illa eſt, ibi onera eſſe debeant *d. l. ſi is qui*, §. 1. *de iur. dot. & l. dotem*, *ff. de caſtr. pec.*

Denique nihil obſtant iura, quibus cautum eſt alimenta 37
iis non decerni, qui aliunde viuere poſſunt, vt *in l. ſi quis à liberis*, §. 7. *ff. de lib. agnoſc. l. pen. ff. vt in poſſeſſ. legat.* & aliis, quia locum habent; cum alimenta officio iudicis debentur, vt ſunt quæ filio debentur à patre inter quos nullus contractus initus eſt, & nulla actio intercedit. Hæc autem obligatio alendi mulierem deſcendit ex contractu dotis, & ex propria natura dotis, & ideo non tam officio iudicis, quam iure actionis huiuſmodi alimenta debentur, vt ait Faber *d. tit. C. de rei vxor. act. def. vlt. num.* 6. Ex quibus etiam non placet, quod multi docent viduæ alimenta ab hæredibus viri non deberi etiam intra annum luctus cum dos non ipſi mulieri, ſed alteri ex conuentione reſtituenda eſt, veluti ſi extraneus, qui dotem dedit, eam ſibi reddi ſtipulatus eſt, quod licet *ex l.* 20. §. *ſi extraneus*, *ff. de pact. dotal. l.* 43. §. 1. *ff. de iur. dot.* Quæ eſt ſententia Bart. Alex. Ruin. Rip. & Socin. *in l.* 1. *ff. ſol. matrim.* Pinell. *in l. vlt. n.* 7. *C. de bon. mater.* Ant. Gomez. *in d. l.* 50. *n.* 48. & aliorum, quos refert Surd. *in d. quæſt.* 44. *n.* 6. & Anton. de Amat. *in d. reſ.* 49. *n.* 80. quia cum onus exhibendæ mulieris cohæreat doti, & ſequatur dotem, vt dictum eſt, & dilatio hæc etiam in hac ſpecie hæredibus competat, conſequens eſt, vt quandiu apud hæredes dos manet mulierem exhibere teneantur. Cum enim hæc obligatio alendi vxorem ex ipſa natura dotis proficiſcatur *l. ſi filia*, §. *ſi filius*, *ff. famil. hercisc. l. pro oneribus* 20. *C. de iur. dot. l.* 11. §. 1. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* nihil refert, cui dos ſoluto matrimonio reddi debeat. Illud enim ſpectandum eſt, an hæredes mariti dotem habeant, qui ſane melioris conditionis eſſe non debent, neque mulier deterioris, quod dos alteri reſtituenda ſit.

Illud ſane placet licitum eſſe viduæ de certa quantitate 38
cum hæredibus mariti loco alimentorum paciſci durante anno luctus, dummodo honeſtum modum alimentorum non excedat, etiamſi eius aliunde nihil interſit vt videtur ſentire Campeg. *de dot. part.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 1. & tradunt Didac. Couarr. *variar. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. *verſ. ſexto hinc etiam.* Ioan. Bapt. Lup. *de vſur. & commerc. illicit. comment.* 1. § 4. *num.* 22. Surd. *in d. quæſt.* 44. *n.* 34. Trentacinq. *in d. reſ.* 6. *n.* 3. & Roderic. *de ann. red. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 56.

Neque enim hæc quantitas præſtatur in præmium dilationis, quia competit beneficio legis conquirendæ pecuniæ

P 2 gratia;

gratia, ſed in vicem oneris exhibendæ vxoris quod ſequitur hæredes viri. Vnde ſi mulier id oneris in ſe ſuſcipiat, licitè de certa pecuniæ quantitate conuenire poteſt, quæ huic oneri reſpondeat, quia hoc caſu contractus innominatus quidam celebratur, *do vt facias*, id eſt, damus tibi penſionem, vt te ipſam alas, in quo genere vſura latere non poteſt, vt loquit Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 8. *tit.* 19. *n.* 29. & dixi aliis auctoribus citatis *quaſt.* 13. *n.* 10 *&* 28.

39 Proxima ſpecies eſt, cum quæritur an tranſacto anno ex mora hæredum vidua vſuras dotis, vel alimenta petere poſſit, vel de certa annua quantitate paciſci, donec pecunia dotalis reſtituatur. Et ſane ex iure ciuili maritus vel hæres eius, ſi in reſtituendis rebus mobilibus moram fecerit, vſuras trientes ſoluere cogitur ex conſtitutione Iuſtiniani *in d. l. vn. §. exactio, C. de rei vxor. act.* & notat Petr. Gregor. *Syntagm. iur. ciuil. lib.* 9. *cap.* 22. *num.* 5. & Anton. Faber. *hoc tit. def.* 5. *&* 9. ſed poſtquam placuit vſuras omni iure prohibitas eſſe: & leges, & conſtitutiones Principum vſuras permittentes exploſæ ſunt, receptum eſt viduæ oec alimeota, nec vſuras præſtandas eſſe ob ſolam moram in dote reſtituenda factam, neque fructus pignorum ſuos facere, niſi eius aliunde interſit, vt reſpondit Ancbar. *in conſ.* 150. *num.* 4. *&* 6. & moltis oſtendit Surd. *d. tit* 1. *quaſt.* 45. *num.* 2. *& in conſ.* 194. *num.* 13. Rolan. *in conſ.* 35. *lib.* 2. Vrſill. ad Afflict. *in dec.* 284. *n.* 6. Barboſ. *in l.* 2. *in princ. n* 40 *ff. ſol. matrim.* Molin. Theolog. *diſp.* 322. *n.* 6. Fernand. Rebell. *lib.* 6. *quaſt.* 11. *num.* 12. & poſt hæc ſcripta magnus Cardin. de Lug. *loc. cit. num.* 172. Idem ſentiunt Gratian. *diſcept. cap.* 240. *n.* 3. & alij ſanè plurimi apud eund. Antonin. de Amat. *d. reſ.* 49. *num.* 84. & communem eſſe ſententiam teſtantur Couarr. *variar. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 3. & Theſaur. *in d. dec.* 43. *n.* 2. vbi ait communi omnium voto ita definitum eſſe.

Sed contraria ſententia placuit Bald. *in authen. ei qui, n.* 39. *Cod. de bon. auctor. iud. poſſid.* & aliis apud Surd. *loc. cit. n.* 7. Molinæ I. C. *de primog. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 6. Nauarr. *cap.* 17. *num.* 213. *verſic. tertium verum eſſe, & in comment. de vſur. num.* 67. Theſaur. *in d. dec.* 43. *num.* 4. Zerol. *in ſua praxi epiſc. part.* 1. *verbo, vſura, verſ. dicet quis.* Aragon. ad D. Thom. *quaſt.* 78. *art.* 2. *circa fin. verſ. infero tertio*, & Fachin. *contron. iur. lib.* 3. *cap.* 101. qui in fine ſubiicit hanc fere clauſulam. *Cùm quis ſortem exigere poteſt, quia ſcilicet debitor eam offert, vel certe nulla difficultas eſt in ea exigenda, tunc vſuras non deberi, quia videtur creditor pecuniam mutuare ſub vſuris lucratiuis. Sed quaſtio eſt de hæredibus, qui ſunt in mora reſtituendi dotem viduæ. Illa vellet accipere, interpellat, rogat: dies quoque debitorem monet, vt reſtituat, ſed non fit reſtitutio. Certe hic nulla eſt voluntas viduæ fœnus exercendi. Non debet is, qui in mora eſt imputare culpam creditori cur non petierit l. penult. ff. de vi, & vi arm. ſi hæc ratio bona eſſet, nec maritus poſſet vſuras dotis non ſoluta conſequi, quoniam & ei obiici poteſt debuiſſe eum dotem exigere.* Et ſecundum hanc ſententiam iudicatum fuiſſe refert idem Fab. *in d. def.* 3. Nam, inquit, ſi iure Pontificio permittitur marito exactio vſurarum, quia ſuſtinet onera matrimonij, quidni mortuo viro mulier vſuras dotis conſequatur, quandiu caret dote cum eadem onera ad mulierem recurrant, & illud præcipuè, quod ſe alere cogitur.

40 Illud verò omittendum non eſt receptum eſſe inter iuris auctores viduæ alimenta deberi, quando diligentiam adhibuit, nec dotem conſequi potuit ab hæredibus viri, nec aliunde habet, vnde ſe alere poſſit: Ita enim docuerunt Bart. Bald. Roman. Caſtrenſ. & alij ſanè plurimi apud Surd. *in d. quaſt.* 45. *num.* 6. inter quos Didac. *loc. cit.* vbi tamen ait id iure non probari Plot. *in l. ſi quando*, §. 11. *num.* 27. *de in lit. iuran.* Cagnol. *in l. curabit. num.* 17. *C. de act. empt.* Trentacinq. *d. reſ.* 6. *num.* 4. Ioan. Bapt. Lup. *in d.* §. 4. *num.* 23. Giorb. *ad conſuet. Meſſan. cap.* 15. *gloſ.* 15. *n.* 25. *&* 30. *part.* 1. nec aliud ſenſit Fachin. *loc. cit.* quæ tamen in dubium meritò reuocantur à Barboſ. *in d. l.* 1. *part.* 1. *n.* 41. *&* 45. Nam ſi ex eo, quod mulier inops ſit, & diligentiam adhibuit in petenda dote poſſet aliquid vltra ſortem capere, id etiam aliis creditoribus liceret, quod nemo dixerit. Neque enim inopia, & diligentia creditoris iuſtus, & legitimus titulus eſt, ex quo aliquid vltra ſortem capere liceat, ſed neceſſe eſt, vt ex mora debitoris damnum ſentiat, vel lucrum amittat, vt ſæpius dictum eſt.

Quamobrem ego in re hac, quæ ſatis inuoluta eſt, & va- 41
rie ab interpretibus, & iuris ſcriptoribus tractata eſt, vt etiam conſtat ex Peregr. *in conſ.* 100. *lib.* 1. & Giurb. *loc. cit.* maxime intereſſe puto, an vidua alimenta petat, an vſuras, vel fructus pignorum percipiat, donec dos reddatur Nam etiam poſt annum luctus, quandiu hæredes viri dotem retinent, alimenta viduæ eos præſtare æquiſſimum puto, ſiquidem qui dotem recepit, tacite videtur ſe obligaſſe ad alimenta præſtanda, donec dos reſtituatur, & proinde alimenta hæc non capiuntur ratione moræ, ſed ratione tacitæ promiſſionis, & obligationis, quæ ſequitur dotem, vt is ſcilicet, qui fruitur dote, mulierem alat *l. dotis fructus*, 7. *in princ. ff. de iur. dot. l. ſi cum dotem*, 22. §. 8. *ff. ſol. matrim.* & in ſpecie Sot. *de iuſt. & iur. lib.* 6. *quaſt.* 1. *art.* 2. *circa fin.* Nauarr. *in comm. de vſur. num.* 67. Lopez *inſtruct. part.* 2. *cap.* 60. Salon. *quaſt.* 78. *art.* 2. *contr.* 15. *num.* 3. & Duard *in proœm. bulla Diui Pij V. de cenſib. quaſt.* 26. *num.* 31. *&* 32. & ex noſtris auctoribus Alex. Soc. & alij, quos refert Menoch. *in conſ.* 8. *n.* 20. *in fin.* Theſaur. *in d. dec.* 43. *n.* 4. vbi inquit iniquum eſſe hæredes mariti interim ex dote lucrum percipere, Ioſeph. de Seſſ. *in d. dec.* 68. *n.* 27. 47. *&* 49. Gratian. *in d. cap.* 240. *num.* 21. *& dec.* 126. *numer.* 4. Sfort. Odd. *in d. conſ.* 75. *num.* 16. Anton Fabien. *in d. def.* 5. & ita cenſuiſſe Cameram imperialem refert Mynſing. *centur.* 1. *obſeru.* 64. *num.* 5. vbi dicit hanc ſententiam æquiorem, idque conſuetudine Tholoſana receptum eſſe refert Petr. Gregor. *d. lib.* 9. *c.* 20. *n.* 9.

Neque mouere debet auctoritas Barboſ. *in d. l.* 2. *num.* 41. 42
vbi ſcribit hanc opinionem confundi, ſic enim loqui ſolet, dum aliorum ſententias impugnat, ex eo quod cum hæredes mariti debeant pecuniam dotalem in genere, ſi mulier aliquid vltra ſortem percipiat, id capere videatur ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, quod eſt vſurarium & illicitum *cap. in ciuitate, de vſur.* Neque obſtare rationem adductam in contrarium, quia illa tacita promiſſio reſtringitur ad tempus conſtantis matrimonij, & proinde illo ſoluto obligationem alendi vxorem quoque ſolui. Etenim certum eſt ſoluto matrimonio intra annum luctus mulierem ſaltem cum non habet aliunde, alendam eſſe ſumptibus hæredum mariti, qui dotem habent, neque huiuſmodi alimenta minuere dotem vt ſenſit Accurſ. *in d. l.* 1. §. *cum autem, Cod. de rei vxor. act.* quem reliqui ferè omnes ſecuti ſunt, & probant Gregor. *loc. cit.* & Coiac. *d. l. in fin.* vbi notat mulieres plerunque ſolam dotem habere in bonis *ex l.* 1. *ff. qui pot. in pignor. hab.* quam ſententiam late tuetur idem Barboſ. *eod. loc. num.* 21. *&* 22. quare ex ipſius Barboſæ doctrina falſum eſſe deprehenditur, quod ait obligationem alendi mulierem reſtringi ad tempus conſtantis matrimonij, ſiquidem admittit obligationem hanc ad annum luctus porrigendam eſſe, quo ſolutum eſt matrimonium, quod etiam plerique docent quos recenſui *n.* 33. inter quos Sordus *in d. quaſt.* 44. *num.* 11. qui poſt pauca ait † onus alendi dotibus anneaum 43
eſſe, vt etiam notat Gomez, *ad lib.* 50. *Taur. num.* 48. Salon, & Duard. *loc. cit.* quod onus ſequitur dotem, quandiu non ſoluitur, cùm abſurdum ſit dicere hæredes viri melioris conditionis eſſe debere tranſacto anno, & poſtquam moram facere incipiunt in reſtitutione dotis, quàm intra annum luctus, qui illis miſerationis cauſa conceſſus eſt explicandæ pecuniæ cauſa, vt dictum eſt. Proinde cùm obligatio alendi ex propria natura dotis eam ſequatur, dicendum eſt non tantum intra annum luctus, in quo leges mitiores, & fauorabiliores eſſe videntur hæredibus, ſed etiam eo tranſacto obligationem illam manere, & durare poſt matrimonium, donec dos reſtituta ſit. Deinde receptum eſt maritum, ſi dos ei non ſoluitur, vxorem alere non teneri, vt diximus *quaſt.* 55. *num.* 33. & proinde ius, & obligatio alendi vxorem dote conſtituta non ex ipſo matrimonio proxime oritur, ſed ex ipſa dote. & ex retentione, vel receptione dotis, quare quandiu penes hæredes eſt, alimenta viduæ ipſi præſtare debent. Præterea ſi hæc alimenta ab hæredibus præſtita poſt annum ſoluti matrimonij minuerent dotem, multæ mulieres nihil tale cogitantes, & inductæ blanditiis hæredum, vt alimentis contentæ dotem

non

non peterent, vel non habentes, vode in indicio illam re-
petant, indotatæ remanerent,& inopes extincta ſcilicet dote
ob particolates alimentorum perceptiones. quod ſanè publi-
44 cæ vtilitati repugnat. † Siquidem non taotum priuatim, id
eſt patris intereſt filiam dutatam babere, vt ait Paulus *in*
l.71.ff.de cuſt. ſed etiam Reipublicæ intereſt dotes mulieri-
bus conſeruari etiam ſoluto matrimonio, vt iterum nube-
re poſſint, & patere liberos *l.1. ff.de iur. dot. l.1. ff.ſolut. ma-*
trim. qua ratione, vt dos ſcilicet ſalua maneat mulieri, ma-
xime mouentur Soc. & Nauar. *loc.cit.* & Ioſeph.de Seſſ. *in d.*
dec.68. num.47. Denique ex his iuris locis palam eſt dotem
vere conſiſtere etiam dirempto matrimonio. Ait enim I.C.
in d l.1. ſoluto matrimonio publicè intereſſe mulieribus do-
tes conſeruari, & paſſim ioterpretes docent *ad d.tit.* & inter
alios Cardin. Mantic. *lib.12.tit.1.num.14.* vbi ait ſemel con-
tracto matrimonio non ceſſare nnmen dotis, licet matri-
monium diſſoluatur, ſed durare dotis priuilegia, donec fue-
rit mulieri reſtituta, quod paolo ante aliis auctoribus cita-
45 tis dixi *num.36.* † Quæ priuilegia ceſſare receptum eſt, poſt-
quam dos reſtituta eſt. Ita enim ſenſit Bald. *in l.1. C.ſine*
conſ. vel reliq. Iaſ. *ad d.tit.ſol. matrim. num.10.* & Nicon. *num.*
39. Riminald. *in conſ. 105. num.10. lib.1.* & Anton. Sola *ad*
non conſtit. de alien. bonor. minor. & mulier. gloſ.4. num.18.
niſi ea dos iterum detur pro nouo matrimonio, nam & tunc
ſua obtinet priuilegia *l.14. & 31. ff.de iur. dot. l.ſi mulier.20.*
46 *ff.ſolut. matrim. & aliis.* † Et facta reſtitutione ceſſare nomen
doris, & proprium mulieris patrimonium cenſeri conſtat
ex l.vlt.C.comm. vtriuſq. iudic. & l.cum in fundo. §.quod ſi mu-
lier. ff.de iur. dot. & dicit Iaſ. *loc. cit. num. 10.* Alciat. *num.51.*
qui ait in boc omnea conſentire, & Bologn. *eod.loc.num.153.*
quos omnea ſequutus eſt Barboſ. *in 4. par.eiuſd. tit. num.11.*
vbi ait hoc certiſſimum eſſe. Quod etiam aliis auctoribus
relatis notat vir eminentiſſimus Mantic. *loc. cit. verſ. ſed ſi*
dos. ideóque rea dotales plenè reſtitutæ dotales eſſe deſinunt
l.3. in fin. ff.de fund. dot. Anton. Gomez. *in d.l.50. num.59.*
47 † Quamobrem cùm in hac ſpecie dos nondum reſtitura ſit,
conſequens eſt adhuc dotem eſſe, & durare eius priuilegia,
inter quæ illud præcipuum eſt ea propria eiua natura pro-
ueniens, vt qui eam retinet, mulieris ſuſtentationem ſubeat
d.l.12. §.ſin autem. ff.ſol. matrim. l.60. §.ſi inter. ff.mandat. l.
cum pater. ff.de pact.dot. & licet mulieris non interſit ratione
lucri, vel damni, adhuc extare titulum iuſtum percipiendi
alimenta, oimitum exiſtentiam,& retentionem ipſius dotis.
Et proinde verius, & vtilius eſt alimenta hæc dotem non
minuere.

48 Ex quibus etiam fit, vt vidua, cui ab hæredibus viri ali-
menta præſtari debent, dum retineor illius dotem poſſit ſal-
ua, & integra dote, & ceſſante omni fraude loco alimento-
rum recipere certam annoam quantitatem, quæ modum ali-
mentorum non excedat, vt tradit Ioſeph.de Seſſ. *in d. dec.68.*
n.55. Gratian. *dec.116. num.7. & 8.* & ex ſententia Abbatis
Didaci, & aliorum ſcripſit Rodetic. *de ann. redit.lib.3.queſt.*
7. num.56. qoamuis Couarrunias aliter ſentiat *d.cap.1.num.3.*
verſ ſexto hinc etiam conſtat. cui tamen bac in re non aſſentior,
ſiquidem exiſtimabat viduæ alimenta non deberi poſt an-
num luctus, & proiode non poſſe hæc alimenta ad certam
quantitatem reduci: ſed quia demonſtratum eſt obligatio-
nem alendi ſeqoi dotem,& venire ex contractu dotis, deoi-
que dotem eſſe, quandiu reſtitota non eſt, fatendum eſt ali-
menta etiam poſt annum luctus ad certam annuam quanti-
tatem reduci poſſe, dummodo ceſſet animus connectendi do-
tem in mutoum, ex quo nihil vltra ſortem capere licet.
49 † Quod etiam ſentio in fructibus alicuius prædij, modo
omnis fraua abſit, & fructus non excedant modum alimen-
torum, & id quod ad decentem mulieris ſuſtentationem ne-
ceſſarium eſt. Ita enim ſentiunt Salon *d.queſt.78. art.2. contr.*
15.num.3. verſ.vnde fit. Nauarr. & Lopez. *loc.cit.* Sotus, To-
letus, Aragon. Bannez, & alij ſanè plurimi Hiſpani auctores
apud Salaa *d.dub.30.num.9.* & Binsfeld. *in d.c ſalubriter.concl.*
6. quod etiam probauit Duard. *in d.queſt.26. num.32. & 33.*
& ſenſit Gratian. *loc.cit.*

His conſequenter puto licitum eſſe in ipſa conſtitutiooe
50 doris paciſci, vt ſoloto matrimooio morte viri mulier ab
hæredibus viri alatur dooec dotem reſtituant, cùm enim id
tacitè inſit contractui dotis, & ea natura dotia proueniat,
nibil vetat id in pactum deducere *l.non rectè.3.C.de fideiuſſ.* &
præſertim quia paciſci licet etiam oon retenta dote, vt quid
anouum præſtetur vxori, quoad viuerit. Neque enim hoc
illicitum fœnus eſt, ſed lex, & conditio, quam quiſque da-
tioni rei ſuæ dicere poreſt *l.6.& vlt. C.de rer.permut.l.7. ff.de*
pact. dotal. & cenſuit Rota coram Card. Seraph. *in dec. 599.*
quæ etiam extat poſt prima conſilia Farin. *dec.14. num.3.*
& Salas *loc. cit.* † Sed cùm vidua exacto anno luctus vſuras 51
dotis vniformes exigere pergit quæ in regione agitari ſo-
lent: vel de certa annua quantitate exigenda conuenit cum
hæredibus viri, quæ modum alimentorum excedit, vt differ-
rat petitionem dotia, dicendum eſt hic vſuram eſſe, & pro-
inde quidquid hoc nomine exigitur, ſortem minuere, vt
reſpondit Anchar. *in conſ. 150.num.4.* Ruin. *in conſ.49. num.*
14. lib.1. & ſentiunt plurimi apud eund. Barboſ. *in d. lib.2.*
num.40. Peregrin. *in d. conſ.100. num.10. lib.1.* Gratian. *in d.*
cap.140.num.3. & alij quns recenſui *num.39.* † Idémque di- 52
cendum eſt, ſi ſoluto matrimonio,& poſt annum mulieri aſ-
ſignetur prædium, ex quo loco interuſurij dotis fructos per-
cipiat, donec doa reſtituatur, qoia vere hic fœnus latet *l.14.*
& 17.C.de vſur. & proinde hoc caſu fructus minuuot dotem,
vt receptum aſſerit Couarr. *loc. cit.* Neguzant. *de pignor. 5.*
membr. par. num.17. Ioann.Bapt Lup. *in d.§.4.num.19.* Molin.
de primogen.lib.4.cap.5.num 8. Vgolin. *de vſur. cap.3. §.7. n.1.*
Coler. *de alim. lib.1. cap. 11. num. 16.* & latiſſimè Surdus *in*
d conſ. 194. & alij ſanè plurimi apud Giurbam *in d.gloſ.15.*
num.23. & ratin diuerſitaria in his caſibus eſſe deprehendi-
tur ab eo, de quo diximus, nimitum cùm alimenta tan-
tum percepta ſunt, † quia cùm mulier vſuras vniformes 53
exigit, quæ in prouincia frequentantur, vel de certo an-
nuo reditu couuenit, qui congruit vſuris, quas fœnerato-
res in prouincia agitare ſolent, vel cum pignus capit, donec
dos reddatur, euius fructus modum alimentorum excedunt,
doa in mutuum conuertitur, & fingitur mulieri reſtituta,&
breui manu illi oumerata iuata *l.ſingularia.ff.de reb.cred. & l.*
6.C ſi cert.pet. oam cùm auaritia mulieres etiam docuerit pe-
cuniaa fœnerare, nihil vetat hic etiam admitti fictionem
breuis manus, quæ multorum conſcientias fœdat, & perdit,
& proinde cum in hac ſpecie dos reſtituta cenſeatur, & in
mutuum conuerſa, conſequens etiam eſt vſuram hic eſſe, ni-
ſi ratio lucri ceſſantis, vel damni emergentis aliud ſuadeat.
† Nam apud omnes conuenit viduæ, cui in réſtituenda dote 54
mora facta eſt, intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſan-
tis iure deberi, modo probetur legitimis modis, vt latè Bar-
boſ. *in d.l.2.in princ.num.44. & 48.* Afflict. *in dec.284.n.3.* &
conſtat ex Doctoribus congeſtis à Crau. *in conſ.912.n.11.* Pe-
regrin. *loc.cit. num.14.* Surd. *in d.queſt.45.n.27.* Gratian. *in d.*
cap.140. n.6. Rodetic. *de ann. redit. lib.3. queſt.7. num.35. in*
fin. & alij ſanè plurimi apud Giurbam *in d. gloſ.15. num.39.*
quibua addo Duardum. *in d.queſt.26.num.10.* & qui ionome-
ros refert Anton.de Amat. *in d.reſol.49.num.96.* Prout etiam 55
poterit vidua ratione damni emergentis, quod verè patitur,
vel lucri quod verè amittit fructus pigooris percipere præ-
cipuos, nec eos de ſorte dedocere cogitur, vt tradunt Alex-
aan. *conſ.200.lib.6.* Couarr. *d.cap.1. n.3. verſ. ſexto hinc etiam.*
Vgolin. *in d.cap.3.§.7.n.1.verſ. ſecundo excipitur.* Molin. *in d.*
diſp.322 n.1. Cardin. Mantic. *de tac.& ambig.conuent. lib.11.tit.*
8.n.11. & Rodetic. *in d.q.7.n.54.* recte addens id verum eſſe,
quateous fructus pignoris damni aut lucri ceſſantis quanti-
tatem non excedunt. Nam & id in aliis creditoribus rece-
ptum eſt, vt ait Cardin. *loc.cit.* & nos alio loco diximos.

Obſerua tamen quod dixi modo probetur legitimis mo- 56
dis, in quo tamen non omnes conueniunt. Nam plerique
putant etiam in hac ſpecie illa concurrere debere, quæ ad
probandum id quod intereſt exigit Caſtrenſ. *in l.a. §.vlt.*
ff.de eo quod cert. loc. & multi apud Gratian. *in d.cap.140.n.5.*
& 7. & cap.243. n.12. & 13. vbi notat non eſſe admitten-
dam probatiooem præſumptiuam, vt loqoitur, neque illam,
quæ reſultat ex qualitate loci in quo paſſim inueniuntur
occaſiones collocandi pecunias ad lucrum. Quibus conſentit
Roderic. *in d queſt.7.n.54.* tametſi ſtatim diſſentiat *n.55* & alij
multi æſtimauerint ſatis eſſe, ſi in regione annui reditus
frequenter venales ſunt,& paſſim ſa ſe offert occaſio prædia

comparandi. Ita enim Couarr. Lup. Bertazol. Manent. & alij quidam apud Giurbam *loc.cit. n.31. & 39. verſ. ſi vero vidua.* vbi ait ſatis conſtare noſtris temporibus eos, qui pecunias habent paratas habere occaſiones emendi cenſus, vel immobilia, quod tamen probare, & excutere non auſim. Illud ſane facile admitterem, quod is auctor ait *n.33.* ſi vidua gemmis venditis, & aliis eius bonis pecunias confecerit, eaſque in emptionem redituum conuerterit, ſatis perſpicuum eſſe idem omnino fuiſſe facturam, ſi dotem exegiſſet *arg. l.tutor. § non eſt audiendus. ff. de adm. tu.*

57 Cæterum quicquid ſit, ſi vere mulieris non intereſt, vt quæ neque cenſum neque aliam rem frugiferam emere volebat, nec poterat, neque alia ratione lucrum facere, & tamen poſt motam vſuras dotis exegit quæ modum alimentorum excedunt, & illis contenta tacitè, vel expreſſe conuenit de non petenda dote, vel de immodica annua quantitate paciſcitur cum hæredibus viri, aut poſſeſſiones in pignus accipit fructus immodicos perceptura, donec dos ſibi reddatur, videtur dotis cauſam in pecuniam creditam conuertere, vnde quicquid exigit, ſortem minuere neceſſe eſt, quæ ratio in ſuperiori caſu ceſſat, nimirum cum alimenta in domo hæredis percepit, aut nomine alimentorum fructus alicuius agri, vel certam annuam quantitatem, quæ alimentorum modum non excedit, tunc enim nulla fit conuerſio dotis in mutuum, & proinde vſura hic intelligi non poteſt: ſed dos verè conſiſtit, & quicquid nomine alimentorum exactum eſt, id non mutuo, ſed obligationi, quæ ineſt doti referendum eſt, cui onus alendi connexum eſt: nec ceſſat omnino titulus exigendi alimenta, ſecundum ea, quæ dicta

58 ſunt.† Quamobrem quod *quaſt.15. n.13.* dictum eſt ex Purpur. Didac. & aliorum ſententia mulierem, cui penſio legata eſt, quandiu non petet dotem ſibi reddi, ſi penſionem exigat, vſuram admittere, temperandum eſt, ſi penſio illa pro alimentis relicta eſt, neque modum alimentorum excedit, vt tradit Duardus *in d. quaſt 56. n.31. & 32.* Nam & ſi annuum ei relictum non fuiſſet, alimenta ei deberentur ex tacita promiſſione, quæ ineſt contractui dotis ſecundũ noſtrã ſententiam.

59 Ex quibus etiam definiri poteſt, an valeant ſtatuta terrarum, quibus hæredibus viri infliguntur ſex vel ſeptem pro centenis ſingulis, donec dotem viduæ reſtituant, quod valde controuerſum eſt, vt notat Gratian. *d.cap.143. n 45* & conſtat ex Salas *d.dub.30. n.3. & 4. & n.10.* Nam ſi loco alimentorum iſta decernuntur, & honeſtum modum alimentorum non excedunt iuxta qualitatem perſonarum, exiſtimo ſtatuta hæc ad diminuendas lites vtiliter promulgari, & valida eſſe, vt Abbas, Caſtrenſ. & alij apud Sfortiam Odd. *in d. conſ.75. n.4.* & Ioſeph. de Seſſ. *in d.dec.68. num 47.* Salon. *in d. contr.15. num.3. verſ. ſequitur ſecunde.* & ita accipio auctores, quos longa ſerie recenſent Giurba *num. 36.* & Antonin. de Amat. *n.98. loc.cit.* Alioqui ſi ex eo tantum huiuſmodi ſtatuta recipiantur, quod in prouincia frequens, & facilis ſit emptio prædiorum, & redituum, dicam libere huiuſmodi ſtatuta mihi non placere, tametſi multi viri Theologi id probent apud Salas *d.dub.30. num.10.* hac de re iterum, & diligentius dicturus *quaſt.79.*

60 Denique illud omittendum non eſt, ſi vidua, quæ iterum nupſit, dotem à patre vel hæredibus viri debitam ſecundo viro conſtituerit, expreſſe vel tacite iuxta *l.dotem. & l.poſt diuortium.65. ff.de iur.dot.* Menoch. *lib.3 praſ.6 n.25* poſſe ſecundum virum, qui ſuſtinet onera matrimonij, vſuras dotis exigere ab hæredibus primi viri, vel aliis debitoribus dotis, vel fructus pignorum ſuos facere integra manente dote, vt ſancitum eſt *in d.c.ſalubriter. de vſur.* & in ſpecie docent Grat. *in conſ.56. n.3. lib.1.* Plot. *de in lit. iuran. §.11. n.26.* Ioann. Bapt Lup. *in d.§.4. n.15.* Surd. *in d. quaſt 45. n.50.* vbi alios congeſſit Roderic. *in d.quaſt.7. num.57.* Vgolin. *de vſur. cap 3. §.7. n.1. in fin.* Gratian. *cap.143. n.23. & cap.240. n.25. & in dec.126. n.11.* & inter Theologos Sanchez *de matrim. lib.7. diſp.87. n.30.* & alij plurimi apud Antonio. *loc.cit. n.74.* tametſi id immerito improbet Barboſa *in d.l.2 n.41.* qui nimis facilis eſſe videtur ad aliorum opiniones reprehendendas, ſatis enim eſt, vt hæredes primi viri ſint in mora ſoluendæ dotis, & ſecundus vxorem alat, & alia onera matrimonij ſu-

61 ſtineat, vt dixi *ex l.vlt. §.præterea. C.de iur.dot.* † Et vt potuit primus vir cum ſocero, vel alio debitore dotis paciſci de certa annua quantitate præſtanda pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, donec dos ſoluta ſit, vt ex multorum ſententia dixi *q.28. n. 41.* ita & poterit ſecundus vir annuum reditum ſtipulari ab hæredibus primi mariti, donec dos debita ſoluatur, idque ex eo tempore, quo ſuſtinet onera matrimonij & vxorem alit *ex d.l 42. §.vſuras. ff. ſolut. matrim. l.17. in princ. ff. de dol.except. & d.c.ſalubriter. de vſur.* neque puto quempiam diſſentire.† Illud quoque non omiſero, quod eſt *in fin. d.l.* 62
vlt. C.de iur. dot. non repelli maritum dotem repetentem oblatione vſurarum, etiamſi paratus ſit debitor vſuras, vel penſionem annuam ſoluere, nec audiri debitorem ſi dicat ſe in eã præſtanda perſeueraturum, Maritus enim cum volet, dotem exiget, nec excludetur oblatione vſurarum, vel reditus, quod valde notandum ibi Cuiacius ait, & neſcire an reperiatur alibi. Quod ad alios quoque creditores pertinere puto, vt ſcilicet non excludantur à petitione ſortis oblatione vſurarum vel reditus, niſi interdum ex reſcripto Principis, vt vſitatum eſt.

Denique ad hunc tractatum pertinet, neque omittendum 63
fuit, ſi maritus, vel vxor conſentiente viro dote recepta eam ipſam pecuniam ſocero vel alteri mutuam dent, & de certa quantitate præſtanda paciſcantur, donec pecunia debita ſoluatur, illicitam, & vſurariam eſſe conuentionem, niſi aliunde intereſſi, quamuis cum ſocero, & promiſſore dotis ea nondum ſoluta id paciſci liceat propter onera matrimonij. Ita enim tradunt Capye. *in dec.183 n.4.* Surd. *in conſ.269 n.18. & in lib. de alim. tit.1. quaſt.41. num.58.* Zecchus *in lib. de vſur. cap.8. n.3.* vbi ait ita ſentire omnes Alphonſ. Reg. *caſ.16. n.12.* Marant. *in ſingular. verbo debitum ex vna cauſa.* & Fontan. *de pact. nuptialib. clauſ.5. gloſ. 8. par.15. n.42.* ſubiiciens id nullam admittere dubitationem, quia hic mutuum vere ſub vſuris contrahitur, vnde mariti, ab hoc genere contractus valde abſtinere debent. Et comperi deinde hanc ſententiam ſequi Antonium Merend. *controuerſ. iur. lib.2. cap.39. n.8.* vbi ait eſſe veriſſimam. Et licet aliud ſentiat Manent. *de contract. libell. quaſt.5. n.34.* manifeſtè tamen refellitur *ex l. aliam. ff. de nouat. & deleg.* ex qua conſtat nouatione facta dotis, & tutelæ priuilegia perire.

QVÆSTIO XXXI.

De vſuris ſociorum.

SVMMARIA.

1. *Hodie in actione pro ſocio non veniunt vſuræ.*
2. *Societates ea lege, vt pecuniam conferens illa ſalua lucrum percipiat, iniuſta, & vſuraria.*
3. *Et multo magis ſi de certa lucri quantitate conuentum ſit.*
4. *Negotiatoribus pecuniam dantes, & ea ſalua aliquid ſperant, vſuram committunt.*
5. *Quod verum eſt etiam in locis, qui pecuniam ſocietati mutuam dedit.*
6. *Catonis ſenioribus improba ſocietas, & fœnus.*
7. *Animalia æſtimata dans ea lege, vt recipiens pretium reſtituat cum lucro, vſuram facit.*
8. *Animalia ſi æſtimata dentur, & æſtimatio reddenda ſit, emptio, vt venditio, facta intelligitur.*
   Æſtimatio facit emptionem.
9. L. curabit. C.de act. empt. *locum habet in rebus mobilibus fructiferis.*
10. *Societates in quibus capitale ſaluum eſt, & lucrum percipitur, conſtitutione Sixti V. prohibentur.*
11. *Actio nuda competit ex ſocietate aduerſus conſtitutionem Sixti V. factam.*
12. *Aſſecuratio capitalis, & lucri in ſocietate an nunc ſit prohibita.*
    Et Binsfeldij hac de re ſententia.
13. *Aſſecuratio capitalis, & lucri etiam nunc licita.*
14. *Periculi ſuſceptio pro certo pretio non eſt prohibita cum ſocio.*

15. *Leo*

Digitized by Google

15. *Leonardi Leſſij ſententia expedire, vt ſocietates cum aſſecuratione ſortis, & lucri admittantur.*
16. *In quo tamen duo cauenda ſunt.*
17. *Pecunia ſi detur mercatori eo pacto, vt decem annua ſoluat, vſura eſt, licet recipiens periculum pecuniæ non ſuſcipiat.*
18. *Periculi ſuſceptio non excludit rationem vſuræ.*
    L. Titius. de præſcr. verb. *declaratur.*
19. *Lucrum maius incertum pro certo minori lucro vendi poteſt.*
20. *Taxatio certi lucri cum maius veriſimiliter ſperatur, in ſocietate non eſt prohibita.*
21. *Emptio ſine pretio non conſiſtit.*
    Societas leonina, ex qua quis lucrum nec etiam damnum expectet.
22. *Socius qui pecuniam contulit, ſi lucrum vniforme percipiat, an committat vſuram.*
23. *Capitalis amiſſio in ſocietate non præſumitur.*
24. *Negotiationis lucrum incertum, & variis caſibus obnoxium.*
25. *Ludouici Romani conſ.*420.*declaratur.*
    Pecunia depoſita ea lege, vt mercator ea vti poſſit, mutua intelligitur.
26. *Lucrum non intelligitur niſi deducto omni damno.*
    Societate finita quiſque excerpta conferre debet.
27. *Pecunia mutua dari poteſt, ita vt lucri, & damni communis ſit diuiſio.*
28. *In ſecernendis contractibus non tam verba, quam pacta ſpectanda ſunt.*
29. *In ſocietate, in qua vnus pecuniam, alter operam præſtat pecunia communicata non intelligitur.*
30. *Periculum pecuniæ in ſocietatem collatæ eius eſt, qui eam contulit.*
31. *Pecunia in ſocietatem illata primo loco extrahi debet.*
31. *Si tamen inter res ſocietatis pecunia extat.*
33. *Socio ſi dentur nomina debitorum, habenda eſt ratio ſumptuum, & eius quod intereſt.*
34. *Dummodo ſocietas id facere poſſit.*
35. *Et dummodo nomina non ſint idonea, & facilis exactionis.*
36. *Damnum in ſocietatibus commune eſſe debet.*
37. *Damnum pecuniæ eſt conferentis, ſiue in principio ſiue in fine ſocietatis pereat.*
38. L. cum duobus. §. damna. ff. pro ſocio *explicatur.*
39. Et §. quidam ſagariam eiuſd. l.
40. *Induſtria perſonæ interdum tanti eſt, quanti pecunia, & interdum etiam pluris.*
41. *Domino res ſua perit etiam in ſocietate.*
42. *Societatis damna intrinſeca, & extrinſeca, & quæ ſint communia.*
43. *Socius captus à Piratis ſi ſe redimat, repetit à ſociis quod impendit.*
44. *Neque tantum ſortem, ſed etiam ſi quid eius intereſt.*
45. *Socius repetit intereſſe eius, quod de ſuo neceſſario impendit etiam non interueniente mora.*
46. L. ſi id quod. §. item Celſus. ff. pro ſoc. *declaratur.*
    Res à ſociis collatæ licet ſint in diuerſis locis, vnum ſocietatis corpus conſtituunt.
47. *Petri Philippi Cornei exceptiones duæ, quæ reiiciuntur.*
48. *Pecunia in ſocietate amittitur, cum merces ex ea empta pereunt.*
49. *Societas contracta intelligitur iuxta regionis conſuetudinem.*
50. *Et vt inter bonos agi oportet.*
51 *Societate finita ſi ſocius pecuniam ſecum ferat, & pereat, eius eſt periculum non conferentis.*
    Si modo ſocietas renouata non ſit.
52. *Socius licet non teneatur ad vſuras, tenetur tamen ad id quod intereſt.*
53. *Socium aduerſus iuratur in litem.*
54. *Niſi ſocietas inita ſit in fraudem vſurarum,*
55. *Socius dans pecuniam ei, quem ſcit non eſſe negotiatorem, non poteſt agere ad id quod intereſt.*

1 VSVRA duobus modis à ſociis ferè agitatur. Primus eſt, cum ſocius repetit pecuniam, quam in ſocietatem contulit, vel portionem pecuniæ communis: & hoc caſu certum eſt ex iure ciuili venire vſuras poſt moram, vt in reliquis iudiciis bonæ fidei *l.* 1. *&* 32. §. *in bonæ fidei. ff. de vſur. l.* 19 §. 1. *ff. depoſ.* vel ſi ſocius communem pecuniam inuaſit, & in ſuos vſus conuertit, etiam nulla mora interueniente *d l.* 1. §. *ſocius. ff. de vſur.* Harmenop. *epit. lib.* 3 *tit.* 10. §. *eius quod.* quod tamen hodie abrogatum eſt eo iure, quo vſuræ interdictæ ſunt: neque poteſt ſocius quicquam vltra ſortem capere ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, niſi eius interſit, vt in ſpecie *l.* 60. *ff. pro ſoc.* de cuius ſententia diligenter tractatum eſt *quæſt.* 1. Vt etiam quod fauore ſocij, qui communes ædes ſuis ſumptibus refecerit, ſancitum eſt *in l.* 4. *C. de ædif. priu. & l.* 52. §. *idem ff. pro ſoc.* vt poſſit intra quatuor menſes, poſtquam opus refectum erit, vſuras centeſimas conſequi vltra ſortem, aut deinde rem propriam habere, omne quoad vſuras abrogatum eſt, vt notat Roder. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 4. *n.* 39. *in fin.*

Alius modus & quidem turpior, & frequentior eſt, cum ſocius ea lege pecuniam confert, vt nullum earum ſubeat periculum, & lucrum percipiat. Hoc enim ſocietatis genus non tantum illicitum, & iniquum eſt *l. ſi non fuerit in fin. ff. pro ſoc.* ſed etiam vſurarium, vt docuit *gloſ. in c. plerique* 14. *quæſt.* 3. Bald. *in l.* 1. *n.* 11. *ff. pro ſoc.* Caſtrenſ. *in conſ.* 55. *n.* 1. *lib.* 2. Roman. *in conſ.* 470. *num.* 7. Dec. *in l. ſi paſcenda. n.* 8. *C. de pact. & in conſ.* 116. *n.* 1. Gomez. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 5 *num.* 5. Rimin. *in conſ.* 463. *n.* 5. *lib.* 4. Plot. *de in lit. iuran.* §. 13, *n.* 7. Gail. *lib.* 2. *obſer.* 24. *n.* 5. Felician. *de cenſib. lib.* 1. *cap.* 5, *n.* 15. Franciſc. Marc. *dec.* 889. *n.* 12. qui ait hanc ſocietatem non eſſe nec ex forma, nec ex natura: & late Felic. *de ſociet. cap.* 18. & Narbon. *ad l. Hiſpan.* 15. *gloſ.* 1. *num.* 5. *&* 6. Illis addo ex Theologis Lopez *de contract. & negotiat. lib.* 1. *cap.* 65. verſ. *quæſt. hac.* & Rebell. *de oblig. inſtit. lib.* 15. *quæſt.* 2. *n.* 1. Idem ſenſit Natta *in conſ* 403. *n.* 1. vbi refert hanc eſſe communem ſententiam, quam etiam probauit Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 2. & 18. Ferrer. in notis ad Guidon. Pap. *quæſt.* 186. & Hotoman. *in diſput. de ſociet. cap.* 2. qui tandem ſubiicit hanc clauſulam, *cum nec pecunia, quam credidit, eius ſit, nec res fœcunda ſit nec periculum etiam ſuſcipiat: nec poſtremo ex arte probabili, & iuſta lucrum quærat, id quæſtus legitimus appellari non poteſt.* Hoc genus etiam nominatim reprehendit Theodor. Balſamon. *ad canon.* 17. *Nicen Syn.* his verbis: *Quidam &c. canonem intelligentes, & ei fraudem facientes verba quidem ſeruant, mentem autem negligunt. Dant enim nonnullis pecuniam, & tantam ex lucro partem ſe capturos paciſcuntur: periculum autem agnituros, qui eam accipiunt, & cum ſint reuera fœneratores, verbo tamen ſocietatem prætexunt.* Quamobrem quicquid percipitur nomine lucri, extenuat ſortem, vt notat Marc. *loc. cit.*

Idemque multo magis dicendum eſt, ſi de certa lucri quantitate conuentum ſit, ſalua ſorte, puta ſi recipiẽs ſuo periculo pecuniam octo, vel decem annua præſtare promittat: hic enim multo magis mutuum, & fœnus eſſe intelligitur: & longe maiorem iniquitatem conuentio continet, vt notant Nauarr. *cap* 17. *num.* 258. Vgolin. *in lib. de vſur. cap.* 55. *in fin.* Cardin. Mantic. *d. lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 3. Iacob. Cancer. *variar. reſol. l.* 3. *cap.* 7. *n.* 50. & elegantes Hartman. Piſtor. *lib.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 30. qui huius rei rationem ſubiicit his verbis: *Nam quando in genere de certa lucri parte agitur, tum ſi negotiator, qui pecuniam recipit, nihil lucri fecerit, nihil etiam ratione pecuniæ perceptæ ſoluere tenetur creditori. At quando reſpectu collatæ ſortis certa pecuniæ quantitas ſingulis nundinis, vel annis perſoluenda promittitur, & ſi mercator nihil penitus lucratus, ſed damnum etiam paſſus fuerit, tamen quantitas promiſſa ab eo exigitur. Longe igitur maiorem continet iniquitatem pactum iſtud, & quod conſequens eſt, omni dubitatione caret, pactum hoc tanquam vſurarium nullum iuris vigorem habere poſſe.* 3

Et quod magis eſt, hoc etiam in illos extenditur, qui dant pecunias negotiatoribus & artificibus, vt ex iis negotientur, vel artem exerceant, ita tamen, vt capitale ſit ſaluum, & reſtituendum creditorum arbitrio, ſi modo lucrum aliquod inde ſperant, & captant, licet illius lucri nulla pactio, & conuentio intercedat, ſed ſimpliciter dimittatur diſcretioni mercatoris, & artificis. Hoc enim caſu etiam vſura committitur *c. vſura. & c. plerique* 14. *quæſt.* 3. *& c. conſulu. de vſur.* & rectè tradit Dec. *in d. conſ.* 116. *num.* 7. Anton. 4

Gomez. *in d.cap.5. num.* 5. verſ. *quarto infero.* & Peguer. *in dec.* 32. *num.*18. vbi rectè ait non excuſari, quod exponant ſe periculo amittendæ ſortis ob inopiam mercatorum, & artificum, qui quandoque foro cedunt, & fiunt non ſoluendo.

5 Præterea quod dixi eum, qui pecuniam dedit mercatori ea lege, vt ſorte ſalua certam annuam quantitatem recipiat, vſuram committere, retinendum eſt etiam inter ſocios, cum ſcilicet alter ſociorum pecuniæ partem credit ſocietati eo pacto, vt cambia, vel certam pecuniæ quantitatem ſingulis annis, vel nundinis ab altero recipiat. Nam etſi reſpectu reliquæ portionis ſuæ ſocius ſit, tamen ratione pecuniæ, quam ſocietati ſupernumerauit, & credidit, inſtar creditoris eſt, & proinde quod in extraneo creditore pecuniam mercatori committente iuris eſt, idem etiam locum habet in ſocio, quatenus vices gerit creditoris, vt latè oſtendit idem Hartman. *d. quæſt.* 2. *& præſertim num.*30.

6 † Quod genus ſocietatis Catonem ſeniorem exercuiſſe ſcribunt, & valde improbant Plutarchus in eius vita, Cuiacius *ad African. tract.*7. circa medium, vbi notat Catonem ſic mala ratione contrahere conſueuiſſe, pluribus ſub nautico fœnore credita pecunia eiuſdem negotiationis ſociis, è quibus ipſe vnus eſſet, qui ſcilicet veniret in ſocietatis portionem, & pro portione pecuniæ periculum ſuſtineret, qui lege fœnoris nautici debuiſſet omne ſuſtinere: & nihilominus naue, & pecunia ſalua exigeret vniuerſum fœnus totius pecuniæ, cum debuiſſet exigere pro rata tantum periculi, & non modo ſe pro ſocio gerere, modo pro fœneratore.

7 Præterea dicendum eſt ſocietates vſurarias eſſe, in quibus animalia æſtimata traduntur paſtori, aut ruſtico ea lege, vt libere eis vti valeat, dummodo tantundem poſt aliquod tempus reſtituat cum certo lucro, perinde enim eſt, ac ſi illorum pretium illi dominus dediſſet mutuum. Proinde ſi ex animalibus hac lege traditis lucrum exigat, vſuram capit, quia idem eſt, ac ſi aureos decem mutuo daret, & vndecim reciperet, quod non licet *l.rogaſti.§.ſi tibi. ff.ſi cert. pet.* Et ita docent Conrad. *de contract.quæſt.*88.*concl.*4. Azor. *lib.*9.*cap.*7. *quæſt.*6. Rebell. *vbi ſupra, quæſt.* 6. *num.*4. Lopez. *d.lib.*1. *cap.* 67. *verſ. præterea quæritur.* Molſeſ. *de contract. cap.*11. *num.*46. & Vincent. Filiuc. *tractat.*38.*cap.*5.*n.*98. Ex quibus videtur hæc recepta inter Theologos ſententia. Quæ probari poteſt *ex l.ſi pro mutua. C.ſi cert. pet.* ex qua conſtat loco mutuæ pecuniæ, quam quis rogabat, iumenta & alias ſpecies æſtimatas dari poſſe, & ſi quid vltra ſortem exprimitur, vſuram eſſe.

8 Sed hic ego aliquantulum hæreo, & ſubſiſto. Nam cum in hac ſpecie pecora æſtimata dentur, & eorum æſtimatio poſt aliquod tempus reſtituenda ſit, conſequens eſt hic emptionem, & venditionem eſſe, quamuis enim in contractibus non ordinatis ad tranſlationem dominij, æſtimatio non faciat emptionem, vt notat Bald. *in l.cum duobus. §.ſi in coeunda in fin. ff.pro ſoc.* in hoc tamen contractu, cum periculum ſit accipientis, & tantundem reddi debeat certum eſt, quicquid verba contractus in ſocietatem vergant, emptionem hic eſſe & dominium pecoris in accipientem tranſlatum eſſe, vt indicat *d.l.cum duobus. §.damnas*, ex quo conſtat, ſi pecus æſtimatum datum ſit, & caſu aliquo perierit ſine culpa eius, qui accepit, periculum commune eſſe, quare ſi damnum commune eſt, conſequens eſt æſtimationem feciſſe emptionem pro dimidio, ideoque in hac ſpecie, in qua totum periculum eſt accipientis, æſtimationem feciſſe totius pecoris venditionem, vt indicant *l.*11.*C.de pact.l.*5.*C.de iur. dot. & l.æſtimatis* 50. *& l.*51. *ff.ſolut matrim.* & ex Natta *conſ.*

9 650. *num.*2. *lib.*4. & Barboſ. *in d.l.æſtimatis, n.*5.† Cùm ergo in hac ſpecie vera venditio contracta cenſeatur, conſequens eſt eum, qui animalia æſtimata accepit, loco emptoris eſſe, & cùm non ſit æquum illum re, & pretio vti *l.*13. *§.veniunt. ff.de act. empt.* licitum eſſe ei, qui dedit de certa quantitate paciſci, dum æſtimatio non redditur. Certum enim eſt hoc caſu vſuras pretij deberi ratione fructuum non tantùm iure ciuili, vt definitum eſt *in l.curabit. C.eod.tit.* ſed etiam iure Pontificio, vt docent Couarr. *lib.*3. *cap.*4. *num.*1. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*4. *tit.* 24. *num.*5. & alij auctores, quos recenſui *quæſt.*14. *num.*2. *&* 3. *& ſequentibus*, vbi ſententiam hanc aliquot magnæ Rotæ Romanæ deciſionibus confirmaui. Quamobrem cùm procliuiores eſſe debeamus ad comprobandum contractum vt ait *l.cum hic ſtatus* 32. *§.*4.*ff.de donat.inter vir.& vxor.* putarem illud genus contractus, quod à viris Theologis in vniuerſum reprehenditur, ſaltem eo caſu ſuſtineri, & probari poſſe, quo certum illud lucrum, quod dominus animalium ſtipulatur vltra eorum æſtimationem, non excedit rationem fructuum *arg. d.l. curabit. C.de act. empt.* quæ locum habet etiam in rebus mobilibus fructiferis, vt tradit Sigiſmund. Scacc. *de commerc. §.*1. *quæſt.*7.*par.*2 *ampl.*8.*num.*273. & Roderic. *de ann. redit. lib.*3. *quæſt.*7.*n.*88.*&* 89. vbi refert id obtinere in equo, qui locari ſolet. Quod addendum eſt iis, quæ ſcripſimus *d.quæſt.*24.

Sane admitti non debent ſocietates animalium, vt quarumcunque aliarum rerum, in quibus capitale ſaluum manet, & lucrum certum, vel incertum percipitur: vel in quibus de certa lucri quantitate conuenit in ſingulos annos, vel menſes præſtanda. Hæc enim omnia tanquam iniqua, & vſuraria prohibita ſunt conſtitutione Sixti V. quam ad totius huius rei fidem ſubiicere exiſtimaui. Ait ergo Pontifex. *Hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione damnamus, & reprobamus omnes, & quoſcumque contractus, & conuentiones poſthac ineundas, per quas cauebitur perſonis pecunias, animalia, vel quaſlibet alias res ſocietatis nomine tradentibus, & etiamſi fortuito caſu quamlibet iacturam damnum, & amiſſionem ſequi contingat, ſors ipſa ſeu capitale ſemper ſaluum ſit, & integrum à ſocio recipiente reſtituatur: ſiue vt de certa quantitate, vel ſumma in ſingulos annos, aut menſes durante ſocietate reſpondeatur. Statuimuſque huiuſmodi contractus, conuentiones, & pactiones vſurarias, & illicitas poſthac cenſeri debere, atque in poſterum non licere iis, qui pecunias, vel animalia, aut alias res in ſocietatem tradent, de certo lucro, vt præfertur, percipiendo inter ſe paciſci: neque etiam ſiue ad certum ſiue ad incertum lucrum conuenerint, ſocios qui ea recipient ad ſortem, ſeu capitale ſaluum & integrum, vbi illud caſu fortuito perierit, vel amiſſum erit, reddendum quouis pacto, aut promiſſione obligare. Ac ne de cætero ſocietates ineantur ab huiuſmodi pactis, & conditionibus, quæ vſurariam prauitatem ſapiunt, diſtrictè interdicimus, & prohibemus: ſed potius cuncti nouerint ſocietates huiuſmodi, cum in poſterum vnus pecuniam, animalia aut alias res & bona, alter verò operam, vel induſtriam confert, purè, ſincerè, & bona fide ſicut decet iuſtis, & æquis conditionibus, ſecundum iuris diſpoſitionem, ac ſine vlla vſurariæ prauitatis labe, & ſuſpicione ineundas eſſe: ita vt non ad certam ſummam, & quantitatem ab omni periculo immunem lucri nomine perſoluendam, neque ad capitale, ſi caſu fortuito perierit, reſtituendum ſocius accipiens teneatur, &c* † Denique iubet Summus Pontifex ex contractibus aliter factis in poſterum nullum ius cuiquam competere, & nullam actionem eſſe ciuilem aut naturalem, ſiue ad ſortem, ſeu capitale caſu amiſſum recuperandum, ſiue quoad certas ſummas annuas, vel menſtruas titulo lucri promiſſas. Denique ſi qui in poſterum ſub prætextu ſimilium contractuum ad exactionem dicti capitalis in totum vel ex parte amiſſi aut certæ annuæ vel menſtruæ quantitatis procedent pœnis aduerſus manifeſtos vſurarios conſtitutis puniendos eſſe. Et ita ferè vltimam huius conſtitutionis partem in Epitome contraxit Scortia *ad ſelect. Pontif. conſtitut.epit.*142.

Cæterùm hæc conſtitutio maximè aduerſari videtur ſententiæ Nauarri, & aliorum, qui ſocietatem aliter iniri poſſe putant, id eſt, licitum eſſe de certa lucri quantitate paciſci ſalua ſorte duobus cõtractibus additis nimirum aſſecurationis ſortis & aſſecurationis certi lucri, ſeu venditionis incerti lucri iuſto pretio. Nam nominatim hac ſanctione cautum eſt, ne de periculo in accipientem reiiciendo, aut de certa lucri quantitate conueniatur: vtrumque verò fit in hoc negotij genere, vnde videtur Pontifex inuolucra, & mixturas eorum cõtractuum prohibuiſſe Et præſertim cùm non modo voluerit, vt ſocietates ſine vſurariæ prauitatis labe in poſterum contraherentur, ſed etiam ſine fœnoris ſuſpicione, à qua non omnino hic contrahendi modus immunis eſſe videtur, vt conſtat ex Reginald. *cap.*19.*num.*398. & Lopez *d. cap.*65. vbi refert inſignes Theologos quoſdam hoc genus contrahendi improbare, etiãſi ſincere fiat, propter ſpeciem

10 · 15 · 12

ſpeciem vſuræ, quam habet. Neque deſint viri docti, qui tanquam illicitum, & vſurarium condemnent, vt Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. 1. n. 10.* Sarmient. *Select. interpr. lib. 7. cap. 1. num. 11. & 12.* vbi ait hos contractus ab initio initec eoſdem ſine vſura coniungi non poſſe. Idem ſentiunt Sot. *de iuſt. & iur lib 6. quæſt. 6. art. 2.* Rebell. *de oblig. iuſt. lib. 15. quæſt. 4. numer. 1.* & alij Theologi quidam apud eundem Scortiam *Theor. 367.* & Felic. *de societ. cap. 19. num. 24. & ſeqq.* vbi Nauarri fundamenta molitur euellere. Denique Binsfeld. *in cap. nauiganti quæſt. 8. in fin. de vſur.* ſubiicit hanc clauſulam: *Ex hac Pontificis conſtitutione reprobatur contractus ſocietatis, cum aſſecuratione capitalis, & certi lucri cum ſocio, eo quod magnam affinitatem habeat cum contractibus vſurariis, & facile prudentes ſecundum mundum ſub prætextu talium contractuum pallient vſuras.* Quod etiam apertiſſimè ſcribit Philiarc. *de offic. ſacerd lib. 5. cap. 7. concl. 3. & cap. 9. verſ. ſed hac controuerſia.* & admittit Malder *tract. 5. cap. 2. dub. 9. verſ. reſpondeo verum eſſe.* quamuis dicat non eſſe illicitos iure naturæ.

23 Sed his non obſtantibus, quia conſtitutio Sixti V. non vetat nominatim hos duos contractus ſocietati admiſceri, & ex natura rei liciti ſint, & iuri naturali conſentiant, modo hæc onera iuſto, & æquali pretio commutentur, receptum eſt ſanctionem hanc eam interpretationem pati ex iure communi, vt huiuſmodi commercij genus minimè comprehendat. Ita enim ſentiunt Leſſ. *lib. 2. cap. 15. dub. 3* Azot. *lib. 9. cap. 3. quæſt 7.* Vgolin. *de vſur. cap. 55. §. 1. num. 1.* Malder. *loc. cit.* Scaccia *d. lib. de commerc §. 3. gloſ. 3. num. 37.* Mareſc. *variar. lib. 2. cap. 133. num. 21.* Bellon *de poteſt. cor. quæ incontin. lib 1. cap. 31. num. 5. & 6.* Molfeſ. *tom. 3. ad conſuet. Neapol. quæſt. 18. & de contract. cap. 11. numer. 41.* Narbon. *in d. gloſ. 2. numer 43.* Filiucc. *d. tract. 38. cap. 3. num. 57.* Bonac. *de contract. diſp. 3. quæſt. 6. punct. 3. num. 8.* Bernard Iuſtin. *lib. de centin. cambior. quæſt 10. num. 9.* & Scortia *d. Theorem. 367. in fin.* qui poſt alios refert, vt etiam Iuſtinianus *loc. cit.* eundem Sixtum V. hac de re conſultum viuæ vocis oraculo reſpondiſſe, ſe non damnaſſe ſocietates iis pactis initas, quas auctores claſſici comprobarunt, ſed eas dumtaxat, quas iidem auctores communi calculo condemnarunt: Quod etiam ſentiunt Couarr. Lup. Molin. & alij apud Duard. in tractatu recens edito *de ſocietat. lib. 2. cap. 4. quæſt. 7. num. 9. & 21.* His nouiſſimè accedit Emin. P. de Lug *diſp 30. ſect 4 num 40.* quæ magna auctoritas eſt pro hac ſententia. Quæ probatur tum aliis argumentis, quæ ſunt apud Scortiam *loc. cit.* tum hac potiſ-

24 ſimum ratione, † quia contractus ſocietatis licitus eſt, & iuris gentium *l. 5. de iuſt. & iur.* & conuentio ſuſcipiendi periculi tam ſortis, quam lucri pro certo pretio non improbatur *l. in naue. ff. loc. l. 1. §. ſæpe. ff. depoſ.* & ſpei etiam emptio eſt *l. nec emptio. ff de contr. empt. l. 11. ff. de hæred. vel act. vend.* nihil vero prohibet hos contractus ſine fraude inter eoſdem celebrari, quia quod in diuerſis perſonis recipitur, id in vno, & eodem recipiendum eſt, vt ſæpius dixi *ex l. ſin-*

25 *gularia. ff. ſi cert. pet.* † Quin imò non contemnendis argumentis Leſſius *in d. dub 3. num. 32.* putat expedire ad ſalutem animarum, & vtilitatem Principis, atque etiam viduarum, & pupillorum hanc contrahendi ſpeciem permitti. Nam inquit ſi hoc commercium prohibeatur, cum his temporibus rara ſit occaſio in reditus, & prædia idonea collocandæ pecuniæ, omnes ad vſuras, & illicita commercia ſe conuerterent, ne ſortem paulatim abſumant, quam tamen omnes conſeruare maxime cupiunt. Quin imo hoc genus contrahendi mercatoribus commodius eſſe, quia magis lucrum inde ſperant, nec coguntur rationes ſuas aliis patefacere: nec pericula magni æſtimant, cum illis aſſueti ſint, & poſſint ſæpe tuto impendere pecunias, ex quo etiam dici poteſt conſtitutionem illam receptam non eſſe ne quidem per Italiam, vt refert Malder. *loco citato*; ideoque relinqui hoc negotium in terminis iuris naturæ. Et licet aduerſus hoc contrahendi genus multa proferat Felic. *dicto capite 19.* & nouiſſimè D. Raph. de Turri *in ſuo tract. de camb. diſp. 3. quæſt. 10 num. 23.* illis tamen facilè occurritur, cum inter ſocios æqualitas ſeruatur, & onus aſſecurandæ ſortis, & certi lucri aliundè compenſatur arbitrio boni viri. Nam quamuis hæc incerta ſint, vt Felicius obiicit, poſſunt tamen arbitrio prudentis viri æſtimari *l. 23. ff. famil. erciſc.* vt etiam aleæ, & ſpei æſtimatio eſt *d. l. 8. de contr. empt. & d. l. 11. de hæred. vel act. vend.* & dixi *quæſt. 72.* Et licet hic emptio propriè intelligi non poſſit, vt obiicit D. Raph. *loc. cit. n 63.* quia nullum pretium interuenire videtur, ſatis tamen eſt, vt negotium habeat Synallagma id eſt cauſam, vt inde obligatio, & ciuilis actio naſcatur *l. 7. §. 2. ff. de pact.*

Cæterum hac in re duo maxime cauenda ſunt. Primum ne huiuſmodi contractus cum iis ineatur, qui turpibus, & illicitis commerciis pecunias exercent, quia delictorum turpis, & fœda communio eſt, & rerum inhoneſtarum nulla eſt ſocietas *l. 57. ff. pro ſoc.* vnde tutus non eſſet, qui pecunias ſuas hac lege daret iis, quos ſciret fœnus, aut illicita cambio agitare. Alterum eſt, vt cum iis dumtaxat hoc commercium contrahatur, qui licitis negotiationibus vacant. Nam ſi pecuniam des, quem certo ſcias nulli negotiationi operam dare, neque daturum eſſe, manifeſtè apparet te non habere animum contrahendæ ſocietatis: neque enim ſocietas eſſe poteſt, niſi alicuius rei ſit ſocietas *l. 5. & l. 63. in fin. ff. pro ſoc.* ſed potius colorem fœnori quæſitum eſſe, & ſub figmento, & inuolucro ſocietatis mutuum contrahi, & ex eo lucrum capi, quod ab omnibus damnatum eſt, & ita in ſpecie monent Clauaſ. *par. 1. inuent. 6. fol. 37.* Scacc *§. 1. quæſt 7 par. 2. ampliat. 9. num. 9. & ampliat. 17. num. 9.* Vgolin. *d. cap. 55. in fin.* Narbon. *loc. cit. num. 46. & 47.* Iuſtinian. *in d. quæſt. 10. in fin* & ante illos ipſe Nauarr. *cap 17. num. 258.* qui iſtis contractibus maximè patrocinatur, & hoc etiam rectè Felic. *d. lib de ſociet. cap. 18. num. 66* & Cardin. *loc. cit.* vbi notat oportere etiam, vt ſocius eius quoque nomine negotietur qui pecuniam dedit, quod non ita intelligendum eſt, vt oporteat inſcribere actibus ſocietatis nomen vtriuſque, hoc enim non puto eſſe neceſſarium, nec in praxi ſeruatur: ſed vt verè inter ipſos maneat, & perſeueret ſocietas etiam adiectis illis pactis. 26

His conſequenter quæro: Titius aureos mille nomine ſocietatis mercatori ea lege tradidit, vt ei decem, vel octo annua præſtet lucri nomine, nec actum eſt, vt recipiens pecuniæ periculum ſuſtineat, an conuentio hæc vſuraria dici debeat. Et licet Laderch. *in conſ. 189. num. 4. & 5.* putet conuentionem hanc licitam eſſe *ex l. Titius 24. de præſcr. verb.* reſpondeo tamen ſocietatem hanc vſurariam dici debere *ex gloſ. in d. l. cum duobus. §. item ex facto.* quæ intelligenda eſt etiam, quando minime actum eſt, vt periculum ſortis ad recipientem pertineat, vt explicat Ruin. *in d. conſ. 102. num. 1. lib. 1.* & quidam ſentiunt apud Felic. *d. cap. 17. num. 8.* & Cardin. Mantic. *d lib. 6. tit. 7. n. 3. verſ. imo illa gloſſa.* & nominatim à Sixto V. conſtitutum eſſe videtur. Nam ſocietates vſurarias eſſe declarat, ſiue is qui pecuniam recipit, ad illam etiam caſu fortuito amiſſam reſtituendam obligatus ſit, ſiue de certa ſumma in ſingulos annos, vel menſes lucri nomine conuentum ſit, & proinde ſatis eſt, vt conſtitutioni locus ſit, vt vel ſortis periculum ſocius recipiat, vel certam annuam quantitatem lucri nomine præſtare promittat. 27

Et huius rei ratio eſt, quia ſuſceptio, vel retentio periculi rationem mutui, & fœnoris non excludit, vt conſtat *ex c. nauiganti. de vſur.* Roman. *in conſ. 420. n. 4.* Corn. *in conſ. 1. num. 21. lib. 4.* Ioann. Bapt. Lup. *de commerc illic. comment. 3. §. 1. num. 36.* Hartmann. Piſtor. *quæſt. 2. num. 48. lib. 3.* Peguer. *in d. dec. 32. n. 18* & conſtat apertiſſime *ex l. 1. & vlt. C. de naut. fœn. & ex l. 1.* & aliis *ff. eod. tit.* & diximus *q. 3. n. 11. & quæſt. 23. n. 3.* vbi oſtendi hodie fœnus nauticum illicitum eſſe. Quod multo magis de terreſtri fœnore dicendum eſt, poteſt enim ſperare, qui dat pecuniam, periculum non euenire, & conſequenter lucrum ex pecunia percipere, vt ait Corn. *in d. l. ſi paſcenda. n. 27.* Nec obſtat *d. l. Titius de præſcr. verb.* quia in ſpecie huius loci, is qui pecuniam acceperat, non tenebatur aliquid præſtare, ſi pecuniam ſine eius dolo vacuam habuiſſet, vt dixi *quæſt. 16. num. 9.* in ſpecie vero de qua quæritur, accipiens pecuniam certam annuam quantitatem ex pacto præſtare cogitur, tametſi nullum ex ea lucrum fecerit, quod eſt iniquum. Et quicquid ſit conſtitutio Pontificis vetat in ſocietatibus de certa annua, vel menſtrua quantitate lucri paciſci, cui potius ſtandum eſt. 28

Quod tamen intelligendum eſt, niſi certa illa quantitas lucri nomine præſtanda promiſſa ſit ex alio contractu, oi- 29

mixtum

mirum venditionis incerti maioris veriſimilis lucri pro mi-
nori certo ad tollendas ſuſpiciones, & moleſtias rationum.
Vt enim fructus agri, vel vineæ vendi poſſunt pro certo
pretio *l.8 ff.de contr.empt.* licet incerti ſint *l.17.C.de vſur.* ita
etiam vendi poteſt lucrum incertum ſocietatis. Ita Syluest.
*in ſumm.verbo ſocietas.1.num.*18.Ludou.Lopez *d.cap.65.in fin.*
& late Henricman.*in conſ.8.num 72.*Et cum hic contractus,
ſecundum ſui naturam iuſtus ſit, nihil iniuſtitiæ eſt, ſi cum
contractu ſocietatis ad damnum, periculum ſimpliciter ini-
tæ coniungatur, vt obſeruat Rebell.*in d.q.4.in princ* & Azot.
*in d.cap.4.q.6.*vbi ait conſtitutionem Sixti V.non prohibere
ſolum pactum de certa lucri portione exigenda pro maiori
incerto lucro, ita etiam cenſuit Rota inter *collect.à Farinat.
par.2.dec.*137. *num* 8.vbi Rota ait ceſſante aſſecuratione ſor-
tis, aſſecurationem lucri licitam eſſe, & rurſus *in dec.* 180.
num 4.& 5. quo in loco Rota conſtitutionem Sixti V. quæ
huic ſententiæ aduerſari videtur, non habere locum
in ſocietatibus, quæ ex iure communi non prohiben-
bentur.
20 Imo licet expreſſa non fuerit huius incerti lucri vendi-
ditio, ſed ſimpliciter actum ſit, vt certa annua quantitas
lucri nomine præſtetur ſi lucrum illud veriſimile eſt,& ma-
ius eſſe probabiliter ſperatur, tunc taxatio iſta ſuſtinetur,&
contractus conſiſtit, quia pactum hoc nihil aliud reuera
eſt, quam aſſecuratio lucri, quæ non eſt prohibita, Rot.
*in d. dec.137.num.5.*Dec.*in d.conſ.*111 *num.*10. Calcan.*in conſ.*
84.*num.5.*Ladetch.*in conſ.70.n.6* & Felic *in d.cap.17.num.*21.
& 21. Quod licet improbare non auſim, nihilominus ve-
lim, vt contrahentes aut his pactionibus abſtineant ob ima-
ginem quam habent vſurariæ conuentionis, & præſertim
ob conſtitutionem Sixti V.ex qua hoc genus pactionis pro-
hiberi dicerem illis verbis, *ſiue vt de certa quantitate, vel
ſumma in ſingulos annos vel menſes durante ſocietate reſpondea-
tur*, niſi me Rotæ auctoritas retineret. Aut vt infra mo-
dum veriſimilis lucri ſe contineant, quo enim minor erit
quantitas lucri, quam is, qui pecuniam contulit, ſibi præ-
ſtari ſtipulatur, eo magis licita pactio eſt, & remota à ſuſ-
picione vſuræ: & magis apparebit mens contrahentium, ea
qua iuſtitia huius conuentionis maxime pendet, fuiſſe ma-
ius incertum lucrum, quod probabiliter ſperabatur, pro
21 certa minore quantitate vendere. † Alioqoin ſi totum lu-
crum auferas, nulla venditio hic intelligitur, ſi quidem ni-
hil ſoluitur pro aſſecuratione iſtius lucri. Certum enim eſt
emptionem ſine pretio non conſiſtere *l.2. & l. in venditioni-
bus ff.de contrah.empt.& §. pretium. Inſtit.eod tit.* & procedent
quæ proximè diximus *num.*17. & 18. aut ſaltem iniqua, &
Leonina erit ſocietas, ex qua ſcilicet quis damnum non
etiam lucrum expectet, vt Ariſto ait *in l.ſi non fuerint in fin.
ff.pro ſoc.* in quam incidere ſolent mercatores, qui pecunia
indigent, & cum potentibus,& diuitibus ſocietatem ineunt
non alia lege pecuniam credituris, vt de Catone ſcribit
Cuiacius *loc cit.*
22 Quæro etiam, ſi nihil omnino conuentum ſit, de certa
quantitate præſtanda lucri nomine, & nihilominus is, qui
pecuniam in ſocietatem contulit, lucrum vniforme à mer-
catore percepit durante ſocietate, an lucrum hoc vſura ſit,
& tanquam vſurarius damnandus, qui illud percepit, &
reſpondet Auendan.*in lib.de exeq. mandat. par.2. cap.29. n.5.*
non eſſe abſolute damnandum tanquam vſurarium,quia in-
quit periculum pecuniæ ſuſtinet ex natura contractus,quod
enim non eſt expreſſum, remanet ſub diſpoſitione iuris
*l.quod ſi nolit.31.§.quia aſſidua.de adil edict.l.cum quid. 3. ff.de
reb.cred.& l.vlt.de praſcr.verb* & in ſpecie Felic.*loc.cit.num.*24.
periculum vero pecuniæ ad eum ex iure pertinet, qui eam
23 contulit, vt dicam *n.*30.† Et cum illius iactura, vel amiſ-
ſio non præſumatur, ſed probari debeat, *l.6.§.au vero.ff.de
eden.*Balb.*in l 2.C.de ſent.quæ ſine cert. quant.profer.*Ioan. Lup.
*in cap.per veſtras §.1.num.*11.Rota Genuenſ.*in dec.71.num.*3.
ex negotiatione illius poteſt lucrum, quod offertur perci-
pi: nec poteſt appellari vniforme, quod poteſt ex lege con-
tractus variari, vt *in l.ſi non ſortem §.libertus.*& ibi Iaſon *n.*13.
ff.de condict. indeb. quæ iura in hanc rem profert Auendan.
ita differens eo loco.
Sed huic ſententiæ maximè obſtare videtur, quod re-
ſpondit Roman.*in conſ*420.nimirum vniformem præſtatio-
nem lucri eius pecuniæ, quæ mercatori data eſt, vſuram
eſſe, & reperi poſſe, eſt enim tacitæ pactionis argumentum
diuturna acceptatio eiuſdem reditus *l.5.& 8. Cod.de vſur. &
l.qui ſemiſſes.ff.eod.*& Cuiac.ad Papinian. *in l. tale pactum.40.
§.poſt diuiſionem in fin. ff.de pact.* † Et cum lucrum ex nego- 24
tiatione prouenire debeat, quæ incerta eſt,& variis caſibus
obnoxia, *l.ſemper. §.negotiatores. ff.de iur. immun.* vix eſt, vt
mercatores idem lucrum facere poſſint,ſed modo plus,mo-
do minus lucrantur, & interdum etiam nihil, vt experien-
tia quotidie docet Vt dicimus id quod intereſt incertum, &
varium eſſe *ex l.12 in fin.ff.de verb.oblig.& l. ſi quis ab alio* 13.
ff de re iudic.& tradit eleganter Cuiac. *in l.1. in princip. Cod.
de ſentent. quæ pro eo quod inter.* & nos multis locis dixi-
mus.
Cæterum Roman.*in d.conſ.*420.agit de pecunia mercato- 25
ri tradita ſine adiectione cauſæ, quæ cum non præſuma-
tur donata *ex l. cum de indebito ff. de probat.* cenſetur dimiſſa
mercatori ex cauſa mutui, vt notat *gloſ. in d.l. cum quid. ff de
reb.cred.*& ibi Zaſius *num.42.in fin.* Ladetch. qui alios citat,
& ait receptiſſimum *in conſ.*113. *num.* 1. vel ſaltem ex cauſa
depoſiti ea lege, vt ad libitum mercator ea vti poſſit, quo
caſu etiam cauſa depoſiti in cauſam mutui conuertitur, vt
probat Roman.*in d.conſ* 420.*num.*1.*ex l.Lucius. ff. depoſ. & l.
certi condictio.9.§.vlt.ff.ſi cert.pet.*& proinde periculum pecu-
niæ ad mercatorem pertinet *d l.Lucius.& d.l.9.in fin.* & hoc
præſuppoſito *num.*4. reſpondet vniformem hanc præſtatio-
nem vſuram eſſe. Sed in ſpecie Auendanij pecunia nomi-
natim in cauſam ſocietatis eſt tradita, & is qui eam contu-
lit, illius periculum ſuſtinet, vnde lucrum quod percepit,
quamuis vniforme per ſe vſura dici non poteſt, & præſer-
tim quia in his terminis nondum finita ſocietate, & illius
rationibus nondum redditis, lucrum hoc exactum pendet
à futuro euentu, & incertum eſt, cum poſſit contingere,
vt finita ſocietate excuſſis rationibus omnibus ſocij in dam-
no ſint non in lucro, cum teneatur ſocius, qui lucrum il-
lud percepit, & excerpſit, tantundem in diuiſione alteri
ſocio accepto ferre *l.38 & l 42. ff. pro ſoc.* † Neque enim lu- 26
crum intelligitur niſi deducto omni damno, neque dam-
num, niſi deducto omni lucro, vt dicebat Mutius *in l.* 30.
ff.eod.& hoc iudicium eſt bonæ fidei, *l.per hoc.ff.comm. diuid.
l.3.in fin.& l.78.pro ſoc. §.actionum.* Inſtit. *de action.* neque in-
telligi poſſit, an ſocietas damnum, vel lucrum fecerit, niſi
ea finita calculi, & rationes ineantur, vt apud Rotam Ge-
nuenſ *in dec.*173 *n.*16.& Felic *de ſociet.cap.15.n.*19.& proin-
de cum finita ſocietate res communes diuidantur, quiſque
accepto ferre debet excerpta ex rebus ſocietatis, & illa con-
ferre, ex quo omnis vſura procul eſſe dignoſcitur, & ita
ſentire videtur Anton Gomez. *variar.reſol lib.2.cap.5.num.5.
verſ. quarto infero* & Auendan.*loc.cit.verſ.& maxime*, & Bur-
ſat. *conſil.*321.*num.*54 Quod in caſu Romani ceſſat, in quo
lucrum illud vniforme perceptum non eſt obnoxium futu-
ræ redditioni rationum, & caſibus ſocietatis, ſed præci-
puum, & ab omni periculo tutum, & merum pecuniæ, &
proinde recte quidem reſpondit Romanus,ſed illius reſpon-
ſum non omnino noſtræ quæſtioni conuenit.
Illud verò certi iuris eſt pecuniam licitè ad negotiandum 27
dari poſſe hac lege, vt lucri, & damni communis ſit diuiſio
l.5.§ 1 ff.pro ſoc.cap.per veſtras.de donat.inter vir.& vxor. Fran-
ciſc.Marc.*dec.889.num.*1.& Gomez. *loc.cit. num.5.* & iiſdem
conditionibus poteſt mutuo dari pecunia, nec vſurarius
cenſebitur contractus, quamuis is qui dedit ex eo lucrum
intendat, & percipiat, cum ex pactis appoſitis appareat
potius initam fuiſſe ſocietatem, quam mutui contractum,
& ita rectè tradit Guid Pap. *in quæſt.* 186. *& ad eund.* Mat-
thæus, Ranchinus, & Ferrerius annotarunt, & Couarr.
variar.lib.3 cap.2.num.2.in fin. Anton.Scapp. *de iur.non ſcript.
lib.5.cap.150.n.10.*& Sigiſmund.Scacc.*in d.§.1.quæſt.7.par.2.
ampl.10 num* 4. & ante illos docuit Baldus, qui ferè omnia
docuit *in l.1.num.11. C. pro ſoc.* vbi inquit eum contractum,
in quo datur pecunia ad partem lucri, & damni licitum eſ-
ſe: nihilque refert, quod is, qui pecuniam contulit, eam
ſe mutuo dare dixerit, † ſiquidem in ſecernendis contracti- 28
bus non tam verba contrahentium, quam pacta, & id quod
vere

Digitized by Google

vere agitur, & res ipſa attendenda eſt, *l. vbi ita. ff. de donat. cauſ. mort. l. 21. C. de tranſact. l. ſi vnus. in princ. ff. loc.* Panormit. Anchar. & alij plurimi *in c. illo vos, de pign.* Couarr. *loc. cit.* Menoch. *in conſ.* 338. *num.* 6. Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. lib. 2. tit. 2. n. 5. & 19.* & Hattman. Piſtor. *lib. 3. q. 2. n. 39.* quod pro regula conſtituit Binsfeld. *in rubr. de vſur. not.* 10. vbi notat huius rei exempla in ſacris literis non deeſſe.

29 Hic verò etiam ſubiiciendum eſſe duxi, neque enim à noſtro tractatu omnino alienum eſt, ſatis controuerſi iuris eſſe, an finita ſocietate, in quam quis pecuniam contulit, alius operam, & induſtriam, pecunia cenſeatur communis, & proinde inter ſocios diuidenda ſit. Nam communicatam cenſeri, & ideo inter ſocios diuidendam eſſe ſentiunt Accurſ. & Albetic. *in l. 1. C. pro ſoc.* Philipp. Corn. *in d. l. ſi paſcenda. n. 13. & 14.* & Couarr. *lib. 3. cap. 2. n. 2.*

Contrariam vero ſententiam probauit Salic. *in d. l. 1. C. pro ſoc.* qui *n. 2.* ait, ſi aliter fieret, ſocietatem pluſquam leoninam eſſe, idque confirmat hoc exemplo. Pone quod quis conferet in ſocietatem decem millia, alter operam per tres annos, & finita ex tempore ſocietate lucrum ſit quatuor millium, ſi capitale, & lucrum æquis partibus diuidi debet, is qui operam poſuit habebit ſeptem millia, & qui pecuniam contulit, alia ſeptem millia, & ita qui operam adhibuit ſeptem millia lucratus eſſet, alter verò tria millia amiſiſſet, quod iniquum eſt, & peius quam ſocietas leonina, quæ à iure reprobatur, *l. ſi non fuerint. §. Ariſto. ff. pro ſoc.* Idem ſenſit Ioann. Sichard. *in d. l. 1.* & Fachin. *controuerſ. iur. lib. 2. cap. 94.* Nam inquit in propoſita ſpecie non ea videtur intentio ſociorum eſſe, vt pecunia videatur eſſe communicata: ſed tantum eius vſus, quemadmodum de eo, qui agrum colendum accepit, & eo nomine ſocietatem contraxit, reſponſum eſt *in l. cum duobus. §. ſi in coëunda. ff. pro ſoc.* Itaque ait, ſic interpretor hunc contractum vt vſus, & commoditas, omniſque vtilitas ex induſtria prouenıens, & ſimiliter ex pecunia communis ſit inter ſocios, & proinde finita ſocietate diuidenda, non autem pecunia ipſa. Etenim oriretur ſumma inæqualitas inter ſocios, quia pecuniam conferens duplex incommodum ſentiret, ſi forte finita ſocietate ſola pecunia remaneret, alterum quod dimidiam partem pecuniæ amitteret, alterum quod otioſam pecuniam habuiſſet, cum tamen facile ex ea vtilitatem capere potuiſſet eam in prædiorum, aut aliarum rerum emptionem collocando. Alter vero vix vllum incommodum ſentiret, quandoquidem dimidiam pecuniæ partem conſequeretur. Ita diſſerit Fachinæus. Et hæc ſententia communis eſt, & eam ſecuti ſunt Crauet. *in conſ.* 433 *n.* 34. *lib.* 3. Andr. Gail. *obſer.* 24. *n.* 6. *lib.* 2. Donell. *in d. l. 1. num. 3. C. pro ſoc.* Felic. *de ſociet. cap. 39. num. 3.* Coſta *de ration rat. q. 41. n. 4.* & Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 560. n. 9.* Ita enim ſentiunt plurimi apud Azor. *Inſtit. moral par. 3. lib. 9 cap. 3. verſ. altera opinio eſt*, vbi ait opinionem hanc eſſe certiſſimam. Denique hanc controuerſiam ſuſtulit conſtitutio illa Sixti V. in illis verbis: *Si verò finita ſocietate ipſum capitale extat, ei qui in ſocietatem contulit, illud reſtituatur, niſi ſocio recipienti fuerit communicatum, vel aliter inter ipſos legitime conuentum ſit.* Quod etiam notat Azor. *loc. cit.* Petr. Binsfeld. *in d. cap. nauiganti. q. 7. concl. 8.* Filiucc. *in d. cap. 3. n. 44.* & qui nuper prodit, Scortia ad hanc conſtit. Sixti V. theorem. 366. in dubio enim capitale non præſumitur communicatum, ſed tantum illius vſus, vt ex ſententia Baldi, & aliorum notat Gratian. *loc. cit.*

30 Ex qua definitione conſequens eſt, ſi forte pecunia principalis caſu aliquo amiſſa ſit, eius periculum ad eum duntaxat pertinere, qui eam contulit, vt docuerunt iidem Baldus, & Caſtrenſis *in d l. 1. C pro ſoc.* & Ioann. Sichard. *num.* 5. Nauarr. *cap. 17. n. 252.* Azor. *d. cap. 2. q. 3.* Fachin. *d. lib. 2. cap. 95.* Ioann. Bapt. Coſt. *eod. lib. de ration. rat. q. 118. n. 8.* Felic. *eod. lib. de ſociet. cap. 16. n. 5* Scott. *Theorem.* 364. & Oinot. *in §. de illa. n. 6. inſtit. de ſociet.* nimirum quæ ſecundum principia iuris res ſuo domino perire debet *l. pignus. C. de pign. act. l. certi. in fine. ff. de reb. cred. l. 41. ff. loc.* ſed pecuniæ dominus eſt is, qui eam contulit, vt dictum eſt, ergo illi ſoli perire debet. Deinde quia is, qui operam præſtat, cum ſocietas diſſoluitur, de pecunia à ſocio collata nullam partem capit, ſi ea ſalua manet, vt dictum eſt, ergo nec aliquod damnum ex eius amiſſione ſentire debet iuxta regulam *l. 10. de reg. iur.* quæ ait hoc ſecundum naturam eſſe.† Pecuniæ igitur à ſocio collatæ, ſi 31
res ſocietatis ſaluæ manent, ea finita primo loco extrahi debent ex ipſo corpore ſocietatis, eique reſtituendæ ſunt, qui eas contulit, vt docet Bart. *in d. l. 1.* & Donell. *eod. loc. in fin.* Corn *in conſ. 54. n. 7. lib. 1.* Crauet. *in d. conſ. 433. n. 34.* & Felic. *de ſociet. cap. 39. n. 3.* denique hoc conſtitutione illa Sixti V. expreſſum eſt, vt notat Filliucc. *d. cap. 3. n. 44. in fin.* qui ſubiicit Bullas Pontificias ius facere. Quamobrem hæc in dubium amplius reuocari non debent.

Sed hoc accipiendum eſt, ſi inter res ſocietatis pecunia 32
inueniatur. Nam ſi nulli extant nummi, ſed merces tantum, & inſtrumenta ſocietatis, & nomina debitorum, debet is, qui pecuniam contulit, ſortem ex mercibus percipere, & aliis rebus communibus, vel nominibus debitorum eius arbitrio, niſi aliud actum ſit, vt docuit Bald. *in d. l. 1. q. 13.* Petr. de Vbald. *in d. tract. de duob. fratrib par. 11. n. 103. & 104.* Corn. *loc. cit.* & Felic. *in d. cap. 39. n. 4.* vbi ait ſe ita ſæpius vidiſſe obſeruari: tametſi aliud ſit, ſi ſocius tanquam tertius pecuniam mutuam ſocietati dedit. Hoc enim caſu non tenetur accipere in ſolutum res ſocietatis, quia aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt *l. 2. §. mutui datio. de reb. cred. l. 16. & 17. C. de ſolut.* & Rot. inter recētiſſ. *dec.* 380. *n. 1. par. 1.*† Et notandum etiam eſt, quod ait Petr. de Vbald. 33
eod. loc. ſi forte ſocius, qui pecuniam contulit, ea deficiente nomina elegerit, ſumptuum, & temporis rationem habendam eſſe, ita vt vel communibus expenſis exigi debeant, & periculo omnium ſociorum, ſi modo nihil in contrarium actum eſt: vel quid amplius ei concedatur, quod ſufficiat ad exactionis moleſtias, & penſet ſumptus, & id quod intereſt arbitrio boni viri, quod in ſocietate plurimùm dominatur *l. 6. & 76. ff. pro ſoc.*† Quæ tamen accipienda ſunt, cum 34
res ſocietatis bene cecidit, & ſocij ſunt in lucro, denique cùm ſocietas id facere poteſt. Nam ſi vix capitale ſaluum eſſe poteſt, & redigi ex nominibus debitorum, tunc periculo, & ſumptibus eius exigendum eſt, qui illud contulit, quandoquidem ſi nihil omnino ſupereſſet, illius damno cederet, & eo contentus eſſe deberet, quod ſocietas facere poteſt, vt dictum eſt *num.* 30.† Et prætereà quod dixi, ſocio, qui pecu- 35
niam quam dedit ex nominibus debitorum redigere cogitur, aliquid amplius concedi poſſe accipiendum eſt, ſi nomina non ſunt liquida, & eorum exactio eſt difficilis, & non ſine iurgiis, & expenſis obtinenda: vel ſi ſocij interſit ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis. Nam hoc caſu debita minori pretio emi poſſunt, vt ex omnium ſententia definit Salas *in lib. de empt. & vend. dub. 39. n. 1. & lib. de vſur. cap. 27. n. 6. & 7.* neque locum habet *l per diuerſas. C. mandat.* vt ibi notat Bald. *n.* 5. & Ioann. Bapt. Lup. *de vſur. comm. 3. §. 5. n. 17.* vſura vero eſſet, ſi ratione ſolius temporis aliquid plus exigeret, vt manifeſtum eſt.

Sed quod dixi *n.* 30. amiſſa ſcilicet pecunia in ſocietatem 36
collata eius eſſe periculum, qui eam contulit, in dubium reuocari poſſe videtur *ex l. cum duobus. §. damna. ff. pro ſoc.* quæ ait, *ſi pecus æſtimatum datum ſit, & ſine paſtoris culpa perierit, damnum commune eſſe.* Nam licèt regulariter periculum ad eum pertineat, qui dominus eſt, tamen in ſocietate aliud eſſe videtur, quia ſi periculum contingat ex cauſa ſocietatis, damnum commune eſt, etiamſi in rebus propriis alterius ſocij inciderit, vt conſtat *ex ead. l. cum duobus. §. quidam Sagariam.* & in animalibus datis docet Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 21. num. 13 & 23.* vbi poſt diſtinctiones quaſdam veterum auctorum videtur probare Saliceti ſententiam, qui ita tradit *in d. l. 1. n. 3. C. pro ſoc.*

Sed his non obſtantibus puto retinendum eſſe quod dixi, 37
& caſum pecuniæ ad ſocium, qui eam contulit, id eſt ad dominum pertinere, & ſiue initio, ſiue in medio, ſiue in fine negotiationis pereat, ſine culpa accipientis, ipſi conferenti, cuius eſt, perire, vt reiectis aliorum ſententiis, & diſtinctionibus docet Fachin. *d. cap. 95.* Felic. *d. cap. 26. num. 11.* & multis Theologis citatis Azor. *loc. cit.* & Scortia *Theor.* 364. vbi ait rationem manifeſtam eſſe, quia dominium pecuniæ non tranſit in accipientem, nec fit commune, ſed durat eius, qui eam in ſocietatem intulit, & proinde eius etiam periculum eſſe debet.

Neque

38 Neque mouet *d.§.damna.* quo mouetur Cardinalis, quia
hic agitur de pecore, quod æſtimatum datum eſt, & cuius
proinde dominium paſtori cõmunicatum eſt, ideoque nihil
mirum, ſi damnũ commune eſſe debet *d.l.pignus.& l.quæ for-*
tuitis.C.de pign.act. & ita hunc iuris locum declarant Petr.de
Vbald.*d tractat.de duob.fratrib.par.1.n.11.& 27.& par.8.n.21.*
Iaſ.*in d.l.ſi paſcenda.n.2.C.de pact.* & Corn.*num.4* Chaſſan.*ad*
conſuet.Burgund.tit.4.§.23.n.66. quia hæc æſtimatio facit em-
ptionem pro dimidia parte pecorum, vt iidem auctores ſen-
tiunt, & Paul.de Caſtr.*in d.l.ſi paſcenda.n.2.* Felic. *de ſociet.*
cap.9.n.57. & ſenſit Rot.*in Anagnina vſurar.inter collect.* Far-
nac.dec.255.n.5 & 6 par.5. Ioann.Griuell.*dec.38. n.26.* neque
fruſtrà Vlpianus ait, *ſi pecus æſtimatum datum ſit.* Aliud verò
dicendum eſſet, ſi ſimpliciter pecora data fuiſſent: vel ſi
fœtuum tantum, & fructuum ſocietas inita eſſet, quia hoc
caſu damnum pecorum eſſet domini non paſtoris, ſi modo
ei culpa imputari non poſſit, nam, & finita ſocietate anima-
lia, quæ pro capitali data ſunt, debent eſſe præcipua ipſius
immittentis, vt docet Bald.*in d.l ſi paſcenda n.2. & in d. l.1.*
n.4.in fin. Chaſſan.*loc.cit.* Ioſeph.Ludou.*in dec. 10. n.9.* Azor.
par.3.lib.9.cap.7.q.10. & alij auctores relati *n.29.* idem ergo
dicendum eſt in ſocio, qui pecuniam contulit, & cuius præ-
cipua eſſet finita ſocietate, ſi ſalua fuiſſet.

39 Neque etiam mouet *d. §. quidam ſagariam.* quia hic locus
non eſt de ſocietate, in qua vnus pecuniam, alter operam
confert, ſed de ea in qua vterque pecuniam ponit, vnde Sa-
licetus fatetur hunc locum ad noſtram quæſtionem non
pertinere, quia ex eo, quod lex ait ſocium, qui in latrones
incidit, ſuam pecuniam amiſiſſe, colligit alium ſocium, ſuam
etiam contuliſſe, vel conferre debuiſſe. Nam ſi is, qui operam
præſtabat, pecuniam poſuit, veriſimile eſt alium quoque pe-
cuniam intuliſſe. Quamobrem Salicetus ait ſe moueri ex ra-
tione, qua Vlpianus vtitur *in d.§.quidam.* illis verbis: *Nam*
ſicuti lucrum, ita damnum quoque commune eſſe oportet. Ex qui-
bus inquit ſufficere, vt is qui pecuniam accipit, ex ea ſpe-
40 ret lucrum. † Sed reſpondeo ſocium, qui operam præſtat
non tam expectare lucrum ex pecunia, quæ per ſe ſterilis
eſt, quam ex proprio labore, & induſtria, quæ plerunque
tanti eſt, quam pecunia *l.5.ff.pro ſoc.* & interdum etiam plus
ſocietati confert *l.29. ff.eod.* tametſi circa alienam pecuniam
verſetur. Nam ex contrario is qui pecuniam infert, lucrum
ex ſua pecunia ſperat mediante opera & induſtria ſocij. Pro-
inde vt ſatis eſt eum, qui pecuniam confert, ſi res ſocietatis
euerſæ ſint, pecuniæ ſuæ iacturam facere, non etiam opera-
rum: ita ſufficere debet, vt qui operas præſtitit, earum de-
trimentum ſentiat, non etiam pecuniæ, vt ait Gail. *dict.*
obſ.24. n. 8. quod ſanè æquius & melius eſt, quam ſi is, qui
operas poſuit, operas omnes, & laboris præmium amittat, &
præterea ſortis partem refundere cogatur, cum alius pecu-
niæ ſuæ periculum tantum ſuſtineat, vt ferè diſſerit Fachin.
in d.cap.95. in fin. & hoc plurimum negotiationibus fauet,
nam admiſſa contraria opinione, multi qui induſtria, & in-
genio valent, & tenues facultates habent ab huiuſmodi ſo-
cietatis genere retraherentur, ſi non tantum operarum, ſed
etiam pecuniæ periculum ſubire cogerentur, quod publicæ
vtilitati repugnat *l.ſemper.§.3.ff.de iur.immun.*

41 Ex quibus etiam mouere non debet, quod Cardinalis ait
id quod dicitur rem ſuo domino perire, in ſocietate rece-
ptum non eſſe, quod videlicet *in d.§.quidam* damnum com-
mune ſit, tametſi in rebus propriis vnius ex ſociis incide-
rit, dummodo ex cauſa ſocietatis damnum factum ſit. Nam
obſeruandum eſt damnum ſociis contingere poſſe, vel in re-
bus propriis, quæ extra ſocietatem ſunt, & tamen non pe-
riiſſent, niſi ſocietas inita fuiſſet, vt ſi ſocio eunti ad nundi-
nas ad merces comparandas, equus, veſtes, & aliæ res pro-
priæ à latronibus ereptæ ſunt, vel vulnera illi illata, aut ſer-
uis eius, & in medicos impenſum eſt, vel ſi propter æs alie-
num ſocietatis in carcerem deiectus eſt: vel damnum inci-
dit in rebus ipſis, quæ in ſocietatem collatæ ſunt, vt pecu-
nia: ſi damnum in his rebus contingat, quæ in ſocietatem
collatæ ſunt, damnum eorum eſſe debet, qui domini ſunt, &
locum habet, quod dicimus rem ſuo domino perire. Quare
in hac ſpecie rebus ſocietatis caſu amiſſis vnus operam,
alius pecuniam amittit, ideoque quiſque damnum ſenſit eius
rei, quam in ſocietatem contulit, & æqua eſt vtriuſque con-
ditio, videturque tacite actum, vt vnus operarum, alter pecu-
niæ periculum ſubiret: vt vnus ſe exponeret periculo amit-
tendæ ſortis, alius operarum. Denique qui ſolam operam
ponit, nunquam intelligitur ſe obligare ad damnum ſortis,
vt ait Bald.*in d.l.1.n 6.* † Si verò damnum extra res ſocieta- 42
tis, vel in rebus propriis vnius ex ſociis contingat ex cauſa
ſocietatis, & vt dicebat Celſus *in d.l.ſi id quod. §.1. ff.pro ſoc.*
quod non fieret, niſi ſocietas coita eſſet, æquum eſt, vt ambo
damnum huiuſmodi agnoſcant, & pro parte ſentiant *vt in*
d §.quidam. & docet Cardin.*in d.tit.21. numer.5. & ſeqq.* & ex
Theologis Molin.*diſp.418.n.1.& 2.* Reginald *lib.25. n.394.*
vbi ait hoc venire ex vi, & natura contractus, & Felic. *in d.*
tract.de ſociet.cap.19.n.42. Idem docuit Bald.*in d.l.1.n.7.C. pro*
ſoc. vbi eleganter diſtinguit inter damna intrinſeca, quæ cir-
ca res ipſas ſocietatis verſantur, & inter extrinſeca, quæ in
aliis rebus contingunt: illa vt ſunt merces vel pecuniæ in
ſocietatem poſitæ, perire ei, qui eas poſuit: extrinſeca vero,
vt ſunt debita, & ſumptus, qui propter ſocietatem fiunt, &
damna quæ in propriis rebus ſocius tulit ex cauſa ſocieta-
tis, hæc, & alia huiuſmodi dãna ab vtroque pro parte agnoſ-
ci debent: & ſi vnus ſoluit, partem ab alio cõſequitur actio-
ne pro ſocio *d.§.quidã.& d.l ſi id quod.§.1.& l.57.& 61.ff.eod.*
& Harmenop *loc.cit.* Hoc igitur diſcrimen eſt inter intrinſe-
ca, & extrinſeca damna ſocietatis ſecundũ Baldi ſententiã. † 43
Inter quæ illud noſtro malo frequens eſt, cũ ſocius ad emen-
das merces naui profectus in piratas, & Turcas incidit, à
quibus ſe redimere coactus eſt. Hoc enim dãnũ ſocij pro par-
te agnoſcere debẽt, & ſi ſocius id ex ſuo præſtiterit, id iudicio
ſocietatis ab aliis repetere poteſt, ſcilicet pro portione cu-
iuſque, vt conſtat *ex d.§.quidam* & tradunt Bald. *in conſil. 41.*
lib.1. Petr.de Vbald.*d.tractat.de duob.fratrib.par.8.num.8.* Me-
nock.*in conſ.860.n.19. lib.9.* & alij, quos ſequitur Felic.*in d.*
lib.de ſociet.cap.27.num.13.

Neque tantum ſocius actione pro ſocio repetet id quod 44
ex cauſa ſocietatis impendit, ſed etiam vſuras *l. 52 §. 10. &*
l.67.§.ſi quid vnus ff.pro ſoc. cuius verba ſunt, *ſi quid vnus ex*
ſociis neceſſariò de ſuo impendit, in communi negotio iudicio ſocie-
tatis ſeruabit, & vſuras ſi forte mutuatus ſub vſuris dedit: ſed &
ſi ſuam pecuniam dedit, non ſine cauſa dicetur, quod vſuras quo-
que percipere debeat, quas poſſet habere, ſi alij mutuum dediſſet.
Quod notat Felic.*loc.cit.n.18.* & Cuiac.*in d.§ ſi quid.* & ex iu-
re ciuili certiſſimum eſt: nunc tamen quod attinet ad vſu-
ras abrogatum eſſe puto, & ſocium id tantum præter ſor-
tem repetere poſſe, quod ſua intereſt ratione damni, vt ſi
pecuniam mutuatus eſt ſub vſuris, vt negotia ſocietatis ex-
pediret, vel ſi potuiſſet ex ſua pecunia lucrum facere. Et
proinde nunc tantum obtinet, quod ait *d.l.cum duobus.§.item*
reſpondit. poſſe ſocium agere ad id, quod ſua intereſt, & quod
ait *l.ſocium.60.* vſuras ſocium præſtare debere, non quaſi vſu-
ras, ſed quod ſocij interſit, vt tractat idem Felic. *cap.* 24. &
ante illum Aret.*in conſ.156.n.5.& 6.* vbi notat in ſpecie *d.l.*
ſocium. intereſſe à ſocio præſtari non ſub ratione vſurarum,
ſed ſub ratione eius, quod intereſt. † ſed licet Aretin. & Fe- 45
lic.*loc.cit.* moram exigere videantur, vt ſocius agere poſſit ad
id, quod intereſt, & regulariter id verum ſit, in ſpecie tamen
de qua agitur, id eſt, cum ſocius de ſuo neceſſario aliquid in
communi negotio impendit, non puto moram neceſſa-
riam eſſe. Etenim videtur hoc inter ſocios tacite actum, &
conuentum, vt quiſque poſſit vtiliter, & neceſſario in cau-
ſam ſocietatis impendere, quo caſu etiam mora non inter-
ueniente, is qui impendit, poteſt agere ad id quod intereſt.
l.ſi vero.12 §.ſi mihi. ff.mandat.l.14 §.non tantum.ff.de neg.geſt.
& tradit Cuiac.*in l.1 ff de vſur.ad Papin.* Grimaud.*de vſur. &*
contract.pigner.lib.1.cap.8.n.5. & Rot.Genuenſ.*in dec.125.n.3.*
quod à nobis alio loco diligentius tractandum eſt. Ita igi-
tur accipiendum eſt, quod Felicius tradit *loc.cit.*

Denique nihil obſtat noſtræ ſententiæ *d.l.ſi id quod §.idem* 46
Celſus.ff pro ſoc. pecuniam in ſocietatem collatam vtrique ſo-
cio perire. quia hic Celſus loquitur de ſocietate, in qua
vterque pecuniam confert, ideo communis fit ob mutuam
collationem vt tradit idem Felic.*d.cap.26.n.1.& 2.& n.12.* &
fatetur ipſe Salicet.*d.num.3.* & ſatis oſtendunt verba ipſa, *ſi*
pecuniam contuliſſemus ad mercem emendam, quibus Celſus
vtitur

vtitur, & Harmenop. *lib.3.tit.10.* enarrans hunc locum: *ſi pecuniam in communem negotiationem contulerimus, & mea perierit, communitati perit.* Et ratio eſt, quia tota illa pecunia vnum corpus ſocietatis, & vnam ſortem principalem facit, & ideo nihil refert, ſi vnus ſociorum ponat centum in vna naui, & alius totidem nummos in alia, quia etſi pecuniæ loco ſeparentur, vnam tamen ſortem, & vnum corpus commune conſtituunt, & proinde damnum in illis contingens commune eſſe debet, vt notat Azor. *d. cap. 3. quæſt.3. verſ. ſecunda opinio.* Neque enim æquitas patitur, vt collatis vtrinque pecuniis, ſi forte mea poſt collationem caſu aliquo amiſſa ſit, tam præcipuam tibi retineas. Aliud vero dicendum eſt in eo ſocietatis genere, de quo quæritur, cum ſcilicet vnus dumtaxat operam, alius pecuniam confert, quia tunc amiſſa pecunia ita res temperanda eſt, vt vnus operarum, alter pecuniæ detrimentum patiatur, vt tradunt Gail. Felic. & alij auctores, *locis cit.* Molin. *in d.diſp. 416. num. 3.* & Azor. *d. cap. 3.* qui rationem hanc eleganter addit, quia ex pecunia vnius, & opera alterius non fit vna ſors communis, & ſanè cum Celſus *in d. §. item.* eo caſu dicat pecuniam vtrique perire, cum vterque pecuniam confert, ſanè innuit aliud dicendum eſſe in eo ſocietatis genere, in quo vnus pecuniam, alius operam dumtaxat exhibere debet. Hoc enim caſu æquius melius videtur, & menti contrahentium magis conſentaneum, vt quiſque eius rei, quam contulit damnum patiatur.

47 Sed Petr.Philipp.Corn. *in d.l.ſi paſcenda.num.14 & 16.* putat admiſſa noſtra ſententia, eam ſaltem duas exceptiones pati. Prima eſt, niſi pecunia ex cauſa ſocietatis amiſſa ſit, veluti ſi cum traiiceretur ad emendas merces, naufragio periit vel à latronibus erepta eſt *d. l. cum duobus. §. quidam.* Altera eſt, niſi pecunia in rem ſocietatis verſa ſit, veluti ſi ex ea merces emptæ ſint. Nam inquit per conſumptionem transfertur dominium *l.rogaſti.§.vlt.ff.ſi cert.pet. & l ſi alieni.de ſolut.* verum puto reiiciendas eſſe. Nam prima malè ducitur *ex d.§.quidam.* quia vt dictum eſt, pertinet ad illud ſocietatis genus, in quo ex vtraque parte confertur pecunia: neque trahi debet ad eam ſpeciem, in qua vnus operam, alter pecuniam ponit, in qua licet pecunia ex cauſa ſocietatis, & propter ſocietatem amiſſa ſit, damnum eius eſt, qui eam contulit, & qui eam propriam habuiſſet, ſi ſalua eſſet finita ſocietate, vt dictum eſt. Nam & ſocius operas amiſit, quæ recipiunt æſtimationem, & quas alteri locare potuiſſet, vel vtiliter aliis negotiis impendere.

48 Altera etiam exceptio prorſus incongrua eſt. Nam licet cum merces pecunia emptæ pereunt, non pereat res propria eius, qui pecuniam dedit: non tamen inde fit, vt ſi nihil ſupereſt, non debeat damnum eius eſſe, qui eam contulit, quia in hac ſpecie & in hac materia pecunia amitti intelligitur, etiam cum merces ex ea emptæ pereunt, & nihil eſt in ſocietate, vnde hæc pecunia deduci poſſit, vt innuit *l. Mutius. hoc tit.* tum quia ſocietas vniuerſitas quædam eſt, & ideo merces ſunt loco pecuniæ: cum etiam, quia cuius eſt periculum pecuniæ, eius etiam periculum mercium eſſe debet, quæ pecuniæ loco ſubrogatæ ſunt voluntate eius *arg. l.1.ff.de naut.fœn.* Denique quia merces non dicuntur communes alteri ſocio, niſi deducta pecunia, vt bona non dicuntur, niſi deducto ære alieno. *l.non poſſunt.de iur.fiſc.l.ſubſignatum.de verb. ſignif.* & in ſpecie Salic. *in d.l.1. n.2. in fin.* quare dicendum eſt etiam amiſſis mercibus, quæ ex pecunia ſocij emptæ ſunt cum nihil in corpore ſocietatis eſt, vnde pecunia ſeruari poſſit, illius dumtaxat damnum eſſe, qui eam contulit, cum ſatis ſit alium operam, & oleum perdidiſſe.

49 Sanè maxime notandum eſt, ſi non appareat, quid actum ſit, contractum iuxta loci conſuetudinem initum cenſeri *ex l.quod ſi nolit §.quia aſſidua.de ædil.edict.* & in ſocietate docent Bald. *in d.l.1.num.7.* Corn. *in d.l.ſi paſcenda. num.4.* Menoch. *in conſ.121. num.10.* Cardin.Mantic. *d.tit. 21. num. 24.* Molin. *diſp.416.num.5.* Reginald. *lib.cit. cap.29. n.393.* Filliuc. *d.c.3.n.48.* Felic. *de ſociet.cap.15.n.47. & 55.* & aliis auctoribus relatis Munnoz *de computat.c.22.num.1.* vbi ait nullo interueniente pacto computationem lucri, & damni ſocietatis ex

50 more regionis conſtituendam eſſe. † quæ conſuetudo, ſi non eſt conſentiens, ſed varia, contractus in iis, quæ omiſſa ſunt, eo modo intelligi debet, quo plus æquitatis & iuſtitiæ habeat, quia in dubio præſumendum eſt id contrahentes voluiſſe, vt notat Molin. *loc.cit.* vel cenſetur eo modo celebratus, quo inter bonos celebrari debet, & vt vir bonus arbitrabitur *l.76.& 78.ff.pro ſoc.* eſt enim ſocietas contractus bonæ fidei, & in ea bona fides exuberare debet *l.3.C. eod. tit.* & iuſtis, æquiſque conditionibus, & ſine vſurariæ prauitatis ſuſpicione initi, vt *d.conſtit.* D.Sixti V. cautum eſt. Denique vt inter fratres agi oportet. Nam & ſocietas fraternitas quædam eſt, & ius fraternitatis quodammodo in ſe habet *l. verum.63.in princ. ff.eod.* fratrem vero cum damno fratris locupletari impium eſt.

Porrò ſciendum eſt, ſi finita ſocietate is, qui pecuniam accepit, ea vtatur, vel ſi peregre eam ſecum tulit, & caſu aliquo amiſerit, veluti ſi in latrones incidit, vel naufragium fecit, periculum eius eſſe non autem conferentis *arg. l.5. §. ſed interdum. & l.in rebus.17.ff.commod.l.item quæritur.§.ſi quis. ff. loc.* quod olim lege Rhodia commerciorum cautum fuit *cap.17.* vt tradit Cuiac. *ad tit.C.de naut.fœn.* Hoc tamen accipiendum eſt, ſi modo ſocietas renouata non ſit expreſſo, aut tacito conſenſu, quod iudicem æſtimare oportet, ex his, quæ tradit Felic. *d.lib.cap.41.* & Cardin. Mantic. *d. lib.6. tit. 26.* Nam ſi ſocietas renouata proponatur, periculum pecuniæ eius erit, qui eam contulit, ſecundum ea, quæ dicta ſunt. 51

Sed licet verum ſit, quod initio dixi hodie in actione pro ſocio non venire vſuras, quæ ſcilicet in omni iudicio prohibitæ ſunt, ſocius tamen tenetur ſocio in id quod intereſt. Quamobrem ſi mercator cui pecunia data eſt ad negotiandum, ob ſegnitiem, vel dolum, illam in emptionem mercium minimè conuertit, ſed vſibus aliis retinuit, tenetur ſocio ad id quod intereſt, *d l.cum duobus. §.idem reſpondit. ff.pro ſoc.* quæ ait ſocium poſſe agere ad id quod ſua intereſt *& l.60.in princ.eod.tit.* & probat apertiſſimè *l.ad comparandas C. mandat.* & videtur ſentire Bald. *in rubr. C. pro ſoc. in fin.* & clarè Ioann.Bapt.Plot. *de in lit.iuran.§.13.num.6.* Roderic. *de ann.redit.lib.3.quæſt.4.num.39.* & Auendann. *de exequen. mandat.par.2.cap.29.num.5.* verſ. *item ſupra dicta.* vbi refert ita iure regio eſſe conſtitutum. Et hoc caſu ſatis eſt probare, quid in ea negotiatione, in quam pecunia conuerti debuit, probabiliter mercatores lucrari conſueuerunt, vt is, qui pecuniam contulit, tantundem à ſocio conſequatur pro eo quod intereſt, tametſi cum de intereſſe pecuniæ creditæ agitur, alia multa requirantur, quæ nunc non attingo. 52

Imò aduerſus ſocium, qui fraudulenter pecuniam communem, vel partem in proprios vſus conuertit, iuratur in litem *l. in actionibus. 5. ff. de in lit. iuran.* & in ſpecie adnotarunt Crauet. *in conſ.433.num.17. & ſeq.* Plot. *loc.cit.* Ioſeph. Ludouic. *in ſuis concl.tit. de ſociet. verſ. ſocius ſi adminiſtrauerit.* & Felic. *de ſociet.cap.20. num.21. & 22.* Vt in aliis actionibus bonæ fidei ob dolum aduerſatij iuratur in litem pro eo quod intereſt. *l.nummis.3.ff.de in lit. iuran. & d. l. in actionibus. in princ.* & ex recentioribus tradunt Mancin. *de iuram. par.2.art.7.num.3.* Munnoz. *de ratiocin.cap.15.num.28.* Plot. *in tractat.§.27.num.27.* Seraphin. *de priuil.iuram.priuil.31.n.96.* & Felic. *loc.cit.n.19.* vbi ex Ploto notant ſatis eſſe dolum adhibitum fuiſſe, etiamſi nulla ſit difficultas probationis. 53

Sed hoc hanc patitur exceptionem noſtro tractatui valde congruentem, vt ſcilicet locum non habeat, ſi ſocietatis contractus in fraudem vſurarum initus proponatur. Hoc enim caſu ſub prætextu omiſſi lucri, & ex eo quod mercator merces ex ea pecunia non comparauerit, non poteſt creditor agere ad id quod intereſt, nec iurare in litem aduerſus debitorem, vt reſpondit Iaſ. *in conſ.174.num.21.lib.2.* quia inquit mutuum gratuitum eſſe debet Plot *in d. §.13. n.7. & 8.* vbi hanc limitationem Chriſtianam vocat, & Ioſeph. Ludou. *loc.cit.* ſocius quidem ſocio non tantum doli, ſed etiam culpæ nomine tenetur, id eſt, deſidiæ, & negligentiæ. *l.ſocius. 72. ff. pro ſoc. §.vlt. Inſtit. eod.* Harmenop. *lib. 3. tit. 10.* ſed rei ſuæ quiſque moderator, & arbiter eſt, & pleraque ex proprio animo facit, vt ait *l.21.C.mandat.* neque creditoris intereſt, ſi quis in re ſua negligens eſſe velit: at in ſocietate vſuraria pecunia fit debitoris, & in eius dominium tranſit, & proinde non poteſt creditor queri, quod eam debitor in 54

Q proprios

55 proprios vſus conuerterit. † Et repetam etiam quod memini me dixiſſe, ſi is, qui pecuniam dedit ad negotiandum, certo ſciret accipientem pecuniam non eſſe mercatorem neque mercaturam incipere velle: vel mercatorem quidem eſſe, ſed aliis vſibus pecuniam quærere, color eſſet quæſitus fœnori: & nihil vltra ſortem ſub prætextu amiſſionis lucri capere liceret, etiamſi contractus ex ſua forma licitus videretur. Nullus enim contractus eſt, quem fraus, & praua intentio labefactare non poſſit. Et ita rectè docent Nauarr. *in man.cap.*17.*n.*158. Binsfeld. *in cap. vlt. de vſur. q.*8. *concl.*5. Auendan. *loc. cit.* Vgolin. *de vſur. cap.*55. *n.*2. *in fin* Felic. *d. lib. de ſociet. cap.*18. *n.*66. & in re fere ſimili Sigiſmund. Scacc. §.1. *quæſt.*7. *ampl.*8. *num.*120. *&* 124. & Alphonſ. Narbon. *d. tit. de camb. l.*15 *gloſ.*4. *n.* 46. Quamobrem fraus omnis ceſſare debet ea parte eius, qui pecuniam dedit ad merces emendas, vel in aliam licitam ſocietatem, vt vltra ſortem lucrum illud conſequi, & repetere valeat, quod veriſimiliter ſocius facere potuiſſet, ſi vt promiſerat, merces comparaſſet, & vt poſſit aduerſus eum iurare in litem pro eo quod ſua intereſt, ſociis enim datum eſt iurare in litem non fœneratoribus.

Sane hic incideret quæſtio de ſocietatibus officiorum Romanæ curiæ, de quibus tamen mihi laborandum eſſe puto, tum quia Romæ tantum receptæ ſunt, & frequentantur, tum quia Virgin. de Boccat. Sylueſter Zacchias, & Franciſc. Caſtracan. viri docti hac de re integrum tractatum edidere: denique quia illis certa forma præſcripta eſt eſt conſtitutionibus Pontificum, quæ extant poſt Sigiſmund. Scacc. *tract. de commerc.* qua ſeruata de illarum iuſtitia ambigendum non eſt. Et proinde ſubiiciam tantum, finita, ſeu renunciata ſocietate non poſſe eum, qui pecuniam contulit in eaactione lucri conuenti ſeu fructuum perſeuerare, quia finita ſocietate pecunia conuertitur in ſimplex creditum, quod per ſe fructus referre non valet, vt ſentiunt Manent. *de contr. lib. vnic.*5. *n.*33. Sot. *de iuſtit. & iur. lib.*6. *quæſt.*6. *in fin.* Nauarr. *in conſ.*29. *de vſur.* Tolet. *lib.*5. *cap.*40. *num.*5. & quidam Romani I.C. inter reſponſa Farinac. *conſ.*15. *lib.*1. & Fabius Accorambonus *in eod. conſ. n.*86. vbi ait hoc pactum illicitum eſſe, Cyriac. *contr.*252. *num.*46. *&* 48. Salluſt. Tiber. *in pract. iudic. lib.*1. *cap.*23. *num.*10. Pacific. *de Saluian. interd. inſpect* 4. *cap.*1. *num.*75. *& ſeq.* idem Zacch. *d. tract. de ſociet. num.*321. & Caſtracan. *in d. tract. cap.*49. *num.*4 vbi refert Rotam Romanan ita pluries cenſuiſſe, quod tamen accipiendum eſt, niſi debitor ſit in mora, & ſocij tantumdem interſit ſibi moram factam eſſe ratione damni, vel lucri, vt diximus *quæſt.* 72. *num.*6. & probari poteſt *ex l. ſocium.* 60. *ff. pro ſoc.* & in ſpecie tradunt auctores citati iiſdem locis, Rot. *poſt eund.* Pacific. *in dec.*215. & Vgolin. *de vſur. cap* 57. *num.*5. *& cap* 59. *num.*4 *&* 5. & proinde pactum huiuſmodi tantum probari poteſt, quatenus vere intereſt, quo ceſſante, ſi quid hoc nomine exactum eſt, minuit ſortem, vt in aliis reditibus vſurariis receptum eſt. Quæ comperi deinde docere P. Duardum *in ſuo tract. de ſociet. lib.*2. *cap.*6. §.8. *num.*5. *&* 7. Cætera ad hunc contractum pertinentia ab auctoribus relatis petenda ſunt.

QVÆSTIO XXXII.

De vſuris ex depoſito non exigendis.

SVMMARIA.

1. *In actione depoſiti veniunt vſuræ ex iure ciuili.*
2. *Quod nunc abrogatum eſt.*
3. *Deponens pecuniam ea lege, vt pro vſu illius aliquid accipiat, donec reddatur, vſuram committit.*
4. L.24. & 26. ff. depoſ. *nunc abrogatæ.*
5. *Vſura eſt ex depoſito aliquid ſperare vltra ſortem.*
6. *Auaritia interdum eos contractus polluit fænore, qui ab initio ſine fænore celebrati ſunt.*
   Pactum vt quid ex depoſito præſtetur pro illius vſu, vſura eſt, ſiue ab initio, ſiue ex interuallo ineatur.
7. *Bartholomei Vgolini dictum declaratur.*
   Depoſita re fructifera non eſt vſura ex illius vſu accipere.
8. *Depoſitum ſine mora reſtituendum.*
   Neque poteſt obiici compenſatio.
9. *Nec exceptio non numeratæ pecuniæ.*
10. *Sacrilegij inſtar eſt negare, & retinere depoſitum.*
11. *Cuiuſdam dolus, & periurium inſigne.*
12. *Depoſiti condemnatus non habet quadrimeſtre, quod iudicatis conceditur.*
13. *Depoſitario ne modica quidem dilatio datur ad reddendum depoſitum.*
14. *Moratoria reſcripta non proſunt iis, qui ex cauſa depoſiti conueniuntur.*
15. *In bonis nummulariorum præferuntur ij, qui pecunias depoſuerunt.*
16. *Depoſitum in fraudem vſurarum factum non habet priuilegia depoſiti.*
    Qui pecunias deponunt ſub vſuris, ab aliis creditoribus non ſeparantur.
17. *In Belgio depoſita illicita frequentantur.*
18. *Philippus II. in Hiſpania vetuit, ne ex depoſitis quicquam capere fas eſſet.*
19. *Deponens pecuniam penes mercatorem poteſt paciſci de certo lucro, ſi ſua interſit.*
    Depoſiti iudicio veniunt fructus, & omnis cauſa.
20. *Depoſitarius qui ex pecunia depoſita lucrum fecit, an teneatur lucrum reddere.*
    Et hac de re Baldi ſententia teneri.
21. *Quæ reiicitur.*
22. *Fur, & fænerator ſuper lucrum reddere non tenentur.*
23. L. qui ſine. ff. de neg. geſt *hodie non obtinet.*
24. *Negotiorum geſtor, & debitor tenetur abſenti ad id quod intereſt.*
25. *Mandatum ſuſcipiens, ſi neglexerit, tenetur ad id quod intereſt.*
26. *Negotiorum actio datur, tametſi res effectum non habeat.*
27. *Depoſitario vetitum eſt res depoſitas attingere.*
28. *Negotiorum geſtoris, & depoſitarij differentia.*
29. *Priuatio vſus rei depoſitæ, quæ in abuſu conſiſtit, non eſt per ſe æſtimabilis pretio.*
30. *Intereſſe ex perſona creditoris metiendum eſt.*

QVOD de ſociis diximus initio præcedentis quæſtionis, id etiam de iis dicere poſſumus, qui pecunias deponunt, nimirum illos duobus modis vſuram admittere poſſe. † Primus 1
eſt, cum nummos depoſitos repetunt, & illis mora facta eſt, vel is qui pecuniam accepit, eam in proprios vſus conuertit inuito domino. Nam licèt certum ſit his caſibus ex iure ciuili in actione depoſiti venire vſuras, vt conſtat *ex l.*2. *&* 4. *C. depoſ. l.*24. *in fin. & l.*39. *ff. eod. l.*7. *ff. de pign. act.* Harmenop. *lib.*3. *tit.*9. §.4. Petr. Gregor. *Syntagm. iur. ciuil. lib.*23. *cap* 4. *num.*11. Duaren. *ad tit. depoſ cap.*4. *verſ. vnde fit.* vt in cæteris contractibus bonæ fidei *l.*3. *C. eod. tit. l. mora.*
§.1. *ff. de vſur.* † hoc tamen totum hodie abrogatum eſt eo 2
iure, quo vſuræ prohibentur, vt poſt multa concludit Roderic. *de ann. redit. lib.*3. *quæſt.*11. *num.*85. *&* 86. & reſpondit Camill. de Medic. *conſ.*27. *num.* 17. *&* 18. potius enim nunc contractus malæ fidei dicerentur, ſi acceſſionem vſurarum ex ſolo pacto, vel ex ſolo tempore reciperent, niſi aliunde creditoris interſit ſibi moram fieri: & niſi interdum in contractu dotis propter onera matrimonij, quæ maritus ſuſtinet, & in emptionibus rerum, quæ fructus referunt propter æquitatem *l. curabit. C. de action. empt.* quæ peculiarem rationem habent, vt à nobis in præcedentibus mediocri diligentia tractatum eſt.

Alio modo ſub nomine depoſiti fœnus exercetur, cùm 3
deponentes pecuniam certum annuum reditum ſtipulantur vltra ſortem, & pro vſu, & ratione ſortis, donec pecunia reddatur Hic enim ſub nomine depoſiti mutuum, & fœnus contrahitur *l* 7. §. *quoties. ff. depoſ. l. ſi ventri.* §. *in bonis. ff. de priuil. credit.* quæ ait, *aliud eſt credere, aliud deponere*, & ita docent

Digitized by Google

docent Romao. *in conſ.500.n 4.* Alex. *in conſ.80.lib.3.* Nauarr. Cuiac.& alij, quos retuli *q.8.n.18. & 19.* quibus addo eund. Nauarr. *conſ.2. de vſur.n.1. & 2. & conſ. 1. de depoſ. n.6. & 10.* Gulielm. Bont. *de vſur.num.56.* Alciat. *in l.2.in princ.n.20. ff ſi cert.pet.* Riminald. *iun. conſ.152.n.44.* & Narbon. *ad leg. Hiſpan. lib.5.tit.18.l.13.gloſ.3.num.5.& 9.*

4 Et quamuis *ex d.l.24.& 36.in fin.ff.depoſ.* conſtet non ſtatim ac ia, qui deponit pecunias, de certis vſuris ſibi præſtandis conuenit, quoad pecuniæ reddantur, contractum eſſe mutuum, ſed potius manere depoſitum, & vſuras actione depoſiti, peti poſſe, non ideo minus huiuſmodi vſuræ illicitæ ſunt, & prohibitæ, vt tradit Cardin. Mantic. *de tac.& ambig.conuent.lib.10.tit.6.num.1.* & iidem Narbon. & Roderic. *loc. cit.* vbi notant iſtiuſmodi leges, & omnes ſimiles hodie obſeruandas non eſſe. Quare ab hoc genere depoſiti maximè abſtinendum eſt.

5 Præterea vſura in hoc genere committitur, tametſi de vſuris præſtandis nihil conuenerit, neque expreſsè, neque tacitè, ſi modo is qui depoſuit pecuniam, eo animo eam depoſuerit, vt aliquid vltra ſortem à depoſitario recipiat ob illius vſum. Nam cum in hac ſpecie deponens permittat accipientem pecunia vti, negotium in mutuum conuertitur *l.9. in fin ff. ſi cert.petat. & d. § quoties.* ex quo nihil vltra ſortem ſperare licet *cap. conſuluit. de vſur.* & ita tradunt Bald. Bertazzol. & alij, quos ſequitur Vgolin *de vſur. cap. 62. n.1. verſ. vſura etiam.* Gulielm. Bont. *loc cit.n.53.* Ioann. Capiſtr. *de vſur.p.tr.2.n.99.in fin.* & Gratian. *diſcept. Forenſ. lib.1. cap.174. n.3.* Deponens igitur propter ſpem lucri peccat, & ad reſtituendas vſuras, ſi quas exegerit, obligatur.

6 Denique licèt ab initio nummi rite, & ſine fraude depoſiti ſint ſolius cuſtodiæ cauſa, & in gratiam deponentis, poteſt tamen ex interuallo hic etiam fraus, & fœnus irrepere, ſi poſtea permittat accipientem vti, & vſuras ſtipuletur, & accipiat, vel etiam ſperet, vt colligitur *ex d. l. 9 in fin. & l.15. ff. ſi cert.pet. & d.l ſi hominem.7. §.quoties. ff. depoſ. & d l. ſi ventri. §.in bonis. ff. de priuil. cred.* Neque enim nouum eſt, auaritiam etiam eos contractus, qui pure, & ex fide bona initi ſunt, polluere fœnore, vt adnotarunt Bero. *in tit. de vſur num.19. & 20.* & Caſtrenſ. in quodam conſilio, quod mihi excidit, vt dixi *quæſt.7. num.35.* Camill. de Medic *in conſ.26. num.17. & 38.* & puto etiam ſentire Vgolin. *in d.cap 62.num 2.* vbi ait deponentem committere vſuram, qui pro certa mercede facultatem dat ei qui accepit, vtendi nummis depoſitis. Hoc enim verum eſt, ſiue ab initio, ſiue ex interuallo hæc conuentio ineatur. Quid enim fœnus aliud eſt, quam merces, & pretium vſus alienæ pecuniæ, vnde apud bonos auctores pecunia, quæ ſub vſuris accipitur, dicitur conduci, vt de quodam ſcribit Horatius:

Omnia conductis coemens obſonia nummis.

Et paulo poſt vſuras mercedes appellat.

7 Sanè quod Vgolinus ſcribit *loc. cit.* vſuram facere, qui pro certa mercede dat facultatem vtendi re depoſita, nimis effuſe dictum eſt. id enim verum eſt in nummis, oleo, & ſimilibus rebus, quæ functionem recipiunt, & mutua dari poſſunt *l.2.§.mutui datio. ff ſi cert.* & vt ait Vlpianus *in l. 5. ff. de vſufr. ear. rer. quæ in abuſu, & abſumpt. conſiſtunt*, ſed ſi equus, veſtimenta, vel alia res depoſita ſit, cuius eſt vſus, & quæ certa ſpecie, & corpore valet, pro vſu illius rei aliquid accipere non eſt illicitum. Hæc enim non vſura eſt, & fœnus, ſed locatio, & conductio *l.1.§.8. ff.depoſ.* quæ naturalis eſt, & omnium gentium, vt ait Paulus *in l. 1. ff. loc.* cùm fœnus iuri diuino, & naturæ repugnet, & apud omnes ferè gentes improbetur vt *q.2. & 3.* diſputatum eſt. Neque puto virum doctum aliud ſenſiſſe. Ita verò comperi deinde diſtingnere Bonac *de contract. diſp.3.q.13 punct.3.n.5.in fin.*

8 Sunt quidem multa priuilegia depoſiti. Nam depoſitum ſine mora reſtituendum eſt, nec vlla poteſt obiici compenſatio *l.vlt Cod. de compenſ. l.pen. C. depoſ.* vbi Iuſtinianus hac ratione vtitur, *ne contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam retrahatur.* Quod imitatus eſt ſummus Pontifex *in cap.vlt.eod.tit.* vbi etiam ait contractum bonæ fidei ad perfidiam referendum non eſſe, idémque ſcripſit Harmenop. *d. lib 3. tit 9. in fin.* & tradit eleganter Cuiac. *in l. 10. C. depoſ.* vbi notat perfidiam quidem eſſe non reddere commodatum, vel mutuum, vel pignus, maiorem perfidiam eſſe, ſi quis non reddat depoſitum: ideoque ex illis contractibus actiones, neque famoſas, neque pœnales eſſe, cum ex depoſito actio famoſa ſit, & interdum pœnalis creſcente perfidia *l.1.& 6. §.illud ff. de his qui not.infam. & d l.1 in princ. ff depoſ.*
† Vt etiam non opponitur depoſito exceptio non numeratæ pecuniæ, vt conſtat *ex l.in contractibus. C. de non num. pecun* quamuis commodato, & aliis contractibus opponatur, vt ibi notant, & Cuiac. *ad d l. Lucius.24. ff. depoſ. ad Papinian.* ſed ſine cunctatione & mora idem corpus reſtitui debet, vt tradit Ioann. Bapt. Coſta *de remed. ſubſidiar.cap.38.num.2.* & conſtat *ex d l. Lucius. & d. l. vlt. C. depoſ.* illis verbis, *ſed depoſita quidem res, vel pecunia ab vtraque parte quam celerrime ſine aliquo obſtaculo reſtituantur.* & Harmenop. *d. tit. 9. in fin.* vbi ait depoſitarium, qui moras nectit in reddendo depoſito à iudice non audiri, ſed cogi omnino rem depoſitam reddere, & deinde, *mirè*, inquit, *& preclare id lex iubet, varias eorum improbitates, & verſutias reprimens, apud quos res deponuntur.* † Vnde ſacrilegij inſtar eſt negare, & 10
retinere depoſitum, cùm nihil aliud de depoſito cogitandum ſit, quàm vt ei qui depoſuit, repenti illico reddatur, vt ex Herodoto ait Stobæus *ſermone 27. in fin.* vbi etiam *ex eod* refert Glauci cuiuſdam Spartiani ex eo tantùm, quod de depoſito retinendo cogitaſſet, nullam ſupereſſe ſobolem, neque domum, ſed ex Sparta radicitus deletam fuiſſe, idque ei oraculum reſpondiſſe, quod etiam memorat Iuuenal. *ſatyr.13* & Petr. Gregor. *d. cap 4. n.7.* apud quem etiam ſunt Iuuenalis carmina, in quibus illud in tranſitu notandum eſt, quod Poëta ait cogitationem ſceleris facti crimen habere, & eleganter Cuiacius, vt reliqua omnia *in d. l.24. ff depoſ.* ait *contractum depoſiti eſſe contractum ſacrum*, vt Iuuenalis dixit *non quod in ædes ſacras deponere ſolent pecuniam, ſed vt non fas ſit fidem depoſiti fallere.*

Et placet hîc etiam referre lepidam hiſtoriam de Archetymu Erythræo, & Cydia hoſpite ſuo, quam ſcribit idem 11
Herodot. *lib.1.* his verbis: *Ferunt Archetymum ex Erythrea in Tenedum veniſſe, & apud Cydiam hoſpitem ſuum auri magnam vim depoſuiſſe, nihil de homine ſiniſtri ſuſpicatum, vt quicum recens amicitiam iniuiſſet. Tum Cydia malum conſilium auaritia ſuggeſſit. Cùm enim aurum apud ipſum depoſitum ab ipſo repeteretur, contumaciter negauit. Et cùm inter ſe contenderent, tandem viſum eſt, vt totum negotium ad iuſiurandum referretur. Cydias igitur cùm tertio die fidem ſuam iureiurando confirmaturus eſſet, reuerſus domum excogitauit dolum huiuſmodi. Omne ſimul aurum in excauatam ferulam incluſit, & qua parte ferulam manus amplectitur, faſciam circumuoluit vndequaque, vt dolus celaretur. Poſtquam verò præſcriptus dies aduenit, Cydias languidum gradum cauſa morbi fingens fulciendo ferula corpus acceſſit, & ſtans ante templum, quod iuramenti ſui conſcium eſſe volebat, ferulam in qua omnis eius iniquitas latebat, Archetymo tenendam porrigit, donec abſolueretur iuramentum: deinde manibus eleuatis dixit accepiſſe quidem ſe depoſitum ab Archetymo, ſed id reſtituiſſe. His dictis grauiter indignatus Archetymus ictu vehementi ferulam in pauimentum proiecit, qua dirupta omnis auri moles effluxit. Hac quidem diuina prouidentia adiutus eſt Archytemus, Cydias autem malum vitæ exitum habuiſſe dicitur.* ſic rem hanc enarrat Herodot. *loc. cit.*

His addendum eſt condemnatis ad reddendum depoſitum non dari quadrimeſtre, quod ex iure ciuili iudicatis 12
miſerationis cauſa conceſſum eſt, ſed ſtatim compelli reddere quæ receperunt, vt innuit *d l.11. C. depoſ.* illis verbis, *reddere illico modis omnibus compellatur.* Et ita hic rectè Bald. *n.2.* Purpurat *ad Iaſon. in l.1 C. de edend* Felin. *in cap. quærenti. num 1. de offic. deleg.* Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.10 tit.9. num.3.* & Caroc. *in lib. de depoſ. par.1. tit. de caſu. num.66.* vnde refert in iudicio depoſiti ceſſare, quod conſtitutum eſt *in l.2. C. de vſur. rei iudic.* eos ſcilicet, qui condemnati vltra quatuor menſes ſoluere diſtulerint, centeſimas vſuras præſtare debere. Quod tamen in omnibus cauſis nunc abrogatum eſt, nimirum iure Pontificio, quo vſuræ probibitæ ſunt, vt memini me in præcedentibus adnotaſſe. † 13
Imo quod dicimus ei, qui ſine die ſoluere promiſit, licet ſtatim cum eo agi poſſit, temperamentum tamen temporis dandum aſſe non minus decem dierum *l. promiſſor §.1 ff. de*

conſtit..pecun. l.105. ff. de ſolut. in cauſa depoſiti non recipitur, in qua is, qui rem depoſuit, ſtatim poteſt agere, & rem repetere *d.l.1. §.eſt autem. ff depoſ.*& ne modica quidem dilatio depoſitario conceditur, quia eo ipſo dolo facit, quod repoſcenti rem non reddat, vt ait I.C. *in d.§ eſt autem.* & hic Caſtrenſis notat, & Catoc.*loc cit num.67. & 68.* qui
14 id latius proſecutus eſt. † Et quia ſine cunctatione vlla depoſitum reddi debet, merito etiam receptum eſt literas moratorias generales, quas interdum Principes concedere ſolent, non prodeſſe debitoribus, qui ea cauſa depoſiti tenentur, & ita docent Boër.*in dec.296. num.4.* Rebuff. *de lit. dilator. art.1. gloſ.1. num.38.* Marc. Anton. Cucch. *de morat. præſcript. num. 70. & 77.* Maſtrill. *ad indult. Regis Hiſpan. cap.46. num.7.* Ioann Papon. *lib.10.tit.9. art.5.* & Catoc. *loc. cit.* vbi id declarat, niſi in precibus eſſent petitæ induciæ etiam ex cauſa depoſiti, vel Princeps id expreſſiſſet, vel alia ratione conſtaret voluiſſe Principem etiam cauſam depoſiti comprehendere, ſubiiciens id valde notandum eſſe aduerſus nummularios, qui vt plurimum debitores ſunt ex cauſa depoſiti, quibus propterea generales induciæ non proſunt, cum depoſiti conueniuntur, cautos tamen eſſe & nihil omittere ſolere, quo tutiores efficiantur.

15 · Hoc etiam inter depoſiti priuilegia eſt, vt quoties foro cedunt nummularij, in eorum bonis præferantur, qui pecunias depoſuerunt, vt definitum eſt *in d.l.ſi hominem. § quoties. ff. depoſ.* & tradunt Benuen. *de decoct. par.vlt.num.1.& 3.* Cardinal. Mantic. *loc. cit. num.37. & 38.*& Roderic.*d. quæſt. 21. num. 29.* inter quos tamen primo loco ratio eorum habenda eſt, quorum pecuniæ extant, vt ait *d. l. ſi ventri. §.in bonis. in fin.* ſemper enim præferri debet, qui dominus eſt *l.procuratoris. §. ſi plures. ff. de tribut. act.* aliiſque, quas citat Benuen.*loc.cit.*

16 Sed hæc, & alia priuilegia vero depoſito conceſſa ſunt, non autem ficto, & in fraudem vſurarum celebrato, quod depoſiti nomen, & imaginem tantum habet. Nam qui pecunias deponunt, & vſuras ſtipulantur, vel accipiunt à reliquis creditoribus, non ſeparantur tametſi nomine depoſiti abutantur, quia vt Papinianus ait *in d. l. Lucius.* ea res egreditur depoſiti notiſſimos terminos, & aliud eſt credere, aliud deponere, vt diai *ex d.l.ſi ventri.9. §.in bonis. de priuil. credit. & l. qui hominem. §. quoties. ff. depoſ.* & ita rectè notant Benuen.*eod.loc n.4* Plot.*de in lit.iuran.§.10.num.31.& 32.* Marc. Ant.Cucc.vbi ſupra *num.85.*Catoc.*loc.cit.59.*Camill.Medic. *tot.conſ.16. & 27.* & elegantius quàm cæteri Cuiacius *in d.l. Lucius.*his verbis: *Priuilegium depoſitarij datur iis tantum, qui vſuras depoſitarum pecuniarum non acceperunt. Nam qui vſuras accipiunt, vel qui deponunt pecuniam ea lege, vt vſuras ferant, creditores potius ſunt, aut fœneratores, quam depoſitarij d. §. in bonis. vel etiam qui depoſitis pecuniis gratuito nulla facta mentione vſurarum poſtea vſuras acceperunt, videntur renuntiare depoſito, & in creditum tranſire. Non eſt igitur depoſitum proprie, ſi velut pro vſu vſuræ præſtentur, ac ſi liceret vti pecunia depoſita, quod certe non licet, & qui vtitur fur eſt l. ſi ſacculum. ff. depoſ.non eſt proprie depoſitum, ſi pecunia depoſita fœnus accipiatur, licet contrahentes appellauerint depoſitum: rem enim ſpectamus, non verba.* Hæc Cuiacius. Idémque tradit *in l. 8. ff. depoſ.* & Rip. *in l.1. in princ. num. 8.* Alciat. *num.10.ff.ſi cert. pet.*Polydor. Rip.*de nocturn.tempor.cap.104. num.3.* Comit.*re-*
17 *ſponſ.moral.lib.3.c.37.*& Cardin.Mantic.*d.tit.10.in fin* † Quod tamen genus fœnoris multis in locis agitari, & ſcimus, & dolemus. Sanè in Belgio id vſitatum eſſe grauiter conqueritur Ludouicus Guicciardinus in deſcriptione Germaniæ inferioris, cuius verba ex Gallico vteumque potui, ita verti. Vocant hodie, vt rei turpitudinem ſpecioſo titulo tegant, depoſitum, cùm quis pecuniam alteri credit ad aliquod tempus pro pretio, & intereſſe conuento, hoc eſt iuxta ordinationem, & permiſſionem Imperatoris Caroli V. quam deinde eius filius Philippus confirmauit, ad rationem duodecim pro centenis ſingulis anno quolibet. Quod intereſſe ab his Principibus mercatoribus permiſſum fuit in inopia, & anguſtiis rerum, & temporum, vt grauioribus malis occurreretur, ſed experientia præter antiqua exempla demonſtrat hoc fœdum & immodicum intereſſe, quod malitia, & tyrannide hominum multis modis auctum eſt, rem intolerabilem eſſe populo inopi, & egeno: & hinc valde negotiationes, & commercia intermitti, & minui. Et ſanè hoc genus contractus ad publicum bonum pertineret, ſi mutuatores contenti eſſent honeſto lucro, veluti ſex pro centenis ſingulis iuxta permiſſionem eorumdem Principum conceſſam nobilibus, & aliis, qui ex reditibus viuunt, aut ſi illis aliquid amplius, id eſt vſque ad beſſes vſuras permitteretur. Sed hoc ho-
neſto lucro minimè contenti tranſgrediuntur plerumque 18
omnes limites rationis, & honeſtatis, & efficiunt, vt hæc depoſita tot publica mala potius cenſeri debeant. Ita ferè Guicciardinus, † Sed quod refert Philippum II. hoc genus depoſiti permiſiſſe, id in prouinciis Belgicis accipiendum eſt, nam in Hiſpania hoc genus fraudis, & fœnoris illum prohibuiſſe memorat Narbon.*loc. cit.* apud quem etiam eius conſtitutio legitur. Conſtat igitur hoc genus depoſiti omnium conſenſu turpe, & vſurarium eſſe, & perinde veri depoſiti priuilegia non habere.

Sed quod initio dictum eſt, nunc non licere ex nummis 19
depoſitis neque ex cõuentione, neque propter moram quicquid vltrà ſortem capere, hanc exceptionem patitur, niſi tantundem interſit eius, qui depoſuit, nam id & in mutuo receptum eſt, vt fatentur omnes: & in depoſito conſtat apertiſſime *ex l.nummis.ff.de in lit.iuran* & docent Nauarr.*in d conſ.2, n.3.* Guilielm.Bont.*d.lib.de vſur.n.56.*Roderic.*in d.q.18.n.86.* & Cardin.Mantic.*d.lib.10.tit.6.n.6.& 8* vbi notat huiuſmodi intereſſe probari debet. Proinde quod ſcribit Harmenop. *loc.cit.rei depoſitæ, & fructus & vſurar, & omnem cauſam reperi,* quoad vſuras abrogatum eſt, & tantum in iudicio depoſiti actio ſupereſt ad conſequendos fructus, ſi res depoſita fructifera ſit, vt definitum eſt *in l.1. §.eſt autem. verſ. & ideo, & fructus in hanc actionem venire, & omnem cauſam. ff. depoſ. & l. 38.§.ſi poſſeſſionem. ff.de vſur.*& tradit Copus *de fructib. lib. 3. tit.4. cap.3. in fin.*ſed ſi nummi depoſiti ſunt, loco vſurarum nunc tantum datur actio ad id quod intereſt, quod probetur legitimis modis, vt dictum eſt, & ita accipiendum eſt, quod ſcribunt Duaren.& Greg.locis initio citatis.

His conſequenter videndum eſt, an ſi nihil creditoris in- 20
terſit, & tamen depoſitarius eam pecuniam in ſuos vſus cõuerterit, & fecerit lucrum, an non tantum pecuniam, ſed etiã lucrum reddere cogendus ſit: & ſane ſunt qui putant etiam lucrum reddendum eſſe. Ita Baldus in *d.l.1.num.12.C.pro ſoc.* quia inquit locupletior ex re aliena factus eſt, & ideo omne lucrum inde prouenienis debet reſtituere *arg. l. quo ſine. ff.de neg.geſt.*& Baldi doctrinam probat Dec. *in l. certi condictio.§. vlt.n.3.*& probare videtur Ioann.Bapt.Lup. *de commerc. illic. comm.1.§.3.n.43.*& apertiſſime Felician.*de cenſib.l.1.c.3.n.13.* diuerſa tamen ratione. Nam Lupus iſtiuſmodi vſuras admittendas eſſe putat, quia ſunt punitoriæ, & in pœnam cuiuſdam veluti delicti propter vſum pecuniæ inuito domino. Felicianus vero, quod iſtiuſmodi vſuræ ſint compenſatiuæ commodi percepti, quas non tantum iure ciuili, ſed etiam canonico licitas eſſe contendit, concludens ergo, ſi depoſitarius vtatur re depoſita, vſuras commodi percepti præſtabit iure canonico, quemadmodum præſtat iure ciuili, vt *in d. l.24 & l.25 §.qui pecuniam.& l.39.ff.depoſ.*

Sed contraria ſententia tutior, & verior eſt, nimirum hu- 21
iuſmodi lucrum reſtituendum non eſſe, & eum qui depoſuit pecuniam tantum repoſcere poſſe, & ſi quid eius intereſt, id enim probatur multis iuris locis, & præſertim *l. 6. C. de rei vindic.*quæ ait, *ſi ex pecunia depoſita quis ſibi poſſeſſiones comparauit, eas illi tradi cuius pecunia fuit, iniurioſum eſſe.* Ex qua quidam ad Decium notat dictum Baldi, quod ſequitur Decius *loc.cit.*falſum eſſe. Ita etiam docet Couarr.*variar lib.3.c.3.n 6.* Roderic.*de ann.redit.lib.3.q.11.n.14.* Vgolin.*in d.cap.67. n.1.* vbi ait opinionem Baldi ſibi non placere. Molin. Theolog. *diſp 327.n.5.& diſp.524.in princ.*Salas.*de vſur.dub.39. num.5.* Molfeſ *de contractib. cap.15. num.60.* quod etiam indicat *l. ſi vnus.67.§.1.*in qua Paulus ait ſocium qui pecuniam communem ſuo nomine fœnerauit, quoniam ſortis periculum ad eum pertinuerit, vſuras ipſum retinere oportere. Quare cum depoſitarius pecuniam apud ſe depoſitam ſuo periculo exercuerit, conſequens eſt illum, ſi quid ex ea lucratus eſt, veluti ſui periculi, & induſtriæ præmium retinere debere. † 22
Denique id manifeſtum eſt ex eo quod de fœneratore, &

fure

Digitized by Google

fure receptum eſt, eos ſcilicet, ſi quid ex pecunia, furto, vel
fœnore ſubtracta ſibi quæſierint, & lucri fecerint, non te-
neri reſtituere, vt docet Couarr. *loc. cit.* Molin. *d. diſp. 327. n. 5.*
Petr. Gregor. *de vſur. lib. 3. cap. 9. n. 7.* Alphonſ. Villag. *eod. tra-
ctat. quæſt. 27. n. 21.* Lælius Zecch. *eod. lib. de vſur. cap. 4. n. 2.* &
Salas *loc. cit.* vbi ait Theologos communiter idem tenere de
depoſitario, neque enim deterioris conditionis eſt fœnera-
tore vel fure. De fœneratore vero, an ſuper lucrum reddere
teneatur alio loco tractatum eſt, ex quibus id quod de de-
poſitario hic diximus, confirmari poſſunt.

23 Sed quod Iuriſconſultus reſpondit *in d. l. qui ſine. de negot.
geſt.* vnde Baldus argumentum ducit, eum ſcilicet, qui ſine
vſuris pecuniam debebat, & creditoris ſui negotia geſſit, ſi
à ſemetipſo exigere debuit, veluti ſi dies ſoluendæ pecuniæ
iam aduenerat, vel creditoris res ita exigebant, vſuras ex eo
die præſtaturum, vt in aliis iudiciis bonæ fidei, quod
etiam definit. *l. 6. in fin. eod. tit.* id quidem nunc abrogatum
eſt eo iure, quo omnis omnino vſura prohibetur, vt multis
locis dictum eſt. Etenim ſi illud admittimus, ſequeretur ſi
forte debitor, qui amici negotia geſſit à ſe ipſo pecuniam
exegiſſet, eamque ſub vſuris credidiſſet, poſſe creditorem à
negotiorum geſtore eaſdem vſuras exigere, & retinere, quod
nemo dixerit, quoniam ſi forte exegerit, eas reddere tene-
retur iis quibus extortæ fuiſſent, vt conſtat ex *l. 14 ff. de con-
dict. cauſ. dat. l. 6. de condict. indeb. & l. 3. ff. quando ex fact.
tut.* cum nemo debeat ex alieno flagitio ditari *l. 1. C. ex
delict. defunct. quem hær. conuen.* & aliis. Conſtat ergo huiuſ-
24 modi leges nunc admittendas non eſſe. † Sed nihilominus
præbere videntur argumentum contrariæ ſententiæ quem-
admodum enim debitor, qui aliena negotia geſſit, cum de-
buit à ſemetipſo exigere, ſi ſub vſuris pecuniam fœneraſ-
ſet, tenebatur iure ciuili ad eaſdem vſuras ſuo creditori, vt
reſpondit I. C. *in d. l. qui ſine,* & in procuratore, qui pecuniam
domini habuit, tradit Vlpian. *in l. 10. §. ſi procurator. ff. mandat.*
ita nunc ſi forte debitor aliena gerens negotia, ſi pecuniam
licita negotiatione exercuit, & lucrum fecit, ad idem lu-
crum teneri dicendum eſt, eo enim ipſo, quod aliena nego-
tia ſuſcepit, non minorem ſaltem in illis diligentiam adhi-
bere debet quam in ſuis. *l. 1. in fin. ff. de ſolut. l. 31. ff. mandat.
& l. 21. C. eod.* quæ ait *aliena negotia exacto officio geri, nec
quicquam in eorum adminiſtratione neglectum culpa vacuum eſſe.*
Quamobrem debitor, qui abſentis amici negotia geſſit, hoc
caſu tenetur amico ad idem lucrum perinde ac ſi illi man-
datum fuiſſet, vt mercibus, vel alio licito modo pecunias
25 exerceret, † quo caſu certum eſt, eum, qui mandatum ſuſ-
cepit, & neglexit, teneri ad id quod intereſt mandantis.
l. 8. & 22. §. vlt. ff. mandat. & l. 16. C. eod. nihil vero quod
attinet ad id quod intereſt, referre puto, an quis mandato
alterius aliena negotia gerat, vel ſponte ea ſuſcipiat, ſibi
enim onera, & leges mandati iniicere videtur, & promittere
ſe ex fide bona res abſentis geſturum, qui voluit abſentis
negotia gerere, cum non teneretur, vt comperi deinde ſcribe-
re Oliban. *in §. actionem. n. 26. & 27.* Non puto tamen id quod
in negotiorum geſtore admittimus, ad eum trahendum eſſe,
26 qui depoſitum ſuſcepit, vt Baldus facit. † Is enim qui alie-
na negotia ſuſcipit, videtur tacitum quoddam mandatum
habere, vt vtiliter ea gerat, & abſentis commoda, & vtili-
tatem curet, vnde quemadmodum poſtquam illa ſuſcepit,
tenetur ſi quid neglexerit, ita actionem habet, ſi quid im-
penderit, etiamſi effectum negotium non habuerit, vt con-
ſtat *ex l. 1. & l. ſed an vltro. 10. ff. de negot. geſt.* niſi rem non
neceſſariam, & quæ oneratura eſt, abſentem, aggrediatur, vt
Celſus ait *in d. l. 10.* vel nouum negotium, quod non ſit ſo-
litus abſens facere, nomine eius gerat, vt ait *l. 11. eod. tit.*
27 † At is, apud quem nummi depoſiti ſunt ex propria natura
contractus, mandatum potius habet, ne illos attingat, res
enim depoſita ſacra eſt, vt dixi, quam non licet tangere: &
ideo ſi depoſitarius inuito domino ex pecunia depoſita ali-
quid emat, vel lucri faciat, id ſibi quærit, & lucratur, vt
dixi ex *d. l. 6. C. de rei vindic. & l. 1. & 8. C. ſi quis alt. vel ſib.
& l. 20. §. 1. de pet. hæred.* quod & in fure receptum eſt *l. qui
vas in fin. ff. de furt.* vbi Vlpianus ait quod ex re furtiua re-
digitur, furtiuum non eſſe, rametſi depoſitarius, & fur pecu-
niam reddere teneantur, & ſi quid domini intereſt, vt aucto-
res noſtræ ſententiæ docent, & Theologi plurimi apud Salas
d. dub. 39. n. 3. & 4. & Couarr. *loc. cit.*

Sed obiicies inde fieri, vt deterior ſit conditio negotio- 28
rum geſtoris, quam furis, vel depoſitarij, qui hoc caſu fur
etiam eſt, & furti tenetur *l. 3. C. depoſ. l. 1. ff. de furt.* nam ſecun-
dum ea quæ diximus, debitor, idemque negotiorum geſtor,
qui ſuam pecuniam exercuit, & lucrum fecit, tenetur tan-
tundem lucri abſenti præſtare, depoſitarius vero, qui inuito
domino pecunias alienas in vſus ſuos conuertit, & ideo furti
tenetur, lucrum quod fecit, retinere poteſt, ſed tantum pe-
cuniam depoſitam reddere compellitur, & ſi quid forte do-
mini intereſt, quod videtur à ratione alienum eſſe. Sed reſ-
pondeo merito diuerſum receptum eſſe in negotiorum ge-
ſtore, & depoſitario vel fure, quia ſi negotiorum geſtor no-
mine abſentis negotia illius gerere cœpit, vt docet bonum,
& prudentem virum, tametſi res effectum non habeat, & ne-
gotium male cedat, detrimentum quod inde ſequitur, ad ab-
ſentem pertinet, vt conſtat *ex d. l. 10. & 11. de negot. geſt.*
quod fauore publico, & ob vtilitatem abſentium conſtitu-
tum eſt, vt ſcilicet ſit, qui abſentium negotia gerat. *l. 1. ff.
hoc tit. l. 5. in pr. ff. de obligat. & act.* Aliud vero in depoſitario
dicendum eſt, qui ſi rem depoſitam attigerit inuito domi-
no, & res pereat, damnum eſt depoſitarij. *l. 1. §. 25. ff. depoſ.
l. 16. ff. de condict. furt. & d. l. ſi vnus. §. 1. ff. pro ſoc.* & proinde
non æquum videtur, vt ex ea re lucrum dominus percipiat,
quæ eius periculo non ſit *l. 13. §. 1. ff. commod. l. 29. in fin. ff. pro
ſoc. & l. 10. de reg. iur.* quare ſatis eſt, ſi id conſequatur, quod
depoſuit, & ſi quid forte ſua intereſt, quod tamen proban-
dum eſt, vt dixi ex Mantic. *loc. cit.* Ita igitur argumentum
Baldi, cuius magna auctoritas eſt, mihi euitari poſſe videba-
tur, cum animaduertit ita fere reſpondere Roderic. *in d. quæſt.
11. num. 17.*

Neque mouet quod acerrime, vt ſolet, contendit Felician. 29
d. cap. 3. n. 14 in contractibus bonæ fidei etiamnum admitten-
das eſſe vſuras commodi percepti compenſatiuas: neque tã-
tum venire intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, ſed
illud etiam quod eſt carere vſu rei ſuæ, aliumque ex ea com-
modum percipere, quia eius ſententia à nobis profligata eſt
quæſt. 14. & nunc quod attinet ad id de quo quæritur, obſer-
uandum eſt res depoſitas duplicis eſſe generis, quædam enim
certo corpore, & ſpecie valent, & fructus ferre poſſunt, vel ex
locatione, vel ex fœtibus. Hoc genere ſi depoſitarius vtatur
inuito domino, vel in eo reſtituendo moram fecerit, veriſſi-
mum eſt venire fructus, & fœtus, & omnem cauſam, vt dixi
ex d. l. 1. §. eſt autem. ff. depoſ. & Harmenop. *loc. cit.* & ſi quid
intereſt domini carere vſu rei ſuæ, aliumque ex ea commo-
dum percipere, vt Felicianus ait. Quædam vero ſunt, qua-
rum non eſt vſus, ſed in abuſu, & conſumptione conſiſtunt,
vt loquitur Vlpianus *in l. 5. ff. de vſufr. ear. rer.* vt ſunt nummi,
vinum, & his ſimilia, de quibus nunc quæritur. Et quia
huiuſmodi rerum priuatio per aliquod tempus non eſt pre-
tio æſtimabilis, niſi ratione alicuius commodi quod amitti-
mus, vel incommodi quod patimur, vt optime expendit
Molin. *diſp. 308. n. 10.* conſequens eſt eum, qui depoſuit, ſi
ſua nihil intereſt vſu ſuæ pecuniæ caruiſſe, niſi tantundem
pecuniæ repetere poſſe, quantumuis lucrum ex ea depoſita-
rius fecerit, id enim eius laboribus, & periculis tribuendum
eſt, vt conſtat *ex d. l. ſi ex ea. C. de rei vindic.* & aliis citatis.
Quod etiam mihi apertiſſime probare videtur ex *d. l. nummis.
3. ff. de in lit. iuran.* quæ ait iudicem non oportere iuſiurandum
in litem deferre, niſi forte de eo quis iuret, quod ſua inter-
fuit nummos depoſitos ſibi ſua die redditos fuiſſe: veluti ſi
ſub pœna pecuniam debuit, vel ſub pignore, quod quia de-
poſita pecunia ei abnegata eſt, diſtractum eſt. Conſtat igitur
in depoſito iſtius generis rationem tantum habendam eſſe
eius quod ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis cre-
ditoris intereſt, ſibi in reddenda pecunia morã factam fuiſſe.

Quod quidem non ex lucro, vel damno, quod depoſita- 30
rius ex iis rebus fecerit, metiendum eſt, ſed ex perſona cre-
ditoris, vt conſtat *ex d. l. nummis. & l. Imperator. §. 1. ff. de leg. 2.
& l. 13. ff. rem rat. haber.* & rectiſſime obſeruat Sarmient. *ſele-
ctar. interpret. lib. 7. cap. 1. n. 40.* Surd. *dec. 170. n. 7.* Manent. *de
contract. libellar. q. 5. n. 5.* & ſentiunt Roderic. *in d. quæſt. 11.
n. 86. in fin.* & Molina, & alij auctores citati *n. 21.* Alioqui ſi

ex eo tantum, quod quis deſtituitur vſu ſuæ pecuniæ, vel ex ea alius lucrum fecit, liceret deponenti aliquid vltra ſortem capere, id etiam in mutuo, & contractibus ſtricti iuris fas eſſet, quod eſſet viam pandere vſuris, vt aduerſus eundem Felicianum diſputatum eſt *in d.q.4.n.25.& 26.* cuius doctrina neque iuri canonico congruit, dum in contractibus bonæ fidei vſuras admittit: neque iuri ciuili, dum putat eo iure in iſtiuſmodi iudiciis venire ſolum vſuras commodi percepti compenſatiuas, cum verius ſit ius ciuile reſpexiſſe moram debitoris, & præſertim in iudicio depoſiti, & admiſiſſe vſuras, ſiue ex pecunia depoſita quis lucrum fecerit, ſiue tantum eam retinuerit, neque ſtatim reddiderit repetenti. Nullumque huius doctrinæ, quam Felicianus tueri conatur, cum de rebus agitur, quæ vſu conſumuntur, & de quibus quærimus, in toto iure veſtigium eſſe puto.

QVÆSTIO XXXIII.

De vſuris in mandati, & negotiorum geſtorum iudicio non admittendis.

SVMMARIA.

1. *Mandati iudicium eſt bonæ fidei.*
2. *In mandati iudicio veniunt vſuræ de iure ciuili.* *Vt etiam in actione de negotiis geſtis.*
3. *Quod hodie non obtinet ob ius canonicum, cui ſtandum eſt.*
4. *Feliciani doctrina quædam de vſuris in contractibus bonæ fidei recipiendis reiicitur.*
5. *Iuſtitiæ commutatiuæ repugnat aliquid vltra ſortem ex ſola mora percipere, cum nihil intereſt.* *Iuriſconſulti veteres, qui in iudiciis bonæ fidei ex ſola mora vſuras admiſerunt à veritate aberrarunt.*
6. *Mandati iudicio id quod intereſt, nunc peti poteſt.* L.1.C.de ſent.quæ pro eo. *in omnibus contractibus locum habet.*
7. *Mandatum ſuſcipiens ad fundum vel merces comparandas ſi id neglexerit, tenetur ad id quod intereſt.*
8. *Mandatum ſuſcipiens ad luendum pignus, vel reditum redimendum, ſi id non expleat, tenetur ad intereſſe.*
9. *Iuratur in litem aduerſum mandatarium, & negotiorum geſtorem de eo quod intereſt.*
10. *Mandatarius male verſatus amicitiam violat, & fidem.*
11. *Exigens pecuniam mandatu alterius, vel eius negotia gerens tenetur ex mora ad id quod intereſt.* *Actionum bonæ fidei natura eſt, vt ex eis conſequamur quod intereſt.*
12. *Mandatarius tenetur ad id quod intereſt, niſi color quæſitus ſit fœnori.*
13. *Mandati in actione contraria venit id quod intereſt, etiam nulla facta mora.*
14. *Mandatarius ſortem, & vſuras repetere poteſt.*
15. *Aſſentioni mandatarij de ſolutione vſurarum an ſtandum ſit.* *Antonij Fabri hac de re definitio.*
16. *Fideiuſſor an vſuras ſolutas à reo conſequatur.*
17. *Fideiuſſor vſuras coactus ſoluens illas repetere poteſt.*
18. *Antonij Heringij doctrina quædam in lib. de fideiuſſor. reiicitur.* *Leges permittentes vſuras ſacrilegæ.*
19. *Fideiuſſor à reo indemnis ſeruari debet, & quatenus.*
20. C.conſtitutus.de fideiuſſ. *explicatur.*
21. *Fideiuſſor vſuras ab vſurario repetere poteſt.*
22. *Procurator an fructus prædij, quod ex propria pecunia emit, ſuos faciat.*
23. *Procurator fructus reſtituere tenetur, vel in ſortem imputare, & 24.27.*
24. *Fundus eius eſt, cuius nomine emptus eſt.*
25. *Mandans tenetur procuratori ad vſuras eius pecuniæ, quam impendit iure ciuili.*
26. *Procurator rectè petit intereſſe pecuniæ, quam pro alio impendit.*
27. *Procurator non poteſt retinere fructus, cum nihil eius intereſt.*
28. *Didaci Couarruuiæ locus declaratur.*
29. *Lupi, & Roderici ſententia quædam reiicitur.* *Ratio* l.curabit.& §.ſi mihi.l. 12.ff.mandat.*diuerſa.*
30. *Pecuniam parere pecuniam ex ſolo tempore iniuſtum eſt.*
31. *Procurator qui ſuo, & proprio nomine fundum emit, fructus ſuos facit.*
32. *Mandato ſuſcepto actus cenſetur geſtus nomine mandantis.* *Vſuras ex pecunia percipere, cum nihil intereſt, bonæ fidei non conuenit.*
33. *Ioannis Baptiſtæ Lupi argumentum quoddam refellitur.* *Debitum, vt ſit vſurarium, ſatis eſt, vt animus fœnerandi ſuperueniat, & ex ſolo tempore exigantur vſuræ.*

CVM mandati iudicium ſit vltro citroque bonæ fidei, vt tradit M. Tullius *de offic. lib. 3.* & conſtat *ex §. actionum. Inſtit. de act. & l. 5. in princip. ff. de obligat. & act.* quæ proinde ait poſſe mandantem, & mandatarium inuicem experiri de eo, quod ex bona fide alterum alteri præſtare oportet, vel vt ait *l. 1. eod. tit.* ex bono, & æquo: † 1 2
veteribus Iuriſconſultis etiam placuit, vt in actione mandati vſuræ veniant en mora, vt ſcribit Vlpianus *in l.10.§.3. ff. mandat.* his verbis: *ſi procurator meus pecuniam meam habeat, ex mora vtique vſuras mihi pendet.* & conſtat etiam *ex l.1. & 18. C. eod. tit.* & in aliis actionibus bonæ fidei conſtitutum eſt, vt ſæpius diximus *ex l.1.& 32.§.2.ff de vſur.l.2. & 3.C. depoſ.* & aliis. Idemque obtinuit, ſi procurator pecuniam domini fœnori dediſſet, aut in ſuos vſus vertiſſet, vt Vlpianus notat *eod.loc.& indicat l.6. in fin.ff. de pign. act.& l.1.§.ſocius.ff.de vſur.* Et in actione mandati contraria interdum etiam nulla interueniente mora.*l.ſi vero.§.ſi mihi. ff. mand.* & quo & in actione negotiorum geſtorum etiam obtinuit, vt ſcilicet vſuræ inuicem præſtarentur etiam nulla facta mora.*l.19.& l.38.ff.de negot.geſt.& l.18.C.eod.* quæ ait etiam ſumptuum vſuras præſtandas eſſe, id enim bonæ fidei, qualis etiam eſt huiuſmodi actio *d.§.actionum.* congruere videbatur *d.l.18.C.de neg.geſt.*

Sed quod attinet ad vſuras hoc hodie ceſſat ob ius Pontificium, cui potius ſtandum eſt quam legibus, vt notat Caſtr. *in d. l.38. de negot.geſt.* & Laurent. de Rodulph. *de vſur. par.2 quæſt.48.num.25.* & Rot.inter recentiſſ.in quadam Roman. pecuniaria coram Epiſc. Damaſceno *dec.421. num.7. par.1.* Neque enim hodie ob nudam, & ſimplicem moram, quæ nihil creditori nocuit, fas eſt aliquid vltra ſortem capere, vt docent Sarmient.*ſelectar.interpret. lib.7. cap.2. n.5.& 7.* Coſmus Philiarc.*de offic.Sacerd. lib.5.cap.7. quæſt. vlt. in fin.* & alij quidam, quos retuli *quæſt. 1. num. 32.* & aliis locis. Quod non tantum in mutui datione retinendum eſt, ſed etiam in cæteris contractibus in quibus non minus vſuras prohibitas eſſe certiſſimum eſt, vt in iudicio mandati cenſuit Rot.*in d.dec.421.num.5.* 3

Quamobrem abiiciendum eſt, quod tradit Felician. *lib.1. de cenſib. cap. 3. num. 13.* cum qui mandato meo pecuniam meam exegit, & in vſus conuertit etiamnum in vſuris condemnandum eſſe pro vt tenetur iure ciuili *d.l 10. §. ſi procurator. ff.mandat.l.7.ff.de pignor. act. & l.atqui natura. 19. §.non tantum. de negot. geſt.* quia huiuſmodi leges ſeruandæ non ſunt veluti iniquæ, & iuſtitiæ commutatiuæ contrariæ, ex cuius principiis definiendum eſt, quod quærimus, vt ipſe Felicianus fatetur *eod. loc.* tales vero iſtas, & ſimiles leges eſſe manifeſtum eſt, quia iuſtitia commutatiua æqualitatem in commerciis ſeruari iubet, eaque corrigit, & emendat cauendo, ne qui plus, vel minus capiat, quam ſibi abeſt, & ne iniquum lucrum, aut damnum ſentiat, denique ne quis locupletur cum alterius iactura, vt docet Ariſtotel.*5.Ethicor. cap.4.* & Molin Theolog.*in diſp.304. n.4.* qua ratione oſtendit vſuram per ſe illicitam, & improbam eſſe, ex qua ſcilicet creditor plus capit quam ſibi debeatur. † Sed ſi ex eo tantum, quod quis aliena pecunia vſus eſt, vel in ea reddenda moram fecit, vſuras quoque præſtare creditori cogitur, cum nihil præter ſortem illi abeſt, nihilque ea mora ei nocuit, palam 4 5

palam eſt eum in lucro eſſe, cum aliquid conſequatur vltra
ſortem: & proinde iuſtitiæ repugnare, ſi ex nummis depo-
ſitis, vel ex mandato debitis propter ſolam moram, vel ex
eo, quod quis illis domino inuito vſus eſt, vſuras conſequa-
tur vltra ſortem, ſatis enim eſt debitorem reddere, quan-
tum habuit, & nocuit, creditorem vero capere, quod illi ab-
eſt, ex quacunque cauſa pecunia debeatur. Alioqui id etiam
in mutuo recipiendum fuit. Neque enim minus officium
præſtat, qui amico indigenti nummos mutuos dat ad vſum
certi temporis, quam qui apud aliquem deponit, vel ab
alio exigere mandat, quia qui pecuniam amico roganti
credit, illum beneficio afficit, qui vero deponit, aut exigi
mandat, onerat accipientem. Quare, vt ex pecuniis cre-
ditis ſi ſua die non reddantur, iniuſtum eſt, aliquid vltra
ſortem capere, cum nihil creditoris intereſt, vt Felician. fa-
tetur *eod. loc.* ita prorſus iniquum eſt ex eo quod nummi de-
poſiti vel exacti non redduntur, vel illis quis vſus eſt, ali-
quid plus creditorem capere, cum facto aduerſarij nullum
damnum ſenſit, & nullum amiſit lucrum. Conſtat igitur Iu-
riſconſultos veteres, & Felicianum, qui eos imitatus eſt,
hac in re plurimum à veritate aberraſſe.

6 Sed licet in iudicio mandati nunc vſuræ admitti non de-
beant, certum tamen eſt habendam eſſe rationem eius quod
intereſt, vt apertiſſime ſcribit Vlpianus *in l. 8. §. mandati,*
ff. hoc tit. vbi ait mandati actionem eatenus competere, qua-
tenus intereſt, & conſtat etiam *ex l. 22. §. Iulianus l. 27. §. 2.*
& l. 36. §. 1. ff. eod. & tradit Petr. Gregor. Syntagm. *lib. 27.*
cap. 5. n. 25. Oldendorp. *de act. claſſ. 4. act. 24. n. 7.* Pariſ.
conſ. 91. n. 14. lib. 1. Molin. *de contract. diſp. 549. & num. 5.*
Rot. *poſt tractat. Cenc. dec. 479. n. 3.* Cyriac. *tot. controu. 165.*
Chriſtoph. Mart. Medic. *dec. 58. n. 22.* & conſtat etiam *l. 1.*
C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. profer. quæ in omnibus con-
tractibus locum habet.

7 Proinde ſi cui pecuniam dedero, vt agrum, vel reditum
annuum, qui venalis fuit, vel merces mihi compararet, &
is neglexit emere, vel pecuniam in ſuos vſus conuertit,
præſtabit mihi id quod mea intereſt rem fuiſſe emptam *d.*
l. 8. §. ſi mandati, & l. ad comparandas, 21. C. eod. tit. cuius
verba ſunt: *Ad comparandas merces data pecunia, qui manda-*
tum ſuſcepit, fide rupta quanti intereſt mandatoris, tenetur, &
indicat *l. 8. C. de admin. tutor.* Huiuſque rei nomine præſtare
cogitur eos fructus, vel lucrum, quod ex prædiis, vel mer-
cibus emptis conſequi potuiſſet, vt ſcribunt Hieron. Gabriel.
conſ. 26. n. 8. lib. 1. Honded. *in conſ. 39. n. 3. & 4. lib. 1. & conſ.*
82. n. 22. lib. 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 240. n. 28. & 34.*
8 & Rot. *in d. dec. 479. in fin. coram R. D. Vbaldo.* † Idemque eſt,
ſi cui pecuniam dedi, vt cenſum redimeret, vel pignus, vel
vt creditori meo ſolueret, cui cambia vel vſuras præſtabam,
ſi non fecerit, eaſdem vſuras, vel cambia præſtare cogendus
eſt, & quanti mea intereſt pignora diſtracta fuiſſe *l. 2. §. vlt.*
ff. de eo quod cert. loc. l. ſi vero, 12. §. dedi tibi, ff. mandat, l. num-
mis, 13. ff. de in lit. iuran.

9 Et quod magis eſt poterit mandans, vel is, cuius nego-
tia geſta ſunt, iurare in litem de eo quod ſua intereſt, cum
hæc actio ſit bonæ fidei, vt dictum eſt. Quod probatur *ex*
d. l. nummis, & l. in actionibus, eod. tit. de in lit. iuran. & tradit
Plot. *eod. tractat. §. 16. n. 2. & §. 18. n. 1. & 2.* & mandata-
rius, qui cum poſſit non agit, quod agendum ſuſcepit, in
dolo eſt *l. 44. ff. mandat.* vt etiam is, qui deprædandi cauſa
aliena negotia gerit *l. 6. §. ſed ſi quis, de neg. geſt.* propter quem
in litem iurari ſolet *d. l. in actionibus, §. ſed in his omnibus, &*
10 *l. 41. §. fundum, ff. de re iudic.* † Et quidem cum mandatum
ex amicitia originem trahat, vt ait Paulus *in l. 1. eod. titul.*
mand. is qui mandatum ſuſcepit, cum poſſit illud explere,
deſerere promiſſum officium non debet, vt inquit Gaius *in*
d. l. 27. §. qui mandatum, hoc tit. alioquin fidem rumpere di-
citur *d. l. ad comparandas,* & hoc nomine damnatus infamis
efficitur *l. in re mandata, C. eod. l. 1. & 6. §. 5. ff. de his qui no-*
tant. infam. & Marc. Tullius pro Sexto Roſcio Amerino, vbi
ait *idcirco turpem hanc culpam eſſe, quod duas res ſanctiſſimas vio-*
lat, amicitiam, & fidem. Ex quibus conſtat perditi, & perfidi
hominis eſſe in re mandata decipere, & proinde recte con-
ſtitutum eſſe, vt aduerſus eum, qui hac in re male verſatus
eſt, in litem iuretur.

Denique ſi quis mandatu alterius vel abſentis negoria ge- 11
rens pecuniam à ſuis debitoribus exegerit, neque reſtituat,
vt olim ex mora ad vſuras tenebatur *d. l. 10. §. ſi procurator.*
ff. mand. nunc præſtare cogitur, quod mandantis intereſt ſi-
bi moram fieri, vt indicat *d. l. nummis, & l. 1. C. de ſentent. quæ*
pro eo &c. quæ, vt dixi, in omnibus contractibus locum ha-
bet, & conſtat etiam *ex l. 7. ff. de eo quod cert. loc.* quæ ait in
bonæ fidei iudiciis arbitrariam actionem non dari, ſed ex
empto, vel depoſiti vel mandati agendum eſſe, quia ſcilicet
ex natura harum actionum conſequimur id quod intereſt, vt
ad *h. l.* Gothofredus notat, & ita ſentiunt auctores citati, *n. 6.*
& in ſpecie tradit Plot. *loc. cit.* vbi etiam addit hoc caſu in li-
tem iurari, & cenſuit Rot. Genuenſ. *in dec. 68. n. 5. & 9.*

Porro quæ diximus *n. 7. & 8.* accipienda puto, ſi fraus ab- 12
ſit ex parte mandantis. Nam ſi mandans non eo animo pe-
cuniam dedit, vel mandauit exigere à debitore ſuo vt man-
datarius merces, vel reditum annuum emeret, vel redimeret,
ſed inter vtrumque actum eſt, vt ſimulato mandato is qui
pecuniam accepit, eam in ſuos vſus conuerteret, vt mandans
hac occaſione capta agere poſſet ad id quod ſua intereſt,
merces emptas fuiſſe, vel ad reditum, quem ex emptione
reditus annui conſequi potuiſſet, hic non mandatum con-
trahitur, ſed mutuum, & color quæritur fœnori, *l. ſi pro mu-*
tua, C. ſi cert. pet. l. 7. §. ſed Iulianus, ad Macedon. non minus,
quam cum quis ſocietatem ſimulans pecuniam alteri tradit,
quem certo ſcit eam in alios vſus conuerſurum ſecundum
ea, quæ diximus *q. 31. n. 16.* niſi procurator, qui pecuniam
habuit in ea reddenda moram faciat, & poſt moram credi-
toris interſit quod probetur legitimis modis, vt in aliis cre-
ditoribus receptum eſt.

Præterea in actione mandati, & negotiorum geſtorum 13
contraria, vt olim veniebant vſuræ etiam nulla mora inter-
ueniente *d. l. ſi vero, 12. §. ſi mihi, ff. mand. l. 37. ff. de vſur.*
l. 19. de negot. geſt. Paul. *lib. 1. ſentent. tit. 15.* & tradit Petr.
Gregor. *loc. cit. n. 28.* ita nunc datur actio ad id quod intereſt
ratione lucri, quod quis amiſit, vel damni, quod paſſus eſt;
vt amici negotia gereret, vt indicat *d. §. ſi mihi,* & docet
Hippol. de Marſil. *de fideiuſſ. n. 193.* Cuiac. *ad l. 1. de vſur. ad*
Papinian. Vveſembec. *ad tit. mandat. n. 11.* & Ioan. Sichard.
ad eund. tit. n. 5. Mynſinger. *in §. rei, n. 49. Inſtit. de action.*
Franciſc. Bec. *in conſ. 57. n. 2. & 3.* quod tamen in hoc gene-
re probandum eſt legitimis modis; id eſt quod ex eo, quod
alterius negotium geſſit de ſuo, vere amiſerit lucrum, vel
ſenſerit damnum, vt is qui pecuniam mutuam dedit eo exce-
pto, quod non ſit opus interpellatione, vt indicat *d. §.* ſi mi-
hi his verbis: *vſuras autem non tantum ex mora eſſe admitten-*
das, & docent Cuiac. & Sichard. *loc. cit.* Ioan. Bapt. Lup. *de*
commerc. illic. comment. 1. §. 7. n. 21. Rot. Genuenſ. *in dec. 125.*
n. 2. & 3. & Franciſc. Grimaud. *de vſur. & contract. pignerat.*
lib. 1. cap. 8. n. 5. ne damno afficiatur, qui officium præſtitit,
vt ait Paulus *in l. 15. ff. mandat.* & Vveſembec. *loc. cit.* Alio-
qui ex eo tantum, quod quis de ſuo impedit, vt ſuſceptum
mandatum perficeret; aliquid vltra ſortem accipere illici-
tum eſt, niſi remunerandi cauſa illud tribuatur.

Illud vero compertum eſt, ſi quis mandat alicui, vt cer- 14
tam pecuniæ quantitatem mutuam ſumat ſub vſuris, ean-
demque ſuo creditori ſoluat, ſi is, vt debitum mandantis diſ-
ſolueret, ſub vſuris eam quantitatem accepit, non tantum
ſortem, ſed & vſuras iudicio mandati repetere poſſe. Ita enim
manifeſte deducitur *ex d. l. 12. §. ſi mihi,* quæ ait *æquiſſimum*
eſſe huius rei rationem haberi, & hic Baldus notat ſubiiciens
id etiam iure canonico obtinere, idemque probat *l. 1. C. eod.*
& d. l. atqui natura, 19. de negot. geſt. & l. 37. de vſur. & cen-
ſuit conſil. Neapol. apud Afflict. *dec. 91. n. 1.* Benuen. Stracc.
de contract. mercat. tit. mandat. n. 31. Vrſill. ad Afflict. *loc. cit.*
& Donell. *in d. l. 1. n. 3. C. mandat.* Non enim hoc fœnus eſt;
ſed damni emergentis perſecutio, quod à mandante refun-
di æquiſſimum eſt, vt conſtat dictis legibus, quæ hac in
parte minime abrogatæ ſunt, ſed hæc exploratiſſima ſunt, ſi-
quidem in hac ſpecie nominatim mandato continebatur, vt
pecuniam ſumeret fœnori, quo amici negotium expediret. † 15
Illud vero apud Afflictum quærebatur, an ſtandum eſſet aſ-
ſertioni mandatarij, qui pecuniam ſub vſuris accepiſſe dice-
bat, neque tamen docebat eas creditori ſoluiſſe. Et refert Af-

*ſtid. in d. dec.*91. in ea facti ſpecie ſenſiſſe conſilium ex formula mandati,& conſuetudine mercatorum,qui non ſolent gratuitos nummos mutuos dare, dicto mandatarij credendum eſſe.Sed Benuenutus *loc.cit.n.*32.*& ſeq.*deciſionem hanc in dubium reuocat multis, magniſque argumentis, & tandem, ait hac in re plurimum arbitrium iudicis verſari *ex d.§.ſi mihi. in fin.* vbi Vlpianus ait, *totum hoc ex æquo, & bono iudex arbitrabitur.* Ego vero hærebam inter vtramque ſententiam, & putabam hac in re non temere aſſertioni partium credendum eſſe ex Gratiano *diſcept.Forenſ. c.*387. *n.*16. & aliis, quos recenſui *q.*72. *n.*10. cum incidi in locum Antonij Fabri doctiſſimi viri,qui quæſtionem hanc dirimit *def.*31.*C.mandat.* his verbis: *Mandatarius ſi actione mandati experiatur,vt quod ſua intereſt conſequatur,allegetque ſolutas à ſe vſuras, non aliter audiendus eſt, quam ſi quod allegat probet. Quid enim refert an nihil alleget, an nihil probet? Neque vero præſumi poteſt ſolutio,cum ſit facti. Neque rurſus odium vſurarum patitur, vt ſi qua conſuetudo allegetur in contrarium, ea debeat admitti,aut vt ſtari debeat dicto mandatarij, ſi non in forma mandati id ipſum nominatim expreſſum proponatur.* Exigit ergo Præſes,ne ſit neceſſaria probatio ſolutionis vſurarum id nominatim mandato contineri, id eſt vt nominatim expreſſum ſit mandatarij aſſertioni ſtandum eſſe. Quæ ſententia tutior eſt.

16 Nunc interuenit vulgaris quæſtio,& quam Heringius loco quem mox referam, lubricam, & ancipitem vocat, an fideiuſſor, qui cum ſorte vſuras ſoluit,eas à debitore conſequi poſſit.Ad cuius definitionem duos caſus ſeparãdos eſſe puto.

Primus eſt,cum fideiuſſor ſponte, & per ignauiam vſuras ſoluit, veluti cum potuit ſe exceptione vſurariæ prauitatis tueri, ne ſolueret, neque excepit: hoc caſu nulla illi aduerſus debitorem actio eſt ad vſuras repetendas, quia volens, ſcienſque indebitum ſoluit *l.*10.*§.& generaliter. ff.mand.* quæ ait, *ſi ſciens id fecit non habiturum mandati actionem*, neque poteſt, aut debet reo facultatem auferre ſuo iure vti *l. Quintus Mucius.*78. *ff.eod. l.exceptione. ff.de fideiuſſ.* denique tenetur excipere,& omnem diligentiam adhibere, ne indebitum ſoluat vt tradunt Magon. *in dec. Lucenſ.*92.*n.*8. *&* 13. & alij apud Honded. *conſ.*17.*n.*3.*&* 4.*lib.* 1.& Hieron. à Laurent. *in dec.*210.*num.*8. Quamobrem merito receptum eſt fideiuſſorem hoc caſu vſuras non petiturum, vt docent Alberic. Bald. Abbat. Alexand. & alij quos refert Cardinalis Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.*16 *tit.* 22. *n.*35.quibus conſentiunt Petr. Gregor. *de vſur. lib.*2.*cap.*11. *n.*6.Sui d. *conſ.*54.*n.*10.*l.*1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*227.*n.*28. Maur. *de fideiuſſ. ſect.*5. *cap.*1.*n.*24. & admittit Honded.qui pro fideiuſſore reſpondit *in d.conſ.*17.*n.*32.

17 Secundus caſus eſt, cum fideiuſſor coactus vſuras ſoluit, & hoc caſu certum eſt vſuras mandati iudicio conſecuturum. Coactus vero intelligitur, non tantum cum ſententia iudicis condemnatus eſt, & coactus vſuras ſoluere, vt tradit Manzil. *de fideiuſſ. num.*188. ſed etiam ſi medio iuramento conſtituit ſe pro alio non ſolum ſortem, vſuras etiam ſoluturum, tenetur enim ſeruare iuramentum *c.debitores. de iureiuran.* neque ei obiici poteſt, ſi noluit incidere in periurium, & pepercerit pudori ſuo *d.l.Quintus.*48. *ff.mandat.* & ita ſentiunt Bald. *in l.*20.*n.*2.*C.de vſur.*Alex.*in conſ.*57.*in princ.lib.*2. Bertazz *clauſ.*43 *gloſ.*2.*n.*4. Trentacinq. *variar. lib.*3. *tit.de fideiuſſ. cap.*3. *n.*6. quibus conſentit Laurent. de Rodulph. *in lib.de vſur par.*2.*n.* 20. verſ. *ſeptima concluſio.* vbi refert hanc eſſe communem ſententiam, & Honded. *loc. cit. n.*38. vel ſi ex conſuetudine regionis, aut ſtatuto exceptio vſuræ non admittitur, quia cum in eo foro vſuræ de facto exigantur, perinde eſt, ac ſi bono iure illas ſoluiſſet. Ita enim ſentiunt Alex. *in d.conſ.*57. *n.*3. Alberic. Chaſſan. Crauet. & alij plurimi apud Heriug. *de fideiuſſor.cap.*25.*num.*92.*&* 93. Mantic. & Gratian. *loc.cit.* & Trentacinq. *d.reſol* 3. *n.*7. Neque enim reus quæri poteſt, ſi pro vſuris conueniatur, quas creditori ſoluere coactus fuiſſet.

18 Neque mouere debet, quod ſcribit Hering. *loc.cit.* hac in re nunc iuris ciuilis diſpoſitionem, & conſuetudinem ſequendam eſſe, qua conſtitutum eſt fideiuſſorem ſolutas vſuras repetere poſſe.Quia quod attinet ad ius ciuile,certum eſt leges, quibus fœnus permiſſum eſt, veluti iniquas, & iuri diuino, & naturali contrarias, & vt ait Capiſtranus *in lib.de vſur. in princ.n.*94. non ſacras, ſed ſacrilegas reſpuendas eſſe: conſuetudinem vero,cum de vſuris quæritur,non ſuffragari: Excuſat quidem conſuetudo à pœna, quæ fœneratoribus infligitur, ſed vſuras licitas non facit, nec illius vis eſt, vt ab vſurarum reſtitutione liberet fœneratorem: & hoc tantum dicit Caroc. *in dec.*13. *n.*5. & alij auctores à Carocio relati, cuius auctoritate potiſſimum. Heringius vſus eſt. Sed non eſt ferendum, quod ait, cum de vſuris agitur, hodie prohibitionem iuris canonici non attendi,quia hoc dici poteſt inter eas gentes, quæ Lutheri, & Caluini, & aliorum hæreticorum erroribus imbutæ ſunt, non autem apud eos,quibus ſacrorum canonum auctoritas ſacroſancta eſt, & eſſe debet, quibus vſura veluti ſua ſponte nefaria,& deteſtabilis damnatur,& prohibetur, vt iam à nobis demonſtratum eſt.

Nec obſtat *l.ex mandato in princ. & l ſi quis alicui.*27. *§.impendia.* quibus mouet Heringius, quia his locis tantum cautum eſt fideiuſſorem ſumptus, & damna, quæ bona fide, id eſt vt ego interpretor, quæ ſine eius culpa paſſus eſt, à reo repetere poſſe. Et ita etiam accipiendum eſt, quod dicitur *in c.*2. *de fideiuſſ.* reum cogendum eſſe, vt fideiuſſorem ſeruet indemnem, & reſarciat damna, quæ ex hac cauſa fideiuſſor tulit. Quod nemo eſt, qui neget, ſed non eſt porrigendum ad eos ſumptus,& damna, quæ fideiuſſor ſua culpa pertulit, veluti cum nullo iure, vel neceſſitate coactus vſuras illicitas ſoluit. Hoc enim damnum ſibi ipſi imputare debet *c.damnum. de reg.iur. in* 6. *l.quod quis.eod.tit.* vbi id in ſpecie poſt Albericum Cagnolus notat *n.*3. Cardin. Mantic. *d. tit.*22. *n.*35. & probat apertiſſime *l.*44.*§.item contra. ff de procur. & d.l.*48. *ff.mandat.* 19

Denique nihil mouere debet *c.conſtitutus. eod tit. de fideiuſſ.* quem pro ſua ſententia adfert Hering. *loc. cit.* & Petr. Heigius *quæſtion. iur. lib.*2. *cap.*1. *num.*137. quia hoc loco caſus vnus proponitur, quo fideiuſſor antequam ſoluerit, poteſt cum reo principali agere contrario iudicio mandati, vt liberetur puta ſi à creditore multas moleſtias paſſus ſit, & debitum acceſſionibus creſcat. Et licet eodem loco conſtituat S.Pontifex reum compellendum eſſe, vt liberet fideiuſſorem non tantum à debito,ſed acceſſionibus eius,hoc tamen accipiendum eſt de acceſſionibus licitis, non autem de vſuris, quæ illicitæ ſunt, & quibus ius canonicum, quantum fieri poteſt, aduerſatur, vt recte notat Cuiac. *ad hunc tit. de fideiuſſ.* conſtat igitur, quicquid contendat Heringius, fideiuſſorem vſuras illicitas, quas ſua culpa ſoluit, à reo non conſecuturum. 20

Illud vero perſpicuum eſt fideiuſſorem in iis caſibus, in quibus actionem mandati non habet aduerſus reum ad repetendas vſuras, eas ab vſurario repetere poſſe,quoniam indebitam iure diuino,& gentium pecuniam ſoluit *l.*47. *ff.de condict. indeb.* & ita tradunt Baldus,Salicetus, & Caſtrenſ. *in d.l. conſtitutionibus.*20. *C.de vſur.* Laurent.de Rodulph.*loc.cit.* verſ. *vndecima concluſio*, & Trentacinquius qui ex Rodulpho profecit *d.reſ.*3 *in fin.* Sicut ex contrario,cum debitor actione mandati fideiuſſori tenetur refundere vſuras, quoties ſcilicet fideiuſſor ſine eius culpa eas præſtare coactus fuit, certum eſt ipſi principali debitori aduerſus creditorem earum repetitionem dari *d.l.*47. *ff.de condict. indeb.& l.*29.*§.in omnibus. ff.mand.* ita vt ſemper aduerſus eum, qui vſuras extorſit ſiue reo, ſiue fideiuſſori eius condictio competat, ne creditor turpe, & iniuſtum lucrum faciat, vel retineat, quod ne ſequatur, magiſtratus curare, & prouidere debent, vt monentur *in l.illicitas. in princ. ff.de offic.Præſ.* 21

Nunc interuenit hæc quæſtio, an procurator, qui alieno nomine fundum emit,& ex propria pecunia pretium ſoluit, teneatur fructus imputare in ſortem.Et res hæc opinionibus diuiſa eſt. Quidam enim exiſtimauerunt non teneri ex *d.l. ſi vero.* 12. *§.ſi mihi. ff.mandat. & l.*37. *ff.de vſur.* ex quibus conſtat procuratorem, & negotiorum geſtorem repetere vſuras eius pecuniæ, quam impendit, etiam nulla facta mora: & ita ſenſit Alciat. *in l.*2. *§.mutui datio. in fin.ſi cert. pet.* quidam Pariſienſ. *in lib. de commerc. quæſt.*86. *num.*666. quos refert, & ſequi videtur Catellian. Cotta *in memorab.* verbo, *procurator emit.* & apertiſſime Ioann. Bapt.Lup.*in d.§* 7.*num.*21. & Roderic. *de ann.redit. lib.*1.*quæſt.*11. *num.*74. *&* 77. vbi ait pro hac ſententia militare rationem *l. curabit. C. de act. empt.* 22

empt. & proinde licet hoc caſu nulla adſit mora regularis,
tamen eo ipſo quod procurator de ſuo ſoluit, vel impendit,
dominum re ipſa in mora eſſe, & conſequenter poſſe pro-
curatorem vſuras retinere ex fructibus, etiamſi non inter-
pellauerit mandantem, quia, inquit, hoc bona fides exigit,
ne procurator in damno verſetur pro officio ſuſcepto.
23 Sed contraria ſententia placuit Baldo *in titul. de contrah.*
empt. num. 15. Iaſon. *in d. §. mutui datio, n.*8. & Ruiſus *in l.*
*diuortio, §. ob donationes, num.*5. *ff. ſol.matrim.* Cremenſ. *in ſin-*
gul. 168. Didaco Conati. *variar. reſol lib.*3. *cap.*4. *num.* 7. *il-*
lat. 16. Ferrat. *caut.* 54. ſubiicienti hoc modo quempiam
acquirere poſſe fundum ſine pretio. Idem ſentiunt Olden-
dorp. *de action.claſſ.* 4. *act.* 24. *tit. quid perſequamur, circa fin.*
Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.*7. *tit.*19. *num.*4.
& 5. *&* Anton. Merend. *controuerſ. iur. lib.*6. *cap.* 28. *num.*25.
& 26. & probatur *ex d. l.*10. *§. ſi ex fundo, & §. idem Labeo,*
ff. mandat. quibus locis definitum eſt procuratorem fructus,
quos ex fundo empto percepit, præſtare debere deductis
ſumptibus. Quod etiam innuit *l.*59. *§.*1. *ff. eod.*
24 Verum huiuſmodi ſententias, quæ parum inter ſe diſſi-
dent, facile conciliare poſſumus. Vel enim quærimus, an
procurator, qui mandato alterius ex propria pecunia fun-
dum emit, & percepit fructus pluribus annis, fructus pluri-
bus annis, fructus ſuos faciat in vicem vſurarum: & dicen-
dum eſt illum non lucrari fructus, ſed in pecuniam ſibi debi-
tam illos referre debere ſecundum Baldi, Cardinalis, & alio-
rum ſententiam, quia cum fundus eius ſit, cuius nomine fuit
emptus *l. qui mihi ff. de donat. l.*13. *ff. de acquir. rer. domin. &*
§ ex his, Inſtit. per quas perſon. nob. acquir. ideo procurator
fructus ex re aliena perceptos reſtituere, vel compenſare de-
bet, fructus enim dominium ſequuntur vt ſæpius dixi *ex l.*
qui ſcit 25. *ff. de vſur.* & falſum eſt, quod Rodericus ait, il-
lum verſari in damno niſi eius aliunde interſit, ſatis enim
eſt, ſi id quod impendit, conſequatur, ſiue ex fructibus rei,
ſiue ex aliis bonis debitoris.
25 Vel quærimus, an dominus qui rem repetit, & fructus,
teneatur, ad vſuras eius pecuniæ, quam procurator eroga-
uit, vt fundum emeret. Et quidem iure ciuili proditum eſt
non tantum quod impenſum eſt, ſed vſuras quoque procu-
ratorem conſequi oportere poſt moram, vt in aliis bonæ fi-
dei iudiciis *l. poſt ſolutionem, & l. pretij, C. mandat.* & inter-
dum etiam nulla facta mora, cum vel vſuræ illi abſunt, ve-
luti ſi exegit pecuniam à debitore ſuo, à quo vſuras perci-
piebat: aut ſi pecuniam mutuatus eſt ſub vſuris, vt fundum
26 emeret *d. l.*12. *§. ſi mihi*, & explicat Donell *ad l.* 1. *num.* 3.
Cod. mandat. Ita igitur conſtitutum eſt iure ciuili; † quod
licet nunc, quod attinet ad vſuras, minime obtineat, præ-
ſtat tamen argumentum procuratorem non tantum id quod
impendit, ſed etiam recte repetere, quod ſua intereſt ex
mora, quod certiſſimum eſt, & interdum etiam nulla facta
mora iudicis arbitrio, puta ſi pecuniam mutuatus eſt ſub
vſuris, vel cambiis, cum ita mandanti expediret, nec poſ-
ſet aliter negotium conficere: vel ſi reditum annuum ven-
didit, vel fundum, ex quo fructus conſequebatur, vt man-
datum expleret. His caſibus æquiſſimum eſt huius rei ra-
tionem haberi, vt inquit Vlpianus *in d. §. ſi mihi,* & ita reſ-
pondit Becius *in conſ.*113. *num.*35. referens hunc eſſe ſenſum
27 Catelliani *loc.cit.* & tradit Anton. Merend *in d. cap.*28. *n.*26.
Vveſenbec. *ad tit. mandat. num.* 11. † Sed ſi nihil eius inter-
ſit non poteſt vſuras pretij repetere, nec ſub hoc prætexto
retinere fructus: ſed vel eos reſtituere cogitur *d. l.* 10. *§. ſi*
ex fundo, vel in pecuniam ſibi debitam compenſare. Procu-
rator enim hoc caſu creditor eſt, vt dicebant antiqui apud
Baldum *loc. cit. ex l. ſi ita*, 175. *de verbor. obligat.* & creditor
pecuniæ, quæ ſterilis eſt, neque fructus parit, & proinde
ſi fructus ex prædio percepit, nec eius aliunde interſit, eos
in pretium compenſare cogitur, vt in aliis creditoribus re-
28 ceptum eſt *l.* 2. *&* 3. *C. de pignor. act. l. creditor. in fin. ff. de ſo-*
lut. & apertiſſime ſenſit Didac. *loc. cit.* † Qui licet exigere
videatur moram ex parte mandantis, vt procurator agere poſ-
ſit ad id quod ſua intereſt ob pecuniam in rem mandantis
erogatam, vt etiam Merend. *loc. cit. n.* 26. verius tamen eſt,
etiam mora non interueniente huius rei rationem habendam
eſſe, vt diximus *ex d. l. ſi vero, §. ſi mihi, ff. mandat.* & con-

ſtat etiam *ex l.* 37. *ff. de vſur. & l. atqui natura, §. non tantum,*
ff. de negot. geſt. & recte docet Cuiac. *ad l.* 1. *ff. de vſur. ad*
Papinian. & alij quos retuli *num.* 13. & recte animaduertunt
Lupus, & Rodericus locis citatis. † A quibus tamen cauen- 29
dum eſt, dum ſcribunt hoc caſu venire vſuras ob rationem
dictæ legis *curabit*. Siquidem alia eſt ratio huius conſtitu-
tionis alia *d. §. ſi mihi*, quia in ſpecie *d. l. curabit*, veniunt vſu-
ræ ratione fructuum, quos emptor percepit: & venditor
percepiſſet, niſi rem dimiſiſſet, quam ſine pretio tradere
non tenebatur, vnde merito venditori conceſſum eſt pro
modo, & ratione fructuum vſuras percipere, vt in præce-
dentibus tractatum eſt. In ſpecie verò *d §. ſi mihi*, nihil pro-
curatori abeſt, quod pariat fructus, ſed pecunia tantum, &
creditor eſt pecuniæ, vt conſtat illis verbis, *ſi mihi manda-*
ueris, vt rem tibi aliquam emam, egoque emero meo pretio, id eſt,
mea pecunia, quæ ſterilis eſt, & proinde ceſſat hoc caſu
æquitas *d. l. curabit*, & nihil aliud procurator petere poteſt,
quam quod impendit, niſi eius aliunde interſit, vt ſatis in-
dicant verba Vlpiani *in d. §. ſi mihi.* † Sicut enim mandata- 30
rius damnum pati non debet ex mandato, ita nihil apud
eum remanere debet *l.* 10. *§.*3. *& l.* 20. *ff. mandat.* atqui ver-
ſaretur in lucro, ſi fructus ex re aliena perciperet, nec com-
penſaret in pretium, quod ſoluit, vel perciperet vſuras eius
pecuniæ, cum nihil ſua intereſt, pecuniam illam amici cau-
ſa numeraſſe: denique pecunia illi pareret pecuniam ex ſolo
tempore tardæ ſolutionis, quod vſura eſt, & illicitum fœ-
nus. Et licet *in d. §. ſi vero*, detur actio procuratori etiam
ad vſuras, quas à ſuo debitore percipiebat, hoc tamen ho-
die prohibitum eſt, vt dixi, cum non poſſit dici amiſiſſe lu-
crum, qui deſinit vſuras exigere. Quod enim dicitur lu-
crum ceſſans exigi poſſe, intelligitur de lucro licito non
autem de lucro vſurarum, quod nunc conſtat eſſe illicitum,
& reſtitui oportere: tametſi quod hic definit Vlpianus pro-
curatorem poſſe repetere vſuras, quas à ſuo debitore conſe-
quebatur, argumentum nobis præſtet, habendam eſſe ratio-
nem eius quod procuratoris intereſt, quod tamen probetur
legitimis modis, vt iam dixeram *num.*26.
Sane aliud dicendum eſt, cum procurator ſuo proprio no- 31
mine, & ſua pecunia fundum emit. Hoc enim caſu fructus
non minuunt ſortem, tametſi nihil eius aliundè interſit,
quia iure dominij ad eum pertinent *d. l.* 25. *ff. de vſur.* Ne-
que enim tenetur iura ſua cedere niſi oblato pretio *arg. l. is*
qui ſuis, §. ſi ab ignoto, ff. de manumiſſion. quæ eſt ſententia
Baldi *loc. cit.* Roderic. *in d. quæſt.* 11. *num.* 78. & Cardin.
Mantic. *d. tit.* 19. *num.* 5. *&* 6. † Quod tamen accipiendum 32
puto, cum procurator clare, & apertè proteſtatus eſt, ſe ſi-
bi fundum emere. Nam ſi ſuſcepto mandato ad rem emen-
dam, eam ſimpliciter procurator emerit, cenſetur id nomine
mandantis feciſſe, *l. pignori, §. vltim. ff. de vſucap.* & tradit
idem Bald. *in l. ſi patruus, C. commun. vtriuſque iudic.* & aliis
auctoribus citatis Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 49. *num.* 1. & in
ſpecie notant Rodericus, & Cardinalis *loc. cit. & eod. lib. tit.*
8. *num.* 20. *&* 23. & locum habet quod diximus procurato-
rem hoc caſu non facere fructus ſuos, ſed teneri eos dedu-
ctis ſumptibus vna cum prædio reſtituere oblata pecunia,
quam ſoluit, vel cum ea illos compenſare, habita tamen ra-
tione eius quod intereſt, ne ex ſuſcepto officio damnum
patiatur, vt dictum eſt. Hoc enim bonæ fidei maxime con-
gruere videtur, & iuri, & æquitati conſentaneum eſſe.
Vſuras vero ex ſua pecunia percipere, vel vice vſurarum fru-
ctus rei alienæ cum nihil intereſt, id neque bonæ fidei con-
uenit, nec æquum eſſe puto.
Neque mouet, quod ait Ioan. Baptiſt. Lupus *loc. cit. in fin.*
in hoc commercio vſuram lucratoriam intelligi non poſſe, 33
quoniam hic nullum interueniat mutuum, nec procurator
habuerit cauſam illam, aut propoſitum fœnerandi, quia
vt vſurarius cenſeri debeat, ſatis eſt, ſi ex ſolo tempore tar-
dæ ſolutionis eius pecuniæ, cuius creditor eſt, vſuras,
vel loco vſurarum fructus rei alienæ capiat vltra ſortem,
cum nullum ex eo quod pecunia non redditur, damnum
paſſus ſit, vel amiſerit lucrum. Vt etiam ſatis eſt, ſi cauſa,
& animus fœnerandi ſuperueniat. Neque enim nouum eſt,
debitum initio non vſurarium ex interuallo fieri vſurarium,
vt in *lib.* 6. *in fin. & l. qui ſine*, 38. *ff. de negotiat. geſt. &*
*l.*7.

Digitized by Google

l. 7. §. quoties, ff. depoſ. & aliis locis. Quod etiam notauimus *quæſt. 32. n. 6.* & Cuiac. *in l. Lucius, ff. depoſ.*

QVÆSTIO XXXIV.

De vſuris rei commodatæ.

SVMMARIA.

1. *Commodati actio eſt bonæ fidei.*
2. *In commodati iudicio ex iure ciuili poſt moram veniunt vſuræ.*
3. *Res, quæ numero, pondere, & menſura conſiſtunt, poſſunt commodari.*
4. *Commodata pecunia ſi non reddatur, poſt moram veniunt vſuræ ex iure ciuili, nunc tantum id quod intereſt.*
5. *Et aduerſus commodatarium in litem iurari poteſt:*
6. *Commodatarius ſi aliter re vtatur, tenetur furti.*
7. *Commodati nomine interdum vſura committitur.*
8. *An pro pecunia commodata ad pompam aliquid percipi poſſit.*
   Commodatum gratuitum eſt.
9. *Pro pecunia commodata aliqua honeſta merces licite exigitur.*
10. *Commodatæ rei dominium, vt etiam locatæ non transfertur.*
11. *Commodata pecunia ad pompam pro certa mercede locatio, & conductio contrahitur.*
12. *Pecunia non ſemper loco pretij in contractibus adhibetur.*
    Pecunia vice mercis ſæpe fungitur.
13. *Pecunia locari poteſt, vt commodari.*
14. L. ſi rem tibi, §. ſi cum vnum, de præſcript. verb. *ſententia.*
    Locatio, vel contractus innominatus, vt diſcernatur.
15. *Roderici ſententia quædam reijcitur.*
16. Ludouic. Romani conſil. 520. *declaratur.*
17. *Commodare, vel locare pecuniam ad decipiendum alterum eſt illicitum.*
    Proxeneta qui ſciens aliquem idoneum affirmat, doli tenetur.
18. *L. Honoratus Draco I. C. Nicenſis, & quædam eius carmina.*
19. *Ludouic. Roman. conſ. 500. in primo caſu reijcitur.*
20. *Commodatum qui accepit, an ſi quid ex re commodata lucri fecerit, illud reddere teneatur.*
21. *Indebiti in condictione veniunt fœnus, & fructus etiam bona fide percepti.*

QVAMVIS commodatum mutuo proximum ſit, vtrumque enim gratuitum eſt, & ab affectu amico, & ad vſum temporis neceſſarij, vt de mutuo dixi ex Nonio *quæſt. 6. num. 14.*
1 † commodatum tamen inter iudicia bonæ fidei recenſeri iuris auctoribus placuit, vt conſtat ex §. *actionum. Inſtit. de action. l. 3. §. in hac actione, ff. commod.* & notant Oldend. *claſſ. 4. act. 15. num. 10.* Plot. *de in lit. iuran. §. 19. n. 1.* & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib. 9. tit. 1. num. 5.* cum mutuum inter iudicia ſtricti iuris relatum ſit, quod tamen non videtur rationi conſentaneum, cum plus officij conferat, qui mutuum dat, quam qui commodat, vt alio loco iam me adnotaſſe memini.

2 Proinde vt in aliis bonæ fidei iudiciis veniunt vſuræ poſt moram *l. 1. in princ. & l. 32. §. in actionibus, ff. de vſur. l. 24. ff. depoſ. l. 7. ff. de negot. geſt. & aliis*, ita & in commodati iudicio ex mora venire vſuras dicendum eſt, ſi forte ea res commodata ſit, cui vſura accedere poſſit, cuiuſmodi ſunt frumentum, vinum, *l. 23. C. de vſur.* & pecunia *l. 10. §. 3. ff. mandat. l. 7. & 9. in princ. ff. de vſur.* & aliæ res ſimiles, quæ numero, pondere, & menſura conſiſtunt. † Nam huiuſmodi res etiam commodari poſſunt ad pompam ſcilicet, & oſtentationem, & ad alios vſus *l. 3. in fin. & l. 4. ff. hoc tit.* & tradit idem Cardin. *d. lib. 9. tit. vlt. num. 5.* vbi notat id in pecunia fieri vſitatum eſſe, quod prius dixerat Caius *in d. l. 4.* his verbis: *ſæpe etiam ad hoc commodantur pecuniæ vt dicis gratia numerationis loco intercedant*, id eſt, vt explicat Cuiac. *lib. 10. cap. 37.* vt is qui pecuniam accipit, dicere poſſit ſe numeraſſe, quod interdum fit, vt ſatisfiat ſolemnitatibus legum, quæ forte numerationem pecuniæ exigunt, vt olim mancipationibus teſte Cuiacio *loc. cit.* & nunc in emptione redituum ex conſtitutione Pij V. † Quamobrem ſi pecunia 4
forte commodata ſit, neque reddatur, ex mora veniunt vſuræ de iure ciuili, quod tamen nunc immutatum eſt, cum non ſit fas ob ſolam moram aliquid vltra ſortem capere, & loco vſurarum venit id quod intereſt moram non fieri *d. l. 3. §. 1. & l. ſi vt certo 5. in princ. ff. commod.* & innuit *l. 7. ff. de eo quod cert. loc.* vbi Dionyſ. Gothofred recte notat ex natura actionis bonæ fidei venire id quod intereſt. Nam ſi debitor in mora eſt, ex qua creditor damnum paſſus eſt, vel amiſit lucrum, æquiſſimum eſt huius rei rationem habendam eſſe, ſiue iudicium ſit ſtricti iuris, ſiue bonæ fidei, vt conſtat ex *l. 1. C. de ſent. quæ pro eo,* & notant Rebuff. *ad enod. l. n. 581.* Ioan. Sichard. *in l. 2. n. 5. C. de vſur.* & Magon. *dec. Florent. 52. n. 6.* & nos alio loco diximus.

Et quod magis eſt, ſi is, qui commodatum accepit, rem 5
poſt vſum temporis neceſſarij non reſtituat, vel ſi aliter ea vſus eſt, quam illi præſcriptum ſit, denique ſi dolo malo in ea re verſatus ſit, ſicut in cæteris bonæ fidei iudiciis poteſt dominus aduerſus eum iurare in litem de eo quod ſua intereſt, vt conſtat ex *l. nummis, 3. & l. in actionibus ff. de in lit. iuran. l. 3. §. in hac actione, ff. commod.* & tradit Plot. *loc. cit.* ſtatim enim dolo facere videtur, qui repoſcenti non reddit *l. 1. §. eſt autem, & §. vlt. ff. depoſ.* dummodo intempeſtiue rei vſus non auferatur, quia vt Paulus ait in *l. 17. ff. commod. adiuuari nos non decipi beneficio oportet.*

Imo ita ſincere, & ex bona fide is, qui rem commodatam accepit, ea vti debet, vt ſi modum, finemque, quo commodata eſt, tranſgreſſus fuerit, furti etiam teneatur *d. l. ſi vt certo, §. quinimo,* illis verbis, *quemadmodum qui equo, vel veſtimento aliter, quam commodatum eſt, vtitur, furti tenetur, & l. qui iumenta, 40. ff. de furt. & §. furtum, & §. placuit. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſcunt.* & quemdam hoc nomine furti damnatum fuiſſe refert Valer. Magim. *lib. 8. cap. 2. in fin.* quod ſcilicet equo, cuius vſus illi, vſque ad certum locum commodatus fuerat, vlterius aliquatenus vectus fuiſſet. De quo tamen iudicio, multum ſermonem manaſſe idem auctor eſt, veluti, vt quidem cenſeo, ſeuero, & rigido nimis, tametſi id poſtea iuris auctoribus probatum ſit vt proxime dixi, & notat Harmenop. *lib. 2. tit. 10.* & Oldend. *loc. cit.*

Sane ſi quis pecuniam alicui commodauerit hac lege, vt 7
ſi vellet eam in ſuos vſus conuerteret, hæc res commodati fines egreditur, & mutuum potius contrahitur, vt de depoſito definitum eſt in *l. 9. in fin. ff. ſi cert. pet. l. 1. §. ſi pecunia, ff. depoſ.* vnde ſi is, qui pecuniam dedit, aliquid vltra ſortem accipiat, ſub nomine commodati vſuram facit, & illicitum fœnus, non minus, quam ſi hoc pacto pecuniam depoſuiſſet *l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de priuil. credit.* & tractatum eſt *quæſt. 32.* aliud enim eſt, pecunias fœnerare, aliud commodare, aut deponere. Et ita reſpondit Roman. *in conſ. 510.*

His conſequenter quæritur, an pro pecunia commodata 8
ad pompam, vel alium ſimilem vſum aliquid paciſci, & capere liceat. Et primo loco obſeruandum eſt rem hanc excedere fines commodati, commodatum enim beneficium eſt, vt inquit Paulus *in d. l. 17. §. 3. hoc tit.* cuius contrarium eſt negotiatio, & merces, vt dicebat Cleanthes apud Senecam *lib. 4. de benef. l. 1. in fin. ff. mandat.* & proinde gratuitum eſſe debet *§. item is. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. at. lib. 17. ff. de præſcr. verb.* alioqui mercede accepta, vel conſtituta locatio potius contracta intelligitur, *vt conſtat ex eod §. item is*, & Theoph. *eod. loc. l. 5. §. rem tibi, ff. commod.* quæ ait interueniente mercede, vel in factum, vel ex locato conducto agendum eſſe, *& l. 22. de præſcript. verb.* & tradit Ripa *in l. 2. in princ. n. 17. ff. ſi cert. pet.* Mantic. *d. lib. 9. tit. 1. n. 5.*
† Ex quo ſequitur hoc genus commercij licitum eſſe, & 9
certam honeſtam mercedem ex hac cauſa licite exigi poſſe, quæ eſt ſententia Baldi *in l. ſi nauis, ff. de rei vindic.* vbi refert ita ſentire Ægidium Romanum in ſuo libro de regimine

ne Principis, & Ludouic. Roman. *conſ.* 500. *n.* 4. vbi teſtatur hanc communem eſſe ſententiam, quam etiam ſequitur Caſtrenſ. *in l.* 3. *ff. commod.* Dec. & Purpurat. *in l.* 1. *in princ. ff. ſi cert. pet.* Ioan. Bapt. Lup. *de commerc.* 3. §. 6. *num.* 2. & alij tum Iuriſperiti, tum Theologi apud Vincent. Caroc. *de loc. & cond. tit. de vſur. quæſt.* 4. *n.* 5. vbi ait temerarium eſſe ab hac opinione diſcedere. His conſentiunt Nauarr. *in comment. de camb. num.* 22. Petr. Gregor. *de vſur. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 2. Vgolin. *eod tract. cap.* 6. *num.* 1. *verſ. quare qui pecuniam.* Malder. *tract.* 5. *cap.* 3. *dub.* 11. Valer. Reginald. *lib.* 25. *cap.* 12. *n.* 237. Sigiſm. Scaccia §. 1. *quæſt.* 4. *n.* 22. & Roderic.
10 *de ann. redit. lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 65. vbi notat contractum hunc ceſſante fraude ab vſura alienum eſſe, † quia hic nullum mutuum eſt, neque intelligi poteſt, cum pecuniæ dominium in accipientem non transferatur, quæ eſt natura locationis, & conductionis *l. non ſolet.* 39. *ff. loc.* vt etiam commodati *l.* 8. *&* 9. *ff. hoc tit.* quæ ait neminem commodando rem eius facere, cui commodat, illa vero quæ mutua dantur, accipientis fiunt, vt conſtat *ex d. l.* 2. §. *mutui datio, ſi cert. pet. l.* 1. §. 2. *ff. de oblig. & act.* & cuique notiſſimum eſt.
11 † A quo tamen diſſentio, dum putat in hoc negotio non intercedere locationem, ſed tranſire in contractum innominatum, commodo, vt des ex *l. ſi rem*, §. *ſi cum vnum*, *ff. de præſcr. verb.* Nam cum hic pecuniæ vſus tradatur pro mercede certa, neque dominium in accipientem tranſeat, vt dictum eſt, conſequens eſt hic veram locationem eſſe, & penſionem licitè exigi poſſe, vt probant *d. lib.* 5. §. *ſi tibi ff. commod. l.* 2. *ff. loc. & d. l.* 22. *de præſcript. verb.* in qua Caius ait, *ſi vero mercede data, aut conſtituta locationis, conductioniſque negotium geritur.*

12 Neque mouet ſi dicas pecuniam locari non poſſe, quia pecuniæ non eſt vſus, ſed abuſus *l.* 5. *ff. de vſufruct. ear. rer.* & Cuiac. in obſeru. *lib.* 9. *cap.* 19. hoc enim accipiendum eſt ſecundum primarium pecuniæ vſum, qui eſt, vt ſit aliarum rerum pretium, & vt difficultatibus permutationum iuſta æqualitate ſubueniret *l.* 1 *ff. de contract. empt.* Ariſtot. *Politic. lib.* 1. *cap.* 6. qua ratione dicitur pecunia ipſo vſu aſſidua permutatione quodammodo extingui *Inſtit. de vſufr.* §. 2. hoc tamen non ſemper verum eſt, neque enim pecunia ſemper pro pretio eſt, & pretij loco in contractibus adhibetur, vt conſtat ex *d. l.* 3. *in fin. & l.* 4. *ff. commod.* quibus palam eſt nummos ad pompam, vel numerationis cauſa commodari poſſe, vt dixi *n.* 3. Denique certum eſt pecuniam interdum vice mercis, & cuiuſdam corporis fungi, *vt in l. ſi certos, de verb. obligat. l. ſi vt certos, de leg.* 1. *l. numiſmatum, de vſufruct.* & docet Cuiac. *in d.* §. *mutui datio, & in l.* 7. *ff. de præſcr. verb. ad Papin.* vbi notat ſæpe hodie numiſmata, & nummos peregrinos loco mercis eſſe. Quamobrem nihil vetat pecuniam, veluti corpus aliquod locari poſſe pro mercede certa, & conſequenter conuentionem licitam eſſe.

13 Neque enim mouet, quod poſt Carocium Rodericus ait hic locationem non eſſe, quia ſterilis, & infructuoſa ſit res locata. Nam non magis ſua natura ſterilis, & infructuoſa pecunia eſt, quam lances, & vaſa argentea, dolia, menſuræ, vehicula, & veſtimenta aliaque huiuſmodi, quæ locari ſolent *l. videamus*, 19. *ff. de vſur. l.* 13. §. 6. *& l.* 19. §. 1. *ff. loc.* vt etiam commodari *l.* 1. *&* 5. §. *denique ait. &* §. *ſi duobus*, *ff. commod.* quæ ait *ſi duobus vehiculum commodatum ſit, vel locatum ſimul*, quaſi innuat, ea quæ commodari poſſunt, etiam locari poſſe, conſtat igitur pecuniam licet res ſterilis ſit, veluti corpus quoddam, locari poſſe, & ex eius locatione honeſtam quamdam mercedem, & quæ non excedat vſum rei, exigere licitum eſſe, vt recte ſentiunt auctores proxime citati *num.* 9. & Salas *lib. de camb. dub.* 33. *n.* 1. & communem eſſe tum Theologorum tum Iuriſconſultorum ſententiam refert Vgolin. *loc. cit.*

14 Vt etiam nihil obſtat *d. l. ſi rem tibi*, §. *ſi cum vnum*, *de præſcr. verb.* qua mouetur Rodericus, vt oſtendat in hoc negotio locationem non eſſe, ſed potius contractum innominatum, & præſcriptis verbis agendum eſſe, quia hoc verum eſt, quando nulla merces data, vel conſtituta eſt pro vſu pecuniæ, quæ commodatur, vt in ſpecie *d.* §. *ſi cum vnum*, in quo nulla certa merces conſtituta erat, ſed actum, vt per denos dies alter alteri bouem commodaret: ſed cum vſus pecuniæ conceditur pro mercede certa, certum eſt negotium ad conductionis, & locationis contractum pertinere, vt conſtat apertiſſimè ex *d. l.* 22. *de præſcript. verb. & d. l.* 5. §. *rem tibi*, *ff. commod.* quæ ait, *cum merces interuenit vel in factum, vel ex locato conducto agendum eſſe*, in factum ſcilicet, & præſcriptis verbis, cum merces incerta eſt, vel non in pecunia: ex locato vero, cum merces certa eſt, & in pecunia numerata, vt ibi notat Gothofred. *& in d. l.* 22. *de præſcript. verb.* tametſi quod attinet ad iuſtitiam conuentionis, nihil interſit locationem eſſe, vel contractum innominatum, vterque enim omnibus probatus eſt, & ex vtroque actio datur, vt manifeſtum eſt.

Ex quibus etiam reiiciendum eſt, quod Rodericus ſcribit 15
loc. cit. in fin. eam conuentionem, qua pro commodata pecunia ad pompam aliquid exigitur, illicitam eſſe ex Roman. *conſ.* 520. *n.* 3. quia ſatis explorata iuris ratione demonſtratum eſt pecuniam veluti corpus quoddam locari poſſe pro certa mercede. Nam & commodari poteſt, vt dictum eſt *ex d. l.* 3. *&* 4. *ff. commod.* & proinde conuentionem hanc ex ſe licitam eſſe *l.* 1. *ff. loc.* Neque illius opinionem iuuat auctoritas Roman. *in d. conſ.* 520. quia ſecundum noſtram ſententiam apertiſſime ſenſit *in d. conſ.* 500. *num.* 4. hac ratione addita, *quia tunc lucrum ſentio ex re, quæ durat mea, quod non eſt illicitum.* † Neque diuerſum reſpondit *in d. conſ.* 520. *n.* 3. 16
quo Rodericus mouetur, quia Romanus hoc loco tantum oſtendit non eſſe commodatum in ea ſpecie, in qua pecunia vtenda datur pro certa mercede, quia commodatum nullum eſt, niſi gratuitum *d. l. ſi rem de præſcript. verb. & c.* 1. *commod.* & plerunque continet ſolam vtilitatem accipientis *d. l.* 5. §. *nunc videndum.* vel in ea ſpecie, in qua non iidem numero nummi reſtituendi ſunt, ſed tantundem in genere, quod vergit in mutuum *d. l.* 2. *ff. de reb. credit.* & proinde in illa ſpecie rectè reſpondit Romanus non fuiſſe commodatum, ſed mutuum, & annuam illam vniformem præſtationem vſuræ crimen inducere, quod quæſtioni noſtræ accommodari non poteſt.

Sane ſi quis ſciens nummos alteri locet, vel commodet, 17
vt ex eorum oſtentatione alterum decipiat, puto rem illicitam agere non minus quam proxeneta, qui lucri cauſa affirmat aliquem idoneum, quem ſcit talem non eſſe, & hac arte alium decipit, quo caſu in eum de dolo malo iudicium datur *l.* 8. *ff. de dol. l.* 2. *ff. de proxen.* & interdum furti, vt in ſpecie *l.* 52. §. *cum Titio*, *ff. de furt.* & tradit Benuen. *de decoct. part.* 2. *part. vltim. num.* 34. vbi ait hoc eſſe vſitatiſſimum, & pulcherrimum genus fraudis. Vel non minus quam, qui furi ſcalas, & ferramenta ſciens commodata ad furandum, vel locat certa mercede, qui proinde tenetur furti *l.* 36. § *item placuit, & lib.* 54. §. *qui ferramenta*, *ff. de furt. &* §. *interdum. Inſtitut. de obligat. quæ ex delict. naſc.* † cuius §. ſenſum his 18
verbis expreſſit L. Honor. Draco Nicienſ. element. iur. ciuil. lib. 4.

—— Quin ille tenetur.
Furti etiam, qui non furtum facit ipſe, ſed illi
Conſilium aut operam, qui ſubripit, auxiliumve
Aut inſtrumentum præſtat, vel quid facit, vnde
Commodior fiat furandi occaſio furi.

Et hoc caſu recipi poteſt, quod Rodericus ait conuentionem hanc illicitam eſſe, quia delictorum turpis, & fœda ſocietas eſt *l.* 3. *in fin. & l.* 53. *ff. pro ſoc.*

Hic vero quoque ſubiiciam me non probare omnino, 19
quod reſpondit Romanus etiam in priore caſu *d. conſ.* 500. tametſi illius auctoritate proxime vſus ſim: nam ea, quæ de locatione nummorum dicta ſunt, licet vera ſint, non videntur trahi poſſe ad eam ſpeciem, quam Romanus tractat. Cum enim in caſu, de quo conſultus eſt, pecunia diſtributa ſit confratribus collegij non ſimplicis cuſtodiæ cauſa, ſed in eius adminiſtrationem, & proinde, vt quiſque eam conuertat in vſum ſuæ negotiationis, hæc conuentio egreditur depoſiti, & locationis notiſſimos fines, & tranſit potius in mutuum, ex quo vſuras capere illicitum eſt: ideoque exactio vnius ſolidi pro qualibet libra annis ſingulis, quæ hic fiebat, illicita eſt, & vſuraria, nec vllis eius argumentis excuſari poteſt, & multo minus ex *l. Lucius*, *ff. depoſ.* quam

dicit

dicit determinare hanc quæſtionem, quia hæc & aliæ ſimiles leges quoad vſuras hodie abrogatæ ſunt, neque debent obſeruari, vt notat idem Roderic. *lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 86. Alioquin facile via inuenta eſt, qua pecunias fœnerare liceat, quod à noſtro tempore alienum eſt. Et comperi deinde Ioan. Bapt. Lupum *in d.* §. 6. *n.* 3. non probaſſe Romani conſilium, quod proinde recipiendum non eſt in primo caſu, niſi forte negotium ad ſocietatem reduci poſſit iuſtis conditionibus initam, vt notat ipſe Roman. *in d. conſ. in fin.* & iis ſeruatis, quæ tum Nauarrus, tum alij Theologi docent, vt à nobis mediocri diligentia tractatum eſt *quæſt.* 31. *num.* 13.

20 Denique quæro, ſi is qui rem commodatam accepit, ex ea lucrum aliquod fecerit, an id reddere teneatur. Et puto intereſſe qualis ſit res, quæ commodata eſt. Nam ſi res eſt, quæ locari ſolet, vt domus, iumentum, & ea locata ſit, id ipſum præſtare æquum eſt, qui commodatum ſuſcepit, ne ex alieno lucrum ſentiat *l.* 10. §. 3. *ff. mand.* & *l.* 13. §. *ſi quem quæſtum, ff. commod.* vt etiam ſi quid rei commodatæ acceſ-
21 ſit, vt puta partus, qui ex equa natus ſit. † Nam & id venit in conditionem indebiti, vt fructus etiam bona fide percepti *l.* 15. & 65. §. *ei qui, ff. de condict. indeb. l. videamus,* 38. §. *item ſi, ff. de vſur.* & ſæpiùs dixi fructus dominium ſequi, ſi vero res commodata ex iis eſt, quæ vſu conſumuntur, vt puta frumentum, vel pecunia, & valor eorum caſu aliquo auctus ſit, id etiam proculdubio reſtituendum eſt, id enim domino creſcit *d. l.* 65. §. *in frumento, de condict. indeb. l. vinum, ff. de reb. credit. l. ſi ſterilis,* §. *cum per venditorem, de act. empt.* & *l.* 3. §. *in hac actione, ff. commod.* Quid ſi ex pecunia commodata merces emit, & lucrum fecit, an illud etiam auferendum ſit? & ſane id videtur ex *d. l.* 19. *de negot. geſt.* & *l.* 10. §. *ſi procurator, ff. mandat.* quæ ait bonæ fidei congruere, ne de alieno lucrum ſentiat: quod tamen non auſim dicere, quia non tam ex re aliena, quam ex propria induſtria, & labore id quæſitum videtur *l. venditor, ff. de hæred. vel act. vendit.* & ne deterioris conditionis ſit fœneratore, vel fure, qui ſuperlucrum reddere non tenentur, vt dixi *quæſt.* 32. *n.* 22. & dicam *tota quæſt.* 96. & quod attinet *ad l.* 10. §. *ſi procurator.* quæ valde vrgere videtur, iure canonico abolita eſt, vt notat Alberic. *in l. ſi nauis, num.* 2. *ff. de rei vendic.* Cyriac. *contr. forenſ.* 540. *num.* 16. & Rota *inter recentiſſ. dec.* 421. *num.* 6. & 8. *in fin. part.* 1. vt cæteræ omnes, quibus vſuras admittendas eſſe conſtitutum eſt, vt poſt Azon. tradit Bartol. *in l. atqui natura,* §. *non tantum, de negot. geſt.* & ego memini centies me dixiſſe.

QVÆSTIO XXXV.

De vſuris, quæ veniunt in petitione hæreditatis, & aliis iudiciis affinibus.

SVMMARIA.

1. *Petitio hæreditatis eſt actio bonæ fidei.*
2. *In iudicio hæreditatis petitionis veniunt vſuræ poſt moram ex iure ciuili.*
   Bonæ fidei non congruit vſuras admittere.
3. *Poſſeſſor hæreditatis eius pecuniæ, quam non attigit, vſuras non præſtat.*
   Pecuniæ otioſæ vſuræ non præſtantur etiam in iudiciis bonæ fidei.
4. *Malæ fidei poſſeſſor ſi nauim non locet, tenetur ad vecturas nauis.*
5. *Nauis periculum domini eſt; pecuniæ, eius, qui eam fœnerat.*
6. *Nauis ad hoc paratur, vt nauiget.*
   Pecunia non eſt inuenta vt fœneretur.
7. *Malæ fidei hæreditatis poſſeſſor fœnerans pecuniam, an vſuras reddere compellatur.*
8. *Hæres hodie non repetit vſuras, quas malæ fidei poſſeſſor ex pecunia hæreditatis percepit.*
9. *Contractus etiam prædoni ſeruandus.*
   Poſſeſſor malæ fidei non tenetur vſuras præſtare hæredi, ſed eis quibus extorſit.
10. *Procurator licet indebitum exigat, id reſtituit domino, qui ratum habuit.*
11. *Niſi is, qui indebitum ſoluit, veniat, & indebitum petat.*
12. *Poſſeſſor hæreditatis non reſtituit lucrum, quod ex pecunia hæreditatis fecit.*
13. *Poſſeſſor hæreditatis reſtituit omne lucrum, quod ex corporibus hæreditatis percepit.*
14. *Lucrum quod quis ex pecunia facit, non eſt fructus pecuniæ, ſed induſtriæ.*
15. *Empta ex pecunia hæreditatis veniunt in petitione hæreditatis, ſi eius cauſa comparata ſunt.*
   Arbitrio Iudicis relinquitur, quæ dicuntur empta cauſa hæreditatis.
16. *Pretium in iudiciis vniuerſalibus ſuccedit loco rei.*
17. *Bonæ fidei hæreditatis poſſeſſor id tantum reſtituit, in quo locupletior factus eſt.*
   Hæres aduerſus malæ fidei poſſeſſorem eligit an rem, vel pretium petat.
18. *Bonæ fidei hæreditatis poſſeſſor pecunia redacta ex pretio rerum venditarum non præſtat vſuras.*
   Quas tamen ſoluit poſſeſſor malæ fidei.
19. *In petitione hæreditatis poſt moram veniunt vſuræ cuiuſcumque pecuniæ.*
   Quod tamen iure canonico abrogatum eſt.
20. *Poſſeſſor hæreditatis, qui male rem fructiferam diſtraxit, tenetur ad vſuras pretij pro modo, & ratione fructuum.*
21. *Adminiſtrator, qui perperam rem alienat, etiam fructus refundere tenetur.*
22. *Poſſeſſor hæreditatis, qui pecuniam in ſuos vſus conuertit, tenetur poſt moram ad id quod intereſt.*
23. *In iudiciis bonæ fidei iuratur in litem de eo quod intereſt.*
24. *Fideicommiſſaria hæreditatis petitio eadem recipit, quæ ciuilis.*
   Fideicommiſſaria hæreditatis petitio eſt bonæ fidei.
25. *Poſſeſſoria hæreditatis petitio eſt actio bonæ fidei.*
   Et in ea iuratur in litem.
26. *Familiæ herciſcundæ iudicium eſt bonæ fidei.*
27. *In iudicio familiæ hercíſc. poſt moram veniunt vſuræ de iure ciuili.*
28. *Cohæres, cui totus fundus adiudicatus eſt, pretij vſuras præſtare cogitur.*
29. *Cohæredes poſſunt conuenire, vt is cui totus fundus attributus eſt, vſuras præſtet, donec pretium ſoluat.*
30. *Diuiſio vicem emptionis obtinet.*
31. L. curabit, Cod. de act. empt. *locum habet in omnibus contractibus, in quibus interuenit perceptio fructuum.*
32. *Familiæ herciſcundæ in iudicio venit id quod intereſt.*
33. *Et iuratur in litem.*
34. *Diuiſione facta ſi detegatur fraus vnius ex cohæredibus, de rebus ſubreptis actio datur.*
   Et iuratur in litem.
35. *Contrectans celandi animo rem communem tenetur furti.*
   Aduerſus furem iuratur in litem.
36. *Communi diuidundo iudicium eſt bonæ fidei.*
37. *In iudicio familiæ herciſcundæ, & communi diuidundo non veniunt ea, quæ ſcelere quæſita ſunt.*
38. *Quæſita fœnore non veniunt in diuiſionem hæreditatis.*
39. *Nec in diuiſionem ſocietatis omnium bonorum.*
40. *Dominium per vſuram non acquiritur.*
41. *Filiæ non diuidunt bona relicta à patre, qui confeſſus eſt omnia vſuris acquiſiuiſſe.*
42. *Si res vſuris extortæ non extant, hæredes ad iudicium famil. hercíſc. admittuntur.*
   Sed quiſque pro portione hæreditaria vſuras reſtituere cogitur.
43. *Filiusf. qui patris pecuniam proprio nomine fœnerat, vſuras non confert, ſed eas tenetur reſtituere.*

SVPEREST, vt de vſuris, quæ veniunt in iudicio petitionis hæreditatis diſſeramus. † In quo 1
quidem illud in primis obſeruandum eſt petitionem hæreditatis inter iudicia bonæ fidei connumerari, vt conſtat ex *d.* §. *actionum. Inſtit. de action.* & *ex l. vlt. in fin. C. de pet. hæred.* vbi Iuſtinianus refert,

Digitized by Google

refert, cum antea hac de re dubitaretur, ſe primum hanc du-
a bitationem ſuſtuliſſe. † Vnde neceſſario ſequitur de iure ci-
uili in hoc iudicio venire vſuras poſt motam *l. 1. C. de pet.
hæred.* vt in cæteris actionibus bonæ fidei conſtitutum eſt
in l. 1. & l. 32. §. in bona fidei, ff. de vſur. l. 2. & 3. Cod. depoſ.
ſcilicet officio iudicis, quod tantum in iis iudiciis poteſt,
quantum nominatim concepta ſtipulatio in actionibus ſtri-
cti iuris *l. 7. ff. de neg. geſt. l. 24. ff. depoſ.* idque bonæ fidei
congruere veteres putabant, ideoque ad iudicis officium per-
tinere videbantur in his iudiciis, in quibus addebatur, *ex fide
bona*, vel *vt inter bonos beſſe agier*, vt memorat M. Tullius *lib.
3. de offic.* vſuras decernere, cum tamen bonæ fidei contra-
rium ſit vſuras admittere: & proinde æquius, meliuſque
fuiſſet conſtituere, ne huiuſmodi iudicia vſurarum adiectio-
ne inquinarentur.

3 Incidit verò in petitionem hæreditatis de vſuris quæſtio,
cum forte in hæreditate pecunia inuenta eſt. Tunc enim quæ-
ritur, an poſſeſſor hæreditatis ad vſuras teneatur. Et ſane in
hac ſpecie valde intereſt, ſi poſſeſſor pecuniam inuentam
in hæreditate minime attigerit, hoc enim caſu certum eſt
etiam iure ciuili vſuras admittendas non eſſe, tametſi poſ-
ſeſſor ſit malæ fidei, vt reſpondit Papinianus *in l. 20. §. 14. ff.
de pet. hæred. & rurſus in l. ſi nauis, 62. ff. de rei vindic.* hac
ratione addita, *cum pecunia periculo dantis fœneretur*, quod
etiam in aliis bonæ fidei iudiciis receptum eſt, vt pecuniæ
otioſæ non præſtentur vſuræ *l. 13. in fin. ff. de vſur. l. 6. in fin.
ff. de pign. act.* & notat Cuiac. *ad d. l. 62. de rei vindic. ad Pa-
4 pin.* † Ex quo loco elegans diſcrimen obſeruandum eſt inter
pecuniam, & alias res, quæ locari ſolent, vt eſt nauis, vehi-
culum, iumentum, taberna, domus: & id genus. Nam ſi pe-
cuniam inuentam in hæreditate malæ fidei poſſeſſor non at-
tingat, vſuras eius præſtare non cogitur, vt dictum eſt. Sed
ſi nauim, vehiculum, iumentum, tabernam non locauit,
nihilominus vecturas, nauis, & mercedes locarionum præ-
ſtare debet, tenetur enim non ſolum de fructibus perceptis,
ſed & qui percipi potuerunt *l. ſed & ſi. §. quod autem l. illud,
§. prædo, de pet. hæred. l. fructus, 33. ff. de rei vindic.* & docet
Ioan. Copus *de fruct. lib. 1. tit. 1. c. 2. in fin.*

5 Sane mirum eſſe videtur, cur diuerſum in pecunia, & in
naui, & ſimilibus rebus conſtitutum ſit, cum neque vſura,
neque vectura natura proueniat, ſed vi obligationis percipia-
tur, vſura ſcilicet ex ſtipulatione, vectura ex locatione, &
conductione *l. vſura, de verb. ſignific.* ſed huius rei ratio-
nem hanc adfert Papinianus *in d. l. ſi nauis*, nam pecunia col-
locatur fœnori periculo dantis non domini; nihil igitur
obiici poteſt poſſeſſori hæreditatis, ſi noluit ſe conjicere in
periculum pecuniæ amittendæ. Sed ſi nauim, vel vehicu-
lum locauerit, id ſine ſuo periculo facit, neque ſi caſu for-
tuito ſine eius culpa, vel dolo nauis, aut vehiculum periit,
hunc caſum domino præſtare cogitur *l. 16. in fin. de rei vin-
dic.* & proinde arguendus eſt, ſi nauim non locauerit, vel ta-
bernam, vel domum, cum potuit, quia id facere ſine periculo
6 potuiſſet. † Sed aliam poſſumus adferre rationem, neque
minus congruentem, quia non eſt inuenta pecunia, vt fœ-
nori detur, & pariat vſuras, vt docet Ariſtotel. Polit. *lib. 1.
cap. 7.* ideoque ait vſuram non eſſe ſecundum naturam, at
nauis ad hoc inuenta eſt, vt nauiget *l. 12. §. 1. ff. de vſufruct.* &
proinde excuſari non poteſt poſſeſſor, ſi illam non locet, vel
tempore idoneo non exerceat, & ideo merito receptum eſt,
vt de vecturis, quas percipere debuit, teneatur, non autem
de vſuris percipiendis, ne contra id, ad quod pecunia inuen-
ta eſt, eam fœnerari compellatur, vt notat Accurſ. *in d. l. ſi
7 nauis*, † in qua etiam quærit, an malæ fidei poſſeſſor, qui
pecuniam inuentam in hæreditate fœneratus eſt, vſuras quo-
que reddere teneatur, certum enim eſt de vſuris percipien-
dis hæredi non teneri. Et putat Accurſius non reſtituere vſu-
ras, quia ſuo periculo fœneratus ex *d. l. ſi nauis, & l. ſi vnius,
§. ſi vnus, ff. pro ſoc. & l. poſtulante, §. vlt. ad Trebellian.* Quod
tamen Cuiacius *ad d. l. ſi nauis*, ait ſe nullo modo concede-
re. Nam inquit refragatur *l. 1. C. de pet. hæred. & l. 1. C. de his,
quæ vt indig.* & quod dicitur generaliter omne lucrum malæ
fidei poſſeſſori auferendum eſſe *lib. 28. de pet. hæredit.* Neque
moueri duabus legibus, quibus Accurſius vtitur. Etenim
in *d. §. ſi vnus*, ſocius communem pecuniam ſuo nomine,
& ſuo periculo fœnerauerat non alienam, & ideo non inui-
dendum ei, ſi ſolidum lucrum percipiat, nam & ſolidum
eius periculum fecit, quod alioqui commune fuiſſet: aliam
rationem eſſe pecuniæ communis, aliam alienæ. Deinde
in *d. l. poſtulante, §. vlt. ad Trebell.* hæres rogatus reſtituere
hæreditatem ſub conditione, ea pendente pecuniam locauit
fœnori, & vſuras percepit, hæ vſuræ non veniunt in reſti-
tutionem fideicommiſſi, vt cuius periculum fuit, eius ſit
etiam lucrum. Sed hic caſus de propria pecunia eſt, non de
aliena, de qua quæritur. Hæreditas enim eſt hæredis, ante-
quam extet conditio fideicommiſſi. Et iuuat Cuiacij ſenten-
tiam *l. 30. hoc tit. de pet. hæredit. & l. 10. §. 3. ff. mandat.* ex qua
conſtat procuratorem, qui pecuniam domini fœnerauit,
& vſuras exegit, præſtare debere quantumcumque emolu-
mentum percepit ne de alieno lucrum ſentiat: vt hic Vl-
pianus ait.

Et nihilominus puto Accurſij ſententiam nunc ſequen- 8
dam eſſe, quia conſtat hodie vſuras illicitas eſſe, vt notant
Bald. & Angel. *in d. l. ſi nauis*, & proinde vt non venit in
reſtitutione hæreditatis, ſi quid poſſeſſor indebitum exege-
rit *l. 20. §. ſed & ſi. in fin. ff. de pet. hæred. l. 2. §. ſolet. ff. de hæred.
vend.* Caſtrenſ. *in d. l. 20. §. ait ſenatus, num. 1.* vel ex ſcelere, &
maleficio conſequutus eſt *arg. l. cætera, §. ſed & ſi. ff. famil.
herciſc. & arg. l. cum duobus, §. ibidem, ff. pro ſoc.* ita nec vſuras
venire dicendum eſt, quæ nunc non niſi ſcelere exiguntur.
Cur enim hæres ex alieno ſcelere ditetur: & cur repetat id
quod reſtituturus eſt? Non ergo in his iudex ſe interponere
debet, ſed iubere, vt protinus reſtituantur iis, quibus extortæ
ſunt. Statuamus igitur ſententiam Cuiacij conuenire iuri ci-
uili, Accurſij vero iuri Pontificio, cui potius ſtandum eſt.

Neque mouet, quod dicitur in *l. qui proprio, §. procurator,* 9
ff. de procur. & l. ſi quis, 23. de neg. geſt. procuratorem ſcili-
cet, & negotiorum geſtorem reſtituere debere, etiamſi quid
indebitum exegerit, quia procurator, & qui abſentis nego-
tia gerit, quæcumque geſſit nomine domini, bona fide re-
ſtituere debet, id enim non ſibi, ſed alteri exegit: & inter
ipſos negotium, & contractus geritur, qui ſeruandus eſt *l. 17.
§. 3. ff. commod. etiam prædoni l. bona fides, ff. depoſ.* poſſeſſor
vero hæreditatis non alterij, ſed ſibi indebitum exigit, ideo-
que indebitum ab eo exactum, cuiuſmodi nunc procul du-
bio ſunt vſuræ, non reſtituit hæredi, tametſi ei reddere te-
neatur, à quo exegit *l. his ſolis, ff. de condict. indeb. l. 6. §. item
quæritur, de neg. geſt.*

Ex quibus illud etiam adnotandum eſt, ſi procurator, vel 10
negotiorum geſtor indebitum exegerit, non poſſe reſtitu-
tionem differre, ſub prætextu quod indebitum eſſet, quod
exegit, ſatis enim eſt, ſi dominus ratum habeat *d. l. 6. §. item
quæritur, & l. ſi vendidero, 80. §. ſi Titius. ff. de furt.* fruſtra enim
daretur actio domino, quod his locis conſtitutum eſt, ſi fas
eſſet procuratori hac exceptione vti *l. 1. in princ. ff. de except.*
vnde ſequitur ſi forte procurator mandato domini vſuras à
debitore exegerit, illas mandatori reddere debere. Ipſe enim
illi tenetur, cui extortæ ſunt ex *d. §. item quæritur, & d. l. 80.
§. ſi Titius, de furt.* Angel. & Fulgoſ. *in l. atqui natura, §. non
tantum, num. 2.* & Cuiac. *in d. §. ſi Titius, ad Papin.* nullo enim
extrinſecus interueniente bonæ fidei congruit, vt quod meo
nomine, & meo iuſſu exactum eſt, mihi reddatur, nec
quærendum eſt, an illud indebitum fuerit, ille enim mi-
hi fidem contractus ſeruare debet *d. l. 17. §. 3. ff. commod.* † 11
tametſi in hac re ſi procurator conueniatur, conſultius ſit
eum admonere, à quo indebitum exactum eſt, vt ſe interpo-
nat, & indebitum repetat. Huic enim potius indebitum red-
di debet, vt innuit *l. bona fides, §. vlt. ff. depoſ.* Nam licet latro-
ni, qui ſpolia depoſuit, ea reddenda ſint bonæ fidei ratione,
ſi tamen dominus, cui ſubtracta ſunt, ad ea petenda veniat;
præfertur latroni, & furi *d. l. bona fides*, ita prorſus licet bo-
næ fidei congruere videatur, vt quod mandato alterius exe-
gi, illi reddam, licet indebitum ſit, durum enim eſt fidem
rumpere, ſi tamen is qui indebitum ſoluit, id petat, æquius;
meliuſque eſt illi reddi, quam fœneratori, & furi. Quod er-
go dicitur procuratorem, qui indebitum exegit, illud man-
danti reſtituere debere, accipiendum eſt, niſi is qui indebi-
tum ſoluit, ad illud repetendum veniat. Huius enim repeti-
tio iuſtior eſt.

12 Nunc opportunè quæritur, ſi poſſeſſor hæreditatis pecuniam inuentam non fœnerauit, ſed eam licito modo exercuit, puta merces emit, & ex earum negotiatione lucrum fecit, an compendium quod fecit, reſtituere teneatur. Et puto non reſtituendum. Primo quia merces ſui cauſa emit, ideoque vt merces non reſtituit *l. item veniunt*, §. 1. *ff. de pet. hæred.* ita nec lucrum ex mercibus. Secundo quia iniquum eſt quempiam alterius actorem, & procuratorem inuitum conſtitui *l. poſtulante, in fin. ad Trebell.* denique quia ſuo periculo pecuniam exercuit, ideoque eius emolumentum eſſe debet, cuius periculum fuit *d. l. ſi nauis, de rei vindic. & l. 67. vnus, ff. pro ſoc. & l. vlt. §. ſed cum, in fin. C. de furt.* quod etiam ſubindicat *d. l. poſtulante*, illis verbis: *ſcilicet qua ſuo periculo fœnerauit, colendove fundo inſumpſit operam. Nullum autem impendium, vel opera hæredis intercedit.*

13 Neque mouere debet, quod Paulus ait *in d. l. 28. de petit. hæred.* omne lucrum poſſeſſori auferendum eſſe, & quod ait *d. l. 10. §. ſi procurator. ff. mand.* bonæ fidei hoc congruere, ne de alieno lucrum ſentiat, quia hoc accipiendum eſt de lucro, quod ex corporibus hæreditatis prouenit, vt ſunt partus pecorum, & reditus, & fructus prædiorum & mercedes penſioneſque ex locationibus prædiorum perceptæ, operæ ſeruorum, & vecturæ nauium, iumentorum, & ſimilium, hæc enim omnia veniunt in petitionem hæreditatis *d. l. item veniunt 20. §. item non ſolum l. ſed & ſi in fin. & l. 26. 27. 28. & 29. de petit. hæred. & l. 1. C. eod. tit.* & tradit Ioan. Cop. *de fructib. lib. 2. tit. 1. cap. 1. & 2.* Oliban. *de action. part. 2. lib. 1. cap. 43. num.* 8. Petr. Gregor. *lib. 46. cap. 7. num. 8.* & in his verum eſt, quod dicimus congruere bonæ fidei, ne poſſeſſor de
14 alieno lucrum ſentiat. † Aliud vero dicendum eſt de iis, quæ ab eo ſuo labore, & periculo quæſita ſunt, licet ex pecunia hæreditaria ſint quæſita, vt indicat *d. l. item veniunt, in princ. & in d §. non ſolum,* vbi ea quæ extrinſecus adueniunt, perſonæ poſſeſſoris dicuntur accedere, proinde ſi quid ex mercibus pecunia hæreditatis emptis poſſeſſor lucri fecerit, id ſibi retinere æquius eſt, quia id non pecuniæ fructus, quæ ſterilis eſt, nec ex ipſa hæreditate prouenire dicitur, ſed eſt proprij laboris, & induſtriæ merces, & præmium, quod cuiquam auferre etiam prædoni non licet *l. ſi ex ea, Cod. de rei vindic. l. 1. & 8. C. ſi quis alt. vel ſibi, ſi quis, ff. pro ſoc. & d. l. poſtulante, in fin. ff. ad Trebellian.* & in re ſimili poſt D. Thomam, & alios docet Salicet. *in authent. ad hæc, C. de vſur. n. 24.* Adrian. 4. *ſentent. tit. de reſtit.* vbi rectiſſime ait lucrum ex pecunia proueniens non eſſe fructuum pecuniæ, ſed humanæ induſtriæ, quod & alij Theologi docent apud Salas *de vſur. dub. 39. n. 3.* & ex auctoribus iuris Couarr. *lib. 3. cap. 3. n. 6.* & Roderic. *de ann. redit. lib. 3. quæſt. 11. n. 10. & ſeq.* vbi ait, qui contrarium ſentiunt, ſupine labi.

15 Sane quod dicimus res ex pecunia hæreditaria emptas non venire in reſtitutionem hæreditatis, accipiendum eſt, niſi hæreditatis cauſa comparatæ ſint, vt ſi forte poſſeſſor materiam emit ad fulcienda ædificia, vel boues, & pecora ad colendos agros, & alia huiuſmodi: hæc enim etiam in hoc iudicium venire certiſſimum eſt, neque refert, ſi poſſeſſor illa ex propria pecunia comparauerit, quia tenetur hæres pretium refundere, vt definitum eſt *in d. l. item veniunt, in princ.* & notat Angelus hic *num. 1. & 2.* Petr. Gregor. & Oliban. *loc. cit. num. 31.* quæ vero dicantur ex cauſa hæreditatis empta, quæſtio facti eſt, ideoque iudicem id æſtimare oportet, vt in aliis quæſtionibus facti *l. Neſennius de neg. geſt. l. mora, de vſur. l. 3. §. tu magis, de teſtib.* & indicat Vlpian. *in d. l. item veniunt,* illis verbis, *videndum eſt.*

16 Incidit etiam in hoc iudicium de vſuris quæſtio, ſi poſſeſſor res hæreditarias diſtraxit, & ex earum pretio pecuniam redegit, tunc enim recte quæritur, an poſſeſſor pecuniæ ex pretio rerum venditarum redactæ vſuras præſtare teneatur. Et principio notandum eſt in iudiciis vniuerſalibus, cuiuſmodi eſt hæreditatis petitio ſiue legitima, ſiue fideicommiſſaria, pretium ſuccedere loco rei, vt conſtat ex *l. ſi & rem. & l. ſed & ſi, §. 1. de pet. hæredit. & l. venditor, 21. ff. act. & hæred. vend.* Bart. Caſtrenſ. & alij his locis & Anton. Fab. *in ſuo Cod. tit. de rei vindic. def. 5.* & Oliban. *de action. part. 2. lib. 1. cap. 29. num. 19.* Et proinde exploratum eſt pretia rerum diſtractarum in hæreditatis petitionem venire, ſiue
poſſeſſor ſit bonæ fidei, ſiue malæ, † tametſi bonæ fidei poſ- 17
ſeſſor illud tantum reſtituat, in quo locupletior factus eſt *d. l. ſi & rem, 22. & l. vtrum, 13. hoc tit.* & ſit in arbitrio petitoris aduerſus malæ fidei poſſeſſorem ex iure ciuili agere ad pretium, & vſuras, vel ad rem ipſam, & fructus rei *d. l. 20. §. 12. & §. 16.* quæ ait petitorem eligere poſſe, vt ſibi pretia, &
vſuræ præſtentur. † Quamobrem ſi quæritur, an pecuniæ 18
ex pretio rerum venditarum redactæ vſuræ debeantur, dicendum eſt, ſi poſſeſſor fuerit bonæ fidei, vſuras admittendas non eſſe, etiam de iure ciuili, vt conſtat ex verbis ſenatuſconſulti quod relatum eſt *in d. l. 20. §. 6.* quæ ſunt huiuſmodi: *Placet redacta ex pretio rerum venditarum pecuniæ vſuras non eſſe exigendas.* Aliud vero in malæ fidei poſſeſſore conſtitutum eſt, is enim & vſuras huius pecuniæ tenetur. Nam, & bonæ fidei poſſeſſor, ex quo ſcit, vel ei denuntiatum eſt hæreditatem eſſe alienam, vſuras præſtare cogitur, vt definitum eſt *ead. l. §. petitam,* vbi Vlpianus ait: *Capit enim malæ fidei poſſeſſor eſſe.* Quod etiam conſtitutum eſt *in l. 1. C. hoc tit. de pet. hæredit.* & eſt apud Paulum *lib. 1. ſentent. tit. 13. § poſ-*
ſeſſor. & Caſtrenſ. notat *in d. §. 6. in fin.* † Et generaliter cer- 19
tum eſt in hoc iudicio cuiuſcumque pecuniæ, ſiue inuentæ in hæreditate, ſiue exactæ à debitoribus, ſiue redactæ ex pretio rerum venditarum, venire vſuras poſt moram, vt initio dictum eſt: id enim in omnibus iudiciis bonæ fidei, qualis eſt hæreditatis petitio, iure ciuili receptum eſt, vt dixi ex *l. 38.* illis verbis: *merito vſuras bonæ fidei iudicio præſtaturum, de negotiat. geſtib. l. 24. & 25. ff. depoſ. & l. 3. & 4. Cod. eod. & aliis locis,* & in ſpecie notat *gloſ. in d. l. ſi nauis, ff. de rei vindicat.* Quod tamen iure canonico nunc abrogatum eſt, vt dicunt Alberic. Baldin. Angel. & Fulgoſ. *in d. l. ſi nauis,* & Caſtrenſ. *in l. qui ſine, de negot. geſt.* & nos multis locis diximus, & notandum eſt ad confirmationem eorum, quæ aduerſus Felicianum diſputata ſunt *quæſt. 4. & initio quæſt. 33.*

Vno tamen caſu exiſtimarem vſuras admittendas eſſe, 20
cum ſcilicet poſſeſſor res fructiferas diſtraxit, & petitor hæreditatis agit ad pretium. Æquum enim eſt reum præſtare vſuras non quaſi vſuras, ſed quod petitoris intereſt rem diſtractam fuiſſe *l. ſocium, 60. in princip. ff. pro ſoc. l. ſi fundum, 114. ff. de verb. oblig.* ſcilicet pro modo, & ratione fructuum, quos ex prædio percipere potuiſſet *arg. l. curabit, C. de act. empt.* & indicat ſatis quod proxime dicam ex hac cauſa in litem iurari pro eo quod intereſt. Cuius etiam argumentum
eſt † quia tutor, curator, & qui aliena negotia gerunt, ſi quid 21
male diſtraxerint, non tantum pretium, & æſtimationem rei, ſed etiam fructus rei refundere tenentur *l. vlt. C. ſi tut. vel curat. inter. l. 32. §. Modeſtinus de admin. tut. & l. 2. ff. de negot. geſt.* & tradunt Honded. *in conſ. 82. num. 20. lib. 2.* Paul. Montan. *de tut. & curat. c. 33. n. 66.* & Gratian. *diſcept. forenſ. c. 240. in fin. & c. 579. n. 21.* & nos diximus *quæſt. 20. n. 11.* & hoc caſu ſatis eſt, vt actor probet, quid ex rei fructibus percipere potuiſſet, vt in re ſimili tradit idem Honded. *eod. lib. conſ. 39. num. 13. & 14.*

Denique dicendum eſt poſſeſſorem, qui pecuniam in hæ- 22
reditate repertam, vel à debitoribus exactam in ſuos vſus conuertit, vel retinet, poſt moram teneri hæredi ad id quod intereſt, ſiue hæres lucrum amittat, ſiue damnum patiatur aduerſarij culpa, vt indicat ſatis *l. nummis, 3. de in lit. iuran. & lib. 1. Cod. de ſentent. quæ pro eo,* quæ in omnibus actionibus, & tam in damno, quam in lucro locum habet, denique id non obſcure probat *l. 7. ff. de eo quod cert. loc.* quæ ait in bonæ fidei iudiciis actionem arbitrariam neceſſariam non eſſe, vt iudicis officio habeatur ratio eius quod intereſt ratione loci, vel temporis. Id enim venit ex natura, & poteſtate actionis bonæ fidei, vt conſtat etiam ex *l. ſi vt certo, ff. commod.* & notat Caſtrenſ. *in d. l. nummis, n. 6.* vbi ait hodie expeditum eſſe, vt loquitur, in actionibus bonæ fidei venire intereſſe etiam lucri ceſſantis, quod probetur legitimis modis, vel
iuramento in litem. † Nam certum eſt in iudiciis bonæ fi- 23
dei iurari in litem pro eo quod intereſt, vt conſtat ex *d. l. nummis, & l. in actionibus, eod. tit. l. 1. §. in depoſiti, ff. depoſ.* & in petitione hæreditatis definitum eſt *in d. l. 20. in fin. & l. ſed & ſi. §. verba, ff. de pet. hæredit.* & reſpondit Patiſ. *in conſ. 75. num. 29. lib. 1.* & late Plot. *in tract. de in lit. iuran. §. 14. num. 1.*

&

& ſeq.& Montaner. ad Oliban. *in d. cap.* 43. *num.* 38. quod verum eſt, etiamſi quæſtio ſit de pecunia, vt oſtendit *d.l. nummis* illis verbis, *niſi forte de eo quis iuret quod ſua interfuit nummos ſibi ſua die redditos fuiſſe*, & ibi Caſtrenſis notat *n.6. & 7.* idem Plot. *eod. tract.* §.27. *num.*2. & Anton. Fab. *def.*2. *n.*16. *C. de in lit. iuran. & in notis def.* 3. *eod. tit. in fin.* vbi ait quicquid poteſt venire in condemnationem eius quod intereſt, venire etiam in iuſiurandum in litem, eiuſque hanc vim præcipuam eſſe, vt releuet ab onere probandi, vt & aliud iuſiurandum quodlibet *l.eum qui* 30. *ff. de iureiur.*

24 Porro quæ de ciuili petitione hæreditatis dicta ſunt, eadem obtinent in fideicommiſſaria hæreditatis petitione. Etenim hæc actio eadem recipit, quæ hæreditatis petitio ciuilis, vt Paulus ait *in l.* 2. *ff. hoc tit. de fideicomm. hæred. pet.* nam & ij, quibus ex ſenatuſconſulto Trebelliano hæreditas reſtituta eſt, loco hæredum habentur *l. ſi necem*, §. *vlt. de bon. libert. l. filiuſfam. ad l. falcid. l. poſtulante* §.*pen.& l. ſeruo inuito, ad S. C. Trebell.*& notat Cuiac. *ad d.l.*2. *ff. hoc tit. de fideicomm. hæred. pet.* & proinde vt is, cui directè obuenit hæreditas, agere poteſt, aduerſus eum, qui pro hærede res hæreditarias poſſidet, vt quicquid ex hæreditate ad eum peruenit, reſtituat vt docet Peregrin. *de fideicomm. artic.* 45. *num.* 19. & ſi ei mora facta eſt, poteſt conſequi id quod intereſt, & hoc nomine iurare in litem, vt proxime dictum eſt, ita prorſus is, cui hæreditas ex Senatuſconſulto reſtituta eſt, vt conſtat ex *l. vltim.* §. *ſin autem hoc aliquis, in fin. C. de iur. delib.* Nam & hæc actio bonæ fidei eſt, cum nulla ratio diuerſum ſuadeat, vt dicit Oldendorp. *de action. claſſ.*5. *act.*7. *num.* 10. & Mynſinger. *ad d.* §. *actionum, num.*8. cur enim iniuſtus hæreditatis poſſeſſor melioris conditionis ſit, quod à fideicommiſſario conueniatur.

25 Idemque prorſus conſtituendum eſt in poſſeſſoria hæreditatis petitione, per quam ſcilicet tantundem conſequitur bonorum poſſeſſor, quantum ciuili petitione hæreditatis hæres conſequi poteſt *l. vlt. hoc tit. de poſſeſſ. hæred. petit.*& cum hæc actio ſit bonæ fidei, vt idem tradit Oldendorp. *ead. claſſ.* 5. *act.* 6. *n.* 10. & Mynſing. *loc. cit.* conſequens eſt bonorum poſſeſſorem aduerſus eum, qui bona defuncti iniuſte inuaſit, & retinet agere poſſe, vt illa reſtituat, & poſt moram ad id quod intereſt, quod probetur teſtibus, vel aliis probationum generibus, vel iuramento in litem, & in aliis iudiciis bonæ fidei receptum eſt, ex *d.l. nummis, & l. in actionibus, ff. de in lit. iuran.* quod à Ploto prætermiſſum eſt.

26 Quæ etiam ferè omnia porrigenda ſunt ad iudicium familiæ herciſcundæ, quod conſtat eſſe bonæ fidei ex §. *actionum. Inſtit. de act. & l.*9. *C. hoc tit. fam. herciſc.* quæ ait id ambiguum non eſſe, & inter alios tradit Vveſemb. *ad hunc tit. n.* 2. rectè ſubiiciens id ita conſtitutum, vt laxior ſit iudicis poteſtas in adiudicationibus, quæ in hoc iudicio interdum fieri ſolent, vt in *l.*12. §. *res quæ l.* 22. §. 1. *&* 3. *& l. Mæuius,* §. *arbiter. hoc tit.* & aliis locis.

27 Ex quo conſequens eſt, vt ſi forte vnus ex cohæredibus pecuniam communem ſubtraxerit, & in ſuos vſus conuerterit, vel retineat, poſt moram ad vſuras teneatur de iure ciuili, vt in reliquis bonæ fidei iudiciis conſtitutum eſt in *l.*1. *& l.*32. §. *in bonæ fidei, ff. de vſur.* Nam & cum vnus ex hæredibus debita defuncti, vel legata ſoluit, vel ſolus pignus luit, ne veniret, vel ſumptus bona fide in rem hæreditatis fecit, vſuras quoque conſequi poteſt ex die moræ ex reſcripto Seueri & Antonini, vt refert Vlpianus in *l.*18. §. *ſumptuum, ff. fam. herciſc.* quod tamen nunc iure canonico abolitum eſt, & tantum competit actio ad id quod intereſt, vt dicam *num.* 32.

28 Sane vno caſu vſuras in hoc iudicio admittendas eſſe puto, cum ſcilicet arbiter familiæ herciſcundæ prædium aliquod fructiferum alteri ex cohæredibus totum adiudicat, quod forraſſis commodam non patiatur diuiſionem, eumque in aliquam ſummam damnat, quo æqualitas inter hæredes ſeruatur, quod iudex facere poteſt, vt conſtat ex *d. l. Mæuius,* §.2. *ff. fam. herciſc. l. vlt.* §. *pen. C. de iur. domin. impetr. & l. ad officium* 3. *C. comm. diuid. &* §. *ſi familia, &* §. *ſi finium. Inſtit. de offic. iudic.*& ex Oliban. *d. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 19. Etenim hoc caſu ſi is, cui totus fundus adiudicatus eſt, ſummam illam non ſoluit, eius vſuras præſtare cogendus eſt pro ratione fructuum, quos ex portione cohæredis percepit *l. curabit, C. de act. empt. & l.*11. §. *ex vendito, ff. eod.* Quod probatur etiam ex *l. filius,*5. §. *filia, ff. de collat. dot.* quæ ait filiam, quæ partis ſuæ fructus percipit, dotis ab ea conferendæ vſuras quoque præſtare debere arbitrio boni viri, quia vt ibi notat Cuiac. ad Papin. ratio fructuum percipiendorum exigit, vt viciſſim præſtentur vſuræ, idque arbitrio boni viri maxime congruere, & hunc locum ſingularem eſſe.

Et puto etiam hoc caſu licitum eſſe inter cohæredes paciſci, vt dum ſumma illa non ſoluitur, is cui totus fundus adiudicatus eſt, certam annuam quantitatem præſtet, quæ non excedat rationem fructuum. Nam & inter emptorem, & venditorem hæc conuentio recepta eſt, ita enim docent Couarr. *variar. reſolut. lib.* 3. *c.*4. *n.* 5. Vrrill. ad Afflict. *dec.*20. *num.* 6. Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.*4. *tit.*24. *n.*15. & alij plurimi, quos recenſui *quæſt.*27. *n.*3. vbi rem hanc latius executus ſum, quibus cõſentiunt Purpur. *in l. rogaſti,* §. *ſi tibi, n.*54. *ff. ſi cert. pet.* & alij apud Caroc. *tit. de natur. locat. quæſt.* 2. *n.*3. & Rot. inter nouiſſimas omnium impreſſ. Venet. coram Durano *dec.* 13. *num.* 14. & nouiſſimè Raph. de Turr. in notis *dec.*25. poſt illius tractatum *de camb.* vbi ait hoc in iure nullam recipere dubitationem. † Conſtat verò diuiſionem prædiorum vicem emptionis obtinere ex *l.* 1. *C. comm. vtriuſque iudic.* ideoque in hoc genere alterum alteri pro parte euictionem præſtare *l.*14. *C famil. herciſc. l.*66. *in fin. ff. de euict. l. ſi fratres, Cod. comm. vtriuſque iudic.* & tractat Gomez, *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 33. Felic. *in lib. de ſociet. cap.*40. *num.* 30. & Mangilius *in tractat. de euict. quæſt.* 114. *num.* 1. *&* 2. 29 30

† Atqui receptum eſt æquitatem *l. curabit*, non tantum in emptionibus, & venditionibus, ſed etiam in aliis contractibus correſpectiuis omnibus admittendam eſſe, in quibus interuenit perceptio fructuum, vel alterius vtilitatis, ita enim ſentiunt Caſtrenſ. *in l. de diuiſione.* Corn. *in conſ.* 145. *num.* 4. Pariſ. *in conſ.*75. *num.* 17. *lib.*4. Cagnol. *in d. l. curabit, n.* 36. Anton. Gabriel. *lib.* 2. *tit. de emption. & vendition. concl.* 4. *num.* 14. & cenſuit Rota poſt Cenc. & Duard. *dec.*124. *n.* 4. Quamobrem cum is, cui fundus à iudice, vel à cohærede adiudicatus eſt, fructus percipiat, æquiſſimum eſt illum præſtare vſuras eius ſummæ, quæ debetur cohæredi, qui fructus ex ſua parte fundi percipere potuiſſet ſecundum ea, quæ tota illa *quæſt.* 27. tractata ſunt. 31

Sed licet cohæres ex eo tantum, quod pecuniam communem retinet, vel in ſuos vſus conuertit, hodie non præſtet vſuras vt dictum eſt, tenetur tamen ad id quod alterius cohæredis, & ſocij intereſt. Hoc enim venit ex natura, & poteſtate actionis bonæ fidei *d. l.* 7. *ff. de eo quod cert. loc.* & hodie in omnibus contractibus & actionibus locum habet, vt conſtat ex *d. l. vn. Cod. de ſent. quæ pro eo*, & tradit Caſtrenſ. *in d. l. nummis*, *num.* 6. *ff. de in lit. iuran. & in l.* 3. §. *nunc de officio, num.*3. *ff. de eo quod cert. loc.* Rebuff. *in d. l. vn. num.* 581. & Fernaud. Vaſq. *controuerſ. lib.*6. *cap.*60. *num.*23. vbi ait neminem contradicere, quod tamen probetur legitimis modis, vt docet Caſtrenſ. *iiſd. loc.* † vel cum iudicium ſit bonæ fidei, iuramento in litem cohæredum, vel aliorum habentium rem communem *d.l. in actionibus*, *ff. de in lit. iur.* & tradit Plot. *d. lib. de in lit. iuran.* §.15. *num.*1. & Montan ad Oliban. *in addit. d. cap.* 38. *num.*6. Felic. *de ſociet. cap.*22. *num.*18. *&* 19. 32 33

Imo licet iam facta ſit inter cohæredes, vel habentibus hæreditatem, vel aliam rem communem diuiſio etiam interpoſita, vt ſolet, hinc inde liberatione, ſed poſtea detegatur vnum ex hæredibus pecuniam communem ſubtraxiſſe, cuius in diuiſione nulla eſt facta mentio, vt adhuc aliis cohæredibus, & ſociis de pecunia ſubrepta actio competit *l. tres fratres,*35. *ff. de pact. l.*3. *&* 10. *C. famil. herciſc. l. vlt.* §. *idem de condict. indeb.* ita ob fraudem ab eo commiſſam diuiſione, & liberatione non obſtante poterit ab aliis cohæredibus, & ſociis iurari in litem pro eo quod intereſt pecunias, vel res alias clam interceptas fuiſſe, vt reſpondit Anchar. *in conſ.* 286. *num.* 2. Natt. *conſ.* 501. *num.* 70. & docet idem Plot. *loc. cit.* & alij quidem apud Ioſeph. Ludouic. *titul. de in lit. iuran. concl.* 1. *verſ. decimo ampliatur.* † Nam & is qui per fallaciam, & celandi animo rem communem contrectat, furti etiam conueniri poteſt *lib.* 45. *&* 51. *in princ. ff. pro ſoc. l. ſi* 34 35

ſocius.45. *ff. de furt.* quæ ait hoc caſu indubitatè furti actionem competere, conſtat autem aduerſus furem in litem iurari *ex l. 9. ff. de in lit. iuran. & l. 8. in fin. ff. rer. amotar.* & tradit Farin. *de furt. quæſt.* 176. *num.* 19 & 21. vbi alios plures citat, quibus addo Anton. Fab. *de error. pragmatic. decad.* 17. *cap.* 5. *num.* 3. & Cuiac. *in l.* 64. *ff. de iudic.* qui tamen duo diſſentiunt an iuretur in condictione furtiua, an in actione furti, quod nunc non attingo.

36 Denique ea quæ dicimus, aptanda ſunt fere omnia iudicio communi diuidundo. Nam & hoc iudicium bonæ fidei eſt *l.* 4 §. 2. & *l.* 14. §. 1. *ff. commun. diuid.* §. *actionum. Inſtit. de act.* & eadem fere recipit, quæ actio familiæ herciſcundæ, vt ait Vlpianus *in l.* 6. §. *cætera. hoc tit.* & Paulus *in l.* 19. *in fin.* Petr. Gregor. Syntagm. *lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 3. & proinde etiam in hoc iudicio ratione doli iuratur in litem de eo quod intereſt *d. l. in actionibus. & l.* 3. §. *in hac. ff. commod.* & in ſpecie tradunt Plot. & Montan. *loc. cit.* quod etiam in nummis interceptis recipiendum eſt ex *d. l. nummis. de in lit. iur.* vt ſcilicet iurati poſſit, quanti ſua intereſt ſibi nummos aduerſarium intercepiſſe.

37 Illud vero ſciendum eſt in iis iudiciis familiæ herciſcundæ, & communi diuidundo non venire ea quæ fœnore, furto, aut ſacrilegio, aut alio ſcelere adquiſita ſunt *l.* 4. §. 2. *ff. famil. herciſc. l. cum duobus* 52. §. *ibidem. & l. quod ex furto.* 53. *ff. pro ſoc. l.* 7. §. *inter. prædon. ff. comm. diuid.* quia quod ſcelere quæſitum eſt, hæredi non relinquitur *l.* 4. & 12. *ad l. Corn. de falſ. l.* 5. *in princ. ff. de calumniat.* & notat in ſpecie idem Petr. Greg. *d. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 5. Ripa, Riminald. Caldas, & alij apud Aluar. Valaſc. *in prax. partit. & collat. cap.* 13 *in fin.*

38 Quæritur nunc, an in hæc iudicia veniant, quæ fœnore quæſita ſunt, & veteres exiſtimauerunt venire, quod harum rerum dominium in fœneratores tranſlatum ſit, & ita ſentiebat Ricardus Malumbra vetus interpres, quem refert, & ſequitur Baldus *in d. l.* 4. *num.* 3. *famil. herciſc.* Fulgoſ. *num.* 2. & Florian. *num.* 4. contrarium tamen puto verius, quia certum eſt ſcelere quæſita in hæc iudicia non venire, nec inter ſocios vel hæredes diuidenda eſſe *d. l.* 4. §. 2. *famil. herciſc.* Nam neque veniunt in actione pro ſocio *d. l. quod autem* 53. & *l.* 57. *ff. pro ſoc.* quæ ait generaliter rerum inhoneſtarum nullam eſſe ſocietatem. Conſtat autem vſuram furtum, & rapinam eſſe, & fœneratores pares furibus, imo vt ſentiebat Cato, illis deteriores eſſe, & ita tradit Ioann. Petr.

39 Ferrar. *in forma libell. in cauſa ſociet. in princ. num.* 4. & 5. † Vbi ait leges abhorrere, vt furto, aut alio ſcelere quæſita veniant in actione pro ſocio, vnde infert quæſita per vſurariam prauitatem non eſſe communicanda in ſocietate generali omnium bonorum, cum vſura ſit res turpiſſima, & omni iure prohibita, ſubiiciens Aſtenſes, & Placentinos contrarium ſeruare, cuius tamen rei fides apud auctorem ſit. Et fortaſſe vſura lues quædam eſt, quæ per omnes regiones graſſatur.

Neque mouere debet, quod Ricardus, & Baldus dicunt,

40 ideo hæc diuidenda eſſe, quod tranſlatum ſit dominium, † quia verius eſt rerum per vſuram, & vſurarios contractus acceptarum dominium in fœneratorem non transferri, non minus ac ſi furto, aut per vim vero domino ablatæ fuiſſent. Ita enim docuit D. Thomas, & Theologi fere omnes apud Salas *de vſur. dub.* 38. *num.* 3. quod etiam ab auctoribus iuris receptum eſt, vt Didac. Couarr. *variar. lib.* 3 *cap.* 3. *num.* 6. Menoch. *in conſ.* 300. *num.* 1. & Vgolin. *de vſur. cap.* 12. *in princ.* & tractatum eſt *quæſt.* 95. Quare iudex in his diuidendis ſe interponere non debet, ſed ſi extant, curare vt iis, quibus extorta ſunt, protinus reſtituantur: boni enim, & innocentis viri officio fungitur, vt Vlpianus ait *in d. l.* 4.

41 Denique huc valde pertinet, quod Odofredus ait in *h. l* 4. ſi pater in extremis confiteretur, quod quicquid habet, quæſiuit ex vſuris, vnde mandat illis reſtitui, quibus extorſit: & illis non apparentibus dari pauperibus, relinquens filiis ſolam benedictionem, quod filij non habebunt inter ſe iudicium familiæ herciſcundæ, nec bona iſta diuidere poterunt. Et Odofredi dictum refert, & ſequitur Florian. *eod. loc.* cui congruit *c. cum tu. de vſur.* in quo Eccleſiaſticis magiſtratibus, quorum præcipue hæc cura eſt, præcipitur, vt cogant fœneratores vſuras iis reſtituere quibus extortæ ſunt, vel eorum hæredibus, vel his non apparentibus pauperibus erogare.

Sane ſi non ipſæ res, & ipſa nummorum corpora extant, 42
ſed confuſa ſunt in hæreditate defuncti, & aliis eius bonis admixta, ita vt diſcerni non poſſint, neque defunctus aliud iubeat, exiſtimo inter cohæredes hæc iudicia deneganda non eſſe, vt innuit *d. l. quod autem.* 53. *in fin. ff. pro ſoc.* quæ ait *etiam furto quæſita ſi in medium collata ſunt, communia eſſe*, & notat *gloſ. in d. l.* 4. & Florian. *eod. loc.* vbi ait idem eſſe in hæredibus: & hoc caſu recipi poteſt Ricardi, & Baldi ſententia. Nam hoc caſu etiam in accipientem tranſit in dominium *l.* 38. *ff. de ſolut. l.* 13. *ff. de reb. credit.* vt etiam earum rerum, quæ ex vſuris comparatæ ſunt *l. qui vas.* §. *vlt. ff. de furt. l.* 6. *C. de rei vindic. l.* 20. §. 1. *de pet. hæredit.* Caniſ. *de vſur. cap.* 7. *num.* 14 & quiſque pro portione hæreditaria ad vſurarum reſtitutionem tenetur, vt ad cætera onera hæreditatis *l.* 6. *ff. ſi pars hæred. pet. l.* 2. & *vlt. C. de hær action. l.* 9. *ff. de condict. furti.* quæ à nobis alio loco tractanda ſunt. † Quibus conſequen- 43
ter ſi filius proprio nomine pecuniam patris fœnerauit, lucrum illud non quærit patri: nec filius illud conferre tenetur, ſed illis reſtituere, quibus extorſit, Bart. *in l. cum oportet. n.* 3. *C. de bon. quæ lib.* Aſcan. Clem. *de patr. pot. c.* 2. *n.* 16. Valaſc. *loc. cit. n.* 189. & alij apud Mangill. *de imput. q.* 35 *n.* 5. & 17. vbi ait vſurarum dominium veluti contra legem exactarum in parentem non transferri. Illis tamen collatis vel confuſis recurrunt ea, quæ proxime dicta ſunt.

QVÆSTIO XXXVI.

De vſuris, quæ veniunt in actione locati, conducti, vel non.

SVMMARIA.

1. *Locatio, & conductio eſt contractus bonæ fidei.*
2. *Mercedis ſua die non ſolutæ debentur vſuræ ex iure ciuili.*
3. *Cuiacij diſtinctio exiſtimantis in iudicio locati venire vſuras in actione ex conducto non venire.*
4. *Quæ auctori non placet.*
5. *Vſuræ in actione locati, & conducti hodie prohibitæ.*
6. *Si merces, & penſio ſuo die non ſoluatur, conductor tenetur ad id quod locatoris intereſt.*
7. *Si conductor rem locatam non reſtituit, aduerſus eum in litem iuratur.*
8. *Vt etiam aduerſus colonum, & operarium, qui conductum opus non facit.*
9. *Regula non conſtituitur de re cuius contrarium frequentius eſt.*
10. *Locator ſi conductorem re frui non patiatur, tenetur ad id quod intereſt.*
11. *Locator ſi expellat inquilinum, quod indigeat ædibus, detecta fraude præſtat id quod intereſt.*
12. *Et aduerſus eum iuratur in litem.*
13. *Locatori defertur iuſiurandum in litem pro eo quod intereſt, ſi penſio ſua die non ſoluitur.*
14. *Antonij Fabri improbabilis coniectura* ad l. nummis. de in lit. iuran.
15. *Venditor, qui rem non tradit, tenetur ad id quod intereſt.*
16. *Vt etiam ſi res euicta ſit.*
17. *Venditor non tenetur ad id quod emptoris intereſt rem fuiſſe euictam, ſi eo caſu ad pretium teneatur.*
18. *Venditor ſi rem non tradat, cum poteſt, aduerſus eum in litem iuratur.*
19. *Vel ſi dolo deſiit habere.*
Poſſidentis, & eius qui dolo deſiit poſſidere par conditio.
20. *Iuramento in litem locus non eſt, ſi contractus eſt vſurarius.*
21. *Iudicis in arbitrio eſt deferre iuſiurandum in litem, atque etiam non ſequi.*
22. *Venditor poteſt rem locare pro penſione certa, donec pretium ſoluatur.*
23. *Quæ penſio debetur etiam re perempta.*

Quod

Quod auctori non placet.
24. *Carocij lapſus.*
25. *Locans rem iuſto pretio aſtimatam ea lege, vt conductori pereat, quando admittat vſuram.*
26. *Emens boues à ruſtico ſciens non habere, eóſque ei locans vſuram committit.*
27. *Si tamen ruſticus eum deceperit dicens ſe boues habere, quaritur an re comperta locatio valeat.*
28. *Certum tamen eſt licitè eo pacto rem emi poſſe, vt ſtatim venditori pro certa penſione locari poſſit.*

DECREVERAM nihil hac de re dicere iam defeſſus labore, & curis, & contentus iis, quæ *quæſt.*8. de vſuris ſcripſeram, quæ ſub ſpecie locationis, & conductionis interdum agitantur. Sed mutato conſilio addere pauca quædam conſtitui, quo perfectius noſtrum hoc opus prodeat, & ne laborem ſubterfugiſſe videar.

1 Illud vero in primis obſeruandum eſt, quod apud omnes in confeſſo eſt locationem, & conductionem, vt quæ emptioni proxima eſt, & iiſdem regulis conſiſtit, vt ait *l.*2. *ff.locat.* contractum eſſe bonæ fidei, vt conſtat ex *§.actionum. Inſtitut. de action.& l.*2.9. *&* 17. *C.de loc.* & dicunt interpretes omnes, & Theoph. *in d. §.actionum.* VVeſembec. *ad hunc tit. num.* 14. Oldendrop. *claſſ.* 4. *act.*9. *num.*10. & Caroc. *in*
2 *tract. loc. & conduct. quæſt.*1. *num.*7. † Vnde veteribus Iureconſultis viſum eſt in hoc iudicio, vt in aliis actionibus bonæ fidei, vſuras ex mora admittendas eſſe, idque bonæ fidei congruere *l.*17. *§.ex locato. & §.fiſcus. ff.de vſur. & l.*2. *&* 17. *C.de loc.* quæ ait *ex locato & conducto actionem, cum ſit bona fidei, poſt moram vſuras legitimas admittere. & l.quæro.*54 *ff.eod. tit.* vbi Paulus ait æquum eſſe & ex bona fide fideiuſſorem conductoris, qui in omnem cauſam ſe obligauit, *ipſum quoque agnoſcere onus vſurarum.* & inter alios interpretes ita notant Salic. *in d. l.*2. *&* 17. *C.de loc.* VVeſembec. *loc. cit.* Oldendorp. *d.act.*9. *§.quid veniat.* & doctiſſimus Cuiac. *ad hunc*
3 *tit. C. de loc. verſic. ſecundo hoc titulo proponitur.* † Vbi quod valde notandum videtur, diſtinguit inter actionem ex locato, quæ datur locatori, & actionem ex conducto, quæ competit conductori, vt ſi faber domum extruendam ſuſceperit pro mercede certa, qui conductor, & redemptor operis dicitur *vt in l.*22. *§ cum inſulam. & l.*51. *§.*1. *ff.loc.* Nam licet in vtraque actione petatur merces, tamen in actionem ex locato venire vſuras ex mora, in actionem ex conducto
4 venire id quod intereſt, non vſuras. † Quod ego probare non auſim. Nam cum iudicium ſiue ex locato ſiue ex conducto agatur, ſit bonæ fidei, vt conſtat *loc. cit.* & ex M. Tullio *lib.*3. *de offic.* qui Quinti Scæuolæ Pontificis auctoritate vtitur, & in vtroque merces petatur, conſequens eſt poſt moram iure ciuili in vtraque actione vſuras admittendas eſſe *l.*32. *§.*2. *de vſur.* vbi Marcianus pro regula conſtituit in bonæ fidei actionibus vſuras ex mora deberi. Deinde vt in emptione, & venditione vſuræ debentur, ſiue ex vendito agatur ad pretium, quod certiſſimum eſt ex *l.*2. *C.de vſur. l. Iulianus.*13. *§ ex vendito. ff.de act.empt. & l.vlt. ff.de peric. & commod. rei vend.* ſiue ex empto pretium repetatur, vt conſtat ex *l.*47. *ff.eod. tit. de act. empt.* quæ ait in actione quoque ex empto officio iudicis poſt moram intercedentem vſurarum pretij rationem haberi oportere. Ita prorſus ſiue ex locato, ſiue ex conducto merces petatur, vſuras admittendas eſſe poſt moram, ſiquidem locatio, & conductio proxima emptioni, & venditioni eſt, & iiſdem regulis conſiſtit, vt dixi ex *l.*2 *ff.loc.* Denique hæc Cuiacij diſtinctio manifeſte refelli videtur *ex d.l.*2. *&* 17. *C. de loc.* quibus in locis in hoc iudicio etiam cum ex conducto agitur, vſuras deberi nominatim definitum eſt, vnde coniicere non poſſum, vnde vir doctiſſimus diſtinguendi rationem deduxerit, vel locus mendoſus eſt. Statuamus igitur in hoc iudicium ſiue ex locato, ſiue ex conducto agatur, cum vtroque caſu ſit bonæ fidei, vſuras poſt moram præſtandas eſſe.

5 Sed hoc iure ciuili conſtitutum eſt, quo vſuræ receptæ ſunt in actionibus bonæ fidei, quod ius hodie abolitum eſt, & abrogatæ ſunt *d. l.*2. *&* 17. *C. de loc.* & alia iura, quibus cautum eſt ex mora ob penſionem, & mercedem non ſolutam vſuras deberi: & proinde quod olim fiſco licuit à ſuis conductoribus, qui tardius penſiones inferebant, vſuras exigere, vt conſtat ex *d.l.*17. *§.fiſcus.ff.de vſur.* hodie non licet Neque enim hodie fas eſt fiſco fœnerare pecuniam, vt dixi *quæſt.*22. *num.*21. nec habetur ratio eius moræ, & tardioris ſolutionis, quæ nihil nocuit creditori, vt multis locis dictum eſt.

Cæterum licet hodie vſuræ penſionum tardius illatarum 6
non admittantur, ſi tamen merces, vel penſio ſuo die non ſoluatur, eius quod intereſt, rationem haberi oportere certum eſt ex *l.*1. *C.de ſent. quæ pro eo quod inter.* quæ in omnibus contractibus locum habet, ſiue creditor damnum paſſus ſit, ſiue lucrum amiſerit aduerſarij culpa. Quod etiam indicat *l.*3. *ff.de in lit.iuran.& l.*3. *§.nunc, de officio. ff.de eo quod cert. loc. & in ſpecie. l.*55. *§ vlt. ff.loc.* & aliis auctoribus citatis tradit Hieron. Magon. *dec. Florent.* 72. *num.* 6. *&* 7. & Ioann. Sichard. *in l.*2. *num.*5. *C.de vſur.* & nouiſſime Fontan. *in dec.*538. *num.*16. quod multo magis admittendum eſt, quando in ſcriptura locationis conductor pollicitus eſt ſua die penſionem ſoluere ſub refectione damni, & eius quod intereſt, vt ex Baldo, Socino, & aliis tradit Caroc. *in tract. de locat. tit. de natur. locat. quæſt.*1. *num.*1. *&* 2.

Sed hic opportune quæro, an ob mercedem ſua die non 7
ſolutam iudex iuſiurandum in litem deferre poſſit de eo quod intereſt. Et ſane conſtat in hoc iudicio, cum ſit bonæ fidei in litem iurari, veluti ſi conductor rem locatam non reſtituit *l.*18. *in fin. ff.loc.& arg. l.*1. *§.ſi rem. ff.depoſ.* Phanuc. *de in iureiur. in lit. cap.*3. *num.*29. Plot. *eod. tractat.* § 4. *n.*84. Menoch. *de arbitrar. caſ.*207. *num.*22. Magon. *dec. Lucenſ.*11. *num.*23. & aliis citatis Caroc. *de locat. & conduct. tit. de vſur. quæſt.*17. *n.*7. eo enim ipſo, quod rem locatam non reſtituit, dolo facere videtur *d.l.*11. *§.eſt autem. & §.vlt. ff.depoſ.* propter quem in litem iuratur *l. in actionibus.* §.3. *ff.de in lit.iuran. l.*2. *C.eod. & l.*64. *ff.de iudic.*

Pari ratione aduerſus eum, qui operas ſuas locauit ad co- 8
lendum agrum, vel aliud opus faciendum, ſi dolo malo id perſequi negligat, in litem iuratur pro eo quod intereſt, vt in aliis actionibus bonæ fidei *d.l. in actionibus. de in lit.iuran.* & ita reſpondit Alex. *in conſ.*214. *lib.*7. & docent Plot. *in d.* §.4. *num.*80. Maſcard. *de probation. concluſ.*932. *num.*1. quia vt huic remedio in iudiciis bonæ fidei locus ſit, ſufficit fidem frangere, & vt agatur de fide rupta *l.*5. *in princ. ff.depoſ.* Et licet contrarium contendat Phanuc. *loc. cit. num.*35. vbi poſt multa concludit in ſpecie, de qua reſpondit Alex. *in d.conſ.* 214. ob non præſtitas operas non debere deferri iuramentum in litem, nimirum quia non ſufficiat iudicium eſſe bonæ fidei, ſed neceſſe ſit, vt agatur ad rem propriam reſtituendam, veluti ſi res depoſita, vel commodata non reddatur. † Repugnat tamen *d.l. in actionibus.* quæ ſimpliciter ait, & 9
pro regula conſtituit, eſt enim excerpta ex *lib.*4. regularum Marciani, vt eius inſcriptio probat, *in bona fidei iudiciis in litem iurari*, quæ proinde eas reſtrictiones non patitur, quas poſt Duarenum, & alios Phanucius comminiſcitur, quibus admiſſis contraria regula potius conſtituenda eſſet in bonæ fidei iudiciis in litem non iurari, hac exceptione, niſi cum in his iudiciis res propria petitur, quod abſurdum eſt, frequentius enim in iudiciis bonæ fidei præſtationes perſonales, & facta, & promiſſa deducuntur, vt in actione empti, & venditi, in actione mandati, negotiorum geſtorum, pro ſocio, tutelæ, & aliis ſimilibus, ideoque ridiculus videretur Iuriſconſultus, qui pro regula id poſuiſſet, quod perrarò euenit, & cuius contrarium frequentius vſu receptum eſſet. Quamobrem cum regula ſit in actionibus bonæ fidei ob dolum iurari in litem, & in ſpecie Alexandri contractus ſit bonæ fidei, in quo redemptor operis fidem ruperat, ex qua cauſa iuratur in litem *d. l.*5. *ff depoſ.* dicendum eſt aduerſus illum iuramentum in litem deferri potuiſſe, vt docent Alex. & Plot. *loc. cit.*

Ex contrario ſi facto locatoris, vel eius quem locator 10
prohibere poterat, conductori re locata frui non licuit, locator ei præſtare cogitur, quanti eius intereſſuit, frui, in quo etiam lucrum continetur, quod facere potuiſſet *l.ſi vno* 16. *§.plane. l.ſi in lege.*24. *§.colonus. & l.ſi fundus.*33. *ff.loc.* Roman. *in conſ.*178. *n.*1. & eleganter Cuiac. *in d.l.ſi fundus.* ad Africani;

Menoch. *in conſ.55. num.14.* & Gomez. *variar.reſol.lib.2.c.3. num.11. in fin.* ita tamen, vt duplum mercedis non excedat,
11 vt vnus notat Cuiac. *loc.cit.* † Vt etiamſi locator ſub prætexto, quod domus quam locauerat, ſuis vſibus neceſſaria eſſet, inquilinum expulerit, ſi deinde eius dolus, & malitia detegatur, veluti ſi eam ſtatim alteri locauerit, vel ſi qua alia ratione appareat, inquilinum fraude expulſum fuiſſe, tenetur locator ad id omne, quod conductoris intereſt, vt docent Bald. *in l.æde.num.22.C.de loc.* Natta *in conſ.25. num.6.* Bellon. *de poteſtat.eor.quæ incontin. fiunt.cap.181. num.6. lib.1.* & Chriſtophor. Mari.Medic. *inter dec.Seneaſ. exam.18.num.22.* quod etiam ſcripſit Catoc. *tit. de neceſſ.vſus.quæſt.2. num.31. & 34.* vbi recte monet non eſſe hac in re ſimplici aſſertioni locatoris credendum in perniciem conductoris, qui cogitur quandoque cum magno diſpendio diſcedere. Quod ſi ab omni contractu fraus, & mendacium auferendum eſt, vt docet Cicero *lib.3. de offic.* molto magis ab eis, qui bonæ fidei ſont, abeſſe debet, in quibus alterum alteri, quod æquum, & bonum eſt præſtare oportet, vt inquit Caius *in l.ex maleficio.§.1. ff.de act. & obligat.* & vt loquitur Cicero *eod. loc. vt inter bonos bene agier.* Merito igitur conſtitutum eſt coërcendam eſſe malitiam, & fraudem locatoris, vt conductorem ex hac cauſa indemnem præſtet, & ſoluat id quod eius intereſt, vt etiamſi prædium vendat, neque excipiat, vt conductori frui, vel habitare liceat. Nam ſi ab emptore, vel alio ſingulari ſucceſſore expellatur, poteſt agere eum locatore, vel hærede eius ad id quod intereſt. *l.25. §.qui fundum, & l.32. ff.loc* Gomez. *variar.lib.1.cap.3. num 9.* Cuiac. *ad tit. C. de locat. & cond. verſ. quæritur an emptor.* & Emin. Mantic. *de tacit.& ambig.conuent. lib.5. tit.10. num.12.*

12 † Et puto etiam in hoc negotio conductori iuramentum in litem deferri poſſe, quicquid Duarenus *in d.l. in actionibus.* & Phanus. *loc.cit.* contendant & poſt illos Anton. Faber *de error. pragmatic.decad.17. cap.9* Nam, vt huic iuriiurando locus eſſe poſſit, duo neceſſaria ſunt, vt contractus ſit bonæ fidei, & vt dolus, & violatio fidei intercedat *d.l. in actionibus. & l.5. ff.depoſ. in princ* vnde cum hoc negotium ſit bonæ fidei, vt dictum eſt, & fraus locatoris intercedat, ſiquidem dolus eſt non pati conductorem re conducta frui *l.16.in fin. de præſcript. verb.* conſequens eſt hic iuramento in litem locum eſſe, vt ſenſit apertiſſime Plot. *in d.§.4.num.80. in fin.* & Barthol. Scapuec. *de ſingul.ſucceſſ.limit.vlt.n.6.*

13 Sed ſi quærimus, an locatori, cui penſio ſuo die ſoluta non eſt, poſſit iuſiurandum in litem deferri, pro eo quod intereſt, quæ quæſtio à nobis *num. 7.* propoſita eſt, & nedum definita, dicam iuriiurando locum eſſe, niſi aliqua ratione conductor excuſari poſſit, quod ſua die non ſoluerit: id enim probat manifeſte *d.l. nummis. 3. de in lit. iur.* ex qua conſtat ob nummos depoſitos die ſua non redditos locum eſſe iuriiurando in litem, de eo quod intereſt, moram factam eſſe, Nam & id aduerſus emptorem, qui rebus acceptis pretium non ſoluit, & venditorem decepit, admittendum eſt, vt in ſpecie tradit idem Plot. *loc.cit.num.79.* & cum de dotis repetitione agitur idem Plot. *eod.tractat. § 11. n.26.* Gratian. *diſcept. cap.143. num.24.* & in omnibus iudiciis bonæ fidei, non tantum cum res propriæ repetuntur, ſed etiam cum nummi debentur, docent Accurſius, Bald. Angel. Caſtrenſis, & alij interpretes *in d.l.nummis. & l. in actionibus. de in lit. iuran.* & Trentacinq. *variar. reſolut.lib.1.tit. de intereſſ n.90.*

14 Et ſane ita clara ſunt Vlpiani verba *in h.l.nummis.* vt Antonius Faber *in d.cap.9.n.9.* vbi Accurſij, & veterum doctrinam refellere conatur, cum non aliter poſſit ſcopulum hunc euitare, cogatur dicere totum illum verſiculum. *Niſi forte de eo quis iuret quod ſua interfuit, nummos ſibi ſua die redditos eſſe. Quid enim ſi ſub pœna pecuniam debuit, aut ſub pignore?* quibus verbis apertiſſime probatur etiam pro nummis ſua die non redditis in litem iurari de eo quod intereſt, Triboniani non Vlpiani eſſe, quod etiam ſcripſerat *lib.16.coniecturar. cap.13.* In qua re non facile Fabro credendum puto rem hactenus inauditam ſine vllo certo auctore aſſerenti, & præſertim cum nulla nos neceſſitas cogat id dicere, & conſentiat *d. l. in actionibus.* quæ pro regula conſtituit in actionibus bonæ fidei in litem iurari, vt dictum eſt. Sed cum viro doctiſſimo mihi hac de re alio loco fortaſſe differendum eſt.

Sed quod proxime dictum eſt *num. 13.* aduerſus emptorem, qui moram facit in ſoluendo pretio in litem iurari, 15
multo certius recipiendum eſt aduerſus venditorem, qui recepto pretio rem venditam tradere recuſat. Nam certum eſt venditorem, qui recepto pretio rem non tradit, teneri ad id omne, quod emptoris intereſt rem habere, etiamſi pretium egrediatur, vt conſtat apertiſſime ex *l.1. in prin. ff.de act. empt.* cuius verba ſunt. *Si res vendita non tradatur in id quod intereſt agitur, id eſt quod rem habere intereſt emptoris hoc autem interdum pretium egreditur, ſi pluris intereſt, quam res valet, vel empta eſt*, vt conſtat etiam ex *l.21. §.idem ait ff.hoc tit. de act. empt. & l.4. C.eod.l.70. ff.de euict.* Harmenop. *lib.2.tit.3 §.ſi emptor.*
† Cuius rei etiam argumentum eſt, quod dicimus venditorem re euicta teneri ad id omne, quod emptoris intereſt 16
rem non euinci, vt definitum eſt *in l.Titius. 43. in fin. de act. empt. l.60. & 70. ff.de euict.* & tradit Mangil. *in lib. de euict. quæſt.1. num.12. & 16.* quo nomine etiam fructus rei continentur, quos ſcilicet emptor percipere potuiſſet *l.13. & 16. C.de act. empt.* Couarr. *lib.3. rep.4. num.7.* vt in cenſibus euictis tradunt Cardin. Seraph. *in dec.1114. num.1.* Beltramin. ad Ludouiſ. *in dec.564. num.5.* Rota poſt Cencium *in dec.63. n.2.* idem Cencius *in lib. de cenſib.quæſt.19. num.45 ſecundum nouiſſimam impreſſ. Taurinen.* † Niſi forte actum ſit, vt agro, 17
vel reditu euicto pretium reddatur. Tunc enim nulla fructuum, vel redituum ratio habenda eſt, nec etiamſi res plus valeat, quam numeratum ſit, ſed pretium tantum repeti poteſt, ex quo fructus non proueniunt, tametſi cum ita conuentum eſt, vt olim ſecuta euictione pretium, & vſuras quoque pretij præſtari definitum eſt in *l.euictis.ff.de vſur.* ita nunc venditorem ad id quod emptoris intereſt ratione lucri, vel damni teneri puto, dummodo emptor ex retentione pretij damnum paſſus ſit, vel lucrum amiſerit, etiamſi id excedat rationem fructuum, vt in reliquis cauſis *l.3.§.vlt. de eo quod cert.loc.l.2. C.de ſent.quæ pro eo, & d.l. nummis. de in lit. iuran.* Nec enim hoc caſu ratio fructuum haberi debet, cum pretium tantum ex conuentione repetatur, quod ſterile eſt, & fructus referre non poteſt, vt dictum eſt.

Proinde cum in actione empti veniat id quod intereſt, & 18
hoc iudicium ſit bonæ fidei *§.actionum. inſtit. de act. l.15.§.1. ff. de act. empt.* quod ius vetuſtiſſimum eſt Marco Tullio teſte *loc.cit.* ſi venditor rei tradendæ facultatem habet, & non tradit, poteſt emptor aduerſus eum iurare in litem, quanti eius intereſt, hic enim de fide rupta agitur *l.cum per eos. C.ſi quis alt.vel ſib.* & dolus eſt, ſi quis tradere nolit, quod promiſit, & poteſt tradere: & ita docent Bartol. *in d.l. in actionibus. num.5. ff.de in lit. iuran.* Caſtrenſ. Iaſ. Dec. & alij, quos refert, & ſequitur Plot. *in d.§.4. num.58.* vbi ait hanc communem eſſe ſententiam, quam nunc ſequor, & ſequitur Ioann. Petr. Ferrat. *in forma libelli action.real verbo. & in florenus.n.27.* Fabian. de Mont. *in lib. de empt. quæſt.6. num.38.* & Anton. de Amat. *reſol.34.num.11.* tametſi Alberico, Fulgoſio, Duareno, & alijs recentioribus aliud videatur, & Menoch. *in d.caſ.207.* hanc difficultatem non auſus ſit excutere, vt ait *num.28.*

Idemque eſt, ſi venditor dolo deſiit poſſidere, nam pro- 19
tinus condemnari debet in id quod emptoris intereſt *l. arbitrio. §.ſi tamen. ff.de dol.* cum parem eſſe conditionem oporteat eius, qui aliquid poſſidet, atque eius, qui dolo deſiit poſſidere. *l.parem. l.qui dolo. & l.ad ea. §.ſemper de reg.iur. & l.25. §.8 & 9. de pet.hered.* & proinde aduerſus eum in litem iurari poteſt, vt indicat. *l.ſi fundus.11. §.3. ff.de pignor. & l.41. in fin. ff de rei vendic.* & tradit idem Iaſon. *in d.l.in actionibus.num.37.* & Paulus Caſtrenſ. *num.5. & 6.* quos ſequitur Plot. *loc. cit. & § 14. num.1.* Menoch. *de arbitr.caſ.207.num.16. & 17.* ne ex dolo ſuo lucrum ſentiat, quod iura abhorrent *l.12. ff de dol.* & alijs locis. Quod etiam innuit *d.l.arbitrio*, vbi Paulus ait *protinus condemnari debere.* id eſt non expectatis probationibus quæ moram deſiderant, ſed iuramento in litem actoris: & ſanè nulla probabilis adferri poteſt ratio, quicquid Duarenus, & alij tenent, cur dolus, & procacia venditoris rem non tradentis, vel dolo habere deſinentis hac ratione coerceri non poſſit, ſi non aliud obſtet.

Hæc tamen multis modis reſtringenda ſunt. Nec enim 20
temere, & ſine delectu hoc iuſiurandum deferendum eſt,

vt

vt tractat Menoch. *in d. caſ.* 207. *&* 208. ſed quod huic noſtro tractatui valde congruit, eo potiſſimum caſu non obtinent, cum contractus emptionis in fraudem vſurarum celebratus eſt. Hoc enim caſu venditor, qui potius debitor dici deber, ex empto conueniri non poteſt, ideoque nec rem tradere tenetur, neque fructus rei: neque ſi eam tradere recuſat, vel poſſidere, ad id quod intereſt creditoris rem tradi tenetur, neque aduerſus eum ex hac cauſa in litem iurari poteſt, ſed pecuniam tantum reddere cogendus eſt, & ſi quid forte poſt motam creditoris interſit, deducto ſi quid nomine fructuum exactum eſt, vt in reliquis mutui dationibus, & contractibus vſurariis conſtitutum eſt *in cap. 1. de vſur. & c. illo vos. de pignor.* & recte docent Plot. *loc. cit. n.* 72. & alij apud Maſcard. *de probat. concluſ.* 935. *n.* 30.

21 Sane illud lectorem admonitum velim me in hoc genere ſolum iuſiurandum veritatis admittere, ideſt putare iudicem deferre poſſe actori iuſiurandum in litem, vt actor iuret, quanti eius vere intererſit ob dolum aduerſarij, non vero me eius adfectui, & auiditati indulgere, vt pluris iuret, quam reuera ſua interſit, ne dum fraudem, & dolum rei coercemus, occaſionem actori præbeamus fraudem, & dolum admittendi, & quod turpius eſt addito periurio. Quod ſenſiſſe etiam Iuriſconſultos veteres mihi perſuadeo, dum tradunt in arbitrio iudicis eſſe hoc iuſiurãdũ deferre, illique modũ ſtatuere, denique ex magna cauſa poſtquam præſtitum eſt, non ſequi, ſed vel prorſus abſoluere, vel minoris reum condemnare, vt Vlpianus ſcribit *in l. videamus. hoc tit. de in lit. iuran.* ex quo fit, vt valde eos errare putem, & abuti indulgentia legum, qui hac occaſione arrepta iurant vltra rei pretium, & vltra quam eorum vere intereſt.

22 Hic vero opportune quæritur, an liceat venditori, qui fide de pretio habita fundum tradidit, eum locare pro penſione certa, donec pretium ſoluatur. Et hanc locationem licitam eſſe, & ſine fœnore dixi *quæſt.* 17. *num.* 10. *ex l.* 20. *&* 21. *ff. loc. & ex l. ſerui emptor ff. de peric. & comm. rei. vend.* & ex Alexan. *in conſ.* 121. *num.* 1. *lib.* 5. quibus nunc addo Caſtrenſ. *in d. l.* 20. *in fin.* vbi notat penſionem hanc ſuccedere loco vſurarum pretij, vt enim licet paciſci, vt quouſque pretium ſoluatur, quatuor, vel quinque annua præſtentur pro centenis ſingulis vice fructuum, vt tractatum eſt *d. quæſt.* 17. ita prorſus fas eſt fundum eo vſque locare pro mercede certa, ne emptor eodem tempore re, & pretio fruatur, & venditor neque re, neque pretio, quod eſt iniquum *l. Iulianus. §. ex vendito. de act. empt.* Quod etiam ſentiunt Ruin. *in conſ.* 73. *num.* 3. *lib.* 2. Didac. Couarr. *variar. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. *verſ. nono.* & alij plures apud eund. Caroc. *d. tit. de natur. locat. quæſt.* 4. *num.* 3. *& tit. de vſur. quæſt.* 1. *num.* 3. quibus addo Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 24. *num.* 18. vbi ait hoc genus contractus ſine dubio iure permiſſum eſſe & Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 76.

23 Et quod magis eſt ita hoc conuentionis genus probatum eſt, vt etiam re perempta vel fructibus tempeſtate abſumptis emptor idemque conductor, teneatur præſtare penſionem, donec pretium ſoluerit, quia poſt emptionem periculum eſt emptoris, vt notat Caſtrenſ. & alij *in d. l.* 20. *ff. loc.* Mozzius *ad h. tit.* in verbo. *accidens alia. num.* 58 Ægid. Boſſ. *in tractat. rer. crimin. tit. de remiſſ. merced. num.* 102. vbi ait viſo hoc textu obſtupuiſſe, Corn *in l. ſi paſcenda. num* 29. *C. de pact.* Franciſc. de Cald. *lib. de empt. & vend. cap.* 23. *num.* 31. Roderic. *loc. cit.* Hodiern. ad Surd. *dec.* 157. *num* 13. & Caroc. *in d. tit. de vſur. quæſt.* 1. *num.* 7. vbi ſcribit hoc dictum eſſe admirabile, quod tamen mihi durum eſſe videtur. Nam cum hæc penſio ſuccedat loco vſurarum pretij, vt hic Bart. Fulgoſius, & Caſtrenſis notant, quæ ideo receptæ ſunt, quia vicem fructuum obtinent, & præſtantur ratione fructuum: ſane re perempta, vel ſterili reddita, conſequens eſt penſionem hanc ceſſare debere: vt enim iniquum eſt vſuras ab eo percipere, qui fructus non percepiſſet *l.* 16. *in fin. ff. de vſur.* ita prorſus iniquum eſt ab eo penſionem exigere, qui fructus non percipit, nec percipere poteſt. Itaque leges illæ accipiendæ ſunt in terminis iuris ciuilis, quo vſuræ pretij debentur ex mora *l.* 2. *C. de vſur. & l. vlt. ff. de peric. & comm. rei vendit.* & in aliis iudiciis bonæ fidei, vt dixi centies ex *l. quæro. ff. loc. l. Lucius. ff. depoſ. l.* 32. *§. bonæ fidei. ff. de vſur.* & alias. Vnde non puto, tametſi huius rei auctorem non habeam, ſimpliciter retinendas eſſe, ſed eo tantum caſu, quo emptor, idemque conductor fructus percipere potuit.

Quærit vero Caroc. *d. tit. de natur. locat. quæſt.* 2. an locator 24
poſſit cum conductore paciſci, vt dum non ſoluitur penſio aliquid annuum conductor præſtare teneatur. Nam & inter emptorem, & venditorem paciſci licet, vt donec pretium ſoluatur, emptor aliquid præſtet loco fructuum, vt diximus multis locis, & præſertim *d. quæſt.* 17 & putat id non eſſe illicitum, quia inquit, conductor non debet habere rem, & pretium, ſeu penſionem: neque huiuſmodi intereſſe in penſionem computari ex Caſtrenſi *in d. l. ſicut.* 20. *in fin.* ex quo *num.* 5. infert conſtitutionem *d. l. curabit.* etiam in contractu locationis, & conductionis locum habere idemque aſſerit *quæſt.* 3. *num.* 1. ſed puto Carocium hac in re lapſum eſſe. Aliud enim eſt venditorem cum emptore paciſci, vt quouſque pretium exſoluerit, penſionem, vel vſuras pretij præſtet vice fructuum, & pro modo, & ratione fructuum, vel vt emptor fundum conductum habeat pro penſione certa, donec pretium ſoluat, quod licitum eſſe docent Caſtrenſ. *in d. l. Iulianus. §. ex vendito.* Couarr. *in d. cap.* 4. *num.* 6. & alij auctores à Carocio citati, & nos diximus *d. q.* 27. Aliud vero eſt locatorem cum conductore paciſci, vt dum non ſoluitur penſio, aliquid locatori præſtetur, hoc enim licitum eſſe nemo hactenus dixit, vt vni Carocio incaute excidit. Nam cum penſio præſtetur in vicem fructuum, & ratione fructuum, vt Antonius Faber ait quodam loco, cuius nunc non memini, ſi vltra penſionem aliquid certum, vel incertum ſtipulari fas eſſet, locator eiuſdem rei duplicem compenſationem exigeret, quod non licet *l.* 51. *in fin. de re iudic. l.* 57. *de reg. iur.* & commodum commodi perciperet, quod etiam ab æquitate alienum eſſe conſtat ex *l.* 1. *§. ſi indemnitas. de admin. rer. ad ciuit. pert.* quare verum quidem eſt penſionem non minuere pretium, vt Caſtrenſis docet *in d. l. ſicut. §. vlt.* falſum vero eſt, ſi vltra penſionem aliquid aliud locator capiat, vt excidit Carocio, & proinde dicendum eſt huiuſmodi intereſſe in penſionem computari: id enim æquitatis *l. curabit.* & iuſtitiæ fines egreditur. Quæ adeo perſpicua ſunt vt putem non aliud ſenſiſſe Carocium, ſed ſe explicare neſciuiſſe, vt in multis aliis quæſtionibus, quas mouet in ſuo libro *de locat.* in quo multa ſine delectu, & ordine ſcripſiſſe, eius pace dixerim, negari non poteſt. Sane ſi conuenerit, vt ſi ſua die conductor penſionem non ſoluerit, teneatur ad id quod intereſt, etiamſi de certa ſumma conuentum ſit, non puto id illicitum eſſe, dummodo vere locatoris tantundem interſit, ſibi pecuniam eo die reddi. Nam & id in mutuo licitum eſſe receptum eſt, vt dixi *quæſt.* 72. ſed hæc res
nihil pertinet ad materiam *l. curabit.* † Qua ratione vero 25
ſub ſpecie locationis, & conductionis vſura committatur, tractatum eſt, mediocri diligentia in *d. quæſt.* 7. *num.* 21. & diligentius tractat Caroc. *loc. cit.* Roderic. *lib.* 2. *quæſt.* 3. & Vgolin. *in lib. de vſur. cap.* 54. vbi docet *num.* 1. *&* 2. conducentem operas alicuius minus iuſto pretio ob anticipatam ſolutionem, vel locantem pluris ob dilatam mercedis ſolutionem fœnus admittere, *& num.* 3. illum qui rem ſuam iuſto pretio æſtimatam veluti equum, vel bouem ad certum tempus alicui locat ea lege, vt re illa quandocunque pereunte pretium cum lucro conſequatur, vſurarium eſſe, quod etiam docuit Bart. *in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commod.* Caroc. *loc. cit. quæſt.* 9. & Roderic. *d. quæſt.* 3. *num.* 64. ſubiiciens id pro ruſticis notandum eſſe, qui ſæpe à ciuibus, qui aſtutiores ſunt, & ruſticorum neceſſitatibus abuti ſolent, huiuſmodi contractibus illaqueantur, excipit tamen Vgolinus, niſi iuſtum periculi pretium præſtetur, quod veriſſimum eſt, tunc enim æqua eſt vtriuſque conditio, & ita docet Molin. *diſp.* 417. *n.* 15. vbi concludit licitum eſſe locare centum oues pro certa mercede, & ea lege, vt conductori pereant, modo fructus qui ex eis ſperantur penſioni, & ſuſceptioni periculi probabiliter reſpondeant, tametſi conſultius ſit ab iis pactis abſtinere, & naturam locationis ſeruare, & ſequi, quæ eſt, vt periculum ſit domini, non conductoris, niſi culpa conductoris damnum ſequatur *l.* 13. *§. ſi quis ſeruum. ff. loc.*

Sanè illud inter omnes conſtat vſurarium, & deteſtabile 26
eſſe illud commercij genus, in quo quis à ruſtico oues, vel

boues

boues emit, eoſque ſtatim eidem locat pro mercede certa, ſciens venditorem illos non habere, quia cum hæc emptio, & locatio imaginaria ſit, nulla ſcilicet re interueniente *l. nec emptio. & l. domum. de contr. empt.* pro non facta haberi debet *l. nuda. ff. eod.* vnde fit vt hic mutuum ex numeratione dumtaxat contrahatur, & conſequenter penſionē hanc fœnus eſſe, & turpe lucrum fœnoris, vt docent Nauarr. *in ſumm. cap. 17. n. 229. & in comm. de vſur. n. 79.* Tolet. *lib. 5. cap. 31. num. 3.* Molin. *diſp. 372. num. 3.* Vgolin. *de vſur. cap. 38. num. 2.* & aliis Theologis relatis P. Fagnod. *de iuſt. & iur. lib. 5. cap. 34. num. 6. & 9.* Scacc. *de commerc. §. 6. gloſ. 1. num. 3.* & Martius Medic. *inter ſuas dec. Senenſ. exam. 18. num 46.* & nouiſſime D. Raph. de Turri *de camb. diſp. 3. quæſt. 14. num. 34.*

27 Sed ſi emptor bona fide contraxit, vt ſi ruſticus eum decepit, aſſerens ſe boues vel oues habere, vel ſuppoſuis alienas, an veritate comperta poſſit in locatione perſeuerare, & penſionem percipere, & perceptas retinere, non vna omnium eſt ſententia, vt videre eſt apud Fagund *loc. cit. num. 11. & 12.* ego breuiter ſentio emptorem se comperta non poſſe in locatione perſeuerare, quia locatio nulla eſt non interueniente re, cuius vſuris locari poſſit, vt tradit idem D. de Turr. *loc. cit.* iam enim dolo faceret ominrom dulcedine vſurarum *l. 2. §. circa primam. ff. de dol. mal. except.* vel dulcedine pecuniæ, vt loquitur quidam inter epiſt. Cicer. *lib. 11.* poſſe tamen agere ad reſtitutionem pretij, & id quod intereſt *l. 1. ff. de act. empt. & l. 8. & 9. de hered. vel act. vend.* vt etiam teneretur, cum alienos boues ſuppoſuit, iique euicti fuerunt *l. 8. ff. de emct.* & hoc intereſſe intrinſecum eſſe, & proinde venire id omne quod emptor habuiſſet, ſi boues, vel oues vere fuiſſent in rerum natura, & in dominio venditoris, neque euicti fuiſſent *d. l. 2. in princ. de act. empt. d. l. 8. de emct. l. 30. §. ſi ſciens. ff. de act. empt.* & Folgoſ. *in l. ſi fundus. num. 2. ff. loc.* Neque enim venditor, idemque conductor melioris conditionis eſſe debet, quod emptorem deceperit. Quod probari poteſt ex his quæ diximus in re ſimili *quæſt. 55. num. 30. & quæſt. 56. n. 13.* & in ſpecie ſenſit Molin. *in d. diſp. 361. num. 1.* vbi recte monet contractum hunc fœnoris ſuſpectum eſſe, ſi emptor hæc animalia, neque per ſe, neque per alium videre curauit,
28 quia non aliter frugi homines boues emere, ſolent. † Illud ſane inter omnes exploratum eſt rem licite eo pacto emi poſſe, vt ſtatim locetur venditori pro penſione certa, id enim conſtat ex *l. 79. de contr. empt. l. 21. §. ſi tibi de act. empt.* & docent Bart. Angel. Caſtr. & alij apud Cyriac. *controu. 259. num. 4.* Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt. 12. num. 18.* & Vgolin. *in d. cap. 38. §. 1. in fin.* quod & Theologi docent, vt Molin. *loc. cit.* & Fagund. *n. 13.* tametſi concurrentibus aliis fraudis, & vſuræ præſumptionibus, contractus fœneratitius videri poteſt. Secundum ea quæ diximus *quæſt 9.* inter quas illa non lenis eſt, quam proxime obſeruaui ex Molina, cum ſcilicet emptor rem in diſtanti poſitam non curauit inſpicere, ex quo etiam coniecturam fœnoris docent Natta *in conſ. 198. num. 9.* Decian. *conſ. 62. num. 82. lib. 3.* Menoch. *in conſ. 109. num. 25. & praeſ. 152. num. 85. lib. 3.* & Cyriacus, qui loquitur de vaccis, *contr. 260. num. 10.* Zecch. *de vſur. c. 23. n. 4. verſ. contra hoc ſunt.*

QVÆSTIO XXXVII.

De vſuris, quæ veniunt in contractibus ſtricti iuris.

SVMMARIA.

1. *Veterum inſcitia, quod vſuras in contractibus admitterent, quod eſſent bonæ fidei.*
2. *In iudicus bonæ fidei poſt moram veniunt vſuræ eius iure ciuili.*
3. *Bonæ fidei in contractibus alter alteri, quod bonum, & æquum eſt, præſtare debet.*
4. *Bonæ fidei in contractibus vſuræ debentur ex pacto.*
5. *Pacta, quæ initio contractus bonæ fidei fiunt, actionem præbent.*
   Actio ex pacto non naſcitur.
6. *Bonæ fidei in contractibus hodie neque ex mora, neque ex conuentione vſuræ debentur.*
7. *Leges quibus cautum eſt in iudiciis bonæ fidei ex mora vſuras præſtandas eſſe nunc abrogatæ ſunt.*
8. *Vſuræ hodie non propter lucrum, nec propter moram infliguntur.*
9. *Cuiacij opinio vſuras quæ propter moram infliguntur, cedere loco eius quod intereſt.*
   Quod non placet auctori.
10. *Exceptis quibuſdam caſibus in quibus propter moram concurrit intereſſe creditoris.*
11. *Cuiacij opinio in arbitrio iudicis fuiſſe in iudiciis bonæ fidei vſuras infligere.*
12. *Quod auctori non placet, & eius argumenta.*
13. *Condemnatione facta ſortis vel ea recepta vſuræ amplius peti non poſſunt.*
14. *Quod porrectum eſt etiam ad id quod intereſt.*
15. *In contractibus ſtricti iuris vſuræ nec ex mora, nec ex pacto peti poſſunt.*
16. *Exceptis quibuſdam caſibus.*
   Roderici error.
17. *Lite conteſtata an in iudiciis ſtricti iuris vſuræ currere incipiant.*
18. *Bonæ fidei in contractibus vſuræ vicem fructuum obtinent.*
19. *Harmenopuli hac de re locus.*
   Eius auctoritas.
20. *Hodie nec ex mora, neque ex ſtipulatione, vel pacto vſuræ in iudiciis ſtricti iuris peti poſſunt.*
21. *Hodie nec obolum quidem vltra ſortem ſtipulari, & exigere licet.*
22. *Loci vel temporis adiectio in contractibus ſtricti iuris facit, vt habeatur ratio eius quod intereſt.*
23. *Lite conteſtata, etiam in iudiciis ſtricti iuris venit id quod intereſt.*
   Cauſa quid ſit.
24. *Hodie in omnibus actionibus venit id quod intereſt quomodocunque mora facta ſit.*

NON vno loco procedente opere dixi me non ſatis admirari veterum iuriſconſultorum inſcitiam, qui in cōtractibus bonæ fidei, vt etiam in legatis, & fideicommiſſis vſuras ex mora infligendas eſſe exiſtimarent, idque congruere bonæ fidei, & ad officium iudicis pertinere, in iudiciis vero ſtricti iuris in quibus iudicis poteſtas anguſtioribus finibus continetur, admittendas non eſſe ex mora, ſed ex ſtipulatione tantum, & noua obligatione, cum potius bona fides exigeret, ne ij contractus, in quibus bona fides, æquitaſque dominatur, vſurarum ſordibus inquinarentur: & ad officium iudicis pertineret, vſurarum petitionem reiicere, quia boni, & innocentis viri officio fungitur *l. 4 ff fam. erciſc.* 1

Et tamen ita iure ciuili conſtitutum eſt, vt in iudiciis bonæ fidei vſuræ veniant ea mora officio iudicis, idque receptum eſt, tam in directis, quam contrariis actionibus *l. 1. l. in contraria. & l. 32. §. in bonæ fidei. ff. de vſur.* licet huius rei nulla ſtipulatio interpoſita fuiſſet: imo ne conuentio quidem vlla *l. quia tantundem. de neg. geſt.* & notat Duaren. *ad tit. de vſur. cap. 2. verſ. altera cauſa vſurarum.* † quia vt ait in bonæ fidei iudiciis alter alteri condemnatur in id quod alterum alteri ex bono, & æquo præſtari oportet propter latiorem poteſtatem iudicis in illis iudiciis, in quibus addebatur *ex fide bona, vel quod æquius melius*, quod cōiam ſcribit Marcus Tullius *lib. 3. de offic.* & conſtat ex *l. 2. in fin. de act. & obligat. & §. in bonæ fidei. Inſtit. de action.* & hic Oliban. *num. 1. & 2.* Æquum autem videbatur vſuras infligere, ne mora, aut fruſtratio debitoris impunita eſſet. Vnde cum leges vſuras ex hac cauſa deberi præſcribunt, nulla alia fere ratio additur, quam quod iudicium ſit bonæ fidei, & bonæ fidei congruere videatur, vt in *l. 10. §. ſi procurator.* vbi Vlpianus poſtquam definiuit procuratorem vſuras præſtare debere, hanc rationem addit, *quia bona fides hoc congruit. & in l. 28. ff. depoſ.* Scæuola reſpondit deberi ea 2 3

bonæ

bonæ fidei iudicio vſuras, *vt etiam in l.2.C.eod.l.1. ff.de vſur. l.17.C.de locat.*& aliis locis.

4 Neque tantum ex mora in actionibus bonæ fidei, ſed etiam ex conuentione, & pacto initio contractus inito admittebantur vſuræ, tametſi in iudiciis ſtricti iuris non niſi ex ſtipulatione exceptis quibuſdam caſibus peti poſſent. Quod multis locis in iure noſtro expreſſum eſt, *vt in l.Lucius Titius 24.in fin.& l.Publia.§.1 ff.depoſ.& in l.cum quidam. §.ex locato.ff.de vſur.l.qui negotia.§.1. ff.mandat.& l.initio.C.de pact.inter empt.& vendit.*& tradunt Duaren.*loc.cit. verſ. tertia cauſa.*Cuiac.*in l.1.de vſur.*ad Papin.& Ioann. Borcholt.*in lib. de vſur.cap.3.num.2.*

5 Obſerua tamen quod dixi initio contractus, quia pacta, quæ in ipſo contractu in ipſo limine,& ingreſſu contractus bonæ fidei fiunt, inſunt, & cohærent contractui non tantum ex parte rei quod certiſſimum eſt, etiam in contractibus ſtricti iuris *l.lecta.ff.ſi cert.pet.*ſed etiam ex parte actoris, vt illi præbeant actionem *l. ſi vt certo. §.1. ff.commod. & d. l. Lucius Titius.* in qua Papinianus ait, *ſi ab initio de vſuris præſtandis conuenit, lex contractus ſeruabitur. l.iurisgentium.§.quinimo.ff.de pact.& l.in bonæ fidei. C.eod. tit.* & proinde ſi ex inuallo conuenerit, etiam in iudiciis bonæ fidei, hæc conuentio non proficeret creditori, vt vſuras petere poſſit, ne actio ex pacto naſcatur *d.l.iuris gentium.§.quinimo.l.ſi tibi. C. de locat.l.pacta conuenta.de contrah.empt.*Paulus *lib.1. ſententiar. tit. 14. in princ.* vbi ait ex nudo pacto inter ciues Romanos actionem non naſci: & apertiſſime Harmenop.*lib.1.tit.9.*his verbis.*Pactum ſi initio, & ex continenti fiet, actionem informat vt in bonæ fidei iudiciis: ſi vero ex interuallo interpoſitum fuerit, actori quidem nihil prodeſt, & reo parit exceptionem.*& tradunt iidem Cuiac.*in d.l.lecta.*Donell.*in l.13.n.2. C.de vſur.*& Borcholt.*in d.cap.3.num.4.& 6.*

6 Quamobrem exploratum eſt iure ciuili in iudiciis bonæ fidei vſuras ex mora, vel ex conuentione deberi, quod tamen totum nunc abrogatum eſt, vt aduerſus Felicianum diſputatum eſt *q.4.n.21.* abrogatum ſcilicet iure Pontificio, quo omnis omnino vſura interdicta eſt, etiam in contractibus bonæ fidei, quod multis argumentis à nobis eo loco demonſtratum eſt: & nunc tantum aliquot grauiſſimorum ſcriptorum auctoritate confirmabimus. Ita enim comperi docuiſſe Azon.*in ſumma tit. de vſur. in fin.* Alberic. *in l. ſi nauis.n.2.ff.de rei vindic.*Bald.*in l.rogaſti. §.ſi tibi.in fin. ff. ſi cert. pet.& in l.1.n.4.C.de ſumm.Trinit.*Caſtrenſ.*in l. qui ſine de neg. geſt.*Abb.*in cap.cum venerabilis.n.16.de except.*Laurent.de Rodulph.*in lib.de vſur.q.48.num.25.*& ipſum Donell.*initio lib.de vſur.*Roderic.*de ann.redit.lib.3.q.11.n.85.& 86.*Cardin.Mantic.*de tac.& ambig.conuent.lib.1.tit.9 n.20.* & Rot.in quadam Romana pecuniaria coram Reuerendiſſimo Damaſceno inter recentiſſ.*dec.421.par.1.* in qua quærebatur, an procurator, qui pecunias domini in vſus ſuos conuerterat, teneretur ad vſuras, quod iure ciuili certiſſimum eſt ex *d.l.10.§.ſi procurator.ff.mand.* quæ ait congruere bonæ fidei, ne de alieno lucrum ſentiat, & nihilominus cenſuit Rota vſuras non eſſe admittendas, niſi aliunde interſit, & textum *in d.§.ſi procurator.* dum facit in conuerſione pecuniæ in proprios vſus, accipiendum eſſe ſecundum terminos iuris ciuilis, qui in hac materia vſurarum latiores ſunt, quam iuris canonici, cui tamen proptet animæ periculum ſtandum eſt. Et quod hic cenſuit Rota in iudicio mandati, quod bonæ fidei eſt, non venire vſuras licet procurator ex pecunia domini lucrum feciſſet, idem in omnibus aliis iudiciis bonæ fidei ſentire ambigendum non puto. Denique in iudicio tutelæ, quod proculdubio eſt bonæ fidei, hodie non venire vſuras docet Didac.Couarr.*variar.reſol.lib.3.cap.2.num.1.*Guttier.*de*
7 *tutel.par.2.cap.9. n.4.* & alij quos recenſui *q. 20. n.5.*† Quare hodie quoad vſuras ceſſant, & abrogatæ ſunt *l.2.& 3. & 4. C.depoſ.l.24.25.& 39.ff.eod. d.l.10.§.ſi procurator.& l.1.& 18. C.mandat.l.6.in fin.& 7.ff.de pign.act.* & aliæ, quibus cautum eſt in actione pigneratitia, mandati,& depoſiti poſt moram venire vſuras: & quod ſancitum eſt in *l.2.& 17.C. de locat. l.quæro.ff.eod.tit.& in l.17. §.4.ff.de vſur.* conductores ſcilicet teneri ad vſuras penſionum poſt moram: & quod generaliter definitum eſt in bonæ fidei contractibus ex mora vſuras deberi *l.1.& 32.§.in bonæ fidei.ff.de vſur. & d. l.2. C. depoſ.* & apud Harmenop.*lib.3.tit 9. in princ.* hæc omnia iure diuino, & Pontificio damnata ſunt: & proinde etiam in pecuniis quæ debentur ex contractibus bonæ fidei, vt eſt depoſitum, emptio, locatio, & aliis ſimilibus, hodie vſuræ non debentur, neque ex mora, neque ex conuentione, niſi vere creditoris interſit, vel in damno, vel in lucro, vt in pecuniis creditis receptum eſt, & poſt multa docet Roderic. *loc. cit.*
† Et hodie etiam falſum eſt, quod Paulus ait *in l. cum qui-* 8
dam. §.ſi pupillo. ff. de vſur. nimirum vſuras non propter lucrum petentium, ſed propter moram ſoluentium infligi, quia neque propter lucrum, neque propter moram hodie infligi poſſunt, niſi creditoris interſit: niſi creditor ex mora lucrum aliquod amittat, vel detrimentum patiatur. Etenim ex ſola mora, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis aliquid vltra ſortem exigere iniuſtum eſt, & iuri diuino, & naturæ contrarium, ex quocunque contractu pecunia debeatur.

Ex quibus probare non poſſum, quod doctiſſimus Cu- 9
iacius ſcribit *in d.l 1. C. de ſent. quæ pro eo. col.5.* vſuras, quæ propter moram infliguntur, cedere loco eius quod intereſt. Fœnus infligi propter lucrum creditoris, etiamſi nihil eius interſit, ſicut pœna etiam in conuentionem deducta recte exigitur, tametſi nihil interſit *l.cum pœna.de recept.arb.l.ſtipulatio.§.alteri.de verb. oblig.* vſuram quæ propter moram infligitur, non eſſe fœnus, ſed propter id quod intereſt infligi officio iudicis ex tempore moræ. Etenim verius eſt ex iure ciuili in contractibus bonæ fidei venire vſuras, etiamſi nihil interſit, id enim probat apertiſſime *l.vlt.ff.de peric.& comm. rei vend.*& quod ait *d l.1.in princ. de vſur.* cum iudicio bonæ fidei diſceptatur ex more regionis vſurarum modo conſtituendum eſſe, dummodo legi non offendat, vt Papinianus loquitur quod non conuenit ei quod intereſt quod incertum eſt, & nulla certa lege definiri poteſt *l. quatenus. de reg. iur.* & vltra legitimum modum vſurarum excurrere poteſt *l.2.in fin.de eo quod cert.loc.*Denique quia in hiſce iudiciis interdum veniunt vſuræ maximæ, vſuræ centeſimæ, *vt in l. qui ſine.de negot.geſt.l.7. §.pecuniæ.de admin. tutor. & aliis locis.* quas dicere præſtari loco eius, quod intereſt, & pro eo quod intereſt, abſurdum videtur, cum potius infligerentur loco pœnæ, & vt ait *d.l.qui ſine vice cuiuſdam pœnæ.*Proinde certiſſimum eſt ex iure ciuili vſuras in iudiciis bonæ fidei non cedere loco eius quod intereſt, ſed venire vt vſuras, ideoque prohibitas eſſe.

Excipiuntur tamen quidam caſus, in quibus propter mo- 10
ram iuſta aliqua cauſa concurrit, quæ ſuadet vſurarum rationem habendam eſſe, vt in *l.atqui natura. §.4.* verſ. *contra quoque vſuras, quas præſtabimus.de neg.geſt.& in l.12. §.ſi mihi* illis verbis. *aut ipſe mutuatus grauibus vſuris ſoluit.* id enim quoad eum qui ſoluit, damnum emergens eſt.*& in l. Iulianus.§.veniunt.de act.empt. l.curabit. C. eod.* vt etiam ſtipulatio vſurarum promiſſæ dotis *l.cum poſt. §.vſuras. ff.de iur. dot. & l.in inſulam.§.vſuras.ff.ſol.matrim.* quæ hodie recepta eſt propter onera matrimonij *c.ſalubriter. de vſur.* quæ à nobis ſuis locis tractata ſunt, vt etiam in ſpecie *l.vlt. §.vlt. ff. de collat. dot.& l. ſocium. 60. in princ. ff.pro ſoc.* de cuius ſententia dixi *q.1.n.17.*aduerſus Caniſium idem, quod Cuiacius, aſſerentem. In his igitur, & ſimilibus caſibus, in quibus vltra moram aliquid abeſt creditori, recipi poteſt, quod vir doctiſſimus ait vſuras, quæ propter moram infliguntur, cedere loco eius quod intereſt, tametſi huiuſmodi vſuræ non ſint propriæ vſuræ, & proinde tutius ſit dicere vſuras etiam ex mora hodie admittendas non eſſe, licet pecunia ex contractu bonæ fidei debeatur, eius tamen quod reuera intereſt rationem habendam eſſe, ſiue in damno, ſiue in lucro, vt conſtitutum eſt in *d.l.1.C.de ſent.quæ pro eo quod inter.*Statuamus igitur hodie in iudiciis bonæ fidei vſuras ex mora non deberi, neque exigi poſſe, ſed id tantum quod re vera intereſt, & quatenus intereſt, quod probetur legitimis modis vt in *d. quæſt. 1.* tractatum eſt, & aduerſus Felician. *d. q. 4. num.21.*

Prout etiam non placet, quod idem Cuiacius ſcribit *in* 11
l.58.in princ.ad S.C.Trebellian. vſuras quæ veniunt officio iudicis proprie non deberi, quia non ſunt in obligatione *l.vlt. ff.de eo quod cert.loc.l.49. §.vlt.de act.empt.l.non quicquid. ff. de*
iudic.

iudic. & leges infligendarum earum iudicibus tribuere copiam, non imponere neceſſitatem: in obligatione eſſe vſuras ex ſtipulatione, vel ex pacto, certis caſibus: in arbitrio autem iudicis eſſe vſuras ex mora, vt in contractibus bonæ fidei, & in legatis, & fideicommiſſis *l.3.C.in quib. cauſ.reſtit.*
12 *in integr. non eſt neceſſ.* & interdum etiam ante moram in bonæ fidei iudiciis, vt in *d.l.12.§.ſi mihi.ff.mand.*† Nam verius mihi videtur, & congruentius iuri ciuili iudicibus, cum ex contractu bonæ fidei agebatur in legatis, & fideicommiſſis neceſſitatem impoſitam fuiſſe infligendi vſuras poſt moram Hoc enim oſtendit *l.1.§.1.ff.de vſur.*illis verbis: *omnimodo præſtabuntur vſuræ.*& quod ait *l.3.in fin.eod.tit.*non oportere fruſtrationem debitoris impunitam eſſe, & quod generaliter conſtitutum eſt, iudicem non aliter iudicare debere, quam legibus proditum eſt *Inſtit.de offic.iudic.in princ.*Denique quia certum eſt creditorem, ſi vſuras iudex hiſce iudiciis non admiſiſſet ex iure ciuili appellare potuiſſe, vt conſtat ex *l. in bonæ fidei 13. C.de vſur.* Verius ergo eſt hoc iudicis officium mercenarium fuiſſe non liberum; & legibus neceſſitatem impoſitam fuiſſe iudicibus in hiſce actionibus vſuras omnino decernere, quod tamen hodie illis penitus interdictum eſt iure Canonico, quo etiam in foro vtimur, & cui omnes parere debent. Quæ ego aduerſus viri doctiſſimi ſententiam adnotare operæ pretium duxi, ne quis ſub prætextu, quod vſuræ in iudiciis bonæ fidei, veniret loco eius quod intereſt & in arbitrio iudicis poſitum eſſet vſuras ex mora decernere, exiſtimet leges, quæ iubent in his iudiciis vſuras præſtari propter moram, hodie obtinere, & validas eſſe.

13 Illud etiam iure ciuili compertum eſt, ſi forte ex depoſito, vel alio iudicio bonæ fidei creditor expertus ſit, & ſortis tantummodo condemnatio ſecuta ſit, non poſſe vlterius ad vſuras experiri, nulla enim hoc caſu actio ſupereſt, ex qua vſuræ rei peti poſſint *l.4.C.depoſ.& d.l.13.C.de vſur.l.centum Capuæ.ff.de eo quod cert.loc.*vt etiam cum creditor ſortem exegit, non poterat poſtea de vſuris experiri *d.l.49. §.vlt.de act. empt.*& notat Donell.*in d.l.in bonæ fidei.n.7.*Nam cum huiuſmodi acceſſiones non ſint in obligatione, ſed officio iudicis præſtentur, vt ait *d.l.49.in fin.& l.quero.ff.loc.* non poteſt iterum eadem actione agi propter vſuras, quæ iam ſententia, aut ſolutione ſublata eſt, ſiquidem iudicis officium per ſe ſolum non exhibetur, ſed certis actionibus inſeruit:& proinde ceſſante actione officium quoque iudicis ceſſare neceſſe eſt *l.25.§.ſciendum.ff.de ædil.edict.*& Cuiac.*in d.l.49.in fin.ff.*
14 *de act.empt.*† Quod etiam in foro receptum eſt, vt intereſſe quod debetur officio iudicis, vt ſcilicet recepta ſorte, vel ſortis tantummodo facta condemnatione amplius peti non poſſit, vt tradunt Bald.& Iaſ. *in d. l. vlt. ff. de eo quod cert. loc.* Surd.*in conſ.293.n.25.*Mynſing.*cent.4.obſeru.48.in fin.*& Gratian.*diſcept.forenſ.lib.2.cap.244.n.30.& cap.465. n.27.*& indicat *d. l.vlt.* his verbis: *tanto magis quod creditor accipiendo pecuniam etiam remiſiſſe pœnam videtur.* Quæ diligentius à nobis procedente opere tractanda ſunt. Et ita quidem circa vſuras in iudiciis bonæ fidei legibus proditum eſt.

15 Sed in contractibus ſtricti iuris, de quibus hîc cœpi quærere, aliud ius comparatum eſt. Placuit enim legum auctoribus in his iudiciis vſuras non venire ex mora, neque ex pacto, niſi quibuſdam caſibus, ſed ex ſtipulatione tantum. Proinde ſi ego tibi centum mutua dederam, nulla conuentione addita de vſuris præſtandis, & deinde admonuero, & interpellauero, vt ſoluas, quod debes: vel ſi tempore mutui dationis pacto conuenit, vt vſuras trientes, vel ſemiſſes præſtares, non ideo vſuras conſecuturus ſim ex iure ciuili, vt docet Donell.*in l.3.C.de vſur.*& Borcholt.*loc.cit.n.35.*& probatur apertiſſimè *ex d.l.3.& l.1.C.de condict. indeb. l.idemque. §.ſi quis Titio.ff.mand.& l.Titius.de præſcr.verb.* quæ ait vſuras pecuniæ creditæ niſi in ſtipulationem deductas non deberi. Et congruenter Paulus lib. 1.ſentent.tit.14. *ſi pactum nudum de præſtandis vſuris interpoſitum ſit, nullius momenti eſt, ex nudo enim pacto inter ciues Romanos actio non naſcitur.*

16 Excipiuntur tamen quidam caſus, in quibus ex nudo pacto vſuræ præſtantur, vt in frumento, vel hordeo, aliiſque ſimilibus ſpeciebus mutuo datis, harum enim rerum etiam ex nudo pacto præſtabantur vſuræ *l.frumenti.C.de vſur.* & in traiectitia pecunia *l.1.& 7.ff.de naut.fœn.*& in pecuniis ciuitatum *l.etiam. ff. de vſur.* Denique id etiam argentariis conceſſum eſt, vt ex nudo pacto vſuras petere poſſent in Nouell.136.vbi id Cuiacius notat, & latius proſequitur. Borcholt.*loc.cit.*Donell.*in d.l.3.*& ante illos Salic.*eod.loc.* Et fallitur Rodericus *lib.3.q.7.num.15.*dum ſcribit ex pacto nudo duobus tantum caſibus vſuras iure ciuili peti poſſe in pecuniis ſcilicet ciuitatum, & ſpeciebus mutuo datis. Nam idem ius fuit in pecuniis nauticis, & argentariorum, vt dictum eſt. Et hæc quidem iure ciuili perſpicua ſunt.

Illud verò quæritur, an in iudiciis ſtricti iuris lite conte- 17
ſtata vſuræ currere incipiant. Et ſane id plerique ex veteribus exiſtimauerunt, vt Angel.& Iaſ.*in l.cum fundus. ff. ſi cert. pet.*Franciſc.Curtius *in l.ſi maior annis.n.11.C.de tranſact.*Florian.*in l.1.ff.de vſur.*Forcat.*de mora,part.2.num.24.* Ioann.Saport.*eod.lib. cap.3.n.64.& 72.*& probari videtur ex *l.35 ff.de vſur.*quæ ait, *lite conteſtata vſuras currere.*

Sed contraria ſententia placuit Baldo, & Caſtrenſi *in d. l. cum fundus.*& Salic.*in l.1.n.11. C. de cond. indeb.* & pleriſque recentioribus, vt Duaren.*in d.tit.de vſur. cap.2.* Cuiac.*ad lib. 57.Pauli ad edict.in fin.*Anton. Fabro *de coniectur. iur. lib.15. cap.1.& de erroribus pragmat.decad.2.cap.1.n.38.* vbi ait in contractibus ſtricti iuris, ne quidem poſt litem conteſtatam vſuras deberi, iu coque à fructibus differre *l.38. §. ſi actionem. ff. de vſur.*& Ioann.Borcholt.*loc.cit.num.51.*Nuſquam enim inquit, iure noſtro proditum eſt in contractibus ſtricti iuris poſt litem conteſtatam vſuras ex mora deberi. Nec obſtare *d.l.35. ff.de vſur.* nec enim ibi Paulus vult, quod lite conteſtata vſuræ incipiant deberi, quæ ante non deberentur, ſed quæ ante cœperant non deſinere deberi: earum curſum non interrumpi, non ceſſare:& hanc eſſe ſententiam dictæ legis. Neque rurſus obſtare quod in actione ex ſtipulatu poſt acceptum iudicium fructus debentur, qui ante non debebantur, *d.l.38. §.ſi actionem.* Nam quod de fructibus dicitur ad vſuras trahendum non eſt, cum vſuræ pecuniæ in fructu
non ſint *l.vſura, de verb.ſignif.*† Et quod dicitur vſuras vicem 18
fructuum obtinere, id tantum in bonæ fidei iudiciis receptum eſſe, idémque in legatis & fideicommiſſis, quæ bonæ fidei iudiciis hac in re adæquata ſunt, non in contractibus ſtricti iuris *d. l. vſura. ff. de vſur.* Denique non obſtare quod poſt litem conteſtatam cauſa præſtanda ſit *l.2.ff.de vſur.*quia nomine cauſæ vſura non continetur, cauſa enim eſt omnis vtilitas, quæ ex re ipſa prouenit, quod vſuræ non conuenit, quæ extrinſecus aduenit, & accedit ſorti, vel officio iudicis debetur, vel ex conuentione. Ita Borcholt.*loc.cit.n.50.& 55.*

Ego vero licet veriſſimum ſit, quod aiunt lite conteſtata, curſum vſurarum non interrumpi, non deſinere vſuras per conteſtationem litis, quæ iam incœperant, ſiue contractus ſit ſtricti iuris, ſiue bonæ fidei, id enim clarè reſpondit Vlpianus *in l.23.ff.de except.rei iudic.* vbi iiſdem ferè verbis vtitur, quibus Paulus *in d.l.35.ff.de vſur.* in priorem tamen ſententiam procliuior ſum, & puto quod ait Paulus, lite conteſtata vſuras currere, hunc etiam pati ſenſum, vt dicamus ex tempore litis conteſtatæ vſuras currere, licet ante non deberentur, lite conteſtata incipere vſuras: denique debitum, quod non erat vſurarium, poſt acceptum iudicium ex iure
ciuili fieri vſurarium.† Comperi enim ita locum hunc Pau- 19
li interpretati Harmenop.*lib.3.tit.7.* his verbis: *Si quid mihi abſque vſuris à quopiam debeatur, deinde cum mihi debitum non perſoluatur, litem fuero conteſtatus, atque in debitorem lata ſententia, ab eo tempore, quo iudicium acceptum eſt, vſuræ, & omnis cauſa ſimul cum debito exigitur.* Ita ergo & congruenter ſententiæ Iaſonis, & aliorum Harmenopolus, cuius non leuis auctoritas eſſe debet, ſiquidem de eo Ioannes Metcerius eius interpres in epiſtola ad Michaëlem Hoſpit. ſic ſentit, vt ſcribat illum totas Iuriſconſultorum leges ita proponere, & declarare apertè, vt tria plerumque huius verba malit quam integras recentiorum paginas, verboſoſque commentarios. Nec abſurdum eſt dicere vſuras in ipſo inſtanti quo naſcuntur currere. Hoc enim proprium earum eſt, vt ſtatim ab ipſo exordio fluant, & nunquam quieſcant, vnde Suidas dicebat vſuram belluam quandam eſſe, quæ omni hora, & die pecuniam parit, vt etiam dicitur vſucapio in ipſo initio currere *in l.10.de vſucap.*vt notat Forcat.*loc.cit.*

Cæterum de hac quæſtione parum ſolliciti eſſe debemus, 20
quando

quandoquidem hodie neque ex mora, nec ex lite conteſtata neque ex pacto vel ſtipulatione in contractibus ſtricti iuris, aliiſque omnibus vſuras exigere licet. Etenim quicquid vſurarum eſt, prohibitum eſſe conſtat, & ſi quid hoc nomine exactum eſt, minuere ſortem, vt diximus multis locis ex *c.*1. & aliis, *de vſur.* & *ex canon.*17. generalis Nicenæ Synodi, & ex conſtitutione Baſilij Cæſaris, quæ extat apud eundem Harmenop. *d. tit.*7. *in fin.* qui tamen male eam inſcribit Leoni, vt iam adnotauimus *q.*2. *n.*32. & notat Borcholt. *d lib. cap.*1. *n.*4. Quod etiã multis auctoritatibus cõfirmat Felic. *l.*1. *de cenſib. cap.*5. *n.*17. qui in fine ait exploratum eſſe apud omnes Pro-

21 uincias Chriſtianas vſuras improbas, & illicitas iudicari.† Vt etiam exploratum eſt leges omnes, quibus ex ſtipulatione, vel pacto vſuras ſtipulari, vel retinere licuit, nunc irritas & nullius momenti eſſe. Ita vt nec obolum quidem vltra ſortem nomine vſurarum ſtipulari, & exigere liceat, vt inquit Bald. *in authent. ad hæc n.*2. *C. de vſur.* Salic. *in l. cum allegat. n.*9. *C. eod.* Petr. Greg. *de vſur. lib.*1. *cap.*3. *n.*2. Sarmient. *ſelectar. interpret. lib.*7. *cap.*1. *num.*11. Roderic. *de ann. redit. lib.*3. *q.*4. *n.*107. Franciſc. de Cald. *de empt. & vendit. cap.*29. *n.*32. & conſtat ex illa conſtitutione Baſilij apud Harmenop. *loc. cit.* & ex D. Ambroſ. *lib. de Tob. cap.*15. vbi ait generaliter ſententiam Dei omne ſortis augmentum excludere. Et refert Coler. *de proceſſ. execut. part.*1. *cap.*10. *n.*87. Scurffium Saxonem iuriſperitum in magno conſeſſu reſpondiſſe vſurarium eum eſſe, qui guttam aquæ vltra ſortem ſtipulatus ſit, vel receperit.

22 Sed opportunè quæritur, an ſaltem poſt moram in contractibus ſtricti iuris veniat id quod intereſt. Et ſanè hæc quæſtio, ſi rationem iuris inſpicimus, difficilis eſt. Dico tamen ſi ſtipulationi, vel promiſſioni reddendi mutui dies, vel locus additus ſit, quamuis ex contractu ſtricti iuris agi non poſſit, niſi quatenus verbis expreſſum eſt, & ipſa verba contractus præſcribunt *l. quicquid* 99. *& l.*126. *in fin. ff. de verb. oblig.* adiectio tamen loci, vel temporis facit, vt non ſoluta ſuo die, vel loco pecunia debitor teneatur ad id quod intereſt creditoris, ſiue in damno, ſiue in lucro *l.*2. §. *vltimo*, *ff. de eo quod cert. loc. l.*114. *de verb. oblig. l.*11. *de re iudic.* Anton. Fumæus *de eo quod inter. cap.*3. *n.*36. *&* 37. Sarmient. *d. lib.*7. *cap.*2. *n.*7. Cuiac. *ad d. l. vlt. de eo quod cert. loc. & ad African. tract.*3. vbi ait, adiectionem loci, vel temporis iniicere iudici arbitrium æſtimandi vtilitatem loci, vel temporis. Idque docet Præſes Faber alterum iuriſprudentiæ lumen, *coniectur. lib.*15. *cap.*3. *& de error. pragmat. Decad.*91. *cap.*1.

23 Sed ſi neque dies, neque locus obligationi additus ſit, nullibi in iure noſtro expreſſum inuenio in ſtrictis iudiciis habendam eſſe rationem eius quod intereſt, etiam poſt moram, ſed tantum ex tempore litis conteſtatæ, idque ex æquitate magis, quam ex vi, & poteſtate obligationis *l.*2. *&* 3. §. 1. *& l. videamus* 78. §. *ſi actionem ff. de vſur. l.*31. *ff. ſi cert. pet.* & hic Iaſ. *n.*1. Forcat. *loc. cit. num.*4. & idem Cuiacius *in d. l.*2. & Præſes Faber *loc. cit.* quia ex eo tempore omnis cauſa præſtanda eſt, *d. l.*2 *&* 3. §. 1. *de vſur.* id eſt, omne quod habiturus eſſet actor, ſi litis conteſtatæ tempore ſolutio facta fuiſſet, vt explicat Iuriſconſultus *in d. l.*31. *in princ. ſi cert. pet. & in l.*20. *ff. de rei vendic.*

24 Sane hodie omiſſis iuriſprudentiæ ſubtilitatibus receptum eſt intereſſe ex mora deberi, ſiue contractus ſit bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, ita enim docent Rebuff. *in d. l. vn. C. de ſentent. qua pro eo. gloſſ. vlt. num.*12. Purpur. *in l. vinum*, *num.*39. *&* 60 *ff. ſi cert. pet.* Ambroſ. de Vignat. *in cap. ſalubriter, num.*45. *de vſur.* Fernand. Vaſquez *controuerſ. vſufrequent. lib.*6. *cap.*60. *num.*23. vbi ait id procedere ex mente omnium. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.*1. *tit. de intereſſ. num.*31. Vgolin. *de vſur. cap.*8. §. 5. *num.*3. Ioann. Sichard. *in l.*2. *num.*5. *C. de vſur.* & Magon. *deciſ. Florent.*32. *num.*6. quibus accedit Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæſt.*7. *ampl.*8. *num.*98. *& num.*107. Nec diſtinguunt, an mora per lapſum diei, vel per interpellationem facta ſit, vt etiam Theologi apud Salas *lib. de vſur. dub.*18. *&* 19. Hoc enim potius ad naturalem æquitatem, & ius gentium redigendum eſt natura autem æquum videtur, vt qui cauſam damni dat, vel amiſſionis lucri, illud refundere, & reparare debeat, quacunque ratione mora contrahatur, & hoc iure in foro vtimur. Quid ſi mora in rem facta dicatur? id alio loco tractandum eſt. Nec enim hic de mora diſputare conſtitui.

QVÆSTIO XXXVIII.

De ſtipulatione pœnæ adiectæ quantitati.

SVMMARIA.

1. *Contrahentibus licet pacta, & promiſſa munire adiectione pœnæ.*
2. *Pœna ſemel depenſa non repetitur.*
3. *Pœna committitur etiamſi nihil interſit actoris. Pœna perſecutio eſt extra rem.*
4. *Pœna etiam mutuo addita Theologis probata.*
5. *Sed multis cautionibus interuenientibus.*
6. *Pœna adiecta quantitati non valet, niſi quatenus interſit.*
7. *Pœna ob non ſolutam ſua die pecuniam olim ſtipulari non licuit vltra legitimum modum vſurarum.*
8. *Pœna adiecta facto, vel dationi certæ ſpeciei valet & à Iuriſperitis recepta.*
9. *Pœna adiecta quantitati, ſi in dies augeatur, multo magis ſuſpecta cenſetur.*
Vſuræ proprium eſt ex tempore capere incrementum.
10. C. ſuam. de pœn. *declaratur.*
11. *Pœna perfidiæ valet.*
12. *Pœna adiecta quantitati iiſdem finibus concluſa, quibus olim vſura.*
13. *Vſurarum modus hodie licitus nullus eſt, vt etiam pœnæ.*
14. *Pœna in foro non recipitur niſi quatenus creditoris intereſt.*
Statuto vrbis Romæ cautum eſt, ne pœnæ recipiantur, niſi quatenus intereſt.
15. *Eccleſia pœnas exigere non debet, niſi quatenus intereſt.*
16. *Leges quibus cautum eſt, valere ſtipulationem pœnæ, ſi ſua die pecunia non ſoluatur, nunc abrogatæ.*
17. *Pœna citra ſtipulationem an peti poſſit.*
Pœna ex pacto peti poteſt ex communi ſententia.
18. *Pœna ſi minor ſit, quam id quod intereſt, creditor poteſt petere quod pluris intereſt.*
Pœna & intereſſe concurrere debent.
19. *Pœna adiecta quantitati interdum ex circumſtantiis admittenda.*
Fratres, vt plurimum ſororum immemores.
20. *Pœnarum modus varie conſtituitur.*
Pœnis in conſtituendis iudicis arbitrium plurimum dominatur.
21. *Iudicis arbitrio commiſſum eſt, an pœna ſit addita in fraudem vſurarum.*
Quæſtiones facti non poſſunt certa lege definiri
22. *Pœna, quæ in fraudem vſurarum adiecta eſt, ſi exigatur minuit ſortem.*
Pœna ſpecies vſuræ.
23. *Creditor cui pignus à debitore ſubripitur, non cogitur imputare ſorti, ſi quid actione furti conſecutus eſt.*
24. *Creditor, cui pignus ab extraneo ſubreptum eſt, imputat debito quicquid actione furti habuit.*
25. *Sequeſtrum excuſat à periurio, & pœna, vt etiam à mora, & id quod intereſt.*
26. *Sequeſtrum non excuſat ab annuis reditibus, nec ab vſuris pretii, niſi deponatur.*
27. *Iacobi Cancerij definitio quædam declaratur.*

CERTVM eſt licere contrahentibus conuentiones, & promiſſa, quo ſincerius, meliuſque ſeruentur, munire ſtipulatione pœnæ. Id enim conſtat multis iuris locis, vt §. *alteri. Inſtit. de inut. ſtipulat. l. ſi pœnam.*68. *& l.*77. *de verb. oblig. l.*28. *&* 47. *de act. empt. l. quæro.* §. 1. *ff. loc. l. ſi pacto. C. de pact. l. promiſſis. C. de tranſact. l. magnam. C. de contrah. & commit. ſtipulat* & aliis plurimis: & ita notat Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.*260. *num.*1. & Cuiac. *ad l.*7. *ff. de ſer. export.* vbi ait ad hoc potiſſimum ſtipulationem inuentam fuiſſe, vt conſtringat vinculo pœnæ, & inter Theologos Ioan. Salas *lib. de vſur. dub.*21. *num.*2. † Et proinde quod hoc nomine ſemel depenſum eſt, 1 2

cedit

cedit lucro creditoris, nec illud reſtituere cogitur *l.74. ff. de ſolut l.19. in pr. & l.42. ff. de condict. indeb.* quæ ait pœnæ non ſolent reperi cum depenſæ ſunt *l.46. de reg. iur. & l. ſi debitor. ff. de furt.* vbi Cuiacius notat creditorem id quod pœnæ nomine exegit, debito non imputare, idque exemplis aliquot
3 confirmat *obſeruat. lib.8. cap.39.* † Quod iure ciuili receptum eſt, etiamſi contrahentium nihil intereſſit *d. §. alteri. Inſtit. de inutil. ſtipulat. & l. cum pœna. de recept. arbit. l. prædia. ff. de act. empt. & l.38. §. alteri. ff. de verb. oblig.* vbi Vlpianus ait pœnæ ſtipulationem committi etiam ei, cuius nihil intereſt pœnam enim cum ſtipulatur quis non illud inſpicitur quid interſit, ſed quæ ſit quantitas, quæque conditio ſtipulationis, idque multi Theologi docent apud Salas *loc. cit. n.2.* Iaſ. *in l. bonæ fidei. n.1. C. de pact. & l. iuris gentium. § quinimo. n.5. ff. eod.* Surd. *in dec.266. n.22.* Franciſc. de Caldas *lib. de empt. & vendit. cap.39. n.11.* Aleiat. *in l.4. § Cato. n.41. de verb. oblig.* Anton. Faber. *def.9. n.2. & 3. C. de contr. & commit. ſtipulat.* & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.14. tit.37. n.1. & 4. & eod. lib. tit.6. n.17.* & congruenter idem Cuiacius *in d. l.7. de ſer. export.* ad Papin. notat pœnam eſſe extra rem, & à re ſemper ſeparari: & proinde perſecutionem pœnæ non eſſe perſecutionem eius quod intereſt, ſed ſolius vltionis *l.6. §. pen. de ſepult. viol.*

4 Sed licet iidem Theologi apud Salas *loc. cit.* id quoque probent, cum pœna quantitati adiecta eſt ex quocunque contractu debeatur etiã ex mutuo, quibus conſentiunt Ioan. Arbor. Theoſoph. *lib.19. c.7. in fin.* Vgolin. *de vſur. cap.8. §.10. n.1.* Vincent. Fillinec. *tract.34 par.2. n.104.* Binsfeld. *in c. conqueſtus. q.3. de vſur.* Bonacin. *de contract. q.3. pun.1. n.1.* Lælius Zecch. *eod. lib. cap. vlt. n.8.* vbi conditiones recenſet quibus
5 concurrentibus Theologi hanc definitionem recipiunt. † Nimirum, vt creditor in termino, ſibi ſolui, quàm moram fieri malit: vt probabiliter credat debitorem ſua dia velle, & poſſe ſoluere: vt hæc pœna ſimul, & ſemel committatur, non ſingulo quoque die, vel menſe, vel anno: ne creditor infamiam incurrat: ne ſoluta parte debiti tota pœna exigatur: vt ſi debitor caſu aliquo ſine eius culpa impeditus ſit, ne ſolueret, pœna non petatur: denique ne pœna grauior ſit, quam res ipſa expoſtulare videtur. Quæ omnia tractant Vgolin. & Salas *loc. cit.* & Salon. *q.78. art.2. controu.11.* Villag. *de vſur. q.20.* & Petr. Nauarr. *de reſtit. lib.3. cap.2. n.330.* & alij fere
6 omnes iiſdem locis. † Tamen quia in externo foro difficile eſt intentionem creditoris introſpicere, id enim ſoli Deo conuenit, qui ſcrutator eſt cordium, & in hoc foro non ſtãtur aſſertionibus partium: denique quia vix eſt vt hac in re, ſicut in aliis, auaritia modum ſeruet, tutior eſt Iuriſperitorum ſententia, pœnas mutui dationibus additas non deberi, nec exigi poſſe, niſi quatenus creditoris interſit. Idemque puto in aliis contractibus, ex quibus certa pecuniæ quantitas debetur, & promittitur ſub pœna, id enim probant apertiſſime *l.9. ff. de vſur. & l.13. §. ibidem. ff. de act. empt.* quibus in locis Papinianus reſpondit, ſi conuenerit, vt pecunia credita, vel pretio non ſoluto certa die debitor pœnæ nomine duplum exoluat, id in fraudem legum adiectum videri, quod vſuram legitimam excedit. Et iiſdem locis eius interpres Cuiacius, nec enim piget ſæpius viri doctiſſimi auctoritate vti, *Pactione hac*, inquit, *fœnus illicitum contrahi: quod enim fœnus grauius excogitari poteſt, quam ſi conuenire liceat, vt calendis proximis debito non ſoluto duplum præſtetur?* Idemque ex *l. cum allegas. 15. C. de vſur.* quæ ait *formam iuris non pati legem iſtius*
7 *contractus vltra pœnam legitimarum vſurarum poſſe procedere.* † Vt ergo cum vſuræ licitæ videbantur, inutilis erat ſtipulatio pœnæ adiectæ quantitati, quatenus excederet legitimum modum vſurarum, ita nunc omnis pœnæ ſtipulatio, quæ quantitati adiicitur, illicita eſt, niſi tantundem creditoris interſit, & quatenus interſit, quia in his caſibus pœna vice vſurarum eſt, vt ait Cuiac. *loc. cit.* & notat etiam Sarmient. *Select. ar. interpr. lib.7. cap.1. n.35.* vbi auſus eſt dicere Dominicum Soto inſignem Theologum, qui aliud ſentit, erraſſe in re manifeſta.

8 Admittunt ſane iuriſperiti, & probant vnanimes eas pœnas, quæ facto, aut dationi certæ ſpeciei adiiciuntur, veluti cum quis promiſit aliquid facere, vel non facere, vel rem aliquam dare, & ſi contra fecerit, pœnam exoluere, vt in *d. l. prædia. ff. de act. empt. & l. Lucius eod. l. ſed & ſi quis. §. vlt. ff. ſi quis caut. l.4. §. Cato. & l.69. de verb. oblig.* & tradunt Angel. Roman. Alex. Corn. Pariſ. & alij apud Cardin. Mantic. *d. tit.37. n 4.* vbi ait id procedere etiam in foro conſcientiæ. His accedunt Caſtrenſ. *in d. l. cum allegas. num.4.* qui ait in hoc genere non cadere vſuram, & ſic totam pœnam peti poſſe, etiam iure canonico, per quod dictæ leges non ſunt correctæ: & Bero. *in c. cum dilecti. de arbitr. n.80.* Purpur. *in l. rogaſti. §. ſi tibi. n.84.* Rebuff. *in l.1. C. de ſent. quæ pro eo. gloſ. vlt. n.35. & 36.* Hugo Donell. *in d. l. cum allegas. n.5.* Surd. *in dec.259. n.9.* Franciſc. de Cald. *loc. cit. n.9.* Maſcard. *de probat. concl.1162. num.19. & 23.* Roderic *de ann. redit. lib.3. q.5. n.5.* & aliis prætermiſſis Gratian. *diſcept. forenſ. cap.721. num.23.* Sed pœnam adiectam quantitati, & præſertim quæ ex mutuo debetur, non admittunt.

Et multo magis pœnam ſuſpectam eſſe cenſent, & abii- 9
ciendam, quæ quo tardius ſoluitur, & ex tempore tardioris ſolutionis augetur, & creſcit. Hoc enim eſt proprium fœnoris, & vſuræ, quæ eſt filia temporis, & ſemper currit, & lapſu dierum, & menſium incrementum capit *l.9 ff. de vſur.* & ita docent Bart. *in d. l. cum ſtipulati. 90. de verb. oblig.* Bald. *in d. l. cum allegas. in fin.* & Caſtrenſ. *n.3. C. de vſur.* Franciſc de Cald. *lib. de empt. & vendit. cap.29. num.32.* Couarr. *variar. lib.3. cap.1. n.9.* & alij, quos recenſui *q.18. n.16. & 17.* quibus addo Rebuff. *in l. vn. C. de ſent. quæ pro eo. gloſ.1. n.64* vbi refert ita iudicatum. Surd. *de alimẽt.1. q.45. n.15.* Quæ enim differentia eſt ſtipulari vſuras, ſi ad diem pecunia non ſoluatur, vt in *l. lecta. ſi cert. pet.* vel ſtipulari pœnam, quæ quo tardius ſoluitur, augeatur, & currat? Et hac in re puto Theologos, & Iuriſperitos conuenire ex Vgolino, & aliis relatis *n.5.* & præſertim ex Salone in *d. controu.11. n.3. verſ. ſed non eſt.*

Nec iuuat aliorum ſententiam conſtitutio Innocentij 10
III. *in c. ſuam de pœn.* quia ſummus Pontifex hoc loco inhoneſtum lucrum vocat, quod ex pœnæ exactione captatur, & qui huic quæſtui anhelat, ait eum aliena iactura ditari, quod natura iniquum eſt *l. nam hoc. de condict. indeb. l. iure naturæ. de reg. iur.* & proinde iubet creditores reſidui ſolutione contentos eſſe, & ne debitori ſuper exactione pœnæ moleſtia inferatur: quod potius fauet noſtræ ſententiæ, vt comperi deinde obſeruaſſe Bero. *loc. cit. n.82.*

Nec aliud ſuadent *d. l. promiſſis. 37. C. de tranſact.* quia tan- 11
tum ait pœnam in ſtipulationem deductam, ſi quid contra tranſactionem fieret, integram peti poſſe, ſcilicet, quia tunc pœna non eſt vice vſurarum, ſed pœna perfidiæ: vt etiam in *l. Lucius. de act. empt.* in qua non agitur de pœna tardius ſoluti pretij, quæ vice vſurarum eſt, ſed de pœna tardius rei traditæ, vt idem Cuiacius ſcribit *loc. cit.* vt etiam in *l. ſi pacto. 14. C. de pact. & l.38. ff. de arbitr.* pœna non eſt vice vſurarum, ſed addita ad coercendam perfidiam, vt indicant verba *d. l.14. ſi placito non ſtetiſſet.*

Neque etiam turbant, tametſi magis vrgere videantur *l.* 12
vtrum.23. in fin. ff. de pet. hered. l. traiectitiæ de oblig. & act. & d. l.77. ff. de verb. oblig. ex quibus conſtat, pœnam tardius ſoluti debiti receptam eſſe, & exigi poſſe, quia huiuſmodi pœnæ quantitas iiſdem legibus finita eſt, quibus vſura: & vt non licuit ſtipulari vſuras vltra legitimum modum, ita nec pœnam, vt conſtat apertiſſime ex *l.4. ff. de naut. fœn. l. pœnam. ff. de vſur.* quæ generaliter ait neminem poſſe pœnam ſtipulari ſupra modum licitum vſurarum, *& d. l.13. §. ibidem. de act. empt.* & nullus eſt locus in iure ciuili, ex quo pœna addita quantitati excedere poſſit legitimum modum vſurarum.

Proinde dicendum eſt hodie, poſtquam nullus eſt licitus 13
modus, intra quem vſuræ licitæ ſint, ſed omnino interdictæ ſunt, pœnam mutui dationibus additam, & cæteris pecuniariis obligationibus inutilem eſſe, neque admitti debere, niſi quatenus creditoris interſit, vt rectiſſime docet Salic. *in d. l. cum allegas.* concludens poſt multa *n.11.* pœnam in contractu adiectam dationi certæ quantitatis non poſſe peti, niſi quatenus interſit, ſiue ſit contractus mutui, ſiue alius ſtricti iuris, vt ſtipulatio, ſiue contractus bonæ fidei, *d. l. Iulianus. §. ibidem, de act. empt.* & hoc ſiue creditor ſit conſuetus fœnerare, ſiue non, quia ſufficit contra conſtitutionem ad obuiandum fraudibus factam factum eſſe, quaſi re ipſa in eius fraudem factum ſit, vt ſuprà eſt deductum. *Et hoc teneo*, inquit,

non

non ignarus quod maxime Doctores tam antiqui, quam moderni ſcribentes, variaſſe videntur, vel inuicem contrary fuiſſe tam in iure canonico, quam ciuili. Et hoc forte ex defectu plenariæ, & ratiocinatiuæ examinationis, quam ſuper his non fecerunt. Ita diſſerit Salicet. & docet Caſtrenſ. *eodem loco num.* 3. vbi ait hanc ſententiam veram, & iuridicam eſſe, & inter conſil. Alex. *lib.*4. Anton. de Prato *veter. conſil.* 49. *num.* 10. *&* 15. & Alexand. *conſil. ſeq. numero* 1. Bero. *in dict. cap. cum dilecti, numero* 81. Crauett. *in conſil.* 693. *numero* 15. vbi ait ſe hanc ſententiam meliorem, & ſanctiorem arbitrari. Quis putaſſet iuriſperitos ſanctiores ſententias ſequi? Ita etiam tradunt Roderic. *in dict. quæſt.* 5. *num.* 22. & Franciſcus de Cald. *dict. cap.*29. *numero* 22. vbi refert ita in Luſi-
14 tania lege conſtitutum eſſe. † Denique hæc ſententia in foro recepta eſt, vt conſtat ex auctoribus, quos refert Rodericus *loco citato, num.* 10. inter quos Afflict. *in deciſ.* 135. *num.*3. & Vrſill. *ad eundem num.*5. Ozaſc. *deciſ.*70. *num.*11. *&* 13. Theſaur. *deciſ.*79. *num.*1. vbi refert Senatum hoc ius ſequi. Papon. *lib.*12. *titulo* 9. *arreſt.*1. Franciſcus Grimaud. *de contract. pignerat. lib.*2. *cap.*9. *num.*6. Ioſephus de Seſſ. *deciſ.*110. *num.* 21. Antonius Faber *dict. tit. de contr. & committ. ſtipulat. definit.*9. *&* 14. Benedict. Barz. *in deciſ.*35. *num* 16. *&* 17. qui refert conſtitutionem quandam Cardinal. Moroni Bononiæ legati huic ſententiæ congruentem; *quæ*, inquit, *vt vſu receptiſſima eſt, ita maximam ſapit æquitatem.* & quod magni ponderis eſt, ita tenere Rotam teſtatur Cardinalis Mantica *loc. cit. num.*8. & vere ita cenſuit ſæpiſſime, vt in quadam cauſa Bononienſ. coram felicis memoriæ Clement. VIII. cuius meminit idem Cardin. *loc. cit.* & coram Cardinali Seraphino *in deciſ.* 794. *num.*24. *&* 25. *& deciſ.* 809. quibus in locis refert ita ſtatuto vrbis Romæ cautum eſſe. His nouiſſime conſentit Lælius Mancin. *diſſert.* 35. *num.*10. *& numero* 37. vbi ait ſe magis Iuriſconſultorum ſententiam probare. Statuamus igitur pœnam adiectam quantitati admittendam non eſſe, niſi quatenus creditoris interſit.

15 Quæ ſententia multo magis in Eccleſia, & Eccleſiaſticis viris retinenda eſt, qui non debent cum aliena iactura locupletari, & proinde non poſſunt pœnas conuentionales exigere, niſi quatenus interſit, vt docent Corn. *in conſil.* 344. *num.*3. *lib.*1. Grammat. *in conſ. ciuil.*66. *n.*76. & alij apud eundem Cardin. Seraphin. *in dict. deciſ.*794. *num.*24. Hieronym. Gabr. *in conſ.*66. *num.*36. *lib.*2. & Cardin. Mantic. *d. tit.*37. *numer.*45. qui teſtatur Rotam hanc opinionem ſequi: & Rebuff *loc. cit.*

16 His conſequenter dicendum eſt abrogatas eſſe *d. l. verum, in fin. de pet. hæred. l.* 23. *de oblig. & act. & l.*47. *de verbor. oblig.* & cæteras omnes, quibus cautum eſt, validam eſſe ſtipulationem pœnæ, ſi ad diem pecunia non ſoluatur, vt etiam non obtinere puto *d. l. cum allegas* 14. *C de vſur. & d. §. ibidem.* quibus olim licuit pœnam ſtipulari vſque ad legitimum modum vſurarum, Denique reiiciendam eſſe *d. l. cum ſtipulari* 90. *de verbor. oblig.* qua definitum eſt pœnam creſcere, ſi ad diem pecunia ſoluta non fuerit, vt hic Accurſ. notat, ſubiiciens congruenter noſtræ ſententiæ hanc legem nunc iure nouiſſimo, quo vſuræ omnino prohibitæ ſunt, locum non habere vllo modo. *Sunt enim*, inquit, *à Chriſtiano homine penitus extirpandæ vſuræ: vt ne quidem vllum veſtigium remaneat quæſtus infeliciſſimi.*

17 Hic verò opportunè quæritur, an in his caſibus, in quibus fas eſt conuentiones munire adiectione pœnæ, neceſſaria ſit ſtipulatio, quod videtur, quia pœnæ, & vſuræ quædam cognatio eſt, vt notat Gotofred. *ad l. grege, in fin. ff. de pignorib.* & quia ex pacto non datur actio, vt inquit Paulus *lib.*1. *ſentent. tit.*14. & ſentit gloſſ. *in l. ſeruus, ff. de ſeru. export. & in dicto §. alteri. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* & Ioannes Botchol. *in lib. de vſur. cap.*3. *num.*49. Sed videtur referre, an creditoris interſit, hoc enim caſu pœna peti poteſt, etiamſi nudo pacto promiſſa ſit, vt *in d. l. ſeruum* 7. in qua conuenerat citra ſtipulationem, vt emptor pœnam præſtaret, & Papinianus reſpondit agi poſſe, quatenus intereſt, & ita ſentit gloſ. *eod. loc.* Bart. *in d. §. alteri num.* 5. *&* 6. Caſtrenſ. *in l. quamuis num.* 3. *C. de vſur.* & Iaſ. *in d. l.* 2. *§. item ſi in facto, num.*15. & Cuiac. *in d. l. ſeruus.* vbi ait diſtinguendum eſſe an interſit, vel non & Cardin. Mantic. *d. tit.*6. *num.*16. *&* 17. vbi tamen ſubiicit communem eſſe Doctorum ſententiam, quod imò pactum veſtiatur cohærentia contractus nominati, & conſequenter ſtipulationem neceſſariam non eſſe, etiamſi paciſcentis non interſit, & ita docere Petr. Iacob. Cyn. & Baldum *in l. quamuis C. de vſur.* Alex. & Iaſonem locis ab eo relatis, ſed quidquid ſit, conſultius eſt ſtipulationem contractui addere, vt vſitatum eſt.

Et notandum etiam eſt, quod ſcribit Crauett. in *d. conſ.* 18
695. *num.*15. *verſic. non obſtat ſecundum* quoties creditoris pluris intereſt, quam ſit pœna, rectè petere, quod pluris intereſt, idque admittere Angel. *in §. Cato numero* 40. & Galiaul. *num.*98. & ſenſit Grimaud. *in d. cap.*9. *in fin.* & probari poteſt *ex l.*41. *& ſeq. ff. pro ſoc. & d. l. prædia* 28. *de act. empt.* & conſequenter ſi minus interſit quam pœnæ nomine creditor ſtipulatus fuerit, pœnam exigi non poſſe, vltra quam intereſſe quantitas patiatur, vt eadem ſit contrariorum diſciplina *l.* 1. *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* & id ſentire etiam Galiaul. in *d. §. item ſi in facto, numero* 9. *de verb. oblig.* & ſentire videntur Afflict. *in d. dec.* 135. *numer.*3. *&* 4. & Vincent. de Franch. *dec.*67. *num.*4. dum docent pœnam cum intereſſe concurrere, & ſequitur ex eo, quod diximus pœnam adiectam quantitati non admitti, niſi quatenus interſit.

Sane ſi ex natura negotij & ex circunſtantiis rerum, & 19
perſonarum appareat pœnam obligationi quantitatis adiectam non pro vſuris, & in fraudem vſurarum additam fuiſſe, ſed ad coërcendam perfidiam, & contumaciam debitoris, exiſtimarem etiam in obligationibus ſoluendæ pecuniæ pœnam committi & exigi poſſe, arbitrio tamen iudicis temperandam, etiamſi creditoris nihil interſit, vel non tantundem interſit, vt iudicatum refert Louet. *in collect. arreſt. Curiæ Pariſienſ. litera P. arreſt.* 3. vbi memorat Senatuſconſulto confirmatam fuiſſe pœnam quinque ſolidorum in dies ſingulos ob non ſolutam ſua die penſionem decem aureorum à fratre promiſſam eius ſorori, dum monaſterium ingrederetur: & prætereà fratrem condemnatum fuiſſe ad eam pœnam in futurum ſoluendam, niſi ad diem penſionem præſtaret: & nihilominus, quia coaceruata præteritarum pœnarum quantitas ſatis egregia erat, Senatum illam ad aureos centum reduxiſſe. In hoc ergo negotio, quia pœna eſt vice vſurarum; ſed ad coërcendam fratris moram, & perfidiam, rectiſſime iudicatum eſt pœnam commiſſam eſſe. Solent enim fratres, & præſertim nobiles, poſtquam ſorores Monaſteriis incluſerunt, etiam immemores eſſe, & in penſionum promiſſarum ſolutione
ceſſare. † Et notandum eſt quod ſcribit Papon. *d. tit.*9 *art.*4. 20
in princip. materiam huiuſmodi pœnarum conuentionalium non eſſe certo conſtitutam: iudicatum quippe aliquando eſt, pœnam hanc ad legitimum intereſſe reducendam eſſe: aliquando integram deberi: & tam varie conſtitutum fuiſſe ex natura actionis, ex malitia, & culpa, vel excuſatione non ſoluentium, aliiſque rerum, & perſonarum circumſtantiis. Quamobrem mihi videtur hac in re plurimum iudicis arbitrio tribuendum eſſe, vt comperi docuiſſe Roman. *in conſ.* 510. *num.* 9. Menoch. *in d. caſ.* 260. *num.* 16. *&* 19. Petr. Gregor. *de vſur. lib.*2. *cap.*3. *numer.* 25. Grimaud. *loc. cit. num.*17. & Felic. *de ſociet. cap.*29. *num.*12. & proinde poſſe iudicem huiuſmodi pœnas ex bono, & æquo moderari, vt obſeruatum à Curia Pariſienſi refert Rebuff. *in d. l.* 1. in verbo *proferuntur. numer.* 49. & Louet. *loc. cit.* & ſenſit Cuiac. *obſer. lib.* 16. *cap.* 34. & Pachin. *controuerſ. iur. lib.* 1. *cap.* 50. *in fin.* vbi notat iudicem curare debere, ne pœna immodica exigatur. Quod etiam innuit *l.*4. *curare ff. de in lit. iuran. & d. l. vn. Cod. de ſentent. quæ pro eo*, quæ ait, *natura congruum eſſe eas tantummodo pœnas exigi, quæ cum competenti moderamine proferuntur, vel à legi-*
bus certis finibus concluſæ ſtatuuntur. † Ex quibus etiam puto 21
iudicis arbitrio commiſſum eſſe, an pœna addita quantitati ſit loco, & vice vſurarum, an coërcendæ perfidiæ gratia, idque ex qualitate perſonarum, & rerum ex quantitate pœnæ aliiſque circunſtantiis, quibus fraus, vel præſumitur, vel excluditur, definiendum eſſe. Quæ cum incertæ ſint, & ex facto pendeant, non poteſt id certa

lege conſtitui , vt quæſtiones aliæ , quæ in facto conſiſtunt *l.32. in princ. ff. de vſur. l.3. §. eiuſdem. ff. de teſtib. l.38. de rei vindic.* & tradit eleganter Bald. *in l. per diuerſas , num. 16.* vbi iudicem facti diſceptatorem vocat. Proinde illius religioni, & prudentiæ relinquendum eſt, quas pœnas probet, vel reiiciat , vel moderetur , & cum hoc temperamento recipienda ſunt quæ dixi *num.6.* & recipi poteſt quod Salon *in d.contr.11.* & alij Theologi docent apud Salas *loc.cit.* id eſt ex magnis coniecturis , & argumentis iudicem pœnam licet quantitati additam admittere poſſe cum moderamine tamen æquitatis,& rationis,vt proxime dictum eſt.

22 Illud verò certum eſt pœnarum etiam cùm licitè promiſſis , & conuentionibus adiiciuntur , multas excuſationes eſſe , quarum aliquæ agitantur apud Cardinalem Seraphin. *in dict. deciſ.764.* quas ego prætermitto. Nec enim id ad tractatum noſtrum valde pertinet : nec tempora , nec vires patiuntur me longius excurrere. Et proinde hoc tantum addo , pœnam , quoties in fraudem vſurarum adiecta deprehenditur , ſi exigatur , non minus ſorti imputandum eſſe , & minuere ſortem , quàm ſi quid nomine vſurarum exactum eſt. Neque enim hoc caſu pœna differt ab vſura, vt dixi , & proinde eodem loco haberi debet , vt indicat *l. pœnam , ff. de vſur.* & notat Gotofred. *ad d.l. grege , in fin. ff. de pignorib.* vbi ait pœnam vſuræ ſpeciem eſſe : idque ſentiunt Nauarr. Tolet. & alij quos refert Vgolin. *dict. cap.8.*
23 *§.10. verſ. ſecundo excipio.* & neminem puto contradicere. † Prout etiam non omiſero egregiam ſpeciem , in qua creditor pœnam à debitore exactam non reſtituit , nec imputat ſorti , cum ſcilicet ei pignus à debitore ſubreptum eſt , & pœnam hoc nomine conſecutus eſt. Nam certum eſt creditori , cui pignus ſubripitur , dari actionem furti non tantum aduerſus extraneum , ſed etiam aduerſus debitorem, dominum pignoris *l. itaque. 12. §. vlt. ff. de furt. & §. aliquando. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.* & tradit aliis auctoribus citatis Farinacius *de furt. quæſt. 174. num. 30.* vnde ſi creditor pœnam furti à domino conſecutus eſt , id ei non reſtituit , nec imputat ſorti , vt docet Ioannes Copus *de fructib. lib. 3. tit. 4. cap. 2.* & conſtat *ex l. 79. ff. de furt.* quæ ait debitorem ſi pignus ſubripuit quod actione furti ſoluit , nullo modo recipere , ne ſcilicet eius delictum maneat impunitum , & huc pertinet quod initio diximus, pœnam ſemel depenſam non repeti ex *l. 74. de ſolut.* &
24 aliis ,† tametſi aliud ſit , ſi ab extraneo pignus ſubtractum eſt , nam quicquid creditor actione furti , vel condictione furtiua ab extraneo conſequitur , debito imputare cogitur, vel reſtituere debitori , vt tradit Vlpianus *in l. 22. in princip. ff de pignor. act.* & ibi Bartol. & Caſtrenſ. *numer. 1.* & Fulgoſius *eadem l.* quæ eſt veluti commentarius *d. l. 79. ad Papin.* qui totam hanc rem diligentiſſimè , & doctiſſimè executus eſt; à Farinacio tamen,& aliis,qui de furto ſcripſerunt , prætermiſſam.

25 Sanè inter caſus , in quibus debitor excuſatur à pœna, vt etiam à periurio , & mora , is frequens eſt , ſi forte pecunia , iuſſu iudicis apud eum ſequeſtrata ſit in odium creditoris , vt conſtat ex *l. vlt. ff. de leg. comm.* & hic Bart. & Baldus docent , & Salic. *in l. vlt. Cod. de non num. pecun.* Afflict. *in deciſ. 328. num.2.* & Vrſill. *ad eund.* Galeſ. *ad formam obligat. cam. part.4. quæſt.3. num.4.* Caroc. *in lib. de ſeq. part.3. quæſt. 10. num. 1.* Coſta *de ignor. fact. diſt.51. num. 12.* Rot. apud Pen. *dec.33. num.9. & 10.* Cyriac. *controuerſ. 540. n.51.* & Iacob. Cancer. *variar. reſolut. part. 2. cap. 4. numero 25.* ex quo ſequitur, vt nec etiam hoc caſu teneatur ad id quod intereſt , vt iidem auctores ferè docent , & Rota apud Cardin. Seraphin. *deciſ.912. num.1. & 2.* vbi ait ſequeſtrum , ſiue iuſtum , ſiue iniuſtum , non poſſe impunè contemni , & *deciſ. 919. num.1.* Rot. Genuenſ. *in deciſ.61. num. 4. & 9.* idem Caroc. *in deciſ.127. num.3.* Grimaud. *de contract. pignor. lib.1.*
26 *cap.23. numer. 15.* † Quod tamen quaſdam patitur exceptiones , & inter alias niſi iam mora facta ſit , vt cenſuit Rota Genuenſ. *in dicta deciſ. 61. num.6.* Caroc. *in dict. quæſt. 10. num. 2.* & Cancer. *loco citato num. 19.* vel niſi agatur de annuis reditibus , qui etiam poſt ſequeſtrum currunt , quia non debentur ex mora , ſed ex conuentione Grimaud. *in d. cap.23. num.15.* vel niſi pecunia debeatur ex cauſa pretij rei fructiferæ , quia niſi deponatur , nihilominus vſuræ præſtandæ ſunt ratione fructuum. *l. euictis 18. §.1. ff. de vſur.* Peregrin. *conſ.77. num.5. lib.2.* & nos diximus *quæſt. 17. n.24.* quia etiam non debentur ob moram , ſed ex æquitate , vt multis locis dictum eſt ; vel niſi à non competenti iudice, inhibitio facta ſit , quia illi impunè non paretur *l. vlt. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Gratianus *in conſil.28. n.15. lib. 1.* & Cancer. *loc. cit. num.30.* Denique niſi debitor ſequeſtrum ſibi fieri curauerit dolo malo , & in fraudem creditoris , vt multi faciunt , Caroc. *loc. cit. num.4.* Coſt. *in dicta diſtinct.51. num.18.* Vrſill. ad Afflict. *in dict. deciſ. 328.* & Seraphin. *in dict. deciſ.912. in fin.* quod vel teſtibus, vel coniecturis detegendum eſt : atque etiam oblato iuramento ei , cuius nomine inhibitio facta eſt , vt tractat Menochius *de arbitr. caſ. 224.*
num.6. & de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 26. † Quod verò ait 27
Cancer. *loc. cit. num.27.* id quod diximus ſequeſtrum excuſare à mora , & pœna , locum habere ſi creditor eius notitiam habuerit : aliud verò eſſe , ſi ignorauerit , non puto accipiendum eſſe , ſi fraus omnis abſit : ſatis enim eſt ſi iuſſu iudicis debitori vetitum ſit , ne ſolueret , illi enim parere debet. Quid enim ſi creditor abſens ſit : Sane conſultius eſt creditori id notum facere , vt poſſit fideiuſſoribus, vel aliis modis ſequeſtrum tollere , & debitum exigere , vt docet Gutiert. *practic. quæſt. lib.2. cap.213. num.16.* & ipſe Cancer. *loc. cit.*

QVÆSTIO XXXIX.
De emptionibus , & ceſſionibus nominum.

SVMMARIA.

1. *Nomina debitorum vendi poſſunt.*
2. *Etiam ignorantibus , & inuitis debitoribus.*
3. *Nomina quorum dies nondum venit, cedi & vendi poſſunt.*
4. *Nominis ceſſio interueniente pretio valet , quamuis titulus non ſit expreſſus.*
5. *Nomina debitorum in ſolutum dari poſſunt.*
6. *Debitor an ex eo quod ante diem ſoluit , poſſit minus ſoluere.*
7. *Nomen debitoris , cuius nondum dies venit, an minori pretio ſine vſura emi valeat.*
8. *Soluere ante diem non eſt vſura , neque emptio.*
9. *Emens nomen debitoris minori pretio non committit vſuram.*
10. *In emptione nominis nondum maturi paruo pretio cum venditore fœnus non committitur.*
11. *Neque etiam cum debitore.*
Fœnus non niſi inter conſentientes contrahitur.
12. *Iniuſtam vel vſurariam eſſe emptionem nominis plurimum intereſt.*
13. *Debitor minus ſoluens , cùm debitum indubitatum eſt , non liberatur.*
14. *Debitori malo partem remittens , vt reſiduum conſequatur , id quod remiſit , petere poteſt.*
15. *Debitor, cui ex eo, quod ante diem ſoluit , pars liberè remittitur, reſtituere non tenetur.*
16. *Debitor ſine exceptione eo , quod ante diem ſoluit , minus ſoluens iniuſtitiam facit.*
17. *Pecunia abſentis , & præſentis idem valor.*
18. *Debitor ante diem ſoluens ratione lucri ceſſantis poteſt minus ſoluere.*
19. *Tranſactio de dubio credito pro minori ſumma valet.*
20. *Ceſſio nominum corrigenda eſt ex* l. pen. & vlt. C. mandat.
Ceſſio non valet ſupra modum numeratæ pecuniæ.
21. *Procuratori actiones cedi non poſſunt, vt partem habeat.*
Neque etiam Aduocatis.
22. *Emptio nominis non valet vltra ſolutum pretium.*
23. *Ceſſio facta titulo venditionis , & donationis non valet ſupra modum pecuniæ ſolutæ.*
24. *Ceſſio iurata non plus valet, quam vere datum eſt.*

25. *Confeſſio partium in ceſſionibus nominum non ſufficit.*
26. *Aſſertionibus partium in materia ſuſpecta non creditur.*
27. *Simulationis exceptio perpetua.*
28. *Actiones titulo donationis transferri poſſunt.*
29. *Ceſſionarius creditum ſuum aliunde probare tenetur quam ex confeſſione cedentis.*
30. *Antony Fabri deſinitio expenditur, & declaratur.*
 Iudex ex coniecturis credere poteſt ceſſionem non eſſe ſimulatam.
31. *Actione pro parte donata, id quod donatum eſt, cedit lucro debitoris.*
32. *Actione minori pretio vendita neque cedens neque ceſſionarius pro reſiduo agere poteſt.*
33. l.2.C.de litig *declaratur.*
34. *Theologorum, & Iuriſconſultorum diuerſa via in corrigendis ceſſionibus nominum.*
35. *Ceſſio quibuſdam caſibus in totum valet, licet minori pretio facta ſit.*
36. *Ceſſio in ſolutum maioris debiti pro minore in totum valet.*
 Deffinitio Preſidis Fabri 22.C.mand.*reiicitur.*
37. *Iuſtinianus ſanxit, vt etiam in caſibus ab Anaſtaſio exceptis ceſſio vltra modum pecuniæ ſoluta non valeret.*
38. *Ceſſio vltra pretium valet ratione ſumptuum, & periculi, quæ ceſſionarius ſubire cogitur.*
39. *Pretium in ceſſionibus ratione periculi minui non debet, cum periculum eſt cedentis.*
40. *Emptor nominis, quod pure debetur, non poteſt aliquid detrahere de pretio ratione lucri ceſſantis.*
41. *Ceſſionarius nominis poteſt agere poſt moram ad id quod intereſt.*
42. *Quæſtores Principum qui pro expectatione debitorum fiſcalium aliquid exigunt, vſuram committunt. & numero* 48.
43. *Quæſtores qui aliquid accipiunt, quo magis, vel minus in officio faciant, quomodo puniantur.*
44. *Quæſtores ex eo quod ante diem ſoluunt, aliquid exigentes, vſuram non committunt.*
45. *Vſura omnibus debitis accedere poſſunt, etiamſi ex mutuo non debeantur.*
46. *Quæſtores Principum, vt citius ſoluant, vel vt alios præferant aliquid accipientes, iniuſtitiam committunt, & tenentur l.Iul.repet.*
 Quod verum eſt, etiamſi per interpoſitam perſonam id faciant.
47. *Quæſtores occupantes publicas pecunias negotiationibus ad intereſſe tenentur.*
 Pecuniæ publicæ fœnori dari non poſſunt, & huius rei pœna.
48. *Quæſtoribus quando liceat publicam pecuniam in ſuos vſus vertere.*
49. *Conductio ea lege facta, vt chirographa in partem pretij dari poſſint, non eſt illicita.*
50. *Leonardi Leſſij doctrina quædam declaratur.*
51. *Nominis ceſſi periculum an ſit cedentis, vel ceſſionarij.*
 Ceſſionis duplex genus.
52. *Ceſſio in dubio præſumitur facta ſolutionis cauſa.*
53. *Ceſſionarius non poteſt regredi aduerſus cedentem, niſi doceat exactam diligentiam adhibuiſſe.*
54. *Etiamſi ceſſio facta ſit ſolutionis cauſa.*
55. *Ceſſionarius qui exegit vſuras, nominis periculum ſuſtinet.*

CERTVM eſt non tantum res corporales vt ſunt domus, & alia prædia vrbana vel ruſtica, naues & alia huiuſmodi,
1 † Sed etiam incorporales, quæ in iure conſiſtunt, vt ait *l.1. ff. de diuiſ. rer.* inter quæ procul dubio ſunt nomina debitorum & actiones cedi & vendi poſſe certo pretio. Id enim perſpicuum eſt *ex l. 1. & tot. tit. ff. de hæredit. & act. vendit. & l. 17. ff. de fideiuſſ. l. 2. & 4. C. de litig.* quibus conſtat quibuſcunque titulis, & per quamlibet ſpeciem contractus in alium transferri poſſe, & tradit Roderic. *de ann. redit. lib. 2. quæſt. 21. num.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.459. num.* 21. & nos diximus initio *quæſt. 16.* vbi ſcripſi etiam in dotem dari poſſe. † In qua re conſenſus de- 2
bitoris non exigitur: ſed eo abſente, & ignorante, imò etiam inuito ceſſio & venditio fieri poteſt, vt conſtat ex *l.1. Cod. de nouat.* quæ hanc inter delegationem & venditionem nominis differentiam conſtituit, vt delegatio non niſi conſentiente debitore iure perfici poſſit, ceſſio verò nominis etiam eo ignorante vel inuito valide contrahatur. Quod etiam & iiſdem verbis conſtitutum eſt in *l.5. C. de hæred. vel act. vend.* & tradit Iacob. de Aren. *in lib. de ceſſion. num.*58. & Ioann. de Graſſ. *eod tract* §.3.*num.*2. Cuiac. *in l.7. in fin. eod. tit. Cod. de hæred. vel act. vendit.* Petr. Gregor. *Syntagm. iur. ciuil. lib.* 21.*cap.* 20. *num.* 6. præclar. memor. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 3. *tit.*13. *num.*1. Sigiſm. Scace. *de commerc.* §.2.*gloſ.*5. *num.*279. Idem Gratian. *diſcept. cap.*507. *num.*22. Andr. Georg. *alleg.*39. *numer.*24.

3 Neque tantum ea nomina vendi & emi poſſunt, quorum dies venit, & quæ ſtatim peti poſſunt, ſed etiam ea quæ ſub conditione & in diem debentur, vt definitum eſt *in l.17. ff. de hæred. & act. vend.* vbi Vlpianus ait id fieri ſolere quod etiam conſtat ex *l. multum intereſt* 19.*ff. eod.* & notat *ad hunc tit* Duaren *cap.*4. vbi ait hoc receptum eſſe: & Vveſembec. *numer.*6. & ante illos docuit Bero. *in cap. ciuitate numer.* 10. *de vſur.* vbi ait pure, & præſenti die vendi poſſe.

4 Et licet emptionis & venditionis nomen expreſſum non ſit, ſed actio ſeu ius obligationis ſimpliciter cedatur pro certo pretio, quo caſu quidam exiſtimauerunt ceſſionem non valere: verius tamen eſt ceſſionem ſuſtineri, & nominis venditionem iure contractam eſſe, vt conſtat ex *l.*10. *& 36. ff. de fideiuſſ. l.1. C. de præd. curial.* & docent Bart. *in l. per diuerſas num.*7.*C. mandat.* & Caſtrenſ. *num.*11. Menoch. *lib.* 3. *præſ.*129. *num.*30. Bettazzol. *de clauſ. inſtrum. clauſ.* 37. *gloſ.*2. *num.*2.*verſic. ſed quod pro ceſſionis.* Mart. Medic. *inter dec. Senenſ. exam.* 27. *numer.* 25. Rot. Roman. *inter recentiſſ. deciſ.* 373. *num.*16. *&* 44. *par.*2. & aliis auctoribus citatis Alex. Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 2. *tit. de act. cap.*2. *n.*2.*&* 3. vbi tradit ad validitatem ceſſionis ſufficere, ſi ceſſionis cauſa exprimatur.

5 Qua ratione etiam exploratum eſt nomina debitorum in ſolutum cedi & dari poſſe ex *l. vlt. C. quand. fiſc. vel priuat.* & in cauſam iudicati & executionem ſententiæ capi, adiudicari creditori ex *l.* 15. § *ſic quoque ff. de re iudic. l. ordo Cod. de execut. rei iudic.* & tradit Socin. Sen. *in conſil.* 37. *num.*2. *&* 13. *lib.*4. Gratian *d.cap.*507.*in fin.* Anton. Fab. *coniecturar. lib.*8.*cap.*15. & Aſin. *de execut.* §.4. *cap* 51. *in fin. & cap.* 52. vbi ait ipſo iure actiones in creditorem transferri. In quo tamen plurimum intereſt, quod attinet ad periculum nominis, an in ſolutum datum ſit, aut facta ceſſio ſolutionis gratia, vt tractatum eſt apud Ozaſch. *in dec.*62. & Marill *deciſ.*2. & apud eund. Fabr. *coniectur. lib.*12.*cap.*7.

6 Cæterùm ex his dicendum videtur hoc commercij genus nihil ad tractatum noſtrum pertinere. Et tamen Theologi quærunt, an in hoc genere commercij vſura committatur: & præſertim apud Salas *lib. de vſur. dub.*27. vbi duas ſpecies conſtituit.

Prima eſt, cum debitum, cuius dies nondum venit, ab ipſo debitore emitur, & hoc caſu ſi minori pretio redimatur, diſtinguendum eſſe putat. Vel enim debitum certum & liquidum eſt: & hoc caſu ſi ex eo quod ante diem ſoluitur, minus numeratur, neque debitoris interſit, vſuram committi, quia cum hæc anticipata ſolutio mutuum virtuale ſit, vt loquitur, conſequens eſt hic debitorem ex mutuo lucrum captare & percipere, quod illicitum eſt & vſurarium. Sin vero debitum incertum eſt: vel ex eo quod ante diem ſoluitur: debitor damnum patitur, vel amiſit lucrum, licitum eſſe minori pretio emere. Atque in hoc conuenire omnes Caietan. Sotum, Salon. Molin. & alios, quos refert *num.*3.*&* 4.*& in libro de empt. dub* 39.*num.*4. & alij apud Dian. *tract. de contract. reſolut.*49. & Fagundez *lib.*5.*cap.*16. *num.*9. 10. *&* 13. quibus conſentit Eminentiſſimus P. de Lugo *de iuſtitia & iure, diſputat.*26.*num.*101. qui quando debitum liquidum eſt, & debitor minoris emit in *verſ. addo vlterius,* agnoſcit hic non tantum iniuſtitiam, ſed etiam vſuram deliteſcere.

7 Altera ſpecies eſt, cum nomen à tertio emitur, vt fieri ſolet: & hoc caſu plurimum intereſſe, an nomen idoneum & certum ſit, & nullis ſumptibus & periculis obnoxium, quod tamen rarum eſt: tunc enim non poſſe minoris emi, & ſi id fiat, vſuram eſſe: ſiquidem in effectu dantur decem vt vndecim recipiantur, quod etiam iure ciuili eſt illicitum *l.ſi tibi.ff.de pact.& l.rogaſti.§.1.ff.ſi cert.pet.* nihil enim refert ab vno vel ab alio plus exigere. Sed ſi debitum incertum eſt, & non ſine moleſtia & ſumptibus exigendum: vel ſi ob feſtinatam ſolutionem emptoris interſit, minoris emi poſſe, neque contractum iniuſtum vel vſurarium cenſeri debere. Ita Molin. *in diſput.*361.*num.*8.*&* 9. & alij Theologi apud Salas *loc.cit. num.* 6. quibus accedit Bonac. *de contract. diſput.*3.*quaeſt.*3.*p.*10. *num.*2. *&* 4. Malder. *tract.*5.*cap.*3.*dub.*5. P. Layman. *lib.*3.*tract.*4.*cap.*17.*num.*33. Ioannes Baptiſta Lupus *de vſur.& commerc.illic. comment.*3.*§.*5. *num.*27. *&* 28. & Sigiſm. Scacc. *d.lib.de commerc. quaeſt.*1. *num.*430. *&* 431. vbi refert hanc communem eſſe ſententiam. Hoc ergo caſu nomen debitoris à tertio eo vilius emi poteſt, quo incertius eſt, & magis intereſt ante diem ſoluere: & quo pluris laboris, & ſumptus & periculi veriſimiliter ſubeundum eſt ad illud exigendum arbitratu boni viri.

8 Atque ita Theologi fere definiunt, in quo tamen non videntur ſatis congruenter rem tractare. Nam quod attinet ad primam ſpeciem, cum ſcilicet ipſemet debitor ante diem ſoluit, certum eſt emptionem intelligi non poſſe. Neque enim emptio rem, quæ emitur, perimere ſolet Hic vero debitum diſſoluitur, & definit deberi. Denique emptio, & venditio contractus eſt, hic vero res geritur animo diſtrahendæ obligationis, vt etiam hic mutuum neque proprium, neque virtuale agnoſci poteſt, quia mutuum non eſt, niſi in creditum eatur, & aliquid ſimus recepturi *l.*1. *&* 2.*§.mutui datio.ff.ſi cert.pet.* in hoc vero genere non itur in creditum, neque vlla naſcitur actio ad condicendum, quod debetur, ſed potius obligatio diſſoluitur *inſtit.quib. mod. ſoluit.oblig.l.pen. ff. de ſolut.* non ergo hic mutuum intelligi poteſt. Vnde congruentius quæri poſſe videtur an debitor, qui ante diem ſoluit, quod illi licere certum eſt quibuſdam caſibus exceptis *l.quod certa. ff. de ſolut.* ex eo quod ante diem ſoluit, poſſit deducere interuſurium medij temporis. Quod debitori non licere, niſi vere eius interſit ante diem ſoluere dixi *quaeſt.*30. *num.*13.*&* 14. vel poſſit minus ſoluere; quod etiam ei non licere, quando debitum certum, & indubitatum eſt, proxime dicam.

9 In altera etiam ſpecie non videtur congruenter quæri, an vſura admitti poſſit. Nam cum exploratum ſit in hoc negotio emptionem & venditionem contractam eſſe, etiamſi nomen ſub conditione & ad diem debeatur, vt dixi ex *dicta l.*17.*&* 19 *ff.de hered.vel act.vendit.* nulla hic vſuræ ratio intelligi poteſt, tametſi minus iuſto pretio actio vendita proponatur. Neque enim ex eo, quod res iniuſto pretio diſtracta ſit, venditio irrita eſt, vel negotium ad aliud genus contractus pertinet *l.in cauſa.§.idem Pomponius.ff. de minor.l.*22.*§.vlt.ff.loc.* & res viliſſimo etiam pretio poteſt comparari *l.ſi vſufr.ff.de iur.dot.l.ſi donationis, ff.de donat.int.vir.& vxor.& l.*5.*in fin.ff.de eo quod cert. loc.* & Cardinalis Mantica *d.tit.*13.*num.*2.& in ſpecie Bero.*loc.cit.*& Cyriac.*controuerſ.forenſ.*169.*num.*9.*&* 12. vnde videri poteſt hoc genus à tractatu fœnoris alienum eſſe.

10 Neque mouent argumenta Molinæ, & Salas, quia tantum oſtendunt hic iniuſtitiam intercedere poſſe, non fœnus; nam ſi in hoc commercio fœnus contrahi poſſet, vel contraheretur cum creditore cedente, vel cum ipſo debitore, cuius nomen venit. At neutrum dici poteſt. Neque enim cum ipſo venditore nominis fœnus contrahitur, quia nullius quantitatis debitor manet, cui vſura accedere poſſit, quæ eſt ratio Caietani verbo *vſura*, cap. vlt. verſ. *quod nullum.* ſi quidem ceſſione nominis, quæ veluti rei, quæ in iure conſiſtit, vicem traditionis obtinet, vt multi docent apud Tiraquell.*de retract.lib.*1.*§.*1.*gloſ.*7.*num.*12. & Noal. *de tranſmiſſ. caſ.*38.*num.*7. cedens liberatur: ita vt nec debitorem locupletem præſtare teneatur, niſi aliud actum ſit *l. ſi nomen* 4.*ff. de haredit. vel act.vendit.& l.pupilli, §.ſoror. ff. de ſolut.* Mantic.*dicto tit.*13. *num.*10.& Ludou.Bell. Auenionenſ. *conſil.*214.*num.*1 *&* 4. Cyriac. *loc. cit. & controuerſ. ſeq. num.*9. & proinde nominis venditor eo loco haberi debet, quo is, qui rem aliam vilius vendit & tradit: cum quo in his terminis fœnus contractum eſſe intelligi non poteſt, ſed iniuſtitia tantum, vt in venditionibus aliarum rerum, quæ minus iuſto pretio ſine dilatione rei, & pretij interdum comparantur, vt dixi *quaeſt.*24.

Et multo minus cum debitore ceſſo fœnus contractum 11 eſſe intelligi poteſt. Etenim ceſſio & venditio nominis abſente & ignorante, atque etiam inuito debitore fieri poteſt, vt dixi ex *l.*1.*C. de nouat.* mutuum verò & fœnus non niſi inter conſentientes contrahitur, *l. ſingularia, & l. non omnis, ff. ſi certum petatur, l.* 7. *§. quoties, ff. depoſit.* Præterea debitor cuius nomen venditum eſt, non noua obligatione tenetur, ſed à ceſſionario mandatis actionibus conuenitur *l.vltim. Cod. quando fiſc.vel priuat. l.*3. *Cod. de nouat.* & Petrus Gregorius *dict. cap.*10. *num.* 6. Denique nihil vltra ſortem debitam præſtare cogitur, vel promittit, in quo poſita eſt ratio fœnoris. Nullo modo igitur hic fœnus intelligi aut fingi poteſt. Et hac in re adſentior Eminentiſſ. P. de Lugo, quem deinde comperi ita ſentire *in dict. diſp.*20. *num.*98.*&* 99.

Neque tamen intereà exiſtimandum eſt nihil vel parum 12 referre, an in hoc genere vſura, vel iniuſtitia committatur, quod ſcilicet emptor etiam ad reſtitutionem teneatur propter inæqualitatem pretij, tum quia in foro ex eo quod res paulò minore pretio empta eſt, non reſcinditur venditio: neque venditor agere poteſt, vt ſibi præſtetur, quod iuſto pretio deeſt, niſi immodica ſit captio, & vltra dimidium valoris rei *l.*2.*&* 8.*Cod.de reſcindend.vendit.* quod etiam iure Pontificio receptum eſt, vt dixi *in ſin.q.ſeq.* Sed ſi contractus vſuram continet, id totum, quod in lucro eſt, reſtitui debet etiam in foro noſtro, in quo quod attinet ad vſuras, canones ſequimur. Atque etiā quia ſi in hoc negotio fœnus contrahitur, poteſt is qui ſic contrahit, infamia, & aliis vſurariorum pœnis puniri: ſi verò hic iniuſtitia tantum, & inæqualitas in pretio interuenit, id nullam meretur pœnam in vtroque foro, quia non tantum per leges, ſed etiam per Canones, licet contrahentibus ſe in pretio decipere, vt dixi. Et ſanè aſperior & durior mihi videtur ea ſententia, quæ ita contrahentes tot pœnis ſubiicit, & valde placet, quod Vlpianus ait *in l.*200.*de reg.iur. ſemper eligendum eſſe, quod minimum habet iniquitatis.*

Quamobrem in prima ſpecie Molinæ, & Salas, cum 13 ſcilicet res eſt inter creditorem & debitorem, tres caſus ſeparandos eſſe puto. Primus eſt, cum debitum certum, & indubitatum eſt, & ſine die, & exceptione debetur; & hoc caſu dicendum eſt debitorem, qui minus ſoluit, pro eo, quod non ſoluit, non liberari, tenetur enim ex iuſtitia totum ſoluere *l.pront, ff.de ſolut.l.acceptam, Cod.de vſur.* Vnde ſi debitor per vim & metum, vel per mendacia, & fraudem minus ſoluendo totius debiti liberationem extorqueat non ideò minus reus eſt reſtituendi reſidui *l.metum, §.ex hoc edicto, & l.illud, ff.quod met.cauſ.* Nam licet in hoc ſtatu ius crediti minoris eſſe videatur, & veriſimile ſit neminem alium nomen iſtud, ſi venale eſſet, quanti eſt, empturum, hoc tamen quoad alios prodeſſe poteſt ad minuendū pretiū, quia non tenentur ſumptus, & moleſtias pati. At verò debitor non poteſt ex hac cauſa, quæ ex illius malitia, & culpa prouenit, minus ſoluere, quia tenetur ex iuſtitia confeſtim totum ſoluere, & fraudibus, & fruſtrationibus abſtinere, vt didici ex Molin.*in dicta diſputatione* 361.*num.*5. Reginald *lib.*25.*cap.*18.*num.*311. Malder. *loco citato*, & Cardin. de Lug.*in d.diſp.*20 *num.*101. *verſic. ſecunda verò pars.*† Qua 14 ratione inter iuris auctores receptum eſt illum, qui malo debitori partem debiti remiſit, vt reſidum conſequatur, id quod remiſit, condictione ob turpem cauſam repetere poſſe. Ita enim docent Iacob. de Aren. Roman. Alexand. & Iaſ. *in l.vlt. ff.de condict. ob turpem cauſam.* apud Schrader. *de feud. part.* 9. *cap.*6. *num.*9. Marſil. *in ſing.*432. & tractat Benuen. Stracc. *lib.de decoct. part.*6. *num.*1. *& ſeq.* & Sigiſmund. Scacc. *de commerc.§.*2. *gloſ.*5. *num.*53. quos in hac re conſulere operæ pretium eſt.† Hoc tamen hanc patitur exceptio- 15 nem, niſi creditor libere & ex libera animi ſententia partem

rem crediti debitori ſuo remiſerit. Hoc enim caſu neque poteſt creditor quod amplius erat, petere, neque debitor reſtituere tenetur, quia liberam remiſſionem creditoris ab obligatione reſtitutionis excuſare exploratum eſt, vt docent duo meritiſſimi Cardinales Tolet. *inſtruct. ſacerd. lib. 5. cap. 26. num. 2.* & de Lugo *diſput. 21. num. 46.* & in ſpecie P. Layman. *loc. cit. verſ. id porrò fateri.* Molina & alij apud Salas *dict. dub. 27. num. 4.* & probari poteſt ex *l. iura 41. ff. de pact.* quæ ait debitori ex pacto exceptionem dari: & ex *l. 1. ff. de tranſact.* ex qua conſtat cuilibet liberum eſſe donationis cauſa rem certam, & indubitatam liberalitate remittere.

16 Secundus caſus eſt, cum debitum quidem certum eſt, & nulla poteſt exceptione in dubium reuocari, ſed cuius nondum ceſſit, & venit dies, veluti ſi poſt annum ſoluendum eſt: & hoc caſu, in quo maior eſt difficultas, & in quo Theologi ipſi inter ſe diſſentiunt, exiſtimo illicitum & iniuſtum eſſe ex eo tantum quod ante diem ſoluitur, cum nihil debitoris intereſt ante diem ſoluere, minus ſoluere, quàm debeatur, quia non ſeruatur æqualitas inter debitum, & ſolutionem illius, quæ vt perfecta dicatur, exigit tantundem retrò pecuniæ exolui creditori *dict. l. 80. ff. de ſolutionib.* Antonius Faber *de variar. numm. debit. ſolut cap. 5. verſ. cum ergo quaritur.* & in ſpecie Bartolom. de Sancto Fauſt. *diſp. 6. quæſt. 32.* vbi rectè ait non eſſe legitimum titulum detrahendi aliquid ex vero debito anticipare ſolutionem.

17 Neque mouet, ſi dicas hic nullam inæqualitatem eſſe, quia cum pecunia præſens plus valeat quam abſens, nonaginta quæ nunc ſoluuntur, non minus valent, quam centum poſt annum vel aliud tempus ſoluenda. Nam reſpondeo centum aureos nunc præſentes, ſubducto omni lucro vel damno non plus valere quam centum abſentes, & qui poſt annum ſolui debent, quia ſupponimus toto illo tempore nummos illi inutiles futuros, vnde tantum eſt creditori illos habere quam non habere, & conſequenter in hac ſpecie non plus illi valent præſentes, quàm abſentes. Alioqui ſi decem hodie mutuò accepta plus valent, quàm totidem poſt annum ſoluenda, ſequeretur creditorem ſubducto omni lucro, vel damno ex ſola dilatione temporis poſſe obligare debitorem, vt poſt annum vndecim reſtituat, vt ſeruetur æqualitas inter datum & acceptum, quod ius ciuile non patitur *d. l. rogaſti, ff. ſi certum petatur, l. ſi tibi, ff. de pact.* & abſurdum eſſe oſtendunt Molin. *in dicta diſput. 361. numer. 9.* Reginald. *loc. cit. num. 312.* Salas *dict. dub. 27. numer. 6.* & Cardin. de Lugo *dict. diſput. 26. num. 96. verſ. ideo facilius*, quia, inquiunt, inde ſequeretur vſuram natura ſua licitam eſſe, à quibus tamen diſſentio, dum putant in hoc negotio vſuram committi, vt dixi *numer. 8.* quia magis eſt vt dicamus hic iniuſtitiam obrepere ob non ſeruatam æqualitatem inter datum & acceptum, non fœnus. Etenim mutuum hic nullum contrahitur ſed diſſoluitur: nulla pecunia debetur, propter cuius vſum vſuræ præſtentur: nulla hic ſors eſt, cui vſura accedere poſſit. Denique ſi quis hic contractus geritur, innominatus eſt, *do ſcilicet minus, vt ab obligatione maioris ſummæ me liberes*, in quo vſura eſſe non poteſt, vt alio loco dixi. Iniuſtus ergo eſt hic contrahendi modus, non vſurarius, vt etiam ſenſit Vgolin. *de vſur. cap. 40. §. 3. in fin.*

18 Cæterum obſeruandum eſt, quod dixi, cum nihil creditoris intereſt ante diem ſoluere: Nam ratione lucri, quod vere debitor amittit, vel damni quod patitur ob feſtinatam iſtam ſolutionem in gratiam ſui creditoris licitum illi eſt tantundem ex debito ſubducere, & quatenus intereſt, minus ſoluere, vt docent Molin. *in d. diſp. 361. num. 5.* Soto, Salon, & alij apud Salas *d. dub. 27. num. 3.* Leſſ. *lib. 2. cap. 21. num. 65.* Barthol. à S. Fauſt. *loc. cit. num. 4.* Vgolin. *in d. §. 3. in fin.* Reginald. *loc. cit. verſic. quanquam non negamus.* & Emin. de Lug. *loc cit. num. 93.* vbi ait hac in re Doctores conuenire, qui tamen fere omnes dicunt emere, quod eſt ſoluere.

19 Tertius caſus eſt, cum ius crediti per ſe & ex natura negotij dubium, & controuerſum eſt, & debitor aliqua probabili exceptione ſe tueri poteſt: & hoc caſu licitum eſt pro minori ſumma tranſigere *d. l. 1. ff. de tranſact. l. 12. & 36. C. eod. & l. à diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudic.* quæ ait non poſſe creditorem, quod amplius ſibi debetur petere, *quia de cætero veluti pacto tranſegiſſe videtur.* de cuius loci ſententia dixi *quæſt ſeq. num. 44.* & ita Theologi ſentiunt apud Salas *loc. cit. num 4.* qui tamen nomen minoris emi dicunt, quod verè eſt tranſigere, & proinde parum congruenter iuri ciuili. Idem etiam docet Layman. *loc. cit.* vbi ait id extrà controuerſiam eſſe, & Emin. de Lug. *loc. cit.* Quod genus conuentionis adeò in foro fauorabile eſt odio litium, vt inter iuris auctores valde controuerſum ſit, an ob enormiſſimam læſionem reſcindi poſſit, vt tractatum eſt apud inclyt mem. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 26. tit. 9.* quamuis ea videatur præualuiſſe ſententia, quæ docet ex hac cauſa tranſactiones etiam reſcindi poſſe, quod nunc non attingo: & tantum dicam Senatum noſtrum hanc ſententiam ſequi.

At vero quod attinet ad alteram ſpeciem, cum quis ſcilicet nomen ſui debitoris alteri cedit, vel vendit, puto definiendum eſſe ex *l. pen. & vlt. C. mand.* quibus cautum eſt, ne quis mandata vel ceſſa ſibi actione plus conſequatur, quam præſtiterit cedenti: & ceſſionem non valere ſupra modum pecuniæ numeratæ, niſi quibuſdam caſibus, quos recenſent Cuiac. *obſ. lib. 16. cap. 16.* Donell. *in d. l. pen. C. mand.* Alciat. *conſ. 23. lib. 8.* & Menoch. *lib. 3. præſumpt. 129.* cum ante huiuſmodi conſtitutiones ceſſiones valerent ſupra modum pretij ſolui, vt obſeruat idem Cuiac. *ad hunc tit. circa fin.* qui etiam notat dictam *l. vlt.* confirmare Anaſtaſij conſtitutionem, eamque appellare iuſtiſſimam. † Itaque ſtatuendum eſt actiones poſſe quidem vendi, & cedi accepta pecunia, ſed emi non poſſe paruo pretio. Nam vt non poſſunt actiones cedi procuratori ſub pactione tertiæ, vel quartæ partis, id eſt vt procurator in partem compendij & emolumenti litis veniat, quia hoc eſt redimere litem, quod eſt improbum, & illicitum, & contra bonos mores *l. ſumptus. ff. de pact. l. litem. C. de procurat.* quod etiam aduocatis interdictum eſt *l. 1. §. ſi cui. ff. de extraord. cognit. l. 5. C. de poſtul. l. ſi verò. §. vlt. ff. mandat.* † ita etiam non poſſunt actiones emi paruo pretio. Nam & hoc eſt redimere litem, vel accedit ad redemptionem litis: ſiquidem id tacitè egiſſe videtur, vt quod ſupra pretium ex lite conſecutus fuerit, ſibi habeat, & ita ferat partem futuræ victoriæ, vt eleganter explicat magni ingenij vir Cuiac. *loc. cit.* qui deinde ſubiicit empti nominis nullam rationem eſſe niſi vindictæ, & negotij exhibendi cupiditatem, cui non eſt fauendum: ideò hæ ceſſiones factæ ex cauſa emptionis, & quas quis ſponte init lucrandi cauſa, ſtricte accipiuntur, & non valent ſupra modum pretij ſoluti. 20

Idemque omnino conſtitutum eſt ſi quis partem debiti vendat, & in alium transferat accepta pecunia, partem verò titulo donationis cedat, quia etiam hoc caſu videtur improbæ redemptioni color quæſitus, ideóque non valet ceſſio ſupra modum pecuniæ numeratæ, vt conſtat ex *d. l. vlt. C. mand.* quæ ideò edita eſt, vt huic fraudi occurreret, vt tradunt Salicet. *in l. 2. C. ne lic. potent.* Ioann. de Graſſ. *in d. tract. de ceſſion. iur. § 1. num. 3.* Trentacinq. *lib. 2. tit. de action. cap. 2. num. 17.* Cuiac. *loc. cit. in fin.* Menoch. *d. præſ. 129. num. 27.* & Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 826. num. 33.* niſi donatio remunerandi cauſa ſit, & aliunde de meritis conſtet, quam ex aſſertione cedentis, vt aliis relatis tradit idem Trentacinq. *loc. cit. num. 23.* Præſ. Fab. *in ſuo Cod. tit. de hæred. vel act. vend. defin. 6.* 23

Præterea idem eſt, licet ceſſioni iuſiurandum acceſſerit, tum odio contrahentium, & litium, quæ inde ſuſcitari ſolent: tum etiam ne facilè fraus legi fiat, quod diligenter cauendum eſt *l. 27. ff. de probat. & d. l. vlt. in fin.* & probari poteſt ex his, quæ tradit Seraphin. *de priuileg. iuram. cap. 61. n. 14.* atque ita in ſpecie reſpondit Gozadin. *conſ. 3. num. 29.* & tradit Anton. Gabriel. *tit. de action. com l. 5. num. 3.* Menoch. *loc. cit. num. 8. & conſ. 81. n. 29.* Franciſc. de Cald. *lib. de empt. & vendit. cap. 24. num. 59.* & Ioann. Bapt. Coſta *de ratione rat. quæſt. 70. num. 2.* 24

Denique idem dicendum eſt, ſi non appareat pretium verè fuiſſe numeratum, niſi ex confeſſione cedetis. Nam vt ceſſio valeat, quæ fit ex cauſa emptionis, neceſſe eſt interuenire 25

veram numerationem, & numerationis probationes veras, & legitimas eſſe, & aliunde, quàm ex ſola cedentis confeſſione petitas. Id enim ſatis indicat *d.l. vlt.* quæ iubet vt ceſſionarius nihil amplius accipere poſſit, quam ipſe vero contractu re ipſa perſoluit, idque docuit Bart. *in d. l. per diuerſas. numer.* 11. quem alij ſanè plurimi ſequuntur apud Menoch. *in d. præſ.*119. *numer.* 10. Bertazzol. *d. clauſ.* 27. *gloſ.* 3. *num.* 3. & Farin. *in prax. crimin. quæſt.* 162. *numer.* 17. quibus locis atteſtantur hanc magis receptam eſſe ſententiam, quam etiam probanit Donell. *loc. cit. num* 9. *&* 10. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 74. *numer.* 8. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 53. *numer.* 11. Cyriac. *controu.* 313. *numer.* 27. & doctiſſimus Anton. Fab. *tit. de hæred. vel act. vend. defin* 5. *num.* 3. *& ad hunc tit. defin.* 5. *& defin.* 20. *num.* 2. *&* 3. *C.mand.* quoties enim inquit, actus prohibitus aut ſuſpectus eſt, vel ratione perſonarum, vel negotij, quod geritur, aſſertio ſola contrahentium ad probationem non ſufficit *l.*27. *ff.de probat.* & in re fere ſimili dixi *quæſt.*72. *num.* 9. *&* 10. alioqui facile eſt cuique has leges eludere.

26 Neque obſtat *l. Publica. ff.depoſ. & l.pecunia. ff.de ſolut.* & alia ſimilia iura, quibus conſtat confeſſione veram ſolutionem probari: ex quibus Bald. & alij quidam contrariam ſententiam amplexi ſunt, nimirum ſufficere confeſſionem cedentis, quos recenſent Menoch. & Farin. *locis cit.* & ſequitur Trentacinq. *in d reſol.* 2. *num.*4. & Hieron. Gabriel. *in conſ.*67. *num.*3. vbi ait hanc opinionem veriorem eſſe, quia hæc & ſimilia iura locum habent inter ipſos contrahentes, cum nulla ſubeſt fraudis ſuſpicio. Aliud vero dicendum eſt in ſpecie, de qua agitur, in qua leges ſuſpicantur & timent, ne vexandi debitoris cauſa huiuſmodi actiones redimantur: ideóque aſſertionibus partium ſtandum non eſſe, vt in aliis caſibus, in quibus cadere poteſt ſuſpicio, ne fraus fiat legibus, vt *in d.l.*27. *ff.de probat.* Salicet. Caſtrenſ. Raphaël Comenſis apud Tiraq *d. §.*1. *gloſ.*18. *num.*85. & Præſ. Fab. *loc. cit.*

27 Neque aliud dicendum eſt, ſi forte lapſum ſit tempus obiiciendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, quod in ſpecie huiuſmodi eſt triginta dierum *ex l.*14. *§.ſuper veteres. C.de non n.pec.* quo caſu opinionem Baldi veriorem eſſe ſentiunt Gabriel. & Trentacinq. *loc. cit.* & Gratian. *diſcept.cap.* 286. *num.*11. quia aduerſus confeſſionem cedentis duo obiici poſſunt, exceptio ſcilicet non numeratæ pecuniæ, & ſimulationis, & fraudis, quæ perpetua eſt, vt docet Socin. *in l.*1. *num.*102. *ff.ſol. matr.* Surd. *in dec.*116. *num.*10. & Mart.Med. *inter ſuas deciſ. examin.*51. *num.*39. in his vero ſpeciebus fraudem lex præſumit, odio redemptorum litium, ideoque certas, & indubitatas probationes deſiderat, vt quantum fieri poteſt occurratur fraudibus, quæ tamen etiam ſic vix vitari poſſunt.

28 Denique nihil obſtat, quod ait Gabriel. *in d.conſ.*67. *n.*6. ceſſionem hoc caſu ſaltem valere ex titulo præſumptæ donationis, quo ceſſionem fieri non eſt prohibitum, vt in *d.l. per diuerſas. & l.vlt.* nominatim cauetur. Nam reſpondeo conſtitutiones non aduerſari donationibus actionum, quæ liberaliter, & ſine pretio fiunt, quas robur ſuum obtinere, & ſeruandas eſſe iubent, quia in donationibus fraus non præſumitur, neque animus vexandi debitorem, ſed magis credendum eſt donatarium obſequiis, & officiis hanc liberalitatem præmeruiſſe. Sed in his terminis non præſumi cedentem animo donandi ceſſionem feciſſe niſi alia donationis liberalitatis indicia, & coniecturæ concurrant, vt ipſemet Gabriel fatetur *eod. loc.* vnde parum huic argumento confidens ad alia recurrit, vnde probet ceſſionem in ſpecie de qua reſpondit, validam eſſe. Puto igitur receptæ ſententiæ ſtandum eſſe, alioqui, vt dixi, facile fraus legi fieret, vt in re ſimili ait Vlpianus *in l.*5. *§.ſi pupillus.ff.de reb. cre.* & Duaren. *ad h.tit. mandat. cap. vlt. circa fin. verſic. diximus hoc pactum.*

29 Quibus conſequenter dicendum eſt, ſi nomen in ſolutum datum ſit, oporterc ceſſionatium aliunde creditum ſuum probare, quam ex confeſſione cedentis, alioqui ceſſionem irritam, inutilemque eſſe. Ita docet idem Bart. *in d. l. per diuerſas. num.*13. Puteus inſignis Cardin. Nicienſ. *in deciſ.* 22. *num.*2. *&* 3. *lib.* 3. qui tamen refert non omnes auditores in hanc ſententiam conueniſſe. Menoch. *loc.cit.num.*34. Anton. Gabriel. *de act. concl.*5. *num.*45. *&* 46. & Magon *deciſ. cit.* vbi congruenter notat huiuſmodi alienarum actionum redemptores valde legibus ſuſpectos eſſe: & ſecundum hanc ſententiam cenſuit Rota apud ſanctæ mem. Ludouiſ. *in dec.*47. *num.*6. & ſenſit idem Præſes Faber *in d. defin.*20. *num.*4. vbi ait cauſam quidem dationis in ſolutum iuſtam, & legitimam eſſe, ſed tamen eadem iuris ratione debitum præcedens probandum eſſe, quod ſit loco pretij, & conſequenter ſi quis fingat ſe debitorem, & propterea cedat, & det in ſolutum, ceſſionem non valituram. Diuerſum tamen eſſe ait contra id quod diximus *num.* 20. ſi cedens non tantum confeſſus ſit, ſed etiam affirmauerit ſe debitorem interpoſito iureiurando, quia iuſiurandum pro veritate habetur: nec facilè credendum ſit quempiam peierare voluiſſe vexandi tantum debitoris cauſa, dummodo ceſſio facta ſit inter perſonas non ſuſpectas quod recipi poteſt aliis coniecturis concurrenti- 30
bus, ex quibus, & præſertim ex nota integritate contrahentium, & ex expreſſione cauſæ, ex qua debitum deſcendit, vt ſi ex cauſa alimentorum inter coniunctos, & ex aliis veriſimilibus cauſis datio in ſolutum facta eſt, iudicis animus moueri poteſt, vt credat ceſſionem ex iuſta & neceſſaria cauſa factam eſſe, vt ſcilicet ceſſionarius ſuum conſequi poſſet, & cedens ſoluere. Et ſane hac in re lubet aliquod diſcrimen conſtituere inter emptorem nominis, & eum, qui in ſolutum accepit. Ille enim nulla neceſſitate cogitur actiones emere, hic verò videri poteſt in ceſſionem incidiſſe, vt ſuum conſequeretur, aliis ſcilicet coniecturis concurrentibus, quas etiam in hoc genere ad excludendam fraudem, & malam fidem, & ſuſtinendam ceſſionem prodeſſe ſcribunt gloſ. Bart. & alij apud Menoch. *in d. præſ.* 129. *num.*16. Gabriel. *in d.conſ.*67. *in fin.* & Rota inter *recentiſſ. deciſ.*274. *in fin. par.*1.

Cæterum quia diximus ceſſionem pro eo tantum valere, 31
quod vere datum, & numeratum eſſe conſtat, opportunè quæritur, cuius erit, quod forrè amplius eſt in debito, an eius petitio manebit cedenti, vel cedet lucro debitoris. Et ſanè conueniunt omnes, quando actio pro parte venditur, & pro parte donatur, eius, quod donatum eſt, neque cedenti, neque ceſſionario actionem eſſe, ſed id cedere lucro debitoris. Ita enim apertiſſimè ſancitum eſt in *d.l. vlt.* illis verbis, *vt nihil amplius accipiat, quam ipſe vero contractu re ipſa perſoluit: ſed omne, quod ſuperfluum eſt, & per figuratam donationem tranſlatum, inutile eſſe ex vtraque parte cenſemus, & neque ei qui ceſſit actiones, neque ei qui eas ſuſcipere curauit, aliquid lucri vel remanere, vel fieri, vel aliquam contra debitorem, vel res ad eum pertinentes, eſſe vtrique eorum actionem.* Ex quibus ita ſentiunt Bart. & Paul. de Caſtr. *in d.l. per diuerſas.* & Salic. *num.*10. Roman. *in conſ*450. & alij, quos refert, & ſequitur Trentacinq. *loc. cit. num.* 17. Anton. Gabriel. *in d. concluſ.* 5. *num.* 43. Coſta *d. quæſt.* 70. *num.* 2. Ioann. Sichard. *in* l.2. *num.* 8. *l.ne lic. potent.* & alij apud Gratian. *in d. cap.* 826. *num.* 34. neque puto quempiam contradicere. Quod etiam ſine controuerſia admittendum eſt, cum donatio ſit totius debiti, & deinde aliquid occultè datur, & ſuſcipitur, hoc enim caſu id tantum à debitore exigi poteſt, quod ceſſionarius conuincitur re vera perſoluiſſe, vt conſtat his conſtitutionis verbis, quæ ſequuntur: *ſed ſi quis donationem quidem omnis debiti adſimulauerit, vt videatur eſſe tota donatio, aliquid autem occultè ſuſceperit: & in hoc caſu tantummodò exactionem ſortiri eius, quod datum eſſe comprobatur; & ſi hoc à debitore perſoluatur nulla contra eum vel ſubſtantiam eius ex diſſimulata donatione oriatur moleſtia.* Quod iidem auctores fere notant, & Menoch. *in d. præſ.*119. *num.*17.

Sed cum ceſſio facta eſt minori pretio, conueniunt qui- 32
dem omnes ceſſionarium id tantum petere poſſe, quod re vera ſoluit, ſed dubium eſt, an quod plus eſt in debito, ab ipſo cedente peti poſſit, vel cedat lucro ipſius debitoris. Et cedenti actionem pro reliquo ſupereſſe ſentiũt Bart. Alberic. Odofred. Paul. de Caſtr. Innoc. & alij apud Trentacinq *d.cap.*2. *n.*12. & Anton. Gabriel. *loc. cit. n.*1. Coſta *in d. quæſt.* 70. *n.*2. qui ait caſum eſſe in *d.l. per diuerſas.* quam ſententiam etiam ſecutus eſt Præſes Faber. *defin.*23. *C.mand.*

Sed

Sed contrarium ſenſit Petr. & Iacob. de Rauenn. quos refert & ſequitur Cin. *in d.l. per diuerſas. num.* 5. Iacob. de Aren. *in lib. de ceſſion. act. num.*12. Roman. *d. conſ.* 450. & Cuiac. multis locis, vt *in tit. C. mand. circa fin. & in obſeruat. lib.*10. *cap.*3. *in fin. & lib.*16. *cap.*16. *in princ.* Lingleſ. *in dec.* 1. *quæſt.*1. *num.*18. & ſentire videtur Alciat. *in conſ.* 23. *num.* 24. *lib.* 8. quorum ſententiam veriorem eſſe puto, quia is qui totam actionem ceſſit pro paruo pretio, abdicauit ſe tota actione non minus quam is qui partem vendidit, & partem donare ſimulauit, & proinde eodem loco cenſeri debent. Vt igitur is qui partem vendidit, partem donauit, id quod ſupereſt petere non poteſt, ita nec eum, qui paruo pretio actionem ceſſit, pro reliquo agere poſſe dicendum eſt, nam id quod reliquum eſt, re ipſa donare cenſetur.

33 Neque obſtat *d.l.*2. *C. de litig.* qua monetur Præſes *loc. cit.* quia eſt de ceſſionibus actionum factis pendente lite, quas donationibus vel venditionibus, aut quibuſlibet aliis contractibus in alium transferre non licet, & quæ in totum legibus infringuntur, vt conſtat illis verbis, *tanquam ſi nihil factum ſit.* vnde iubet conſtitutio litem, vbi cœpta eſt, nihilominus peragendam. Diuerſum eſt quod *d.l. per diuerſas. & ſeq.* cautum eſt, quibus donationes veræ non reſcinduntur, & emptiones nominum non in totum irritæ fiunt, ſed ſuſtinentur, quatenus vere datum eſt, vt diximus. Conſtat igitur dictam *l.*2. *C. de litig.* ad hanc quæſtionem non pertinere.

34 Cæterum ex his quæ diximus, manifeſte apparet quam diuerſa via in corrigendo hoc genere commercij Theologi, & Iuriſconſulti incedimus. Nam Theologi frequentius ſentiunt emptiones nominum, quæ minus iuſto pretio fiunt vſurarias vel iniuſtas eſſe: non verò dicimus ceſſiones valere tantum pro eo, quod verè datum eſt, pro reliquo neque cedenti, neque ceſſionario actionem competere, ſed cedere lucro debitoris, idque odio litium conſtitutum eſſe, & in pœnam auaritiæ illorum, qui alienas actiones redimunt debitoris vexandi cauſa. Non ergo in foro quæritur, an iſtiuſmodi contractus vſuram contineant, ſed an ſimulati ſint, & in fraudem dictarum legum initi vi-
35 deantur. † Quod multo magis apparebit, ſi caſus Anaſtaſij conſtitutione exceptos breuiter ſubiiciam, in quibus licet ceſſio fiat minus iuſto pretio, & id quod datum eſt, non reſpondeat ex æquo actioni ceſſæ, ceſſio tamen in totum ſuſtinetur. Qui quidem caſus his verbis continentur: *exceptis ſcilicet ceſſionibus, quas inter coheredes pro actionibus hereditariis fieri contingit, & iis quaſcunque vel creditor, vel is, qui alienas res poſſidet, pro debito ſeu rerum apud ſe conſtitutarum munimine & tuitione accipit: nec non iis quas inter legatarios ſeu fideicommiſſarios, quibus debita, vel actiones, vel aliæ res relictæ ſunt pro his fieri neceſſe eſt.* Ceſſiones igitur non valent, niſi ad eam vſque quantitatem, quæ ſoluta eſt, exceptis iis, quæ inter cohæredes, & legatarios, ſeu fideicommiſſarios fiunt diuiſionis cauſa, & iis, quæ fiunt poſſeſſoribus cauſa tuendæ, & muniendæ poſſeſſionis, vel creditori pro debito. In his caſibus, in quibus ceſſat præſumptio animi vexandi alios, ſed potius videri poteſt ceſſiones fieri ex iuſta, & neceſſaria cauſa, veluti diuiſionis, & ſolutionis, & poſſeſſionis tuendæ, ceſſio in ſolidum ſuſtinetur, licet non iuſto pretio facta ſit, neque opus eſt ex æquo reſpondere, quod vice mutua datum eſt, vt eleganter ſcribit Cuiac. *d. tit. C. mand.* & latius proſequitur Menoch. *in d. præſ.* 129. *num.*9. *& ſeq.* vbi refert hoc etiam inter ſocios receptum eſſe, vt etiam Trentacinq. *loc. cit. numer.* 7. *in fin.* vbi generaliter notat id ad omnes ſimiles caſus, vel habentes eandem rationem extendendum eſſe.

36 Illud verò quæri poteſt, quia frequentiſſimum eſt, an ceſſio, quæ fit in ſolutum, valeat vltra eam quantitatem, quæ debetur, vt ſi is, cui centum debentur, hoc nomen cedat ſuo creditori pro nonaginta, an ceſſio in totum probari debeat, vel tantum pro ea quantitate, quæ debetur. Et ſanè cenſuit meritiſſimus Sabaudiæ Præſes *in defin.* 22. *tit. mand.* non valere niſi ad concurrentem vſque quantitatem quæ debetur, quia inquit, pro ea dumtaxat quantitate ceſſio pretium habuit, quod neceſſe eſt interuenire pro validitate ceſſionis *d.l. per diuerſas. C. mand.*

Sed contrarium verius eſt, ceſſionem ſcilicet in totum valere, hic enim vnus ex caſibus eſt, qui nominatim D. Anaſtaſij conſtitutione excepti ſunt, vt proxime dixi, & conſtat apertiſſime illis verbis, quæ ſupra inſeruimus & præſertim ibi *pro debito.* & ita docent Bart. Paul. Salic. & alij apud Trentacinq. Menoch. *loc. cit. num.*11. & Cuiac. *ad d. tit. mand. verſic. & his ceſſionibus.* Donell. *in d.l. per diuerſas. n.*14. & hæc exceptio rationem habet, tum quia ceſſat hic animus vexandi aduerſarium, atque etiam quia creditor inuitus nomen debitoris in ſolutum ſuſcipere non tenebatur *l.*2. *§. mutui datio. ff. ſi cert. pet. l. eum à quo.* 16. *ff. de ſolut. & liberat.* & in ſpecie Donell. *loc. cit.* ſemper tamen probandum eſt debitum præcedens vt dixi *num.*25.

Sed valde obſeruandum eſt quod notat Cuiac. *in d. cap.*16. 37
*lib.*16. Anaſtaſium *in d.l. per diuerſas.* quoſdam caſus excepiſſe, quos retuli, in quibus ceſſiones actionum in totum valent etiam non integro ſoluto pretio ſed licet id probauerit Iuſtinianus *in d.l. vlt.* id tamen abrogare ſtatim in quadam eius conſtitutione, quæ deſiderabatur *in d. tit. mand.* quæ etiam his caſibus exceptis iubet ceſſiones eatenus valere, quatenus is, cui facta eſt, cedenti dedit: & vno tantum caſu ceſſionem omnino valere, ſi puræ, & ſinceræ donationis titulo facta ſit, huiuſque conſtitutionis ſententiam auctores Βασιλικῶν conſeruaſſe etiam eo adiecto ſe eam non edere quod eſſet Græca. Quod ſi ita eſt multa eſſent mutanda, quæ certam ſemper interpretationem habuerunt, & in foro, & ſcholis recepta ſunt, vt conſtat ex Menochio, Trentacinq. & aliis auctoribus ſupra relatis. Vnde dicam conſtitutionem hanc, quæ nunc in nouis Codic. impreſſa legitur, & Cuiacio accepta fertur, nunquam fuiſſe vſu receptam, & proinde ſecundum dictas *l. per diuerſas & l. ab Anaſtaſio* nunc iudicandum eſſe, niſi in iis locis, in quibus contrario vſu ſublatæ ſunt, vt in Gallia teſte Imbert. *in Enchirid. tit. de pan. pecun.* & Philib. Bugnon. *de legib. abrog. lib.*2. *cap.*98.

Sanè quod his conſtitutionibus cautum eſt, ne ceſſiona- 38
rius plus conſequatur, quam verè cedenti præſtiterit, non ita rigide accipiendum eſt, vt etiam extra caſus exceptos ſumptus litis conſequi non poſſit, quos in exactione nominis eum neceſſariò ſubire neceſſe fuit. Horum enim ſumptuum rationem haberi æquum eſt, ſunt enim veluti pars pretij, & in partem pretij *l. fundi partem. ff. de contrah. empt. l.*11. *§. ſi tibi. ff. de act. empt.* idque indicat *l. ſumptus.* 53. *ff. de pact. l.*20. *C. mand.* & docet idem Cuiac. *ad eund. tit. circa princ.* & Petr. Gregor. *Syntagm. iur. ciuil. lib.*49. *cap.*4. *num.*20. Et generaliter cum de conſtituendo iuſto pretio actionis venditæ agitur, ſumptuum, & moleſtiarum, & dubij euentus litis ſeu periculi exactionis rationem habendam eſſe recte traditur in *d.l. per diuerſas.* & docet Alciat. *in d. conſ.*23. *n.*17. Scaccia *in d. §.*1. *quæſt.*1. *num.*430. *&* 431. quia, inquit, neque merces inſanis ventis commiſſæ tanti emerentur, quanti ſi eſſent in portu, & Trentacinquius *in d. reſol.* 2. *num.*12. *verſ. hæc concluſio.* vbi ſcribit ita communiter Doctores tenere. Ioann. Bapt. Lup. *comment.* 3. *§.*5. *numer.*27. Mangil. *de euict. quæſt.*79. *numer.* 19. & Vgolin. *de vſur. cap.* 40. *§.*3. *numer.* 1. *verſic. quod igitur.* Quod etiam Theologi omnes ſentiunt apud Salas *in d. dub.* 27. *numer.* 7. vbi ait conuenire omnes ex iis cauſis, & qualibet earum licitum
eſſe minoris emere. † Quod vero dicitur periculi rationem 39
habendam eſſe, locum non habet, quando nominis periculum ad ceſſionarium non pertinet, plerumque enim periculum nominis eſt cedentis non ceſſionarij ex pactis, vel ex formula ceſſionis, vt *in l. ſi mandatu.* 45. *§. quod mihi. ff. mandat. & l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poſſ.* & apud Oſaſc. *in dec.* 62. Quo caſu iniuſtum eſt quidquam hoc nomine ex pretio detrahere, vt docet idem Mangil. *in d. quæſt.* 79. *num.* 28. quod accipio, dummodo cedens idoneus ſit.

Item quod Theologi docent iiſdem locis habendam quo- 40
que eſſe rationem lucri ceſſantis, & damni emergentis; & ea hac cauſa licitum eſſe minoris emere, accipiendum eſſe arbitror, cum debitum acerbum eſt, vt loquuntur, cuius ſcilicet dies nondum venit, ſed poſt annum, vel aliud

tempus ſolui debet. Aliud vero dicendum eſſe, ſi venit, & ceſſit dies, quia cum poſſit emptor nominis ſtatim vrgere, & interpellare debitorem, & exigere quod ſibi debetur: vel ſi ei mora fiat, conſequi ab ipſo debitore non tantum ſortem, ſed etiam id quod eius intereſt propter moram non ſoluentis *l.17. §.ſi pupillo. ff.de vſur. lib. 13. ff.rem rat. hab.* ſi id iam de pretio detraxiſſet bis idem exigeret, quod ius non patitur *leg. bona fides. ff.de reg. iur. l.51. in fin. ff. de*
41 *re iudic.* † Nam certum eſt ceſſionarium eius pecuniæ, quam vere ſoluit, vſuras petere poſſe poſt moram. Ita enim nominarim cautum eſt in *d. l. per diuerſas.* illis verbis, *vſque ad ipſam tantummodo ſolutarum pecuniarum quantitatem, & vſurarum eius actiones exercere permittitur.* Et in d. Græca conſtitutione, quæ ait pecuniam datam recipere poſſe cum vſuris. Neque obſtat *d. l. ab Anaſtaſio.* quia quod ait nihil amplius emptorem actionis conſequi poſſe, quam vere dedit, de ſorte accipiendum eſt, neque excludit petitionem vſurarum, vt hic gloſſa notat in verbo, *perſoluit.* vt etiam Gotofr. *eod. loco*, & Cuiac. *ad d. tit. C. mandat.* & Anton. Fab. *coniectur. lib. 12. cap. 12.* quod tamen nunc quod attinet ad vſuras, iure Pontificio abrogatum eſt: & vice vſurarum actio tantum erit ad id quod intereſt creditoris ſibi moram fieri, quod non eſt prohibitum, & memini etiam me quibuſdam locis dicere valere argumentum ab vſuris ad id quod intereſt, nimirum vt iis caſibus in quibus olim poſt moram veniebant vſuræ, nunc veniat id quod intereſt. In quo tamen ceſſionarius poſt ceſſionem ſibi factam ius ex propria perſona metiri debet non cedentis, vt dixi *quæſt. 24. numer. 12.*

42 Quærunt etiam Molina *in d. diſp. 313.* & Salas *loc. cit. num. 1.* an quæſtores, & miniſtri Principum, qui pro expectatione debitorum fiſci aliquid accipiunt, vſuram committant, & reſpondent committere, quia inquiunt expectatio ſolutionis mutuum virtuale eſt, admiſſa ſcilicet hic fictione breuis manus, *vt in l.9. in fin. & in l.15. ff.de reb.cred.* quæ vt dixi *quæſt.8. num.40.* multorum conſcientias polluit, videntur enim quæſtores pecuniam exegiſſe, & illam ſtatim iiſdem debitoribus mutuam dediſſe, & quia non eſt gratuita dilatio, vſuram committere *l.57. ff.de pact. l.2. §.non*
43 *male. ff.de dol. except.* † Et puto etiam eos incidere in legem Iuliam repetundarum, qua tenetur is, qui in officio, & miniſterio publico pecuniam, vel quid aliud accepit, quo magis vel minus quid ex officio faceret, vt conſtat ex *l.1. & 4. ff.ad l.Iuliam repet.* tenentur enim ex officio pecuniam publicam diligenter exigere *l.7.C.de exact.tribut.* Ex quo duplex oritur actio ciuilis in quadruplum, & criminalis, qua rei extra ordinem puniuntur vel exilio, vel durius, prout admiſerit *l.1. & vlt.C.ad l.Iul.repet. l.7. §.hodie. ff.eod. tit. & l.hodie. ff.de pœn.* Menoch. *de arbitr.quæſt.86. num.24.* & Decian. *tract.crimin. lib.8. cap.39. num.6. & 20.* & prætereà notantur infamia *l.Iudices. Cod.de dignit.*

44 Sane non placet, quod iidem Molina, & Salas tradunt iiſdem loc. & Fagund. *d. lib.5. cap. 17. num. 2.* ſi quæſtores, & miniſtri Principum aliquid exigunt, vel retinent ex eo, quod ante diem creditoribus Principis ſoluunt, vſuram committere, quia nec ipſe Princeps in mea ſententia hoc caſu vſuram admitteret ex his quæ dixi *num 8. & 17.* Ratio vero eſt, repetam enim, quia hic non itur in creditum, neque miniſtri Regis ex hoc negotio aliquid recepturi ſunt, quod neceſſe eſt, vt mutuum ſiue verum, ſiue virtuale contrahatur, vt conſtat ex *d.l.2. & l.9. in fin. ff.de reb. cred. & d.l.3. ff.ad Macedon. & initio inſtit.quib.mod.re contr. oblig.* & ex definitione mutui apud Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib 8. tit.1. num.6.* ex quo ſequitur, vt neque fœnus, ſeu vſura intelligi poſſit, ſed tantum iniuſta, & turpis retentio, quæ quia in officio, & curatione publica fit, pœnis legis Iuliæ repetundarum, & infamia coërceri debet, vt dictum eſt.

45 Neque eſt contrarium, quod *quæſt. 1. & aliis loc.* dixi, vſuram etiam aliis contractibus accedere poſſe, quia hoc verum eſt, quando ex aliquo contractu pecunia debetur, veluti ex venditione, locatione, ex mandato, & aliis. In his contractibus fateor pecuniæ, quæ debetur, vſuras accedere poſſe, quia hoc apertiſſime conſtat ex *l.2. C. de vſur. l.1. C.de act.empt. l.3. & 4. C.depoſ.* & aliis, ſed in ſpecie, de qua agitur, nulla quantitas amplius debetur, cui ex tempore tardæ ſolutionis vſura accedere poſſit, ſed id quod debetur, ſoluitur: & proinde nihil ſupereſt, cui vſura, quæ lucrum acceſſorium dicitur ab Harmenop. *lib.1. tit.15.* accedere, & adplicari poſſit. Denique vſura eſt ſuper aliquid exigere, non minus ſoluere: quare quæſtorium hoc lucrum iniuſtum quidem eſt ſed non vſurarium: & ita nuper reſpondi D.Senatoris Laſcaris collegæ meo, qui mihi id obiiciebat, dum hac de re familiariter ageremus.

Deinde inquit Molin. *num.3.* & iiſdem verbis Salas *loc.* 46
cit. interdum huiuſmodi Principum Miniſtros, vt citius ſoluant neque dilationibus creditores Regis fruſtrentur, aut vt hos vel illos aliis præferant, partem debiti, vel quid aliud accipere, & in vtroque iniuſtitiam facere cum onere reſtituendi. Neque enim in poteſtate eorum eſt ſolutionem differre, ſi habent publicam pecuniam, vnde ſoluant, aut per ipſos ſtat, quo minus habeant, quia tenentur reditus Principis diligenter exigere *d. l.7. C.de exact. tribut. & nouell. vt iudic. ſine quoq. ſuffrag. cap.10.* & Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 6. cap.3. num.1.* neque iuſtus titulus eſt, vt aliquid accipiant, non differre ſolutionem. Sicut enim Princeps ex his cauſis non poteſt remiſſionem partis debiti recipere; ita nec quæſtores, & Miniſtri Principis, qui eius vice ſoluunt. Illis conſentit. Eminent. P. de Lug. *in d. diſp. 26. num. 102.* & Fagund. *loc. cit. verſ. interdum verò. num. 6.* & tantum adiicio in his caſibus, in quibus ſolius accipientis turpitudo verſatur, id quod datum eſt, vel remiſſum, creditores condicere poſſe, vt conſtat ex *lib.2. ff.de condict. ob turp. cauſ. l.4. & 6. C. eod.* & prætereà qui iſthæc admiſerint, lege Iulia repetundarum teneri, & extra ordinem puniendos eſſe ex *l.3. hoc tit. & d.l.7. §.hodie. ff.ad l.Iul. repet. & §.ſunt præterea. Inſtit. de public. iudic.* & hic Mynſing. *numer. 5.* & Decian. *d.lib.8. cap.35. in princip. & cap. 39. numer. 6.* & hoc iudicio damnatos, quod publicum eſt, infamia notari *l.1. ff. de his, qui not. infam.* & aliis. Adduntque iidem Patres Theologi idem eſſe, ſi per interpoſitam perſonam id admiſerint, cum quibus deinde lucrum diuidant, quod eſt veriſſimum. Quoties enim lex aliquid vetat, id etiam per interpoſitam perſonam fieri prohibitum eſt, & factum punitur *vt in lib.1. Cod. de crim. pecul l.5. in fin. de auct.tutor.* & in re fere ſimili *in d.l.ab Anaſtaſio C.mandat.*

Præterea docent Molina, & Salas *loc. cit.* Regis mini- 4
ſtros, qui publicas pecunias negotiationibus occupant, & ob eam cauſam tardius ſoluunt cum magna creditorum iactura, & damno, quippe qui coguntur, vel ſine ſolutione domum redire, vel ſua chirographa vendere minori pretio, hæc & ſimilia damna reſtituere teneri, quæ Rex patitur, quia ex eo quod pecuniæ tardius ſoluuntur, & numerantur, Regi omnia carius venduntur, & locantur, quod probo. Et tantum addo illos in legem Iuliam peculatus incidere, vt conſtat ex *d. l.1. C. de crim. pecul. & §.item lex Iulia peculatus. Inſtit. de publ. iudic.* quia etiam tenentur, qui publicam pecuniam dant fœnori. Hi enim certiſſimum peculatum admittunt, vt ex Marco Tullio act. 5. in Verrem ſcribit Decian. *d.lib 8. cap. 18. num. 23.* qua tenentur etiam ij, qui hac in re adminiſtratoribus miniſterium, & operam præſtant, vt ſancitum eſt in *d. § item lex Iulia.* illis verbis, *& non ſolum hi ſed etiam qui miniſterium eis ad hoc exhibuerint.* Et vt prohibitum eſt pecuniam publicam fœnori dare, vt dixi, & notant Luc. de Penn. *in d. lib.1. C.de his quæ ex public. collat.* Duaren. *de iur. fiſc. cap. 6.* Petr. Caball. *reſol. crimin. caſ.99. num.69* & Surgent. de Neap. Illuſtr. *cap.17. num.58.* ita etiam accipere *d.l.1. C. de his, qui ex publ. ration.* quæ iubet hanc pecuniam mutuam accipientes quadrupli pœna puniri. Quod notat Ioann. de Plat. *in lib.2. Cod. de his quæ ex publ. collat.* Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.586. numer. 8. & 9.* & alij quidam apud Farinat. *quæſt.175. num.45.* & notandum eſt aduerſus campſores noſtri temporis, qui publicas pecunias à Quæſtoribus, & Theſaurariis Principum ſcientes accipiunt, vt illas in cambiis & aliis negotiationibus exerceant. Ex quibus conſtat quæſtores pecuniæ

publicæ

publicæ dominos non eſſe, tametſi Alciatus *conſ.* 11. *lib.* 5. & alij apud Menoch. *loc. cit. num.* 24. & 25. aliud ſentiant, quorum ſententia, & legibus repugnat, & Reipublicæ perniciosa eſt. Vtilius enim eſt publicas pecunias veluti ſacras ſeruati præſidij cauſa, vt ex illis neceſſitatibus publicis, quæ interdum repente ingruunt, quàm citiſſimè ſubueniatur.

48 Sane ſi alicubi ex forma conſtitutionis officij, & ex voluntate Principis quæſtores pecuniæ, & redituum fiſcalium liberum arbitrium habent, & illos in rem propriam vertere, & vt lubet exercere poſſunt, vt licet conductoribus vectigalium, & aliorum redituum, quod tamen vix credendum eſt, fateor eos in l. Iuliam peculatus non incurrere, ſi publicam pecuniam per ſe vel per alios exerceant: imo lucrum ſi quod inde fecerint, ad eos pertinere, nam & eorum etiam periculum eſt *l.* 3. *ff. ad l. Falcid. d. l. vnus*, §. 1. *ff. pro ſoc. l. ſi nauis*, 62. *ff. de rei vendic.* & hoc caſu recipi poteſt, quod reſpondit Alciat. & Menoch. *loc. cit.* & ſentiunt quidam apud Farin. *quæſt.* 171. *num.* 55. & rectè tradit Caball. *loc. cit. num.* 74. & probari poteſt ex *l.* 2. *C. de his quæ publ. collat.* & hoc caſu multo magis, ſi ob expectationem ſolutionis aliquid à debitoribus accipiant, vſuram committere ſecundum Molinæ, & Salas ſententiam, quia cum domini ſint, vt poſſunt pecunias exactas mutuas dare, ita poſſunt in mutuum conuertere *d. l.* 9. *in fin.* & *l.* 15. *ff. de reb. cred.* & exactio hæc ſortem minueret, vt eſt natura vſurarum *cap.* 1. *de vſur. l.* 5. §. *Imperator*, *ff. de ſolut.* idemque dicendum eſt, ſi nomine Principis id facerent, & quod exactum eſt, publicis rationibus inferrent, quod tamen vix credi poteſt ſub bono Principe. Hoc enim caſu & ipſe Princeps teneretur, & id quod exactum eſt, minueret ſortem; & præterea Miniſtri ipſi Principis tenerentur eo modo, quo tutores, & negotiorum geſtores tenentur, qui pecunias pupillares, vel domini fœnerant, quos etiam ad reſtitutionem teneri fatentur omnes apud eundem Salas *dub.* 44. *num.* 11. & nos diximus *quæſt.* 20.

49 Quærunt etiam Molina, & Salas *iiſdem loc.* an licitæ ſint locationes, & conductiones vectigalium, & aliorum redituum Principis, qui hac lege fiunt, vt publicanis, & conductoribus liceat in partem pretij compenſare integra debita Principis, quæ redimunt, & corradunt minori pretio, vel certo ſciunt redimere poſſe. Et Molin. *in d. diſp.* 313. *n.* 8. & Salas *loc. cit.* tradunt hoc iniquiſſimum eſſe. Ego vero puto hoc genus contractus ex hac cauſa improbari non poſſe. Nam ſi in his, & ſimilibus contractibus *partiti* vulgo dicuntur, iniuſtitia committeretur, vel id fieret aduerſus Principem, vel aduerſus eius creditores: ſed neutrū dici poteſt. Non enim iniuſtitia hic in damnum Principis intelligi poteſt, tum quia ponimus illum verum debitorem eſſe, neque plus acceptum ferre conductoribus, quam vere debet. Atque etiam, quia hoc eſt in partem pretij ipſius conductionis *l. fundi partem*, *ff. de contrah. empt. l. ſi ſterilis*, §. *ſi tibi*, *ff. de act. empt.* & *l.* 6. *in fin. ff. de ſeru. export.* Frideric. Martin. *de iur. cenſ. c.* 6. *n.* 196. & in re fere ſimili Cyriac. *controuerſ. forenſ.* 170. *num.* 3. & 4. Neque enim conductores tanti conducerent, niſi ſcirent, vel ſperarent hac ratione aliquid lucri ſe facturos. Ex quo etiam patet illos hæc debita integra non exigere, quia eorum intuitu plus offerunt, & ſoluunt. Vt etiam hic nulla iniuſtitia deprehendi poteſt in necem creditorum, qui licet minori pretio iſta ſua chirographa cedant, & transferant in conductores, non tamen ſtatim, & in vniuerſum iniuſtitiæ argui debent, quia plerunque in eo ſtatu hæc eorum debita ſunt, vt ob temporum, & bellorum iniurias, & miniſtrorum auaritiam minus valeant, quam re vera in ſe ſint: cuius ſtatus cauſa, non ſunt ipſi conductores: vnde quemadmodum licet alteri cuilibet illa minori pretio emere, vt docent iidem Molina, & Salas *loc. cit.* & Rebell. *lib.* 9. *quæſt.* 15. *num.* 1. ita & conductoribus licere dicendum eſt, vt rectè ſentiunt Leſſ. *lib.* 12. *cap.* 21. *dub.* 9. *num.* 75. & aduerſus Molinam, & Salas Emin. P. de Lug. *in d. diſp.* 26. *num.* 103.

50 vbi in fin. notat id ſæpè creditoribus vtile, & gratum eſſe. † Addit vero Leſſius conductores contra charitatem peccare, ſi creditoribus qui per magnam inopiam coguntur ſua debita vendere, rationabile pretium date nolint: ego puto etiam contra iuſtitiam, ſi perpenſis moleſtiis, & difficultatibus exactionis, & ſumptibus, quos veriſimile eſt ſubeundos eſſe, viliori pretio iſta emant, quam huiuſmodi cauſæ patiuntur arbitrio boni, & prudentis viri. Nam quamuis hæc æſtimare difficile ſit, æſtimari tamen poſſunt *l.* 23. *ff. famil. hercifc. l.* 5. *ff. de naut. fœn.* & *l.* 11. *ff. de hæred. vel act. vend.* vnde ſi perpenſis his omnibus, quæ pretium minuunt, mercatores plus ex pretio detrahunt, quam iſthæc æſtimari iuſte poſſunt, negari non poteſt eos etiam contra iuſtitiam peccare, quæ in contractibus omnibus æqualitatem ſeruari iubet. Cuius tamen rei in foro externo nulla competit actio niſi dolus, vel læſio perpenſis omnibus circunſtantiis, quæ pretium minuunt, vltra dimidium iuſti pretij interuenerit, quia hoc tantum caſu reſcinditur, & corrigitur venditio ex *l.* 2. & 8. *Cod. de reſcind. vendit.* quod etiam iure Pontificio probatum eſt *in cap.* 3. & *pen. de empt.* & *vendit.* & inter alios notat Eminent. Mantic. *de tac.* & *ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 20. *num* 53. & 62.

Nunc ſupereſt, vt quæramus, quando nominis periculum 51
ſit cedentis, vel ceſſionarij. Hoc enim etiam ad hanc quæſtionem aliquantulum pertinere videtur. Et licet id vix certa regula definiri poſſit, cum ſit magis facti, quam iuris, vt de mora inquit Marcian. *in l.* 32. *ff. de vſur.* pendet enim eo quod inter contrahentes actum eſt & ex pactis, quæ dant formam, & legem contractibus *l.* 32. *de verb. obligat. l.* 23. *de regib. iurat.* vulgaris tamen, & recepta inter iuris auctores traditio eſt duplicem eſſe ceſſionis ſpeciem. Vna eſt ſimplex ceſſio, quæ fit cum ſimpliciter mandantur actiones ſolutionis cauſa, vt ſcilicet cedens facta ſolutione liberetur, & ceſſionarius, cui mandatæ ſunt actiones, ſuum conſequi poſſit. Quæ ceſſio non eſt loco ſolutionis, neque vim ſolutionis habet, ſed cedens obligatus manet, donec ſequatur exactio, vnde periculum nominis eſt cedentis, non ceſſionarij, *vt in l.* 3. *C. de nouat. l. ſi conuenerit*, *ff. de pignor. act.* & *gloſ. in l. legaui*, *in fin. ff. de liber. legat.* Alia eſt ceſſio, quæ fit, cum nomen debitoris datur in ſolutum, aut delegatur. Hæc ceſſio vim ſolutionis obtinet, & cedens ſtatim liberatur, & quod inde fit, periculum nominis eſt ceſſionarij, non cedentis, *vt in l. pupill.* 96. §. *ſoror. ff. de ſolut. l. inter cauſas*, §. *abeſſe*, *ff. mandat. l. dotem*, 35. *ff. de iur. dot.* & *d. l.* 3. *in fin. Cod. de nouat.* & ratio eſt, quia mandare actiones non eſt ſoluere, datio vero in ſolutum, & delegatio ſolutio quædam eſt. Et ita declarant poſt veteres Ozaſc. *in dec.* 62. *num.* 9. Surd. *in conſ.* 22. *n.* 11. & 33. & *in conſ.* 145. *num.* 18. Beriazzol. *clauſ.* 27. *gloſ.* 13. *num.* 3. Bec. *in conſ.* 105. *num.* 35. Maril. *in dec.* 2. *num.* 8. Rot. *inter recentiſſ. dec.* 373. *num.* 33. *part.* 2. & *in nouiſſ. omn.* 392. *num.* 21. & 24. Montan. *ad Oliban. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 20. Gratian. *cap.* 527. *num.* 3. & Cyriac. *controu.* 375. *num.* 11. † Et licet id ex fa- 52
cto potiſſimum pendeat, vt dictum eſt, in dubio tamen præſumitur ſimplex ceſſio, & facta ſolutionis cauſa ad commodum cedentis, vt docet Bald. *in l. vltim. num* 5. *C. ad l. Falc.* Alex. *in conſ.* 173. *num.* 5. *lib.* 7. Hieron. Gabriel *in conſil.* 153. *num.* 20. *lib.* 1. & in ſpecie Rota *in d. deciſ.* 392. *num.* 25. & 31. vbi inquit priſtinam actionem manere, dum debitor ceſſus non ſoluit, etiamſi maxime ſoluere promiſerit, dummodo tacite, vel expreſsè non fuerit facta nouatio, ſed obligationem adiici obligationi ex *d. l.* 3. *Cod. de nouat.* & *l. item illa*, 18. §. *vetus*, & *l. vbi quis*, *ff. de conſtit. pec.* Alex. *in d. conſ.* 173. Cagnol. *in d. l. ſingularia*, *num.* 161. verſ. *ſed contraria*, vbi refert hanc communem eſſe ſententiam, quam ſecutus etiam eſt Præſes Faber. *d. tit. Cod. de nouat. def.* 3. quod multo magis dicendum eſt, quando addita eſt promiſſio de bono, & exigibili debito: tunc enim multo magis conſtat cedentem niſi facta ſolutione non liberari, vt poſt Caſtrenſ. Alex. & alios notat Gratian. *loc. cit. n.* 6.

Sanè hic admonendi ſunt ceſſionarij, & qui actiones in 53
ſe transferri curant, vt in exigendis nominibus exactam diligentiam adhibeant, quia vt fœnerator Alphius dicere ſolebat, ſæpe euenit, vt bona nomina non appellando mala fiant. Vnde meritò receptum eſt ceſſionarium poſtquam actiones in ſe transferri paſſus eſt, aduerſus cedentem regredi non poſſe, niſi doceat exactam priùs in exigendo debitore diligentiam adhibuiſſe: & ſi forte in eo conuenien-

do,

do, & exigendo, dum idoneus eſſet, & ſoluere potuit, negligenter verſatus eſt, eius negligentiam ſibi, non cedenti nocere debere. Ita enim tradunt Ruin. *in conſ.* 45. *num.* 5. *lib.* 5. Eugen. *in conſ.* 73. *num.* 15. Menoch. *in conſ.* 778. *n.* 4. Bec. *in d. conſ.* 105. *num.* 9. *&* 26. Scace. *de commerc.* §. 2. *gloſ.* 5. *num.* 255. Theſaur. fil. *quaeſt.* 10. *num.* 8. *lib.* 4. Mangil. *d. tract. de euict. quaeſt.* 78. *num.* 1. Gargiar. *ſing.* 21. *num.* 2. & Cyriac. *controu.* 110. *num.* 7. & probatur *ex l.* 35. *ff. ſi cert. pet.* quæ ait periculum nominum ad eum, cuius culpa deterius factum eſt, pertinere.

54 Quod verum puto, etiam cùm ceſſio ſimplex eſt, & facta ſolutionis cauſa, quia cùm inter cedentem, & ceſſionarium mandatum quoddam contrahatur, vt conſtat *ex d. l.* 3. *Cod. de nouat. & l. qui ſtipendia, Cod. de procur.* & indicant *l. pen. & vltim. Cod. mand.* conſequens eſt accipientem ceſſionem etiam ſolutionis cauſa diligentiam in exigendo operam adhibere debere, id enim ſatis oſtendit quod ait l. 21. Cod. mand. *aliena negotia exacto officio geri, neque quicquam in eorum adminiſtratione neglectum culpa vacuum eſſe.* Proinde ſi negligenter hac in re verſatus eſt, & eius culpa nomen deterius factum eſt, non poteſt aduerſus cedentem regredi, quia exceptione doli ſummoueri poteſt: dolus enim eſt, ſi quis non exegerit, quod exigere debuit, & potuit *l.* 44. *ff. eod.* Cæſar Barz. *dec.* 72. *n.* 13. & vnus, quod animaduerterim,

55 obſeruat Scace. *loc. cit. num.* 257. † Præſertim verò cauere debent ceſſionarij, ne dulcedine vſurarum exactionem ſortis differant. Hoc enim caſu multo magis actio ceſſionario deneganda eſt aduerſus cedentem, ſi forte poſt ceſſionem debitor facultatibus lapſus eſt, aut ſi quo alio caſu ius crediti pereat, vt indicat *lib.* 71. *ff. de iur. dot.* illis verbis, *ſed ſi vſuras exegerit, periculum eius futurum,* vt illi Prouinciali contigit apud Theſaur. *in d. quaeſt.* 10. contra quem me cum D. Verano aduocato noſtri fori doctiſſimo pro Roberto patrocinante meritò iudicatum eſt.

QVÆSTIO XL.

De Dationibus in ſolutum.

SVMMARIA.

1. *Fructus rei in ſolutum datæ non minuunt ſortem.*
2. *Datione in ſolutum res fit creditoris.*
3. *Fructus rei in ſolutum datæ ſunt accipientis.*
4. *Ex datione in ſolutum ſequitur liberatio.*
5. *Fructus rei in ſolutum datæ à iudice non imputantur ſorti.*
6. *Bonorum incerta aſſignatio, & pro incerta quantitate non transfert dominium.*
   Et fructus minuunt ſortem.
7. *Frumento aut vino in ſolutum dato pro maiori quantitate, quàm debetur, datio ſubſiſtit, & quod plurís eſt, repeti poteſt.*
8. *Datio in ſolutum agri vel alterius rei ſimilis, ſi pro maiori quantitate fiat, eſt omnino inutilis.*
   Etiamſi plus vno nummo facta ſit.
9. *Siue pars, ſiue Iudex bona in ſolutum dederit.*
10. *Datione in ſolutum non ſubſiſtente, quod pro maiori ſumma facta eſt, fructus quoque reſtituuntur.*
11. *Habenda tamen eſt ratio eius, quod verè intereſt creditoris.*
12. *Datione in ſolutum non ſubſiſtente, res retineri poteſt pro debito, donec ſoluatur.*
13. *Datio in ſolutum facta à debitore pro maiori ſumma, non ſuſtinetur etiam pro eo, quod debetur.*
14. *Legatarius, ſi partem rei legatæ occupat ex voluntate heredis, partem ex non voluntate, partem tantum reddere cogitur.*
   Creditor, qui rei dominium impetrauit, ſuperfluum debitori offerre poteſt.
15. *Si res in ſolutum detur pro vſuris, condici poteſt cum fructibus.*
16. *Idémque eſt, ſi pro ſorte, & vſuris res in ſolutum data ſit.*
17. *Bertrandi Argentæi ſententia quadam de acquirendo rei dominio in ſolutum datæ pro debito ex vſuris conflato.*
18. *Obligatio vbi nulla eſt ſoluendi ſortem, & quid vltrà ſortem pro dilatione ſolutionis, fœnus non contrahitur.*
19. *Fœneratorum finis aliena rapere & extorquere.*
    Fœneratorum cauſa non minus odioſa, quàm furis.
20. *Venditio conſiſtit, quamuis pars pretij indebita compenſata ſit.*
21. *Datio in ſolutum pro ſorte, & vſuris non ſubſiſtit.*
22. *Qui dat in ſolutum, non vendit, ſed ſoluit.*
23. *Venditor ex eo, quòd pretium ei ſolutum non eſt, non poteſt rem repetere.*
24. *Fructus imputantur ſorti, cùm datio in ſolutum in fraudem vſurarum inita eſt.*
25. *Dationes in ſolutum ex coniecturis in fraudem vſurarum factæ probari poſſunt.*
26. *Dationem in ſolutum vſurariam eſſe colligitur ex pacto redimendi.*
    Datum non videtur, quod ità datur, vt reſtituatur.
27. *Datio in ſolutum ſimulata præſumitur, ex pactis, quæ dationi pignoris conueniunt.*
28. *Simulationis maximum indicium retentio poſſeſſionis.*
29. *Et conductio eiuſdem rei facta ipſi debitori.*
30. *Idémque eſt, ſi per interpoſitam perſonam id fiat.*
31. *Multiplicatio inſtrumentorum fraudem arguit.*
    Fraus quæ magis occultari ſtudetur, magis detegitur.
32. *Inter dationem in ſolutum ex falſa cauſa & dationem in fraudem vſurarum quid interſit.*
33. *Datio in ſolutum ex falſa debiti quantitate nulla eſt, non vſuraria.*
34. *Contractus cùm vſurarius eſt nihil vltrà ſortem exigi poteſt.*
35. *Datio in ſolutum potius quam pignus præſumitur.*
36. *Datio in ſolutum non reſcinditur, licet iniuſto pretio facta ſit.*
37. *Niſi læſio ſit vltrà dimidiam iuſti pretij.*
38. *Datio in ſolutum rei, quæ functionem recipit, non reſcinditur, licet iniuſto pretio facta ſit.*
39. *Datio in ſolutum iudicialis an reſcindatur* ex l. 2. C. de reſcind. vend.
40. *Addictio pignoris venditio quædam,* & n. 48.
41. L. 2. C. de reſcind. vend. *locum habet cum pignus creditori addicitur, vt extraneo,* & n. 49.
42. *Pignora creditori addici debent iuſto pretio.*
43. *Fœneratores alienis prædiis oculos & manus iniiciunt.*
44. L. à Diuo Pio. in §. ſi pignora, *explicatur.*
45. *Pignoris iudicialis venditio publicè, & ſub haſta fieri debet.*
46. *Pignoris venditio in frequentibus locis Ciuitatis proponi debet.*
47. *Pignora addicuntur ei, qui plus obtulit, admiſſo etiam creditore, vt extraneus quilibet.*
    Pignorum addictio fit præſenti pecunia.
48. *Quæ tamen addictio, perfecta emptio, & venditio eſt.*
49. *Et ſi læſio contingat vltra dimidium iuſti pretij: hæc venditio reſcindi & corrigi poteſt.*
50. *Pignora ſi emptorem non inueniant, dimittuntur creditori iuſto pretio.*
51. In d. §. ſi pignora, *duo reſcripta referuntur.*
52. *Pignora addicuntur creditori, cùm nemo eſt, qui iuſtum offerat pretium.*
53. *Pignora ſi non ſufficiunt, creditor reſiduum petit, ſi excedunt, quod ſupereſt, manet debitoris.*
54. *Addictio pignorum ſuſtinetur tantùm proportione debiti.*
55. *Creditor, qui pignora accipit in ſolutum, videtur de credito tranſegiſſe.*
    Neque poteſt reſiduum petere.
56. *Niſi creditor, vel debitor enormiter lædantur.*
57. *Leges legibus reguntur.*
58. *Debitores in actionibus publicis frequentiſſimè læduntur.*
59. *Contrahentibus non licet in pretio ſe enormiter circumuenire.*
60. *Decretum iudicis in alienationibus impoſitum non tollit remedium* l. 2. C. de reſc. vend.
    Et admittit probationem in contrarium,

61. *Ex*

Digitized by Google

61. *Exceptio rei indicata non obſtat agenti ad reſciſſionem dationis iudicialis ob enormiſſimam laſionem.*
62. *Matthai Coleri argumentum quoddam refellitur.*
63. L. 2. Cod. de reſcind. vend. *habet locam in ſpecie* d. §. ſi pignora.
64. *Praxis Hiſpania, quam Felicianus refert, & probat.*
65. L. 1. C. de dolo, *& eius ſententia.*
66. *Addictione publica transfertur dominium.*
67. *Pignora cum fructibus reſtitui debent oblata debiti quantitate, quando executio in forma deficit.*
68. L. curabit, C. de act. empt. *non pertinet ad debitorem, qui luit pignus.*
69. *Feliciani diſtinctio quadam improbatur.*
70. L. 2. C. de reſcind. vendic. *etiam fauore emptoris locum habet.*
71. *Emptori ſuccurritur, ſi culpa venditoris damnum ſentiat.*
72. *Pythij argentarij Siracuſani dolus, & vafrities.*
73. *Naturali iure cauetur, ne quis ex alterius pradetur inſcitia.*
74. *Argumentum Caiacij, quod refellitur.*
75. *Homines ſape vendunt nulla vrgente neceſſitate, ſed lucrandi cauſa.*
76. *Emptor vt neceſſitate venditoris abuti non debet, ita nec venditor inſcitia emptoris.*
Venditor rei ſua valorem ſcire praſumitur.
77. *Ladens alium etiam intrà dimidiam iuſti pretij, reus eſt reſtituendi in interno foro ex Theologorum, & Iuriſconſultorum ſententia.*
78. Lex 2. Cod. de reſcind. vendic. *inhumana quibuſdam videtur.*
79. *Dioclet. & Maxim. primi licentiam circumueniendi in pretio cohibuerunt.*
80. *Romani ſenioris nouella* de reſcind. vendit.

VERISSIMVM. Quidem eſt dationem in ſolutum, 1 † vt quæ vicem emptionis obtinet *l. 4. C. de euict. eleganter ff. de pignorat. act.* iuſtum & legitimum contractum eſſe, & iuris gentium *l. 5. ff. de iuſt. & iur. l. 1. in fin. ff. de contr. empt. l. 2. ff. loc.* & proinde fructus rei in ſolutum datæ non minuere ſortem, vt docent Aretin. *conſ. 159. n. 14.* Decian. *in conſ. 35. num. 44.* Surd. *in conſ. 243. num. 16.* vbi ait ſuperfluum eſſe id paciſci, & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuenc. lib. 21. tit. 8. num. 28.* vbi ait hoc carere omni dubitatio-
2 ne, † cuius rei manifeſta ratio eſt, quia cùm ex datione in ſolutum veluti ex iuſto, & legitimo contractu res fiat creditoris *l. 4. C. de euict. l. 46. §. 1. ff. de ſolut. & l. vlt. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* & notant Bart. *in l. 1. §. cum predium, ff. de pign.* & Decian. *in d. conſ. 35. num. 42.* vnde non valeret datio in ſolutum, quæ ea lege fieret, ne dominium in accipientem transferatur: ſed hoc aut pignus eſſet, aut aliud genus con-
3 tractus *l. 80. in fin. de contr. empt.* † conſequens eſt fructus illius eſſe, qui rem in ſolutum accepit tanquam ex re propria perceptos: fructus enim ſequuntur dominium, vt ſæpius diximus *ex l. qui ſcit 25. ff. de vſur. l. ex diuerſo, ff. de rei vindic. l. qua ratione, & l. adeo §. vlt. ff. de acquir. rer. domin.* Afflict. *in dec. 87. n. 6.* Ioan. Cop *de fructibus, lib. 2. tit. 1. cap. 1.* Surd. &
4 Mantic. *loc. cit.* † Et cùm ex datione in ſolutum ſequatur liberatio *l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condict. indeb. d. l. 46. & 98. ff. de ſolut. l. 17. Cod. eod. tit. l. non omnis, 19. in fin. ff. de reb. cred.* Cuiac. *in l. 1. §. cùm prædium in fin. ff. de pignorib. ad Papinian.* Hering. *de fideiuſſ. cap. 20. §. 21. num. 9.* non poſſunt fructus imputari in ſortem, quæ nulla amplius debe-
5 tur, vt dictum eſt. † Neque aliud dicendum eſt, ſi creditori res in ſolutum à iudice data ſit. Nam hoc caſu etiam fructus ſunt creditoris, neque extenuant ſortem, cùm dominium quoque in eum transferatur, *l. pen. §. 1. ff. de except. rei indic. l. 1. C. ſi in cauſ. indic. pignor. capt. ſit*, quæ ait in vicem iuſtæ obligationis ſuccedere auctoritatem ius dicentis. Quod etiam indicat *l. à Diuo Pio §. ſi pignora, ff. de re iudic.* & docet Surd. *in dec. 294. n. 4. & 5.*

6 Sed hæc accipienda ſunt, cùm pro certa quantitate res certa in ſolutum data eſt. Nam datio in ſolutum, & aſſignatio bonorum incerta, & pro incerta quantitate non transfert dominium, neque poſſeſſionem in creditorem, & proinde ſi quos fructus creditor percepit, illos debito imputare cogitur, vt reſpondit Ruin. *in conſ. 136. ad fin. num 8. lib. 1.* Cephal. *in conſ. 159. num. 1. & 4. lib. 2.* Parіſ. *in conſ. 59. n. 15. lib. 1.* Aſin. *de execut. §. 7. cap. 270. num. 4. & 6.* Menoch. *in conſ. 212. num. 49. & 50.* & aliis citatis Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 519. num. 67.* & nouiſſimè Buratt. *in dec. 124. n. 6.* vbi inter alia tradit, liquidationem debiti præcedere debere, vnde ſibi caueant creditores, qui bona debitorum nulla facta liquidatione crediti inuadunt, ne fructibus extenuata ſorte, rem cum fructibus reſtituere cogantur.

Præterea quod diximus eum; qui rem in ſolutum accepit, 7
dominium eius fieri, & fructuum, neque teneri imputare in ſortem, accipiendum eſt, ſi pro ea quantitate data ſit, quæ verè debetur. Nam ſi pro ea maiori ſumma, quàm debetur, facta ſit, tunc inſpiciendum eſt, quid in ſolutum datum ſit: obſeruandum enim eſt duo eſſe genera rerum, quæ in ſolutum dari ſolent. Primum eſt earum, quæ functionem recipiunt in genere ſuo, vt oleum, frumentum, vinum. Alterum earum, quæ non recipiunt, ſed certa ſpecie conſtant, vt ager, domus, nauis, & his ſimilia: ſi ergo res primi generis in ſolutum data ſit maioris pretij, ideſt, quaſi plus deberetur, vt ſi vinum, vel oleum datum eſt valoris centum & viginti, cùm centum tantum deberentur, liberatio quidem contingit, & datio in ſolutum conſiſtit, ſed pro ea parte tantùm, quæ debetur, & ſuperfluum repeti, & condici poteſt, vt eſt apud Vlpian. *in l. ſi non ſortem, §. idem Marcellus, ff. de condict. indeb.* & notat Reuard. *in l. amplius, ff. de regul. iur.* Duaren. *ad tit. de condict. indeb. cap. 9. col. 3.* & Præſes Faber *eod. tit. in notis defin. 3. num. 1.* † Sed ſi fundus in ſo- 8
lutum datus ſit, vel aliud quidpiam, quod functionem non recipit, datio in ſolutum inutilis eſt, & ne quidem pro parte, quæ debetur, poteſt conſiſtere *d. l. cum amplius, & d. l. ſi non ſortem, 26. §. ſi centum*, quo in loco Vlpianus rationem adfert his verbis, *licet enim placuit rem pro pecunia ſolutam parere liberationem, tamen ſi ex falſa debiti quantitate maioris pretij res ſoluta eſt, non fit confuſio partis rei cum pecunia. Nemo enim inuitus compellitur ad communionem. Sed & condictio integra rei manet, & obligatio incorrupta.* Quod hìc Bart. notandum ait pro donationibus in ſolutum, quæ quotidie fiunt, vt ſi fiant pro maiori ſumma quàm vere debeatur, omninò vitientur, & corruant. Quod ſequuntur Fulgoſ. Caſtrenſ. Iaſ. & alij plures, quos congeſſit Tiraquel. *de retract. conſang. §. 23. gloſ. 1. num. 26.* vbi ait dationem in ſolutum omninò eſſe indiuiduam, eámque totam vel ob minimam partem reſcindi atque infirmari. His accedit Surd. *in lib. de aliment. tit. 9. quaſt. 35. num. 79.* & Præſes Faber *in d. defin. 1.* vbi ait id verum eſſe vel pro vno nummo ſupra quàm debeatur, datió in ſolutum facta ſit: idemque ſcripſerat Fulgoſ. *in d. §. ſi centum, n. 6.* Iaſon *num. 1.* & tradit Coler. *de proceſſ. execut. part. 3. cap 9. num. 61.* Sfort. Odd. *conſ. 96. n. 9.* Magon. *dec. Florent. 109. n. 7.* & poſt hæc ſcripta, Mangil. *de ſubhaſt. quaſt. 132 num. 18.*

Quod retinendum eſt, ſiue debitor fundum in ſolutum 9
dederit *d. §. ſi centum*, quem ita intelligit Caſtrenſ. *num. 2.* Alciat. *in l. 1. §. ſed ſi mihi, num. 28. de verb. obligat.* Ruin. *in conſ. 136. num. 5. lib. 5.* Cagnol. *in d. l. cum amplius, de reg. iur.* Surd. *in dec. 45. num. 4.* & Gratian. *diſcept. cap. 162. num. 33.* ſiue à iudice datio in ſolutum facta ſit in executionem ſententiæ, vt iidem auctores iiſdem locis ferè tradunt, & Bald. *in l. certi condictio, §. quoniam, num. 3. ff. ſi cert. pet.* vbi refert ita Bartolum reſpondiſſe. Fulgoſ. *in d. §. ſi centum num. 7.* Surd. *in conſ. 39. num. 1. & in deciſ. 74. num. 8.* Aſin. *de execut. part. 4. cap. 11.* Coler. *loc. cit. num. 64. & 70.* Anton. Sola *ad nouas Conſtit. Sabaud. tit. de appellat. gloſ. 4. n. 8.* Flamin. Chartar. *deciſ. 39. n. 9.* & tradit idem Anton. Fab. *tit. de fructibus, & lit. expenſ. defin. 30. n. 7.* Conſtat igitur vtroque caſu dationem in ſolutum omninò irritam eſſe.

Et quod etiam valdè notandum eſt, in hac ſpecie non tan- 10
tùm bona, ſed & fructus reſtitui debent *l. 7. §. ſi fundus, ff. de condict. cauſ. dat. l. indebiti. in princ. & l. 65. §. ei qui, ff. de condict. indeb.* vel computari in ſortem, ſi ſunt conſumpti, *l. Titius, 48. ff. de ſolut.* Fulgoſ. *loc. cit.* Afflict. *in dec. 218. num. 4.* Tiraq. *in d. §. 33. gloſ. 1. num. 26. in fin.* Caualcan. *de vſufruct. mulier. relict. n. 208.* Ioan. Bapt. Coſta *de ration. rat. quaſt. 26. num. 3.*

Digitized by Google

num. 3. & Flamin. *in d. deciſ.* 39. *n.* 19. cùm enim hìc dominium non transferatur in creditorem, vt dictum eſt, conſequens eſt illum fructus reſtituere debere, vel imputare ſorti *l.* 9. *ff. de pignor. act. & d. l. indebiti.* vbi Paulus ait *imò & fructus, quos is cui ſolutum eſt, bona fide percepit, in condictionem*
21 *venire.* † In qua tamen re cùm prima obligatio firma maneat *d. l. cum amplius, & l.* 46. *&* 98. *ff. de ſolut.* neque fiat confuſio rei cum pecunia, vt ait Vlpianus *in d. §. ſi centum*, habenda eſt ratio eius, quod intereſt, ſi fortè creditor is eſt, cui intereſſe debeatur, & probetur legitimis modis. Hoc enim caſu fructus prius iuputantur in id quod intereſt, deinde in ſortem *l. minor,* 40. *ff. de minor. l. ſi prædium, Cod. de præd. minor. & d. l. Titia, ff. de ſolut.* & docet Gabriel *in conſ.* 151. *n.* 7. *&* 8. *lib.* 1. Statil. Pacific. *de Saluian. interdict. inſpect.* 4. *cap.* 1. *num.* 70. *& num.* 101. & aliis auctoribus citatis Ozaſch. *in*
22 *dec.* 160. *num.* 16. vbi refert ita fuiſſe iudicatum. † Et poterit etiam hoc caſu creditor fundum retinere, donec debita pecunia reddita fuerit *l.* 1. §. 1. *ff. de pignor. l.* 1. *Cod. etiam ob chirogr. pecun. & d. §. ſi centum* his verbis, *ager autem retinebitur, donec debita pecunia ſoluatur.* Quod etiam ſcribunt Ruin. *in conſ.* 91. *num.* 6. *lib.* 5 Tiraq. *in d. §.* 23. *num.* 27. Surd. *in d. conſ.* 39 *n.* 25. *& in deciſ.* 46. *n.* 6. Balduin. *de pignor. & hypoth. cap.* 15. & Præſes Faber. *in d. defin.* 1. *de condict. indeb. & defin.* 1. *C. de contr. iudic. tut. in allegat. num.* 12. vbi notat in ſpecie *d. §. ſi centum*, nullam fuiſſe hypothecam, neque expreſſam, neque tacitam.

13 Sed quod diximus dationem in ſolutum in totum infirmari, & rem cum fructibus reſtituendam eſſe, quidam ita demum verum eſſe putant, ſi datio in ſolutum fiat à iudice, ſi enim à debitore res in ſolutum data ſit, non reſcindi in totum, ſed pro parte tantùm quæ indebitè ſoluta eſt, & ita quidam apud eund. Tiraquel. *loc. cit. num.* 27. quos tamen parui facere videtur, & Coſta *d. quaſt.* 26. *num.* 6. qui tamen dum breuitati ſtudet, ita obſcurus eſt, vt vix intelligi poſſit, quid ſentiat, ſed apertiſſimè Hodiern. ad Surd. *dec.* 45. *n.* 9. *verſic. aut eſt facta,* qui pro hac ſententia profert *l.* 1. *§. ſi dua, in fin. ff. quor. legat. & vlt. §. ſin autem, C. de iur. domin. impetr.* quæ tamen diſtinctio paucis probata eſt, & refellitur manifeſtè *ex d. §. ſi centum*, qui eſt de datione in ſolutum facta ab ipſo debitore. Ait enim Vlpianus, *ſi centum debens quaſi ducenta deberem, fundum ducentorum ſolui, &c.* & in §. idem Marcellus, *ſi pecuniam debens oleum dederit pluris pretij quaſi plus debens*, nullúmque ibi veſtigium eſt iudicialis adiudicationis; & proinde rectius id admittunt etiam cùm à debitore fundus in ſolutum datur, vt ſentiunt Caſtrenſ. Ruin. & alij, quos retuli *n.* 9. quibus conſentiunt Cagnol. *in d. l. cum amplius.* Cephal. *in conſ.* 198. *numer.* 1. & Aſin. *de execut.* §. 4. *cap.* 11.

14 Nec obſtat *d. l.* 1. *§. ſi dua, ff. quor. legat.* quia non hìc agitur de re data in ſolutum creditori, ſed de re legata, cuius partem legatarius ex voluntate hæredis occupauit, alteram non ex voluntate, & ait Vlpianus partem tantùm, quæ non ex voluntate hæredis occupata eſt, per interdictum quorum bonorum auferendam eſſe, quod ad ſpeciem, de qua agitur, nihil pertinere videtur, in qua res tota per errorem in ſolutum tradita eſt, & proinde quia nulla eſt pars, quæ ſit debita, totus fundus repeti poteſt priſtina obligatione manente, vt *ex d. §. ſi centum,* & Cuiac. *in d. l. amplius, de regul. iur.* & multò minus mouere debet *d. l. vlt. §. ſin autem, C. de iur. domin. impetr.* in qua nihil agitur de re data in ſolutum ex falſa, vel maiori debiti quantitate, ſed tantùm cauetur licere creditori, qui ius dominij impetrauit, ſi plus eſt in pignore, æſtimationem ſuperflui offerre debitori: vel ſi rem vendere maluerit, id quidem ei licere, & ſuperfluum debitori ſeruare, ne plus debito conſequatur. Quamobrem non puto mutandam eſſe ſententiam.

15 His conſequenter dicendum eſt, ſi ager, vel domus pro vſuris in ſolutum detur, dationem in ſolutum irritam omninò eſſe. Nam certum eſt iure Pontificio, quo vtimur, vſuras non deberi, & proinde dationem in ſolutum pro vſuris veluti indebitis nunc non conſiſtere, & rem cum fructibus condici poſſe, *d. l. ſi non ſortem,* 26. *§. ſi centum, de condict. indeb. l.* 7. *& vlt. Cod. eod. & l. videamus, §. item ſi indebitum, ff. de vſur.* Quæ eſt ſententia Diui Thomæ, & Theologorum ferè omnium, quos recenſet Salas *l.* 16. *de vſur. dub.* 38. *n.* 3. Couarr. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. Menoch. *in conſ.* 300. *num.* 7. *& ſeq.* Vgolin. *de vſur. cap.* 12. *in princ.* & Sigiſmund. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 1. *num.* 537. & nos alio loco diximus.

Idemque eſt, ſi pro ſorte, & vſuris res in ſolutum data ſit. 16
Nam licet ſors debeatur, nec enim ob illicitam vſurarum ſtipulationem ſors amittitur *l. vſuras, & l. placuit, ff. de vſur.* tamen cum vſuræ hodie illicitæ ſint, vt dixi, datio in ſolutum, quæ pro ſorte & vſuris facta eſt, conſiſtere non poteſt. Succedit enim quod diximus *n.* 8. dationem in ſolutum, quæ pro maiori quantitate fit, quam debeatur, irritam eſſe *ex d. §. ſi centum,* & Bart. Fulgoſ. Caſtrenſ. & aliis.

Sed hoc totum conuelli videtur, ex his, quæ tradit doctiſſimus Argentr. *ad conſuet. Britann. art.* 266. *cap.* 6. & rurſus *conſult.* 3. quibus locis acerrimè contendit contractum, in quo res in ſolutum creditori datur pro credito vſurario ex vſuris, & vſurarum vſuris conflato, non eſſe fœneratitium, nec inter contractus fœneratitios recenſendum, ſubſtantialia, naturalia, accidentia diuerſa eſſe. Sed ad commutationes rerum pertinere, & iure commutatiuorum contractuum cenſeri debere: dénique ex eo dominium transferri, & quod conſequens eſt, fructus eſſe crediroris, cuius contrarium proxime à nobis definitum eſt. Nam inquit nulla hìc obligatio contrahitur reddendæ ſortis cum lucro vltra ſortem propter dilationem ſoluendi, & pro vſu pecuniæ quæ eſt formalis, & confeſſa vſura *l. ſi tibi, ff. de pact. l. rogaſti, §. ſi tibi, & l. lecta, ff. ſi cert. pet.* Sed hìc negotium momento contrahitur, hoc eſt venditionis conuentione; & momento diſſoluitur, hoc eſt traditione rei venditæ. Hic itaque nihil ineſſe ſucceſſiui debiti, nihil vſuræ recurrentis, & renaſcentis: imò totam obligationem diſſolui, nec reſtare quicquam, quod altera ab altera pars petere poſſit. Quod ſi verum eſt, efficitur non ex eo dici vſurarium poſſe huiuſmodi contractum, quia aut ſors aliqua in obligatione maneat, aut vſurarum aliquid ſuperſit, quod non niſi ſortis appendix eſſe poſſit, quæ nulla hic ſupereſt, imò in totum nullum debitum relinquitur ſemel extinctum per ſolutionem, quæ fit per dationem fundi in ſolutum: & proinde in ſolo pretio peccatum eſſe, non quod vſuram producat, ſed quod à cauſa vſuraria conflatum eſt: nullúmque vitium eſſe in contractu ſed in ſolutione pretij manente integra venditione. Neque tamen tam iniuſtum pretium in venditionem abire, ſed cùm ex iniuſta cauſa peti, & in pretium imputari compertum fuerit, venditori condictionem indebiti competere, vt pretium conſequatur, & vſuras pretij, cum emptor fructus fundi percipiat ex ratione *l. curabit, C. de act. empt.* Atque ſic ad æqualitatem omnia redigantur, tam in perſona venditoris, quàm emptoris, & contractus ſuam vim obtineat: & ſic deinceps habere ſe auctore, quod confidentius, patroni reſpondeant. Hæc meritiſſimus Præſes. † Quæ ta- 18
men nihil obſtant noſtræ ſententiæ. Nam licet in ſpecie, de qua agitur, cùm ſcilicet res datur in ſolutum, pro debito vſurario, & ex vſuris conflato, fœnus propriè non contrahatur, ſiquidem hic nulla initur obligatio reddendæ ſortis, & ſoluendi aliquid pro vſu ſortis, & patientia creditoris ſolutionem expectantis, quod neceſſe eſt, vt contractus fœneratius ineatur vt rectè Argentræus notat; admittendum tamen eſt, hanc dationem in ſolutum finem, & effectum eſſe contractus vſurarij præcedentis, & extorſionem eſſe, & direptionem rei alienæ ex fraude, & malitia fœnoris ante contracti. † Qui eſt finis, & intentio fœneratorum, qui alie- 19
nis prædiis oculos iniiciunt, vt ait. D. Amb. *lib. de Tob. c.* 6. & Iuſtin. *in d. l. vlt. C. de iur. Dom. impetr.* ex quo conſequens eſt creditorem, qui rem in ſolutum accepit, nullo iuſto titulo eam retinere, & poſſidere, imò improbata ratione iure omni naturali, & diuino, & proinde nullum rei dominium nanciſci *l. nunquam* 35. *ff. de acquir. rer. domin.* non minus quàm ſi rem ſubtraxiſſet *l.* 1. *&* 8. *in fin. de condict. furt.* Nec enim iure naturæ & diuino minùs prohibitum eſt, fœnore res alienas occupare, quàm rapere, & furari: neque minus odioſa eſt cauſa fœneratoris, quàm furis ex Catonis, & Pactum ſententia. Quamobrem verius eſt dominium adhuc eſſe debitoris, à quo fundus extortus eſt, & durare ad quemcun

quemcunque perueniat: & rem veluti vitio reali affectam imperſcriptibilem eſſe, niſi eo modo, quo res furtiuæ præſcribi poſſunt, quod tractat Balb. de *præſcript.part.6. num.*12. & quod conſequens eſt poſſe debitorem condicere, vt admittit Argentr. *d. cap.6.n.*18.

20 Quamobrem ex illius ſententia duo caſus ſeparandi ſunt. Primus eſt cùm de vera, & propria venditione inter contrahentes conuenit, videlicet cùm ſine commemoratione vſurarij debiti de re certo pretio vendenda conuentum eſt, & hoc caſu licet debitum ex ſorte, & vſuris conflatum in pretiũ vel partem pretij compenſetur, puto venditionem conſiſtere, & venditorem reſiduũ tantùm pretij, ideſt quod quaſi debitum in compenſationem pretij venit, petere poſſe, cum vſuris, pro modo, & ratione fructuum, ſi forte res, quæ venditur fructus refert, vt Argentræus ipſe ſenſit *d.c.6.n.*17. Nam, vt rectè ait, hic eſt ſimplex contractus venditionis, qui nullam habet cauſam aliunde, quam à cõuentione partium de re: & pretio ſine cauſæ alterius captione. Nec ſi quod vitium hic deprehenditur, id eſſet in contractu, ſed in ſolutione pretij tantùm integro manente contractu, idque docete Bart. *in l.ſi ob turpem, ff.de cond.ob turp.cauſ.* Ideoque ſola ſolutio corrigenda eſt, condicendo id quod ex cauſa vſuraria in partem pretij compenſatum eſt. Neque enim ex eo quod pretium ſolutum non ſit, aut ſi quid indebitum in partem pretij compenſatum eſt, ab emptione diſcedere licet, & rem repetere, vt conſtitutum eſt *in d.l.*1.*& 6.C.de act.empt.* & in ſpecie, de qua agitur *in l.*2. *C. eod.tit.* cuius non meminit Præſes, & me impulit, vt illi hac in

21 re aſſentirem.† Alius caſus eſt, cùm verè & ſimpliciter datio in ſolutum intenditur, ideſt cùm ſub commemoratione debiti ex vſuraria cauſa peruenientis prædium in ſolutũ datur, is enim actus, vt idem Præſes obſeruat *loc.cit.n.*18. & ſi quoad quid in emptionem recidat, tamen non ea intẽtione fit, vt emptio cõtrahatur, ſed potius vt prior obligatio diſſoluatur, & debitor liberetur. Itaque hic ſimplex conditio ſoluti aut in ſolutũ dati competet, ideſt fundi, qui in ſolutum datus eſt, vt definitũ eſt *in d §.ſi centum*, vbi Vlpianus ait condictionem integræ rei, & priſtinam obligationem manere, & ſuccedunt, quæ *n.* 8. *&* 9. dicta ſunt ex multorum ſententia, dationem ſcilicet, quæ ex debito partim vero, partim falſo facta eſt, omninò irritã eſſe, & fundũ cùm fructibus condici poſſe, quod miror à viro do-

22 ctiſſimo prætermiſſum.† Sed cur iam varie? quia vno caſu debitor rem dimittit, non vt vendat, ſed vt ſoluat, & debito liberetur, alio caſu nõ vt ſoluat, ſed vendat: vno caſu negotium geritur animo ſoluendi, & accipiẽdi quod debetur: altero verò animo ementium, quæ ſunt diuerſa, vt indicat *l.Senatus 45.in princ.de leg.*1. & rem pro debita pecunia dare, non eſt vendere, ſed ſoluere, *d §. ſi centum & l.46.& 98 ff.de ſolut.* quare hic caſus, cùm ſcilicet res in ſolutũ datur, definiri debuit ſecundum ius quod obtinuit in ſolutionibus, quæ fiunt rebus non recipientibus functionem, vt ſi ager, vel domus loco pecuniæ in ſolutum dentur creditori. In quibus ita ius conſtitutum eſt, vt ſi ex falſa vel in vno nummo debiti quantitate facta ſolutio comperiatur, irrita in totum ſit, & nullum iuris effectum ſortiatur, ideſt; vt nec debitor liberetur, nec creditor rei dominium conſequatur, propter rationem, quam ponit Vlpian. *in d. § ſi centum*, quia cùm non fiat cõfuſio partis rei cum pecunia, ne quis inuitus incidat in communionem, ſolutione irrita totus ager condicitur priſtina obligatione remanente, vt etiam

23 expreſſum eſt *in d.l.84.de reg.iur.*† In altero verò caſu, cùm res geritur animo emendi, & vera venditio contrahitur, venditor nihil ſoluit, cùm ex eo contractu rem tradere debeat, ſed illi potius ſoluitur *l.Iulian §.veniunt, de act.empt.* ideòque hæc ſpecies non ſecundum regulas ſolutionis definienda eſt, ſed ſecundum ea, quæ venditioni naturaliter inſunt. In quo genere cùm ità ius comparatum ſit, vt non rẽs, ſed pretium rei in actionem venditi veniat. & vſura pretij poſt diem traditionis *d.l.Iulian.§.veniunt, & d.l.*1.*& 2.C.de act.empt.* nec liceat ex eo quod pretium ſolutum non eſt, rem repetere ſi non ab initio aliud conuenit, *l.6.eod.tit.l* 1. *&* 2 *ff.de l.comm.* & Harmen. *li.*3. *tit.*3. *§. non ſi pretium*, dicendum eſt hoc caſu id tantum peti poſſe, quod quaſi debitum fauore fœneratoris in partem pretij compenſatum eſt manente contractu, vt nominatim definit *d l.*2. *Cod. de act. empt.* & hoc caſu recipi poteſt Præſidis Argentræi ſententia *in d. cap.* 6. *n.* 17. *& in d. conſult.* 3: vbi tamen, pace illius dixerim, rem hanc non videtur ſatis explicare.

Sanè quod dixi *n.*10. creditorem, qui rem in ſolutum ac- 24
cipit, teneri fructus debito imputare, quoties res pro maiori quantitate data eſt, quàm deberetur, multo magis retinendum eſt, cùm datio in ſolutum in fraudem vſurarum confiſicta eſt. Nam licet non tam facilè facta cenſeatur in fraudem vſurarum, ſicut emptio, & venditio, ſiquidem in datione in ſolutum pecunia non numeratur, nec recipitur & proinde minus ſuſpecta eſt, magis diſcedit à mutuo, quod pecuniæ numeratione, & re contrahitur, vt notat Fulgoſ. *in conſ.*135. & Iaſ. *in conſ.*150. *n 6. lib.*4. Franciſ. Zoann. *de empt. & vend. cum pacto retrouend. n.*69. Didac. *var.lib.*3. *c.*9. *n* 5. & Menoch. *lib.*3. *præſumpt.* 122. *n.* 43. *& conſ.* 345. *n.* 17. Aſin. *de execut.*
§.4.cap.6. in fin.† Poteſt tamen etiam ex probabilibus conie- 25
cturis præſumi facta in fraudem vſurarum, vt docet Couarr. *loc.cit.* Menoch. *in conſ.* 1283. & Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 8. *tit.* 23. *n.* 5. Rot post Mangil. *tract. de ſubhaſt. dec.* 92. *n.* 10. & prudentiſſimè Didacus *eod. loc.* monet Iudicem, vt tanquam vir bonus coniecturas & circumſtantias omnes perpendat, & vt cuncta timeret ad eiiciendam huius contractus ſimulationem. Et puto etiam vrgentibus coniecturis non minus iudicem in dationibus in ſolutum vſurariis pronunciandis, quàm in emptionibus & venditionibus procliuem eſſe debere, quoties datio in ſolutum facta eſt à debitore, cùm illum iniquo tempore ad ſolutionem creditor vrgeret. Vt enim egeſtas debitoris, qui mutuam pecuniam rogat, in emptione, & venditione indicium eſt fœnoris: ita prorſus cùm creditor ſolutionem vrget eadem inopia in parte coniectura ſuadet, vt ſuſpicemur dationem in ſolutum fraudem vſurarum initam fuiſſe, nimirum vt interim creditor fructus percipiat, & debitor rerum ſuarum diſtractionem non patiatur. Neque tamen puto ex ſola inopia debitoris, vel ex eo tantum quod creditor vrget, contractum dationis in ſolutum vſurarium dicendum eſſe. Non enim hæc ſufficiens cauſa eſt reſcindendi, aut improbandi contractus *l. non idcircò, C.de reſc.vend.l.fideicommiſſa §.ſi rem.ff de l.*3.*& li.*4.*C.de pign.* vbi Baldus notat neceſſitatem rei familiaris non reſcindere contractum. Sed id accipiendum eſt concurrentibus aliis coniecturis arbitratu boni viri, id eſt Iudicis, vt tractatum eſt
quæſt. 9. † Quæ ducuntur maximè ex pacto redimendi, vt 26
colligitur *ex C.ad noſtram de empt.& vend.& C.illo vos de pign.* & nos diximus *in d. quæſt.*9. *num.* 17. *&* 18. & colligi poteſt *ex l.*17. *§.*1 *ff.de acq. poſſ.& l.qui ſic ſolut.ff.de ſolut.* ex quibus Cuiac. *in d.l.*17. notat congruenter datum non videri, quod ita datum eſt, vt poſteà reſtituatur, vt in imaginariis venditionibus interpoſita fide reſtituendi & contracta fiducia, cui proxima eſt datio in ſolutum ea lege facta, vt poſſit debitor
oblatâ quandoque pecuniâ rem ſuam recuperare.† Vt etiam 27
ducuntur coniecturæ ex aliis pactis quæ magis pignori, quàm dationi in ſolutum conueniunt, & ex quibus colligimus debitorem vna manu rem dimittere alia retinere: creditorem verò non rem & dominium rei, ſed pecuniam & pecuniæ reditum aucupari, vt tradit Surd. *in conſ.*243. Denique ex iiſdem ferè locis, quibus vtimur ad detegendam ſimulationem venditionis, quia & datio in ſolutum venditio eſt, vel venditioni ſimilis *l elegantet, ff. de pign. act. l. licet, pro empt. l.* 9. *Cod. de euict. & l.ſi quis aliam, 46. ff. de ſolut.*

Ex quo magna coniectura fraudis illa eſt, quæ colligitur ex 28
locatione rei ſtatim, vel paulò poſt dationem in ſolutum facta ipſi debitori, indicium enim ſimulatæ venditionis maximum eſt, quando venditor in poſſeſſione remanſit *l. ficut*, *§. ſupernacuum, ff quib mod.pign.vel hypoth.ſolut.* Annæus Robert. *rer.iudic.lib.*5.*c.*8. Menoch. *conſ.*1183. *n.*9. Rota *in dec.*95. poſt Mangil. *n.* 5. & Paul. Bellon. *de poteſt. cor. quæ in contr. vel ex inter. fiunt, lib.*1. *cap.* 2. *num.* 12. quaſi non videatur omninò rem vendidiſſe, qui eius poſſeſſionem ſemper retinuit, & percepit fructus. Et præſertim ſi rem meliorem effecit, vt ſi vineas inſtituit, ædificia reſtituit, cùm id lege locationis non fuiſſe comprehenſum, vel aliud quid præſtitit, ad quod ex natura conductionis non tenebatur, veluti ſi onera, & tri-
buta ratione rei agnouit. Quid enim aliud domini faciunt?† 29
Vel ſi penſio reſpondeat potius pecuniæ creditæ, & numeratæ, quàm fructibus rei, vt rectè poſt plures alios animaduertit

..moc. *de locat.& conduct.tit.de vſur.quaſt.*3.*n.*1.Farin.*de falſit.*
*ſimulat.quaſt.*163.*n.*111.& Grimaud.*de contr.pign. lib.*3. *c* 9.
*n.*8.& 9.quia inquit,cùm emptor noluerit ſubire periculum,
& incertitudinem fructuum rei emptæ, veriſimile eſt eum
noluiſſe fundum emere, ſed potiùs animum habuiſſe vſuras
pecuniæ ſtipulari iuxta morem regionis,& illas exigere velu-
30 ti certiorem pecuniæ reditum ſub prætextu locationis. †
Idemque eſt,ſi creditorem alteri locat,qui pro eadem penſio-
ne iterum locat venditori.Etenim ob interpoſitionem perſo-
næ multo magis fraus,& ſimulatio arguitur *l.vir.vxori in fin.*
ff.ad Velleian.l.pupillus,§.ſed etſi,ff.de auct.tut. & *l.vlt. C.mand.*
quæ ait id ſæpe fieri, & ſcribunt Crau.*in conſ.*156.*n.*11.Maſ-
card.*de probat.concl.*442.*n.*1.2.& 13.Roder.*de ann. redit. lib.*2.
*quaſt.*3.*n.*52.& 53.qui ſubiicit idem eſſe, quamuis locatio in
31 alio inſtrumẽto facta ſit.† Quia ſcilicet multiplicatio inſtru-
mentorum inter eaſdem perſonas non minuit,ſed auget præ-
ſumptionem fraudis, vt notant Corn. *in conſ.*23. *in fin. lib.*3.
Bero *in conſ.*166.*n.*11.*lib.*1. & Roder.*loc.cit.*Hoc enim eſt cir-
cumuenire,& lacerare legem,quod eſt illicitum,& nunquam
fieri permittitur. Et ita naturæ comparatum eſt, vt quo ma-
gis quis ſtudet ſuſpicionem fœnoris cautionibus, & inuolu-
cris occultare, eo magis fraus fiat manifeſta,& veritas dete-
gatur,vt dicebat Crau.*loc.cit.*quod Cruetæ reſponſum pro-
bat Benuenut. *in notis ad eundem*, & ait ob concurſum tot
coniecturarum carere probabili dubitatione. Ex his igitur,
& aliis locis, quos alij laborioſius tractant, & nos alio loco
diligentius,hic parcè,& defunctoriè executi ſumus, fraus &
ſimulatio dationis in ſolutum detegenda eſt arbitratu boni
& prudentis iudicis,qui inſpectis pactis,& verbis inſtrumen-
ti, aliiſque facti & perſonarum circumſtantiis æſtimare de-
bet, an pignus vel datio in ſolutum facta videatur.

32 Illud verò intereſt inter dationem in ſolutum, quæ fit ex
falſa debiti quantitate, quod contingit, quando res dimitti-
tur in ſolutionem vſurarum, vel vſurarum,& ſortis,denique
quoties ex falſa debiti quantitate res maioris pretij in ſolutũ
datur,de qua initio dictum eſt:& dationem in ſolutum,quæ in
fraudem vſurarum celebratur, quia in illa verè contrahentes
dationem in ſolutum celebrare intendunt, licet nihil agant,
quia & traditio nulla eſt, & obligatio non perimitur, *d.* §. *ſi*
centum, & *d. l.cum amplius de reg.iur.* & ſola poſſeſſio trans-
fertur, quæ interdum condici poteſt, *l.* 15. §. 1. *ff. de condict.*
*indeb. l.*2 *ff. de condict. tritic.* cùm verò datio in ſolutum fit in
fraudem vſurarum, ſub inuolucro dationis in ſolutum pig-
nus, & antichreſis contrahitur, *l.*3. *C.plus valer.quod agit.* &
tradit Menoch. *in conſ.*1183. *in princ.* & res tota reperi poteſt
reddita pecunia,quæ debetur, vt reliquis debitoribus pigno-
ra luere conceſſum eſt *l.*1.& *vlt.C.de luit.pign.*idque deductis,
& computatis fructibus, quos hoc caſu ſortem minuere cer-
tiſſimũ eſt,*l.*1.& *vlt.C.de pign.act.l.ſi dominium, C.de pign.* Af-
flict *in d.deciſ.*218. *in fin.* Theſaur.*in dec.* 78. *n.* 1. Menoch. *in*
*d conſ.*1182.*in fin.*& conſtat apertiſſimè *ex d.c.illo vos, de pign.*
33 & *c.* 1. *de vſur.* † Præterea cùm datio in ſolutum fit ex falſa
debiti quantitate, vel pro maiori ſumma, quàm debeatur,
quaſi plus deberetur, contractus quidem inutilis eſt ex vtra-
que parte, non tamen vſurarius, & fœneratitius dici debet,
cùm hoc non niſi inter conſentientes fieri poſſit; cùm verò
datio in ſolutum in fraudem vſurarum fingitur,& concipitur,
contractus vſurarius eſt,& qui iſthæc agunt,pœnis vſurario-
rum coërceri poſſunt,de quibus diximus *quaſt.vlt.*Denique in
datione in ſolutum, quæ fit pro maiori ſumma quàm debea-
tur,fructus quidem reſtituendi ſunt, vel ex ſorte deduci de-
bent vt proximè dixi,& tradunt etiam Iaſ *in d.*§.*ſi centum n.*5.
Marant.*de ordin.iudic.part.*6.*tit.de execut.n.*20.Surd.*in conſ.*39.
n. 25. habenda tamen eſt ratio eius.quod verè creditoris in-
tereſt, *d.l.Titia.de ſolut.* Cùm verò datio in ſolutum ſimulata
eſt, & vſuram intus continet fructus omninò minuunt ſor-
34 tem. † Quia ex contractu vſurario nihil peti poteſt vltrà ſor-
tem ſub prætextu eius quod intereſt, vt docet Ioan. Lup. *in*
c. per veſtras,§.6. *in fin.de donat.int.vir.& vxor.*Manent.*de con-*
*tract.libell.quaſt.*3.*n.*65.& alij quidam, quos recenſui *quaſt.*80.
num. 1. & *ſeq.* & non obſcurè ſenſit Gratian. *diſcept. lib.* 1.
cap. 143. *num.* 41. intereſſe enim non niſi ex pacto vel pro-
pter moram deberi poteſt. Neutrum autem in contracti-
bus vſurariis, & in fraudem vſurarum initis interuenit,
& proinde non poteſt haberi ratio eius quod intereſt.

Cæterùm vt emptio,& venditio potius quàm pignus con- 35
tracta intelligitur, ſi emptionis nomine contrahentes vſi
ſunt,vt docet Grimald.*de contr.pign.l.*3.*c.*15.ita prorſus datio
in ſolutum potius quàm pignus contracta præſumitur,vt re-
ſpondit Aretin.*in conſ.*159. *num.*16 Menoch. *in conſ.*201.*n.*18.
Martha *vot.* 109. *n.* 6. & 7. & latè idem Menoch. *lib.* 3. *præ-*
ſumpt. 150. *n.* 1. & *ſeq.* cuius ſententiam ſequitur Rota apud
Ludouiſ. *in deciſ.* 194. *n.* 12. & præſertim ſi adſint verba ali-
qua, quæ arguant tranſlationem Dominij *arg.l. dotis fructus,*
& *l ſeq.ff.de iur. dot.* & *l. cum manu ſata,* 80. §.*vlt.de contr.empt.*
Corn.*in conſ.*228. *n.*8. & 9. *lib.*4. Menoch. *in d. præſump.* 150.
*n.*7. & latè tractatum eſt apud Giurb.*in dec.*24.*n.*18. & in au-
ditorio Rotæ Rom. poſt prima conſilia Farinac.*in dec.*47. ſi-
quidem dominij acquiſitio,& tranſlatio repugnat pignori,ex
quo ſcilicet nunquam dominium transfertur *l. cùm & ſortis,*
34. §. *vlt. ff. de pignor. act.* Anton. Fab. *de error. pragmat. dec.*
21.*cap.*7.*n.*3.† Et ceſſantibus coniecturis & præſumptionibus 36
vſurariæ fraudis datio in ſolutum, quæ ex vera debiti quan-
titate procedit,licet iniuſto pretio facta ſit, reſcindi & reuo-
cari non poteſt, quia licet contrahentibus ſe in pretio deci-
pere, *l. in cauſa*, §. *pen.ff. de minor,* *l.* 21. §. *vlt. ff. loc.* vt non
reuocantur emptiones, & venditiones, quæ iniquo pretio
fiunt,*l.*8.& 15. *C. de reſcind. vend.*† Sanè ſi deceptio ſit vltrà 37
dimidiam iuſti pretij,quod erat tempore dationis in ſolutum
contractus corrigi poteſt *ex l.*2. *C.eod.tit.*cuius remedium lo-
cum habere in datione in ſolutum, quæ à debitore fit credi-
tori, inter omnes conſtat, eſt enim datio in ſolutum vendi-
tioni ſimillima, & in omnibus eodem ferè iure cenſetur, vt
ait idem Præſes *in d.decad.*21. *cap.* 3. *n.* 1. & ideò ſi tam im-
modica læſio intercedat, dationem in ſolutum reſcindi be-
neficio huius conſtitutionis ſcripſit Cagnol. *in d.l.*2. *n.* 163.
Natt. *in conſ.* 207. *num.*2. Iaſ. *in conſ.* 151.*num.* 7. *lib.*4. Surd.
in d quaſt. 32. *in fin.* Ioſeph. Ludouic. *in dec.* 60. *n.* 8. & An-
ton.Hering. *de fideiuſſ. cap.*20. & 21. *num.*12. † Idémque eſt, 38
ſi oleum maioris pretij, vel ſi qua alia res, quæ in ſuo gene-
re functionem recipiat,in ſolutum data ſit. Nam ſi pro ſum-
ma verè debita ſolutio facta eſt,quamuis oleum maioris pre-
tij ſit, datio in ſolutum non corrigitur, neque ſuperfluum
peti poteſt,non magis quàm ſi paulo viliori pretio illud ven-
didiſſet. *l.* 15. *Cod.de reſcind. vend. l.*1. & 7. *C.Theod de reſcind.*
vend. Rota Genuen. *in deciſ.* 23. *n.* 37. ſiquidem ſuperfluum
eo tantum caſu repeti poteſt,cùm oleum vel alia ſpecies ma-
ioris quantitatis per errorem ſoluta eſt, quàm verè debere-
tur, vt indicat Vlpian. *in d.l.ſi non ſortem*, § *idem Marcellus,*
his verbis (*quaſi plus debens*) qui locus ita intelligi debet,
Et proinde cùm nihil in quantitate debiti erratum eſt,quam-
uis oleum maioris pretij ſit, ſolutio integra manet, neque
corrigitur, niſi forte læſio vltrà dimidiam interuenerit, vt
dictum eſt, quod tamen vix contingere poteſt.

Sed an idem ſit in datione ſolutum, quam iudicialem vo- 39
cant,quæ fit, cùm iudex publicè diſtrahit pignora, quæ cap-
ta ſunt in cauſam iudicati,vel ſi emptorem non inueniat,ad-
dicit creditori in ſolutum,iuxta *l.à Diuo Pio ff.de re iudic.*ma-
gna quæſtio eſt; ſanè quam plurimi id negant, vt Bald. *in*
*l. ordo num.*1.*C.de execut.rei iudic.*idque propter auctoritatem
iudicij. Alex. *in l.ſi quis cum aliter num.*18.*de verb.oblig.* Iaſ. *in*
d. l. à Diuo Pio, §. *ſi pignora*, *num.* 3. Fabian. de Monte *in*
lib. de emption. & *vend.* qui hanc ſententiam probat *ex l.*1. *C.*
de præd. curial. ſine decret. non alien. qua cautum eſt decurio-
nem, qui cauſa cognita facultatem accepit diſtrahendi præ-
tij à competenti iudice,non poſſe conqueri de iniuſtitia con-
tractus. Secundò, quia hæc datio in ſolutum fit à iudice,non
autem à parte,quare ſi ab eo læſio inferatur,licet prouocare
l. ab executore C. quor. appell. non recip. ſicut regulariter à iudi-
cum præceptis appellandum eſt, vt conſtat *ex l.ait prætor*, §.
permittitur,ff.de minor Denique quia ſi creditor pignus in ſolu-
tum accepit,& deceptus ſit, non poteſt reſiduum petere *d.*§.
ſi pignora, ergo nec debitor, quia æqualitas ſeruari debet *l. in*
ſacris, C.de proxim. ſacroſ. ſcrin. Quæ ſententia placuit etiam
Fachin. *controu. iur. lib.* 2. *cap.* 21. qui hanc communem eſſe
teſtatur, & Matth. Coler. *d. proceſſ. execut. part.* 3. *cap.* 9.
n. 63. qui aliam rationem addit, quòd ſcilicet iſto caſu iudi-
cis officium ſit liti finem imponere, & vigorem rei iudicatæ
ad

Digitized by Google

ad effectum perducere, *arg. l. ſi vt proponis, 6. & l. executorem, C. de execut. rei iudic.* quod non fieret, ſi ex capite læſionis vltrà dimidiam datio in ſolutum foret reſcindenda, quo caſu noua texeretur iudicij tela, & lis ex lite ſuſcitaretur contra *l. terminato, C. de fructib. & lit. expenſ. & c. finem litibus, de dol. & contum.*

Sed dationem in ſolutum iudicialem ex hac cauſa reſcindi poſſe, ſenſit Cagnol. *in d. l. 2. n. 163.* Vrſill. *ad Afflict. deciſ. 340. n. 1.* & ſentiunt alij plures apud Anton. Sol. *ad nou. conſtit. Sabaud. tit. de form. & ord. proceden. in pignor. gloſ. 3. n. 15.* quibus addo Morlan *in empor. iur. part. 1. tit. 9. quæſt. 23. n. 6. & 7.* Gamm. *in deciſ. 95.* vbi refert ita iudicatum. Eſcuder. poſt Maſtrill. *dec. 247.* & eund. Maſtrill. *in ead. dec. n. 1.* vbi ait in ſupremis Siciliæ Tribunalibus amplius hac de re non diſceptari. Idem docuit Arius Pinell. *de reſcind. vend. part. 2. c. 2. n. 17. & 27.* Vaſq. *quæſt. illuſt. lib. 6. c. 61. n. 1.* Gratian. *diſcept. Forenſ. lib. 1. cap. 167. in fin.* Ioan. Coppen. *quæſt. 18. n. 23.* & aliis auctoribus relatis Rota *in recentiſſ. dec. 604. n. 1. part. 1.* Et poſt tract. Cenc. *dec. 508. n. 8.* coram R.P. Buratto, vbi refert ita ſæpè fuiſſe deciſum. Coſta *de remed. ſubſid. remed. 46. n. 8. verſ. ego tamen*, & Doctiſſimus Sabaudiæ Præſes *de erroribus pragmat. decad. 10. c. 7. n. 3. & in ſuo C. de diſtract. pignor. defin. 8. n. 8. & defin. 26. num. 3.* & nouiſſimè omnium Fontan. *in dec. 65. n. 3. & ſeq.* quorum ſententia ve-
40 riſſima eſt, & ſummam habet æquitatem. † Et probatur apertiſſima ratione, quia ſiue pignora addicantur extraneo, qui plus obtulit, vel ipſi creditori, qui tanquam extraneus quilibet licitari poteſt *ex l. 2. C. ſi in cauſ. Iudic. pign.* ſiue emptore non inuento addicantur ipſi creditori in ſolutum iuxta *d. §. ſi pignora*, hîc venditio quædam contrahitur, *d. l. à Diuo Pio, §. in venditione, & §. ſi poſt addictam, l. vlt. C. ſi aduerſ. fiſc. l. ſi quoſ. Cod. reſcind. vend.* & re euicta datur actio ex empto aduerſus debitorem *l. ſi ob cauſam, C. de euict. l. eleganter, in princ. ff. de pign. act.* & fatetur Coler. *loc. cit. n. 61.* vel ſaltem hic datio quædam in ſolutum deprehenditur, quia verè creditori res pro pecunia ſoluitur, & debitor obligatione liberatur *l. 58. & 98. ff. de ſolut. & d. l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condict. indeb.* & proinde conſequens eſt, vt hic etiam locus ſit *d. l. 2.* ſi fortè debitor, vel creditor tam enormiter læda-
41 tur. † Deinde ſi pignora venduntur extraneo, qui plus obtulit, certum eſt locum eſſe *d. l. 2.* ſi fortè in venditione hæc enormis læſio contingat, vt docet Felician. *de cenſib. tom. 2. lib. 1. c. 3. n. 4.* ergo idem dicendum eſt, cùm pignora addicuntur, creditori, ſiue tanquam extraneo cuilibet licitanti ſiue tanquam creditori, & in ſolutum ei dimiſſa ſint, quia eadem viget iuſtitiæ, & æquitatis ratio, vtroque enim caſu æquum eſt curare, ne debitor tam enorme damnum ſentiat. Nec vllum diſcrimen eſt, aut diuerſitatis ratio, quæ diuerſum ius exigat inter creditorem, qui tanquam extraneus quilibet ad haſtam accedit, quo caſu fatentur omnes reſciſſioni locum eſſe, ſi fortè debitor enormiter læſus ſit, vt conſtat ex eod. Felician. *loc. cit.* & eum, cui Iudex nemine licitante addicit pignora. Neutro enim caſu æquum eſt, vt creditor locupletetur cum iactura debitoris. Et vt minores reſtituuntur in integrum aduerſus venditionem pignorum, ſi ex huiuſmodi diſtractione enormiter lædantur *l. 1. C. ſi aduerſ. vend. pign.* ita ob enormem hanc læſionem maioribus ſuccurrendum eſt *ex d. l. 2. C. de reſcind. vend.* quæ eſt ſpecies reſtitutionis in integrum, vt ait Cuiac. *ad hunc tit. Cod. de reſcind. vend. in fin.*
42 † Denique in ſuadet, quod ſingulariter conſtitutum eſt *in d. nouell. 4. cap. 3.* nimirum rem iuſto pretio æſtimandam eſſe, cùm res loco pecuniæ in ſolutum addicitur creditori: & quod definitum eſt *in l. vlt. C. de iur. domin. impetr.* vt creditor iuxta menſuram debiti dominium pignoris conſequatur, quod manifeſtè etiam ſcribit Vlpianus *in d. ſi pignora*, dum ait: *addici pignora ea quantitate, quæ debetur*; & proinde cum in addictione, quæ fit à iudice rei dominium in creditorem transferatur, & pro modo, & ratione debiti fieri debeat, dicendum eſt ſaltem eo caſu, quo debitor enormiter circumuenitur, & læditur corrigendam eſſe. † Et notandum obiter
43 eſt aduerſus fœneratores, cum quibus nobis bellum eſt, *in d. l. vlt. C. de iur. domin. impetr.* eum, qui ius dominij à Principe imperrat, nunc creditorem, nunc fœneratorem dici, quaſi fœneratores ij ſint, qui alienis prædiis oculos imponunt; vt loquitur *l. 1. C. de præſcrip. 30. annor.* & vt plurimum dominium rerum alienarum aucupantur, & obtinent, & dominos ſuis poſſeſſionibus deiiciunt.

Sed vt percipiamus, qua ratione *d. §. ſi pignora* quo valdè 44
nititur contraria ſententia ad hanc quæſtionem pertineat, perpendamus in tranſitu celebrem hunc iuris locum. Vlpianus ait; *ſi pignora, quæ capta ſunt, emptorem non inueniant, reſcriptum eſt ab imperatore noſtro, vt addicantur ipſi, cui quis condemnatus eſt: addicuntur autem vtique ea quantitate qua debetur. Nam ſi creditor maluerit pignora in creditum poſſidere, hiſque eſſe contentus, reſcriptum eſt, non poſſe eum quod amplius ſibi debetur, petere, quia velut pacto tranſegiſſe de credito videtur, qui contentus fuit pignora poſſidere, nec poſſe eum in quantitatem certam pignora tenere, & ſuperfluum petere*: Hic locus eſt de pignore iudiciali, quod captum eſt in cauſa iudicati, vt indicant verba illa (*quæ ſunt capta,*) & ſentiunt omnes. † Cuius 45
pignoris venditio debet fieri publicè auctore iudice, & ſub haſta præconis *l. ordo, C. de execut. rei iudic. l. 1. & vlt. C. de fid. & iur. haſt. fiſc.* Bald. *in l. 2. Cod. eod. titul. de execut. rei iudic.* Neguz. *de pignor. part. 6. memb. 1. n. 47.* Rebuff. *in tract. de præcon. art. 1. gloſ. 2. n. 7.* Iodoc. Damhouder. *de ſubhaſtat. c. 3. n. 1. & 2.* & Ioan. Parlador. *rer. quotidian. c. vlt. part. 5. §. 8. n. 1.* vbi notat haſtarum nomen hac in re veteres vſurpaſſe, quod haſta in foro poſita ſolitum erat bona venire, vt conſtat etiam *ex l. 3. C. ſi propt. publ. penſit. & ex d. tit. C. de fid. & iur. haſt. fiſc.* & ex Marco Tullio *Philipp. 2. & lib. 2. offic.* & ex Feſto *in epitomis*, qui ſic ait; *haſta ſubiiciebantur, quæ publicè venundabant*, & licet haſtæ vſus receſſerit, adhuc tamen hoc nomine vtimur, & quæ publicè venduntur auctore iudice ſub haſta, & peractis publicis ſubhaſtationibus diſtrahi dicimus, vt etiam notat Rebuff. *in d. tract. de præcon. in princ. num. 5.* † 46
Quæ pignorum venditio antequam fiat, neceſſe eſt eam proponi, & proſcribi in celeberrimis vrbis locis, vt cuique liberum ſit ad haſtam accedere & licitari *l. 4. C. de diſtract. pign.* & Cuiac. *ad hunc tit. col. 5.* quod hic ſubindicat Vlpianus, dum ait, *ſi pignora emptorem non inueniant*; nec enim ſciri poteſt an pignora emptorem inueniant, niſi publicè prius exponantur, & proſcribantur. † Subhaſtationibus verò per- 47
actis dimittuntur pignora ei, qui plus obtulit ad licitationem admiſſo etiam creditore, qui ſententiam accepit ſecundum intentionem ſuam cuiuſlibet alterius vice, & tanquam extraneus quilibet *l. 2. C. ſi in cauſ. indic. pign. cap.* ſit, vt etiam eſt apud Harmenop. *lib. 3. tit. de diſtract. pignor.* & tradit Balduin. *de pignor. & hypoth. cap. 17. in fin. & cap. 18. col. pen.* & Cuiac. *ad d. tit. ſi in cauſ. iudic. pignor.* Aſin. *de execut. §. 6. cap. 7.* & felic. memor. Ludouiſ. *in dec. 12.* Mangil. *d. tract. de ſubhaſtat. quæſt. 21. num. 3.* neque ſcio quemquam contradicere; dimittuntur autem pignora præſenti pecunia *d. l. 15. §. 7. ff. de re iudic.* Neque enim poteſt executor fidem habere de pretio inuito creditore, tametſi cùm pignus addicitur creditori tanquam extraneo, fiat compenſatio ſummæ debitæ, nec neceſſe eſt, vt pecuniam numeret, quod ius apud Romanos peruetuſtum eſt. Nam apud Plautum in Menoch in formula præconij auctionatij eſt, (*omnia venibunt, cuique licebunt, præſenti pecunia,*) vt obſeruat Balduinus *in d. cap. 18.*
† Atque hæc addictio vera, & perfecta emptio eſt, & ven- 48
ditio, vt conſtat ex multis iuris locis, & præſertim *ex l. 3. Cod. ſi aduerſ. fiſc. l. 2. Cod. ſi in cauſ. iudic. & ex l. à Diuo Pio, 15. §. in venditione, & §. ſi poſt addictum*, in illis verbis, *& cùm ſemel emptio perfecta ſit*, ſcilicet cum extraneo, qui plus obtulit, vel creditori, vt extraneo licitanti res dimittitur. † 49
Et proinde ſi fortè hic læſio contingat vltra dimidium iuſti pretij, meritò receptum eſt venditionem hanc reſcindi, & corrigi debere *ex d. l. 2. C. de reſcind. vend.* ita enim docuit Caſtrenſ. *in l. ſi quos n. 76. C. eod. tit.* & ſentiunt alij plurimi apud Gomez, *variar. reſolut. lib. 2. c. 2. n. 23.* & Anton. Solam *ad nouell. conſt. Sabaud. tit. de mod. & form. obſer. in pign. gloſ. 3. n. 14.* Aſin. *in d. §. 6. c. 14. n. 6. & 7.* & Felician. *loc. cit. n. 4.* quia inquit, creditor plus offerens extranei loco eſt, vnde quoad illum vera quoque emptio, & venditio contrahitur.

Sed ſi fortè nemo ſit, qui emat, quod plerumque contin- 50
git, & creditor etiam licitatione abſtineat. Vlpianus ait pignora addicenda eſſe creditori. Sed an pro ea quantitate, quæ debetur, ſiue maior, ſiue minor ſit, vt ſenſit Bart. & reliqui fe-

rè antiquiores interpretes, & Alciat. *lib. 6. Parad. cap.* 3. &
Anton. Faber. *de errorib. pragmat. dec.* 56: *c.* 2. Et humanius
eſt, vt pignora dimittantur creditori iuſto pretio, vt rectiùs
tradunt Iodoc. Damhouder. *d. tract. de ſubhaſtat. cap.* 3. *n.* 10.
Marant. in *ſpec. in fin. num.* 14. Balduin. *in d. cap.* 19. *col. pen.*
Aſin. *de execut.* §. 4. *cap.* 80. *num.* 12. Surd. *in conſ.* 39. *num.* 25.
& Coſta *de remed. ſubſidiar. cap.* 43. *num.* 3. idem docuit Iaſ.
in *d.* §. *ſi pignora num* 8. vbi ait hanc opinionem veriorem
eſſe, & quam vſu receptam fatetur Bartolus *eod. loc. num.* 2.
& Coler. *d. c.* 9. *n.* 115. ſubiiciens de iure Saxonico hanc ſen-
tentiam ſine controuerſia eſſe. Quæ probatur manifeſtè illis
verbis *addicuntur vtique ea quantitate qua debetur*, id eſt, ad
eam vſque quantitatem, quæ debetur, & ſecundùm menſu-
ram debiti, vt rectè explicant Forcat. Necyomant. *dialog.* 13.
num. 2. Dion. Gotofr. & Duaren. *in d.* §. *ſi pignora, quid eſt
æquius*, inquit Duarenus, *quàm pignora addicere paris quanti-
tatis, & æſtimationis? contrà quid iniquius quàm capta omnia
addicere nulla habita ratione æſtimationis?* Et rurſus lib. 1. diſp.
anniu. c. 6. *Alij ſic interpretantur vulgò*, addicuntur ea quan-
titate, id eſt, *pro ea quantitate qua debetur. Qua interpretatione
profectò nihil eſt ineptius, neque iniuſtius noſtra autem æquitate*
51 *maximè nititur, nec à proprietate verborum recedit.* † Atque ita
ſenſiſſe Vlpianum argumento etiam eſt, quod ſequitur. *Nam
ſi creditor maluerit pignora in creditum poſſidere, hiſque eſſe con-
tentus, reſcriptum eſt non poſſe eum, quod ſibi amplius debetur, pe-
tere, quia velut pacto tranſegiſſe de credito videtur*, &c. Nam
hìc Vlpianus confirmat, quod dixerat ex alio reſcripto, quo
cautum eſt, vt creditor nihil amplius petere poſſit, ſi ma-
luerit pignora habere, & his contentus eſſe, cuiuſcunque va-
loris ſint pignora: proinde aliud dicendum eſt in caſu ſu-
perioris reſcripti, in quo ceſſat illa ratio, ideoque pignora iu-
ſto pretio dimittenda eſſe. Vnde videtur Coler. *loc. cit. n.* 64.
malè percepiſſe Vlpiani ſententiam, dum putat *in d* § *ſi pig-
nora*, vtrumque litigatorem præſentem eſſe, & vtrumque
conſentire in quandam veluti emptionem, & venditionem
pignorum, quia hoc verum eſt in caſu ſecundi reſcripti, cùm
ſcilicet creditor mauult pignora in creditum poſſidere, & his
contentus eſſe, & veluti pacto tranſigunt de credito: reiicien-
dum verò eſt in caſu ſuperioris reſcripti, in quo etiam ab-
ſente debitore, vel eo inuito pignora addicuntur creditori
iuſto pretio.

52 Præterea quod dixi pignora iuxta menſuram debiti dimit-
tenda eſſe, ex eo patet, quia ita demum addicenda ſunt cre-
ditori, ſi nullus ſit emptor, vt hìc Vlpianus ait, & Harme-
nop. *loc. cit.* vel, ſi ſit, non offerat iuſtum pretium *d l.* 2. *C. ſi
in cauſ. iudic.* & ſcribit Afflict. *in dec.* 358. *n.* 5. ex quo fit vt iuſto
pretio dimitti debeant, alioqui etiam extraneo non offerenti
iuſtum pretium pignora dimitti lex permitteret. Nam ſi iure
cautum eſt, vt inuento emptore, eóque non offerente iuſtum
pretium res dimittatur creditori, id profectò eſt, ne debitor
in pretio damnum ſentiat, & ideò ne id fiat, neceſſe eſt, vt
pignora iuſto pretio, & ſecundum menſuram debiti à credi-
tore capiãtur. Denique Iuſtin. *in d. Nouell.* 4. *c.* 3. conſtituit rem
iuſto pretio æſtimanda eſſe, & ſecundum menſurã debiti per
iudices & magiſtratus dimittendam eſſe creditori, cùm pecu-
niæ loco res illi in ſolutum datur, quod noſtræ interpreta-
tioni *ad d.* §. *ſi pignora*, omninò conuenit, & probat quòd di-
ximus pignora iuſto pretio eſſe addicenda, Quod cùm obſer-
uatum eſt, fruſtra quærimus, an ſit locus *d. l.* 2. *Cod. de reſcind.*
53 *vend.* nulla enim hìc læſio eſt. † Quamobrem ſi pignora non
ſufficiunt, datur creditori actio in id quod deeſt aduerſus de-
bitorem, vel fideiuſſores eius *l.* 3. *&* 9. *C. de diſtract. pign. & l.
quæritur, ff. eod. l.* 28. *ff. ſi cert. pet. & l.* 10. *C. de act. & obl.* ſicuti è
contrario ſi plus ſit pignore, ſuperfluum remanet debitoris *l.
vlt. C. de bon. auctor. iud. poſſid. d. l. vlt. C. de iur. domin. impetr. l.
eleganter*, § *ſi vendiderit, ff. de pign. & l. vlt. C. de diſtract. pignor.*
Forcat. *in dial.* 13. *n.* 2. & Surd. *de alim. tit.* 9. *quæſt.* 32. *in fin.*
idemque conſtat *ex l.* 31. *in fin. ff. de re iudic.* in illis verbis *ſi
quid ſuperſit, reddatur ei, cuius pignora vendita ſunt.* Atque hinc
verius arbitror hac in re nullum diſcrimen eſſe inter pignus
conuentionale, & pignus quod in cauſa iudicati captum eſt.
In vtroque enim creditor, ſi minus eſt in pignore, reſiduum
petit, ſi verò pignus pluris eſt, ſuperfluum reddit debitori, vt
notat Balduin. *loc. cit.* ſubiiciens neminem negare poſſe id iu-
ſtiſſimum eſſe. † Cuius etiam rei argumentum eſt, quod ple- 54
rique docent, ſi magiſtratus rem maioris valoris adiudicet
creditori addictionem hanc ſubſiſtere ex iure communi tan-
tum proportione pecuniæ, quæ debetur. Ita Caſtrenſ. & Alex.
in d. §. *ſi centum*. Afflict. *in d. deciſ.* 358. *n.* 7. Surd. *in conſ.* 39. *n.* 28.
& in d. quæſt. 32. *n.* 83. Ruin. *in conſ.* 136. *n.* 5. *lib.* 1. Flamin. Char-
tar. *in d. deciſ.* 39. *n.* 15. Coſta *de rat. quæſtio.* 26. *n.* 8. & aliis au-
ctoribus citatis Magon. *in dec. Florent.* 109. *n.* 6. *&* 8. vbi refert
ſecundum hanc ſententiam eſſe iudicatum. † Aliud ſanè di- 55
cendum eſt, cùm creditor maluit in creditum poſſidere pigno-
ra, hiſque contentus eſſe. Hoc enim caſu ſi pignora non
æquant ſummam, quæ debetur, non poteſt reſiduum petere,
non ſecus ac ſi paulo maiore pretio rem comparaſſet, quæ eſt
ſententia eiuſdem §. ſi pignora in verſic. *nam ſi creditor.* vbi hu-
ius rei adfertur ratio his verbis, *quia veluti pacto de credito
tranſegiſſe videtur*, & verbum tranſigendi hic idem eſt, ac con-
uenire & conſentire, vt creditor pro credito pignora habeat,
quod fieri non poteſt, niſi debitor, & creditor in id conſen-
tiant *l.* 1. *ff. de pact.* vnde ſi fortè pignora pluris valerent, non
poterit debitor ſuperfluum petere non ſecus ac ſi paulo mi-
nori pretio rem vendidiſſet *l* 8. *&* 19. *C. de reſc. vend.* Nam &
venditor, vt dixi, veluti pacto tranſegiſſe videtur. Et proinde
quod Vlpianus in creditore ſtatuit, vt non poſſit reſiduum
petere, id & ad debitorem pertinet, vt non poſſit petere id
quod pignora pluris valent: vt hic etiam ſeruetur æqualitas
l. in ſacris, C. de proxim. ſacror. ſcrin. & l. 1. *C. de præd. curial. ſin. de-
cret & l. vlt.* §. *ſed quia, C. de indict. viduit. toll.* Menoch. *in conſ.*
201. *n.* 99. *& in conſ.* 277. *n.* 44. & ita rectè notat Fabian. *in d.
quæſt.* 8. *n.* 22. & Coler. *loc. cit. n.* 61. † Sanè ſi in hac conuen- 56
tione, & contractu læſio vltra dimidiam contingat iuſti pre-
tij, ex quacunque parte contingat ſiue debitoris, ſiue credi-
toris, exiſtimo iuſtum, & æquum eſſe, vt corrigatur *d. l.* 2. *C.
de reſcind. vend.* quamuis aliter ſentiant Bald. Coler. & alij,
quos initio ferè quæſtionis recenſui *n.* 39. quia hæc addictio
vera venditio eſt *l. eleganter*, 24. *ff. de pignor. act.* & fatetur Co-
ler. *loc. cit. n.* 61. vel datio in ſolutum ex pacto, & tranſactione
partium, quæ vicem venditionis obtinet, & in qua receptum
eſt locum eſſe *d. l.* 2. vt dixi poſt alios multos *n.* 22. Et miror
Colerum & alios admittere in hoc negotio emptionem &
venditionem contrahi, & negare, ſi fortè læſio tam enor-
mis hic incidat, corrigendam eſſe *ex d. l.* 2.

Nec obſtant verba illa, *non poſſe creditorem petere, quod am-* 57
plius ſibi debetur, quia hoc accipi debet, niſi creditor, qui pig-
noribus contentus eſſe voluit, tam immodicè lædatur. Vt
enim emptiones & venditiones non reſcinduntur ex eo, quod
paulo maiore, vel minore pretio res alienata ſit *d. l.* 8. *&* 15. *C.
de reſcind. vend & l.* 1. *&* 15. *C. Theodoſ. de contr. empt.* nunc ta-
men reſcinduntur, ſi fortè læſio vltra dimidiam iuſti pretij
inciderit, quia nunc contractus reformandus eſt, vt loquitur
Baldus *in d. l.* 2. *n.* 2. *&* 4. ita prorſus ſi creditor tam immodi-
cè lædatur, vt nec dimidiam partem crediti ex pignoribus ſi-
bi creditis conſequi valeat, conuentio hæc corrigenda eſt ad
normam *d. l.* 2. & *l. ſi voluntate, C. de reſcind. vend.* ſecundum
quas nunc debet intelligi d. §. ſi pignora in d. verſic. *nam ſi
creditor*, nec enim nouum eſt, vt leges legibus explicentur:
imò id vſitatum eſt quaſi legibus ineſſe creditur, vt inuicem
trahantur *l.* 26. *&* 27. *ff. de legib.* Et hic etiam verùm eſt,
quod Poëta ait.

Sæpe etiam cupiunt leges, vt iure regantur. † Idémque omninò 58
dicendum eſt, ſi fortè pignora dimidio pluris valeant, quàm
deberentur, humanum enim eſt, vt debitori hoc caſu conſu-
latur, quandoquidem loco venditoris eſt, cuius intuitu potiſ-
ſimum, vt qui ſæpe ob neceſſitatem vendere cogitur, conſti-
tutio *d. lib.* 2. *Cod. de reſcind. vendicat.* edita eſt; & ſæ-
pius debitores pauperiores ſunt, & frequentiùs lædun-
tur in auctionibus publicis, & proinde æquiſſimum eſt,
vt illorum egeſtati hac ratione ſuccurratur. † Præterea lex 59
ait licere contrahentibus ſe in pretio decipere, vt *in l. in cau-
ſa*, §. *idem Pomponius ff. de minor*, *l. item*, 22. §. *vlt. ff. locat.*
& tamen emptiones, & venditiones, in quibus vltrà dimi-
diam veri pretij vnus ex contrahentibus circumuenitur,
& læditur, nunc reſcinduntur, & corriguntur ex *d. l.* 2.
vt notat. Duaren. *ad tit. de reſcind. vend.* vel ex *l. ſi quis cùm
aliter, de verb. oblig.* Denique, vt quod ait Coler. *n.* 61. quod ſe-
mel

non licere vni in alterius præiudicium mutare ſententiam, & àcontractu diſcedere ex l.8. C de act.& oblig. & l.58. ff.de pact.temperamentum recipit,niſi vnus ex contrahentibus ita immodicè lædatur:ita quod Vlpianus ſcribit in d § ſi pignora. creditorem reſiduum petere non poſſe , nunc poſt conſtitutionem Diocletiani,Maximiani in d.l 2.accipiendum eſt, niſi in addictione pignorum tam enormiter lædatur. Etenim nunc per leges tam immodica læſio non permittitur , quia hoc non eſt contrahere ſed prædari.

60 Nec noſtræ ſententiæ obſtat l.1. C.de præd. decur. ſin. decr. non alien quia eſt de prædiis vrbanis , vel ruſticis decurionum ſine cognitione cauſæ,& decreto minimè diſtrahendis; quæ ſcilicet decuriones,ita demum vendere poterant,ſi venditionis neceſſitatem probaſſent, & proinde non pertinet ad addictionem pignorum , quæ in cauſam iudicati capta ſunt, ſed eſt de decreto interpoſito in actu voluntariæ alienationis , quod non impedit remedium d. l.2. vt multis oſtendit Cagnol. q.198. vbi hanc veriorem , & receptam eſſe ſententiam teſtatur,quam ſequitur Sola in d.glo.3.n.3.Pinell. & Fachin: loc.cit. & probatur ex c.cum dilecti , de empt. & vend. quamvis enim decretum præſumptionem læſionis excludat, vt innuit d.l.1. tamen probationem in contrarium admittit l.etſi.5. C.de præd. minor.l.1. ff.de reb. cor. Morla in d.quæſt.23. num.5. & ideo detecta perſpicuis probationibus , & argumentis læſione, ſuccurrendum eſt ei, qui tam enormiter læſus eſt,vt reſpondet Petr.Pic.in d.l.2.n.13.& Gomez.in d.cap. 2. n.23. Eſcuder, poſt Maſtrill. d dec.248.n.87. Menoch lib. 2. præſumpt.75. n.24. & ante illos Cremenſ.in d l.2.n.71. vbi ait neminem ſani capitis negare poſſe , qui læſus probando contrarium vti poſſit beneficio huius legis.

61 Nec etiam agenti ad reſciſſionem exceptionis ex capite enormis læſionis obiici poteſt exceptio rei iudicatæ , quo argumento potiſſimũ mouetur Fachin.quia hæc noua agendi cauſa eſt,vt nouum ius, quod ſicut antea in iudicium deductum non fuit,ita nec de eo cognitum , & pronunciatum videri poteſt, ideóque obiici non poteſt exceptio rei iudicatæ,l.cum quæritur,& l.ſequen ff.de except.rei iudic.& ita reſpon-
62 dit Præſes in d.defin.25.n.4 C.de reſcind.vend. † Ex quo etiam patet eſſe leuiſſimum argumentum, quo vtitur Colerus, nimirum quòd lis ex prioris litis materia ſuſcitaretur contrà l.terminato.C.de fruct. & lit. expenſ. quia hæc noualis eſt,quæ non ex priore lite profluit, ſed ex nouo contractu, id eſt ex noua quadam venditione , in qua vnus ex contrahentibus enormiter læſus eſt, & quæ nihil commune habet cum præcedenti lite. Neque enim amplius in dubium reuocantur, quæ iudicata ſunt, & proinde exceptio rei iudicatæ obſtare non poteſt,ponimus enim de valore rei nunquam cognitum & diſceptatum fuiſſe.Quod videtur ſentire Pic.loc.cit:

63 Nunc ſupereſt vt reſpondeam argumento , quod dictum eſt in d. §.ſi pignora. Sed ex dictis ſatis conſtat nihil obſtare noſtræ ſententiæ. Nam,vt dixi, & nunc repeto , hoc in loco Vlpianus duplicis reſcripti mentionem facit. Primum illud eſt , quo cautum fuerat , vt ſi pignora emptorem non inueniunt,addicerentur creditori iuſto pretio, & iuxta quantitatem debiti,& proinde in caſu prioris reſcripti, cùm res æſtimandæ ſint , & iuſto pretio creditori dimittendæ , fruſtrà quærimus , an locus ſit reſciſſioni ob læſionem vltrà dimidiam, cùm addictio tantùm conſiſtat proportione pecuniæ, quæ debetur:& quod ſupereſt, remaneat debitoris, l.ſi quos. C.de reſcind.vend. & l.vlt. C.de iur.dom.impetr.& d.nouell.4.c.3. Flamin.Chartar. in d.dec.39.n.15 & alij auctores citati n.54. Alterum reſcriptum eſt , vt cùm creditor maluit pignora in creditum poſſidere , & his contentus eſſe , ſi fortè minoris æſtimationis ſint, non poſſit ſuperfluum petere,& hoc caſu, cùm vera emptio , & venditio contrahatur , vel ſaltem datio in ſolutum, quæ vicem venditionis obtinet , nihil proponitur,cur hæc conuentio ex regulis generalibus venditionis rei , & corrigi non debeat , niſi noua aliqua lege aliud in prouincia conſtitutum ſit.

64 Sanè non omittam quæſtionem hanc inutilem videri ex eo quod docet Felician. in d cap.3.num.5.in Hiſpania vſu forenſi receptum eſſe , vt ſcilicet cum creditori pignora addicuntur pro debito,iuxtà deciſionem Vlpiani in d.§.ſi pignora. liceat quandocunque debitori repetere , & recuperare bona addicta creditori cum fructibus ſoluta ſorte , & vſuris , & ſumptibus, quia, inquit, in hoc negotio emptio, & venditio non contrahitur, ſed pignus,cuius natura eſt.vt debitor offerens debitum illud quandocunque recuperare poſſit, vt ait ex l.properandum. § ſin autem. C.de iudic.& vt fructus minuant ſortem. vel reſtituantur debitori l.1.& 2.C.de diſtract.pign & l.1.C.de pign. act. & praxim hanc apertiſſimum fundamentum habere in l.1.C.de dol. in qua fideiuſſor , qui à creditore emit pignora , oblata ſorte cum vſuris ea domino reſtituere cogitur.Praxim autem hanc, quod attinet ad vſuras,ceſſare, vbi pro reditibus decurſis pignora capta ſunt,& addicta creditori,& cùm propter debitum ex mutuo prouenieus executio facta eſt,tunc enim niſi aliunde interſit ratione damni, vel lucri, ſatis eſt offerre ſortem,nec poterit creditor vſuras ſortis exigere: & hæc digito adhibenda eſſe , cuius praxis etiam meminere ſcriptores quidam Hiſpani apud Munnoz. de Eſcub.comput.14.in princ.

Ego verò illud in primis mihi perſuadeo,praxim illã nullo 65 modo confirmari ex d.l.1.C.de dol.quæ peculiarem, & diuerſam rationem habet,& quæ rei, de qua quæritur accommodari non poteſt.Etenim fideiuſſor videtur tacitè promittere, & fidem dare luendi, non emendi pignoris,& proinde ſi pignus emerit , non videtur ſeruaſſe fidem quamobrem niſi oblata pecunia cum vſuris rem cum fructibus reſtituat , eſt aduerſus illum actio de dolo ,vt conſtat ex l. ſi mand.59. §.1. ff.mand & ex ead.l.1. in fin.illis verbis de fidei rupta gratia, de dolo poſſit actio exerceri. Quæ Felicianus callidè diminutam legem proferens omiſit;ſed inter debitorem ,& creditorem nullum tale pactum interceſſiſſe intelligitur, ne ſcilicet poſſit emere pignus, & dominium illius conſequi , cùm potius certi,ac explorati iuris ſit poſſe creditorem,vt extraneus quilibet ad haſtam accedere , & licitari ; vt ſæpius dictum eſt
ex l.2.C.ſi in cauſ.iudic. & Harmenop. lib.3. tit.5. † Prætereà 66
illud compertum habeo in hac ſpecie , cùm ſcilicet auctionibus ritè & ſolemniter peractis pignora addicuntur creditori pro debito , dominium in creditorem transferri , cùm in hoc negotio quædam veluti emptio, & venditio contrahatur,aut quid aliud venditioni ſimile l.1.C.ſi in cauſ.iudic.l. ob cauſam ff.de euict.l.cum dominam.ff.de pignor.l.eleganter. ff.de pign.act.Bald.in l.vlt.C.ſi in cauſ.iudic. Duaren.in d. §.ſi pignora. & Anton.Fab.in ſuo Cod.tit. de diſtract.pign defin.28. & de error.pragmat.decad.10. error.6.n.11 & rurſus decad 56. cap.7. Hillig.ad Donell. lib.27.cap.3. & ex his, quæ tradit Gutierr. practicar.quæſt. lib.2. cap.157. vbi reſoluit donationem in ſolutum neceſſariam vicem habere venditionis , & ſpeciem alienationis eſſe.Ex quo conſequẽs eſt, vt non teneatur creditor pignora ſibi ſolemniter addicta reſtituere , neque fructus,qui dominium ſequuntur l.25.ff.de vſur.

Proinde magis probo, quod memorat in Hiſpania vſu eſ- 67 ſe receptum doctiſſimus Couar. variar. lib.2.cap.11.n.3.vt ita demum pignora mandentur reſtitui ipſi debitori cum fructibus,cùm auctio publica in forma defecit,quod etiam probat Oſaſch in dec.160. num.17.Faber. in d. defin. 28. & Coſta d. quæſt.153.in fin.ſi quidem auctiones factæ non ſeruata forma legis ſunt ipſo iure nullæ.neque improba alienatio ius proprietatis poteſt auferre l.ſi reſiduum.C.de diſtract. pign. Auth. hoc ius.C.de ſacroſan. Eccleſ. & probatur etiam ex l 1. & 2. C. de iur.& fid.haſt fiſc.& notat Reboff.in d.tract.de præcon.n.14. ſed ſubhaſtationibus ritè peractis , & lapſo tempore luendi quod iudicatis quibuſdam locis conceditur, neque rem, neque fructus rei creditor reſtituere cogendus eſt. Nam in vicem iuſti contractus ſuccedit auctoritas iudicis , vt ait l.1.C. ſi in cauſ.iudic. & proinde ſatis leuia ſunt, quæ Felicianus digito adligenda putat. Cuius ſententiam nihil iuuat l.properandum. §.ſin autem. C.de iudic.ex quâ putat debitorem oblato quandocunque debito pignus recuperare poſſe, quia nihil tale hic conſtitutum eſt ; ſed hoc tantum hic gloſſa notat in verbo. audiatur. hac exceptione addita , niſi res fuerit iam vendita,vel pro debito creditori adiudicata , quod noſtram potius ſententiam probat.

Illud verò, quod ait Felician. num.8.debitorem,vt pignora recuperet,creditori ſortem cum vſuris ſoluere debere , & 68 deduci ex celebri reſcripto l.curabit. C.de act.empt. quia ſcilicet iuſtum eſt, vt qui commodum ex re aliena percipit. eius

commodi compenſationem præſtet. Ergo cùm debitor commodum ſenſerit ex pecunia creditoris, æquitas flagitare videtur, vt eius commodi compenſationem præſtet ſoluendo intereſſe, illud inquam omninò ridiculum & ſtultum eſt. Nam debitor ex eo, quòd non ſoluit, & pecuniam alienam retinet, non dicitur commodum ex re aliena percipere, quia pecunia res ſterilis eſt, nec poteſt natura ſua referre fructus: & ſi quid ex ea pecunia debitor lucratus eſt, id eius induſtriæ potius tribuendum eſt, & proinde huiuſmodi lucrum reddere non tenetur, ſed id tantum, quod debet, & ſi quid fortè creditoris intereſt, vt conſtat *ex l. ſi nauis. ff. de rei vindic. l. 3. C. depoſ.* & aliis locis: & tradunt Molin. *diſp.* 327. *num.* 5. Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 17. & alij, quos recenſui alio loco: placuit quidem emptorem vſuras pretij præſtare venditori pro modo fructuum, & vice fructuum, quos ex re ſua percipere potuiſſet, vt reſcriptum eſt *in d. l. curabit.* ſed hæc conſtitutio ad debitorem pertinere non poteſt, qui hoc caſu ex ſententia Feliciani pigneratitia agit ad rem, quæ in eius bonis permanſit *l. 9. C. de pign. act.* & qui nihil poſſidet alienum, ex quo fructus percipiat, ſed tantùm pecuniæ, & quantitatis eſt debitor, quam fortaſſe prodegit, vel caſu aliquo amiſit, vnde malè ſuam illam praxim
69 Felicianus ſuſtinere tentat *ex d. l. 5.* † Vt etiam Felician. *eod. cap.* 3. *num.* 9. malè diſtinguit inter creditorem, cui ex debito proueniente ex mutuo pignora addicuntur, & eum, qui ex alia cauſa creditor eſt, quia ex quacunque cauſa pecunia debeatur, debitor, ſi ius redhibendi pignora habet, ſortem tantummodò offerre, & ſoluere tenetur, niſi creditoris interſit. Neque magis creditor, vltra ſortem aliquid capere poteſt in contractibus bonæ fidei, & legatis & fideicommiſſis, quàm in mutuo, niſi vere illius interſit, ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis *l. ſocium 60. ff. pro ſoc.* niſi in ſpecie *d. l. curabit, & c. ſalubriter. de vſur.* Quod enim dicitur in contractibus bonæ fidei, & legatis ex mora vſuras deberi, iam pridem abrogatum eſt. Nullum igitur diſcrimen eſt inter pecuniam, quæ ex alia cauſa debetur, ſed vtroque caſu ſatis eſt ſortem debitam offerre, & ſoluere, niſi conſtet creditoris intereſſe legitimi modis, vel niſi ex cauſa dotis, vel ex venditione rei fructiferæ pecunia debeatur, quæ propriã rationem habent, vt in præcedentibus tractatum eſt. Conſtat igitur Feliciani doctrinam nulla ex parte recipiendam eſſe.

70 Sanè ex his, quæ dixi, ſatis apparet me putare emptori etiam ſubueniendum eſſe, ex remedio *d l. 2. C. de reſcind. vend.* ſi fortè enormiter in pretio circumuentus fuerit. Quæ fuit ſententia Zaſij, & Duareni *in l. ſi quis cum aliter. de verb. oblig.* Rebuff. *in tract. de reſcind. contract. art. vn. gloſ.* 15. *num.* 4. Petr. Gregor. *ſyntagm. iur. ciuil. lib.* 25. *cap.* 24. Oldendorp. *de act. claſſ.* 4 *art.* 1. & tradunt ferè omnes *in d. l.* 2. vt Anton. de Padill. *num.* 21. Gaſpar Roderic. *de ann. redit. lib.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 16. *&* 23. Franciſc. Stephan. *in dec. Aquenſ.* 67. *num.* 6. & aliis relatis, Fontan. *clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *part* 1. *num.* 67. & nouiſſime *dec.* 67. *num.* 5. vbi notat hoc in omnibus tributalibus receptum eſſe idem ſenſit Fachin. *controu. lib.* 2. *cap.* 16. vbi ait hanc eſſe veram, & communem ſententiam quam etiam ſecutus eſt Cuiacius meritiſſimus iuris auctor *in l.* 47. *de euict. ad African. & in l. in cauſa ff de minor.* & rurſus *ad hunc tit. C. de reſcind. vend. in fin.* ſubiiciens neminem contradicere, quamuis ipſe contradicat *in obſer. lib.* 16. *cap.* 18. & rurſus *lib.* 23. *cap.* 32. vbi ait nullam legem, aut conſtitutionem eſſe, quæ hoc remedium emptori concedat, & in *c.* 3. *de empt. & vendit.* Et Cuiacij ſententiam probat Mainardus *in dec.* 58. *num.* 2. *lib.* 3. & alij quidam ſcriptores Galli in addit. ad eund. & Anton. Faber *de error. pragmat.*
71 *decad.* 8. *cap.* 7. *num.* 3. † Sed quamuis nulla lex ſit, quæ nominatim hoc beneficium emptori indulgeat, tamen hoc ſemper quaſi legibus ineſt, vt ad eas quoque perſonas, & ad eas res pertineant, quæ ſimiles ſunt, vt ait *l.* 26. *de leg.* ſimilis autem emptoris & venditoris cauſa eſt, vt enim emptor iniuſtus eſſe non debet, ita nec venditor immenſo pretio vendere, *l. 1. C. de præd. decur. fin. decr. non alien.* Et deinde vt ſuccurritur emptori, qui dolo circumuentus eſt *l. eleganter. ff. de dol. l. Iulianus.* § *ſi venditor. ff. de act. empt.* & hac de re egregiè differens Marcus Tullius *lib.* 3. *offic.* vbi refert hiſtoriam quandam Caij Canij equitis Romani, & cuiuſdam Pythij argenrarij Syracuſani, cuius etiam meminit D. Ambroſ. *in lib. de offic.* idque admittit Præſes *loc. cit.* ita ei ſubuenire æquum eſt, ſi re ipſa tam immodicè circumueniatur *d. l. ſi quis cum aliter de verb. oblig.* ex qua conſtat perinde eſſe, ſi dolus interueniat contrahentis, vel ſi res ipſa in ſe dolum habeat.

Sed quoniam in eum Ciceronis locum incidimus, operæ 72
pretium eſt eandem hiſtoriam, iiſdem verbis hìc ſubiicere. *Caius Canius, inquit, eques Romanus, cùm ſe Syracuſas otiandi, vt ipſe dicere ſolebat, non negotiandi cauſa contuliſſet, dictabat ſe hortos aliquos emere velle, vbi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet. Quod cùm percrebuiſſet, Pythius ei quidam, qui argentariam fecerat Syracuſis, venales quidem ſe hortos non habere, ſed licere vti Canio ſi vellet vt ſuis: & ſimul ad cœnam hominem in hortos inuitauit in poſterum diem. Cùm ille promiſiſſet tunc Pythius, qui eſſet vt argentarius apud omnes ordines gratioſus, piſcatores ad ſe conuocauit, & ab his petiuit, vt ante ſuos hortos poſtridie piſcarentur, dixitque, quid eos facere vellet. Ad cœnam tempori venit Canius: opiparè à Pythio apparatum conuiuium, cymbarum ante oculos multitudo. Pro ſe quiſque quod ceperat afferebat: ante pedes Pythij, piſces abiiciebantur. Tum Canius, quæſo inquit, quid eſt hoc Pythi? tantúmne piſcium, tantúmne cymbarum? Et ille, quid mirum? inquit, hoc loco eſt Syracuſis quicquid eſt piſcium. Hic aquatio, hac villa iſti carere non poſſunt. Incenſus Canius cupiditate contendit à Pythio vt venderet. Grauatè ille primò, quid multa? impetrat, emit homo cupidus & locuples tanti quanti Pythius voluit, & emit inſtructus. Nomina facit, negotium conficit. Inuitat Canius poſtridie familiares ſuos: venit ipſe maturè, ſcalmum nullum videt, quærit ex proximo vicino, num feriæ quædam piſcatorum eſſent, quòd eos nullos videret. Nulla quod ſciam, inquit, ille: ſed hic piſcari nulli ſolent: itaque mirabar heri quid accidiſſet. ſtomachari Canius, ſed quid faceret? nondum enim Aquilius collega, & familiaris meus protulerat de dolo malo formulas.* † Hæc 73
Cicero, qui deinde poſt alia quædam exempla fraudis in venditionibus à venditoribus adhibitæ, concludit, quamuis nulla lege, aut iure ciuili id eſſet prohibitum, tamen naturæ lege ſancitum eſſe, ne quis alterius prædetur inſcitia, & proinde licet nulla lex, vel iuris ciuilis conſtitutio beneficium illud emptori nominatim indulgeat, vt obiicit Cuiacius, lege tamen naturæ eſt cautum, ne venditor ex emptoris inſania, & inſcitia locupleretur.

Nec magni facio, vt leuiora quædam omittam, quod Cuia- 74
cius, Faber, & Mainardus ſcribunt æquum eſſe ſubuenire vẽditori, quem plerumque neceſſitas rei familiaris compellit vendere minori pretio *d. l. 1. C. de præd. decur. l. ita vt omnes.* §. 1. *ff. Mand.* non autem emptori vltrò accedẽti ad emptionem, & plerumque ementi pretio immẽſo affectione opportunitatis, vel loci, vel cœli, vel quod maiorum res fuerit, vel aliis ex cauſis, quibus incenſus ingentia pretia ſæpe proiicit, vt eques ille Romanus ob opportunitatem piſcationis apud M. Tullium. † Primum enim hoc perpetuum non eſt Nam ſæpe 75
homines vendunt lucrandi, & fraudandi animo, vt Argentarius ille Syracuſanus, *& in l. 14. §. 1. de act. empt. l. 1. §. in cauſa de ædilit. edict.* vbi ſcribitur cauſa huius edicti eſſe, vt occurratur fallaciis vendentium: *& in l. 37. eod.* ne emptores è venditoribus circumueniantur, vt etiam ſæpe vendũtur res nulla neceſſitate vrgente, vel quia diſplicent, vel vt aliæ vtiliores emantur, vt expendit Fachin. *loc. cit.* † Denique quia vt 76
emptor neceſſitate venditoris abuti non debet, ita nec venditor inſcitia, & inſania emptoris, vt conſtat iiſdem legibus, quæ contra communem ſententiam proferuntur *d. l. ita* 36. *in fin. ff. mand. & d. l. 1. C. de præd. decur.* illis verbis; *ita enim fiet vt nec immoderatus venditor, nec emptor cuiuſcunque ſit conditionis, inueniatur iniuſtus.* Nam & dolus eſt, vel dolo proximum ab homine emendi cupiditate incenſo ingentia pretia expoſcere, & extorquere. Nec enim emptor ingens, & immodicum illud pretium offerret, niſi Venditor callidus, & lucri auidus pluris rem ſuam æſtimaret, & vix tandem in pretium illud conſentiret in perniciem emptoris plerumque valoris rei ignari, cùm tamen venditor rei ſuæ valorem ſcire præſumatur, *l. 15. C. de reſcind. vend. quæ eſt l. 4. C. Theodoſ. de contr. empt. & d. l. 1. §. in cauſa. ff. de ædilit. edict.* & proinde æquiſſimum eſt ex vtraque parte contractum corrigi. † Et nobiſcum D. Thomas 77
in 2. quæſt. 77. art. 2. & poſt illum Theologi omnes facilè conſentiunt,

ſentiunt, quos recenſet Salas *in lib. de empt. & vendit. cap.16. n.6.* qui docent lædentem etiam intra dimidium iuſti pretij peccare contra iuſtitiam, & teneri ad reſtitutionem. Et mouentur ea potiſſimum ratione, qua M. Tullius *loc. cit.* quia ſcilicet iure naturæ æquum eſt neminem cum alterius iactura, & iniuria fieri locupletiorem: & præterea quia iuſtitia, quæ contractibus præeſt, vel præeſſe debet, æqualitatem poſtulat, vt docet Ariſtot. *5. Ethicor. cap. 5. & lib. 1. Polit. cap. 6.* ſed in iſta læſione violatur æqualitas, & quidem maximè: ergo & iuſtitia, & proinde oritur obligatio reſtituẽdi. Quod & Iuriſconſulti in foro conſcientiæ admittunt, & inter cæteros Veron. *de ſimul. contract. n.32. & 39.* & Couarr. *variar. l.2. cap. 4. n.11.* quia inquiunt in hoc foro nemo decipi, vel decipere debet. Et hanc receptiorem ſententiam eſſe admittit. Anton. de Padill. *lo. cit. n.37.* qui tamen putat inæqualitatem hanc reipſa contingentem, in foro quoque animæ licitam eſſe.

78 Et licet ad hunc tractatum hoc parum pertineat, neque excurrere ſoleam, tamen non duxi prætermittendum Fontanellam *initio dec.* 60. ita conqueri de Impp. Diocletiano & Maximiano, quod deceptionem in emptionibus vſque ad dimidiam iuſti pretij permiſerint in *d. l.2. C. de reſcind. vend.* vt illos omnis rectè politiæ expertes, & hanc inhumanam, & crudelem reſolutionem vocet, & dignam, quæ ex Chriſtiana Rep. exterminetur. Et refert pro ſua ſententia verba Franc. Fortij *ad d. dec. Aquen.* 67. digna, vt ait perpetua memoria, quæ ſunt huiuſmodi. *Præceptum diuinum eſt Leuit. 25. Quando vendes aliquid ciui tuo, vel emes ab eo, non contriſtes fratrem tuum. Contra leges ciuiles permittunt contrahentibus ſe mutuo circumuenire: ſed quanta debeat eſſe illa circumuentio, diù certatum eſt; & dolendum à crudeliſſimis Tyrannis, & nominis Chriſtiani infeſtiſſimis hoſtibus hoc tandem definitum in d. l.2. ſed quod fatear maxima cum inæqualitate, quæ inæqualitatem ipſam hoc eſt veram iuſtitiam dimidio fraudare permittit, & non reſtituendum circumductum venditorem, niſi dimidio plus ſui pretij ſit fraudatus. Sed non eſt mirum illam duritiem exire à ſanguinariis illis pietatis Chriſtianæ hoſtibus, qui decimam illam carnificinam perſecutionis exercuerunt, &c.* & addit Fontan. *quis potuiſſet melius loqui, & rectius ſentire?*

79 Ego fateor quidem Diocletianum, & Maximianum tanquam perſecutores Chriſtianorum, & Eccleſiæ execrabiles eſſe, & diris omnibus perſequendos, quibus Ouidius deuouit Ibin. Sed vt conditores dictæ legis illos potius laude dignos eſſe puto, illiſque potius hoc nomine gratias agendas eſſe. Et occurrit primum ante d. conſtitutionem non licuiſſe ab emptione diſcedere, quantacunque fuiſſet læſio, etiam vltra dimidiam iuſti pretij, neque vllum remedium fuiſſe læſis ceſſante dolo, vel metu, & reſtitutionis priuilegio, quo illis eſſet ſuccurſum. Nam licebat viliſſimo emere *l.2. §.1. vlt. ff. de eo quod cert. loc. l.8. §.1. ff. de bon. auct. iud. poſſid.* & contrahentibus in pretio ſe mutuo circumuenire, vt ſentiebant tres magni iuriſconſulti Paulus, Pomponius, & Vlpianus *in l. in cauſa. ff. de min. & in l. item ſi pretio ff. loc.* & id naturaliter ſeu iure gẽtium licitum eſſe. Et cùm hic ſtatus eſſet emptionum venditionúmque, duo illi Cæſares modum hunc tam immodicæ læſionis adhibuerunt, ne vltrà dimidium valoris, qui erat tempore contractus, liceret contrahentibus ſe in pretio decipere: ſi id fortè contingeret, emptor vel ſuppleret, quod iuſto pretio deeſt, vel rem venditori dimitteret, recepta prius pecunia, quam dedit. In quo laudandi potius ſunt, quàm laceſſendi conuitiis. Et ſanè iuſtiùs conqueri poſſent de Conſtantino Auguſto, & de Gratiano, Valent. & Theod. A. A. A. quod ob minorem pretij quantitatem venditiones infirmari, & fidem rerum contractarum conuelli noluerint, vt conſtat *ex l. 1. 4. & 7. C. Theod. de contr. empt.* ſi iis legibus nunc vteremur, & à Iuſtiniano confirmatæ fuiſſent. Denique ipſum etiam Iuſtinianum optimum Principem laceſſere deberent, & imperitiæ & inhumanitatis arguere, qui tam iniquam, & inhumanam, vt ipſi putant, conſtitutionem obſeruari iuſſerit. Et tamen viros & doctrina legum & experientiâ rerum, & ſtudio Reip. indefeſſo inſignes elegiſſe refert, qui reſecata conſtitutionum tetro Principum multitudine, quas iuſtas & vtiles Reip. eſſe iudicarent, in vnum veluti corpus redigerent, vt ipſe in tribus primis ſui Codicis Conſtitutionibus teſtatus eſt. Quorum præſtantiſſimorum virorum iudicium carpere, & conuitiari valdè temerarium eſſe videtur. Et præſertim, quia duo ſummi Pontifices Alexander III. & Innocentius III. tametſi hac lege non tenerentur, non dedignati ſunt illam imitari, vt conſtat *ex cap. 3. & pen. extr. de empt. & vend.* vbi Cuiacius notat, quod his locis à duobus Pontificibus conſtitutum eſt, congruere omninò cum *d. l.2.* quam crudelem, & inhumanam Fontanella dicere auſus eſt. Denique obſeruandum fuit leges non tam priuatorum iura, & vtilitatem reſpicere quàm commune Reip. bonum, eiúſque tranquillum ſtatum tueri debere. Vnde licet iuſtitia particularis ſummam & arithmeticam æqualitatem expoſtulet, quia iniuſtus eſt, qui plus capit, vt docet Ariſtoteles *loc. cit.* tamen quia ſi ſub prætextu cuiuſuis maioris, vel minoris pretij ab emptionibus, & venditionibus & aliis ſimilibus commerciis diſcedere liceret, impedirentur commercia, dominia rerum incerta eſſent, & omnia litibus perſtreperent, vtilius, & conſultius viſum eſt, vt non niſi ex magna læſione, quæ dimidium iuſti valoris excederet, actio daretur ad reſcindendas venditiones, optione etiam emptori conceſſa, vt quod deeſt iuſto pretio, ſoluere poſſit, & rem retinere, & non reſcindatur venditio. Quod in hanc rem expendunt Theologi, & iuris auctores plurimi apud Couarr. *variar. reſol. lib. 2. cap. 4. n. 11.* & aduerſus Molinæum Arius Pinell *in d. l. 2. par. 1. cap. 1. n 22. & 39.* Michaël Salon. *q. 77. art. 1. contrsurvers. 17. in pr. verſ. oppoſitum docent,* vbi ait has leges hac ratione acceptas *eſſe ſanctiſſimas, & paci Reip. maximè neceſſaria:* & Paul. Layman. *tract. 4. cap. 17. n. 6. verſ. at verò.* Sigiſm. Scacc. *de commerc. §. 1. q. 7. ampliat. 10. n. 78.* Anton. Merend. *controu. l. 1. c. 38. n. 12. & 14.* vbi rectè docet etiam in foro Eccleſiaſtico læſis circà dimidium iuſti pretij actionem denegari, ob illam ſcilicet rationem quam diximus ne omnia litibus repleantur.

Sanè potuiſſet Fontanella pro ſua opinione adducere 80
nouell. 2. Romani ſenioris *de reſcind. vendit.* quæ extat apud Harmenop. *lib. 3. tit. 3.* qua conſtituit, vt ſi quis poſt factam venditionem infra quadriennium de ea conqueſtus eſſet, illi ſuccurreretur: vt vel emptor iuſtum pretium ſupplens rem ſibi retineret, vel receptâ ſuâ pecuniâ cum vſuris rem reſtitueret, & ex prædio decederet reſtituendo venditori. Sed dicam ſtatim vel hanc Romani conſtitutionem nunquam receptam fuiſſe, vt multæ aliæ aliorum Principum, qui poſt Iuſtinianum imperium adepti ſunt, vel potius intelligendam eſſe, dum modo exceſſus ſit vltra dimidiam iuſti pretij, vt illam accepiſſe videtur Harmenop. *loc. cit.* qui ſtatim hæc verba ſubiicit. *Poſſunt ſe contrahentes inuicem circumuenire, etiam ad dimidiam vſque iuſti pretij. Qui verò vltra iuſti pretij dimidium ſecum contrahentem circumuenit & lædit, aut quod eſt plus dimidio reddit, aut tota reſoluitur, & reſcinditur venditio.* Neque enim hoc is auctor ſcribere potuiſſet, ſi ex Romani conſtitutione ob quemlibet exceſſum vel defectum pretij licitum fuiſſet venditiones reſcindere, ſi quidem id eſſet legem corrigere, quod priuatis non licet.

Vt etiam potuit Fontanella Roderici auctoritate vti, qui *lib. 1. quæſt. 11.* iiſdem ferè verbis, quibus Fortius *loc. cit.* vſus eſt, in Diocletianum & Maximianum inuehitur, ex quo ſtatim ſuſpicatus ſum vtrumque ex Molinæo profeciſſe. Sed Rodericus *eod. loc. num. 5.* oſtendit vtilius, & honeſtius eſſe, modicum exceſſum vel defectum, ſi quis ſit in pretio, ſibi inuicem indulgere, quàm in ſumma, & indiuidua, æqualitate inueſtiganda immorari, & torqueri, nimiámque litigandi materiam tolerare. Alioqui, inquit, vix vlla frequentia, vix vlla fides, & ſtabilitas eſſet commerciorum. Et poſtquam deinde *num 9. & 10.* ſcripſit Diocletiano & Maximiano viſum fuiſſe, ſatis eſſe licentiam illam intrà dimidium iuſti pretij cohibere, ne vlteriùs vagari poſſet, idque à iuſta æqualitate, & iuſtitia naturali valde remotum videri, ſubiicit ſtatim nullam aliam fuiſſe legem, quæ læſis, & deceptis ſuccurreret, ideóque meritò dictæ conſtitutionis humanitatem, & æquitatem agnoſcere, imò etiam laudare Pinell. *loc. cit. num. 22.* ideóque illi ſtandum eſſe, prout etiam moribus vbique receptum fuiſſe teſtatur. Quod & ego ſentio, ne ſapientiores legibus eſſe videamur: & præſertim quia hæc conſtitutio ipſis Pontificibus probata eſt, vt proximè diximus, & P. Salon rectè *loc. cit.* paci, & tranquillitati Reip. maximè ſit neceſſaria.

Et quod magis eſt, quidam tradunt valere ſtatutum, ne ob læſionem vltra dimidium iuſti pretij liceat venditionem reſcindere: quale ſtatutum apud Ticinenſes extare, & vigere ad tollendas lites ſcribunt Alb. *in conſ.666. n.25.* & Coſt. *de remed. Subſid. cap.47. n.6.* rectè ſubiiciens ad læſionem enormiſſimam porrigendum non eſſe.

Quamobrem hîc addendum eſt, ſi in venditione aut datione in ſolutum læſio pluſquam enormis interueniret, id eſt, quæ longè excedit dimidium iuſti pretij, & quæ enormiſſima dicitur, ex ſententia multorum ita contractum corrigendum eſſe, vt emptor acceptâ pecuniâ quam dedit, rem cum fructibus à die interceptæ poſſeſſionis reſtituere cogatur, nulla ei relicta facultate ſupplendi quod deeſt iuſto pretio, perinde enim cum eo agendum eſſe, ac ſi nullũ titulum haberet, quòd contractus re ipſa dolum habere videatur. Quod ex Theſauro *dec.165. n.7.* & aliis in tranſitu ſcripſi *q.9. n.14.* quibus nunc addo Roderic. *de ann. redit. l.1. q.14. n.62.* Coſt. *loc. cit. n.6. verſ. imo in caſu.* Cancer. *variar. par.1. c.23. n.43.* Maſtr. *dec.167. n.4.* vbi ait ita paſſim iudicari, Giurb. *in dec.105. n.1.* Barboſ. *in collect. ad c.6. n.3. extra de empt. & vend.* & Mangil. *de ſubhaſtat. q.43. n.13. & 14.* & aliis relatis Cyriac. *controu. forenſ. cap.258. n.10.* ex quibus videtur hæc in foro recepta ſententia. Quæ tamen difficilis eſſe videtur ex his, quæ ſcripſit idem Faber. *de error. pragmat. Decad.1. cap.7.* vbi hoc inter errores pragmaticorum recenſet: & ex his quæ ſcripſimus *in d. q.9. n.9.* ſolam enormiſſimam læſionem non ſufficere, vt contractus fœneratitius cenſeatur *ex l.38. de contr. empt. & l. dolus 10. C. de reſc. vend.* Sanè in foro magna eſt rerum iudicatarum auctoritas, vnde ab hac ſententia nec receſſit Senat. apud eund. Fabr. *d. tit. de reſ. vendit. def.3. & 5.* Porro ſi modicitati pretij, pactum accedat redimendi intra aliquod tempus, tametſi controuerſum ſit, an hæc duo ſufficiant, vt contractus fœneratitius cenſeri poſſit, placuit tamen hanc iuſtã cauſam eſſe, vt venditor etiam poſt illud tempus admittatur ad rem redimendam. Ita enim ſentiunt Chaſſan. & alij apud Tiraq. *de retract. conuent. §.1. gloſ.2. n.55.* vbi ait hoc non carere æquitate propter quandam ſuſpicionem, quæ ex modicitate pretij, & pacto redimendi oritur. Idem reſpondit Soc. Iun. *in conſ.105. n.3. l.3.* & Menoch. *de arbitr. conſ.217. n.2.* vbi ait id magis ex æquitate, quàm ſcripto iure receptum eſſe. Surd. *in dec.34. n.4.* Cardin. Mantic. *de tacit. & amb. conuent. l.4. tit.31. n.40.* Fab. *in d. def.5.* & Com. Morot. *in apolog. pro magiſtr. Pedem. n.41. & 44.* Obſeruo tamen eos variè de fructibus conſtituere. Mihi videtur id ex læſione definiendum eſſe, quæ ſi modica, & tolerabilis ſit, poterit iudex admittere venditorem ad redimendum certo aliquo præſtituto tempore, nulla facta deductione fructuum, vt ſenſit Tiraq *loc. cit.* & iudicatum refert Surd. *in d. dec.34. in fin.* vel ſi læſio immodica, & intolerabilis fuerit, decernere, vt fructus ſaltem poſt litem conteſtatam percepti ab emptore reſtituantur, vel deducantur ex pretio, vt definitum eſt apud Fabr. *in d. def.5. n.6.* ſubiiciens hoc ita accipiendum eſſe, ſi emptor non ſit ſolitus fœnerari. Hoc enim ſi duobus illis, id eſt, modicitati pretij, & pacto de retrouendendo quoque acceſſerit, non dubitari quin contractus fœneratitius cenſeri debeat, quod à nobis mediocri diligentia tractatum eſt, *in d. q.9.*

QVÆSTIO XLI.

De cenſibus reſeruatiuis.

SVMMARIA.

1. *Cenſus reſeruatiuus quomodo contrahatur.*
2. *Ioſeph prædia dimiſit Ægyptiis annua penſioni Regi reſeruata.*
3. *Emphyteuta ceſſans biennio, vel triennio in ſolutione canonis incidit in commiſſum.*
   Cenſuarius re non cadit, licet per multos annos cenſum non ſoluerit.
4. *Commiſſi pactio in cenſu reſeruatiuo eſt valida* & numer. 14.
5. *Feliciani contraria ſententia.*
6. *Commiſſi pactio, cenſus reſeruatiui ſubſtantiæ non repugnat.*
7. *Naturalia contractus pactionibus mutari poſſunt.* l. vlt. C. de pact. inter empt. *in omnibus alienationibus locum habet.*
8. *Pactum legis commiſſoriæ neque cenſum, neque venditionem tollit.*
9. *Commiſſi pactio cenſui reſeruatiuo congruit.*
10. *Gaſparis Roderici doctrina quædam reiicitur.*
11. *Lex commiſſoria in venditionibus recepta, in pignoribus prohibita.*
12. *Et huius rei ratio.*
13. *Baldi, & Aluari Valaſci locus declaratur.*
14. *Quiſque poteſt ſuis rebus legem dicere.*
15. *Commiſſi pactio in cenſu conſignatiuo prohibita.*
16. *Etiamſi actum ſit, vt res cenſeatur vendita pro pretio cenſus.*
17. *Commiſſi pactio in cenſu conſignatiuo illicita, licet actum ſit, vt res ſit vendita iuſto pretio.*
18. *Commiſſi pactio in cenſu reſeruatiuo recepta eſt fauore eius, à quo res peruenit.*
19. *Commiſſi pactio, in Emphyteuſi pecunia conſtituta an valeat, auctoris diſtinctio.*
20. *Cenſus ſimplex reſeruatiuus ab omni fœnore immunis.*
21. *In ſimplici reſeruatiuo cenſu iniuſtitia tantum deprehendi poteſt, non fœnus.*
22. *Cenſus reſeruatiuus perpetuus.*
23. *Cenſus reſeruatiuus redimibilis ab vſura alienus.*
24. *Facultas redimendi rationem cenſus reſeruatiuus non tollit.*
25. *Lex commiſſoria addi poteſt venditioni cum pacto, vt emptor interim præſtet vſuras pretij.*
26. *Cenſus, in quo pretij loco datur pretium rei venditæ, non ſuſtinetur.*
27. *Niſi pro modo fructuum, qui ex fundo percipiuntur.*
28. *Æquitas* l. curabit. *prævalet fictionis breuis manus.*
29. *Cenſus, in quo loco pretij dantur res mobiles æſtimatæ, eſt nullus.*
30. *Neque locum habet* l. curabit. *ſi res ſint fructuoſæ.*
31. *Aliud verò, ſi ſint fructiferæ.* l. curabit. *locum habet in rebus mobilibus, quæ pariunt fructus.*
32. *Vendita cymba piſcatoria cum retibus vſura pretij debentur.*
33. *Ius exigendi vſuras pretij tranſit, in ceſſionarium.*
34. *Cenſus reſeruatiuus an ſuper rebus mobilibus creari poſſit.* *Auctoris diſtinctio.*
35. *Cenſus reſeruatiuus ſuper rebus mobilibus fructiferis conſtitui poteſt.*
36. *Ludouici Auendanni contraria ſententia, quæ reiicitur.*
37. *Pecunia licet negotiationi expoſita non eſt fructifera.*
38. *Res an dari poſſint, vt quid annuum præſtetur.*
39. *Res mobiles fructiferæ ita dari poſſunt, vt accipiens annuum præſtet.*
40. *Res mobiles ſteriles an ſub annuo reditu licitè concedantur.*
41. *Quantitas pecuniæ ea lege dari poteſt, vt accipiens alterum alat, quandiu vixerit.*
42. *Gaſparis Roderici ſententia, quæ reiicitur.*
43. *Alphonſi Regij ſententia in materia* l. curabit.
44. *Eius argumenta aduerſus Iuriſperitorum ſententiam.* *Quæ defenditur, & per tot.*
45. L. curabit *eſt de venditione perfecta, & ex qua fuit translatum dominium.*
46. *Æqualitas vt conſtituatur, expendi debent omnia, quæ contractum attingunt.*
47. *Mutuum dare, & rem fructiferam ſine pretio tradere diuerſum.*
    Pecuniæ, vel fundi indebitè ſoluti differentia.
48. *Merces carius vendere ob dilatam pretij ſolutionem vſurarium eſt, & illicitum.*
49. *Theologorum, & Iuriſperitorum in ſpecie* l. curabit *conciliatio.*

50. Contractus

50. Contractus cum omnibus ſuis pactis, & conditionibus vnicus eſt.

Neque poteſt pro parte probari, & pro parte improbari.

1 OBSERVANDVM in primis eſt cenſum reſeruatiuum ita conſtitui, cùm quis rem vnam vel plures alteri pleno iure concedit, reſeruata ſibi dumtaxat ſuper illis rebus menſtrua, vel annua penſione. Quod genus contractus probatum eſt non tantùm iure ciuili, vt *in l. vlt. ff. de contr. empt. l. vlt. C. de rer. permut. & l. 8. C. de condict. ob cauſ.* ſed etiam iure Pontificio vt *in cap. conſtitutus de relig. dom.* Vnde meritò hoc genus commercij probarunt iuris auctores omnes: vt Bart. *in l. 1. §. 1. ff. de publician.* Iaſ. *in auth. qui rē n. 10. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Crauet. *in conſ. 217. n. 4.* Couarr. *variar. lib. 3. cap. 7. n. 1.* Gomez *ad l. Taur. 68 num. 2. & 3.* Surd. *in conſ. 162. num. 4.* Molin. *diſp. 381. & 383.* vbi ait hic nullam vſuræ effigiem eſſe. Menoch. *lib. 1. præſ. 107. num. 4.* Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. 2. n. 18.* Argentr. *ad conſuetud. Britann. art. 73. not. 2.* Coccin. *in dec. 205. n. 1.* Felician. *de cenſib. in præfat. lib. 1. num. 9. & 17.* & omiſſis aliis Sigiſmund. Scacc. *de commerc. §. 1. quæſt. 1. num. 200. & 248.* quibus in locis notat huiuſmodi reditus conſtitutio-
2 ne D. Pij V. non comprehendi. † Quin etiam hoc genus commercij vetuſtiſſimum eſſe conſtat ex Geneſi *cap. 47.* in quo relatum eſt Ioſephum, cùm Ægypto præeſſet, agros incolis ea lege dediſſe, vt quintam partem fructuum Regi præſtarent. Refertur vero hæc hiſtoria his verbis: *Emit Ioſeph omnem terram Ægypti vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis, ſubiecitque eam Pharaoni præter terram ſacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat eis, &c. Dixit ergo Ioſeph ad populos. En ut cernitis & vos & terram veſtram Pharao poſſidet: accipite ſemina, & ſerite agros, vt fruges habere poſſitis. Quintam partem Regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in ſementem & in cibum familiis, & liberis veſtris. &c. Ex eo tempore vſque in præſentem diem in vniuerſa terra Ægypti regibus quinta pars ſoluitur.* Ex quibus exploratum eſt de iuſtitia, & validitate huius contractus ambigendum non eſſe.

3 Sed licet hoc genus commercij proximum ſit Emphyteuſi, illud tamen inter vtrumque intereſt, vt Emphyteuta, ſi triennio in ſolutione canonis ceſſauerit qui debetur priuato, vel biennio, ſi emphyteuſis eſt Eccleſiæ, cadat iure ſuo, vt ſancitum eſt *in l. 2. C. de iur. emphyt. & in c. potuit, de locat.* & apud Harmenop. *lib. 3. tit. 4. §. 8.* & notat Cuiac. *in princ. d. l. 2. & in d. c. potuit.* vbi ait illud omninò deſumptum eſſe ex iure ciuili. Cenſuatius verò, quamuis per decem, & amplius annos penſionem non ſoluerit, non cadit iure ſuo, ſed tantùm ad penſiones præteriti temporis poteſt conueniri. Hanc enim inter vtrumque contractum differentiam vnanimes conſtituerunt Gloſ. Innoc. Abb. & alij *in d. cap. conſtitutus.* & apud Couarr. *in d. cap. 7. n. 1. verſ. ex hoc vero.* Et ſcriptores Hiſpani plurimi apud Felician. *loc. cit. n. 17* quibus conſentiunt Argentr. *in d. art. 73. not. 2. num. 1.* Connan. *comment. iuris ciuil. lib. 7. cap. 12. num. 11. in fin.* Franciſc. de Cald. *de iur. Emphyt. lib. 4. cap. 4. n. 37.* Cardin. Mant. *de tac. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 3. n. 10.* Valenz. *conſ. 178. num. 28.* & qui multa de hoc contractu nouiſſime ſcripſit Duard. *in d. q. 12. n. 15.*

4 Illud ſanè inter omnes conſtat in hoc genere cenſus locum eſſe commiſſo, ſi nominatim actum eſt, vt non ſoluta ſuo die penſione res in commiſſum cadat, vel quod idem eſt, ad dominum reuertatur: id enim probari poteſt, *l. 2. C. de donat. quæ ſub mod.* illis verbis *lege ſcilicet, quæ impoſita eſt conſeruāda. & arg. l. 48. ff. de prob.* quæ ait licere vnicuique rebus ſuis eam quam vult legem dicere. Et ita rectiſſimè ſentiunt Couarr. *loc. cit.* Anton. Gomez *ad d. l. 68. num. 3.* Aluar. Valaſc. *d. quæſt. 32. n. 51.* & frequentiori doctorum calculo receptum eſſe ſcribit Felician. *loc. cit. n. 23.* Molin. *d. diſp. 390. n. 11.* Honded. *in conſ. 81. num. 15. & 19.* Virgin. de Boccat. *de cenſib. par. 2. n. 22.* Ioſeph. de Seſſ. *dec. 32. n. 4. & 5.* Vgolin. *de vſur. cap. 43. n. 5.* & Sigiſmund. Scacc. *in d. q. 1. num. 248.*

5 Sanè Felicianus ſuis ſubtilitatibus, & argutiis confidens *loc. cit. n. 24.* hanc communem ſententiam non tantùm perdifficilem ſibi videri, ſed perquam falſam ſcribere non dubitauit. Nam inquit, compertum eſt inutilem eſſe pactionem; quæ adiicitur contra ſubſtantiam actus *ex l. cum precario 12. ff. de precar.* Et proinde cum ad iſtius cenſus ſubſtantiam pertineat, ne res incidat in commiſſum, conſequens eſt pactionem contrariam nullius momenti eſſe. Neque moueri ſi quis obiiciat conuentionem hanc eſſe extra ſubſtantiam contractus, & potius ad naturam eius pertinere, quia inquit, ne res incidat in commiſſum ob non ſolutam penſionem, eſt quid intrinſecum & naturale ipſi contractui, & ab eius eſſentia fluens, ideóque pacto abrogari, tollique non poſſe *l. 80. in fin. ff. de contr. empt. l. Lucius Titius ff. depoſ.* & aliis. Sed hac pactione adiecta contractum in Emphyteuſim tranſire, & transfundi, & iiſdem legibus, quibus emphyteuſis regitur contineri *d. l. 8. in fin. de contrah. empt.* ſubiiciens *num. 29.* ſe in explicatione huius contractus nec oleum, nec operam perdidiſſe.

His tamen non obſtantibus puto ſtandum eſſe communi ſententiæ, quia falſum eſt, quod Felicianus ait, pactum commiſſi repugnare ſubſtantiæ huius contractus, illius enim ſubſtantia poſita eſt in traditione rei ea lege, vt quid menſtruum, vel annuum præſtetur, vt conſtat *ex d. c. conſtitutus. & d. l. vlt. C. de rer. permut.* cui non repugnat pactum legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem, vt manifeſtum eſt *ex l. 3. & l. 6. de pact. inter empt. & vendit.* & docent Molin. *in d. diſp. 381.* & Duard *in d. q. 16. n. 18.* Vt etiam à veritate alienum eſt, eſſe quid intrinſecum, & ab eſſentia huiuſmodi contractus fluens, ne rea ob ceſſationem ſolutionis incidat in commiſſum, ſiquidem illi magis proprium, & innatum eſt, vt non ſoluta penſione res cenſuario auferri poſſit *ex l. 2. & 8. C. de condict. ob cauſ. & l. 3. in fin. ff. de donat. l. vlt. C. de donat. l. vlt. C. de reuoc. donat. & arg. l. 5. ff. de leg. commiſſ.* vbi Ariſto ait *nihil penes eum reſidere oportere ex re in qua fidem fefelliſſet.* Et ex doctrina Baldi *in d. l. 8. num. 5.* vbi apertiſſimè docet eos, quibus non ſeruantur pacta, ſi aliàs non erant contracturi, poſſe cōdicere res ablatas: & contractus etiā nominatos hac de cauſa reſcindi poſſe *ex d. l. 6. C. de pact. inter empt. & vend.* 6
Et admiſſo id ad naturalia huius cōtractus pertinere, certū tamen eſt hæc pacto mutari, & corrigi poſſe. Ita enim conſtat *ex l. 1. §. ſi conueniat, ff. depoſ. l. 43. ff. de pact. l. 1. in princ. & l. 7. in fin. ff. de peric. & comm. rei vendit.* & in ſpecie ferè *ex d. l. 3. & 6. C. de pact. inter empt. & vendit. & l. 2. C. de donat. quæ ſub mod.* & docent Coraſ. *Miſcellan. lib. 3. cap. 10 num. 4.* & alij apud Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 13. num. 10.* & in tranſitu notat Ioann. Garzias *de expenſis, & melioram. cap. 9. num. 64.* his verbis, *Quæ enim iniquitas eſt, aut quæ iniuria fit, vt re mea tradita ea conditio à me apponatur, cum ab initio liberum tibi ſit rem meam ita non accipere.* Et congruenter *in d. l. vlt. C. de pact. inter empt. cùm enim venditor, vel alter alienator non alia lege ius ſuum transferre paſſus eſt, niſi tali fretus conuentione quomodo ferendum eſt aliquam captionem ex varia pati eum interpretatione.* Et obſerua quod lex ait, *venditor vel alter alienator*, innuit enim id non tantum in venditione, ſed in aliis etiam alienationibus omnibus obtinere, & conſequenter etiam in cenſu reſeruatiuo, quæ eſt ſpecies alienationis admittendum eſſe.

Denique huic ſententiæ non repugnat quod dicitur *in d.* 8
l. 80. in fin. de contrah. empt. neminem videri eam rem vendidiſſe, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem tranſeat, quia hinc tantum Felicianus colligere potuit, non videri rem in cenſum tradidiſſe, qui de rei dominio conuenit, ne in accipientem tranſiret, hoc enim eius ſubſtantiæ repugnat. Aliud verò dicendum eſt, ſi actum ſit, vt non præſtita ſuo die penſione res in commiſſum cadat, vel ad dominum reuertatur. Nam vt non impedit venditio *d. l. 3. C. de pact. inter empt. & vendit. l. 1. & 2. ff. de in diem addict.* vt etiam non impedit donatio *l. 1. C. de donat. quæ ſub mod.* ita prorſus non deſinit contractus cenſualis eſſe ex eo, quod conuenit, vt non ſoluto ad diem reditu res incidet in commiſſum, vel ad dominum reuertatur. † Quia hæc pactio etiam huic con- 9
tractui conuenire poteſt, vt in ſpecie docent Menoch. Honded. & Cardin. Mant. *loc. cit.* & cenſuit Rota poſt tractatū Cēcij *de cenſib. dec. 245. n. 13.* ex quibus etiam manifeſtè apparet falſum eſſe hoc pacto addito contractum in emphyteuſim transfundi, & transformari, quia verius eſt etiam adiecto hoc pacto contractum cenſualem manere, neque ex regulis emphyteuſis regi, & coërceri, vt in ſpecie cenſuit Rota *in d. dec. 245.*

Digitized by Google

dec.225.Vnde dicere poſſumus cum boua Feliciani veoia,il-
lum in bae quæſtione oleum,& operam perdidiſſe.
10 Hioc etiam compertum eſt nou eſſe recipiendum , quod
ſcribit Roderic.in d. q.22.n.12. pactum ſcilicet commiſſi io
cenſu reſeruatiuo ob non ſolutam ſua die peuſionem eeo-
ſeri adiectum in fraudem vſurarum, quod adiiciatur quan-
titati ex Baldo in l.cum allegas.C.de vſur.& Valaſc.conſult.35.
n.1. ideóque vitiari ſubſiſtente contractu. Etenim hæc con-
uentio uon adiicitur quaotitati, ſed rei , in cuius traditiooe
quiſque quam vult legem dicere poteſt.d.l.48.ff. de pact. &
l.vlt.C.de rer.permut. Secundò quia hæc pactio admittitur in
Emphyteuſi,in qua penſio aliqua præſtari ſolet d. l. 2. C. de
iur.Emphyt.vt etiam in locatione,& conductione l.quaero 54.
11 §.2.ff.loc.l.ede.C.eod.† Denique quia iotet omnes conſtat le-
gem commiſſoriam,quæ iu pignoribus prohibita eſt,iu em-
ptionibus, & venditionibus receptam eſſe ex l. Æmilius. ff.
de minor.l.25.in princ.ff.de petit.hered.l.5.ff.de contrah.empt.l.1.
& l ſi fundus.ff.de leg.commiſſ.l.3.C.de pact inter empt. & ven-
dit.& tradunt Cuiac ad d.tit.de pact.pign.in fin. Surd. in dec.
248.n.2.& 19.Feliciao.de cenſib.lib.1. cap. 9. n.1. Eminentiſſ.
Mantic.lib.11.tit.9.n.2. & oos diximus aliis auctoribus cita-
12 tis q.41.n 2.& q.41. n.20. † Ratio verò cur lex commiſſoria
io venditionibus recepta ſit,in pignoribus improbetur , ta-
metſi vtroque caſu quaotitati adiecta videatur,illa eſt, quia
in pignoribus pecunia ſua die non ſoluta , res auſertur do-
miuo,& adiicitur creditori , quod captioſum eſt, & meritò
prohibitum in d.l.vlt.C. de pact. pign. in veuditionibus verò
res ad eum redit,à quo peruenerat, vt doceut auctores cita-
ti,& Federic.Martin.de iur.cenſ.cap.6.n.136. quæ ratio obti-
net in cenſu, de quo agitur:& proinde boc pactum recipere
13 certiſſimum eſt. † Neque turbare debet auctoritas Baldi in
d.l.cum allegas.n.13.in 7.oppeſitione,vbi allegatur à Roderico,
quia Baldus bîc tantùm docet pactum legis commiſſoriæ in
emphyteuſi , & venditione receptum eſſe , ſubiiciens hanc
vſuram non eſſe, ſed contractum, quod potius iuuat no-
ſtram ſcuteotiam.Denique nihil obſtat,quod ſcripſit Valaſc.
in d.conſult.35.quia loquitur de illo,qui pecunia accepta rem
propriam cenſui ſuppoſuit , & ſic de cenſu conſignatiuo , à
quo pactio commiſſi meritò reiicitur,vt proxime dicam, &
conſtat ex conſtitutione Pij V. de cenſibus , quam Valaſcus
in banc rem adducit in d. conſult. 35. Hîc vero quærimus de
cenſu reſeruatiuo,cuius diuerſam eſſe rationem ex his, quæ
diximus perſpicuum eſt ; & ita Valaſcum intelligunt Ma-
nent.in d.quaeſt 2.pact.4.n.17.& Foutau.de pact.nuptial.clauſ.4.
gloſſ.12.num.126.
14 Ex quibus hæc inter vtrumque cenſum differentia con-
ſtituenda eſt,vt in cenſu reſeruatiuo, ſicuti etiam in emphy-
teuſi valida ſit commiſſi pactio,quia poteſt quiſque rei ſuæ
eam quam vult legem dicere d.l.48.de pact.l.vlt.C.de pact.in-
ter empt & vendit.l.1.C.de iur. Emphyt.& d.l.1.C. de donat.quae
ſub mod.& tradunt auctores relati n.11.Garx. loc. cit. Molin.
in d.diſp.390 n.12.Frideric.Martin.in d.cap.6. n.280. Vincen.
Mancin.de iuram.p.4 eff.34 n.4.Leonard.ad d.conſtit.de cenſib.
15 §.4. q 27.n.5.& Rota in d.dec.425.n 13.† In cenſu verò con-
ſignatiuo hæc pactio omnino inutilis eſt , & præfata Pij V.
conſtitutione prohibita,vt adnotarunt Nauarr.in lib.de vſur.
n.93. Gutier. & alij ſcriptores Hiſpani apud Felicianum d.
lib.1.cap.10.§ 11.Rebellus , Intrigliol. & alij apud Cencium
q.57.n.18.nouiſſ.impreſ.Taurinen.inter quos Virgin.de Boccat.
lib.de cenſib.par. 2.n.72. in fin.qui ait clauſulam hanc iniquiſ-
ſimam,& vſurariam eſſe.His conſentiunt Binsfeld.in cap.in
ciuitate.de vſur.q.12.concluſ.15.Anton.Gomez.de cenſib.cap.3.
n.27.Maſtrill.ad Gregor.q.6.n.114.Vgolin. in d.tract.de vſur.
cap.45.§.1.n 6.Fontanell de clauſ 4.gloſ.12. num.129. fol.311.
Roderic.in d.q.22.n.11.& Duard.loc.cit.& alij paſſim : & nos
diximus quaeſt.66.num.12.
16 Qood recipiendum eſt,licet pactum ita conceptum ſit,vt
non ſoluta penſione res intelligatur vendita,vel data in ſo-
lutum pro pretio cenſus Nam & hoc pactum illicitum eſt,
vt docent Frideric. Martin. & alij apud Cencium loc. cit. &
Duard.in d. q.27.n.2.quod quidem ſummam æquitatem ha-
bet, quia emptores redituum , antequam pecunia ex eorum
manibus proficiſcatur,oculos iniiciunt in prædia aliena,quæ
maioris pretij longè eſſe ſoleut,quam ſit pecunia,quam nu-
metant, & ideò cùm debitores fere nuſquam ſuis creditori-
bus ſua die ſatisfaciaot:imo rogati,& interpellati moras, &
latebras quærere ſoliti ſint,vt dicit D. Ambroſius in lib. de
Tobia multis locis, & D.Baſil.in tract.14.& ex noſtris ſcripto-
ribus Maſcard.de probat.concluſ.44. n.33. debitores redituum
auitis domibus,& prædiis maiorum facilè ſpoliarentur,quæ
fuit ratio prohibendæ legis commiſſoriæ in pignoribus , vt
dictum eſt ex l.vlt.C.de pact.pign.ideo id meritò etiam iu cen-
ſibus pecunia conſtitutis prohibitum eſt.
Et quod magis eſt , id etiam obtiuere puto , qoamuis ita 17
conueniat , vt fundus ob non ſolutum cenſum ſit veoditus
iuſto pretio , quin & hæc pactio iniqua eſt,& illicita. Ini-
quum enim eſt quempiam cogi iuuitum res ſuas veudere
etiam iuſto pretio l.9.ff.de actione rer.ampt.l.70. ff. de rei vin-
dic. quæ ait rapioam eſſe ab inuito domino rem iuſto pretio
comparare,Neque mouet ſi dicas io hac ſpecie fundum oon
auferri inuito, ſed ex conueutione , quæ licet ex poſt facto
ſit neceſſitatis, à libera tamen voluntate initium habet l.5.
C.de act.& oblig.idcóque noo habere locum l.9.ff.rer.amot.&
l.70 ff.de rei vendic.quæ loquuotur de rebus clam ſubtractis,
& retentis iuuito domioo. Quia reſpondeo etiam hîc rem
auferri inuito domino:non euim liberè conſentit,ſed neceſ-
ſitate pecuoiæ,qua qui iudigent, uihil ſuis creditoribus ne-
gare ſolent,& quaſlibet leges,quantumuis duras, & iniquas
ſuſcipere,vt alio loco diximus, & tradit Cardin. Mantic. d.
tit.9.n.3.& Manent. loc. cit. n. 21. Et proinde etiam hoc caſu
pactiooem hanc in ceuſibus couſignatiuis illicitam eſſe re-
ctè ſentiunt Boccat.d par.2.n.86.Felician.in d.cap.10.num.12.
Roderic de ann.redit.lib.2.q.2. n.15.& 28. & Cencius loc. cit.
n. 32. rectè ſubiiciens pactionem hanc repugoare conſtitu-
tioni Pij V.quod poſt Ceucium notat quoque Duardus in d.
§.4.quaeſt.28.num.13.
Cæterùm quod diximus pactionem legis commiſſoriæ in 18
cenſu reſeruatiuo admittendam eſſe,de vero, & proprio re-
ſeruatiuo cenſu intelligendum eſt,cùm quis ſcilicet rem pro-
priam in ceuſum alteri concedit , reſeruata ſibi annua pen-
ſione.Aliud enim dicendum eſt, cùm quis rem alienam data
pecuuia ſibi cenſualem facit. Is eoim qui pecuoiam accipit,
neque cenſum ſua die præſtitit,re ſua non cadit,tametſi pa-
ctum commiſſi interueniat. Nam & io hoc genere contra-
ctus dominus rei pecuniæ neceſſitate preſſus rem ſuam ſup-
ponit,& ſingulis annis reditum præſtare cogitur,& proinde
non minùs hæc pactio improba , & illicita videri debet,
quàm in formali,& aperto cenſu couſignatiuo l.non dubium.
C.de legib.l.vlt.C.de vſur.l.3. C. plus valer. quod agit. & ſentit
Valaſc.in d. conſult.35. & rurſus in ſuo libro de iur. emphyteut.
cap.32.num.31.& tradit diligenter Manent. in d pact. 4.n.9.
& 20.& pact.5.n.9. & 10. vbi multis auctoribus relatis con-
ſtituit commiſſo locum non eſſe,niſi fauore eius , à quo res
prouenit. Et quod magis eſt, id locum habere putat etiam, 19
cùm quis accepta pecunia rem propriam ooeri emphyteuti-
co ſubiicit , illum enim licet adſit pactum caducitatis oon
incidere in pœnam amiſſionis rei,ſi noo ſoluerit ex Afflict.
in dec.80.& Vrſillo ad eund.n.8.Valaſc.loc.cit. & aliis.Ego ve-
rò diſtinguendum eſſe puto. Vel enim penſio magna eſt , &
concurrit cum ceoſibus, qui in regione frequentantur,velu-
ti ad rationem quinque,vel ſex pro ſingulis centenis:& boc
caſu pactionem iuiquam , & illicitam eſſe, quocuuque no-
mine contractus nuncupetur. Eteoim in hac ſpecie perſpi-
cuum eſt reditum præſtari ratione pecuniæ receptæ, uon in
recognitionem dominij ; & proinde inſpiciendum eſſe id
quod verè agitur d.l.non dubium. & tradit Bald. in l. ede. n.7.
C.locat.& aliis locis,quos memorat Afflict.in d.dec 80.n 8. &
Roderic.d.lib.2.q.14.n.7.vbi ait quoties agitur de fraudatio-
ne proximi , vel legis , oportere omnes verborum formulas
cedere,& ſubſidere,& ſolam veritatem ſpectandam eſſe. Et
hoc caſu recipi poteſt Manenti & aliorum ſenteutia. Vel
penſio modica eſt , & ex modicitate illius reſpectu pecuniæ
numeratæ apparet illam in recognitionem directi dominij
præſtari, vt ſi quis pro aureis centum rem ſuam emphyteu-
ticam facit ſub canone duorum,vel trium ſolidorum, & hoc
caſu puto contractum valere,& pactum commiſſi,& reliqua
omnia ſeruanda eſſe. Vt enim poteſt quis res ſuas in totum
vendere,& in alium transferre pro certo pretio : ita & dire-
ctum

Digitized by Google

ctum dominium eiuſdem rei pro certa pecunia alteri concedere,& ſe oneribus emphyteuticis ſubiicere *l.21. C.mand.* Nam & hac ratione poteſt vſusfructus,& ſeruitus conſtitui, vt conſtat *ex l.2.ff.de vſufr.& l.1.ff.de ſeruit.& l.5.C.eod.*quæ ait certi placita inter contrahentes debere, & proinde ſi fraus abſit, & iuſto pretio, & habita ratione huius pacti, emphyteuſis conſtituta ſit, etiam in fundo alieno, exiſtimo contractui ſtandum eſſe, & ita declarandam eſſe Mancini, & aliorum ſententiam.

20 Præterea quod initio dixi cenſum reſeruatiuum ab omni vſuræ ſuſpicione remotum eſſe, ſeparatione aliquot caſuum explicandum eſt, id enim puto noſtro tractatui valdè conuenire.

Primus caſus eſt, cum res immobilis ſimpliciter in cenſum conceditur,nulla facta mentione pretij,& nulla adiecta facultate redimendi pro certa pecuniæ quantitate. Et hoc caſu certum eſt,vſuram hîc deliteſcere non poſſe,quia nulla eſt quantitas,cui applicari poſſit, vt dixi *q.1. q.8. & in princ.* huius quæſtionis:& docent Molin.*in d.diſp.*581.*n.*2.*& diſp.*382.*n.*1.P.Duard.*in proæm.d.conſtit. Pij V. quæſt.*17.*num.*11.*&*
21 *quæſt.*18.*n.*5.*&* 4.† Et tantùm in hac forma contractus iniuſtitia deprehendi poteſt, veluti ſi reditus eſſet immodicus, & excederet fructus rei, vel ſi addita eſſent pacta in odium accipientis, quæ illius conditionem duriorem faciant,quo caſu,vel locus eſſet reductioni reditus ex æquitate *l. cum quidam.ff.de vſur.* vel liceret rem dimittere,data tamen electione domino reſcindendi contractum,ſi reductioni ſtare noluerit, vt in emphyteuſi cenſuit Senatus apud Theſaur.*in dec.*120.*n.*1.*&* 2.vbi rectè notat habendam eſſe rationem pactorum,per quæ grauior, vel leuior ſit læſio, vt quæ ſint pars contractus *l.58.ff.de pact.l.79.ff.de contrah.empt.* Martin.*de iur.conſ.cap.6.num.*166. Quæ tamen læſio ex parte concedentis via conſiderari poteſt, quia ex parte illius negotium admixtam habet donationem,vt indicat *d.l.vlt.C.de rer.permut.* illis verbis, *ea lege rebus donatis, vt annuum præſtaret, &c.*& ex his, quæ in re ferè ſimili tradit Molin. *in diſ-*
22 *put.* 583.*num.*5.† Sanè in hac forma contractus certum eſt cenſum perpetuum eſſe, nec extingui poſſe inuito domino, vt conſtat *ex l.5.C.de oblig.& act.& l.non idcirco.C.de contrah.empt.*& in ſpecie tradit Couarr.*variar.reſol. lib.5. cap.* 10. *n.*5. Molin.*in d.diſp.*583.Roderic.*de ann.redit.lib.*1. *quæſt.*15. *n.*45. Auendan.*de cenſib.cap.*14.*n.*4. & Duard. *in d. præfat. quæſt.*19. *num.*5.*&* 15.

23 Secundus caſus eſt,cùm fundus nullo certo pretio conſtituto in cenſum traditur hac lege addita, vt liceat cenſuario cenſum extinguere certa pecuniæ quantitate,veluti centum aureis:& hoc caſu etiam certum eſt negotium ab vſura immune eſſe, vt probari poteſt *ex l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.*& notat idem Molin.*in d. diſp.*382. *num.*2. vbi ſcribit hoc genus cenſus bullâ Pij V. non contineri. Quod etiam ſenſit Duard.*in d. præfat.quæſt.*18.*num.*4.*&* 15. vbi congruenter notat interueniente iniuſtitia pretij, licet contractus iniuſtus ſit, non tamen vſurarium dici poſſe.

24 Et licet Felicianus *lib.*1. *cap.*10. *num.*8. *verſ. denique. tom.*2. Sentiat adiecta hac facultate redimendi,aut contractum inſici,& vitiari:aut in alium cui pactum conueniat poſſit trãſfundi oportere:& proinde cùm pactum hoc ſit incompatibile, vt loquitur cum cenſu reſeruatiuo, & rectè conueniat cum emptione, & venditione, dicendum eſſe in hac commercij forma propter redimendi pactum non cenſum reſeruatiuum,ſed emptionem,& venditionem cum pacto *l.curabit.C.de act.empt.* intelligi debere. Attamen verius eſt, pactum huiuſmodi non inficere contractum cenſus,nec illum in aliam ſpeciem transfundere, quia non tollit rationem cenſus reſeruatiui, quæ in eo poſita eſt, vt rei dominium in accipientem transferatur penſione annua, vel menſtrua reſeruata *d.l.vlt.C.de rer. permut.* & ipſe admittit ipſe Felician. *in præfat.num.* 24.*verſ. at obiiciet.* quæ adhuc conſiſtunt, licet facultas illa accipienti concedatur, vt non tollit venditiones, & alienationes aliarum rerum: & proinde dicendum eſt non vitiare contractum, nec in aliam ſpeciem transferre, vt tradit Molin.*in d.diſp.*581.*num.*5.Duard. *in d.quæſt.* 16. *num.*18.& aduerſus Felicianum Auendan.*in d.cap.* 13. *num.*9. *&* 10.

Tertius caſus eſt, cùm res dimittitur certo pretio, & eo 25
pacto, vt donec pretium ſoluatur, certa annua penſio præſtetur pro modo, & ratione fructuum & hoc caſu perſpicuum eſt emptionem, & venditionem contractum eſſe, hic enim de certo pretio conuenit *l.vlt. C. de præd. decur.* & locum habere conſtitutionem *d.l.curabit.C.de act. empt.* vt tractatum eſt *quæſt.*27.& docet Felician.*in d. cap.*10. *n.*16. ſubiiciens etiam in hac ſpecie contractus rectè adiici poſſe conuentionem, vt ſi emptor omiſerit ſuo die ſoluere venditori illam annuam quantitatem vice fructuum, fundus ad priorem dominum reuertatur,*ex l.5.C. de pact.inter empt. & vendit.* tametſi ex hoc loco diſcere potuit pactionem hanc etiã in cenſu reſeruatiuo admittendam eſſe, quia in vtraque ſpecie contractus is,qui rem dimittit, dominus eſt, & proinde poteſt legem hanc ſuis rebus dicere *ex d. l.48. ff. de pact. & l 8.C.de pact.inter empt.& vendit.*Sanè in hac ſpecie vſura,& fœnus intercidere poteſt, & proinde illius iuſtitiam metiri poteſt ex his,quæ ſcripſimus *in quæſt.*27.

Quartus caſus eſt cùm prædium vendito certo pretio, & 26
quia emptor pecuniam non habet, cenſum conſtituit ſuper eodem prædio, vel aliis bonis pro eadem ſumma. Et licet hoc genus contractus probent ſcriptores Hiſpani, vt Couarr.*d.lib.5.cap.4.n* 6.& alij apud Felician.*in d. cap.* 10. *n.*15. vbi ait ſententiam hanc moribus Hiſpaniæ ita receptam eſſe,vt inſtar ſacrilegij ſit de illa dubitare. Quod etiam placuit Cardin. Mantic.*de tac.& ambig.conuent.lib.4.tit.*24.*n.*27. certum tamen eſt iis in locis in quibus conſtitutio Pij V.recepta eſt, hoc genus cenſus nullum, & inualidum eſſe, & conſequenter reditus in ſortem imputari debere. Etenim conſtitutio Pij V. in hiſce contractibus pro forma exigit ſolutionem pretij in pecunia numerata,& cenſus ſub alia forma conſtitutos fœneratitios eſſe decernit, vt omnibus notum eſt. Proinde hoc genus cenſus improbarunt Molin. *in diſput.*582.*n.* 2.Nauarr.*in conſ.*5. *de cenſib.* Virgin. de Boccat. *de cenſib.par.*1.*n.*57.idem Felician.*lib.*2.*cap.*1. *num.*36. vbi ait tanquam cenſum conſiſtere non poſſe Franciſc.de Cald. *lib. de empt.cap.*23.*n.*37.Gratian.*diſcept. forenſ. cap* 588. *n.*2. *&* 5. Cencius *de cenſib.q* 48.*num.*21.& Duard.*in d q.*16.*n.*8.& rurſus *in* §.2.*q.*24.*n.*2. Denique ita cenſuit Rota poſt tractatum Cencij *in dec.*119.*n.*3.*& dec.*122.*n.*1. *&* 2. ex quibus conſtat hoc genus cenſus communiter improbari.

Et nihilominus placuit in hac forma contractus vendi- 27
tori prædij adiudicandas eſſe vſuras pretij non ſoluti ratione fructuum, quos ex re ſua percipere potuiſſet ex æquitate *d.l.curabit.* ne ſcilicet emptor eodem tempore rem, & pretium habeat,& locupletetur cum aliena iactura,vt in terminis ſenſit Rota *in d.dec.*119.*num.*6.*& dec.*124.*num.*4.& Cencius *loc.cit.num.*25.& ante illum Virgin.de Boccat.*in d.par.*1. *num.*57.Sigiſmund.Scacc.*de commerc.*§.1 *quæſt.*1. *num.*215. & Gratian *in d.quæſt.*588. *num.*17. *&* 21. quos miror Cencium poſt tot additiones non retuliſſe.Idemque comperi docuiſſe Felician. *in d. cap.* 1. *num.*36. quia inquit,res ipſa immobilis loco pretij eſt, & ex illa tanquam ex pretio producitur ius percipiendi reditum, ſeu vſuras pretij æſtimandas pro modo,& ratione fructuum, & reſpectu commodi, & vtilitatis, quæ ex re percipitur, non verò reſpectu pretij. Denique
idem ſcripſit Duard *in d.quæſt.*16.*num.*9.† Quæ definitio mi- 28
hi ſuſpecta videbatur, in hac enim ſpecie contractus pretium amplius non debetur, quia fictione breuis manus videtur ſolutum venditori, & ab eo rurſus traditum emptori in cauſam,& pretium cenſus,iuxta *l.9.in fin. & l.15. ff.ſi cert. pet.*& notat Auendann.*de cenſib.Hiſpanis cap.*30. *n.*4. & conſequenter in mutuum eſſe conuerſum, ex quo certum eſt fructus, & reditus non deberi. Sed dum hærerem, animaduerti Rotam hanc difficultatem præſenſiſſe *in d. dec.* 124. & huic obiectioni reſpondere æquitatem *d. l.curabit.*præualere fictioni breuis: & proinde propter auctoritatem Rotæ,quæ magna eſt,non puto ab hac ſententia diſcedendum, & præſertim quia ſummam æquitatem continere videtur.

Sanè ſi loco pretij cenſus, vel partis pretij res mobiles 29
æſtimatæ datæ ſint, illud initio compertum eſt cenſum ob eandem rationem nullum,& inualidum eſſe,ſiquidem conſtitutio Pij V. exigit pretij ſolutionem in pecunia numerata,vt dictum eſt,& docent Molin.*in diſp.*390.*n.*1. & aliis au-
ctoribus

Digitized by Google

ctoribus relatis Ceneius *in d. q.48. & q. 49.* Sed ſi quæritur an ex puncto,& circumſcripto cenſu locus ſit conſtitutioni *d.l.curabit.* quod Ceneius, & alij auctores citati non attige-
30 runt, diſtinguendum mihi eſſe videtur. † vel enim ſpecies æſtimatæ ex earum genere ſunt,quæ ſui natura fructus non pariunt,vt ſunt merces,gemmæ, frumentum, & his ſimilia, & hoc caſu certum eſt æquitati dictæ legis locum non eſſe, quia ſublato cenſu nihil eſt, quod pariat fructus, vt dicit Rota *in d.dec.119 num.6.*& receptum eſt æquitatem *d. l. curabit.* non obtinere,ſi res vendita ſit ſterilis, quia ratio dictæ conſtitutionis poſita eſt in perceptione fructuum, vt indicant illa verba, *quas & fructuum perceptorum ratio generaunt,* & docent tum alij plurimi, tum Cardin. Mantic. *de tac. & ambig.conuent.lib.4 tit.14. n.10.* Ioann. Bapt. Coſt. *de clauſul. conuent clauſ.148. in fin.* vbi ait res huiuſmodi hanc conuentionem non recipere,& nos diximus *d.q.27.n.35.*

31 Vel res mobiles, quæ æſtimatæ in pretium cenſus dantur ex iis ſunt,quæ pariunt fructus,vt oues,& vaccæ *l.25 in fin. de petit.hæredit.l.9. § 4. ff.locat.* vel naues & alia, quæ locari ſolent *l.1.§.magiſtrũ.ff.de exercit.act.l.vlt. §.1.ff. ad l. Rhod. de iact.*& puto æquitati dictæ conſtitutionis locum eſſe,& cenſu reſciſſo vſuras pretij deberi pro ratione vtilitatis,& commodi percepti, quia ſublato cenſu ſupereſt res, quæ fructus referre poteſt & proinde iniquum eſt venditorem cenſus neque reditum, neque vſuras pretij dependere, & ſe locupletari cum aliena iactura. Etenim exploratum eſt æquitatem *d.l. curabit.* etiam in rebus mobilibus fructiferis locum habere: ita enim docent Roderic.*de ann.redit lib 3. quæſt. 7. num.89.* qui loquitur in equo qui locari ſolet. Bouot. *in collect.arreſt.Burgund tit.de contract.vſur.quæſt.1.* vbi ponit exemplum in boue, & aſino. Cyriac. qui de vaccis loquitur *contrau.269.num. 21.& 23.* Sigiſmund.Scacc.*de commerc. §.1. q.7. ampl.8.num.863.*& ſenſit Rota *in d.dec.124.n.6.* & nouiſſime
32 Auguſtin.Barboſ *ad d.l.curabit. num 23.* † Ex quibus cum in præfectura huius ciuitatis ſpecies incidiſſet, in qua filia, & hæres cuiuſdam piſcatoris cymbam cum retibus alteri piſcatori vendiderat,cùm pretium emptor non ſolueret, iudicaui vſuras pretij deberi,etiamſi non conſtaret aliunde dictæ mulieris intereſſe ratione lucri,vel damni, quia cymbæ piſcatoriæ, & retia ex his ſunt, quæ locari ſolent non minus quam nauis,& his ſimilia *d.l.vlt.ad l. Rhod.de iact. l.ſi nauis. ff. de rei vendic. l.19. ff de vſur.* quæ ſententia deinde confirmata eſt à Senatu referente D.Senatore Pronana. Quæ ad-
33 denda ſunt iis,quæ ſcripſimus *in d.q.27.* † Quibus etiam addi poteſt hoc ius exigendi vſuras pro modo, & ratione fructuum in ceſſionarium tranſire,& eodem iure vti,quo venditor cedens eius vſuras vti poteſt,ita enim ſcripſerunt Afflict.*in dec.91.n.5.*Pariſ.*conſ.63.n.8. lib.4.* Cagnol. *in d.l.curabit.n.44.*Couarr. *variar.reſol.lib.3.cap.4.in fin.verſ.decimo nono.* & eodem libro.*cap 1.num.3.*Ioan.Bapt. Lupus. *de vſur. comment.1.§ 7.num.29.*Roderic.*d.lib.3.quæſt.7.num.78* & Præſes Faber.*in ſuo C.tit mandat.defin.27.in alleg. num.3.* quæ ſententia probari poteſt ex his, quæ diximus *quæſt.29 circa fin* quia nihil intereſt emptoris, cui ſoluat iſtiuſmodi vſuras venditori ſcilicet,vel ei cui facta eſt ceſſio: & ſoluens ceſſionario iuſſu,& mandato venditoris ipſi ſoluere intelligitur *l.49 ff. de ſolut.l.11.§.ſolutum.ff.de pign.act.* Surd.*conſ.82. num.2.* & ita cenſuit Senatus hoc anno 1642. me referente pro D. Scoatore Caiſſoto.

34 Quintus,& vltimus caſus eſt, cùm res mobiles dantur in cenſum, & hoc caſu puto eandem diſtinctionem adhibendam eſſe:vel enim res quæ dantur,ſteriles ſunt,& infructuoſæ,ita vt ſaluâ earum ſubſtantiâ,neque fructus ferunt,neque locari ſolent,vt ſunt gemmæ, arma, & res, quæ vſu conſumuntur, frumentum, vinum, & his ſimilia: & ex his quid annuum, vel menſtruum reſeruari non poteſt. Nemo enim poteſt reſeruare, & retinere ex aliqua re id quod non eſt *l.41 ff.de reb.cred.l.77.de contrah.empt.l.72.de leg.1.*& hanc eſſe notiſſimam reſeruationis naturam ſcribit Menoch. *conſ. 2.*
35 *n.57.*† Vel res mobiles ex iis ſunt,quæ ſaluâ earum ſubſtantiâ fructus ferre poſſunt,vel quia natura ſua fructus pariunt vt oues, & armenta,& his ſimilia *d l.25. & l. ſeq. ff. de petit. hæredit.* vel quia locari ſolent, vt nauis,retia, cymba,dolia,& vaſa,& id genus quæ locari ſolent *d. l.vlt. ad l. Rhod. de iact. l. vlt. ff.commod.*& ex his cenſum reſeruari poſſe dicendum eſt.Ita enim ſentiunt Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de tranſact. verſ. quid de his,qui oues* Laurent. de Rodulph. *in lib.de vſur. n.41.* Ioann Bapt.Lupus *in d.tract. de vſur. comment 4. §.3. num.97.* Duard.*in proœm.d cõſtitutionis Pij V.q.23.n.9.& in § q.29.n.10. & 13.*& ruſus *n.32.*vbi declarat id de cenſu temporali accipiendum eſſe, duraturo ſcilicet, quandiù res illæ manebunt, & quod noſtro tractatui valdè conuenit,huiuſmodi reditum conſtitutione Pij V. non contineri. † Et licet aliud ſentiat 36
Auendan.*de cenſib.cap 49. n.5. & ſeqq.* vbi contendit cenſum ex rebus ſe mouentibus,& mobilibus licet fructiferis reſeruari non poſſe,ſed vel locationem eſſe,vel alium contractum diſſimilem à cenſu, non puto tamen mutandam eſſe ſententiam,quia ad ſubſtantiam cenſus reſeruatiui ſatis eſt,vt ex re in cenſum tradita penſio, & reditus excipi, & reſeruari poſſit,vt admittit ipſe Auendan *loc. cit.* cuiuſmodi procul dubio ſunt res mobiles, & mouentia, quæ fructus referre poſſunt, & proinde dicendum eſt ex his penſionem, & reditum retineri poſſe, donec res illæ manebunt ſecundum Hoſtienſis, & aliorum ſententiam.

Non placet tamen, quod Duardus *loc.cit.n.17.* ex Soto, & 37
Martino probare videtur pecuniam, frumentum, vinum, oleum,& cætera huiuſmodi.ſi negotiationi expoſita ſint inter res fructiferas cenſeri, & ſuper illis ſubducta conſtitutione Pij V. cenſum conſtitui poſſe, donec pereant, quia ſi quid commodi ex negotiatione earum rerum percipitur, id non rebus ipſis,aut earum ſubſtantiæ tribuitur, ſed mercatoris,qui eas exercet,labori,& induſtriæ. Alioqui fœnerator, & fur,ſi quid ex huiuſmodi rebus ſuperlucrati ſunt,id reſtituere deberent,cuius contrarium receptum eſt *l.6.Cod. de rei vendic.l.67.§.1.ff.pro ſoc.*& docent Petrus Greg. *de vſur. lib.3. cap.9.n.7* Roderic.*de ann.redit.lib.3.q.11.n.14.* & aliis auctoribus relatis diximus *q.32.num.21.& 22.& q.95.n.5.*& quod magis eſt,puto frumentum,vinum,hordeum,& alias ſpecies ſimiles, ad effectum de quo agitur inter res fructiferas non cenſeri,quia in hoc genere non ſemen,ex quo fructus oriuntur, ſed corpus ex quo percipiuntur, inſpicitur, vt conſtat *ex l.25.ff.de vſur.* quæ ait omnis fructus non iure ſeminis,ſed iure ſoli percipitur.

Denique quæro an licitus ſit contractus,in quo quis res 38
ſuas alteri concedit, vt ſibi quid annuum, vel menſtruum præſter. Et ſanè hæc ſpecies diuerſa eſt à cenſu reſeruatiuo, de quo hactenus actum eſt,quia cenſus reſeruatiuus ex ipſo rei corpore,& ſuper rebus donatis excipitur, & retinetur,vt dictum eſt *ex d.l.77.de contrah.empt* & aliis:in ea verò forma contractus, de qua quæritur, penſio, quæ promittitur, non ipſis rebus inhæret, ſed in ſimplici obligatione perſonali ſuſtinetur,vt *in l.vlt.§.vlt.ff de contrah.empt.*& tradit Crauett. *in d conſ.217.n.4.*vnde conſtat ſpecies diuerſas eſſe. Quamobrem cùm quæritur de fundo alteri conceſſo ea lege, vt annuum,vel menſtruum præſtet non expreſſo fundo,ex quo præſtandum ſit, videtur mihi ſine ſcrupulo hoc genus contractus admittendum eſſe *ex d. l.vlt.de contrah. empt.* ex quo conſtat validam eſſe obligationem perſonalem annuæ penſionis de aliquo fundo, & præſertim quia promittens penſionem ſoluere poteſt tantundem, vel amplius ex fundo conſequi, & proinde tenetur ſtare promiſſis, & ſeruare fidem niſi læſio, vel alia iuſta cauſa intercederet reſcindendi
contractus. † Idemque dicendum puto, ſi res mobiles fru- 39
ctiferæ ea lege datæ ſint, vt quid annuum, vel menſtruum præſtetur. Nam eadem eſt ratio ſuſtinendi contractus, quia in hac etiam ſpecie promiſſor fructus earum rerum conſequitur,ex quibus reditum ſoluere poteſt *d.l curabit.& l.13.§. veniunt.ff.de act.empt.*& ex Roderico, Gratiano, & aliis citatis *n. 27.* ſed ſi res dentur ſteriles, & ex quibus ſaluâ earum ſubſtantiâ accipiens nihil commodi percipere poteſt, ſane hoc caſu certum eſt nomine cenſus reſeruatiui contractum conſiſtere non poſſe,quia ex re excipi non poteſt,quod non
eſt,vt ſæpiùs dixi *ex d.l.77.ff de contr.empt.*& aliis.† Et nihilo- 40
minus dici poteſt etiam cõtractum valere *ex d l.vlt.C.de rer. permut.* quæ reuera loquitur de hac forma contractus, non de cenſu reſeruatiuo, & generaliter ait, *rebus ea lege donatis.* Neque obſtare conſtitutiones Pontificum, quibus hoc genus reditus videtur improbari, & præſertim Bulla Pij V.
quia

quia videntur tantum formam tradere cenſibus conſignatiuis, qui titulo emptionis comparantur, vt docent Nauarr. *in comment. de vſur.n.*98. Boninſign.*de cenſib.cap.*17.*n.*1.*&* 2. Molin.*diſput.*382.*n.*2.& nos diximus *quæſt.ſeq.n.*28. Hic verò nulla emptio contrahitur, ſed permutatio, & contractus *do vt des*, videlicet do tibi res meas, vt mihi penſionem præſtes ex quo proinde agitur præſcriptis verbis, non actione empti *d.l.vlt.C.de rer.permut.l.*5 *ff. de præſcr.verb.* quod conſtitutionibus Pontificum, ſi fraus abſit, non videtur eſſe prohibitum. Et fateor id mihi nondum compertum eſſe, & non-
41 dum inueniſſe, qui quæſtionem hanc deciderit. † Sanè inter Theologos, & Iuriſperitos receptum eſt non tantùm prædia, & res ſtabiles, ſed etiam pecuniam ea lege dari poſſe, vt quandiu quis vixerit, ſibi alimenta, vel annua penſio præſtetur, vt conſtat ex Iaſon. *in l.*1.*C.de ſumm.Trin.num.*63. vbi refert communem eſſe ſententiam: & ex Surdo *lib. de alim. tit.*9.*q.*11.*n.*2. Vgolin.*de vſur.cap.*43.*n.*1. Molin. *diſp.*388. *n.*1. Caſtraean.*de ſociet.off.cap.*4.*n.*18. Fontanel. *d. gloſ.*18. *part.*3. *n.*98.& Duard *ad proœm.d.conſtitut.Pij V.q.*28.*num.*65. vbi ait contractum hunc propter incertitudinem vitæ ſuſtineri: de
42 qua re nos diximus *q.* 49. *n.* 21. † Hic verò diſſimulare non poſſum me neſcire, qua lege, ratione, vel auctore fretus Roderic.*in d.q.*7.*n.*89. poſtquam conſtituit æquitatem *d. l. curabit.* locum habere in re mobili fructifera, etiamſi facilè perire poſſit, vt equus, qui locari ſolet: ideóque licitum eſſe venditori, vſque ad concurſum mercedis, vſuras petere, deinde ſubiiciat id limitari in mercatore vendente merces non in cumulo ad negotiandum, ſed minutim ad vſus hominum, etiamſi iuſtum pretium non exceſſerit, idque propter nimis frequentem, & promiſcuam neceſſitatem mercium. Nam quod attinet ad vſuras compenſatiuas, de quibus Rodericus agit hoc loco, nihil refert, an mercator illas in cumulo vendat, vel minutim credat, quia ſiue hoc, ſiue illo modo vendantur merces, in eis fructuum ratio haberi non poteſt, cùm inter res fructiferas non cenſeantur, vt dixi, & ſenſit ipſe Roderic.*eod.loc.n.*90. *in fin.* Si verò inſpicimus id, quod mercatoris intereſt ſibi pretium ab emptore retineri ratione lucri, vel damni, nihil refert hoc vel illo modo, merces vendat fide de pretio habita, quia tenetur emptor poſt moram ad id quod verè mercatoris intereſt, vt conſtat *ex l.*3 *in fin.ff.de eo quod cert.loc.l.*1. *Cod. de ſentent. quæ pro eo.* & aliis. Ex quibus conſtat Roderici doctrinam imperfectam eſſe.

43 Sed quod diximus *n.*25.*&* 31. Theologis quibuſdam recentioribus forſitan probari non poterit, qui ſentiunt eam formam contractus, in qua venditor rei fructiferæ ea tradita, & fide de pretio habita aliquid annuum ſtipulatur ratione fructuum, donec pretium ſoluatur, iniquam, & vſurariam eſſe, vt Petrus à Nauarr. Leſſ. Comit. Azor. & alij, quos retuli *q.*27. & qui nuper ad manus meas peruenit, & poſt abſolutam dictam quæſtionem Alphonſ. Regis *in ſuis reſolut.caſuum conſcient.cap.*1.*n.*1. vbi ait communem omnium tam veterum quàm recentiorum Theologorum, qui hac de re ſcripſerunt, eſſe ſententiam, iniquum, & vſurarium eſſe penſionem aliquam exigere, quando res fructifera actu, & abſolutè venditur expectata per aliquod tempus pretij ſolutione; ideóque penſiones vi huius contractus receptas in conſcientia compenſendas in ſortem, vel reſtituendas eſſe.

44 Verùm animaduerti illius argumenta non maioris ponderis eſſe, quàm Nauarræ, Comitoli, & aliorum eiuſdem claſſis, qui hoc genus contractus improbarunt, & duci ex vulgaribus, & generalibus regulis, ex quibus argumentari periculoſum eſt, vt conſtat *ex l.*1.*& l.omnis.ff.de reg.iur.* Nam quod inquiunt, & in quo maximè nituntur, perfecta venditione fructus eſſe emptoris, & dominium ſequi *ex l. non ſolum.ff.de rei vendic.l.fructus.C.de act. empt.* verum eſt, ſi modo aliud inter emptorem, & venditorem non fuerit conuentum, quia pacta dant legem contractibus *l.*30.*ff.de reg.iur.* & in ſpecie probatur *ex l.*4 *§.cum fundum.n.& l.*80. *ff. de contrah. empt.l.Iulianus §.ſi fructibus. & §.ſi quid ſeruo. ff. de act. empt. l.*20.*&* 21.*ff.loc.* quibus exploratum eſt venditorem fructus excipere poſſe, vt admittit Comitol. *loc.cit.* & conſequenter penſionem loco fructuum, vt nominatim cautum eſt *in d. l.*20.*&* 21. *ff. loc.cit.* Nihil enim refert ad iuſtitiam contractus fructus excipere, vel penſionem loco fructuum, vt tractatum eſt *tota quæſt.*27.

Neque admitti poteſt quod ait *n.*8. dominium in hac ſpecie abſolutè & pleno iure transferri in emptorem, quia cùm proponatur in contrahentes actum eſſe in ipſo contractu emptorem interim daturum certam annuam penſionem ratione fructuum, in quibus terminis Regius caſum propoſuit, conſequens eſt dominium tranſire cum onere, & ſub obligatione præſtandi interim penſionem loco fructuum, vt conſtat *ex l.*48.*ff.de pact.l.*8.*&* 9.*C.de pact.int.empt. vendit. & d.l.*20.*&* 21.*ff.loc.* & in ſpecie Rota, cuius auctoritas nunc erit inſtar omnium *in dec.*370.*inter recentiſſ.n.*4.*par.*1. coram R.Damaſceno, & ruſus coram R.Durano *in dec.*34.*num.*8. *&* 9.

Vt etiam admittendum non eſt, quod idem auctor ſcribit 45
*n.*10.*d.l.curabit*, procedere in venditione imperfecta, & conditionali, vt quandiù pretium non ſit ſolutum, res fructus ferat ipſi venditori, tanquam vero rei domino, per contractum locationis, idque ex Petro Nauarra, & aliis Theologis quibuſdam. Nam nullum in tota illa conſtitutione veſtigium eſt locationis, & retentionis dominij, & verius eſt in ſpecie dictæ legis dominium in emptorem fuiſſe tranſlatum, vt obſeruat inclytæ mem. Cardin. Mantic. *de tac. & ambig.conuent.lib.*4.*tit.*24. *n.*15. & Rota *loc.cit.* vbi ait id colligi *ex ead. l.curabit.* quia ſi non præſupponeretur tranſlatio dominij, obligaret ad reſtitutionem fructuum, non vſurarum.

Præterea nihil mouere debet, quod aduerſus Didacum 46
Couarr. ait *num.*10. in hoc contractu æqualitatem dumtaxat ſeruandam eſſe inter rem, & pretium, ſiue ſoluatur ſtatim, ſiue differatur eius ſolutio, vnde oblato, vel conſtituto iuſto pretio, etiamſi illius ſolutio differatur, nihilominus æqualitatem inter contrahentes ſeruari: & proinde ſi quid vlterius exigatur, iniquum, & vſurarium eſſe. Nam reſpondeo in omni contractu, cùm de illius iuſtitia quæritur perpendenda eſſe omnia, quæ negotium attingunt, *l.bona fides. ff.depoſ.* vnde non ſatis eſt in hoc negotio æqualitatem inter rem, & pretium intercedere: ſed etiam obſeruandum eſt emptorem habere ius retentionis, & perceptionis fructuum, donec ſibi pretium ſoluatur, quod ius procul dubio pretio æſtimari poteſt, & gratis à ſe abdicare nemo cogitur *l.* 4. *C. de act. & oblig.& l.*16.*C.de iur. deliber.* & proinde iuſtè poterit non aliter velle tráſferre dominiũ, & concedere dilationem ad ſoluendum pretium, niſi ea lege, vt illi penſio ratione fructuũ perſoluatur, vt egregiè explicat Molin.*diſp.*368.*n.*17. Quamobrem inſpectis omnibus circumſtantiis, quæ rem hanc attingunt, vt ratio poſtulat, æqualitas hic non tantùm poſita eſt in re, & pretio, ſed etiam inter ius illud retinendi, & percipiendi fructus, quod ex iuſtitia, & natura contractus venditionis competit venditori, nullo recepto pretio, & inter actualem perceptionem fructuum, quam emptor ex traditione rei conſequitur, quam niſi ſoluto pretio iuſtè prætendere non poteſt. Ex quo fit, non aliter æqua vtriuſque partis conditio futura ſit, quàm ſi abdicatio illa iuris percipiendi fructus penſionis ſolutione compenſetur.

Ex quibus etiam perſpicuum eſt falſum eſſe, quod dixerat 47
*num.*7.*verſ.quod ſi dicat.* ex doctrina Couartuuiæ ſequi, quod eodem modo, & ratione fas eſſet pro mutuo, vel pro re credita pecunia vendita lucrum exigere, quod manifeſtam continet vſuram, & conſequenter etiam pro traditione eiuſdem Nam quod attinet ad mutuum, palam eſt, id non eſſe ſimile quia pecunia, & aliæ res, quæ mutuo dantur, ſteriles ſunt, neque fructus referre poſſunt, vel acceſſionem recipere, niſi aliunde interſit, quod excedit terminos quæſtionis noſtræ. Vnde ex datione mutui, nihil deperit creditori, qui non plures nummos habuiſſet, ſi eos in arca tenuiſſet, vel plures modios tritici, ſi illud ſeruaſſet in horreo, & proinde ſi quid creditor ex mutui datione, ex eo quod ad tempus pecuniam credidit, lucrum aliquod perciperet, id ex ſolo tempore tardæ ſolutionis exigeret, quod vſuram eſſe diximus *d.quæſt.*1. *num.*29. Sed ex traditione rei fructiferæ venditor amittit ius quod habet percipiendi fructus, donec ſibi pretium ſoluatur, vel offeratur, & proinde licitè ſuæ indemnitati conſulere poteſt. Et hoc diſcrimen inter res, quæ vſu conſumuntur, & res ſtabiles fructiferas facilè probari poteſt exemplo

V obliga

obligationis, quæ naſcitur ex eo, quod quis non debitum accepit, quem re etiam obligari conſtat, & veluti ſi mutuum accepiſſet Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. l. 4 §. is quoque. ff. de oblig. & act. Nam ſi nummi vel aliæ res ſoluantur, quorum datione in creditum itur, id tantum repeti poteſt, quod indebitè ſolutum eſt, etiam ex iure ciuili l. 1. C. de condict. indeb. l. Lucius ff. de praeſcr. verb. Cuiac. in obſeru. lib. 8. cap. 34. Sed ſi res fructifera indebitè ſoluta eſt, acceſſiones naturales venire competens eſt ex l. 8 in fin. ff. de condict. furt. & l. 15. in princ. ff. de condict. indeb. quæ ait etiam fructus bona fide perceptos in hanc actionem venire, Non eſt igitur eadem ratio mutui dationis, & traditionis rei fructiferæ. Imo vt poteſt is, qui pecuniam credit, ſuæ indemnitati conſulere: nemo enim tenetur mutuum dare cum ſuo incommodo, & damno: ita poterit venditor in celebratione contractus ſibi cauere, ne ex traditione rei incommodum patiatur, vt opti-
48 mè tradit Bonac. in diſp. 3. quæſt. 2. §. 1. num. 5. † Quod verò Regius ait eod. loc. pro re vendita credita pecunia lucrum exigere manifeſtam vſuram eſſe, eandem recipit diſtinctionem. Nam ſi de mercibus agatur, & aliis ſimilibus rebus, quæ fructus referre non poſſunt, receptum eſt in iis vſuram, & fœnus committi, ſi ob dilatam pretij ſolutionem cariùs vendantur, vt ſancitum eſt in c. 6. de vſur. & tradunt P. Nau. de reſtit. lib. 3. c. 2. n. 93 Molin. diſp. 355 n. 2. Salas in l. de empt. & vend. dub. 41. n. 3. & alij Theologi paſſim, quibus Iuriſperiti conſentiunt, vt Couarr. Rodericus, & alij, quos ſecutus ſum quæſt. 14. num. 2. & 6. Aliud verò dicendum eſt, cum de re fructifera agitur, quia tunc poteſt venditor ſuæ indemnitati conſulere, & fructuum compenſationem ſtipulari, quos ex re ſua percipere potuiſſet, vt dictum eſt, non minus quàm cuique licet in aliis commerciis, & contractibus ſe indemnem ſeruare, vt inquit Bonac. loc. cit.

49 Denique animaduerti Regium num. 27. tribus conditionibus concurrentibus hanc formam contractus non improbare. Prima eſt, vt penſio non excedat rationem fructuum. Altera, vt hoc pactum in ipſa traditione rei fiat. Tertia vt hæc penſio obnoxia ſit caſibus, qui in fructibus ſine culpa emptoris contingere poſſunt. Sed non aliud Iuriſconſulti ſentiunt, vt conſtat ex d. quæſt. 27. & præſertim n. 43. & 44. Sanè quod pertinet ad ſecundam conditionem, ſi fortè putat pactum hoc ita in ipſa traditione rei ineundum eſſe, vt non ſatis ſit ad ſuſtinendum contractum, ſi poſt rem venditam, & habitam fidem de pretio in eodem contractu, & eodem inſtrumento hæc conuentio adiiciatur, quod ſentire videtur, & ſenſiſſe Vgolinum dixi in d. quæſt. 27. num. 11. hac in re cùm Iuriſperitis non conueniret, quia apud illos placuit in vno, & eodem contractu non dari prius, & poſterius l. petens. C. de pact. l. ſi ita. & l. cum enim ff. de nouat. l. contractus. & ibi Bartol. C. de fid. inſtrum. Marcell. Conuerſan. ad In-
50 crigliol. quæſt. 3. in fin. † Et contractum vniuerſum cum omnibus ſuis pactis, & conditionibus vnicum eſſe, & indiuiduum l. 2. §. 1 ff. loc. l. cum plures ff. de euict. Gratian. diſcept. cap. 301. num. 57. in quo ſi plura inueniantur pacta, vnum cenſeri alterius gratia initum Bero. conſ. 32 num. 6. Surd. conſ. 217. num. 9. & eleganter Bellon. de pot. cor. lib. 1. cap. 54 num. 6. ideóque debere contractum, vel omninò approbari, vel in totum reiici l. cum quæritur, de adminiſtr. tutor. l. nam & abſurdum ff. de bon. libert. quia cenſetur venditor non aliter voluiſſe rem vendere, & tradere, niſi ei ex pacto liceret penſionem exigere loco fructuum l. fiſtulas. §. 1. & ibi Bartol. de contrah. empt. l. quod ſi vno. ff. de in diem addict. & aliis apud Tiraquel. de retract. conuent. in fin. cit. num. 4. & valde congruit, quod in re fere ſimili ait Iuſtin. in l. vlt. C. de pact. inter empt. & vendit. Cùm enim venditor non alia lege ius ſuum transferre paſſus eſt, niſi tali fretus conuentione, quomodo ferendum eſt aliquam captionem ex varia puti eum interpretatione? Et ſanè quid aliud eſt decipere proximum, quàm ſub ſpe huius conuentionis rem ab eo auferre, & deinde illum deludere, & promiſſa non ſeruare. Quod licet à me diligenter tractatum ſit in d. q. 17. volui tamen hic repetere in gratiam ciuium Nicienſium, qui hoc genus contractus ſine ſcrupulo inire ſolent.

QVÆSTIO XLII.

De cenſu conſignatiuo reali, & de definitione eius.

SVMMARIA.

1. *Cenſus reſeruatiuus, & conſignatiuus quomodo ſecernantur.*
2. *Sophiſtarum proprium eſt res ſubtilius definire.*
   Cenſus eſt ius percipiendi certum annuum reditum ſuper rebus alienis.
3. *Cenſus eſt ius percipiendi penſionem, non ipſa penſio.*
4. *Cenſus ita conſtitui poteſt, vt penſio in fructibus ſoluatur.*
5. *Fructus omnis ad fructuarium pertinet.*
   Fructus incerti.
6. *Reditus in cenſu redeunt, & renaſcuntur vſura reditus pecuniæ.*
7. *Cenſus conſignatiuus realis ſuper rebus alienis percipitur.*
8. *Definitiones cenſus quorundam auctorum modeſtè reprehenſa.*
   Definitioni vſusfructus, & actionis non eſt additum eſſe ius iuſto titulo acquiſitum.
9. *Definitio cenſus à Concio tradita notatur,* & n. 10.
   Iura, & actiones ad heredes, & in heredes pro portionibus hæreditatis tranſeunt.
11. *Vſufructuarius non tenetur fructus de manu proprietarij accipere.*
12. *Definitio alia Philoſophorum, alia Oratorum.*
13. *Cenſus definitio vt ſit ius, &c. ab obiectionibus Feliciani defenditur.*
   Ius eſt genus ipſius cenſus, vt actionis, vſusfructus ſeruitutis.
14. *Cenſus propriè non eſt contractus, ſed ius quod oritur ex contractu,* & num. 15.
   Feudum non eſt contractus, ſed ius quod per contractum conſtituitur.
15. *Feliciani definitio cenſus carpitur,* & num. 16. & 17.
16. *Cenſus in conſtitutionibus Pontificum ſub ratione rei ſumitur, non contractus.*
17. *Feliciani cenſus definitio non adæquatur definito.*
18. *Feliciani quæſtiones quædam inutiles.*
19. *Emptio cenſus eſt contractus bonæ fidei.*
20. *Feliciani fundamentum contrarium euertitur.*
21. *Pretij vſuræ poſt moram debentur ex iure ciuili.*
22. *Conditiones quæ in contractu cenſus ſeruandæ ſunt, non tollunt rationem venditionis.*
23. *Euictio debetur in venditione cenſus, licet id expreſſum non ſit.*
24. *Cenſus donatione conſtitutus eſt ſtricti iuris.*
   Eiſdem regulis regitur, quibus donationes aliarum rerum.
25. *Debitor cenſus non poteſt rem dimittere, vt ſe liberet, niſi ex donatione obligatus ſit.*
26. *Cenſus ratione tituli, quo conſtituitur variam naturam ſortitur.*
27. *Cencij doctrina, & definitio quædam notatur.*
28. *Conſtitutio Pij V. ad omnes ſpecies cenſus non pertinet.*

DECREVERAM nihil de cenſibus conſignatiuis ſcribere deterritus labore: ſed admonitus nuper in ſenatu à D. Carolo Ferrerio viro clariſſimo, & noſtri ſenatus ſecundo Præſide id ad tractatum vſurarum valde pertinere quæſtiones aliquot, quas iampridem meditatus fueram, interſerere conſtitui, illud interim admonendo, me de hoc genere contractus acturum, quatenus vſuram, & fœnus recipere poteſt: reliqua ab aliis petenda eſſe, qui de cenſibus accuratiſſimè ſcripſerunt.

Porrò quid nomine cenſus conſignatiui intelligatur, non alia ratione melius conſequi poſſumus, quàm ſi cenſui reſeruatiuo opponatur, de quo proxima quæſtione dictum eſt. † Etenim cenſus reſeruatiuus, quod nomen etiam à noſtris ſcriptoribus confictum eſt, ex rebus propriis alteri 1

concesſi a

conceſſit excipitur, & retinetur: vnde dicitur ſubſtantia
legis propriis rebus dictæ muniri in l. vlt. C. de rer. permut.
legis, id eſt, pacti. vt in l.77. de contrah. empt. l.31. ff. loc. &
aliis. Conſignatiuus verò, quem impoſitium, & conſtitu-
tum quidam vocant, quia ſuper rebus propriis, illiſque re-
tentis alteri creditur, & adſignatur, vt in l. ſancimus. in fin. &
in l. ſi quis argentum. §.1. C. de donat. l.12. ff. de ann. leg. l.32. ff. de
vſufr. leg. & aliis.
2 Et licet cum res nobis ad liquidum nota eſt, nullus ſit
vſus definitionis, vt ſcribit Galen. lib. 4. de differ. pulſ. vbi
etiam ait quamlibet rem definire velle ſubtiliùs ſophiſta-
rum proprium eſſe, vt etiam notat Cuiac. ad tit. de iur. fiſc.
in fin. ex quo factum puto, vt multarum rerum definitio-
nes veteres Iuriſconſulti omiſerint, vt de fideiuſſore ſcribit
Anton. Hering. de fideiuſſ. cap. 3. num. 1. tamen quia, vt qui-
dem puto, nulla adhuc cenſus conſignatiui realis definitio
prodita eſt, quæ obiectionibus vacet, mihi videtur non vt
contractus eſt, qua ratione definitur à Feliciano lib. 1. de
cenſib. cap. 4. num. 8. & Fernand. Rebell. de obligat. iuſtit. lib. 10.
quaſt. 1. num. 3. ſed vt res quædam eſt in patrimonio noſtro,
& titulo aliquo acquiſita, ita definiri poſſe, vt ſit ius perci-
piendi certum annuum reditum ſuper rebus alienis.
3 Dixi ius, quia cenſus res incorporalis eſt, neque tangi,
aut videri poteſt, vt hæreditas, bonorum poſſeſſio, vſusfru-
ctus, actio, & his ſimilia, & vt hinc pateat non eſſe ipſam
penſionem, vel reditum, qui ſingulis annis ſoluitur, & per-
cipitur, ſed ius, & facultatem illum exigendi, vt rectè expli-
cant Gabriel. in conſ. 141. num. 1. lib. 2. Federic. Martin. de iur.
cenſ. cap. 1. num. 26. & aliis auctoribus citatis. Cencius de cen-
4 ſib. quaſt. 7. num. 2. & 3. † Dixi generaliter percipiendi redi-
tum, vt reditus omnes comprehenderem, qui in pecunia, vel
fructibus, vel aliis rebus præſtantur cum Roderic. de ann. re-
dit. lib. 1. quaſt. 3. num. 5. certum enim eſt cenſum ita conſtitui
poſſe, vt reditus in frumento, vel alia ſpecie ſoluatur etiam
poſt conſtitutionem Diui Pij, vt tradunt Nauarr. in lib. de
vſur. num. 104. vbi refert id communiter receptum eſſe. Surd.
de alim. tit. 9. quaſt. 11. num. 3. Boccat. in tract. de cenſib. par. 2.
num. 9. & par. 3. n. 52. & alij plurimi apud Cencium quaſt. 3.
num. 6. & nouiſſimè Duard in procem. d. conſtitutionis D. Pij
V. quaſt. 21. n. 6. & 59. niſi aliud lege conſtitutum ſit, vt iidem
5 auctores ferè notant, & præſertim Duard. loc. cit. num. 9 † Di-
xi, certum, ſecutus Felicianum loco citat. vt excluderem ven-
ditionem vſusfructus, quo legato, vel alio titulo in re ali-
qua conſtituto omnis rei fructus ad fructuarium pertinet
l. 7. & 9 ff. de vſufr. Weſembec. ad hunc. tit. num. 7 & rem natu-
raliter poſſidet. l. 12. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 60. ff. de vſufr.
& tradit Ioann. Caſtill. lib. de vſufr. cap. 6. num 28. & vt exclu-
derem venditionem fructuum, vel portionis fructuum, qui
incerti ſunt, & non ſemper eodem modo proueniunt l. 17.
C. de vſur. & rectè notat Cencius in d. tract. quaſt. 9 n 14 & 17.
6 qui tamén id in ſua definitione oblitus eſt. † Et reditum an-
nuum, vt excluderem ſtipulationem certæ quantitatis, vel
penſionis duorum, vel trium annorum, vt in locationibus,
quæ interdum fiunt plurium annorum, vt in l. quæro. ff. locat.
& vt oſtenderem reditum non eſſe, niſi curreret, & recurre-
ret. Dicitur enim à redeundo vt ex Varrone notat Cuiac. in
l. 38 ff. de vſu & vſufr. leg. vt etiam vſuræ, quæ currunt, & re-
currunt per annos, & menſes, vnde dicuntur filiæ temporis,
& reditus pecuniæ, vt in l. alumnæ. ff. de alim. leg. & l. qui qua-
dringenta. ff. ad l. Falcid. & notat Roderic. lib. 1. quaſt. 1. num. 15.
qui proinde addit in ſua definitione ſingulis annis, quod
etiam miror à Cencio prætermiſſum. † Denique additum eſt
ſuper alienis rebus, vt excluderem cenſum perſonalem, qui
in ſola obligatione perſonali conſiſtit, & conſtitutionibus
7 Pontificum prohibitus eſt, vt in ſequentibus dicam: & vt ex-
cluderem reſeruatiuum, qui ex propriis rebus retinetur, em-
phyteuſim, & locationem, in quibus reditus ex propriis re-
bus percipitur, vt notant iidem Rodericus, & Cencius locis
cit. Quæ definitio, ni fallor, perfecta eſt, cùm conſtet gene-
re, & differentia, neque aliquo verbo detracto, vel addito
nobis extorqueri poteſt.
8 Quamobrem non addidi ſuper re alterius fructifera, vt Mar-
tin. & Duard. loc. cit. quia ſi eſt ius percipiendi ſuper re alte-
rius, conſequens eſt rem talem eſſe debere, ex qua reditus
percipi poſſit, ſaluâ eius ſubſtantiâ, nam ſi ſingulis annis para
rei auferretur, cenſus ſeipſum deſtrueret: neque perpetuus
dici poſſet: idcóque id addere ſuperfluum exiſtimaui, ſecutus
hac in re Nauarrum, Lupum, Vgolinum, Cencium, & alios,
qui id ſuperfluum arbitrati ſunt. Vt etiam non addidi iuſto
modo quaſitum, vt Cencius, & Duardus: id enim ſatis innuit,
quod dicimus eſſe ius percipiẽdi. Neque enim ius illud eſſe,
vel intelligi poteſt, niſi iure quæſitum ſit. Vt dicimus actio-
nem eſſe ius perſequendi in iudicio, quod nobis debetur in
l. nihil aliud. ff. de oblig. & act. nec additum eſt iuſto titulo ac-
quiſitum. Ita vſusfructus definitur ius vtendi, & fruendi alie-
nis rebus, nec appendix illa addita eſt in l. 1. ff. de vſufr. & In-
ſtit. eod. in princ. Ex quibus etiam conſtat Rodericum loc. cit.
ſuperfluæ ſuæ definitioni addidiſſe, legitimè conſtitutum,
quia cenſus non eſt ius, niſi legitimè conſtitutus ſit, ſed vſu-
ra, vel nihil. † Vt etiam omittere mihi viſum eſt, quod affixit 9
Cencius in d. q. 7. tranſitorium ad hæredes, & ſucceſſores quoſcum-
que. Vel enim cenſum conſignatiuum in genere definiuit: &
certum eſt his verbis excludi cenſum, qui ad vitam empto-
ris, vel venditoris conſtituitur, quod genus cenſus licitum
eſſe docet ipſe Cenc. q. 10. n. 13. & certum eſt defuncto eo, ad
cuius vitam emptus eſt, ad ſucceſſores non tranſmitti l. 23.
ff de pact. l. 4. ff. de ann. & menſtr. leg. atqui vitioſa eſt definitio,
quæ quamlibet ſpeciem rei definitæ non complectitur, vel
ipſo Cencio teſte in d. q. 7. n. 6. Vel definiuit cenſum perpe-
tuum: & hoc caſu certum eſt, ius iſtud actiuè, & paſſiuè in
hæredes pro portionibus hæreditatis tranſire l. 2. & vlt. C. de
hæredit. act. l. 1. C. vt act. ab hæredib. l. ex contractibus. 49. ff. de ob-
lig. & act. & in ſpecie tradit Bonius lib. de cenſib n. 39 & 90. &
proinde id exprimere non fuit neceſſe. Nam licet actiones
regulariter ad hæredes, & in hæredes tranſeant, id tamen
non eſt adiectum definitioni actionis in d. §. 1. Inſtit. de act. &
d. l. nihil. aliud. Vt etiam non eſt additum definitioni ſeruitu-
tis realis in §. 1. Inſtit. de ſeruit. tametſi certum ſit tranſire
hæredes actiuè, & paſſiuè, & ſequi fundum vt conſtat ex
l penult. & l. ſi mihi. §. vlt. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. l. ſi aquæ-
ductus. ff. de contrah. empt. & tradit Veron. de ſeruit. vrb.
prædior. cap. 2. num. 13. † Vt etiam ſuperfluè ab eodem 10
Cencio ſuæ definitioni adiectum eſt, manente re apud impo-
nentem, quia ſatis id intelligitur, cùm dicimus cenſum eſſe
ius percipiendi reditum annuum ſuper re alterius. Nam cùm
is, qui cenſum ſuper aliquo prædio alteri concedit, transfe-
rat tantum ius exigendi reditum ex eo, ſatis intelligitur, &
dominium, & poſſeſſionem rei retinere, & ideo ſuperfluum
eſſe illud exprimere. Quod probari poteſt argumento ducto
ex definitione ſeruitutum realium, veluti itineris, & aquæ-
ductus, quæ cum ſint qualitates, & onera prædiorum l. 10. in
fin. ff. de ſeruit. & inſtit. de reb. corporal. & incorpor. in fin. l. quid
aliud. de ver. ſign. & ſequantur rem l. 47. ff. de contr. empt. l. pen. ff.
de euict. Cæpoll. Veron. loc cit. magnam affinitatem habent
cum reditibus, vt notant Sarmient. Select. interpr. lib. 7. c. 1. n. 4.
Petrus Salas. de vſu, & conſuet. c. 11. n. 6. & 12. & alij apud Fe-
lician. de cenſib. lib. 2. c. 3. n. 21. Peregr. de fideicomm. art. 49. n. 68.
& alij ſanè plurimi apud eund. Cencium. par. 1. c. 2. q. 3. art. 2.
n. 1. nunc q. 23. & rurſus q. 114. n. 1. & Rota poſt Cencium in
dec 470. n. 2. quæ ait cenſum veluti ſeruitutem quandam in-
hærere fundo: & tamen ſeruitus itineris definitur ius eundi
& ſeruitus aquæductus ius aquæ ducendæ, per fundum alie-
num, in §. 1. Inſtit. de ſeruit. nec additum eſt manente fundo
apud imponentem, id enim iuris auctores velut ſuperfluum
addere noluerunt. † Conabar tamen, an poſſet definitio Cen- 11
cij, quod ad hæc verba attinet, à vitio ſuperfluitatis excuſari,
ſi dixiſſem his verbis cenſum ſeparari ab vſufructu, quã qui
habet, ius habet percipiendi reditus, & fructus omnes eius
rei, cuius vſumfructum habet, vt dixi ex l. 7. & 9. ff. de vſufr.
vnde videtur non alia ratione ſeparari poſſe quàm ſi dixe-
rimus in cenſu rem apud conſtituentem manere, in vſufru-
ctu verò penes vſufructuarium ex l. 50. & 60 §. eod. tit. quæ ait
fructuarium in poſſeſſione eſſe debere. Et nihilominus puto
ſatis diſtingui, dum diximus cenſum eſſe ius percipiendi re-
ditum ſuper re aliena, vſumfructum verò ius vtendi, & fruẽ-
di rebus alienis, quia hoc ius habens durante vſufructu plus
iuris in re habet, quàm qui reditum annuum comparauit Nã
ſi illi penſio ſoluta eſt, nec fundum ingredi, nec pomum ex-

cerpere poteſt. Qui verò vſumfructum nactus eſt, debet in poſſeſſioné induci *d.l.3.ff.de vſufr.* & in poſſeſſinne fundi eſſe *d.l.60.* & proinde fructus, & reditus omnes manu propria capit, neque tenetur illos de manu proprietarij accipere, vt notat Petr. Greg. *Syntag. iuris ciuil. lib.4.c.3.n.5.* vbi ait in hoc differre ius vſusfructus à reditu debito ex agro alicuius. Denique durante vſufructu loco domini eſt *l.4. ff.eod.* id enim ſecũ trahit ius illud vtendi, & fruendi vnde definitioni vſusfructus non eſt additum, an res maneat, vel non maneat penes fructuarium, vel dominum *in d. l.1. ff. de vſufr.* Aliunde etiam hæc Cencij appendix oon placet, quia poteſt res ad alium peruenire, qui cenſum non impoſuit, & tamen nõ deſinit eſſe cenſus, quia res cũ hoc onere tranſit, vt docet Cranet. *conſ.217.n.5.* Gutier *pract. qq. lib.c.167.n.4.* & Cẽcius multis locis, & præſertim *q.73.n.15.* & poſt eundem Rota *in dec.* 232 *n.19.* & *dec.* 517. *n.2.* imò poteſt res ad dominum cenſus peruenire, veluti ſi non ſolutis ſua die penſionibus intentet remedium Saluiani interdicti, vel exerceat clauſulam conſtituti, ſi contractui addita eſt, vt eſt vſitatum, quod facere poteſt eodem Cencio teſte *q.94.n.14.* & nos diximus alio loco neque tamẽ cenſus extinguitur, vel deſinit currere. Et proinde meritò hæc appendia, quòd res maneat penes imponentem, ab aliis prætermiſſa eſt, & à Duardo, qui Cẽcium, ſequi
12 ſolet. †Quare vix illius definitio defendi poteſt, niſi dicamus duplicem eſſe definiendi formam, aliam perfectam, & qua viri docti in artibus vtuntur. In quo genere id maximè obſeruandum eſt, vt vis eius rei, quæ definitur, ſic exprimatur, vt neque abſit quidquã, neque ſuperſit, vt monet Marc. Toll. *lib.2.de Orat.* & Paul. Belloo *de poteſt. eor qua incont. lib.1. c.23. n.3.* vbi hunc locum Ciceronis refert: Aliam imperfectã, qua oratores in cauſis vtuntur, qui ne ſe verbis adligent, rem dilatare ſolent, ne definitio reprehenſo vno verbo, aut addito, aut dempto illis è manibus extorqueatur, vt ait Cicero *eod. loc.* & hoc genere definitionis Cencium vti voluiſſe, & cenſũ deſcribere, potius quàm definire. Sanè ſi ita eſt, addere potuit *ſuper re fructifera*, vt Martin. & Duard. loc cit. *immobili & ſuis finibus deſignata*, & alia multa, quæ non minus ad vim, & naturam cenſus pertinere videntur. Ego verò conatus ſum definire, vt in artibus fieri ſolet.

13 Hic tamen diſſimulandum non eſt Felicianum magni ingenij virum definitionem cenſus vt ſit *ius percipiendi reditũ*, acriter reprehendere *in d. c.4.n.6.* ait enim cenſum non eſſe ipſum ius percipiendi, ſed iſtud ius è cenſu procedere, illiúſque effectum eſſe, & proinde cenſum non rectè definiri, *ius* quia definitio, quæ per effectum explicat ſubſtantiam rei, vitioſa eſt, ex Batt. *in l.1.ff.de appellat.* Cui obiectum reſpondet Roderic. *loc. cit.* doctrinam Bartoli accipiendam eſſe de effectu, qui non ſtatim ſequitur ea cauſa, ſed ex reditu ſtatim & immediatè ſequi ius percipiendi, & ita per *ius* rectè reditus ſubſtantiam demonſtrari. Nam per effectum immediatũ definitur actio ius perſequendi in iudicio, quod nobis debetur. Sed nec obiectio Feliciani mouet, nec reſponſio Roderici placet, quia falſum eſt ius percipiendi eſſe effectum cenſus ſub ea ratione, qua definitur à nobis, & ab aliis. Ius enim eſt genus ipſius cenſus, vt vſusfructus, & ſimilium, quæ in iure conſiſtunt, & proinde cùm cenſus definitur ius, non definitur per effectum, ſed per ſuum genus, vt dicimus iter eſſe ius eundi, & vſumfructum eſſe ius vtendi *in d.l.1. ff.de vſufr.* &
14 ſic de cæteris, quæ in iure conſiſtunt.† Et licet concederem Feliciaoo oomen cenſus ſignificare contractũ, quo reditus annuus acquiritur, quæ tamẽ ſignificatio remota, & impropria eſt, propriè enim cenſus ſignificat ius annuæ penſionis, oon contractum, quo cenſus emitur, & in alium transfertur *ex l.2.C.ſin.cenſ.vel reliq.d.l vlt.C.de iur.dot.l.ſancimus.C.de donat.c.5.* & 13 *sct.tit.de cenſib.* & in ſpecie adnotatunt Couarr. *variar.l.3.c.9.n.1.* & Aluar. Valaſc. *de iur.emphyt.q.32.n.8.* tamẽ negari non poteſt hoc nomine etiam venire ipſum ius percipiendi, alioquin ſtultæ eſſent eius diuiſiones, quas refert *eod.loc.* videlicet vt alius ſit realis, alius perſonalis, alius mixtus, temporalis, & perpetuus, pecuniarius, & fructuarius & aliæ quæ contractui non conueniunt, & proinde rectè cenſus ſub hac ratione definiri: & conſequenter immeritò ex hoc capite hoc genus definitionis Felicianũ carpere, & vellicare. Neque enim nouum eſt in iure noſtro effectus definiti, vt actio *in d.l.1.§.de act.* quæ eſt effectus contractus, & obligationis: & vſusfructus, qui eſt effectus legati, & contractus *d.l.3.& 6.ff.de vſufr.l.5.ff.de ſeruit.* Et congruẽter huic rei doctiſſimus Cuiac. *in pr.l.1.de feud.* *Ne dixeris*, inquit, *ſ ⁊dum eſſe contractum, ius eſt potius, quod per contractum conſtituitur.*

Quamobrem oec Feliciani definitio melior, & felicior 15 eſt definitionibus aliorum. Nam cenſus, quem definit eſſe contractum, propriè contractus non eſt, vt diximus, ſed effectus contractus, vel alterius legitimi tituli, quo poteſt acquiri *l. vlt.ff.de iur.dot.& d.l.ſi quis argentum §.ſi vero. C. de donat.* Et proinde licet cenſus venditione poſſit acquiri, vt vſusfructus ſeruitus, & ſimilia, non tamen venditio eſt, ſed res quæ venditur, & venditione in alium transfertur: vnde non magis contractus dici poteſt, quàm ſeruitus, & vſusfructus, vel alia res ſimilis, quæ in contractum deducitur, vel deduci poteſt: & vt abſurdum eſt ex eo quia vſusfructus vendi poteſt, dicere vſumfructum contractum eſſe: ita prorſus ſtultum eſt dicere cenſum contractum eſſe ex eo, quod cenſus emi, & vendi poteſt. Et quod dicimus contractum cenſus, venditiooem cenſus non ita intelligimus, vt cenſus propriè ſit contractus vel venditio, quæ venditur, & deducitur in contractum. † Et 16
proinde ſub ratione rei perpetuò nomen cenſus ſumitur in conſtitutionibus Pontificum, & præſertim Pij V. veluti cùm ait *cenſum creari conſtitutiuè nullo modo poſſe niſi in re immobili, &c.* dominum cenſus in alienatione rei aliis præferri, cenſũ neque augeri, neque minui, & eodem pretio extingui poſſe, & aliis locis, quæ nullo modo contractui accommodari poſſunt. Et congruenter D. Gregorius XIII. in quadam eius cõſtitutione edita anno 1574. de conſtitutione illa D. Pij verba faciens. *Pius V.* inquit, *etiam prædeceſſor noſter, cui ſuggeſtum fuit multas in venditione, & emptione cenſuum fraudes committi, &c. literas ediderit, quibus in primis cauetur, vt cenſus non generaliter ſub omnibus bonis, ſed ſpecialiter ſuper re certa imponatur. &c. contractúſque ipſos emptionis, & venditionis cenſuum ſuarum literarum forma non ſeruata fœneratitios eſſe iudicauit.* Ex quibus, & aliis quæ obſeruat Duardus *in d. proœm. q.25.n.18.* ſatis apparet nomine cenſus non ipſum contractum, ſed rem, & ius, quod venditur propriè ſignificari. Qua ratione etiam ſumitur in conſtitutionibus aliorum Pontificum Martini V. Caliati III. & Nicolai V. vt obſeruat idem Duardus *loc. cit.* Qui proinde initio *q.24.* vbi de cenſu conſignatiuo agere incepit, cenſum à contractu cenſuali ſeparat, ait enim aliud eſſe cenſum, aliud contractum cenſualem: Cenſum eſſe ius percipiẽdi reditum: contractum verò cenſualem eſſe conuentionem, quo ius illud acquiritur, & in alium trãsfertur: & *q.25. n.15.* clarè ſcribit contractum cenſus differre ab ipſo cenſu. Conſtat igitur cenſum apud probatos auctores, & in conſtitutionibus contractum non eſſe, ſed ius quod ſubiicitur contractui, & conſequenter impropriè Felicianum definire cenſum contractum eſſe, io quo vnus vendit, & alter emit ius percipiendi reditum, & contractum loco generis eſſe, quia contractus genus eſt venditionis cenſus, non ipſius cenſus, qui ſubiectum eſt venditionis, vt non eſt genus aliarum rerum, quæ venduntur. Sanè Feliciani definitio non verbo addito vera eſſe poteſt, vt ſi dixeris. *Venditio cenſus eſt contractus, ex quo vnus vendit, & alter emit ius certi reditus &c.* ſed hæc oon eſt definirio cenſus, ſed venditionis illius, quæ ſunt diuerſa. itaque Feliciani definitio, vel falſa eſt, vel addito vno verbo, vt vera ſit, deſtruitur.

Aliunde etiam reiicienda eſt eius definirio, qoia perſpicuũ 17 eſt, non adæquari omnibus ſpeciebus contentis ſub definito Non enim continet reditus, qui legato, donatiooe, permutatione, ſtipulatione, aliiſque modis conſtituuntur: & non magis definiri poteſt cenſus ſub ratione contractus, in quo quis vendit, quàm ſub ratione contractus in quo quis donat, vel permutat ius reditus annui. Vnde meritò reprehẽditur à Roderico *in d.q.3.n 1.* qui etiam alia quædam notat in ea definitione, quæ reprehẽſione digna illi eſſe videntur, & ego omitto, ne barbam leoni mortuo vellere videar, id eſt viro docto, & erudito. Illud ſanè non prætereo, Feliciaoum poſt ſui cẽſus definitionem inter alias diuiſiones illum diuiſiſſe in cõſignatiuum & reſeruatiuum, qui procul dubio noo eſt emptio, nec emptione contrahitur, nullo ſcilicet pretio intercedente *l.1.ff de contr.empt.* Sed traditiooe rei *d.l.vlt.C.de rer permut.*

tut.& obſeruat Rebell.*loc.cit.n.*4 & proinde perſpicuum eſt Felicisoum diuiſiſſe,quod non definiuit,vel definiuiſſe quod non diuiſit,quorum vtrumque incongruum eſt,quia noo ex arte eſt vel definitio,vel diuiſio.Et cautius Rebell. *in d. q.*1. poſtquam ſecutus Feliciaoum definiuit cenſum ſub tarione contractus emptionis, cenſum pro iure, qood in contractu emitur,diuidit in tealem,& perſonalem,& aliis modis.

18 Ex quibus etiam conſtat multas inutiles, & ſuperuacuas quæſtiones eundem Felieianum agitaſſe,an ſcilicet cenſus ſit contractos luris gentium,bonæ fidei,vel ſtricti iuris, nominatus, vel innominatus, an re contrahatur, vel conſenſu, & alias,quæ inde proueniunt,in quas ineptias nollem Cenciũ, & Duardum incurriſſe,quia cùm cenſus ſecuodum eius propriam ſignificationem contractus non ſit,ſed ius ex contractu,vel alio titulo quæſitum,vt dixi,fruſtra quæritur, qualis contractus cenſeri debeat,& ao re,vel conſenſu contrahatur Si enim contractus non eſt,ergo nec contractus bonæ fidei, vel ſtricti iuris *l.eius qui.ff.de reb.cred* Et licet contendere nolim nomine cenſus etiam contractum, quo ius reditus acquiritur,apud quoſdam ſcriptores ſignificari,hoc tamen etiã admittendum eſt diuerſam ſpeciem contractus noo coſtituere,ſed ad eam reduci,ſub euius nomine eontrahitur,ideóque cùm venditur, venditio eſt, vt in conſtitutionibus Pontificum,cum donatur,donatio eſt,vt *in d.l.ſi quis argentum.C. de donat*. & ſic de cæteris, vt ſemper appateat Feliciani, & Duardi quæſtiones iouriles eſſe, & exercitationem Scholaſticam redolere.

19 Sanè ſi quæritor,an contractus,qoo cenſus conſtituitur,& acquiritur ſit bonæ fidei, vel ſtricti iotis, intereſt ſcire quo titulo conſtituatur.Nam ſi emprione, & venditione cõſtituitur,contractus procul dubio eſt ioris gentium *l.1.ff.de contr. empt.l.5.ff.de inſtit.& iur.l.1.ff loc* & in ſpecie Bonius *in d.lib. de cenſib.n.*50.& bonæ fidei *§.actionum.inſtit. de action. l.2. in fin.ff.de obl.& act.l.11 § 1.ff.de act.empt.*nõ ſtricti iuris,vt perperam ſcripſit idem Bonius *art.5.n.17.&* 72.Felic. *lib.1.c.3. n.7.*Rebeli.*de oblig.inſtit.lib.*10.*q.1. in fin.* & Duard. *in d. q.8. n.*23.Nam cùm Bonius,& qui eum ſecuti ſunt,admittant in hoc genere contractus veram emptionem contrahi, admittere etiam debent huiuſmodi contractũ eſſe bonæ fidei.Nulla enim emptio eſt,quæ non ſit bonæ fidei *d.§.actionũ. Inſtit. de act.*vt deinde cõperi docere Læl.Mancin.*diſſ.13.c.2. in fin.*

20 Neque valde mouere debet,quod Felicianum,& alius impulit, vt contractum hunc inter iudicia ſtricti iuris referrent;quod ſcilicet ſuſpectus ſit,& facilè deflectat ad vſurã & proinde vt mutuũ propter improbi fœnoris periculũ inter contractus ſtricti iuris relatum eſt,ita etiam contractum cenſoalem ſtricti iuris eſſe oportere,ne in arbitrio iudicis ſit vſuras decernere,vt in iudiciis bonæ fidei receptum eſt.Etenim reſpondeo non eſſe ſimile,quia in mutuo debetur ſors, cui ex mora facilè vſura accedere potuiſſet,ſi mutuum eſſet cõtractus bonæ fidei *l.32.§.in bonæ fidei.ff.de vſur. l.2. & 3.C. depoſ.*ſed in emptione cẽſus nulla debetur ſors,cui vſura applicari poſſit,quia pretium fit accipientis,neque repeti poteſt ab inoito,vt in aliis venditionibus receptũ eſt *ex d.l.11.§.& in primis.de act.empt.*& in ſpecie docent Ioan. Gutierr. *pract. qq.ciuil.l.1.c.*148.*n.*24.*&* 25.Rodet.*de ann.redit.l.1.q.4. n.* 13. Intrigliol.*de cenſib.q.43.n.1.*& Rota poſt Cencium *in dec.*528. *n.7.*Et proinde hæc iuſta cauſa non eſt,vt cõtractus cẽſualis, qui emptione agitur,à iudiciis bonæ fidei ſecerni debeat.Neque eſt cõtrarium ſi dicas, licet ex contractu cenſus non debeatur ſors,deberi tamen reditos in pecunia, vel fructibus: quibus ex mora vſura accedere poſſet,ſi contractus cẽſus eſſet bonæ fidei *ex d.l.32.de vſur.*& aliis,& tradit Felic. *loc.cit.*

21 *n.9.*† Tum quia in emptionibus aliarum rerum pretij vſuræ debentur ex iure ciuili *l.Iulianus.§.veniunt ff.de act.empt.l.vlt. ff.de peric.& comm.rei vend.l.2.C.de vſur.*& in actionibus mãdati,depoſiti,negotiorum geſtorũ,locati,& aliis iudiciis bonæ fidei vſuræ debẽtur poſt moram ex iure ciuili,vt perſpicuũ eſt *ex d.l.3.C.depoſ l.7.ff de negot.geſtis* 617. *§.4. ff.de vſur.* & diximos *q.1.n.* 11. neque ideò minus inter iodicia bonæ fidei relata ſunt.Atque etiam quia penſiones,& reditus, qui ex emptione cenſus debentur ſiue in fructibus,ſiue in pecunia,sũt fructus,& acceſſiones illius iuris,quod pecuniã emitur;& ideò nõ poſſunt alias acceſſiones recipere cõã ex iure ciuili *l.neque.15 ff.de vſur.l.vlt.C.eod.*& nos dicimus *q.*88.& proinde nec hac ratione Feliciani ſẽtẽtiæ color quæri poteſt.

Denique nihil obſtat quod iidem Felicianus, & Duardus 22
inquiunt emptionem quidem eſſe, ſed habere proprietates ab emptione diſcrepantes,quia licet circa emptionem redituum ex conſtitutionibus Pontificum ſingularia quædam conſtituta ſunt, non tamen tollunt ſubſtantiam emptionis: neque cõtractus deſinit eſſe vera emptio,vt alienationes bonorum minorum,& ciuitatum non deſinunt venditiones eſſe,tametſi in illis cautiones quædam ex iure ciuili adhibendæ ſunt,quæ in alienationibus aliarum rerum non ſunt neceſſariæ,vt conſtitutum eſt *in l.1.& 5.ff.de reb.eor.& in l.2.& 6.C.de vend.reb. ciuit.* Conſtat igitur contractum cenſus,qui emptione peragitur, bonæ fidei contractum eſſe, & conſequenter poterit iudex in hoc iudicio ſtatuere,quod alter alteri ex bono,& æquo præſtare debeat,vt in aliis iudiciis bonæ fidei receptum eſt *ex d l.2.C.de oblig.& act.§.vlt. Inſtit. de oblig.ex conſenſ.*& quæ naturaliter inſunt huius iudicij poteſtate *l.11.in pr.ff.de act. empt.* corruúntque illationes omnes, quas Felicianus,& Duardus inutiliter proſequuntur *locis cit.*

His cõſequenter,vt in emptionibus,& venditionibus alia- 23
rum rerum debetur euictio ex natura contractus, etiamſi id expreſſum non ſit *l. non dubitatur. C. de euict.l.eleganter. ff de pign.act.* ita etiam in venditione cẽſus euictionem venire dicendum eſt, licet id non fuerit expreſſum, quia id congruit naturæ contractus bonæ fidei:& certum eſt in hac actione venire ea,quæ naturaliter inſunt contractui *d. l.11 ff de act. empt.*Neque puto Felicianum,& alios, qui putant contractũ cẽſus eſſe ſtricti iuris,id in dubiũ reuocaturos fuiſſe. Æquiſſimũ enim eſt venditorẽ cenſus,qui pretiũ accepit,euictionẽ præſtare,licet id nominatim actum non ſit, nõ minus quàm in venditionibus aliarom rerum, in quibus id ſine controuerſia receptum eſt *ex d. l. non dubitatur.* & aliis, & tradunt Decius,& alij apod Cencium *in d.lib.de cenſib.quæſt.53.n.26.*

Sed ſi cenſus ex donatione conſtitutus ſit, quo titulo in 24
alium transferri exploratiſſimum eſt *ex l.ſi quis argẽtum §.5. C. de donat* & aliis, vt dicam *quæſt.ſeq.* & ipſe Duardus admittit,contractus ſtricti iuris cẽſendus eſt,quia donatio ſtricti iuris, vt conſtat *ex l.cum qui.ff.de donat.& l.16 ff.de vſur.* & in ſpecie tradit Alciat.*in cõſ.2.n.16.& 32.lib.*8.Card.Mant. *de tac.& ambig.conuent.l.13.tit.21.n.8.*& Olded. *de act.claſſ.4. act.19.n.9.*& ex eo facilè oſtendi poteſt,quia non recenſetur inter eos contractus qui *in d.§.actionum.*dicuntur eſſe bonæ fidei,& conſequenter cenſus,qui donatione cõtrahitur iiſdẽ legibus,& regulis cuẽreeri,& regi debet,quibus donationes aliarum rerum continentur. Proinde vt is, qui rem alienam donauit, non poteſt re euicta de euictione conueniri, niſi id actum ſit *l. Ariſto.§.vlt.de donat.l.2.C.de euict.*ita is qui cenſũ alteri ſuper re aliena donauit, eo euicto non tenebitur, niſi nominatim id promiſerit. Et vt donationes aliarum rerum ob ingratitudinem donatarij reuocari poſſunt.*l.1.& vlt.C.de reuoc donat.*Clar.*in §.donatio.q.*21. ita etiam donationem cenſus ex hac cauſa reuocari poſſe dicendum eſt. Et vt is qui ex liberalitate conuenitur,habet beneficium,vt in id tantũ conueniatur,quod facere poteſt *l. Diuus Pius ff.de reg.iur.l.30.& 41 in fin.de re iudic.*ita etiam is,qui ex cenſu donatione alteri conceſſo conueoitur, vltra quam facere poteſt, condemnari non debet.

Denique licet is,qui cenſom ex ſuis prædiis vendidit,non 25
poſſit rem cenſualem dimittere, & ſe obligationi præſtandi cenſus ſubtrahere, vt aliis auctoribus citatis tradit Tiraq.*de retract.lignag.§ 1.gloſ.6.n.21.*Foller.*de cenſib. §. tanquam.n.49.*Bonios *eod.tract.art.61.num.93.*Ioan.Bapt.Lup. *de vſur.comment.2 §.3.num.1.*Virgin.de Boccat *in lib.de interd. vti poſſid.cap.19.n.66.*Cyriac.*contron.forenſ.24.num.18.* Vgolin.*de vſur.cap.45.§.7.in fin.*Intigliol.*de cenſib. q.97. n.2. &* 3. Felician.*tom.2.lib.1.cap.1. n.6. verſ. tertio infero.* vbi ait id in foro receptum eſſe:is tamen qui ex liberalitate alteri ceoſum annoum dedit, poterit tantundem ex rebus ſuis donatario dimittere, ex quibus reditus redigi poſſit, vt ſinguiari iure qoodam conſtitutom eſt *in d.l.ſi quis argentum.§.ſi vero.* vt ibi Cuiacius notat,& Lup.& Felician.*loc.cit.* † Idémque omni- 26
no obſeruandum eſt in aliis cenſibus permutatione,vel aliis titulis conſtitutis, vt ſcilicet iiſdem regulis, & legibus re-

gantur, quibus regitur titulus, quo conſtituti ſunt, vt oſtendi poteſt *ex d.l.vlt.C.de rer.permut.& d.l.ſi quis argentum. §.ſi verò.C.de donat.* & rectiſſimè docet Molin.*in diſp.*383. *n.* 1. vbi congruenter noſtræ ſententiæ ait cenſum ratione tituli, quo celebratur, variam naturam ſortiri.

27 Ex quibus etiam non placet, quod Cencius *quæſt.*9 quærens qualis cenſus eſſe debeat, reſpondit debere conſtitui ad formam conſtitutionis D.Pij V.& eâ non ſeruatâ irritum & fœneratitium eſſe, quia id tantum de iis cenſibus reſponderi poteſt, qui illa conſtitutione continentur: Vnde debuit Cencius ad illos tantum quæſtionem reducere, non generaliter articulum proponere, qualis cenſus eſſe debeat. † Siquidem certum eſt plurimas eſſe ſpecies cenſus, qui ad eam conſtitutionem non pertinent, vt animaduertit Nauarr. *loc. cit.n.*98. Boninſign.*de cenſib.cap.*17.*n.*2. Virgin. de Boecat. *de cenſib par.*1.*n.*86 Leonell.*in prælud.d.conſtit.Pij V.* Vincent. Filiucc.*tract.*35.*cap.*3.*n.*317.*in fin.* & Duard. *in proœm. quæſt.*25. *num.* 40. quod & alij paſſim adnotarunt. Proinde antequam quidquam de iuſtitia, & forma cenſus ſtatuatur, conſultius eſt quærere, quibus titulis creari, & acquiri poſſit. Quod ſequenti quæſtione tractandum eſt.

(28 stands in the margin beside the line "liter articulum proponere, qualis cenſus eſſe debeat. † Si-".)

QVÆSTIO XLIII.

De titulis quibus cenſus conſignatiuus acquiri poſsit.

SVMMARIA.

1. *Cenſus iiſdem titulis acquiri poteſt, quibus aliarum rerum dominium acquiritur.*
2. *Cenſus titulo legati creari, & relinqui poteſt.*
3. *Cenſus titulo legati relictus ab omni vſura alienus.*
4. *Reditus annuus teſtamento relictus morte legatarij finitur.*
5. *Reditus vltima voluntate conſtitutus non continetur conſtitutione Pij V.*
6. *Reditus annuus donatione inter viuos conſtitui poteſt.*
   Cenſus iure feudi dari poteſt.
7. *Reditus annuus ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias conſtitui poteſt.*
8. *Cenſus ſententia Iudicis conſtitui poteſt ex Nauarri ſententia.*
9. *Cenſus an tranſactione conſtitui poſſit.*
10. *Tranſactio eſt legitimus modus acquirendi dominij.*
11. *Feliciani ſententia cenſum tranſactione creari non poſſe.*
    Et argumenta eius, quæ refelluntur.
12. *Tranſactione cenſus conſtitui poteſt etiam poſt bullam* Pij *V. & quomodo.*
13. *Tranſactione fieri poteſt, vt vnus rem habeat, alius vſumfructum.*
14. *Cenſus adiudicatione in diuiſione poteſt conſtitui.*
15. *Tranſactione inita pro certa pecuniæ quantitate, cenſus pro illa non poteſt creari.*
16. *Etiamſi lis eſſet de re immobili.*
    Admiſſa tamen æquitate l.curabit C.de act.empt.
17. *Cenſus permutatione an conſtitui poſſit.*
    Et Duardi hac de re ſententia.
18. *Quæ excutitur, neque antori omnino probatur.*
19. *Cenſus poteſt cum prædio quod traditur, commutari.*
20. *Res fructifera cum reditu ſuper aliis bonis permutari poteſt.*
21. *Cenſus cum gemmis, mercibus, & aliis rebus ſterilibus permutari non poteſt.*
22. *Permutatio eſt proxima emptioni.*
23. *Cenſus ex natura rei cum mercibus, gemmis, & ſimilibus rebus commutari poteſt.*
24. *Cenſus qui partim pro pecunia, pro mercibus inæſtimatis permutatur, nunc eſt irritus.*
    Neque pro parte pecuniæ ſuſtineri poteſt.
25. *Feliciani doctrina refertur.*
    Eius perpetuatus error cenſum non niſi venditionis titulo conſtitui poſſe.
26. *Cenſus cuius pretium partim in pecunia, partim in mercibus ſoluitur omnino irritus eſt, ſiue pecunia excedat merces, vel merces excedant pecuniam.*
27. *Contractus in quo res datur, & pro re pecunia, & ſpecies æſtimata, eſt venditio.*
    Cencij diſtinctiones inutiles.
28. *Cenſus cuius pretium in pecunia, & ſpecie æſtimata ſoluitur, nunc eſt illicitus.*
29. *Olim dubium videbatur, an reditus annui pecunia emi poſſent.*
30. *Cenſus annuos pecunia emi poſſe nunc apud omnes receptum eſt.*
31. *Emptionis redituum in iure veſtigia.*
32. *Reditus annuus titulo legati, & aliis conſtitui, & in alium transferri poteſt.*
33. *Vſusfructus venditione conſtituitur.*
34. *Emptiones redituum conſtitutionibus Diuorum Pontificum confirmatæ.*
    Emptiones redituum veteribus cognitæ.
35. *Cenſus conſtitutio pro certo pretio vera eſt emptio.*
36. *Emptor cenſus percipiendo reditum nihil recipit vltra ſortem.*
37. *Cencius male imponit Couarruuiæ, quod videatur ſentire emptiones redituum non valere.*
38. *Vt etiam Leonardus Duardus.*
39. *Reditus annuus licitè eodem inſtanti conſtituitur, & venditur.*
40. *Seruitus eodem tempore conſtitui, & cedi poteſt.*
41. *Prius, & poſterius in contractibus non datur.*
42. *Cenſus venditio non ſeruata forma conſtitutionis* Pij *V. non ſubſiſtit.*
43. *Et fructus in ſortem computantur.*
44. *Antoninus, Traianus, Seuerus, & alij Impp. à veteribus Iuriſconſultis Diui appellantur.*
    Et Diuæ memoriæ Principes.
45. *Imperatores, Reges, Principes cur Diui appellati.*
46. *Pontifices Romani Diui nomine decorandi.*
47. *Elogia Patrum de Romano Pontifice excerpta ab Antonio Fabro Præſide Sabaudiæ.*
48. *Elogia Patrum de ſummo Romano Pontifice collecta ab auctore.*
49. *Pius V. Diui nomen meretur.*
    Et eius Elogia.
50. *Pius V. formam venditionibus redituum præſcripſit.*
51. *Forma à Pio V. cenſibus præſcripta in quo conſiſtat.*

ILLVD imprimis obſeruandum eſt cenſum, 1
ſeu reditum annuum iiſdem titulis, quibus aliarum rerum, quæ in commercio ſunt, dominia acquiruntur, comparari poſſe, vt docent Crauet.*in conſ.* 217. *n.*4. Nauarr. *in comment. de vſur.num.*98. Molin.*diſp.*383.*num.*1. & 11. Ioan. Garz. *de expen.& melioram. cap* 4 *num.*44. Maſtrill. ad Gregor. *quæſt.*5. *num.*184. Frideric Martin *de iur.cenſ.cap.*3. *num.*1. Cencius *in ſuo tract.de cenſib quæſt.*44.*num.*3. & 4. Marius Muta. *dec.*73. *num.*7.& Leon.Duard.*in proœm. conſtit. Pij V. quæſt.*25.*in fin.* Nam cùm ius cenſus res ſit, quæ in commercium hominum cadit, conſequens eſt iiſdem modis quibus res aliæ acquiruntur, acquiri poſſe, vt de ſeruitutibus ſcriptum *eſt in l.*5.*ff. de ſeruit.& Inſtit.de vſufr.in princ.*

Et primum quidem cenſus titulo legati, vel fideicommiſſi 2
creari, & relinqui poteſt, vel donationis cauſa mortis, quæ comparatur legatis, vt conſtat apertiſſimè *ex l.annuam.*6. *& l.cum quidam* 25. *ff.de ann. & menſtr. leg.& l.*38. *ff.de vſu, & vſufr.& red.per leg.& fideicomm.dat & ex l* 7. *§.vlt. C. de præſcript.*30.*vel.*40.*ann.* & docent Iacob. Venent.*de ann. præſtat. quæſt.*2. Boerius *de cenſibus art.*23. *num.*51. Follet. *de contract. cenſuar. §. cenſus num.* 66. Maſtrill. *loc. cit. num.* 185. Roderic. *de ann. redit. lib.*3. *quæſt.*6. *num.*2. Frideric. Martin. *in d. cap.*3. *num* 24. Auendan. *de cenſib.Hiſpan. cap.* 3. *num.* 2. & 3. Rota poſt Cencium *in dec* 126.*num.*7. coram Ren. D. Manzanedo, Cencius *in d.quæſt.*44.*num* 9. Duard.*in proœm. d. conſtit.quæſt.*36.*n* 5. vbi refert communem eſſe ſententiam: & admittit Felician.*lib.*2.*c.*5.*n.*8. licet eodem loco pertinaciter

conten

contendat eiuſmodi reditum cenſum dici non poſſe, quod inutile mihi videtur quærere, & quæſtionem nominis eſſe,
3 quas veluti inutiles negligere ſoleo.† Et licet Fideric. Martin. *loc.cit.* ſcribat magnam eſſe de iuſtitia huius tituli inter Doctores dubitationem, id tamen accipiendum eſt, cùm teſtator certam pecuniæ quantitatem legat, & quoad præſtetur, vſuras vel reditum ſolui iubet, & in terminis *l.3. §. vlt. ff. de ann. & menſtr. leg.* in quo quidem genere variæ intercidunt ſpecies, de de quibus quid ſenſerim dixi *quæſt.* 18. aliud verò eſt, cùm teſtator ſimpliciter annuam quantitatem ab hærede præſtari iubet, vel reditum proprio ſuo fundo conſtituit, & alteri legat, quia perſpicuum eſt, & ſine controuerſia id teſtatori licere, & ab omni fœnore remotum eſſe, vt notat Roderic. *loc. cit. num.3.*
4 Et vt oſtendam, quod dixi quæſt. præced. *n.26.* cenſum ex titulo, quo transfertur, diuerſam naturam ſortiri, obſeruandum eſt reditum annuum ſimpliciter legatum alicui, quamuis adiectum non ſit, quoad legatarius viuet, morte eius finiri, *l. 22. ff. de vſu, & vſufruct. & redit. l.4. ff. de ann. leg. l.8. eod. tit.* quæ ait legatum hoc ſimile eſſe vſufructui & *l 6. ff. de vſufr. quemadm. caueat.* Cuiac. *ad d. l.22.* Caſtill. *de vſufruct. c.2. num.4.*
5 Vveſembec. *ad hunc tit. n.3.* & Duard. *in d. quæſt.26. n.30.*† Et quod noſtro tractatui valdè conuenit, illud exploratum eſt, reditus vltima voluntate relictos conſtitutione D. Pij V. non contineri, vt primus adnotauit Nauarr. *loc. cit.* & deinde Boninſign. *c.17. n.2.* Virgin. *part.1. n.76. & part.2. n.64. & 65.* Gutierr. *pract. quæſt. lib.2. c.22.* Seacc. §.1. *quæſt.1. n.200.* Vgolin. *de vſur. c.48. n.5* & alij quos recenſui *in d. quæſt.18. n.4.* Roder. *loc. cit.* qui congruenter noſtro tractatui inquit, in reditu legato nullum eſſe metum vſuræ, cùm in eo nullum ſit mutuum, nulla pactio, nulla extorſio, nulla negotiatio, nullum denique opus legatarij interceſſerit, & preſſiùs dicere potuit, cùm in eo nulla ſors debeatur, cui vſura accedere poſſit.
6 Secundò idem dicendum eſt in reditibus inter viuos donatione conſtitutos. Namque reditus annuus titulo donationis inter viuos transferri poteſt, vt multi docent apud Frideric. Martin. *d.c.3. n.2. & 3.* qui in probatione rei perſpicuæ laborare videtur. Verùm id apertiſſimè conſtat *ex d. l. ſancimus, in fin. & d. l. ſi quis argentum, §.1. C. de donat.* Et pro comperto tradit Nauarr. *vbi ſupra n.* 98. Molin. *d. diſp.* 385. *n.* 1. & 11. & alij apud Cencium, & Duardum *loc. cit.* quibus conſentiunt Garz. *in d. cap.4. n.* 44. Menoch. *in d. præſ.* 107. *num.*8. Lel. Zech. *de vſur. cap.* 10. *num.* 11. *verſ. decima ſexta.* Maſtrill. *loc. cit. n.* 187. Roderic. *in d. quæſt.* 3. *n.* 1. & Rot. *in d. dec.126. n.7.* & nos diximus *quæſt. præced. num.* 24. Qua ratione receptum eſt cenſum iure feudi, vel in feudum, quæ eſt ſpecies beneficij, in alium transferri poſſe, vt indicat *cap. 1. §. ſciendum, de feud. cognit.* & ibi Bald. Iſern. & Cuiacius notant, & alij, quos refert Martin. *in d. cap.3. num.4. & 5.* Petr. Gregor. *de conceſſ. feud. part.* 2. *quæſt.* 6. & Maſtrill. *ad eund. loc. cit. n.* 191. Qui ſanè reditus, cùm ex liberalitate donantis proueniat, qui vt poteſt fundos & agros donare ſimpliciter, vel in feudum, ita ex poſſeſſionibus ſuis certum reditum in alium transferre ab omni ſuſpicione fœnoris immunis eſt, & ideò ad conſtitutionem D. Pij non pertinere meritò ab iiſdem auctoribus proditum eſt.
7 Quod etiam recipiendum eſt, cùm donatione propter nuptias cenſus conſtitutus eſt, vel ex cauſa dotis, vt oſtendi poteſt *ex l. vlt. §. vlt. C. de iur. dot.* illis verbis, *ſi quis in dotem, vel prædia, vel certum reditum promiſit.* Et tradunt Couarr. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. Nauarr. *in d. comment. de vſur. num.* 98. & 99. Frideric. Martin. *loc. cit. num.* 7. & 8. Vgolin. *de vſur. cap.*48. *n.* 1. Duard. *in d. quæſt.* 25. *n.*52. idem ſenſit Maſtrill. *in d. quæſt.*5. *ad Gregor. num.*191. & *in dec.* 103. *num.* 2. vbi ait hac de re in ſupremis Siciliæ tribunalibus amplius non diſputari Quod tamen dubium videbatur poſt conſtitutionem D. Pij: ſed idem Pontifex ad expoſtulationem Siculorum declarauit cenſum in cauſam dotis conſtitui, & dari poſſe non ſeruatâ, quod attinet ad numerationem pretij, formâ dictæ conſtitutionis, vt refert Cencius *quæſt.* 48. *num.*13. & nos diximus *quæſt.*59. *n.*43.
8 Tertiò quibuſdam placuit cenſum ſententia iudicis conſtitui poſſe, vt Nauarr. *loc. cit. n.*99. vbi refert hoc in Hiſpania vſitatum eſſe. Quod genus cenſus licet quidam probare videantur, vt Frider. Martin. *in d.c.3. n.12.* & nouiſſimè Duard. *in d. quæſt.25. n.66.* & cum diſtinctione Maſtrill. *in d. quæſt.5. ad Gregor. n.*208. & *ſeq.* & Cenc. *in quæſt.*34. *n.*52. Duard tamen *loc. cit. num.* 68. *in fin.* ait videri ex forma conſtitutionis Pij V. irritum eſſe. Et memini me de veritate huius ſententiæ diſputaſſe *quæſt.*21. *n.* 14. & *ſeq.* nec enim mens erat de cenſu conſignatiuo ſcribere, vt initio dixi, & nunc dicam tantùm hoc genus cenſus mihi non placere.

Quartò quærendum eſt, an cenſus tranſactione conſtitui 9
poſſit. Quæ quæſtio duplicem dubitationem habet. Prima eſt, an cenſus ex natura rei tranſactione poſſit conſtitui, quod Felicianus negat *d.c.5. n.16.* & alij ferè omnes admittunt, & præſertim auctores Siculi. Altera an poſt conſtitutionem D. Pij id licitum ſit quod Cencius, & ſequax Cencij Duardus negant locis proximè referendis.

Et quoad primam ſpeciem attinet, vera, & communis ſententia eſt reditum annuum tranſactione creari poſſe, & in alium transferri. Ita enim docent Crauet. *in conſ.* 217. *n.*4. Foller. *in d. l. in de cenſib. §. huiuſmodi, n.*66. Intrigliol. *ad pragm. Regis Alphonſ. quæſt.*96. *n.*1. Marcell. Conuerſ. *ad eund.* & Maſtrill. *ad Gregor. loc. cit. n.*188. Roder. *de ann. redit. lib.*1. *q.*13 *n.*4 Frideric. Martin. *d.c.3. n.*10. & Duard. *in d. prom. q.*25. *n.*13. quod etiam videtur ſentire Auend. *d. tr. de cenſib. c.*41. *n.*1. qui licet ſe inuoluat, ita vt vix percipi poſſit, quid ſentiat, tamen *n.* 2. *in fin.* ſubiicit nihil intereſſe an per tranſactionem, vel alium titulum cenſus conſtituatur, dummodo ſeruetur æqualitas inter
contrahentes.† Cuius ſententiæ euidens ratio eſt, quia tran- 10
ſactio eſt legitimus modus acquirendi dominij, *l. cum mota, l. ſi pro fundo, & l. ſi quis maior, C. de tranſact.* Vt etiam vſucapiendi, & præſcribendi, *l. ex cauſa, C. de vſucap. pro empt.* & conſequenter ius cenſus tranſactione acquiri poſſe perſpicuum eſt. Et ſanè ſi ex tranſactione poſſum fundum, vel partem fundi alteri dimittere, vt exploratum eſt *ex d. l. ſi pro fundo,* licitum etiam erit, quod minus eſt, reditum annuum ex eodem fundo alij cedere, vel transferre, vt à lite diſcedamus.

Neque mouet quod primum obiicit Felician. *loc. cit.* cen- 11
ſum tranſactione conſtitui non poſſe, quia ſolius emptionis. & venditionis titulo creari poteſt. Hæc enim ratio petit principium, id eſt ſupponit verum id, de quo diſputatur. Et cùm ipſe *eod. c.5. n.*8. nixus eſſet probare cenſum non niſi venditionis titulo transferri poſſe, id perſuadere non potuit. Conſtat enim apertiſſimè, & titulo legati, & iure donationis, & dotis aliiſque modis acquiri poſſe *ex d. l. ſancimus, & l. ſi quis argentum, §.1. C. de donat. l. vlt. C. de iur. dot. l. vlt. C. de rer. permut. & ex tot. tit. de ann. & menſtr. legat. & ex tit. de vſufr. & red. legat.* & ratio naturalis ſatis euincit. Nam cùm liceat cuique fundum donare, vel teſtamento relinquere, conſequens eſt illi etiam fas eſſe partem fructuum, & redituum alteri donare ad tempus, vel in perpetuum, vel alio titulo transferre. Denique rebus ſuis hoc onus iniicere *d. l vlt. C. de rer. permut. & l. in re mandata, C. mandat.* ex quibus Feliciani ſententia meritò ab omnibus exploſa eſt.

Pari ratione nihil obſtat, quod ſecundo loco ait in hoc negotio vſuram latere, & mutuum, quia videtur tranſigens accepiſſe pecuniam & ſub vſuris mutuaſſe debitori, & vſura eſt aliquid vltra ſortem accipere. Nam reſpondeo in hac ſpecie nullam ſortem deberi, & peti poſſe, quod excludit rationem mutui, cui vſura accedere poſſit: vſura enim ſupponit ſortẽ, vt ait. Bald. *in l.2. n.*105. *ff. de iureiur.* & is, qui cenſum ex tranſactione ſtipulatus eſt, reditus annuos percepit, non vſuras ſortis ſibi debitæ, vt perſpicuum eſt: nam & fructus rei perciperet, ſi fundus ex trãſactione ſibi traditus fuiſſet. Vel ſi de certa pecuniæ quantitate conuenit, & is, qui ex tranſactione debitor eſt in ſolutũ reditum annuum ſuper ſuis rebus alteri conſtituit, certum eſt illum datione cenſus in ſolutum liberari *l. ſi quis aliam, 46. & l. qui res, 98. in princ. ff. de ſolut. l.*176. *de verb. ſignif.* Pariſ. *in conſ.*81. *n.*35. *lib.*2. & Heting. *de fideiuſſ. c.*20 §.2 *n.* 9. & proinde hic etiam nullam ſortem eſſe, cui vſura applicari poſſit. Denique ſi vera eſſet Feliciani ratio, multo magis locum haberet in cenſu numeratâ pecuniâ empto, & conſtituto, quàm in hoc negotio, in quo non interuenit pecunia, & proinde magis diſtat à mutuo, quod contrahi non poteſt, niſi interueniat pecunia *l.*2. §.2. *verſ. item mutuum eſſe non poteſt, niſi proficiſcatur pecunia, ff. de reb. tredit.*

V 4 Denique

Denique nihil mouere debet, quod vltimo loco ait, quod ſi licita, & iuſta eſt ea forma conuentionis, eo maximè iuſta dicenda eſt, quod differt alter ſolutionem, & pecunia vtitur aliena: ſed ex hoc non poteſt defendi huiuſmodi conuentio, quoniam cùm tempus, & pecunia non recipiant æſtimationem, neque pretium, nihil prò eorum vſu accipi poteſt, aliter vſuram contrahi manifeſtum eſſe. Nam reſpondeo primò non magis differre ſolutionem, & vſum pecuniæ concedere, qui reditum in ſolutum accipit, quàm qui fundum, vel domum. Et proinde vt datio in ſolutum fundi, vel domus licitus contractus eſt, & ab omni fœnore remotus *d.l.46.& 98.ff.de ſolut. l. 4. C. de euict.* & fructus rei datæ in ſolutum non minuunt ſortem, vt ſcribit Eminent. Mantic. *de tac.& amb.conuent.lib.11.tit.8.n.28.* & nos diximus *quæſt. 46. n. 1. & 2.* ita etiam ſtipulatio reditus loco pecuniæ ex tranſactione debitæ natura ſua licitus, & legitimus contractus eſt, & immunis ab omni fœnore. Deinde ſi vera eſſet obiectio Feliciani, multò magis obiici poſſet, cùm in conſtitutione cenſus interuenit pecunia, & ad manus venditoris peruenit. Verius enim dici poſſet venditorem aliena pecunia vti, & propter illius vſum aliquid ſoluere vltra ſortem. Sed hoc in cenſu pecuniâ numeratâ empto falſum eſt, vt Felicianus admittit, ergo multo magis in cenſu ex tranſactione conſtituto, in quo nulla interuenit pecunia, ſed pro eo iure quod vnus ex litigatoribus habet, reditum annuum ab alio acquirit finiendæ litis gratia, vt licitè fundum, vel partem fundi accipere potuiſſet, & fructus percipere. Reiecta igitur Feliciani ſententia, quæ ab omnibus exploſa eſt, vt dixi, dicendum eſt cenſum ex natura rei tranſactionis titulo licitè acquiri poſſe.

12 Altera dubitatio eſt, an poſt conſtitutionem Diui Pij cenſus ex tranſactione licitè conſtituatur. Et ſanè non valere, & illicitum eſſe ſenſit Cencius *in d. quæſt. 44. n. 7.* & Duard. *in quæſt. 25. n. 54.* quia in huiuſmodi cenſu non interuenit pecunia numerata, vt conſtitutione Diui Pij cautum eſt. Ego vero puto duas ſpecies ſeparandas eſſe. Prima eſt cum lis fuit de fundo aliquo, vel hæreditate, in qua erant prædia, & alia bona fructifera, & in tranſactione nulla fit pactio de certa pecuniæ quantitate ſoluenda, ſed pro omni iure, quod quis habet in hæreditate, vel fundo, de quo cõtenditur, tranſactum vt vnus prædium, & hæreditatem habeat, & poſſideat, alter reditum annuum decem, vel viginti aureorum ex fundo, vel ex aliquo prædio hæreditatis percipiat, vel retineat; & hoc caſu puto cenſum validum eſſe, neque conſtitutione Diui Pij contineri, quia conſtitutio iis tantum cenſibus formam præſcripſit, qui pretio interueniente conſtituuntur, & de quibus dubium erat, an eſſet liciti ob metum vſuræ, quæ ſub nomine cenſus agitabatur, vt notat Nauarr. *loc. citat.* Boninſing. *d. cap. 17. n. 1. & 2.* Molin. *diſp. 382. num. 2.* & ipſe Cencius *quæſt. 48. n. 12.* ſed in hac conuentionis forma nullum interuenit pretiũ, nulla eſt effigies vſuræ, nec vnquam in dubium reuocatum fuerat, an eſſet licitus iſte tranſigendi modus,
13 proinde dicendum eſt, conſtitutione Pij V. non prohiberi.† Denique vt inter litigantes ita res tranſigi poteſt, vt vnus fundi proprietatem habeat, alius vſumfructum: & ſtultum eſſet id in dubium reuocare. Nam poteſt vſusfructus non tantùm teſtamento relinqui, ſed pactionibus, ſtipulationibus, & aliis contractibus conſtitui *l.3. in princ.ff. de vſufr.leg.4. C. de vſufr. & habit leg.8. ff. de peric.& commod.rei vendit.Inſtit.de ſeruit. in fin.* Vveſembec. *ad tit. de vſufruct. accreſc. num. 1.* ita prorſus fas eſt ita tranſigere, vt vnus rei dominium, alter ex ea re reditum conſequatur, vt comperi deinde docuiſſe Crauetam *in d. conſ. 217. num. 4.* Menoch. *in d. præſcrip. 107.*
14 *num. 9.* Martin. *d. c. 3. n. 10.* † Idémque dicendum exiſtimo, ſi in diuiſione cenſus conſtitutus ſit, veluti cùm duo prædium, vel hæreditatem communem habent, illamque inter ſe ita diuidunt, vt vnus totam hæreditatem, vel prædium habeat, alter verò reditum ex eadem hæreditate, vel prædio. Vt enim diuiſio ita fieri poteſt, vt vnus totam rem habeat, alius pecuniæ quantitatem accipiat *l.10.ff. comm. diuid.* vel alius proprietatem, alius vſumfructum habeat *l. 6. ff. de vſufr.* ita prorſus fieri poteſt, vt vnus totam hæreditatem, vel prædium habeat, & viciſſim ſocio, vel cohæredi reditum præſtet, vt in tranſitu notat Roderic. *in d. quæſt. 3. n. 2.* & tradit Petr. Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib. 3. cap. 3. n. 47.* & confirmari poteſt ex his, quæ de cenſu reſeruatiuo diximus *quæſt. præced. n. 1.* & qui procul dubio in hac conuentionis forma contrahitur, & proinde ab omni vſuræ ſuſpicione remotus eſt, neque conſtitutione Pij V. continetur, vt in ſpecie comperi his iamdudum ſcriptis docuiſſe Merend. *controu. iur. lib. 11. cap. 13. num. 2. & 4.*

Secunda ſpecies eſt, cùm lis de pecunia fuit, vel mercibus, 15
& aliis ſimilibus rebus, tranſactum eſt vt vnus ex litigatoribus alteri certam pecuniæ quantitatem refundat, vt à lite diſcedatur, puta quingentos aureos, vt *in l.2. & l.ſi ſuper, C. de tranſact.* quos cùm non habeat, cedit in ſolutum reditum annuum ſuper aliquo eius prædio, donec illam pecuniam ſoluat. Et hoc caſu puto conſtitutioni locum eſſe, quia conſtat illam obtinere in emptionibus redituum, & in iis contractibus qui vicem emptionis obtinent, vt iidem Nauarr. & Vgolinus docent *loc. cit.* In hoc verò negotio non tantum tranſactio intercedit, ſed & datio in ſolutum, ſcilicet reditus pro ſumma, de qua conuentum eſt, quæ vicem venditionis obtinet, & proxima eſt venditioni *l. eleganter, ff. de pign. act. l. ſi præd. C. de euict. l. 4. §. de illo, ff. de vſucap.* Tiraq. *de retract. conſang. §. 1. gloſ. 14. n. 3.* & hoc caſu verum eſt, cenſum non conſiſtere, quia conſtitutio Pij V. in creatione cenſus exigit numerationem pecuniæ, vt dicunt Cencius, & Duard. *loc. cit.* quorum ſententia hoc caſu recipi poteſt.† Quam etiam locum habe- 16
re puto, licet de re immobili eſſet cõtrouerſia. Nam ſi de certa quantitate conueniat, & eius loco reditus promittatur, donec ea pecunia ſoluta ſit, cenſus irritus eſt, & conſtitutione D. Pij prohibitus, quia non interuenit vera, & naturalis pecuniæ numeratio, quam conſtitutio exigit, vt dictum eſt, & in re ſimili cenſuit Rota poſt Cencium *in dec. 2. n. 8. & dec. 122. n. 2.* Molin. *diſp. 382. n. 2.* & ipſe Cencius, *in d. quæſt. 48. n. 11.* tametſi hoc caſu admittenda ſit æquitas *l. curabit, de act. empt. & l. Iulianus, § veniunt. ff. eod. tit* ne is, qui cenſum ſoluere promiſit, re, & pretio fruatur cum aliena iactura, vt cenſuit Rota poſt eundem Cencium *in dec. 124. n. 5.* & docet Gratian. *diſcep. cap. 588. n. 21.* & nos aliis citatis diximus *quæſt. 41. n. 17.*

Neque contrarium, quod quidam tradunt cenſum datione in ſolutum rectè conſtitui, vt Maſtril. ad Gregor. *in d. quæſt. 5. n. 172. & 190.* Intrigliol. *d. lib. de cenſib. quæſt. 97. n. 1.* & multis aliis citatis Conuerſan. *in notis ad eund.* & nos diximus *quæſt. 60. n. 8.* quia id accipiendum eſt in terminis Bullæ Nicolai V. ex iure communi, non autem in terminis conſtitutionis Pij V. in quibus nos loquimur, vt notant Roderic. *lib. 1. quæſt. 13. num. 3.* Molin. *diſput. 390. num. 2.* & alij apud Conuerſanum *loc. cit.*

Quintò, ex ſententia quorundam cenſus ex permutatione 17
conſtitui poteſt, veluti cùm quis prædium, vel alias res alterius habere deſiderans, & pecunia carens, cenſum alteri conſtituit. Hoc enim titulo cenſum hunc validè acquiri poſſe ſentiunt Conrad. *de contract. quæſt. 79.* Molin. *d. diſp. 383. n. 11.* & Martin. *in d. c. 3. n. 11.* & probari poteſt *ex d. l. vlt. C. de rer. permut. & l. vlt. § vlt. ff. de contr. empt.* ſed Duard. *in d. quæſt. 25. n. 45.* putat hoc genus cenſus eſſe contra formam conſtitutionis Pij V. quæ numerationem pecuniæ exigit in ipſo contractu, niſi dicamus hanc, & alias conſtitutiones Pontificum loqui de cenſu conſignatiuo redimibili emptionis, & venditionis titulo conſtituto, & propterea non pertinere ad impoſitionem cenſus factam titulo permutationis, id tamen valde dubium, & ſuſpectum ſibi videri, quia conſtitutiones videntur complecti cenſum quocunque titulo oneroſo conſtitutum, cùm militet eadem ratio, & non minus vſura admitti poſſit in cenſibus aliis oneroſis, quàm in iis, qui titulo emptionis conſtituuntur: in omnẽ tamen euentum dictas conſtitutiones non comprehendere cenſum conſignatiuum irredimibilem, cùm loquantur tantũ de redimibili. Et licet cenſus conſignatiuus redimibilis non poſſit conſtitui titulo permutationis, poſſe nihilominus iam cõſtitutum hoc titulo in alium transferri, quia conſtitutio D. Pij de cenſus iam conſtituta alienatione nihil loquitur, & ita aliis auctoribus citat docere Cenc. *art. 6.* quem refert, & nunc eſt *quæſt. 71. impreſſionis nouiſſ. n. 13.*

Sed mihi etiam difficilis, & ſuſpecta eſt huius auctoris defi- 18
nitio. Quod enim inquit ſanctiones Pontificũ comprehẽdere cenſus non ſolùm emptione, ſed quolibet alio titulo oneroſo conſtitutos, verum non eſſe conſtat ex his, quæ proximè diximus,

dixìmus,cenſum ſcilicet ex cauſa dotis transferri poſſe; quæ cauſa proculdubio oneroſa eſt propter onera matrimonij *leg. ſi is qui, paragr. 1. ff. de iur. dot. l. 20. C. eod. leg. 19. ff. de oblig. & act.* & nos diximus alio loco: vt etiam reditus ex cauſa tranſactionis impoſitos, vel reſeruatiuos, & vitalitios, quorum cauſa etiam oneroſa eſt, quos tamen conſtitutiones non comprehendere docet ipſe Duard. *ead. quæſt. 25. n. 48. & 52.* Vt etiam mihi non ſatisfacit, quod ait vſuram æquè admitti poſſe in cenſibus, qui aliis titulis oneroſis, quàm venditione conſtituuntur, quia in venditione cenſus interuenit quantitas, & pretium *d. l. 1. ff. de contrah. empt.* cui facilius vſura accedere poteſt, quàm in aliis quamuis ex cauſa oneroſa initis, in quibus nulla interuenit quantitas, cui applicentur vſuræ, vt in cenſibus, permutatione, tranſactione, vel in dotem conſtitutis, & aliis ſimilibus, in quibus vix eſt, vt vſura deprehendi poſſit ſecundùm ea, quæ dicta ſunt. Vnde puto aliquas ſpecies ſeparandas eſſe.

19 Prima eſt, cùm dominus permutat prædium cum reditu ſibi ex fructibus eiuſdem prædij præſtando: & hoc caſu certum eſt, huiuſmodi reditum valere, neque conſtitutionibus Pontificum de cenſibus coërceri: pertinet enim hæc ſpecies ad cenſus reſeruatiuos, quos licitos eſſe, & dictis conſtitutionibus non contineri diximus *quæſt. 41. num. 1.* & cenſuit Rota apud Coccinum *in dec. 205. in fin.* & tradit ipſe Duard *in d. quæſt. 25. num. 48.* vt de conceſſione libellaria, quæ eſt proxima cenſui reſeruatiuo diximus *quæſt. 89.*

20 Secunda ſpecies eſt, cùm is qui prædium permutat cum reditu, illum ſibi præſtari ſtipulatur ex aliis bonis promiſſoris, vel ſimpliciter nullo deſignato fundo: & in hac forma puto cenſum ſuſtineri pro ratione fructuum, qui deductis ſumptibus, ex re percipiuntur propter æquitatem *d. l. curabit, C. de act. empt. & l. 6. C. de pact. inter empt. & vend.* & propter æquitatem *l. 17. ff. de condict. indeb.* quæ ait natura æquum eſſe neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem, & ex his quæ ſcripſimus *d. quæſt... n. 27. & rurſus quæſt...*

21 Tertia ſpecies eſt, cùm quis frumentum, merces, gemmas, & alias res ſteriles cum reditu annuo permutat, & hoc caſu ſentio reditum huiuſmodi inutilem eſſe, quia ceſſat illa ratio commodi percepti, quam ad ſuſtinēdum contractum permutationis rei cum reditu perpendi in ſpecie præcedenti: atque etiam quia repugnat conſtitutio Diui Pij V. qua ſancitum eſt vt non aliter cenſus conſtituatur quàm recepto in pecunia numerata integro pretio, & cōſtitutionis forma non ſeruata, cenſum irritum eſſe perſpicuum eſt *l. cum hi §. ſi prætor. ff. de tranſact. l. vlt. C. de vendend. reb. ciu. l. 1. C. de præd. decurion.* Paul. Gallerat. *cent. 1 renunt. 20. n. 3.* & tradit Cencius multis locis, & præſertim *quæſt. 48. n. 17. & 18. & quæſt. ſeq. n. 45.* Et licet conſtitutio Pij V. videatur iis cenſibus tantum formam dare, qui titulo emptionis acquiruntur, vt dictum eſt, ideóque non ſit ad alios cenſus porrigenda, quæ aliis iuſtis titulis conſtituuntur, qualis profectò eſt permutatio, quæ eſt iuris gentium, & omnium commutationum vetuſtiſſima *l. 1. ff. de*

22 *contrah. empt.* † Tamen in hac conuentionis forma conſtitutioni locum eſſe puto, quia conſtitutio porrigitur ad eos titulos, qui emptioni proximi ſunt, vt docent Nauarr. *in d. comment. de vſur. num. 98,* & Boninſing. *in d. cap. 17. num. 1.* ſed permutatio eſt vicina emptioni, vt ait *l. vlt. ff. de rer. permut.* & notat Eminent. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 2. in fin.* alioquin facile inuenta via eſt, quæ prouida ſummi Pontificis conſtitutio eludatur. Quid enim prodeſſet ſanxiſſe, vt non niſi iuſto recepto pretio in pecunia numerata cenſus conſtitui poſſit, ſi licet gemmas, frumentum, & alias ſpecies cum reditu permutare. Et in hac ſpecie puto Duardi ſententiam recipiendam eſſe, tametſi circa finem *quæſtionis 41. num. 40.* auſus non fuerim id definire.

23 Declaratur hæc ſpecies, vt locum habeat in terminis conſtitutionis D. Pij V. quia ſi ius commune, & naturale ſequimur, certum eſt, cenſum permutatione harum rerum acquiri poſſe, tametſi Felic. *in lib. 1. de cenſib. c. 4. n. 10.* & imbutus à Feliciano Rodericus *lib. 1. quæſt. 13. n. 5.* exiſtimetur non valere, quia hæc forma contractus non eſſet venditio, quæ ratio leuiſſima eſt, ſiquidem conſtat cenſum iiſdem titulis acquiri poſſe, quibus res aliæ comparantur, vt diximus *n. 27.* & proinde, vt aliæ res ex cauſa permutationis acquiri poſſunt *l. 1. ff. de rer. permut. l. 1. ff. de contr. empt.* ita etiam ius reditus ex cauſa permutationis acquiri poteſt, atque etiam quia id apertiſſimè conſtat *ex l. vlt. C. de rer. permut.* & ita rectiſſimè docent Card. *de tacit. & amb. conuent. li. 25. tit. 3. n. 4.* & aduerſus Felicianum Duard. *in §. 2. quæſt. 2. n. 36.* & aduerſus vtrumque Salas *de cenſib. dub 8. num. 5.* vbi ait Felicianum, & Rodericum fruſtrà, & inaniter contendere, an contractus ſit venditionis, vel non, quia ius reditus non ſolùm venditione acquiri poteſt, ſed & donatione, legato, & permutatione, quæ emptio quædam virtualis eſt. Ita Salas, & poſt Salas Emin. de Lug. *d. diſp. 27. num. 82. & 83.*

Quarta ſpecies eſt, cùm quis pro reditu pecuniam & ſpecies 24 inæſtimatas, velut gemmas, vniones, aceruum tritici, & res ſimiles permutat, & hoc caſu puto reditum omnino nullum eſſe, & conſtitutione Pij V. prohibitum, & conſequenter fructus ſorti imputandos eſſe, quia cùm conſtitutio iubeat, vt non niſi integro recepto pretio in pecunia numerata cenſus creari, & conſtitui poſſit, conſequens eſt hanc ſpeciem cenſus vitioſam, & illicitam eſſe, veluti non ſeruatâ formâ dictæ cōſtitutionis: cuius defectum actum vitiare compertum eſt, vt dixi *ex d. l. vlt. C. de vend. reb. ciu.* & aliis: neque ſuſtineri etiam reſpectu pecuniæ numeratæ, quia cùm vitium circa formam ſubſtātialem exiſtat, vtile per inutile vitiatur, vt docet Alciat. *in l. 1. verſ. ſed ſi mihi, n. 6. de verb. oblig.* & aliis citatis Decius *in conſ. 12. n. 29. & 30. lib. 1.* & latiſſimè omnium Paul. Gallerat. *loc. cit.* vbi ait ex minimo defectu formæ totum actum vitiari.

Nec valde commoueor ob doctrinam eiuſdem Feliciani, 25 qui de hac forma contractus differens *lib. 1. c. 4. n. 6. part. 2.* in hunc ferè modum diſtinguit: vel enim mercium valor pecuniam numeratam excedit, & hoc caſu putat cenſum irritum eſſe, quia tunc permutatio contrahatur, non venditio, indubitatum verò eſſe cenſum permutatione creari non poſſe. Idémque eſſe cum pecunia, & mercium valor concurrunt ob eandem rationē, quia etiam hoc caſu permutatio ineatur. Si verò pecunia numerata ſuperet valorem mercium, cenſum reſpectu pecuniæ receptæ ſuſtineri, improbari autē quoad merces, quia tunc venditio conſiſtat, licet quoad merces, effectum non habeat: & in hac ſpecie vtile per inutile non vitiari *l. 9. & l. 29. ff. de vſur. & l. eos verſ. ſi quis autem, C. eod.* Nam illius traditiones omnino fallaces ſunt, & imperfectæ, denique ab omnibus tribunalibus ablegandæ. Si enim inſpicimus ius commune, & naturæ, conſtat reditum annuum, vt aliis legitimis titulis, ita permutatione acquiri poſſe. Et perpetuus, & pertinax error Feliciani eſt, vt non niſi emptione, & venditione cenſus creari poſſit, qui refellitur *ex l vlt. C. de iur. dot. & l. vlt. C. de rer. perm.* & aduerſus Felicianum docent Salas, & Duard. *loc. cit.* quamobrem cùm ex iure ciuili, & gentiū cenſus non ſolum titulo emptionis, ſed etiam permutationis conſtitui poſſit, fruſtrà quæritur, an in hac forma contractus emptio, vel permutatio ineatur. † Si verò inſpicimus ius Pontifi- 26 cium nouiſſimum, id eſt conſtitutionem D. Pij, quæ huic contractui formam dedit, certum eſt contractum omnino illicitum, & irritum eſſe, neque etiā proportione pecuniæ ſuſtineri ſiue pecunia ſuperet merces, vel ſuperetur à mercibus, & ſiue contractus ſit venditio, quod eſt certiſſimum, quia conſtitutio pro forma exigit pretij ſolutionem integraliter fieri in pecunia numerata, vt dictum eſt: ſiue contractus ſit permutatio, quia cum ſit proxima emptioni, vt dixi *ex l. vlt. ff. d. rer. permut.* & vicem emptionis obtineat *l. 2. C. eod.* Mantic. *de l. 25. tit. 2. in fin.* conſtitutione Pij V. continetur: & proinde in terminis dictæ conſtitutionis nihil refert an pecunia ſuperet merces, vel æquet, vel ſuperetur à mercibus, quia ſemper, & indiſtinctè hoc ius cenſus cum gemmis, mercibus, & ſimilibus ſpeciebus inæſtimatis commutari non poteſt, vt dictum eſt.

Quinta & vltima ſpecies eſt, cum pretium cenſus partim 27 in pecunia, partim in ſpecie æſtimata ſoluitur. Quæ ſpecies diuerſa eſt ab ea, quam vexauit Felicianus *in d. cap. 4. num. 6.* Hanc tamen tractat Cencius *in d. quæſt. 49.* vbi reſumit diſtinctiones Feliciani, quæ tamen nihil ad hanc ſpeciem pertinent. Nam ſi ponimus, vt in hac ſpecie pretium cenſus partim in pecunia, partim in mercibus, vel aliis rebus ęſtimatis ſolutum eſſe, exploratum eſt hìc emptionem contractam eſſe non permutationem *ex l. pretij C. de reſcind. vendit. & arg. l. ſi pro mutua C. ſi cert. pet. l. 1. C. de rer. permut.* & Paul. Caſtrenſ. *in l. 1. n. 10.*

n.10. ff. eod. Alciat. in l.2. n. 23. ff. de reb. credit. Tiraquell. de retract. lib.1. §.1 gloſ.14. n.19. Auendan. de cenſib. cap.37. n.22. Duard. in d. quæſt. 2. n. 24. & aduerſus Arium Pinell. Emin. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 19. n. 5. & 6. vbi teſtatur hanc communem eſſe ſententiam. His igitur diſtinctionibus, ſeu caſibus Cencij prætermiſſis, quæ nihil ad definitionem huius rei pertinent, ſimpliciter dicen-
28 dum eſt, † hanc ſpeciem cenſus nunc poſt conſtitutionem Diui Pij V. & vbi recepta eſt, irritam, & illicitam eſſe, neque pro parte pecuniæ ſuſtineri poſſe, ob eam ipſam rationem, quam in ſpecie proxima adduxi, quia ſcilicet conſtitutio iubet, vt non niſi integro recepto pretio in pecunia numerata cenſus conſtituatur. Qua ratione ita ſentiunt Nauarr. Molin. alij Theologi quidam apud Cencium in d. quæſt. 49. num. 24. quibus conſentiunt Virgin. de Boccat, part.2. n.50. Vgolin. de vſur. cap.51. n.3. Ioan. Bapt. Coſta de remed. ſubſidiar. c. 124. n. 9. & Duard. in d. §.2. quæſt. 1. n. 15. & in tranſitu dicimus in quæſt.41. num. 29. & diligentius exequar, cum de cautionibus in pretio cenſus adhibendis agam, ſi mihi Deus vires, & vitam dabit, quem ſupplex interim rogo, vt mentem, manúmque regat, ne quid excidat, quod à veritate, & iuris ratione ſit alienum.

29 Denique quærendum eſt, an cenſus titulo emptionis acquiri poſſit, & olim id quidem durum & difficile quibuſdam videbatur, & ipſemet Baldo magni ingenij viro in conſ. 279. in princ. part.2. vbi ait, *vendidit, ſed quid vendiderit non intelligo*, quaſi in hoc genere contractus nulla res ſit quæ vendi, & emi poſſit, & compertum ſit emptionem, & venditionem ſine re, quæ veneat, non conſiſtere l.8. de contr. empt. l. 1. & 7. ff. de hæred. vel act. vend. ſed potius videatur in hac forma contractus mutuum contrahi, & nummus nummum parere, quod eſt vſurarium, & prohibitum. Denique hoc genus commercij nomine tantum, & non re à mutuo differre, aliiſque argumentis vtebantur, quæ in hoc ferè incidunt, & recenſentur à Fri-
30 derico Martino in proœm. de iur. ann. redit. n.5. & ſeqq. † Nunc verò poſt tot conſtitutiones Diuorum Pontificum, & præſertim D. Pij V. qui huic contractui formam dedit, & poſt auctoritatem tot rerum vbique iudicatarum, & omnium ferè iuris auctorum receptam ſententiam, denique poſt totius orbis Chriſtiani praxim, & conſuetudinem, ſtultiſſimum videtur iuſtitiam, & validitatem huius contractus in dubium reuocare. Tametſi tot erant huius rei iure noſtro impreſſa veſtigia, vt facilè appareret hoc genus contractus legibus co-
31 gnitum eſſe, & iuris ciuilis regulis non aduerſari. † Etenim in nouell. 72. c.7. in fin. tutoribus, & curatoribus permittitur ex pecuniis minorum reditus comparare, cautè tamen, & ab idoneis venditoribus; & nominatim contractus emptio dicitur, vt conſtat illis verbis, *ſcienti quod ſi quid horum neglexerit, huiuſmodi emptionis ipſum reſpiciet periculum*. Et in fine rubricæ, quæ eſt veluti epitome dictæ conſtitutionis, ita ſcriptum legitur, *aut ex eis reditum comparari*. Præterea in nouell. 160. cuius multis locis mentionem fecimus, apertiſſimè definitur hoc genus commercij differre à mutuo, & à præſtatione vſurarum, & licitum eſſe, quæ tamen conſtitutio in vulgatis codicibus deſiderabatur, vt notat Couar. variar. reſol. lib. 3. c.7. n.3. & Frideric. Martin. de iur. cenſ. c.3. n.138.

32 Rurſus id ſatis indicabant l.22. & 23. & totus tit. de ann. & menſtr. leg. 22. & 32. §. hæredis, & totus tit. de vſu & vſufr. & red. l.34. §. ſin autem, ff. de donat. l. vlt. §. vlt. C. de iur. dot. ex quibus locis conſtat reditum annuum donatione, & titulo legati, & fideicommiſſi, vel dotis in alium transferri poſſe. Et proinde veluti rem in commercio hominum poſitam in contractum emptionis, & venditionis deduci poſſe. Et ratione hac probari potuit, quia cui ius eſt donandi, eidem ius vendendi eſt, l.8. §. ſed ſi, ff. quib. mod. pig. ſol. l. 163. de reg. iur. Plus enim eſt donare, quàm vendere, vt inquiunt Cuiacius, & Petr. Fab. in l. non debet, ff. eod.

33 Denique quia conſtabat vſumfructum alicuius agri, vel domus, vt donari, & teſtamento relinqui, ita poſſe pecunia vendi, & conſtitui ex l. neceſſario §. vlt. ff. de peric. & comm. rei vend. illis verbis, *ſi vſumfructum mihi vendis*, & l.3. §. vlt. ff. de vſufr. vt etiam ſeruitutes prædiorum pecunia, & aliis modis conſtitui poſſe l.5. ff. de ſeruit. & conſequenter facilè colligi potuit licitum eſſe reditum, ex eodem fundo certo pretio in alium transferre. † Ita vt minus mirum videri debeat, ſi tandem 34
Martini. V. & Calixti III. ſummorum Pontificum conſtitutionibus venditiones horum redituum approbatæ ſint, & deinde ab aliis Pontificibus confirmatæ, & præſertim conſtitutione D. Pij V. vt initio dictum eſt, & eorum vſus nunc ſit inter Chriſtianos frequentiſſimus, vt notat Gudelin. de iur. nouiſſ. lib.3. cap.3. n.45. vbi etiam ſcribit ex d. Nouell. 160. & ex epiſtola quadam Plinij ad Caninium lib. 7. hoc genus contractus antiquis cognitum fuiſſe.

Neque ſcrupulum mouere debent, quæ initio diximus, quia 35
contractus huiuſmodi non mutuum eſt, ſed vera emptio, & venditio, quæ iure gentium recepta eſt l. 5. ff. de iuſt. & iur. l.2. ff. loc. nam ſicut in aliis rebus emptio, & venditio rectè cõtrahitur, vbi de re, & pretio inter partes conuentum eſt Inſtit. de empt. & vend. in princ. & §. pretium, & l. nec emptio 8. ff. de contrah. empt. ita cùm in hac contractus cenſualis forma res ſit, (nam de conſenſu, & pretio non ambigitur,) quæ vendi poteſt, ius ſcilicet percipiendi reditum ex re aliena, quod vt poteſt donari, & teſtamento relinqui, vt proximè dictum eſt, ita poteſt certo pretio in alium transferri, perſpicuum, & ſine controuerſia eſt hîc veram emptionem eſſe, ideóque contractum hunc natura ſua licitum eſſe. † Vnde emptor cen- 36
ſus percipiens reditus non intelligitur aliquid percipere vltra ſortem, vt in mutuo, quia in conſtitutione redituum pretium fit accipientis, neque ab eo repeti poteſt, vt in aliis venditionibus receptum eſt l. 11. §. 2. ff. de act. empt. quod repugnat mutuo, de cuius ſubſtantia eſt, vt aliquando reſtitui debeat, vel non eſt mutuum, vt conſtat ex l.2. & 3. ff. de reb. cred. & l. ſi ego 18. eod. tit. & docet Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 3. num. 24. & 25. proinde cùm in contractu cenſus nulla ſit ſors, quaſi debeatur, & repeti poſſit ab inuito, conſequens eſt, reditus non eſſe acceſſiones ſortis, ſed iuris iuſto pretio empti, & conſtituti: & ea prorſus ratione, qua is, qui vſumfructum emit, & percipit fructus, eos licitè capit, neque dicitur aliquid accipere vltra ſortem. Quamobrem dominus cenſus ſingulis annis penſiones percipiens non recipit ſortem ipſam per partes, vt quidam obiiciunt, nec aliquid vltra ſortem, ſed fructus iuris quod emit: qui licet procedentibus annis pretium ſuperent, non tamen hæc iuſta cauſa eſt improbandi contractus, nam & hac ratione aliarum rerum emptiones euerti poſſent, ex quarum fructibus etiam emptor progreſſu temporis plus conſecuturus eſt. Et proinde nihil proponitur, hoc hoc genus contractus improbare debeamus. Atque ita ego emptiones redituum preſsè, & paucis tueor, quas diligentius, & prolixius tuentur inter Theologos Molin. de contract. diſp. 385. n.6. & ſeqq. Maldet. tract. 5. cap.5. dub.3. & Salas lib. de cenſib. dub.2. & inter Iuris conſultos Frideric. Martin. d. cap.3. à num.137. Cencius de cenſib. quæſt. 45. num. 5. vſque ad fin. & Duard. in proœm. conſtit. Pij V. quæſt.28. & ante illos Didac. Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap.7. num. 3. vbi obiectiones, quæ illa ætate aduerſus hoc genus contractus iactabantur, doctiſſimè refellit. † Vnde 37
ſatis Cencio mirari non poſſum, quod ſcripſerit videri Didacum ſenſiſſe cenſum huiuſmodi non poſſe per contractum venditionis in alium transferri, eiuſque duas rationes referat, & refellat, quaſi vir doctiſſimus ita re vera ſenſerit loc. cit. Etenim certum eſt Didacum Couarruuiam magni ingenij virum ſenſiſſe emptionis titulo reditus annuos conſtitui, & transferri poſſe, & huiuſmodi contractus tanquam licitos, & congruentes iuri comprobaſſe. Poſtquam enim argumenta retulit eorum, qui hoc genus contractus improbarunt, inter quæ ſunt duæ illæ rationes, quas Cencius retulit, & refutauit, contrariam ſententiam, id eſt eorum, qui licitam eſſe horum redituum emptionem putant, multis, validiſque rationibus confirmare nititur, & ex eo potiſſimum, quòd vſusfructus pecunia emi poſſit, & annuus reditus ſi merx quædam, & inter immobilia cenſeatur, & conſequenter pecuniâ poſſit comparari, vt poteſt donatione conſtitui: & auctoritate Iuſtiniani in d. nouell. 72. & nouell. 160. Denique ait, poſt variam, & ſatis controuerſam veterum concertationem tandem hanc ſententiam probari conſtitutione prima à Martino V. condita anno 1423. & ſecunda à Calixto III. anno 1455. quæ inter extrauagantes communes habentur tit. de empt. & vend. Deinde duas illas rationes, quibus Didacum

cum moueri Cencius ſcribit, & alias quæ contra hoc genus contractus obiici conſueuerant, iiſdem fundamentis refellit, quibus ferè Cencius illis reſpondere conatus eſt, & poſt longam diſputationem ita concludit. *His igitur verbis conſtat licitam eſſe horum redituum emptionem, etiamſi in pecunia penſio ſoluenda ſit.* Non eſt igitur de ſententia Didaci dubitandum.

38 Ex quibus etiam patet Duardum *in d. proœm. quæſt. 25. n. 21.* malè ſcripſiſſe improbabilem videri opinionem Couar. *in d. cap. 7. n. 3. verſ. quarto*, & aliorum exiſtimantium cenſum huiuſmodi per contractum venditionis in alium transferri non poſſe, eo quod deficeret res, quæ diſtrahatur, quia verius eſt Didaeum exiſtimaſſe reditus annuos emi, & vendi poſſe, & in hac forma contractus veram emptionem iniri, iuris ſcilicet percipiendi reditum, quod ſubit rationem rei, ſeu mercis: & præſertim in reſponſione primæ, & quartæ rationis contrariæ ſententiæ. Quamobrem perſpicuum eſt vtrumque rationes dubitandi, quas Didacus præmiſit veritatis indagandæ gratia, vt in actibus fieri ſolet, pro rationibus decidendi ſumpſiſſe, quod ſatis incutanter, & inciuiliter ſcriptum eſſe videtur.

39 Neque tantùm Didacus ſenſit licitam eſſe emptionem redituum iam conſtitutorum, quod minùs dubium erat, ſed etiam eorum qui in ipſo actu venditionis conſtituuntur, & certo pretio in alium diſtrahuntur. Ait enim *eod. loc. verſ. cæterum quæres*, obſeruandum eſſe has conſtitutiones Romanorum Pontificum, Martinum, & Calixtum intelligi, qui contractus hos licitos eſſe decreuerunt, non tantùm obtinere in reditibus antiquitùs conſtitutis, nam hi vendi, & emi poſſunt abſque aliqua dubitatione, ſecundum Abbat. *in diſp. incipienti, Augerio, vlt. dub.* ſed etiam in his reditibus, qui tempore contractus nouiter conſtituuntur, quod in iiſdem conſtitutionibus apertiſſimè probatur, & tenent expreſſim communiter Doctores, præſertim Conrad. *quæſt. 79.* Ioan. Medin. *de cenſib.* & Carol. Molin. *de contr. in princ. n. 10 & quæſt 68.* quo in loco ſcribit nihilominus eſſe maiorem fraudis ſuſpicionem in emptione reditus nouiter conſtituendi, quàm antiquitùs conſtituti.

40 † Quæ ſententia probari poteſt *ex d. l. vlt. C. de iur. dot. & d. nouell. 160.* atque etiam quia licita eſt emptio ſeruitutis, quæ de nouo in prædio aliquo ab eius domino conſtituitur, vt itineris, aquæ ducendæ, & ſimilium, quæ ſunt iura realia prædiorum *Inſtit. de reb. corpor. in fin. l. ſi mihi, §. vlt. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.* vt etiam vſusfructus, qui tempore venditionis conſtituitur *d. l. neceſſario. §. vlt. ff. de peric. & comm. rei vendit.* & conſequenter licita erit emptio cenſu realis qui de nouo ſuper aliquo prædio conſtituatur. Vt enim ſeruitutes, & vſusfructus non aliud ſunt, quàm pars iuris, quod dominus habuit, quàm à ſe abdicat, & transfert in eum cui vſumfructum, vel aliam ſeruitutem vendit: ita prorſus huiuſmodi cenſus nihil aliud eſt quàm pars illius iuris, quod dominus habuit in prædio, cui cenſus iniicitur, & pretio accepto in emptorem transfert, vt explicat Molin. *in d. diſp. 385. n. 9. & 10.* & Malder. *d. dub. 3. verſ. dices* Proinde meritò receptum eſt etiam eorum redituum, qui in ipſo limine contractus de nouo creantur, licitam, & validam emptionem eſſe, vt docent Conrad. & alij apud Couarr. *loc. cit.* qui ait hanc communem eſſe ſententiam, vt diximus, & Molin. & Salas *loc. cit.* Bellon. *de poteſt, eor. quæ fiunt incontin. lib. 1. c. 84. n. 3.* Ancharan. Socin. Natta, & alij ſanè plurimi apud Cencium *in d. quæſt. 45. n. 18.* inter quos ipſum Couarr. cenſet, cui tamen, vt adnotauimus contrariam ſententiam tribuit etiam Duard. *quæſt. 28. n. 13.* vbi etiam citat eundem Couarruuias immemor illi contrariam opinionem impoſuiſſe *in d. quæſt. 25. n. 21.* Denique ita hæc ſententia recepta eſt, vt ſcripſerit Cencius *in d. quæſt. 45. n. 19.* communem praxim vrbis, & orbis obſeruare, vt in ipſo veſtibulo contractus venditionis cenſus præcedat illius creatio & conſtitutio, & ſtatim ſequatur venditio, tametſi alij alia formula vtantur, quia in ipſo contractu primo vendunt cenſum, qui certæ rei imponitur, in hunc ſcilicet modum. Titius vendidit, & vendit Sempronio præſenti, & ſtipulanti reditum annuum aureorum ſex, quem impoſuit, & imponit ſuper eius fundo vel domo ſuis finibus deſignata, idque pro pretio aureorum centum, quos venditor confeſſus eſt recepiſſe, & recepit in pecunia numerata, &c. & ſeruata in reliquis forma conſtitutionis Diui Pij, quæ in hoc tractu Nicienſi recepta eſt.

41 † Nihil tamen referre puto, an præcedat impoſitio cenſus, vt Romæ vſitatum eſt, vel ipſam venditionem immediatè ſequatur, dummodo in eodem inſtrumento, & vnico contextu omnia fiant, quia in contractibus non datur prius, & poſterius, & principium reſpicit finem, & finis principium *l. cum duo, ff. de in diem addict. l. cum plures, ff. de euict. l. contractus, C. de fid. inſtrument.* & ibi Bart. *n. 4.* Becc. *in conſ. 45. n. 34. & conſ. 92. n. 6. & 8.* Surd. *in conſ. 217. num. 9.* Gratian. *diſcept. cap. 175. n. 7.* Paul. Bellon. *d. lib. 1. c. 54. num 5. & 6.* & tractat eleganter Lazar. Fænur. *de moment. tempor. cap. 17. num. 1. & 2.* & nos diximus *quæſt. 41. n. 50.*

42 Cæterùm quod diximus licitam eſſe emptionem redituum nunc accipiendum eſt, ſeruata forma conſtitutionis Diui Pij. Etenim illa non ſeruata venditio cenſus non conſiſtit, ſed fœneratitius eſſe cenſetur, & mutuum, quod fructus referre non poteſt, vt in ſpecie tradunt Virgin. de Boccat. *de cenſib. part. 2. n. 143.* Vgolin. *de vſur. cap. 47. n. 5.* Maſtril. ad Gregor. *quæſt. 5. n. 70.* Ioan. Bapt. Coſta *de remed. ſubſidiar. c. 124. n. 25.* & cenſuit Rota poſt Cencium *in dec. 8. num. 5. dec. 31. n. 6. & dec. 227. n. 4.* vbi refertur ita ſæpe in magno illo auditorio iudicatum fuiſſe, vt docet ipſe Cenc. *quæſt. 7. n. 2.* & rurſus *part. 2. cap. 2. quæſt. 4. art. 7.* qui nunc eſt *quæſt. 88. impreſſ. nouiſſ. n. 3.* & conſtat apertiſſimè ex illis conſtitutionis verbis, *contractuſque ſub alia forma poſt hac celebrandos fœneratitios iudicamus.*

43 † Et proinde quicquid virtute huiuſmodi contractus nomine fructuum exigitur, id minuit ſortem, vt in aliis contractibus vſurariis *c. 1. & 2. de vſur. & l. ſi non ſortem, in princ. ff. de condict. indeb.* & in ſpecie Rota coram Cardin. Seraphin. *in dec 1006. n. 4. & 6.* & coram Cardin. Sacrat. poſt Cencium *in dec. 119. n 4. 5.* idem Cencius *in d. art. 7. n. 5. & 12.* & Duard. *ad d. conſtit. §. 3. quæſt. 20. num. 5.* Nam cùm cenſus ſit ipſo iure nullus, vt dictum eſt, reditus non poſſunt dici fructus cenſus, qui nullus eſt, ſed acceſſiones mutui, & turpia lucra fœnoris, quæ repeti, & corrigi debent, vt iidem auctores ſentiunt, & Roderic. *de ann. redit. lib. 1. quæſt. 17. n. 86.* & nominatim conſtitutione illa Diui Pij ſancitum eſt.

44 † Quem veriùs Diuum voco, quàm Marcianus Claudium *in l. 5. ff. de iur. patron.* & Modeſtinus Veſpaſianum *in l. 7. eod. tit.* Macer. Seuerum *in l. 40. ff. de iniur.* Paulus Antoninum Pium *in l. 4. ff. de var. & extraordin. cognit. & in l. 5. ff. de veteran.* vbi etiam magnum vocat: & Traianum *in l. 1. eod. tit.* & rectius denique quàm veteres Iuriſconſulti alios Imperatores adulatoria leuitate Diuos, & diuæ, & diuinæ memoriæ Principes appellant apud M. Ant. Surg. de Neap. illuſtr. *lib. 1. c. 19. n. 14.* vt etiam ſanctiſſimos *in l. 87. de leg. 2. & l. 3. ff. de natal. reſtit.* & Sacratiſſimos *in l. 3. C. de quadrienn. præſcript.* Quod etiam notat Ennodius in Panegyr. *Maiores noſtri*, inquit, *Diuos & Pontifices vocarunt, quibus ſceptra collata ſunt*, ſubiiciens tamen poſt pauca, hæc fuiſſe pompoſæ iactantiæ nuda vocabula, & blandimenta maiorum.

45 † Et ſanè ſi Principes, & Imperatores Diui appellantur, quia quaſi diuini ſunt, & veluti religioſa veneratione, & obſeruantia digni, vt ait Purpur. *in l. 1. num. 35. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſd.* & Peregr. *de iur. fiſc. lib. 1. titul. 3. num. 3.* qua ratione etiam Imperatores Auguſti dicti ſunt, vt conſtat ex Dione *lib. 45.* & Sueton. *in Auguſt.* & notant Duaren. initio *in Pandect. cap. 1.* & Mynſing. *in proœm. Inſtit.*

46 † Sunt enim Principes Dei miniſtri, vt ait Diuus Paulus *13. ad Roman.* vel animatæ imagines Dei, vt Menander. Denique vt Euſebius Sardus ſcribit, interpretes iuſtitiæ, & cuſtodes recti. Quis neget Pontificem Romanum Diui titulo dignum eſſe, cui Chriſtus claues cælorum dedit, & eminentiam poteſtatis ſuper totum Chriſtiani populi gregem, vt eſt *diſtinct. 22. c. 2.* & apud Anton. Auguſtin. *in Epitom. iur. Pontif. vet. lib 1. tit. 1. cap. 18.*

47 Et iuuat hîc etiam elogia Patrum referre excerpta ab Antonio Fabro clariſſimo Sabaudiæ Præſide, quibus Romanum Pontificem exornarunt. Ille ergo aduerſus nouatores, & hæreticos noſtri temporis *in tit. C. de ſumm. Trinit.* dum inter hæreticorum notas ſedis Apoſtolicæ contemptum recenſet, ita ſcribit. *Ipſum verò Romanum Pontificem, quam preclaris, & dignis antiqui Patres honorant nominibus Sanctiſſimæ Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopum Cyprianus, alij ſanctiſſimum, & beatiſſimum*

Patrem

Patriacharum, & vniuerſalem: caput Conciliorum, caput vniuerſalis Eccleſia, vt in Concilio Chalcedonenſi: *Beatiſſimum dominum Apoſtolico culmine ſublimatum. Patrem Patrum, ſummum omnium Præſulem, Pontificem*, vt apud Stephanum Archiepiſc. Chartagin. *Sacerdotem ſummum*, vt apud Hieronymum, *Principem Sacerdotum*, vt apud Valentinianum, *cuſtodem vineæ dominicæ*, vt in Conc. Chalcedon. *Doctorem domus*
48 *Domini*, Ambroſius, *Chriſti vicarium*. Cyprianus. † His mea addit tenuitas excepta ex eod. Anton. Auguſtin. *loc. cit.* Nam *Petri Apoſtoli præditus dignitate, fundamentum Eccleſiæ, Petra fidei, & Cæleſtis regni Ianitor* dicitur à Paſchaſino, & aliis in Chalcedon. Synod. *act.* 16 poſt epiſtolam, Marciani Imperatoris: ſummus Apoſtolorum Princeps Synod. 6. Act. 18. in fin. *Apoſtolorum ſummitas* Synod. 8. C. P. ſub Hadriano II. *Princeps & doctor, & caput Orthodoxæ doctrinæ, & immaculatæ fidei*. apud Athanaſium & alios Epiſcopos Ægypti ad Felic. II. *Apoſtolica Eccleſiæ vnus & ſingularis medicus* ab Ignatio Patriarcha C. P. ad eund. Hadrian. *ſanctitatem poſſidens in Epiſcopatu diuinæ fidei* à Valent. & Marciano ad Leon. ante Synod. Chalcedon. *Princeps Epiſcopalis Coronæ*, vt in nouell. Theodoſ. de Epiſcop. denique *Apoſtolica Eccleſiæ Præſul.* vt in edicto Athalarici Regis apud Caſſiodor. *lib.* 9. vt reliqua
49 omittam, quæ iiſdem locis colligi poſſunt. † Quamobrem cùm tanta, & tam veneranda ſit Romani Pontificis dignitas, quis Diui prænomen, & titulum ei negare, & inuidere audeat, & præſertim Pio V. qui tot ſanctitatis, & iuſtitiæ & virtutum omnium illuſtria reliquit exempla, quæ reliqui Pontifices ſequantur. Quem verè *ſummum in omni genere virtutum Pontificem vocat.* Muret. in orat. in eius funere habita: *& ſanctiſſimum.* Ioan. Bapt. Lupus *comment.* 2. *de vſur.* §. 2. *num.* 60. *optimum, & ſanctiſſimum.* Duardus in præfat. *Prudentiſſimum Patrem.* Reginald. *lib.* 25. *cap.* 31. *Sapientiſſimum.* Binsfeld. *in c. in ciuitate de vſur. & ſanctæ memoriæ Pontificem* Virgin. de Boccat. *lib. cit. part.* 1. *num.* 19. & quem Razzius *lib.* 1. *de vir. illuſtr. Ord. Prædicat.* inter cætera Religionis, & pudicitiæ vindicem, pacis, belliquè gloria maximum, Pium, Felicem, optimum Principem appellat, cuius denique iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam, & reliquas virtutes omnes miracula duo ante obitum, & ſex poſt mortem ex publicis monumentis conſtare, & naualem victoriam prædixiſſe tres viri clariſſimi, & integerrimi Ioan. Bap Coccinus, Philippus Pirouanus, & Clemens Merlinus ſummo Pontifici Vrbano VIII. retulerunt, vt atteſtantur auctores *de*
50 *vit. & reb. geſt. Pontif. & Cardinal. part.* 2. † Cuius diuæ memoriæ populus Chriſtianus plurimis, magniſque nominibus obſtrictus eſt, & inter cætera quoad coërcendum fœneratorum, & locupletum auaritiam, quæ ſub ſpecie emptionum redituum graſſabatur, formam his contractibus præſcripſit conſtitutione edita anno 1568. 14 Cal. Febr. contractuſque ſub alia forma celebrandos fœneratitios eſſe pronuntiauit,
51 vt dictum eſt. † Quæ quidem forma his conſtitutionis verbis continetur. *Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus cenſum, ſeu reditum annuum creari conſtituive nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, & de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit. Rurſus niſi vere in pecunia numerata præſentibus teſtibus, ac notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto integro iuſtóque pretio.* Itaque cautiones quaſdam adhiberi iuſſit in prædio, cui cenſus imponitur, & pretio quo emitur, circa quas noſter qualiſcunque verſabitur labor: tametſi, vt ingenuè fateor videantur Duardus & Cencius poſt tot eius additiones omnem mihi, & aliis in hoc genere ſcribendi materiam præripuiſſe: & nihilominus conabitur noſtra tenuitas doctiſſimis eorum ſcriptis aliquid addere.

APPENDIX

QVÆSTIONIS XLIII.

1. *Chriſtophori Vombagenſis hæretici liber de vſu vſurarum & eius argumenta, aduerſus emptiones redituum, quæ refelluntur* in ſeq.
2. *Pretium in contractu cenſus fit venditoris.*
3. *Pecunia in cenſibus pecuniam non parit, vt in fœnore.*
4. *Pactum retrouendendi rationem emptionis non tollit.*
5. *Venditor cenſus rei cenſualis fructus percipit, non emptor.*
6. *Pretium cenſus ab inuito venditore repeti non poteſt.*
7. *Contractus ex his, quæ eorum ſubſtantiam conſtituunt, ſecerni debent.*
8. *Redituum in emptione res empta, id eſt ius reditus in emptorem transfertur.*
9. *Chriſtophori Vombagenſis calumnia*, num. 15.
10. *Conſtitutiones* de empt. & vendit. *ad expoſtulationem Germanorum edita.*
11. *Contractus quando dicatur claudicare.*
12. *Emptor cum pacto redimendi fauore venditoris non grauatur præ venditore.*
13. *Emptionem conſenſu peragi quid ſit.*
14. *Emptio, licet non niſi præſenti pecunia interdum fieri poſſit, non minus eſt emptio.*
15. *Pontifices* in extrauag. de empt. & vendit. *cenſus probarunt, qui iuſto pretio conſtituebantur.* & num. 19.
16. *Pretia rerum ex tempore variantur.*
17. *Æqualitas in cenſu inter pretium, & ius reditus perſpicienda eſt, non inter pretium & penſiones.*
18. *Vſura, & reditus annui in iure ſeparantur.*
    Fœnerare, & reditus emere diuerſa.
19. *Pretij æqualitas attenditur ſecundum valorem rei, qui erat tempore contractus.*
20. *Claudij Salmaſij hæretici de reditibus annuis ſententia, quæ refellitur.*
21. *Venditor cenſus fit dominus pretij, licet reditum præſtare teneatur.*
22. *Pactum, vt liceat venditori cenſus illum quandocunque redimere emptioni illius non repugnat.*
23. *Claudij Salmaſij iactantia.*
    Claudius Salmaſius Fauſto Manichæo ſimilis.
24. *Hotomani de annuorum redituum emptione opinio, quæ refellitur.*
25. *Cenſus vendi poteſt, & iuſto pretio in alium transferri.*
26. *Hotomani errores quidam notati,* & num. ſeq.
27. *Pactum retrouendendi, & lex commiſſoria venditionis differunt.*
28. *Hotomanus contraria eodem loco ſcripſiſſe conuincitur.*
    Obligatio perpetuæ præſtationis non eſt libertati hominis contraria.
29. *Obligationi ſemel contractæ non poteſt quis niſi certis ciuilibus modis ſe ſubtrahere.*
30. *Cenſus realis perpetuus ſuis caſibus obnoxius.*
31. *Pontifices cenſus reales, & redimibiles duntaxat comprobarunt.*
    Pius V. cenſus perſonales prohibuit.
32. *Reditus annui non deſinunt currere, licet duplum pretij exceſſerint.*
33. *Hotomani de redituum emptione ſanior ſententia* ex eius lib. 2. de vſur. cap. vlt.
34. *Vveſembecij locus egregius de emptione redituum.*
35. *Hotomanus ex ipſo Hotomano refellitur.*

HANC quæſtionem iam dudum abſolueram, cum hoc anno 1646. dum Taurini eſſem in Bibliotheca D. Manaſſeri eius ciuitatis Aduocati præſtantiſſimi, † incidi in librum Chri- 1
ſtophori Vombagenſis *de vſu vſurarum*, in quo inter cætera, quæ mihi inter legendum horrorem incuſſerunt comperi illum *cap.* 4 multa aduerſus receptas emptiones redituum petulanter effundere, nihil ſcilicet differre à mutuo, & hoc nomine improbiſſimas vſuras palliari. Proinde operæ pretium arbitratus ſum eius argumenta, ſeu potius argumentorum ineptias, breuiter refellere.

Ait igitur, *loc. cit. num.* 146. In emptione redituum æquè 2
ac in mutuo certa pecuniæ quantitas datur, eiúſque dominium, & periculum in accipientem transfertur: ergo non differre à mutuo.

Sed ſponte ſeſe offert reſponſio, quia etiam in emptione 3
domus vel agri certa pecuniæ quantitas datur *lib.* 1. *&* 2. *&*

l. 7.

l. 7. in fin. ff. de contrah. empt. eiúſque dominium in venditorem transferrur *l. 1. ff. de rer. permut. l. 11. §. 2. ff. de act. empt.* & nemo dixerit ex eo emptionem domus vel agri mutuum eſſe, & nihil differre à mutuo.

Secundò ait *n.* 147. in hac emptione non ſecus ac in vſurarum ſtipulatione pecunia, quam rem ſterilem vocant, ad vſum exponitur, & pro rata ſortis, & temporis fructus parit.

Sed reſpondeo non magis in emptione redituum pecuniam ad vſum exponi, quàm in emptionibus aliarum rerum. Etenim in his quoque pecunia ſui vſum præbet *l. 1. ff. de contr. empt.* vnde nulla eſt ratio ex hac cauſa improbandi redituum venditiones, præſertim realium, quas duntaxat Pontificum
3 conſtitutiones confirmarunt. † Quod verò ſubiicit in his commerciis pecuniam quæ ſterilis eſt, fructus parere, falſum eſt, quia licet verum ſit pecuniam natura ſua rem ſterilem eſſe, penſiones tamen non ſunt fructus pecuniæ, ſed iuris iuſto pretio empti, & conſtituti: non ſecus ac penſiones domorum, & agrorum non ſunt fructus pretij, quo comparantur, ſed ſunt fructus ipſarum rerum *l. 33 ff. de rei vendic. l. 25. ff. de vſur.* Vnde qua ratione valida eſt emptio aliarum rerum, quæ fructus ferunt: ita prorſus iſtius iuris, quod fructiferum eſt, vt vſusfructus, & alia iura commoditatem adferentia, vt reſpondet Frider. Martin. *de iur. cenſ. cap. 3. num.* 157. quæ nemo compararet, niſi vtilitatem aliquam referrent. Et vt emptor agri, vel domus, qui pretium ſoluit, rei emptæ fructus licitè capit: & ita emptor cenſus penſiones exigit, ſunt enim fructus rei ſuæ, vt inquit Duaren. *in tit. de vſur. c. 1. in fin.* Quod verò ait in hoc negotio fructus pro rata pecuniæ, & temporis reddi, oſtendit iuſtitiam, & æqualitatem contractus, quæ in aliis commerciis vix ſeruari poteſt.

Tertiò obiicit Vombagenſis *n.* 156. vt in mutuo, ſic in hac quaſi emptione redituum venditor, ſi ſe ab hoc onere liberare, & ipſemet fructus percipere velit, ſortem in eadem quantitate, & qualitate, qua datum eſt, obſtrictus eſt reſtituere.

4 Facilis eſt reſponſio, ſcilicet hoc etiam in venditionibus aliarum rerum cum pacto retrouendendi fauore venditoris contingere: neque tamen minus ſtare venditionem, vt palam eſt *ex l. 2. & 7. C. de pact. inter empt. & vend. l. 1. C. quand. lic. ad empt. diſc. l. 1. C. quand. decr. opus non eſt, & l. ſi vir. ff. de præſcr. verb.* Quod probatur etiam ex *l. ſi creditor, §. illud, ff. de diſtract. pign.* vnde vt vera eſt emptio vel domus, vel agri, licet venditor ex pacto refuſa pecunia poſſit rem recuperare, & venditionem reſcindere: ita emptio redituum ſuper domo vel agro, non ideo minus vera emptio eſt, licet venditor eandem
5 facultatem exercere poſſit. † Quod verò ait, *ſi fructus ipſemet percipere velit*, oſtendit ſe non ſatis percipere naturam huius contractus, quæ eſt, vt venditor cenſus rei ſuæ dominus & poſſeſſor maneat, & fructus percipiat, cum onere tamen præſtandi reditum, donec res tot fructus fert, & quibus penſio redigi poſſit, & donec illum refuſo pretio redemerit, quod in illius arbitrio poſitum eſt, vt in emptionibus aliarum rerum, quibus hæc pactio adiecta eſt fauore venditoris, vt eſt vſitatum.

Quartò inquit *n.* 157. In vera emptione pretium ita fit venditoris, vt de reddendo illo anxius eſſe non teneatur: res quoque empta perpetuo apud emptorem maneat, neque de reluitione extra caſus permiſſos ſollicitus eſſe cogatur; ſecus eſſe in hac prætenſa emptione, in qua pretium à venditore poteſt reddi, & emptor indiſtinctè rem quaſi emptam reſtituere cogitur.

6 Reſpondeo venditorem cenſus etiam cum ex parte illius redimibilis eſt, de reddendo pretio ſollicitum eſſe non oportere, quia ab inuito exigi non poteſt *l. debitor, de verb. ſignif.* vt conſtitutionibus Diuorum Pontificum ſancitum eſt. Quis enim eius rei ſollicitus eſt, ad quam nouit nullo iure cogi poſſe, in illius arbitrio poſitum eſſe. Quòd vero emptor recepto pretio teneatur reuendere, & retrocedere quod emit, hoc nullam iniuſtitiam continet, ſiquidem ea lege, & conditione emit: & proinde hæc conditio lex contractus eſt *l. 24. de reg. iur.* & eſt pretij pars *l. 79. ff. de contrah. empt. l. 6. ff. de ſer. export.* quæ conditio rei ſubſtantiam non mutat Card. Mantic. *de tac. & ambig. lib. 25. tit. 3. num.* 6. vnde non poſſunt receptæ emptiones redituum hoc nomine rationabiliter reprehendi.

Quintò inquit *n.* 161. ſi hæc eſſet vera emptio, & venditio, ea vtique cum pactis aliarum emptionum communibus congrueret: & ex ea transferretur dominium in emptorem: falsò igitur emptionem, & venditionem appellari.

Reſpondeo contractus ex his, qui eorum ſubſtantiam 7
conſtituunt ſecernendos eſſe *l. 6. ff. de præſcr. verb. l. 1. ff. de rer. permut.* emptionis vero ſubſtantiam in conſenſu re, & pretio conſiſtere *l. 1. & 2. ff. de contr. empt.* idem Card. Mantic. *de tac. & ambig. lib. 4. titul. 4. num. 1.* & alij paſſim. Vnde cùm hæc in emptionibus redituum interueniant, & præſertim realium, de quibus conſtitutiones Diuorum Pontificum loquuntur, conſequens eſt veram emptionem celebrari. Cui nihil vetat ea pacta adiicere, quæ ſunt adminicula contractus *l. 72. ff. de contr. empt. l. 24. de reg. iur.* Quæ ſi fortè ſunt illicita, vitiantur conſiſtente contractu cenſus, vt deinde conſtitutione Diui Pij V. prouidè ſancitum eſt. † Quod verò ait 8
dominium hic in emptorem non transferri, falſum eſt. Nam licet dominium rei, cui cenſus iniicitur in emptorem non transferatur, exploratum tamen eſt ius percipiendi reditum ſuper re ſuppoſita in emptorem transferri. Qui deinde ius illud alteri vendere, opponere pignori, donare, & ad hæredes transmittere poteſt non minus quàm ſi domum vel agrum, vel ius vectigalis, aut aliud ius reale fructiferum ſibi comparaſſet. Ex quo fit, vt etiam huius iuris empti periculum ad emptorem pertineat, vt ſi res, cui cenſus impoſitus eſt caſu aliquo pereat, vel ſterilis fiat, vt ab eod. Diuo Pio conſtitutum eſt, & nos diximus *quæſt.* 57. Quod à ratione mutui alienum eſt, in quo periculum non liberat debitorem *l. 9. C. ſi cert. pet. l. vlt. C. de naut. fœn.*

Sextò ait Vombagenſis *num.* 163. *ſi hic contractus vera eſ-* 9
ſet emptio, qui fit, vt pro more venditionum frequentiore non admittitur, vt ſi non ſemper, ſaltem ad voluntatem paciſcentium ſit perpetuus, &c. *ſcilicet in promptu cauſa eſt, ſi hoc canones permiſiſſent, nulla fuiſſet ratio, qua latentes, & ſubrogatas haſce vſuras mordaciſſimas tegere, & ſub velamine iuris defendere potuiſſent.* Hæc ſunt illius verba ſed impoſtoris, & calumniatoris, nam quia cenſus perpetui conſtitutionibus Martini V. & Calixti III. quas nomine canonum, vt puto, intelligit, non ſunt prohibiti, vt docet idem Frideric. Martin. *cap. 6. num.* 114. Conſtat enim duos Pontifices cenſus redimibiles ex parte venditoris, de quibus conſulti fuerant, licitos eſſe declaraſſe, de cæteris verò nihil conſtituiſſe, vt ex Caniſio, Gudelino, & aliis auctoribus Germanis dixi *quæſt.* 46. *n.* 33.
† Atque etiam quia non motu proprio, ſed ad expoſtulatio- 10
nem quorundam Epiſcoporum Germaniæ, in quorum diœceſibus hoc genus commercij inualuerat, cenſus cum facultate redimẽdi ex parte venditoris in illis regionibus receptos, & iam vetuſtate confirmatos licitos eſſe pronũciarunt. Vnde ſi qua labes inde proueniſſet, quod dicere nefas eſt, id primũ Germanis eſſet tribuendum. Denique quia nulla huius temerariæ obiectionis probatio, nullum argumentum, nulla denique vel leuis coniectura profertur. Quare ſi pudor, aut rubor vllus fuiſſet, erubeſcere debuit hæc ſummis Pontificibus, &, vt ſcriptores memorant, ſapientiſſimis obiicere.

Septimò inquit *n.* 166. contractus de iure communi claudicare non debent: neque alter contrahentium præ altero grauari: at in hiſce venditionibus redituum valde grauatur emptor præ venditore, quia huic reſtituto pretio recedere à contractu pro libito licet, illi verò nullo modo.

Contractus tunc dicitur claudicare, quando eſt in arbitrio 11
vnius ex contrahentibus ſtare contractui, *vt in l. 53. §. ſi quis à pupillo, ff. de act. empt.* ſed perfecto contractu cenſus etiam adiecto pacto fauore venditoris, vt poſſit cenſum quandocunque extinguere eodem pretio, falſum eſt claudicare contractum, quia cùm ita ab initio conuentum ſit, vel lege cautum, quæ & ipſa conuentio quædam eſt, tenentur, contrahentes ex vtroque latere ſtare contractui, & ſeruare fidẽ contractus. Alioqui nec emptionibus aliarũ rerum hæc & ſimilia pacta adiici poſſent, quæ tamẽ iure ciuili recepta ſunt, vt dixi. Semper enim obiici poſſet contractum claudicare non debere, quod eſt abſurdum. † Vel poteſt dici claudicare contractus, 12
quando ex eo vnus ex contrahentibus iniuſtè læditur, in quo ſenſu etiam neque verum eſt emptorem præ venditione grauari, quia in conſtituendo pretio huius pacti ratio habetur:

& is, qui cenſum emit, illum hac lege, & conditione emit, quæ eſt pars pretij *l. 79. ff. de contrah. empt.* denique quia dum redimitur cenſus, recipit pretium, quod dedit, ex quo alium reditum emere poteſt, vel illud in alios vſos conuertere, & interdum vtilius: denique quia recepto pretio ſuo nullam paſſus videri poteſt iniuriam, vt in re ſimili inquit *l. 6. C. de pact. inter empt. & vendit.* Et quod Hagenſis ait ex Hotoman. *lib. 2. obſeru.* 15. ex hoc contractu vltro citroque obligationem non naſci, refellitur ab eodem Frider. Martin. *c.* 3. *n.* 172. & Caniſio *lib. de vſur. cap.* 10. *num.* 8.

Octauò inquit *n.* 172. emptio & venditio ex eorum contractuum numero eſt, qui ſolo, & nudo conſenſu perficiuntur. Atqui hic contractus re perficitur, antequam enim pecunia numeretur, nulla eſt obligatio.

13 Tametſi in hoc contractu pretium interuenire debeat, non ideo minus conſenſu perficitur, vera enim emptio eſt. Neque quod dicimus emptionem conſenſu perfici, ita accipiendum eſt, vt ſolus & nudus conſenſus ſufficiat, vt ſentire videtur: ſed quia neque verborum, neque ſcripturæ vlla proprietas deſideratur, vt rectiùs explicat I. C. *in l. 2. ff. de oblig. & act.* Nam rem & pretium etiam deſiderari ad contrahendam emptionem perſpicuum eſt. Quòd verò conſtitutiones Pontificum pretium in ipſa creatione cenſus exigant numerari, aliáſque cautiones præſcribant, id non mutat ſubſtantiam contractus; ſed ita prouidè conſtitutum eſt, vt fraudibus locupletiorum occurratur. Neque ex eo, quod leges cautiones aliquot præſcribunt rebus minorum, vel ciuitatum diſtrahendis, ideo minus dicitur venditio *l. 1. C. de venden. reb. ciuit.*
14 *l. 1 ff. de reb. eor. l. 1. C. de præd. & aliis reb. min.* † Vt etiam ex eo quod conſtitutum eſt, vt pignora quæ in cauſam iudicati capta ſunt, non niſi præſenti pecunia diſtrahantur, ideo minus emptio, & venditio contracta intelligitur, vt conſtat ex *l. à Diuo Pio, 15. §. ſed ſi emptor ff. de re iudic.* & in rebus fiſci idem ius receptum eſſe multis probat Peregrin. *de iure fiſc. lib. 6. tit. 4. num. 9.*

Nono, inquit *num.* 175. In contractu emptionis inter rem, & pretium æqualitas ſit, neceſſe eſt: alias ob læſionem vltra dimidiam emptio tanquam iniuſta reſcinditur *l. 2. C. de reſc. vend.* At in hac cenſuum emptione inter mercem & pretium nulla proportio, & æqualitas datur. Nam pretium quidem certum eſt, merx vero incerta & ſummè inæqualis, puta vt ſecundum Pontificias conſtitutiones quinque, ſex, ſeptem, octo, nouem, decem, vndecim, duodecim, tredecim & plures coronati in ſingulos annos pretio centum coronatorum ſoluuntur, quo fit vt 10. vel 11. annis, vel etiam minoris temporis ſpatio ſortem, hoc eſt pretium æquet manente ipſo venditore obligato ad perpetuam redituum ſolutionem.

15 Dum Diui Pontifices enumerationem in ſuis conſtitutionibus faciunt *decem, vndecim, duodecim, tredecim*, &c. non deſignant rationem reditus, ita vt confirment eas redituum emptiones, in quibus pretio centum coronatorum reditus vndecim, duodecim, tredecim, vel plurium comparatur, vt illis imponere videtur: ſed deſignant pretium, quo reditus vnius marcæ vel floreni in illis regionibus emi conſueuerat, vt illis ſuggeſtum & inſinuatum fuit, vt conſtat ex illis Martini verbis, *& pro qualibet marca annui cenſus decem, vndecim, tredecim, quatuordecim marca, aut plus aut minus*, &c. Verius ergo eſt his numeris non rationem reditus, ſed illius pretium ſignificari. Quod licet varium videri poſſit, hoc tamen accipiendum eſt reſpectu loci, & pro varietate loci contractus.
16 † Etenim vt pretia aliarum rerum per ſingulas regiones, & ciuitates varia ſunt *l. ideo ff. de eo quod cert. loc. l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid.* Caſſiad. *variar. lib. 9. cap.* 14. ita & annuorum redituum, vt docet Couarr. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 9. num.* 6. Argentr. *art.* 166. *cap. 7. num.* 7. & alij quos recenſui *quæſt.* 59. *num.* 22. Vt olim pecuniæ non in omnibus locis ſub eiſdem vſuris inueniebantur, ſed aliis locis leuibus, aliis grauibus vſuris, vt conſtat *ex d. l. ideo, & §. ſi quis agens. Inſtit. de act.* Qua ratione certiſſimum eſt Pontifices eos reditus confirmaſſe, qui iuſto pretio ex more cuiuſque regionis, & ciuitatis illo tempore conſtituti videbantur, vt ſatis indicant verba illa eiuſdem conſtitutionis *plus vel minus ſecundum temporis qualitatem:* & apertium ex his Calixti verbis, *certum competens pretium numerata pecunia ſecundum temporis qualitatem* competens pretium, id eſt, congruum, iuſtum, legitimum. Quod deinde à Diuo Pio V. nominatim ſancitum eſt, vt ſuo loco diximus. Quamobrem ſeruata iuſtitia pretij, quod conſtitutiones ſupponunt, vel iubent, vt dictum eſt, nulla hic inæqualitas argui poteſt inter rem, & pretium: neque venditor rationabiliter queri poteſt, quòd penſionem præſtare teneatur, ad quam iuſto recepto pretio ſe ſuáque liberè adſtrinxit: tantundem enim habuiſſe intelligitur *l. 29. ff. de vſufruct. l. 33. ff. de pecul.* Vt enim ſuppoſita iuſtitia pretij venditor conqueri non poteſt, quod procedentibus annis reditus longè exceſſuri ſint pretium quod illi numeratum eſt. Alioqui nulla rei fructiferæ emptio probari poteſt, quia tandem futurum eſt, vt fructus ſuperent pretium, quo res empta fuit. † Proinde, vt hic 17
contractus iuſtus ſit, ſatis eſt æqualitatem inter pretium, & ius reditus obſeruari, non inter pretium, & reditus, ſeu penſiones, quæ inde proueniunt, & prouenire poſſunt, quia non ſunt merx, quæ in hoc contractu venit ſed fructus illius, quos conſtat tandiu debitum iri, quamdiu ius illud manebit, & ideò labentibus annis pretium longe exceſſuros eſſe.

Decimò, & vltimo ait *num.* 189. Si annui reditus, & penſiones adeo vt prætenditur, differunt ab vſuris, & pro iuſtis, & legitimis ſecundum ius canonicum, & canoniſtas habentur, quare pares moderationes, & limitationes cum vſuris habent, & ſuſtinere coguntur? nimirum ideo quia parem habent naturam, & conditionem, &c.

Reſpondeo malè reditus annuos cum vſuris eodem iure 18
cenſeri. Harum enim vna moderatio eſt, quòd ſcilicet velut naturâ ſuâ improbæ omnino prohibitæ ſunt. Pretia verò redituum vt aliarum rerum ex tempore variantur, vt dictum eſt. Neque ex eo, quod in Germania reditus annui conſtitutionibus Imperij quincunces facti ſunt; & placuit etiam vſuras quincunces permittere, ſequitur reditus ab vſuris non differre. Conſtat enim res diuerſas eſſe *ex l. vlt. Cod. de iur. dot.* vt etiam diuerſum eſt pecuniam mutuare, & reditus emere, *vt in Nouell.* 72. *cap.* 7. Proinde ex eo quod ſucceſſo temporis conſtitutionibus Impp. reditus annui in Germania leuiores facti ſunt, quàm eſſent ij, qui tempore vtriuſque conſtitutionis Pontificiæ in illis regionibus agitabantur, reditus eo tempore recepti iniuſti cenſeri non debent, † quia iuſtitia 19
& æqualitas pretij attenditur ſecundùm valorem rei, quæ erat tempore contractus *cap. cum dilecti, de empt. & vendit. l. 8. Cod. de reſcind. vendit.* & in ſpecie notat idem Frideric. Martin. *cap. 5. numer.* 36. vbi refert ante ducentos annos, verbi gratia communi hominum æſtimatione ab omnibus iuſtam habitam fuiſſe emptionem cenſus, ſi ad rationem vnius pro duodecim, quatuordecim, quindecim conſtitueretur, idque ex noſtris extrauagantibus conſtare. Quòd verò deinde legibus ad modum leuiorem redacti ſint, hoc vt dixi, tempori tribuendum eſt, & aliis circunſtantiis temporis, ex quibus pretia rerum augeri, & minui compertum eſt *l. 63. ff. ad l. Falcid.* & ex d. extrauagantibus conſtat illis verbis *ſecundùm qualitatem temporis.* Vnde vt pretia prædiorum ex tempore aucta ſunt ob inuectam Indicam gazam, & auri copiam: ita & redituum valor vbique fere auctus eſt, & iudicio populi, vel conſtitutionibus Principum facti ſunt leuiores, puta quincunces, vt in Germania, & apud nos ſemiſſes Pontificibus verò ſatis viſum fuit ſecundum ea quæ proponerentur, reſcribere, & illos cenſus licitos eſſe decernere, qui illis temporibus eo pretio, quod tunc iuſtum communi hominum æſtimatione cenſebatur, in illis Germaniæ partibus frequentabantur. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt nullum pondus habere ea, quibus Vomhagenſis aduerſus confirmatas Pontificum conſtitutionibus redituum emptiones nititur, illúmque in ſe graui non legibus & rationibus, ſed conuiciis & mendaciis certare.

Eadem ferè, ſed preſſiùs, neque tamen minùs petulanter obiicit Claudius Salmaſius *in lib. de Trapezit. fæn. fol.* 81. *Fucum*, inquit, *facere calliditate obtuſiore non poterant, neque quæ magis perſpicuam ſtoliditatem præ ſe ferret. Sors pecuniæ quam mutuam do, pretium fingitur redituum, id eſt vſurarum, quas ex eo percipio. Quis vnquam talem emptionem vidit, in qua pretium quod dedit manet meum, in meis bonis computatur, à me transfer-* 20

tur

Digitized by Google

tur vt libet in alium, alij ceditur, alij donatur, doti datur, etiam alij venditur. Præterea ille, cui hoc pretium pro reditu traditum fuit, adeò ſuum illud non facit, vt pro eo penſionem ſoluat. At nemo pro re ſua quidquam alteri præſtat penſionis aut mercedis, ſi ſuum non eſt, alienum eſt, manet ergo creditoris. Non eſt proinde emptio, nec venditio.

Idem ubiiciebat Hotoman. *obſeru. lib. 2. cap. 15.* qui propterea hæc Andreæ Fachinei verba merito audiit, quæ extant apud eund. *lib. 8. contrah. iur. cap. 2. Hominis delirantis verba eſſe videntur*, nulla pretij quantitas pro fundi fructibus conſtituitur. *Imo conſtituitur, quia emptor pecuniæ certam quantitatem numerat vere, naturaliter, realiter, illáque ab emptore abeſt, & transfertur in venditorem. Nemo id ignorat.* Hæc Fachinæus Hotomano. Quibus conſequenter ego Salmaſio reſpondeo in venditionibus redituum non minus pretium fieri venditoris, quàm in venditionibus aliarum rerum: idque congruere intentioni vendentium, qui ſanè eo animo rebus ſuis cenſum iniiciunt, vt ex pretio ſuis rebus conſulere poſſint. Vnde mirum eſt Salmaſio, qui alios ſtoliditatis arguit, excidiſſe emptorem cenſus pretij dominum manere, illud cedere, donare denique in alium vt lubet, transferre poſſe, cum iſthæc venditores redituum potius faciant, vt vel pueris notum eſt. Et ſanè ego obſtupui, dum hæc legerem: & hærebam, an legerem, quod legebam. Neque mouet quod ſubiicit, venditorem cenſus, cui pretium numeratum eſt, illud ſuum non facere, quia pro eo penſionem ſoluit: neminem verò pro re ſua quidquam alteri præſtare penſionis aut
21 mercedis. † Nam licet venditor accepto pretio illum præſtare teneatur, non ideò minus fit dominus pecuniæ acceptæ, illáque vti, & abuti poteſt, atque etiam in mare proiicere, ſi lubet. Nam & venditores aliarum rerum pretium ſuum faciunt, & tamen aliquid præſtare tenentur, id eſt, rem venditam, agrum ſcilicet, domum, librum. Perperam igitur ex eo quod venditor cenſus penſionem præſtare teneatur, infertur dominium pretij non fieri, vel quod idem eſt, pretium, quod numeratum eſt, adhuc manere emptoris. Alioqui ſi ratio Salmaſij vera eſt, venditor agri vel domus, quamuis pretium receperit, nihil præſtare tenetur. Nam cùm pretium illius fiat vt fatetur, dicere poſſet neminem pro re ſua quidquam alteri præſtare, quod ridiculum eſt, & cachinnis excipiendum. Quare vt venditor agri vel domus recepto pretio rem venditam tradere tenetur, *l. 1. & 11. in princ. ff. de act. empt.* ita prorſus qui reditum ex agro vel domo ſua iuſto recepto pretio alteri vendidit, reditum præſtare debet, quia non minus in hac venditione quàm in illa pretium fit venditoris.

Pergit Salmaſius. *In emptione quippe pretium fit venditoris, reſque empta emptoris, & vtriuſque in perpetuum vterque dominus exiſtit. Hic vero reditus quem emi, quotieſcumque venditori libuerit à me transfertur reſtituto pretio. Reciprocum ſaltem hoc eſſe debuit. Non eſt. Non enim ego poſſum ab inuito repetere, quandiu reditus illos mihi ſoluit.*

22 Iam diximus pactum, vt liceat venditori quandocunque refuſo pretio rem ſuam redimere, vel venditionem reſcindere, vt non repugnat venditionibus aliarum rerum, puta domus vel agri *l. 2. & 7. C. de pact. inter empt. & vend. & d. l. ſi creditor, § illud ff. de diſtr. pign.* & tradit ipſe Hotoman. *lib. 2. de vſur. c. vlt. verſ. cum enim.* Ita neque repugnat emptionibus redituum ſuper domo, vel agro vt multis probat Frider. Martin. *loc. cit. n.* 216. Vel ſaltem rationem aliquam adferre Salmaſius debuit, cur hæc pactio, quæ emptionibus aliarum rerum validè adiicitur, redituum emptionibus aduerſetur, quod nec præſtitit, nec præſtare potuit. Eſt enim nihilominus vera emptio. Nam & pereunte interim fundo cui cenſus emptori quoque perit, quod eſt argumentum veræ emptionis, vt dictum eſt. Sed ait, *reciprocum ſaltem hoc eſſe debuit.* Sanè imprudenter, & imperitè, quia multo magis contractus probandus eſt, quia hoc ius non eſt reciprocum, tùm ſcilicet facultas illa redimendi ſoli venditori relicta eſt, quia tunc contractus magis diſtat à mutuo, & remotior eſt à ſuſpicione fœnoris, vt fatentur omnes. Conſtat igitur auctorem hunc nihil proponere, vel repetere, vnde huius con-
23 tractus validitas in dubium reuocari poſſit. † Proinde quod ſubiicit. *Nulla alia ſunt cauſa quæ afferri poſſent confutanda talis adinuentionis abſurditati*, iactantia eſt vani capitis. Quis enim credat illum meliora argumenta veluti depoſita domi habere, cùm ea quæ hactenus protulit verba inania ſint, & præterea nihil: & quod proprium ſuæ ſectæ eſt, in re quæ tam latè recepta eſt, & quæ, vt magnus Tiraquellus dicebat, iam tranſiuit in rem iudicatam, conuiciis vtatur, non rationibus vel legibus. Si nullus reſpectus eſt erga Pontificum conſtitutiones, ſi nihil mouet rerum toto Chriſtiano orbe iudicatarum auctoritas, eius aliorumque eiuſdem claſſis hominum malitiam, vel imperitiam vnus Iuſtinianus locus detegere poteſt *in d. Nouell.* 72. vbi mandat tutoribus ex pecuniis minorum reditus idoneos comparare, & hoc genus emptionem appellat. Cæterùm hæc pauca aduerſus auctorem hunc ſcribere volui, vt inde appareat etiam ea, quæ de vſuris, & pro vſuris ſcripſiſſe refert, nondum enim ea mihi videre licuit, ſi excutiantur, facilè profligari poſſe. Alius fortaſſe id faciet, cui Deus plus otij dedit. Interim ex his quæ aduerſus receptas apud omnes redituum conſtitutiones ſcripſit effutiens, & effundens, quæ alij eiuſdem ſectæ obiicere ſolent, coniicio illum ea omnia, quæ illi proferunt, pro vſuris adferre, prolixius fortaſſe, elegantius, diſertius, ſed non verius. Vnde videtur mihi Salmaſius nunc inter illos, ad quos transfugit, eodem loco eſſe, quo Fauſtus inter Manichæos, de quo D. Auguſtin. lib. 5. confeſſ. cap. 6. ſcribit *expertam ſe hominem illa ipſa, quæ alij dicere ſolebant, multo ſuauius garrientem neque ideò tamen illa meliora, quia melius dicebantur.*

Cæterùm quoniam huc vſque excurrimus, videndum 24
etiam eſt, quid Franciſcus Hotomanus homo etiam hæreticus de hoc genere contractus quoque ſcripſerit. Et quidem animaduerti illum tribus locis ſuam de re protuliſſe ſententiam. Primùm *in obſeru. lib. 2. cap. 15.* cuius loci ineptias, & mendacia iampridem detexit Fachin. *loc. cit.* & deinde Frider. Martin. *d. cap. 3. circa fin.* vt ſuperfluum ſit me quidquam addere. Secundò *in titul. de vſur. & fructibus, num. 37. & ſeq.* vbi auſus eſt dicere nihil inter vſuras, & reditus præter nomen intereſſe, ideóque valdè ridiculos eſſe, qui vſuras improbant, & iſtas redituales, vt loquitur, conuentiones probant. Quòd vt perſuadeat primùm *num.* 38. *&* 39. multa proiicit, vt oſtendat in hoc contractu nullam prædiorum emptionem & venditionem contrahi. Sed parcius hæc obiicere debuit, & huic labori parcere, quia neque extrauagantes Pontificum, neque Canoniſtæ, quos laceſſit, dicunt in hoc genere contractus prædia emi, & in emptorem cenſus transferri, ſed ius duntaxat percipiendi redituum ſuper prædiis alienis. Quod ius is, qui rerum ſuarum arbiter eſt, accepta pecunia in alium transferri non poſſe, vel ei non licere Hotomanus probare debuit, & non aduerſarios ſibi fingere, vt calumniari poſſet. † Porro hoc 25
ius iuſto recepto pretio in alium transferri poſſe conſtat ex his quæ diximus *hac ead. quæſt. num. 39. & ex d. Nouell.* 72. atque etiam quia exploratum eſt titulo legati, & donationis conſtitui poſſe, vt etiam dotis, quæ eſt ſpecies quædam emptionis *lib. 18. ff. de obligat. & act. leg. 16. ff. de iur. dot.*

Pergit, & ait in fin. num. 39. *Reſtat vt de reditibus videamus, quandoquidem conuentio* hæc à Canoniſtis, & qui Canoniſtas imitati ſunt, *redituum emptio appellatur non minus imperitè quam abſurdè. Nam etſi fructuum futurorum emptio rectè contrahitur l. nec emptio. ff. de contrah. empt. tamen cum emptio contracta reſoluitur, vt in hac conuentione iuris eſt, & res inempta fit, quod vtrinque datum & acceptum eſt, vtrinque redditur, vt in lege commiſſoria. Nam & emptor rem reddit & venditor ex aduerſo pretium reſtituit l. 5. ff. de leg. commiſſ. At in hac conuentione cum emptio contracta reſoluitur pretium quidem ab eo qui accepit reſtituitur, fructus autem apud eum qui percepit, quamcunque ſint, permanent.*

His paucis verbis multa imprudenter, & impudenter dicta continentur. Primum eſt, quod ait hoc genus contractus imperitè, & abſurdè emptionem reditus appellari, quia cum conſtet reditus in commercio hominum eſſe quoties iuſto pretio alteri conſtituuntur; non aliud negotium geſtum eſſe intelligi poteſt quàm emptio & venditio *l. 1. ff. de contrah. emptionib. lib. 1. ff. de rer. permut. leg. 5. §. & ſi*

 quidem,

quidem, ff. de præſc. verb. vt cum donantur, legantur, doti
dantur, eorum donatio, legatum, & in dotem datio re-
ctè dicitur. Imò huius imperitiæ, & abſurditatis Iuſtinia-
num ipſum arguere poſſet, qui *in d. Nouell. 72. cap. 7.* hoc
26 genus emptionem vocat, vt dictum eſt. † Alterum eſt quod
ait, cum lege commiſſoria venditio reſoluitur, vendito-
rem pretium reſtituere ex *lib. 5. de legib. commiſſ.* certum
enim eſt, cum venditor hac conuentione vtitur, & in ſpe-
cie *d. l. 5.* quam adfert, ex vna tantum parte reſtitutionem
fieri, id eſt ex parte emptoris, qui fidem fefellit, quia pre-
tium ſua die non ſoluit, vt promiſit. Quod adeo verum eſt,
vt etiamſi pars pretij ſoluta ſit, ſi res inempta ſit, ven-
ditor pretij partem ſibi retineat, neque illam reſtituere
teneatur, vt conſtat *ex lib. 4. §. 1. & l. 6. eod. titul.* quæ ait
id quod arte vel alio nomine datum eſſet, apud vendito-
rem remanſurum. Quod etiam indicat *lib. 25. in princip. de
pet. hæredit. & lib. 38. de minorib.* & tradit Vveſemb. *ad h.
titul.* & ipſe Hotoman. *in epit. de contrah. emptionib. titul. 3.
num. 3.* tametſi hoc caſu emptor non reſtituat fructus, vt
iiſdem locis definitum eſt, de qua tamen re, id eſt, cùm
ex aſperitate huius conuentionis venditor partem pretij lu-
cratur, dixi *quæſt. 69. num. 36.* Illud ſanè perſpicuum eſt
in ſpecie *d. l. 5.* venditorem pretium non reſtituere, ſi qui-
dem hîc res inempta ſit, quia pretium ab emptore ſolutum
non fuit. Quomodo igitur dicere potuit venditorem pre-
tium reſtituere emptori, quod emptor non ſoluit, & ven-
27 ditor non habuit? † Tertium imprudenter dictum eſt, quia
venditionem cenſus ex eo carpit, quòd reſciſſo contractu
ex facultate redimendi fructus emptoris maneant, atque
argumento legis commiſſoriæ, ex qua cum res inempta ſit,
emptor fructus reddere cogitur, *vt in d. l. 5.* ſiquidem hic
emptor pretium non ſoluerat, vt promiſerat, idcóque me-
ritò reſponſum eſt nihil ex re apud eum reſidere oportere,
qui fidem fefelliſſet. Sed emptoris cenſus iuſtior cauſa eſt,
quoniam in ipſo contractu pretium ſoluit, & numera-
uit: neque enim illi niſi præſenti pecunia per conſtitutio-
nes cenſum emere licuit, & proinde cùm venditor refu-
ſo pretio ab emptione diſcedit, æquiſſimum eſt fructus in-
terim perceptos apud emptorem manere, vt in emptioni-
bus aliarum rerum, quæ ſub eodem pacto fiunt, recep-
tum eſt ex *lib. 2. Cod. de pact. inter. emptiomb. & venditor.* &
tradit ipſe Hotoman. *initio d. num. 38. & in cap. vlt. lib. 2. de
vſur.* malè igitur pactum legis commiſſoriæ, & pactum re-
trouendendi, quod cenſibus ineſt, eodem iure cenſet: con-
ſtat enim diuerſa eſſe, quia poteſtate illius legis res fit in-
empta, ex pacto verò redimendi reſcinditur venditio, &
proinde æquum eſt, quandiu durat contractus, fructus ad
emptorem, qui pretium ſoluit, pertinere.

Pergit Hotoman. *num. 40.* & ait. *Deinceps de cæteris vi-
deamus. Ac primum de ea quæ perpetua eſt, neque vnquam
ſine partium conſenſu redimi poteſt, quæ meo iudicio à iuris no-
ſtri ratione, & ciuili æquitate abhorret. Nam ſi perſonæ, id
eſt ei qui pecuniam accepit, eiuſque hæredibus impoſita eſt, li-
bertati hominis contraria eſt, cuius cauſa conſtitutum eſt, vt ſicut
certi ſunt contrahendarum obligationum modi, ita certi modi ſint
earundem diſſoluendarum, &c. Sin autem annua illa præſtatio
ex certo prædio promiſſa eſt, aut perſonalis nihilominus manet
obligatio, neque prædio impoſita, vt in l. vltim. §. 1. ff. de con-
trah. emptionib. lib. 1. §. ſi hæres, ad Trebell. aut ſi ipſi prædio
impoſita eſt tamen certis caſibus vt extinguatur oportet, ne inutilis
perpetuò proprietas maneat, vt de vſufructu dicitur in l. 3. §. 2. ff.
de vſufr.*

28 Principio hic Hotomannus ſibi non conſtat. Nam cenſus
perpetuos ſtatim carpit, ait enim à iuris ciuilis ratione, &
æquitate abhorrere, & mox eodem loco eoſdem admittit
etiam perſonales, & probat ex *d l. vlt. §. 1. ff. de contrah. empt.*
vt conſtat illis eiuſdem Hotomanni verbis, *tamen aut per-
ſonalis nihilominus manet obligatio, neque prædio impoſita, vt in
d. l. vltim. §. 1.* vnde conuincitur repugnantia ſcripſiſſe. Ex
quo loco etiam patet falſum eſſe id libertati hominis con-
trarium eſſe, cùm imò poſſe ſe ſuáque obligare, huma-
næ libertatis ſit iudicium, vt conſtat ex *lib. 3. ff. de vſufruct.
& oper. per fideicomm. dat.* & Iulio Paul. *ſentent. lib. 2. tit. 18.*
vbi ait hominem liberum ſtatum ſuum meliorem, & dete-
riorem facere poſſe. Et in ſpecie hoc genus obligationis
à iuris ciuilis ratione remotum non eſſe, ſatis conſtat ex *d.
l. vltim. §. 1. de contrah. emptionib.* in qua nullum eſt veſti-
gium facultatis redimendi: & fruſtra quæſitum eſſet, an
emptor fundi ad illam annuam præſtationem, quam eius
auctor promiſerat, obnoxius eſſet, ſi obligatio illa à iuris
ciuilis ratione, & æquitate abhorreret, vt Hotomannus
putat. Et conſtat etiam poſſe teſtatorem hæredibus ſuis,
ſuiſque prædiis onus perpetuæ præſtationis imponere *ex l. 6.
ff. de ann. & menſtr. legat.* Quod ergo quis donatione vel te-
ſtamento ſuis hæredibus rebúſque imponere poteſt, cur
id etiam non poterit iuſto recepto pretio, niſi lex aliena id
vetet, vel modum aliquem præſcribat diſſoluendæ obli-
gationis? congruenter Malderus *tract. 5. cap. 5. dub. 1.* in
reſponſione primæ obiectionis ait non maiorem hîc que-
relam eſſe, quàm in venditione agri. † Quod verò Hoto- 29
man. ſubiicit *ex lib. 44. ff. de obligat. & act.* quod certis mo-
dis deberi cœpit, certis modis deſinere deberi, non
ita accipiendum eſt, vt cuique liceat ſe obligationi ſubtra-
here, cùm illi lubet. Hoc enim conſtat non licere *l. 5. Cod.
de obligat. & act.* ſed accipiendum eſt ciuiliter, id eſt iis mo-
dis, qui iure ciuili recepti ſunt, veluti conſenſu partium
lib. 58. ff. de pact. l. 72. ff. de contrah. emption. & per actum
retro ſimilem *lib. 1. Cod. quand. lic. ab empt. diſced. l. 80. ff.
de ſolut.* confuſione, & aliis ciuilibus modis. † Quibus etiam 30
reditus tolli, & extingui compertum eſt, etiamſi ex iis ſint,
qui perpetui dicuntur: vt etiam peremptione rei, ſi realis
eſt, eſt enim ius in corpore, quo ſublato & ipſum tolli
neceſſe eſt *lib. 2. ff. de vſufruct.* & ex conſtitutionibus Pon-
tificum, ſi redimatur. Ex quo certum eſt, quod hic obiicit
Hotomannus conſtitutionibus non congruere, neque illas
attingere ſiue perſonales cenſus, ſiue perpetuos laceſſere
velit, † conſtat enim cenſus prædiales, & redimibiles ex 31
parte venditoris duntaxat confirmaſſe, illis ſcilicet verbis,
ſuper bonis ſuis, &c. Et poſt pauca, *& ſemper in ipſis contra-
ctibus ipſis venditoribus data fuit facultas*, &c. Quod deinde
à Diuo Pio apertiſſimè ſancitum eſt. Iuſſit enim vt non niſi
ſuper re certa immobili cenſus conſtituatur: & vt ſemper
liberum ſit venditori cenſum eodem pretio extinguere. Qui
etiam cenſus perſonales omninò prohibuit, vt aliis locis tra-
ctatum eſt. Vnde manifeſtum eſt, quidquid hic contra cenſus
perſonales, & perpetuos Hotomannus effundit, nihil ad con-
ſtitutiones Pontificum pertinere.

Poſtremò ait. *Præter ſuperiora vitia illud notandum eſt,
quod etſi nonis iſtis præſtationibus modus imponitur, vt vnus tan-
tum pro viginti aut quindecim, aut ad ſummum pro duodecim
ſoluatur, finis tamen, quod in duplo ſortis eſſe diximus, nullus im-
ponitur. Neque enim duplicatæ ſortis ratio vlla ducitur: atque ita
contra naturalem & ciuilem æquitatem acceſſio interdum infinitis
partibus eſt maior principali.*

Iam vidimus hunc contractum nullum habere vitium,
& præſertim ſeruatis conſtitutionibus. † Quod verò vltimo 32
loco obiicit, manifeſtè refellitur, tum *ex Nouell. 160.* in qua
Iuſtinianus ſanxit reditus annuos ad finem dupli non coar-
ctari, & quod de vſuris ſtatutum eſt, ne vltra duplum ſortis
procedere poſſint, ad reditus non pertinere. Atque etiam quia
in hiſce contractibus penſiones ſunt fructus iuris empti, non
pecuniæ ſeu pretij, quo comparatur. Vnde quemadmodum
non eſt contra ciuilem & naturalem æquitatem, ſi fructus
poſſeſſionis emptæ tandem procedentibus annis pretium ex-
cedant, ita prorſus nulla iniuſtitia eſt, neque vlla iuris ciuilis,
vel naturalis ratio offenditur, ſi penſiones tandem pre-
tium cenſus exceſſuræ ſint. Alioqui illud abſurdum ſequi
neceſſe eſt, vt poſtquam reditus pretium æquauerint, em-
ptor neque reditus amplius exigere poſſit, neque pre-
tium, quod perpetuo ſit venditoris, & cuius ex natura
huius contractus nulla eſt. Ex quibus perſpicuum eſt
perquam leuia eſſe, quæ ab Hotomanno hoc loco ad-
uerſus receptas redituum emptiones proponuntur.

Sanè rectius de hoc genere contractus ſenſit *cap. vltim.* 33
lib. 2. de vſur. qui tertius locus eſt, vbi de cenſibus annuis
ſuam ſententiam dixit. Ait ergo, *At nonnulli quidem in ea ſen-
tentia ſunt vt dicant fœneratitiam ea conuentione exerceri,
propterea quod ex nuda pecunia fructus quæritur. Neque enim*

ſi

ſi quando ſors reddatur, eas penſiones in ſortem imputari. In quo ſanè ego magnam eorum video imperitiam. Quis enim non videt, quantum inter mutui contractum, & hanc conuentionem interſit. Nam in mutuo quidem ita ſors alienatur, vt tamen debitoris obligatio ſemper eam creditore, cùm illi videbitur, præſtet, id eſt, vt ſors in omne tempus ſalua, & integra creditori remaneat. Contra vſitata conuentione ipſo ſtipulationis & traditionis momento ſors ei deperit, à quo data eſt, adeo vt eam neque vllo iure, neque vlla obligatione reuocare poſſit. Ex quo quidem intelligi debet, veram neque ſimulatam eo caſu emptionem contrahi: neque quidquam acceſſionis loco venire: ſed quod vltro citróque datur, rem eſſe primariam ac principalem: & pretium quidem in pecunia, mercem contrà in vectigalibus verſari. Ob eámque cauſam emptorem non ex aliena re ſicut fœneratorem, ſed ex ſua nimirum ex emptis vectigalibus, neque porro ex re ſterili, & infœcunda fructum ſibi comparare. Cauſa enim non in pecunia, ſed in debitoris bonis, & vectigalibus poſita eſt. Nemo melius hoc genus contractus deſcripſit, ſi tamèn quod ait mercem in vectigalibus verſari, intelligas de iure illa percipiendi. Conſtat enim penſiones, quas vectigalia vocat: non rem primariam & principalem hîc eſſe, vt ait, ſed fructus, & acceſſiones iſtius iuris pecunia empti & conſtituti *l.vlt.C.de iur. dot.l.vlt.§. ſin autem, C. de bon. quæ lib.* & adnotauit Malder. *tract.5. c.2. dub.2. verſ. verum iam ante*, & nos diximus *quæſt.88. n.17. & 18.*

34 Rectè etiam Vveſembecius, tametſi eiuſdem ſectæ auctor *in tit. de vſur. num.14. Longius*, inquit, *diſtant emptiones redituum ab vſuris. Nam vſura ſoluitur ſupra ſortem, & vna cum ſorte reddenda eſt. At in venditione reditus neque ſors redditur. Eſt enim vera venditio, & pretium tranſit perpetuo in venditorem, vt emptor illud repetere nequeat: neque quid ſupra ſortem ſoluitur, ſed aliud pro ſorte nempe reditus, qui eſt merx in hoc contractu. Hos igitur reditus emere aut vendere nihil prohibet c. 1. & 2. de empt. & vendit etiam cum pacto de retrouendendo, dummodo moderatio legum ſeruetur*, &c.

Poſſem Duareni, Cuiacij, Argentræi, aliorúmque grauiſſimorum auctorum teſtimonio vti. Sed poſt tot Diuorum Pontificum conſtitutiones, quibus emptiones redituum pro-35 batæ ſunt, id ſuperfluum eſſe putaui. † Et præſertim quia ex illis Hotomanoi verbis, quæ proximè retuli, ſatis Hotomanous ipſe refellitur, id eſt, ea, quæ duobus illis ſuperioribus locis contra hoc genus contractus, & Pontificum conſtitutiones irreuerenter, & petulanter ſcripſerat; & non ex ignorantia iuris, vt arbitror, ſed animo potius conuiciandi, & contradicendi ob rabiem & odium, quo homines hæretici in ſummos Pontifices, & eorum ſanctiones feruntur, vt aduerſus eundem Hotomanoum iamdudum ſcripſit Fachin. *loc. cit.* & Caniſ. *in d. c.10.n.6.*

QVÆSTIO XLIV.

An conſtitutio Pij V. de cenſibus obliget vbique terrarum.

SVMMARIA.

1. *Conſtitutio Pij V. de cenſibus, vbi recepta eſt, obligat omnes, & in vtroque foro.*
   Et etiam vbi non eſt recepta ex quorundam ſententia.
2. *Pontificis lex, de his lata in quibus verſatur animæ periculum, vbique ſeruanda eſt.*
3. *Pontificis leges non ideo minus ligant, quod à populo recepta non ſint.*
   Leges conſtringunt inuitos.
4. *Lex vt obliget debet in ſingulis prouinciis publicari.*
5. *Subditi poſſunt ex iuſta cauſa leges non recipere.*
6. *Leonis Nouellæ vſu populi non fuerunt recepta.*
7. *Cenſus contractus res politica, vt emptiones aliarum rerum.*
8. *Lex ſiue canonica, ſiue ciuilis non obligat, niſi moribus populi recepta ſit.*
9. *Auctores quidam qui ſentiant bullam Pij V. non obligare in prouinciis, vbi publicata non fuit.*
10. *Ludouici Molinæ Theologi ſententia.*
11. *Leges etiam Pontificia non obligant, niſi moribus recepta ſint.*
12. *Bulla Pij V. nihil continet, ex quo colligatur mens eius fuiſſe, vt ante promulgationem eius, & receptionem obliget in prouinciis.*
13. *Martini Nauarri ſententia, quatenus conſtitutio Pij V. de cenſibus obliget extra Eccleſiaſticam ditionem.*
14. *Quæ nec Ioanni de Salas, nec Caniſio, nec auctori omninò probatur.*
15. *Ius diuinum & naturale non deſinit eſſe tale, quod lege aliqua repetatur.*
16. *Conſtitutio Pij V. de cenſibus ab omnibus gentibus ſeruari deberet.*
   Caroli Emmanuelis Sabaudiæ Ducis edictum de obſeruanda conſtitutione Pij V. in emptionibus redituum.
17. *Annui reditus in prouinciis, in quibus bulla Pij V. recepta non eſt, ſub alia forma celebrati valent.*
18. *Siculi à Gregorio XIII. impetrauerunt, vt in conſtituendis cenſibus non tenerentur ſeruare bullam Pij V.*
   Bulla Pij V. quædam continet, quæ ad iuſtitiam contractus cenſualis non ſunt neceſſaria.
19. *Auenioni bulla Pij V. de cenſibus non eſt vſu recepta.*
20. *Ludouici Cencij dictum quoddam declaratur.*
21. *Bulla Pij V. de cenſibus, vbi recepta eſt, obligat etiam in interno foro.*

QVIA proxima quæſt. præced. *n.* 42. dictum eſt 1 cenſum non obſeruatâ formâ D.Pij V.nullum, & illicitum eſſe, operæpretium eſt quærere, an vbique gentium illius conſtitutio ſeruanda ſit. Neque enim hac in re auctores conueniunt. In qua tamen alij ſuam ſententiam proferant. Ego meæ tenuitatis memor aliorum ſententiam tantùm ſubiiciam.

Et primùm quidem licet conueniat inter omnes conſtitutionem hanc, vbi promulgata eſt, & vſu recepta, omnino obligare omnes in vtroque foro, vt inquit Cencius *quæſt.* 34. *n.* 39. ſunt tamen qui putant etiam vbi nec promulgata eſt, nec recepta, ligare omnes, & ſeruandam eſſe, & ita contendunt Virgio. *de cenſib part.2. n.* 208. *& lib. de interdict. vti poſſid. c.*18. *num.* 45. Paul. Comit. *reſponſ. Moral. lib.* 3. *quæſt.* 28. Boninſign. *de cenſib. cap.* 17. *num.* 8. *&* 9. Surd. *in conſ.* 282. *num.* 13. *lib.* 2. Gutierr. *practic. quæſt. lib.* 2. *cap.* 177. *num.* 7. *in fin.* Madius *lib. de requiſit. cenſ. quæſt.* 14. vbi ait legem Pontificis ab omnibus ſeruandam eſſe. Idem ſenſit Cencius *loc. cit. num.* 48. inquiens ſatis eſſe, quòd in vrbe promulgata fuerit: & ſecundum hanc ſententiam cenſuit Rota Romana *in dec.* 87. *num.* 7. poſt tractatum Cencij, & rurſus *in dec.* 42. *num.* 14. *&* 16. *poſt eius addit. Impreſſ. Venet.* & nouiſſimè omnium Duard. *in proœm. de conſtitut. quæſt.* 3. *num.* 54. *&* 61. † Aiunt enim legem Pontificis de his editam, 2 in quibus verſatur animæ periculum, etiamſi non contineat ius naturale, & diuinum, vbique gentium ſeruandam eſſe *ex c.vlt.de præſcript. c.nouit.* 13. *de iudic.* & aliis locis. Et proinde cùm conſtitutio D. Pij lata ſit circa ea, in quibus animæ periculum vertitur, & ad tollendas fraudes, & captiones plurimas, quæ in hiſce contractibus exercebantur, conſequens eſt omnino, & vbique ſeruandam eſſe, aliiſque fortiſſimis argumentis vtuntur, quæ ſunt apud Felicianum *lib.*1. *cap.* 1. *n.*1. & apud Comitol. *loc.cit.*

Nec obſtare, quòd in aliquibus regionibus conſtitutio hæc 3 recepta non ſit, quia leges, & conſtitutiones Pontificum non ideò minùs ligant, & obligant ſubditos, quòd ab illis non recipiantur, vt multis oſtendit Surd. *lib.3.de leg.c.*19.*n.*9.*& lib.*4. *c.*16.*&* 17. Eman. Roder. *t.*1.*quæſt.*6.*art.*6. & Reſpondet Duard. *loc.cit.n.*59.*&* 60. & in comment. Bullæ in Cœn. Dom. *li.*1.*c.*3. *quæſt.*6.*n.*2a. certum enim eſt leges conſtringere ſubditos, vel inuitos *ex l.*9.*&* 10.*C.de leg.* vnde dicimus legis duas eſſe partes rationem, & imperium, vt Angel. Matheac *lib.*1. *de via & rat iur. c.*30. *n.* 12. ſubiiciens legem eſſe non poſſe, quæ vim coërcendi non habeat. Et congruenter idem Suarez *lib.*1.*c.*11. *n.*7. ait de ratione legis eſſe, vt vim habeat obligandi.

Digitized by Google

4 Alij ſentiunt conſtitutiooem nnn obligare, vbi promolgata nnn fuit. Putant enim legem nôn obligare ſubditns, niſi in ſingulis prnuinciis, & diœceſibus publicata fuerit ex Baldo Angel. Alex & aliis apud Nattam *in conſ.498. nnm.20.* qni in ſpecie id ſcribit, de conſtitutione Martini V. de cenſib. Sot. *de iuſt. & iur. lib. 1. quaſt. 1. art. 4. verſ. crediderim tamen*, & aliis citatis Vaſquius *controuerſ. lib. 5. cap. 44. n. 1.* & Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib. 5. cap. 2. num. 40.* Neque hac in te iotet ius Pontificium, & Ciuile diſctimen eſſe, quo ſcilicet cautum eſt leges, & nouas conſtituiinnes non obligare ſubditos niſi in ſingulis prouinciis, & ciuitatibus promulgentur *ex nouell. 66. cap. 1. & nouell. Theodoſ. & Valent. 35.* vude leges ab omnibut iotelligi debent, vt vniueſi præſcripto earum manifeſtiùs eognito, vel vetitis abſtineant, vel permiſſa ſectentur, vt dicitur *in l. 9. Cod. de legib.* Durum enim videtur legibus incognitis, neque propoſitis populos adligatos eſſe.

5 Et addit Fridetic. Martin. *de iur. cenſ. cap. 4. num. 74.* ex alio capite conſtiturionem Pij V. Germanos nou obligare, quia apud ens moribus noo eſt recepta: conſtat autem, inquit, quòd lex etiam ſolemniter promulgata non obliget ſubditns, niſi ab eis ſit recepta: poſſe verò ſubditos legem etiam ſolemniter prnmulgatam ob plures cauſas, eáſque iuſtas nnn

6 recipere. † Vt de nouellis Lennis Philnſnphi, quæ multa corrigunt ex Iuſtiniaoi iure, qun vtimur, obſetuat Gnthofredus *in proœm. dictarum nouell.* & ante illum ex Græcis interpretibus Cuiac. *obſeru. lib. 17. c. 31.* noians quod noſtris hodie, idem etiam ſæpe pnpuli Rnmani Principibus eueniſſe, vt quæ conſtituerant, iudicio populi nnn reciperentur. Quod de ipſa conſtitutione Pij V. refertor Mattin. *loc. cit.* Cancer. *variar. reſol. part. 5. cap. 1. num. 275.* & Gutiet. *practic. lib. 2. cap. 117. in fin.* vbi refert Philippum II. Hiſpaniarum Regem in Comitiis Madriti habitis anno 1587. reſpnndiſſe motum proprium Pij V. ſic enim appellaot, apud Hiſpanos receptum oon eſſe,

7 Præterea vtuntur argnmento *d. c. nouit. de iudic.* vbi ſummus Pootifex ait nou eſſe mentem ſuam turbare iuriſdictinnem Principum ſupremorum, & Regum, maximè in iis, quæ ſpiritualia nnn ſnnt. Atqui ius cenſus res temporalis eſſe videtur, & politica: eiúſque conſtitutio non magis ſpiritualis eſt, quam emptiones aliarum rerum. Et delictnm vſuræ nnn magis cootra ius diuinum, & naturale eſt, quàm fraus, & furtum, quorum coërcitio ad Principes ſæculares in ſuis ditionibus pertinet, vt dicit Couarr. *variar. lib. 3. c. 3.* & nos diximus *quæſt. vlt. num. 72.* Ex quo fit, vt lex, vel canon latus ſuper conſtitutione cenſus obligare tantum videatur in terris Eccleſiæ, non Imperij, & aliorum Principum, ſi credimus Friderico Martini *loc. cit. n. 70. & 71.*

Denique hoc fortiſſimo argumento vtuntur, quia lex humana, ſiue canonica, ſiue ciuilis non obligat, oiſi pnpuli moribus & iudicio recepta ſit, idque probari *ex textu in cap. in iſtis, diſtinct. 4.* vbi leges dicuntur firmari, cum moribus vtentium approbantur: & *ex l. de quibus, 32. ff. de legib.* vbi hoc apertiſſimè cautum eſt illis verbis. *Nam cum ipſa leges nulla alia cauſa nos teneant, quàm quod iudicio populi recepta ſunt.* qood nntat idem Cuiacius *in l. 1. Cod. quæ ſit long. conſuet.* Socin. *in conſ. 35. num. 44. lib. 3.* Roland. *tract. de lucro dot. quæſt. 99.* Menoch. *lib. 2. præſcrip. 2. num. 1.* Senator Sola *ad proœm. decret. gloſ. 4. num. 30. & 33.* Surd. *in conſ. 58. n. 9. & 10.* & Couarrunias, qoi de lege Eccleſiaſtica loquitur *lib. 2. variar. cap. 16. num. 6. verſ. quinto.* Emman. Roderic. *d. quæſt. 6. art. 10.* Caniſ. *de vſur. cap. 11. num. 8. verſ. caterum*, & deſumptum eſt ex Ariſtot. *lib. 2. Politic. cap. 6.* vbi ait leges nullam vim habere, vt eis pareatur, niſi iudicio populi receptæ ſint.

9 Ex quibus conſtitutionem D Pij in iis regionibus nnn obligare, in quibns recepta non eſt, ſentiunt nominatim Theſaur. *in dec. 154. in fin.* Caniſ. & Martin. *loc. cit.* Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib. 3. cap. 3. num. 50.* Gratian. *diſcept. cap. 587. n. 13. & 14.* & acerrimè Felician. *in d. cap. 9. n. 2.* cnncludens illam in Hiſpania non obligare, cùm Hiſpanorum moribus recepta non fuerit, nec illins tranſgreſſnres culpa nntari poſſe. Hiſque congruenter Lennard. Leſſ *de iuſtit. cap. 26. n. 96.* ait non eſſe credibile ſuam Sanctitatem velle, vt hæc bulla, quæ tot nouas, & iure naturali minimè requiſitas conditiones contiret, circa contractum ciuilem nbſeruandas, in aliis proninciis vim habeat ante promulgatiónem in iiſdem factam. Nam ex cnntrario ſequerentur grauiſſima incommnda. Infiniti enim contractus bnna fide celebrati eſſent irriti cum maximo contrahentium damno, tenerentur enim plurimi penſinnes omnes receptas imputare in ſortem: & multi amiſſa ſnrte deberent etiam aliquas penſiones refundere, idque abſque vlla culpa, qui tamen cum pari, vel maiore lucro pecuniam io rem fructiferam, vel negotiatinnem impendiſſent, ſi contractum cenſualem irritnm eſſe putaſſent. Neque enim ex ſola promulgatinne Romæ facta paſſim potuit innteſcere omnibus, ne quantum eſt ex parte legiſlatnris ſubditi damnum incurrant ex ignorantia, neque iuſtè ſe poſſint excuſare, ſi non obſeruant. Et deinde concludit cnnſtitutionem non obligare in Belgio, in Gallia, in Germania. Idem ſentiunt Aznr. *part. 3. lib. 10. cap. 19. num. 3.* Valer. Reginald. *lib. 25. cap. 31. num. 444.* Caniſ. *de vſur. cap. 10. num. 8. verſ. caterum.* Binsfeld. *in c. in ciuitate concluſ. 3. in fin.* Philibert. Bugnnn. *de legib. abrogat. lib. 6. cap. 69.* Carol. Loyſ. *de redit. lib. 1. cap. 9. num. 15.* Malder. *tract. 5. cap. 5. dub. 6. verſ. illud credibile.* Zernl. *in praxi epiſc. verbo contractus cenſuales, in princ.* Bernard. Greuæ. *ad Gail. lib. 2. concluſ. 7. conſid. 1. num. 1.* Emanuel. Rnderic. *in explicat. dicta conſtit. in fin. princ.* Martin. Bonac. *de contract. diſp. 3. quæſt. 4. punct. 10. num. 4.* Fontanell *de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 16. part. 1. num. 3. & 5.* vbi alins auctores Hiſpanos refert, qui teſtaotur eam cnnſtitutionem in Regnis Hiſpaniæ non fuiſſe receptam. † Inter quns Molina Theolngus *in diſp. 390. num. 2.* differens 10
de ea cnnditione, ſic enim loquitur, qua cautum eſt, vt non niſi in pecunia oumerata, præſentibus teſtibus, & nntario, & in actu celebrationis inſtrumenti cenſus conſtituatur, ſic ait. *Illud admonuerim, quamuis ſolemnitas huius clauſula ex zelo ſancte ſtatuta, & ſanctiſſimo Pontifici Pio V. fuerit ſuggeſta fortaſſe expedire, vt aboleretur. Pauciſſimi enim ſunt, qui illam ſeruent, quia moleſtiſſimum illis eſt, neque ſine ſumptibus fieri poteſt, vt pecunia coram Tabellione, & teſtibus numeretur, aut tradatur. Neque ea omnia ſtatuenda ſunt, quæ in ſe ſpectata ad aliquem bonum finem indicantur expedire, quando ſpectata fragilitate humana difficile, & à paucis implentur, occaſióque eſſe poteſt illaqueandi conſcientias, & dubitandi, an contractus alioqui in ſe iuſti irriti ſint, & nulli cum onere reſtituendi vel computandi in ſortem penſiones acceptas. Et in diſput 392. num. 1.* clarè ait Principes ſæculares ea tantùm ex hac conſtitutione recipere teneri, quorum oppnſita iuri naturali repugnant, vel valde periculnſa ſunt saluti animarum. † 11
Hoc etiam docuit Salas *lib. de cenſib. dub. 6. num. 3.* & probari *ex d. cap. in iſtis, §. leges*, quo in lnco ſermonem eſſe de lege Eccleſiaſtica ait, & conſtare ex verſ. *unde illud*, vbi refertur decretum qonddam Theleſphori Papæ, quod non obligare dicitur, quia non fuit moribus vtentium approbatum. Et deinde congruenter iis, quæ ex Mnlina dicta ſunt *num. 4.* Addit ſummum Pontificem oon habere poteſtatem circa temporalia, niſi qunad ſunt neceſſaria, vel valde vtilia ad ſpiritualia: ergo non poteſt obligare ad ſeruandas conditiones aliquas in ceoſibus, quæ non ſunt neceſſariæ, neque valdè vtiles ad ſalutem animarum. † Denique Valer. Regi- 12
nald. *loc. cit.* poſtquam recenſuit conditinnes, quæ ex cnnſtitutione Pij V. requiruntur in conſtituendis cenſibus, *eam*, ioquit, *omittere poſſumus ſtudio breuitatis*, quia bulla huiuſmodi obligat quidem quoad illa, quæ cnntinet iuris naturalis, quandnquidem talia neque non vſu, neque contrario vſu tolli pnſſunt *c. vlt. de conſuet.* qunad illa tamen, quæ tantùm ſunt iuris pnſitiui non obligat ens, apud quns recepta oon eſt, imn potius cnntrario vſu repudiata. Non vſum enim, vel contrarium vſum ſufficere ad tollendam legis humanæ vim *ex d. c vlt. & d. c. in iſtis, diſtinct. 4. &c.* Accedat qund ea ipſa bulla nihil contineat, vndè ſufficienter colligatur menteio Pontificis in illa ferenda fuiſſe. vt obligaret ante promulgationem, & receptionem in prouincia. Neque probabile eſt prudentiſſimum patrem inſtituiſſe perturbari alios principes in ſua iuriſdictinne temporali, aliam formam rationi minimè repugnantem ſequentes cenſibus cnnſtituendis.

Sed primus omnium Nauatt. *in comment. de vſur. num. 107.* 13
&

Digitized by Google

& 108. diſtinctione adhibita putat conſtitutionem D. Pij in iis, quæ continent declarationem iuris diuini, & naturalis, vel neceſſaria ſunt ad rollendam vrgentem ſuſpicionem vſuræ, vbique retinendam, & ſeruandam eſſe: in iis verò, quæ neque iuris diuini, neque naturalis ſunt: neque tendunt ad tollendam vrgentem præſumptionem vſuræ, ſed magis videntùr pertinere ad humanam, & ciuilem iuſtitiam, inter quæ cenſet prælationem, quæ datur emptori cenſus, & alia quædam conſtitutionem non ligare eos, qui ſummo Pontifici, in temporalibus non ſubiiciuntur, & Nauarri doctrinam probatunt plurimi, vt Frideric. Martin. *loc. cit. n.72. & 73.* Surd. *in conſ.282.n.13.lib.2.* Honded. *in conſ.35.n.2. & 3. lib.1.* Philiarch. *de offic. Sacerdot. lib.5. cap.17.* Binsfeld *in d.c. in ciuitate. q.12. concl.3. in fin.* Lelius Zecch. *de vſur. cap.10. num.11. verſ. pro cuius bullæ.* Idémque ferè ſentiunt Molina, Reginaldus, & Salas *loc. cit.* & qui his ſcriptis prodiit Duardus *in d.q.3.n.15.*
14 † Tametſi Salas eodem loco notet Nauarrum, & alios, qui eùm ſequuntur, interdum malè loqui, dum dicunt bullam hanc in parte declaratoriam eſſe iuris diuini, & naturalis, cúm potius iubeat, & conſtituat: & ſi quid contra fiat, irritum eſſe decernat: idque ex eo manifeſtum eſſe, quia præteritos caſus non comprehendit, ſed tantùm cenſus poſtea celebrandos. Et inutilis etiam ex eo hæc diſtinctio eſſe videtur, quia etiam ſubducta conſtitutione Pij V. ad ea, quæ ſunt iuris diuini, & naturalis, omnes vbique, & ſemper tenentur, vt patet *ex c. quod iure diſtinct.8.* & docent omnes, & Salas, & Zecch. *loc. cit.* & ipſe Duard. *in d.q.3.n.37.* & proinde cùm in conſtitutione cenſus ea ſeruantur, quæ iure naturali, & diuino inſtituta ſunt, non ex eo ſequitur bullam contrahentes obligare vbi moribus populorum recepta non fuit, quia hæc obligatio non bullæ referenda eſt, ſed iuri diuino, & naturali, quo omnes peræquè tenentur, & adligantur, vt dictum eſt, & diſſerit Vaſquius *controuerſ. Illuſtr. lib.1.*
15 *cap.19.n.16. & 17.* † Vbi docet, ſi ius ſiue diuinum, ſiue naturale lege aliqua repetitum ſit, non deſinere eſſe ius naturale aut diuinum: nec effici ius ciuile, quia tunc Princeps non tam ius nouum feciſſe, quàm quod antea erat repetiiſſe videretur, refértque ita docere Bart. *in d.l. de quibus de legib.* & alios quoſdam: & congruenter *cap.44.n.10.* ait ius diuinum & naturale obligare ante promulgationèm. Nec tamen omittam Caniſium *in d. cap.10. verſ. vt igitur.* Nauarri doctrinam non ſatis probare.

Ita ergo, & tam variè auctores de hac quæſtione ſentiunt & exceptis Italis, qui etiam inter ſe non omninò conueniunt, reliqua ſcriptorum cohors exiſtimat conſtitutionem hanc, vbi nec propoſita eſt, nec moribus recepta, non obligate: & licere contrahentibus ſub alia forma reditus annuos emere, & percipere, dummodo nihil in fraudem vſurarum fiat, & iuſto pretio, æquiſque conditionibus contractus ineatur.

16 Verùm quemadmodum inquit Gudelin. *loc. cit. n.51.* hanc ſacroſanctam auctoritatem omnes mouere debere, vt ab emptione redituum perſonalium abſtineant, ita mihi æquũ & congruum videtur, vt non niſi ſeruata formâ huius conſtitutionis reditus annuos emant, & percipiant, & abſtineant pactis, quæ hac conſtitutione prohibentur. Quis enim huic malo occurrere debuit, aut potuit, niſi Romanus Pontifex, cui vniuerſi Chriſtiani gregis cura à Deo mandata eſt, & credita: Et cùm inter Iuris, & Theologiæ conſultos non ſatis de iuſtitia, & forma huius contractus conueniret, cuius auctoritati altercationes Doctorum potius cedere debent, quàm Romani Pontificis, qui Apoſtolicæ Eccleſiæ vnus eſt medicus, & princeps, & doctor Orthodoxæ doctrinæ, & fidei, vt dictum eſt. Nobis ſane gloriæ eſt tanti Pontificis obtemperaſſe mandatis, & conſtitutionem hanc poſtquam innotuit, neque enim audiui aliquando promulgatum fuiſſe, noſtris moribus receptam eſſe. Quam tamen ne auaritia locupletiorum, & fœneratorum laceraret, edicto ſereniſſimi Ducis noſtri, cuius ſæpe mentionem fecimus, opus fuit, quo contractus cenſuum in Pontificiæ conſtitutionis fraudem celebrati coërcerentur, & admonerentur Nicienſes, vt in emptionibus redituum formam à Diuo Pio præſcriptam impoſterùm religioſiùs obſeruarent, & pactis ea conſtitutione prohibitis abſtinerent.

Neque tamen puto eos, qui in iis regionibus, in quibus 17
conſtitutio Diui Pij neque promulgata eſt, nec vſu recepta reditus annuos ſub alia forma emunt, coëmúntque, peccare, & reſtituendi reos eſſe, dummodo animo emendi, & non fœnerandi, iuſto pretio, iuſtis æquiſque conditionibus cenſus conſtituant. Etenim mihi perſuadeo Summis Pontificibus, & Eccleſiaſticis magiſtratibus iampridem notum eſſe conſtitutionem Diui Pij V. toto ferè Chriſtiano orbe non ſeruari, vt in Germania, Gallia, Hiſpania: id enim ſcriptores harum gentium paſſim teſtantur, neque diſſimulant, eorúmque libri Romæ recepti ſunt, & teruntur omnium manibus. Ex quibus etiam conſtat Reges, & Principes in ſuis Regnis, & Prouinciis leges, & pragmaticas ſanctiones de conſtitutione redituum veluti de re temporali, & ciuili ediđiſſe, quæ in illis regnis, & prouinciis tam in contrahendo, quàm iudicando ſeruantur, & præſertim ex Caniſio apud quem ſunt conſtitutiones Caroli V. & aliorum Impp. de cenſibus editæ, & apud alios. Quamobrem cùm ſummi Pontifices, qui poſt Diuum Pium Eccleſiæ præfuerunt, nihil contra ſtatuerint, ſed ſub alia forma contractus illis in prouinciis iniri permiſerint, & nunc etiam patiantur, exiſtimo illis gentibus licere ſub alia forma contrahere, dummodo fraus abſit, & nihil fiat in fraudem vſurarum: & emptores, qui reditus percipiunt, reſtituendi reos non eſſe neque iudices, qui huiuſmodi contractus probant, & exequuntur, vt notat Ca-
niſ. *loc. cit.* † Et multo magis in hac ſententia confirmor, quia 18
animaduerti Siculos, quæ Inſula pars Italiæ eſt, vt conſtat *ex l.9. ff. de iudic.* vel potius inter prouincias Italiæ continentes, quia modico freto ab ea diuiditur, vt ait *l.99. de verbor. ſign.* quibus ſub alia forma cenſuum contractus inire vſitatum fuerat, cùm ex D. Gregor. XIII. recurriſſent, vt conſtitutione Diui Pij in emptionibus redituum ſoluerentur, id à ſummo Pontifice impetraſſe illiſque permiſſum fuiſſe, vt ſecundùm conſtitutionem Diui Nicolai V. cenſus compararent. Quod etiam aliis gentibus conceſſiſſet, ſi id expoſtulaſſent. Extátque præfati Pontificis Gregorij XIII. Conſtitutio apud Duardum in principio ſui operis, & apud alios, in qua quod maximè hîc notandum eſt, apertiſſimè ſcriptum eſt Diuum Pium V. multa in dicta ſua conſtitutione ſtatuiſſe, quæ ad iuſtitiam contractus cenſualis minimè ſunt neceſſaria, & inter cætera, vt cenſus nón generaliter ſuper omnibus bonis, ſed ſpecialiter ſuper re certa imponatur. Et hoc exemplo confirmari poteſt, quod multis oſtendit doctiſſimus Suárez *d. lib.4. cap.16. num.5.* licere ex hac cauſa ad ſummum Pontificem ſupplicare, referens etiam *n.8.* id in legibus
Pontificiis frequenter fieri. † Neque prætermiſero, quod re- 19
fert Ludouic. Bell. Auenion. *conſ.72.n.9.* Auenioni, quæ mihi altera patria eſt, in qua ſcilicet humanioribus literis, & Philoſophiæ operam dedi, & in tota illa prouincia, quæ ditioni Pontificis ſubiecta eſt, nunquam conſtitutionem Pij V. in vſu fuiſſe, & reditus annuos nulla ſpecialis rei, ſed tantum omnium bonorum facta mentione ſuper communitatibus permiſſos fuiſſe, & quotidie ita conſtitui generaliter tantùm omnium bonorum mentione, & obligatione facta. Conſtituo igitur in iis locis, in quibus ſanctio Pontificia recepta non eſt, nec moribus populorum confirmata, contrahentes, qui ſub alia forma iuſto tamen pretio, & æquis pactionibus cenſus bona fide emunt, & iudices, qui huiuſmodi contractus comprobant, & ſeruari iubent ex tacita Pontificum diſpenſatione tutos eſſe, vt notant Felician. *loc. cit. num.3. in fin.* & poſt hæc vtcunque ſcripta Emin. Card. de Lug. *diſput.27. num.67. verſ. quidquid autem.* & admittere videtur Duard. *in d. q.3.n.53. in fin.* & probari poteſt ex his, quæ magnus Suarez docet *d. lib.3. de legib. cap.19.n.10. & lib.4. cap.16. n.9.* vbi ait legem etiam canonicam, ſi per conſuetudinem toleratam non acceptatur, tandem non obligare.

His conſequenter, quod quærit Cenein *quæſt. 9.* qualis 20
cenſus eſſe debeat, & reſpondet eodem loco *num.1. & 2.* debere conſtitui ſeruatâ formâ conſtitutionis Diui Pij, alioquin nullum, & fœneratitium cenſeri, non tantùm coërcendùm eſt eo modo, quo diximus *quæſt. 42. num. 27.* ſed etiam vt accipiendum ſit in iis dumtaxat locis, vbi conſtitutio Pij V. recepta eſt, non autem de cenſibus, qui in aliis prouinciis celebrantur, quæ in conſtituendis cenſibus alio iure vtuntur

vt in Sicilia, & aliis. In iis enim locis etiam ſub alia forma contractus ſuſtinendi ſunt, dummodo nihil contineant, quod à iure diuino, & naturali remotum ſit, & conſtituantur, vt inter bonos, & bonæ conſcientiæ homines, in quos non ſolet cadere fraudis, & fœnoris ſuſpicio, in prouincia agitari ſolent.

21 Sanè vbi conſtitutio recepta eſt, retinenda eſt etiam in interno foro. Nam licet aliud videatur Nauarro *loc. cit. n.* 88. *& n.* 121. qui alios ſanè plurimos in ſuam ſententiam trahit, vt Boniuſig. *d. tract. de cenſib. cap.* 5. *num.* 5. Eman. Roderic. *eod. lib. cond.* 4. *dub.* 1. Leſſ. *de iuſtitia, lib.* 2. *cap.* 22. *dub.* 12. *n.* 80. Leonell. *ad hanc Bullam gloſſ.* 32. Lælium Zecch. *loc. cit.* & Caniſ. *in d. cap.* 10. *n.* 8. *verſ. hanc tamen.* vbi concludit conſtitutionem Pij V. ad forum conſcientiæ pertrahendam non eſſe, eo quòd contractus cenſuales ante initos non irritet, ſed ſubiiciat iudicio bonorum Religioſorum. Quod certe non feciſſet Pontifex, niſi quoque exiſtimaſſet, quoad conſcientiæ forum contractum cenſualem poſſe licitè, & ſine affectu fœnerandi ſine his conditionibus exerceri. Verius tamen meo iudicio eſt, vbi ea conſtitutio recepta eſt, etiam ad forum conſcientiæ pertinere, neque in conſcientia tutos eſſe ſe, qui ſcienter neglectâ eius formâ cenſus, & reditus annuos emunt, vt aduerſus Nauarrum ſenſit Felician. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 14. Virgin. de Boccat. *part.* 1. *num.* 52. Molin. *in d. diſp.* 390. *num.* 1. Rebell. *lib.* 10. *quaſt. vlt. in princ.* Ioan. Azot. *part.* 3. *lib.* 10. *cap.* 8. *quaſt.* 3. Salas *d. lib. de cenſib. dub.* 8. *num.* 11. recte ſubiiciens verba illa, *nullo modo*, quibus conſtitutio vtitur, ad forum internum etiam ſe extendere. Quod enim ſcribit Molfeſ. *in d. c.* 6. *num.* 82. Filliuc. *tract. de cenſib. cap.* 3. *num.* 508. Anton. Merend. *contr478. lib.* 11. *cap.* 26. *num.* 6. & 7 & Scortia *Theorem.* 162. *in fin.* Quod etiam ſenſit Emin. P. de Lug. *loc. cit. num.* 62. dum ſe refert ad ea, quæ docuit *in diſp. de contract. in genere ſect.* 9. *num.* 252. & apertiſſimè *in d. diſp.* 27. *num.* 83. *verſ. alij verius.* & probari videtur illis conſtitutionis verbis, *animarum ſaluti, prout tenemur, conſulentes.* & rurſus ex eo quod Summus Pontifex poſt traditam huic contractui formam illos omnes hortatur, ad quos ſub alia forma peruenerant, vt eos cenſuræ proborum virorum ſubiicerent, & animarum ſaluti conſulerent, qua coniectura etiam vſus eſt Virgin. *loc. cit.* Nam inquit, *ſi Pius V. dat formam contractui annuorum redituum, & aliter factos declarat fœneratitios, quomodo poteſt eſſe tutus in foro conſcientiæ, qui facit contractus contra formam traditam à Papa, & qui declarat contractus aliter factos eſſe vſurarios.* Denique admiſſa hac Nauarri ſententiâ magna via aperitur fraudibus: & ſecuriores homines accederent ad conſtitutionem Diui Pij V. variis artibus lacerandam, quod incongruum, & publicè noxium eſſe videtur. Quare conſultius, & tutius eſt ſincerè, & ex fide bona contrahendo rem, & conſcientiam in tuto ponere, & ſeruata ad amuſſim forma conſtitutionis his difficultatibus, & ambiguitatibus ſe liberare. In quibus verò hæc forma conſiſtat, diximus *in fine quæſt. præced.* de quibus nunc diligentiùs tractandum eſt.

QVÆSTIO XLV.

De qualitatibus rei cenſui ſubiiciendæ, & primum, vt ſit immobilis.

SVMMARIA.

1. *Res quæ cenſui ſubiicitur ex conſtitutione Pij V. quatuor qualitates habere debet.*
2. *Res, cui cenſus iniicitur, debet eſſe immobilis.*
3. *Cenſus ſuper agris, domibus, molendinis, & aliis huiuſmodi rectè collocatur.*
4. *Ædificia ſunt res ſoli.*
5. *Furnus res immobilis, & à clibanis differt.*
6. *Cenſus ſuper ædibus ligneis conſtitui poteſt.*
7. *Ædes ligneæ immobiles.*
8. *Domus lignea auulſa ſola domus eſſe deſinit.*
9. *Inſulis maris cenſus imponi poteſt.*
10. *Item inſulis, quæ in fluminibus ſunt.*
11. *Cenſus ſuper inſulis fluctuantibus an conſtitui poſſit.*
12. *Molendinis quæ in fluminibus, cymbis imponuntur, an cenſus imponi poſſit.*
13. *Molendina cymbis in fluminibus impoſita inter res mobiles recenſentur.*
14. *Cenſus ſuper molendinis fluuialibus conſtitui non poteſt.*
15. L. 1. §. ſi iuſſerim de acquir. poſſeſſ. *declaratur.*
16. *Columnæ inter res mobiles.*
17. *Cenſus ſuper molendinis, quæ in fluminibus iactis pilis poſita ſunt conſtitui poteſt.*
18. *Item in iis, ad quæ ſubditi accedere tenentur.*
19. *Cenſus in molendinis, quæ in ripis fluminum conſtructa ſunt, rectè collocantur.*
20. *Molendina minorum, quæ in ripis fluminum ædificata ſunt, ſine decreto alienari non poſſunt,* & n. 22.
21. *Molendina in feudum dari poſſunt.*
Et in emphyteuſim.
23. *Molendinorum periculum iuſtam præbere poteſt cauſam alienandi.*
24. *In alienando bona minorum iuſta cauſa abſque decreto non ſufficit.*
25. *Molendinis, & piſtrinis, quæ per iumenta circumaguntur, cenſus ſuperimponi poteſt.*
26. *Molendinis, quæ vento agitantur cenſus iniici poteſt.*
27. *Et in feudum dari poſſunt.*
28. *Salinis, & auri, & aliarum ſpecierum fodinis cenſus imponi poteſt.*
29. *Remora, Piſcaria quid ſint.*
Thynnariis cenſus iniici poteſt.
30. *Portubus, & litori maris cenſus validè iniicitur.*
31. *Mare, & litus maris omnibus communia ſunt.*
32. *Fluminibus cenſus imponi poteſt.*
Flumina inter immobilia ſunt.
33. *Cenſus ſuper diuerticulis fluminum conſtitui poteſt.*
34. *Lacubus, & ſtagnis piſcatoriis cenſus imponi poteſt.*
35. *Stagnis in quibus piſces ſeruantur cuſtodiæ cauſa, cenſus imponi poteſt.*
36. *Piſces piſcinis includuntur, vt ſeruentur, non vt creſcant.*
37. *Venditio fundo veniunt piſces, qui ſunt in Lacubus.*
38. *Columbariis an cenſus poſſit imponi.*
Cuniculorum ſeptis an cenſus ritè imponi poſſit.
39. *Columbarum fœcunditas.*
Colũbarũ paria ſingula quanti Romæ venierint ex Varrone.
40. *Emanuelis Comneni conſtitutio quædam, Anachoretæ milites Chriſti.*

FORMA, quæ emptionibus redituum à Diuo Pio conſtituta eſt, in duobus poſita eſt, in prædio, cui cenſus iniicitur, & pretio quo venditur, & comparatur. Nec enim permiſit Pontifex reditum annuum ſuper quibuſcumque rebus, & ex nuda obligatione conſtitui, neque ex quocunque pretio emi, & acquiri poſſe: ſed ad cohibendas fœneratorum & locupletiorum fraudes cautiones aliquot adhiberi iuſſit in prædio, & pretio, quibus neglectis cenſum non conſiſtere, ſed fœneratitium eſſe decreuit, vt conſtat illis conſtitutionis verbis, *contractuſque ſub alia forma poſt hac celebrandos fœneratitios eſſe iudicamus.* † Et quidem in re, cui 1
cenſus iniicitur, quatuor qualitates ad validitatem contractus concurrere iubet, vt ſcilicet ſit immobilis, vel pro immobili habeatur: vt naturâ ſuâ ſit fructifera, vt tot ſaltem fructus ferat, qui penſioni ſufficiant: denique vt ſit certa, & ſuis finibus deſignetur, de quibus pauca quædam dicam acturus deinde de cautionibus, quæ ad validitatem contractus ex forma huius conſtitutionis circa pretium adhibendæ ſunt, ſi Deus vires dabit, vt quod pollicemur, exequi valeamus.

Prima igitur qualitas rei cenſualis eſt, vt ſit immobilis, 2
vel quæ pro immobili habeatur, vt conſtat ex illis conſtitutionis verbis. *Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus cenſum ſeu annuum reditum creari, conſtituiue nullo modo poſſe in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur.* vnde licet aliquando

valde

Digitized by Google

valde dubitatum ſit, an cenſus conſtitui poſſit ſuper obli-
gatione perſonali tantùm, vel ſuper bonis omnibus nullo
deſignato fundo nunc poſt conſtitutionem D. Pij explora-
tum conſtituatur, vt inter alios notat Roderic. *de ann.redit.
lib.1.q.4 n.7.* Vgolin.*de vſur.cap.49 §.1.n.1. & 4.* Caniſ. *eod.
lib.cap.10 n.6.* Intrigliol.*de cenſib.q.35.n.11.* & Marcell. Con-
nerſan.*in addit.ad eund.* & cenſuit Rota poſt Cencium *in dec.
80.n.1.& dec.330.n.2.* & ipſe Cenc.*q.29.n.4.* & hanc receptiſ-
ſimam eſſe ſententiam ſcribit Auendan.*de cenſib.Hiſpan.c.50.
n.12. & 16.* ſubiiciens ſecundum originariam naturam cen-
ſus bona ſtabilia in eius creatione requiri: & ideò conſti-
tutionem Diui Pij, quæ id exigit, iuris principiis innixam
eſſe, quod tamen multi negant, vt initio dixi, & poſt conſti-
tutionem Diui Pij ſuperfluum eſt quærere.
3 Primi generis ſunt res ſoli, quales ſunt vineæ, prata, agri,
montes, colles, valles, ſyluæ, & his ſimilia, ſuper quibus cen-
ſum imponi poſſe certi iuris eſt, & fatentur omnes, vt Vir-
gin.de Boccat.*lib de cenſib.par.1.n.2.* Auendan. *cap.51. num.1.*
Filliucc.*in tract.de cenſib.cap.2.n.286.* Scortia *in ſelect. Pontif.
conſtit.theorem.358.* & Cenc. *loc.cit.num.3.* cuius generis etiam
ſunt domus, furni, molendina, & reliqua ædificia, quæ ſo
lo cohærent, quibus propterea, ſi cætera concurrant, rectè
cenſus iniicitur.
4 Et licet Auendan.*loc.cit.* ſcribat iſtiuſmodi bona non eſſe
immobilia ſoli, ſed ſimpliciter immobilia, & ſolo cohæ-
rentia, quem probauit Cencius *vbi ſupra*, & Duard. *in §.1.
q.27.in princ.* tamen res ſoli etiam dicuntur *in l.1.§.planè.ff.de
vi & vi arm.& in leg.7.§.res ſoli.ff.de vſufr.* & ſuper illis vali-
lidè cenſus imponi poteſt, vt iidem auctores docent iiſdem
locis, & Vgolin.*in d.§.1. n.2.* & conſtat apertiſſimè ex con-
ſtitutionibus duorum Pontificum Martini V. & Calixti III.
de emptione, & vendit. quæ verbis expreſſis hoc probant,
5 vt obſeruat Auendan. *in d. cap.51. n.6.* † Et furnos quidem,
quorum fit mentio, vt etiam furnarij *in l.24.§.6 ff.de damn.
infect.* inter immobilia cenſeri; vel ex eo conſtat, quia hoc
nomine à clybanis differunt: clybani enim mobiles ſunt, &
quocumque viſum transferri poſſunt, furni verò, vt qui ex
crementis, ſeu lateribus, & calce in vrbibus conſtruuntur,
immobiles, vt tradit Ioann.Hering. *de molend. q.2. num 78.*
& Camill.Borrell.*de magiſtrat. edict. lib.4. cap.6. num.44* Et
proinde illis validè cenſus imponitur, vt in hoc Nicienſi
tractu vſitatum eſt, præſertim ab oppidis, & caſtris, quæ ex
furnis annuos prouentus percipiunt.
6 Sed quæritur an ſuper ædibus ligneis cenſus institui poſ-
ſit: & Auendan.*cap.16. n.17.* reſpondit non poſſe, cùm nec
frugiferæ ſint, nec locari poſſint. Quod etiam ſenſit Duard.
in d.§.1.q.28.n.12.& 13. quamuis non probet rationem, qua
Auendan.mouetur, ſed aliam proferat, quia ſcilicet huiuſ-
modi ædes exemptiles ſunt, & mobiles, & ſolo propriè non
dicuntur cohærere, cùm citra earundem corruptionem poſ-
ſint eximi, & à ſolo ſeparari. Ego verò puto cenſum in illis
conſiſtere, modo ſolo adfixæ ſint, & ad perpetuam habita-
tionem conſtructæ, verè enim fructus ferunt, cum habitari
poſſint *l.14.C.de vſur.l.11.§.1.ff.de pignor* vel locari, vt naues
7 *l.ſi nauis.ff.de rei vendic.* † Et immobiles eſſe conſtat apertiſ-
ſimè *ex l.1.§.8.ff.de vi, & vi arm.* vt etiam ex hoc loco notat.
Benuen.Strace.*in lib.de nauib. par.2. n.31.* Nam licet interdi-
ctum hoc ad res mobiles non pertineat, ſi quis tamen de
ligneis ædibus deiectus fuerit, nemo ambigit interdicto lo-
cum eſſe: & proinde, vt in ædibus, quæ ex lapidibus, & ce-
mentis conſtant, cenſus conſiſtit, ita in ædibus ligneis vali-
de inſtitui dicendum eſt. Neque mouet quod Duardus ait
8 ideo mobiles videri, quia ſine earum corruptione poſſunt à
ſolo ſeparari. Nam eo ipſo quod eximuntur, & diſſoluun-
tur, deſinunt domus eſſe, quia earum forma mutatur *l.10.§.
non tamen.& §.in nauis. ff.quib.mod. vſusfr. amitt. & l.inter.83.
§.ſacram.ff.de verb.oblig.* & fundamento ſublato tollitur ædi-
ficium, conſtat igitur reuulſa illa lignorum ſtrue deſinere
eſſe domum, & dum cohæret ſolo inter res immobiles cen-
ſeri *ex d.§.8.* quem locum à relatis auctoribus miror animad-
uerſum non eſſe, & conſequenter ſuper ædibus ligneis cen-
ſum rectè conſtitui poſſe, tametſi inconſulti hominis eſſet
ſuper ea re cenſum emere, quæ facilè incendio perire, & in
cineres collabi poteſt.

Sed quid de inſulis ſtatuendum eſt? Et quantum attinet 9
ad inſulas maris, quæ verè ſunt bona ſoli, ſi frugum, & fru-
ctuum feraces ſunt, ſtultum eſt quærere, an illis cenſus va-
lidè iniiciatur. Etenim ſuper illis, vel prædiis, quæ in eis ſita
ſunt, cenſum rectè conſtitui certi iuris eſt. Nec enim ab aliis
agris diſtant, niſi mari vndique circundantur, & alluuntur.
§.inſula. Inſtit.de rer. diuiſ † Idémque dicendum eſt de inſulis 10
fluminum, quæ fiunt cum fluuius paulatim colluendo locum
eminentem ſupra alueum fecit, & eum alluendo auget, vt
in l.30.ff.de acquir.rer. domin. quales Rhodanus interdum fa-
cit. Huiuſmodi enim inſulæ res ſoli ſunt: & vel agri, vel pars,
& portio agrorum *l.inter eos.& l.65. §.2. ff.eod l.8. § ſed & ſi.
ff.de vſufr.& l.26.in fin.ff.de except.rei indic.* & proinde validus
eſt cenſus, qui illis ſuperimponitur, vt docent Auendan.*c.56.
n.6.* & P.Duard.*in d.§.1.q.30.n.15.*
Sed valde hæreo, an idem dicendum ſit de inſulis, quæ 11
fluctuant, & vno in loco non permanent. Cuiuſmodi plures
commemorat Dion.*lib.1.rer.Roman.* Seneca *l.3.natural. quæſt.
cap.25.* & Plin.*lib.2.cap.95.* vbi refert in Lydia quaſdam non
ventis ſolum, ſed etiam contis quolibet impelli; & Ludo-
uic. Guicciard. *in deſcriptione Arteſiæ*, qui refert in Lacu S.
Homeri quaſdam paruas inſulas eſſe, quæ funibus ab inco-
lis, quo videtur, impelluntur. De his etiam loquitur Labeo
in d.l.65.§.idem iuris.ff.de acquir. rer. domin. vbi ait huiuſmo-
di inſulas non ipſi fluminis alueo cohærere, ſed virgultis, aut
alia leui materia ita in flumine ſuſtineri, vt ſolum eius non
tangant, & proinde has propemodum publicas, & ipſius
fluminis inſulas eſſe, non priuatorum. Quod notat Bart. *in
tract.de inſul.verbo in flumine nata.* & Mynſing. *in d. § inſula.
n.7.* & iſtiuſmodi inſulas mobiles, & immobiles videri ſcri-
pſit Tiraquell *lib.1.de retract.§.1.gloſ.7.num.121.* id eſt mobi-
les, quod moueantur, immobiles quod non vbiuis mouean-
tur, vt cæteræ res mobiles, & deinde ſubiicit. *Sicuti ergo ma-
re, flumen, ſtagnum inter immobilia numerantur, tametſi eorum
aqua moueatur, ita & huiuſmodi inſulæ, quæ eis perpetuò cohæ-
rent, tametſi non eodem ſemper loco, debent etiam cenſeri immobi-
lia* Ex quibus videtur ſuper huiuſmodi inſulis cenſus collo-
cari poſſe, ſi vetuſtate confirmatæ ſunt, & ex illis annuatim
ex paſtu pecorum, vel alia ratione fructus proueniant, vt
ſenſit Duard, *in d.q.30.n.14.in fin.*
Ex his conſequens eſſe videtur cenſum valide conſtitui 12
poſſe in molendinis, quæ cymbis imponuntur in flumini-
bus, & aduerſus vim aquarum catenis, & funibus ſiſtuntur,
& retinentur, cuiuſmodi multa vidi in Pado, & Tiberi, quia
licet interdum loco moueantur, vt inſulæ illæ fluctuantes,
de quibus mox dixi, non tamen extra flumen ea mouere
licet, niſi diſſoluantur, & præſertim quia retinaculis, & cate-
nis fluminum ripis cohærent, & ideo res immobiles quo-
dammodo eſſe videntur *d l.1.§ plane ff.de vi & vi arm.* Dein-
de quia vt prædia vrbana, & ruſtica locantur, & ex illis quot-
annis fructus percipimus, ac ſi omnino res ſtabiles eſſent,
quod argumentum eſt res eſſe immobiles ſecundum Bald.
in proœm.feud.col.6.verſ.ſed quæro quomodo. num.21. & 22. Ti-
raq.*loc.cit.n.151.in fin.* & Simoncell *de decret.par.2. inſpect.12.
num.86.* & proinde inter immobilia referuntur à Rebuffo *in
leg.95. de verb. ſignif.* & ioan. Hering. *lib.de molend. q 8. n.9.
& 31.*
Sed his non obſtantibus verius eſt iſtiuſmodi molendina 13
rebus mobilibus accedere, vt nominatim ſcribit Iacob.no-
uell.*in lib de iure protom. §.2. num.111.* Guerin.Piſ. *in prælud.
feud.tit. in quib.reb. feud. conſt. poſſ. in fin.* Ripa *in l.quominus.
n.126.ff.de flumin.* Tiraquell.*in d.gloſ.7.n 91.* & Franciſc. Gri-
maud.*eod.lib.de retract.lib.4 cap.17.* Gutiert.*practic. quæſt.lib.5.
cap.91.n.2 & 3.* vnde colligunt ea contineri legato mobilium
& exæquari iis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & à tu-
tore ſine ſolemnitate vlla alienari poſſe, vt etiam docet
Montan.*in lib.de tutor.& curat.cap.33.num.176.* & Gutiert. *de
tutel.par.2.cap.5.num 61.* † Ex quo illud neceſſariò conſequi- 14
tur, vt ſuper illis cenſus creari non poſſit, nempe ob con-
ſtitutionem Diui Pij, qua nominatim cautum eſt, vt non
niſi ſuper re immobili cenſus conſtituatur, & ita in ſpecie
docet Auendan.*cap.52.n.13.* Cenc.*in d.q 29. n.7.* & Duard. *in
§.1.q.27.in fin.& q.28 n.10.*
Neque mouet, quod catenis, & aliis retinaculis alligen-
tur

Digitized by Google

tur ripis, & munitionibus fluminum, vel proximis ædifi-
ciis, quia id non ſatis eſt, vt inter immobilia cenſeantur.
Nam & naues hac ratione res immobiles dici poſſent, cum
iactis ancoris ſiſtantur: ſed ad hoc neceſſe eſt, vt ſolo co-
hæreant, & figantur *d.l.1. §.plan. ff.de vi, & vi arm. l.grana-
ria.ff.de act.empt.& arg.d.l.65.§.idem iuris.de acquir.rer.domin.
& l.eum.ff.de vſucap.* nec eſt contrarium, quod inſtar prædio-
rum locari ſoleant, quia ad hunc etiam modum naues,cur-
rus,vehicula,& aliæ res mobiles locari poſſunt *l.15.§.ſi ope-
ras.ff.de vſufr.l.fructus §.in ſeruo.ff.ſolut.matrim.l.19.verſ. præte-*
15 *rea.ff.de vſufr.* † Denique nihil ad rem haec pertinet *l.1. §.ſi
inſſerim.ff.de acquir. poſſeſſ.* ex qua Rebuffus *loc. cit.* reſpondit
huiuſmodi molendina inter immobilia computari,quia hoc
loco Vlpianus definit tantum non eſſe neceſſe actu, & cor-
pore apprehendere poſſeſſionem, ſed oculis,& affectu etiam
apprehendi poſſe,& ait argumento eſſe eas res, quæ propter
magnitudinem ponderis moueri non poſſunt, vt columnas:
nam pro traditis eas haberi, ſi in re præſenti conſenſerint.
Quod de rebus mobilibus accipiendum eſt,vt ibi Accurſius
notat, quæ licet dicantur propter magnitudinem ponderis
moueri non poſſe, non tamen deſinunt eſſe mobiles. Nam
id ita intelligendum eſt, vt moueri non poſſint ab ipſis di-
ſtrahentibus,& tradi eo modo, quo traditur enſis,veſtis, li-
bet: neque de rebus ſoli propriè dicitur propter magnitu-
dinem ponderis loco moueri non poſſe: ſed de iis tantum,
16 quæ à ſolo diuulſæ ſunt. † Quod ſanè oſtendit exemplum
quo Vlpianus vtitur,columnarum,quas per ſe ſpectatas mo-
biles eſſe, & inter immobilia cenſeri certiſſimum eſt, & fa-
tuum eſſet dicere loco moueri non poſſe. Alioqnin fruſtra *in
l.6.& 7.Cod.de ædif.priuator.* prohibitum eſt, ne quis ad rura
columnas transferat, vel ex vna prouincia in aliam. Male
igitur Rebuffus inde colligit iſtiuſmodi molendina res im-
mobiles eſſe. Quæ quidem facilè moueri poſſunt, ſi vin-
cula ſoluantur, vel abſcindantur: vnde verius eſt mobi-
lium loco cenſeri, vt docent auctores citati, & Roſentall.
de feud. cap.4.conc.4.num.2. vbi hinc colligit in feudum dari
non poſſe.

17 Cæterum hæc duobus modis declaranda ſunt.Primus eſt
ſi forte iactis pilis hæc molendina in fluminibus poſita ſunt
Hoc enim caſu cùm alueo fluminis, & ita ſolo cohæreant,
inter immobilia haberi debent *arg.l.30.in fin ff.de acquir. rer.
domin.& d.l.1. §.illud & § plane. ff. de vi & vi arm.* & docet
Ioan.Hering *in d.q.8.n.32.*& proinde tanquam res ſoli,& in
feudum dari poſſe arbitror, & ſuper illis cenſum rectè con-
18 ſtitui. † Secundus eſt ſi non omnibus ius ſit habere molen-
dina,in flumine publico:ſed ex priuilegio, vel quo alio iu-
re alicui tantum id licet, ita vt cogantur ſubditi, vel incolæ
ad hæc molendina accedere, quæ idcirco bannaria dicun-
tur, hoc enim caſu ſtabilibus aggreganda ſunt. Nec enim
eorum ſubſtantia in rotis,& lignis tantum conſiſtit,ſed etiā
in iure illo, quod ſtabile eſt, & ſublato ædificio, vel flam-
mis,vel vi fluminis adhuc permanet:nec vlli alteri ius eſt in
flumine hæc ædificia ponere,vt tradit Franciſc Marc. *q.106.
n.6.*& proinde huiuſmodi molam cum hoc iure rectè in feu-
dum dari poſſe ſcribit Roſental. *eod. loc.* & aliis auctoribus
citatis idem Hering.*q.24. n.21.* ideóque etiam cenſus ſuper
illa validè poterit collocari.

19 Sanè quod attinet ad molendina,quæ ſolo cohærent,& in
ripis fluminum conſtructa ſunt, vel ad præterlabentem ali-
quam aquam ædificantur, quia ſine dubio res ſoli ſunt, &
& immobilium numero habentur *l.7.§.1.ff.de vſufr. & d.l.1.
§.plane.de vi & vi arm.*& notat Arius Pinell. *in l.1. C.de bon.
matern.par.3.n.18.*Gutier.*in d.q.91.n.5.*& Hering *loc.cit.n.10.*
certum eſt in illis validè cenſum collocari, vt ſentiunt Na-
uarr.*in lib.de vſur.n.118.*& Virgin. de Boccat. *par.2.num.43.*
& in ſpecie tradunt Felician.*de cenſib lib 2.cap 3 n.37.* Auen-
dan.*d.cap.52.num.10.*Cenedus *in d.quæſt.29 num.7.* & Duard.
loc.cit.n.6. idem Hering.*eod tract.de molend.quæſt.73. num.12.
& 16.*

20 Nec eſt contrarium, quod hæc molendina à tutoribus
ſine decreto alienari poſſunt,vt ſcribit Montan.*in d. cap.33.
n.176.* quæ fuit ſententia Angeli, Fulgoſij, & aliorum quos
ſequitur Gratian.*diſcept forenſ.cap.564.n.18.* vbi ait hanc eſſe
magis receptam ſententiam, & ab ea non eſſe recedendum,
quia reſpondeo hanc, quæ dicitur communis opinio, nec
legem, nec rationem habere: & verius eſt iſtiuſmodi mo-
lendina ſine iudicis decreto à tutoribus alienari non poſſe
ex l.1 ff.de reb.eor.qui ſub tut.ſunt.& l.22.C.de admin.tut.& aliis
quibus cautum eſt, ne prædia minorum ſine decreto alie-
nentur: quia verè res ſoli ſunt, & cohærent ſolo, & inter
res immobiles meritò numerantur. † Nam & in feudum 21
dari poſſunt, vt tradunt Afflict.*in cap.1.quæ ſint regalia.in ver-
bo flumina.*Curt.*in tract feudor.q.6.n.11. prima par.princip.* &
Schrader. *de feud. par.3.cap.1.n.2.* idem docent alij plurimi
apud Roſental.*loc.cit.in notis.ad n.1.*& ſuper eiſdem emphy-
teuſis conſiſtit, vt refert Aluar. Valaſc. *lib. de iur. Emphy-
teut.q.12.n.9.*& Auendan.*de cenſib. Hiſpan.cap 51.n.6.*quod ar-
gumento eſt res ſoli eſſe, vt reliqua ædificia *d.l.7.§.res ſoli.ff.
de vſufr.* † Ideóque verius eſt ſine iudicis decreto alienari non 22
poſſe, vt primus ni fallor contra antiquiores ſenſit Pinell.
in d.l.1.C.de bon.matern.par.3.n.38. cuius ſententiam proba-
runt Aluar.*in d.q.12.n.9.*Felician. *d. cap.3.n.37.* Franciſc de
Cald *in l.ſi curatorem. verbo contractum feciſti.n 14. C. de in in-
tegr.reſtit.*Gutierr.*loc.cit.in fin.& lib.de tutel par.2. cap.5. n.61.*
& Auendan.*loc.cit.n.11.*& qui poſt hæc noſtra prodiit Duard.
in d.q.27. n.19. idem etiam ſenſit Valent. Forſter. *in tract. de
ſucceſſ.ab inteſt.* quem habere non licuit, ſed illum refert, &
ſequitur Simoncell.*in lib.de decret.tit.8.inſpect.12.n.86.*vbi ait
ſe magis in hac opinione perſiſtere ob grauiſſimorum au-
ctorum Pinelli,& Forſteri auctoritatem.

Nec veterum ſententiam iuuat, quod iſthæc ædificia ſal- 23
tem cùm in ripis fluminum poſita ſunt, in continuo peri-
culo verſentur, quia præterquam quod in locis tutioribus
collocantur, & aduerſus vim fluminis munitionibus, & ag-
geribus ita muniri ſolent, vt tuta ſint: & rarò eueniat, vt
impetu fluminis ſubruantur, vt expendit Auendan *loc. cit.*
ſi quod periculum immineat,id in cauſa erit, vt iudex decer-
nat expedire minori rem alienare, vt optimè tractat Simon-
cell *in d inſpect.12.*Caldas,& Gutierr. *loc. cit.* † Neque enim 24
cum de prædiis minorum alienandis agitur,iuſta cauſa ſuf-
ficit abſque iudicis decreto *l.magis puto. §.ſi æs alienum. ff. de
reb.eor.l.ob æs.C.de præd minor.& l.vlt.C.de iur.fiſc* vt etiam de-
cretum non ſufficit, niſi iuſta cauſa interueniat *d.l. ob æs. &
l.minorum.C de præd.minor* & docet Cardin Mantic.*de tac. &
ambig conuent.lib.4.tit 6. n.16.*ſtatuamus igitur hæc molendi-
na vere immobilia eſſe,& iure immobilium cenſeri, & con-
ſequenter ſuper illis rectè cenſum collocari poſſe.

Neque tantum id verum puto in molendinis, in quibus 25
molis aquariis franguntur frumenta, ſed etiam in piſtri-
nis,& locis, in quibus molis iumentariis, & aſinariis, ideſt
quæ per aſinos, & iumenta circumaguntur, oliuæ frangi,&
comminui ſolent, quibus in hac vrbe vtimur, & in Gallia
etiam ad extrahendum oleum,vt teſtatur Rebuff. *in l.79. de
verb ſignif.*Hæc enim verè ſoli ſunt, & pars domus, & fun-
di *d.l.79 §.vtiles.& l.æquiſſimum.in fin.de vſufr l.17.in princ.&
l.granaria.ff.de act.empt.l 40.§.quid ergo.* illis verbis. *quaſi por-
tio ædium* & tradunt Argent.*tit.17.n.208. gloſ 2. n.9.* Pechius
de teſtam.coniug.lib.3.cap.30. n.2. & Heringius filius *in d.q.8.
num.41.*

Qua ratione etiam cenſum valde conſtitui poſſe arbitror 26
in iis molendinis, quæ vento agitantur, & circumaguntur,
& dicuntur *πνευμάτικα*. Etenim modo ſolo cohæreant im-
mobilium iure cenſeri veriſſimum eſt *arg d l 1. §.plane. ff.de
vi, & vi arm.& d.l.granaria.* & aliis ſimilibus: & ex Tiraq.
*in d.gloſ.7.num.92.*Rebuff.*in l.mouentium.de verb ſignif.* & di-
ſertiſſimè Hering.*loc.cit. n.40. & 41.* vbi poſt multa in hanc
rem vere & eleganter ſubiicit hæc verba.Accedit prædictis,
quod illa, quæ in ſolo ædificantur, dicantur ſolo contine-
ri *l.1.§.2.de rei vendic.* & terra teneri *l. fundi in princ. de act.
empt.*& ſolo cedere, ſiue accedere *l.3.§.pertinet. ff.de vi & vi
arm.l.3.§.ſed ſi ſupra ædes. ff.vti poſſid.* Vnde non mirum tali-
ter inædificata quoque pro immobilibus habenda eſſe *l.adeo
§.cum in ſuo ff.de acquir.rer.dom.in* Nonne autem molendinum
quoque pneumaticum ſolo continetur, terra tenetur,& ſolo
accedit? fatebuntur itaque omnes, qui vnquam tale quid
aſpexerunt:ergo vt rebus immobilibus adnumerentur, neceſ-
ſe eſt. † Cuius rei etiam argumentum eſt, quia huiuſmodi
ædificia, & in feudum dari poſſunt, vt poſt Vulteium *lib.1.*
de

Digitized by Google

*de feud.cap.*5 *n.*5.notat Roſental.*eod.tract.cap.*4.*concluſ.*4.*n.*1. & verò feudum in rebus immobilibus tantùm conſiſtere exploratum eſt *ex c.*1. §. *ſciendum. de feudis cognit.lib.* 2. & ibi Cuiacius docet,& Roſental.*d.cap.*4.*concl.*1. vbi ait id omnes docere, & ipſam rerum experientiam approbare.

28 Ad res immobiles etiam refero ſalinas, lapidicinas, ſulphuris, aluminis,argenti, & aliorum metallorum,& ſpecierum fodinas, vel quid aliud his ſimile, id enim ſatis indicat *l.*3.*in fin.& l.*3.*in princ.ff.de reb.eor.* vbi Vlpianus ait orationem Seueri,qua prohibiti ſunt tutores,& curatores prædia ruſtica, vel ſuburbana diſtrahere ad huiuſmodi rerum alienationem pertinere, ideóque ſuper illis cenſum conſtitui poſſe dicendum eſt,vt notant Virgin.*d.lib.de cenſib.par.*1. *n.*3.& rurſus *par.*2.*n.*100.& Leſſius *de iuſtit.& iure lib.*2.*c.*22. *n.*77.Nam & hæc olim in cenſum deferebantur *l.* 4. §. *lacus. ff. de cenſib.* & ex illis reditus prouenire dicuntur *in l.*77. *de verb.ſignif.*& earum etiam vſusfructus eſt *l.*9. §.2. *ff.de vſufr. & l.*13 §.*inde eſt.ff.eod.*& tradit Caſtill. *de vſufr. cap.* 37. *n.*6. *&* 9.cùm ergo res immobiles ſint, & fructiferæ,nihil vetat ſuper illis ab earum dominis cenſum conſtitui.

29 Huius generis etiam fuere remoræ piſcatoriæ, & ſtationes quædam maris,quæ erant præſertim in Boſphoro Thracio ante prædia cuiuſque in quibus dominis prædiorum maritimorum tantum piſcari licuit,vel eas locare,& ius fuit prohibere alios, ne in illis piſcarentur ex Leonis Nouell. 57.& 102.quorum meminit Cuiac.*obſeru. lib.*14.*cap.*1. refert etiam Harmenop. *lib.*2. *cap.*1. *de veſtib.marinis.* Nouella 30. eiuſdem Leonis cautum eſſe, vt quiſque eius dominus eſſet, quod ſibi adiaceret, & illi ius,& poteſtas eſſet pellendi eos, qui ſine illius conſenſu veſtibulorum commodis vti vellent. Et nunc eiuſdem generis puto ſepta quædam piſcatoria,confixis palis,ſeu tractus quoſdam maris, in quibus non omnibus piſcari licet, ſed ſunt priuatorum, vel ex conceſſionibus Principum, vel ex longa conſuetudine, quos domini,& poſſeſſores locant,ſingulis annis, vel ad aliud tempus,vt in Prouincia prope Maſſiliam, & in mari Siculo, vt mihi relatum eſt, & ſcriptum deinde comperi apud Ioann. Aloyſ.*de ſeptim.ad Pragmat.de cẽſib.n.*27.qui tonnarias vocat In his enim cenſum validè conſtitui poſſe ſentio, ſiquidem ex his ſingulis fructus,& reditus proueniunt, vt dixi, & inter immobilia referri debent, veluti pars & portio maris, quod inter res immobiles numerat Tiraq. *in d.* §. 7. *n.* 121. nec alium hactenus inueni,qui id dicat.

30 Idémque in portu,& litore maris,& ſimilibus locis definiendum eſſe puto, vt illis ſcilicet rectè cenſus iniiciatur ab iis, qui domini ſunt, & quibus licet ex illis vectigalia, vel alios reditus capere.Nam portus,& iura maritima inter immobilia cenſeri conſtat ex Nouell.Emanuelis Comneni, *vt Ecclеſ.& Monaſter.*vnde ſuper illis cenſum imponi poſſe rectè notat idem Leſſius *in d.cap.*22. *num* 77.& Scott. *loc. cit.* Eſt enim portus locus concluſus, & munitus aduerſus ventorum, & vndarum vim, quò importantur merces, & inde exportantur,vt definit Vlpianus *in l.*59.*de verb.ſignif.*vbi vectigal ſolui,& exigi ſolet pro mercibus, quæ inuehuntur,& euehuntur,quod portorium dicitur *in l.*103.*de verb.ſignif. & l.*3.*C.de vectig.& in c.ſuper.de verb.ſignif.* & notat Rebuff. *in d.l.*59.& Præſes Bellon.*in conſ.*14.*n.*59.& ad Principem,& regalia pertinet,vt notat Idem Rebuff *eod.loc.*Cuiac. & Hotoman.*in d.cap.*1. *quæ ſint regalia*, & alij plurimi apud eundem Roſental.*de feud.cap.*5.*concluſ.*31.*num.*4.& ſuper litore maris poſſe Principes cenſum imponere,vnus, quod animaduerterim, ſcribit Bonius *in lib.de cenſib.n.*40.

31 Nec eſt contrarium, quod Felician. docet *d. lib.* 2. *cap.* 3. *n.*1.cenſum imponi non poſſe ſuper his, quæ iure naturali omnibus ſunt communia, vt eſt mare, & litus maris. §. *& quidem. Inſtit.de rer.diuiſ.l.*1.*&* 3.*ff.eod.tit.l.quod in litore. ff. de acquir.rer.dom.* vt etiam ſuper his, quæ publica ſunt, & iuris gentium,vt flumina, & portus §.*flumina.Inſtit.de rer. diuiſ. & l.*4. *in fin. ff. eod.* quia cenſus non poteſt conſtitui niſi in his bonis,quæ iure priuati dominij ad nos pertinent, ſicut nec hypotheca *l.*1.§.*eam rem.ff.quæ res pign.oblig.poſſ.l.qui prædium. C.ſi res alien.pig.data ſit.*Etenim hoc accipiendum in priuatis qui portuum, & litorum vſum communem habent cum aliis, vt etiam maris: aliud verò dicendum eſt in Principibus,qui ratione iuriſdictionis, quam in mari, & littore maris habent, & portubus, poſſunt ex vectigalibus, & portoriis reditus in his locis percipere, & conſequenter ſuper illis cenſum imponere, vt ſcribit Bonius *loc.cit.n.*41.idémque in priuatis dicendum eſt,ſi ex conceſſionibus Principum,vel ex præſcriptione idem ius conſecuti ſunt.

Quamobrem licet flumina inter mobilia potius numeranda eſſe videantur,quia ſemper fluunt, & à fluendo dicta ſunt:tamen quia perennia ſunt,& continuò fluunt,vnde hoc nomine à torrentibus diſtinguuntur, qui ſubitis imbribus creſcunt, & ſiccitate exareſcunt *l.*1. §.2. *ff. de flumin.* qui in hyeme fluunt, in æſtate ſicci ſunt, vt notat Boet. *in conſ.* 24. *n.*2.& eleganter Ouidius. 32

Flumine perpetuo torrens ſolet altius ire:
Sed tamen hæc breuis eſt, illa perennis aqua.

Ideo etiam inter res immobiles referuntur, vt docet Tiraquell.*in d gloſ.*7.*n.*121.& Schrader. *loc.cit. n.*3. Hering.*in d. q.*8.*n.*29.vt etiam conſtat ex d.Nouell.Eman.Comneni, qui inter res immobiles etiam flumina recenſet, & proinde illis validè cenſus imponitur, ſi ex piſcationibus, vel aquarum deriuationibus,vel alio modo vtilitatem adferant *arg.l.aucupiorum. ff. de vſufr.* & in ſpecie ſcripſit idem Auendan. *in d. c.*52.*n.*2.*&* 15,& Leſſ.*loc.cit.*Scottia *in d. Theorem.*258. idémque docuit Bonius *in d.lib.de cenſib.num.*41.vbi tamen ait id principi tantum licere, non priuatis. Quod accipiendum eſt
eo modo quo dixi proximè, niſi priuati ius habeant percipiendi
reditus ex fluminibus, quia tunc nihil vetat ſuper
hoc iure cenſum imponere.Et cùm de aliquo quæritur, cætera
ponimus concurrere. † Idémque prorſus dicendum eſt 33
de diuerticulis fluminum, in quibus quis ſolus ex præſcriptione,
vel priuilegio ius piſcandi habet, *vt in l.ſi quiſquam.ff. de diuiſ.& tempor.præſcript.& l.vlt ff.de vſucap.* nam cùm hæc diuerticula veluti pars,& portio fluminis ſtabilium iure cenſeantur, vt dixi ex Tiraquello, & aliis *n.*32.conſequens eſt etiam illis reditum annuum iniici poſſe cæteris concurrentibus,quæ ad cenſus conſtitutionem exiguntur.

Denique idem de lacubus piſcatoriis,& ſtagnis dicendum 34
eſt, quia hæc etiam inter res immobiles referuntur, vt tradunt Tiraq.*loc.cit.*Sebaſt.Medic. *lib. de venat. & piſcat. q.*12. *n.*1.& Menoch *in conſ.*1281.*par* 4.*n.*2. & Schrader. *in d. par.*3. *cap.*1 *n.*3.conſtat autem feudum non niſi in rebus ſoli, aut iis,quæ pro immobilibus habentur, poſſe conſiſtere, vt dictum eſt, ideóque illis tanquam rei immobili cenſus imponi poteſt.Quod tamen accipiendum eſt de ſtagnis, & lacubus,qui ex piſcationibus continuam, & ſucceſſiuam vtilitatem
referunt. † Nam ſi piſces non quaſi naturaliter, & ad 35
illius commodum perpetuum,ſed ex aliis locis congeſti, & quibuſdam veluti carceribus incluſi ſint cuſtodiæ cauſa ad temporariam commoditatem, & voluptatem, quia facultas illa piſcandi breuis eſt, & breui peritura, conſequens eſt ſuper huiuſmodi lacubus,& ſtagnis, vel piſcinis cenſum conſtitui non poſſe, quia niſi in re de ſui natura fructifera cenſus conſtitui non poteſt,vt docent Vgolin.*de vſur.cap.*49 §.2. & alij omnes,& in ſpecie Auendan.*in d.c.*12.*n.*15. & Duard.
in d §.1.*q.*30. *n.*15.† Sanè piſcinis fere includuntur piſces, vt 36
conſeruẽtur,non vt creſcant,& renaſcantur, vt Plinius *lib.*9. *cap.*17.de mullis refert, & viuariis, & piſcinis non creſcere. Quod etiam adnotauit Ferret.*in addit.ad Guid. Pap. dec.* 91. ex quo fit, vt piſces qui ſunt in piſcinis non ſint ædium,nec fundi non magis quàm pulli,& cætera animalia,quæ ſunt in fundo *l.*15.*&* 16.*ff.de act.empt.*Harmenop.*lib.*5.*tit.*10. §.*piſces autem.* Cardin.Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.*16. *numero* 5.

Sed licet vendito fundo non veniant piſces, qui ſunt in 37
piſcina, quia non cenſentur eſſe in fundo ad perpetuam illius vtilitatem, veniunt tamen piſces,qui ſunt in lacubus,& ſtagnis,quia lacus,& ſtagna ſunt, vt in illis piſces multiplicentur,& creſcant:& ita ſenſit Bartol.*in d.l.*15.*ff.de act.empt.* quem ſecuti ſunt Guid.Pap.*in d.dec.*91.*n.*5.Chaſſan.*ad conſuetud.Burgund.tit.*4.*in verbo.tous meubles.n.*33. Tiraq. *in d.gloſ.*7. *n.*17.& Sebaſtian.Medic.*d.q.*12. *in fin.* res enim ſoli, & pars fundi intelliguntur piſces exiſtentes in ſtagno, vel lacu, vt iidem auctores tradunt, & Ferret. *in not. ad dec* 91. & Gorofred.*ad d.l.*15.*ff.de act.empt.*Quibus cõſentit Argentr.*art.*76. *not.*10.

*not.*10.*n.*1.notans inſuper huiuſmodi piſces,poſtquam capti ſunt, vt aſſeruentur, cupis,vel doliis pro fructibus iam perceptis, & veluti à ſolo ſeparatis haberi,& conſequenter ſolo non cedere.

38 Denique quæſitum eſt de columbariis an ſuper illis cenſus conſtitui poſſit : & Auendan.*in d.cap.*52.*in fin.*diſtinguit inter columbaria ad perpetuam vtilitatem, & continuam quaſi fructuum perceptionem, & inter illa, quæ artificioſè ex hominum induſtria ad voluptatem inſtituta ſunt : & in columbariis primi generis cenſum conſtitui poſſe, in aliis vero,quæ nullam habent conſiſtentiam non poſſe,& Auendanum probat Duar.*in d.q.*30.*num.*13. Et mihi non omninò probatur, quia columbæ omnes ſiue domi, ſiue in villis, & agris habeantur ad quæſtum,& vtilitatẽ nutriuntur,vt experientia perſpicuum eſt, & proinde alia diſtinctione vtor.]Vel enim colũbaria in villis, & agris, & turribus poſita ſunt cũ ſuis cellis,& loculamentis *periſterotrophion* Varro vocat *lib.*3. *cap.*7.& iis locis,qui deſtinatione patrisfam. facti ſunt, cenſum inſtitui poſſe arbitror, quia ſunt pars,& portio agri, vel villæ, & immobilibus accenſentur. Vel columbæ in aliqua parte domus clauſæ ſeruantur, & nutriuntur, vt ferè fit in domibus, & ſuburbiis:& in iis cenſum conſtitui non licere, quia non ſunt ædium,vel fundi,non magis quàm gallinæ,& pulli,& cætera animantia *d.l.*15.*&* 16.*ff.de act.empt.*& ex Tiraq *loc. cit. n.*117. nec fortaſſe aliud auctores relati ſentiunt, tametſi non ita ſe explicent.Idémque dicendum eſt de cuniculis,qui ſeptis quibuſdam ad hoc deſtinatis in agris,,& villis includuntur, quia eorum eadem eſt ratio, vt ait Tiraq. *loc.cit.*Galli.*garenes*,vocant Varro.*d.lib.*3.*cap.*12. Leporarium
39 & deſcribit.† Sane columbas conſtat fructus dominis referre.Varro loc.cit. *Nihil columbis fœcundius. Itaque diebus quadragenis concipit, & parit,& cubat, & educat, & hoc fere totum annum faciunt.*Et deinde refert ſuis temporibus Romæ paria ſingula mille ſextertiis veniſſe : & hunc Varronis locum referens Cólumell.*lib.*8.*cap.*8. *Fœcunditas autem quamuis longe minor ſit, quam gallinarum, maiorem tamen refert quæſtum. Nam & octies anno pullos educat ſi eſt bona matrix, & pretiis eorum domini complent arcam, ſicut eximius auctor M.Varro nobis affirmat, qui prodidit etiam illis ſeuerioribus ſuis temporibus paria ſingula millibus ſingulis ſextertiorum ſolita venire.Nam noſtri pudet ſæculi, ſi credere volumus inueniri, qui quaternis millibus nummum binas aues mercentur,&c.*Quod valdè luxum, & diuitias Romanorum oſtendit,& miror ab eximio Iuſto Lipſio prætermiſſum in lib.*de magnit.Roman.*& in eo capite, in quo de luxu Romanorum admiranda refert, & carpit. Quæ licet parùm ad tractatum noſtrum pertinere videantur, faciliùs tamen eſt hæc legere quâm colligere, & ſcribere. Nec alia ratione iuris ſcriptores hoc noſtro ſæculo libros faciunt.

40 Quamobrem non piget etiam hîc referre epitomen dictæ conſtitutionis Emanuelis Comneni,cuius ſupra mentionem fecimus Conſtituit igitur Imperator volens,vt ait,& Deum placare,& Monachos, & Anachoretas quos magni Imperatoris,id eſt Chriſti milites vocat, ſocios habere,& ſtrenuos defenſores aduerſus hoſtes, tã qui vidẽtur, quàm qui nõ videntur,vt Eccleſiæ,& Monaſteria,quæ in vrbe Conſtantinopolis,quam vrbiũ Reginam appellat, & in aliis quibuſdam locis ibi enumerata ſita ſunt, bona immobilia omnia, quæ ex caducis, vel aliis fiſco illatis, vel debitis ad eas peruenerant, iure perpetui dominij haberent, etiamſi ſine titulo,vel minus iuſto titulo ea poſſiderent, vtque præſens conſtitutio pro emptione,donatione,aut quouis alio titulo ſufficeret:& præterea vt hæc bona ab omnibus oneribus immunia eſſent,& exactorum poteſtati exempta, pœna infamiæ, & bonorũ publicationis propoſita iis, qui illis hoc nomine moleſtiam intuliſſent.Enumerans verò bona immobilia, quod ad rem noſtram aliquantum pertinet, ſic ait. *Imperialis mea Maieſtas,*&c. *definit omnia immobilia, quæ hodie ab enumeratis Monaſteriis poſſidentur,parœcias,prædia,conuentus,tributa,vectigalia,portus,flumina,iura maritima, & quodcumque ius in poſſeſſione immobili conſideratur,& in quocumque loco ſitum ſit, habere dictas manſiones perpetuo dominio, vt imperij mei donum. & liberalitatem* &c. Quæ verba ſubiicere voluit.quia ni fallor, poſſunt huic,& ſeq.quæſt.lucem aliquam adferre,indicant enim quæ nomine immobilium contineantur.

QVÆSTIO XLVI.

Cenſum ſuper rebus, quæ pro immobilibus habentur conſtitui poſſe.

SVMMARIA.

1. *Cenſus ſuper rebus, quæ pro immobilibus habentur, conſtitui poteſt.*
2. *Portoriis, & vectigalibus cenſus iniici poteſt.*
3. *Et ſuper vectigalibus, quæ in ciuitatibus rebus venalibus imponuntur,* & num.5.
4. *Nicienſes onera rebus venalibus,quæ ad victum pertinent imponere conſueuerunt.*
5. *Ciuitas ne viris, & viribus deſtituatur, cauendum eſt.*
Cenſus vectigalibus rectè imponitur.
6. *Cenſus ſuper terragiis conſtitui poteſt.*
7. *Cenſus ſuper oneribus ordinariis collocari poteſt.*
8. *Item ſuper tributis capitis.*
9. *Tributis, & indictionibus, quæ extra ordinem imponuntur, cenſus conſtitui non poteſt.*
10. *Officiis publicis an cenſus iniici poſſit.*
11. *Magiſtratus ſuper eorum officiis cenſum conſtituere non poſſunt.*
12. *Officiales, & Iudices non ſunt domini officiorum, ſed adminiſtratores duntaxat.*
Magiſtratuum creatio ad Principem pertinet.
13. *Officiis, quæ in patrimonio cuiuſque ſunt, cenſus imponi poteſt.*
14. *Officia quæ ſunt priuati iuris, inter immobilia cenſentur.*
15. *Militiæ, & officia in feudum dari poſſunt, quod de camera dicitur.*
16. *Leonardi Duardi ratio quædam excutitur, & reiicitur,* & num.18.
17. *Fructus ſunt rerum, non actionum.*
18. *Iura ſub tactum, & oculos non cadunt.*
19. *Loca montium non vacabilia pro immobilibus habentur.*
20. *Et ſuper illis cenſus inſtitui poteſt.*
21. *Cenſus ſuper iuriſdictione conſtitui poteſt.*
Iuriſdictio in feudum dari poteſt.
22. *Felicianus male pro contraria ſententia allegatur.*
23. *Nicolai V.conſtitutio male à quibuſdam intellecta declaratur.*
24. *Petri Follerij ſententia de cenſu ſuper iuriſdictione collocando.*
Cum de vno quæritur, reliqua ſupponuntur, & n.30.
25. *Iuriſdictio cohæret territorio, vt iura vectigalium, & ſimilium.*
Iuriſdictio mari cohæret.
26. *Iuriſdictio diſtincta eſt à dominio rerum.*
27. *Ius annui reditus diſtinctum eſt à re, cui imponitur.*
28. *Iuriſdictio pignori dari poteſt.*
29. *Felicianus male à Cencio allegatur.*
30. *Feliciani dictum quoddam declaratur.*
31. *Cenſus ſuper cenſu conſtitui poteſt.*
32. *Conſultius eſt partem reditus annui emere, quam ſuper illo cenſum conſtituere.*
33. *Verba conſtitutionis*, & quæ nominatim ſuis finibus deſignata ſit, *ad res ſoli duntaxat pertinent.*

NEc tantùm in bonis ſtabilibus,de quibus hactenus dictum eſt, ſed etiam ſuper his, quæ 1
pro immobilibus habentur, cenſum conſtituere licet, vt nominatim cautum eſt ſanctione eiuſdem Pontificis illis verbis : aut quæ pro immobili habeatur. Et fatentur omnes tum Theologi, tum Iuriſconſulti,inter quos id aſſerunt Leſſius *cap.*22.*n.*77. Molin.*in d.diſp.*389.*num.*3.Auendan. *de cenſib.Hiſpan.cap.*52. *num.*11. Vgolin.*de vſur. cap.*49. §.1. *num.*2. Ioann Franciſc. Leon.*in Theſaur. for. Eccleſ. par.*2. *cap.*15. *num.* 5. Rebell. *de obligat. inſtit. lib.*10. *quæſt.*10. *num.*4. & aliis prætermiſſis Sigiſm.

giſm. Scaccia *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 1. *n.* 202. & alij paſſim.

2 Porrò huius generis ſunt portoria, & vectigalia non tantùm, quæ in portu, & litore maris, vt dictum eſt, ſed & quæ pro traiiciendis mercibus in tranſitu pontium, & fluminum, vel in portis ciuitatum penduntur *l.60. §. vehiculum, ff. locat. l.3. C. de vectig. & commiſſ. & l.203. ff. de verb ſignif.* Nam hæc omnia immobilium iure cenſentur, vt ex Baldo, Zaſio, Pariſio, & aliis tradit Tiraq. *de retract. lib.1. §.1. gloſ.7. n.34.* & Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.12. n.6.* & quod illi omiſerunt, apertè legitur in Nouell. Emanuel. Comneni *vt Eccleſ. & Monaſt. quæ ſunt, &c.* & ſunt veluti prædia Reipublicæ, vt dicit M. Tull. *act.4. in Verr.* ideóque ſuper illis rectè ex conſtitutione D. Pij cenſus collocari poreſt, dummodo perpetua ſint, & ordinaria vt docent Molin. Rebell. & Leo, iiſdem loc. Filliuc. *de cenſib. c.2. n.286.* Felician. *eod. tract. lib.2. c...n.* 36. Lud. Auendan. *de cenſib. Hiſpan. cap.52. n.3. &* 4. Maſtrill. ad Gregor. *quæſt. 5. n.141.* & P. Duard. *in d. §. quæſt.30. n.2.* & nouiſſimè Mancin.
3 *diſſert.13. c.11. n.5* † Vt etiam validè iniicitur cenſus reliquis vectigalibus perpetuis, quæ in Ciuitatibus imponuntur rebus venalibus: & præſertim iis, quæ ad victum pertinent, vt vino, piſci, carni, & cæteris ſpeciebus. Nos *ledas* vocamus, quaſi lædant, & verè lædunt plebem, & plerunque iniuſtæ ſunt, niſi fortè eas vetuſtas tueatur, & populi conſenſus, & ius gentium. Hoc enim genus in omnibus Europæ vrbibus receptum eſt, & eò neceſſitas adegit, quia hæc facilior via eſt colligendæ pecuniæ, cum indictionum, & onerum, quæ pro modo poſſeſſionum imponuntur, difficilior triſtiórque ſit exactio, præſertim in magnis ciuitatibus, vt Mediolani au-
4 ctore Menochio *conſ.1201. in fin.* † Et hoc genere Maiores noſtri ſemper vſi ſunt, vt neceſſitatibus publicis occurrerent, Quæ vectigalia cùm non ſufficerent anno 1636. me conſule omni opera, & ſtudio tentatum eſt, vt certam portionem fructuum, & redituum quiſque in publicum conferret ad æs alienum diſſoluendum, quod in dies creſcit, & iam totos reditus ciuitatis abſorbet. Mihi tamen factioſi, & ſcelerati quidam è plebe homines obſtiterunt, donec tempus officij mei lapſum eſt, ex quo omnia in peius ructe experti ſumus, & dolemus, nec tamen huic malo remedium aliquod adfertur, vel adferetur, donec creſcentibus debitis ciuitatis viris, & viribus deſtituatur, quod ne ſequatur publicitus intereſt teſte Vlpiano
5 *in l.3. §. Præſes. ff. de muner. & honor.* † Sed vt reuertamur, vnde noſtra digreſſa eſt oratio, conſtat inter omnes huiuſmodi vectigalibus, & reditibus ciuitarum veluti rei, quæ pro immobili habetur, cenſum indici poſſe: ita enim docent auctores citati *n.1.* & Salas *de cenſib. dub. 7. n.2. verſ. ex his patet.* Maſtrill. ad Gregor. *quæſt.5. n.47.* Molfeſ. *de contract. c.6. n.54.* & Cencius *de cenſib. part.1. c.3. quæſt.1. art.1. n.14.* nunc *quæſt.39. in fin.* & ita ſæpius, in diſceptationibus cauſarum iudicatum eſt.

6 Idem dicendum eſt de iuribus decimarum, & aliarum portionum fructuum, quas quis ex agris alienis, & poſſeſſionibus aliorum percipere ſolet: Galli *terragia*, nos taſcas vocamus barbaris vocabulis, & ſolarium Latinè dixeris, vt tradit Argentr. *art. 266. c.2. n. 3. vbi* notat hæc terragia decimas non eſſe, & laicis competere. Hæc enim inter immobilia quoque numerantur, vt ait Bald. *in c. 1. col. 2. tit. de controuerſ. inter vaſſal. & Epiſcop.* Alexand. *in conſ.201. n.4. lib.6.* & Tiraquel. *in d. gloſ.7. n.33.* Quod etiam notat Aluar. Valaſc. *in d. quæſt. 12. n.6.* vnde ſuper his iuribus cenſus quoque rectè conſtitui poteſt, vt obſeruat Auendan. *d. c.52. n.5.*

7 Quod retinendum etiam puto in indictionibus, & tributis, quæ certam, & ordinariam præſtationem habent, & quotannis recurrunt, vnde ordinaria munera dicuntur, vt explicat Gail. *lib.2. obſeru.52. n.9.* quia cùm ius exigendi iſtiuſmodi munera perpetuum ſit, & ſolo cohæreat, vt ius piſcandi, venandi, paſcendi, & vectigalia ſolo cohærere diximus ex Bart. *in l. ſi is qui §. vlt. ff de pign.* Baldo *in d. §. ſciendum, tit. de feud. cognit.* & ibidem Matth. de Afflict. *n.11.* Schrad. *de feud. c.2. n.55.* & Auendan. *loc. cit. n.2. &* 3. hinc rectè deducens ſuper iſtiuſmodi iuribus cenſum ſuſtineri. Quod etiam tradit Duard *in d.*
8 *quæſt.30. n.1.* † Idémque dicendum arbitror in ordinariis tributis capitis, ſi alicubi ſolent à ciuibus præſtari, vel ſubditis, quia duplex eſt tributum ſoli, & capitis *l. vlt. ff. de cenſib. l.23. paragr. vlt. ff. de vſufr. leg.* vnde is, qui in aliquo territorio ius habet exigendi tributum capitis, quia iſtud ius etiam territorio, & iuriſdictioni cohæret, ideóque immobilium loco haberi debet, vt ius exigendi pedagia, & his ſimilia, poterit etiam cenſum ſuper hoc iure conſtituere, & in alium transferre. Nec enim hoc ius minus reale eſt, quàm ſint vectigalia rerum venalium, & ea quæ in pontibus, & portubus exiguntur à tranſeuntibus, ſuper quibus cenſum validè conſtitui receptum eſt, vt aliis auctoribus citatis diximus *n.* 2.

Sanè ſi huiuſmodi tributa, & indictiones, ſiue agrorum, 9
ſiue capitum certam annuam præſtationem non habeant, ſed extraordinariam, & incertam, prout caſus, & neceſſitas tulerit, ideóque munera extraordinaria appellantur, vt explicat idem Gail. *loc. cit.* cenſus ſuper his conſtitui prohibitum eſt, quia non ſtabile ſubiectum habent, ſuper quo annuus cenſus conſiſtere poſſit, vt vnus quod animaduerterim adnotauit Duard. *in d. q.30. n.* 4. & ita declarandum eſt, quod tradunt Felician. & Maſtrill. *loc. cit.*

Hinc quærendum eſt de officiis publicis. Et reſpondeo ſi 10
ex illis emolumenta, & reditus ſingulis annis proueniant, illis cenſum ſuperimponi fas eſſe. Nec enim non minus immobilia cenſeri debent, quàm iura vectigalium, & tributorum, quæ in ciuitatibus ex vino, carne, & aliis ſpeciebus percipiuntur, & pro immobilibus omnium conſenſu habentur, vt dictum eſt. Nam & annonæ publicæ inter immobilia numerantur *in l. vlt. §. præterea, C. de iur. dot.* & ibi Cuiac. notat, & Felic. *in d. c. 3. n.* 36. vbi propterea infert ſuper iſtiuſmodi officiis cenſum poſſe conſtitui, quæ fuit ſententia Follet. *in lib. de contract. cenſuar. in §. huiuſmodi, n. 42. &* 43. Auendan. *cap.55. n.7.* & Salas *dub.7. n.2. verſ. ſecundo patet*, vbi notat Felicianum, & Folletium malè excipere officia iuſtitiæ, ſi modo ſint perpetua, & fructifera. Maſtrill. *ad Gregor. c.5. n.* 147. & Intrigliol. *ad pragmat. de cenſib. quæſt.* 32. *num.* 8. vbi ait id expreſsè bulla Nicolai V. contineri: & deinde infert ciuitates, quæ ex officiis publicis reditus percipiunt, poſſe ſuper illis cenſum conſtituere, cuiuſmodi ſunt reditus tabellionatus, & inſinuationis inſtrumentorum, actorum ſignatura, & prouentus ſecretariarum, vt vocant, & his ſimilia, quæ ſi perpetua ſunt, & quotannis locari ſolent, & fructus ferant, ad cenſum ſuſtinendum ſufficiunt.

Sed ſi quærimus de Iudicibus, Præſidibus, & aliis magiſtra- 11
tibus, qui ius dicunt, & iuriſdicendi munere funguntur in ciuitatibus, & prouinciis, illos ſuper eorum officiis cenſum conſtituere non poſſe dicendum eſt, quamuis ex his emolumenta percipiant, vt ſunt ſportulæ, ſtipendia, & aliæ obuentiones. Huiuſmodi enim officia ex parte eorum, qui illa exercent, perſonalia ſunt, nec pro immobilibus habentur, & plerumque ad tempus conceduntur, veluti ad triennium, vt præfectura huius vrbis, vel morte extinguuntur, & ad Princi-
pem redeunt. † cuius eſt creare Magiſtratus, vt conſtat *ex* 12
l.1. §.4. ff. de offic. Prætor. vbi referuntur hæc verba ex epiſtola D. Seueri ad Fabium Cilonem, *cum vrbem noſtram fidei tuæ commiſerimus, & ex l 1. ff. de ambitu*, quæ ait ad curam Principis hodie magiſtratuum creationem pertinere: & tradunt Cuiac. *ad hunc tit.* Roſental. *de feud. cap.5. concluſ. 4. num.* 8. Borell. *de magiſtrat. edict. lib. 1. cap. 1. n.34. &* 36. & tractat Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 1. cap.* 1. vbi aliis auctoribus citatis ait hoc eſſe extra controuerſiam. Quare cùm Magiſtratus, & iudices non habeant dominium officiorum, quæ gerunt, ſed exercitium, & adminiſtrationem duntaxat conſequens eſt ſuper illis cenſum conſtituere non poſſe.

His conſequenter dicendum eſt ſuper officiis, quæ in pa- 13
trimonio, & dominio cuiúſque ſunt, & militiæ olim dicebantur, cenſum annuum validè conſtitui. Etenim hæc officia, ſeu militiæ legari poſſunt, & in hæredes tranſmitti *l.21. ff. de leg. 2. emi & vendi l. 5. C. qui milit. poſſ. l.30. in fin. C. de inoff. teſtam. l. vlt. C. de pign.* Nouell. 35. & 33. & Cuiac. *ad l.52. §. inter venditorem, ff. de act. empt.* vbi ait etiam pignori dari poſſe. Quæ cùm fructiferæ ſint, & referant fructus, vt conſtat *ex d. l.52. de act. empt.* & tradit Lælius Taurellus *in lib. de milit.* vbi ait hos militiæ reditus ordinarios fuiſſe, & certum ſit rebus immobilibus adnumerari *ex d. l. vlt. §. præterea, C. de iur. dot.* & notant Cuiacius, & Felicianus *loc. cit. n* 10. nihil vetat cenſum ſeu reditum annuum ſuper illis collocari, vt ſentiunt auctores relati *d. n.10.* & in ſpecie Benedict. Bon. *de cenſibus, n.82.* Felician. *in d. c.3. n.* 32. & Molfeſ. *in d. c.6. n.59.*

14 Neque hac in re aſſentior Cencio, qui *part.* 1. *cap.* 3. *quaſt.* 1. *art.* 5. *num.* 19. *nunc quaſt.* 33. *impreſſ. vlt. Taurin.* ſecundum quam illam citare cogor ob difficultatem citationis, aliud ſenſiſſe videtur, vt nec etiam Duardo, qui vix à Cencio diſcedere audet, & Cencij ſententiam *in quaſt.* 38. *num.* 1. *&* 2. probat in terminis conſtitutionis Pij V. vterque enim falſo nititur fundamento: putant enim huiuſmodi officia res mobiles eſſe, quod falſum eſſe conſtat *ex l.* 14. *C. de ſacroſ. Eccleſ. & d. l. vlt. §. præterea, C. de iur. dot.* & ex Cuiacio, & Feliciano *loc. cit.* neque minus immobilium iure cenſeri debent, quàm iura vectigalium, & loca montium, & alia id genus, ſuper quibus cenſum conſtitui poſſe receptum eſt.

15 † Quod etiam ex eo oſtendi poteſt, quia hæc in feudum dari poſſunt, vel iure feudi, quod dicitur de camera, vel canaua, cuius fit mentio *lib.* 1. *de feudis tit.* 2. *& aliis locis.* Et nihil eſt aliud quàm certus reditus in annonis, vel nummis conceſſus militi ſub onere fidei, & ſeruitij percipiendus ex ærario, & camera Principis, vel cellario eius, vt explicat idem Cuiac. *lib.* 1. *de feud. in princ. & tit.* 1. *§. ſi vero, in fin.* & Schrader. *part.* 2. *de feud. cap.* 3. *num.* 81. vbi etiam ait ad hoc genus pertinere feudum reditus pecuniarij, qui in cameram Principis, vel Ducis inferri conſueuerat, ſi de eo quis inueſtitus fuerit, vel de vectigali certo loco percipiendo. Vt ergo huiuſmodi annonæ, & reditus pro immobilibus habentur, neque enim in feudum dari poſſent, ita prorſus illa officia, ſeu militiæ, quæ certos, & ordinarios reditus habent certis locis percipiendos, pro immobilibus haberi debent, & conſequenter idonea ſunt reditus annuos ſuſtinere, etiam vbi Pij V. conſtitutio recepta eſt.

16 Neque mouet quod Duard. *loc. cit.* ait huiuſmodi officia, & dignitates res eſſe omninò inuiſibiles, vt ſunt actiones ad rem mobilem competentes, quæ ſunt mobiles *ex gloſ. in l.* 1. *C. ſi aduerſ. tranſact.* & Tiraquell. *in d. gloſ.* 7. *n.* 1. *& ſequenti*, tum quia actiones per ſe tertiam bonorum ſpeciem conſtituere ſolent à rebus mobilibus, & immobilibus diſtinctam, vt paſſim iuris auctores tradunt, quorum ſeriem recenſet idem Tiraquell. *in d. gloſ.* 7. *n.* 9. & hanc receptiſſimam eſſe ſententiam refert Pinell. *in rub. C. de bon. mater. n.* 24. & Gaſpar. Anton. Theſ. *quaſt. forenſ. lib.* 1. *quaſt.* 2. *n.* 2. *in fin.* vbi ait

17 Senatum ſemper hanc regulam ſequi. † Atque etiam quia actiones non ſunt natura ſua fructiferæ, fructus enim ſunt rerum, non actionum *l. in prædiis*, 7. *ff in quib. cauſ. pign. tacit. contrahat. l. qui ſcit. & l. in pecudum, ff. de vſur.* & proinde nihil mirum, ſi ſuper actionibus cenſus non poſſit conſtitui, vt docet ipſe Duardus *eod.* §. *quaſt.* 32. *num.* 2. *&* 4. & nos diximus *quaſt. ſeq. num.* 18. Alia eſt horum officiorum, ſeu militiarum ratio, quæ certa, & ordinaria, annua, vel menſtrua, & ſingulis annis renaſcentia emolumenta, & ſtipendia habent in iis locis, in quibus inſtituta ſunt, ex quibus proinde ius percipiendi reditum in alium transferri poteſt, vt in aliis

18 rebus fructiferis receptum eſt. † Quòd verò illi excidit huiuſmodi officia res inuiſibiles eſſe, omninò incongruum, & impertinens eſt, quia & iura vectigalium, & aliorum redituum res inuiſibiles ſunt, vt cætera, quæ iure conſiſtunt, quæ Iuſtinianus *Inſtit. de reb. corporal. & incorpor.* eſſe ait, ea, quæ tangi non poſſunt, & Theophil. *eod. loco*, quæ ſola mente intelliguntur, neque ſub tactum, neque ſub oculos cadunt; at non ideo minus ſuperdictis iuribus cenſum conſtitui poſſe exploratum eſt, vel ipſo Duardo teſte *quaſt.* 30. *num.* 2. & aliis citatis initio huius quæſtionis *num.* 2. & ex Cencio *d. quaſt.* 29. *num.* 14. Nihil ergo vetat ſuper iſtis dignitatibus, & officiis perpetuis in ciuitatibus inſtitutis, quæ ordinarios reditus habent, cenſum conſtituere, vt tandem videtur admittere Duard. *in d. quaſt.* 38. *in fin.* ſecutus Molfeſium *loc. cit.*

19 Quæ egregiè confirmantur omnia ex iis, quæ de locis montium non vocabilibus, qui Romæ, Bononiæ, & in aliis magnis ciuitatibus inſtituti ſunt, ſine controuerſia recepta ſunt, nimirum huiuſmodi loca montium, vt vocant, quæ conſiſtunt in iure percipiendi certum reditum annuum perpetuum, ex publicis, & aliis reditibus pro rebus immobilibus haberi, & immobilibus adnumerari, vt docent Fulgoſ. Alex. & Iaſ. *in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cogant.* & Guerrin. Piſ. *in prælud. feud. tit. in quib. reb. feud. verſ. illud certum*, & reſpondit Gabriel. *in conſ.* 141. *n.* 35. *lib.* 5. & in ſimilibus locis montium ciuitatis Bononiæ Alex. *in conſ.* 179. *n.* 3. *li.* 6. *& conſ.* 15. *n.* 3. *lib.* 7. Carroc. *in dec.* 103. *n.* 18. Theſaur. filius *lib.* 2 *quaſt.* 5 *in fin.* & Rota poſt Cencium *in dec.* 441. *n.* 1. † Et conſequenter ſuper illis cenſum 20
validè conſtitui poſſe, vt ſentit Virgin. de Boccat. *in ſuo lib. de cenſib. part.* 2. *n.* 140. idem Cencius *in d. quaſt.* 29. *n.* 12. & ipſe Duard. *eod.* §. 1. *quaſt.* 40. *n.* 6. Quoniam, inquit, hæc loca inter bona immobilia referuntur, & ad hæredes tranſeunt, poſſuntque vendi, donari, legari, vt res aliæ, quæ promercales ſunt, & in commercio hominum: & dicuntur cohærere rebus immobilibus, ſicut vectigalia, & alia huiuſmodi, ideóque ſuper illis cenſum conſtitui poſſe. Quæ omnia congruunt omninò officiis, & militiis, quæ vendi, & donari poſſunt. & per obitum non vacant, ſed in hæredes tranſeunt, vt dictum eſt, neque minùs adhærent rebus immobilibus, id eſt, locis, vbi conſtitutæ ſunt, quàm loca montium, vbi ſunt erecta, & proinde idem omninò ius, iudiciúmque eſſe debet.

Sed valdè quæſitum eſt, an ſuper iuriſdictione cenſus conſtitui poſſit. Et Cencius *in d. part.* 1. *c.* 3. *quaſt.* 1. *art.* 5. *n.* 14. 21
ex Follerio, & Feliciano reſpondit, nullo modo poſſe. Nam inquit iuriſdictio eſt quid intellectuale, & non in re, ſed ſupra rem, diſtinctum à dominio, & proprietate rei: incumbit ſuper terram ſicut nebula ſuper paludem: denique pignori, nec hypothecæ ſubiici poteſt. Cæterùm ſuper illius fructibus, & reditibus, qui conſiſtunt in mulctis, pœnis, & ſimilibus obuentionibus validè conſtitui poſſe, referens eiuſdem ſententiæ eoſdem auctores, & Intrigliol. *de cenſib. quaſt.* 32. *num.* 8. & Auendan. *in d. cap.* 52. *n.* 6. & Cencium refert, & ſecutus eſt, vt ſolet Duard. *in d.* §. 1. *quaſt.* 36. *num.* 3. *&* 4. dubius tamen, & diſtinguens *n.* 10. *&* 12. Mihi videtur ſimpliciter dicendum cenſum ſuper ipſa iuriſdictione conſtitui poſſe, dummodo fructus referat, qui ſingulis annis recurrant: vt ferè ſolent domini terrarum, & iuriſdictionum illarum fructus locare ſingulis annis pro penſione certa, licet plerunque fructus incerti ſint, & nunc plures nunc pauciores, prout ſors tulerit, vt in fructibus aliarum rerum *l.* 17. *C. de vſur.* Id verò manifeſtè probatur ex conſtitutione Martini V. ex qua licitum eſt Baronibus ſuper eorum dominiis cenſum imponere. Deinde ex diplomate D. Pij, quo licet cenſum imponere ſuper re fructifera, quæ pro immobili habeatur, ſed iuriſdictio eſt huiuſmodi, cohæret enim territorio nõ minus, quàm iura vectigalium, & ſimilia iura incorporalia: ergo ſuper illa cenſum iniicere licet. Denique iuriſdictio emi, & vendi poteſt, & venditionis titulo in alium transferri, & inter immobilia connumeratur, vt ait Hannet. *de feud. lib.* 1. *c.* 4. *verſ. poſtremo*, ſubiiciens in ea feudum conſiſtere, quod etiam Schraderus docuit *part.* 3. *cap.* 3. *n...* ergo & cenſus ſuper illa vendi, & conſtitui poteſt Et ita ſimpliciter, & abſolutè docet Bened. Bonius *in lib. de cenſib. art.* 18. *n.* 42. Intrigliol. *in d. quaſt.* 33. *n.* 5. & Felician. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 36. Et rurſus *in appendice eiuſd. cap. n.* 21. † Quem malè Cencius pro ſua ſen- 22
tentia profert. Nam Felicianus poſtquam *d. n.* 36. definiuit cenſum in tributis, & vectigalibus, & aliis ſimilibus rebus, quæ in iure conſiſtunt, rectè conſtitui, ſubiicit ſtatim. Item in iuriſdictione. quia iuriſdictio eſt in patrimonio, & fructu, ſicut alij reditus ex Clement. *ſtatutum, de elect.* & Boër. *in dec.* 227. *& in appendice d. c.* 3. *n.* 21 *verſ. ex quo eſt* iterum eandem ſequitur ſententiam, pro qua citat Bonium, vbi ſupra, & ait expreſſo textu conſtitutionis Nicolai V. fulcitam eſſe, quod & Intrigliolus, & alij ſcriptores Siculi affirmant. † Tametſi 23
non videatur id expreſſe ex hac conſtitutione probari. Nam poſtquam Pontifex conceſſit facultatem Siculis vendendi reditus annuos ſuper rebus, & proprietatibus ſuis, declarat pro tuitione, & indemnitate contrahentium fas eſſe iuriſdictiones, & omnia, & ſingula mobilia, & immobilia bona obligare. Aliud verò eſt cenſum ſuper aliqua re imponere: aliud pro ſecuritate contrahentium in venditione cenſus bona ſubiicere pignori. Alioqui dicendum eſt ex conſtitutione Nicolai V. cenſum ſuper bonis mobilibus conſtitui poſſe, quod non puto verum.

Et quidquid ſit, clara eſt Feliciani ſententia, vt iuriſdictioni 24
cenſus validè iniiciatur, & male Cencius huius ſcriptoris auctoritate vtitur, vt etiã P. Follerij. † Qui in verbo, *iura, iuriſdictiones*, non quærit an cenſus ſuper iuriſdictione poſſit cõſtitui,

tui,ſed an pro tuitione,& ſecutitate cenſus empti poſſint obligari iutiſdictiones, & feuda, ita vt oon requiraror aſſenſos domini,& taodem poſt multa dubios,& anceps concludit totios eſſe aſſenſum impetrari, & oibil aliud agit Follerius *loc. cit.* & ptoinde nibil inde excerpere poteſt Cécios pro ſua ſeoteotia. Imò Folletius agens alio loco de tebus, ſuper quibos cenſus conſtitui poſſit, oimitum in verbo, *cenſus, n* 43. nominatim aſſerit cenſum ſuper iotiſdictione conſignari poſſe, vt illum iotelligit Auend. *d.c.*52.*n.*6. tametſi Follctio dubium faceret doctrina quorundam, qui putant iuriſdictiooes vendi noo poſſe. Sed cum de te aliqua quæritur, cætera babilia ſupponuotor, alioqoin nihil certum in iure reſponderi, vel definiri poteſt, vnde cum quæritur an ſuper iuriſdictiooe cenſos collocari poſſit, id vnum quæri arbitrabar, an ex natura tei iutiſdictio præſtet ſubiectum habile ad ſuſtinendum cenſum, quod veriſſimum puto, & ex his, quæ diximus perſpicuum eſt.

25 Nec Cencij ſententiam iuoar, quòd iuriſdictio ſit quid intellectuale, quia non magis iutellectualis eſt, quàm iura vectigalium, & ſimilium terum, quæ ex conuentione, & conſtitotione bominum pendent, & in iure coſiſtunt, & vt Theopbil. ait *loc cit.* intellectu tantum percipiuntur, ſuper quibos cenſua validè conſtitui poteſt, vel ipſo Ceocio teſte. Qui nec ſibi biaodiri poteſt ob metapboram, qua Baldus, Boërius, Natta, & alij qoidam vtuntur, dum dicunt iuriſdictionem eſſe ſupra territorium, veluti nebula eſt ſuper paludem, quia iidem auctores tradunt iuriſdictiooem eſſe in territorio, & cohætere territorio, & præſertim Natta *in citato conſ.* 149 *n.* 19. & Auendan. *in d.c.* 52. *n.*6. quod & alij paſſim notant, vt Petrus Auend. *de exequen. mand part.* 1. *c.* 1. *n.* 4. imò & mati, quod territorio, cohæret *arg. d.l.* 1. *C. de claſſ.* & tractat Præſes Bellooos, qoi ouper obiit magno iutiſprudentiæ damno *in conſ.* 14. *n.* 30. & 31. Quod ſatis eſt, vt iuriſdictio pro immobili habeator, & com ex ca fructus proueniant, poſſit eſſe ſubiectum cenſus etiam ſecondum conſtiturioocm D. Pij pro modo, & ratione, vt iura vectigalium, & rerum buioſmodi.

26 Nec etiam mouere debet, quod Cencius ait iuriſdictionem eſſe quid diſtinctum à dominio, & proprietate rei ex Oldrado, Meoochio, & aliis, quia noo inde fit, vt dominus iuriſdictionis illi cenſum iniicere ooo poſſit. Et tantum binc deduci poteſt iuriſdictionis domioum nó poſſe prædiis ſubditorum cenſum imponere, quia diſtincta ſuot vt plurimum rerum, & iutiſdictionis dominia, & nemioi licet rebos alienis cenſum iniicere, vt apud omucs conuenit, & docet Nauart. *in comm. de vſur. n.* 118. Petrus Greg. *de cenſ. quæſt.* 5. *n.* 3. & 7. & ipſe Cenc.

27 *q.* 23. *n.* 9. †Denique nihil ad hanc rem pertinere, qood iuriſdictio à proprietate rerum diſtincta ſit, ex eo conſtat apertiſſimè, quia cenſos, ſeu ius percipieodi reditum annuom ex re aliqoa diſtioctum eſt, & ſeparatum ab ipſa re, vt rectè expendit Couart. *practicar. quæ. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 8. Crauet. *in conſ.* 217. *n.* 4. Hieroo. Gabriel. *in conſ.* 148. *n.* 1. *lib.* 2. Rota poſt Statilium Paciſicom *dec.* 209. *n.* 10 & ipſe Statil *de Saluian. interdict inſpect.* 5. *c.* 1. *n.* 148. & tamen receptum eſt ſuper annuis teditibos cenſum validè conſtitui, vt poſt paoca dicam, & multis auctoribus relatis tradit ipſe Cencius *quæſt.* 31. *num.* 1.

28 Et tandem nibil obſtat quod ait Cencius iutiſdictionem non poſſe pignori, vel hypothecæ ſubiici ex Bart. *in l. ſi is qui* §. *iura prædiorum. n.* 2. *ff. de pign.* cuius traditionē receptiſſimam eſſe refert ex Iaſone, Gomezio, & aliis apod Follerium *loc. cit.* & Felicianum, cuius auctoritate maximè Cencius vritur. Nam licet doctiſſimus ille ſcriptor Hiſpanus *in d. n.* 21. *verſ. igitur*, quem eitat Cencios primo loco, vt moris eſt, refetat auctores, qui Bartolom ſecori ſentiunt iotiſdictionem non poſſe pignori dari, Fulgoſium ſcilicet, Salicetum, & alios poſt pauca tamen refert opinionem Ioannis Fabri *in* §. *item Seruiana. Inſtit. de act. n.* 31. intrepidè aſſerentis ſe non videre, quare iuriſdictio io pignus, aut hypothecam tradi non poſſit, ſubiiciens illius ſenteotiam freqoentiſſima populorum omniom conſuetudine & vniuerſali conſenſu approbatam vidcri, buiuſqoe tei manifeſtiſſimom præbere argumentum bullam Nicolai V, quam in ios commune abiiſſe teſtatur, quod nunc noo atringo, in qua nominarim cautum eſt, licere con-

29 trabentibos iutiſdictiones pignori date, vt dictom eſt. † Et vt magis appareat Ceneium non ex fide bona Feliciaoi auctoritatem proferre, obſeruandum eſt Felicianum, poſtquam diſtinxit aliquas formas, vt loquitur *n.* 22. & 23. & docuit ſupremam iuriſdictionem non poſſe pignori, vel bypothecæ ſubiici, aot ſuper illa ius reditus annui colloeari, contrarium teſoluit in iutiſdictione, quam habent Duces, Comites, & Barones io ſuis oppidis; Idémque multò magis in iuriſdictiooe, quam habcot domini inſetiores, & ciuitates ex conceſſionibus Regum, & Priocipum, vel pecunia acquiſitam. Et proinde *n.* 20. infert poſſe pignori, & hypotbecæ, atque etiam cenſus præſtatiooi ſupponi, & taodem *n.* 30. concludit iuriſdictionem in generali booorum obligatione comprehendi ex regula *l. generali obligatione, ff de pignor.* Ita vt minimè ambigendum ſit Felicianum ſenſiſſe iotiſdictionem non qoidem illam ſupremam, & regiam, ſed inferiorem pignori, & anouis præſtationibus ſubiici poſſe, tametſi deinde ſubiiciat id locum obtinere debere, ſi maxima neceſſitas coocurrat arbitrio iudicis, quod oon puto neceſſarium. † Quia 30 iutiſdictiones hodie ex conſuetudine, venduntur, & opponuntur pignori, vt dixi ex Fabio, & Feliciano *loc. cit.* & ſcribunt Baldus *in c.* §. *ex eadem l. tit. de leg.* Coorad. *n.* 2. & *in c.* 1. *num.* 2. *de feud. Marcb. Ducat. & Comit. n.* 2. & Alex. ad Bart. *in d. l. ſi is qui*, § *iura prædiorum, de pign.* & in ſpecie Inrrigliol. *in d. q.* 33. *n.* 7. vbi air conſuetudinem banc vincere legem & quiſque eſt rerum moderator, & arbiter, *l. in re mandata, Cod. mand.* & aliis ſimilibus, niſi iura reſiſtant, vel conſuetudines, vel pacta. Et ego iam monui cùm de re aliqua quæritur, ſuppooi nibil aliud obſtare: & io hoc tractatu nos hoc vnum quætere, an iuriſdictio per ſe, & ſecundum eios ſubſtantiam ſit capax oneris præſtationis annuæ, & an is, qui iuriſdictionis domious eſt, & poteſt illam donare, vendere, & pignori date, poſſit etiam cenſui ſubiicere alioquin etiam tentari, & dici poteſt ſuper prædiis vtbanis, vel ruſticis cenſum ioutiliter conſtitoi, quia interdum ex circuoſtaotia perſooæ, vel tei id noo licet, vt ſi fotiè domious prædij pupillus eſt, vel furioſus vel prodigus, vel expreſsè alienare prohibitos vel ſi res ſterilis eſt, & infructuoſa, & ex qua penſio recipi oon poteſt, vt conſtitutione D. Pij cautum eſt, & diximos *q.* 56. Quamobrem vt cum diximos cenſum ſuper agris, vel domibus cooſtitui poſſe, id intelligimus, ſi tes capax ſit reditos, & io libera diſpoſitiooe venditoris, ita protſus cùm quærimus, ao ſuper iutiſdictione cenſus ioſtitui poſſit. Supponimus cætera concurrere, id eſt venditorem poſſe de illa diſponere, qoo poſito nibil vetat cenſum ſoper illa collocari pro modo, & ratione fructoum, qui ex ea quotannis proueniunt, & renaſcuntur, idémque puto ſentire Duatd. *in d. quæſt.* 36. in qua licet initio ſeotentiam Ceocij amplexos ſit, vt dixi, tamen *n* 9. *ſeq.* Feliciano adhæret, & ait ceoſum io iuriſdictiooe allodiali ſuſtineri, imò etiam in feudali io præiudicium conſtitucoris validam eſſe, etiamſi nulla interoeniat domini directi licentia, & nos boc iore vtimur in hoc comitato, io quo feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum, vt in Prouincia, & Sabaudia & in aliis Ciſalpinis regionibus, vt teſtaotur Chaſſan. Tiraquell. Gregor. & alij Galli auctores apud Ludouicom Bellom Aueoiooenſ. *in conſ.* 1. *num.* 34. & *conſ.* 3. *num.* 64.

Denique idem dicendum eſt in eenſibos, & reditibus an- 31 nois. His enim veluti rei fructiferæ, & quæ pro immobili habetur, cenſum rectè iniici docent plurimi, quos receoſet, & ſequitur Cencius *q.* 1. *n.* 1. ita vt ambigendom non ſit hanc communem eſſe ſeotentiam, qoam etiam ſequuntur Ioaon. Maldet Epiſc. Aotuerp. *tract. de redit. dub.* 7. Conuerſao. *in notis ad Intrigliol. in d. quæſt.* 36. Mateſcot. *variar. lib.* 3. *c.* 10. *num.* 33. Cartoc. *in dec.* 103. *n.* 6. & Maſtrill. *in dec.* 215. *n.* 1. vbi refert id io regno Siciliæ obſeruari, & *in addit. ad Gregor. quæſt.* 5. *num.* 116. Mancin. *diſſert.* 13. *cap.* 11. *n.* 6. *verſ. ſed perperam.* Et tractat diligenter Doardus *in d.* §. 1. *quæſt.* 31. *num.* 5. & *ſeq.* & *in fine*, vbi obiectiones eootrarias refellit, tametſi laborare videatur in ea tollenda, quæ docitur ex progreſſu io infinitum, qui videtur ſequi admiſſa hæc commoni ſententia. † Quamobrem eonſultius, & vtilius eſſe videtur reditum, 32 vel partem reditos vendere, qoàm deſuper alium eenſum conſtituere, vt conſtat ex his, qoæ tractat Salas *in dub.* 7. *n.* 1. & 7. & tradit Virgin. de Boccat. *lib. de cenſibus, part.* 1. *num.* 51. Cencius & Duard. *in d. quæſt.* 31. *in fin.* id enim fieri poteſt, qualiſcunque cenſus ſit ſiue redimibilis, ſiue

Digitized by Google

irredimibilis, ſiue emptitius, vel reſeruatiuus, cum hic omnia interueniant, quæ ad venditionis ſubſtantiam ſunt neceſſaria, res ſcilicet pretium & conſenſus, vt notat Frideric. Martin *de iur. cenſ. cap.4. num.80. & 83.* & hunc contrahendi modum communi praxi receptum eſſe refert idem Cencius *loc. cit.* & hac ratione vitatur conditio, quam exigit Maldetic. *loc. cit. verſ. altera eſt,* ne ſcilicet reditus, cui cenſus iniicitur, ſit redimibilis.

33 Sed bis quæ hactenus diximus cenſum rebus incorporalibus, quæ pro immobilibus habentur ſuper indici, & collocari poſſe, obſtare videtur, quòd huiuſmodi res incorporales, & iura vectigalium, & ſimilium ſuis finibus deſignari non poſſunt, quòd conſtitutio D. Pij V. pro forma exigit illis verbis, *& quæ nominatim ſuis finibus deſignata ſit.* Sed reſpondeo verba hæc ad res ſoli referenda eſſe, & quæ tangi, & videri poſſunt, vt ſunt prædia vrbana, & ruſtica: non autem ad ea, quæ pro immobilibus habentur, & in iure conſiſtunt, vt ſunt vectigalia, & reditus iuriſdictio, & his ſimilia, quæ res incorporales ſunt, & animo tantùm, & intellectu percipiuntur; vt ait Theophil. *in d. tit. de reb. corpor & incorporal.* & notat Vincent. Carroc. *in d. dec.* 103. *num. 6. & 15.* & Ioan. Baptiſt. Scott. *Theorem*, 160 *in princ.* Vellem tamen vt huiuſmodi iura cum ſubiiciuntur cenſibus, iis demonſtrationibus quantum fieri poteſt deſcribantur, quæ funguntur vice finium, & ita rem oſtendant, vt nulla inter emptorem, & venditorem circa eorum identitatem controuerſia poſſit exoriri. Atque hæc ferè ſunt ſuper quibus ex forma conſtitutionis D. Pij cenſus conſtitui poteſt.

QVÆSTIO XLVII.

Super quibus rebus cenſus conſtitui non poſſit.

SVMMARIA.

1. *Cenſus ſuper rebus mobilibus conſtitui non poteſt.*
2. *Cenſus ſuper animalibus fructiferis imponi non poteſt.*
3. *Neque etiam ſuper armento, & grege, quæ reparari poſſunt.*
   Grex eſt res mobilis.
4. *Et perire poteſt.*
5. *Cenſus ſuper ſeruis conſtitui non poteſt.*
   Seruorum vitia furtum, & fuga.
6. *Craſſus quingentos ſeruos architectes, & fabros habuit.*
   Proculus duo millia ſeruorum ſuorum armauit.
   Cæcilius Claudius Iſidorus reliquit ſeruorum quatuor millia centum, & ſexdecim ex Plinio.
7. *Nauis res mobilis.*
8. *Naui cenſum imponere illicitum.*
9. *Nauis eſt res fructifera.*
10. *Fructifera in terminis reſtitutionis Pij V. res eſſe dicitur, quæ locari poteſt.*
11. *Nauicula fluminum ad traiiciendum homines cenſus validè iniicitur.*
12. *Cenſus ſuper nominibus debitorum, & actionibus perſonalibus conſtitui non poteſt.*
13. *Nomina debitorum nullo loco continentur.*
14. *Nomina, & actiones perſonales non ſunt fructifera.*
15. *Cenſus ſuper actionibus ad res immobiles conſtitui non poteſt.*
16. *Auendani, & Duardi ſententia cenſum ſuper actionibus ad quid perpetuum vendicandum valere.*
17. *Quæ non probatur auctori.*
   Actiones diſtinguuntur à rebus, ad quas competunt.
18. *Actiones ad res immobiles non ſunt fructifera.*
19. *Cenſus ſuper fructibus pendentibus conſtitui non poteſt.*
   Fructus pendentes per ſe ſpectati ſunt res mobiles.
20. *Pij V. intentio præcipuè fuit cenſus perſonales excludere.*
21. *Cenſus perſonalis nunc prohibitus, & illicitus.*
22. *Cenſus ſuper rebus mobilibus fructiferis ex natura rei imponi poteſt.*
23. *Res mobiles fructiferæ dari poſſunt ea lege, vt quid annuum præſtetur.*
24. *Æquitas* l. Curabit, *habet locum etiam in rebus mobilibus fructiferis.*

DVABVS proximè præcedentibus quæſtionibus tractatum eſt ex forma conſtitutionis D. Pij V. cenſum non niſi ſuper re immobili, vel quæ pro immobili habeatur, conſtitui poſſe. Nunc ſupereſt, vt videamus quæ res ex eadem conſtitutione reiiciantur. † Et ſanè exploratum eſt reiici res 1
omnes mobiles cuiuſcunque generis ſint, vt gemmæ, merces, & pecunia, & his ſimilia, tametſi ex his quædam ſint, quæ locari poſſint, vt vehicula, veſtes ſcenicæ, & lugubres, aulæa, & alia huiuſmodi *l. 15. § proinde. ff. de vſufr. l. videamus 19. ff. de vſur.* & tametſi ex his quædam ſe moueant, & referant fructus, vt ſunt greges ouium pauonum, anſerum, & armenta equorum, & boum, quorum vſusfructus legari poteſt *l. 3. §. 1. l. vetus 68. § fœtus, ff. de vſufr.* vnde in *l. 28. ff. de vſur.* Gaius ait in pecudum fructu fœtus eſſe, ſicut lac, pilus, & lana. Et Modeſtinus *in l. 39.* equis legatis poſt moram hæredis fœtus quoque deberi: *& in l. 25. in fin. & 26. de petit. hæredit.* dicuntur gregum, & pecudum partus, & partuum partus augere hæreditatem. † In quibus tamen cenſus inutiliter conſtituitur, vt omnes ferè docent Nauarr. *in comment. de vſur. num.* 81. Virgin. de Boccat. *de cenſibus part.* 1. *num.* 2. *&* 18. Auendan. *de cenſib. Hiſpan. cap.* 51. *num.* 6. Vgolin. *de vſur. cap.* 49. §. 1. *n.* 3. *&* 4. qui proinde ſit huiuſmodi reditus vſurarios eſſe. Quod etiam diligentiſſimè omnium tradit Cencius *quæſt.* 32. *num.* 1. *& ſeqq.* & Duard. *ad d. conſtitut.* §. 1. *quæſt.* 28. *& ſeq.* tametſi Conradus, Medina, & hos ſecutus Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap.4. num.* 11. *&* 14. & Valent. *diſp.* 5. *quæſt.* 22. *p.* 2. ſentiant ſuper animalibus fructiferis cenſum conſtitui poſſe, quibus non obſtat conſtitutio D. Pij V. qua conſtitutum eſt, vt non niſi in re mobili, aut quæ pro immobili, aut quæ pro immobili habeatur, cenſus conſtitui poſſit, & contractus ſub alia forma celebrati fœneratitij iudicantur. 2

Quod etiam retinendum eſt in grege, armento, equitio, & 3
ſimilibus corporibus. Nam licet eorum quædam vniuerſitas ſit, quæ reparari ſolet in locum capitum defunctorum, vel inutilium aliis ſubſtitutis *d. l. vetus, in fin. & l. vel inutilium, & l. quid ergo, §. 3. ff. de vſufr.* & nunquam pereant, vt videtur Martin. *loc. cit. ex l. proponebatur, C. de iudic.* ex qua colligit cenſum perpetuum ſuper illis inſtitui poſſe, verius eſt iis rebus cenſum imponere ſanctione Pontificis eſſe prohibitum, quia perſpicuum eſt gregem, & armentum res mobiles eſſe, videmus enim illa per montes & Alpes errare, & mutare paſcua, & ouilibus, & ſtabulis includi, & emitti, & interdum abigi à furibus, vnde abigei dicti ſunt, qui gregem ſubripiunt *l. 16. §. quantitas, ff. de pen. & l. 3. ff. de abig.* & ridiculum eſſet id in dubium reuocare, conſtat autē cenſum nunc ſuper rebus mobilibus non ſuſtineri. † Quod verò Frideric. *loc. cit.* & Duardus, 4
qui illum ſequi videtur, *in d. quæſt. 29. n. 15.* dicunt gregem, & armentum nunquam perire, à veritate alienum eſſe rerum experientia docet, & oſtendi poteſt *ex l. 21. de leg. 1.* illis verbis *quamuis grex deſiiſſet eſſe.* & Harmenop *lib. 5. tit. 10. § 6.*

Qua ratione nec in mancipiis, & ſeruis cenſus validè creari 5
poteſt, quia certum eſt inter res mobiles numerari *ex l. 15. § 3. ff. de vſufr. & l. 1. & tot. tit ff. de ſeru. fugit.* & oſtendunt cautiones illæ in venditionibus ſeruorum olim adhiberi ſolitæ, *nec fugitiuum, nec furem eſſe*, vt obſeruat Cuiac. *ad titul. Cod. de furt. & ſer. corrupt.* vbi etiam congruenter ait ſeruorum propria vitia eſſe furtum, & fugam. Proinde ſuper ſeruis cenſus conſtituere prohibitum eſt, vt notat Vgolin. *loc. cit.* quamuis ex iis ſint, qui ex operis, & artificio dominis lucrum faciunt, vt ſunt artifices, vel hiſtriones, balneatores, librarij, fabri, & vt *in l. 99. de leg. 3.* muliones, lecticarij, curſores, quorum operas domini olim elocare ſolebant, vt *in l. 55. ff. de condict. indeb. & lib. 45. & 48. ff. locat. leg. 1. §. fin autem, Cod. de rei vxoria act.* † Quorum veluti gregem qui- 6
dam olim Romæ habuere, vt Craſſus, quem Plutarchus ſcribit quingentos architectos, & fabros in ſeruis habuiſſe, quorum operas elocabat in vrbe ad reficiendas ædes ruina, vel

iocendio

incendio collapſas. Et Proculus de qoo Vopiſcus tradit eo tempore, quo ſumpſit imperium duo millia ſeruorum ſuorum armaſſe. Et Cæcilius Claudius Iſidorus, qui, vt refert Plin. *lib.* 33. teſtamento ſuo dixit, quamuis ciuili bello multa perdidiſſet, tameo relinquere ſeruorum qoatuor millia ceotom ſedecim, & alij quidam apud Lipſium *lib.* 2. *de magn. Roman. c* 15. Deoique *in l.* 117. *de verb. oblig.* extat exemplum ſtipulationis centum ſeruorum, quos ſtipolator elegiſſet.

7 Sed qoæſitum eſt, an ſaltem ſuper naue cenſus valide coonſtituatur: & licet in ea cenſum conſiſtere ſentiant Felician. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 40. & Salas *in lib. de cenſib. dub.* 7. *n.* 4. nunc tamen poſt ſanctiooem D. Pij verius eſt in Naui cenſum inutiliter conſtitoi, quia nauim rem mobilem eſſe conſtat apertiſſimè *ex l. Cæſar. de publican. & l. vim facit, ff. quod vi aut clam. l.* 1. §. 7. *ff. de vi & vi arm.* & ſcribunt Iaſon. *in conſ.* 170. *lib.* 2. & alij apud Tiraquell. *de retract. lib.* 1. §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 90. & 91. Beouenut. Stracca, *lib. de nauib. part.* 2. *n.* 31. Argentr. *de laudem.* §. 29. vbi ait id naturam doeere ſubiiciens ex venditione nauis laodemium non deberi, & Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 12. *num.* 9. vode infert nauim in empbyteuſim dari non poſſe. Sed qois neget naues res eſſe mobiles, cum ad boe parentur, vt oauigeot *l.* 41. §. *nauis, ff. de vſufr. & l. vtique* §. *culpa, ff. de rei vendic.* & ſæpe naufragio impellantur ad ſcopulos, & litus *l.* 1. *C. de naufrag.* Virgil. Æneid. lib. 1.

> *Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet.*
> *In breuia & Syrtes: vrget tres Eurus ab alto.*
> *Illiditque vadis.*

Et Seneca in Medea.

> *Audax nimium, qui freta primus*
> *Rate tam fragili perfida rupit:*
> *Terráſque ſuas poſt terga videns*
> *Animam leuibus tradidit auris.*
> *Dubióque ſecans æquora curſu*
> *Potuit tenui fidere ligno.*

8 Quamobrem ſuper naui veluti ſuper re mobili in terminis conſtitutionis Pij V. cenſum conſtitui non poſſe rectiſſimè tradunt idem Felician. *loc. cit.* Vgolin. *in d. cap.* 49. § 1. *n.* 4. Duard. *in d* §. 1. *quæſt.* 48. *num.* 4. & 5. & *num.* 8. vbi ſententiam hanc confirmat ex eo qood ex fòrma dictæ coonſtitutionis exigitur, vt res ſuis finibos deſignetur, quod nauibus, & triremibos non coouenit. Quæ ratio etiam eſt Aoendan. *in d. cap* 56. *n.* 11. Quæ tamen me parom moueret ex his, quæ diximus, in fine præcedentis qoæſtionis, & quia vt res certa ſit, fortaſſe ſatis eſt aliis modis demonſtrari, qui tantondem præſtent *l* 6. *ff. de reb. credit.* ſed noſtram ſententiam etiam ſecutos eſt Auendao. *in d. cap.* 56. *num.* 10. & 13. vbi alio vtitor argumento, qoia ſcilicet nauis oon ſit res fructifera, quod

9 incongruum eſt. † Etenim contrariom conſtat *ex l. ſi nauis, ff. de rei vendic.* cuius verba ſunt. *Si nauis à malæ fidei poſſeſſore petatur, & fructus æſtimandi ſunt, vt in taberna, & area, quæ locari ſolet ex lib.* 1. *ff. de exercit. act. l. vltim. ad l. Rhod. de iactu. & ex l.* 29. *ff. de petit. hæredit.* vbi dicitur vectoras nauium loeo fructuum eſſe: & probatur etiam *ex d. l. vnic.* §. *ſin autem, C. de rei vxor. act.* qoa cautum eſt fructus rerum dotaliom ex tempore ſoluti matrimonij mulieri reſtitueodos eſſe, ioter quos vecturæ naoiom, & iomentorum referuntor. Conſtat igitur nauim rem fructiferam eſſe, vt valdè

10 mirum ſit Auendano illud excidiſſe. † Et in hoe genere ſatis eſt, ſi res apta ſit locari, & ex mercedibus, & penſionibus vtilitatem referre, vt in domibus, & tabernis, & aliis ædificiis receptum eſt, in quibus penſiones pro fructibus habeutur, vt Vlpiaous ait *in l.* 36. *ff. de vſur. & d. l. ſi nauis ff. de rei vendic.* & proiude non ex eo ſuper oaui cenſus creari non poteſt, quod non ſit res fructifera, ſed ex eo tantùm quia repugnat conſtitotio Diui Pij qua vetitum eſt, ne ſuper rebos mobilibus imponatur, vt obſeruat Felician. *loc. cit.* cùm id conſtitutionibus Diuorum Pontificum Martini, & Calixti nondum eſſet prohibitum, qoia confirmant duntaxat contractus, de quibus ibi agitor, nec alios cenſus ſub alia forma initos condemnant, vt notat Salas *loc. cit.* vbi ait Pontifices non poſuiſſe has, vel illas conditiones quaſi neceſſarias ad iuſtitiam contractos, ſed quaſi ſufficientes, vt legenti paret, & in ſpecie reſpondet P. Duard. *in d. quæſt.* 28. *num.* 22.

11 Sane in cymbis fluminum, vel lacuum quas portitores conducunt à vaſallis, vel oppidis, vt viatores, & aduenas traiiciant io vlteriorem ripam, à quibus portorij nomine ſtipem exigunt, vt in flomine Vari, ceoſum conſiſtere puto. Cenſetur enim impoſitus ſoper iore vectigalis, quod à tranſeuntibos exigitur. Qood ius flumini, & territorio cohæret, & pro immobili habetur, vt tradit Bald. *in l. ſtipendia, C. de execut. rei iudic.* & alij apud Tiraquell. *in ſæpius citata gloſ.* 7. *num.* 34. & proinde aptum eſt, vt ex eo cenſus transferri poſſit, vt rectè tradit Auendan. *cap.* 52. *num.* 4. & nus diximus *quæſt.* 45. *num.* 32.

12 His conſeqnenter dicendum eſt cenſum ſuper nominibus debitorum, & actionibus perſonalibus illicitom eſſe, quandoquidem D. Pius iuſſit, vt noo oiſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, cenſus conſtitui poſſit: ſed nomina, & actiones perſonales, nec mobiles ſunt, nec immobiles, ſed tertiam ſpeciem conſtituunt, vt tradunt Bart. & Fulgoſ. *in l. quam Tuberonis,* §. *vlt. ff. de pecul.* & Tiraquell. *loc. cit. num.* 9. Rebuff. & Cuiac. *in l.* 93. *de verb. ſignif.* & receptam eſſe ſententiam teſtis eſt Theſaurus noſter *lib.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 2. & 3. & nos etiam diximus qoæſt... nom... & conſtat *ex d.* §. *vlt.* in quo nomina à rebus mobilibos, & im-

13 mobilibus ſeparantur. † Quod etiam ex eo patet, quia res mobiles, & immobiles loco cootinentor, oomina vero debitorum nullo loco circunſcribuntur, vt conſtat *ex l. Gaius Seius,* 86. *in princ. de leg.* 2. in qoa teſtator inſtitoit Gaium Seiom io ſemiſſe bonorum ſuorom excepta domo cum omoibus, quæ ibi ſunt, & ait Iuriſconſultus nomina debitorum non contineri, idem conſtat *ex l. vxorem,* 41. §. *legauerat de leg.* 3. *l. cum Lauionis in fin. & l. quæſitum,* §. *Papinianus, ff. de fund. inſtruct. & l. ſi fideicommiſſum,* §. 1. *ff. de iudic.* quæ ait nomina æris alieni non eſſe alicuius loci. Et proinde fundo vel domo relicta cum omoibus, quæ ibi ſunt, legaro non continentur, vt dixi *ex d. l. Gaius.* Et docet Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 9. tit. 2. *num.* 47. Cum igitor huiuſmodi nomina, & actiones, neque immobilia ſiot, neque pro immobilibus babeantur, nullo modo capacia ſunt ad ſuſtineodom

14 cenſum. † Atque etiam quia huiuſmodi nomina, & actiones ex ſe ſteriles ſunt, neque acceſſiones pariuntur, niſi interdum per accidens ex circunſtantia perſonæ creditoris, quam ſequontur *l. vlt.* §. *quid ergo, ff. de long. temp. præſcript.* Alex. *in conſ.* 16. *in fin. lib.* 6. Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt.* 49. *num.* 9. & 10. Rota poſt Cencium, *in dec.* 3. *num.* 14. ideóque ſuper his oominibus, & actionibus perſonalibus cenſum conſtitui non poſſe rectè docent Eman. Roderic. in explicat. conſtit. Pij V. *condit.* 1. *dub.* 1. Anton. Gomez. *in libello de cenſib. cap.* 3. *num.* 2. Rebell. *de oblig. inſtit. lib.* 10. *quæſt.* 6. *n.* 4. Salas *dub.* 7. *num.* 2. *verſic. tertio patet.* & *n.* 18. & Cencius *eod. tract. quæſt.* 33. *num.* 4. In additionibus, quæ his ſcriptis prodierunt, vbi congruenter his qoæ ſcripſeram, addit iura iſta incorporalia oon venire appellatione immobilium, neqoe per ſe fructus gignere, & proinde ſuper illis ceoſum imponi non poſſe reſiſtente conſtitutione ſanctiſſ. memor. Pij V. & ita animaduertiſſe Rotam *in dec.* 541. *n.* 9. poſt illius tractatum.

15 Imo licet ex quorundam ſententia actiones ad res immobiles pro immobilibus babeantur, quia rem ipſam ſequuntor, vt tractat Tiraquell. *in d. gloſ.* 7. *num.* 1. & *ſeq.* & Arius Pinell. *in rubr. C. de bon. matern. part.* 1. *num.* 24. noo rectè tamen ſoper boiuſmodi actionibos ceoſos imponitur, quia nec res immobiles ſunt, vt patet, nec pro immobilibus haberi debeat ad effectum de qoo agitur. Exigit enim ceoſus ex conſtitutione D. Pij in ſui creatione ſubiectum ſtabile, & permanens, & rem quæ ſimpliciter, & ſemper ſit immobilis, vel quæ pro immobili babeatur, & ex qua ius percipiendi reditum in alium transferri poſſit. Quod his actionibus non conueoit, qoæ non ſimpliciter, & ſemper inter immobilia numerantur, vel pro immobilibus babentor, & ita rectiſſimè tradit Auendanus *lib. de cenſib.* c 56. *n.* 13. & 16. Rebell. *lib.* 10. *quæſt.* 6. *n.* 4. & Doard. *in* §. 1. *quæſt.* 32. *n.* 4. & cenſuit Rota poſt tractatum Cencij *in d. dec.* 541. *n.* 9.

16 Cæterum Salas *loc. cit. num.* 2. *verſ. tertio patet.* Auendan. *in d. cap.* 56. *num.* 18. & poſt eos Duard. *in d. quæſt.* 32. *num.* 5. definitionem hanc limitant, & reſtringunt, quando actiones

competunt ad rem perpetuam, & quæ tractum ſucceſſiuum habet, veluti ad exigendum quid annuum ex domo, fundo, agro ex iure piſcandi, paſcendi, & ſimilium: putant enim ſuper iſtis actionibus cenſum conſtitui poſſe. Aliud verò eſſe, ſi actiones competerent non in rem, ſed in perſonam, quia hoc caſu non poteſt cenſus ſuper eo iure perſonali conſtitui, niſi ad vitam eius, qui penſionem vendit. Ex quo Auendanius infert valide cenſum conſtitui ſuper actione, quæ competit ad rem immobilem ſtatim vindicandam, quæ proximè recuperanda eſt, qua inquit non videtur hoc caſu cenſus creari ſuper actione, ſed potius ſuper ipſa re immobili, cui procul dubio cenſus imponi poteſt, vt dictum eſt. Quod iiſdem verbis repetit Duard. *loc. cit. n.* 6.

17 † Mihi verò iſta non probantur. Nam ſiue actiones competant ad quid annuum perpetuum, & ſucceſſiuum ex re immobili, & quæ pro immobili habeatur percipiendum: ſiue ad rem immobilem ſtatim vindicandam, non puto ſuper iſtis actionibus cenſum conſtitui poſſe, quia certum eſt actionibus cenſum conſtitui poſſe, quia certum eſt actiones diſtingui à rebus ad quas competunt, vt conſtat *ex l. qui actionem, & l. minus, ff. de reg. iur.* quæ ait minus eſſe actionem habere quàm rem. Quod etiam indicat *l.* 20. *§. in bonæ fidei, ff. de petit. heredit.* & quod diximus actionem eſſe ius perſequendi in iudicio, quod nobis debetur: & conſequenter non eſſe rem, quam perſequimur, & quæ nobis debetur. Atqui ex forma conſtitutionis D. Pij cenſus non niſi in rebus conſtitui poteſt, quæ immobiles ſint, vel pro immobilibus cenſeantur, vt diximus, ergo non in actionibus, quæ ab ipſis rebus diſtinguuntur vt dictum eſt.

18 Quod alia ratione probatur, quia cenſus non niſi rebus ſua natura fructiferis iniici poteſt ex conſtitutione D. Pij, vt dictum eſt, *quæſt.* 51. *num.* 2. *&* 4. cuiuſmodi non ſunt actiones, vt dixi *quæſt.* 47. *num.* 14. Quod etiam patet, quia fructus veniunt in actionibus, & actionibus repetuntur, vt *in d. l. ſi nauis, & l. ſi fundum, C. de rei vindic. l. item veniunt, §. non ſolum, de petit. hæredit. & d. l. vnic. §. ſin autem, C. de rei vxor. act.* & aliis: & vna cum rebus ipſis condicuntur, & vindicantur, vt iiſdem legibus conſtat *& l.* 8. *§ vlt. ff. de condict. furt. l.* 15. *in princ. ff. de condict. indeb.* Denique fructus ſunt ex ipſo corpore rerum *lib. vſura, ff. de verb. ſignific.* non ex actionibus, quibus res ipſas perſequimur, & vindicamus. Quare cùm in terminis conſtitutionis D. Pij cenſus non niſi in rebus immobilibus, vel quæ pro immobilibus habentur, iiſdémque natura fructiferis conſtitui poſſit, non puto hanc cenſus formam admittendam eſſe.

19 Quod etiam in fructibus pendentibus dicendum eſt, nam licet quandiu pendent pars fundi eſſe videantur *ex l.* 44. *ff. de rei vindic.* in qua Iuriſconſultus hexametrum facere voluiſſe videtur ſi ita legas.

Fructus pendentes fundi pars eſſe videntur.

Quod etiam conſtat *ex lib.* 22. *Cod. eodem titul. & l. Iulianus, §. ſi fructibus, ff. de act. emption. l. vltim. §. fructus, ff. de his quæ in fraud. credit.* Cardin. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 16. *num.* 42. & hac ratione inter immobilia cenſeri poſſint, vt tradunt auctores plurimi apud Tiraquell. *in d. gloſ.* 7. *n.* 36. Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 15. *num.* 12. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 6. *num.* 45. & Felician. *in d. cap.* 3. *num.* 39. ex quo videtur ſentire ſuper huiuſmodi fructibus cenſum conſtitui poſſe. Verius tamen eſt huiuſmodi formam cenſus nullam, & irritam eſſe, tum quia in hac ſpecie fructus ſpectantur non tanquam pars, & portio rei, qua ratione immobiles intelligi poſſunt, ſed per ſe, & vt corpus quoddam, quo caſu pro mobilibus habentur, vt docent idem Tiraquell. *eod. loc. num.* 44. *&* 45. Argentr. *in d. tract. de laudem.* §. 27. vbi infert ex venditione eorum laudemium non deberi: & expendunt in terminis Auendan. *in d. cap.* 56. *num.* 2. & Duard. *in d. §.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 6. tum etiam quia fructiferi non ſunt, etſi dicas ſeminari poſſe, fructus enim non iure ſeminis, ſed iure ſoli percipiuntur, vt ſæpius diximus *ex l. qui ſcit, ff. de vſur.* Denique quia iſtiuſmodi fructus, licet pendentes breuiter perituri ſunt, ſiue eos decerpas, ſiue in fundo, & in arboribus relinquas, vt idem Tiraquell. ait *eod. loc. num.* 46. ex quo multo magis apparet illos cenſus idoneum ſubiectum eſſe non poſſe, vt docent Auendanius & Duard. *loc. cit.* qui contrariam ſententiam Feliciano tribuunt, qui tamen ſolummodo ſcripſit fructus pendentes inter immobilia cenſeri. Nec tamen de Auendanio mirandum eſt, cui ſcilicet perpetua eſt cum Feliciano diſſenſio.

Præſertim verò mens Pontificis fuit excludere cenſus per- 20
ſonales, qui naturâ ſuâ illiciti, & fœneratitij pleriſque videbantur, & nunc videntur, vt Ludouic. Lop. *lib.* 1. *c.* 54. Rebell. *lib.* 10. *quæſt.* 3. *num.* 1. *&* 2. & Auendan. *d. tract. de cenſib. cap.* 58. *num.* 24. *&* 25. vbi ait hanc receptiſſimam eſſe ſententiam, & in dubium reuocari non poſſe. Nihil enim referre putabant, an quis emat annuum reditum perſonalem, vel mutuo det eandem pecuniam ſub certa annua præſtatione donec ſors reddatur. Quod argumentum ait Sotum nunquam potuiſſe ſoluere. Et acriter Serment. *ſelectar. interpret. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 36. vbi ait cenſum ſuper perſona imponere vſuram eſſe manifeſtam. Et huiuſmodi contractus iure communi, vel gentium cognitos non eſſe. Denique hanc ſententiam probauit Cencius, qui diligentiſſimè omnium de cenſibus ſcripſit *quæſt.* 34. *num.* 10. vbi quod magis eſt in addit tribus Rotæ Romanæ, cuius apud omnes magna auctoritas eſt, deciſionibus confirmat, & præſertim, *dec.* 369. quæ poſt illius tractatum impreſſa eſt: *& num.* 8. ait veriorem, & receptiorem ſententiam eſſe cenſus ſuper
perſona tantùm conſtitutos illicitos eſſe. † A qua licet mul- 21
ti, iidemque grauiſſimi auctores receſſerint, vt Couarr. Felician. Rodetic. Cauiſ. & inter Theologos Leſſius, & Salas, & diſputatum eſt *quæſt. ſeq.* inter omnes tamen conuenit cenſus perſonales conſtitutione D. Pij V. nunc eſſe prohibitos, illiſque, vbi illa recepta eſt, omninò abſtinendum eſſe, inter quos idem Felician. *lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 7. *in fin.* Rodetic. *lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 37. Salas *de cenſib. dub.* 7. *num.* 4. Molin. *diſp.* 389. *num.* 3. vbi ait omnem omninò perſonalem cenſum eſſe prohibitum. Et inter Germanos Caniſius *de vſur. cap.* 11. *num.* 5. Et Gudel. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 50. Idem obſeruat Intrigliol. *ad pragmat. de cenſib. quæſt.* 37. *num.* 7. & Marcel. Conuerſ. *ad eund.* qui notat cenſus ſuper ſola obligatione perſonali conſtitutos Pij V. & Gregorij XIII. conſtitutionibus prorſus improbari. Denique omnes hac in re conſentire ſcribit Cencius *in d. quæſt.* 34. *n.* 39. ſubiiciens impium eſſe de ea re dubitare.

Obſeruandum tamen eſt, quòd initio huius quæſtionis, & 22
proximè dixi in terminis conſtitutionis D. Pij ſuper rebus mobilibus cenſum creari non poſſe, & præſertim *num.* 2. *&* 3. *& num.* 10. quia eâ ſubductâ, & ex natura rei veriſſimum puto ſuper rebus mobilibus fructiferis cenſum conſtitui poſſe, non quidem perpetuum, quia res mobiles fructiferæ non ſunt perpetuæ: ſed duraturum duntaxat quandiu res illæ manebunt. Nam cùm dominus earum rerum ius habeat ex illis vtilitatem percipiendi, vel ex fructibus, & fœtibus vt in grege & aliis animalibus, vel ex vecturis, vt in iumentis, & nauibus *d. l. ſi nauis, & l. vnic. §. ſin autem, Cod. de rei vxor. act. l. videamus* 19. *ff. de vſur.* conſequens eſt poſſe ius illud, vel partem in alium transferre pro certo pretio. Nam & res ipſas vendere, & donare, vel vſumfructum earum poteſt *lib.* 21. *Cod. mandat. l. vltim. Cod. de rer. permut.* qua ratione id ſentiunt Felician. *loc. cit.* Valent. *d. quæſt.* 22. *part.* 2. *verſ. ſequitur autem.* Malder. *tract.* 5. *cap.* 5. *dub.* 7. & Salas *in d. dub.* 7. *num.* 4. Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap.* 4. *num.* 12. *& num.* 78. Molfeſ. *in d. tract.* 12. *cap.* 6. *num.* 60. & aliis citatis Duard. *in d. §* 1. *quæſt.* 29. *num.* 8. *& in quæſt.* 32. *num.* 7. & ita accipienda ſunt, quæ tractat Cencius *in d. quæſt.* 32.

Illud verò certi iuris eſſe arbitror licitum eſſe etiam vbi 23
Pij V. conſtitutio recepta eſt res mobiles, & fructiferas, vt boues, oues, his ſimilia, naues etiam & alias res mobiles, quæ locari ſolent, ea lege alteri concedere, vt quid annuum, vel menſtruum præſtetur, vt oſtendi poteſt *ex d. l. vlt Cod. de rer. permut. & l traditionibus,* 48. *ff. de pact. & l.* 2. *Cod. de donat. quæ ſub mod.* & aliis auctoribus relatis dixi *quæſt.* 41. *num.* 34. & docet Duard. *in d quæſt.* 29. vbi rectè notat con-
ſtitutionem D. Pij ad cenſus reſeruatiuos non pertinere. † 24
Nam & res mobiles fructiferæ vendi poſſunt ea lege, vt donec pretium reddatur, emptor vſuras illius præſtet pro modo fructuum, & commodorum, quæ ex rebus venditis, &

traditis

Digitized by Google

traditis percipiuntur, quia etiam in hac ſpecie militat eadem ratio, æquitáſque legis *curabit*, *Cod. de act. emption.* vt docet Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 89. & nos diximus *ead. quæſt.* 41. *num.* 32. quod bullâ Pij V. non prohibetur.

QVÆSTIO XLVIII.

De cenſu perſonali, & an natura ſua licitus ſit.

SVMMARIA.

1. *Cenſus perſonalis an natura ſua licitus ſit.*
2. *Cenſualis contractus natura quæ ſit.*
3. *Homo liber non poteſt vendi.*
4. *Cenſus ex contractu ius naſcitur, quod ſequitur poſſeſſorem.*
5. *Cenſum perſonalem admittere, eſt admittere vſuras ſecundum Cencium.*
6. *Cenſus natura eſt, vt re perempta cenſus quoque perimatur.*
7. *Fernandi Rebelli contra cenſus perſonales argumenta.*
8. *Et Franciſci Sarmienti.*
9. *Auctores, qui ſentiunt cenſus perſonales ex natura rei licitos eſſe.*
10. *Cenſum perſonalem licitum eſſe, in quo ſenſu accipiatur, & num.* 23.
11. *Emptio eſt contractus licitus, & iuris gentium.*
12. *In emptione reditus perſonalis nullum eſt mutuum.*
13. *Emptionis contractus licitus eſt, quamuis interdum ſub eius ſpecie fœnus agitetur.*
    In cenſu perſonali nulla eſt ſors.
14. *Cenſus perſonalis lege poteſt conſtitui.*
15. *Cenſus perſonalis qua ratione à mutuo ſecernatur.*
16. *Nonell.* 160. *cenſus perſonales admittit.*
17. *Perſonalis reditus in dotem dari poteſt.*
18. *Maritus eſt ſimilis emptori propter onera matrimonij.*
19. *Cenſus realis natura quæ.*
20. *Iura rei cohærentia ſequuntur rem.*
21. *Cenſus perſonalis perſonam ſequitur.*
22. *Homo liber non eſt in commercio, nec vendi poteſt.*
23. *Ius non patitur ob æs alienum liberos homines ſeruire.*
24. *Molinæ Theologi doctrina quædam repugnantia arguitur.*
25. *Cenſuali contractu emitur ius ad penſionem non penſio.*
26. *Fernandi Rebelli obiectiones referuntur, & refelluntur.*
    Ius reditus perſonalis eſt aptum ſubiectum venditionis, vt donationis, dotis, & legati.
27. *Ius reditus quod venditur in cenſu perſonalis venditione, eſt diſtinctum ab ipſa obligatione, qua venditor poteſt ad præſtationem reditus conueniri.*
28. *Cenſum perire perempto fundo ad cenſum realem pertinet.*
29. *Periculum ad emptorem pertinere non eſt de ſubſtantia emptionis.*
30. *Emptio non ideo illicita, quod res tuto loco ſit.*
31. *Emptionis cenſus perſonalis incommoda, & periculum.*
32. *Plus cautionis in re eſt, quàm in perſona.*
    Martialis hac de re epigramma.
33. *Cenſus perſonalis conſtitutionibus Martini, & Calixti non prohibetur.*
    Conſtitutiones duorum Pontificum cenſus de quibus conſulebantur, approbant, de aliis nihil ſtatuunt.
34. *Cenſus perſonales addita obligatione bonorum ex natura rei ſunt liciti.*
35. *Cenſus perſonales nunc prohibiti.*
36. *Venditor cenſus nunc perſonaliter obligatur.*
37. *Et de euictione tenetur, etiamſi id actum non ſit.*
38. *Pij V. conſtitutione non eſt prohibitum addere cautiones ad tutiorem exactionem cenſus.*
39. *Actio perſonalis in cenſu quatenus duret.*
40. *Cenſus perſonalis prohibendi ratio potiſſima.*
    Cenſus perſonalis ſpeciem habet vſuræ.

QVAMVIS exploratum ſit cenſus perſonales
conſtitutione D. Pij V. eſſe prohibitos, tamen
quia apud omnes populos recepta non eſt, qui
ſub alia forma, aliiſque legibus cenſus emunt,
non inutile eſt quærere, an huiuſmodi contra-
ctus per ſe, & ex rei natura licitus ſit, & conſiſtat: vel po-
tius improbus ſit, & fœneratitius, & conſequenter ab eo ab-
ſtinere oporteat tanquam ab illicito, & ſponte ſua damnato
commercio. † Quæ ſanè quæſtio à viris Theologis variè ve- 1
xata eſt, & præſertim à Molina, & Rebello, qui negant:
& à Leſſio, & Salas, qui affirmant licitum eſſe. Nec minus
diſſidij eſt inter Iuriſperitos quibuſdam contendentibus hu-
iuſmodi reditus ex natura rei iniuſtos, & vſurarios eſſe vt
Franciſc. Sarmient. *Select. interpret. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 35.
Auendan. *de cenſib. Hiſpan. cap.* 58. *num.* 17. Ioan. Gutierr.
practic. quæſt. lib. 2. *cap.* 177. *num.* 7. & alij plurimi, quos re-
cenſet, & ſequitur Cenſius *quæſt.* 34. *num.* 10. *& ſeq. &* 99.
num. 2. qui in addition. *d. quæſt. num.* 34. hanc ſententiam
confirmat tribus deciſionibus Rot. poſt illius tractatum
350. *num.* 2. & in eadem cauſa *deciſ.* 365. *num.* 5. *&* 8. *&*
dec. 379. *num.* 11. His conſenſit Fachin. *lib.* 2. *cap.* 44. & no-
uiſſimè accedit Mangil. *in lib. de euict. quæſt.* 82. *num.* 15. *&*
18. probatur verò à Cencio hæc ſententia his argumentis.

Primò natura contractus cenſus eſt, vt ex eo transferatur 2
ius percipiendi penſionem annuam ex re vtili, & ſui na-
tura fructifera, vt latè probat Fridecic. Martin. *de iur. cenſ.*
cap. 4. *n.* 2. ſed perſona non eſt huiuſmodi, vt manifeſtum eſt.
Quis enim vnquam dixit hominem fructiferum eſſe? Ergo
ſuper illo cenſus conſtitui non poteſt.

Secundò liber homo non eſt in commercio, nec vendi po- 3
teſt *l.* 6. *in princ. & l.* 34. *§. liberum, ff. de contrah. empt.* quæ
id vetat etiam hoc addito, *cum ſeruus erit.* Ergo nec ſuper il-
lius perſona cenſus inſtitui. Quod confirmatur quia liberi
hominis perſona non poteſt principaliter obligari *lib. ob æs,*
& auth. imo, Cod. de act. & obligat. l. 2. *Cod. quæ res pignoribus,*
obligat. poſſ.

Tertiò huiuſmodi contractus eius eſt naturæ, vt ex illo 4
conſtituatur ius in re, quod eam ſequitur, & tranſit etiam in
ſingularem ſucceſſorem, vt inter alios ſcribunt Crauet. *in*
conſ. 217. *num.* 5. & Alciat. *conſ.* 3. *lib.* 1. ſed hoc cenſui per-
ſonali non conuenit, ergo ſuper ſola perſona cenſus col-
locari non poteſt, vt argumentatur Alciat. *in d. conſ.* 3. *n.* 3.
& 4.

Quarta, & vltima huius auctoris ratio eſt, quam fortem 5
vocat, quia concedere cenſum perſonalem nihil aliud eſt,
quàm obligare perſonam ad annuam penſionem pro vſu pe-
cuniæ, quæ ſterilis eſt, nec pecuniam parere poteſt *l. vſura*
pecuniæ, ff. de verb. ſignif. quod nihil eſt aliud quàm concedere
vſuras, quod eſt abſurdiſſimum.

Rota verò *in d. dec.* 369. *num.* 2. *&* 3. inter alias huius ſen- 6
tentiæ rationes hanc potiſſimam eſſe cenſet, quia de natura
iſtius contractus emptionis, & venditionis eſt, vt perempto
fundo ſuper quo impoſitus eſt cenſus aut in totum, aut pro
parte, qua peremptio fundi euenit, pereat non tantùm ex
conſtitutionibus Pontificum, ſed etiam ex diſpoſitione iu-
ris ciuilis, ex quo periculum ad emptorem ſpectare debet,
vt conſtat *ex l.* 1. *Cod. de peric. & comm. rei vend. & §. cum au-*
tem. Inſtit. de empt. & vendit. Vnde addita tantùm obligatio-
ne perſonali, & generali omnium bonorum periculum non
pertineret ad emptorem, quia vt id contingere poſſit, neceſ-
ſe eſt, vt cenſus conſtituatur ſuper certo fundo immobili
fructifero, vt eo pereunte, vel ſterili reddito cenſus quo-
que perimatur, & pereat, æqualiſque fit vtriuſque contra-
hentis conditio, vt ſi fundus pereat periculo venditoris, qui
dominus rei eſt, ita cenſus pereat, vel minuatur periculo em-
ptoris, vt refert adnotare Nauarr. *in comment. de vſur. n.* 85.
& expendit Fachin. *loc. citat. in fin.* & Maſtrill. ad Gregor.
quæſt. 5. *num.* 50.

Sed aliis & quidem ſi dicere fas eſt, ſolidioribus argumen- 7
tis vtitur Fernand. Rebell. *lib.* 10. *quæſt.* 3. *num.* 2. quæ iugu-
lum huius contractus petunt, quibus ſcilicet oſtendere co-
natur in hoc negotio nullam emptionem contrahi poſſe, &
ſub cenſus nomine vſuram palliari. Quia, inquit, id quod
re ipſa ſub ſpecie perſonalis cenſus intenditur, nihil aliud
eſſe

eſſe videtur quàm lucrum ex mutuo, perinde enim eſt, ac ſi pecuniam in pretium datam mutues, vt poſtea lucrum vltra ſortem paulatim reddendam recipias. Nec hîc videtur vera vlla venditio, aliúſve contractus interuenire. Nam cùm is, qui pecuniam accipit, non intendat ſeipſum vendere, nec operas ſuas, quippe quæ locari poſſunt, vendi non poſſunt, nihil autem in perſona cuiuſque reperiatur, quod venditioni ſubiici poſſit, fit vt commentitium videatur iſtud ius, quod vendi dicitur, & proinde ficta ſit huiuſmodi venditio. Quod magis declarat *num.* 5. *&* 6. quia contractus emptionis, & venditionis fieri debet ſuper re aliqua omnino diſtincta ab ipſo contractu, in qua tanquam ipſius propria materia ſubſiſtat obligatio inter contrahentes. Nec enim emptio venditio ſine re, quæ veneat poteſt intelligi *l.* 8. *ff. de contrah. empt.* obligatio verò reſultans ex ipſo contractu cenſuali non poteſt eſſe materia eiuſdem contractus, cum ex ipſo contractu poſterius naturâ oriatur. Illud enim quod emptor in hoc negotio emere intendit, neceſſariò eſt ius aliquod reale, quo poſſit debitorem, vel in ſeruitutem redigere, vel vendere, vel ex ea cauſa cogere ad ſibi ſeruiendum, vel loco pignoris habere, quod nimis graue eſt, & legibus prohibitum, *d.l. ob æs, Cod. de act. & obligat. l. vltim. ff. quæ res pignorib. obligat. poſſeſſ.* & aliis, deinde ſubiicit. *Quòd ſi nullum ius reale emis, quid aliud emis, vel quid aliud tibi vendo niſi meram obligationem ſoluendi tibi certam penſionem. Quæ obligatio cùm ſit forma, vel effectus formalis eiuſdem contractus cenſualis, ex natura rei repugnat emi, vel vendi per eundem contractum, quam informat, vt conſtat:* & hæc ratio à priori, & euidenter videtur demonſtrare omnem cenſum perſonalem ex natura rei eſſe illicitum, & nullum ex defectu videlicet materiæ, & rei ſine qua venditio contrahi non poteſt. Ita diſſerit Rebellus.

8 Idem fere, ſed preſſius Sarmient. *loc. cit. num.* 36. nimirum deficere materiam, in qua huiuſmodi cenſus fundetur. In qua enim contractus ſubſiſtit, ſi mille accipias ſuper tua perſona, vt decem ſingulis annis ſoluas cum pacto de redimendo? quis enim erit iſte contractus? an emptio, an locatio, an alius nominatus, vel innominatus approbatus à iure? Non eſt emptio, neque locatio, cùm vtrinque non poſſit eſſe pecunia; ex altera enim parte debet eſſe merx: hic vtrinque ab initio eſt pecunia: neque quòd loco operarum id fieri videatur, efficit contractum poſſe ſubſiſtere, quia cùm ab initio loco mercis pecunia ſubſtituatur, materia emptionis ſubducitur, & remanet ſine materia contractus, & ſola forma obligationis ſubſiſtit, quæ eſt natura vſurarum, vt *in l. rogaſti, §. ſi tibi, ff. ſi cert. pet.* ita Sarmientus.

9 His tamen non obſtantibus contrariam ſententiam, cenſum ſcilicet perſonalem ex ſe, & ex natura rei licitum eſſe primus omnium ſecutus eſt Bald. *in l.* 1. *num.* 39. *Cod. de his, quæ pœn. nom. &* Panormit. *in cap. in ciuitate, num.* 7. *de vſur.* Couarr. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 7. *num.* 5. verſ. *ego ſane.* Iacob de Graff. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 118. *num.* 16. Binsfeld. *in d. c. in ciuitate, quæſt.* 12. *de vſur. fol. mihi.* 297. vbi recenſet multos legum, & decretorum Doctores, qui in Concilio Conſtantienſi, vbi caſus fuit propoſitus, hoc genus contractus probarunt, quorum ſubſcriptiones etiam extant apud Conrad. *de contract. quæſt.* 83. Huic ſententiæ etiam ſubſcripſerunt Surd. *de alim. tit.* 7. *quæſt.* 33. *num.* 14. Decian. *in conſ.* 2. *num.* 41. *& ſeq. lib.* 1. Anton. Gomez, *ad l.* 68. *num.* 2. Roderic. *de ann. redit. lib.* 1. *quæſt.* 5. Aragon. *in* 2. 2. *D. Thom. quæſt.* 78. *circa fin.* & alij plurimi apud Salas *in lib. de cenſib. dub.* 3. *num.* 2. vbi pro hac ſententia viginti Theologos adducit. Quam etiam ſecuti ſunt recentiores quidam, quos refert, & ſequitur Molfeſ. *de contract. cap.* 6. *numer.* 62. *&* 63. Filliuc. *tract.* 35. *num.* 259. Bonacin *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 4. *p. vn. numer.* 3. Carol. Loyſ. Pariſienſ. *lib.* 1. *de redit. cap.* 9. *num.* 7. Malder. *tract.* 5. *cap.* 5. *dub.* 8. *verſ. propter hæc,* & Caniſ. *de vſur. cap.* 11. *num.* 8. & communem eſſe ſcribit Sigiſm. Scacc. *quæſt.* 1. *num.* 204. vbi notat deceptum eſſe Couarruuiam, dum priorem ſententiam crebriorem eſſe admittit. Hanc etiam ſequitur, & acriter tuetur Felician. *lib.* 1. *de cenſib. cap.* 8. *num.* 4. vbi obſeruat videri in eam conueniſſe omnes iuris Cæſarei Profeſſores, & rurſus *in addit. d. cap.* 8. *num.* 1. vbi refert hanc magis communem eſſe. Denique hanc ſententiam nouiſſimus omnium amplexus eſt Duardus, qui his meis iamdudum ſcriptis prodiit *in quæſt. vltim. proœm. n.* 108. *& §.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 29. & Mancin. *diſſ.* 13. *cap.* 9. *num.* 11. *& cap.* 11. *num.* 1. Pro qua ego firmiora argumenta proferam, aliis prætermiſſis, quæ apud iſtos auctores leguntur, & iis, quæ refert Cencius *loc. cit.* & ſibi fingit, vt facilius refellere poſſet. † Illud interea præmittendo, quod notat Salas *loc. cit.* 10
num. 2. iuris auctores, qui hanc ſententiam ſecuti ſunt, non in eo ſenſu affirmare licitum eſſe cenſum perſonalem, quaſi emptor cenſus comparet ius reale in perſonam, ita vt deficientibus bonis, vnde venditor ſoluat, poſſit illum redigere in ſeruitutem aut eum cogere, vt pro valore annuæ penſionis tanquam mancipium aliquod ſibi ſeruiat, quod fœneratores olim in Aſia feciſſe refert Plutarchus in Lucullo & queritur D. Ambroſ. *in lib. de Tobia,* & nos diximus *quæſt.* 2. *num.* 14. id enim impium & inhumanum eſt, & legibus prohibitum: ſed in eo ſenſu arbitrantur cenſum perſonalem conſtitui poſſe, vt quilibet poſſit certo pretio accepto obligare ſe ad penſionem annuam, cuius collectio labentibus annis pretium excedat eo modo, quo qui rem credito emit, manet obligatus ad pretij ſolutionem, vel is, qui pecuniam mutuam accepit, obligatur ad illius reſtitutionem, & quo denique ex aliis contractibus homines ſolent perſonaliter inuicem obligari ad aliquod præſtandum, vnde actiones in perſonam proueniunt, quæ iure ciuili receptæ ſunt, & quibus aduerſus eos agimus, qui nobis obligati ſunt ad aliquod dandum, vel faciendum *l.* 3. *&* 25. *in princ. ff. de obligat. & act. & inſtitut. de act. §.* 1. & Iacob. Venent. *de ann. præſtat. quæſt.* 1.

His præmiſſis primum huius ſententiæ argumentum eſt. 11
Emptio, & venditio ex natura rei eſt iuſtus, & legitimus contractus, & iuris gentium *l.* 1. *in fin. ff. de contrah. empt. l.* 5. *ff. de iuſtit. & iur. l.* 35. *in fin. ff. de verb. oblig.* Sed in conſtitutionibus redituum perſonalium, quæ fiunt certo interueniente pretio, vera emptio contrahitur, ſiquidem interuenit conſenſus, pretium, & res, quæ venit, ius ſcilicet exigendi reditum annuum: ergo iſtiuſmodi contractus legitimus eſt, & iuris gentium. Hîc verò rem eſſe, quæ vendi poſſit, nec enim de conſenſu & pretio ambigitur ex eo conſtat, quia poteſt quis reditum annuum perpetuum alteri donare nullo deſignato fundo, ex quo percipiatur *l. ſancimus,* 34. *§. ſin autem, C. de donat.* vel teſtamento relinquere *l.* 23. *&* 24. *ff. de ann. & menſtr. legat.* illis verbis, *videri teſtatorem perpetuam penſitationem reliquiſſe*; vel promittere *l. vlt. §. vlt. de contract. empt.* quæ procul dubio eſt de promiſſione reditus perſonalis, vt ibi Bartolus, Cuiacius, & omnes notant, & Coraſ. *in centur.* S. Conſult. Toloſ. *cap.* 45. Salaz. *de vſu, & conſuet. cap.* 11. *num.* 44. Hotoman. *de vſur. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 4. *verſ. extat enim.* Duard. *in proœm. quæſt.* 23. *n.* 11. nec id ab auctoribus contrariæ ſententiæ in dubium reuocatur: ergo & iuſto pretio in alium poteſt transferri.

Neque rationem hanc effugiunt Sarmient. Fachin. Auend. 12
dan. Rebell. & poſt illos Cencius *in d. art.* 6. *num.* 28. *&* 29. ſeu potius *in d. quæſt.* 34. *numero eod.* dum dicunt non valere conſequentiam, quia poteſt ex donatione gratis, & liberè facta reditus annuus in alium transferri, non poteſt tamen ratione mutui quidquam vltra ſortem capi. Etenim hîc nullum mutuum eſt, ſi fraus omnis abſit: nec auctores grauiſſimi hîc mutuum eſſe, aut latere demonſtrare potuerunt, & proinde inconcuſſa manet ratio, quæ ex dictis legibus deducitur. Vt enim ius illud ſubiectum eſt ſtipulationis, donationis, & legati, ita & materia venditionis eſſe poteſt. Et quod donari poteſt, multò magis regulariter poteſt vendi *argum. l.* 1. *ff. de donat. inter vir. & vxor. l.* 8. *§. ſed ſi, ff. quibus. mod. pign. ſoluit. l. cuius,* 169. *ff. de reg. iur.* & expendit Conrad. *de contract. tract.* 4. *quæſt.* 72. *concluſ.* 1. Quod animaduertens Sarmient. *loc. cit. num.* 34. ſubiicit quod licet videatur in hoc cenſu ceſſare vſura, quia non eſt mutuum, tamen in venditione cum pacto redimendi vſura incidere poteſt, quia inquit videtur fieri in fraudem vſurarum, quando aliqua concurrunt, hic vero plura concurrere, quæ vſuram oſtendunt manifeſtam, nam licet emptor pecuniam non poſſit exigere, id tamen fit ſenſim, & per partes, dum ſingulis annis nummus parit nummos, quæ tamen parum mouere debent, quia non inde ſequitur emptionem horum reditum

13 redituum iure naturæ turpem, & illicitam eſſe, & præſertim cùm admittat hic mutuum non eſſe. † Quemadmodum enim ſub nomine emptionis, & venditionis fœnus interdum agitatur, vt *in cap. ad noſtram, de emptionib. c. illos vos, de pignorib. & c. in ciuitate, de vſur.* & non ideo minus emptio, & venditio, quæ vere agitur, iuſtus, & legitimus contractus cenſeri debet: ita prorſus emptio reditus perſonalis licita habenda eſt, tametſi interdum non animo ementium, ſed fœnerantium ineatur: id enim non eſt vitium contractus, ſed contrahentium. Et conſtat etiam ſolam redimendi pactionem ad fœnus non ſufficere, vt aliis locis tractatum eſt. Quod verò vir doctus ait in hoc genere commercij ſortem per partes exigi, & proinde pecuniam parere pecuniam, perquam leue eſt ad euertendum contractum, quia ſors hic nulla debetur, vt in emptionibus aliarum rerum, in quibus pretium fit venditoris, vt oſtendit Felician. *loc. cit. verſ. ſed quamuis, & eod. lib. 1. cap 7. num. 3.* & hac ratione etiam cenſus realis eſſet, in quo ſcilicet non minus dici poſſet, ſortem per partes reddi, & nummum parere.

14 Secundum argumentum eſt. Cenſus perſonalis poteſt conſtitui lege Principis, vel Reipublicæ, vt 2. *Eſdra. cap. 10* fideles conſtituerunt annuum reditum tertiæ partis ſicli per ſingula capita ad miniſterium templi, qui erat cenſus perſonalis. Et hunc cenſum referunt auctores Auguſtum Cæſarem indixiſſe *Luca 2.* & probatur apertiſſimè *ex lib. 1. Cod. de capit. ciuium cenſib. exim. & l. 1. vt ruſtican. ad nullum obſeq. deuoc.* ergo poteſt quiſque ſibi, & ſuis hæredibus hanc obligationem inijcere. Nam quæ legibus, & ſtatutis fieri poſſunt, nihil vetat pactionibus, & ſtipulationibus conſtitui, vt notat. Gloſ. *in tit. Cod. de decurion. lib. 10.* & expendunt Felician. & Salas *loc. cit.* Leſſius *num. 18.* Duard. *in d. quæſt. vlt. num. 116. & 119.* & Molfeſ. *in d. cap. 6. num. 63.* vbi ſcribere auſus eſt contrariam ſententiam ſacræ Scripturæ repugnare.

15 Tertium argumentum eſt. Si ratione aliqua cenſus perſonalis ex natura rei illicitus eſſet, ea potiſſimum, quia vſuram intus contineret, quæ eſt intrinſecè mala, ſed in hoc contractu nulla vſura eſt, ergo ſua ſponte illicitus cenſeri non debet. Ita argumentatur Rodericus *loc. citat. num. 33. verſ. præterea*, qui minorem argumentationis probat, quia in hac contractus forma pretium reditus perpetuo alienatur, nec emptor illud repetere poteſt, & proinde hic nulla eſt ratio mutui, in quo tantum contrahitur fœnus. Et verò hoc negotium à mutuo diuerſum eſſe perſpicuum eſt *ex d. l. vltim. §. vlt. de contrah. emptionib.* ex qua conſtat promiſſionem reditus perſonalis validam eſſe, vt ibi notant Bartol. Bald. & Cuiac. & Hotoman. *loc. cit.* vbi ait extare ibi in hac ipſa quæſtione Scæuolæ reſponſum ita perſpicuum, vt nihil magis. Quod & admittit Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.*

16 *32. num. 17. verſic. ſed certe.* † Idem apertiſſime conſtat ex *Nouell. 160.* in qua hæc refertur ſpecies. Magiſtratus Aphrodienſis reipublicæ magnam auri quantitatem, ne ſterilis eſſet, hac forma collocauerat, vt qui eius pecuniæ partem recepiſſet, donec eam redderet, reditum annuum ciuitati penderent, qui eſt ipſe caſus in Concilio Conſtant. propoſitus apud Binsfeld. *loc. cit. verſic. caſus talis eſt.* Et ipſa forma redituum perſonalium, & cum debitores exciperent, hoſce reditus obnoxios eſſe moderationi vſurarum, quæ duplum excedere non poſſunt *ex Nouell. 121. & 138.* Iuſtinianus ad expoſtulationem Ariſtocratis illius Reipublicæ patris, & aliorum ciuium reſcripſit id ad huiuſmodi reditus non pertinere. *Illam enim*, inquit, *conſtitutionem de creditoribus conſcripſimus, & qui in ea comprehenduntur caſibus. Præſens verò ſpecies eam non attingit, ſiquidem hoc magis annuo reditui, quam præſtationi vſurarum ſimile videtur.* Ex quo loco, ſi verum amamus, perſpicuum eſt, huiuſmodi reditus à mutuo differre & conſequenter in hac ſpecie emptionem eſſe, vel alium contractum emptioni ſimilem, & diuerſum à mutuo, & hanc conſtitutionem ita interpretati ſunt Cuiac. *in lib. 2. Cod. de reſcind. vendit.* Couarr. *lib. 3. cap. 7. num. 3.* Gtimald. *de vſur. & contract. pignora. lib. 1. cap. 11. num. 5.* Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib. 3. cap. 3. num. 34.* & idem Roderic. *lib. 3. quæſt. 3. num. 8. & 10.* ſubiiciens iſtiuſmodi redituum emptiones iam olim hac conſtitutione confirmatas eſſe, & legali præ-iudicio deciſum fuiſſe non eſſe propriè contractus vſurarios. Et Sarmientus, qui exclamat. *Quæ gens vnquam, vel natio cenſus ſuper perſonam conſtituit*: potuit ex hoc loco diſcere, vt etiam *ex d. l. vlt. §. vltim. de contrah. empt.* iampridem alicubi cenſus perſonales vſu fuiſſe receptos.

Denique pro hac ſententia mihi præſtat argomentum, 17
quod definitum eſt *in l. vlt. §. vlt. Cod. de iur. dot.* poſſe ſcilicet maritum in cauſam dotis, & loco dotis certum reditum annuum ſtipulari, & exigere qui locus procul dubio de reditu perſonali accipi poteſt, quia ibi nulla fit mentio fundi, ex quo reditus percipiatur: ait enim. *Si quis in dotem, vel prædia, vel certum reditum, vel panes ciuiles ſpopondit & promiſit.* &c.

Neque vis huiuſmodi argumenti retundi poteſt ex eo, 18
quòd non videatur eſſe ſimile, quia præuenio, & reſpondeo in ea promiſſione, & ſtipulatione reditus in cauſam dotis emptionem, & venditionem quandam eſſe, quia maritus ſimilis eſt emptori propter onera matrimonij *l. ex promiſſione 18. ff. de oblig. & act. l. ſicut, §. ſed ſi, ff. quib. mod. pignor. vel hypoth. ſoluat. & l. 16. ff. de iur. dot.* & Barboſ. *in l. 5. n. 12. ff. ſolut. matrimon.* & nos diximus *quæſt. 90. num. 63.* Quare vt maritus, qui ſimilis eſt emptori propter onera matrimonij, quæ ſunt loco pretij, poteſt certum reditum annuum ſtipulari: ita prorſus alius quilibet poterit iuſto pretio cenſum perſonalem comparare.

His ſic firmata concluſione non obſtat, quod primo lo- 19
co obiicit Cencius, nimirum contractus cenſualis naturam eſſe, vt ex eo transferatur ius percipiendi reditum ex re ſui natura fructifera, quia hoc verum eſt in cenſu reali, & rebus venditoris impoſito: falſum verò eſt in cenſu perſonali, de quo agimus, in quo ſatis eſt, vt transferatur ius percipiendi penſionem ab ipſo venditore quomodocunque redigendam, vt conſtat euidenter *ex d. l. vltim. §. vltim. de contrah. emptionib.* & eadem facilitate tertia huius auctoris ratio retunditur. † Nam quod dicitur ex cenſu conſtitui ius in re, 20
quod in quemcunque ſingularem ſucceſſorem transfertur, id intelligimus de cenſu reali, quod ſequitur rem, & in quoſcunque poſſeſſores tranſit, vt cætera onera rerum *l. 60. ff. de condit. & demonſtrat.* & cenſus publici, & publicæ præſtationes, quæ quiſque pro agris, quos poſſidet agnoſcere debet *lib. 1. & 3. Cod. ſine cenſ. vel reliq. l. 42. ff. de pact. l. Imperatores, ff. de publican.* cuius generis etiam eſt annua penſio pro aquæductu *leg. in venditionibus, ff. de act. emption.* Hæc & ſimilia iura rebus cohærentia res ipſas comitantur ad quoſcunque peruenerint. † Hic verò agitur de cenſu perſonali, cu- 21
ius onus ſequitur perſonam promiſſoris, & hæredum, vt reliquæ obligationes perſonales, quæ ex aliis contractibus deſcendunt, ex quibus quoque actiones perſonales proueniunt, vt dictum eſt *num. 10.* & conſtat etiam *ex l. ſi fideicommiſſ. §. tractatur, ff. de iudic.* & in ſpecie *ex d. l. vlt. §. vlt.* quæ eſt de obligatione reditus perſonalis, vt ibi Bartol. & Cuiacius, & alij notant: ideóque I. C. ibi reſpondet ſingularem ſucceſſorem ad præſtationem cenſus obnoxium non eſſe, etiamſi venditor illum de fundo ſuo præſtare promiſiſſet. Et proinde vtrunque Cencij argumentum petit principium, id eſt ſupponit nullum alium dari cenſum præter realem, & ſuper re fructifera conſtitutum.

Nec minus facile eſt ſecundam eius rationem euertere. 22
Nihil enim ad rem pertinet, quod obiieit hominem liberum in commercio non eſſe *ex l. ſi in emptione, §. liberum, ff. de contrah. empt.* nec poſſe pignori dari *l. 6. ff. quæ res pignor. oblig. poſſ.* quia his locis tantum definitum eſt neminem poſſe hominem liberum vendere, vel filios: & liberum hominem pignori dare. Sed malè inde infertur neminem poſſe ius reditus perpetui alteri promittere, & vendere iuſto pretio, & proſe, & ſuis hæredibus ad illius præſtationem ſe obligare, quia præterquam quod id legibus permiſſum eſſe conſtat apertiſſimè *ex d. l. vlt. §. vlt. Cod. de iur. dot. & d. l. vltim. ff. de contrah. empt.* ſi ex eo quod liber homo non eſt in commercio, nec poteſt pignori dari, non poteſt quis ſe obligare ad annuam præſtationem, ſequeretur neminem in perſonam obligari poſſe, quo nihil abſurdius dici poteſt. Semper enim valeret ea ratio *liberum hominem in commercio non eſſe.* † Vt 23
etiam perquam leue eſt, quod trahitur *ex d. l. ob æs, Cod. de oblig.*

oblig. & act. quæ ait *ob æs alienum ſeruire liberos creditoribus compelli iura non pati.* Auctores enim quorum ſententiam ſequimur non in eo ſenſu affirmant licitum eſſe emere cenſum perſonalem quaſi emptor cenſus compararet ius in perſonam ita vt poſſit venditorem in ſeruitutem redigere, & ſeruitio promere, vel illum cogere, vt pro quantitate penſionis ad tempus veluti ſeruus, & mancipium illi ſeruilia miniſteria præſter, quod iura prohibent. Sed in eo ſenſu arbitrantur cenſum perſonalem poſſe conſtitui, cum ſcilicet quis accepta pecunia certum redituum annuum præſtare promittit eo modo quo accipiens pecuniam mutuam obligatur tantundem reddere, vt ex aliis contractibus conſueuerunt liberi homines ſe obligare ad aliquid dandum, vel faciendum, ratione cuius obligationis datur aduerſus eos actio in perſonam, vel hæredes eorum, vt dixi *ex l.25. ff. de obligat. & act.* quod iure permiſſum eſt. Et ita iampridem reſpondit Soto *lib.6. de iuſtit. & iur. q.5. artic.1. circa fin.* Felician. *in d. cap. 8. num.8.* Roderic. *de ann. redit. lib. 1. quæſt.4. num.* 33. vbi ait ex hac obligatione libertatem non adſtringi, alioqui in omni obligatione perſonali infringeretur libertas, quod eſt abſurdum, ita etiam reſpondet Malder. *loc. cit.* verſ. *verum tale.* Salas *in d. dub. 3. num.4. & 5.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *part.* 2. *num.* 42. & 44. &

24 obſeruat ipſe Molin. *in d. diſput.* 387. *num.* 1. † Qui tandem *num.* 6. cogitur fateri cenſum merè perſonalem ex natura rei conſtitui poſſe ſuper perſona, ita vt aduerſus eam ſola detur actio perſonalis, quod nos probauimus *ex d. l. vltim.* Quod verò ſubiicit huiuſmodi reditum minori pretio, quàm ſit cumulus penſionum comparari non poſſe, & ob id tanquam illicitum, & vſurarium condemnandum eſſe, non videtur admittendum eſſe. Nam ſuppoſita validitate cenſus ab initio, & ex ipſa natura rei, vt admittit Molina, ſanè conſequens eſt fructus omnes ex iuſto titulo ad emptorem pertinere, tametſi procedentibus annis excedant pretium, quo cenſus emptus fuit alioquin emptiones cenſuum realium, imò & prædiorum vrbanorum, & agrorum illicitæ cenſeri debent, quia tandem futurum eſt, vt fructus eorum ſuperent pretium, quo comparantur. Ex quibus videtur doctiſſimus Theologus pugnantia docuiſſe. Cuius etiam doctrina non probatur Feliciano *in append. d. cap.8. n.4.*

25 Nec etiam mouere debet, quod vltimo loco Cencius ait concedere cenſus perſonales nihil aliud eſſe quàm admittere vſuras, quia in hac forma contractus non mutuum, ſed vera emptio contrahitur, & conuincunt primum, & tertium argumentum noſtræ ſententiæ *& d. l. vltim. de contrah. empt. & Nouell.* 160. Neque verum eſt in hoc negotio pecuniam parere, pecuniam, quia extremum principale huius contractus non eſt penſio ſingulis annis in pecunia præſtanda, ſed ius ad illam exigendam, & percipiendam, vnde vt fructus ſunt acceſſiones prædiorum *lib.7. & l. cum quis, ff. de condict. cauſ. dat. l. 9. ff. famil. hereiſcund.* ita penſiones ſunt acceſſiones illius iuris, quod iuſto pretio emptum eſt, diſtinctum, & ſeparatum ab ipſis penſionibus; vt conſtat *ex l. vlt. Cod. de iur. dot.* & nos diximus *quæſt.* 88. *num.* 17. & aliis locis. Et cum huius quæſtionis definitio tota ex eo pendeat, an in huiuſmodi ſpecie contractus mutuum, & fœnus contrahatur, id Cencius probare debuit. Nam auctores, qui putant cenſus perſonales ex natura rei licitos eſſe, id perpetuò negant.

26 Quamobrem Rebell. *in d. quæſt.* 3. demonſtrare conatur non hic veram emptionem fieri, ſed commentitiam, & fictam: & ſub nomine cenſus emptorem vſuras, & turpe lucrum ſtipulari, & in hac re incumbit totus *à num.3. vſque ad n.* 7. multa ſubtiliter, & grauiter obiiciens, quibus nondum comperi ſatisfactum fuiſſe, ideòque operæ pretium eſt huius auctoris obiectiones excutere.

Ait Rebellus. Cùm in perſonali cenſu cenſuarius non intendat ſeipſum vendere, nec totum, nec partem ſui, nec operas ſuas: nihil autem aliud in perſona cuiuſque reperiatur, quod venditioni ſubiici poſſit, fit vt commentitium videatur iſtud ius, quod in cenſu perſonali dicitur vendi, & ficta ſit huiuſmodi venditio.

Sed reſpondeo in hoc contractu cenſuarium non vendere ſeipſum, nec partem ſui, nec operas ſuas, non inde tamen ſequi nihil aliud hîc eſſe quod venditioni ſubiiciatur. Nam verè ſubeſt ius reditus annui, quod venditor ſibi, & ſuis iniicere, & ad cuius præſtationem ſe obligare poteſt *d. l. vlt. de contrah. emptionib. & l. vlt. §. vlt. Cod. de iur. dot.* Quod quidem ius neque venditor eſt, nec pars illius operarúmve eius: ſed eſt quoddam ex conſenſu, & conſtitutione contrahentium pendens diſtinctum à perſona ipſius venditoris, quod aptam præſtet materiam venditioni. Alioqui nec poſſet donationi ſubiici. Nam donator reditus annui non intendit ſeipſum donare, nec partem ſui, nec operas ſuas, vt pater, & nihilominus aliquid eſt quod donat. Ita etiam cùm reditus annuus titulo legari relinquitur, quæ eſt veluti donatio quædam, teſtator non intendit ſe ipſum donare, vel partem ſui, vel hæredis, vel eius operas, & tamen aliquid legat, neque inutile legatum eſſe dicitur. Denique vt etiam is, qui in dotem certum reditum conſtituit, non ſeipſum, nec partem ſui operáſve in dotem conſtituit, & tamen aliquid in alium verè transfert, vt conſtat *ex d. l. vltim. §. vltim. Cod. de iur. dot.* ita prorſus is, qui reditum perſonalem vendit, licet nec ſeipſum, nec partem ſui vendere intendat, vel operas, poteſt in alium hoc ius pretio accepto tranſmittere.

Rurſus ait Rebellus. Contractus emptionis, & venditionis fieri debet ſuper re aliqua omninò diſtincta ab ipſo contractu, in qua veluti materia ipſius fundetur obligatio inter contrahentes: obligatio verò reſultans ex contractu cenſuali non poteſt eſſe materia eiuſdem contractus, cùm ex ipſo contractu poſterius natura oriatur: & poſt pauca. Quod ſi nullum ius reale emis, quid aliud emis, niſi meram obligationem ſoluendi tibi certam penſionem, quæ obligatio cum ſit forma, vel effectus formalis eiuſdem contractus ex natura rei repugnantem, vel vendi per eundem contractum, quem informat. Reſpondeo verum eſſe emptionis, & venditionis contractum fieri non poſſe ſine re, quæ vendatur, idque apud Iuriſconſultos certiſſimum eſt, & Pomponius *in l.8. ff. de contrah. emptionib. nec emptio,* inquit, *nec venditio ſine re quæ veneat, poteſt intelligi.* Sed falſum eſt in hoc genere contrahentes formaliter emere, & vendere obligationem ex ipſo contractu reſultantem: ſed venditor intendit ius reditus annui in alium transferre, & emptor acquirere, quod ius natura prius eſt, & diſtinctum ab ipſa obligatione, quæ perfecto contractu oritur, & ob quam venditor cogitur præſtare, quod promiſit actione ex empto: & emptor poteſt in iudicio perſequi, & petere quod ſibi debetur, vt in emptionibus aliarum rerum, & in aliis contractibus receptum eſt, ex quibus actiones in perſonam naſci ſolent, vt *in d. l. 3. & 25. ff. de obligat. & act. l. ex empto. & tot. tit. de act. empt.* & in ſpecie docet Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. vlt. num.* 50. Quod etiam exemplo donationis manifeſtum eſt. Vt enim cum donatur reditus annuus perſonalis perfecta donatione reſultat obligatio, qua donans tenetur dare, quod promiſit *l. ſi quis Cod. de donat.* Et aliis. Et quæ diſtincta eſt ab ipſa re, quæ donata dicitur, & fatuum eſſet dicere ex eo donationem non conſiſtere; quaſi deficiat donationis materia: ita prorſus venditione eiuſdem reditus dicendum eſt, nempe obligationem illam ex ipſo contractu prouenientem non eſſe materiam iſtius venditionis, vt obiicit Rebellus. Sed materiam illius eſſe ius reditus annui, quod ſaltem eſt coæuum ipſi contractui, & vt donationis, legati, & dotis, ita etiam venditionis materiam præſtare poteſt. Qua ratione etiam refellitur, quod obiicit Sarmient. *loc. cit.* in hoc genere cenſus deficere materiam venditionis, & ideò illicitum, & vſurarium eſſe, quia verius eſt hîc ſubeſſe aliquid, quod vendi, & emi poſſit, ius ſcilicet reditus percipiendi; vt dictum eſt, ideóque ex natura rei, & ſecundum regulas iuris communis iſtiuſmodi contractum ſubſiſtere.

Ex quibus etiam me de mea ſententia non deiicit fundamentum, quod nouiſſimè pro contraria opinione expendit, & præcipuum eſſe ſcribit Emin. P. de Lug. *d. diſp.* 27. *n.*25. 27 nimirum in cenſu perſonali nihil aliud in rigore iuris vendi, aut tradi quàm penſiones ipſas ſoluendas, vnde infert qua ratione non licet datis centum ducenta emere per partes deinceps recipienda, ita nec poterit emi cenſus, in quo huiuſmodi penſiones ſoluendæ emuntur. Porrò hîc emi penſiones ſoluendas ex eo conſtare, quia qui ſe obligat perſonaliter ad aliquid dandum pro pretio, quod nunc accipit,

non

non poteſt vendere ſolum ius ad rem illam, quin ſimul vendat rem ipſam dandam: alioqui quoties venditur triticum poſtea tradendum pro pretio præſenti, non venderetur triticum, ſed ius ad illud, quod eſt abſurdum. Cùm ergo in hoc commercij genere penſiones ipſæ vendantur, & procedentibus annis cumulus penſionum exceſſurus ſit pretium, quod numeratum eſt, conſequens eſt id ſine iniuſtitia fieri non poſſe. Ita vir Eminentiſſimus: ſed reſpondeo eius fundamentum, quod in cenſu perſonali nihil aliud vendetur, aut tradatur quàm penſiones in futurum præſtandæ non conſiſtere. Etenim verius eſt in hoc contractu venire, & tradi id ipſum quod veluti res in hoc contractu deducitur, ipſe ſcilicet cenſus perſonalis, vt in donatione huiuſmodi cenſus, qui procul dubio licitus eſt, & in conſtitutione reditus ex cauſa dotis, quæ eſt ſpecies quædam venditionis, vt dixi *num.* 18. *& in ſpecie d. l. vltim. ff. de contrah. empt.* non ceduntur, nec transferuntur ipſæ penſiones, ſed ius illas percipiendi, alioqui hìc etiam æqualitas & iuſtitia deficeret, ita prorſus in conſtitutione cenſus perſonalis ceditur, & transfertur iſtud ius in emptorem, non penſiones ipſæ in futurum ſoluendæ, quæ tempore contractus nondum debentur, & proinde differunt ab ipſo cenſu, qui in ipſa conſtitutione cenſus ceditur, & transfertur, etenim iura incorporalia, & quæ in iure conſiſtunt, cum traditionem non recipiant, ceſſione transferuntur, & in illis ceſſio vicem obtinet traditionis, quod apud iuris auctores receptum eſt, vt conſtat ex Tiraquell. *lib. 1. de retract. §. 1. gloſ. 7. num.* 12. vnde conſtat exemplum tritici dandi non conuenire, quia in conſtitutione cenſus perſonalis non venditur ius ad rem aliquam dandam, ſed emitur ius præſens, & quod transfertur, & acquiritur in ipſo contractu cenſus: & emptor ſtatim dicitur habere, quod emit vt docet Valent. *diſp. 5. quæſt. 22. p. 5.* & Salon. *quæſt. 78. art. 1. controu. 1. num.* 4. Ex quo etiam ſequitur ad iuſtitiam huius cenſus non eſſe neceſſarium, vt pretium ſit æquale penſionibus futuris, quæ ſunt acceſſiones, & veluti fructus iſtius iuris pecunia empti, & conſtituti, ſed ſatis eſſe, ſi reſpondeat valori iſtius iuris pecunia empti, & conſtituti, ſed ſatis eſſe, ſi reſpondeat valori iſtius iuris, quod in contractu cenſus deducitur, & eſt materie venditionis, vt dotis, & donationis, vel alterius ſimilis contractus. Nemo enim iuſtus rerum arbiter tanti hoc ius æſtimabit, quantæ labentibus annis futuræ ſunt penſiones, valuti centum annorum. Nam neque agri, & vineæ, & alia prædia vrbena, vel ruſtica tanti æſtimari ſolent, & quanti tandem erunt fructus, quos ex illis emptor percepturus eſt, vel hæredes eius. Qua ratione retunditur reſponſio quam adfert *num.* 27. rationi, quæ pro cenſu perſonali ex donatione duci ſolet. Nam fateor eſſe de ratione emptionis iuſtæ, vt pretium ſit æquale valori, quem res habitura eſt tempore traditionis, ſed nego in conſtituendo valore cenſus perſonalis habendam eſſe relationem ad penſiones futuras, ſed inſpiciendum eſſe quanti hoc ius cenſus, quod in ipſo contractu ceditur, & transfertur, arbitrio boni, & prudantis viri æſtimari debet tempore contractus *l. 8. Cod. de reſcind. vendit.* Hoc enim illud eſt, quod eſt ſubiectum emptionis, ſufficit autem æqualitatem inter pretium & rem venditam ſeruari, vt contractus iuſtus, & iure naturæ licitus cenſeri debeat. Denique ſi hoc nomine cenſus perſonalis iniuſtitiæ argui poteſt, iniuſtæ etiam cenſeri debent, emptiones prædiorum, quorum fructus tandem aliquando pretium longe exceſſuri ſunt, quod nemo dixerit. Imo id etiam obiici poſſet emptionibus cenſus realis, cuius iuſtitia tot conſtitutionibus ſancita eſt.

Et multò magis in mea ſententia confirmor, quia animaduerti virum & ſcientia, & dignitate eminentiſſimum valdè laborare *num.* 20. vt obiectionem hanc vitare poſſit, quæ non minùs cenſus reales petit, & comminiſci rem difficilem, & mihi inauditam, nimirum in emptione cenſus realis non venire ius ad penſiones, ſed partem vſusfructus prædij, quod cenſui ſubiicitur: ita vt dominium totum directum prædij maneat venditoris, dominium verò vtile, ſeu ius vſusfructus ex parte vendetur, & acquiratur emptori, quod ius partiale, ſeu dominium vtile partiale, cùm non valeat, quantum valet totum prædium, poteſt procul dubio emi minori pretio, quo dato acquirit emptor cenſus partem dominij vtilis; poſtea verò alio contractu, qui implicitè etiam continetur in ipſa conſtitutione cenſus realis, conueniri inter contrahentes, vt pro ſpe fructuum, qui incerti ſunt, venditor obliget ſe ad certam annuam pecuniariam penſionem, qui contractus etiam licitus eſt, & hac ratione priorem contractum, id eſt emptionem illam vſusfructus, ſeu dominij vtilis partialis ad æqualitatem reduci. Hæc Cardinalis, quæ tamen mihi difficilia eſſe videntur, & magna ex parte refelli poſſe.

Et in primis illud perſpicuum eſt in omni contractu mentem contrahentium inſpiciendam eſſe *l. inſulam, ff. de præſcr. verb. l. nominis ff. ſi cert. pet. l. ſi cum vno, ff. loc.* & aliis paſſim, & in re ferè ſimili Felician. *de cenſib. lib. 1. cap. 4. numer. 7. verſ. & accedit.* Roderic. *de ann. redd. lib. 1. quæſt. 3. num.* 6. & Salas *dub. 2. num.* 6. at cùm partes ineunt contractum cenſus, non intendunt emere, & transferre dominium vtile, nec partem dominij vtilis, vſumfructum, ſeu partem vſusfructus rei, ſed reditum annuum pecuniarium: ergo dicendum eſt in conſtitutione cenſus realis non emi vſumfructum partialem rei, ſuper qua cenſus imponitur. Quòd vero hæc ſit intentio contrahentium, patet euidenter, quia præſumitur venditor minus abdicare velle, quàm fieri poteſt, emptor verò plus iuris acquirere, quàm fieri poteſt *l. 8. Cod. de reſcind. vendit.* Vnde vt non cenſetur venditor velle abdicare à ſe dominium, vel partem dominij ipſius rei, ſed tantùm reditum annuum in emptorem transferre retento integro dominio, & poſſeſſione rei, vt docet Roderic. *loc. cit.* & poſt Veron. Gratian. *cap. 420. num.* 7. Ita emptor intendit acquirere iſtud ius pro ſe, & ſuis, & quod poſſit illud vendere, & in alium transferre, quod ei non liceret, ſi partem vſusfructus emeret: conſtat enim verum, & proprium vſumfructum morte finiri, & in extraneum, id eſt, eum qui rei dominus non eſt, cedi non poſſe. *Inſtit. de vſufr. §. vltim.* eſt enim vſusfructus ſeruitus perſonalis, & perſonam non tranſgreditur, neque puto id Cardinalem ſenſiſſe, ſed potius emptorem emere partem fructuum, quod tamen etiam admitti non debet, conſtat enim multum diſcrimen eſſe inter emptionem reditus annui, & emptionem fructuum alicuius fundi, vt oſtendit Surdus, qui nunc erit inſtar omnium *tot. conſ.* 162. vbi in fine concludit Bullam Pij V. ad emptionem fructuum, veluti ad contractum diuerſum non pertinere. Præterea admiſſa hac Cardinalis doctrina multa ſubuerti, & in dubium reuocari poſſe videntur, quæ in iudiciis, & apud omnes ferè recepta ſunt. Et inter cætera ſi forte prædium vno, vel altero anno fructus nullos referret, vel pauciores quàm ſit penſio, caſus fructuum ad dominium cenſus pertineret *l. neceſſario, §. vltim. ff. de peric. & comm. rei vendit.* quod in cenſu falſum eſt, vt docet Cencius *quæſt.* 37. *num.* 6. & idem Cardin. *ead. diſp. 27. num. 71. & num.* 103. & nos diximus *quæſt. 57. num.* 7. Vel ſi pars prædij periret, vel infructuoſa redderetur, tametſi pars, quæ ſupereſt, penſioni ſufficeret, penſio pro parte periret emptori, quod etiam admitti non debet, vt tractatum eſt *ead. quæſt. 57. num.* 24. & cenſuit Rota poſt tract. Cencij *in dec. 1. & 4. num.* 5. niſi dicamus hic aliud contractum admiſceri, id eſt aſſecurationis, vt ſenſit idem Cardin. *eod. loc. n. 71. & 72.* quod etiam valde difficile eſt, tum quia pluralitas contractuum non præſumitur *l. 2. ff. loc.* Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. titul. 3. num.* 1. atque etiam quia ſuppoſitâ doctrinâ Cardinalis cùm dominus cenſus habeat dominium partis fructuum, conſequens eſt periculum eorum ad eum ex natura contractus pertinere *ex l. 1. Cod. de peric. & comm. rei vend. l. quæſitum, ff. de vſufruct. & l. incendium, ff. ſi cert. pet.* vnde fieret, vt nec etiam ex pacto hoc periculum in venditorem reiici poſſet, attenta conſtitutione Pij V. vt docet Cencius *in d. tract. quæſt. 55. num. 7. & 11.* & proinde aſſecurationem hanc irritam eſſe. Præterea hic aſſecurationem nullam intercedere conſtat, quia penſio ratione periculi à venditore ſuſcepti illi minuenda eſſet, & conſequenter non poteſt excedere rationem fructuum, imò neque æquare: alioqui debitor gratis id onus ſibi, ſuiſque rebus iniiceret. Atqui ſolent penſiones rationem fructuum excedere, vt ſi ex domo aliqua fructus rediguntur ad rationem trium, vel quatuor pro centenario illius

valoris,

Digitized by Google

valoris, ſolent reditus ad quinque, vel ſex pro ſingulis centenis conſtitui. Imò id licere receptum eſt, vt docet idem Cencius *in d. quaeſt.35. n.8.* quod congruenter doctrinæ Cardinalis eſſet illicitum. Denique non oportet fingere, & multiplicare contractus ſine neceſſitate, vt in re ſimili ait Felic. *lib. 1. cap. 4. num. 1. circa fin.* & aduerſus Alborn. Salas *loc. cit.* ſed nulla ratio ad hoc genus contractus ſuſtinendum nos cogit tot contractus admiſcere, & comminiſci. Satis enim eſt, ſi ſequamur receptam ab omnibus definitionem cenſus, vt ſit ius percipiendi reditum ſuper re alterius, quod ius eſt præſens, & contemporaneum ipſi contractui, & diſtinctum ab ipſis penſionibus, quæ inde in pecunia, vel fructibus præſtantur, vt docent Conrad. Salon. Molin. & alij apud eundem Cenc. *quaeſt. 7. num. 3. & quaeſt. 45. & num. 8. & 13.* & conſtanter tenuit Rota apud eund. Cenc. *vt in dec. 116. n. 9.* & aliis. Etenim admiſſa hac communi ſententia, conſequens eſt in conſtituenda iuſtitia huius contractus non eſſe inſpiciendam quantitatem, ad quam tandem reditus excurrere poſſunt, ſed quanti ſit illud ius, quod venditur, & transfertur in emptorem tempore venditionis, vt dictum eſt, & aliud agens tradit idem Cencius *in addit. d. quaeſt. 35. n. 9.* & Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap 3. num 161. & ſeq.* & hac facili & ſimplici via contractus cenſus, realis ab omni vſura, & iniuſtitia defendi poteſt, neque meo iudicio opus eſt tot contractus inuoluere, & comminiſci. Qua ratione etiam cenſus perſonalis probari poteſt inſpecto naturæ, & ciuili iure, vt diximus *num. 11.* præſertim *ex d. Nouell. 160.* ex qua conſtat hoc genus differre à mutuo, & reditus duplum excedere poſſe, cuius meminit Cencius in addit. *loc. cit.* & ex qua debuit mutare ſententiam.

28 Denique nihil mouet ratio, quam potiſſimam in hac quæſtione cenſet Rota *in d. dec. 365.* poſt tractatum Cencij, & Duardi *num. 2.* nempe de natura contractus emptionis cenſus eſſe, vt fundo in totum vel pro parte perempto cenſus quoque ad ratam perimatur commodo venditoris, idque ex conſtitutionibus Pontificum clarè deduci, & ex diſpoſitione iuris communis, ſecundum quam periculum rei emptæ ad emptorem pertinere debet *ex l. 1. Cod. de peric. & comm. rei vendit. & §. cum autem. Inſtitut. de emptionib. & vendit.* Quia multis modis reſponderi poteſt. Et primò quidem quia quod dicitur de natura cenſus eſſe, vt re perempta cenſus quoque pereat, procedit in cenſu reali, & impoſito ſuper certo fundo, ſiquidem iſtud ius cohæret rei, qua ſublata, & ipſum tolli neceſſe eſt *lib. 2. ff. de vſufruct.* diuerſum autem eſt in cenſu perſonali, de quo agitur, qui nulli certæ
29 rei cohæret, vt manifeſtum eſt. Secundò reſpondeo † rei periculum ad emptorem pertinere non eſſe de ſubſtantia emptionis, quod patet, quia id pacto tolli, & mutari poteſt, vt in depoſito conſtat *ex lib. 1. §. 1. ſæpe euenit, ff. depoſ. l. 7. §. item ſi quis, ff. de pact.* & in mandato *lib. 39. ff. mandat.* & in mutuo *l. 1. & 3. ff. de nautic. fœn.* & in emptionibus *l. 1. in princ. ff. de peric. & commod. rei vendit. l. fiſtulas, §. vltim. ff. de contrah. emptionib.* quia contractus legem ex conuentione accipiunt *d. l. 1. §. ſi conuenit, ff. depoſ.* ex quo conſequens eſt, etiam admiſſo emptorem cenſus nullum periculum ſubire, emptionem adhuc conſiſtere, & proinde non eſſe hanc legitimam cauſam improbandi contractus, vt optimè obſeruat ipſe Molin *in diſputat. 387. in fin.* & Salas *loc. cit. num. 4.*

30 † Deinde quod dicimus periculum rei emptæ ad emptorem ſpectare debere, non hunc ſenſum habet, vt ſi ita bene, & tuto loco collocantur pecuniæ, vt nullum ſit periculum amittendæ rei, venditio irrita, & iniqua haberi debeat, alioqui multarum rerum emptiones euerti poſſunt, quæ nullis ſubiacent periculis, vt ſunt montes, ſyluæ, & fundi procul à fluminibus, & mœnibus ciuitatum poſiti, qui perire non poſſunt, niſi fractus illabatur orbis: & multæ etiam conſtitutiones redituum, qui paſcuis montium & vallium impoſiti ſunt, & ſuper vectigalibus ciuitatum, qui perire non poſſunt, niſi ciuitas euertatur, vt de Carthagine refert Modeſtin. *in lib. 21. ff quib. mod. vſufruct. amitt.* vbi ait aratrum paſſam eſſe. Sed ita accipiendum eſt, vt ſi fortè poſt perfectam emptionem clades aliqua rei immineat, id periculo ſit emptoris, cuius etiam ſunt commoda rei *lib. 7. ff. de peric. & comm. rei vend. & Inſtit. de emptionib. §. cum autem, & l. 10. de reg. iuris.* † Præterea etiam in hac ſpecie emptorem reditus perſonalis eius periculum iuxta naturam contractus, & 31
rei quam emit, ſubire perſpicuum eſt. Nam & venditor mori poteſt nullis relictis hæredibus, vel facultatibus labi, & fieri non ſoluendo, quo caſu inanis eſt actio & inutile ius annui reditus *lib. 6. ff. de dol. mal.* & præterea alia multa emptorem ſequuntur incommoda, vt ſi debitor fortè plures reliquit hæredes, inter quos diuiditur actio *lib. 1. Cod. de hæredit. act. l. 6. Cod. fam. hercisc.* quod non ſequitur dominum cenſus realis, fauore cuius multa ſingularia recepta ſunt, quæ cuique ſunt notiſſima, vnde Boninſign. *de cenſib. cap. 4. in princip.* & Salas *in d. dub. 3. num. 3. verſ. ſed contra*, meritò ſcribunt in cenſu perſonali maius eſſe periculum emptoris quàm in aliis qui ſuper rebus immobilibus conſtituuntur. Denique ſi hæc iuſta cauſa eſſet improbandi iſtiuſmodi cenſus, multò magis cenſus reales improbandi ſunt, vt qui longè tutiores, & vtiliores ſunt emptoribus, quàm cenſus perſonales, qui in nuda promiſſione, & fide debitoris conſiſtunt, vt experientia docet, & præſertim quia in illis etiam non deeſt obligatio perſonalis, qua venditor, & hæredes eius tenentur reditus ſoluere, vt proximè dicam. Ego ſanè ſi pecuniam haberem, cenſum realem ſuper aliquo fundo potius emerem, quàm ſuper nuda alicuius obligatione, memor ſcilicet eius quod notiſſimum eſt fluxas eſſe hominum facultates. † Et quod Pomponius ait *in lib. 25. de regul. iur.* 32
plus cautionis eſſe in re, quàm in perſona, quod Martialis oſtendit etiam his verſibus.

Cùm rogo te nummos ſine pignore, non habeo inquis.
Idem ſi pro me ſpondet agellus, habes.
Quod mihi non credis veteri Theleſiue ſodali,
Credis colliculis, arboribuſque meis.

Ex quibus confirmari poſſunt, quæ diximus. Nam conſtituere cenſum ſuper nuda obligatione ſine vlla cautione præter ſolam fidem debitoris magis eſt commodum venditori, & incommodum emptori, quàm ſuper bonis certis, vel generaliter ſuppoſitis, & obligatis: ergo ſi hoc ex natura rei licitum eſt, multò magis ex natura rei licitum videtur in hoc genere ſolam fidem venditoris ſequi, quicquid enim meliorem facit conditionem venditoris, & deteriorem creditoris, id eleuat, & minuit ſuſpicionem vſuræ, vt tradit Binsfeld. *in cap. in ciuitate, de vſur. quaeſt. 12. concl. 17.* Gudelin. *loc. cit.* & Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. 8. num. 95.* Quæ ratio in hac quæſtione ita manifeſta viſa eſt Carolo Molineo, vt referente Salas *loc. cit. num. 3. verſ. tertio probatur*, auſus ſit dicere contrariam opinionem irrationabilem eſſe. Quod verò *in d. dec. 365. n 3. & 6.* deducitur ex conſtitutionibus Pontificum, egreditur fines quæſtionis noſtræ, in qua quæritur, an cenſus perſonalis ex natura rei licitus ſit, & conſiſtat, quod veriſſimum eſſe puto *ex d. l. vltim. de contrah. empt.* & aliis, quæ à nobis adducta ſunt, & nihil ex aduerſo proponi, cur mutemus ſententiam.

Quod adeò verum eſt, vt neque etiam poſt conſtitutiones 33
duorum Pontificum Martini, & Calixti cenſus perſonalis illicitus videri debeat. Nam licet non probem argumentum, quo vtuntur Sot. Couarr. Felicianus, & alij plurimi quaſi ſcilicet Diui Pontifices voluerint peremptis bonis, ſuper quibus cenſus eſt impoſitus ſaluam eſſe adhuc actionem ad reditum annuum, licet non poſſint venditores cogi ad reſtitutionem pretij. Nec enim id rectè ex relatis conſtitutionibus colligitur, inquiunt enim duntaxat rebus peremptis pretium repeti non poſſe, vt optimè expendunt Nauarr. *in lib de vſur. n. 74.* Fachin. *in d. cap. 44.* Boninſign. *loc. cit. n. 3.* Auendan. *cap. 18. num. 34.* Roderic. *in d. quaeſt. 4. num. 34.* Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. 6. num. 286. & cap. 8. n. 185.* & hoc rectè etiam Cencius *in d. quaeſt. 34. num. 38.* & proinde verius eſt Pontifices id reliquiſſe diſpoſitioni iuris, ex quo pereunte re ſuper qua cenſus realis conſtitutus eſt, ipſum quoque tolli neceſſe eſt, vt dixi *ex d. l. 2. ff. de vſufr.* alia tamen ratione moueor, quia duo Pontifices contractus cenſuum ea forma initos, quæ in dictis conſtitutionibus exprimitur, & de quibus conſulebantur, licitos eſſe duntaxat declarauerunt, vt patet illis verbis conſtitutionis Martini V. *Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, &c. præfatos contractus licitos, & iuri conformes, & ipſorum cenſuum venditores ad illorum ſolutionem obligari*

obligari tenore præſentium declaramus. Et iiſdem fere verbis Calixtus III. *in verſ. Nos igitur*, contractus ſub ea forma celebratos licitos eſſe declarat De aliis verò cenſibus ſub alia forma conſtitutis nihil ſtatuiſſe perſpicuum eſt, & proinde illos ſub diſpoſitione iuris communis reliquerunt, vt adnotarunt Card. Tolet. *l.5. c.46. n.3.* Leſſ. *lib. 2. c.22. dub.4.* Molin. *in d. diſp. 387. in fin.* Salas *de cenſib. dub. 3. n.4.* Caniſ. *in d. c. 11. in princ.* Gudelin. *in d. c.3. n.50.* Villalob. *part.2. tract.23. n.2.* Valent. *in d. diſp.5. q.2. punct.7.* verſ. *dico ſecundo,* vbi ait iure poſitiuo ante extrauagantem Pij V. ius naturæ integrum fuiſſe, & ipſe Duard. *in §.5. quæſt 2 n.17. & quæſt.8. in fin.* vbi ait hanc interpretationem veram eſſe, & magis communem: & ſecundùm iuris communis diſpoſitionem reditus perſonales licitos eſſe, & remotos ab vſura demonſtratum eſt.

34 His conſequenter dicendum eſt ſubductis conſtitutionibus Pontificum ex natura rei, & in terminis iuris ciuilis cenſus perſonales addita bonorum omnium obligatione, aliiſque cautionibus fauore emptoris licitos eſſe, & defendi poſſe. Nam cùm cenſus in nuda promiſſione, & obligatione conſiſtentes ex natura rei validos eſſe diximus *ex l. vlt §. vlt. C. de iur. dot. l. vlt ff. de contr. empt. & d. nouell.160.* & receptum ſit fauore contrahentium, & ad maiorem eorum ſecuritatem contractus muniri poſſe adiectione obligationis bonorum, vt conſtat *ex l.4. & 5. & l.6. ff. de pign. & d. l. vlt. de contrah. empt.* idque vſitatum ſit, conſequens eſt adiectionem hanc contractum non vitiare, quia licitum licito additum non facit illicitum *arg. l.20. & 29. ff. de vſur.* & in ſpecie docet Couar. *in d. c.7. n.5.* Decian. *in d. conſ. 2. n.143.* Felician. *in d. c.8. n.7. & lib. 3. c.4. n.1.* Andreas Gail. *lib.2. obſeruat. 7. n.13.* Binsfeld. *in d. c. in ciuitate, quæſt.12. concl.8 n.12.* vnde infert re perempta, quæ hypothecæ locum obtinet, adhuc manere obligationem perſonalem ad annui reditus ſolutionem Frider. Martin. *c. vlt. n. 192. & 158.* Caniſ. *in d. lib. de vſur. c. 11. n. 3.* & Roder. *de ann. redit. lib.1. quæſt. 4. in fin.* ſubiiciens ſe non vidiſſe hactenus reditum pecuniâ emptum niſi ſuper obligatione perſonali adiectis ſpecialiter certorum prædiorum, & deinde omnium bonorum hypothecis. Idem ſenſit Caniſ. *in d. c.10. n.8. verſ. porro poſterioribus,* vbi ait poſterioribus legibus imperij à Carolo V. & aliis Impp. latis ſancitum eſſe, vt cenſus non niſi redimibiles ex parte venditoris conſtituantur, in quibus nec vlla hypotheca, vel pignoris mentio fit, eo quòd ſine iis conſiſtere poſſit cenſus inſpectâ naturâ contractua: pignus verò ſiue hypotheca ſecuritatis cauſa cenſui accedat. Quod etiam videtur admittere Molin. *in d. diſp.303. n.5. & 6.* & admittunt Sal. *in d. dub.3. n.3. verſ. confirmatur ſexto.* Ioan. Garç. *de expenſ. c.4. n.41. & 43.* Ludouic. Bell. Auenion. *in d. conſ.72. n.7. & 8.* & Duard *in §.5. quæſt.1. n.28. & 29.* & dum mixtam quandam cenſus perſonalis, & realis admittit, tameſi deinde in contrariam ſententiam inclinare videatur deterritos auctoritate Rotæ *in d. dec.365. n.8. & 9.* immemor fortaſſe eorum, quæ ſcripſerat *in proœm. quæſt. vltim. num. 119. & 130.* cenſum ſcilicet perſonalem perpetuum ex natura rei licitè emi poſſe. Quo poſito conſequens eſt adiectione hypothecæ illicitum non fieri, quia illicitum licito additum licitum non facit illicitum *d. l.29. ff. de vſur.* ergo multò minus licitum.

35 Sanè poſt conſtitutionem D. Pij, & vbi illa recepta eſt, exploratum eſt cenſus perſonales nunc eſſe prohibitos, vt notant ferè omnes, qui cenſus perſonales legitimos eſſe contendunt, vt Felician. *in d. c.8. n.7. verſ. alterum probo.* Salas *dub.7. n. 4.* Roderic. *in d. quæſt.4. n.32.* & aliis auctoribus citatis dixi *proxima quæſt. præcedenti in fin. n. 21.* inter quos Gudelinus I.C. Germanus, qui ait hanc Sacroſanctam auctoritatem omnes mouere debere, vt ab emptione cenſuum perſonalium abſtineant. Idémque multis locis tradit Duardus, & præſertim *in d. q. vlt. in fin.* & aliis citatis *in §.1. quæſt. 2. n. 5. & 13.* vbi etiam rectè docet ex diſpoſitione dictæ conſtitutionis non tantùm cenſum nudum perſonalem, ſed etiam mixtum, id eſt munitum adiectione bonorum prohibitum eſſe.

36 Quod tamen non ita accipiendum eſt, vt exiſtimes in conſtitutionibus cenſuum etiam ad formam Bullæ Pij V. perſonam venditoris ad ſolutionem penſionis non obligari, quia cùm hic contractus ſit vera emptio, & venditio, conſequens eſt dari actionem perſonalem ex empto, vel ſtipulatu aduerſus venditorem, qui promiſit ſoluere, vel hæredes eius, vt conſtat euidenter *ex l.1. & l. ex empto.11. §.1 ff. de act. empt. l.3. & 25. ff. de oblig. & act.* & in ſpecie ſancitum eſt in præfatis conſtitutionibus Martini, & Calixti illis verbis *ac cenſuum venditores ad illorum ſolutionem obligari*: & rurſus in conſtitutione Calixti, quæ ait *vendentes ad ſolutionem redituum efficaciter teneri.* Et apertiſſimè etiam ex conſtitutione Nicolai V. in qua poſtquam licentiam, & facultatem conceſſit vendendi cenſus annuos ſuper ſuis rebus ſubiicit verba, quæ ſequuntur, *cum opportuna contrahentium ſecuritate, & cum poteſtate perſonas, & bona omnia mobilia, & immobilia obligandi pactis, aliiſque cautionibus adhibitis, &c.* Quod conſtitutione D. Pij non eſt immutatum, vt notant Gutier. *practic. quæſt. lib.2. c. 177. n. 8.* Gabriel. *in conſ.142 n.2. lib.1.* Felic. *tom. 2. lib.1. c.1. n. 6. verſ. nec dubitari poteſt.* Frider. Mart *d. c. vlt. n.13.* Lœl. Zecch. *de vſur. c.10. n.10.* Ioan. Franc. Leon. Theſ. *for. Eccleſ. part.2. c.15 n.8.* & Rota poſt Cencium *in dec 90. n.8. & dec.230 n.2.* & ipſe Cencius *in addit d. quæſt.34. n.31.* & rurſus *quæſt.96. n.1.* vbi meritò reprehendit Auendanium aliud ſentientem: & Duardus, qui profecit ex Cencio *in §.1. quæſt.3. num.11. & 12. & §. 3. quæſt.25. num. 5.* vbi notat ex omni contractu obligationem perſonalem naſci, quod eſt veriſſimum.

Neque tantùm venditor cenſus obligatur perſonaliter ad præſtationem annuæ penſionis, ſed etiam de euictione, ſi fortè res, quam oppoſuit cenſui, euicta ſit, vt vnus quod animaduerterim adnotauit Lælius Zecch. *loc. cit. n.10.* quod venit ex natura contractus, licet nominatim non fuerit conuentum: id enim in venditionibus aliarum rerum receptum eſt *ex d. l.11. § 1. ff. de act. empt. l.4. & 6. C. de euict. l. libera, C. de ſent. & interloc. omn. iudic.* & ad naturalia huius contractus pertinet, vt docet Frideric. Martin. *d. tract. de iur. cenſ. c.6. num. 16.* & Cenc. *quæſt.53. num. 25. & 26.* & in ſpecie Nauarr. *in comm. de vſur. n.135.* Molin. *diſp.383. n.9. in fin.* & Ioan. Franciſc. Leo. *loc. cit.* & memini me adnotaſſe *quæſt.42. n.23.* 37

Illud etiam perſpicuum eſſe puto ex forma ſanctionis D. Pij non eſſe prohibitum venditorem cenſus ſe, ſuaque omnia bona obligare, aliáſque cautiones licitas addere fauore emptoris ad ſecuriorem, & faciliorem exactionem cenſus: id enim in aliis contractibus receptum eſt, vt dixi *ex l. vlt. in princ. ff. de contrah. empt. & l.4. ff. de pignor.* & docet Binsfeld. *in d. cap. in ciuitate, quæſt. 12. concl.12.* & in terminis conſtitutionis Nicolai V. Maſtrill. *in dec. 141. num.19. & 32.* & in ſpecie Bullæ D. Pij Molin. *diſp.367. num.8. verſ. illud obſerua.* Gutierr. *in d. quæſt. 177. num.8.* Felician. *in d. cap.8. num.10.* ſubiiciens hoc iure nos vti. Idem ſcribit Petrus de Salaz. *de vſu, & conſuet. cap. 11. num. 82.* Gaſpar. Anton. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.1. cap.32. n.14. verſ. non inficior tamen.* Cenc. *in addit. d. quæſt.34 n.32.* & Duard. *in d. quæſt. vlt. in fin.* & de renunciatione, aliiſque ſimilibus pactionibus tendentibus ad faciliorem exactionem redituum ſcribit Frideric. Martin. *c.6. n.360. & ſeqq.* & alia quædam huic pertinentia ſcribit Cenc. *quæſt. 18. n.35.* quæ nunc vacat attingere. 38

Obſeruandum tamen eſt huiuſmodi actionem perſonalem qua ſubiicitur venditor cenſus ad præſtationem reditus, hypothecas, aliáſque cautiones contractui additas tandiu durare, quandiu durant res cenſui ſuppoſitæ, vt enim rebus peremptis cenſum perire neceſſe eſt, vt dixi *ex l.2. ff. de vſufr.* & probari poteſt *ex l. ſi vnus, §. vlt. & l. ſeq. ff. de ſerui. ruſt præd. l. ſi locus, ff. quemadm. ſeruit. amitt. & l.1. C. de iur emphyt. l.4 ff. de cenſ. l. ſicut 8. in princ. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolut.* & nominatim à D. Pio conſtitutum eſt in dicta ſua conſtitutione §. 5. ita prorſus obligationem ſoluendi reditum perire, vt rectiſſimè docet Frideric. Martin. *in d. cap.8. n. 188. & 213.* & rurſus *num. 216.* vbi etiam reiecta interpretatione Didaci Couarruuiæ notat id obtinere ex diſpoſitione extrauag. Martini, & Calixti, in quibus inquit dum dicitur, quòd prædiis deſtructis venditor ad pretium reddendum cogi nequeat, eo ipſo indicatur rei interitu cenſum perire, & finiri. Quod etiam ſenſit Azor. *lib.10. cap.5. quæſt.2.* Boninſign. *de cenſ. c.4. n.4.* Ioan. Franciſc. Leo. *in d. cap. 15. n.9.* Lælius Zecch. *loc. cit. num. 10.* verſ. *ſecunda conditio. in fin.* vbi ait omni æquitati repugnare rebus cenſualibus ſublatis venditorem ad præſtationem reditus in futurum obligari Denique idem ſenſit Duard. *in d. §.1. q.2. n.14. & 18.* vbi Azorij interpretationem 39

probat : & rurſus *in* §.1.*q*.1.*n*.8. *&* 10. concludens in vendi-
ditione cenſus, in qua ex forma conſtitutionum D. Pontifi-
cum Pij V. & Gregorij XIII. neceſſe eſt cenſum ſuper re certa
collocari, ſi adiiciatur obligatio perſonalis, & bonorum om-
nium, vt vſitatum eſt, perſonam, & alia bona venditoris
non obligari, quaſi ſubiectum cenſus, ſed acceſſoriè tantùm
pro tutiore exactione cenſus, & reliqua bona obligari iure pi-
gnoris, & hypothecæ pro ſecuritate emptoris, & conſequen-
ter re cenſuali caſu aliquo perempta cenſum omninò perire,
& venditorem, hæredes, fideiuſſoréſque eius à reſtitutione
40 pretij, & ſolutione redituum pro futuro tempore liberari. †
Et hæc potiſſima cauſa fuit, vt arbitror, cur Pius V. diuæ me-
moriæ Pontifex cenſus perſonales prohiberet, ſtatueréque
vt non niſi ſuper re certa, & ſuis finibus deſignata cenſus con-
ſtitui poſſet, ad inducendam ſcilicet æqualitatem inter em-
ptorem, & venditorem, ita vt ſi fundus perit, vel ſterilis effici-
tur periculo, & damno debitoris, cenſus periculo emptoris
quoque pereat : & vt conſtare poſſet de peremptione rei, ſu-
per qua impoſitus eſt cenſus, cuius periculum ſpectat ad em-
ptorem, vt expendit Nauarr. *in d. comm. de vſur. n.*85. Ludouic.
Lopez. *de contract. lib.* 1. *cap.* 57. Lælius Zecch. *cap.... cit. num.* 10. auctor Theſ. *fori Eccleſ. in d. cap.*15. *n.*9. *in fin.* Mo-
lin. *in diſp.* 389. *num.*4. Ioan. Bapt. Coſt. *in dec.* 80. *n.*2. *&* 3.
& in dec. 365. *n.* 6. atque etiam quia cenſus niſi certæ rei in-
iiciatur, ex cuius fructibus redigi poſſit, ſpeciem quandam
habet vſuræ, & fœneratitij contractus, veluti in ſola obli-
gatione perſonali conſiſtens *arg. l. vlt. ff. de eo quod cert. loc. &*
l. 121. *de verb. ſignif.* & Duard. *in proœm.* §.1. *quæſt.*28. *n.*130
in fin.

QVÆSTIO XLIX.

De cenſu vitalitio.

SVMMARIA.

1. *Cenſus realis vitalitius licitus eſt.*
2. *Emptio vſusfructus alicuius prædij licita.*
3. *Fructus agri vel domus emi poſſunt ad vitam, vel ad tempus.*
4. *Annua penſio teſtamento relinqui poteſt.*
5. *Pij V. conſtitutio cenſus reales vitalitios non prohibet.*
6. *In cenſu vitalitio iuſtum pretium exigitur.*
   Pretium cenſus vitalitij arbitrio boni viri ſtatuendum eſt.
7. *Pretium cenſus vitalitij ita fit accipientis, vt nunquam repeti poſſit.*
8. *In cenſu vitalitio reali fructus prædij penſioni ſufficere debent.*
9. *Aſſignatio certi fundi vim taxationis habet.*
10. *Fontanellæ citatio, vt etiam Cencij moleſta.*
    Camillus Richelmus I.C. Nicienſis, & Senatus Taurinenſis Præſes.
    Cenſus vitalitius iiſdem fere regulis regitur quibus perpetuus.
11. *Cenſus vitalitij hypotheca, & aliis cautionibus muniri poſſunt.*
    Cenſus vitalitij domino interdictum Saluianum competit.
12. *Cenſus vitalitij emptor clauſulam conſtituti exercere poteſt, ſi ei in proteſtatione reditus mora facta ſit.*
13. *Dominus cenſus non poteſt Saluiano, vel conſtituto vti, niſi ſit creditor cenſuum præteritorum.*
14. *Emptor poteſt propria auctoritate poſſeſſionem rei cenſualis capere, cum in defectum ſolutionis id actum eſt.*
15. *Interuerſa poſſeſſione rei cenſui ſuppoſita competit remedium* leg. vlt. Cod. de acquir. poſſeſſ.
    Cui non niſi triginta annis præſcribitur.
16. *Conſtituti clauſula in contractu cenſus non eſt inepta aduerſus Duardum, & Cencium.*
    Sed ſuos operatur effectus.
17. *Nauarrus* in comment. de vſur. n.137. *declaratur.*
    Conſtitutum in actu, & contractu conditionali conditionale eſt.
18. *Emptor cenſus vitalitij realis duplex ſuſtinet periculum vitæ, & rei.*
19. *Cenſus vitalitius perſonalis ex natura rei licitus.*
20. *Contractus licitus eſt, in quo contrahentes ſe æquali periculo exponunt lucri, & damni.*
21. *Conuentio vt quis alterum pro certa quantitate alere teneatur, non eſt illicita.*
22. *Vita hominis incerta eſt, & multis caſibus obnoxia.*
23. *Cenſus vitalitius ad vitam duorum, vel plurium ex ſententia quorundam licitus eſt.*
24. *Philippus II. Hiſpaniarum Rex cenſus ad vitam duorum, vel plurium prohibuit.*
    Cenſus ad vitam duorum conſtituti pretium maius eſſe debet.
25. *Cenſus vitalitius perſonalis an nunc ſit licitus.*
26. *Ludouici Lopez ſententia.*
27. *Pius V. cenſus perpetuis redimibilibus formam præſcripſit, non temporariis.*
28. *Cenſus vitalitios perſonales nunc prohibitos eſſe, qui ſentiant.*
    Et huius ſententiæ fundamenta.
29. *Pius V. generaliter prohibuit cenſus qui ſub alia forma in futurum crearentur.*
30. *Cenſus vitalitius qui pecunia conſtituitur, emptio eſt.*
31. *Sors, & Alea rationem emptionis non tollit.*
32. *Actionibus in factum, & præſcriptis verbis locus non eſt, quoties negotium ad contractus nominatos pertinet.*
33. *Bulla Pij V. de cenſibus congruit cenſibus realibus vitalitiis.*
34. *Nauarrus* de vſur. n.128. *declaratur.*
35. *Molinæ Theologi de cenſibus vitalitiis ſententia, ad Bullam Pij V. pertinere.*
36. *Vitalitij cenſus ſpeciem aleæ continent.*
37. *Ioannes Picus ab hoſpite veneno necatus.*
38. *Polidorus Priami filius à Rege Polymneſtore ſcelere interemptus, & quare.*
39. *Cenſus vitalitij vbi frequentantur qua ratione liciti.*
40. *Cenſus vitalitius vſurarius eſt, cùm ſors repeti poteſt, & non amittitur.*
41. *Pactum, vt non ſolutis penſionibus ſuo die ſors repeti poſſit in cenſu vitalitio vitiatur.*
42. *Pactum vt propter moram pretium repeti poſſit conſtitutione Pij V. prohibitum.*
    Neque tamen vitiat contractum.
43. *Aloyſij Iuglaris Nicienſis elogia de paſſione Chriſti.*

SVPEREST vt quæramus, an cenſus vitalitius,
qui ad vitam emptoris, vel alterius emitur,
vel donec aliquis vixerit, hodie licitus ſit. † Et 1
ſanè comperti iuris eſt cenſus reales vitalitios,
ideſt, qui ad vitam vnius, vel alterius ſuper re
certa fructifera conſtituuntur, licitos eſſe, dummodo con-
trahentes ſe æquali periculo exponant lucri, vel damni fa-
ciendi arbitratu boni & prudentis viri.

Hæc concluſio probatur apertiſſimè *ex Clem.*1. *de reb. Eccleſ. non alien.* ex qua conceditur Prælato id Eccleſiæ neceſſi-
tate exigente pro pecunia dimittere prædium aliquod Eccle-
ſiæ, vel reditum annuum alicui, quandiu vixerit, quod eſt
cenſum vitalitium concedere pro pecunia, vel quid ſimile, vt
ait Ioan. de Salas *lib. de cenſ. dub.*5. *n.* 5. verſ.3. *probatur.* † Se- 2
cundò emptio, & venditio vſusfructus alicuius fundi valida
eſt *l.*8. *in fin. ff. de peric. & comm. rei vend.* Couarr. *var. l.*3. *c.*8.
n. 7. quo caſu omnis fructus rei ad emptorem pertinet *l.* 7.
in princ. ff. de vſufruct. vt ergo venditionem vſusfructus ius
percipiendi fructus ex aliquo prædio in alium transferri po-
teſt, donec vixerit : ita prorſus ius reditus annui ex prædio
alterius emi, & comparari poteſt, quandiu quis vixerit. † 3
Tertiò fructus agri, vel domus ad vitam alicuius vendi poſ-
ſunt pro certo pretio, vt docet Bart. *in l. cotem ferro.* § *qui maximos, n.*8. *ff de publ. & vectig.* ergo & ius reditus annui ex fru-
ctibus eiuſdem rei præſtandi in alium iuſto pretio transferri
poteſt, quo fruatur, dum viuet. † Denique annua penſio 4
in ſingulos annos quo ad quis vixerit, teſtamento relinqui
poteſt

poteſt ſimpliciter, vel deſignato fundo, ex quo percipiatur *l.*
4. & 5. & l. 8. in princ. de ann. & menſtr. leg. vbi dicitur hoc lega-
tum eſſe ſimile vſufructui, & morte finiri *l. ſi certum ff. de tritic.*
vin. leg. & l. Luc. 12. ff. de alim. & cib. leg. ergo & reditus annuus
ex fructibus alicuius fundi ad vitam emptione poteſt acquiri.
5 Nec obſtat conſtitutio D. Pij V. quia non vetat huiuſmodi
reditus ad incertum vitæ tempus ſuper re fructifera conſtitui.
Cùm enim hac eadem conſtitutione cenſus perpetui redimi-
biles ſuper rebus immobilibus, & fructiferis confirmentur,
quorum ſcil. periculum ſpectat ad emptorem, vt dictum eſt,
conſequens eſt cenſus vitalitios reales nō eſſe prohibitos, qui
citius finiuntur, & in quibus maius, & certius periculum em-
ptoris verſatur. Et proinde hoc genus contractus probant
Molin. *in diſp. 388. n. 5. verſ. quare regulariter, & diſp. 389. n. 2.*
verſ. quare etiam. Rebell *lib. 10. q. 4. n. 2. & 3.* Salas *loc. cit.* Sigiſ-
mund. Scacc. *de comm. &c §. 1. q. 1. n. 202.* Gratian. *diſcept. fo-*
renſ. c. 756. n. 51. & 55. Cenc. *de cenſib. q. 99. n. 25.* Marta *in*
conſ. 68. n. 7. & n. 5. & Duard. *in proœm. conſtit. q. vlt. n. 69.* vbi
ait hanc concluſionem communem eſſe. Nec inueni, qui hu-
ius generis contractum in dubium reuocaret, niſi ex iniuſti-
tia pretij, & aliis fœnoris præſumptionibus aliud videatur.
Nullus enim contractus eſt, vt multis locis diximus, quem
dolus, & fraus euertere, & maculare non poſſit.
6 In hoc tamen genere valdè obſeruandum eſt. Primùm vt
non niſi iuſto pretio cenſus conſtituatur, vt indicat conſtitu-
tio D. Pij, quæ non niſi iuſto pretio cenſus conſtitui iubet.
Quod videntur ſentire, qui docēt iſtiuſmodi reditus pretium,
quandoquidem nulla certa lege commodè definiri poteſt, ar-
bitrio boni viri æſtimandum eſſe habita ratione ætatis, & va-
letudinis eius, ſub cuius vita cenſus contrahitur, aliiſque per-
penſis circunſtantiis, quæ hoc negotium attingere ſolent Co-
uar. *variar. l. 3. c. 9. n. 7.* Surd *de alim. tit. 9. q. 11. n. 19. & 20.*
Ioan. Bapt. Lup. *de vſur. & comm. illic. comm. 2. §. 2. n. 54.* Molin.
in diſp. 388. n. 6 Roder. *de ann. redit. lib. 1. quæſt. 5.* Sigiſm.
Scacc *de comm. §. 1. q. 1. n. 298* Frider. Martin *de iur. ann. red. c. 5.*
n. 16. vbi tandem concludit pretium arbitrio boni viri ſta-
tuendum eſſe. Molfeſ. *de contr. c. 66. n. 66.* & Cenc. *de cenſ. q. 10.*
n. 27. vnus tamen Molina, vt etiam Scaccia quod animaduer-
terim, de cenſu reali vitalitio loquitur, de quo nunc agimus.
7 Deinde neceſſe eſt, vt pretium ita fiat accipientis, vt nun-
quam ab inuito repeti poſſit. Nam ſi pretium emptori ali-
quando reſtituendum eſt, non emptio, ſed fœnus contractum
eſſe intelligitur *l. 1. in princ. ff. ſi cert. pet.* & quicquid vltra ſor-
tem medio tempore percipitur, vſura eſt, & improbum lu-
crum, vt reſpondit Decian. *in conſ. 13. n. 2.* Surd *in d. q. 11. n. 19.*
Felic. *de cenſ. lib. 1. c. 7. n. 19.* Salas *dub. 4. n. 2.* Roder. *in d. q. 5.*
n. 5. vbi refert Senatum vitalitium quendam cenſum, in quo
actum erat, vt ſors emptori ſalua eſſet, vſuratium iudicaſſe, &
aliis auctoribus citatis Cencius *in d. q. 10. n. 26.* & qui alios
etiam plurimos refert Scipio Rouit. *in pragm. 2. de cenſ. n. 4* &
apud Carol. Tap. *lib. 4. iur. regni in d. pragm. 2. num. 83.*
8 Denique ad validitatem huius cōtractus neceſſe eſt, vt fru-
ctus rei, cui cenſus imponitur penſioni ſufficiant, vt notat
Sigiſm. Scacc. *in d. q. 1. n. 141.* & videtur ſentire Cencius *in*
d. q. 10. n. 8. tametſi non ſatis ſe explicare videatur. Cæterum
probari poteſt, quia hoc in aliis cenſibus realibus receptum
eſt, vt dixi *q. 56. n. 1.* Nec enim venditor poteſt maiorem re-
ditum ex ſuo fundo in alium transferre, quàm patiatur ratio
fructuum, qui ex re percipiuntur *arg. l. ſi debitor. § 1. ff. de contr.*
empt. l. 1. §. vlt. ff. de condit. & demonſtr. & dici ſolet, nemo plus
iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet *l. 95 de reg.*
9 *iur.* † Denique aſſignatio certi fundi in cenſu vim taxationis
habet, ita vt ex fructibus aliarum ſuppleri non debeat, niſi
venditor emptorem deceperit aſſerendo fundum idoneum
eſſe, quo caſu habenda eſt ratio eius quod intereſt *l. 1 in princ.*
ff. de act. empt. & l. 9 ff. de hered. & act. vendit. & docet Sarmient.
ſelectar. interpret. lib. 7 c. 1. n. 29 & Cencius *part. 1. c. 3. q. 2. art. 1.*
n. 12. nunc q. 25. tametſi de cenſu vitalitio neuter id nomina-
tim ſcribat, de quo hîc quæritur, ſed in ſpecie cenſus perpe-
tui, & alij plerique, quos retuli infra *in d. q. 56. n. 11.* Quorum
definitio ad hanc cenſus formulam etiam pertinere puto,
10 quia eadem eſt ratio. † Id verò egregiè confirmari poteſt ex
doctrina Fontanellæ, cuius auctoris citatio non nimis mole-
ſta, & laborioſa eſt, quàm Cencij, niſi impreſſores Taurinen-
ſes eius opus in faciliorem ordinem inſertis additionibus re-
degiſſent auctore D. Præſide Camillo Richelmo Nicienſi vi-
ro doctiſſimo, & mihi ſanguine coniuncto. Fontanellæ in-
quam *clauſ. 4. fol. 467.* vbi docet cenſus vitalitios iiſdem re-
gulis conſiſtere, & regi, quibus cenſus perpetui continentur,
& non minus Martini, & Calixti conſtitutionibus compre-
hendi, quod fortaſſe nimis effuſè dictum eſt, & in iis tantum
recipiendum, in quibus eadem militat ratio, vt veriſſimile eſt
virum doctum ſenſiſſe.
Hinc verò multa deduci poſſunt, & inter alia licitum eſſe 11
contractum huiuſmodi munire obligatione perſonali, aliiſ-
que clauſulis, & cautionibus ſolitis ad faciliorē, & tutiorem
exactionem reditus. Nam & in conſtitutionibus reditus per-
petui redimibilis id receptum eſt, & vſitatum, & nominatim
expreſſum eſt in conſtitutione D. Nicolai V, & admittunt om-
nes, & in ſpecie Molfeſ. *in d. c. 6. n. 68.* & dixi *quæſt. præced. n. 38.*
Quamobrē dominus cenſus vitalitij realis virtute hypothecæ
poterit intentare Saluianum interdictum aduerſus fundi cen-
ſualis poſſeſſorē, id enim domino cenſus perpetui conceſſum
eſt, vt docent Foller. *in lib. de cenſ. in §. huiuſmodi n. 97.* Hieron.
Gabriel. *in conſ. 47. n. 6. l. 1.* Virg. de Boccat. *in tract. de cenſ.*
p. 3. n. 51. & 65. & in lib. de interd. vti poſſid. c. 18. n. 51. vbi ait non
hoc iure vti tam contra poſſeſſorem, quàm venditorem cen-
ſus. Frider. Matt *de iur. cenſ. c. vlt. n. 16. & 17.* Statil. Pacific. *de*
Saluian. interd. in ſect. 3. c. 2. n. 210. & c. 4. n 600 & ſeq. & multis
Rotæ deciſionibus confirmat Cencius *quæſt. 98. n. 8. & ſeq.*
ex quibus conſtat hanc communem eſſe ſententiam.
Imò ex vi, & poteſtate clauſulæ cōſtituti, vel precarij pote- 12
rit dominus vitalitij cenſus fructus rei ſuppoſitæ capere, eiuſ-
que poſſeſſionem ingredi & retinere impetratâ tamen licen-
tiâ iudicis, quod Itali mandatum de aſſociando vocant, donec
ſibi ex fructibus ſatisfactum ſit. Id enim creditori cenſus per-
petui, cuius fauore hæc vulgaris clauſula addita eſt contra-
ctui, conceſſum eſt, vt docet Menoch *de adipiſc. remed. 5. n. 150.*
Surd *in conſ. 171. n. 45 li. 2.* & alij quos ſequitur Cencius *q. 94.*
n. 13. & 14. & Rot. poſt Cenc. *in dec. 542. n. 2. & 3.* Quibus ad-
do Gratian. *diſcept. c. 855. n. 1. & 3.* & Anton. Gom. *de cenſ. c. 3.*
in fin. qui ait magis videri propriam defendere poſſeſſionem,
quàm alienā occupare. † Quibus tamen remedijs ita demum 13
locus eſt, ſi dominus cenſus tempore poſſeſſionis creditor eſt
in aliqua ſumma pro fructibus præteritis, vt cenſuit Rota
poſt Cenc. *in dec. 372.* Duard *§. 5. q. 23. in fin.* & ipſe Cencius
in addit. d. q. 94. ſub n. 26. datur enim hoc remedium domino
cenſus, vt creditori, & in odium venditoris cenſus non ſol-
uentis, qui non tenetur ante diem ſoluere *l. 55. & 203. de verb.*
ſignif. & ſecundum hanc ſententiam nuper iudicauit Senatus
me referente pro D. Ioanne Aloyſio Villario Theoti domino,
vno de Senatore Vercellis reluctante, qui putabat clauſulam
conſtituti in contractu cenſus nihil operari, & inutilem eſſe:
& iudicatum eſt hoc anno 1644. referente D. Equite, & Se-
natore Viualdo pro R. D. Præpoſito Brigæ.
Quod etiam admittendum eſt, cum nominatim conuenit, 14
vt liceat emptori cenſus in defectum ſolutionis reditus pro-
pria auctoritate capere fructus rei cenſui ſuppoſitæ, vt tra-
dunt Alex. *in conſ. 131. n. 3. & 6 l. 4.* Afflict. *in dec. 326. n. 1.* Me-
noch. *de adipiſc. rem. 6. n. 6.* Frider. Matt *de iur. ann. redit. cap. 6.*
n. 367. Migon. *dec. Lucen. 87 n. 13.* & Rota poſt Cencium *in*
dec. 542. n. 3 & ipſe Cenc. *in d. q. 94. n. 9.* Et probari poteſt *ex*
l. pignor. C. de pign. act. & l. creditores, C. de pignor. quæ ait credi-
tores, qui non redditâ ſibi pecuniâ ex conuentione pigno-
ris poſſeſſionem ingrediuntur, vim facere non videri: tamet-
ſi conſultius ſit ad rixas, & turbas vitandas hac de re magi-
ſtratum adire, & eius impetratâ licentiâ fundi poſſeſſionem
nanciſci, donec ex fructibus, penſionibus decurſis ſatisfa-
ctum ſit.
His conſequenter dicendum eſt, ſi fortè debitor reditus 15
vitalitij realis poſſeſſionem rei cenſui obnoxiæ interuerterit,
poſſe dominum cenſus virtute clauſulæ conſtituti pro pen-
ſionibus non ſolutis reuocare poſſeſſionem ex remedio *l. vlt.*
C. de acq. poſſeſſ. intra triginta annos, vt docent Ozaſc. *in dec. 35.*
n. 5 Statil. *de Saluian. interd. in ſect. 1. c. 2. n. 218.* & Rota poſt
eund. *in dec. 300. in fin.* quæ etiam impreſſa eſt poſt tracta-
tum Cencij & Duard. *ſub n. 303.* & aliis auctoribus in deci-
ſionibus eiuſdem Rotæ relatis. Cencius *quæſt. 98. n. 62 in ad-*

dit. verſ.circa primam. & rurſus *in addit. queſt.*117. *n.* 3. Quod etiam confirmare licet auctoritate Fontanellæ idem ſentientis *in d clauſ.* 4. *gloſ.*18. *part.*2. *num.*62. *fol.*449.

16 Ea quibus ferre non poſſum, quod dicunt Cencius *in d. q.*98. *n.*15. & Duard. *in d. q.*23. 20. *& q.*25. *n.* 65. clauſulam conſtituti in contractu cenſus ineptam eſſe, quod ſcilicet in emptorem cenſus nec dominium, nec poſſeſſio rei cenſitæ transfertur, vt idem Cencius docet *q.*1.*n.*23. & Duardus *loc. cit.* Nam verius eſt clauſulam conſtituti non inutiliter adiici conſtitutionibus redituum, & in illis non minus ſuam vim, & effectum operari, quàm in aliis contractibus, in quibus quis promittit aliquid præſtare, & ſoluere adiectâ clauſulâ conſtituti fauore creditoris. Etenim factâ morâ poteſt creditor cenſus virtute huius clauſulæ mandatum de aſſociando, Itali ſcriptores loquuntur, petere, vt dictum eſt auctore ipſo Cencio *in d. q.*94. *n.*13. *&* 14. & tanquam rem non dubiam ſupponit Virgin. *de cenſib. part.*1. *n.* 21. & cenſuit Rota poſt Cencium *in d. dec.*542. *n.*2. *&* 3. & ſi fortè illi interuerſa eſt poſſeſſio, agere aduerſus tertium poſſeſſorem fundi cenſualis etiam poſt decem, & amplius annos conditione *d.l.vlt. C. de acquir. poſſeſſ.* cui minori ſpatio triginta annorum non præſcribitur, vt tradit idem Cencius *in addit.d.queſt.*98. ſub *n.*62. & cenſuit Senatus apud Theſaur. *in dec.*105 *in fin. & dec.*215. *n.*6. *&* 7. & ibi Filius *in addit.* & in ſpecie Rota *in d dec.*303. *in fin.* & rurſus *in dec.*398. *n.* 5. *&* 6. ex quibus manifeſtè apparet clauſulam hanc in contractibus cenſualibus neque inutilem, nec ineptam eſſe.

17 Neque nos turbare debet auctoritas Nauar. *in comment.de vſur.n.*137. & Stephan. Gratian. *in dec.*20.*n.*8. quia obſeruandum eſt clauſulam conſtituti pendere ex natura actus, cui adiicitur, & ſecundum ſubiectam materiam ſuos effectus producere, vt docet Tiraq. *multis locis in lib. de iur. conſtit. poſſeſſ. ampliat.* 15. *n.*3. *& ampl.*32. *n.*19. quod latius proſequitur *limitat.*7. *n.* 23. *&* 25. *& ſeq.* vnde ſi addatur contractui conditionali, & illud conditionale eſt, nec niſi impleta conditione poſſeſſionem transfert, vt docet idem Tiraq. *in d. ampl.*15. Menoch. *in conſ.*388. *n.*15. Honded. *conſ.*18. *n.*13. *lib.*2. Rota *inter recentiſſ.dec.*471. *n.*5. *&* 6. & Anton. Faber. *C. de acquir. poſſeſſ. def.* 21. vnde in contractu cenſus non poteſt quidem transferre dominium rei cenſiti ſuppoſitæ in emptorem cenſus, id enim natura contractus non patitur, ſiquidem emptio cenſus non transfert dominium rei, quia in contractu cenſus res non emitur, & ita ferè explicat Nauarr. ipſe Gratian. *c.*955. *n.*31. imo nec poſſeſſionem in limine contractus, quia reditus nondum debentur, & ideo non poteſt emptor cenſus exercere clauſulam conſtituti, cum nondum ſit creditor, vt dixi *n.*13. & ita accipiendum eſt, quod Nauarr. & Gratian. docent *loc.cit.* vt comperi deinde ſentire ipſum Gratian. *c.* 835. *n.* 5. Cæterùm ſi venditor cenſus in ſoluendis penſionibus moram faciat, poteſt dominus cenſus, vt creditor clauſula illa vti, & ſaltem impetratâ iudicis licentiâ rem detinere, donec ex fructibus rei ſibi ſatisfactum ſit, ſecundum ea, quæ dicta ſunt, vt comperi etiam ſentire ipſum Gratian. *c.*855. *n.*1. & doctiſſimum Merend. *controu.lib.*11.*c.*29. *n.*15. alioqui creditores redituum deterioris conditionis eſſent, quàm cæteri creditores, quod abſurdum videtur: tametſi non probem quod ſubiicit Merenda *eod.loc.* ſi venditor cenſus rem cenſitam alienauerit admonito prius domino cenſus iuxta conſtitutionem D. Pij, cenſeri illum conſenſiſſe traditioni rei vacuæ idque illi adimere poſſeſſionem *l.* 33. *ff. de acq. poſſeſſ.* Nam verius exiſtimo ea eo duntaxat, quod dominus cenſus ſciuit venditionem, & rem emere noluit, vt ius cenſus non amittit, ita nec poſſeſſionem, vel alia adminicula contractus amittere, ſciebat enim ius ſuum durare *l.*8. § *non videtur.ff.quib mod. pign.vel hyp.ſoluit.* quod nemo à ſe abdicare præſumitur *l* 25. *ff. de probat.* & ſcire, & conſentire diuerſa ſunt *d.*§ *non videtur.*

18 Denique ex eo quod dictum eſt cenſum realem vitalitium iiſdem principiis, & regulis contineri, quibus alij reditus perpetui redimibiles reguntur, eleganter deducitur dominum cenſus vitalitij duplex periculum ſuſtinere, mortis ſcilicet illius, ad cuius vitam cenſus inſtitutus eſt, & peremptionis fundi, cui cenſus impoſitus fuit, cùm enim cenſus vitalitius realis cohæreat rei, conſequēs eſt re perempta ipſum quoque tolli, & perire *ex l.*1.*C.de iur.amphyt.l.ſi locus,ff.quemadm.ſeruit.amit.* & aliis: exemplo etiam vſusfructus, qui non tantum morte eius, cui debetur, ſed etiam peremptione rei tollitur, vt dixi *ex d.l.*2.*ff.de vſufr.* & ita etiam in ſpecie docet Cencius *in d. q.*99. *n.*13. vbi reprehendit Scacciam aliud ſentientem *in lib. de commerc.quaſt.*1. *num.*178.

Neque obſtat exemplum ſocietatis officij, quo Scaccia mouetur, quia nihil aliud eſt magis diſſimile, vt oſtendit Cencius *loc cit.* & cenſus huiuſmodi magis eſt ſimilis vſufructui, quia eſt ius in corpore, quo ſublato, & ipſum tolli neceſſe eſt *d.l.*2. *ff. de vſufr.* & Mart. *in d.conſ.*68. *num.*15. atque hæc de cenſu vitalitio reali dicta ſint.

Sed magis anceps quæſtio eſt, an cenſus vitalitius perſonalis, id eſt, nulli rei fructiferæ impoſitus, ea qua percipi poſſit, licitus ſit. Et verè huiuſmodi contractum ea ſe, & ſecundum ſui naturam iuſtum, & legitimum eſſe dicendum eſt. Primò quia emptio, & venditio eſt contractus legitimus, & iuris gentium *l.*1.§.*vlt.ff.de contr.empt.l.*5.*ff.loc.* ſed in hac forma contractus emptio, & venditio contrahitur, ſiquidem pro certo conuento pretio in emptorem transfertur ius percipiendi reditum annuum, quandiu quis vixerit, ergo hæc conuentio ex ſe legitima eſt, & iuris gentium. Secundò quia reditus annuus nullo demonſtrato fundo, ex quo percipiatur titulo donationis, vel legati, quod donatio eſt, validè transferri poteſt percipiendus, donec quis vixerit, vt conſtat *ex l.*4.*&* 8.*in princ ff.de ann.& menſtr.leg.& l.*34.§.*ſi quis autem,& l.ſi quis argent.*§.1.*C. de donat.* ergo poterit vēditione transferri. † Denique illa conuentio legitima, & licita eſt, in qua contrahentes ſe æquali periculo lucri vel damni committunt, vt *in l* 8.§.1.*ff. de contr. empt.* vbi Pompon. ait, *ſpei, & quaſi aleæ emptionem eſſe*, ſed in hoc contractu ſeruata æqualitate pretij arbitrio boni viri, vt ſupponimus, æqua eſt vtriuſque contrahentis conditio, & quaſi alea emitur. Ergo hic contractus licitus eſt, nec in ſe ex natura rei vllam iniquitatem continet. Et hæc ſunt mea pro hac ſententia argumenta. Nam illa quibus vtitur Felic. *l.*1. *c.*7. *n.*18. & Salas *in d. dub.* 5. & quæ ducuntur ea venditione vſusfructus, & ea *Clem.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien.* & ex doctrina Bart. *in d. l.cotem ferro, §.qui maximo,ff.de public.* pertinent ad cenſum vitalitium realem, de quo initio tractatum eſt. Et congruentius Felic. *in append.einſd.c.*7.*n.*5.verſ. *quocirca* præſtantiorem huius ſententiæ confirmationem eam eſſe putat, quæ ex eo ducitur, quòd etiam in cenſu vitalitio perſonali interueniant omnia, quæ ſunt de ſubſtantia emptionis, ideóque iſtiuſmodi contractum licitum eſſe. Quamobrem in hanc ſententiam frequentiſſimis ſuffragiis itum eſt, eámque, vt Theologos omittam, quos recenſet Salas *d.dub.*5.*n.*1.verſ. *ſed certum eſt*, ampleai ſunt Bald. qui multis argumentis id probat *in conſ.*210. *lib.*3. vbi ait hoc plurimum diſtare à dulcedine vſurarum propter anceps periculum. Natta *in conſ.*498. *n.*13. Didac. Couarr. *variar. l.*3. *c.*7. *n.*3. Andreas Gail. *obſeru. l.*2. *c.*8. *n.*1. Surd. *in d.tit.*9. *q.*11. *n.*2. Felic. *loc.cit.* Roder. *de ann.redit. lib.*1. *c.*5.*n.*5. *& ſeq.* Anton. Gomez. *ad l. Tauri*, 8. *n.*2. & alter Anton. Gomez. *in lib.de cenſib.c.*2. *n.*9. & aliis auctoribus relatis Gratian. *in d.c.*756.*n.*1. vbi ait huiuſmodi cenſus iuſtiſſimos eſſe, & iuſtiores aliis. 19

20

Et huic rei proximum eſt, quod multis placuit valere illud conuentionis genus, quo quis pro certa pecuniæ quantitate alterum aleæ promittit, quandiu vixerit, quem ſecuti ſunt Cinus, Bald. Angelus, Salicet. Caſtrenſis, & alij veteres apud Iaſon. *in l.cunctos populos,n.*63.*C.de ſumm.Trinit.* & probarunt Surd. *loc.cit. n.* 2. *& ſeq.* Vgolin. *eod. tract. c.* 43. *n.* 2. Pinell. *ad l.*2. *C. de reſcind. vendit. part.*3. *c.*3. *n.*31. Scaccia *de comm.* § 1. *quaſt.* 1. *num.* 296. & Auend. *de cenſib. Hiſpan. cap.* 10. *num.* 3. vbi notat hoc receptum eſſe. Quos omnes alióſque idem ſentientes maximè mouit incertitudo humanæ vitæ, † quæ ſanè multis caſibus expoſita eſt, ita vt verè dixerit Euripides neminem ſibi diem craſtinum poſſe polliceri. Et ne aliunde huius rei argumenta quæramus, eleganter, & meliùs quàm vllus Poëtarum Paulus *in lib.*175.§.*mortis cauſa ff. de donat cauſ. mort. Siquidem*, inquit, *terra marique tam in pace quàm in bello, & tam domi, quam militiæ multis generibus mortis periculum metui poteſt*, & in hac ſpecie Iuſtinian. *in d.l.*34. §. *ſi quis autem, C. de donat.* expendit illum, cui annua quantitas intra illius vitam debetur, poſſe vnius anni tantummodo, vel breuioris, vel etiam amplioris temporis metas 21 22

ſuperut

Digitized by Google

ſuperuinere ; atque ita accidere , vt ille nullas , vel paucio-
res penſiones accipiat ; ideóque inſinuationem neceſſariam
non eſſe. Qua ratione vtuntur Bald. Surd. & Salas *loc. cit.*
Azor. *Inſtit. part.* 3. *lib.* 10. *cap.* 17. *quæſt.* 7. Rebell. *de oblig.*
lib. 10. *quæſt.* 4. *num.* 1. Caſtracan. *de ſociet. offic. cap.* 4. *n.*28.
Petr. Binsfeld. *in d. cap. in ciuitate, quæſt.* 11. Leſſ. *in cap.* 22.
dub. 6. *n.* 4. vt probent emptionem reditus annui perſonalis
intra alicuius vitam iuſtum, & legitimum contractum eſſe.

23 Neque tantùm legitimos eſſe cenſus exiſtimant , qui ad
vnius vitam emuntur, ſed etiam duorum puta viri, & vxoris,
vel etiam plurium , nempe duraturi , quandiu vnus ex iis ſu-
perſtes erit , vt reſpondit Bald. *in conſ.* 292. *lib.* 5. Roman. *in*
*conſ.*302. Gulielm. Bon. *in lib. de vſur. n.*63. Couarr. *d. cap.*9.
n. 7. Roder. *in d. quæſt.* 5. *n.* 9. Binsfeld. *loc. cit.* Fontanell. *de*
*pact. nuptial. clauſ.*4. *gloſ.* 18. *part.* 3. *num.* 99. & Duard. *in d.*
*quæſt. vltim. proœm. n.*75. & quod magis eſt hoc genus vitali-
tij cenſus probauit Rota poſt tractatum Cencij *in deciſ.* 514.
n. 10. ita vt vno defuncto integer reditus ſuperuiuenti de-
beatur, quandiu viuet, vt ſentiunt Bald. *in d. conſ.* 192. *in fin.*
Gail. *d. obſer. n.*4. & Gratian. *in d. cap.*756. *n.*56. Quod ſanè
debitoribus nimis onerosum eſt, vix enim eſt , vt ex iis vnus
non longiſſimè viuat, vt experientia docet, & proinde vendi-
tores , vt plurimùm diuturnis , & grauibus præſtationibus
24 opprímantur. † Quæ ratio mouit Philippum II. Hiſpania-
rum regem prudentiſſimum, vt cenſus vitalitios ad vnius tan-
tum vitam in poſterum conſtitui iuberet ad duorum, vel plu-
rium vitam omninò prohibitis, vt refert Roder. *in d. quæſt.*5.
*n.*11. & Auendan. *in d. c.*20. *n.* 6. Et ſane cùm ad vitam duo-
rum, vel trium cenſus emitur, leuior, & modeſtior reditus eſſe
debet, vel quod idem eſt pretium augeri, quàm cùm ex vnius
tantùm vita pendet. Quo enim plures perſonæ ſunt, ex qua-
rum vita integri reditus duratio pendet , cò melior eſt con-
ditio emptoris, & proinde res ad æqualitatem redigenda eſt
conſtituto pretio arbitrio boni viri, vt dictum eſt.

25 Sanè illud valdè controuerſum eſt, an nunc poſt conſtitu-
tionem D. Pij cenſus vitalitius perſonalis licitus ſit. Et etiam-
num licitum eſſe , neque d. ſanctione Pontificia prohiberi
ſenſit Felician. *de cenſib. tom.*2. *lib.*1. *c.*7. *n.*5. verſ. *ex quo infe-*
ro. Rebell. *de oblig. inſtit. lib.*10. *quæſt. vlt. n.*11. vbi ait ſibi ma-
gis placere, per conſtitutionem Pij V. huiuſmodi contractum;
quem innominatim fortunæ vocat, non prohiberi. Eman. Sà
in verb. cenſus, in fin. Molfeſ. *in tract. de contract. cap.* 6. *n.*65.
Bonacin. *diſp.*3. *quæſt.*4. *punct. vn. n.*18. Gratian. *cap.*756. *n.* 55.
vbi quoque ait ſuper rebus incertis conſtitui poſſe. Idem
ſentire videtur Cencius *in d. quæſt.* 10. *n.* 9. vbi quod magis
eſt in addit. citat Rotam *in d. deciſ.* 514. *num.* 4. & 5. poſt
eius tractatum, quæ viciſſim citat ipſum Cencium *d. loco, &*
26 *n.* 9. & his conſentit Duard. *in d. quæſt. vlt. n.* 77. & 103. †
Sed Ludouicus Lopez *in lib. de contract. & negotiat. c.*55. verſ.
*tertia concluſio , lib.*1. dubitans de hac ſententia , putat obſer-
uandum eſſe , an huiuſmodi cenſus poſt illam Pij V. conſti-
tutionem in regione frequententur. Nam tunc , inquit , hoc
ſignum eſſet cenſum iſtum perſonalem ea conſtitutione non
comprehendi, quæ iubet cenſus non in perſona, ſed ſuper re
immobili, & fructifera creari. Vnde cùm multis in locis hoc
genus contractus vſitatum ſit, & præſertim Romæ, & Bono-
niæ aliiſque ciuitatibus ſtatus Eccleſiaſtici, dicendum eſt non
27 eſſe prohibitum. † Quam ſententiam etiam iuuat, quia ſum-
mus Pontifex videtur iis tantùm cenſibus formam dediſſe, de
quibus extabant conſtitutiones anteceſſorum, quas cùm con-
trahentes iniquis pactionibus lacerarent , limites quoſdam
conſtituit, intra quos hominum auaritia contineretur, vt in-
dicant verba illa præfationis , *qui nedum non continentur intra*
limites à noſtris anteceſſoribus eiſdem contractibus ſtatutos, &c. At-
qui nullæ extabant conſtitutiones de cenſibus temporariis, &
ad vitam, ſed tantùm de perpetuis redimibilibus, & per con-
tractum emptionis conſtitutis, vt conſtat ex conſtitutionibus
Martini V. & Calixti III. & Nicolai V. quod aliud agens no-
tat Frideric. Martin. *d. c.* 6. *n.* 214. ſed huiuſmodi contractus
ad vitam non eſt propriè emptio, & venditio, ſed contractus
innominatus, *do vt des*, & contractus fortunæ, vt docent Sà,
& Rebell. *loc. cit.* & Franciſc. Garz. *de contract. c.*29. *num.* 5.
ergo non videtur Bullâ Pij V. eſſe prohibitus. Denique quia
conſtitutio Pij V. loquitur de cenſibus perpetuis redimibili-
bus tantùm , vt docet Nauarr. *in d. comment. de vſur. n.* 128.
Ioan. de Salas *in d. dub.*5. *n.* 3. Molin. *diſp.* 391. *n.* 9. Rodrig.
Gail. & alij, quos in hanc rem adfert Rota *in d. dec.*514. *n.*5.
& probari poteſt, quia eadem ſanctione cautum eſt , vt poſ-
ſit cenſus quandocunque eodem pretio extingui non ob-
ſtante longiſſimi temporis, & centum, & plurium annorum
præſcriptione , quod cenſibus temporariis , & ad vitam ali-
cuius conſtitutis non conuenit.

Sed contrariam ſententiam amplexi ſunt Virgin. de Boc- 28
cat. *lib. de cenſib part.*1. *n.*40. & *part.* 2. *n.*7. Molin. *diſp.*288. *n.*5.
in fin. & *diſp.* 389. *n.* 3. Rebell. *quæſt.* 4. *n.* 2. & 3. qui poſtea
mutauit ſententiam Ludouic. Carbo. *lib. de reſtit. tit. de cenſib.*
vitalit. quem refert, & ſequitur Vgolin. *de vſur. c.*45. §. 5. *n.*9.
Molfeſ. *conſ.*8. *n.*7. & 18. P. Philip. Fab. *diſp.*47. *n.*531. Filliuc.
*tract.*35. *part.*2. *c.*2. *n.*284. & 285. vbi ait vti cenſum excluſum
eſſe. Sigiſmund. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæſt.*1. *n.*202. & ipſe
Cencius *part.*3. *c.*1. *quæſt.*1. *art.*1. *n.*25. nunc *q.* 99. vbi apertiſ-
ſimè ſcribit huiuſmodi cenſum requirere pro forma ſub-
ſtantiali, vt imponatur fundo frugifero, idémque ſe docuiſſe
ait *part.*1. *c.*1. *quæſt.*4. *art.*3. *n.*9. *nunc quæſt.* 10. quo in loco ta-
men contrarium ſenſiſſe videtur, ſiquidem *d. n.*9. clarè ſcri-
bit iſtum cenſum temporalem licet ſit perſonalis , non com-
prehendi ſub prohibitione Bullæ, vt nihil mirum ſit , ſi pro
contraria ſententia allegetur à DD. auditoribus Rotæ in *d.*
*dec.*514. *num.*6. vt dictum eſt. Denique ſecundùm hanc ſen-
tentiam reſpondit Mattha *tot. cit. conſ.*68. & præſertim *n.*8. &
9. vbi ait Bullam Pij V. etiam hunc contractum comprehen-
dere. Id etiam ſentire puto Emin. de Lug. qui his iam dudum
ſcriptis ad manus meas peruenit *diſp.*27. *n.*64. dum ait Pium
V. in prima conditione omnes cenſus perſonales excludere
voluiſſe. Et licet idem Cardinalis *ead. diſp. n.*37. communem
ſententiam ſequatur , cenſum ſcilicet vitalitium perſonalem
licitum eſſe, ſi iuſtitia pretij ſeruetur, loquitur tamen de iure
naturæ, aliud niſi me coniectura fallit, ſentiens poſt conſtitu-
tionem D. Pij, qua omnes cenſus perſonales, vt ait, prohibiti
ſunt. Cui ſententiæ fauent illa conſtitutionis verba. *Hac igi-*
tur noſtra conſtitutione ſtatuimus cenſum ſeu annuum reditum creari
conſtituive nullo modo poſſe niſi ſuper re immobili, &c. Quæ om-
nem potentiam aliter contrahendi excludunt iuxta *l. vlt. C. de*
teſt. milit. & Menoch. *in conſ.*383. *n.*14. ob vim ſcilicet, & pote-
ſtatem horum verborum, *nullo modo*, quæ inducunt formam;
vt tradit Ozaſch. *in dec.*165. *n.*12. & Galler. *de renunciat. centur.*
1. *c.*20. *n.*13. qua neglecta actum non conſiſtere compertum eſt
ex *l.*1. *ff. de ſtipulat. l.*1. *C. de præd. decur.* Surd. *in conſ.*282. *n.*6. &
omiſſis aliis Cenc. *q.*49. *n.*13. Idémque ſuadere videntur illa
eiuſdem conſtitutionis verba. *Poſtremò cenſus omnes in futurum*
creandos non ſolùm re in totum vel pro parte perempta volumus ad
ratam perire, &c. Nam ſi cenſus omnes poſtea celebrandos vo-
luit re perempta perire , ſanè dicendum eſt voluiſſe , vt non
niſi in re immobili cenſus in poſterum conſtituerentur, cuius
fortunam emptores ſequantur. Vnde rectè Molin. *loc. cit.* tradit
hac conſtitutione omnem omninò perſonalem cenſum eſſe
excluſum, & Rebell. *in d. q.*4. ait huic ſententiæ ſe potiùs an-
nuere ſaltem iuxta diploma Pij V. ſtatuentis annuum redi-
tum nullo modo conſtitui poſſe niſi in re immobili, quæ ne-
gatio, cùm vniuerſalis ſit, apertè priori aſſertioni repugnat.

Ex quibus nihil mouere debet, quod diximus D. Pium illis 29
tantùm cenſibus formam dediſſe, qui conſtitutionibus ante-
ceſſorum comprehendebantur, quia non tantùm iis cenſibus
formam præſcripſit, ſed alios omnes, qui in pecunia interue-
niente ſub alia forma crearentur, prohibuit, & fœneratitios
pronunciauit. Mens enim ſanctiſſimi Pōtificis fuit occurrere
auaritiæ hominū, vt indicant verba illa *propter ardentem auari-*
tiæ ſtimulum, quæ maximè in iis cōmerciis graſſatur, in quibus
quis alienā opem, & æris alieni vſum redimere cogitur prop-
ter inopiam, qua debitores preſſi quaſlibet leges etiā iniquas
ſibi ab oſtendentibus, & numerantibus pecuniā dici patiun-
tur, vt non vno loco diximus , & præſertim in tractatu legis
commiſſoriæ *q.*69. *n.*31. & in ſpecie Ioan. Parlador. *rerum quo-*
*tidian. lib.*2. *c.*2. *n.*18. quamobrem nihil refert, ſi concedamus
huiuſmodi cenſum ad vitam emptionem non eſſe, ſed potius
contractum innominatum *do vt des*, & contractū fortunæ, vt
Rebell. & Garziæ videtur, & aliis quibuſdā, quia ſufficit, vt ex
aliqua parte pecunia interueniat, vt conſtitutione D. Pij com-

prehendatur. Neqoe enim ait cenſus nullo modo vendi poſſe niſi in re immobili, *ſed creari conſtituive*, quæ verba generalia ſunt, & ſuu ambitu coërcent cenſus quoquo modu, &
30 quocunque titulo pecunia interueniente cunſtitutus. † Quamuis etiam non facilè admittendum ſit huiuſmodi cuntractum emptiunem non eſſe, vt illis Theologis videtur, quia cùm ex vna parte peconia tradatur, ex alia ius percipiendi reditum intra alterius vitæ tempus, magis eſt, vt dicamos hic verè emptionem, & venditionem contrahi, vt dixi ex Feliciano *in d. cap. 7. num.* 5. & admittit Rota *in d. dec.* 514. *num.* 1. *&* 2. vbi ait hoc cuntractu eſſe veram ratiunem mercis, & pretij: & fateri omnes ſcribit Cencius *in d. part.* 3. *artic.* 1. *num.* 26. & Duard. *in d. q. vltim. num.* 76. & probat *lib.* 5. §. 1. *ff. de praſcript. verb.* quæ ait, *& ſi quidem pecuniam dem, vt rem accipiam, emptio, & venditio eſt.* † Neque mo-
31 uere debet quòd huic negutio ſors, & fortuna admiſceatur, quia id non tollit ratiunem emptionis, vt cuuſtat ex *l.* 8. §. *aliquando, ff. de contrah. emptionib.* vbi Pomponius notat *quaſi alea & ſpei emptionem eſſe, & l.* 11. *ff. de hæredit. & act. vendit.* & memini me dicere *q... num.* 15. incerta æſtimari poſſe
32 arbitrio boni viri. † Neque ad actiones in factum, & contractus innominatus deſcendimus, quoties negotium ad vulgares, & vſitatas actiones, & quæ proprium nomen habent, redigi poteſt, vt *in l.* 1. *&* 2. *ff. de praſcr. verb.* Quamobrem cùm omnium conſenſu conſtitutio D. Pij ſit de cenſibus titulo emptionis inſtitutis, & hoc negutium ſit propria, & vera emptio, dicendum eſt ea conſtitutione contineri, & eâ non ſeruatâ irritum eſſe.

Denique nihil obſtare videtor, quod Rota ait *in d. dec.* 514. *num.* 4. *&* 5. & conſtitutionem non pertinere ad cenſus
33 perpetuos redimibiles ex Nauarro, Molina, & aliis. † Quia dici poteſt huius rei nullum in tota conſtitutione illa veſtigium eſſe, in qua ſcilicet nihil eſt, quod huic formulæ cenſus accommodari nun poſſit, ſiue formam inſpicias, quæ cenſibus à Diuo Pio præſcripta eſt, ſcilicet non niſi in re immobili, & iuſto pretio in pecunia numerata conſtituantur: ſiue pacta, quæ ab eodem Pontifice in cenſibus prohibentur, niſi fortè dubium moueat, quod §. 5. conſtitutum eſt cenſus eodem pretio ſemper, & quandocunque redimi poſſe, quia hoc etiam ad venditorem cenſus vitalitij porrigi poteſt, cui ſcilicet multo magis liberum eſſe debet ſe quandocunque his grauibus præſtationibus, vt eſſe ſolent, ſaltem eodem pretio liberare, ſi id è re ſua eſſe putauerit, vt comperi etiam obſeruaſſe D. Merend. *lib.* 11. *c.* 21. *num.* 4. inuitum tamen ad redimendum cenſum cogi nun poſſe.

34 Neqoe valdè mouere debet auctoritas Nauarri, & Molinæ, nam alios, qui citantur *in d. dec.* 514. nun vacat excutere, quia Nauarr. *in d. comment. de vſur. num.* 128. non ait cunſtitutionem Pij V. loqui de cenſibus perpetuis redimibilibus, & ideo non comprehendere cenſus vitalitius, qui cum vita extinguuntur, ſed ait cunſtitutionem loqui de cenſu conſtituto per viam emptionis, vel alterius contractus, qui proximus ſit emptioni, cenſum verò vitalitium perſonalem potius videri donationem ſub modo, ideóque conſtitutione non comprehendi, cum quiſque poſſit rei ſuæ legem imponere *lib.* 28. *de pact.* & aliis ſimilibus. Quæ ſanè diuerſa ſunt, & parùm tuta eſſe videntur ex his, quæ proximè dixi *n.* 30. in hoc negotio ſcilicet veram, & propriam emptionem eſſe, vel quod nemo negare poteſt, contractum emptioni proximum, quia interuenit merx, & pretiom, vt dictum eſt, & admitot Rot. *eodem, loc. numer.* 1. & conſequenter ex
35 doctrina ipſius Nauarri conſtitutione contineri. † Molina verò *in diſput.* 391. *num.* 9. nihil ait noſtræ ſententiæ contrarium, quærit enim, an conſtitutione Diui Pij cenſus omnes reales irredimibiles prohibeantur, & multis contendit non eſſe prohibitos, neque D. Pium intendiſſe hoc genus contractus è republica Chriſtiana expellere, idémque intelligere ſe ait de cenſu vitalitio reali, aliud profectò ſentiens de vitalitio perſonali, illum ſcilicet nonc prohibitom eſſe, vt apertiſſimè docuerat *diſp.* 388. *num.* 5. *in fin. &* 389. *num* 3. quod fauet noſtræ ſententiæ. In qua multo magis confirmor ex iis, quæ ſcribit idem Molina *eod. loc. num.* 10. *verſ. hus tamen nihil*, quo in loco poſtquam definit cenſum perpetuum irredimibilem, & vitalitium realem conſtitutione Pij V. non eſſe ſublatum, ea tamen, quæ eadem conſtitutione ſtatuta ſunt, vt merè reales ſint, & ſine iniuſtitia, & fraude ineantur, cenſet ad cenſus irredimibiles per epicheiam trahenda eſſe hanc mentem Pontificis fuiſſe, qui generaliter loquitur, & ſine reſtrictiune: eiuſmudi autem eſſe, vt cenſus in re certa collocetur, & non exigantur anticipatæ ſolutiones, neque debitur cenſus obligetur ad caſus fortuitos extra & præter naturam contractus, vel ad pœnam: vt ei liceat rem alienare ſine ſolutione laudemij, vt cenſus ex penſionibus non ſolutis minimè augeatur: denique vt pereunte, vel infructuoſa reddita re ſubiecta cenſui, cenſus quoque in totum, vel pro parte perimatur, & addere potuit, vt non niſi iuſto pretio, & in pecunia numerata vendi poſſit. Vnde non immeritò Filliuc. *loc. cit. num.* 283. hanc noſtram ſententiam Molinæ tribuit. Quamobrem magis puto cenſus vitalitios perſonales cunſtitutione D. Pij V. prohiberi, & ab illis vbi ea recepta eſt nunc abſtinendum
eſſe. † Et præſertim quia ſpeciem aleæ contiunent, quæ legi- 36
bus vetita eſt, vt inquit Hotanius, & plerúmque fiunt cum captiune, vel periculo captionis alterius, ita vt vix deinde ſit, vt non ex aliqua parte captio contingat: ſiue quis citò moriatur, ſiue diu viuat, vt expendit Roderic. *de ann. redit. lib.* 1. *quaſt.* 5. *num.* 7. vbi Iudices, & Magiſtratus monet, ne iſtiuſmodi contractus veluti captioſos, & Reipublicæ inutiles foueant, & acriter Parlador. *d. cap.* 2. *num.* 18. arbitratur hoc genus cenſus prorſus eſſe relegandum. Inter quos illi valdè odio laborant, qui ex vita emptoris vel alterius quàm debitoris pendent. Hinc enim induci poteſt auaritia impellente votum captandæ mortis, quod iura abhorrent *l.* 61. *de verbor. obligat. & l. vlt. Cod. de pact.* & licet id non ſatis ſit ad iſtiuſmodi conuentiones damnandas, vt viri docti iampridem tradiderunt, & nouiſſime Card. de Lug. *loc. cit.* alioqui multa ſubuerterentur, quæ iuris firmitatem ſemper habuerunt, tamen negari non poteſt, quin ex hac parte odio-
ſiores ſint, & reipublicæ grauiores. † Et congruenter huic 37
rei Surd. *in d. quaſt.* 11. *in fin.* refert ſe à maioribus audiuiſſe Ioannem Picum, qui ob egregias animi dotes Phœnicis cognomentum meruerat, magna pecuniarom data quantitate ad eius vitam alimenta ſtipulatum à diuite quodam Florentinu veneno ad eodem interemptum fuiſſe, quod is moræ impatiens naturalis mortis diem expectare non poſſet. Quare inquit Surdus, non ratione iniuſtitiæ, vel ſuſpicionis, ſed ne peccandi occaſio præbeatur, nemo meo conſilio ita contrahet. Cuius rei etiam meminit Cencius *d. art.* 3. *num.* 15.
fol. 15. *prim. impreſſ.* † Neque incongruum etiam erit hic ſub- 38
iicere, quod de Polydoro refert Virgil. *initio lib.* 3. illum ſcilicet à Priamo patre, dum iam ſuis rebus diffideret, ad Polymneſtorem Thraciæ Regem cum magno auri pondere miſſum fuiſſe, vt illum aleret, & tueretur Threïciúmque Regem poſtquam vidit rem Troianam collapſam eſſe, vt auro potiretur, puerum ſcelere obtruncaſſe, vnde meritò Virgilius ſubiicit, quod nunc in ore omnium verſatur.

——— *Quid non mortalia pectora cogis*
Auri ſacra fames?

Sane non auſim deciſionem illam Rotæ reprehendere, 39
qua cenſus perſonalis vitalitius etiam ad vitam duorum confirmatus eſt, rametſi ad rationem centeſimæ, quæ octo annis, & menſibus quatuor æquat ſortem, & olim maxima vſura fuit, quia cùm contractus vitalitius perſonalis ex natura rei, & ſecundùm principia iuris licitus ſit, dummodò iuſto pretio, & æquis pactiunibus contrahatur, exiſtimo in iis locis, in quibus ſeruatur Bulla D. Pij V. & huiuſmudi reditus ſub ea forma celebrantur per non vſum, vel contrarium vſum conſtitutionis Pij V. hac in parte derogatum eſſe, & ex quadam tacita ſummi Pontificis diſpenſatiune licitum eſſe ſub alia forma, iuſta tamen, & iuſtitiæ minime repugnante cenſus vitalitios perſonales emere ex Leſſio & aliis citatis *quaſt.* 44. *num.* 8. *&* 19. & ex Doardo *in proœm. quaſt.* 3. *in fin.* & Ludouic. Lopez, *in d. cap.* 55. *concluſ.* 3. Quæ ſanè ratio huius contractus comprobandi tutior eſt illa, quam affert Filliuc. *loc. cit.* hoc ſcilicet genus cenſus bulla Pij V. prohibitum eſſe vti cenſum, non prohiberi verò vt quoddam ſponſionis genus, quia inanis eſſet hæc prohibitio, ſi vt ſponſio hoc genus commercij ſuſtineri poſſet.

Cæterùm

40 Cæterùm ſi placet auctoritatem Rotæ Romanæ ſequi,
quæ apud omnes magna eſt, & quam ego plurimi facio, ob-
ſeruandum eſt, quod diximus de cenſu vitalitio reali *n.6. &*
*7.*id enim totum ad hanc ſpeciem contractus pertinere indu-
bitatum eſt.Et proinde ſi ex pacto ſors ſalua manet emptori,
vel ab eo repeti poteſt, contractus vſurarius eſt, & ſub no-
mine cenſus vitalitij mutuum contractum eſſe intelligitur,
quod ſterile eſt,neque recipit acceſſionem fructuum,vt mul-
ti docent apud Cencium *in d. quæſt.*10. *num.* 26. quibus con-
ſentiunt Ioannes de Salas *dub.* 4. *num.* 2. Molfeſ. *in conſ.* 8.
num. 10. *&* 14. *& in d. cap.* 6. *num.*66. Rouit. *in pragm.* 2. *de*
cenſib. num. 4. Duard. *in d. quæſt. vltim. num.*79. & ipſe Cenc.
41 *loc. cit.* vnde videtur hæc communis eſſe ſententia. † Quæ
tamen accipienda eſt, cùm ſimpliciter actum eſt, vt liceat
emptori pretium repetere cùm voluerit, vel vt defuncto eo,
ad cuius vitam cenſus conſtitutus eſt, adhuc actio ſit ad re-
petendum pretium, quia tunc ceſſat ratio æqualis periculi,
cui iuſtitia huius contractus innititur: aliud verò dicendum
eſt, ſi conueniat vt facta mora per biennium, vel aliud tem-
pus in ſolutione redituum, liceat emptori pretium repetere,
quia videtur hæc pactio ſuſtineri poſſe,quaſi debitor moram
faciens conſentire videatur, nequeini quum ſit conſentiente
debitore pretium repetere,vt dicit Gabriel. *in conſ.* 152. *n.* 5.
*lib.*1.& ſentiunt Maſtrill. *in dec.* 95. *n.* 3. & alij quidam quos
retuli *quæſt.* 68. *n.* 11. Cæterùm quia eo loco hoc conuen-
tionis genus in cenſibus perpetuis redimibilibus probare
non potui, imò illicitam eſſe & conſtitutione Pij V. prohi-
beri dixerim, ſecutus Virginium de Boccat *part.* 2. *num.* 3.
Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 8. *titul.* 22.
*num.*25. & alios ibi relatos; & quia hæc ſpecies cenſus nem-
pe vitalitij non alia ratione ſuſtinetur, niſi quia pretium ita
exponitur, vt ſtatim fiat accipientis, & nunquam repeti poſ-
ſit ab inuito, vt docent Molin. *diſp.* 388. *num.*6. & Felician.
in d. cap. 7. *num.* 19. verſ. *neque obſtant*, ideò puto pactum
quidem irritum, & illicitum eſſe, ſed non vitiare contra-
ctum, & conſequenter nullam dari actionem ad repetendum
pretium, ſed reditus duntaxat, quandiù is ſuperſtes erit, ad
cuius vitam cenſus emptus eſt, vt iudicatum refert Rouit.
42 *loc. cit.* & Duard. *in d. quæſt. vltim. num.* 89. *&* 90. † Nam
& huiuſmodi pactum licet conſtitutione D. Pij prohibitum
ſit, non vitiare contractum, ſed vitiari docent Roderic. *de*
*ann. redit. lib.*2. *quæſt.* 1. *num.*7. Mar. Giurb. *in dec.*85. *n.*16.
Cenc. *quæſt.* 60. *num.* 17. & cenſuit Rot. poſt Cencium *in*
dec. 147. *num.* 3. *&* 11. *& num.* 14. vbi ait repetitionem pre-
tij, quæ ſit culpa venditoris non eſſe contra ſubſtantiam
cenſus, & proinde vitiari, & non vitiare contractum, & in
his terminis idem ſentire videtur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*
587. *num.* 9. tametſi aliud ex facto, & mente contrahentium
ibi opinetur, quod nunc non attingo hac de re diſceptaturus
43 *in d.quæſt.*68. *n.*8.*&* 15. ſi Deus vitam, & vires dabit. † Nam
dum hæc ſcribo, & recolo.

Pro Apolline & Muſis
Odioſa circa me monoſyllaba.
Mors & Mars perſtrepunt.

Vt ait Pater Aloyſius Iuglaris Nicienſis in vlt. elogio de paſſione Chriſti quod opus cùm ſanctiſſimus Papa noſter Vrbanus VIII. legiſſet, illud à viro docto, & pio compoſitum eſſe pronunciauit, ſi pulchrum eſt, vt dicebar Hector apud Næuium M. Tullio teſte, laudari à laudato viro, quid præſtantius ad gloriam, quàm à ſummo Pontifice commendari.

QVÆSTIO L.

Vt cenſus ſuper rebus fructiferis conſtituatur.

SVMMARIA.

1. *Cenſus an ſuper re fructifera conſtituendus ſit, olim valdè controuerſum.*
2. *Cenſus ex natura rei niſi ſuper re fructifera ex quorundam ſententia imponi non poteſt.*
3. *Cenſus realis dupliciter creari poteſt.*
4. *Pius V. conſtituit, vt non niſi ſuper re fructifera cenſus creari poſſit.*
5. *Fructifera res, quæ dicantur.*
6. *Fructus eſt quicquid ex terra gignitur.*
7. *Fructus prædiorum aucupia, venationes, piſcationes, lapidicina.*
   Item amœnitas.
8. *Fœtus pecudum in fructu ſunt, vt lac, & lana.*
9. *Deus fructus omnes ad hominum vſum, & vtilitatem creauit.*
10. *Fructus nomen ad omnem vtilitatem, & reditum tranſlatum eſt.*
    Penſiones pro fructibus habentur.
    Multa fructus iuriſdictionis.
11. *Fructuum ſumma diuiſio, vt alij naturales ſint, alij ciuiles.*
12. *Fructuum naturalium quidam ſpontanei, quidam induſtriales.*
13. *Ciuiles fructus qui.*
14. *Vſuræ fructus, & reditus pecuniæ, ſed illicitus.*
15. *Fructuum diuiſio in naturales, & ciuiles defenditur.*
16. *Ioannis Copi ratio quædam ex Virgilio malè ſumpta reiicitur.*
17. *Fructuum ciuilium ratio.*
    Menochius inconſtantiæ notatus circa ciuilium fructuum admiſſionem.
18. *Res fructifera dicitur in terminis conſtitutionis Pij V. cuiuſcunque generis fructus ferat.*
19. *Fructiferam rem eſſe per accidens non ſufficit, vt ſuper illa cenſus imponi poſſit.*
20. *Fructus non dicuntur, niſi renaſcantur.*
21. *Fructus nomen ſecundùm ſubiectam materiam latam, vel ſtrictam recipiunt interpretationem.*
22. *Franciſci Munnoz dubitatio ſuperflua.*
    Fructus dum dicitur renaſci, quomodo intelligatur.
23. *Bona confiſcata ſunt vſufructuarij veluti fructus feudi.*
24. *Fructifera vt res ſit, non eſt opus vt annis ſingulis fructus ferat.*
25. *Neque vt fructus ferat eiuſdem ſpeciei, cuius eſt penſio.*
26. *Fructifera res intelligitur, quæ apta eſt referre fructus.*
27. *Cenſus conſtitui poteſt in prædio, cuius fructus in amœnitate conſiſtunt.*
    Hieronymi Marcelli Viualdi Equitis & Senatoris Nicienſis viridarium.
    Arbores infructuoſæ fructiferæ propter amœnitatem.
28. *Geſtatio quid ſit in* l. 16. ff. quod vi, aut clam.
    Vſufructuarius ius geſtandi, & deambulandi in prædia habet.
29. *Cenſus ſuper re infructuoſa conſtitui non poteſt.*
30. *Ius cenſûs ex re ſterili, & infructuoſa fictum & imaginarium.*
31. *Emens animalia ab eo, qui non habet, vt eidem locet vſuram committit.*
32. *Agris deſertis, & domibus ruinoſis, quæ habitari non poſſunt, cenſus iniici non poteſt.*
33. *Philippus Emanuel de Chabaudis Eques Hieroſolymitanus domum Turretarum reſtituit.*

QVÆSTIONIBVS proximè præcedentibus
actum eſt de prima qualitare rei cenſualis ex
forma conſtitutionis D. Pij V. nunc de ſecun-
da agendum eſt, ſcilicet vt ſit ſuâ naturâ fru-
ctifera. † Quod olim valdè controuerſum fuit 1
quibuſdam exiſtimantibus id nihil referre, quippe, qui ſen-
tiebant cenſum in nuda perſona, & ſola obligatione perſo-
nali conſiſtere poſſe, vt tractatum eſt *quæſt.*49. & rebus per-
emptis creditorem non amittere exactionem penſionis, in-
ter quos eſt Sot. *lib.* 6. *quæſt.* 5. *artic.*1. Couarr. *lib.* 3. *cap.* 7.
*num.*5. *&* 6. & Felicianus cenſuum perſonalium aſſertor ma-
ximus *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. † Aliis ex aduerſo ſentientibus 2
rem fructiferam eſſe oportere, & qualitatem hanc ex pro-
pria, & peculiari natura contractus cenſualis neceſſariam
eſſe, quorum plurimos recenſet Andr. Fachin. *controu. iur.*

lib. 2. cap. 14. & Maſtrill. ad Pert. de Gregor. quæſt. 5. n. 168.
quæ eſt ſententia Medinæ lib. de reb. per vſur. acquiſ. quæſt. 11.
coroll. 3. vbi ait dominum rerum, quæ vſu conſumuntur, alia-
rumque retum penitus inutilium nullum ius habere ad fru-
ctum ſeu penſionem aliquam ex rebus illis habendam, igi-
tur nec poſſe ius aliquod tale in alterum transferre. Idem
ſenſit Gutierr. practic. quæſt. lib. 2. cap. 177. n. 5. Frideric. Matt.
de iur. cenſ. cap. 4. n. 7. & Auendan. de cenſib. Hiſpan. cap. 53.
numer. 2. nonnullis denique diſtinguentibus duplex genus
3 cenſus. † Nam inquiunt, cenſus dupliciter in re aliqua con-
ſtitui poteſt; Primò vt percipiendus, vel perceptibilis ex re,
quæ ſubiicitur, & in hoc ſenſu veram eſſe ſententiam exi-
ſtimantium rem fructiferam eſſe oportere. Cùm enim hîc
ematur ius percipiendi penſionem annuam ex fructibus rei,
conſequens eſt vt neceſſe ſit rem eſſe frugiferam. Secundo
modo conſtituitur cenſus in re aliqua non vt perceptibilis
ex illa, ſed obligando rem ad ſolutionem, quandiu cenſus
non redimitur, & in hoc ſenſu veram eſſe Didaci, & alio-
rum ſententiam, & in hunc ferè modum ratiocinatur Ioan.
de Salas in lib. de cenſibus dub. 7. num. 7. & poſt illum Feli-
cian. tractat. 35. cap. 2. num. 288. & Duard. in §. 1. quæſt. 43.
4 num. 11. † Sed auctorum altercationes, & iuris ambiguita-
tes ſuſtulit D. Pius, dum ſtatuit cenſum nullo modo niſi in
re immobili, & de ſui natura fructifera conſtitui poſſe,
& contractus ſub alia forma celebrandos fœneratitios
pronunciauit, vt conſtat illis conſtitutionis verbis de
ſui natura fructifera. Poſtquam ita omnes ferè docent, ni-
mitum cenſum ſuper rebus fructiferis conſtitui oportere,
alioqui illicitum, & vſurarium eſſe. Ita enim Nauarr. in
comment. de vſur. num. 79. & 85. Virgin. de Boccar. part. 1.
num. 40. Theſaur. for. Eccleſ. part. 2. quæſt. 15. num. 5. Anton.
Gomez. de cenſib. quæſt. 3. num. 6. Vgolin. de vſur. cap. 49.
§. 2. num. 1. & 4. Gaſpar. Anton. Theſaur. lib. 1. quæſt. 32.
n. 9. Salas loc. cit. n. 5. & 8. Sigiſmund. Scacc. de commerc. §. 1.
num. 177. & poſt alios, & præ aliis Cenc. quæſt. 35. n. 1. vbi
ait diſcrepare neminem.

5 Quod cum hodie exploratum ſit ſaltem in locis, vbi con-
ſtitutio Pij V. recepta eſt, operæ pretium eſt quærere, quæ
res fructiferæ intelligantur. Et ſanè fructiferæ ſunt, vt no-
men ſonat, fructus ferunt, non ſteriles, nec inutiles, ſed
aptæ natura ſua referre fructus l. vltim. § 4. de bon. quæ lib. vt
ſunt agri, vineæ, ſyluæ, & his ſimilia, de quibus Varro in
princ. de re ruſtic. ait pium, ſtabiliſſimumque quæſtum conſequi.
Et Plinius in Epiſt. nullum eſſe iuſtiorem reditum quàm, quem
6 terra refert. † Fructus verò nomine ea omnia, quæ terra gi-
gnit, comprehenduntur, ſiue ariſta, ſiue ſiliqua contineau-
tur lib. 77. de verb. ſignific. Denique quidquid ex terra ad ho-
minis vſum, & vtilitatem gignitur, & renaſcitur, vt vinum,
oleum, fœnum lib. 48. ff. de vſufr. l. 42. ff. de vſufruct. legat.
ſylua paſcua, quæ paſcuis pecudum deſtinata eſt lib. 3. de
verb. ſignific. leg. 40. de contrah. empt. poma, lib. 45. ff. de vſur.
olea, & portinæ l. 18. ff. de vſufruct. herbæ & pactiones ex
ſaltibus l. 38. ff. eod. & glandes l. 236. in fin. de verb. ſignif. &
l. 1. ff. de gland. leg.

7 Prætetea prædiorum fructus ſunt aucupia, venationes,
piſcationes, atque etiam lapidicinæ, & cuiuſque materiæ
fodinæ, ac arbores cæduæ, & geminales l. vltim. ff. de fund.
dot. l. fructus, §. 12. & 13. ff. ſol. matrim. l. 26. ff. de vſur. &
l. 9. §. aucupiorum, ff. de vſufruct. cap. titul. 1. cap. 1. Cuiac. in
d. l. 77. vbi notat latiorem eſſe appellationem fructuum,
quàm frugum. Quin & prædia infructuoſis arboribus ad
vmbras, & deambulationes conſtituta fructifera dici poſſunt
propter amœnitatem. Nam & eorum vſufructus eſt l. 13. §.
& ſi forte, ff. de vſufruct. Gratian. cap. 258. num. 8. & c. 615.
num. 4. & locari poſſunt, vt ex Plinio tradit Æmil. Ferret. in
lib. 1. Cod. de ſent. quæ pro eo. num. 21. & Camil. Plaut. in ead.
l. verſ. hoc quod intereſt, num. 12. Denique nix, quæ non naſ-
citur ex terra, ſed ex aëre in terram defluit, in fructu eſt, vt
tradit Gizzarell. in dec. 34. num. 28. vbi refert iudicatum
8 fuiſſe niuem augere reditus feudi. † In fructibus etiam ſunt
fœtus pecudum, vt etiam lac, pilus, & lana lib. 8. & l. in
pecudum, ff de vſur. l. 25. in fin. & l. 26. & 27. ff. de pet. hæred.
& §. item. Inſtit. de rer. diuiſ. quod tamen nihil ad hunc tra-
ctatum pertinet, ſunt enim fructus rerum mobilium, ſuper
quibus cenſus conſtitui non poteſt, vt nouiſſimè tradit Scor-
tia in ſelect. ſumm. Pontif. conſtit. Theorem. 258. & nos aliis ci-
tatis diximus quæſt. 47. num. 1. & 2. † Quos fructus omnes, 9
libet enim hoc etiam dicere, & Dei omnipotentis hîc agnoſ-
cere prouidentiam, & bonitatem ad hominis vſum, & vti-
litatem natura rerum comparauit, vt ſcribit Iabolen. in d.
l. 42. ff. de vſu & vſufruct. leg. Gaius in l. 28. in fin. ff. de vſur.
& Iuſtinianus in d. §. in pecudum. & ante illos M. Tullius, ex
quo Iuriſconſulti multa didicerunt lib. 1. de legib. & lib. 2. de
natur. Deor. vt obſeruat Ioan. Copus d. titul. 1. cap 4. & con-
gruenter huic rei magnæ eruditionis vir Theophil Rainaud.
in ſcala à viſib. creat. ad Deum grad. 8. concludit ex Nyſſeno,
& Baſilio Seleuciæ terram vni homini fructus producere, &
licet beſtiæ in huius muneris communionem veniant, ho-
mini tamen principaliter menſam telluris adornati. Propriè
igitur fructus ſunt, qui ex terra, & animantibus ad homi-
num vſus, & vtilitatem procreantur. † Sed poſtea fructuum 10
appellatio ad omnem omnium rerum reditum tranſlata eſt,
& proinde non tantùm animalium fœtus, agrorum, ſylua-
rum, & arborum reditus, ſed & prædiorum vrbanorum pen-
ſiones pro fructibus accipiuntur lib. 19. & 36. ff. de vſur.
item vectura nauium, & iumentorum, & mercedes ſeruo-
rum, & reliquarum rerum, quæ locari ſolent l. ſi nauis, ff. de
rei vindic. l. mercedes, ff. de petit. hæred. l. apud Iulianum, §. fru-
ctus, de leg. 1. lib. 3. & 4 ff. de oper. ſeru. Denique rerum om-
nium reditus, & prouentus, & vtilitates annuæ, & recur-
rentes ex re aliqua vicem fructuum obtinent lib. 34. & l. vlt.
ff. de vſur. l. ſi reditus ex melle, ff. de fund. inſtr. & inſtrum. leg.
Ioan. Cop. in d. titul. 1. cap. 2. & cap. 4. in fin. Petr. Gilken.
eod. tract. de fruct. cap. 2. num. 5. & 6. & Roderic. de ann. re-
dit. lib. 1. quæſt. 1. num. 2. cuiuſmodi etiam ſunt penſiones
vectigalium, mulctæ, condemnationes & his ſimilia, quæ
iuriſdictionis fructus eſſe dicuntur, vt notat Purpur. in l. im-
perium, num. 60. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Amede. à Pont. de
laudem, quæſt. 24. n. 18. Menoch. in conſ. 66. num. 5. Molin. de
Primogenit. lib. 4. cap. 5. n. 9. & Roderic. loc. cit. Munnoz, de
ratiocin. cap. 29. n. 2. & 3.

Hinc ni fallor deſcendit vulgaris illa fructuum diuiſio, vt 11
alij naturales ſint, alij induſtriales, & alij ciuiles. Naturales
ſunt, qui natura proueniunt, & ex aliquo corpore, vt ex
agro, arbore, vel animantibus d. l. ſi nauis, & l. vſura 121.
de verb. ſignif. l. 15. de cond. ind. quorum quidam ſponte pro-
ueniunt, vt herbæ, poma: & proinde naturales dicuntur.
Quidam ſine hominis facto, & induſtria non naſcuntur, vt
triticum lib. 45 de vſur. † Qui licet etiam ex ipſo corpore pro- 12
ueniant, ideóque etiam naturales dici poſſint, tamen non ma-
lè eos à naturalibus primi generis ſeparant, & induſtriales
vocant quod agricolarum induſtriam, & curam maximè de-
ſiderent. De his diſertiſſimus M. Tullius lib. 2. de offic. ne-
que frugũ fructuúmque perceptio, & conſeruatio ſine hominum ope-
ra vlla eſſe poteſt, & poſt pauca quædam ex quibus multiſque
aliis perſpicuum eſt, qui fructus quæque vtilitates ex rebus iis quæ
inanima ſunt, percipiantur, eas nos nullo modo ſine hominum ma-
nu, atque opera capere poſſe. Et eleganter Philo lib. an mundus
ſit incorrupt. Certè inquit, ſi cui daretur adulto vere pennas, &
alas ſumere, & è ſublimi campos colléſque inſpicere, quomodo il-
li herbas ferant, & pabulum, & hordeum, & triticum, & alias
ſpecies varias, vel ſatas agricolarum induſtria, vel ſua ſponte pro-
uenientes: hi verò folia, frondéſque quibus denſent arbores, ſimúl-
que fructuum copiam, quibus non ſolùm arcetur inedia, ſed &
laſſitudini ſuccurritur, &c. agnoſceret, & terræ ſemper iuueneſ-
centis vigorem, & Caſſiodor. variar. lib. 12. deſcribens agrum
Rhegienſium petroſum & ſegetibus aduerſum, illic inquit,
ager nudus induſtria potius quàm natura veſtitur. Ex quibus
locis planè conſtat fructuum naturalium quoſdam ſponte
prouenire, vt herbæ, glandes, quoſdam agricolarum indu-
ſtria, vt ſegetes, legumina, vinum, & his ſimilia, qui pro-
inde induſtriales dicuntur. † Ciuiles verò ſunt, qui non ex 13
aliquo corpore, ſed iure proueniunt, vt vecturæ nauium, &
penſiones prædiorum vrbanorum d. l. ſi nauis, & l. apud Iu-
lianum, §. fructus, ff. de leg. 1. diuortio, §. non ſolum, ff. ſol. ma-
trim. l. prædiorum, 36. ff. de vſur. & aliis locis, ad quos refero
compendia iuriſdictionis, & reliquas obuentiones & redi-
tus rerum incorporalium, vt vectigalium, cenſuum, & id

genus

genus ex *gloſ. in l. vlt. C. de pet. bonor. ſubl.* Vincent. de Franch. *in dec.* 168. *n.* 13. & Ioan. Griuel. *in dec.* 51. *n.* 26. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 52. Non enim hæc ex ipſis rebus naturaliter proueniunt, ſed iure & veluti ex conuentione *d. l.* 121. *de verb. ſignif.* vnde conuentionales etiam appellantur. Hieronim. de Laurent. *in prælud. ad l. in fideicommiſſ. ad Trebell.* & Griuell. *loc. cit. num.* 24.
14 † Ad hoc genus etiam referri poſſe videntur vſuræ, & lucra fœnoris, quæ dicuntur reditus pecuniæ *in l.* 88. *§. vlt. ad l. Falcid. & l.* 24. *ff. de præſcript. verb. & in l. alumnæ.* 30. *de adim. leg.* illis verbis, *interim tamen reditum eius ſummæ, id eſt vſuras ſemiſſes præſtes, & l. de fructibus. ff. de donat. int. vir. & vxor.* vnde fœnus quaſi fœtus pecuniæ imitatione Græci ſermonis, quo vſura τόκος dicitur, quaſi à fœtura pecuniæ parientis, vt ex Varrone ſcribit A. Gell. *lib.* 16. *cap.* 15. eo quod nummus nummum pariat: ſed abſit, vt ea in fructu eſſe dicamus, quæ omni iure prohibita ſunt.

15 Et licet Coraſ. Miſcell. *lib.* 5. *cap.* 9. *in fin.* & Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.* 210. *num.* 59. hanc ciuilium fructuum conſtitutionem ille ineptam, hic commenititiam appellent, & fructus ad duas duntaxat ſpecies reuocent, naturales ſcilicet, & induſtriales, putant enim eos, quos ciuiles vocamus ad induſtriales pertinere, quod etiam placuit Ioanni Copo *d. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 3. quaſi penſiones, & mercedes ex locatione ædium, vel nauium ex induſtria hominum quoque proueniant, id ex facto eorum, qui locant, aut vehendum aliquid accipiunt pro certa mercede, & proinde induſtriales dici debeant, idque confirmat ex Virgilio *ſertio lib.* 2. *Georgic.* mihi tamen ciuiles iſtos fructus ab aliis ſeparare congruentius eſſe videtur, nec niſi ineptè ad induſtriales reuocari, id enim colligitur *ex d. l. ſi nauis.* in qua diuiduntur fructus, qui natura proueniunt ab iis, qui iure percipiuntur. *ex d. l. vſuræ.* 121. *de verb. ſignif.* in qua fructus, qui ex aliquo certo corpore ſunt, ſeparantur ab iis, qui ex obligatione & conuentione deſcendunt. Denique idem conſtat apertiſſimè *ex l.* 13. *§. ſi fructibus. ff. de act. empt.* vbi fructus agri pendentes ſeparantur à penſione, ſi fortè locatus fuit, & rationem differentiæ affert Cuiac. *his verbis* quia ex re ipſa & prædiis ipſis penſiones non ſunt: ſed ex negotio geſto ex obligatione, ex locatione venditoris: ſed induſtriales fructus natura proueniunt, & ex aliquo corpore, quamuis ſine facto, & cura hominum non naſcantur *l. fructus.* 7. *§. non ſolum. ff. ſolut. matrim. l. bonæ fidei* 48. *ff. de acquir. rer. domin.* vt ex vitibus & ſegetibus vinum & frumenta, & cætera huiuſmodi, quod his, quos ciuiles diximus non conuenit, & proinde ad induſtriales reduci non debent. Deinde fructus induſtriales verè, & propriè fructus ſunt, qui vero ciuiles vocantur, mercedes, penſiones, & reditus annui vicem fructuum obtinent *d. l. vſura. & l. prædiorum. de vſur.* & ſunt loco fructuum
16 *l.* 29. *de petit. hæredit.* vt non prorſus idem genus fructuum ſint induſtriales, & ciuiles. † Nec quicquam eſt apud Virgilium *loc. cit.* quod ad hanc rem pertineat, tametſi eodem loco vtatur Menoch. *d. caſ.* 210. *num.* 18. Hic enim Poëta non de fructibus agit, ſed de arboribus, & earum diuiſionem tres proponit, vt notat Petrus Ramus, quarum prima eſt in naturam, & artem, ſeu induſtriam: & arbores quas naturæ debemus ait Poëta tribus modis naſci ſponte, ſemine, & radice, vt etiam tradit Plin. *lib.* 16. *cap.* 32. Deinde alios quoſdam modos recenſet, quos arboribus creandis vſus reperit incisionem, propaginem, ſurculum, & alios quoſdam, quos ex eodem Plinio explicat idem Ramus. Quæ Ioan. Copus ad huius rei definitionem trahere non debuit, cùm nullæ ſint arbores, quæ ex iure & conuentione proueniant, vt ſunt fructus quidam, vel quaſi fructus, qui nec natura, nec induſtria aut cultura ex aliquo corpore proueniunt, ſed ex con-
17 ſtitutione hominum, & ciuili quadam ratione inducti ſunt. † Retinenda eſt igitur hæc ciuilium fructuum appellatio, quæ placuit Bartolo, cuius auctoritati plurimum deferendum eſt in *l. ex diuerſo n.* 5. *ff. de rei vindic.* aliiſque auctoribus grauiſſimis Zaſio in *l. diuortio. num.* 8. & 9. *ff. ſolut. matrim. in princ.* Didac. Couarr. *practic. quæſt. cap.* 37. *num.* 3. Ioan. Garz. *de expenſ. & melioram. cap.* 53. *num.* 7. Vueſembec. *ad tit. de vſufr. num.* 7. Duaren *in l. diuortio. §. de penſionibus* ſubiiciens ciuiles fructus non ineptè appellari, quòd non naturaliter ex re, ſed tamen ciuili quadam ratione pro fructibus habeantur. Nec aliud ſentire mihi videtur Ca... *in lib. de vſufr. cap.* 36. *num.* 67. & 71. vbi poſt multa concludit, licet penſiones, vecturæ, & his ſimilia propriè fructus non ſint, quia non ex corpore proueniunt, poſſe tamen iuris ciuilis interpretatione fructus nuncupari, cùm fructuum loco habeantur: nec admittendam eſſe eorum opinionem, qui putant illos à fructibus induſtrialibus non ſeparari. Et quod magis eſt, ipſe Menochius ſæpiùs admiſit hanc fructuum ciuilium ſpeciem, vt *in comment. recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 577. & *in conſ.* 641. *num.* 12. & *conſ.* 741. *num.* 1. & 3. vbi ſcribit in his fructibus naturam non operari, nec illam hominis induſtriam, idque manifeſtum eſſe. Nec debuit Ioann. Coraſ. *loc. cit. num.* 5. dicere Doctores inconſulto, & contra iuris ciuilis, & naturalis rationem hæc de fructibus conſti-
tuiſſe. 18

Cæterùm vt vnde digreſſa eſt, noſtra reuertatur oratio, quod ſpectat ad cenſus conſtitutionem, nihil intereſt, cuiuſmodi fructus ſint, ſiue naturales, ſiue induſtriales, ſiue ciuiles dicantur, & ſatis eſt, vt ex re immobili, aut quæ pro immobili cenſeatur, illi proueniant, vt rectè notat Duard. *in §. t. quæſt.* 42. *num.* 1. Et proinde non tantùm ſuper vineis, agris, ſaltibus, ſyluis & id genus, quæ vel ſponte, vel cultura hominum fructus ferunt, ſed etiam ſuper domibus, & reliquis ædificiis, & iuribus vectigalium, & aliis huiuſmodi, quæ locari ſolent, aut poſſunt, & ex quibus reditus capiuntur, cenſum validè conſtitui inter omnes conuenit. Ita enim tradunt Nauarrus, Leſſ. Molin. Rebell. Salas, & alij Theologi quidam apud Bonacinam *diſp.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 10. quod etiam ſcripſit Virgin. de Boccat. *par.* 2. *num.* 100. Vgolin. *de vſur. cap.* 49. *§.* 2. *num.* 1. & Anton. Gomez. *de cenſib. cap.* 5. *num.* 6. *verſ. ſed illud.* vbi ait ſuper vrbanis ædificiis cenſum rectè conſtitui: nam licet non ſint res ſua natura fructiferæ, penſiones tamen, quæ pro eis præſtantur, ſunt loco fructuum, & probatur apertiſſimè ex conſtitutionibus diuorum Pontificum Martini V. & Calixti III. quibus ſpecialiter cautum eſt non tantùm ſuper agris, & prædiis, ſed etiam ſuper dominiis, oppidis, & domibus cenſus creari poſſe. Et ex conſtitutione Diui Pij cenſum conſtituere fas eſt ſuper rebus, quæ pro immobilibus habentur, quæ ciuiles tantùm fructus
reddere intelliguntur. 19

Sanè notandum eſt non ſufficere rem per accidens fructiferam eſſe, vt ſi fortè in regione aliqua vrbis ſpectacula ſint edita, & domini ex ea re vel inquilini ædium vtilitatem perceperint. Nam huius aduentitij, & extraordinarij lucri nulla habenda eſt ratio, ſed tantum penſionis, quæ ex illis redigi ſolet, vt indicant verba illa conſtitutionis, *de ſui natura fructifera,* vt notat Ioan. de Salas *in d. dub.* 7. *num.* 8. Azor. *lib.* 10. *cap.* 6. *quæſt.* 8. & Cenc. *in d. quæſt.* 35. *num.* 11. vbi ait,
non ſine myſterio illa verba, *de ſui natura fructifera* addita 20
fuiſſe. † Cuius rei ratio eſt, quòd illi omiſerunt, quia fructus propriè non ſunt, niſi redeant, & renaſcantur *l.* 7. *§. ſi vir. l. ſi fundus. ff. ſol. matrim. l.* 30. *in princ. de verb. ſignif.* Bartol. Duaren. & Barboſ. *in d. §. ſi vir.* Anton. Fab. *coniectur. lib.* 1. *cap.* 8. *in princ.* Gizzarell. *loc. cit. n.* 15. Ioan. Caſtill. *de vſufr. cap.* 36. *n.* 6. quod etiam docuit Bald. *in prælud. feud. num.* 12. & in hac ſpecie vnus quòd animaduerterim ſcripſit Petr. de Gregor. *in lib. de cenſib. quæſt* 5. *n.* 17. vbi ait *venditionem hanc*
iurium cenſualium, vt valeat, fieri debere ſuper rebus ex quibus 21
fructus ſeu reditus quolibet anno perpetuò renaſcantur. † Quod tamen ciuili quadam ratione intelligendum eſt, vt non tantùm accipiatur de fructibus, qui ex aliquo corpore, veluti prædio, domo, ſed etiam qui ex aliquo iure puta vectigalium, annonarum ciuilium, piſcationum, & aliis ſimilibus redeunt & proueniunt, vt explicat Ioann. Garzias *in d. lib. de expenſ. & melior. cap.* 23. *num.* 1. & 5. qui licet ſentire videatur ex ſenſu, & ſententia multarum legum, quas expendit, Iuriſconſultos veteres non tam ſtrictam fructuum ſignificationem ſecutos fuiſſe, neque tam exactam, & perpetuam iterationem requirere, ſed & ad fructus pertinere quidquid ex aliqua re percipi poteſt *l. item ſi fundi. & l.* 35. *& 69. ff. de vſufr.* hoc tamen accipiendum eſt ſecundùm ſubiectam materiam, veluti cùm de vſufructu agitur, vel de fructibus rerum dotalium, aliud verò eſt cum de re agitur, quæ cenſui ſubiicitur. Hæc enim naturâ ſuâ fructifera eſſe non poteſt,
niſi

Digitized by Google

niſi apta ſit referre fructus, qui ex ea redeant, & renaſcantur, ſiue ex corpore ipſo, ſiue ex iure, quod pro immobili habeatur, vt dictum eſt, apta ſcilicet referre fructus non eoſdem nomero, hi enim non renaſcontur, ſed alios eiuſ-
22 dem ſpeciei, & generis. † Ex qoibus fruſtra laborare videtur Fraociſc. Munnoz. *in d.lib de ratiocin. cap. 29. n 7.* dum quærit an tutor, cui legibus Hiſpaniæ debetur decima fructuum bonorum, quæ adminiſtrat, vt refert Gutiert. *in lib. de tutel par. 3. cap. 21. in princ.* poſſit retinere ſibi decimam partem fructuum iuriſdictionis, quæ in mulctis & pœnis & confiſcatiooibus conſiſtunt, quia hæc renaſci noo videantur, & ideò ſecundum propriam, & ſtrictam ſignificationem fructuum nomine non veniunt, quia licet eædem mulctæ, & pœnæ fiſcales, & aliæ obuentiones ſimiles non recurrant, quia bona fides non patitur, vt bis idem exigatur *l. 54. de reg iur. l. 16. ff. de pecul. l. 51. de re iudic.* tamen ſatis eſt vt integra maneat iuriſdictio, ex qua aliæ ſimiles obuentiones proficiſci poſſunt. Et proinde hæc etiam fructuum
23 nomine cenſeri dicendum eſt. † Quod ex eo patet, quia bona confiſcata etiam immobilia vſufructuario omninò acquiri receptum eſt ex Bart. *in l. vlt. num. 1. & 2 ff sol matrim.* vbi Alex. hanc commuoem refert, & aliis citatis Molin. *in d. cap. 15. n. 24.* quia inqoit, res iſtæ ſunt fructus iuriſdictionis, & de his, qui quotidie ex nouis delictis, & confiſcationibus renaſci ſolent, quod etiam ſecutus eſt Cop. *lib. 1. tit. 1. cap. 4. circa fin* & Gutiert. *in d. par 3. cap. 24. n. 9.* vbi ait conſiderati tanquam fructus, *& n. 10.* vbi infert meritò ad vſufructuarium, maritum, & poſſeſſorem maioratus pleno iure pertinere, & ex his decimam tutori in Hiſpania deberi, vt etiam ſcribit Munnoz *loc. cit* ex quibus multo magis conſtat, quod diximus *q. 46. n. 21.* ſuper iuriſdictione validè cenſum cooſtitui, veluti ſuper re, ex qua fructus proueniunt, & renaſcuntur. Statuendum igitur eſt rem cenſualem, vt ad mentem conſtitutionis Pij V. fructifera dicatur, aptam eſſe oportere referre fructus in dies ſiue menſes, vel annos recurrentes, & renaſcentes, & ſiue ex corpore, vel ex iure proueniant, vt dictum eſt.

24 Sanè illud obſeruandum eſt non oportere, vt res cenſualis ſingulis annis fructus ferat, ſed ſatis eſſe, vt ſingulo triennio, vel quinquennio, vel alio tempore tot fructus ex ea percipiantur, qui penſionibus ad diem præſtandis ſufficiant, ita vt fructus vel biennij, vel quinquennij, vel alterius temporis penſiones huius temporis ſuperent, vel ſaltem exæquent: & proinde ſuper ſylua cædua, quæ non ſingulis annis cæditur, vel ſuper agris, qoi alternis annis ſeruntur, cenſum conſtitui poſſe certi iuris eſt, dummodo fructus penſionibus omnium annorum ſufficiant. Ita enim doceot Nauarr. *in comment. de vſur. n 117.* Gregor. de Valent. *diſput. de cenſib. punct. 2. verſ. ſed neque etiam.* Azor *in d. cap. 6.* Bonacin. *in d. q 4. n. 19. verſ. addo non opus eſſe.* & Cene. *quæſt. 35. n. 14* atque hoc temperamentum admittit quod ſcribit Petr de Gregor. *loc. cit.*

25 Qua ratione nec opus eſt, vt fundus eorundem in ſpecie fructuum fertilis, & ferax ſit, iu quibus penſio præſtari conuenit, cùm ſuper vinea reditus in oleo, ſuper olineto penſio in vino præſtanda conſtitui poſſit, vt docent Nauarr. *loc. cit. n. 120* & Molin *in diſp. 389. n. 4. in fin.* Nam inquit eùm ea verba non ſignificent rem debere eſſe fructiferam eorundem in ſpecie fructuum, qui ſoluendi ſunt, ſed ſolùm debere in genere eſſe ex ſua natura fructiferam, dicendum eſt procul dubio huiuſmodi cenſus conſtitutione Pij V. non excludi. Quam ſententiam amplexi ſunt Azor. & Bonacin *loc. cit.* Rebell. *de cenſib q. 6. n. 6.* Eman. Sa *in verb. cenſus n 7.* Valer. Reginald. *l. 25 q. 5 n. 418.* Salas. *in d. dub. 7. n. 8. verſ. nota tertio. & dub. 14.* Filiuc *tract. 35. cap. 1. n. 29.* Cencius *in d quæſt. 35. n. 15.* & ſequax Cencij Duardus *in d. §. 1. q. 44. n 6.* vbi ait ſatis eſſe, vt res cenſui oppoſita apta ſit producere aliquā ſpeciem fructuum, quibus venditis ſi dominus fundi velit, penſio in ſpecie promiſſa redigi, & præſtari poſſit. Et hoc iure vtimur. Quamuis id ferè tutius ſit quærere in iis locis, in quibus reditus fructuarij lege prohibiti ſunt: & tutius putê ex oliueto penſionem olei, ex agro tritici rêditum emere, & vendere, vbi id nulla lege interdictum eſt, quàm hæc inuertere. Id enim venditori graue, & onerosum eſt, cui conſtitutio Diui Pij plurimùm fauet.

Deoique obſeruandum eſt ad Conſtitutionem cenſus 26
opus non eſſe, vt res actu fructus ferat, ſed ſatis eſſe, vt ſit apta ſecundum præſentem ſtatum tot fructus ferre, qui penſiooi ſufficiant. vnde licet caſu aliquo fructus interdum non ferat, non ideo minus cenſum conſiſtere dicendum eſt: Nec enim conſtitutio ait ſuper re, quæ fructus ferat, ſed ſuper re ſui natura fructifera: vnde ita docet idem Nauarr. *eod. loc. n. 113.* Azor. *in d. cap. 6. q. 6.* Booinſign. *de cenſib. cap. 2. n. 4.* Greg. de Valent. *loc. cit.* Cenc. *in d. quæſt. 35. n. 15.* & Duard. *in d. q. 44. n. 5.* vbi refert hanc communem eſſe ſententiam. Quam etiam ſecutus eſt Bonacin. *loc. cit.* qui ponit exemplum vt ſi conſtituatur cenſus ſuper aliquo palatio, vel turri, quam dominus locare noluit, quo exemplo etiam Duardus vſus eſt *n. 5.* Idémque dicendum eſt ſi debitor cenſus paſſus eſt agrum vacantē eſſe, ſatis enim eſt, ſi ſatus tot ferre fructus potuiſſet, qui deductis ſumptibus penſioni ſufficerent, vt dictum eſt.

Hic vero intercidit amœniſſima quæſtio, an ſuper prædiis 27
amœnis, & voloptuariis, quale deſcribit Vlpian. *in l. 13 §. & ſi forte. ff. de vſufr.* habens ſcilicet viridaria, vel geſtationes, & deambulationes infructuoſis arboribus opacas: vel in hortulis, in quibus tantùm ſunt flores; & lauri, vt viridarium D. Senatoris noſtri Viualdi, cenſus conſtitui poſſit. Et ſanè ſi ex his reditus aliquis percipitur, vel percipi poteſt, dicendum eſt pro modo, & ratione reditus cenſum conſtitui poſſe. Nam & eorum vſufructus eſt, vt conſtat ex *d. l. 13. §. & ſi forte. de vſufruct. & l. compenſ. 16. §. 1. ff. quod vi aut clam.* ex quibus ita ſentiunt Virg. de Boccat. *de cenſib. par. 2. n. 27. & 100.* Azor *in pr. d c 6.* Cene. *in d. q. 35. n. 17 & 18.* & Duard *in d. §. 1. q. 42. n. 4.* vbi ait cupreſſos etiam propter amœnitatem dici fructiferas, licet Paolus *in d. l. 16.* inter non frugiferas reponat, vt etiam eodem loco Cuiac. & Gotofr. notant ex Plinio, qui *l. 16 c 33* eas fructu ſuperuacuas, id eſt, vacuas dixit. † Quod 28
verò Paulus ait *in d. l 16.* ſi quis arbores infrugiferas veluti cupreſſus ceciderit, fructuario ex hac cauſa competere interdictum quod vi aut clam, quia poteſt videri eius intereſſe propter geſtationem, denotat veterum morem, qui per loca arboribus infructuoſis opaca valetudinis cauſa deambulare, & ſella geſtari ſolebant, vt notat idem Cuiac *in d. l. 16.* & indicat quod idem Vlpianus ait *in l. 12. § 1. ff. de vſu, & habit.* præter habitationem, quam habet is, cui vſus datus eſt, deambulandi quoque, & geſtandi ius habiturum.

Sed his quæ diximus conſequens eſt cenſum ſuper re ſte- 29
rili, & infructuoſa & quæ nullos fructus referre poteſt, conſtitui non poſſe: aliàs vſurarium, & illicitum eſſe, vt cenſuit Rot. poſt Cencium *in dec. 88. n. 2. & 4* & ipſe Cencius *in q. 35. n. 5.* Quæ fuit etiam ante conſtitutionem Diui Pij ſententia Ioannis de Lignan. Panormit. Aret. Caſſan. & aliorum quorundam apud Fachinæum *controuerſ. iur. l. 5. cap. 44* & Petri de Gregor. *in d. q. 5. n. 17* Quam ſequuntur etiam ſcriptores Hiſpani Gutiert. *pract. l. 2. c. 177. n. 3.* Ant. Gomez. *de cenſib. c. 3. n. 6.* Molin. *in d. diſput. 389. n. 4.* Auendan. *cap. 53. n. 2.* Idem docuit Maſtrill. ad Grego. *in d. q. 5. n. 168.* Bonacin. *loc. cit. n. 10. verſ. tertio non poſſe.* & Virgin. de Boccat. *par. 1. num. 3.* ſubiiciens hoc eſſe contra formam d. conſtitutionis. † Atque 30
huius rei ſumma ratio eſt, quia in cenſu reali, de quo quærimus, & qui nunc tantùm inter nos licitus eſt, venditur & emitur ius percipiendi penſionem annuam ex fructibus rei, cui cenſus indicitur, & proinde ſi fortè res naturâ ſuâ ſterilis ſit, nullum tale ius reuera ſubeſt, quod venditioni ſubiici, & in emptorem transferri valeat: ideoqoe contractus irritus eſt deficiente ſcilicet materia venditionis *l. nec emptio. ff de cōtrah. empt.* & tradit eleganter Maſtril *loc. cit.* & Frider *de iur. cenſual. c. 4. n. 8.* vbi ait ius, quod tali cenſu venditur, eſſe imaginatiū, fictum, & ſimulatum in re fundamentū non habens, † quem- 31
admodum is, qui ficte ab eo animalia emit, qui non habet, & ea venditori rurſus locat, vt aliquid accipiat vltra ſortem, vſuram admittere cenſetur, vt compertum eſt, ita prorſus is, qui ex prædio, quod non eſt, vel eſt ſterile, & infructuoſum, emit ius præſtationis annuæ, non emptionis contractum, ſed mutuum, & fœnus contrahere cenſendus eſt, qua ratione vtuntur Nau. *in comm. de vſur. n. 79.* Card. Toler. *inſtruct. Sacerd. l. 5. c. 45. n. 5.* Frideric. Matt. *in d. c. 4. n. 3* Læl. Zech. *in l de vſur. c. 10. n. 10 in fi.* & Duard. *in d §. 1. q. 43* Quod etiam dixit Salas *in d. dub. 7. n. 7.* ſubiiciens hoc caſu iniuſtitiam interuenire,

quia

Digitized by Google

quia venditur ius ad fructus, qui non ſunt, neque erunt, neque aliud illis æquale. Quod nunc poſt conſtitutionem Diui Pij, & vbi illa recepta eſt, in dubium reuocari non poteſt.

32 Quibus conſequenter dicendum eſt ſuper agris deſertis, & incultis, & qui paludibus, & aquarum emerſionibus occupantur, cenſum conſtitui non poſſe. Cuius generis etiam ſunt montes ſaxei & arenoſi, ſcopuli & littora maris, & ripæ fluminum, & paludum, ex quibus nihil percipitur, & quæ locari non ſolent. Et ita ſentiunt Virgio. *in d. par.* 1. *n.* 3. *& par.* 2. *num.* 27. Vgolin. *de vſur. cap.* 89. §. 2. *num.* 2. Bonacin. *loc. cit.* vbi ait idem eſſe in rebus, quæ propter aëris intemperiem locari non poſſunt. & Duardus *in d. quæſt.* 44. *num.* 11. Idémque eſt in domibus ruinoſis, quas nemo inhabitare poteſt, vt tradit idem Frideric. Martin. *in diſt. cap.* 4. *num.* 3. cuiuſmodi ferè ſunt caſtella Vaſallorum huius Comitatus, quæ vt plurimum ruinam minantur, & ſunt ſine feneſtris, & portis, & ſine recto, ita vt qui illuc in hyeme diuertunt, vento pulſantur, & imbri, vt quandoque expertus ſum. †. Et 33 cuiuſmodi erat caſtellum Turretarum, antequam D. Philippus Emanuel de Chabaudis & armis & prudentia inſignis Eques Hieroſolymitanus illud reſtitueret. Qui domum antiquam à fœneratoribus, ferè euerſam ſuis nummis me conſiliatore & ſuaſore liberauit cum magna pietatis, & liberalitatis apud omnes commendatione. Vnde meritò de eo dicere poſſumus, quod de Proculeio ſcribit Horat. *lib.* 3.

Viuet extenſo Proculeius æuo
Notus in fratres animi paterni.
Illum aget pennâ metuente ſolui,
Fama ſuperſtes.

QVÆSTIO LI.

An dominus proprietatis, vel vſusfructus cenſum conſtituere poſſit.

SVMMARIA.

1. *Ludouicus Cencius de cenſibus diligentiſſimè ſcripſit, & hoc nomine laudatur.*
2. *Eiuſdem ſententia dominum nudæ proprietatis cenſum conſtituere poſſe.*
3. *Dominus poteſt ſuper feudo, vel re emphyteutica cenſum imponere ex Cencio.*
4. *Cenſus ſuper nuda proprietate conſtitui non poteſt.* *Et auctores huius ſententiæ.*
5. *Proprietatis nudæ nullus fructus intelligi poteſt.*
6. *Cenſus in venditione ius reale, & cohærens rei in emptorem transfertur.*
7. *Proprietatis dominus ſeruitutem imponere non poteſt.*
8. *Cenſus propriè ſeruitus non eſt.*
9. *Seruitutes reales ſunt onera, & qualitates prædiorum.*
10. *Redoan. Bon. & Felicianus declarantur, &* num. 13.
11. *Ludouicus Cencius arguitur parum cohærentia docuiſſe.*
12. *Omnia quæ obligari poſſunt, cenſui ſubijci non poſſunt.*
14. *Fundus in cenſu non eſt loco hypothecæ.*
15. *Cenſum conſtituere non poteſt in re, qui ius percipiendi fructus non habet.*
16. *Dominus directus cenſum conſtituere non poteſt.*
17. *Quod fieri non ſolet ſuſpectum eſt, ne ſit illicitum.*
18. *Leonardi Duardi rationes quædam excuſſæ, & reiectæ, &* num. 19.
19. *Dominus directus ſuper iure canonum, & laudemiorum cenſum conſtituere poteſt.*
20. *Vſurarius cenſum imponere non poteſt.*
21. *Vſufructuarius ius ſuum alteri vendere, & locare poteſt.*
22. *Vſufructuarius an cenſum conſtituere poſſit.*
23. *Vſusfructus morte finitur, vt etiam cenſus ſuper eo conſtitutus.*
24. *Cenſus ſuper vſufructu conſtitui non poteſt.*
25. *Vſusfructus inter immobilia recenſeri non poteſt.*
26. *Vſusfructus rei immobilis ſeruitus perſonalis eſt, & à perſona euelli non poteſt.*
27. *Milaneſ. & alij quidam auctores Siculi declarantur.*
28. *Vſufructuarius ſuper proprietate cenſum conſtituere non poteſt.* *Nemo poteſt ſuper re aliena cenſum imponere.*
29. *Vſusfructus formalis non eſt dominij pars.*
30. *Vſusfructus interdum vim, & effectum dominij habet.*
31. *Vſusfructus enim proprietas eſt.*
32. *Vſufructuarius ſuper melioramentis cenſum conſtituere non poteſt.*
33. *Cenſus ſuper credito creari non poteſt.*
34. *Cenſus ab vſufructuario conſtitutus etiam ad illius vitam non ſuſtinetur.*
35. *Rector non poteſt res Eccleſiæ alienare, nec ſuper illis cenſum conſtituere.*
36. *An ij quibus beneficia collata ſunt poſſint cenſum ſuper prædio ſuæ Eccleſiæ conſtituere.*
37. *Cenſus ſuper rebus Eccleſiæ ne quidem ad vitam Rectoris valet.*
38. *Eccleſiæ ſuper rebus cenſus tanquam Vitalitius ſuſtineri non poteſt.*
39. *Maritus eſt dominus dotis.*
40. *Maritus ſuper re dotali cenſum imponere non poteſt.*
41. *Maritus rem dotalem alienare & oppignorare non poteſt.*
42. *Maritus non poteſt ſeruitutem imponere rei dotali etiam conſtante matrimonio.*
43. *Mulier dotis domina etiam eſt.*
44. *Cenſus à marito in re dotali conſtitutus tanquam vitalitius non ſuſtinetur.*
45. *Pretium in cenſu vitalitio ſtatim amittitur, nec repeti poteſt.*
46. *Maritus in prædijs æſtimatis cenſum conſtituere poteſt.*
47. *Duardi ſententia quædam declaratur.*
48. *Mulieri dotes repetenti exceptio excuſſionis objici poteſt.*
49. *Mulieri agenti rei vendicatione vtili in ſubſidium excuſſionis exceptio rectè objicitur.*
50. *Filiusfamilias in rebus caſtrenſibus, vel quaſi cenſum conſtituere poteſt.*
51. *Filiusfamilias in rebus profectitijs cenſum conſtituere non poteſt.*
52. *Filius bonis aduentitijs, in quibus pater vſumfructum non habet, cenſum imponere poteſt.*
53. *Feliciani ſententia quædam declaratur.*
54. *Filius bonis aduentitijs, in quibus pater habet vſumfructum, cenſum conſtituere non poteſt.*
55. *Ludouici Cencij doctrina quædam rejicitur.*

INTER eos, qui de cenſibus ſcripſerunt, Ludouico Cencio I. C. Peruſino palma meo iudicio deferenda eſt, cui inter alia plurimùm debemus quòd deciſiones ſacræ Rotæ Romanæ ad hunc tractatum pertinentes in vnum veluti corpus redegerit, cuius magni auditorij auctoritate ſuas opiniones confirmauit. Quod licet non diffitear, animaduerti tamen auctorem hunc in his, in quibus illius Rotæ deciſionem in terminis non habet, multa nimia effuſè ſcribere, quæ declarationibus indigent, & parùm ſibi cohærentia, vt aliquot iam locis me veritatis tantum indagandæ gratia oſtendiſſe puto. 1 Cencius ergo hanc quam propoſui quæſtionem attingens *par.* 1. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 1. *nunc quæſt.* 14. *num.* 15. ſic ait. †. In hac difficultate, quicquid contrarium ſentiat Azendan. *d. tract. de cenſib. cap.* 70. *num.* 4. ſufficere penes imponentem exiſtere nudam proprietatem tenendum cenſeo, ex Guilhelmo Redoan. *de reb. Eccleſ. tit. de conſtit. cenſ. numero* 39. Foller. *in ſua prax. cenſuar. in verbo huiuſmodi num.* 44. & Bon. *in ſuo tract. de cenſib. art.* 10. *num.* 26. qui licet dicant eo caſu cenſus impoſitionem ſuſtineri ſuper actione perſonali, qua venditor tenetur, nos autem qui cenſus perſonales eſſe omni iure illicitos defendimus *in fin. hac ead. parte c.* 3. *q.* 1. *art.* 6. *nunc q.* 34. opinionem eorum circa validitatem cenſus recipiendam eſſe exiſtimamus, diſcedimus tamen ab eis, dum ſentiunt d. caſu cenſum ſuſtineri ſuper ſola obligatione perſonali: ſed ideo dicimus eo caſu cenſus impoſitionem validam eſſe, quia eſt facta iuxta formam conſtitutionis Pij V. videlicet ſuper re certa immobili, & fructifera, quod ſatis eſſe exiſtimamus in propoſito, licet imponens non poſſit ex re illa fructus percipere, cùm cenſus non conſtituatur ſuper fructibus rei, ſed ſuper reipſa, quæ ſubjicitur; 2 dummodo

Digitized by Google

3 dummodo ſit certa immobilis, & de ſui natura fructifera. † Et propterea non videtur fidendum de Auendano, dum *cap.* 66. *n.* 7. *& cap.* 67. *num.* 2. negat dominum directum poſſe validè cenſum imponere ſuper re, quam alteri iu feudum, vel emphyteuſum conceſſit ea ratione, quia proprietas dictæ rei ſit infructifera. Etenim licet fructus illius non ad dominum directum, ſed ad vaſallum & emphyteutam pertineant, non tamen ſequitur, quin illa ſit de ſua natura fructifera, quod ex prædictis ſatis eſt, vt ſuper ea poſſit per dominum directum validè cenſum conſtitui. Ita diſſerit Cencius, & rurſus *quæſt.* 17. *num.* 6. qui pro ſua ſententia potuit proferre Felicianum, qui ita ſenſit *l.* 2. *cap.* 4. *num.* 10. cuius Cencius non meminit ne quidem poſt tot additiones, quem tamen comperi deinde citare Duardum *quæſt.* 11. *num.* 5. vbi non eſt auſus à Cencio diſcedere.

4 Sed contraria ſententia, eum ſcilicet, qui nudam proprietatem in re aliqua habet, cenſum in ea conſtituere non poſſe verior, & tutior eſt, & congruentior conſtitutioni Diui Pij, & aliorum Pontificum. Quam ſequuntur Foller. *in verbo Cenſus num.* 45. Laurent. de Rodulph. *lib. de Vſur. cap.* 46. Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap.* 4. *n.* 6. Auendan. *de cenſib. cap.* 70. *n.* 4. Azor. *l.* 10. *cap.* 6. *verſ. quarto quæritur.* vbi concludit rei proprietatem ſine fructibus non eſſe capacem cenſus. Idem cenſit Vgolin. *lib. de Vſur. cap.* 44. *n.* 2. & comperi deinde non ſine magna animi ſatisfactione ita docere tres doctiſſimos viros Mareſcot. *variar. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 24. vbi ait id repugnare conſtitutioni Pij V. Ioan. Baptiſt. Scortiam. *ad ſelect. conſtit. Pontif. theorem.* 107. *in fin.* & Anton. Merend. *controuerſ. lib.* 11. *cap.* 24. *num.* 3. vnde videtur hæc recepta ſententia, quæ probatur.

5 † Quia nuda proprietas inutilis eſt, & infructifera, vt dicunt Auendan. & Mareſcot. *loc. cit.* & conſtat apertiſſimè ex §. 1. *Inſtit. de vſufr.* vbi Theophil. idem ſcribit, *& l.* 3. §. 2. illis verbis. *Ne tamen in vniuerſum inutiles eſſent proprietates ſemper abſcedente vſufructu, placuit certis modis extingui, & l.* 19. *ff. de vſur.* in qua Gaius ait, *neque enim nuda proprietatis, quod ad proprietatis nomen attinet fructus vllus intelligi poteſt.* Et proinde cùm ea conſtitutione Diui Pij non niſi in re fructifera cenſum conſtituere liceat, vt Cencius fatetur, & in cuius terminis loquitur, conſequens eſt ſuper proprietate rei, cuius vſusfructus alterius

6 eſt cenſum inutiliter collocari. † Deinde in venditione cenſus transfertur in emptorem ius non imaginarium, & in ſola obligatione conſiſtens, ſed reale, & inhærens rei percipiendi reditum ex fructibus illius, vt docet ipſe Cencius multis locis, & in ſpecie *quæſt.* 7. *num.* 3. *& quæſt.* 35. *num.* 7. ſed dominus nudæ proprietatis hoc ius in alium transferre non poteſt, quia fructus ad eum non pertinent, ſed ſunt fructuarij *l.* 7. *ff. de vſuf.* & admittit ipſe Cencius, ergo non poteſt ſuper re, cuius vſusfructus alienus eſt, cenſum conſtituere, & in alium transferre. Etenim hoc caſu deficit res, quæ in alium transferatur, & proinde non emptionis cenſus, ſed mutui contractus ſub vſuris inter partes celebratur, quod eſt illicitum, vt docet Frideric. Martin. *in d. cap.* 4. *num.* 1. *&* 4. cuius dicta transcripſit, & pro-

7 bauit Cencius *in d. quæſt.* 35. *num.* 4. † Denique hac ſententia probari poteſt ex *l.* 15. § *vlt. ff. de vſufr.* quæ ait dominum proprietatis nequidem conſentiente fructuario ſeruitutem imponere poſſe. Vt enim non poteſt onus ſeruitutis imponere, ita nec onus cenſus realis iniicere poſſe dicendum eſt, vt Felicianus argumentatur *d. cap.* 5. *num.* 16. Auendan. *loc. cit. num.* 3. & Cencius multis locis, & præſertim *quæſt.* 21. *num.* 13. *& quæſt.* 22. *num.* 8.

8 Nolim tamen cuipiam venire in mentem me exiſtimare cenſum ſeruitutem quendam eſſe rei ſuppoſitæ, tametſi ex ſententia multorum id tradat Merend. *d. lib.* 11. *cap.* 7. *num* 4. & alijs locis, quia id vix ſecundum rationem iuris defendi poteſt, & contrarium verius eſſe multis oſtendit Felician. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 21. neque enim, inquit, ſeruitus realis dici poteſt, quia non debetur prædio, ſed perſonæ; neque perſonalis, quia eius ſpecies tres tantum proditæ ſunt iure ciuili, vſusfructus, vſus, & habitatio *l.* 1. *ff. de ſeruit.* quarum nulla cenſui accommodari poteſt. Et præterea explorati iuris eſt ſeruitutem perſonalem finiri extincta perſona, cui debetur: at vero ius annui reditus tranſit ad hæredes, & durat donec redimatur. Idemque iiſdem argumentis tradit Mareſcot. *loc. cit. num.* 25. ita vt mihi ex Feliciano profeciſſe videatur, niſi dicamus aliquando ingenia

9 concurrere. † Et tamen illius argumenti vis, & ratio conſtare poteſt, quia vt ſeruitus realis, quæ eſt qualitas, & onus rei *l.* 85. *de verb. ſignif. l.* 23. §. *ſi fundus & l.* 34. *ff. de ſeruit. vrb. præd.* & conſiſtit in quodam iure vtendi, & fruendi ipſo corpore rei, vt notat Mareſcot. *loc. cit.* non poteſt à domino proprietatis in re conſtitui, & in alium transferri, ita prorſus quia cenſus eſt ius quoddam reale inhærens rei percipiendi reditum ex illius fructibus, vt dictum eſt, non poteſt dominus proprietatis hoc ius in alium transferre, & conſequenter ſuper illa cenſum realem conſtituere, deficiente ſcilicet re, quæ in alium transferri poſſit, vt ait Frideric *loc. citat.* & ipſe Cencius *in d. quæſt.* 35. *num.* 4.

Neque nos turbare debet auctoritas eorum, qui contrà ſen- 10
tiunt, vt Redoan. *d. tit. de conſtit. ann. redit. num.* 39. Benedict. Boni. *in d. art.* 10. *num.* 26. & Felician. *lib.* 2. *de cenſib. cap.* 4. *num.* 10. & Cencij *in d. quæſt.* 14. *num.* 15. Quia quod attinet ad Redoanum, Bonium, & Felicianum de Solis, nihil mirum eſt ſi ita ſentiant ſiquidem id conſentaneum eſt ijs, quæ veluti principia huius diſputationis paſſim, & conſtanter ſtatuunt. Exiſtimant enim cenſum hoc caſu in ſola obligatione perſonali conſiſtere, & ex fructibus aliorum bonorum præſtandum eſſe: Denique etiam in re ſterili cenſum conſtitui poſſe, vt ait Bonius
art. 12. *num.* 29. † Sed Cencius qui loquitur in terminis con- 11
ſtitutionis Pij V. & cenſus perſonales omni iure illicitos eſſe putat quod alio loco tractatum eſt, & reditum annuum ex fructibus aliorum bonorum ſuppleri non poſſe, ſi fortè fructus rei cenſualis penſioni non ſufficiant, vt docet *quæſt.* 37. *num.* 2. *& in addit. eod. loc.* denique cenſum ſuper re ſterili conſtitui non poſſe, quia deficit ius, quod in alium transferatur, vt docet locis citatis, congruentiùs docuiſſet nudæ proprietatis dominum cenſum conſtituere non poſſe. Quòd verò ad Folletium attinet, quem Cencius pro ſua ſententia ſtare refert, verius eſt illum nobiſcum ſentire. Nam licet dicat ex illis verbis conſtitutionis Nicolai V. ad Siculos *ſuper rebus, & proprietatibus ſuis*, cenſum ſuper nuda proprietate validè conſtitui, ſubjicit tamen id verum ſe intelligere in conſtitutione cenſus, qui non conſtituat ius in re, ſed obligat conſtituentem ad annuas præſtationes actione perſonali, quod genus cenſus eſt illicitum. Et deinde eodem loco diſertiſſimè tradit contractum illicitum eſſe, ſi cenſus imponitur rei, ex qua præſtari non poteſt, qualis eſt ſola proprietas, vt dictum eſt, quia inquit deficit æqualitas inter rem, & pretium. Quamobrem rectius pro noſtra ſententia citatur à Friderico Martin. *loc. cit.*

Nec obſtat *l.* 2. *C. de vſufr.* in qua reſcriptum eſt dominum 12
proprietatis poſſe eam creditori obligare, & hypothecæ ſubjicere, licet alius vſumfructum habeat, vt ibi interpretes omnes adnotarunt, & alijs citatis Caſtill. *de vſufr. cap.* 34. *num.* 8. quo argumento vtitur Felician. *loc. cit.* quia non eſt ſimile proprietatem nudam obligare, & cenſui ſubiicere. Neque enim illa omnia, quæ obligari poſſunt, nunc poſt conſtitutionem Diui Pij idonea ſunt, vt ſuper illis cenſus conſtituatur: & proinde ex eo, quod res aliqua obligari poteſt, non ſequitur nunc ſuper illa cenſum validè conſtitui, alioquin ſuper mobilibus, & mouentibus, & ſuper rebus infructuoſis, & ſterilibus cenſus licitè vendi poſſet, quod nunc non licet. Et Felicianus non loquitur in terminis conſtitutionis Pij V. quæ illius doctrinæ manifeſtè repugnat, quod præſentiens vir acuti ingenij identidem profitetur moribus Hiſpaniæ non fuiſſe receptam.
† Præterea Felicianus ſupponit rem cenſui ſuppoſitam ſolius 13
hypothecæ loco eſſe, quod docuit *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 2. *& lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 3. ex quo infert fundo deſtructo, vel perempto integram, & illæſam durare obligationem perſonalem, & reditus exigi poſſe, quod & alijs locis docet: & proinde congruenter ſuis principijs colligit cenſum in nuda proprietate conſtitui poſſe, quia & nuda proprietas hypothecæ validè ſubiicitur integro alteri remanente vſufructu *d. l.* 2. *C. de vſufr.* vt etiam Mareſcot *loc. cit.* † Sed falſum eſt fundum in cenſu reali eſſe 14
loco hypothecæ, ſiquidem ex impoſitione cenſus ſuper aliquo fundo, oritur ius reale inſeparabiliter affixum, & inhærens fundo, & eſt onus fundi, quod ſublato fundo extinguitur, vt docent Molin. *diſp.* 385. *num.* 8. Aluar. Valaſc. *de iur. Emphyt. quæſt.* 32. *num.* 13. Sarmient. *Select. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 4. & alij plures ſcriptores Hiſpani apud Auendan. *cap.* 23. *num.* 10. & Leon. Leſſ. *lib* 2. *cap.* 22. *dub.* 1. *num.* 35. & nos diximus & probauimus *quæſt.* 57. Quod ius eſt diuerſum ab hypotheca, cuius

natura eſt, vt ipſa pereunte ius creditoris ſaluum maneat *l.9. C.de pin. act.l.6.ff.de naut. fœnor.* & proinde ex eo quod proprietatis dominus poteſt illam obligare, malè Felicianus infert, licet conueniéret ſuæ doctrinæ, poſſe quoque cenſui ſubjicere vt alia multa, quæ refellit Auendan. *d.cap.23.* vbi paſſim notat Felicianum ex eo, quod exiſtimaret cenſum ſuper ſola obligatione perſonali conſiſtere poſſe, multa contra rationem iuris in hoc genere deduxiſſe, vt à nobis etiam ſuis locis adnotatū eſt. Quamobrem cautius, & prudentius Mareſ. *loc.cit.* poſtquàm docuit cenſum ſuper re, cuius alius vſumfructum habet, conſtitui non poſſe, quia repugnat conſtitutioni Pij V. ſubiicit in iis locis, in quibus dicta conſtitutio non fuit vſu recepta, vt in Hiſpania, & Sicilia crederem ſuper ſola proprietate cenſum poſſe ſuſtineri *ex d. l. 2. C. de vſufr.* quem locum ſi vidiſſet Cencius, fortaſſe in additionibus mutaſſet ſententiam.

15 Nec mouere debet, quod ſcribit Cencius iſtiuſmodi cenſus conſtitutionem validam eſſe, quia facta eſt ad formam conſtitutionis D.Pij, nimirum ſuper re certa immobili, & fructifera, quod ſatis eſt ad validitatem cenſus, licet non poſſit venditor ex re illa fructus percipere, cùm cenſus non imponatur ſuper fructibus rei, ſed ſuper re ipſa, quæ cenſui ſubjicitur. Reſpondeo enim hoc non eſſe ſimpliciter & abſolutè verū, alioquin valeret cenſus impoſitus rei alienæ dummodo ſit immobilis, & fructifera, quod tamen falſum eſt, vt docet idem Cencius *eod. art. 1. num.6. & 7.* vbi notat hac in re conſentire omnes. Sed præterea ad validitatem cenſus neceſſe eſt, vt venditor ius habeat percipiendi fructus rei, quæ cenſui ſubiicitur, vt illud in alium transferre poſſit, vt dixi: Et euidenti ratione demonſtratur, quia in venditione cenſus emitur ius percipiendi reditum annuum ex fructibus rei: vel vt ipſe Cencius loquitur *quæſt. 2. art. 1. num. 7. fol. 59. primæ impreſſ.* ius percipiendi annuam reſponſionem extrahendam ex fructibus rei. Quod ius vendere, & transferre non poteſt, qui nudam proprietatem habet, & quamdiu vſusfructus alterius eſt *d.l.19.ff.de vſur.* cum nemo plus iuris in alium transferat, quàm ipſe habeat *l.54.& l.120. ff.de reg. iur.* & in ſpecie Cardin. Tolet. *lib.5. c.47. num. 2.* & Frideric. Martin. *d.cap.4. num. 1.& 6.* proinde magis eſt, vt dicamus in terminis conſtitutionis Diui Pij dominum proprietatis cenſum conſtituere non poſſe, quamuis res alteri ſit fructifera ſecundum Martini, & aliorum ſententiam.

16 Ex quibus etiam hoc conſequens eſt dominum feudi, vel emphyteuſis cenſum rei feudali, vel emphyteuticæ tametſi fructiferæ iniicere non poſſe, quia quicquid tentet Cencius *loc.cit. num.16.* & qui eum ſequi ſolet Duard. *in d. §.1. q. 12. num. 61.* nudum directum dominium ſterile eſt, cum rei fructus omnes ad Vaſallum, vel emphyteutam pertineant *l. 1.C.de iur. emphyt. l.2. C.de alluuion. & palud. l.7. & vlt. C.de omn. agr. deſer. & l.1.ff. ſi ager vectig. pet. & arg.l.7.ff.de vſuf.* illis verbis. *Quicunque reditus eſt, ad vſufructuarium pertinet*, & tradit Amed. à Pont. *de laudem. quæſt. 24. num. 3.* & Ioan. Cop. *de fructibus lib. 3. tit. 1. cap. 7. & 8.* & proinde tanquam impoſitus rei ſterili, & ab eo, qui ius percipiendi reditum non habet ex fructibus rei, cenſus conſiſtere non poteſt, quia deficit ius, quod in alium transferatur, vt tradit Frideric. Martin. *loc. cit.* & in ſpecie immerito reprehenſus à Cencio Auendan. *cap. 66. numero 7. & cap. 67. numero 2.* & Vgolin. *d. lib.de vſur. cap. 44. n. 8. & 9.* vbi hac ratione mouetur, quia dominus feudi, vel emphyteuſis non eſt dominus

17 fructuū. † Denique nemo ita fatuus eſt, vt ab eo, qui nudum directum dominium habet, cenſum emere velit. Etenim eſſet deſtitutus multis iuris remedijs, quæ domino cenſus dantur ad penſiones præteritas conſequendas aduerſus rei poſſeſſores, ſi in ſolutione eis mora facta ſit quæ remedia diligenter tractat ipſe Cencius *in 2.par. cap.2.quæſt. 5.* & ſecundum vlt. impreſſ. Taurini *quæſt. 97. & ſeqq.* Quamobrem cùm non ſoleat cenſus imponi ſuper rebus, quarum alius iuſto titulo omnes percipere poteſt, & quæ ab alio poſſidentur, hinc deducitur argumentum id iure non licere, vt in re ſimili argumentatus Cencius *in addit. par. 1. quæſt. 1. art. 1. nunc quæſt. 14. num. 2. & 3.* vel ſaltem ſuſpectum eſſe, tametſi non valde probem argumentum, quod ex non vſu deducitur, quia multa licita ſunt, quæ tamen in regionibus non frequentantur.

Nec obſtat quod Duardus ait *in d. quæſt. 11. num. 8. & in d. quæſt. 12. n. 61. & 62.* dominium proprietatis eſſe ius quoddam ex ſua natura fructiferum, quia hoc manifeſtè refellitur *ex d.l.9. ff.de vſufr.* quæ ait omnem rei reditum ad vſufructuarium pertinere; & ex *d. l. 3. §.2. eod tit. & l. 19. de vſufr.* quæ dicunt proprietatis nullum fructum intelligi poſſe. Quod verò ſubiicit ideò fructiferam dici poſſe, quia emphyteuta in recognitionem directi dominij ſoluit annuum canonem, vt etiam Vaſallus ſeruitiū, & præterea in alienationibus rerum feudaliū, & emphyteuticarum laudemia præſtari *l.3. C.de iur. emph.* primo id non conuenit nudæ proprietati, cuius vſumfructum alius habet, quo durante omnis reditus ad vſufructuarium pertinet, & proprietas inutilis eſt domino, vt continent *d.l.3.& d.l. 10. de vſufr.* Et tamen Duardus Cencium ſequitur non tantùm cùm agitur de re feudali, vel emphyteutica, ſed etiam cùm de re libera, cuius tamen vſusfructus ad alium pertinet, & proinde reſpectu domini fructifera dici non poteſt, & conſequenter non poteſt ius percipiendi reditum in alium transferre. Deinde ſi ponamus dominum feudi, vel emphyteuſis vltra directum dominium habere ius percipiendi ex rebus feudalibus, vel emphyteuticis ſeruitia, laudemia, canones, vel quid aliud, quod ad reditū ſpectet, id egreditur fines quæſtionis noſtræ. Non enim quæritur an dominus feudi, vel emphyteuſis poſſit ſuper iure laudemiorum, canonum, & ſeruitiorum cenſum imponere. † Hoc enim certiſſimum eſt, & docet idem Auendan. *c.66.n.7.& c.67.n.2.* ſcilicet pro modo, & ratione canonum, & aliorum iurium, quæ domino præſtari ſolent. Hæc enim iura rebus ipſis inhærent, & iure immobiliū cenſentur, vt diximus *q.46. n.7.* ſed quærimus, an dominus nudæ proprietatis, vel directi dominij poſſit ſuper proprietate, & directo dominio cenſum imponere, quamuis non poſſit fructus percipere, in quibus terminis hác quæſtionem tractat Cencius *loc.cit.* qui ſi intellexiſſet dominum feudi, vel emphyteuſis ratione canonū, vel ſeruitiorum, quæ ex re percipit, poſſe cenſum imponere, id facilè expreſſiſſet, nec opus erat ab Auendano; & alijs recedere. Nemo enim eſt, qui neget ſuper iuribus Laudemiorum, & canonum cenſum conſtitui poſſe, etiam poſt conſtitutionem Diui Pij, quia ſatis eſt, vt res, cui cenſus iniicitur, iure immobilium cenſeatur, vt tractatum eſt *d quæſt. 46.* Quin imò ipſe Duardus quæſtionem ita propoſuit; *an in re emphyteutica dominus directus cenſum imponere poſſit; atque ideo an in nuda rei proprietate cenſus validè conſtituatur.* Quòd ſi fingas dominum proprietatis alia iura ſibi in re retinuiſſe, iam non eſt nuda proprietas, cuius quod ad proprietatis nomen attinet, fructus nullus intelligi poteſt, vt ait I. C. *in d. l. 19. de vſur.* & res egreditur quæſtionis fines, vt dictum eſt, quod ſcriptores & præſertim iuris, quod ex facto oritur, maximè cauere debent. Statuamus igitur ex forma conſtitutionis Diui Pij V. ſuper nuda rei proprietate, & nudo rei directo dominio cenſum conſtitui non poſſe. 18 19

Planè ex his, quæ diximus dicendum videtur, quod domino nudæ proprietatis non licet, id vſuario, & vſufructuario licere, quia ius vtendi & fruendi habent, & proinde poſſe ius reditus in alium transferre. Et nihilominus quod attinet ad vſuarium, id ei non licere exploratum eſt, quia vſus rei nec pignori, nec hypothecæ dati poteſt, vt tradit Hugo Donell. *de pignor. tit. an. in omnib. reb. pignor. oblig. conſiſtit.* & Cuiac. *in obſeru. lib. 15. cap. 6.* quia inquit fructus eſt vel pignori dare licere *l. videamus 1. §. penult. & l. vlt. ff. de vſur.* & Vſuarius nudum vſum habet ſine fructu, & ad vſum quotidianum tantum re vti poteſt: & quod magis eſt, nec vlli alij hoc vendere, aut locare, aut gratis concedere, aut alio modo in alium transferre poteſt *Inſtit. de vſu, & habitat. in princ. & l. 10. §. ſi vſus ff. Comm. diuid. l. 11. ff. de vſu & habit.* & notat Petr. Gregor. *ſyntagm. iur. ciuil. lib. 4. c. 2. num. 4.* & Cuiac. *in l. 11. §. vſusfr. de pignor. ad Papinian.* Quare multo minus cenſum vendere poterit ſuper re, cuius vſum habet, vt in ſpecie tradit Felic. *in d. cap. 4. n. 6.* Auendan. *cap. 72. num. 1. & 3.* & Maſtrill. *ad Gregor. quæſt. 5. num. 93.* & hoc quidem nullam dubitationem habet. 20

Sed quia alia eſt conditio vſufructuarij, ſiquidem poteſt ius ſuum alteri vendere, aut locare, aut gratis concedere, vt ait Iuſtin. *in prin. d. tit. de vſu & vſuf.* & Theoph. *eod. loc.* & cōſtat 21

etiam *ex l.12. §.vſufructuarius.* quæ ait eum qui locat,vendit,
vel precario concedit,& donat,vti, & retinere vſumfructum
l.37. & l.45. ff.de vſufr. l.ſi is qui.§.vſusfructus. ff.de pignor.l.
*vlt.de vſur. l.44. ff.loc.*denique ad quoſcunque libuerit tranſ-
mittere, vt ait Harmenop. *lib. 2. tit.* 10. videtur ius annui
22 reditus in alium transferre poſſe. † Cùm enim omnis rei
fructus ad vſufructuarium pertineat *d l.7. & 9. ff.de vſufr.* &
Harmenop. *loc. cit.* dicendum eſt etiam ius percipiendi redi-
tum annuum ex illius rei fructibus vendere poſſe, & ſuper
re illa,& iure illo, cenſum conſtituere poſſe, quæ eſt ſenten-
tia Hoſtienſ.*in tit. de cenſib. §.quis imponere in pr.* Bened. Bon.
art.23.num.49. Auendan. *de cenſib. cap.71. n.3.* & Maſtrill. *in*
dec.92. num.14. lib.1. quos ſequitur Cencius *par.1. cap.2. q.3.*
art.3. nunc *quæſt.25. num.4.* Idem ſentiunt Felician. *d.cap.4.*
num.1. Milan. *dec.9. num.36. lib.2.* idem Maſtrill. *in addit.ad*
ad Gregor. quæſt. 5. num 92. & Marcellus Conuerſan. *ad In-*
trigliol. quæſt. 34. & qui poſt hæc vtcunque ſcripta prodiit
Duard. *in d. §.1. quæſt.24. num.4.* qui hanc ſententiam con-
firmat, quia ius vtendi, & fruendi inter immobilia cenſetur,
& eſt frugiferum, & proinde ſuper eo validè reditus conſti-
23 tui,& vendi poteſt.† Qui tamē reditus tandiu durabit,quan-
diu ius vtendi, & fruendi in perſona fructuarij conſiſtet,
quia vſusfructus morte vſufructuarij finitur, & in ſpecie Fe-
licianus, & iidem auctores notant *ex l.31. ff.de pignor. & l.*
Statius Florus. §.Cornelio Felici. ff.de iur. fiſc.. & Maſtrill. *in*
d.dec. 92. n.14. vbi refert ita in conſiſtorio Siciliæ conclu-
ſum fuiſſe. Et ita etiam explicat ſe Cencius *in d. q.25. n.10.*
& Duardus *in d.q.24.n.23.& 31.*vbi ait ita opiniones in hac
re pugnantes conciliari.

24 At hæc quidem viri doctiſſimi tradiderunt. Ego verò ali-
ter ſentio, cogórque iterum cum Cencio, & Duardo con-
tendere non altercandi animo, qui à me procul abeſt, ſed
ſtudio veritatis indagandæ. Et moueor quia quamuis ius
vſusfructus in re fructifera vt eſt ager,domus,vinea,ſylua res
ſit,ea qua vtilitas capitur, & poſſit hæc vtilitas titulo em-
ptionis, vel donationis in alium tranferri ad vitam vſufru-
ctuarij:denique vſufructuarius dominus ſit illius iuris vten-
di, & fruendi, vt dicebat Cencius *loc. cit. n.6.* & ius hoc
frugiferum dici poſſit,vt dicit Duardus *in d.q.24.n.6.*non ta-
men ſequitur ſuper iure iſto cenſum conſtitui poſſe, quia
hoc ius nec immobile eſt, nec pro re immobili habetur, &
proinde ſuper eo cenſus conſtitui non poteſt qui non niſi ſu-
per re immobili, vel quæ pro immobili habeatur, validè
conſtituitur, vt à Diuo Pio ſancitum eſt, & ipſi Cencius &
Duardus docent.

25 Et licet Auendan. *loc.cit.*id præſentiens vſumfructum pro
re immobili habendum eſſe tradat,quia pendet à ſolo,& ſolo
cohæret, vt dicimus de iure paſcendi, & piſcandi,& de iuri-
bus vectigalium,& id genus aliis ſolo cohærentibus,quæ pro
immobilibus habentur, vt etiam ex eodem auctore ſcribit
Duard.*loc.cit.* nō eſt tamen eadem ratio vſusfructus & iurium
huiuſmodi,ſiquidem hæc iura vere realia ſunt, & rebus ipſis
inhærent,& ad hæredes, ſeu in hæredes ſeu ſucceſſores tran-
ſeunt,& ſunt iura rerum non perſonarum,& proinde in feu-
dum dari poſſunt,vt docēt Boicolt.*de feud.c.6.n.17.*Roſental.
eod.tract. cap.4.concluſ.2. n.1. & Aluyſ. *de ſeptim. ad conſtitut.*
Nicolai V. *n.27.* & cenſentur iure immobilium, & conſe-
quenter receptum eſt ſuper illis validè cenſum conſtitui poſ-
ſe, vt tractatum eſt *quæſt.46.* & tradit ipſe Duard. *§.1. quæſt.*
26 *30. n.1.& 2.* † Sed vſusfructus etiam rei immobilis ſeruitus
perſonalis eſt *l. 1. ff.de ſeruit.* & in iure non in parte rei con-
ſiſtit, vt eleganter loquitur Papinianus *in l.66. §.funde. ff.de*
leg.2. & ita perſonale eſt, vt in alium transferri, & extra-
neo cedi non poſſit. *§.finitur. inſtit. de vſufr. l. ſi vſusfructus.*
ff.de iur. dot. lib.15. ff.famil. hereiſc. Felician. *in d. cap.4. n.4.*
& ab vſufructuarij perſona auelli non poteſt, vt Cuiacius
ait *in d. §.vſusfructus. ad Papin.* Præſes Bellon. *de iur. accreſc.*
cap.7. quæſt 62. num.1. & quæſt.67. n.5. & cum reliquis ſerui-
tutibus perſonalibus morte vſufructuarij finitur,& extingui-
tur *l.non ſolum. §.tale. ff.de libert. leg.l.3. §.2. ff.de vſufr. Inſtit.*
de vſufr. in fin. Paulus *lib.3.tit.6* & Ioann.Sichard. *ad tit.Cod.*
de iur. emphyteut. n.50. rectè ſubiiciens ius vſusfructus eſſe
fragile,& temporarium, vnde verius eſt vſumfructum etiam
rei immobilis inter immobilia, & ea quæ pro immobilibus

reputantur, referri non debere. Alioquin & in feudum, &
in emphyteuſim vſusfructus rei ſtabilis ab vſufructuario
concedi poſſet, quod nemo hactenus dixit. Et proinde in
terminis conſtitutionis Diui Pij & vbi recepta eſt,puto cen-
ſum ſuper vſufructu inutiliter, & illicitè collocari, vt ſenſit
Vgolin. *in d lib.de vſur.cap.44. n.15.* vbi ait hoc caſu vſuram
committi.

Nec obſtat auctoritas Milanenſis, & aliorum, quia DD. 27
Siculi nituntur maximè conſtitutione D. Nicolai V. quæ in
regno Siciliæ obtinet,& qua conceſſum eſt Siculis cenſus in-
ter ſe contrahere *ſuper rebus, & proprietatibus ſuis, & faculta-*
tibus, & emolumentis earumdem, per quæ verba inquiunt non
eſſe reſtrictam ſubiugationem, ad bona ſtabilia, & proprie-
tates tantùm, ſed extendi etiam ad reditus, emolumenta, &
iura quæcunque, & proinde ſuper iure vſusfructus cenſum
validè conſtitui,ſententea ni fallor ex præſcripto Bullæ Diui
Pij, quam explicat Duardus,aliud eſſe decidendum, vt puto
ſenſiſſe Maſtrill. ad Gregor. *in d.quæſt.6.n.101.& 102.*quibus
in locis apertè declarat ſe id intelligere in terminis bullæ
Nicolai V. & limitat non habere locum, ſi cenſus fuiſſet
conſtitutus ſolùm ſuper iure vſusfructus,vel alio ſimili,qui a
inquit talis cenſus eſſet contra formam bullæ, cùm & ſuper
re immobili,& ſua natura fructifera imponi debeat, vt aper-
tiſſimè conſtitutione Diui Pij ſancitum eſt.Quod valdè con-
firmat noſtram ſententiam, cenſum ſcilicet ſuper vſufructu
conſtitui non poſſe.

Et multò minus poterit vſufructuarius ſuper ipſa proprie- 28
tate cenſum conſtituere inuito domino,quia nec eam hypo-
thecæ opponere poteſt *in l ſi rem.& l.rem alienam.ff de pignor.*
act.l.qua prædium.& l.vlt.C.ſi res alien.pign.dat.ſit. nec illi ſer-
uitutem imponere,cùm dominus non ſit *l.1.ff.Comm.prædior.*
ideóque nec cenſualem facere, quia cenſus non minus quàm
ſeruitus onus reale eſt,quod rebus imponere domino tantùm
conceſſum eſt.Denique quia receptum eſt neminem ſuper re
alterius eo inuito cenſum conſtituere poſſe, vt tradunt Na-
uarr.Molin. & alij apud eund. Cenc. *quæſt.14. n.6.* vbi ait ſi
de facto imponatur, impoſitionem tanquam ſine fundo irri-
tam eſſe, & rurſus *in d quæſt.25. n.2.* quibus conſentiunt Pe-
trus de Gregor. *ad pragmat. de cenſib. quæſt 5.n.8.* & Maſtrill.
ad eund.n.163. & Aloyſ. *de ſept ad eand.pragm. n.105.*Quam-
obrem etiam ij, qui putant cenſum ſuper vſufructu, & iure
vſusfructus conſtitui poſſe, rectè docent ſuper ipſa proprie-
tate ab vſufructuario imponi non poſſe, vt Felician. *in d c.4.*
n.9. & Auendan. *cap.60. num.6.* & Conuerſan. *loc. cit.*Quod
etiam ſentiunt Vgolin. *de vſur. cap.44. n.15.* Mareſcott. *in d.*
cap.10.n.16. & videtur ſentire Roderic. *de ann. redit.lib.1.cap.*
17. n.63. & ipſe Duard. *quæſt. 18. n.53.* Ex quibus conſtat
vſufructuarium neque ſuper re, neque ſuper iure vſusfructus
cenſum conſtituere poſſe.

Nec eſt contrarium, quod ait Cencius *in d. q.25.* vſufru-
ctuarium reſpectu iuris vtendi,& fruendi quod habet, rectè 29
dominum dici poſſe ex gloſ. *in verbo continetur. Inſtit.de hære-*
dib. inſtit. & aliis citatis à Caualcan. *in lib. de vſufr.n.3.* quod
confirmari potuit valdè ex *l.4. ff. de vſufr.* vbi Paulus ait in
multis caſibus vſumfructum eſſe partem dominij,quia vſus-
fructus, vt vſusfructus eſt, id eſt proprius, & formalis vſus-
fructus,de quo loquimur, vere eſt ius ſeruitutis quod quis in
re aliena habet, non pars rei, vel proprietatis, vt conſtat ex
multis iuris locis,& præſertim *ex d.l.66.de leg.1.l.25.de verb.*
*ſignif.& l.23.ff.de vſufr.*vbi Papinianus clarè oſtendit portio-
nem vſusfructus diſtare à portione fundi vel dominij. & por-
tionem vſusfructus non accreſcere portioni fundi,ſed perſo-
næ, vt etiam definitum eſt *in l.1.ff de vſufr.accreſc.*

Denique id probatur manifeſtè ex definitione vſusfructus,
vt ſit ſcilicet ius vtendi, & fruendi alienis rebus ſaluâ ea-
rum ſubſtantia *l.1. ff de vſufr.* Vveſemb. *ad hunc tit. num. 5.*
vbi ait vſumfructum eſſe ius ſeparatum à proprietate ſine
dominio rei, & vt ſit vſusfructus oportere res alienas eſſe,
quia quæ noſtræ ſunt,nobis ſeruire non poſſunt,ſed illis vti-
mur iure dominij,nō ſeruitutis *l.5.ff.ſi vſufr. pet.l.21.§.ſi fun-*
dum.de except.rei iudic. & l.in re mandata.C.mandat. † Et quod 30
Paul. ait *in d.l.4.*vſumfructum in aliquibus caſibus eſſe par-
tem dominij,accipi oportet,vt ſit inſtar dominij & obtineat
effectum, & partem dominij, non autem quaſi vſusfructus
reuera

Digitized by Google

teneta ſit pars dominij, & rei, vt rectè explicant Alciat. *in d. l.25. de verb. ſignif.* Cuiac. *in d. l.* 4. & Anton. Faber. *coniect. lib.* 15. *c.* 8. vnde ipſe Auendan. *cap.* 87. *num.* 7. fatetur eſſe quamplurimas leges, quibus euidenter probatur vſufructuarium non eſſe dominum. Inter quas *d. l.* 25. *de verb. ſignif.* apertè ait vſumfructum non eſſe dominij partem, ſed ſeruitutis, & hoc loco Rebuffus ſubiicit nec partem integralem
31 dici poſſe. † Et fateor quidem vſufructuarium eſſe dominum vſusfructus, vt ait Cenc. *in d. quæſt.* 25. *n.* 6. idipſum enim docuit Bartol. *in l. in venditione ff. de bon. auctor. indic. poſſid.* Rebuff. *in d. l.* 25. *verſic. item vſusfructus* Caualcan *loc. cit.* & Ioann. Caſtill. *cap.* 32. *num.* 16. & dicitur etiam proprietas vſusfructus in *l. iubemus §. pen. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ſed nego ſuper hoc iure ad formam conſtitutionis D. Pij V. cenſum collocari poſſe, quia hoc ius, veluti ius ſeruitutis perſonalis perſonale eſt, & ſuper iuribus perſonalibus cenſum conſtituere ex forma dictæ conſtitutionis illicitũ eſt. Quamuis enim vſusfructus ſit ius in corpore, non tamen eſt onus cohærens rei, vt ſunt iura vectigaliũ, & annuorum redituum, quæ realia ſunt, & rebus debentur non perſonis, & proinde diſſimilia ſunt, ex quibus non rectè infertur *l. ſi ita ff. de manumiſſ. teſtam.* Ex quibus dicendum vſufructuarium nec ſuper re, quæ aliena eſt, nec ſuper iure vſusfructus, quod perſonale eſt, cenſum conſtituere poſſe: ſed tantùm ad eius vitam fructus rei, vel eorum partem vendere, locare, vel gratis concedere, vel quantitatem annuam ex fructibus rei redigendam, quandiù vixerit, quod eſſet cenſum vitalitium vendere ad vitam vſufructuarij, ſed à noſtra quæſtione alienum: & in hoc ſenſu recipi poteſt Duardi ſententia: & quicquid ſit, cum hoc genus cenſus in vſu non ſit, exiſtimo tutius eſſe ab eo abſtinere, dominum quidem, quia non habet vſumfructum, vſufructuarium quia non habet proprietatem, & vtrumque ne incidant in conſtitutionem Pij V.

32 Et quod magis eſt, ſi vſufructuarius rem meliorem fecerit, & cenſum impoſuerit, cenſus veluti ſine fundo irritus eſt, & ne quidem ſuper melioramentis ſuſtineri poteſt, quia cùm hæc melioramenta cedant ſolo *l. adeo §. vlt. ff. de acq. rer. domin. l.* 21. *ff. de pignor. act.* & diximus *quæſt.* 13. *num.* 16. non poteſt vſufructuarius ſuper ipſa re, quæ aliena eſt, vt dictum eſt *numer.* 28. neque ſuper melioramentis, quæ etiam ad dominum pertinent, cenſum imponere, vt cenſuit Rota *in d. dec.* 541. *n.* 6. quam probat, & refert Cencius *in addit. d. q.* 25. *ſub n.* 16. Et placet hìc ad confirmationem eorum, quæ diximus, recenſere rationes, quibus Rota cenſuit cenſum ne quidem ſuper melioramentis ſuſtineri. Nam inquit, poſito, quod vſufructuarius non ſit dominus melioramentorum, ſed tantùm creditor expenſarum, ſequũtur duæ concluſiones pro nullitate cenſus. Prima eſt, quòd ſuper re aliena cenſus imponi non poteſt, quia eſſet ſine fundo contra formam conſtitutionis ſanctiſſ. mem. Pij V. vt alijs citatis tradit Cenc. *d. quæſt.* 14. *n.* 6. & Duard. *in §.* 1. *qu.* 5. *n.* 2. *& ſeq. & quæſt.* 18. *num.* 53. quibus conſentiunt Mareſcot. & alij, quos attuli *num.* 26. qua exceptione tertij poſſeſſores vti poſſunt, vt docet Petrus de Gregor. *de cenſib. quæſt.* 5. *num.* 12. & Maſtill. *in addit. num.* 163. & alij auctores Siculi relati *in d. dec.* 541. *num* 8. & probari poteſt ex *l.* 20. *C. de vſur. l.* 15. *C. de*
33 *non numer. pecun. & l.* 7. *§. rei autem, ff. de exception.* † Altera eſt, quòd ſuper credito in terminis d. conſtitutionis non poteſt imponi cenſus, cum & ſuper iuribus incorporalibus, & actionibus: tam ad res mobiles, quàm immobiles competentibus cenſus conſtitui non poſſit, vt tradit Rebel. *de oblig. iuſt. l.* 10. *qu.* 6. *num.* 4. *verſ. non poterit tamen.* Eugen. *conſ.* 100. *n.* 39. Cencius *par.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 1. *art.* 5. *nunc quæſt.* 33. *num.* 4. *& ſeqq.* Maſtrill. ad Gregor. *in d. quæſt.* 5. *num.* 105. vbi negat validum eſſe cenſum conſtitutum ſuper iuribus, quia non veniunt appellatione immobilium, nec per ſe fructus referre poſſunt, & ex conſtitutione D. Pij cenſus non niſi in re immobili, & fructifera conſtitui poteſt ex Auendan. *cap.* 16. *n.* 15. & Duard. *in d. §.* 1. *quæſt.* 32. *num.* 3. *&* 4. vbi ait, licet ſecundùm aliquos actiones huiuſmodi inter bona immobilia connumerentur, nihilominus ſtabiles non eſſe, nec de ſui natura fructiferas. Ex quibus rectiſſimè *Rota num.* 10. infert nullitatem dicti cenſus, cùm enim vſufructuarius tantum creditor eſſet ſumptuum, cenſum neque ſuper illo credito, neque ſuper proprietate ſiue rei, ſiue melioramentorum, quæ aliena eſt,
conſtituere non potuit. † Et licet Cencius, qui eodem loco 34
ſcripſerat vſufructuarium, ſuper vſufructu poſſe conſtituere cenſum duraturum, quandiu durabit vſusfructus, vt notatum eſt *num.* 23. Hanc Rotæ deciſionem eodem modo interpretari videatur, vt ſcilicet cenſus ab vſufructuario impoſitus poſt finitum vſumfructũ ſuſtineri non poſſit, rationes tamen, quibus Rota vtitur, & quas proximè recenſui oſtendunt euidenter cenſum etiam ab initio nullum, & inualidum eſſe. Cùm enim in ſpecie *d. dec.* vſufructuarius nunquam fuerit dominus rei, neque melioramentorum, ſed creditor duntaxat impenſarum, vt dictum eſt, & ſcribit ipſe Cencius *eod. loc.* conſequens eſt cenſum ſemper fuiſſe ſine fundo; & conſequenter etiam ab initio nullum, & illicitum eſſe, nemo enim rei alienæ ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum onus aliquod iniicere poteſt, vt ſatis demonſtratum eſt in re ſimili infrà *n.* 36.

His proxima eſt quæſtio, an Clericus ſeu rector ſuper præ- 35
dijs ſui beneficij cenſum conſtituere poſſit. In qua non illud quæritur, an rector id ſuæ Eccleſiæ neceſſitate exigente, & adhibitis ſolẽnitatibus ſuper Eccleſiæ rebus cenſum imponere poſſit: id enim perſpicuum eſt. Nam & hoc caſu legitimis ſeruatis ſolemnitatibus res ipſæ alienari, & vendi poſſunt, vt tractat Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 7. quibus neglectis, vt alienatio irrita eſt *c.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien. lib.* 6. ita etiam conſtitutio cenſus, vt rectè notant Redoan. *eod. tract. q.* 17. *n.* 30. *&* 31. Felician. *de cenſib. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 7. *in fin.* & multis Rotæ deciſionibus, vt ſolet, confirmat Cencius *quæſt.* 24. *n.* 3. & Mareſc. *variar. reſol. l.* 3. 10. *n.* 38. vbi ait hanc communem eſſe ſententiam.

Sed quæritur an ij, quibus beneficia collata ſunt, ſiue cle- 36
ricus, ſiue rector, ſiue Prælatus poſſint in rem ſuam, & nomine proprio ſuper prædio ſuæ Eccleſiæ cenſum imponere. Et exploratum eſt id eis non licere. Nam nec res Eccleſiæ vendere, permutare, donare, vel in emphyteuſim aut in pignus dare poſſunt, non tantùm iure pontificio, quòd certiſſimum eſt, ſed etiam iure ciuili, vt conſtat ex *l.* 14. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* in qua pia illa, & aurea verba leguntur, *vt ſicut ipſa Eccleſia religionis, & fidei mater perpetua eſt, ita eius patrimonium ingiter ſeruetur illæſum. & Nouel.* 7. *cap.* 1. *& c.* 5. *de reb. Eccleſ. alienan vel non.* quod ad verbum deſumptum eſt *ex d. nouell.* 7. vt obſeruat Cuiac. *in d. c.* 5. & conſequenter nec illis fas eſt ſuper rebus Eccleſiæ cenſum conſtituere, vt ijdem auctores docent, & Virgin. de Boccat. *par* 2. *n.* 75. Azor. *lib.* 10. *c.* 7. *q.* 5. Bonacin. *d. punct. vn. num.* 21. Vgolin. *de vſur. cap.* 44. *n.* 3. Molfeſ. *in d. cap.* 6. *num.* 61. & Cencius *in d. quæſt.* 24. *n.* 1. *&* 3. Cenſus enim vt dixi ſæpiſſimè, eſt onus reale, quod rei affigere non poteſt, qui dominus non eſt *l.* 1. *ff. commun. præd. l. rem alien. ff. de pignor. act. l. vlt. C. ſi res alien. pign. dat. ſit.* Qua ratione diximus vſufructuarium, cui ſimilis, quod ad bona attinet, rector, vel Prælatus eſſe videtur, cenſum ſuper re cuius vſumfructum habet, conſtituere non poſſe.

Ex quibus non placet, quod ſubiicit Cencius *loc. cit.* ex 37
Follerio Redoano, & Feliciano *vbi ſupra*, non valere quidem cenſum in præiudicium Eccleſiæ, ſed in præiudicium venditoris ſuſtineri, ſcilicet duraturum ius vita durante, quod etiam ait ſenſiſſe Auend. *cap.* 77. *n.* 3. *&* 4. & poſt Cencium ſenſit Duard. *in d. §.* 1. *quæſt.* 22. *num.* 36. *&* 37. *& quæſt.* 23. *n.* 10. quia cùm nemo poſſit rem alienam obligare, vel alio onere reali afficere, vt dictum eſt, & oſtendi poteſt ex multis iuris locis, & præſertim ex *d. l. vlt. C. ſi res alien. pign. dat. ſit* quæ ait *vllum præiudicium poſſeſſioni alienæ inuito, vel inſcio domino imponi non poſſe*, & comperi deinde docere ipſum Cencium *q.* 23. *num.* 8. *&* 9. conſequens eſt ne quidem per momentum temporis hoc onus rebus Eccleſiæ imponi poſſe, & conſequenter cenſum veluti ſine fundo ne momento quidem temporis conſiſtere. Ratio enim, quæ facit, vt non poſſit rem perpetuo oneri ſubiicere, eadem facit, vt id nec per modicum tempus facere poſſit. Vnde nihil mouet, quod ſubiicit Cencius, non eſſe inconueniens, vt in contractu cenſus perſona clerici obligetur, dummodo non conſtituatur ſuper ſola clerici perſona, vt etiam dixit *q.* 34. *n.* 24. quia cùm non poſſit clericus, vel Prælatus rem Eccleſiæ obligare, vel ad modicum tempus, quia dominus non eſt, vt dixi, neceſſariò ſequitur cenſum ſola obligatione perſonali iniuiti, & conſequenter ex eodẽ Cencio

non ſubſiſtere. Vt etiam nihil facit quod addit cenſum eo caſu ſaltem deberi ratione eius quod intereſt ſecundùm ea quæ docuit *quaſt.* 19. *n.* 41. quia hîc non quæritur, an clericus, qui decepit emptorem teneatur ad id quod intereſt, ſed an poſſit cenſum rebus Eccleſiæ imponere duraturum quandiù viuet, quod ego nego, & ratio Cencij probat manifeſtè non valere, quia ſi ex eo quod impoſuit cenſum ſuper prædio Eccleſiæ tenetur ad intereſſe, conſequens eſt cenſum initio nullum, & irritum eſſe ex his, quæ ipſemet Cencius tradit in *addit. d. q.* 19. *n.* 39. & verum eſt quod initio dixi Cencium
38 interdum malè cohærentia dicere † Niſi dicamus Cencij, & aliorum ſententiam accipiendam eſſe cum temperamento Duardi in *d. q.* 23. *n.* 15. *in fin. & n.* 18. *&* 19. omitum de cenſu vitalitio, id eſt, quia in hac ſpecie cenſus vitalitius contrahatur ad vitam rectoris ſuper iure percipiendi fructus ex rebus Eccleſiæ. Sed hoc egreditur terminos quæſtionis à Cencio, & Duardo propoſitæ. Nec enim cenſus vitalitius contrahi intelligitur, niſi inter contrahentes expreſsè conueniat, ad cuius vitam emptoris, vel venditoris, vel alterius cenſus inſtituatur. Proinde diuerſa ſunt quærere, an rector ſuper re, vel fructibus beneficij poſſit cenſum conſtituere, vt à Cencio, & Duardo quæſtio propoſita eſt: & an poſſit ad vitã ceoſum vendere ſuper rebus, vel fructibus ſui beneficij: hoc enim diuerſum eſt, & ad aliud contractus genus pertinet. Vnde nec hac ratione defendi poteſt eorum ſententia qui putant rectorem ſuper rebus ſui beneficij cenſum inſtituere poſſe duraturũ eius vita durante, quia cùm id contrahentes non exprimunt, non eſt noſtrûm dicere ita contrahere voluiſſe, & præſertim emptorem, qui in cenſu vitalitio ſtatim amittit pretium, & nullo vnquam tempore illud redhibere poteſt, vt diximus *d. q.* 49. *n.* 7. & in ſpecie Duard. *in d. q.* 23. *n.* 19. cui periculo non intelligitur ſe exponere voluiſſe, niſi ita nominatim conuentum ſit *arg. l.* 1. *&* 5. *ff. de naut. fœnor. & l. vlt. C. eod.* denique quia reditus vitalitij grauiores eſſe ſolent.

39 Nunc quærendum eſt de marito, cuius quidem alia ratio eſſe videtur, quia cùm dominus ſit rerum dotalium ex *l.* 9. *C. de rei vind. Inſt. de his quib. alien. lic. vel non in princ.* & latè diſſerit Barboſ. *in l.* 62. *n.* 1. *& ſeqq. ff. ſol. matrim.* & fructus ad eum pertineant *l.* 7. *in princ.* vbi dicitur id æquum eſſe *l.* 10. *§.* 3. *& l.* 32. *ff. de iur. dot. l. ſi fundus ff. ſolut. Matrim.* videtur dicendum ſuper rebus dotalibus cenſum conſtituere poſſe conſtãte matrimonio duraturum, quæ eſt ſententia Redoani *in d. q.* 17. *n.* 10. Follet. *de contract. cenſuar. in verbo huiuſmodi n.* 22. Franc. de Cald. *de iur. emphyt. l.* 4. *c.* 5 *n.* 26. Auendan. *de cenſib. cap.* 79. *n.* 7. *in fin.* Maſtrill. *ad Greg. q.* 5. *n.* 109. & Duard *in d. §.* 1 *q.* 15. *n.* 29. *&* 30. Hîc enim non ſolum concurrit ius percipiendi fructus, ſed etiam ratio dominij, quæ in vſufructuario, & clerico ceſſare videbatur.

40 Sed contraria ſententia eſt Virginij de Boccat. *par.* 2. *n.* 77. Azor. *d. cap.* 7. *q.* 6. Bonacin. *d. punct. vn. n.* 10. Feliciani *l.* 2. *c.* 3. *n.* 13. *verſ. ſin vero res.* Quos ſequitur Cencius *qu.* 18. *in fin.* tametſi *num.* 10. ſcribat maritum non poſſe cenſum perpetuum conſtituere Sed vltra prædictos abſolutè cenſum ſuper rebus dotalibus imponere non poſſe ſentiunt Vgolin. *de vſur. cap.* 44. *n.* 6. & Mateſc. *in d. cap.* 10. *n.* 27. quibus ego conſentio. Quia licet maritus loco domini ſit, & dominium rerum dotalium habere videatur ex *d. l.* 9. *C. de rei vend.* & alijs & fructus earum ad eum pertineant propter onera matrimonij *d. l.* 7. *ff. de iur. dot.* receptum tamen eſt fundum dotalem alienare non poſſe *ex l.* 4. *& l. dotale præd. ff. de fund. dot. l.* 1. *C. eod.* neque illum pignori, vel hypothecæ dare *d. l.* 4. *& Inſtit. in princ. quib. alien. lic. & l. vn. §. & cum lex C. de rei vxor. act.* Harmenop. *lib.* 4. *tit.* 9. ideo non poterit maritus cenſum, vel aliud onus reale fundo dotali inijcere etiam conſtante matrimonio *arg. l. vlt. C. de reb. alien. non alien.* quem textũ optimum, & celeberrimum dixit Felic. *loc. cit.* notans Iuſtinian. *in d. l. vlt.* ſanciuiſſe alienatione prohibita prohibitã etiam eſſe vſufructus dationem, hypothecam, ſeruitutem, vel alterius iuris impoſitionem. Et proinde quemadmodum alienatio fundi dotalis, illiuſque obligatio à marito facta etiam conſtante matrimonio inutilis eſt *d. l.* 4. *ff. de fund. dot.* & alijs cit inutilis quoque erit cenſus conſtitutio. Denique vt non poteſt maritus etiam conſtante matrimonio rei dotali ſeruitutẽ imponere. *l. Iulian.* 5. *eod. tit.* ita nec aliud onus reale imponere dicendum eſt. Quæ pro hac ſententia ferè adferunt Felic. *loc. cit.* & Mateſc. *in d. q.* 10. *n.* 17. *&* 18. quem ſuſpicor ex Feliciano profeciſſe.

Neq; mouere debet traditio Salic. *in l.* 3. *C. de ſeruit. & ibi* 41
Anton. de Padill. *n.* 18. Sichard. *n.* 4. & Maſtrill. *loc. cit.* & Duard. *in d. q.* 15. *n.* 32. exiſtimantium Vlpiani reſponſum in *d. l.* 5. accipiendum eſſe, vt non valeat ſeruitutis conſtitutio in re dotali in perpetuum, ſecus quandiu ſtat matrimonium, & maritus dote perfruitur, quia verius eſt id etiam de tempore matrimonij admittendum eſſe. vt enim non poteſt maritus etiam pro tempore, quo conſtat matrimonium, rem dotalem alienare, vel oppignorare *d. l.* 4. *de fund. dot. Inſtit. quib. alien. lic. in princ.* & Harmenup. *loc. cit.* ita nec ſeruitutem imponere poſſe, vt dixi ex *d. l. vlt C. de reb. alien. non alien.* & ſenſit Bald. *in d. l.* 3. *Fulgoſ. in d. l. Iulianus.* Barthol. Cæpoll *de ſeruit. v. h. præd c.* 14. *n.* 10. Mateſc. *loc. cit.* & Felician. *in d. c.* 3. *num.* 13. vbi ait interpretationem Saliceti vim maximam Vlpiani verbis inferre. † Et cùm adhuc hærerem propter Saliceti auctoritatem, 42
mihi omnem dubitationem ademit alius eiuſdem Vlpiani locus *in l.* 3. *§. nec vſusfructus ff. de reb. eor. qui ſub. tut.* vbi poſtquam dixit orationem Seueri de rebus eorum, qui ſub tutela ſunt ſine decreto non alienandis, vel ſupponendis, pertinere etiam ad vſum, & vſumfructum, quãuis oratio nihil de vſufructu loquatur, ſed tantùm de prædijs ruſticis, & ſuburbanis tradit idem dici poſſe de ſeruitute, illam ſcilicet fundi pupillĩ vel adoleſcentis neque imponi, neque remitti poſſe, & deinde ſubiicit hæc verba *quod & in fundo dotali placuit.* Proinde quod Vlpian. ait in *d. l.* 5 *de fund. dot.* neque ſeruitutes fundo debitas poſſe maritum amittere, neque ei alias imponere repetit preſſius in *d. l.* 3. *§. nec vſusfructus de reb. eor.* illis verbis; *Quod eſt in fundo dotali placuit.* Quare cùm Vlpianus ſcribit, quod ad ſeruitutes imponendas, vel remittendas attinet, idem ius eſſe fundi pupillaris, & dotalis, & certum ſit tutorẽ durante tutela prædio pupilli ſeruitutem imponere non poſſe, idque procul dubio Vlpianum *in d. l.* 5. idem in fundo dotali ſenſiſſe dicendum eſt, vt ſcilicet non poſſit maritus fundo dotali conſtante matrimonio ſeruitutem imponere, neque fundo debitam amittere.

Et addi poteſt pro noſtra ſententia, quamuis maritus do- 43
minus rerum dotalium videatur, non deſinere tamen eſſe mulieris, & in illius dominio *l. quamuis ff. de iur. dot & l. in reb. C. eod.* & alijs, quas adfert Caſtill. *d. tr. de vſufr. c.* 4. *n.* 30. *&* 36. & quicquid Barboſa & alij tentent, aſſentior Harmenopulo, qui in *d. lib* 4. *tit.* 9. ſic ait. *Quamuis in poteſtate & bonis mariti dos ſit, mulieris tamen eſt*, vel dominium vxoris eſſe proprium & verum, mariti verò imaginariũ, vt dicunt Coraſ. & alij apud Menoch. *de arbitr. caſ.* 39 *n.* 19. & iuris ciuilis tantum, vxoris verò iuris gentiũ, vt Cuiac. *in Nouel.* 61. *in princ & obſeru. l.* 10. *c.* 32. deniq; dominium vxoris eſſe verum, & proprium dominium, mariti verò honorarium, & poteſtatis magis, quàm proprietatis, vt Caſtil. *loc. cit.* vnde nihil mirum ſi ei non licet fundum dotalem veluti rem verè alienam oneribus & cenſibus ſubiicere.

Neque puto hoc genus cenſus conſtante matrimonio tan- 44
quam cenſum vitalitium ſuſtineri poſſe, vt tentat Duard. *loc. cit. n.* 14. vbi ait conſtitutionibus diuorum Pontificum Martini, & Calixti, & Gregorij XIII. imò nec Pij V. cenſus vitalitios, qualem inquit eſſe cenſum de quo agitur, prohibitos eſſe, & proinde in ijs etiam locis vbi conſtitutio Diui Pij recepta eſt, admittendum eſſe Hoc enim mihi ſatisfacere non poteſt, tum quia frequenter euenit, vt matrimonium morte mulieris diſſoluatur, quo caſu certum eſt cenſum ad vitam mariti ſuper fundo dotali durare non poſſe, quia ſtatim hæredibus mulieris reſtituendus eſt *d. l.* 1. *§. cum autem C. de rei vxor. act. & l. cum quærebatur de verb. ſignif.* imò etiã conſtante matrimonio repetitioni dotis locus eſſe poteſt vt ſi vir vergat ad inopiam *l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim l. vbi adhuc C. de iur. dot.* Coſta *de remed. ſubſidiar. cap.* 1. *numero* 1. *& ſeq.* vt etiam ſi mulier ob ſæuitiam viri, vel aliam iuſtam cauſam diuertere cogatur *leg. cum mulier ff. de iur dot. leg.* 5 *& leg. diuortio. ff. ſolut. matrim. & d. leg. cum quærebatur*, in qua Paulus refert Titum Imperatorem pronunciaſſe ſiue diuortio, ſiue morte matrimonium ſolueretur, nullo caſu apud maritum dotem permanere: in quibus caſibus apparet cenſum quatenus ſubſiſteret, etiam in vita mariti corruere oportere ex

l. 31.

Digitized by Google

l.31. de pignor. & aliis huiuſmodi. Atque etiam quia ratio Duardi tantùm obtinere poſſet,quando contrahentes exprimunt ſe cenſum vitalitium emere,& vendere, quo caſu inutile eſt quærere, an maritus rebus dotalibus cenſum imponere poſſit, quia in ſola obligatione perſonali conſiſtere poteſt ſecundum opinionem Rotæ in d.dec.514.n.4.quam ſequitur ipſe Duard.in q.vlt.proæm.n.77. ſed id contrahentes voluiſſe, & intendiſſe in terminis quæſtionis propoſitæ depre-
45 hendi non poteſt, vt dictum eſt. † Denique quia repugnant quæ idem Duard.docet eod.loc.n.33.& 35.Ait enim ſi emptor ignorans rem eſſe dotalem cenſum emerit,poſſe à contractu diſcedere,& agere ad intereſſe, in quo procul dubio pretium continetur l.1.ff.de act.empt.& docet ipſe Duard.q.10.n.9. & in ead.q.15.n.45. quod cenſui vitalitio omninò repugnat, vt diximus quæſt.43.n.7. idémque Duard. in d.quæſt.vlt. n.79.& in d. q.23. n.19. Vt etiam repugnat, quod ex contrario ait, ſi emptor ſciuerit, rem dotalem eſſe, impoſitionem valere pro tempore matrimonj: & hoc caſu vel capitale extingui, vel aliud corpus ſupponendum eſſe, quia ſi hic cenſus vitalitius eſt, vt Duardus putat n.34. ſanè eius duratio non pendet ex matrimonio, ſed ex vita mariti, vel alterius, quo defuncto cenſus extinguitur, & proinde aliud corpus ſupponendum non eſt: vel ſi aliud conuentum eſt,contractus eſt vſurarius, & conſequenter non valet ab initio, vel non eſt contractus vitalitius. Ex quibus perſpicuum eſt nec hac ratione contrariam ſententiam defendi poſſe.

46 Sanè aliud dicendum eſt in prædiis æſtimatis ea æſtimatione, quæ facit emptionem,quia ſuper illis maritus cenſum perpetuum redimibilem conſtituere poteſt. Nam & rei verè dominus eſt, & iure gentium nimirum titulo emptionis, quæ iuris gentium eſt l.5.ff.de iuſt.& iur. l.1. in fin.de contrah. empt. & omnium gentium, vt ait l.1.ff.loc. & rem ipſam vendere, & alienare poteſt l.quoties C. de iur. dot.l.æſtimatis.ſolut. Matrim. Couarr. practic. cap.28. num.1. Surd. dec.99.num.9. vnde meritò receptum eſt iis rebus maritum cenſum perpetuum imponere poſſe, vt in ſpecie ſentiunt Felician. in d. cap.3.num.13. Maſtrill. ad Gregor. quæſt.5. n.106. Marcſc. loc. cit. num.19. Cenc. in d.quæſt.18. num.9. & Duard. in d.q.15. num.37. & 42. vbi rectè notat prædia huiuſmodi in cenſum
47 reſeruatiuum concedere poſſe. † Sed quod ait eod.loc. num. 43. ſi emptor probabiliter ignorauerit rem eſſe dotalem quamuis æſtimatam,& propriam mariti, quia nihilominus manet obligata mulieri pro dotibus d.l.in reb.C.de iur. dot.& proinde cenſus eſſet impoſitus ſupra rem non liberam, poſſe reſcindere contractum,& pretium repetere, vel agere contra venditorem, vt fundum liberet,vel faciat conſentire habentes potiora iura,eo tantùm caſu recipiendum eſſe puto,cùm mariti facultates ſuſpectæ ſunt, & probabiliter dubitari poteſt,ne mulier in ſubſidium vendicet idem prædium,vel ſibi in ſolutum pro dotibus dari obtineat iuxta l.1. C. ſi in cauſ. iud.& l.vlt. C. de iur. domin. impetr. Aliud verò mihi videtur, ſi maritus locuples eſt, & alia bona poſſidet, quibus indemnitati mulieris facilè conſuli poteſt, & eius dos quàm tutiſſimo loco eſſe,vt in re ſimili docet Sigiſmund.Scacc. in d.q.1.
48 n.183.† Sed in hac ſpecie conſtat mulieri agenti aduerſus tertios exceptionem excuſſionis obiici poſſe,ſiue agat hypothecaria ad res mariti pro aſſecuratione, vel reſtitutione dotis, vt ſentiunt Bald. Salic. Iaſon. & alij apud Vincent. Carroc. de excuſſ. par.2. quæſt.25. n.3.& 4. vbi ait hanc communem eſſe ſententiam,quam etiam ſequutus eſt Coſta in d. remed.1. n.1. Præſes Fab.tit.de iur.dot. def.25. & de priuileg.dot.def.2.& Fontanell. de pact. nupt. clauſ.7. gloſ.2. par.3. num.32. & 33.
49 fol. 420. † ſiue agat vtili rei vendicatione ad ipſa prædia, quæ marito æſtimata dederat,quia hæc actio ſubſidiaria eſt, & in ſubſidium tantùm mulieri datur marito facto non ſoluendo,vt tradunt Pinell. in l.1.p.3.n.14.C.de bon. mater. idem Coſta remed.61.n.5. & remed.63.n.1.Honded.conſ.41.n.21. lib. & alij apud Gizarell dec.1.n.42.vbi ſcribit hoc eſſe mirabile priuilegium dotis, & creditoribus etiam antenoribus præferri, & proinde poteſt mulier exceptione non factæ excuſſionis ſubmoueri, vt in ſpecie tradit Sebaſtian. Montic. de inuent. quæſt.232. impreſſ. Taurin. n.399. Ioann. Bapt. Coſt.in d. remed.63. num.7. Montaner. ad Oliban. de act. par.2. lib. 1. quem citat Fontanell. clauſ.5. gloſ.8. par.13.in fin. & alij ſanè plurimi apud Anton. de Amat. reſolut.49.num.6. Neque fortaſsè alia eſt Duardi ſententia ex his, quæ in tranſitu dicit eod. loc.n.41. Alioquin dicendum eſt venditores redituum, qui vxorem habent, & quorum bona omnia pro dotibus obligata ſunt, vt fieri ſolet, ſub prætextu quod non ſint libera, poſſe ad arbitrium emptorum conueniri ad reſtitutionem pretij, quod conſtitutione Diui Pij prohibitum eſt:neque paſſim licitum eſſe debet.

Denique hîc intercidit quæſtio de filiofamilias non qui- 50
dem pupillo, vel adulto, & minore. 25. ann. his enim vt interdicta eſt ſine decreto bonorum alienatio ita etiam impoſitio cenſus, vt conſtat ex l.1.in fin.de minor.& ex tit.de reb. eor.ſine decret. non alien. vel ſuppon. & aliis prætermiſſis docet Roderic. de ann. redit. lib.1. quæſt.14. n.10. vbi refert communem eſſe ſententiam, & tractat diligentiſſimè Cencius par.1. cap.2. quæſt.1. art. 2. nunc quæſt.15. ſed quæritur de filiofamilias maiore,an cenſum ſuper ſuis bonis vendere poſſit. In qua quæſtione quatuor incidunt ſpecies. Prima eſt in bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus: & in his cenſum conſtituere poſſe certiſſimum eſt. Nam in his loco patrisfamilias eſt, & de illis liberè diſponere poteſt l.2. & 3. C. de Caſtrenſ. pecul. quæ ait in peculio caſtrenſi patrem nullum ius habere l.vlt. C.inof. teſtam. l.7. C.de bon.quæ lib. & ita tradunt Felician.lib.2.cap.2.n.21. Auendan.de cenſib. cap.80. n.7. Cencius q.17.n.2.& 3. & Duard. in d.§.1. q.18. n.12.& 13.& puto neminem contradicere.

Secunda ſpecies eſt in bonis profectitiis, quæ ſcilicet fi- 51
liofamilias ex re patris, vel contemplatione patris obuenerunt. Et in his cùm patris ſint, & pleno iure ſpectent ad patrem Inſtit. per quas perſon.nob. acquir. in princ.& l.6. C.de bon. quæ lib. certum etiam eſt filiumfamilias cenſum imponere non poſſe, vt tradit idem Felician. loc.cit. vbi ait hoc eſſe citra omnem controuerſiam. Nemò enim rei alienæ cenſum iniicere poteſt, vt dictum eſt. Quod poſt Felicianum tradiderunt Auendan.in d.cap.80. n.3. Cenc. in d.quæſt.17. n.4. & Duard. in d. q.18. num.35. Quod tamen intelligo niſi pater iuſſerit, vel ratum habuerit, vel in rem eius verſum ſit l. tam ex contractibus.57. ff. de iudic. quæ ait hoc caſu iudicium in patrem transferri, & l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. lib.1. §.4.ff.de pecul. & leg. 1. §.2. verſ. ſi ratum habuerit. ff. quod iuſſ. His enim modis pater ex contractu filij obligari poteſt, vt notatur Inſtit. quod cum eo qui in alien. poteſt. eſt.

Tertia ſpecies eſt de bonis aduentitiis, in quibus pater 52
non habet vſumfructum, vt ſi fortè filiofamilias aliquid relictum ſit ea lege, vt nullum in eo pater vſumfructum habeat, quod licet ex Nouell.117. in princ. & tradit Molin. de primog.c.19.n.30.lib.1. vel ſi patre detrectante adierit hæreditatem, vt in l.8.§.vlt.C.de bon. quæ lib. His & aliis ſimilibus caſibus,in quibus vſusfructus non acquiritur patri,quos proſequitur Aſcan.Clement. de patr.poteſt.cap.6. effect. 2. n.41. & filiusfamilias de bonis hac ratione quæſitis liberè diſponere & contrahere poteſt, vt receptum eſt auctore Crauet. in conſ. 84.n.9.& conſ.92.n.1.& 2.& aliis apud Felician. loc. cit. quos omnes iterum retulit Cencius in d.quæſt.17. n.8. quibus addo Anton.Fabrum in d tit.C.de bon.quæ lib.in allegat. defin.6. n.1. ſuper illis cenſum conſtituere poſſe dicendum eſt. Etenim certum eſt filiumfamilias contrahere poſſe, & ex contractibus excepto mutuo non minus quàm ex delictis efficaciter obligari ex d.l.57. ff.de iudic. l.quoties.ff.de noxal. & l.39 ff.de oblig.& act.& tradit Anton.Gomez. variar.lib.2.cap.1. num.2. Felician. loc.cit. & Præſes Fab. C.de exec. rei iudic. in allegat.
def.47.n.4.† tametſi probare non poſſum quod Felician. ait 53
in fin.d.num.21. filiumfamilias,ſi cenſum in ſua ſola nudáque perſona conſtituerit, ad eius præſtationem in conſcientia teneri, quia cùm cenſus iſtiuſmodi nunc illicitus ſit,& conſtitutione Diui Pij prohibitus, vt diximus q.58.n.35. & ipſe Felician. lib.2.cap.8. conſequens eſt filiumfamilias ad obſeruantiam contractus non magis obligari, quàm ſi vſuras ſoluere promiſiſſet. Niſi dicamus eum ad reſtitutionem acceptæ pecuniæ teneri, ſi fortè patris conſenſu pecuniam accepit, vel vertit in rem patris, vt etiam in aliis caſibus, in quibus exceptio S. C. Macedoniani locum non habet, quos proſequitur Cardin. Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib.8. tit. 7.

tit.7.& nunc non vacat attingere Illud tamen interim admonuero non eſſe mirandum de ſententia Feliciani. Exiſtimabat enim cenſum perſonalem eſſe licitum, & in ſola obligatione perſonali conſiſtete poſſe, vt non vno loco obſeruatum eſt.

3 Quarta & vltima ſpecies eſt in bonis aduentitiis, in quibus patet vſumfructum habet, vt *in §. 1. l. ſtit. per quas perſ. cuiq.acquir.& l.cum oportet. C.de bon.quæ lib.* & tractat Aſcan. Clement. *de effect.2.num* 27.& Georg. Acac *de priuileg.parent. & liber priuileg.4.cap.4* & in his puto filiumfamilias cenſum conſtituere no · poſſe. Quod firmiſſima ·atione probari poteſt, quia filius huiuſmodi bona nec alienare, nec pignori, vel hypothecæ ſupponete poteſt, vt conſtat *ex l.vlt § ſil.is autem. C.de bon.quæ lib.& l.vlt. C.de reb.alien non alien.* & Acac. *in d.cap.4 n.3.* & conſequenter non poteſt ea cenſus præſtationi ſubiicere. Qua ratione vtitur Felician. *loc.cit.* & Duard. *in d.quæſt.18. n.49.* & addi poteſt quod diximus hac eadem quæſt. *n.6.* neminem poſſe ius reditus ex re aliqua in alium transferre, ex qua fructus percipere non poteſt, cùm nemo plus iuris in alium transferre poſſit, quàm ipſe habeat *vulg. l.nemo.de reg.iur.* & ex Frider. Martin. *de iur.cenſ cap 4.n.6.*

55 Et licet Cencius *in d. quæſt.17. n.6.* ſubiiciat non valere quidem cenſum in præiudicium patris, ſed in præiudicium filij validum eſſe, hoc tamen amittendum non eſt, quia perperam exiſtimabat dominum nudæ proprietatis cenſum conſtituete poſſe, quod à nobis initio huius quæſtionis *n.4.* profligatum eſt: & non valere conſtitutionem etiam teſpectu filij, quamuis habere videatur, tandem concludit Duard. *in fin. d.q.18. Verum*, inquit, *rem ipſam melius conſiderantes putamus conſtitutionem cenſus huiuſmodi eſſe nullius momenti etiam reſpectu filij, quoniam filius prohibetur bona aduentitia hypothecare ac alienare, non ſolùm reſpectu patris cuius eſt vſufructus ſed etiam intuitu filij.* Nam Iuſtinianus rationem talis prohibitionis aſſignans in d. §.filiis autem. *Melius eſt*, inquit, *coarctare iuueniles calores, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant.* tametſi ea mihi tutior, & potentior ratio eſſe videatur, quam attigit Duardus, & ſupra attuli, quia ſcilicet non poteſt filiusfamilias ea bona, in quibus pater habet vſumfructum, alienare, vel aliquo onere afficere ex *d l.vlt.C .de reb.alien.non alien.* & conſequenter cenſui ſupponere non poteſt reſiſtente lege, quæ talium rerum obligationem, & ſuppoſitionem vetat, vt dictum eſt. Et præſertim quia ratio coërcendi iuueniles calores perpetua non eſt, quid enim ſi filiusfamilias perfectæ ætatis ſit? Quid ſi ſenio proximus? ſanè conſtat filium etiam ſenem ſub patris poteſtate eſſe *ex l.vlt. §.vbi autem. C.de bon. quæ lib.& gloſſ.in l.vlt. §.pupillus.de verb.oblig.* quam receptam eſſe teſtatur Clement. *d.tract. de patr poteſt. cap.5.n.75.* & durare patris vſumfructum *in d.effect.2. n.74.* & Acacius *d.lib.de priuileg.parent.& liber.priuil.1.cap.7.n.18.*

Sed ſi quæris, quis ſit effectus huius indagationis reſpondeo maximum eſſe, ſuppoſita enim nullitate cenſus, neceſſariò ſequitur emptorem fructus in ſortem computare debere, & reſtituere, ſi quid vltra ſortem exactum eſt, vt in aliis illicitis, & fœneratitiis contractibus receptum eſt, vt ſæpiùs diximus ex *c.1. & 2.de vſur.* & in ſpecie docent Vgolin. *de vſur. cap.44. num.15.* vbi ait in iis caſibus in quibus cenſus conſtitui nequit, vſuram committi: & Cencius *in addit. quæſt. 14. n.14.* verſ. *ego tamen.* Quod etiam docuit Duardus *in d. §.1. quæſt.26. num.5.* nullo enim iuſto titulo fructus ſuos facere poteſt. Niſi fortè ſuccedat obligatio ad id quod intereſt ſecundùm ea, quæ docet Cencius *in d. quæſt.14. & quæſt.19. num.41. & ſeq.* & tractatum eſt coram inclytæ mem. Cardin. Seraphin. *in dec.785. & 787.* Quod ſi Deus vitam & vires dabit, alio loco examinabimus.

QVÆSTIO LII.

De ſuperficiario, & aliis, qui vtile dominium habent, an cenſum conſtituere poſſint.

SVMMARIA.

1. *Cenſum ſuis rebus quilibet imponere poteſt.*
2 *Superficies quid ſit.*
3 *Superficiarius cenſum in ſuperficie conſtituere poteſt.*
4 *Superficiarius vtile dominium habet.*
5 *Superficiarius illa omnia poteſt quæ dominus.*
Superficies bonis noſtris adnumeratur.
6 *Superficie finita finitur cenſus.*
7 *Colonis perpetuis cenſum imponere licet.*
8 *Locatione ad longum tempus vtile dominium transfertur.*
9 *Emphyteuta in re emphyteutica vſumfructum, & alias ſeruitutes imponere poteſt.*
Emphyteuta poteſt rem ſubiicere pignori.
10 *Emphyteuta poteſt cenſum imponere.* & n.16.
11 *Cenſus in venditione non alienatur res, ſed reditus.*
12 *Laudemium ex impoſitione cenſus non debetur.*
13 *Alienatione prohibita non ſemper prohibita eſt pignoratio.*
Leges legibus regi debent.
14 *Cenſus rei emphyteuticæ impoſitus eſt realis.*
15 *Vſufructuarius cur cenſum imponere nequeat.*
Emphyteuta plusquam vſufructuarius eſt.
16 *Emphyteuſis natura ſua perpetua eſt.*
17 *Emphyteuta cenſum imponere non poteſt, cum res eſt alienari prohibita.*
18 *Finita emphyteuſi cenſus quoque perimitur.*
19 *Emptor cenſus ſuper re emphyteutica quando licitè fructus exigere non poteſt.*
20 *Libellarius ſuper re libellaria cenſum imponere poteſt.*
Libellaria conceſſio perpetua, ſi nullum tempus præfinitum eſt.
21 *Libellariam propriam rem faciens poteſt ſuper illa cenſum imponere.*
22 *Res obligari prohibita cenſui ſubiici non poteſt.*
23 *Precaria quid ſit.*
24 *Precario rem poſſidens cenſum imponere non poteſt.*
25 *Precario titulo rem poſſidens poteſt ſuper illa cenſum conſtituere.*
Precaria voluntate eius, qui conceſſit, reuocari non poteſt.
26 *Rei prohibitæ obligari cenſus imponi non poteſt.*
Contractus pactis fulciuntur.
Pacta adminicula contractuum.
27 *Cenſuarius quatenus cenſum imponere poteſt.*

POſtquam præcedenti quæſt. diſputatum eſt, an ij, qui nudam rei proprietatem, vel vſumfructum habent, cenſum imponere poſſint: nunc supereſt vt dicamus de ſuperficiario, & aliis ſimilibus qui vtile tantum dominium habent, an illis cenſum conſtituere liceat.
† Nam ſi de iis quæritur, qui plenum & abſolutum dominium obtinent, & liberam ſuarum rerum adminiſtrationem, extra controuerſiam eſt rebus ſuis cenſum imponete poſſe. Nam & illis res ſuas vendere, donare, & in alios transferre, imò & rebus ſuis abuti permittitur *l.5.C.de oblig.& act.l.7.in fin.ff.de donat.l.25. §.conſuluit.de petit.hæredit.* & quam velint rebus ſuis legem dicere *l.21. C.mand. l.48. ff.de pact. l.vlt. C.de rer.permut.* denique licere cuique rebus ſuis cenſus imponere conſtat apertiſſimè conſtitutionibus Diuorum Pontificum Martini, & Calixti, & Nicolai V. & tradit Bonac. *de cenſib.art.23.n 44. & 45.* Felician. *eod.tract.lib.2.cap.2.n.1.* & Cenc. *quæſt.14.num.1.* vbi ait hanc firmiſſimam eſſe concluſionem, & ab ea neminem diſſentire. Sed de illis dubitari ſolet, qui domini quidem ſunt, ſed non liberum, & abſolutum rei dominium habent, vt eſt ſuperficiarius, emphyteuta, & id genus alij. 1

Primùm igitur de eo quæritur, qui ſuperficiem habet, an liceat illi cenſum imponere. Et ſuperficies dicitur, quod eſt ſupra faciem terræ, & oculis cernitur, veluti ſi quid plantatum, & ſatum, vel ædificatum eſt, vnde vineæ, arbores, frutices in ruſticis, tecta, domus, & ædificia in vrbanis ſuperficies appellantur, vt conſtat ex *l.13.in pr.ff.de ſeruit. ruſtic.prædior. & l.23.in pr.de vſurp.* & declarant Coraſ. *in l.3 ff.de ſeruit.* Eguin. Baro, & Vacũ. apud Menoch. *retin.poſſeſſ.remed.4 in pr.* Rebuff. 2

in

in l. bonorum §. in bonis autem , de verb. ſignif. & Felician. *d.*
lib. 2. *c.* 4. *num.* 11. *&* 12. † Et cùm ſuperficies res immobi-
3 lis ſit , & ſolo cohæreat *l.* 44. §. 1. *de obleg. & act. l. nunquam*
26. *ff. de vſurpat.* nec ſeparatum corpus à ſolo & fundo con-
ſtituat *d.l.*23. *eod.tit.& l.*40. *ff.de act.empt.*& res ſit de ſui na-
tura fructifera,vt vinea,oliuetum,domus, vt manifeſtum eſt
conſequens eſt ſuperficiarum ſuper ſuperfic e cenſum impo-
nere poſſe,vt docent idem Felici.*loc.cit.n.*13. Auend. *de cenſib.*
Hiſpan. cap. 69. *n.* 6. qui ea Feliciano profecit , & nomine
abſtinuit. Caſtill. *de vſufr. cap.*35. *num.*19. Maſtrill. ad Gre-
gor. *quæſt.* 5. *num.* 96. & nouiſſimè Duard. *in* §. 1. *quæſt.* 14.
4 *num.* 4. † Et probatur hæc ſententia , quia ſuperficiarius in
ſuperficie vtile rei dominium habet. *l.*75 *ff. de rei vendic. l.*3.
§. ſi ego ſuperficiarius de non.oper.nunc , vbi id Cumanus notat,
& aliis auctoribus citatis tradit Maſtrill.*eod. loc.n.*97. Aluar.
Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 33. *n.* 1. Duard. *loc. cit. n.*5. De-
nique Gothofred. *ad l. vlt. ff. de ſuperf.* vbi inter contractus,
ex quibus vtile dominium transfertur, ſuperficiem recenſet,
quod regulariter ſufficit , vt cenſum, & reditum annuum
5 imponere liceat. † Et probatur etiam, quia illa ferè omnia,
quæ domino ſoli conceſſa ſunt , ſuperficiario permittuntur.
Nam & nouum opus nuntiare poteſt, *d. l.*3. *§.*1. *de nou. oper.*
nunt. & in ſuperficie ſeruitutem imponere *l.*3. *ff. de ſeruit.* &
ei ſeruitutem acquirere *l* 3. *in fin.ff. de ſuperf.* tamque pigno-
ri, vel hypothecæ dare *l.*13. §. *in ſuperficiarius , ff. de pignor. l.*
etiam , ff. qui pot. in pignorib. hab. & in retinenda poſſeſſione
quaſi dominus interdicto *vti poſſidetis* defenditur *d.l.*1 §. *pro-*
*ponitur de ſuperfic. l.*3. §.7. *ff.vti poſſid.* & in rem vtilem actio-
nem habet *l.*1 *ff.ſi ager.vectig.pet.& d.l.*74 *de rei vind.*denique
ſuperficies legari & donari poteſt, & bonis noſtris adnume-
ratur *d. l.*1.§.7. *de ſuperf.& d.l.bonorum de Verb.ſign* ex quibus
meritò receptum eſt in ſuperficie cenſum à ſuperficiario
6 conſtitui poſſe. † Qui tamen tamdiu durabit , quandiu ma-
nebit ius ſuperficiarij, vt probari poteſt ex *l.*31. *ff.de pignor.l.*
1.*&* 2. *C. ſi pign. pignor. dat. ſit*, & in ſpecie notant Felician.
*in d.cap.*4. *n.* 14. & Duard. *loc.cit. n.*8. qui excipiunt, niſi ex
cauſa voluntaria res ad dominum ſoli reuertatur ex *l. ſi res,*
ff. quib. mod. pignor. vel hypoth. ſoluit. l. in diem , ff. de aq. pluu.
arc. in quo tamen animaduertendum puto , an res ea lege
data ſit , vt ſuperficiario eam colere vel inædificare liceret,
& ædificatum in perpetuum habere , ſiquidem poteſt ſuper-
ficies etiam in perpetuum dari,vt ſcribit Felician. *loc.cit.n.*12.
& ſentit.Valaſc. *ind. q.*33. *n.*5. *&* 10. quo caſu cenſus perpe-
tuus erit,donec redimatur , vel ſuperficies pereat periude ac
ſi aliis rebus venditoris impoſitus ſit.

7 *His* conſequenter dicendum eſt licitum eſſe colonis , non
iis quidem , qui ad modicum tempus agros colendos ſuſci-
piunt pro certa annua mercede , vel pro parte fructuum , &
partiarij dicuntur, qui neque poſſident,vt indicat *l.*1. §. *deii-*
*citur ff.de vi & vi arm.*Menoch.*de recup poſſ.rem.*1.*n.*62. neque
vtilem in rem actionem habent *d. l.* 1. 9. *quod ait. de ſuperf.*
ſed perpetuis , quibus ſub certa annua penſione agri in per-
petuum dimittuntur, de quibus loquitur textus in *l.* 2. *C. de*
alluuion. l. 7. §.*vlt. Cod. de omn. agr.deſert.* & Cardin. Mantic.
de tac. & ambig. conuent. lib 5. *tit* 1. *num.* 14. *& tit.*2. *num.*58.
cenſum ſuper illis fundis conſtituere. Nam nec ea illis ex-
pelli poſſunt, vt notat idem Cardin. *loc.cit.* vbi ait id in præ-
diis Eccleſiæ locum habere. Et ſaluo canone de illis diſpo-
nere , & in hæredes illa transferre poſſunt *d. l.* 7. *C. de omn.*
agr. deſert. & nos diximus *quæſt.* 13. *num.* 39. & nunc addo
Doctiſſimum Cuiac. *in l.*5. *Cod. de loc.* qui eos colonos per-
petuarios vocat. Denique quia rei vtile dominium habent,
vt docet Bart. *in d. l.* 1. §. *quod ait, num.* 4. *de ſuperfic.* Aluar.
de iur. emphyt. quæſt. 36. & Cardin. *in d. titul.* 1. *num.* 14. &
8 conſtat, *ex d.l.*1. *ff. ſi ager vectig. pet.* † Nam & ea locatione
ad longum tempus vtile dominium transferri , & proinde
laudemium deberi ſentiunt Amed. à Ponte *quæſt.* 34. *num.* 1.
& Carol. Anton. Blancard. *in notis ad eund.* & alij ſanè plu-
rimi apud Maurum Burg. *eod. tract. de laudem. part.*2. *inſpect.*
58. *num.* 5. *& in addit. num.* 16. vbi refert hanc communem
eſſe ſententiam , quæ tamen diſplicet Anton. Fabro *de lau-*
dem. dec. 4. *error.* 10. *&* 11. quod quærere à noſtro tractatu
alienum eſt. Sanè non auderem dicere eum , qui fundum
aliquem ad decennium conduxit , quem communis opinio
laudemij præſtationi obnoxium facit,cenſum ſuper illo con-
ſtituere poſſe.

His valdè proximus eſt emphyteuta de quo cum quæri- 9
tur , an ſuper re emphyteutica cenſum vendere , & in alium
transferre poſſit, duo caſus ſeparandi ſunt. Primus eſt,quan-
do ſimpliciter res in emphyteuſim tradita eſt , neque eſt ad-
ditum, ne alienare liceret. Et hoc caſu verum eſt Emphyteu-
tam rei emphyteuticæ cenſum imponere poſſe Quod pro-
batur , quia eius rei vtile dominium habet , ideóque fru-
ctus ad eum pertinent, qui dominium ſequuntur *l.* 25. *ff. de*
vſur. & poteſt rem pignori & hypothecæ opponere *l.* 16. §.
*vlt. ff.de pignor. act. l.*31. *ff. de pignor.* Cardin. Mantic. *de tac.*
*& ambig. lib.*22. *tit.*1. *num.* 34. Gaſpar. Roderic.*de ann. redit.*
*lib.*1. *quæſt.* 3. *num.* 7. verſ. *poteſt etiam* & qui nunc erit inſtar
aliorum omnium Anton.Fab. *de error. pragmat decad.* 63. *e.*8.
& rei ſeruitutem imponere, vt tradit Roderic. *loc.cit.* Peregr.
de fideicomm. art. 40. *num.*113. & aliis auctoribus citatis Mo-
lin *de primogen. lib.*1. *cap.* 20. *num.* 2. qui teſtantur commu-
nem eſſe ſententiam. Denique in re emphyteutica vſumfru-
ctum conſtituere , vt indicat *l.*1. verſ. *item in fundo vectigali,*
vel ſuperficie, & ibi Baldus *ff. quib.mod. vſusfruct. amitt.& d.l.*1.
in fin. ff. de ſuperfic. & tradit Pinell. *in l.*1. *part.* 3. *num.*70. *C.* 10
de bon. matern. † Ex quibus ſequitur ius reditus annui ex re-
bus emphyteuticis in alium transferre poſſe. Quæ eſt ſen-
tentia Follerij, & Redoani, quos refert, & ſequitur Felician.
in d. cap. 4. *num.* 16. *& in append. eiuſd. cap. num.* 3. quibus
conſentiunt Boët. *in dec.* 181. *num.*7. Vincent. Caroc. *in dec.*
103. *num.* 1. Intrigliol. *ad pragmat.de cenſib.quæſt.*28. *num.*1.
& 7. Roderic. *loc. cit.* Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap.* 4.
num. 87. Maur. Burg. *d. part.* 2. *inſpect.* 20. *num.* 23. Molfeſ.
tract. 12. *cap.*6 *num.*73. Mareſcot. *variar. lib.* 3. *cap.*10. *n.*49.
Cencius *de cenſib. part.* 1. *cap.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 1. *nunc quæſt.*22.
num. 8. verſ. *ſecundo vero caſu* , vbi multis Rotæ deciſionibus
id confirmat : & nouiſſimè Duard. *in d.* §. 1. *quæſt.* 12. *n.* 2.
ex quibus hæc videtur communis opinio , qua nos hîc
vtimur.

Neque mouet , quod quidam dicunt emphyteutam ſine 11
conſenſu domini rem alienare non poſſe *ex l. vlt. C. de iur.*
emphyt. & proinde neque ei licere fundo emphyteutico hy-
pothecam , vel aliud onus imponere *ex l. vltim. C. de rebus*
alien. non alien. & multò minus cenſui ſubiicere, quæ eſt ſpe-
cies alienationis, qua ratione contrariam ſententiam ample-
xi ſunt , Virgin. de Boccat. *lib. de cenſib. part.* 2. *num.* 76.
Azor. *Inſtit. Moral. part.* 3. *lib.* 10. *cap.* 7. *quæſt.*4. Bonac. *in*
*diſp.*3 *quæſt.*4. *num.*12. Scacc. *de commerc.* §.1. *quæſt.* 1. *n.* 187.
Gratian. *diſcept. forenſ. lib* 5. *cap.* 903. *num.*8 & Vgolin. *de*
vſur. cap. 44. *num.* 4. Etenim reſponderi poteſt in conſtitu-
tione cenſus non alienari rem , quæ cenſui ſubiicitur , nec
in emptorem cenſus rei dominium transferri, ſed ius dunta-
xat percipiendi reditum ex fructibus rei,quod eſt diſtinctum
& ſeparatum ab ipſa re , vt paſſim docent Felician. & Cen-
cius, & nos multis locis , & in ſpecie Roderic. *in d. quæſt.* 3.
num. 7. Intrigliol. *in d. quæſt.* 28. *num.* 8. & Maur. Burg. *loc.*
cit. num. 22. & Cardin. Anton. Blancard. *in addit. ad Amed.*
*à Pont. quæſt.*41. & proinde licet impoſitio cenſus ſit ſpecies
alienationis, vt obiiciunt,non eſt tamen alienatio ipſius rei,
quod emphyteutæ non licet inuito domino *ex d. l. vlt. C. de*
iur. emphyt. ſed eſt alienatio iuris percipiendi reditum, quod
eſt diuerſum , vt dictum eſt , & nemo inficiari poteſt : quod
emphyteutæ permiſſum eſt , non minus quàm rem obligare,
& ſuper illa vſumfructum, & ſeruitutem imponere , vt pro-
ximè diximus. † Cuius rei etiam argumentum eſt, quia pla- 12
cuit ex impoſitione cenſus ſuper re emphyteutica vel feudali
laudemium nullum deberi. Ita enim ſentiunt Boër. & Chaſ-
ſan. & alij , quos refert idem Burg. *in d. inſpect.* 20. *num.* 27.
quibus addo Roderic. *lib.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 4. Gutiert. *de iu-*
*ram. confir. part.*1. *cap.* 3. *in fin.* Anton. Fab. *C. de iur. emphyt.*
def. 72. & Blancardus noſter *loc. cit.* vbi poſt multa ſubiicit
hanc clauſulam. Neque ſi nec feudalis , nec emphyteuticus
cenſus eſt, neque feudum , neque emphyteuſis , licet in feu-
do vel emphyteuſi impoſitus , quis neget ſummam eſſe im-
peritiam , vel nimiam credulitatem re non feudali , vel em-
phyteutica empta & vendita dandum eſſe laudemium , ſolá-
que doctorum auctoritate in eam ſententiam trahi repug-
nanie

Digitized by Google

loc.cit. & Aluar. Valaſc. *in d.quæſt.35.n.2.& aliis auctoribus relatis* Felician. *in d cap.4.num.25.* vbi ſcribit ex celebri doctorum placito emphyteuſim, & libellum in effectu non differre. Et proinde vt emphyteutæ permiſſum eſt ſine conſenſu domini rem emphyteuticam pignori, vel hypothecæ dare, & in ea cenſum conſtituere, vt diximus, ita prorſus libellario id licere dicendum eſt, vt docuit Felician. *loc.cit.n.24.*& Duard.*in d* §.1.*q.13.n.1. & num.12.* vbi ait, cùm conceſſio libellaria perpetua ſit, ſuper fundo libellario cenſum perpetuum conſtitui poſſe. Sanè libellariam conceſſionem ſuâ naturâ perpetuam eſſe ſcribunt Bald. Alex.& alij apud Valaſc. *in d. q.35. n.2. & n.8.* vbi ait, ſi nullum tempus perfinitum ſit, in dubio perpetuam cenſeri: vt etiam cenſus reſeruatiuus teſte Binsfeldio *loc.cit.*

21 Idémque multò magis dicendum eſt de eo, qui rem propriam certo accepto pretio libellariam fecit. Quod genus libelli, quod in quibuſdam Italiæ partibus frequentatur, valde agitatum eſt à Cæſare Manento *in l.de libell.contract.* & præſertim.*q.1.*vbi oſtendit hoc genus contractus nihil ab impoſitione cenſus differre, iiſdémque regulis ſubiacere, quibus annuorum redituum venditiones continentur, quod *in d. q. 89.* diligentiùs proſecutus ſum, quæ licet poſterior ſit, prior tamen eſt tempore. Nihil enim ex profeſſo de cenſibus ſcribere decreueram, vt dixi initio *q.42.* ſed quod ad hanc quæſtionem attinet, quemadmodum is, qui, rebus propriis cenſum impoſuit, poteſt ſuper iiſdem alium cenſum inijcere, dummodo fructus vtrique oneri ſufficiant, vt docet Frideric. Martin.*in d.cap.4.n.*81.Scacc.*in d.q.1.n.*183. & Cencius *q.39. n.2.* & nos diximus *q.56.* ita prorſus is qui acceptâ pecuniâ proprium fundum libello ſuppoſuit,& libellarium fecit, poteſt eidem reditum annuum imponere, dummodo fructus libello,& cenſui ſufficiant. Neque enim hoc genus contractus mutat dominium, vt obſeruat Cardin.Mantic.*lib.2.tit.3 num.5.*

22 Sanè quod dixi libellarium poſſe cenſum conſtituere intelligendum eſt, niſi in conceſſione libelli nominatim conuentum ſit, ne rem alienare, & obligare liceret. Etenim poteſt quiſque traditioni rei ſuæ quam vult, legem dicere *l.48. ff.de pact.& l.vlt.C.de rer.permut.*& contractus ex conuentionibus *legem accipiunt l.1. §.ſi conuenerit. ff.depoſ. l.contractus. de reg.iur.*& in re ferè ſimili definitum eſt *in l.1.* illis verbis, in quo cũcta quæ inter vtráſque contrahentium partes,&c. pactionibus habitis placuerint. *C.de iur. emphyt.& d. §.adeo autem Inſt.de loc.*illis verbis, *ſed ſuis pactionibus fulciendam.* Denique vt iſtiuſmodi conuentio conceſſioni emphyteuſis adiecta impedit, ne ſuper re emphyteutica cenſus conſtitui poſſit, vt dixi *n.17.*ita prorſus, ſi libellariæ conceſſioni id additum ſit, dicendum eſt cenſum ſuper re libellaria conſtitui non poſſe, quam ab emphyteutica nihil in effectu differre vulgo receptum eſt,& quod ſaltem negari non poteſt, quia eadem vtriuſque contractus ratio eſſe videatur, & pactum hoc cuilibet contractui adiiciatur, eandem vim,& poteſtatem habet.

23 His conſequenter quærendum eſt, qui rem ab Eccleſia, vel ab alio quolibet titulo precariæ accepit, an cenſum imponere poſſit. Non eſt autem precaria id genus contractus, de quo agitur *in tit. ff.de precar.* licet idem vtriuſque ferè ſit nomen, eadémque nominis ratio, quod precibus petenti concedantur, vt obſeruat Cuiac. *lib.1. de feud. tit.5. & ad tit.extra de precar.* vbi etiam tradit hoc diſtare precariam ab eo negotio, quod precarium dicitur in iure ciuili, quia precaria ad libitum reuocari non poteſt, ſed tantum ex iuſta & legitima cauſa, veluti ob tardiùs ſolutam penſionem; precarium verò ſoluitur, & reuocatur quandocunque ei libuerit, qui conceſſit *l.1.ff.de precar.*& alienatione rei, niſi voluntas, & confirmatio emptoris accedat *l.8.§.illud. eod. tit.& cap.vlt. de precar.* quod totum deſumptum eſt ex iure ciuili, vt notat
24 idem Cuiac. *ad eundem. tit.de precar.* † Nunc ſi quærimus de eo, qui rem precario poſſidet, cùm neque dominium habeat, nec partem dominij, ſed ius fruendi tantùm, quandiu is, qui conceſſit, patitur, vt conſtat ex *d.l.1.in princ.& §.vlt.* qui ait eſſe ſimile commodato, ex quo dominium non transferri perſpicuum eſt, & tradit idem Cuiac. *in l. 13. § poſſeſſionem. ff.de act.empt.* & Vveſembec. *ad tit. de precar. num.3.* certum eſt cenſum ea re imponere non poſſe, etſi fortè imponatur, veluti ſine fundo nullum &, illicitum eſſe. † Sed ſi quæri- 25
mus de eo, qui rem immobilem titulo precariæ poſſidet, quæ non poteſt ex libidine, & voluntate concedentis reuocari, vt definitum eſt *in d.c.vlt.de precar.* & ex qua vtile dominium transfertur, vt notat Gothofr. *in d.l.vlt.ff.de ſuperfic* denique in omnibus, & per omnia eſt eiuſdem naturæ cum emphyteuſi, & iiſdem regulis continetur, vt docet Bartol. *in l.ſi finita. §.ſi de vectigalibus. n.10. ff.de damn. infect.* & alij apud Valaſc.*in d.lib.de iur. emphyt. quæſt. 34. num.16.* quos omnes retulit Felician.*in d.cap.4.num.26.* dici poteſt illum rei, quam hoc titulo poſſidet, cenſum imponere poſſe, vt ſentit Felician. *loc.cit.*& Duard.*in d. §.1.quæſt.14.num.12.* vbi idem videtur ſentire de eo, qui precario poſſidet, quod abſurdum eſt,
† Sanè hoc intelligendum eſt niſi conceſſioni precariæ no- 26
minatim additum ſit, ne rem alienare, & obligare liceret, quia contractus ex conuentionibus legem accipiunt, vt dixi ex *l.1. §.ſi conueniat. ff. depoſ.* & in re ferè ſimili dicitur *in d. §.adeo.* illis verbis, *ſed ſuis pactionibus fulciendam.* Ex quibus eleganter deducitur contractus pactionibus fulciri, cui rei congruenter *in l. pacta 72. ff.de contrah. empt.* pacta dicuntur adminicula contractus.

Opportunè etiam hîc quæritur de cenſuario, an cenſum 27
ſuper re, quam in cenſum accepit, conſtituere poſſit. Et puto ſine controuerſia id licere, quia per contractum cenſus, de quo agitur, transfertur omne ius in accipientem & dominium tam vtile, quàm directum reſeruato duntaxat priori domino penſione annua in memoriam priſtini dominij, quod ſcilicet aliquando res fuerit concedentis, vt docent Bart. *in l.1.§.1.ff.de publican.* Iaſ.*in l.1. n.28. C.de iur. emphyt.* Anton. Gomez. *ad l.Taur.68.n.2.& 3.* & alij plures apud Valaſc.*lib. cit.q.32. n.27.*Felician. *in proœm.lib.de cenſib.n.9.* & Ludouic. Auendan.*eod.tract.cap.13. n.2. & 3.*& poteſt ſaluo cenſu rem vendere inſcio, vel inuito domino, ſine metu commiſſi, vt docet Luc. *de Penn. in l.2.n.1. C.de omn.agr. deſert.* Rebuff. *ad conſtit.Reg.de redit. art.2. gloſſ.1. num.16.* & Capic. *in dec.196. n.4.* Denique liberam rei diſpoſitionem habet, vt dicunt iidem Rebuff. & Valaſc. *loc. cit. n.33.* verſ. *quæ autem omnia.* & Felician. *n.29.* verſ. *hac autem.* Ex quibus conſequens eſt reditum annuum ſuper illa re in alium transferre poſſe dummodo fructus vtrique cenſui ſufficiant. Quod tamen eandem patitur exceptionem, de qua diximus *n.17 & 21.*niſi tempore contractus cenſualis conuentum ſit, ne rem alicui oneri ſubiicere liceret. Hoc enim caſu cenſus ſuper illa creari,& conſiſtere non poteſt ſecundùm ea, quæ de emphyteuta, & aliis ſimile ius habentibus in præcedentibus dicta ſunt, cùm ſit eadem omninò ratio, & liceat vnicuique rei ſuæ eam quam vult, legem dicere *l.48.ff.de pact.l.1. & vlt.C. de pact.int.empt.& vendit.§.per traditionem.Inſtit.de rer.diuiſ.* & aliis, ſequitur vt de Vaſallo quæramus, an poſſit rebus feudalibus cenſum imponere, quod ſequenti quæſtione tractandum eſt.

QVÆSTIO LIII.

De vaſallo, ſeu feudatario, an poſſit cenſum imponere.

SVMMARIA.

1 *Feudum in omnibus ferè emphyteuſi comparatur.*
2 *Cenſus in re feudali conſtitui non poteſt inconſulto domino.*
3 *Cenſus eſt onus reale.*
Vaſallus non poteſt rem feudalem obligare, neque cenſui ſubiicere.
4 *Vaſallus non poteſt ſuper re feudali cenſum ad eius vitam conſtituere.*
5 *Leges feudorum, vt alienationi, ita obligationi rerum feudalium reſiſtunt.*
6 *Seruitus à vaſallo impoſita rem non afficit.*
7 *Emptor cenſus ſuper re feudali pretium repetere poteſt.*
Et id quod intereſt.
8 *Cenſus ſuper re feudali imponi poteſt, vbi feuda ſunt inſtar patri*

patrimoniorum, vt in Gallia.

9 *Res tranſit cum ſuo onere ad heredes, & ſucceſſorem quemlibet.*

Etiam ad Eccleſiam.

10 *Cenſus an extinguatur re ad dominum feudi, vel emphyteuſi reuerſa.*

11 *Præſcriptio domino non nocet, quin res libera ad eum reuertatur.*

12 *Res libera ad dominum feudi redit, etiam vbi feuda ſunt inſtar patrimoniorum.*

13 *Clauſula ad habendum, &c. non impedit, quin feudum redeat ad dominum liberum ab oneribus.*

14. *Feudi dominus non tenetur ad onera pro rebus feudalibus, quæ iure feudi ad illum reuerſa ſunt.*

15 *Antonius Rabeus, & Guilielmus Veranus Nicienſes aduocati præſtantiſſimi.*

Bartholomæus Balduinus aduocatus fiſci vir magnæ eruditionis.

Dominus feudi non tenetur ad onera, & collectas pro bonis, quæ iure prælationis retinuit.

16 *Domini, & conſanguinei retrahentis non eſt eadem ratio.*

17 *Res vt libera ab oneribus ad dominum reuertatur, ab initio feudalis eſſe debuit.*

18 *Feudum ex refutatione Vaſalli ad dominum reuerſum ab obligationibus vaſſalli immune manet.*

Niſi refutatio in fraudem creditorum facta ſit.

19 *Cenſus aperto feudo ſuper meliorationibus ſuſtinetur.*

20 *Melioramenta in re feudali non ſunt feudalia*

NVnc de Vaſallo quærendum eſt an rei feudali cenſum imponere poſſit inconſulto domino. 1 † Et cùm feudum in omnibus ferè cum emphyteuſi conueniat: & ſecundùm ſui entitatem res feudalis reditus annui capax ſit, cùm non niſi res immobiles, aut quæ pro immobilibus habentur in feudum dari poſſint, vt definitum eſt *lib. 1. de feud. tit. 1. in fin.* id quod de emphyteuta diximus *quæſt. præced. num. 9.* de 2 Vaſallo etiam dici poſſe videtur. † Et tamen receptum eſt ſuper feudo cenſum conſtitui non poſſe inſcio, vel inuito domino. Nam vt vaſſallo interdictum eſt ſine voluntate domini non ſolùm alienare feudum, ſed etiam illud pignori dare *cap. 1. in princ. de prohib. feud. alien.* per Frideric. & docet Schrader. *de feud. part. 8. cap. 1. n. 22.* & inclytæ mem. Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 4. n. 20.* cuius contrarium in emphyteuſi receptum eſt, vt diximus & poſt alios obſeruat Franciſc. de Cald. *de iur. emphyt. lib. 4. cap. 5. num. 66. & 68.* vbi huius diſcriminis rationem adfert, quia maius obſequium & maior reuerentia domino feudi 3 debetur, quàm domino emphyteuſis. † Quamobrem cùm per impoſitionem cenſus ius reale conſtituatur ſuper re, quæ cenſui ſupponitur, vt multis locis diximus, quod Vaſallo ſine conſenſu domini non licet, reſiſtentibus ſcilicet legibus feudorum, quæ feudum, & res feodales obligari vetant; conſequens eſt Vaſallum feudo, & rei feudali cenſum inijcere non poſſe, vt docent Felician. *lib. 2. cap. 4. n. 19.* & alij quidam apud Cencium *quæſt. 21. num. 1.* quibus addo Virginium de Boccat. *part. 2. num. 24.* Schrader. *loc. cit. n. 11.* Roſental. *eod. tract. de feud. cap. 9. concluſ. 9. num. 6.* Vgolin. *de vſur. cap. 44. num. 5.* & Mareſcot. *variar. reſol. lib. 3. cap. 10. num. 60. & 61.* qui rem hanc reſtrinxit, & declarauit multis modis, vt etiam Duard. *ad conſtit. Pij V. de cenſib. §. 1. quæſt. 12. n. 20. & ſeq.* quos paucis verbis complexus eſt Felicianus *loc. cit.* dum ſcribit cenſus conſtitutionem ſuper re feudali validam eſſe in iis caſibus, in quibus feudi obligatio & pignus permittitur.

4 Cæterùm quidam exiſtimauerunt poſſe vaſallum in ſui præiudiciũ cenſum ſuper re feudali conſtituere duraturum, quandiu vixerit, vt inter alios ſcribit Ludouic. de Auendan. *de cenſib. cap. 66. num. 4.* & Cencius *in d. quæſt. 21. num. 10. & 11.* quod manifeſtè ait apparere in impoſitione ſeruitutis, quam non poteſt in præiudicium domini, vel agnatorum imponere rei feudali, poteſt tamen ad ſui præiudicium, vt communiter receptum eſſe teſtatur Clar. *in §. feudum, quæſt. 37.* & tradit Frideric. Martin. *in d. cap. 4. num. 89.* quod etiam imbutus à Cencio tradit Duard. *in d. quæſt. 12. num. 39. & 40.* Mihi verè hæc doctiſſimorum virorum definitio perdifficilis, & ſuſpecta eſſe videtur, & in terminis conſtitutionis Pij. V. omninò reiicienda: & ratione meo quidem iudicio ſolidiſſima moueor. Quia non poteſt vaſallus inconſulto domino feudum alienare, vel opponere pignori, vt dictum eſt *ex d. cap. de prohib. feud. alien.* & communem eſſe ſententiam refert idem Clar. *in d. §. feudum, quæſt. 35.* & ipſe Cencius docet *loc. cit. num. 4. & 5.* & conſequenter non poteſt illi onus cenſus imponere, quia eo ipſo, quod res cenſui ſupponitur, hypothecæ ſubiicitur, vt admittit Auendan. *loc. cit.* & Duard. *in d. quæſt. 12. num. 21.* Quæ ratio cùm locum habeat etiam in vita vaſſalli, & leges feudorum ab initio reſiſtant alienationi, & obligationi feudi inuito domino, conſequens eſt cenſum, quæ eſt ſpecies obligationis, tanquam ſine fundo ab initio conſiſtere non poſſe. Alioquin nullum eſſet diſcrimen inter emphyteutam, & vaſallum, certum enim eſt finita emphyteuſi cenſum quoque finiri, vt diximus *num. 18. quæſt. præced.* Neque mouere debet auctoritas Bonij, Follerij, & Auendani, quibus mouetur Cencius, quia non loquuntur in terminis conſtitutionis D. Pij, ex qua cenſus perſonales omninò prohibiti ſunt, & non niſi in rebus immobilibus, & quæ pro immobilibus habentur, conſtitui poſſunt. † Neque ſatis eſt, quod reſpondet Auendan. *loc. cit.* 5 in cenſu nullam rei alienationem venditionémque contrahi, ideóque feudatarium, qui ſuper feudo cenſum impoſuit, non incurrere in pœnam alienantis feudum, quia quicquid ſit de pœna amiſſionis feudi quod diuerſum eſt ab eo, de quo nunc quærimus, non tantùm alienatio vaſſallo interdicta eſt, ſed etiam rei feudalis obligatio, & pignoratio, & proinde lex, quæ reſiſtit obligationi, reſiſtit etiam ſuppoſitioni cenſus, quæ eſt ſpecies obligationis, vt dictum eſt. Quod etiam iure ciuili conſtitutum eſt *in d. l. vlt. Cod. de reb. alien. non alien.* & obſeruat Felician. *loc. cit.* † Denique nihil 6 obſtat, quod dicitur de ſeruitute, poſſe ſcilicet vaſallum illam in ſui præiudicium conſtituere, vt etiam ius percipiendi fructus, & commoditatem eorum percipiendorum in alium transferre, quandiu res apud illum manſura eſt, quandoquidem poteſt illos fructus vendere, vt ex Molina, & aliis proſequitur Auendan. *loc. cit.* quia animaduertendum eſt hanc ſeruitutem propriè ſeruitutem non eſſe, & illud ius percipiendi fructus non eſſe propriè vſumfructum, ſed commoditatem quandam, ſeu permiſſionem vtendi, & obligationem quandam perſonalem, quæ rem ipſam non afficit, nec rem ſequitur, ſed tantùm perſonam concedentis aſtringit, vt poſt alios declarat ipſe Molina *loc. cit. num. 12. & 13.* ſed in conſtitutione cenſus neceſſe eſt ius reale, & inhærens rei conſtitui, quod natura rei feudalis non patitur, vt dictum eſt, & proinde cenſus rei feudali impoſitus, cùm rei ipſi inhærere non poſſit, & rem ipſam afficere, in terminis ſanctionis D. Pij. veluti ſine fundamento conſiſtere non poteſt. † Exiſtimo tamen emptorem, niſi venditor domini conſen- 7 ſum obtinuerit, pretium repetere poſſe *ex l. 1. & 4. ff. de condict. ſin. cauſ. l. 1. Cod. de reb. alien. non alien.* Adrian. Pulu. *de rei alien. diſtract. cap. 20.* & in ſpecie docet Mareſcot. *in d. cap. 10. num. 19.* & Gratian *diſcept. forenſ. lib. 1. cap. 175. n. 23.* & interdum etiam id quod intereſt, vt *in l. 42. ff. de act. empt.* & nos diximus *quæſt. prox. præced. in fin.* ſed id argumento eſt cenſum ab initio non valere, tametſi venditio teneat in præiudicium venditoris, vt actione ex empto conueniri poſſit ad id, quod intereſt, vt tractatum eſt apud Cardin. Seraphin. *in dec. 785.* & rurſus in eadem cauſa *in dec. 787.* & Martium Medic. Senenſ. *in dec. 31. num. 2. & 3.* à nobis diligentiùs alio loco explicandum eſt.

Et prætermiſſis Mareſcotti, & aliorum limitationibus, 8 vnam tantùm ſubiiciam moribus noſtris conuenientem, nimirum quod diximus feudum ſuper re feudali conſtitui non poſſe, in iis regionibus non obtinere, in quibus conſuetudine inductum eſt, vt feuda inſtar aliorum bonorum ſine conſenſu domini ſaluo illius iure alienari, & obligari poſſint, quod in Gallia receptum eſſe teſtatur Ioan. Faber Gallicarum conſuetudinum periſſimus, vt ſcribit Tiraq. *de retr. lib. 1. §. 1. gloſ. 3. num. 12.* vbi id ipſum teſtatur, & Cuiac. *in lib. 1. de feud. tit. 1.* Argentr. *ad conſuetud. Britann. art. 322. num. 4.*

Digitized by Google

num. 4. & aliis citatis Ludouic. Bell. Auenion. *conſ.* 1. *n.* 34.
Iulian. Brodæus *ad arreſt. Louet. in lit. C. cap.* 53. vbi referr
idem in Germania ſeruari, & de Sabaudia refert Anton. Fa-
ber. *in ſuo C. tit. de iur. emphyt. def.* 1. quod & moribus no-
ſtris in hoc Nicienſi tractu receptum eſt. In iis igitur locis,
& regionibus, in quibus feuda redacta ſunt ad inſtar patri-
moniorum, & iure aliorum bonorum cenſentur, dicendum
eſt ſuper illis valide reditus annos conſtitui, vt notant Ioan.
Papon. *lib.* 3. *tit.* 1. *arreſt.* 2. Cuiac. *ad lib.* 2. *de feud. titul.* 9.
Mareſcott. *loc. cit. num.* 88. & indicat conſtitutio Martini V.
qua confirmantur annui reditus à Baronibus, & vaſallis con-
ſtituti ſuper dominiis eorum, & oppidis, & aliis bonis, quæ
feudalia eſſe ſolent. Denique ita ſe habere praxim in toto
Romano Imperio refert Frideric. Martin. *in d. cap.* 4. *n.* 89.
ſolent enim, inquit, Barones, Comites, & Principes Imperij,
Imperatore inconſulto, ex feudis ſuis cenſus vendere: &
hoc iure nos etiam vtimur, tametſi periculoſum ſit ab hoc
genere hominum cenſus emere ſine fideiuſſoribus, vt mul-
torum exempla commonent.

9 Et cùm ex conſtitutione cenſus realis oriatur ius reale in-
hærens rei, vt ſæpius dictum eſt, planè conſequitur illis in
locis feuda cum onere cenſus in hæredes venditoris tranſi-
re, & alium ſucceſſorem quemlibet qui ab illo cauſam ha-
buit, vt indicat *l.* 60. *ff. de condit. & demonſtr. & l.* 20. §. *quo-
ties, ff. de acquir. rer. domin.* & in ſpecie tradunt Foller. *de con-
tract. cenſuar.* §. *huiuſmodi, num.* 83. Aluar. Valaſc. *de iure em-
phyt. quæſt.* 32. *n.*13. Cæſar. Barz. *dec.* 109. *n.*7. Frider. Mar-
tin. *d. lib. de iur. ann. redit. cap. vlt. num.*117. Gratian. *diſcept.
lib.* 4. *cap.*701. *num.* 13. Rota *poſt Statil. Pacific. dec.*25. *n.*17.
& dec. 271. *num.*2. quod verum eſt etiamſi res ad Eccleſiam
peruenerit, quia etiam in Eccleſiam tranſit cum onere præ-
ſtandi cenſum, vt ſcripſit Crauet. *in conſ.* 217. *n.* 5. Gabriel.
in conſ. 47. *n.*7. Virgin. *de cenſ. part.*2. *num.* 87. idem Gratian.
lib. 1. *cap.* 141. *num.* 4. & Martius Medic. *inter. deciſ. Senenſ.
exam.*18. *n.* 34.

10 Sed quid iuris eſt, ſi res ad dominum feudi, vel emphy-
teuſis reuertatur? & ſanè plurimùm intereſt, quo titulo res
ad dominum peruenerit. Nam ſi res ad eum ordinario, &
priuato iure regreſſa eſt, & tanquam ad alium quemlibet
puta ex ſucceſſione, emptione, donatione, vel in ſolutum
datione, aut alio ſimili titulo, vtique ad eum cum ſua cau-
ſa, & onere tranſit, tenetúrque dominus ſeruitutes cenſus,
& reliqua rei onera agnoſcere *d. l.*20. *de acquir. rer. domin. &
l.* 67. *de contrah. empt.* & locum habet quod dici ſolet *res tran-
ſit cum ſuo onere.* Sin autem res ad dominum iure feudi, vel
dominij, & ex proprio, & antiquo illius iure, & lege con-
tractus, denique ex propria natura, & conditione rei re-
uertatur, veluti ſi ex commiſſò, vel ob extinctionem li-
neæ, vel iure prælationis res domino remancipata ſit, ſerui-
tutes cenſus, & reliqua onera, & hypothecæ omnes euaneſ-
cunt, & res omni onere ſoluta apud dominum manet *dict.
l.* 31. *ff. de pignor.* Æquum enim eſt finito iure emphyteuti-
co, & finito feudo rem ad dominum liberam, & qualis ab
eo profecta eſt, reuerti. Ita enim docent Baldus, & alij qui-
dam, quos refert Inrrigliol. *de cenſib. quæſt.*40. *n.*11. Boër. *in
dec.*181. *n.*7. Arius Pinell. *in l.*1. *part.*3. *num.*72. *C. de bon. matern.*
Ozaſch. *in dec.*156. *n.*9. Hieron. de Laurent. *in dec.*28. *n.*2. Vin-
cent. de Franch. *in dec.*226. *n.*3. & alij ſanè plurimi, quos dili-
genter congeſſit Marcell. Conuerſan. *in notis ad Inrrigliol. loc.
cit.* quibus conſentiunt Guid. Pap. *in dec.*575. *n.*2. & 3. Amed. à
Ponte *de laudem. quæſt.*41. *n.*3. Rodetic. *de ann. redit. l.*1. *quæſt.*3.
*n.*7. Franciſc. de Cald. *in d. cap.* 5. *n.*22. & *c.*18. *n.* 17. *lib.*4.
Anton. Faber *in d. tit. de iur. emphyt. def.*2. Roſental. *de feud.
cap.* 10. *concluſ.* 45. *num.* 33. & 34. Rota *poſt Pacific. in d.
dec.* 25. *num.* 17. & apud Cardin. Seraphin. *dec.* 1290. *n.* 13.
& poſt tractatum Cencij *in d. dec.* 102. *num.*14. & 15. deni-
que Cencius *in d. quæſt.* 22. *num.* 9. & Duard. *loc. cit. n.* 43.
ex quibus conſtat diſtinctionem hanc ab omnibus receptam
eſſe, ſecundùm quam intelligi debent, quæ diximus *num.* 6.
11 & 18. † Neque hoc caſu, id eſt, cùm res iure feudi, vel do-
minij ad dominum reuerſa eſt, longi temporis præſcriptio,
imò & longiſſimi, & centum annorum contra illum proce-
dit, quominus rem liberam habeat. Proinde is, qui do-
minus eſt cenſus, fruſtra obiiciet ſe diu, & longiſſimo tem-
pore in annui reditus exactione ex iuſto titulo perſeueraſſe,
vt indicat *l. cum notiſſimi* §. *illud autem, Cod. de præſcript.* 30.
ann. & l. vlt. §. *ſin autem, C. commun. de leg.* cùm interim nihil
domini interſit, ſi vaſallus & emphyteuta in iis caſibus, in
quibus cenſum conſtituere poſſunt, ex fructibus rei penſio-
nem præſtent, quos in alios vſus vertere, vel etiam prodige-
re poſſunt.

Neque aliud dicendum eſt in iis locis, in quibus bona feu- 12
dalia & emphyteutica redacta ſunt ad inſtar allodialium, &
liberè alienari, & obligari poſſunt, vt in Gallia, & aliis re-
gionibus, quia hæc conſuetudo ſtrictè accipienda eſt, & vt
minùs iura feudorum abroget, vt docet Vult. *de feud. lib.* 1.
cap. 10. *num.* 92. Menoch. *conſ.* 1. *num.* 135. & *conſ.* 5. *n.* 3.
& 4. & alij ſanè plurimi quos citat in allegat. Roſenſal. *de
feud. cap.* 9. *concluſ.* 41. *num.* 23. & proinde hæc conſuetudo
eatenus prodeſt, vt res feudales, & emphyteuticas durante
feudo alienare, & obligare liceat inconſulto domino, non
tamen eò perducenda eſt, vt ſi fortè iure feudi, vel dominij
res ad dominum reuertatur, cum oneribus, & cenſibus à
vaſallo vel emphyteuta impoſitis redire debeat. Hoc enim
eſſet totum ius feudorum, & emphyteuticum euertere. Vn-
de in Gallia, in qua vaſalli poſſunt libere de rebus feudali-
bus diſponere ſaluo iure domini, ſi tamen iure feudi ad eum
res reuertatur, cenſus, ſeruitutes, & alia onera à vaſallo
impoſita abolentur, & pereunt, vt ſcriptores Galli refe-
runt. Guido Pap. Boër. & Papon. *loc. cit.* & Tiraquell. *de re-
tract. conuent.* §. 3. *gloſ.* 1. *num.* 13. vbi reprehendit Moli-
neum aliud ſentientem. Grimaud. *de augm. & diminut. monet.
cap.* 17. *num.* 29. Louët. *in d. cap.*53. & Brodæus ad eundem,
qui tamen videntur probare Molinei ſententiam, cùm feu-
da ex delicto ad dominum reuertuntur, contra quam tamen
iudicatum refert Grimaud. *loc. cit. num.*25. omnes tamen ad-
mittunt cùm ex lege contractus bona ad dominum feudi
redeunt, iura creditorum extingui neque teneri dominum
debita vaſalli, ſeruitutes, & alia onera agnoſcere. † Qua 13
ratione idem dicendum eſt, ſi fortè conceſſioni emphyteuſis,
vel feudi addita ſit vulgaris clauſula, *ad habendum, tenendum,
& quidquid voluerit, &c.* quia id intelligitur durante feudo,
vel emphyteuſi. Alioqui ſi ſuſtinerentur huiuſmodi cenſuum
& onerum impoſitiones; non ſolùm dum res eſt penes va-
ſallum, & emphyteutam, ſed etiam finito, & reſoluto eo-
rum iure feudum, & emphyteuſis ad nihilum redigi poſſet,
quia in caſu commiſſi & deuolutionis huiuſmodi bona tot,
tantiſque oneribus grauata redirent ad dominos, vt magis
illis conſultum eſſet ea habere pro derelictis, quàm veluti
propria vendicare, vt tractatum eſt pro Eccleſia Farfenſi *in
d. dec.* 502. vbi in fine dicitur omnes DD. conſtanter nego-
tio cum maxima maturitate diſcuſſo adhæſiſſe regulæ, quæ
eſt, vt bona in caſu deuolutionis redeant ad Eccleſiam libe-
ra, & ſine vllo onere cenſus, & ita accipi debent, quæ tra-
dit Mareſcott. *in d. cap.* 10. *num.*80.

Quod in quæſtione onerum, & collectarum etiam obſer- 14
uandum eſt, ideóque vaſſallum pro bonis feudalibus, quæ
titulo emphyteuſis, vel alio ſimili incolis, & ſubditis dimi-
ſerat, ſi ad illum iure feudi, vel dominij reuertantur, oneri-
bus non obligari ſcribunt Lucas de Penn. *in l.* 2. *C. de fund.
limitr.* Iacob. de S. Georg. *tit de homag. num.*41. Brun. *in conſ.*
103. *num...* Oſaſch. *in d. dec.* 156. *num.*9. Ranchin. *ad Guid.
Pap. in d. dec.* 575. & diligentiſſimè Senator Sola *ad decret.
antiq. Sabaud. de iur. emphyt. part.* 3. *gloſ.* 2. *num.* 8. & *ſeqq.*
& ſecundùm hanc ſententiam aliquando reſpondi pro D.
Annibale Caiſſoto Maſſij domino aduerſus incolas dicti lo-
ci, in qua cauſa maximè contendebamus de bonis iure præ-
lationis acquiſitis. † Etenim obiiciebant DD. Antonius Ru- 15
beus & Gulielmus Veranus viri docti & aduocati Maſſian-
ſium non videri hoc caſu bona ad dominum reuerti iure
feudi: ſed potius dominum loco emptoris eſſe, vt eſt con-
ſanguineus, cùm rem retrahit eodem pretio: & proinde do-
minum ad eadem onera teneri, ad quæ emptor teneretur,
quod videtur ſentire Ferret. *in addit. ad Guid. Pap. in d. dec.*
575. ego vero, & D. Bartholomeus Balduinus Aduocatus
fiſci, & vir magnæ eruditionis, qui in ea cauſa mecum Do-
mino Maſſij aderat, in ea permanſimus ſententia, vt res li-
beræ, & immunes à collectis, & oneribus ad dominum
redeant,

redeant, etiam eum iure prælationis tes acquirit, & tetinet. Ita enim nominatim ſenſit Iacob. de S. Georg. *loc. cit. n.* 62. Guid. Pap. *in d. dec.* 573. Ioan. Papon. *in d. arr.* 2. *verſ. idque verum eſt.* Boër. *in d. dec.* 181. *num.* 6. *&* 7. Oſaſch. *in d. dec.* 156. *num.* 9. vbi ait iure feudi, & dominij res feudales ad dominum redite, cùm dominus iure prælationis illas recuperauit. Idem ſentiunr plurimi apud Conuerſan. *ad Intrigliol. in d. quaſt.* 40. & Roſental. *de feud. cap.* 10. *concluſ.* 45. *n.* 34. ſiquidem ex horum auctorum ſententia res iure dominij, & feudi reuerti inrelligitur, cum eo modo ad dominum redit, quo alius quam dominus illam habere non potuiſſet, & ita ius dominij ſecundum ſubiectam materiam interpretatur Conuerſan. *loc. cit.* & verè dominus eùm rem eodem pretio retinet, iure feudi vtitur, & feudalem poteſtatem & legem contractus exereet, vt in reliquis eauſis. Neque melior domini conditio eſſe debet, cùm iure commiſſi rem ſine pretio ſibi vendicat, quàm cùm prælationis iure eam habet, & pretium ſoluit, cùm illud longè grauius, & odioſius ſit.

16 † Neque eſt eadem ratio domini, & conſanguinei retrahentis, quia dominus rem olim ſuam, & nulli oneti obnoxiam, & ea lege dimiſſam, vt reliquis emproribus ſemper præferretur, tecuperat, & reſtituit feudo, & proinde æquum eſt, vt eiuſdem qualitatis, & naturæ ad eum tegrediatur: Conſanguineus verò rem omninò alienam retrahit, & in qua nullum ius antea habuit; & ideo conqueri non debet, ſi tes ad eum cum ſuo onere transferatur *d. l.* 20. *de acquir. rer. domin.* Quod inter dominum, & ſubditos diſſidium componere aggreſſi conuenite non potuimus, & verum eſt præſertim inter aduocatos, quod quidam cauſidicus air apud Terent. *in Phormion. quot homines, tot ſententiæ.*

17 Illud ſanè meminiſſe oportet non ſatis eſſe ſi res ad dominum iure commiſſi vel prælationis, aut alio iure reuertatur, vt ab oneribus & collectis libera redire cenſeatur, niſi etiam conſtet rem feudalem fuiſſe, & à domino ad ſubditos profectam. Vnde ſi bona ſunt allodialia, licet ad dominum titulo confiſcationis peruenjant, tranſeunt omnino eum ſuo onere, & dominus pro illis onera ſubite debet, niſi aliunde immunis ſit, vt docet Afflict. *ad conſtit. Neapol. lib.* 3. *tit. de reuoc. alien. feud. num.* 67. Bertrand. *in conſ.* 207. *lib.* 1. & Sol. *in d. gloſ.* 2. *num.* 7. vbi refert ſenatum interim cenſuiſſe, vt pro huiuſmodi bonis dominus collectas, & onera ſubiret, quia in dubio bona libera eſſe præſumuntur, vt docet Afflict. *loc. cit.* ideóque ad probationes & coniecturas recurrendum eſt, & ad Natt. *in conſ.* 460. Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 91. & alios. Quod tamen in eauſa Maſſij ſatis conſtare videbatur, quia domini dicti loei non ſolum inueſtiti fuerunt de iuriſdictione, ſed etiam de illius territorio, vnde etiamnum terræ incultæ, & paſeua, vt etiam nemora, aquæ & molendina ad dominum pertinenr: & præterea bona omnia, quæ ſubiti iu caſtro, & territorio poſſidenr, obnoxia ſunt annuo ſeruitio, & ex alienationibus laudemium præſtant, niſi dominus malit retinere pro eodem pretio. Denique ex antiquis ſubditorum recognitionibus conſtabat illos bona ſita in eo territorio tenere in *albergam, & manſuram*, quæ ſunt verba dictarum recognirionum, quas ſubditi domini fecerunt cum obligatione certi exigui eanonis, & caſuum prouincialium, vt vulgò dieuntur, quæ omnia ſatis indicant totum territorium prius fuiſſe feudale, & penes dominos, qui, vt allicerent ſubditos ad habitandum & eolendos agros partem territorij illis ſub ea lege & pactis diuiſerunt, & ita comperi reſpondiſſe. Purpuratum *in conſ.* 467. *num.* 8. pro D. Thoeti aduerſus ineolas, quod caſtrum eſt huius Comitatus, & nunc poſſidetur à D. Ioanne Franciſco Villario Nobili Nicienſi, & mihi maxima amicitia coniuncto.

18 Illud etiam ſeire intereſt, ſi feudum ex refutatione vaſalli ad dominum redierit, quod vaſallo ex legibus feudorum etiam inuito domino licet, vt conſtat *ex cap.* 1. *de vaſſall. qui contr. conſtitut.* Lothar. *beneſic. alien.* & Mynſing. *obſeru.* 65. *cent.* 5. & multi docent apud Roſental. *d. cap.* 9. *concluſ.* 65. *in alleg. num.* 5. cenſus ſeruitutes, & alia onera, ſi quæ forte à vaſallo rei impoſita ſunt prorſus euaneſcere, quia deteriorem feudi conditionem ſine domini voluntate facere non potuit *lib.* 2. *de feud. tit.* 9. & ibi Cuiac. qui notat in hac ipſa ſpecie, quam propoſuit Papon. *in d. arr.* 2. & cuius ante mentionem fecimus, imperitè feeiſſe dominum feudi, qui creditori peeuniam quam pro pretio cenſus vaſallo dederat, obtulit: potuit enim, inquit, feudum ad ſe reuerſum optimo iure retinere quaſi perempto cenſu. Cuius rei ratio deſcendit ex his, quæ proximè dicta ſunt, quia hæc refutatio vaſalli in manus domini effecit, vt feudum in dominio habere incipiat, vt loquitur *lib.* 4. *de feud. tit.* 40. perinde ae ſi commiſſum ſibi, & apertum eſſet, vt docet idem Cuiac. *eod. lib.* 2. *tit.* 14. *in princ.* Quod tamen intelligerem, niſi in fraudem & necem creditorum refutatio facta ſit, *arg. l.* 1 *in princ. &* §. 2. *quæ in fraud. cred. fact. ſunt, vt reſtit.* vbi Vlpianus ait verba illa edicti, *Quæ fraudationis cauſa geſta erunt*, omnem omninò alienationem, & quemcunque contractum continere: vel niſi refutatio ea lege facta ſit, vt dominus debita vaſalli ſolueret, vt in illa ſpecie Papon. *in d. arr.* 2. *à la charge de payer ſes debtes*, id eſt, ſub conditione ſoluendi eius debita, quod Cuiacium parùm animaduertiſſe puto.

His omnibus addendum eſt, quod omiſeram, feudum non 19
ſemper ad dominum liberum redire quaſi perempto cenſu, cùm iure dominico ad eum reuertatur. Nam ſi fortè vaſallus vel emphyteuta rem ſuis ſumptibus meliorem fecerit, cenſum ſuper melioramentis, dummodo eorum fructus penſioni ſufficiant, ſuſtineri receptum eſt, quia eùm venditor cenſus tempore contractus vtile rei dominium habeat, & proinde proprietas melioramentorum ab initio illi acquiſita ſit, conſequens eſt ſuper iſtis melioramentis cenſum durare etiam finita emphyteuſi, vel feudo: vt in emphyteuſi ſentiunt Cencius *quæſt.* 22. *n.* 17. Duard. *in d. quæſt.* 10. *n.* 39. & Rota poſt Cencium, *in d. dec.* 541. *n.* 16. *&* 17. & in feudo idem Cenc. *quæſt.* 21. *n.* 16. & Duard. *in eod.* §. 1. *quæſt.* 12. *n.* 51. Maſtrill. *in dec.* 64. *n.* 14. & aliis auctoribus relatis Anton. de Amat. *reſolut.* 3. *n.* 8. vbi ait ita paſſim ſeruari. Quorum ſententiam ſequitur Rota *in d. dec.* 541. *n.* 16. & rationem addit. † Quia 20
huiuſmodi melioramenta, etiamſi ſubiectum principale ſit feudale vel emphyteuticum, feudalia, vel emphyteuticа non cenſentur, & ideo ad hæredes, & ſucceſſores transferuntur, vt alia bona, quæ in patrimonio cuiuſque ſunt. Et huc pertinet, quod diximus *quæſt.* 14. *n.* 32. ex Molin. *de primogen. lib. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 6. & aliis, quibus nunc addo Mareſcott. *lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 42. feudatarium, & emphyteutam integra melioramenta conſequi, neque compenſare cum fructibus. Nunc ſupereſt, vt quæramus de hærede grauato, & de fideicommiſſario, an cenſum ſuper bonis fideicommiſſi imponere poſſint. Quæ res propriam, & integram quæſtionem iure ſibi vendicare videtur, & proinde quæſtione ſequenti aliquid doctiſſimis aliorum lucubrationibus addere, & contribuere conabimur. Faxit Deus, vt nihil excidat, quod à iuſtitia, & veritate alienum ſit.

QVÆSTIO LIV.

An hæres vel fideicommiſſarius ſuper rebus fideicommiſſi cenſum imponere poſſit.

SVMMARIA.

1 *Hæres rogatus purè reſtituere, cenſum imponere non poteſt.*
2 *Hæredi rogato ad diem certum cenſum ſuper rebus fideicommiſſi conſtituere non licet.*
3 *Pignus ſuper re aliena conſtitui non poteſt inuito domino.*
4 *Cenſus ſuper re aliena imponi poteſt, domino conſentiente.*
5 *Hæres rogatus ſub conditione poteſt interim rem alienare. Et ſuper illa cenſum imponere.*
6 *Præſcriptio longi temporis fideicommiſſario non nocet.*
7 *Præſcriptio longiſſimi temporis poſt impletam conditionem fideicommiſſarium excludit.*
8 *Conditione pendente præſcriptio aduerſus fideicommiſſarium non currit.*
9 *Hæres non poteſt imponere cenſum ſuper re alienari prohibita.*

10. *Ven*

10 Venditor non tenetur ex natura contractus dominium transferre.
11 Cenſus in ipſo contractu conſtituitur, & venditur.
12 Venditio cenſus ſuper re aliena hactenus valet, vt venditor teneatur ad id, quod intereſt, ſed cenſus non ſubſiſtit.
13 Herculis Mareſcotti ſententia declaratur, & defenditur.
14 Fideicommiſſarius poteſt reuocare rem alienari prohibitam, ſuper qua hæres cenſum impoſuit.
15 Vendens cenſum ſuper re alienari prohibita tenetur reſtituere pretium emptori, & id quod intereſt.
16 Emens ſcienter cenſum ſuper re alienari prohibita non poteſt agere ad intereſſe.
17 Cenſus an ſuper fructibus rei imponi poſſit.
18 Auctoris ſententia non poſſe ex forma conſtitutionis Pij V. & num. 20.
Fructus non ſunt res ſuâ naturâ fructiferæ.
19 Conceſſio percipiendi fructus ex rebus alienari prohibitis non adficis rem, ſed perſonam concedentis.
20 Cenſus niſi ſuper re immobili creari non poteſt.
21 Fructus etiam futuri vendi, & obligari poſſunt.
22 Hæres bona fideicommiſſi pro legitima, & aliis detractionibus alienare poteſt.
Et ſubiicere cenſibus.
23 Cenſus ab hærede grauato impoſitus ſuſtinetur ſuper melioramentis.
Melioramenta non veniunt in fideicommiſſi reſtitutionem.
24 Hæres non poteſt ſuper detractionibus cenſum imponere, qui illarum fructus excedat.
Cenſus in conſtitutione inſpiciuntur fructus rei, non valor.
25 Bona fideicommiſſi ab aſcendente relicti poſſunt ex cauſa dotis alienari.
Et obligari cenſibus.
26 Quod accipiendum eſt in ſubſidium.
27 Et dummodo pretium in cauſam dotis conuertatur.
28 Fideicommiſſi bona non debent alienari, vel obligari ex cauſa dotis, vltra quam ſit neceſſarium.
29 Cenſus impoſitus ex cauſa dotis vltra congruum modum an reſcindatur in totum.
30 Decretum iudicis eſt indiuiduum.
31 Bona fideicommiſſi ex cauſa dotis alienari non poſſunt ſi ab extraneo & collaterali relictum ſit.
32 Hæres rogatus reſtituere, quod ſupererit, poteſt vſque ad dodrantem alienare, & cenſibus ſupponere.
33 Bona fideicommiſſi libere alienari poſſunt, & cenſibus onerari, cum nullus ſupereſt, cui reſtitutio fieri debeat.
Niſi deinde ſupernaſcantur vocati ad fideicommiſſum.
34 Alienandi nuda prohibitio ab hærede negligi poteſt.
35 Cenſus ſuper bonis alienari prohibitis validus eſt, ſi fideicommiſſarius conſenſerit.
36 Fideicommiſſarius præſens, cenſus impoſitioni, & tacens, an ſibi præiudicet.
37 Quod auctor in dubium reuocat.
38 Fideicommiſſarius præſens alienationi, & tacens non ſibi præiudicat.
39 Gratiani locus male à Cencio acceptus.
40 Præſens & tacens in præiudicialibus, quando conſentire dicatur.
41 Præſens, & doloſe tacens perinde habetur, ac ſi conſenſerit.
Quod in arbitrio iudicis poſitum eſt.
42 Fideicommiſſarij conſenſus ſequentibus in gradu nocere non poteſt.
43 Niſi ſint hæredes conſentientis.
44 Fideicommiſſarius ante aduentum conditionis res fideicommiſſi cenſibus ſubiugare non poteſt.
45 Fideicommiſſarius ante factam re, vel verbo reſtitutionem cenſum imponere non poteſt.
46 Pignus retrotrahitur ad tempus obligationis, cenſus non item, & quare.
47 Cenſus impoſitio ſuper re aliena non valet, ſed venditor tenetur ad intereſſe.
48 Imponens cenſum tempore impoſitionis dominus rei eſſe debet.
Rei vindicatio competit domino.
49 Dominia rerum, & actiones facta reſtitutione in fideicommiſſarium transferuntur.
Et cenſum poteſt imponere.
50 Cenſus non niſi à poſſidentibus imponi ſolet.
Litis euentus dubius.

HÆc quæſtio à viris doctiſſimis agitata eſt; & præſertim à Mareſcotto *lib. 3. variarum reſolut. cap. 10. numer. 112. & ſequenti.* Cenc. *part. 1. cap. 2. quæſt. 1. articul. 6.* nunc *quæſtione* 19. & Duardo *in §. 1. quæſt. 7.* Ego verò vt illis accidit, qui poſt meſſorum terga ſpicas legunt, ſeparatione aliquot ſpecierum rem hanc definire conabor.

Prima igitur ſpecies eſt, cùm res pure per fideicom- 1
miſſum relicta eſt, & hoc caſu puto cenſum ab hærede inutiliter conſtitui, quia non poteſt hæres huiuſmodi rem neque ad alios transferre, neque hypothecæ, pignoriſve nomine obligare, vt definitum eſt *in lib. vltim. §. ſed quia, Cod. commun. de legib.* Neque enim hoc in patrimonio hæredis eſt, ſed alienum, vt ibi dicitur, & conſtat etiam *ex leg. 42. ff. de vſur. & l. ſi tibi, §. cum ſeruus, ff. de legib. 1.* & vulgarem eſſe concluſionem dicit Craſſ. *in §. legatum, quæſt. 69. num. 1.* & nos multis locis diximus neminem rei alienæ cenſum imponere poſſe, quia cenſus veluti nulli fundo impoſitus perſonalis eſſet, & in ſola obligatione perſonali conſiſteret, quod nunc conſtitutione D. Pij V. prohibitum eſt

Secunda ſpecies eſt, cùm res certa in diem certum re- 2
licta eſt: & hoc caſu licet videatur hæres cenſum huic rei imponere poſſe, quia interim dominus eſt *lib. 66. ff. de rei vindicat.* & poteſt alteri eam rem concedere, donec dies, aduenerit *leg. peto. 69. §. prædium, de legib. 2.* & Peregrin. *de fideicomm. artic. 40. num. 2. in fin.* tamen quia lex expreſsè prohibet res huiuſmodi alienari, & obligari ab hærede, vt conſtat *ex dict. §. ſed quia*, & notat idem Peregrin. *loc. citat. num. 3.* ſubiiciens dominium illud in accipientem non transferri, ſed manere hæredis, proinde vt non poteſt eam rem alteri vendere, vel hypothecæ aut pignori dare: ita non poteſt ſuper illa cenſum conſtituere *argument. l. vltim. Cod. de reb. alien. non alien. & leg. 5. ff. de fund. dot.* impoſitio enim cenſus onus & nexum obligationis, & hypothecæ imponit rei, quæ cenſui ſubiicitur, vt docet Duardus *in dict. §. 1. quæſt. 12. num. 21.* quod hæredi non permittitur *dict. §. ſed quia.* Quare cenſus in hac ſpecie nulli fundo inhæret, & conſequenter eſſet illicitus.

Sanè hæc & prior ſpecies hanc exceptionem patitur, 3
niſi is, cui ad diem certum res relicta eſt, impoſitioni conſenſerit. Hoc enim caſu cenſus conſiſtit. Nam licet res aliena pignori ſubiici non poſſit *l. 25. §. ſi tamen, de petit. hæredit. l. 16. §. ſi veniente, ff. de pignorib. lib. 2. & 6. Cod. ſi res alien. pignor. dat. ſit.* Cuiacius *in l. 1. de pignor.* vbi ait ſolius domini eſſe pignore rem obligare, valet tamen pignus, ſi res voluntate domini pignori oppoſita ſit, vt conſtat *ex lib. 20. ff. de pignor. act.* & indicat *dict. leg. 6. & vltim. Cod. ſi res alien. pignor. data ſit.* Præſes Fab. *coniectur. lib. 8. cap. 15.* † Et in ſpecie ſuper re aliena domino con- 4
ſentiente cenſum imponi poſſe tradunt Nauarrus *in comment. de vſur. numer. 131.* Virgin. de Boccat. *de cenſibus, part. 2. numer. 69.* Maſtrill. *ad Gregor. quæſt. 5. numer. 105.* & alij apud Duardum *in dict. §. 1. quæſt. 25. numer. 21.* & inter Theologos Cardin. Tolet. *lib. 5. cap. 40. numer. 6.* & Molin. *diſput. 394. in fin.* vbi refert hoc in Hiſpania vſitatum eſſe, ex quo ſequitur id licere hæredi, ſi fideicommiſſarius impoſitioni conſentiat, vel ratum habeat; & multo magis in ſecunda ſpecie, in qua, vt dixi, nondum dominus eſt, ſed hæres *ex d. l. 66. de rei vendic.* & Peregrin. *loc. cit.*

Tertia ſpecies eſt, cùm ſub cõditione vel incerta die legatũ,

vel fideicommiſſum relictum ſit, neque res expreſsè prohibita eſt alienari. Et hoc caſu melius quidem faciet hæres, ſi ab impoſitione cenſus, & obligatione rei abſtineat, vt monet Imperator *in d. l. vlt. §. fin autem.* Si tamen ad venditionem rei, vel cenſus proſilire voluerit, & inuenerit emptorem, dicendum eſt id ei quidem licere, ſed adueniente die, & impleta conditione cenſum extingui, & euaneſcere. Nam vt in præiudicium hæredis, & fauore emptoris rei alienatio valet, quandiù res manſura eſt penes hæredem *d. l. peto, 69. §. prædium,* illis verbis, *tandiu emptor retinere debet, quandiu debitor haberet poſt mortem eius non habiturus,* ita & impoſitio cenſus valida eſt, quandiu res penes hæredem manet, nec impletur conditio, quia ſcilicet interim dominus eſt *d. l. 66. de rei vindic. l. generaliter, §. ſub conditione, ff. qui & à quibus, manum. l. ſi fur. ff. de vſufr. leg. leg. 1. §. ſi ſerui, ff. ad Syllan.* & in terminis maioratus & primogenituræ Molin. *de primog. lib. 1. cap. 19. num. 4.* & proinde meritò receptum eſt hæredem ſuper illis bonis cenſum conſtituere poſſe. Ita enim ferè omnes tradunt, vt Bonius, Foller. Maſtrill. & alij apud Cencium *in d. quæſt. 19. num. 1. & 4.* qui multis Rotæ deciſionibus id confirmat. Quod etiam ſentiunt Petr. Gregor. *ad pragmat. de cenſib. quæſt. 5. num. 9.* Mareſcott. *d. cap. 10. num. 114.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 706. num. 1.* & nouiſſimè Duard. *in d §. 1. quæſt. 7. num. 46.* & inter alias confirmatur egregiè *ex d. dec. 541.* poſt tractatum Cencij, quæ *num. 17.* ait æquitatem non pati, vt interim hæres priuetur iure vtendi re ſua, vt contingeret, ſi cenſum non poſſet imponere: & quamuis dominus ſit temporaliter, vel vt loquitur Paulus *in d. l. 66. de rei vindic. dominium abire ſperetur, ſi conditio extiterit,* & illa adueniente ad rei reſtitutionem teneatur, id tamen à caſu, & euentu pendere & multa contingere poſſe, vt reſtitutioni locus non ſit, & res perpetuò penes ipſum remaneat.

6 Et hìc maximè notandum eſt, quod dicitur *in d. l. vlt. §. ſin autem,* conditione impleta ab initio cauſam in irritum deuocati, & ſic intelligendam eſſe, quaſi nec ſcripta, nec penitus celebrata fuerit, vt nec vſucapio nec longi temporis præſcriptio contra legatarium, vel fideicommiſſarium procedat. Nam hunc locum dicit ſingularem Cuiac. *in hac l.* & rationem eſſe quia vſucapio, vel longi temporis præſcriptio non procedit ſine titulo, & hic titulus venditionis deficit, quia venditio pro infecta habetur. Quod etiam tradit Pereg. *in d. art. 40. n. 4.* vbi ait ex venditione non acquiri emptori iuſtum titulum ad præſcribendum ſpatio longi temporis *l. nullo C. de rei vend.* ſpatio tamen longiſſimi temporis præſcribere poſſe, quia titulus in præſcriptione longiſſimi temporis

7 non exigitur. † Quod tamen accipiendum eſt poſt euentum diei, vel conditionis, id eſt, ſi poſt euentum conditionis, vel diei longiſſimum tempus lapſum fuerit. Nam cùm hæc præſcriptio omnes actiones tollat *l. cum notiſſimi, & l. omnes, C. de præſcript. 30. ann.* emptor, & tertius poſſeſſor, qui ab hærede cauſam habuit, poterit longiſſimo tempore præſcribere, vt declarant *Fulgoſ. & Paul. de Caſtr. in d. § ſed quia, n. 1* & Alex. *in conſ. 59. n. 7. & 8. lib. 3.* Molin. *de primog. lib. 4. c. 10. n. 2.* rectè notans ex eo, quod lex ſolam præſcriptionem longi temporis inhibeat, præſcriptionem longiſſimi temporis non ex-

8 cludi. † Etenim ante euentum conditionis, vel diei certum eſt aduerſus fideicommiſſarium, & legatarium præſcriptionem etiam longiſſimi temporis, imò centum annorum non procedere. Nam cùm ante illius euentum agere non valeant, cùm nondum domini ſint, conſequens eſt, vt nec illis præſcriptio vlla nocere poſſit iuxta regulam *l. 1. §. vlt. C. de ann. except. & l. in rebus, §. vlt. C. de iur. dot.* non valenti agere præſcriptionem non currere, & ita in ſpecie reſpondit Paul. Caſtrenſ. *in conſ. 467. n. 2. & 3. lib. 2.* Natta *in conſ. 437. n. 5. & 7.* Ludouic. Molin. *in d. cap. 10. n. 3.* vbi ait hanc opinionem procul dubio veram, & communem eſſe, quam etiam ſequutus eſt Menoch. *in conſ. 904. n. 60. & 61.* Rota *poſt Statil Pacific. dec. 300. n. 9.* & Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 528. n. 4* & ita ſeipſum declarat Peregrin. *art. 41. num. 16.*

9 Quarta ſpecies eſt, cùm cenſus imponitur rei non tantùm reſtitutioni obnoxiæ, ſed etiam expreſsè alienari prohibitæ. Hoc enim caſu receptum eſt cenſum ab initio nullum, & inutilem eſſe, ſiquidem ita docent Bonius *de cenſ. art. 30. n. 56.* Virgin. de Boccat. *part. 2. n. 82.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 43. n. 23.* & alij apud Cencium *in d. quæſt. 19. n. 5.* vbi vt ſolet, multis Rotæ deciſionibus id confirmat. Quod etiam ſenſit Vgolin. *de vſur. cap. 44. n. 14.* Martius Medic. *inter deciſ. Senenſ. exam 3. n. 48.* & Vincent. Fuſar. *in d. quæſt. 706. n. 2. & 5.* qui ait hanc ſententiam receptiſſimam eſſe, & ab ea conſulendo, & iudicando recedendum non eſſe: vbi etiam citat Cencium, qui viciſſim citat Fuſarium *in addit. num. 5.* & ambo reprehendunt Herculem Mareſcottum, qui aliud ſenſiſſe videtur *variar. lib. 2. cap. 61. num. 1. & ſeq.* vnde videtur eſſe locus prouerbio. *Nec Hercules contra duos,* & tamen neuter

refellit argumentum, quo Mareſcottus mouetur. † Quia ſcilicet prohibitio alienationis non reſiſtit venditioni, ſed tranſlationi dominij, quod venditor inſpectâ naturâ contractus non tenetur in emptorem transferre, ſed tantùm præſtare, id quod intereſt *l. contractus, C. de fid. inſtrum l. 1. & 11. § 1. ſeq. de act. empt.* cùm ergo inquit prohibitio reſpiciat effectum alienationis ex contractu reſultantem, ſequitur quod in cæteris ſuſtineatur contractus ex ſui propria natura, quæ eſt, vt non obliget præciſè ad tranſlationem dominij rei venditæ, & proinde venditionem ab initio validam eſſe in præiudicium venditoris, quod deinde animaduerti Mareſcottum didiciſſe ex Card. Seraph. *dec. 787 n. 11. & 13.* † Qua- 10

re ego obſeruandum eſſe exiſtimo emptionem cenſus non ſemper iiſdem regulis, & principiis regi, & conſiſtere, quibus venditiones aliarum rerum continentur, vt notat Felic. *lib 1. c. 4. num. 9.* & inter alia hoc diſcrimen eſt, quia in aliis venditionibus ante contractum res eſt in rerum natura *l. 8. in princ. ff. de contrah. empt.* vel aliquando futura eſt, vt cum fructus futuri veneunt, quæ venditio conditionalis eſt, vt ait Cuiac. *in d. l 8.* at in venditione cenſus, vel alterius ſimilis iuris, vt ſeruitutis, & ſimilium aliud eſt. Nam in ipſa venditione vno & eodem contextu, & in ipſo contractu creantur, & venduntur, vt in *l. 3. ff. de vſufr. l. 5. ff. de ſeruit.* & notat Bonius *in d. lib. de cenſ. n. 47.* vbi ait hanc praxim nunquam antiquatam fuiſſe, quod etiam indicat conſtitutio D. Pij illis verbis. *Statuimus cenſum ſeu annuum reditum creari nullo modo poſſe,* &c. quod venditionibus aliarum rerum non conuenit, quæ regulariter in ipſo contractu non creantur. Quamobrem in venditionibus aliarum rerum, quæ vel alienæ ſunt, vel alienari prohibitæ, venditio valet, & ſuſtinetur, quia res eſt, & tradi poteſt tametſi aliena, vel alienari prohibita *l. rem alienam, 28. de contrah. empt.* Nec enim tenetur venditor rem emptoris facere *l. ſi ita. 25. in fin. ff. eod. & l. ſi ex empto. §. 1. de act. empt.* Cardin. Seraphin. *loc. cit.* vnde valet contractus tametſi res auferri poſſit emptori, & venditor euictionis nomine teneatur ad id quod intereſt, vt conſtat *ex d. l. rem alienam, de contract. empt. 21. C. de euict. & aliis.* † Sed 12

in conſtitutione cenſus realis, de hoc enim agitur, in qua ius reale formatur, & conſtituitur, quod in re alienari prohibita, vel aliena conſtitui non poteſt, vt docent auctores citati, & Felician. *de cenſib. lib. 2. cap. 3. n. 17.* venditio quidem valet, vt venditor actione empti conueniri poſſit ad id quod intereſt, cenſus tamen impoſitio conſiſtere non poteſt, quia in hac ſpecie nullum ius percipiendi reditum ſuper illa re creatur, quod in alium transferri poſſit, quæ etiam eſt ratio, cur res aliena pignori obligari non poſſit, quia vt in cenſu, ita in pignore oportet ius aliquod in re conſtitui, quod rem attingat, vt loquitur Vlpian. *in d. l. ſed & ſi lege, §. ſi tamen de petit. hæred* quod in alium transferre non poteſt, qui in eam nihil iuris habet *l. nemo, de reg. iur.* & Cuiac. *in d. l. 28. in fin. & in d. l. 1. de pign. ad Papin.* vel qui alienare prohibitus eſt *l. vlt. C. de reb. alien. non alien.* ex quibus conſtituendum eſt venditionem quidem ab initio validam eſſe, vt venditor actione empti teneatur ad id quod intereſt, quæ eſt ſententia Card. *in d. deciſ. 787.* & Mareſcott. *loc. cit.* impoſitionem tamen cenſus, veluti ſine fundo ab initio nullam eſſe ſecundum aliorum ſententiam. † Neque aliud Mareſcottum ſenſiſſe puto *loc.* 14

cit quia in ſæpius citato *cap. 10 lib. 3.* qui fortaſsè ad manus Cencij, & Fuſarij non peruenerat, vt nec etiam Martij Medices, qui illum quoque laceſſit, apertiſſimè *n. 112. & 113.* receptam ſententiam ſequitur, eandémque adhibet diſtinctionem, an bona ſint expreſsè alienari prohibita, vel non & hoc caſu cenſum ab initio conſiſtere, illo verò non valere:

&

& *n.*117. apertè ait ſtante nullitate cenſus ob prohibitionem alienationis emptorem agere poſſe ad reſtitutionem pretij ratione damnorum, & intereſſe etiam nondum euictione ſecuta: denique *num.*120. repetit iiſdem verbis, quæ ſcripſerat *in d.c.*61. & præthereà refert DD. Auditores receſſiſſe à deciſione prius facta *in ead.cauſ.ſub die* 29. *Martij* 1585. quæ eſt poſt Cencium *dec.* 45. & citatur à Cencio *in d. quæſt.*19. *n.*5. receſſiſſe verò conſtat ex Card. Seraphin. *dec.*787. ex quibus mihi perſuadeo Mareſcottum virum doctum ſenſiſſe cenſum quidem ab initio nullum eſſe, ſed ſuccedere obligationem ad reſtitutionem pretij, & id quod intereſt.

14 Sed ex his Mareſcott. *in d. cap.*10. *n.* 116. infert facta impoſitione cenſus ſuper re expreſsè alienari prohibita poſſe fideicommiſſariũ ſtatim rem ſibi vendicare, & repetere etiam viuo hærede *ex d. l. cum pater*, §. *libertis*, *ff. de leg.* 2. idque etiam probare ait *d.l. peto*, §. *fratre*, *eod.tit.* & notare Caſtrenſem *in d.l.vlt.* §. *ſin autem*, *n.*7. *C. comm. de leg.* Nam quamuis fideicommiſſarius venditionem ſeu obligationem bonorum quæ ſub conditione vel ad incertum diem relicta ſunt non poſſit ſtatim reuocare, ſed tantùm adueniente conditione, vel die *l. ſeruo legato*, 69. §.1. & *l.*81. *in princ. de leg.* 1. & *d.l. vlt.* §. *ſin autem*, *C. comm. de leg.* tamen ſi vltra fideicommiſſum res eſt expreſſè alienari prohibita, ſequens in gradu ſtatim rem reuocare poteſt non expectato die fideicommiſſi *d. l. cum pater*, § *libertis*, *de leg.*2. & diſtinctionem hanc ponere Caſtrenſ. *in l. filiusfamilias*, §. *Diui*, *num.* 7. *de leg.* 1. quam ibi communiter omnes ſequuntur, vt Ripa, & alij, quos recenſet idem Mareſcott. *loc.cit.* & Peregrin. *in d.art.*40. *n.*114. quod trahitur etiam ad impoſitionem cenſus, quia vt Mareſcotto videtur, vt etiam Fuſario, & Cencio, à pari procedit, cum ipſa alienatione rei, quod etiam docuit Molin. *in d.c.*20. *n.* 10. *lib.*1. ſubiiciens iuris realis conſtitutionem alienationem eſſe, quod tamen accipiendum eſt niſi hæres aliqua ratione excuſari poſſit, vt tractatum eſt apud Card. Seraphin. *dec.*794.

15 Cæterùm illa concluſio, cenſum ſcilicet rei expreſsè alienari prohibitæ impoſitum ab initio nullum eſſe, quam receptiſſimam eſſe ſcribit Fuſar. *loc.cit.* & Cenc. ait ita veram eſſe, vt nefas ſit illam in dubium reuocare, multis modis ab iiſdem auctoribus, & à Mareſcotto & Duardo reſtringitur, & declaratur *loc.cit.* Et in primis quod dicitur cenſum impoſitum rei, cuius expreſsè alienatio interdicta eſt, nullum eſſe etiam ab initio ita accipiendum eſt, vt nihilominus venditor teneatur ad reſtitutionem pretij, & ad fructus cenſus pro eo quod intereſt, quia tantundem emptor conſecutus fuiſſet, ſi res eſſet libera, quod dixi *n.*11 & probari poteſt *ex l.* 43. *in fin. de act. empt. l* 8. & 9. *ff. de hæred. & act. vend. l. empti. C. de euiction.* & ſecundùm hanc ſententiam pluries cenſuit Rota poſt Cencium, vt ipſe refert *in d.q.*19. *n.*41. & 44. & tractat Card. Seraphin. *in d. dec.* 787. & docet idem Mareſcott. *in d. cap.* 10. *n.* 117. Anton. Gomez, *de cenſib. cap.* 3. *num.* 2. & ex Theologis Salas *eod. tract. dub.*17. *n.*1. Molfeſ. *de contract. cap.* 6. *num.* 75. Bonacin. *diſp.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 8. *verſ. imo venditor.* Matt. Medic. Senenſ. *tot. dec.*30. & 31. Duar. *in d. quæſt.*7. *num.* 41. & 44. & Fuſar. *loc. cit. num.* 22. vbi rectè notat poſt. Cardin. Seraphin. *in d. dec.*787. impoſitionem cenſus eſſe nullam, ſed venditorem teneri ad damna, & id quod intereſt, & ita tenendum eſſe. Quod animaduertens Cencius apud Fuſarium, & corrigens quod paulò ante ſcripſerat, id ipſum addidit *in d. quæſt.* 19. *num.* 39. & *part.* 2. *cap.* 2. *quæſt.* 4. *artic.* 7. *num* ... *quæſt* 88. *in addit. n.* 15. *verſ. ego vero*, vt memini me annotare alio loco.

16 Sanè id accipiendum eſt, tùm fraus omnis abeſt ex parte emptoris. Nam ſi prudens ſciénſque rem eſſe talem, id eſt, reſtitutioni obnoxiam, & expreſsè alienari prohibitam, nihilominus cenſum ſuper illa emit, vt poſſit cùm ei commodum erit pretium repetere, & reditus donec pretium reddatur ſub ſpecie eius quod intereſt, dicendum eſt non tantùm cenſum nullum eſſe, ſed etiam emptorem reditus conſequi non poſſe pro eo quod intereſt, & ſi quid hoc nomine exegerit, teneri id totum imputare ſorti, vel reſtituere veluti ex mutuo, & fœnore perceptum, vt ex Theologis docent Salas *loc.cit.* & Nauarr. *in commen. de vſur. num.* 119. Leonard. Leſſ. *cap.*22. *dub.* 12. *num.*79. Bonacin. *loc.cit.* Virgin. de Boccat. *d.part.*2. *n.* 47. & tradit idem Cenc. *in addit. d. quæſt.*88. *num.*15. *verſ.* & *multo magis.* & Duard. multis locis, & præſertim *quæſt.*10. *num.* 30. & *quæſt.* 12. *num.* 50. & Mareſc. in ſæpius allegato *cap.*10. *num.* 118 dum tradit emptorem, qui ſcienter cenſum emit ſuper bonis expreſsè alienari prohibitis non poſſe agere de euictione, neque ad id quod intereſt, ſed ad reſtitutionem pretij duntaxat *ex l. ſi fundum ſciens*, *C. de euict.* & *l. ſi cum à matre*, *C. de iur. dot.* & ita docere Aret. Alex. & alios, & præ cæteris Franciſc. Bec. *in conſ.*24. *num.*34. tametſi in hac ſpecie non tam de reſtitutione pretij agendum ſit, quàm de reſtitutione ſortis, quæ in contractibus vſurariis non amittitur *l.* 20. *ff. de vſur.* exceptis quibuſdam caſibus, quos retuli *quæſt.*10.

17 Altera exceptio eſt, ſi non ipſi rei alienari prohibitæ cenſus imponatur, ſed illius fructibus, vt in ſpecie tradit Cenc. *in d. quæſt.*19. *num.*27. referens pro hac ſententia Folletium, Corbul. Felician. & alios; & *in addit.* Rotam poſt eius tractatum *dec.* 403. *num.* 8. quibus addere potuit Auendan. *de cenſib. cap.* 62. *n.*8. & Fuſarium, qui Cencium ſequitur *in d. quæſt.* 706. *num.*4. Duard. *in d. quæſt.*7. *n.*38. Quod etiam notant in ſpecie emphyteuſis Cencius *quæſt.*22. *num.*10. Duard. §.1. *quæſt.*10. *num.*28. & Franciſc. de Cald. *de iur. emphyt. lib.*4. *cap.* 5. *n.* 26. vbi ait emphyteutam cenſum ſuper re emphyteutica tanquam onus reale, cui res ipſa perpetuò obnoxia ſit, conſtituere non poſſe, ſuper fructibus verò id ei licere, quandiù res apud illum manſura eſt, quoniam & fructus ipſos vendere, & obligare poteſt. Quod & in feudo quibuſdam placuit, vt Schrader. *de feud. part.* 8. *cap.*1. *num.* 11. & Duard. *in d. quæſt.*12. *n.*59.

18 Sed hæc mihi nunquam placuere, & in terminis Conſtitutionis D. Pij puto admittenda non eſſe. Primò quia ex forma dictæ conſtitutionis cenſus non poteſt niſi rebus immobilibus, vel quæ immobilium iure cenſentur imponi. Sed fructus, vt fructus ſunt, & per ſe in propoſito conſiderati non ſunt res immobiles, quia à ſolo ipſo eorum corpora ſeparari poſſunt, & ſolent, vt conſtat *ex l.* 45 & 46. *de vſur. l.*9. *de vſufr. l.*22. §. *ſi prædo*, *ff. de pign. act.* & patet oculis vniuſcuiuſque: ergo ſuper illis cenſus conſtitui non poteſt. Secundò quia ex eadem conſtitutione Pontificis cenſus non niſi rebus ſuâ naturâ fructiferis imponi poteſt, vt dixi *q.* 50. *in princ.* ſed fructus non ſunt huiuſmodi, ſiue ciuiles ſint, quod eſt certiſſimum, ſiue naturales, quia licet interdum ſerantur, vt frumentum, hordeum, milium, & aliæ ſpecies huiuſmodi, fructus tamen iure ſoli percipiũtur, non iure ſeminis, vt dicitur *in l. qui ſcit.*25. *ff. de vſur.* Denique quia ſæpè agri, & vineæ ſunt ſine fructibus, vt poſt meſſem, vel vindemiam, interdum etiam agri alternis annis ſeruntur, vt notum eſt, & proinde ſi cenſus ſuper fructibus agri, vel vineæ emphyteuticæ, vel fidecommiſſo ſuppoſitæ, & alienari prohibitæ imponeretur, cenſus modò haberet ſubiectum, cui inhæreret, modò non haberet, & eſſet in ſuſpenſo, & ſine fundo, & modò realis eſſet, cùm ſcilicet fructus pendentes ſunt, modò illis perceptis, & collectis perſonalis, & in ſola obligatione perſonali conſiſtens, quod non tantum illicitum eſt, ſed etiam ridiculum. 19 † Et licèt non negem commoditatem fructuum percipiendorum à poſſeſſore maioratus, & vaſallo, aliiſque alienare prohibitis in alterum transferri poſſe, tamen hæc facultas non afficit rem, & nihil iuris in re conſtituit: Sed inde tantùm perſonalis obligatio reſultat, quæ perſonam concedentis duntaxat adſtringit, eiúſque ſolam perſonam ſequitur, vt ex Bartolo & Baldo declarat Neguſan. *de pignor. part.*1. *membr.*1. *num.* 49. & ex Iaſone *in l.*2. §. *item ſi. num.*7. *ff. de verb. oblig.* & aliis docet Molin. *in d. cap.* 20. *num.* 11. & 12. & aliis citatis Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 527. *num.* 5. quod videtur ſentire ipſe Cencius *in addit. quæſt.* 19. *n.* 27. verſ. *iſta autem impoſitio*, vbi ait impoſitionem cenſus ſuper fructibus rei expreſsè alienari prohibitæ ſuſtineri, quandiu venditor rem poſſederit: illo verò non poſſidente non competere actionem hypothecariam contra tertium poſſeſſorem ex Cumano, & Corbulo locis ab eo relatis, quod etiam eſt apud Duard. *in d. quæſt.* 7. *n.* 38. *in fin.* 20 † Sed cùm Cencius animaduerteret limitationem hanc non ſatis congruere conſtitutioni D. Pij *loc. cit. num.* 28. & 29. *num.* 30. ſubiicit eam limitationem accipiendam eſſe de impoſitione cenſus, qui ad aliquod tempus ſuper ſolis fructibus conſtituitur, non autem de cenſu perpetuo fructibus rei

impoſito, quia hæc venditio æquipolleret alienationi ipſius rei,& cenſus ſortiretur naturam cenſus perſonalis, qui nunc eſt illicitus. Sed congruenter noſtræ ſententiæ,& iis quæ diximus *n*.8. Mareſc.*in d.c*.10.*n*.171.generaliter definit poſt Pij V.conſtitutionem cenſum ſuper fructibus rei immobilis conſtitui non poſſe, quia S.Pontifex ſtatuit cenſum creari nullo modo poſſe,niſi ſuper re immobili,ſui naturâ fructiferâ,& ita rem immobilem ibi conſiderari tanquam fundamentum cenſus,fructus verò eſſe acceſſiones rerum,& ex rebus prouenire *.vſura,& l.frugem,de verb.ſignif.* ideóque ſuper ſolis fructibus cenſum conſtitui non poſſe. Qua ratione id etiam docet Bo-
21 nac.*d.q*.4.*n*.11.† Subducta verò conſtitutione,& iis in locis,in quibus recepta non eſt,contrarium dici poſſe,quia fructus rei etiam futuri vendi,& alienari poſſunt *d.l*.8. *l*.34. §.*liberum,ff. de contr.empt*.& ſuper iſtis rectè obligatio,& hypotheca conſtituitur,vt docet Bart.*in l.ſi finita,§ ſi de vectigal. ff. de damn. infect*.quem ſequuntur omnes.Ex quo infert Mareſcotus illis locis cenſum ſuper fructibus rei expreſsè alienari prohibitæ valere,quouſque caſus reſtitutionis aduenia:& validè etiam cenſum ſuper fructibus rei feudalis collocari duraturum quandiù res penes venditorem hæredéſve eius permanebit, aperto vero feudo domino vel agnatis reditum ſtatim euaneſcere *ex d.l*.31.*de pign*.& ita docere Curt.*in lib.de feud.tit.ex quib. cauſ.feud. amitt. q*. 15. & licèt vix iſta mihi ſatisfaciant, cùm de cenſu reali agitur,quod ſubiectum ſtabile ſua natura deſiderat, perſpicuè tamen nobiſcum Mareſcottus ſentit in terminis conſtitutionis D.Pij cenſum ſuper fructibus rei immobilis collocati non poſſe, vt etiam Bonac. *loc.cit*.

22 Quinta ſpecies eſt,cùm rogatus reſtituere, & prohibitus alienare poteſt legitimam, & Trebellianicam detrahere, vel ex alia iuſta cauſa bona fideicommiſſi minuere, vel retinere, veluti pro ære proprio, id eſt, ſibi debito,vel aliena teſtatoris, quod ipſe ſoluit,aut ſi qua alia iuſta cauſa eſt minuendi, vel retinendi bona fideicommiſſi. Et hoc caſu poteſt hæres bona fideicommiſſi retinere vel alienare, quatenus legitimæ detractiones patiuntur, vt conſtat *ex l.vlt*.§.9. *C.de iur. delib. l.mulier*.22.§.*ſed enim,& l.Marcellus*,§.*res qua ad Trebell.l. Papinianus*, §. *quarta,ff.de inoff.teſtam.l*.4. *&* 5.*C.de petit. hered*. & tradit poſt alios Cardin.Mantic. *de coniect.vlt. volunt lib*.7. *tit*.8.*num*.13. & Peregrin. *de fideicomm. art*.35.*n*.3. *&* 4. Molin. *de primog. lib*.1. *cap*.10. *n*.4. *& lib*.4. *c*.6 *n*.1. Cuiac. *in nouell*.39. *& in l.filiuſfamilias*, §.*Diui de leg*.1. & Fuſar.*de ſubſtit*. multis locis,& præſertim *quæſt*.541. *&* 543. *n*.1. vbi ait hanc eſſe receptiſſimam omnium concluſionem,ita poteſt, quatenus iſtæ detractiones patiuntur res hæreditarias cenſibus perpetuis ſubiicere, quia videtur huiuſmodi res pro legitima, & aliis detractionibus elegiſſe. Quod perpetuò placuit Rotæ, vt conſtat *ex dec*. 49. *num*. 1. 53. *n*. 5. 64. *n*. 4. 68. *n*.6. 69. *n*.15. 71. *n*. 13. *&* 76.*n*.1. poſt tractatum Cencij, quas refert, & probat Cencius *quæſt*.20. *n*.17. & ſequitur Duard. *in d*.§.1. *quæſt*.7. *n*.40. Mareſcott. *in d. c*. 10. *n*.121. vbi de legitima duntaxat loquitur, & ait cenſum non obſtante expreſſa alienandi prohibitione pro ratione legitimæ ſuſtineri,*& eod. cap. n*. 137. vbi ait pro ſoluendo ære alieno teſtatoris bona fideicommiſſi etiam expreſsè alienari prohibita cenſibus obligari poſſe. Idémque ſenſit Merlin. *de legit. lib*. 2. *titul*. 2. *quæſt*.3.*num*.57.

23 Quibus conſequenter dicendum eſt,ſi hæres alienare prohibitus rem ſuis ſumptibus meliorem fecerit,poſſe ſuper melioramentis cenſum conſtituere, vt videtur ſenſiſſe Rota *in dec*.55. *n*.6. poſt tract. Cencij, & docet Cenc. *part*. 1. *cap*. 2. *quæſt*.1.*art*.6. nunc *quæſt*.19.*n*.37. & Duard.*in d. quæſt*.7.*n*.37. Quibus addo ita tractatum & deciſum fuiſſe in magno illo auditorio Rotæ coram R. D Merlino in quadam Romana Saluiani interdicti inter nouiſſimas, quæ poſt eund. tract. Cencij eſt *dec*.541.*n*.13. quia inquit hæres interim dominus eſt,& melioramenta non veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi, ſed deducuntur, vt tradit idem Mareſcott. *lib*. 2. *c*. 64. *n*.4. & Fuſar. *quæſt*.669. *n*.1 & proinde cenſus ſuper illis tanquam ſuper re propria ſuſtinetur, etiam poſtquam venit caſus reſtitutionis.

24 Hic tamen valde obſeruandum eſt, quod ab aliis in hac quæſtione prætermiſſum eſſe video, poſſe ſcilicet hæredem grauatum cenſum inſtituere ſuper rebus reſtitutioni obnoxiis, dummodò penſio non excedat rationem fructuum, qui ex bonis detrahendis percipiuntur, vel percipi poſſunt. Et proinde ſi fortè ex fideicommiſſo hæres poteſt deducere bona, quorum valor ſit aureorum mille, non poterit cenſum vendere pro pretio eiuſdem quantitatis,niſi fructus cum penſione concurrant, ſolet enim penſio excedere rationem fructuum.Et ratio huius rei eſt,quia in conſtitutione cenſus non inſpicimus valorem rei,ſed fructus,id eſt non eſt habenda ratio valoris,& æſtimationis rei, cui cenſus iniicitur, ſed fructuum,quos reddere poteſt,vt obſeruat Nauarr.*conſ* 9. *n*.1.*de cenſ*.Bonac.*in d.q*.403.*n*.20.Ioan.Franc.Leon.Theſaur.*for. Eccleſ.part*.2.*c*.1.*n*.59. & aliis citatis Cenc.*quæſt*.35. *n*.8. *&* 9. & rurſus *quæſt*. 42. *n*.23. vbi duas Rotæ deciſiones declarat, in quibus aliud exciderat, quia vt puto de hac re non quærebatur. Non ergo tenebitur fideicommiſſarius reſtituta hæreditate maiorem cenſum agnoſcere, quàm ex bonis, quæ hæres detrahere poterat, vel ex melioramentis redigi poteſt, quod valdè notandum eſſe arbitror.

Præterea ex his,quæ dicta ſunt inferri videtur hæredem 25
rogatum reſtituere, tametſi ei nominatim alienatio interdicta ſit, poſſe ſuper bonis fideicommiſſi ex cauſa conſtituendæ, vel reſtituendæ dotis cenſum imponere, vt tradunt Frider.Martin. *de iur.ann. redit.cap*.4. *n*. 94. Gratian. *diſcept. forenſ.cap*.43. *n* 31. *&* 32. Cencius *in d.quæſt*.19.*n*.3. & Duard. *in d.quæſt*.7.*n*.32.*& ſeq*. Ego vero duos caſus ſeparandos eſſe puto: vel enim fideicommiſſum à patre, vel auo inſtitutum eſt, & hoc caſu vt ex cauſa reſtituendæ, vel conſtituendæ dotis bona fideicommiſſi alienari poſſunt,vt conſtat *ex auth. res que, C. commun. de leg. & l. mulier*. §. *cum proponeretur*, *ff. ad Trebell*. & docet Surd. *in tract. de aliment. titul*. 1. *quæſt*.31. *n*.15. *& in dec*.62.*n*.5. Molin.*de primog. lib*.4. *cap*.6. *n*. 10. Peregr.*de fideicomm. art*.42. *n*.23.*&* 66.Coſta *de remed.ſubſidiar. c*.6.*n*.1.& aliis nunc prætermiſſis Fuſar. *de ſubſtit. quæſt*. 531. *num*. 1 vbi ait, hanc eſſe receptiſſimam concluſionem; ita ex hac cauſa bona fideicommiſſi cenſibus ſubiici poſſunt, vt tradunt Cencius, Gratian. & alij proximè citati, & Mareſcott. *in d. cap*. 10. *n*. 140. qui omnes in hac ſpecie intelligi debent, cùm ſcilicet ab aſcendentibus fideicommiſſum relictum eſt. Quod etiam ſenſiſſe videtur Peregrin. *in d. art*. 42. *n*. 96. & Fuſar. *in d. quæſt*.706. *n*. 8. dum ait cauſa neceſſaria cenſum ſuper bonis prohibitis alienari imponi poſſe. Dotis enim cauſa in deſcendentibus neceſſaria eſt, in aliis voluntaria.

Sed concluſionem hanc declarat Mareſcott. *loc.cit. n*.41. 26
& Cencius *in addit. d.quæſt*.19. *n*.32. vt locum habeat in ſubſidium, id eſt, cùm nulla alia extant bona libera, ex quibus dos conſtitui, vel reſtitui poſſit, quod veriſſimum eſt. Nam quod dicitur bona fideicommiſſi ex cauſa dotis alienari poſſe intelligitur in ſubſidium, vt indicant verba *d. authent. res que, & Nouell*. 39. *cap*.1. vnde deſumpta eſt, *aliam non habentes ſubſtantiam*, & docent Æmil. Ferret. *in d*. §.*Diui. n*.77. Petra *de fideicomm. quæſt*. 8. *n*. 459. Molin. *in d. cap*. 9. *n*.15. Menoch. *lib*.4. *præſumpt*. 189. *n*.8. Peregrin. *loc. cit. n*. 66. & aliis longa ſerie relatis Fuſar. *in d. quæſt*. 531. *num*.121. quibus addo Ioan.Bapt. Coſtam. *d.remed*.6. *n*. 1. *&* 3.*& remed*. 90. *num*.30. Philipp. Paſchal. *de patr. poteſt,part*.2.*c*.7. *n*. 6. & Fontanell.*de pact. nuptial. clauſ*.1 *gloſ*.1. *part*.3. *n*.9.

Secundò declaratur hæc concluſio,vt locum habeat,ſi ve- 27
rè pretium cenſus in ſolutionem, vel reſtitutionem dotis verſum eſſe appareat, vt in re ferè ſimili oſtendit Ozaſch. *in dec*. 171. *n*.15. vbi de alienatione feudi agens ex cauſa dotis ait non ſatis eſſe filias nubiles habere, niſi nuptui tradantur,& pretium in ſolutionem dotis conuertatur,idque aliunde quàm ex aſſertione patrium probari oportere. Quod etiam probat Ioan. Bapt. Coſta *de remed. ſubſidiar. cap*. 52. *n*. 4 ex quo ita in ſpecie cenſus impoſiti ſuper rebus alienari prohibitis ex cauſa dotis rectiſſimè ſentiunt Cencius, & Duardus *loc.cit*.

Denique Cenc.*in addit.d.quæſt*.19 *n*... verſ.*ad hoc autem*, & 28
Duard *in d.q*.7. *n*.33. monent cauendum eſſe, ne cenſus imponatur pro maiori ſumma etiam minima quàm ſit neceſſaria pro dote,vel conſtituenda,vel reſtituenda quòd ſanè rationem habet,quia id quod ob certã cauſam conceditur,eatenus permiſſum intelligitur, quatenus ex cauſa poſtulat, *l. cum hi*. §.*in*

§. *in cauſa ff. de tranſact.* & tradit Natta *in conſ.* 162. *n.* 1. vnde licèt ex cauſa dotis bona fideicommiſſi alienari poſſint, vt dictum eſt, id tamen eatenus permiſſum eſt, vt mulieri congrua dos conſtituatur arbitrio boni viri *l. cum poſt* §. *gener.* & *l. quæro, ff. de iure dot.* & *l. ſi filia, ff. de leg.* 3. quas pro hac ſententia adducunt Peregrin. *in d. art.* 42. *n.* 78. & Mareſcot. *lib.* 2. *cap.* 69. *num.* 16. & poſt Tiraquellum, Mantic. & alios tradit idem Fuſar. *in d. quæſt.* 331. *num.* 163. ne ſcilicet hinc ſumatur
29 occaſio euertendi fideicommiſſi. † Quod verò ex Natta & Ozaſcho ſubiiciunt iidem Cencius, & Duardus iiſdem locis, ſi in re minima excedatur, totum cenſum nullum & inualidum eſſe, durum videtur, & in dubium reuocari poſſe *ex l. Iulianus, §. quod dicitur ff. ad Macedon. l.* 14. § *hæc actio ff. de relig. & ſumpt. funer.* & *l. vlt. in princ ff. de exercit. act.* ex quibus conſtat obligationem in eo duntaxat infirmari, quod excedit probabilem modum. Atque etiam quia ſi hæres bona fideicommiſſi alienauerit, vt alienationes ſuſtineantur, quatenus legitimæ detractiones patiuntur, & tantùm reuocatur, quod excedit, vt plerique docent *in d.* §. *Diui.* & Peregrin. *d. tract. de fideicommiſſ. art.* 39. *n.* 4. vbi refert ita praxim ſeruare. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 32. & Præſes Senatus Taurinenſ. Bellon. *in conſ.* 36. *n.* 19. ita etiam in impoſitione cenſus dicendum eſſet, vt id tantùm corrigatur, quod iuſtum modum excedere videtur.

30 Neque obſtare Nattam *in dict. conſ.* 162. *num.* 1. & Ozaſch. *in d. dec.* 171. *num.* 20. quos citant, quia Natta loquitur de alienatione bonorum ſtabilium quorumdam pupillorum factâ pro longè maiori ſummâ, quàm deberent, in qua decreto opus erat *ex l.* 1. *ff. de reb. eor.* & *l.* 4. & *tot. tit. C. de prædiis, & aliis reb. minor. ſine decr. non alien.* & *l.* 22. *C. de administr. tut.* quæ in fine ait *venditionem ſine interpoſitione decreti nullam eſſe.* Quod quia indiuiduum eſt, & pro parte valere non poteſt *d. l. cum hi,* §. *cum prætor,* ideò reſpondit alienationem nullam omninò fuiſſe *ex d. l.* 1. & *l. magis,* §. *penult. ff. de reb. eor.* vt proſequitur Natta *in d. conſ.* 162. *num.* 8. & 11. Ozaſchus verò *in dec.* 171. agit de feudo alienato pro dotibus filiarum de licentia Principis, quæ quia ex falſa cauſa conceſſa fuerat, neque enim apparebat pretium in hanc cauſam verſum fuiſſe, ideò decidit alienationem omninò irritam eſſe veluti non impletâ reſcripti formâ, vt fuſius proſequitur idem auctor *num.* 21. & 22. quæ non videntur ad quæſtionem Duardi, & Cencij pertinere, in qua quæritur de cenſu, in cuius impoſitione licentia Principis, & decreto iudicis opus non eſſe notat in ſpecie Peregrin. *in d. art* 42. *n.* 94. & proinde humanius, & verius eſſe cenſum vſque ad congruum, & probabilem modum ſuſtineri debere, & id tantùm quod excedit, retractandum eſſe. Et nihilominus puto veram eſſe Cencij, & Duardi ſententiam, quia cùm poſſeſſor rerum fideicommiſſi poſſit eas onere cenſus ſupponere quatenus ratio, & æquabilis modus dotis patitur, cenſus conſtitutio, quatenus excedit legitimum modum eſſet ſine fundo, & in ſola obligatione perſonali conſiſteret, quod certum eſt pertinere ad formam, cuius vitium etiam in re minima perimit contractum, vt ſæpiùs dictum eſt, & præſertim *quæſt.* 56. *n.* 18. & *ſeq.* vbi congruenter huic rei docui cenſum impoſitum rei, cuius fructus integræ penſioni non ſufficiunt, irritum omninò eſſe, neque pro ea quantitate ſuſtineri, quæ ex fructibus fundi redigi poteſt, tametſi Cencio aliud videatur. Sanè ſi in obſcuro ſit, an grauatus modum exceſſerit, procliuiores iudices eſſe debent ad ſuſtinendum contractum *l. cum hic ſtatus,* § *ſed vbi ff. de donat. int. vir. & uxor. l. quoties* 12. *ff. de reb. dub.* & aliis ſimilibus, & in ſpecie cenſus Ludoniſ. *dec.* 355. *num.* 1.

31 Alius caſus eſt, cùm fideicommiſſum ab extraneo, vel collaterali inſtitutum eſt, quem ſcilicet nulla neceſſitas adſtringit dotandi aliorum filias, & hoc caſu vt bona fideicommiſſi ex cauſa dotis alienari non poſſunt, vt docet Bart. *in d. authent. res quæ.* Paul. Caſtrenſ. *in d.* §. *Diui num.* 4. Menoch. *d. præſumpt.* 189. *num.* 36. Surd. Peregrin. & alij apud eund. Fuſarium *in d. quæſt.* 331. *n.* 93. & *conſ.* 166. *n.* 2. Anton. Fab. *tit. commun. de leg. def. vlt.* vbi refert ita ſæpè iudicatum eſſe: & Fontanell. *loc. cit. n.* 5. ita non licet ex hac cauſa cenſui ſubiicere, & cum hac diſtinctione accipiendum eſt quod Mareſcottus, Cencius, & alij dicunt *loc. cit. n.* 25.

Sexta ſpecies eſt, cùm teſtator rogauit hæredem, vt reſtituat, quod ex hæreditate ſupererit. Et hoc caſu ſine controuerſia dicendum eſt illum dodrantem hæreditatis cenſui ſubiicere poſſe. Nam & illi permiſſum eſt vſque ad dodrantem liberè alienare: Neque quærendum eſt an animo euertendi fideicommiſſi, vel ex iuſta cauſa alienauerit. Ita enim ſancitum eſt *in nouell.* 108. in qua poſtquam Iuſtinianus iuſſit tres partes hæredi relinquendas eſſe, fideicommiſſario verò quartam duntaxat ſubiicit hæc verba. *Sed hoc omnino fideicommiſſum relinquere aliis omnibus in eius poſitis poteſtate, & licentiam habere cum iis, ſicut voluerit vti, quemadmodum perfectis dominis competit.* Quibus ſatis oſtenditur hæredem de tribus partibus hæreditatis liberè diſponere poſſe, vt rectiſſimè ſentiunt Bart. Bald. Angel. Cuiac. & alij, quos refert idem Fuſar. *d. lib. de ſubſtit. quæſt.* 545. *n.* 1. inter quos Gabriel. *conſ.* 99. *n.* 20. *lib.* 2. qui teſtatur hanc receptam eſſe ſententiam. Peregrin. *de fideicomm. art.* 40. *n.* 51. vbi refert, eſſe magis communem, & Fachin. *controuerſ. lib.* 5. *c.* 53. vbi ait illis verbis controuerſiam hanc planè definitam eſſe. His vnum adiicio Petrum Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 32. qui rectè notat olim quidem non licuiſſe hæredi ad libitum rem fideicommiſſi profligare; ſed arbitrio boni viri duntaxat, ſed cùm hoc valde incertum eſſet, Iuſtinianum ſanxiſſe, vt vſque ad nouem vncias pro ſuo arbitrio alienare poſſet. 32

Septima ſpecies eſt cùm quis rogatus quidem eſt bona reſtituere, & prohibitus alienare, ſed tempore alienationis nullus eſt, cui reſtitutio fieri debeat. Et hoc caſu certum eſt hæredem poſſe huiuſmodi bona alienare, & in alios liberè transferre *ex l. cum pater, §. libertis, l. qui ſolidum, §. prædium, de leg.* 2. & *l. quoties, C. de fideicomm.* Bald. *in l.* 2. *C. quand. non pet. part.* idem Peregr. *de fideicomm. art.* 52. *n.* 2. & aliis citatis idem Fuſar. *quæſt.* 551. *n.* 1. & *conſ.* 110. *n.* 14. & rurſus *conſ.* 172. *num.* 3. ex quo conſequens eſt illum ſuper illis bonis cenſum imponere poſſe, vt animaduerti vnum adnotare Mareſcott. *in d. cap.* 10. *n.* 131. rectè excipiens, niſi poſt alienationem, vel impoſitionem cenſus ſuperuaſcerentur filij, quia iſti reuocarent *l. peto,* §. *fratre, de leg.* 2. & docet Rip. *in d. l. filiusfamilias,* §. *Diui. num.* 17. *de leg.* 1. & Peregrin. *in art.* 14. *in fin.* quod tamen intelligendum eſt, dummodo qui ſupernati ſunt, ad fideicommiſſum etiam vocentur, alioqui fruſtrà naſcerentur ad reuocationem alienationis vel cenſus, qui non comprehenduntur fideicommiſſo & de quibus non loquitur ſubſtitutio: Neque puto virum doctum aliud ſenſiſſe. 33

Idémque conſtituendum eſt, ſi prohibitio alienationis nuda eſt ab omni cauſa. Hoc enim caſu non tam prohibitio eſt, quàm conſilium, quod hæres negligere poteſt, vt conſtat *ex d. l. ſi filiusfamilias, § Diui, de l.* 1. & *l. pater,* 36. §. *Iulius Agrippa & l. Lucius, de leg.* 3. & tradit Cuiac. *in d.* §. *Diui,* vbi oſtendit nudum præceptum eſſe, ſi teſtator rem vetet, ſimpliciter alienari, & non appareat tacitè vel expreſsè, ad quem velit neglecto illo præcepto rem pertinere. Hoc igitur caſu, vt poteſt hæres res impunè alienare, quia nemo eſt, qui eam reuocare poſſit, vt Iaſon, & Ripa docent *in d.* §. *Diui.* Gabriel. *conſ.* 96. *n.* 8. *lib.* 1. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 30. & alij apud Fuſar. *in d. quæſt.* 531. *n.* 2. vbi ait prohibitionem hanc nihil operari, ita prorſus poterit non obſtante dictâ prohibitione cenſum imponere, vt non obſcurè ſenſiſſe videtur Rot. coram ſanctiſſ. mem. Gregor. XV. *in dec.* 65. *in fin.* poſt tractatum Cencij, & inter eius *deciſ.* 256. & rurſus *in dec.* 67. *num.* 6. *poſt eundem.* Idque procedere etiamſi hæreditas adita fuerit, quia aditio non mutat naturam prohibitionis: quod adnotauit Mareſcot. *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 72. *n.* 3. poſt quem ita docuit Cencius *in d. quæſt.* 19. *n.* 24. & Duard. *loc. cit. n.* 36. & reperit Mareſcott. *in d. cap.* 10. *n.* 124. *lib.* 3. & Rota *in dict. deciſ.* 65. *in fin.* 34

Octaua & vltima ſpecies eſt, cùm is, cuius fauore res eſt alienari prohibita, alienationi, vel venditioni cenſus conſenſit. Hoc enim caſu vt ſuſtinetur alienatio, neque reuocari poteſt *l. ſi fundum* 92. *l. nihil.* 120. §. *omnibus de legat.* 1. & *d. l. quoties ab omnibus Cod. de fideicomm.* Peregrin *in d. artic.* 14. *num.* 49. idem Fuſar. *de lib. de ſubſtit. quæſt.* 360. *n.* 1. *quæſt.* 719. *in princ.* & *conſ.* 238. *num.* 14. ita cenſus impoſitio ſuſtinetur, neque à fideicommiſſario poterit impugnari, quod 35

ſenſit Mareſoor. *in d cap.*10.*num.*130. Cencius *in d. quaſt.* 19.
num. 35. qui multis deciſionibus id confirmat, & præſertim
*dec.*53. *num.* 6. poſt illius tractatum Molſeſ. *de contract.cap.*6.
num. 73. Duard. *in d. qu.* 7. *num.* 34. & Fuſar. *in d. quaſt.* 706.
num. 11. & probari poteſt ex *l.* 20. *ff. de pignor. act.* quæ ait
alienam rem voluntate domini pignori dari poſſe.

36 Neque tantùm expreſſus fideicommiſſarij conſenſus ſuffi-
cit ad ſuſtinendum cenſum, ſed etiam tacitus, qui deducitur,
& elicitur ex eius præſentia, & patientia percipiendi fructus
ex cenſu ſuper re expreſſa alienari prohibita conſtituto, vt
videtur Cencio *in d quaſt.* 19. *num.* 36. ſi enim inquit, habitâ
notitiâ impoſitionis taceat, & patiatur emptorem fructus
percipere, iſte tacitus conſenſus operatur, vt non teneatur
fructus referre in ſortem, ſed illos ſuos faciat, & ſibi acquirat
ex Gratiano *lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 24. *& ſeq.* quod etiam ſcribit
Cencius *in addit. quaſt.* 14. *n.* 9. vbi ait ſufficere tacitum con-
ſenſum reſultantem ex præſentia, & taciturnitate fideicom-
miſſarij tempore impoſitionis cenſus. Et probare videtur
37 Fuſar. & Duard. *loc. citat.* † Sed ego hæreo, & ſubſiſto, quia
videtur valde repugnare, quod communiter traditum eſt
præſentem, & tacentem, cùm de illius incommodo agitur,
non videri conſenſiſſe ex *l. qui vaſ.* §. *vetare ff. de furt. l.* 8. §.
innitus de procur. & tradit Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *cap.* 42.
num. 11. *&* 24. Barboſ. *in l.* 2. §. *vlt. num.* 4. *ſolut. matrim.* Gra-
tian. *cap.* 270. *num.* 65. & Gallerat. *de renunciat. lib.* 5. *cap.* 11.
num. 10. *&* 18. ſed hic agitur de remiſſione proprij iuris,
quod nemo iactare præſumitur *l. cum de indebito de probat.*
38 Et multò magis obſtare videtur, † quod receptum eſt fidei-
commiſſarium ex ſola præſentia, & ſilentio non cenſeri con-
ſenſiſſe alienationi rei, & fideicommiſſum remiſiſſe, vt ad-
uerſus gloſ. ſentiunt ferè omnes in *l. cum proponas C. de pact.*
inter quos Aleiat. *num.* 9. Peregrin. *de fideicom. art.* 40. *num.*
89. *in fin.* & alij ſanè plurimi apud Fuſarium *de ſubſtit. quaſt.*
560. *num.* 21. *& quaſt.* 719. *num.* 3. vbi refert hanc commu-
nem eſſe ſententiam, quam etiam ſequitur Gallerat. *de renun.
cent.* 1. *cap.* 44. *num.* 20. *& in d. cap.* 11. *num.* 12. ex quibus vi-
detur Cencij definitio in dubium reuocari poſſe.

39 Et præſertim quia eius ſententiam nihil iuuat auctoritas
Gratiani *in d. cap.* 43. *num.* 23. *&* 25. qua Cencius vſus eſt,
quia Gratianus non ait ex ſcientia & patientia fideicommiſ-
ſarij cenſum validum eſſe; vt videtur Cencio: ſed tantùm ex
ſcientia & patientia illius emptorem fructus interim ſuos
facere, neque teneri eos in ſortem referre. Quare quicquid
ſit de doctrina Gratiani, quam non vacat excutere, certum eſt
illum quod attinet ad validitatem cenſus, non probare Cen-
cij ſententiam, imò apertiſſimè ait nullum eſſe, nullitatem
tamen poſtea declaratam non retrotrahi in præiudicium em-
ptoris, vt fructus interim perceptos ſorti imputare teneatur,
40 quod Cencij doctrinæ apertiſſimè repugnat. † Quæ nihilo-
minus recipi poteſt, ſi ſcientiæ, & patientiæ fideicommiſſa-
rij actus alius accedat, vnde illius voluntas, & conſenſus eli-
ciatur, vt indicat *l.* 8. §. *non videtur ff. quib. mod. pign. vel
hypoth. ſoluit.* illis verbis. *Sed ſi ſubſcripſerit forte in tabulis
emptionis, conſenſiſſe videtur. l. item quaritur* §. *qui impleto ff.
locat. l. quidam ff. de euict.* ex quibus ita concludit, & diſtin-
guit Gallerat. *in d. cap.* 11. *num.* 15. *&* 18. & alij ſanè pluri-
41 mi apud Maſcard. *de probat. concluſ.* 1224. *num.* 51. † Vel ſi
ex circumſtantijs videri poteſt fideicommiſſarium doloſè, &
malitioſè tacuiſſe, vt emptorem deciperet, hoc enim caſu
perinde eſt ac ſi conſenſiſſet *l. ſi ſine C. ad Vellejan. l.* 1. *C. ſi
alien. res pignor. data ſit leg.* 11. *C. de diſtract. pign.* & docent
in l. 35. §. *Lucia ff. de legat.* 2. & alij quidam apud Maſcard.
in d. concluſ. 1224. *num.* 47. & in ſpecie fideicommiſſarij, qui
dolo malo, & malitioſè tacuit Fuſar. *in d. quaſt.* 719. *num.* 4.
Gallerat. *loc. cit. num.* 50. & Peregrin. *in d. art.* 40. *num.* 89. *in fin.*
vbi congruenter noſtræ ſententiæ ait communem traditio-
nem eſſe præſentiam & taciturnitatem etiam datâ ſcientiâ
fideicommiſſi non præiudicare, niſi ex circumſtantijs colli-
gatur malitioſè tacuiſſe. Quando verò quis dolo malo ta-
cuiſſe videatur aliquot exemplis explicat Menoch. *l.* 6. *præ-
ſumpt.* 99. *num.* 39. *&* 40. ego in arbitrio iudicis poſitum eſſe
puto.

42 Cæterùm quod dixi cenſum impoſitum rei alienari pro-
hibitæ validum eſſe, ſi is conſenſerit, cuius fauore alienatio
prohibita eſt, declarandum eſt, vt locum non habeat in præ-
iudicium eorum, qui in gradu ſequuntur, & ſucceſſiuè vo-
cantur. Hi enim non tenentur ſtare cõtractui: nam licet con-
ſenſus noceat ei, qui conſenſit, ſequentibus tamen præiudi-
cium adferre non poteſt, qui non conſenſerunt, quibus
proinde ſaluum eſt ius reuocandi ea, quæ alienata ſunt, &
impugnandi contractum, vt docent gloſſ. Fulgoſ. & Iaſon. *in
d. l. quoties C. de fideicomm.* & Sichard. *num.* 5. Petra *eod. tract.
quaſt.* 11. *num. num.* 594. Molin. *de primogen. lib.* 1 *cap* 8. *n.* 27.
& lib. 4. *c.* 9. *n.* 31. Peregrin. *de fideicomm. art.* 52. *num.* 94. & alij
apud Fuſar. *in d. q.* 560. *num.* 28. † Niſi ſequentes in gradu ſint 43
hæredes eius, qui conſenſit *l cum à matre C. de rei vendic.* Mo-
lin. *d. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 17. quod declarat Fuſar. *loc. cit. n.* 10 *& ſeq.* ad
quem lectorem remittimus. Nam ſi vellem omnia perſequi,
integrum fere tractatum de fideicommiſſis hîc transferre opus
eſſet, quod meas ſuperat vires, & à noſtro opere alienum eſt.
Atque hæc de hærede dicta ſint.

Nunc ex contrario quærendum eſt, an fideicommiſſarius
ante reſtitutionem ſibi re, vel verbo factam, poſſit ſuper rebus
fideicommiſſi cenſum conſtituere. Quæ quæſtio etiam à
Cencio agitata eſt *part.* 1. *cap.* 2. *quaſt.* 3. *art.* 5. nunc *quaſt.* 27. &
à Duardo *in d.* §. 1. *quaſt.* 8. quam ego tribus caſibus propo-
ſitis abſoluere conabor.

Primus eſt cùm de fideicommiſſo agitur, quod ſub condi- 44
tione, vel ad diem incertum relictum eſt, & nondum venit
conditio, vel dies, & hoc caſu certum eſt fideicommiſſarium
ſuper bonis fideicommiſſi cenſum imponere non poſſe, quia
nondum dominus eſt, & contingere poteſt, vt nunquam ad
fideicommiſſum perueniat, vt ſi ante diem, vel conditionis
euentum moriatur *l.* 1. §. *ſin autem C. de caduc. toll. l.* 1. *ff. quando
dies leg. ced.* conſtans autem rei alienæ cenſum imponi non
poſſe, vt nec etiam ſeruitus, vel aliud onus inuito, vel inſcio
domino iniici poteſt, vt dixi multis locis ex *l.* 1. *C. commun. de
ſeruit. l.* 2. *&* 6. *C. ſi res alien. pign.* quæ ait *per alium rem alienam
inuito domino obligari non poſſe certiſſimum eſt*, & congruentiùs
in *l. vlt. eod. tit. vllum præiudicium poſſeſſioni alienæ inuito vel inſ-
cio domino imponi non poſſe.* Præterea hæres interim dominus
eſt *d. l. vlt.* §. *quia autem C. comm. de leg. & l.* 66. *ff. de rei
vindic.* vnde interim cenſum imponere poteſt, vt diximus:
ſed dominium non capit duos *l.* 19. §. *pater de Caſtrenſ. pecul.
l.* 5. §. *ſi duobus ff. commod.* Anton. Faber. *coniectur. l.* 20. *cap.* 17.
vnde locum habet quod dici ſolet, *inclusio vnius excluſio alte-
rius.* Ruſus ſi hæres, & fideicommiſſarius eodem tempore
cenſum imponere poſſent, res oneraretur pluſquàm ferre
poſſet, quod eſt abſurdum. Denique quia pendente conditio-
ne cenſus eſſet perſonalis, qui conſtitutione Diui Pij prohibi-
tus eſt. Ex quibus liquidò apparet fideicommiſſarium non-
dum impleta conditione ſuper rebus hæreditatis cenſum im-
ponere non poſſe. Et ita ſenſit Duard. *in d. q.* 8. *num.* 20.

Secundus caſus eſt, cùm fideicommiſſum purum eſt, vel
purificatum, & nondum reſtitutio facta eſt re vel ver- 45
bis, & ſumus in caſibus, in quibus ipſo iure non fit reſtitu-
tio, & conſequenter nondum dominium fideicommiſſario
acquiſitum eſt. Et hoc caſu licet Cencius *in d. art.* 5. nunc *q.* 17.
n. 12. *&* 13. opinetur cenſus impoſitionem valere etiam ab ini-
tio, & hanc ſententiam probabilem eſſe dicat Duard. *in d. q.* 8.
n. 17. ego tamen ab eis diſſentio, & in his terminis cenſum
à fideicommiſſario imponi non poſſe, quia ſcilicet nondum
dominus eſt *l.* 63. *in princ. & l.* 70 § 1. *ad Trebell.* Craſſ. *in* §. *fi-
deicommiſſum quaſt* 42. *num.* 1. vbi ait ante reſtitutionem nul-
lum ius reale habere in bonis fideicommiſſi, & regula iuris
eſt neminem ſuper re aliena pignoris nexum, vel alterius one-
ris imponere poſſe, quæ deducitur ex *l. vlt. C. de reb. alien. non
alien.* & alijs proximè citatis *num.* 44. & præſertim ex *d. l. vlt.
C. ſi res alien. pign. data ſit.* Et euidenti ratione probari po-
teſt, quia cenſus realis, de quo agitur, eſt onus reale inhærens
rei, vt exploratum eſt. quod rei alienæ nemo imponere po-
teſt, vt diximus multis locis, & docet Cuiac *in l.* 1. *ff. de pign.
ad Papin.* & conſequenter in his terminis cenſus in ſola obli-
gatione perſonali conſiſteret, quod nunc eſt illicitum, & ita
rectè ſenſit Maſtrili. ad Gregor. *qu.* 9. *n.* 161.

Nec obſtat quod Cencius ait ex Neguzantio poſſe nos 46
obligare non tantùm ea, quæ in bonis noſtris ſunt, ſed etiam
ea, in quibus habemus ius ad rem, & quæ nobis ſunt debita:
quia

Digitized by Google

quia non omnia, quæ obligari poſſunt, ſunt idonea ad ſuſtinendum cenſum, vt manifeſtum eſt: & proinde licet ea, quæ nondum noſtra ſunt, poſſumus obligare pignori *l. & quæ nondum. in princ. de pignor. l.11. §.ſi de futura. ff. qui potior. in pignor. habeant*, imò obligatione generali etiam poſtea quæſita contineantur *l.1. in princ. & l.6. de pignor.* denique poſſit res futura vtiliter obligari ſub conditione *ſi debitoris facta fuerit*, nemo tamen dixerit ſuper rebus futuris, & quæ nondum in bonis noſtris ſunt, cenſum realem conſiſtere ab initio, quia cenſus eſt ius percipiendi reditum ex fructibus rei, quod dum aliena eſt, nemo in alium transferre poteſt, & proinde dominium ſuperueniens non poteſt facere, vt fructus ab initio debeantur, & pro eo tempore quo nullum erat ius percipiendi reditum, quod non eſt in pignore, ex quo nihil interim percipitur, & conſequenter nihil impedit, quin ad tempus obligationis retroferatur. Ex quo fit vt dominium ſuperueniens pignus conciliare poſſit, quod in ſuſpenſo fuit, & valida erit obligatio etiam ab initio, vt docet Surd. *in conſ.101.n.27.* & alij apud Maſtrill. *in d. dec.150. num.26.* In cenſu verò vt ab initio conſiſtere poſſit, neceſſe eſt venditorem tempore impoſitionis dominium eſſe. Nec alium auctorem proferam quàm ipſum Cencium, qui poſtquam *par.1.cap.2.quæſt.2.art.1.* oune *quæſt.14.num.4. & 5.* conſtituit venditorem cenſus oportere eſſe dominum rei, cui cenſum imponit, idque debere probari de tempore impoſitionis, *in addit.d.art.* ſubiicit hoc adeo verum eſſe, vt dominium ſuperueniens in venditore cenſus non validet impoſitionem anteà factam, ſed neceſſe ſit venditorem cenſus dominum fundi eſſe tempore venditionis, idque multis ſimilibus comprobare Marium Giurb. *in d. dec.24. num.2.* & proinde cùm in his terminis fideicommiſſarius nondum dominus ſit, vt Cencius, & Duardus admittunt, vterque etiam admittere de-
47 buit nondum cenſum imponere poſſe. † Et quod Cencius ait *in d.quæſt.27.in fin.* cenſus impoſitionem valere ſuper re omninò aliena in præiudicium imponentis, omninò incongruum eſt, quia certum eſt cenſum rei alienæ impoſitum ſine conſenſu domini veluti ſine fundo nullum eſſe, vt tradit ipſe Cencius *in d.quæſt.14.num.6. & 7.* & ideo ſtante nullitate cenſus ſuccedere obligationem ad damna, & intereſſe, vt docuit idem Cencius *in d. q.14. n.12.* vbi ait valere in præiudicium imponentis ad effectum videlicet, vt teneatur ad intereſſe. Quod iterum docuit *in d.quæſt.19. num 39.* vbi cùm dixiſſet cenſum eſſe validum, in damnum venditoris, qui rem prohibitam alienari aſſeruit liberam eſſe, in addit. eiuſdem loci. *hoc tamen caſu*, inquit, *cenſus non debet cenſeri validus ad effectum, vt ex illo debeantur fructus tanquam ex cenſu ritè, & rectè impoſito, ſed duntaxat ad effectum vt detur actio ad intereſſe, vt declarauit* Rota *coram Cardin. Seraphin.in dec.785.* & Fuſar. *in q.706.num.12.* vnde debuit Cencius hoc etiam addere & corrigere *in d.quæſt.27. in fin.* & fateri cenſum à fideicommiſſario impoſitum ante acquiſitum dominium non conſiſtere.

48 Qua ratione nihil mouet, quod Duardus ait *in d. quæſt.8. num. 17.* cenſum huiuſmodi reuera videri conſtitutum iuxta formam extrauagantis Pij V. quæ exigit, vt res cenſui ſupponenda ſit immobilis, certis finibus deſignata, & ſui naturâ fructifera, non exigere autem, vt actu ſit in dominio imponentis, quia reſpondeo id quidem à Diuo Pio expreſſum non fuiſſe, id tamen conſtitutionibus Martini, & Calixti ſancitum eſt, vt notant iidem Cenc. *quæſt.14. n.2. & 3.* & Duard. *in §.1. quæſt.25. num.7. & 8.* vt etiam conſtitutione Nicolai V. quod tradunt Siculi ſcriptores omnes Petr. Gregor. *quæſt. 5. n.8.* Maſtrill. *in d.dec. 150. num.1.* & alij paſſim, vt etiam Duard. *in d. quæſt.25. num.18.* quod à Diuo Pio immutatum non eſt, neque enim eius mens fuit huiuſmodi conſtitutiones ampliare, ſed potius contrahentes intra earum limites continere, vt ex eius præfatione manifeſtum eſt. Deinde licet id D. Pius non expreſſerit, id tamen ſenſiſſe ex eo apparet, quia cùm cenſus reales duntaxat permiſerit perſonalibus omninò prohibitis, neceſſe eſt vt dominus ſit, qui cenſum ſuper re aliqua imponere vult *d. §.vlt.C. ſi res alien.pign.* neque ius reale in alium transferre, quod non habet. Vt etiam nihil obſtat quod Duardus addit conſtitutionem Diui Pij declarandam eſſe iuxta *l.1. in pr. ff. de pignor.* quia diuerſa eſt ratio pignoris, & cenſus, vt proximè dictum eſt *num.46.* aduerſus Cencium, & repugnant quæ idem Duardus docet *in d.q.25. n.19.* nempe non ſufficere, vt dominium ſuperueniat, quoniam inquit neceſſe eſt, vt imponens ſit dominus tempore impoſitionis cenſus, citatque etiam Giurbam *in d. dec.24. n.1. verſ. nec ſuperueniens.* eodem loco, quo citatur à Cencio, ex quibus neceſſariò ſequitur fideicommiſſarium ante acquiſitionem dominij cenſum imponere non poſſe. Denique nihil obſtat quod ex Auendano *cap.56.n.20. & 21.* Duardus ait *n.18.* valere conſtitutionem cenſus ſuper actione ad rem, quæ ſtatim vendicanda eſt, quia quicquid ſit de doctrina Auendani, etiam illâ admiſsâ nihil iuuat Duardi ſententiam, ſi quidem rei vendicatio non competit niſi ei, qui dominium habet *l. in rem & l.officium. ff. de rei vendic. Inſtit. de act. §.1.* cuius effectus eſt impoſitio cenſus, vel alterius oneris realis. Sed in noſtra ſpecie fideicommiſſarius nondum dominus eſt, vnde nihil proponitur, quod Cencij, & Duardi ſententiam tueri poſſit.

Tertius caſus eſt, cùm re vel verbis reſtitutio facta eſt, 49
vel ipſo iure, & miniſterio legis, vt quando iniuſtè denegatur reſtitutio, ne in poteſtate hæredis ſit, vel illius, qui habetur pro hærede, deludere fideicommiſſarium, vt ſenſit Peregrin. *de fideicomm. art.2. n.56.* & Rota poſt tractatum Merlini *de legitim. dec.7.n.7.* vel ſi ſine hærede deceſſerit, vel bona diſtracta ſint, vt definitum eſt *in l. ſancimus. in fin. C. ad Trebellian.* & notat Craſſ. *in d quæſt.42.n.7.* Anton. Faber. *C. ad Trebellian. defin.7. in allegat. n.3. & defin.23. eod. tit.* & tractat idem Peregr. *in d art.2. num.53. & ſeq.* Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt.8. num.117. & ſeq.* Cùm igitur reſtitutio facta eſt re vel verbo, & in iis, aliiſque caſibus in quibus reſtitutio facta intelligitur miniſterio legis, quia iura, actiones, & rerum dominia re ipſa in fideicommiſſarium transferuntur, vt conſtat ex *l.37. & l.63. in princ. ff. ad Trebellian.* & ex *d.l. ſancimus. in fin.* & docet Peregrin. *loc. cit.* dici poteſt cenſum imponere poſſe, quia dominus eſt, quæ ratio in primo & ſecundo caſu ceſſat, & ita ſenſit Maſtrill. *in d. dec.150. n.26.* & procul dubio ſentiunt Cencius, & Duardus *loc. cit.* quoniam cenſum valere opinantur etiam ante acquiſitionem dominij, quod ego probare non potui. † Niſi etiam in hoc tertio ca- 50
ſu obſtet, quod notant idem Cencius *in addit. d quæſt.14.n.5.* & Duard. *in d.§.1.quæſt.25. n.19.* ex quadam Rotæ deciſione coram Vbaldo, quæ extat poſt illius tractatum *dec.159.n.6.* cenſus non ſolere imponi ſuper rebus ab alio poſſeſſis, quàm ab ipſo venditore. Sanè inconſultum eſt ab eo, qui rem non poſſidet, cenſum emere, multa enim accidere poſſunt, vt non valeat poſſeſſionem adipiſci, & re frui, & præſertim ſi litigandum eſt, quia dubius eſt euentus litis *l. quod debetur. ff. de peculio l. vlt. C. de bon. quæ liber.* Surd. *dec.22.n.10.* Menoch. *conſ.479.n.19.* & qui litigant dicuntur experiri iurgandi fortunam *in l.1. C. quando Imper. inter pupill.* & huc pertinet, quod dicitur minus eſſe actionem habere, quàm rem *l. minus. de reg. iur.* nimirum propter anfractus litium, & fruſtrationes, & dubium euentum, vt ex Alciato & aliis notat Bertaz. *in l. ſi quis maior. n.116. C. de tranſact.*

QVÆSTIO LV.

An ſuper re aliena cenſus conſtitui poſsit.

SVMMARIA.

1 *Aliena res vendi poteſt.*
2 *Cenſus impoſitus rei alienæ nullus.*
3 *Cenſus conſtitutione onus reale rei imponitur.*
4 *Dominus tantùm rebus ſuis onus imponere poteſt.*
5 *Cenſus rei alienæ impoſitus veluti ſine fundo conſiſtere non poteſt.*
6 *Differentiæ ratio, cur res aliena vendi poſſit, & non poſſit cenſus in ea conſtitui.*
7 *Alienæ rei pignus non conſiſtit.*
8 *Seruitus alienæ rei imponi non poteſt.*

Cenſus non eſt ſeruitus, licet habeat ſpeciem ſeruitutis.
9 *Aliena rei venditio illicita.*
10. *Cenſus ſuper aliena re imponi non poteſt, etiam vbi conſtitutio Pij V. non ſeruatur.*
11 *Vſufructuarius in re, in quam vſumfructum habet, cenſum imponere non poteſt.*
12 *Cenſus ſuper re in cenſum tradita conſtitui non poteſt.*
13 *Dominium titulis non transfertur, ſed traditione.*
14 *Emptor ſecundus, cui priùs res fuit tradita, priori præfertur.*
Venditor rem non traditam obligare poteſt.
15 *Aliena res in cenſum dari poteſt, vt commodari, & vendi.*
16 *Res cenſui ſuppoſita in cenſum reſeruatiuum dari poteſt, ſaluo iure cenſus in ea conſtituti.*
17 *Cenſus impoſitio in re aliena nulla, & fœneratitia.*
18 *Dominium ſuperueniens non ſuſtinet cenſum impoſitum ſuper re aliena.*
19 *Cencij, & Duardi doctrina quædam reijcitur.*
Cenſus validitas non pendet ex opinione, ſed ex iure.
20 *Aliena res conſentiente domino cenſui ſubiugari poteſt.*
21 *Venditor cenſus ſuper re aliena volente domino illum ſoluere tenetur.*
22 *Dominus prædij, qui conſenſum præſtitit, vt ſubiiceretur cenſui, poteſt petere, vt ſeruetur indemnis.*
Et prædium ex hoc onere liberetur.
23 *Quod declaratur* ex l.Lucius. ff.mandat.
24 *Cenſus ſuper re aliena ſuſtinetur, ſi dominus rei ratum habet.*
25 *Ratihabitio retrotrahitur.*
26 *Cenſus rei alienæ, in qua quis ius habet, quatenus imponi poſſit.*
27 *Communi rei cenſus imponi poteſt.*
28 *Licet tota res in inſtrumento deſignata ſit.*
29 *Cenſum reſeruatiuum habens poteſt cenſum in re conſtituere.*
30 *Venditor cenſus in re aliena tenetur ad pretium, & id quod intereſt.*
31 *Emens cenſum ſcienter in re aliena penſiones percipere non poteſt etiam ſub prætextu eius quod intereſt.*
32 Emens *ſcienter cenſum in re aliena poteſt pretium repetere, & poſt moram etiam intereſſe.*
33 *Emptor rei, cuius venditor ſibi dominium retinet, an poſſit cenſum imponere.*
34 *Clauſula* ad habendam *&c. ius, & poteſtas.*
35 *Duardi ſententia quædam declaratur.*

QVAMVIS multis locis dictum ſit cenſum ſuper re aliena conſtitui non poſſe, id tamen nunc diligentiùs tractandum eſt, ad aſtruendam fidem iis, quæ in præcedentibus dicta ſunt.

1 Et in primis quidem videtur dicendum cenſum ſuper re aliena vendi, & conſtitui poſſe. Nam cum apud omnes conueniat reditum annuum titulo venditionis in alium poſſe transferri, quod *quæſt.43.in fin.* tractatum eſt, & receptum ſit res alienas quemlibet vendere poſſe *ex l.28.ff.de contr.empt.* vbi Vlpian.ait, hac de re nullam dubitationem eſſe, Afflict. *dec.369. n.2.* Franciſc. de Cald. *lib. de empt. cap. 11. n.1.* & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.4.tit.5.n.19.* conſequens etiam eſſe videtur cenſum ſuper re aliena quem vendere, & conſtituere poſſe: id etiam abſente, & inſcio domino *arg. d.l.28.* quæ eſt de venditione rei alienæ facta inuito domino, vt indicant verba illa. *ſed res emptori auferri poteſt.* Nam ſi eo volente, & conſentiente venditio fieret, res emptori euinci non poſſet *l ſi ſine. C. ad Velleian. l.2. & 5. C. de reb. alien. & aliis.*

2 Et nihilominus dicendum eſt cenſum quidem ſuper re aliena de facto vendi poſſe, conſtitutionem tamen cenſus nullam, & inualidam eſſe, vt ſentiunt Nauarr. *lib. de vſur. num.118. & 131.* Molin. *diſp.394.n.9.* Ludouic. de Auendan. *cap.61. n.3. & 4.* Bonacin. *de contract. diſp. 3. quæſt.4. num.3.* quos refert, & ſequitur Cenc. *in lib. de cenſib. quæſt.14. n.6.* his addimus Vgolin. *de vſur. cap.44. num.4. in fin. cap.49 §.5. n.1.* Mareſc. *variar. reſolut. lib. 3. cap.10. n.15.* Rouir. *in pragmat. 1. de cenſib. num.10.* & Nouiſſime Duard. *ad conſtit. Pij V. de cenſib. §.1. quæſt.25. num.3. & 4.* qui refert hanc communem eſſe ſententiam. Quæ confirmari poteſt ex conſtitutionibus diuorum Pontificum Martini V. Calixti III. & Nicolai V, quibus venditiones redituum probatæ ſunt, qui ſuper bonis venditorum conſtituuntur, vt obſeruat Petr. de Gregor. *de cenſib. quæſt.5. num. 7.* & Maſtrill. *ad eund. n.102.* & Duard. *loc. cit. num. 7. & 18.* Quod etiam ſatis innuit conſtitutio Diui Pij V. dum prohibet pacta continentia debitorem cenſus, ſi moram faciat in præſtatione reditus rem cenſui ſuppoſitam, vel partem eius amittere: & ſenſit Rota poſt Duardum, & Cencium *in dec. 2. n.5.* quæ ait repugnare naturam cenſus, vt rebus alienis iniiciatur. Et probari etiam poteſt hac ratione, quia in conſtitutione cenſus transfertur in alium ius percipiendi reditum ex re fructifera quod ius transferre non poteſt, qui rem non habet, ex qua cenſum præſtare poſſit, vt docet Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap.4. n.1. & 2.* vbi rectè ait, ſi nulla res ſit, vanum, & inane ius cenſus eſſe. † Atque etiam quia ex impoſitione cenſus conſtitui- 3
tur ius reale ſuper re, quæ cenſui ſubiicitur, vt docet Couar. *variar. lib.7. cap.7. n.9.* Sarmient. *ſelectar. interpr. lib.7. cap.1. n.4. & 17.* & alij apud Felician. *de cenſib. lib.1. cap.4. num. 3. & cap. 8. num.19.* Cannet. Corbul. & alij apud Cencium *q.23. num.2.* Quod etiam ſcripſit Duard. *ad d. conſtitut. multis locis vt in §.3. quæſt.11. num.2. & 9. & quæſt. 15. num.4.* Frideric. Martin. *loc. cit.* & rectiſſime explicat Molin. *diſp.383. num 4.* & Gutier. *practicar. quæſt. lib.2. cap.16. n.6.* † Quamobrem 4
cùm ius reale is tantùm rei iniicere poſſit, qui dominus eſt, vt conſtat *ex l.6. C. ſi res alien. pign. dat. tit. l.1. ff. de pignor. l.9. & 26. ff. de pignor. act. & argum. l. vlt. C. de reb. alien. non alien.* in qua ſancitum eſt in rebus alienari prohibitis nec vſumfructum, nec pignus, nec ſeruitutes imponi poſſe. Quod etiam oſtendi poteſt ex *l. ſed & ſi. §. ſi tamen. ff. de pet. hæred. & l.1. ff. comm. prædior. l. ſi ſine. C. ad Velleian.* & tradit Cuiac. *in l.1. ff. de pignor. ad Papin.* & Cencius *in d. quæſt.23. num.8.* conſequens eſt, neminem ſuper re aliena cenſum conſtituere poſſe.

Ex quo illud etiam eſt, vt ſi fortè cenſus rei alienæ inii- 5
ciatur, cenſus veluti ſine fundo, & nulli fundo inhærens conſiſtere non poſſit, ſiquidem ſubducto fundo cenſus ſola obligatione perſonali inniteretur, quod nunc conſtitutione D. Pij V. prohibitum eſt, vt cenſuit Rota poſt tractatum Cencij *in deciſ. 309. num.6. & dec. 329. num.1.* & Amat. *dec. 6. num. 6. & 7.* & ſenſit Surd. *in conſ. 318. num. 6.* Cencius *in d. quæſt. 14. num. 7.* & Duardus *loc. cit. num.9.* & nos diximus *quæſt.48. num.36. & quæſt.51. num.28.* vbi etiam ſcripſimus vſumfructuarium ſuper re, cuius vſumfructum habet, cenſum conſtituere non poſſe, quod res ſit aliena, & præſertim ex Mareſc. *loc. cit. n.16.*

Nec obſtat quod initio diximus rei alienæ emptionem, & 6
venditionem conſiſtere ex *d. l.28. ff. de contr. empt.* ſiquidem hæc eſt ratio differentiæ, quia in conſtitutione cenſus realis hoc agitur, vt res ſit obligata, affecta, & obnoxia oneri cenſus. Nemo autem poteſt obligare rem alienam, vel illi onus iniicere, in qua nihil iuris habet: in venditione verò hoc non agitur, vt res aliquo onere afficiatur, ſed tantum vt poſſeſſio tradatur emptori, quam venditor habet, qui propterea non tenetur rem facere accipientis, ſed tantùm euictionem præſtare, ſi fortè res emptori ablata ſit, vt conſtat ex *l. ex empto. §.1. de act. empt. l.1. ff. de rer. permut. & l. ſi ita. ff. de contr. empt.* & Cuiac. *in d.l.28. eod. tit.* vbi ait, in emptione ſolam traditionem ſufficere.

Pari ratione licet rei alienæ venditio conſiſtat, vt diximus, 7
receptum tamen eſt, rem alienam pignori obligari non poſſe ex *l. aliena. ff. de pignor. act. l.2. C. de crimin. ſtellion. l.2. & 6. C. ſi res alien. pignor. dat.* quæ ait, *per alium rem alienam inuito domino pignori obligari non poſſe certiſſimum eſt,* & ex *d.l. ſi ſine. C. ad Velleian.* idémque conſtat ex multis iuris locis, & ex Harmenop. *lib.3. tit.5. §. qui rem alienam.* & tradunt Neguzant. *de pignor. 5. membr.6. par. num.26.* Milan. *dec.9. n.20. lib.2.* Donell. *de pignor. c.7.* & alij paſſim, ſed elegánter Cuiac. *in d.l.1. de pignor. ad Papin.* his verbis. *In hoc igitur conſiſtit differentia inter pignus, & venditionem, quod rei alienæ pignus non eſt, &*

rei

rei alienæ emptio venditio eſt. Et ratio differentiæ, quia pignoro contracto, vel conuento hoc agitur, vt res ſit obligata innexa: nemo autem poteſt obligare rem alienam, in qua nihil iuris habet: venditione autem hoc non agitur, vt res obligetur emptori, nec vt dominium rei tranſeat in emptorem, niſi interueniat mancipatio, ſed vt poſſeſſio tantum tranſeat in emptorem, quam venditor habet præſtita cautione euictionis nomine, & de dolo malo, vt l. 1. ff. de rer. permut. Poteſt rei alienæ mea eſſe poſſeſſio, ergo & eius rei emptio venditio eſt, cuius poſſeſſionem tantùm habeo, non dominium. Solius domini eſt pignori obligare: vendere non eſt ſolius domini, ſed etiam poſſeſſoris, & quod dicitur in l. 9. §. 1. hoc tit. de pign. quod venditionem recipit etiam pignorationem recipere, ita ſupplendum eſt, ne latiùs accipiatur. Quod noſtrum emptionem, & venditionem recipit, etiam pignorationem recipere poteſt. Hæc Cuiac.

8 Et hæc etiam ratio eſt, cur rebus alienis ſeruitus imponi non poteſt, quia cùm ſeruitutes ſint iura, qualitates, & onera prædiorum *Inſtit. de reb. corpor. & incorpor. l. qui bona §. 1 ff. de damn. infect. l. 3. ff. quem ſeruit. amitt. l. quid aliud de verb. ſignif.* & nemo poſſit ius & onus in re aliqua conſtituere, niſi dominus ſit, vt dixi *n. 4.* conſequens eſt néminem rei alienæ ſeruitutem imponere poſſe, vt conſtat ex *l. 2. ff. de ſeruit. & §. ideo. Inſtit. eod. & d. l. vlt. C. de reb. alien. non alien.* & ſentiunt Coraſ. *in l. ſeruitutes numero 20. ff. de ſeruit.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 20. num.* 1. Mareſcot. *loc. cit. num.* 16. qui quod magis eſt, id de vſufructuario ſcribunt, vt etiam Cuiac. *in d. l. 2. ff. de ſeruit. in princ.* quod dubium videbatur, quia interdum loco domini eſt *l. 4. ff. de vſufr.* & tamen traditum eſt non poſſe ſeruitutem imponere, vt auctores relati tradunt, & Ioann. Caſtill. *de vſufr. cap. 35. n. 7.* & probatur *l. 15. §. vlt. eod. tit. de vſufr.* ſed hinc multo magis apparet, quod initio diximus. Vt enim non poteſt quis ſeruitutem rei alienæ imponere, ita nec cenſui ſubiicere, qui licet non ſit ſeruitus, ſpeciem tamen aliquam habet ſeruitutis, & inhæret fundo quaſi ſeruitus quædam, vt dicebat Rot. *poſt tract. Cencij in dec. 470. num.* 2. Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. 4. num.* 89. & alij plurimi apud eundem Cencium *in d. quæſt. 23. n. 2.* Nam vt ſeruitutes ſunt onera prædiorum, ita & reditus annui, & quidem grauiſſima, ſub quibus ſæpè debitores ſuccumbunt. Quamuis igitur rei alienæ venditio valeat, conſtat tamen ſuper re aliena neque ſeruitutem, neque cenſum, vel aliud onus reale, quod rem afficiat, & attingat, conſtitui poſſe.

9 Et obſeruandum quoque eſt, eam ſententiam *rem alienam diſtrahere quem poſſe*, duram, & iniquam eſſe, & vt ait *l. 1. in fin. C. de comm. rer. alien. ſatis illicitam.* ideo Vlpianus *in d. l. 28.* ſtatim ſubiicit, *ſed res emptori auferri poteſt*, vt notat Cuiac. *in d. l. 1. de pignor.* quia inquit venditio rei alienæ ius dominij non mutat. Sed hoc intereſt inter venditionem rei alienæ, & venditionem cenſus ſuper re aliena, quia venditio rei alienæ, quamuis iniqua, & iniuſta ſit, & res emptori euincí, & auferri poſſit, ſummo iure valet, daturque vltro citróque actio empti, & venditi, quia hîc res eſt, quæ venit, & nihil deeſt ad ſubſtantiam emptionis. Sed venditio cenſus in re aliena non tantùm iniuſta, & illicita eſt, ſed etiam nulla, quia nulla res eſt, quæ vendi, & emi poſſit, & perſpicuum eſt nec emptionem, nec venditionem ſine re quæ veneat, intelligi poſſe *l. 8. ff. de contr. empt.* & ſimilis videtur contractus venditioni hæreditatis quæ non eſt, quo caſu emptio, & venditio contrahi non poteſt, vt dicitur *in l. 7. ff. de hered. vel act. vend.* Cùm igitur vendo domum, vel agrum alienum, venditio ſummo iure valet, quia res eſt, quæ venit, ſed cùm venditur cenſus ſuper re aliena, cùm iſtud ius non ſit in rerum natura, nec poſſit in ipſa conſtitutione creari ab eo, qui nullum ius in re habet, conſequens eſt hîc nihil eſſe, quod vendi poſſit, & in emptorem transferri, & conſequenter emptionem contrahi non poſſe. Et tantùm poſſet conſiſtere venditio, ſi cenſus iam conſtitutus ſuper alieno fundo, & ad alium pertinens venderetur, quia tunc res eſſet, quæ vendi potuit, vt in reliquis rebus alienis receptum eſt.

10 Quamobrem quod dicimus cenſum ſuper re aliena inſtitui non poſſe, non ſolùm obtinet ijs in locis, vbi conſtitutiones *Diui* Pij V. & aliorum Pontificum receptæ ſunt, vt obſeruat Duard. *in d. q. 25. num.* 18. ſed etiam apud omnes populos, qui legibus vtuntur. Etenim emptioni cenſus ſuper re aliena repugnat ratio iuris, quæ non patitur, vt quis rebus alienis obligationis nexum, & onus reale, quod ſcilicet rem innectat, & afficiat iniicere poſſit, vt conſtat ex *d. l. vlt. C. de reb. alien. non alien. & alijs.* Vt enim neque pignus neque ſeruitus, neque aliud onus ſuper re aliena imponi poteſt, ita nec ius reditus conſtitui poſſe perſpicuum eſt.

His conſequenter dicendum eſt vſumfructuarium rei 11
cuius vſumfructum habet cenſum iniicere non poſſe, quia cùm res ſit aliena *l. 1. ff. de vſufructu.* & certum ſit neminem alienæ rei cenſum imponere poſſe, vt initio dictum eſt, conſequens ſit, vt ſuper proprietate reditum conſtituere non poſſit, vt ſentiunt Felician. *lib. 2. cap. 4. n. 6.* Vgolin. *de vſur. cap. 44. n. 15.* Mareſcot. *loc. cit. num.* 16. & alij quidam, quos recenſui *d. q. 51. n. 28.* & comperi deinde in fortioribus terminis ſenſiſſe Rotam in nouiſſimis poſt tractatum Cencij *dec. 541. num.* 7. quas ego ita magnifacio, vt non deciſiones, ſed iuris oracula appellem: & inuideo Cencio, qui ex illis totum eius librum componere potuit.

Infertur ſecundò eum, qui rem alteri in cenſum dedit ſu- 12
per ea, cenſum conſtituere non poſſe. Nam cùm ex contractu cenſus omne dominium in accipientem transferatur, & penes concedentem nihil aliud remaneat, quàm ius percipiendi reditum, quod in traditione rei ſibi retinuit, vt multi docent apud Felician. *in proœm. lib. 1. num.* 9. & apud Duard. *in proœm. conſtit. Pij V. quæſt. 12. n. 4.* quibus conſentit Roderic. *de ann. redit. l. 2. q. 32. n 5.* non poteſt ipſi rei, quæ prorſus aliena eſt, cenſum vel aliud onus iniicere, vt docent Auendan. *in d. cap. 61. n. 5.* & ipſe Duard. *in d. dec. 25. n. 10.* ſed quod vterque auctor ſubiicit. † Idem eſſe etiam priuſ- 13
quam Cenſuarius rei cenſualis poſſeſſionem naneiſcatur, quoniam hypothecæ, ſeu ſeruitutis conſtitutio poſterior non præualet dationi in cenſum, quæ prior eſt tempore, cùm datione in cenſum vtrumque dominium, & poſſeſſio ciuilis rei conceſſæ in cenſuarium transferatur, & prior conceſſio in cenſum cenſus conſtitutioni inde ſecutæ præferatur; hoc inquam in his terminis non ſatis tutum mihi videtur; quia repugnat euidenter, quod dicimus ex ſolo titulo dominia rerum non transferri, ſed traditionibus, vt conſtat *ex. l. 20. C. de pact. & l. 27. C. de rei vend.* ideoque præferri eum, cui priori res fuit tradita *l. quoties C. eod.* & ibi tradit præ cæteris Iaſ. *num. 3. verſ. Item antequam vlterius*, vbi ait rationem fundamentalem *d. l. quoties*, in eo poſitam eſſe, † quia ex 14
ſolo titulo venditionis, vel donationis, & ex ſolo contractu non transfertur dominium in re vendita, vel donata, etiamſi eſſet venditio vniuerſalis *l. 6. C. de hared. & act. vend. & l. qui ſibi C. de his, qui à non dom. manum.* requiritur igitur traditio rei, vel poſſeſſio ad transferendum dominium *d. l. 20. C. de pact.* ideóque præferri eum, cui ex titulo venditionis, vel donationis poſſeſſio rei prius tradita fuit, & rationem hanc ponere Gloſ. Cynum, & ſcribentes omnes. Idem ſentiunt Couarr. *lib. 2. variar. reſol. cap. 19. n. 1.* Martin. *de iur. cenſ. cap. 6. num. 117. & num. 156.* & doctiſſimus Cuiac. *in l. 1. ff. de vſurp. & vſucap. Nam* inquit *nudis pactis, vel nudo conſenſu, vel nuda conuentione, dominium non mutatur.* Nam etſi, verbi gratia conſenſu perfecta ſit emptio, dominium tamen non mutatur, niſi & res tradita ſit, & pretium adnumeratum, & his paucis verbis Harmenop. lib. 3 tit. 3. *non ex conuentione, ſed ex traditione emptor fit dominus.* Cùm igitur re nondum tradita is, qui rem in cenſum conceſſit, adhuc rei dominus ſit, vt definitum eſt apertiſſimè *in d. l. 6. C. de hared. vel act. & vend.* & tradit Iaſ. *in d. l. quoties num.* 27. & Cuiac. *loc. cit.* conſequens eſt poſſe alteri in cenſum concedere, vel vendere, & vendendo dominium transferre, ſi ſecundo emptori priùs res tradita ſit, & multo magis cenſui ſubiicere: & poſteriorem emptorem præferendum eſſe *d. l. quoties & l. 9. §. ſi duobus ff. de publician. l. 31. in fin. de act. empt.* Harmenop. *d. tit. 3. §. ſi duo* Iaſ. & Couarr. *loc. cit.* & ipſe Auendan. *loc. cit. num.* 2. & poſſe interim alteri rem obligare conſtat apertiſſimè *ex l. vlt. § . Lucius ff. de donat. & ibi* Angel. notat & Bart. *in l. 1. num. 6. C. de iur. fiſc.* Franciſc. de Cald. *lib. de empt. & vend. c. 34. num.* 7. tametſi aduerſus eum, qui fidem contractus fregit, detur actio ad id quod intereſt *d. l. 6. C. de hared. & act. vend.* & proinde potior eſt

cauſa

cauſa eius, cui fundus interim pignori, vel cenſui ſuppoſitus eſt. Ex quibus ni fallur perſpicuum eſt Auendan. & Duardi ſententiam admittendam non eſſe, niſi in ijs caſibus, in quibus ceſſat diſpoſitio *d.l.quoties* veluti ſi ſecundus emptor mala fide contraxit vt conſtat *ex d.l.31.* illis verbis *ſine dolo malo de act.empt.& d.l.9.§.ſi duob.* dum ait *bona fide ff.de public.* & alijs caſibus, quos tractant Iaſ. *in d.l.quoties.* Couarr. *in d.c.* 19. & Anton. Gabriel. *l.3.tit. de empt.& vend. concl.* 2.

15 Præterea Duardus poſt Auendan.*loc. cit.* multo minus, inquit, ſuper re aliena cenſum reſeruatiuum conſtitui poſſe, quoniam res quæ datur in cenſum libera eſſe debet, & propria concedentis *ex l. vlt. C. de rer. permut.* idque veriſſimum eſſe, ſiue cenſus reſeruatiuus ſit emptio, & venditio, ſiue nuda conuentio traditione rei veſtita, ſiue donatio quædam, vt Duardus magit probat: imo rem priùs cenſui conſignatiuo ſuppoſitam in cenſum reſeruatiuum dari non poſſe, non ex eo quod prohibeatur rei alienatio, cùm res ſit propria cenſuarij, ſed ex iuris prohibitione qua venditio, ſeu diſtractio rei tributariæ, ſeu hypothecatæ prohibetur ex *l. 7. §. 1. & l. Iulian.ff. de act. empt. l. illud §. minus de trib. act.* & ita ducere Auend. *loc. cit.* Itaque ſentire videtur non tantum rem alienam, ſed etiam rem cenſui conſignatiuo ſuppoſitam in cenſum reſeruatiuum dari non poſſe. Ego ſubſiſto. Quia quoad primum, licet datio rei alienæ in cenſum ſit illicita, nec noceat domino *l.1. & 5. C.de reb.alien. l.1. C.de comm. rer. alien.* & res verè dici non poſſit onere cenſus affecta: non minùs tamen inter contrahentes valere dicendum eſt, quàm venditio rei alienæ, quæ licet illicita ſit, & iniqua, valet tamen inter contrahentes, vt vtrinque naſcatur actio, vt dictum eſt, & docet Bald. *in d.l.1.in fin.* quod etiam ſenſit Cuiac. *in d. l. 1. de pignor. ad Papin.* & probari poteſt *ex l. qui rem §. is quoque ff. de pign.act. & l.bona fides 31. verſ.quod ſi ego ff. depoſ. l. 15. ff. commod. l. 7. ff. loc.* vbi idem Cuiacius notat locationem rei alienæ valere, & teneri conductorem penſionem præſtare, niſi dominus illum re conducta frui prohibeat. Vt ergo valet venditio rei alienæ, quamuis dominus rem vendicare poſſit *d. l. 28.de contr. empt.* & depoſitum prædoni reſtituendum ſit, licet ſi dominus petat, ei potius reddi debeat *d. l. 31.ff depoſ.* denique vt valet inter contrahentes rei alienæ locatio, tametſi locator domino teneatur *d. l. 7. ff. loc.* vt etiam commodatum rei alienæ *d. l. 15. hoc tit.* ita prorſus dationem in cenſum rei alienæ inter contrahentes valere dicendum eſt, tametſi domini cauſa, & petitio potior ſit, ſi rem ſuam vendicaturus adueniat.

16 Quòd verò ſecundo loco dicunt rem cenſui conſignatiuo ſuppoſitam in cenſum reſeruatiuum dari non poſſe, à ratione iuris prorſus alienum eſſe videtur. Nam cùm ex conſtitutione cenſus in re aliqua dominus cenſus nihil iuris in ea acquirat, neque quoad dominium, neque quoad poſſeſſionem, vt ſentiunt Menoch. *de præſumpt.lib. 3. cap. 107. num. 5.* Molin. Theologus *diſput. 383. num. 8.* & alij quos refert Cencius *quæſt. 1. n. 23.* conſequens eſt, vt dominus fundi illum liberè diſtrahere, & quocumque titulo in alium transferre, & alienare poſſit tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, vt tradit idem Molin. *diſp. 391. n. 8.* ſubiiciens ex natura contractus cenſualis integrum debitori cenſus eſſe alienare quocunque titulo, & cui voluerit, rem cenſui ſuppoſitam: idem ſenſit Felic. *de cenſib. lib. 1. c. 10. num. 2.* & alijs citat. Cenc. *q.56.n.2.& 3.* & rurſus *q. 63. n. 6.* Vgol. *de vſur. c. 45. §. 2. n. 1.* & apertiſſimè ſancitum eſt conſtit. D. Pij illis verbis *Quemadmodum nec pactum auferens, vel reſtringens facultatem alienandi rem cenſus ſuppoſitam, quia volumus rem ipſam ſemper & liberè, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate alienari* ex quibus rectè Cenc. ait huius rei nullam dubitationem eſſe. Cùm ergo tum ex natura contractus, tū ex diſpoſitione dictæ conſtit. res cenſui ſuppoſita, poſſit quocunque titulo liberè alienari planè ſit, vt in cenſum reſeruatiuū etiam dari poſſit, quæ eſt ſpecies alienationis, quo caſu tamen rem cum ſua cauſa, id eſt cum onere cenſus tranſire certum eſt, vt dicunt ijdem Molin. Felic. & Cenc. *loc.cit.* idem Vgol. *c. 49. n. 3.* & Gratian. *diſcept. forenſ. c. 141. n. 4.* & ipſe Cenc. *q. 78. n. 3.* & ſanè leges, quibus Duard. vtitur, nihil ad hanc rem pertinere videntur, & Auendan. magis legibus Hiſpaniæ, quàm iure communi innuetur, & adfert *l. 1. de act.empt.* & alias, vt probet venditorem teneri ad id quod intereſt, quod eſt diuerſum.

Cæterùm quod initio diximus cenſum ſuper re aliena conſtitui non poſſe, ita verū eſt, vt non tantùm impoſitio cenſus ſit nulla, ſed etiam fœneratitia: nam cùm in hac ſpecie cenſus ſit ſine fundo, cui inhæreat, vt dictum eſt *n.5.* & in ſola obligatione perſonali ſuſtineatur, conſequens eſt veluti non ſeruatâ formâ conſtit. D. Pij V. cenſum vſurarium eſſe, vt docet Nau. *de vſur.n.79.* & Fridec. Mart. *d. c.4. n.1.& 3.* & cautum eſt illis conſtitutionis verbis *contractuſque ſub alia forma celebrandos fœneratitios eſſe iudicamus.* Ex quo ſequitur reditus omnes ſorti imputandos eſſe, vt in alijs contract. vſurarijs receptum eſt. 17

Denique ita verum eſt cenſum ſuper re aliena conſtitui non poſſe, vt non ſatis ſit ad ſuſtinendum contractum, ſi dominium deinde ad venditorē peruenitat, vt ſenſit Petr. Greg. de *cenſ.q.5.n.8.* Maſtrill. *ad eund.n.157.* Mar. Giurb. *dec. 24. n. 1. & 2.* & ijſdem verbis Cenc. *in add. d. q. 14. n.5.* & Duard. *in d. q. 25 n. 19.* ita vt incertum ſit, quis eorum ab alio id mutuatus ſit. Neuter tamen hic huius rei rationem adfert, quam mea tenuitas poſuit *q. prox. præced. n. 46.* quia ſcilicet cenſus ab initio veluti ſine fundo perſonalis eſſet, quod genus cenſus nunc conſtitut. Diui Pij V. prohibitum eſt, vt ſæpius diximus. 18

Non placet tamen quod vterque ſubjicit ex eo quod dominium eſt difficilis probationis, ſatis eſſe ad ſuſtinendum cenſum, ſi fundus ſuper quo cenſus imponitur, communi opinione credatur eſſe venditoris, quia facultas imponendi cenſum ſuper re aliena, non pendet ex communi hominum opinione, ſed ex iure dominij, quod quis habet, ſine quo nemo poteſt onus aliquod rei injicere, quod rem ipſam obliget *l.6. & vlt. C. ſi alien. res pign. dat. ſit,* quæ ait nexum non facere prædiorum, niſi qui dominus eſt; *& l.vlt. C.de reb. alien. non alien.* vnde quicquid vulgus opinetur, hoc caſu ſemper verum eſt cenſum nulli fundo inhærere, & conſequenter tanquam cenſum conſiſtere non poſſe: & tantùm competere actionem ad id quod intereſt, vt conſtat ex *l. 8. & 9. ff.de hered. & act. vend.* & tractatum eſt apud Eminen. Seraph. *dec.785.& 787.* quarum nos meminimus multis locis, & fortaſſe ſentiunt ijdem auctores, dum dicunt cenſum valere in præiudicium venditoris. 19

Sed quod dictum eſt cenſum ſuper re aliena conſtitui non poſſe, tres exceptiones, ſeu declarationes recipere videtur. Prima eſt, niſi voluntate domini impoſitio facta ſit. Nam, vt res aliena conſentiente domino pignori dari poteſt *l.20. ff.de pignor.act l.1. & vlt. C. ſi res alien. pign.* vt etiā prædio alieno ſeruitus rectè imponitur *l.cum eſſent §.vlt.ff.de ſeru.ruſt.præd.* vt etiam volente domino res aliena licitè vendi poteſt *l.4.verſ. nam, & qui rem & l.rogaſti 11 in princ.ff, de reb. cred.* denique vt etiam donari *l.14. C.de don.* ita prorſus conſentiente domino cenſus in re aliena validè conſtituitur, quia videtur ipſe cenſum imponere. Atque ita docent Nau *in cōment de vſur.n.131.* Virg. *de cenſib.p. 8.n.69.* Molin. *diſp.394. in fin.* vbi refert id in Hiſpania vſitatum eſſe, idem ſentiunt Scaccia, Molſeſ. & alij apud Cenc. *in d.q.14.n.8* & Duard. *in d.q.25.n.21.* quibus addo Sal. *de cenſib.dub.21.n.1* Mareſ. *in d.c. 10. n. 15.* Mart. Medic. *inter dec. Senenſ.exam.18.n.50.* vbi ait Senis id quotidie fieri: & Mangi. *de euict. q. 83.n.30.* ex quibus conſtat malè reſpondiſſe Surdum *in d. conſ. 318.* quia in ea ſpecie dominus prædij conſenſerat impoſitioni cenſus, & ideò non poterat contractus ex hoc capite impugnari. 20

Cæterùm vendito cenſu ſuper re aliena, conſentiente illius domino tenetur venditor, in cuius commodum contractus initus eſt, & ad quem pretiū peruenit, ex proprijs bonis penſiones ſoluere, quandiu res cenſui ſuppoſita ſalua, & fructifera manet, vt notant Molin. & Salas, *loc.cit.* & Duard. *in §. 3. q.9.n.13.* & nuuiſſimè omniū Eminen. de Lug. *diſp.27. n. 74.* eius enim negotiū geſtum eſt, non illius, qui prædium ſuum accōmodauit. † Et poterit dominus prædij agere aduerſus venditorem, vt ſeruetur indemnis, cùm nemini officium ſuum debeat eſſe damnoſum *l.7. ff. quemadmodū teſt.aper.l.61.§. quod vero ff.de furt.l.20.ff.mand.* vt is qui pro alio fideiuſſit, vel bona ſua pro alio obligauit, ab eo petere poteſt, vt ſeruetur indēnis, & bona ab illo nexu liberētur, etiamſi id actum non ſit tempore obligationis, & fideiuſſionis, cùm hoc veniat ex natura 21 22

fideiuſſionis,

Digitized by Google

fideiuſſioois,& obligetionis pro alio ſuſceptæ, vt *ex l. Luc.38.*
ff mandat. & ex Bald. & Neguzant. *& ex dec.* 14. *n.*4. docet
Cencius *in d.q.*14.*n.*10. & iiſdem verbis Duard. *loc. cit. n.*22.
23 † Quod tamen ita ſimpliciter accipiendum non eſt, vt liceat
ei, qui prædium accommodauit, ſtatim, & intempeſtiue pe-
tere, vt liberetur, ſed cum temperamento Iuriſconſ. *in d.l.*38.
qui in re ferè ſimili ita reſpondit *an, & quando res debeat libe-*
berari ex perſona debitoris, item ex eo, quod inter cõtrahentes actum
eſſet, ac tempore quo res obligata fuiſſet, iudicem æſtimaturum: eſt
enim earum ſpecierum iudicialis quæſtio. id eſt vt ego interpre-
tor id ex facto pendere, & proinde non ſemper obſeruan-
dum eſſe, vt in re ſimili dicit I.C. *in l. Neſennius de negot geſt.*
ſed tantùm cùm is qui pro alio fundum ſuppoſuit, damna, &
moleſtias paſſus eſt, vt in ſpecie *d dec.*14 & in aliis caſibus, in
quibus is, qui alienã obligationẽ ſuſcepit, & bona ſua pro alio
obligauit etiã ante ſolutionẽ actione mandati experiri poteſt,
vt obligatione liberetur, quos ex recentioribus tractant
Card Mant. *de tac. & ambig. convent. lib.*16 *tit. vlt.* Ant. Hering.
*de fideiuſ. c.*25. & ipſi Cenc. & Duard. ille *q.*75. *&* 76. *impreſ.*
nouiſſ. iſte verò §.3. *q.*13. *&* 14. qui nihil ferè intectum reli-
querunt, quod ad hunc tractatum pertineat.
24 Et nihilominus vltra eos quæro, quo tempore cõſenſus, &
voluntas domini intercedere debeat, vt cenſus ſuſtineatur.
Et ſanè nulla dubitatio eſt, cenſum rei alienæ impoſitum va-
lere, ſi voluntas præcedat, vel in ipſo actu interueniat, ſed ſi
ſequatur, res magis dubia videtur, & tamen puto ſatis eſſe, ſi
dominus deinde ratum habeat. Nam & id in pignore recep-
tum eſt, vt conſtat *ex d l.*20.*ff. de pign. act.* vbi Paul. ait, alie-
na res pignori dari voluntate domini poteſt: ſed etſi ignoran-
te eo data ſit, & ratum habuerit, pignus valebit quod etiam
definitum eſt *in l. ſi fundus.* § 1. *ff de pig.*
Nec eſt contrarium, quod diximus cenſus conſtitutionem
in re aliena, etiamſi dominium ſuperueniat, non valere, quia
non eſt ſimile. † Nam ratihabitio retrotrahitur, & compara-
25 tur mandato. *l.*14.*ff. rem rat. hab. l. vlt. C. ad Maced.* Gail. *obſer.*
47. *in fin. lib.*1. Surd *dec.*231 *n.*11. & alij apud Coſtam *de re-*
*troiract. c.*8. *caſ.*4. *n.*1. & in pignore rei alienæ ratihabitionem
retrotrahi conſtat apertiſſime *ex d. l. ſi fundus.* §.1 *ff de pign.* &
tradit Cuiac. *in d. l.*20. *de pign. act.* & Coſta *loc. cit. n.*4. qui ta-
men notat id verum eſſe in præiudicium domini ratum ha-
bentis, dominium verò, ſi ſuperueniat non trahitur retro ad
tempus conſtitutionis cenſus, vt indicat *l.*1. §.1. *ff. de pign.* *&*
*l.*1. *C. ſi res aliena pign. dat.* & ſcribit Coſta *d. c.*8 *c.*19. *n.*19. *ex*
Bart. *in l. ſi conditione n.*4. *de ſolut.* & proinde cenſus ex domi-
nij ſuperuenientia reconualeſcere non poteſt, vt ex Cencio,
& aliis dictum eſt. *n.*18. & nihilominus conſultius eſt, vt in
ipſa conſtitutione cenſus, conſenſus domini interueniat.
Secunda exceptio, ſeu potius declaratio eſt, vt cenſus ſuper
26 re aliena impoſitus valeat, ſi venditor in ea re ius reale ha-
bet, in quo cenſus ſuſtineri poſſit, ſiquidem cenſetur illud ius
cenſui oppoſuiſſe, vt contractus potius ſuſtineatur, quàm pe-
reat, nam licet quis nõ poſſit obligare rem, in qua nihil iuris
habet ſine voluntate domini *d. l. alien. de pig. act. & l. vlt. C. ſi*
res alien. pig. dat. ſit. poteſt tamen obligare rem ſibi pignora-
tam *l. grege* §. *iam pignori. ff. de pig. & l.*1. *C. ſi pign. dat. ſit l.*11. §.
vſusfructus. & l. & qua nondum in pr. ff. de pign. vel in qua ha-
bet ius emphyteuticum, & ſuperficiarium *l. tutor.* § *vlt. de pign.*
act. l. etiam. ff. qui pot. in pig. hab. quia non ipſam rem obligat,
quam non habet in bonis ſuis, ſed ius quod in ea habet, vt
docet Cuiac. *in d. l.*1. *de pign.* ideóque is, qui ius aliquod in ea
re habet, in qua cenſum impoſuit, intelligitur ius illud cenſui
obligaſſe, quod ſi perpetuum, reale, & fructiferum eſt, &
penſioni ſufficiat, de validitate cenſus ambigi non debet.
† Quamobrem ſi rei communi inſcio, vel inuito ſocio cen-
27 ſus impoſitus ſit, valet conſtitutio cenſus in portione vendi-
toris, dummodo illius portio tot fructus ferat, qui penſioni
ſufficiant. Nam vt valet, nec reſcinditur venditio proportio-
ne eius qui vendidit *l.*1. *&* 2. *C. de comm. rer. alien. l. nemo ex ſo-*
ciis. ff. pro ſoc. ita cenſus in portione venditoris ſuſtinendus
eſt, dummodo penſioni ſufficiat, vt tradit Mareſ. *var. reſ. lib.*1.
*c.*27. *n.*1. *&* 2. Honded. *in conſ.*58 *n.*99. *lib.*1. & aliis auctori-
bus relatis Cenc. *q.*20. *n.*7. *&* 8. *&* 17. Maſtril. ad Gregor. *q.*5.
*n.*114. & Duard. *in d.* §.1. *q.*9. *n.*4. & Rota coram S. Ludou.
*dec.*225. *n.*1. Beltramin. *ad eund. n.*16. & poſt Cenc. *dec.*538.
*n.*9. † Quod verum eſt, tametſi totum prædium in inſtru-
mento cenſus ſuis finibus deſignatum ſit, quia nihilominus 28
cenſetur venditor portionem cenſui oppoſuiſſe, quæ illius
propria eſt, vt ſenſit Alex. *in conſ.*14 *n.*2 *lib.*3. Rub Alex. *conſ.*
99. *n* 2. Ludouiſ. *in d. dec.*225 *n.*4 & in ſpecie Mareſc. *loc. cit.*
*n.*4. Rot. poſt Cenc *in d dec.*538. *n.*10. & Cenc. *in d. q.*20. *n.*9.
quibus addo Duard. *in d. q.*9 *n.*12.
His congruenter dicendum eſt, ſi quis cenſum ſuper re
conſtituat, quam prius in cenſum alteri conceſſerat, & cuius 29
dominium à ſe abdicauerat iuxta naturam contractus cen-
ſualis, cenſum nihilominus ſuſtineri, quia intelligitur non
ipſi rei, quæ prorſus aliena eſt, ſed cenſui quem ſibi retinuit,
& qui in eius dominio eſt, reditum impoſuiſſe. Vt enim quis
rem alienaſſe intelligitur, pro iure, quod in ea habet *l. qui ta-*
bernas. ff. de contr. empt. Crau. *in conſ.* 493. *n.*4. Mantic. *de tac.*
*& ambig. lib.*4 *tit.*9. *n.*33. Mareſc. *loc. cit n.*3. & Cenc. *in d. q.*20.
in add. n 8. ita etiam cenſum impoſuiſſe in iure quod habet,
vt in ſpecie tradit Duard. *in d. q.*25. *n.*13. *& n.*25. vbi huius
rei alia exempla profert, in quibus quid ſentiam in præce-
dentibus dictum eſt, & ita accipiendum eſt quod diximus
*n.*26.
Tertia, & vltima declaratio eſt, vt licet cenſus ſuper re
aliena nullus ſit, venditor tamen teneatur ad reſtitutionem 30
pretij, & id quod intereſt iuxta *l.*1. *ff. de act. empt. l.*8. *&* 9 *ff. de*
hered. & act. vend & Nauar. *loc. cit. n.*118. Boccat. *d. p.*2. *n.*44. &
alij apud Cenc. *in d. q.*14. *n* 14 idémque ſenſit Matt. Medic.
*dec.*31. *n.*14 & tractatum eſt apud Card Seraph. *in d. dec.*787.
*n.*4 *verſ. nec obſtat.* vbi ait hoc intereſſe eſſe intrinſecum, &
circa rem, ad quod ſiue ſciens, ſiue ignorans venditor tene-
tur, quod etiam notat Matt. *in d. dec.*31. *c.*6. & nos alibi dixi-
mus. † Sanè ſi emptor ſciens rem alienam eſſe, & id diſſimu-
lans cenſum nihilominus ſuper ea emit, manifeſtum eſt illum 31
non contractum cenſus, ſed mutuum cum fœnore celebrare
voluiſſe, & ideo non poteſt penſiones exigere, nec etiam ſub
prætextu eius quod intereſt, quod ex contractu vſurario non
debetur, vt diximus *q.*80. *n.*1. *& ſeqq.* & in ſpecie docent Nau.
& Bocc *loc cit.* Gutier. *pract. qq. li.*2. *qq* 176. *in ſi* Duard. *in d.* §.1.
*q.*26. *n.*14 Emin. P. de Lug. *in d. diſp.*27. *n* 74. Rot. poſt Cenc.
*in dec.*309. *n.*7. & Cenc. *in d. q.*14. *in add. n.*14 *verſ in qua diffic.*
Vbi contrariam ſententiam tribuit Matt. Medic. *in d. dec.*31.
qui tamen in aliis terminis loquitur nimirum de eo, qui bo-
na fide contraxit, & poſtea ſciuit rem eſſe alienam, non au-
tem de eo, qui cenſum ſcienter ſuper re aliena emit, & conſe-
quenter animo fœnerandi, vt illi Cencios imponere videtur.
Idem prorſus ex mente Theolog. tradit Bonac. *diſp.*3. *q.*4. *n.*8.
vbi poſtquam conſtituit cenſum rei alienæ imponi non poſſe
abſque domini conſenſu. Hinc, inquit, deduci poteſt eum, qui
emit cenſum, ſciens vel dubitans rem alienam eſſe non poſſe
penſionem exigere, neque ratione contractus, cùm ſit inuali-
dus neque ratione intereſſe, quia ſciens, & volens id patitur,
ſcienti enim, & volenti non fit iniuria *l.*1. *ff. de iniur.* Vnde
Theologi hunc emptorem ſimilem ei eſſe dicunt, qui par
boum à ruſtico emit, quem ſcit eos non habere, & deinde
ſub certa mercede locat, quo caſu emptorem vſuram com-
mittere omnes fatentur: & in ſpecie ita tradunt Vgol. *de*
*vſur. c.*49 §.5. *n.*2. & Gutierr. *d. lib.*2. *c.*117. *n.*6. Frid. Matt.
*de iur. cenſ. cap.*4. *n.*3. *&* 4. Matt. Med. *exam.* 18. *num.*46.
Regin. *lib.*21. *n.*421, & alij Theologi paſſim, & nos diximus
*q.*37. *in fin.*
Illud etiam exploratum eſt eum, qui ſcienter cenſum ſuper
re aliena comparauit, pretium repetere poſſe, vt inquiunt 32
Nauar. Azor. & Regin. apud Bonac. *loc. cit. verſ. verumtamen eſt.*
Neque enim in contractu vſurario ſors amittitur *l. pecu. ff. de*
vſur. l. cum alleg. C. eod. Gail. *lib.*2. *obſ.*5. *n.*7. *&* 14. & Rod. *de ann.*
*redit. lib.*2. *q.*3. *n.*61. niſi quibuſdam caſibus, vt diximus *q.*10.
imo poſt moram poterit creditor agere ad id quod intereſt,
ſibi pretium reſtitui ratione lucri ceſſantis, vel damni emer-
gentis iuxta *l. vn. C. de ſent quæ pro eo quod inter* quæ in omnib,
contractibus locum habet, & ex quacunque cauſa pecunia
debeatur, vt in ſpecie docet Gail. *loc. cit.* & Cenc. *in add. d. q.*14.
verſ. nec obſtat quod tamen intereſſe extrinſecum eſt, & pro-
bari debet legitimis modis, vt latè reſoluimus *in d. q.*80 quo
lectorem remittimus: & ita declarandum eſt, quod Duard.
& alij locis proximè relatis tradunt ſcienti dolo malo con-
trahenti

Digitized by Google

trahenti intereſſe non deberi, quia hoc locum non habet à die moræ, & poſtquam pecuniam, quam verè numerauit à venditore, ſeu debitore, repetiit, deducto tamen ſi quid ante ſub prætextu penſionum exactum eſt.

33 Nunc ſupereſt, vt quæramus, id enim omiſeram, an is, qui ea lege fundum emit, ne dominium ad eum tranſeat, donec ſoluerit pretium, poſſit ſuper eo fundo cenſum imponere. Et ſuppoſita validitate pacti, dicendum eſt id ei non licere, cùm nondum dominus ſit, & conſequenter cenſum nullũ, & inualidum eſſe, vt ſpecie docent Grat. *in dec.13.& diſc.for. lib.1.c.175.n.1.&* 14. Paul. Bell. *de poteſt.cor. &c. l.1.c.182.n.7.* Cenc. *de cenſ.q.26.n.4.&* 5. Duard. *in* §.1. *q.27. n.2. &* 3. vbi ait hunc cenſum ſine fundo eſſe, cui inhærere poſſit. Denique idem ſenſit Rot. Rom. poſt Cenc. *in dec.559.n.23. & dec.560. in prin.ver.non obſtat.* Et licet Cenc. & Duard. iiſdem locis ſentire videantur ſoluto deinde pretio cenſum conualeſcere, vterque enim ait validitatem cenſus interim ſtare in ſuſpenſo, ego exiſtimo non conualeſcere, congruenter his quæ diximus *n.18.* & docet ipſe Cenc. *in add.q.14. n.5.* & ipſe Duard. *in d.q.25.n.19.* & ratio eſſe poteſt, quia cum cenſus ab initio nullus, & vitioſus ſit, tractu temporis conualeſcere non poteſt *l.quod initio. de reg. iur.* niſi dicamus dominium hoc caſu retrotrahi, quod tamen mihi nondum exploratum eſt.

34 Illud ſanè certum eſſe arbitror id eaſdem exceptiones recipere, quas diximus in cenſu alienæ rei impoſito receptas eſſe: & inter cæteras, vt non habet locum, ſi conſentiente venditore, qui ſibi dominium retinuit, cenſus conſtitutus ſit, vt rectè tradit Duard. *in d.q.17.n.13.* & ſatis conſtare videtur ex his quæ diximus *n.20.* quibus addo non obſtante illa clauſula reſeruationis dominij interdum cenſum valere etiam ab initio, nimirum ſi ex aliis pactis, & clauſulis contractus appareat reſeruationem dominij additam tantùm fuiſſe pro ſecuriore exactione pretij, & vt venditor in concurſu creditorum aliis proferatur, vt ex facto cenſuit Rot. *in d.dec.559.n.27 & dec.560.n.2.* & notat Cenc. *in add.d.q.26.in fin.* vt ſi addita ſit, vt eſt vſitatum, clauſula *ad habendum, tenendum, & quicquid placuerit faciendum*, quia vi, & poteſtate huius clauſulæ cenſetur data alienãdi, & ad libitum diſponendi facultas, atque ita tranſlatum dominiũ, vt trad. Ang. Alex. & alij apud Menoch. *in conſ.361.n.39.* & Surd. *in conſ.* 450 *n.27.* & ad hanc rem expendit Rot. *loc.cit.* & præſertim *in d.dec.560.in fin.* ne videatur venditor eodem tempore transferre, & non transferre dominium. Et ſaltem hæc clauſula inducet conſenſum venditoris, vt non obſtante illa reſeruatione dominij emptor poſſit iure venditoris ſaluo rem obligare, & ſupponere, quod ſatis eſt vt cenſus valeat etiam nondum ſoluto pretio, conſtat enim rem alienam conſentiente domino pignori dari poſſe *ex d.l.20.ff. de pign.* vt etiam cenſibus ſubiici, vt fatentur omnes. Proinde cùm venditionibus ferè omnibus hæc clauſula adiici ſoleat, vix eſt, vt cenſus probari non debeat non obſtante pacto, ſiquidem virtute huius clauſulæ cenſetur impoſitioni

35 cenſus venditoris conſenſus interueniſſe. † Quod verò Duard. ait *in d.q.17.n.12.* in iis locis, in quibus Pij V. conſtitutio recepta non fuit, cenſum ſuper re ea lege empta in ſolutionem pretij fauore venditoris conſtitui poſſe ex Couar. *l.3.c.9.n.6.* id verò non licere, vbi conſtitutio recepta eſt, ideóque cenſum non valere, ſiquidem conſtitutio pro forma exigit pretij ſolutionem in pecunia numerata tempore contractus, declarandum eſt ex his, quæ alibi diximus. Etenim quamuis illis locis, vbi Bulla recepta eſt, hoc genus reditus vt cenſus probari non poſſit, reditus tamen ſuſtineri poteſt pro modo, & quantitate fructuum ex æquitate *l. curabit C. de act. empt.* ne illud iniquiſſimum ſequatur, vt quis re, & pretio fruatur inuito venditore, qui non aliter fuiſſet rem ſuam dimiſſurus. Quod etiam Rota cenſuit *in dec.119.n.7.& dec.124.n.4.* poſt Cencium, & ipſe Cencius *q.48.n.25.* & alij quos recenſui *q.41.n.27.* inter quos ipſe Duard. *in præf.q.16.n.9.* valet igitur hæc conſtitutio reditus etiam vbi conſtitutio Diui Pij recepta eſt pro modo, & ratione fructuum, qui ex re percipiuntur deductis ſumptibus, ſecundùm ea quæ diximus aliis citatis *q.41.n.27.* quibus nunc addo Peregr. *in conſ.86.n.13.l.3.* & Cyriac. *contr.261.n.26.*

QVÆSTIO LVI.

Vt fundus penſioni ſufficiat.

SVMMARIA.

1 *Fundus cenſus penſionis capax eſſe debet.*
2 *Fructus rei, quæ cenſui ſubiicitur, penſioni ſufficere debent, deductis ſumptibus.*
3 *Et deductis aliis oneribus, quæ certam habet præſtationem.*
4 *Cenſus non niſi ſuper re libera conſtitui poteſt.*
5 *Cenſus imponi non poteſt ſuper re alteri cenſui ſuppoſita, niſi fructus nouo cenſui ſufficiant.*
Cencij reiecta contraria ſententia.
6 *Emptio, rei quæ non eſt, non ſubſiſtit, quamuis contrahentes imaginentur rem eſſe.*
7 *Venditio rei creditoribus hypothecatæ valet.*
8 *Venditio cenſus à venditionibus aliarum rerum quomodo differat.*
9 *Fructus ex cenſu nullo non debetur etiam iis, qui lucrari ſolent.*
10. *Rota* dec.6.& 13.*poſt tract.Cencij declarantur.*
11 *Emptor cenſus ſuper re aliis oneribus obnoxia, poteſt pretium repetere, & reditus pro eo quod intereſt.*
12 *Theologorum ſententia emptorem cenſus fructus percipere non poſſe poſt ſcientiam nullitatis illius declaratur.*
13 *Intereſſe rei euictæ eſt intrinſecum, id eſt quanti habuiſſet emptor, ſi res euicta non fuiſſet.*
14 *Emptor cenſus diſſimulans eius nullitatem fructus percipere non poteſt.*
15 *Venditor cenſus qui in caſum nullitatis pretium reddere promiſit, tenetur tantùm ad intereſſe pecuniæ.*
16 *Venditor in caſum euictionis non tenetur ad fructus, cùm eo caſu pretium reddere promiſit.*
17 *Feliciani, & Fachinei ſententia immeritò reprehenſa à Cenc.*
18 *Ludouici Cencij ſententia cenſum impoſitum prædio minus idoneo ſuſtineri pro parte, quæ ex fructibus præſtari poteſt.*
19 *Cenſus impoſitus ſuper fundo non idoneo eſt omninò nullus.*
20 *Cencij opinio ex eiuſdem Cencij fundamentis refellitur,* & n.23.
21 *Fundus vt ſit idoneus penſioni, eſt de forma contractus.*
Vitium in forma etiam minimum vitiat actum.
22 *Baldi doctrina declaratur.*
23 *Forma indiuidua eſt, & diuiſione corrumpitur.*
Cenſus cuius pretium partim in pecunia ſolutum eſt, partim in aliis rebus eſt omninò nullus.
24 *Bulla Pij V.de cenſibus dum ait re pro parte pereunte, cenſum ad ratam perire declaratur.*
25 *Emens ſcienter cenſum ſuper re non idonea vſuram committit.*
26 *Emptor ſciens rem non eſſe idoneam fructus retinere non poteſt, etiam ratione eius quod intereſt.*
Quod tamen licet ei, qui ignoranter cenſum emit.
27 *Cenſus licitè imponi poteſt ſuper re, cuius fructus longè ſuperant penſionem impoſitam.*
28 *Cenſus in venditione, neque res emitur, neque fructus rei.*
29 *Cenſus plures ſuper vno fundo conſtitui poſſunt, dummodo fructus ſufficiant omnibus.*
30 *Cenſus conſtitui poteſt ſuper re, quæ vix perire poteſt.*
Natura venditionis eſt, vt eâ perfectâ periculum rei ad emptorem pertineat.
31 *Cenſui modico fundus magnus, vel plures fundi ſubiici non debent.*
32 *Bona cenſui obnoxia viliora fiunt ob ius retrahendi, quod competit domino cenſus, ſi bona alienentur.*
33 *Domino cenſus non competit ius prælationis ex iure ciuili, & ex natura contractus.*
34 *Pactum, vt dominus cenſus aliis emptoribus præferatur, non valet, quando certum pretium cenſibus eſt conſtitutum.*
35 *Prælationis ius, quod domino cenſus competit ex Bulla Pij V. non habet locum in cenſibus nullis, & vſurariis.*

Poſtquam

POſtquam vidimos cenſum ex forma conſtitutionis D. Pij V. non niſi in re immobili, vel quæ pro immobili haberur, & quæ ſit fructifera, conſtitui poſſe. In qoa re explicanda opus fuit de ijs quætere, qui io huiuſmodi rebus cen-
1 ſum conſtituete poſſunt, & in alios transferre. † Hic congruenter quætendum eſt, an ſatis ſit rem immobilem eſſe, & fructiferam quotoſcunque fructus ferat, ao verò ex forma dictæ conſtitutionis neceſſe ſit, vt tot referat fructus, qui penſioni ſufficiant. Et quidem cùm ceuſus nihil aliud ſit quàm ius percipiendi reditum ex fructibos rei alienæ, & cenſos perſonalis none ſit illicitus, neceſſe eſt vt fructus ipſius rei, quæ cenſui ſubiicitur, penſioni ſufficiant, & quod idem eſt, vt ex fructibus rei penſio redigi poſſit. Quod ſentiunt Sarmient. *ſelect. interpr. lib. 7. c. 1. n.* 83. Io. Medin. *de reb. per vſur. acquiſ. q.* 11. Nauar. *in comment. de vſur. n. 79. &* 85. & alij ſcriptores Hiſpani apud Gutier. *practic. qq. lib. 2. c. 177. n. 8. & 9.* vbi ait id clarè ſenſiſſe Diuum Pium, cùm ſanxit re in totum, vel pro parte infroctuoſa reddita ceoſum ad ratam perite. Nam ſi ex poſt facto cùm res minus fructifera redditur, cenſus pro rata perimitor, cooſequens eſt ab initio in re aliqua ceoſum inſtitui non poſſe, qui illius fructus excedat. Hanc eandem ſenteutiam probarunt Virgin. *de cenſib. p. 3. n. 29.* Card. Tolet. *lib. 5. c. 45. n. 2. & c. 47. n. 1.* Regin. *l. 25. c. 31. n. 422.* Mol. *diſp. 389. n. 4.* Azor. *Inſt. Moral. p. 3. l. 10. c. 6 q. 1.* Aueud. *de cenſ. Hiſp. c. 53. n. 3.* & nouiſſimè Duard. in comment. couſtitut. Pij V. §. 1. *q. 47. n. 2.* vbi refert hanc cõmunem eſſe opinionẽ, quam etiam ſequitur Cenc. *p. 1. c. 3. q. 2. a. 1.* oune *q. 35. impreſſ. nouiſſ. n. 2. & in add. huius art. in fin.* cõcludens poſt Gutier. ceuſum pro portione, qnæ ex fructibus redigi non poteſt, deficere in materia, & re quæ venditur, & cooſequenter eſſe nullum, & nullos fructus ex eo deberi.

Nec tantùm neceſſe eſt ad validitatem cenſus, vt rei fro-
2 ctus ſuperent vel ſaltem æquent penſiooem impoſitam, ſed etiam opus eſt, vt tot fructus ferat, qui deductis expenſis, quæ in colligendis, & percipiendis fructibus fiunt, penſioni ſufficiant, vt rectè tradit Rebell. *l. 10. q. 6. n. 5.* Vgol. *in l. de vſur c. 49. §. 2. n. 4. in fin.* Bonac. *de contr. diſp. 3. q. 4. n. 21.* Rot. poſt Cen. *in dec. 88. n. 7. & dec. 89. n. 6.* idem Cenc. *in d. art. 1. n. 18.* Mareſc. *var. reſ. l. 3. c. 10. n. 12.* & Duard. *in d. q. 47. n. 5.* Nec enim fructus dicuntur, niſi deductis ſumptibos *l. 46. ff. de vſur. l. fundus ff. famil. herc. l. diuortio §. imp. ff. ſol. matr. & alijs cit.* Ioan. Cop. *de fruct. lib. 1. tit. 1. c. 6.* & Gilken. *eod. tract. c. 6. n. 1.*

Neque tantùm in æſtimatione fructuum fundi cenſualis
3 facienda eſt deductio ſumptuũ, qui in eis percipiendis fiuot, ſed etiam aliorum onerum realium, quæ certam præſtationẽ habẽt, & quibus forrè res erat obnoxia tempore cooſtitutionis cenſus. Nam vt ſæpius dictum eſt ideirco cenſum non niſi ſuper rebus fructiferis imponi conſtitutũ eſt, vt venditor ex illis poſſit ios percipiendi reditum in emptorem transferre: vnde ſi res aliis oneribus ſuppoſita ſit, quæ fructus abſorbeãt, vel ſaltẽ ita minuant, vt penſiooi non ſufficiant, cogeretur venditor omuino aliunde, & ex reditibus aliarũ rerũ, vel ex laboribus propriæ induſtriæ penſionẽ ſoluere: & quatenus fructus deductis prioribus oneribus, non ſufficerẽt, cẽſus eſſet ſine fundo, & perſonalis, & ſola obligatione perſonali niteretur, quod nũc eſt prohibitũ. Et ratio eſt, quia hoc caſo vẽditor plus iuris vendit, quàm ipſe habeat, & proiode ius huiuſmodi fictũ, & imaginariũ eſt, & io re fundameotum nou habet. Non enim res poteſt ooerari, vltra quã ferre poteſt. Qoare ita ſentiunt Tolet. *d. c. 45. n. 2.* Azor. *l. 10. c. 7. q. 2.* Guoet. *d. l. 2. c. 166. in fin* Regin. *l. 25. c. 31. n. 422.* Auend. *de cenſ. c. 61. n. 7. &* 8. Sigiſmund. Scac. *de cõmer. §. 1 q. 1. n. 178.* Ant. Merend. *controu. l. 1. c. 2. n. 8.* & Bonac. *de contr. diſp. 3. q. 4. n. 9.* rectè ſubiiciẽs huiuſmodi contractũ potius mutuum eſſe, quàm cenſum. † Quæ confir-
4 mãtur omnia, quia cenſus cõſtitui noo poteſt, niſi ſuper re libera, vel ſaltẽ cuios tanta pars libera ſit, cuius fructus ſufficiãt ad ſolutionẽ penſionis deſuper impoſitæ, vt docet, & molris Rotæ deciſionibus probat Cenc. *in art. fundus cenſus debet eſſe liber,* nũc *q. 42. n. 2. & 5.* & Sigiſ. *loc. cit. n. 183.* & alijs cit. Duard. *in d. §. 1. q. 5. n. 1. & n. 15.* Sed res libera dici noo poteſt, quæ aliis oneribus realibus eſt innexa, & obligata, quæ omnes illius fructus, & totum ius percipiendi vtilitatẽ ex ea auferunt; neque ſinunt poſteriores quicquam ex ea percipere poſſe.

Ex quibus non poſſum aſſentiri Cencio, qui *in d. q. 2. art. 5.* 5
oune *q. 39. n. 2. & 3.* docuit validè cenſum conſtitui poſſe ſuper re alteri cenſui iam ſuppoſita, quàuis fructus vtrique penſioni nou ſufficiant. Hæc enim contraria ſunt, & inter ſe pugoaut, nimirum aſſerere fundũ cenſus liberum eſſe oportere, vel ſaltẽ tantã illius partẽ, cuius fructus nouo cenſui ſufficiãt: & dicere cenſum validè conſtitui in fundo iam onerato alio cenſu, quamuis fructus nouo oneri non ſufficiant. Nec enim tanta portio libera intelligi poteſt, in qua nouus cenſus ſuſtineri poſſit. Proinde verior, & tutior eſt coutraria ſententia cenſum ſcilicet ſuper re alteri cenſui iam ſuppoſita conſtitui nou poſſe, niſi fructus huic nouo oneri ſufficiant, quam ſequuntor Gutier. *in d. q. 176. in fin.* Tolet. & Azor. *loc. cit.* Lud. Lop. *de negotiat. cap.* 60. ex quo etiam *lib. 1.* Matt. Medic. *in d. 30. n. 11.* Ioan. Franc. Leon. Theſaur. *For. Eccl. p. 2. c. 15.* Sigiſm. Scac. *in d. q. 1. n. 178. verſ. infero primò* Bonac. *in d. q. de cenſ. §. 9. verſ. dixi ſaltẽ.* Franc. Garz. *de contr. c. 28. n. 4. in fin.* & Duard. tametſi perrarò recedat à Cencio *in d. §. 1. q. 6. n. 16. & q. 47. n. 21.* Ex quibus manifeſtum eſt aduerſus Cenciũ communem eſſe ſententiam. Quæ naturali ratione probari poteſt. Nam vt vas capacitatis trium amphorarum duntaxat, ita tribus amphoris vini, vel alterius liquoris impletur, vt plus capere non poſſit, & ſi quid ſuperinfunditur id totum reiicit, & effundit: ità prorſus fundus, cuius fructus priori cenſui vix ſufficiũt, onus alterius cenſus recipere non poteſt. Et vt qui ex aceruo centũ modiorum tritici, iam quicquid in horreo eſt, alteri dedit, & tradidit: non poteſt ex eodẽ aceruo quicquam alteri dare: ita prorſos, qui ex prædio, cuius fructus ſunt quinquaginta, reditum eiuſdẽ quantitatis alteri ceſſit, non poteſt aliũ reditũ ex eodẽ fundo in aliũ transferre, quia nemo plus iuris in alium trãsferre poteſt, quàm ipſe habeat *vulg. l. nemo ff. de reg. iur. l. 20. ff. de acq. rer. domin.* & proinde hæc noua conſtitutio nullũ reale ſubiectũ habet, in quo conſiſtere poſſit, & ius qood in hoc nouo cõtractu emitur fictũ, & imaginariũ eſt, & ficta & nulla emptio, quia deficit materia venditiouis, cùm totum illud ius percipiẽdi reditũ ex re illa iam in aliũ trãſlatũ ſit, vel vt loquitur Scac. *loc. cit. quia emptũ eſt, quod non extat, ſed eſt cõſumptũ.* 6

Neqoe placet quod ſubiicit Cencius ſatis eſſe, quòd fundos tempore impoſitionis pro libero haberetur, vel ſaltẽ tanta illius portio, cuius fructus nouo cenſui ſufficerẽt, idq; *ex dec. 6. & 13.* poſt illius tractatum, in quibus ita definitũ eſſe ſcribit, quia validitas conſtitutionis cenſus non pendet ex imaginatione contrahentiũ, ſed neceſſe eſt, vt verè, & realiter ſubſit res, quæ vẽditur, & in aliũ trãsfertur *l. nec empt ff. de contr. empt. l. 7. ff de her. & act. vend.* Neq; enim in cõſtitutione cenſus venditor ius fictũ, & imaginariũ, ſed verũ, & reale, & realẽ vtilitatẽ adferens, vt inquit Matt. *in d. c. 4. n. 2.* & ipſe Cenc. ex eod. Matt. *in d. a. 1. n. 4.* Et vt venditio aliarũ rerũ non ſubſiſtit, tametſi cõtrahẽtes imaginẽtur rẽ eſſe, ſi non eſt *l. domũ in prin. ff. de contr. empt. & d. l. 7. de her. vend.* ita prorſus nec venditio iuris cẽſualis cõſiſtit, ſi verè nullum tale ius eſt, quod vẽditioni ſubiici poſſit, vt diſſerit ipſe Cenc. *in add. d. a. 1. in fin. verſ. & multo magis,* ſed in hac ſpecie nihil amplios ſupereſt, quod vẽdi poſſit, & cõſequenter nulla, & ficta eſt huius ſecundi cẽſus alienatio, vt dicunt Tolet. Bonac. & alij citati *n. 5.* & contra diſpoſitionem conſtitutionis Pij V. vt Duard *loc. cit.*

Et licet ad ſuſtineodum in hac ſpecie contractũ, quidam 7
modi excogitati ſunt, vt tradit idẽ Cenc. *in d. a. 5. n. 5.* & rurſus *in d. q. 39. n. 11. &* 18. & etiam Mareſ. *in d. c. 10. n. 10.* Gratian. *lib. 1. c. 175. n. 21. & 22.* inter quos ille eſt, vt poſſit emptor agere aduerſus venditorẽ, vt rem liberet, aut faciat conſentire dominũ prioris cenſus *ex l. 5. C. de euict.* & ex Ozaſc. *in dec. 24. n. 4. & ex d. dec. 6.* poſt tract. Cencij, vbi dicitur in fine ita fuiſſe reſponſum ſecluſo omni affectu, tamen non vidẽnt hæc remedia venditioni cenſus accommodari poſſe. Nam in venditiooibus aliarũ rerũ non cõſtituitur ius io illis: vnde licet hypothecis, aut alijs oneribus obnoxiæ ſint, venditio tamẽ ſummo iure valet, quia res eſt, quæ venit. Quod ita verum eſt, vt
etiã rei alienæ ſit venditio, vt cõſtat *ex l. 28. de contr. empt.* † Sed 8
alia eſt ratio impoſitionis cenſus. Nã cùm in vẽditione cẽſus ius percipiendi reditũ ex fructibus rei in emptorẽ trãsferatur, & iſtud ius ſit ſubiectũ ipſius venditionis, ſanè ſi ius illod noo ſupereſt, vẽditio intelligi nou poteſt, quia deficit materia vend. vt dictũ eſt. Et hinc ni fallor optima ratione receptum

Digitized by Google

eſt cenſum ſuper re sliena conſtitui non poſſe, quamuis res aliena vendi poſſit. Quamobrem licet eòm res venijt hypotheeis, vel fideicommiſſo ſubiecta eſt, venditio valet, & modis illis emptori poſſit eſſe couſultum *ex d.l.5. C. de euict. & alijs*: aliud tamen videtur dicendum in venditione ceoſus ſuper ea re, ex qus ius omne percipiendi reditum iam in alium diſtrsctum eſt, quia licet dominos prioris cenſus deinde conſentiat, vel venditor illum eedimat non poteſt venditio ceoſus ab initio cooualeſcere, in qua nihil fuit, quod venditioni ſubiiceretur. Quod etiam demonſtrari poteſt, quia ſi venditor non poſſet facere, vt hsbentes potiora iura conſentiant, vel ob inopiam liberare fundum, cenſus impoſitio nulla tempore valeret, ergo ab initio cenſus nullus fuit, & ideò fructus re-
9 ferre non potuit. † Quia ex cenſu oullo, nec etiã fructus percipere poteſt, qui ſolitus eſt exercere pecuniã ad honeſtũ lucrum, vt cenſuit Rot poſt Cenc. *in d. dec. 128. n. 3.* & ipſe Cene. *q. 88. n. 8. & in add. n. 15. verſ. & propter*, & rurſus in re ferè ſimili *in add. d. art. 1. ſeu q. 35. in fin. verſ. ſtante autem nullitate*. Vnde msgis placet quod idem Cene. ſibi parùm conſtans ſcribit *in d. q. 42. n. 1.* cenſum ſuper fundo ooo libero, ſed alteri oneri obnoxio, cooſtitui non poſſe: & concluſionem bane ab omnibus receptam eſſe, quæ tamen non ita ſimplieiter accipiéda eſt, vt esm propoſuerat Cencius, ſed cum declaratione, quam ipſemet aſſixit *d. q. 42. ſub n. 8. verſ. licet enim*. vbi addit quòd licet fondus eſſet obooxius oneri alterius cenſus, nihilominus hæc ſecnnda impoſitio vslet, ſi fructus fuodi ſufficiuor pro ſolutione tam prioris quàm noui cenſus.

10 Nec obſtat Rotæ *dec. 6. & 13.* quibus mouatur Cencius, quia quod hîc definitum eſt cenſum validum eſſe ex eo, quòd tempore impoſitionis cenſus fructus rei eredebantur vtrique cenſui ſufficere, non ita accipiendum eſt, vt data incapacitate fundi conſtitutio ſecundi cenſus valida eſſet, ſed quoad hunc ſenſum, vt ſuppoſita bona fide emptoris, qui putabat rem eſſe liberam, & capacem ceoſus, vt inſtrumento cauebatur, penſiones bona fide exactas poſſit retinare loco eius quod intereſt ad eam vſque rationem, qua cenſus fuerat conſtitutus, vt declarat Duard. *in d. q. 6. n. 16.* quia tantundem eius intereſt rem fuiſſe liberã Quod veriſimila eſt doctiſſimos viros ſenſiſſe, ne aduerſus receptam ſenteotiam, de qua dixi *n. 5.* & iuris apertam rationem pronuntiaſſe videâtur cenſus conſtitutionem validam eſſe, qui per ſe nullo iure conſiſtere po-
11 taſt. † Nam illud etiam ego probo, ſi nulla ſit fraus ex parte emptoris, & res cenſui ſuppoſita deregatur aliena, vel alijs cenſibus, & oneribus obnoxia, quæ illius fructos omnes abſorbent, poſſe emptorem pretium repetere, & id quod inteeeſt, rem fuiſſe liberam, & capacam vltimi cenſus ex *l. 8. & 9. ff. de hered. vel act. vend. & l. 11. §. qui autem de act. empt. l. 8. ff. de euict.* & poſſe hoc caſu emptorem reditus capere, donec pretiom reſtituatur, quæ eſt ſententia Auandan. *de cenſ. c. 53. n. 5. & cap. 61. n. 8.* Anton Gomez. Iunior. *eod. lib. cap. 5. n. 2.* Scipion. Rooit. *in pragm. 1. de cenſib. num. 38.* & Matt. Medic. *dec. 30. n. 10. & dec. 31. num. 6. & num. 16.* quod etiam ſentit Cencios multis locis, & præſertim *quaſt. 19. n. 41. & 43. & qu. 35. n. 12. in fin. verſ. verum enim*, & ante illos docuit Franciſ. Sarmient. *ſelect. interp. lib. 7. c. 1. n. 29.* rectè ſubjiciens hoc non extrinſecom eſſe, ſed intrinſecum, id aſt venire ea natura contractus *vt in l. 1. §. 1. & l ſi ſterilis §. quamuis & §. cum per venditorem de act. empt.* & proinde vanire quanti intereſt conſtitiſſe venditionem cenſus, & hac ratione arbitror indemnitati emptoris conſulendum eſſe.

12 Et licet Theologi quidam ſeparent tempus ſcientiæ, & ignorantiæ, & doceant emptorem, qui boaa fide contraxit, poſſe penſiones exigere, & retinere, donec illi compertum fuit rem alijs oneribus obnoxiam fuiſſe; poſtquam verò id nouerit, id ei non licere, ſed teneri eas in ſortem computare, vel reſtituere, vt Molin. *diſp. 394. num. 4.* Leſſ. *cap. 21. dub. 12 n. 79.* Salas *de cenſib. c. 17. n. 12.* quod etiam ſcripſit Cencius *in dict. quaeſt. 14. num. 13. & quaeſt. 41. n. 9.* & qui Cencium ferè ſemper ſequitur Duard. *in d. §. 1. qu. 5. n. 12. & q. 26. n. 5.* vbi quod magis eſt, ait ſuperueniante ſcientia teneri emptorem reſtituere etiam eas penſiones, quas ante ſcientiam perceperat; tametſi poſtea ſeipſum, & alios inuoluens *num. 13.* dicat probabile eſſe illum exactas retinere poſſe, non vt penſiones cenſus, ſed ratione intereſſe ad eandem rationem, qua cenſus fuerat conſtitutus, ſi modo emptor alium cenſum erat empturus, non puto tamen mutandam eſſe ſententiam, quia ſiue ante, ſiue poſt ſciantiam cenſus, qui ab initio nullus fuit, fructus referre non potuit, vt dictum eſt, & ideo penſiones, vt fructus rei, quæ non eſt, nullo tempore exigi potuerunt, & nihilominus penſiones exactas anta ſcientiam retinere poteſt pro eo quod intereſt, & poſt ſcientiam tantundem petere, & exigere, quia etiam tantundem illius intereſt, donec pretium reſtituatur. Nec enim perſecutio eius quod intereſt, tollitur ob ſcientiam, quæ poſtea ſuperuenit. Alioqui non poſſet emptor poſt euictionem agere ad id quod intereſt, quod ab omni iuris ratione alienum eſt, cùm potius ita demum regulariter aduerſus emptorem agi poteſt, ſi res verè, & realiter euicta ſit, *l. habere licere 57. & l. 70. & 74. §. mota. ff. de euict. l. qui rem 3. C. eodem l. 4. in princ. ff. de act. empt.* Cardin. Seraphin. *in deciſ. 321. num. 4.* & proinde verius eſt etiam poſt ſcientiam agere poſſe ad id quod intereſt. Quod deinde comperi ſanſiſſe Cardin. de Lug. *diſp. 27. num. 75.* vbi ait Leſſij, & aliorum contrariam doctrinam difficilem aſſe.

Nec opus aſt, vt emptor probet, qood ſimilem reditom 13
comparare potuiſſet, vel ea pecunia negotiari, & lucrum facere, vt ſenſit Duard. *loco citato*. & Vgolin. *de vſur. cap. 49. §. 5. n. 2. verſ. Poſtremò licnè*, quia hoc verum eſſet, ſi ageretur ad intereſſe ex eo quòd pretium retinetur, & noo ſoluitur, quod debetur *leg. 3. in fin. de eo quod cert. loc.* ſed agitur ad interaſſe ex eo, quia cenſum habere noo licet: & proinde iſtiuſmodi intereſſe eſt intrinſecum, & venit ex natura contractus, & aa æquitate iudicij, ſcilicet emptionis, quæ eſt bonæ fidei, & proinde æquum eſt, vt venditor præſtet, quicquid emptor habiturus fuiſſet ſi res fuiſſet venditoris, vel libera, vt conſtat *ex d. l. 8. ff de euict. l. ſi traditio*, vbi Bald. *q. 4. C. de act. empt.* & tradũt Sarmient. & Gomez. *loc. cit.* Matt. Medic. *in d. dec. 31. n. 6.* & Card. Seraph. *in ſæpius cit. dec. 787. n. 8. verſ. nec obſtat*, quam totam ſequitur, & ferè tranſcripſit Mangil. *de euict. qu. 175. numero 21. & ſeq.* nec alia probatione opus eſt, quia ſufficit, quòd habuerit hunc cenſum præ manibus, vt in re ferè ſimili dicebat Rot. *dec. 58. numero 7.* hinc enim ſatis conſtat quanti eius intereſt, cenſum eſſe nullum facto, & culpâ venditoris.

Sanè duobus caſibus non eſt locus intereſſe intrinſeco. 14
Primus eſt, ſi emptor poſtquam ſciuit rem eſſe alienam, vel alijs oneribus obnoxiam quæ illius fructus omnes abſorbét, nihilominus conniuens, & diſſimulans in exactione cenſus perſeuerauit, quia ex iſta ſimulatione, & conniuentia, quæ ex dulcedina redituum promanat, vel potius vſurarum, vt loquitur Vlpianus *in l. 10. §. ſi quid ff. quæ in fraud.* pretium in mutuum conuertitur *l. 9. in fin. ff. ſi cert. pet. l. ſi ventri §. in bonis ff. de priuil. credit.* & proinde quicquid deindo ſub nomine reditus capitur, minuit ſortem oon minùs quàm ſi ab initio ſciuiſſet rem eſſe alienam, vel non liberam, vt diximus *hac eod. q. n. 25.* & docet Mangil. *in d. tract. de euict. quaeſt. 83. n. 22.* & ita accipiandum eſt, quod Nauarr. & alij Theologi docuerunt, & Scaccia *loco citata num. 180.*

Alius caſus eſt, cùm venditor in caſum nullitatis cenſus 15
pretium reſtituere promiſit, quia hoc caſu non tenetur ad id quod intereſt cenſum legitimè fuiſſe conſtitutom; ſed ad intereſſe extrinſecum ratione lucri, vel damni poſt moram inata *d. l. 3. de eo quod cert. loc. & l. euictis ff. de vſur. l. ſi in pign. ff. de fideiuſſ.* quia pecunia intereſſe intrinſecum non recipit, cùm certa ſit nummorum æſtimatio *l. ideo ff. de eo quod cert. loc. l. 5. ff. de in lit. iur. l. 46. ff. de fideiuſſ.* † Quod probari po- 16
teſt quia licet ſi forrè res euicta eſt fructifera, veluti domus, vel ager debeantur fructus recompenſatiui poſt euictioné ex æquitate *l. curabit ff. de act. empt.* illos enim emptor habuiſſet, ſi res euicta non fuiſſet, vt ſcribit Burat. *in deciſ. 240. numero 9.* tamen ſi actum eſt, vt in caſum euictionis pretium, vel pars pretij reddatur, venditor ad iſtiuſmodi fructus non tenetur, vt ex *d. l. ſi in pign. & l. fideiuſſ. §. pro Aurelio ff. de fideiuſſ.* cenſuit Rota coram Buratto *in d. dec. 240. n. 14.* qui refert ita aliàs cenſuiſſe Rotam in quadam Aſculana 13. Martij 1606. quia contractus ex conuentione legem accipiunt *l. 1. §. ſi conuenit ff. de depoſ. l. contractus verſ. nam hoc ſeruabitur, quòd initio conuenit. de reg. iur.*

Sed

Digitized by Google

17 Sed ex his quæ diximus perſpicuum eſt ad validitatem, & iuſtitiam cenſus opus eſſe, vt res tot fructus ferat, qui deductis ſumptibus, & aliis oneribus penſioni ſufficiant. Et proinde exploſa eſt Feliciani ſententia, qui aliud ſenſit *lib. 1. de cenſib. cap. 4. n. 7. verſ. rurſus non probo.* vbi clarè ait nihil intereſſe ad iuſtitiam contractus, vt fructus prædij aſcendant vſque ad quantitatem penſionis, quam ſententiam abominandam, & damnandam penitus inquit Cenc. *in d. quæſt. 35. n. 21.* vbi etiam hanc opinionem tribuit Fachineo *controuerſ. lib. 2. cap. 43.* & Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 141. num. 26.* ſed Cencius animaduertere debuit Felicianum non loqui in terminis conſtitutionis Pij V. qua ſubducta Feliciani ſententia defendi poteſt, & plurimos habet auctores, vt refert Salas *de cenſib. dub. 7. num. 7. in fin.* Fachineus verò *loc. cit.* quærit duntaxat, quodnam ſit iuſtum pretium cenſus, & concludit iuſtum etiam illud eſſe, quod rationem fructuum excedit, veluti ſi quinque pro centum ex agro percipiantur, iuſtam tamen eſſe conuentionem, qua ſeptem annua, vel etiam octo emptori præſtantur. Nam inquit, ſi rem ipſam emiſſet liberè, & abſque onere reluitionis, quinque annua ex ea perciperet præter alia commoda, quæ ex prædiis, & rebus frugiferis percipi ſolent. Quod veriſſimum eſt, & diuerſum ab eo, quod illi imponitur, vnde apparet immeritò Fachineum à Cencio fuiſſe reprehenſum, & Gratianum etiam, qui Fachineum ſecutus eſt. Quòd cùm adnotaſſem, prodierunt additiones Cencij ad eund. art. vbi *ſub num.* 8. meliùs perpenſis Fachinei verbis ait illum intelligendum eſſe, vt ſuper re, quæ reddit quinque pro ſingulis centenis, poſſit reditus conſtitui ad rationem ſex, vel ſeptem, & ita ad rationem maioris reditus, quàm referat inſpecto eius valore, neque tamen mutauit quod Fachineo, & Gratiano impoſuerat *n. 21.* quæ meo iudicio delere, & expungere debuit. Quod ſcribere volui, vt appareat in reprehendendis ſcriptoribus cautè procedendum eſſe.

18 Quærit etiam Cencius *in ead. quæſt. 2. art. 2. n. 2.* nunc *q. 36.* ſi fortè fructus prædij penſioni non ſufficiant, an cenſus omnino corruat, vel potius ſaltem ſuſtineatur pro ea quantitate, quæ ex fructibus rei præſtari poteſt: & reſpondet cenſum non omnino nullum, & inutilem eſſe, ſed ſuſtineri, ſi fraus abſit pro portione penſionis, quæ ex fructibus rei redigi poteſt; idque ex Baldo *in cap. 1. n. 15. de iureiur.* & exemplo ſocietatis officij, quæ, ſi officium non eſt capax totius ſummæ, ſuſtinetur pro rata, cuius officium eſt capax, vt cenſuit Rot. poſt eius *tract. dec. 91.* & inter Collect. Farin. *part. 2. dec. 53. n. 1.* Caſtracan. *de ſociet. officij cap. 5. num. 7.* Scaccia *de commerc. quæſt. 1. n. 276.* & Mangill. *de euict. quæſt. 175. n. 14.* & exemplo donationis excedentis quingentos aureos, quæ ſi non fuerit inſinuata, non omninò irrita eſt, ſed vſque ad eam ſummam ſuſtinetur *ex l. ſancimus, C. de donat.* Nam inquit indiuiduis, & ſeparabilibus vtile per inutile non vitiatur *c. vtile, de reg. iur. in 6.* ſed contractus cenſus eſt ſuâ naturâ diuiduus vt latè docet *in quæſt. 110.* & ideò ſuſtinebitur contractus pro parte, cuius capax eſt res cenſui ſuppoſita. Denique hoc maximè congruere intentioni D. Pij, dum iuſſit ſi fortè res, cui cenſus impoſitus eſt, redditur infructuoſa in totum, vel in parte, cenſum etiam in totum, vel pro parte extingui. Nam non video, inquit, retentis terminis quæſtionis propoſitæ reddi poſſe rationem diuerſitatis, quantum attinet ad iuſtitiam, & validitatem contractus, quod res cenſui ſuppoſita ab initio incapax ſit totius cenſus, vel incapacitas ſuperueniat ex poſt facto: & ideo idem ius in vtroque caſu conſtitui debet *arg. l. 4. §. toties, ff. de damn. infect.* Ita Cenc. *loc. cit.* quem ſequitur vſus iiſdem argumentis Duard. *in d. quæſt. 47. num. 25.*

19 Sed auctores plurimi ſimpliciter tradunt hoc caſu contractum nullum & illicitum eſſe, vt Petr. de Gregor. *quæſt. 5. num. 15.* Nauarr. *loc. cit. n. 79.* & aliis citatis Maſtrill. *ad eund. n. 168.* vbi ait contractum nullus momenti eſſe. Sarmient. *ſelect. interpr. lib. 7. cap. 1. n. 18. verſ. finge te emere.* Scott. *in ſelect. conſtit. Pontif. Theor. 259.* Maur. Burg. *de laudem, part. 2. inſpect. 20. n. 35.* Milan. Cannet. & alij auctores Siculi apud Conuerſan. *in addit. ad Intrigliol. quæſt. 35.* Virgin. de Boccar. *de cenſib. part. 3. n. 28.* Roderic. *de ann. redit. lib. 2. quæſt. 7. 13.* Molin. *in d. diſp. 389. n. 4. verſ. quatenus verò.* Theſaurus *quæſt. 32. n. 11. lib. 1.* Sigiſmund. Scacc. *de commerc. §. 1. quæſt. 1. n. 117.* Binsfeld. *in c. in Ciuitate, de vſur. quæſt. 12.* vbi ait hoc caſu emptionem deſtrui, & vſuram palliari & Frideric. Martin. *d. cap. 4. n. 7. & 8.* vbi ait venditionem hanc ſimulatam, & imaginariam eſſe.

20 Præterea Cencij definitio conuelli poſſe videtur ex iis, quæ ipſe Cencius docuit *in addit. d. art. 1. in fin. ſeu quæſt. 35.* cenſum ſcilicet in hac ſpecie deſtitui naturali æquitate æquiualentiæ, vt loquitur, & conſequenter pretium iniuſtum eſſe, & proinde huiuſmodi conſtitutionem cenſus nullam eſſe, veluti non ſeruatâ formâ conſtitutionis D. Pij, qua ſancitum eſt, vt reditus annui non niſi iuſto pretio emi, & conſtitui poſſint, vt dixit *part. 2. cap. 1. quæſt. 1. art. 4.* nunc *quæſt. 47.* Deinde ait venditionem cenſus pro ea parte qua fructus penſioni non ſufficiunt, carere ſua materia, & conſequenter nullam eſſe ex Gutierr. *in d. quæſt. 177. n. 6.* idque clariùs apparere ex d. conſtit. Pij V. dum re in totum, vel pro parte infructifera reddita, voluit quoque cenſum ad ratam perire. Nam inquit multò magis dicendum eſt voluiſſe cenſum nullum eſſe, qui ab initio imponitur fundo pro parte penſioni non idoneo, concludens apertiſſimè in verſ. *ſtante autem nullitate,* ex hoc genere cenſus nullos fructus deberi, nec ratione eius quod intereſt etiam iis, qui negotiari, vel lucrari ſolent. Proinde ſi nulli cenſus ex eo debentur, vt hic Cencius docet, conſequens eſt pro parte non valere, vt ſcripſit *in art. ſeq. ſeu quæſt. 36. n. 1.* nam ſi pro ea parte valeret, qua fructus penſioni ſufficiunt, ſequeretur ſaltem pro ea parte fructus referre poſſe, & ita ex eo aliquot fructus deberi quæ ſibi inuicem pugnant. Nam nullos fructus deberi, & aliquos fructus deberi ſunt contradictoria, quæ ſecundum Logicos ſimul ſtare non poſſunt.

21 Denique quia quod res cenſui ſuppoſita ſit capax penſionis ex conſtitutione D. Pij V. eſt de forma contractus, ne cenſui reali admiſceatur perſonalis, qui eſt prohibitus, vt notat Boccar. *loc. cit.* & Molin. *d. diſp. 389. n. 4. verſ. ne ergo cenſus,* & alij ferè omnes citati *n. 19.* & ipſemet Cencius *in addit. dict. art. 1.* illis verbis. *Sed etiam quia in dicta impoſitione cenſus non ſeruaretur forma tradita in conſtitutione Pij V. in verſ. rurſus niſi,* quo poſito conſequens eſt totùm contractum corruere, & irritum eſſe, quia formâ non ſeruatâ etiam in minimo, contractus conſiſtere non poteſt, vt diximus multis locis, & docent Alex. Dec. & alij apud Gaill. *obſeru. 19. num. 17. lib. 2.* & Bellon. *de poteſt, cor. quæ incont. lib. 2. cap. 65. num. 1.* & ipſe Cenc. *in d. quæſt. 49. n. 15.* & Duard. *§. 2. q. 1. n. 16.*

22 Neque obſtat auctoritas Baldi *in d. c. 1. n. 15. de iureiur.* quia loquitur in terminis iuris communis, & de reditibus, qui illis temporibus frequentabantur in aliquibus Ciuitatibus Italiæ, & ait hoc genus contractus licitum eſſe, quia videtur quædam emptio, dum tamen ex iſto contractu quis exceſſiuè non lucretur, id verò tantùm reſcindi, quantùm modus exceditur, quia inquit quod fit vltra modum, reducitur ad modum, & menſuram *l. rogaſti, §. ſi tibi, ff. ſi cert. pet.* & notat *in l. placuit, ff. de vſur.* Nos verò loquimur in terminis Bullæ D. Pij V. quæ huic contractui certam formam præſcripſit. 23 † Quæ proinde ad vnguem ſeruanda eſt, cùm ſit indiuidua, & in ſua integritate conſiſtat, vt eleganter tradit Gail. *loc. cit. &* Hering. *de fideiuſſ. cap. 11. n. 23.* Gratian. *diſcept. cap. 853. n. 28.* vbi citat Cencium, & ipſe Cencius *d. quæſt. 49. n. 17. & 27.* & conſtitutum ex à Diuo Pio illis verbis. *Contractúſque ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitios iudicamus,* & hac vnica ratione corruunt omnia Cencij fundamenta, quæ poſui *n. 18.* non enim momentum habent in iis, quæ ſunt de forma, quæ vel ipſo Cencio teſte indiuidua eſt, & diuiſione corrumpitur. Et mirum eſt Cencium *in hoc art. 1. ſeu quæſt. 35. n. 11.* dicere contractum cenſus ſuâ naturâ diuiduum eſſe, & *in d. quæſt. 49. num. 20.* vbi quærit, an contractus cenſus, cuius pretium partim in pecunia, partim in alia ſpecie ſolutum eſt, ſaltem proportione pecuniæ ſuſtineatur, contrarium ſcribere. Ait enim contractum cenſus indiuiduum eſſe, ſicut cæteri omnes *arg. l. cum duo, ff. de in diem addict. & l. triticum, de verb. oblig.* etiamſi plura contineat capita ex Angelo, Surd. & aliis: & proinde inquit, cùm pro forma ſit inductum, vt in hoc contractu integrum pretium ſoluatur in pecunia numerata, ſi pars eius in alia ſpecie ſoluatur, ratione indiuiduitatis formæ & contractus venditionem totam corruere,

cùm in indiuiduis vtile per inutile vitietur *l. 1. §. ſed etſi mihi de verb. obl.* & proinde eam formam cenſus omninò nullam,
& irritam eſſe, vt concludit *n.24.* & nos diximus *q. 59. n. 36.*
ex quibus conſtat Cencium contraria dicere.

24 Denique nihil obſtat argumentum, quo maximè mouetur
Cencius ex conſtitutione D. Pij, dum ſanxit re in totum, vel
pro parte infructuoſa reddita, cenſum etiam in totum, vel
pro parte perire: quamuis dicat non poſſe reddi concluden-
tem rationem diuerſitatis ſiue ab initio, ſiue ex poſt facto
res ſit minùs idonea penſioni, ideoque idem ius vtroque
caſu ſtatuendum eſſe. Etenim reſpondeo non admodum dif-
ficile eſſe diuerſitatis rationem adferre, ſi quidem quod D.
Pius conſtituit cenſum in totum vel pro parte perire, ſi res
in totum, vel pro parte pereat, vel fiat infructuoſa, id ad ip-
ſum ius percipiendi reditum, id eſt ad ipſum cenſum iam cō-
ſtitutum pertinet, qui veluti res quanta diuiſionem patitur, &
in partes diuidi poteſt *l. Seio. 10. in princ. ff de ann. & menſtr leg.*
l. 2. §. 1. de verb. oblig. & proinde cùm cenſus rei immobili in-
hæreat, nihil mirum eſt, ſi ad modum ſubiecti pereuntis ipſe
quoque extinguatur, & pereat, vt oſtendit *l. forma §. illam ff. de
cenſib. l. 2. C. de alluuion.* & docet Molin. *in diſp. 393. num. 3.* &
Ioan. Bapt. Coſt. *de port. rat. quaeſt. 39. num. 4.* ſed nos loquimur
de contractu cenſus, & de ipſa conſtitutione cenſus, de cu-
ius forma eſt, vt imponatur rei cuius fructus cenſui ſufficiāt,
vt dictum eſt, Ideóque ſi res pro parte ſit incapax integræ
penſionis, ratione indiuiduitatis formæ, & contractus, vt lo-
quitur Cencius *in d. q. 49. n. 20.* conſequens eſt conſtitutio-
nem cenſus ab initio, nec in parte conſiſtere poſſe.

25 Illud verò certum eſt, ſi emptor tempore conſtitutionis
cenſus ſciebat fundum penſioni non ſufficere, contractum
omnino irritum, & vſurariū eſſe, quia in his terminis apparet
emptorem non habuiſſe animum emendi cenſum, ſed fœne-
randi pecuniam, & hac in re adſentior Duardo, & Cencio,
qui id ſcribunt *loc. cit.* vt etiam Maſtrill. ad Gregor. *q. 5. num.
248.* & Theſaur. *in d. quaeſt. 32. num. 11.* Etenim ad validita-
tem, & iuſtitiam cenſus neceſſe eſt, vt is qui reditum ſtipula-
tur, habeat animum emendi cenſum, non mutuandi pecuniā
ſub fœnore, vt ſcribit idem Theſaur. *eod. loc.* Henric. de Me-
dic. *in notis ad pragmat. Alphonſi Regis de cenſib. num. 1. & 2.*
Sarmient. *in d. c. 1. num. 14 & 18.* & Bonac. *d. diſp. 3. quaeſt. 4.
num. 3.* hic vero animus contrahendæ emptionis deficere vi-
detur, cùm penſio non concurrit cum fructibus rei, ſed cum
quantitate pecuniæ, quæ ſub ſpecie cenſus numeratur, & re-
cipitur, & euidenter arguitur emptor non ex fructibus rei
reditum emere voluiſſe, ſed ex obligatione venditoris, &
captare lucrum ex pecunia, quam deinde ad libitum ſub præ-
textu incapacitatis fundi repetere poſſit.

26 Sanè illud intereſt inter ſcientem, & ignorantem, vt em-
ptor ſciens tempore contractus rem minus idoneam eſſe,
pretium quidem repetere poſſit, nec enim ex contractu vſu-
rario ſors amittitur *l. vſuras ff. de vſur.* & diximus multis lo-
cis: non tamen poſſit fructus petere, vel retinere, nec etiam
ſub prætextu eius quod intereſt, quia, vt ſæpius dixi ex con-
tractu vſurario intereſſe non debetur. Is verò qui bona fide
contraxit, & pretium repetere poteſt, & agere ad id quod in-
tereſt rem fuiſſe idoneam *l. 8. & 9. ff. de hæred. vel act. vend. &
§. vlt. Inſtit. de empt. & vend.* vbi dicitur emptor habere actio-
nem ex empto, vt conſequatur quod ſua intereſt. Et multo
magis ſi venditor emptorem decepit aſſerens, vt eſt vſitatū,
fundum eſſe liberum, & capacem penſionis, ſiquidem explo-
ratum eſt emptorem hoc caſu poſſe à contractu diſcedere *l. ſi
dolo C. de reſcin. vend. l. 3. §. vlt. ff. pro ſocio l. ſi eleganter ff. de dol.*
Molin. *de contract. diſp. 352. n. 2.* Gratian. *diſcept. l. 1. cap. 173.
num. 23. & dec. 13. n. 18.* & agere ad id quod intereſt decep-
tum non fuiſſe *d. §. vlt. Inſtit. de empt. & vend. & d. l. 9. de
hæred. vel act. vend. l. empti actio. C. de euict.* & alijs citatis Ro-
uit. *ad pragmat. 1. de cenſib. num. 38.* vbi pro regula conſtituit,
quod in omnibus caſibus, in quibus licet recedere à contra-
ctu, & pretium repetere, venditor tenetur ad penſiones non
vt penſiones, ſed loco eius quod intereſt, idem ſenſit Duard.
in d. quaeſt. 47. num. 16.

27 Illud verò receptum eſt cenſum licitè, & validè conſtitui
poſſe ſuper re, cuius fructus longè ſuperant quantitatem pen-
ſionis impoſitæ. Ita enim ſentiunt Azor. *lib. de cenſib. c. 6. q. 2.*
Theſaur. *in d. qu. 32. num. 18.* & alij apud Cencium *qu. 38.
num. 3.* quibus conſentiunt Bonacin. *in d. quaeſt. 4. num. 20.* &
Duard. *in d. qu. 47. num. 38.* Nec enim id vetat conſtitutio
Pij V. nec aliorum Pontificum. Et ſanè ſi ad iuſtitiam huius
contractus eſſet neceſſaria proportio rei ad annuam præſta-
tionem, Diui Pontifices cum referunt, vel præſcribunt for-
mam huius contractus, non prætermiſiſſent qualitatem adeò
notabilem, & neceſſariam, ex qua ſcilicet penderet iuſtitia,
& validitas contractus, vt in ſimili ferè ſpecie inquit Felic.
lib. 1. de cenſib. cap. 4. num. 7. Quamobrem cur non liceat id,
quod nulla lege prohibetur. † Secundò quia in venditione
cenſus non emitur res, nec emuntur illius fructus, ſed ius 28
percipiendi reditum ex illius fructibus, vt multoties dictum
eſt, & tradunt Rebell. *lib. 10. quaeſt. 10. num. 12.* & latiſſimè
omnium Felician. *tom. 2. lib. 1. cap. 4. num. 1. & 2.* vnde ad iu-
ſtitiam, & æqualitatem inter contrahentes ſeruandam non
eſt neceſſaria proportio, & æqualitas inter rem cenſitam, &
reditum, quia ſufficit, vt ſeruetur inter rem venditam,
& pretium rei: proinde cum in conſtitutione cenſus
vendatur reditus annuus, non fundus, cui reditus im-
ponitur, ſatis eſt ad iuſtitiam contractus, ſi æqualitas adſit
inter pretium, & annuam præſtationem. Nec enim plus ſol-
uit, qui ex ampliore prædio, quàm qui ex paruo licet idoneo
eandem penſionem ſoluit. † Tertiò vt poteſt dominus rem 29
liberè alienare, etiam poſt impoſitionē cenſus ex ipſa conſti-
tutione D. Pij, ita poteſt diuerſis temporibus plures cenſus
imponere ſuper vno, eodemque prædio, dummodo fructus
penſionibus omnibus exſoluendis ſufficiant, vt ſenſit Card.
Tolet. *lib. 5. cap. 45. n. 1.* Ioan. Franc. Leon. Theſaur. *for. Eccl.
par. 2. cap. 15. n. 6.* Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. 4. n. 8.* The-
ſaur. filius *in d. quaeſt. 32. num. 19.* Rota poſt Cencium *in dec.
56. num. 1. & deciſ. 499. num. 11.* quæ citat Cencium, &
quam viciſſim citat Cencius *in addit. art. 5. num. 2. quaeſt. 2.
cap. 3. par. 1. nunc quaeſt. 39.* & Duard. *in d. §. 1. q. 6. n. 18.* vbi
notat id obtinere etiam irrequiſito domino prioris cenſus,
quod argumentum eſt ſuper re magni reditus, & valoris exi-
guum cenſum imponi poſſe. Denique hæc ſententia conſue-
tudine recepta eſt, vt teſtatur Azor. *in d. cap. 6. verſ. in primis.*
& Bonac. *loc. cit.* quæ eſt optima legum interpres *l. 37. ff. de
leg.*

Neque obſtat, quòd quidam dicunt hoc caſu cenſum vix 30
perire poſſe, quia vt res nullis caſibus obnoxia vendi poteſt,
ſi fortè aliqua eſt, quæ ſit huiuſmodi: ita & cenſus ſuper illa
validè conſtitui poteſt. Nec enim natura contractus exigit,
vt res cui cenſus iniicitur, peritura ſit, neque conſtitutio D.
Pij V. ſed tantùm, vt ſi fortè res cenſui oppoſita in totum,
vel ex parte perit, cenſus quoque, qui illi inhæret, in totum
vel pro parte perimatur, nimirum ſecundùm naturam ven-
ditionis, quæ eſt, vt perfecto contractu, periculum rei ven-
ditæ, ſi quod fortè contingat, ad emptorem pertineat *l. 7.
& 8. ff. de peric. & comm. rei vend. l. 1. C. eod.* vnde nihil refert,
quod res facilè, vel difficilè perire poſſit, vt ſcribunt Molin.
in d. diſp. 386. n. 5. Auendan. *de cenſib. cap. 51. num. 4.* Theſaur.
in d. q. 32. num. 19. Cencius *in d. q. 38. n. 4. & 5.*

Nollem tamen cùm dimidia, vel minor pars fundi præſta- 31
tioni annuæ ſatis eſt boni viri arbitratu, vt totus fundus huic
paruo cenſui ſubiiciatur: vel cùm vnum prædium ſatis ido-
neum eſt ad penſionem ſuſtinendam, vt ſuper alijs bonis ven-
ditoris quamuis certis, & ſuis finibus deſignatis eadem pen-
ſio ſuperimponatur. Nam quamuis ex natura rei liceat ſuper
re longè plus fructifera, & ſuper pluribus diſtinctis prædijs
eundem cenſum iniicere, vt dicam, graue tamē eſt, nec pror-
ſus iniuſtitia caret tot bona, & tantopere excedentia paruo
cenſui ſubiicere. Non quidem ob rationes Manent. *de contr.
libell. quaeſt. 1. part. 2. num. 8. & 9.* quia ſcilicet hoc caſu
pretium non eſſet iuſtum habita ratione fructuum, qui lon-
gè penſionem excederent, vel quia nunquam eſſet locus re-
miſſioni, ſeu diminutioni penſionis, ſi fortè caſus aliquis ve-
luti grandinis, aut vredinis fructus afflixerit. Hæc enim re-
fellit Cencius *in add. d. art. 4. ſeu quaeſt. 18. num. 6. verſ. rationes
autem Manenti.* † Sed hac ratione, quia licet hic cenſus per
ſe exiguus videatur, bona tamen venditoris, quæ huic oneri 32
ſubiiciuntur, viliora fiunt, quandoquidem ſi diſtrahantur,
vbi Bulla Pij V. recepta eſt, poteſt dominus cenſus ea
eodem

Digitized by Google

eodem pretio iiſdemque conditionibus retinere, vel retrahere, vt nominatim ex hac conſtitutione conceſſum eſt, & obſeruant Molin. *in d. diſp. 391. num. 8. verſ. Cæterum Pius V.* Roderic. *de ann. redit. lib. 2. quæſt. 1. num. 29. verſ. ſimiliter* & cenſuit Rota poſt Cencium *in dec. 71. num. 3. & 4.* dum vtitur *arg. l. vlt. §. 1. C. de iure emphyt.* quod domino rei captioſum eſſe poteſt. Nec enim tam facile inueniet, qui iuſto pretio rem emere velit, cùm ſciat emptor dominum cenſus illi præferendum eſſe, & illi rem auferre poſſe, vt cenſuit Rota apud Cardin. Seraphin. *dec. 1474. n. 2. verſ. nec obſtat*, & poſt Cencium *in dec. 159. num. 3. & dec. 306. & 308. in princ.* Gratian. *diſcep. for. cap. 903. num.* 1. & tractat Cencius *qu. 65. & 66.* & Duard. *in §. 4. quæſt. 9. & ſeq.* Et proculdubio, hoc ius prælationis res eſt pretio æſtimabilis, & auget pretium, & valorem cenſus, & eo magis quo hæc facultas in ampliora, & plura prædia exerceri poteſt, ſi cenſus ſuper latifundijs, & pluribus fundis conſtitutus ſit, vt manifeſtum eſt, & oſtendi poteſt *ex l. fundi. 70. ff. de contr. empt.* & ex his quæ tradit Petr. Greg. *de cenſib. quæſt. 7. num. 5.* Roderic. *loc. cit.* Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. 6. num. 196.* & Lud. Lopez. *de contrah. & negotiat. lib. 1. cap. 57. verſ. hinc etiam colligunt.*

33 Sanè quod dixi domino cenſus illud ius prælationis competere, id nouo iure ex conſtitutione Pij V. inductum eſt. Nam ex iure communi, & ex natura contractus emptori cenſus nullum tale ius competere certum eſt. Ita enim conſtat *ex l. dudum C. de contr. empt.* & docent Auendan. & Matienz. apud Felic. *in d. cap. 10. num. 8. verſ. vtrum autem.* Roderic. *in d. quæſt. 1. num. 29.* & Maſtrill. ad Gregor. *quæſt. 7. num. 35.* quod etiam nouiſſimè docuit Duard. *ad d. conſtit. Pij V. §. 4. quæſt. 16. num. 9.* qui propterea tradunt in regnis Hiſpaniarum, & Siciliæ, & alijs regionibus, in quibus non ſeruatur conſtitutio Pij V. hoc prælationis ius domino cenſus non competere, niſi id nominatim conuentum ſit. † Imo

34 ſubducta conſtitutione D. Pij, licet id in creatione cenſus in pactum deductum fuerit, ſi tamen certum pretium reditibus annuis conſtitutum eſt, non poteſt hoc pactum aduerſus tertium exerceri, niſi vltra legitimum pretium aliquid venditori numeratum ſit, quo grauamen illud poſſit compenſari, vel niſi leuior reditus conſtitutus ſit, quàm lege permittatur, vel denique alia ratione fiat huius oneris compenſatio, vt ſcribit Frideric. Martin. *in d. cap. 6. n. 381.* & Roderic. *in d. quæſt. 1. num. 29. verſ. vnde ceſſante*, quia, inquit, licet hoc pactum in venditionibus aliarum rerum recipiatur, id efficit partium conſenſus, qui tamen in contractu cenſus attendi non debet, quatenus excedit legitimum modum, & onerat venditorem. Et licet aliud ſentiat Gutierr. *in d. cap. 167. n. 3.* & Felic. *loc. cit. num.* 8. quaſi hoc pactum nullum onus contineat venditoris, id tamen merito refellit Roder. *loc. citat.* quia negari non poteſt conuentionem hanc oneroſam eſſe venditori, ſiquidem illi aufert liberam facultatem alienandi rem ſuam, vt inquit Rota poſt Cencium *in d. dec. 306. n. 5.* & probari poteſt *ex l. dud.* quæ ait *id graue, & iniurioſum videri.*

35 Cæterùm quod diximus ex conſtitutione D. Pij domino cenſus ius prælationis competere, locum non habet ſi cenſus, cuius vigore agitur, nullus, & inualidus ſit, vt docet Gratian. *in d. cap. 903. num.* 8. & Cencius *in addit. d. qu. 65. num. 1. in fin.* & Duard. *in d. §. 4. qu. 13. num. 6.* Voluit enim Summ. Pontifex hac in re fauere emptoribus redituum, non fœnerantibus pecuniam: ſed potius eorum auaritiam cohibere, vt ex præfatione huius conſtitutionis manifeſtum eſt. Cætera à Cencio, & Duardo petenda ſunt.

QVÆSTIO LVII.

An ſi res cenſualis caſu aliquo fiat infructifera vel pereat, cenſus in totum, vel ex parte perimatur.

SVMMARIA.

1. *Fundo cenſus infructifero reddito cenſus perit.*
2. *Fundo facto infructifero, venditor cenſus, neque penſiones in futurum præſtare, neque pretium reddere tenetur.*
3. *Penſiones ſolutæ poſtquam res facta eſt infructuoſa, repetuntur.*
4. *Fundus quando infructuoſus factus dicatur, vt cenſus pereat.* num. 48.
5. *Mutatione fundi perit cenſus, vt ſi aquis inundatus ſit.*
6. *Fructibus pereuntibus ſine interitu, & mutatione rei cenſus non perimitur.*
7. *Neque hoc caſu penſio minuitur.*
8. *Collectæ cenſum non minuunt.*
9. *Domini redituum illos in Italia immunes habent ab oneribus.*
10. *In cenſu non emuntur fructus rei.*
11. *Emphyteuta onera præſtat, licet magna ſit penſio.*
12. *Virginij Boccat. & aliorum ſententia, vt onera inter dominum rei, & dominum cenſus diuidantur.*

Quæ auctori non placet.

13. *Domini redituum onera ipſis reditibus impoſita præſtare debent.*

Rouiti Iunioris dicta quædam notantur.

14. *Culpa aut dolo debitoris ſi fundus non tulit fructus, vel pauciores, penſio non minuitur.*
15. *Culpa eſt fundum cenſualem non arare, & ſerere.*

Poſſeſſor fundi cenſualis poteſt cogi, vt rem colat.

16. *Fructibus vnius anni ſine culpa debitoris amiſſis, an dominus cenſus expectare debeat fructus ſequentium annorum.*

Cencius ita opinatur.

17. *Cuius ſententia auctori non probatur.*
18. *Cenſus conſtitutio ad eos contractus pertinet, quibus æris alieni vſum redimimus.*
19. *Obligatio cenſus non habet conditionem, ſi fructus naſcantur.*

Penſionis ſuper Beneficio, & reditus annui differentia.

20. *Legatis, & ſtipulationibus fructuum ex certo prædio ineſt conditio, ſi fructus naſcantur.*
21. *Cencij ſententia quibuſdam caſibus retinetur, veluti ſi actum eſt, vt ex fructibus rei penſio præſtetur.*
22. *Et in cenſibus reſeruatiuis.*
23. *Re pro parte perempta, vel infructuoſa reddita, ſi quod ſupereſt, penſioni ſufficit, penſionem minui qui ſentiant.*
24. *Contraria ſententia integram penſionem præſtandam eſſe, quam Rota probat.*
25. *Cenſus duobus prædijs impoſitus vno pereunte ſuſtinetur in alio, ſi ſit capax integræ penſionis.*
26. *Pij V. conſtitutio ex ſubiecta materia recipit interpretationem iuris.*
27. *Tributa pro modo agri, cenſus pro modo pretij præſtantur.*
28. *Cenſus qua ratione prædio inhæreat.*

Seruitus ſuper qualibet parte fundi capace retinetur.

29. *Canon emphyteuticus non minuitur, licet pars fundi pereat.*
30. *Diuiſo fundo cenſuali dominus cenſus poteſt ſingulos poſſeſſores in ſolidum conuenire, quatenus fructus patiuntur.*
31. *Cencij ſententia, quæ non omnino placet auctori.*
32. *Poſſeſſores rerum cenſualium in ſolidum poſſunt conueniri, quatenus ex fructibus rei percipi poteſt.*
33. *Niſi agatur hypothecaria, aut Saluiano interdicto.*
34. *Poſſeſſor in ſolidum conueniri poteſt pro penſionibus ex die poſſeſſionis decurſis, non pro præteritis.*

Poſſeſſor etiam pro præteritis conuenitur, ſi hypothecaria, aut Saluiano agatur.

35. *Dominus cenſus non poteſt agere aduerſus tertium pro penſionibus decurſis, ſi in earum exactione negligens fuerit.*
36. *Poſſeſſor rei cenſualis abdicans à ſe poſſeſſionem ab onere cenſus liberatur.*
37. *Quamuis reditum ſimpliciter ſoluere promiſerit.*
38. *Poſſeſſor dimittens rem à penſionibus præteritis non liberatur.*
39. *Dominus diuiſioni conſentiens non agit in ſolidum contra poſſeſſores.*

Et quando conſenſiſſe videatur.

40. *Sententia in perſonas ſcinditur.*
41. *Poſſeſſores non niſi pro rata conueniuntur, vbi id conſuetudine receptum eſt.*

42. *Cenſus re pereunte perit.*
43. *Cenſus ſi flumen mutato alueo per prædium fluat, extinguitur, nec reuiuiſcit, tametſi flumen recedat.*
44. *Cenſus ſuper domo destructa non reſtituitur, quamuis dominus eam reſtituat.*
45. *Vſusfructus ædibus collapſis, & reſtitutis non reſtituitur.*
46. *Leonelli ſententia de agro cenſuali aquis occupato.*
47. *Quæ confirmatur.*
48. *Argumentum ab vſufructu ad cenſum, validum eſt.*
49. *Dec. Rotæ 349. poſt tract. Cencij refertur, & in dubium reuocatur.*
50. *Vſusfructus reſtituitur, ſi flumen eodem impetu recedat.*
51. *Inundatio ſpeciem fundi non mutat.*
52. *Vſusfructus non reſtituitur, cùm res alia eſt.*
53. *Cenſus impoſitus vineæ, ſi vites pereunt, quoque perit.*
54. *Niſi quatenus ex fructibus ſoli redigi poteſt.*
Solum maxima pars vineæ.
55. *Emphyteuſis in ſolo vineæ conſiſtit.*
56. *Cenſus perimitur re dolo, vel culpa debitoris perempta.*
57. *Sed conueniri poteſt ad id quod intereſt.*
58. *Boccatij, & Nauarri de Molendino destructo contraria ſententia.*
59. *Auctoris inter vtramque diſtinctio.*
Vnuſquiſque res alterius curare debet vt ſuas.
60. *Debitor cenſus poteſt cogi, vt rem cenſualem, colat, & reficiat.*
61. *Et interim penſionem ſoluere.*
62. *Dominus emphyteuſis poteſt cogere emphyteutam, vt rem reficiat, & canonem præſtet.*
63. *Molendino nouo fraudulenter conſtructo ex materia primi, debitor cenſus tenetur ſuper nouo cenſum conſtituere.*
Vel pretium reddere, & id quod intereſt.
64. *Molendino nouo conſtructo ex eo quod aqua ad prius ædificium duci non poteſt, cenſus non debetur.*
65. *Niſi quatenus ex ædificio redigi poteſt.*
66. *Bannario molendino destructo cenſus non extinguitur.*

QVOD diximus rem, quæ cenſui ſubiicitur natura ſua fructiferam eſſe oportere & capacem cenſus, ita verum eſt, † vt ſi res aliquo caſu in totum, vel pro parte ſterilis, & infructuoſa efficitur, cenſus quoque in totum, vel pro parte extinguatur, & pereat. Ita à Diuo Pio ſancitum eſt. *§. postremo*, & nos diximus *quæſt. præced. num. 24. & l. ex forma de cenſib. & l. 2. C. de alluuion.* & ex Molin. *diſp. 393. n. 3.* Sarmient. *lib. 7. cap. 1. num. 29.* & omnes probant, quia cùm ad iuſtitiam huius contractus neceſſe ſit, vt res ſit frugifera, imò hoc nunc ſit de illius forma, ſi fortè res inutilis efficitur, aut impar penſioni, contractus destruitur fundamento, quo nitebatur ad ſui iuſtitiam, & validitatem, vt ait Rota poſt Cencium *in dec. 88. n. 4.* & res deducitur ad eum caſum, à quo incipere non poterat *l. 11. ff. de ſeruit. l. pluribus in fin. ff. de verb. oblig.* † Et hoc caſu venditor cenſus non tantùm liberatur à
2 reſtitutione pretij, quia pecunia hæc in illius dominium tranſijt *l. 1. ff. de rer. permut. l. ex empto. §. 1. ff. de act. empt.* & ideo ſine illius culpa ab eo auferri non debet, ſed etiam à penſionibus in futurum præſtandis, quia ſi perit cenſus, id eſt ius percipiendi annuã præſtationem, conſequens eſt pro ratione, & portione qua cenſus perit, & quatenus fructus non ſufficiunt, nullum ius ſupereſſe ad penſiones percipiendas *d. l. 2. C. de alluuion. & palud. l. 2. de iur. emphyt.* & rectè notat Rot. *in d. dec. 88. num. 6.* Roderic. *de ann. redit. lib. 3. q. 7. n. 4.* & alijs auctoribus relatis Cenc. *par. 3. cap. 1. q. 5. art. 1. num. 10. nunc quæſt. 99. & quæſt. 102. num. 4. & 7. & in add. num. 1.* quibus conſenſit Vgolin. *de vſur. cap 45. §. 16. num. 1. & 2. verſ. item non te-*
3 *neri*, & Mart. Medic. *exam. 18. n. 9.* † Quamobrem ſi fortè poſtquam res infructuoſa reddita eſt pẽſiones perceptæ ſunt, dominus cenſus ad earum reſtitutionem tenetur, indebitè enim illas percipit *ex l. quod indebitum, & l. eleganter ff. de cond. indeb.* Surd. *conſ. 80. num. 22.* & cenſuit Rota poſt Cencium in quadam Rauennatenſi *dec. 540. n. 2.* & in eadem cauſa *in dec. 545. n. 2.* & Cenc. *quæſt. vlt. n. 21.*
4 Illud verò hic ſciendum eſt prædium cenſus tunc infructuoſum factum cenſeri ad hoc, vt cenſus in totum, vel ex parte intereat, quando res tota vel ex parte ſterilis, & infructuoſa perpetuò redditur, vt declarauit idem Diuus Pius ad expoſtulationem Siculorum in alia eius conſtitutione, quæ incipit. *Etſi Apoſtolicæ ſedis.* his verbis. *Declaramus rem infructuoſam quæ tota, vel ex parte infructuoſa perpetuò redditur: non autem ex qua fructus vno, duobus, pluribusue annis, ſiue tempeſtate, ſiue alio caſu non proueniunt.* Et ita nulla huius declarationis eiuſdem Pontificis facta mentione explicant Molin. *in diſp. 391. n. 3.* Leon. Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 22. num. 88.* & Cenc. *d. quæſt. 102. num. 9.* & qui Cencium ſequi ſolet Duard. *in §. 5. quæſt 4. num. 8.* † Quod contingit, quoties fundi cenſualis 5
ſtatus ita in peius mutatus eſt, vt non amplius aptus ſit ad ferendos fructus, vt explicat idem Cencius *loc. cit.* & Scortia *in ſelect. conſtit. Pontif. epit. 105. Theorem. 272. verſ. non dicitur tamen*, vt ſi ager mari, aut flumine, aut paludibus occupatus ſit, vt in ſpecie *dictarum dec. 540 & 545.* vel vt ſæpe contingis in hoc Nicienſi tractu, qui totus aſper & petroſus eſt, ſi glarea, & lapidibus ob aquarum vim obruatur. Vt enim mutatione rei vſusfructus amittitur *l. 5. §. rei mutatione, & l. ſi ager 23. ff. quib. mod. vſusfr. amitt.* ita prorſus cenſum interire dicendum eſt ob ſimilitudinem, quæ eſt inter cenſum & vſumfructum, vt diſſerit Rot. *in d. dec. 88. num. 1. & d. dec. 349. in fin.*

Cæterùm ſi ſalua rei ſubſtantia, & nulla mutatione facta 6
vis tempeſtatis calamitoſæ fructus omnes, vel fere omnes vno duobus, vel pluribus annis abſtulerit, cuius rei exempla ſunt plurima *in l. 15. ff. loc.* dicendum eſt cenſum non interire, vt ſenſit Nauarr. *in comment. de vſur. num. 117.* Molin. *in d. diſp. 391. num. 3.* Binsfeld *in c. in ciuitate quæſt. 12. in concl. 13. de vſur.* Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. 8. num. 231.* Vgolin. *in d. §. 16. n. 2. verſ. non tamen*, & alijs auctoribus citatis Ioan. Bapt. Scortia *in d. Theor. 266. & 272.* & clarè declarauit idem D. Pius V. *in d. conſtit. ad Siculos.* † Imò, & hoc caſu licet aliud ſentiat 7
Theſau. iun. *in addit. dec. 20. & d. quæſt. 32. num. 25. in fin. & ſeq.* & nouiſſimè alijs citatis Cyriac. *contro. 296. num. 2. & ſeq.* integra penſio ſolui debet domino cenſus, vt reſpondit Surd. *in conſ. 162. n. 15. & 16.* Fab. Turret. *conſ. 66. num. 5. l. 3.* & ſentiunt Nauar. & Frideric. *loc. cit.* Rebell. *l. 10. qu. 10. num. 11. & 12.* & alijs citatis Cencius *qu. 38. num. 6. & ſeq.* vbi meminit d. conſtitutionis D. Pij ad Siculos. Idem docent Boninſign. *de cenſib. cap. 5. num. 13.* Madios Cauſid. *de requiſ. cenſ. qu. 7. num. 3. & 4.* Rebell. *lib. 10. qu. 6. num. 11.* Azor. *par. 3. l. 10. c. 6. quæſt. 6.* Binsfeld *in d. c. in ciuitate poſt conſtit. Pij V. concl. 9.* & Leſſius *in d. cap. 22. n. 88.* vbi ait rem cenſui ſuppoſitam, ſi ſecundùm nullam ſui partem ſit abſolutè, & in perpetuum infrugifera effecta, manere ſecundùm ſe totam, & ſecundùm omnes ſui partes obligatam pro integra penſione. Neque enim emuntur fructus rei, vt ſæpiùs diximus. Nec cenſus imponitur ſuper fructibus rei, ſed ſuper re: nec eſt ius percipiendi eoſdem numero fructus, qui ex re naſcuntur, alioqui non poſſet cenſuarius de illis diſponere: ſed eſt ius percipiendi reditum annuum, quandiù res manet, & eſt apta fructus referre, ſiue anni ſteriles ſint, ſiue fertiles, ſiue res quotannis ſiue alternis fructus ferat, vt expendunt Salas *dub. 10. n. 2. verſ. ſed merito & dub. 41. verſ. ſed etiam tunc.* Bonac. *in d. q. 4. n. 21.* Filliuc. *de cenſib. c. 2. n. 296. & 330* notans in fine poſt Rebell. & Salas; alioqui aſſiduas futuras lites inter emptores, & venditores redituum: & præſertim admiſſa compẽſatione fertilitatis præcedentium, & ſequentium annorum, vt admittunt auctores contrariæ opinionis apud Cyriac. *loc. cit. n. 18.* quod retenta noſtra ſententia ſuperfluum eſt quærere.

Quinimo illud etiam retinendum eſt, etiamſi onera, & 8
collectæ, quæ rebus, vel perſonis pro rebus indicuntur, omnes fructus, vel maiorem partem abſtulerint, quia adhuc tenetur venditor, & debitor cenſus ad integram penſionẽ præſtandam, quamuis ei nihil reliquum ſit ex fructibus prædij. Etenim ex ipſa conſtitutione Diui Pij, ille ad onera tenetur, qui ex natura contractus ad eorum ſolutionem tenebatur: vnde cùm eiuſmodi onera ſpectent ad dominum fundi *l. 1. & vlt. C. ſine cenſ. vel reliq. l. Imperatores ff. de pub.* dicendum eſt integram penſionem præſtandam eſſe, nec ex hac cauſa minui oportere, vt rectè ſentiunt Nauarr. *in d. comm. de vſur. n. 32.* Surd. *in d. conſ. 162. num. 25. & 26.* Viuius *in dec. 369. num.*

Digitized by Google

*num.*14. Menoch. *tot.conſ.*983. Ioann.Franciſc.Leon. *for. Eccleſ. lib.*2.*c.*15. *n.*42. Vgolin. *de vſur. cap.*45. § 13. *n.*4.Bonac. *diſp.*3.*q.*4. *n.*30. Gratian. *diſcept. cap.*420. *num.*2. & *cap.*955. *n.*30. & 44. & *tot dec.* 20. Ioann. Bapt. Scott. *theorem.* 171. *verſ.ſecus vero.* Cenc. *lib.de cenſib. quæſt.* 1. *n.*25. *vltimæ impreſſ. Taurin.* Duard.*in proœm.d.conſtit.q.*24.*n.*27.& ſecundùm hanc ſententiam cenſuit Senatus Pedemontanus, vt refert Theſaur. filius *in d.q.*32.*n.*16. qui tamen contrariam ſeutentiam ſequebatur. Exiſtimabat enim in terminis conſtitutionis Diui Pij rem infructiferam fieri, quando ſine vlla eius mutatione caſu aliquo fructus omnes amiſſi ſunt,quod omnino repugnat declarationi ipſiuſmet Pontificis, vt dictum eſt *num.*4. à qua diſcedere non debemus. 9 † Et obſeruandum eſt maximè, quod memorat idem Ioann. Franciſc. Leo *loc. cit. num.*50. ſententiam Virginij de Boccar. aliud opinantis non eſſe vſu receptam, quia inquit etiam poſt conſtitutionem Pij V. in tota Italia emptores cenſum illos liberos ab omnibus oneribus ſemper perceperunt: idémque notat Menoch. *in d.conſ.*983. *n.*15. & Vgolin. *loc.cit.* & apud nos hoc ius hactenus obtinuit: imò contractibus addi ſolet, vt reditus annuus ab omnibus oneribus immunis ſit. Quo nomine cùm incolæ pagorum, & oppidorum huius Comitatus, quæ grauioribus reditibus premebantur apud Principem noſtrum conqueſti eſſent, nihil tamen circa hoc in odium creditorum redituum obtinuerunt, ſed tantùm moderationem eorum pro futuro tempore, vt conſtat ex præfatione edicti, cuius ſæpe fecimus mentionem.

10 Sed quod Menoch. *in d.conſ.* 983. ſæpius ait emptorem cenſus emere fructus rei, qua ratione mouetur maximè Cyriac. *loc. cit. n.* 4. admitti non debet, quia verius eſt in conſtitutione cenſus non emi fructus rei, ſed ius percipiendi reditum annuum,quandiù res eſt idonea tot fructus ferre, vt ſæpiùs dictum eſt: & inter emptorem fructuum, & emptorem cenſus multæ intercedunt differentiæ, quas refert Surd. *in d.conſ.*162. & in ſpecie de qua quæritur, probauit Cencius *par.*2. *cap.*1. *quæſt.*3. *art.*6. nunc *quæſt.*58.*num.*5.quia cùm collectæ vel rebus, vel fructibus imponantur, æquum eſt ab eo præſtari, qui dominus eſt rei, vel fructuum, non autem à domino cenſus, qui neque rei, neque fructuum dominus eſt, & qui nec domum decerpere poteſt inuito debitore cenſus: & fortaſſe nec incola eſt, nec municeps, illius loci, in quo collectæ indicuntur. Neque maxima iniquitas Theſauro videri debuit ſoluere cenſum, & non habere fructus, vt loquitur, quia cùm debitor cenſus, & dominus fundi ad vtrumque teneatur, nimirum ad collectas ratione rei, quam poſſidet, & cuius percipit fructus, & ad annuam præſtationem ex contractu, iniquius eſſet, ſi dum ex fructibus rei collectas ſoluit, ad quas ex propria perſona, & vti municeps tenetur *l.*1. *C.de munic.* ſe alio debito liberaret, ad quod ex contractu, & iuſto recepto pretio ſe obligauit, & quo caret is, qui cenſum emit, vnde potius debuit Theſaurus Senatus ſententiæ cedere, quàm ſuam pertinaciter tueri.

11 † Neque mouere debet quod licet emphyteuta rem poſſideat, & fructus manu ſua percipiat, ſi tamen magnam penſionem ſoluit, non tenetur onera, & collectas ſoluere, ſed dominus, vt ex quorundam ſententia obiicit Manent. *de contr. libell. quæſt.* 2. *par.*4. *num.* 45. Nam hoc valdè dubium eſt, & contrarium reſpondit Syluan. *in conſ.*47. vbi multis argumentis oſtendit onera collectarum ad emphyteutam pertinere, tametſi magnam penſionem præſtet, & valde congruit, quod in fine ait eum, qui ſe obligat ſub nomine emphyteuſis, de cuius natura eſt, vt emphyteuta publicas functiones præſtet, debuiſſe paciſci, ne ad collectas teneretur, pro vt poterat, valent enim in hoc contractu pacta, & conuentiones omnes quæ inter partes fiunt *l.*1.*C.de iur.emphyt.* vnde ſibi imputare debet, ſi ſibi non cauerit. Idémque ſenſit Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt.q.*17.*n.*6.vbi ait non minus verè, & propriè emphyteutam eſſe, qui pro recognitione directi dominij magnam penſionem præſtat, quàm qui modicam, quem ad onera teneri perſpicuum eſt, & omnes admittunt. Præterea admiſſa, ſi vis, Manenti ſententia, non videtur eadem ratio domini directi, & emptoris cenſus, quia dominus rei dominium retinet, & ante conceſſionem emphyteuſis onera ſubire tenebatur, & proinde nũ illi durum videri debet, ſi pro eadem re collectas agnoſcere cogitur cuius dominium, & maximam reditus partem ſibi retinuit. Emptor verò cenſus, nec dominium habet vllum, nec nec ratione rei ad onera tenebatur, neque ratione pretij, quod in emptionem reditus numerauit, & cuius commodis facilè priuari non debet, & decipi, dum debitor re cenſuali, & pretio cenſus vtitur.

Sed inter vtramque ſententiam Virgin. *par.*1.*n.*71.& Molin. *in d.diſp.*391. *num.* 1. exiſtimabant ſolutionem onerum, quæ iuxta patronij vires imponitur, partim ſpectare ad dominum prædij, & partim ad dominum cenſus pro quantitate iuris, quod quiſque habet ad fructus rei, in quam procliuior videtur. Rouit. filius *inter Incubrationes patris in pragmat.*5.*de cenſib. num.*53.& *ſeq.* Quæ ſententia ex his, quæ diximus ſubuerti videtur, quia cùm collectæ indicantur vel rebus, vel perſonis pro rebus, vt dictum eſt, conſequens eſt, vt hæc onera ſolus ſubire debeat, qui rei dominus eſt, & poſſeſſor rei *l.vlt. C.ſine cenſ. vel reliq. l.*2. *C.de ann. & trib.* & obſeruat Gail. *lib.*1. *cap.*21. *num.* 20. & *obſer.* 52. *n.*11. & 18. *lib.*2. quibus locis docet onera, & collectas à poſſeſſoribus præſtandas eſſe. Quamobrem cùm venditor cenſus dominus ſit, & rem poſſideat, conſequens eſt illum hæc onera ſubire debere. Alioqui ſi dominus cenſus ad ea, vel ad partem earum teneretur, non integram penſionem exigeret contra fidem contractus, & mentem contrahentium, quos nemo inficiabatur ita affectos fuiſſe, vt integra penſio ad emptorem cenſus ſingulis annis pro quantitate pretij perueniret, vt expendit Vgolin. *loc. cit.* 13 † Et ſanè ſi cenſibus, & reditibus annuis etiam onera imponerentur, vt publicis neceſſitatibus faciliùs pareatur, fateor dominos redituum, vt pro aliis bonis ita & pro cenſibus contribuere debere. Nam & reditus annui in cenſum ſeu æſtiuum referri debent, vt ſcribit Lucas de Penn.*in l.*3.*q.*5.*C.de fund. limitr.* Natt. *in conſ.*312. *num* 10. Roland. *in conſ.*66. *n.*33. *lib.*1. & Menoch. *in conſ.*9.*num.*8.& *in conſ.*1101. *num.* 55. & admittitur Syluan. *in d. conſ.*47. *n.*9. cùm non minus ſint in patrimonio, quàm reliqua bona. Et in hoc ſenſu, id eſt cùm onera, & collectæ inducuntur ipſis reditibus ab iis, quibus hoc ius competit, Virginij & Molinæ ſententia retineri poteſt, & quæ diſputat Rouitus filius *loc. cit.* & ita competi ſentire, & diſtinguere Viuium, & Cencium *loc. cit.* & P.Scortiam *in d.epit.*104.*theorem.*271. Sanè in allegationibus Rouiti multa ſunt, quæ animaduerſione digna videntur, & quod ait *n.*67.& 68. peremptis bonis adhuc reditum deberi: & in contractu cenſus obligationem perſonalem præcipuam eſſe, rem verò obnoxiam acceſſoriè, & loco pignoris, & hypothecæ, & *n.*59. & 78. & *ſeq.* in conſtitutione cenſus rem ipſam vendi pro ea quantitate, quæ pretio cenſus reſpondet, quæ refelluntur à Cencio, & aliis paſſim & mihi nunc non vacat excutere, & nihilominus id ne probare viderer, adnotare volui. Et licet his iam dudum ſcriptis compererim apud Hectorem Capyc. *in dec.*116. indicatum fuiſſe dominum cenſus pro rata ad onera teneri, animaduerti tamen deciſionem hanc rem difficilem ſupponere, ſcilicet dominum cenſus eſſe in poſſeſſione rei, & fructus percipere, vel penſionem ex fructibus. Conſtat enim ſecundùm naturam huius contractus neque dominium, neque poſſeſſionem rei in emptorem cenſus trãsferri, vt obſeruat Surd. *loc.cit.n.*8.& ferè omnes ſentiunt apud Cencium *d. q.*1. *n.*23. & conſequenter fructus, qui ſequuntur dominium *l.*25.*ff.de vſur.* domini eſſe, id eſt venditoris. Sanè auctores quidam, quos meritiſſimus Conſiliarius profert *n.*34. non aſſerunt dominium cenſus rem poſſidere, vel in illius poſſeſſione eſſe. Proinde puto à ſententia Nauarri, & aliorum diſcedendum non eſſe, quæ vbique ferè recepta eſt, & qua nos vtimur, niſi fortè onera ipſis cenſibus indicantur, vt dictum eſt.

14 Sed quod diximus *n.*7. integram penſionem præſtandam eſſe, cùm ſine mutatione rei caſus aliquis fructus omnes abſtulit, multo magis retinendum eſt, ſi culpa, vel dolo poſſeſſoris factum eſt, vt ager nullos, vel pauciores fructus reddiderit, vt ſi fortè domum locare noluit, vel nõ coluit agrum: vel ſegetem combuſſit, id enim probat manifeſtè *d. l.forma.* §.*illam. ff.de cenſib.* & probari poteſt *ex l.*5. *in fin. ff.quib. mod. vſufr.amitt.*& fatentur omnes, & inter alios ſcribit Surd.*in d. conſ.*162. *n.*19. Virgin. *in d.par.*1. *num.* 41. Frideric. Martin.

*cap.*8. *n.*221. Vgolin. *in d.*§.16.*num.*2. Theſaur.*in d.quæſt.*32. *num.* 38. Bonacin. *in d. quæſt.* 4. *num.* 28. *verſ. nam ſi culpa.* Martin. Medic. *in d. exam.*18. *num.*1. & nouiſſimè omnium 15 Duard. *in* §. 1. *quæſt.* 44. *num.* 5. † Nam culpa eſt, inquit Theſaurus, ex re fructifera fructus non percipere, & omnem diligentiam non adhibere, vt percipiantur *l. ſi merces*, 25. §. *conductor*, *ff. loc.* Bald. *in l. quæ fortuitis C. de pignor. act.* & Natta *in conſ.* 384. *num.*3. *& conſ.* 494. *num.* 6. vbi dicunt latam eſſe culpam non parare, nec ſerere fundum. Et olim Romæ ſi quis agrum ſuum ſterileſcere paſſus fuerat, eúmque non arauerat, neque purgauerat, opus cenſorium fuit: Cenſoréſque eum notabant, & inter ærarios referebant, vt memorat Aul. Gell. *Noct. Atticar. lib.* 4. *cap.* 12. & notant Gregor. *Syntagm.iur. lib.*47. *cap.*16. *num.*10. & Borell. *tom.*2. *tit.* 32. *num.* 416. vnde rectè Seraphin. *in dec.* 418. *num.* 14. notat venditorem cenſus cogi poſſe, vt agrum cenſualem colat arbitrio boni viri, & ne illum ſterileſcere patiatur. Quamobrem ſi culpa, & dolo debitoris cenſus id factum eſt, penſio ex aliis bonis omnino præſtari debet.

16 Cæterùm ſi ſine debitoris culpa, vel dolo, & ſaluo manente prædio caſus aliquis fructus omnes, vel ferè omnes abſtulerit, quo caſu integram penſionem adhuc deberi receptum eſt, vt diximus *num.*6. an cogatur debitor ad reditum ſua die ſoluendum ex reditibus aliorum bonorum vel potius expectandum ſit, vt ex eodem prædio fructus proueniant, quibus penſio præſtari poſſit, non ſatis conſtat. Nam videtur ſaltem ex æquitate danda dilatio debitori, donec ex fructibus ſubſequentium annorum ex re cenſuali percipiendis penſionem præſtare poſſit. Ita enim primus quod animaduerterim docuit Cenc. *part.* 1. *c.*13. *quæſt.* 2. *art.* 3. *n.*11. nunc *quæſt.*38. idque *ex l.*17. *ff.de ann.& menſtr.leg.* quæ in re ſimili ait, *etiam pro eo anno quo nihil vini natum eſt, reditum deberi, ſi modò ex vindemia cæterorum annorum dari poſſit*, & ex Bero. *in conſ.* 17. *num.* 23. *lib.* 1. cui hanc ſententiam tribuit. Quæ videtur commodè probari *ex l. inter*, §. *ſacram. de verb. obligat.* illis verbis *donec iterum naſcatur, & dari poſſit & l.*23. *ff. eod.* & apertiſſimè *in l. Firmio:* 26. *in princ. quand. dies leg. vel fideicomm. ced.* in qua Papinianus reſpondit, *legatis quinquaginta ex reditu prædiorum futuri anni, & ex fructibus fundi, pecunia non percepta vbertatem eſſe neceſſariam anni.* Denique exemplo eius, qui penſionem ſoluere tenetur reſeruatam ſuper fructibus beneficij, qui ex fructibus ſubſequentis anni vberis penſionem anni præcedentis ſterilis ſoluere cogitur ex Gigant. *de penſionib. quæſt.*62. *n.*7.

17 Sed hæc Cencij definitio in dubium reuocari poteſt: Quid enim ſi ita exiguus eſt ager, vt fructus vix penſioni ſufficiant, etiam cùm benè proueniunt, & proinde nulla ſit ſpes, vt duplicata penſio ex fructibus reliquorum annorum redigi poſſit. Sanè ſuppoſita communi ſententia, vt penſio etiam eo anno debeatur, quo res nullos fructus tulit, dicendum eſt dominum cenſus expectare non debere, ſiquidem dilatio inutilis futura eſt, & caſus fructuum ad dominum cenſus pertineret contra receptam ſententiam, vt dixi, quam tuetur ipſe Cencius *in d. art.* 3. *ſeu quæſt.* 37. *num.* 6. & Vincent. Caroc. *in lib. de locat. & cond. part.* 4. *tit. de remiſſ. merced. quæſt.* 8. *num.* 36. Quid ex contrario, ſi fundus optimus maximus eſt, vt ex fructibus antecedentium annorum penſio præſtari poſſit? conſtat enim in his ſpeciebus habendam etiam eſſe rationem annorum præcedentium, vt *in d. l. ex eo.* 13. *de trit. vin vel oleo leg.* quam citat Cencius *& in l.* 15. §. 4. *ff. loc.* Leonell. *ad Bull. Pij V. gloſ.* 22. & Theſaur. *in d. quæſt.* 32. *num.* 38. qui tamen ait ſatis eſſe ſi habeatur ratio ſuperioris anni. Quid ergo ſi ex fructibus præcedentis anni etiam eius anni quo nihil perceptum eſt, penſio præſtari poteſt. Sanè nulla danda eſſet dilatio ad ſoluendum, ſiquidem ceſſat in hac ſpecie illa æquitas, quæ mouet Cencium, vt exiſtimaret exactionem differendam eſſe, donec tot fructus naſcantur, ex quibus penſio ſoluatur. Quare ſiue paruus, ſiue magnus ſit fundus reſpectu cenſus Doctrinæ 18 Cencij locus eſſe non poteſt. † Præterea in conſtitutione cenſus, de quo agitur, pretium numeratur, & ſoluitur, & à venditione recipitur ſub obligatione certæ annuæ quantitatis, quandiù res manet, vel non redditur infrugifera, & donec pecunia reddatur: vnde pertinet quodammodo ad illud contractus genus, quo vſum æris alieni redimimus, vt docet Roderic. *de ann. redit. lib.*3. *quæſt.* 1. *num.* 2. & proinde cùm toto illo anno, quo res nullos fructus tulit, venditor cenſus non minus pretio vtatur, & illud retineat, dicendum etiam eſt, reditum præſtare debere, nec expectandum eſſe vbertatem ſequentium annorum. Denique iidem auctores, qui ſentiunt etiam pro eo tempore, quo res nullos fructus tulit, integram penſionem deberi quorum aliquot cenſui *num.* 6. *&* 7. iidem ſentiunt penſionem ex fructibus aliorum annorum, vel aliunde ſupplendam eſſe, vt ſcribit ipſe Cencius *in d. quæſt.* 37. *n.* 6. vbi ait ita communiter tenere ſcribentes, *& num.* 9. *verſ. vnde non repugnat.* Quod etiam ſatis innuunt, cùm dicunt etiam huius temporis integram penſionem eſſe præſtandam, quod non fieret, ſi ſua die ſoluenda non eſſet, cùm minus ſoluere intelligatur qui tardiùs ſoluit, quàm ſoluere deberet, vt conſtat *ex l.*85. *ff. de ſolut. l.*12. *in fin. de verb. ſignif.* & aliis. Si ergo integra penſio præſtanda eſt, & ex fructibus aliorum bonorum, nulla dilatio danda eſt, ſed ſua die penſio ſolui debet, vt conuentum eſt.

Neque Cencij ſententiam iuuat, quod reſpondit Beroius 19 *in d. conſ.* 17. ſi benè perpendatur. Nam Beroius agit hoc loco de iis, quibus certa pars & portio fructuum debetur ex reditibus cuiuſdam Eccleſiæ, & reſpondit non liberari eum, qui titulum illius habet, ſi fortè vno vel altero anno nulli fructus in Eccleſia percipiantur: ſed teneri ex fructibus ſequentium annorum integraliter ſoluere etiam pro præteritis annis. Sed domino cenſus, vt ſolet conſtitui, non debetur pars, & portio fructuum prædij cenſualis: nec reditus conditionem habet, *ſi fructus naſcantur*, & proinde hoc reſponſum Beroij ſententiam Cencij non probat, ſed potius contrarium, & præſertim ex iis, quæ Beroius ſcribit *num.* 20. *&* 24. & eadem ratione reſpondetur ad id quod Cencius adfert ex Hieron. Gigant. *de penſion. quæſt.* 62. *num.* 7. quia loquitur de penſione, quæ debetur ex fructibus beneficij, vt tradit *eod. lib. quæſt.*65. *num.* 1. Seraphin. *in dec.* 66. *num.* 3. Buratt. *dec.* 915. *num.* 2. & de præſtatione annua, quæ debetur ex fructibus certæ rei, qui ſi aliquo anno non proueniant, ait penſionem ſupplendam eſſe ex fructibus aliorum annorum, ideóque expectandam eſſe vbertatem ſequentis anni ex Paul. de Caſtr. *in conſ.* 338. *num.* 3. *lib.* 1. quod cenſui, de quo agitur, accommodari non poteſt, qui ex rei fructibus non debetur, vt dictum eſt, & conſequenter aliunde præſtari debet, vt admiſerat *loc. cit. num.*6. † vt etiam non 20 eſt ſimile, quod dicitur de legato certæ quantitatis ex reditu prædiorum, vel de ſtipulatione modiorum tritici, vel culeorum vini ex aliquo fundo, vt *in d. l.* 26. *quand. dies leg. & in l.*73. *&* 83. §. *ſacram. de verb. oblig.* quia in his, & ſimilibus locis legatum, vel ſtipulatio ex re ipſa dilationem capit, vt ait Paulus *in d. l.* 73. tunc etiam fundus intelligitur adſignari taxationis gratia: & proinde tunc tantùm incipit actio, cùm penſio, & reditus, qui legatus eſt, præſtari poteſt: & ſemper ineſt tacita conditio, ſi fructus naſcantur *l.* 1. §. *vlt. de condit. & demonſt. l.* 89. §. 5. *ff. de verb. oblig. verſ. pro quo, & illud.* Gloſ. *in l. nec emptio, ff. de contr. empt.* Paul. de Caſtr. *in d. conſ.* 338. *num.* 3. Cuiac. *in d. l. nec emptio.* Sed cenſus eo modo, quo ſolet conſtitui non imponitur ſuper fructibus rei, nec debetur ex fructibus ipſius rei, ſed ſimpliciter ſuper re conſtituitur, & eſt in facultate venditoris ex pecunia quomodocunque redacta cenſum ſoluere, vel ex fructibus aliunde perceptis, ſi cenſus eſt fructuarius: proinde modo res naturâ ſuâ fructifera ſit, & apta ad ferendos tot fructus, qui penſioni ſufficiant, quamuis caſu aliquo nullos ferat, vt penſio debetur, ita ſua die præſtanda eſt, nec expectanda eſt vbertas ſequentis anni, quia id tantum receptum eſt, cùm reditus ex fructibus certæ rei præſtari debet, vt dictum eſt, ex quibus non ſequor Cencium, tametſi eum ſequatur Duardus, vt ſolet *in* §. 4. *quæſt.*1. *n.*14. *&* 21.

Sanè ſi actum eſſet inter contrahentes, vt reditus ex fru- 21 ctibus rei præſtaretur, quia ex conuentione contractus legem accipiunt *l.* 24. *de reg. iur. l.*1. §. *ſi conuenit. ff. depoſ.* hoc caſu veram puto Cencij ſententiam, & probari poſſe *ex dict. l.*26. *ff. quand. dies, leg. vel fideicom. ced. & l.*73. *de verb. oblig.* & aliis iuribus mox citatis, vt dicimus de penſione reſeruata

ſuper

ſuper aliquo beneficio, quæ cùm debeatur ex fructibus beneficij, vt dictum eſt, non debetur ab eo, qui nullos fructus percepit, nec percipere potuit, vt cenſuit Rota coram Cardin. Seraphin. & Buratto *in deciſ. proximè citatis* & Filliuc. *in tract. de penſion. cap. 6. num. 3.* ideóque expectanda eſt vbertas
22 ſubſequentis anni. † Denique Cencij ſententia recipi poteſt in cenſibus reſeruatiuis, in quibus quis certam annuam quantitatem fructuum ſibi ex prædio retinet. Non enim videtur eſſe eadem ratio in vtroque caſu. Nam qui ſibi retinet certam fructuum, vel pecuniæ quantitatem, loco fructuum ex fundo dilationem admittere videtur, donec tot fructus naſcantur, qui penſioni ſufficiant *argum. d. l. 17. de ann. & menſtr. legat. & l. 77. de contrah. empt.* quæ ait neminem vendere, & excipere, quod non ſit. In cenſu verò conſignatiuo, vt vocant, emptor nihil ſibi reſeruat, vel retinet. Nimirum, qui nullum ius in re habuit, cùm is cenſus rei alienæ iniiciatur. Et præterea ſi is, qui rem in cenſum dedit, illam adhuc poſſideret, nihil eo anno percepiſſet, quo calamitas fructus omnes abſtulit poſſeſſori ſine eius culpa: & proinde illi durum videri non debet, ſi nihil interim percipere poſſit, vel vbertatem aliorum annorum expectare cogatur. Denique confirmari poteſt ex his quæ diximus *quæſt. 27. num. 43.* emptorem cui res tradita eſt ad vſuras pretij recompenſatiuas non teneri, ſi nullos fructus ex re empta percepit, nec percipere potuit ex Cagnolo, Couarr. Lup. Roderic. & aliis, ex Beltramin. *ad Ludouiſ. in dec. 297. num. 21.* qui ait hanc ſententiam æquiorem eſſe, quibus nunc addo Sebaſtian. Medic. *de caſib. fortuit. part. 1. quæſt. 11. num. 145.* vbi ſcribit emptorem non teneri, niſi quatenus fructus percepit. Quod confirmauimus *ex lib. 16. in fin. de vſur.* quæ ait *iniquum eſſe vſuras ab eo exigi, qui fructus non percepiſſet.*

23 Sed illud quoque quærendum eſt, ſi non tota res periit, vel infructuoſa in perpetuum facta eſt, ſed pars duntaxat, & id quod ex fundo ſupereſt, ſufficit ad integram penſionem præſtandam, an pro portione rei amiſſæ, vel redditæ infrugiferæ cenſus pereat, & penſio minuatur, vel potius nihil penſioni detrahendum ſit. Et ſanè reditum ad ratam perire, etſi prædij quæ ſupereſt, tot referat fructus, qui ſufficiant penſioni, ſuadere videntur verba illa conſtitutionis D. Pij V. *Poſtremò cenſus omnes in futurum creandos non ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum, vel pro parte effecta volumus ad ratam perire* Ex quibus verbis cenſum pro portione rei amiſſæ, vel infructuoſæ redditæ etiam amitti, & perire ſentiunt Molin. *in d. diſp. 391. num. 3.* Garçias *de contract. cap. 28. n. 9.* Binsfeld. *in d. cap. ciuitate, quæſt. 12. circa fin.* Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. 8. num. 225.* Leſſius *in d. cap. 22. num. 88.* Salas *dub. 11. verſ. decima eſt.* Rebell. *de obligat. iuſtit. lib. 10. quæſt. 6. num. 17.* Vgolin. *cap. 45. §. 16. verſ. quæ diximus.* Scort. *in d. Theor. 272.* & Theſaur. *in d. quæſt. 32. num. 36.* vbi ait ita Theologos, & Doctores vtriuſque iuris communiter definire. Et huic ſententiæ maximè fauet *d. l. 2. C. alluuion. & l. forma, §. illam, ff. de cenſib.* in qua ſcribitur, ſi agri portio perierit, cenſum minui debere Sebaſtian. Medic. *in d. quæſt. 10. num. 149.* Et quia cenſus eſt ius reale extenſum ſuper tota re, cui imponitur per modum accidentis in ſuo ſubiecto, ideóque neceſſe eſt, vt ad modum ſubiecti pereuntis ipſe quoque pereat, vt ratiocinatur Molin. & Garç. *loc. cit.*

24 Cæterùm cùm hæc ſpecies in Magno Rotæ Romanæ Auditorio incidiſſet, cenſuit Rota etiam in terminis conſtitutionis Pij V. cenſum non perire, neque minui, cùm pars rei, quæ ſupereſt ſufficit pro ſolutione penſionis, quia in ea conſtitutione non eſt expreſsè definitum per peremptionem partis rei cenſum pro rata minui, quando pars adhuc manet, quæ penſioni ſufficiat: ideóque conſtitutionem Diui Pontificis hanc interpretationem pati ex iure communi, cuius correctio facilè induci non debet, & præſertim quia multæ excitarentur lites, ſi ad quamlibet peremptionem, vel mutationem rei cenſus quoque ad ratam minuendus eſſet, vt tractatum eſt *in dec. 1. poſt tract. Cencij* quam ſecuti ita ſentiunt Marcheſan. *de commiſſ. in cauſ. oblig. camer. part. 1. §. 2. num. 74. & 75.* Statil. Pacific. *de Saluian. interd. inſpect. 5. cap. 1. num. 152.* Cenc. *quæſt. 100. num. 3. & 5.* Martin. Medic. *inter ſuas dec. examin. 18. num. 5.* Filliuc. *d. tract. 32. part. 2. cap. 3. num. 297.* & Duard. *ad dict. conſtit. §. 5. quæſt. 1. num. 17. & quæſt. ſeq. num. 1. & quæſt. 3. num. 3.* & iterum Rota poſt Ceneium *in dec. 4. num. 5.* † Cuius rei etiam ar- 25
gumentum eſt, quia placuit cenſum duobus prædiis impoſitum pereunte vno, vel reddito infructifero in alio totum ſuſtineri, ſi ſit capax totius penſionis, vt definitum eſt ab eadem Rota poſt Ceneium *in dec. 90. num. 9. & dec. 159. n. 5.* quod probauit Malder. *tractat. de redit. dub. 7. circa fin. verſ. hinc ſequitur.* Mareſcott. *variar. lib. 3. cap. 10. num. 11.* Riccius *in ſuis collect. part. 7. cap. 3089. verſ. tertio extende.* & Cenc. *in d. art. 2. ſeu quæſt. 100. num. 4.* qui hoc argumento etiam vſus eſt ad probandum id quod diximus integrum ſcilicet cenſum in parte capace ſuſtineri. Quam ſententiam propter auctoritatem Rotæ Romanæ ego nunc ſequor.

Neque mouet auctoritas tot Theologorum quos recenſui 26
num. 23. quia excepto Molina, & Scortia, quod animaduerterim, nemo eorum hanc ſpeciem attigit, nimirum cùm pars ſuperſtes tot refert, vel referre poteſt fructus, qui penſioni ſufficiunt, quæ ſpecies in Auditorio Rotæ agitata eſt, & definita, vt dixi. Et ad primum argumentum, quod ducitur ex verbis conſtitutionis dicimus non ita perſpicua, & clara eſſe, vt interpretationem à iure communi non recipiant, ſecundum quod receptum eſt integrum cenſum in parte idonea ſuſtineri, vt docet Nauarr. *in comment. de vſur. num. 115.* & admittunt Binsfeld. & Martin. *loc. cit.* Vnde cùm in indiuiduo, & expreſè in dict. conſtitutione cautum non ſit, vt re pro parte perempta, vel facta infrugifera cenſus pro parte intereat, ſi pars, quæ ſupereſt capax eſt totius, & integri cenſus, ideo ex ſubiecta materia, & ex natura contractus, ita interpretari debet, vt inducat peremptionem cenſus pro rata, quando pars quæ remanſit, non ſufficit ad præſtationem integri cenſus, vt tractatum eſt *in dict. dec. 1. n. 6.*

Rurſus non obſtat definitio *l. Cod. 2. de alluuion. & d. l.* 27
forma, ff. de cenſib. quia longè diuerſa eſt ratio tributorum, de quibus his locis agitur, & cenſus, ſeu reditus annui, de quo nos agimus. Tributa enim, & functiones publicæ præſtabantur pro modo iugerum, & pro viribus patrimonij *l. 3. & 10. Cod. de ann. & trib. l. 1. & 5. Cod. de cenſib. & l. 2. C. de immunit. nem. conced.* vnde nihil mirum ſi diminutis rebus, onus quoque minui debet, vt ſcribit Sebaſtian. Medic. *loc. cit.* ſed cenſus de quo agitur, non ſoluitur pro modo iugerum rei cenſualis, ſed pro ratione pretij, quo comparatur, & venditur: ideóque ſatis eſt, ſi fructus, qui ex re ſuperſunt concurrant cum penſione, quæ debetur, vt expendit Frider. Martin. *loc. cit. num. 228.*

Denique ad argumentum Molinæ & Garçias reſpondeo 28
obligationem cenſus non extendi ſuper re, cui imponitur, eo modo quo accidentia, & qualitates corporeæ extenduntur in ſubiecto, vt calor, & color in ligno: ſed conſtitui ſimpliciter in re, & ſuper re ad inſtar ſeruitutum, quæ ſunt qualitates, & iura prædiorum. *Inſtit. de reb. corpor. & incorpor. in fin. l. hæc autem, ff. de ſeruit. præd. vrb. & l. 3. ff. quemadm. ſeruit. amitt.* Nihil enim aliud eſt cenſus, quàm ius percipiendi reditum ſuper re aliqua, vt dictum eſt: vnde ſi fructus ſufficiunt, nihil ex illo iure detrahendum eſt exemplo ſeruitutum prædiorum, quæ incorporales ſunt, & in iure conſiſtunt, & remanent ſuper qualibet parte capace, vt docet Bart. *in l. ſtipulationes, 72. num. 3. de verb. oblig.* & expendit Rota *in d. dec. 1. num. 4.* † Et exemplo etiam canonis em- 29
phyteutici, qui non minuitur, licet res in parte pereat, quandiù tanta eius pars ſupereſt, cuius fructus ſufficiunt penſioni, vt conſtat *ex l. 1. C. de iur. emphyt.* & ibi docent Bart. *n. 4.* Iaſon *num. 16.* & Sichard. *numer. 16.* Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt. 27. num. 4. verſ. cæterum.* Andr. Gaill. *lib. 2. obſeru. 23. num. 24.* Theſaur. *dec. 20. in fin.* Anton. Faber. *C. de iur. emphyt. def. 36.* & Statil. Pacific. *d. lib. de Saluian. interd. inſpect. 3. cap. 4. num. 554.* & in ſpecie conſiderauit Rota *in dec. 1. num. 5.* & Martin. *loc. cit. num. 226.* Quamobrem iura huiuſmodi quæ rebus ipſis ex conſtitutione hominum inhærere intelliguntur, non ita inſunt rebus, vt pars hæreat parti, & ſit in parte, quia hoc ad accidentia, & qualitates corporeas pertinet, ſed toti rei imminent, & in tota

re conſeruantur, quandiù res hoc onus ſuſtinere valet, & exemplo ſeruitutis, & canonis emphyteutici, quæ ſunt iura prædiorum, manifeſtum eſt.

30 Hæc confirmantur omnia, quia ſi fundus cenſualis in plures fundos, & inter plures inſcio domino cenſus, poſtea diuidatur, non cogitur ſingulos poſſeſſores pro rata conuenire, ſed aduerſus vnumquemque poſſeſſorem in ſolidum pro reditu agere poteſt, quatenus fructus partis poſſeſſæ patiuntur. Quod licet valdè controuerſum ſit, & aliud ſentiat Couarr. *variar. lib.* 3. *c.*7. *n.* 7. *&* 8. Frideric. Martin. *de iur. cenſ. c.vlt. num.*129. Cyriac. *contr.*541.*n.*2. *& infra,* & ſentiebat Cencius antequam mutaſſet ſententiam *part.* 2. *c.* 2. *q.* 3. *art.* 8. *n.* 4. *&* 5. nunc *quæſt.* 80. id tamen receptum eſt, ita enim docent Foller. Redoan. Nauarr. Boninſign. & Gratianus apud eund. Cencium *loc. cit. num.* 1. Aluar. *in d. quæſt.* 32. *n.*15. Surd. *in dec.*32. *num.*7. & alij plurimi, quos ſecutus eſt Felic. *lib.*3.*c.*4. *n.*11. & rurſus *in addit. num.*17. & Mangil. *de euict. quæſt.*200.*n.*53. Hanc eandem ſententiam tuetur Petrus de Salaz. *lib. de conſuet. cap.* 11. *n.*15. Perez, Gomez. Roder. & alij auctores Hiſpani, quos refert, & ſequitur Auendan. *de cenſib. cap.* 96. *n.* 14. vbi ait hanc receptiorem, & veriorem eſſe ſententiam. Quam etiam amplexi ſunt Petr. de Gregor. & alij ſcriptores Siculi apud Intrigliol. *ſuper Bull. de cenſib. quæſt.* 52. *n.* 7. vbi ait hanc opinionem receptiſſimam, & in Gallia etiam hoc ius receptum eſſe refert Carol. Loyſæ, *lib.* 2. *de deguerp. c.*11. *n.*12. Denique hanc ſententiam ſecutus eſt Cenc. *in addit. dicti art.*8. *ſeu quæſt.*80. *num.*12. *verſ. in ſecundo caſu,* quem totum refert, & probat Duard. *in* §. 3. *quæſt.* 15. *n.* 9. *verſ. cæterum quidquid ſit.* Cuius rei ſumma, & vera ratio ducenda eſt ex his, quæ proximè dicta ſunt, cenſum ſcilicet non extendi ſuper rebus, quibus imponitur ad modum accidentis corporei, ſed inſtar iurium, & onerum incorporalium, quæ in qualibet parte idonea conſiſtunt.

31 Cæterùm doctrina Cencij etiam poſt eius additiones *ad d. art.*8. vt etiam Duardi, qui eum omnino ſecutus eſt, mihi omnino non ſatisfacit, quia videtur vterque probare doctrinam Didaci *in d. cap.*7. ſaltem eo caſu, quo pars fundi, vel alter ex pluribus fundis cenſui ſuppoſiti non reddit tot fructus, qui ſufficiant ad ſolutionem integri cenſus, & in hac ſpecie poſſeſſorem dumtaxat conueniri poſſe pro portione cenſus, qui reſpondeat portioni prædij, vel omnibus prædiis, quibus cenſus impoſitus fuit, quæ eſt ſententia Couarruuiæ *loc. cit.* quod falſum eſt, quia etiam hoc caſu poteſt conueniri, quatenus fructus dictæ partis, vel ille vnicus fundus deductis ſumptibus referre poteſt, vt poſt pauca dicam. Vt etiam animaduerſione dignum eſt Cencium ad confirmationem ſuæ prioris opinionis vti auctoritate Molinæ *in d. diſp.* 391.*n.*3. qui ait cenſus obligationem extendi ſuper toto fundo, ita vt tota ſit in tota, & pars in parte, quod tamen rectè improbauit Cencius, & ſuo modo refellere conatus eſt *in d. quæſt.* 100. *n.* 5. *&* 6. Proinde cùm hæc mihi omnino non ſatisfaciant, vt dixi, exiſtimo tutius eſſe veluti pro regula conſtituere poſſeſſorem rei, vel partis rei cenſui oppoſitæ ad integrum cenſum conueniri poſſe ſecundum receptam ſententiam, & quam ſequuntur auctores relati *num.* 30. eam tamen aliquot modis declarandam, & coërcendam eſſe. Illo tamen in primis obſeruando hîc non quæri de actione hypothecaria, vel Saluiano interdicto, quibus aduerſus poſſeſſorem rem cenſui oppoſitæ agi poſſe pro fructibus, & reditibus annuis exploratum eſt, ſed de actione perſonali in rem ſcripta, quæ ex eo aduerſus aliquem competit, quod rem cenſui, & ſimilibus oneribus innexam, & obligatam poſſideat, vt explicant Bart. *in l. ſi tertius,* §. *ſi quis prius, n.*2. *ff. de aqua pluu. arcen.* & Ripa, *in l.* 1. §. *heres, num.* 15. *ff. ad Trebell.* & quæ non minus fundum ſequitur, vt iidem Bart. & Ripa docent *loc. cit.* Cardin. Seraphin. *dec.* 535. *num.* 3. & alij apud Pacific. *d. lib. de Saluian. interdic. inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 544. & Cenc. *quæſt.* 97. *num.* 3. Hanc igitur actionem in rem ſcriptam diximus competere aduerſus poſſeſſorem rei, vel partis rei pro integra penſione conſequenda, idque aliquot modis declarandum.

32 Primus eſt, vt eatenus hac actione in rem ſcripta in ſolidum agere liceat aduerſus tertium poſſeſſorem, quatenus ex fructibus rei, vel partis rei percipere poteſt deductis ſumptibus: tenetur enim in ſolidum pro portione fructuum duntaxat, qui ex re percipiuntur, veluti ſi reditus ſit aureorum quinquaginta, & ex parte prædij, vel prædio triginta tantùm redigi poſſunt, poſſeſſor ad triginta tantum hoc nomine conueniri poteſt. Ita egregiè tradit Petr. de Gregor. *de cenſib. quæſt.* 6. *num.* 45. *&* 46. allegans ad hanc rem *l.* 2. & ibi Ioann. de Plat. *C. de præd. nauicular. lib.*11. Renat. Choppin. *de priuil. ruſticor. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. vbi refert ita Senatum decreuiſſe Theſaur. *in d. quæſt.* 32. *num.* 20. & Cenc. *in addit. d. quæſt.*80. *num.*7. & poterit hoc caſu dominus cenſus pro reſiduo aduerſus alios poſſeſſores experiri *l.* 3. *&* 9. *Cod. de diſtract. pign.* vnde ceſſat abſurdum, cuius timor in aliam opinionem traxerit Cencium *in dict. art.* 8. *num.*... antequam mutaſſet ſententiam. † Sanè hæc declaratio inutilis 33
eſt, ſi creditor redituum agat hypothecaria, vel Saluiano interdicto aduerſus poſſeſſorem, quod ei licere dictum eſt. In his enim actionibus non diſtinguitur, an fructus penſioni ſufficiant, ſed aufertur poſſeſſio, ſiue totius fundi, ſiue partis fundi, donec dominus cenſus integrum creditum conſequatur. Quod ſi ex prædio, vel parte prædij ab vno poſſeſſa conſequi non poteſt, liberum illi eſt aduerſus alios poſſeſſores experiri *d. l.*3. *&* 9. *Cod. de diſtr. pign. l. reos, C. de fideiuſſ.* Couarr. *in d. cap.* 7. *n.* 7. Frider. Martin. *d. cap. vlt. num.*106. & aliis citatis Cencius *in d. quæſt.* 80. *num.* 11. *&* 12. Nec enim generalis hypotheca, quæ emptionibus redituum etiam adiicitur, differt ab ea, quæ venditionibus aliarum rerum adiici ſolet ad confirmandum contractum, & ad maiorem ſecuritatem contrahentium. Quibus conſequenter dicendum eſt, recipiendam non eſſe diſtinctionem quam ex Didaco Couarr. poſuit Cyriac. *in d. controu.* 541. *num.* 14. *&* 15. nimirum ſi agatur aduerſus poſſeſſorem rei ſpecialiter cenſui ſuppoſitæ non niſi pro rata rei, quam poſſidet, conueniri poſſe: ſi verò agatur contra alia bona virtute generalis hypothecæ, quæ, vt ait, emptionibus redituum adiici ſolet, quemlibet poſſeſſorem in ſolidum poſſe conueniri. Etenim obligatio illa generalis, quæ omnia bona venditoris continet *l. vlt. C. quæ res pignor. oblig. poſſ.* etiam rem ſpecialiter cenſui oppoſitam continet. Non enim cenſus mutat dominium. Et proinde etiam aduerſus poſſeſſorem vnius rei ex pluribus cenſui ſuppoſitis vel partis rei pro toto, & integro reditu exerceri poteſt, vt rem, vel partem rei dimittat, donec domino cenſus debitæ penſiones ſoluantur, vt aliis citatis tradit Cenc. *in d. quæſt.*80. *n.*9. *&* 10. Alioqui dicendum eſt rem cenſualem minus innecti, & obligari, quàm res aliæ creditoris, quod eſt abſurdum, & repugnat menti contrahentium. Denique poſſeſſorem rei cenſui oppoſitæ hypothecaria, vel vtili interdicto Saluiano pro fructibus totius, & integri cenſus, etiamſi vel vnam ex pluribus, vel rei partem tantùm poſſideat conueniri poſſe conſtat ex Surd. *in dec.* 32. *num.* 7. Coſta *in d. quæſt.* 72. *num.*6. & aliis apud Cencium *quæſt.* 98. *impreſſ. nouiſſ. Taurin. num.* 29. *&* 30. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 60. *&* 61. vbi refert hanc ſententiam in foro receptam eſſe: denique ita cenſuit Rot. poſt tract. Cenc. *dec.* 542. *num.* 4. *&* 5. vbi dicitur hoc dubio carere. Et tantùm dubitari poteſt, an poſſeſſor partis, vel vnius ex pluribus fundis actione in rem ſcripta in ſolidum conueniri poſſit, vt dixi *num.* 30. quæ actio ab hypothecaria, & Saluiano interdicto diuerſa eſt, vt conſtat vel ex vno Cencio *loc. cit.* quæ mihi Cyriacus vir ſanè doctus non ſatis hîc ſeparaſſe videtur.

Secundò declaratur concluſio, vt procedat pro penſioni- 34
bus futuris, & decurſis à die adeptæ poſſeſſionis, non autem pro præteritis *argum. l. vlt. C. de cenſit. & cenſitor. in princ.* cùm enim hoc caſu poſſeſſor conueniatur actione perſonali in rem ſcripta, quia poſſidet rem, vel partem rei cenſui ſuppoſitæ, conſequens eſt teneri tantum pro penſionibus decurſis ab eo tempore, quo poſſeſſionem adeptus eſt, & fructus percepit, vt explicat Gabriel. *in conſ.* 47. *num.*13. *&* 14. *lib.*1. Surd. *in dec.*104. *num.*9. quos ſequitur Cencius *quæſt.*96. *num.* 5. & Duard. *in d. quæſt.* 25. *num.* 24. & videtur ſentire Petr. Gregor. *in d. quæſt.* 6. *num.* 46. & Intrigliol. *de cenſib. quæſt.* 52. *num.* 10. Niſi agatur hypothecaria, vel Saluiano interdicto, quia hoc caſu etiam pro præteritis competit actio, vt docent iidem Cenc. & Duard. *loc. cit.* idem Gabriel.

in

in d. conſ. 47. in fin. Roderic. *de ann. redit. lib. 2. quæſt. 9. n. 50.* Parlador. *lib. 2. cap. vlt. part. 4.* Ferrer. *in addit. ad Guidon.*
35 *Pap. quæſt. 576.* † Quæ tamẽ exceptio exceptionem patitur, niſi creditor in exigendis redditibus negligenter ſe geſſerit, & cùm potuiſſet præteritas penſiones à debitoribus exigere, qui ſoluendo erant, per negligentiam non exegit. Cum enim per eum ſteterit, quo minus penſiones exegerit, proinde eſſe videtur ac ſi eas exegiſſet *argum. l. iure ciuili, ff. de condit. & demonſtr. & l. 85. in fin. de verb. oblig.* cùm non ſit æquum negligentiam creditoris futuro ſucceſſori nocere, & proinde aduerſus debitorem cenſus hæredéſve eius agere debet non contra ſingularem ſucceſſorem, vt ſentiunt Foller. *de contract. cenſ.* in verb. *huiuſmodi num. 67.* Gabriel. *in d. conſ. 47. num. 16.* Boccat. *de cenſib. part. 2. num. 87.* Felician. *eod. tract. lib. 3. cap. 6. num. 5.* & Surd. *in d. dec. 32. num. 9.* quos refert, & ſequitur Cencius *quæſt. 98. num. 46.* quibus addo Cæſarem Barzium *in dec. 72. num. 5. & 10. & ſeqq.* vbi decidit cenſeri hoc caſu creditorem exactionem diſtuliſſe in necem tertij poſſeſſoris. Franciſc. de Caldas. *de iure emphyt. lib. 4. cap. 3. num. 24.* Amed à Ponte *de laudem. quæſt. 45. n. 20.* & Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 3. tit. de cenſib. cap. 1. n. 17.* & nouiſſimè Cyriac. *in d. controu. 541. num. 12.* Duard. *in d. quæſt. 25. num. 60.* ex quibus id videtur communiter receptum eſſe. Quod tamen mihi perdifficile eſſe videtur, dum conſidero iure poſſeſſoribus ſuccurſum eſſe, vt legitimo tempore aduerſus creditores præſcribere poſſint, vt in ſpecie poſt alios docet Duard. *loc. cit.* atque etiam quia non ſatis compertum eſt, quando creditor negligentiæ argui poſſit, niſi dicamus quæſtionem hanc in facto conſiſtere, & ideo arbitrio iudicis relinquendam eſſe *l. Neſennius, ff. de neg. geſt.* & ſimilibus.

36 Cæterùm ex his etiam illud eſt, vt ſi poſſeſſor abdicat à ſe poſſeſſionem rei cenſualis, vel illam alienat, liberetur ab onere ſoluendi reditum annuum in futurum, & hoc onus in nouum poſſeſſorem reiiciat, vt tradunt Felician. *loc. cit. num. 7.* Roderic. *d. quæſt. 9. num. 56.* Auendan. *de cenſib. Hiſp. cap. 99. num. 3.* & Cencius *in d. quæſt. 92. num. 9.* & Theſaur. *loc. cit.* ſubiiciens eſſe in libera facultate tertij poſſeſſoris, vel ſoluere ad ratam fructuum, qui percipi poſſunt, deductis impenſis, & aliis oneribus, vel rem ipſam tradendo ſe liberare, & ita reſpondiſſe Peregrin. *in conſ. 97.*
37 † Quod verum eſt, tametſi poſſeſſor fundi domino cenſus recognitionem fecerit, adhuc enim re alienata, vel dimiſſa reditum præſtare non cogitur, quia hæc recognitio fit, ex neceſſitate poſſeſſionis, & oneris adhærentis rei poſſeſſæ, & proinde ſi deſinit poſſidere, non tenetur amplius ad præſtationem cenſus, vt tradunt Didac. Couarr. *in d. cap. 7. num. 6.* Felician. *loc. cit. num. 7.* Roderic. *d. quæſt. 9. num. 16.* Auendan. *de cenſib. cap. 99. num. 3.* Quod tamen accipiendum eſt, ſi poſſeſſor ſimpliciter recognouerit ſe tenere rem ſub onere cenſus, aliud verò eſt, ſi reditum ſoluere in futurum promittat, quia tunc egreditur terminos recognitionis, neque poteſt rem abdicando, vel alienando ſe ab hac perſonali obligatione liberare, niſi hoc nominatim actum ſit, & ſibi imputare debet, ſi id non expreſſerit, vt docet Gutierr. *practic. lib. 2. quæſt. 177. num. 5. verſ. hac autem,* & Mangil. *de euict. quæſt. 82. num. 13.* & obiici poteſt poſſeſſori, *verba ligant homines, taurorum cornua funes,* in quo tamen plurimum poſſe arbitror conſuetudinem regionis, ſecundum quam iudex perſpicere poteſt, quod inter contrahentes actum videatur ex his, quæ docet contrahentes actum videatur ex his, quæ docet inclytæ mem. Card. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 9. num. 10.*
38 † Sanè quod dicimus poſſeſſorem rem dimittendo à præſtatione cenſus etiam poſt ſimplicem recognitionem liberari, accipiendum eſt pro cenſibus futuris poſt dimiſſam poſſeſſionem, non autem pro præteritis, dum rem habuit, & fructus percepit, quia ad huiuſmodi præſtationem facta recognitione ex contractu tenetur, vel ex quaſi contractu, ex eo ſcilicet quod rem cenſualem poſſedit *l. 1. C. de ann. & trib.* Ferrer. *loc. cit. in fin.* & Oliban. *in §. omnium. Inſtit. de action. num. 50.* vbi ait hac de re neminem dubitare. Ideóque non poteſt rem dimittendo ſub hac obligatione ſe liberare *l. 5. C. oblig. & act. & l. 2. Cod. de hered. vel act. vendit.* & ex his quæ tradit Iacob. Venent. *de ann. præſtat. part. 2. quæſt. 33. num. 3. & 4.* & Felician. *part. 2. lib. 1. cap. 2. num. 6. verſ. tertiò infero.*

Tertio loco declaratur concluſio, vt locum non habeat, ſi dominus cenſus diuiſioni fundi cenſualis, vel alienationi vnius fundi, ſi plures ſunt cenſui ſuppoſiti, conſenſerit, ſine vlla iuris ſui reſeruatione, vt ſenſit Afflict. *in dec. 153. num. 6.* & Ioann. Parlador. *rer. quotidian. lib. 2. cap. vlt. part. 4. §. 1. num. 19.* Quod etiam ſenſit Virgin. *part. 2. num. 33.* qui tamen putat vt etiam Bonacin. *diſp. 3. quæſt. 4. num. 37. in fin.* videri dominum cenſus alienationi conſenſiſſe, ſi admonitus fuit à venditione cenſus de venditione fundi, vel partis, & ipſe noluerit emere, quod non puto ſufficere, quia potuit cogitare ius ſuum durare, vt in re ſimili inquit *l. 8. §. non videtur, ff. quib. mod. pign.* & cùm abdicatio proprij iuris ſit ſpecies donationis, debet poſſeſſor plenè docere conſenſum domini cenſus *argum. l. cum de indebito, ff. de probat,* & proinde exiſtimo neceſſarium eſſe, vt expreſsè diuiſioni, vel alienationi vnius ex fundis conſentiat: vel vt diuiſam æquis partibus penſionem à ſingulis petat, vel percipiat, quia ipſemet videtur diuidere *l. ſi creditores, ff. de pact.* Afflict. *in dec. 142.* & Vrſill. *ad eund. num. 1.* Benintend. *in dec. 81. num. 6.* Ioan. Bapt. Coſt. *in lib. de ration. rat. quæſt. 33. n. 2.* Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. lib. 15. tit. 5. num. 3. & 5.* & Franciſc. de Cald. *de iur. emphyt. lib. 4. cap. 8. num. 21.* qui hoc declarat procedere, niſi dominus addat clauſulam, *ſaluo iure exigendi in ſolidum, argum. d. l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pignor. vel hypoth. ſol.* in qua ſi creditor alienationi conſenſerit dicitur ius pignoris remiſiſſe, niſi ſaluâ causâ ſui pignoris conſenſerit, quod etiam notant Vrſill. *loc. cit.* Theſaur. Iun. *lib. 4. quæſt. 40. in fin.* & Paul. Galler. *de renunt. lib. 5. c. 1. n. 59.* 39

Et huic rei proximum eſt, ſi res inter plures diuiſa ſit, & ij vna ſententia ſimpliciter condemnati ſunt ad præſtationem cenſus, eos non in ſolidum ſed pro virili parte teneri, quia effectus ſententiæ eſt, vt pro virilibus portionibus tantum conueniri poſſint *l. 1. & 2. C. ſi plur. vna ſent. condemn. ſunt l. 10. §. quoties, ff. de appellat.* vbi Papinianus eleganter ait ſententiam in perſonas ſcindi. Surd. *in conſ. 150. num. 35.* Ioan. Bapt. Coſt. *in d. quæſt. 33. num. 3.* & in terminis annuorum redituum Felician. *lib. 3. cap. 4. n. 11. in fin.* & Auend. *loc. cit.*

Quartò, & vltimò declaratur concluſio, vt locum non habeat, ſi in prouincia vſu, & conſuetudine receptum ſit, vt ſinguli poſſeſſores pro rata tantùm obligentur, & conueniantur, quia inter contrahentes tacitè actum intelligitur, quod fieri ſolet *l. 35. ff. de ædil. edict. l. vltim. C. de fideicomm.* Fulgoſ. *in l. cum quid, num. 8. ff. ſi cert. pet.* & Cardin. Mantic. *d. tit. 9. num. 10.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 38. num. 9.* & in ſpecie cenſus Molin. *diſp. 383. num. 9.* & Frideric. Martin. *d. cap. 8. num. 131.* qui tamen id aſſerunt ad alium finem. Nam cùm exiſtimarent ex natura cenſus realis reditum inter plures poſſeſſores pro portione diuidi, hanc ſuam ſententiam non procedere inquiunt, ſi vſu receptum eſt, vt ſinguli poſſeſſores pro integro cenſu conueniri poſſint, & hoc caſu ſequendum eſſe, quod in regione frequentatur. Qua ratione nos qui ſecuti communem ſententiam aſſerimus ſingulos poſſeſſores in ſolidum conueniri poſſe, quatenus reditus cuiúſque partis patiuntur, dicimus id non obtinere iis in locis, in quibus conſuetudine receptum eſt, vt ad ratam tantùm conueniantur. 40

Sed quod initio diximus re cenſuali caſu aliquo facta infructifera cenſum extingui, & ex eo tempore reditus non currere, multo magis locum habet, ſi res omnino caſu aliquo perimatur, & pereat, vt ſi domus vi fluminis abrepta eſt, vt hoc anno 1641. in oppido Lantuſcæ pluſquam triginta vi cuiuſdam torrentis, qui ex imbribus creuerat, penitus euerſæ ſunt; vel ſi ager vi fluminis ſublatus eſt, vt Varus, & Palio facere ſolent in hoc noſtro territorio. Hoc enim caſu, id eſt re cenſuali penitus perempta cenſum quoque perimi, & nullum ius ſupereſſe domino cenſus ad penſiones in poſterum exigendas conſtat apertiſſimè *ex conſtitutione Pij V. §. Poſtremò,* poſtquam ita docent omnes, & præſertim Auend. *de cenſib. cap. 60. num. 5. & ſeqq.* & alij apud Cenc. *quæſt. 99. num. 2 & 7. verſ. perempto itaque fundo,* vbi *in addit.* id confirmat auctoritate Theſauri Iuniot. *loc. cit. num. 22.* qui ait 41

circa

citca hoc nullam eſſe inter Doctotes difficultatem. Quod
etiam ſentiunt Aluar. Vaiaſe. *de iur. emphyt. quæſt.* 32. *n.* 16.
Megal. *Inſtit. confeſſor. lib.*2. *cap.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 102. & alij
piurimi apud Duatdum *in d.* §. 5. *quæſt.* 1. *num.* 4. & 8. vbi
rectè docet idem eſſe, tameiſi poſt conſtitutionem in re cer-
ta adiiciatur, obiigatio generalis omnium bonotum, re enim
cenſuali eatincta cenſum quoque eatingui, neque ſuſtineri
in perſona eteditoris, neque ſuper aliis eius bonis generali-
ter obligatis. His conſentiunt Anton. Gomez. *de cenſib.*
cap. 5. *numer.* 2. Vgolio. *de vſur. cap.* 45. §. 15. *numer.* 1.
& Scottia *Theorem.* 272. rectè ſubiiciens minùs rectè ſen-
ſiſſe Couar. Felician. & alios quoſdam oempe contra com-
munem Doctorum ſenrentiam, & ſummotum Pontificum
decreta. Denique ita perpetuò cenſuit Rota vt conſtat *ex*
multis decision. poſt tractatum Cencij, & præſertim *ex dec.* 88.
num. 4. & 6. quæ ait re perempta, vel inſtuctuoſa reddita
non tantùm perire ius ad ſortem, ſed etiam ad ieditus per-
cipiendos, cùm velle penſionem percipere ſine iure perci-
piendi eſſet non iute, ſed aliena iniuria percipete, & rurſus
in eadem cauſa *dec.* 349. *num.* 3. Imo videtur hoc genus exa-
ctionis ipſis vſutis iniquius, & deteſtabilius, quia vſuræ ſal-
tem eatorquentur pro ſotte, & propter vſum ſortis: in cen-
ſu verò, & præſertim eo ad rei peremptionem extincto, nul-
la ſors debetur, nullúmque ius ſupereſt ad eam repetendam,
vt dictum eſt, & proinde teditus poſt extinctionem cenſus
perceptos veluti omnino indebitos mulro magis condici, &
repeti poſſe *l. ſi non ſortem, in princ. ff. de condic. indeb.* & aliis
huiuſmodi. Neque valde mouere debet ratio Didaci *in dict.*
cap. 7. *num.* 5. *verſ. quarto ſi contract.* & aliorum exiſtiman-
tium in conſtitutione ceoſus fundom rationem gerere ſolius
pignoris, & hypothecæ, idcóque fundo ſuppoſito perempto
durare obligationem perſonalem, & conſequenter debito-
rem ceoſus oon ideo minos ad ſolutionem cenſus conueniri
poſſe *l.* 11. *C. ſi cert. pet. l. aduerſus, Cod. de act. & obligat. l.*
pignus, Cod. de pign. act. & in ſpecie Didac. *loc. cit.* & Felic.
multis locis. Garç *de expenſ. cap.* 4. *num.* 43. & Roderic. *lib.* 2.
quæſt. 7. *num.* 4. & 13. Etenim eaploratum eſt ius cenſus eſſe
onus reale cohærens, & anneaum rei, quod proinde ſequitur
fundum, & foitunam fuodi, & onera tributotum, & ſerui-
tutum, & canonis emphyteutici, & ſimilium onerum rea-
lium, quæ res ipſas comitantut, vt rectiſſimè explicant Va-
laſc. *in d. quæſt.* 32. *num.* 13. Parlador. *rer. quotid. cap.* 3. *n.* 53.
qui ait eſſe magis communem, & Duard. *in d. quæſt.* 1. *n.* 1.
& Scott. *Theorem.* 272. ex qun ſequitur, quod proaimè di-
ctum eſt, perempto fundo ceſſare obligationem venditoris,
vt io cenſu reali, & certæ rei impoſito, de quo nos loqui-
mur, admittunt iidem Garç. & Roderic. *loc. cit.* & ipſe Di-
dacus Couarruuias *in d. verſ. quarto ſi contractum, in fin.* &
licet hac in re imbutus à Molineo id concedat duntaaat,
quando cenſus conſtituitur quidem ſuper certo fundo, ſed
limitatè ad illum, ita vt conſtituens & eius hæredes oon te-
neantur ad ſolutionem reditus, niſi ratione rei, & quandiù
illam poſſederint, tunc enim inquit perempta re perimitur
& ipſe reditus, nec vlla adeſt perſonalis obligatio, verius ta-
men eſt ſatis eſſe, ſi cenſus ſuper re certa conſtituatur, &
vendatur. Nam licet venditor reditum ita conſtitutum pro-
mittat ſoluere ſua die, hæc tamen obligatio eſt in conſe-
quentiam illius iuris venditi, & in alium tranſlari vnde ea
ſubiecta materia, & ex natura rei hanc conditionem habet,
quandiu res ſupeterit, quamuis id oon fuerit expreſſum, vt
in ſeruitutibus, & aliis oneribus realibus receptum eſt, &
in cenſu, de quo agitur à D. Pio conſtitutum eſt, & aduer-
ſus ipſum Couatr. docet Frideric. Martio. *in dict. cap.* 8.
num. 216. & Duard. *loc. cit. num.* 13. & §. 3. *quæſt.* 9. *num.* 19.
& 20.

43 Sed opportunè quæritur, ſi ager à flumine, vel ſtagnan-
tibus aquis, & paludibus occupetur, & ſponte flumen re-
ceſſerit, & paludes eaaruerint, an cenſus reſtituatur. Et ſa-
nè ſi flumen mutato alueo per prædium cenſui obnoxium
fluere cœperit, illúdque totum occupet, puto cenſum omni-
no extinctum eſſe, nec reuiuiſcere, tameiſi flumen recedat,
quia hoc caſu ager alius eſt, & diuerſi iuris, vt conſtat *ex*
l. 7. §. 5. *ff. de acquir. rer. domin.* vnde, vt in hoc euentu vſus-
fructus extinguitur *l.* 24. *ff. quib. modis vſusfruct. amitt.* ita &
cenſum interire dicendum eſt, neque amplius deberi, & ita
ſentiunt Ioann. Bapt. Leonell. *ad Bullam Pij V. de cenſibus.*
gloſ. 22. & Vgolin. *in d.* §. 15. *num.* 2. *verſ. quoad fundum,* vbi
idem eſſe ait de ſtagno, & palude eaſiccatis, vt ſcilicet ceo-
ſus nō reuiuiſcat, vbi ſpecies ſundi mutata eſt. †Velut etiam 44
ſi domus depoſita eſt, vel ſi in totum corruit, tameiſi eam
dominus reſtituat eodem loco, vt ea iiſdem ruderibus, & cæ-
meotis non tamen reuiuiſcit cenſus, & ius percipiendi redi-
tus, quia ſcilicet res alia eſt *l. inter ſtipulantem,* §. *ſacram. in*
fin. de verb. oblig. l. 68. §. *vlt. de leg.* 1. & *l. quid tamen,* 10. §. *in*
naui, ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. & in ſpecie docent Nauarr.
in d. comment. de vſur. num. 118. Molin. *diſp.* 354. *num.* 3.
Frideric. Martin. *d. cap.* 8. *num.* 218. Vgolin. *loc. cit.* Cardin.
Seraph. *dec.* 1418. *num.* 4. & 10. Statil. Pacific. *de Saluian.*
interd. inſpect. 5. *cap.* 1. *num.* 53. & 154. qui propterea ait ceſ-
ſare etiam Saluiaoum interdictum. Idem ſentiuot Booacin.
in d. quæſt. 4. *n.* 18. & Cencius *quæſt.* 101. *num.* 6. & *in addit.*
n. 15. & Duard. *in d.* §. 50. *quæſt.* 5. *n.* 2. & 9. & *n.* 15. vbi
notat ſententiam Boccatij aliud ſentientis communiter fere
reiectam eſſe † cuius rei etiam argumentum eſt, quia licet 45
ædes, quæ collapſæ ſunt vel depoſitæ ex iiſdem vel aliis cæ-
mentis reſtituantur, quia aliud ædificium eſt, vſusfructus
ooo reuiuiſcit, vt nec aliæ ſeruitutes reſtituuntur, vt cooſtat
ex d. l. 10. §. *in nauis,* & *l.* 19 §. *ſi ſublatum, ff. de ſeruit. vrban.*
prædior. & hic Cuiacius notat, & Petr. Gregor. *ſyntagm. iur.*
ciuil. lib. 4. *cap.* 5. *num.* 4. & expendit Rot. *poſt Cenc. in dec.* 349.
n. 9. & 10. vbi notat ex regulis vſusfructus quæſtiones in
materia annuorum cenſuum commodè definiri, tameiſi aliud
ſit, ſi per partes reficiantur, vt iiſdem locis conſtat, & *ex*
l. 83. §. *ſacram. verſ. ſed ſi reficienda,* & obſeruant iidem aucto-
res *loc. cit. num.* 44. & præſertim Ceocius *in d. quæſt.* 101.
num. 16. Molin. *diſp.* 394. *num.* 3. Axor. *lib. de cenſib. cap.* 16.
verſ. breuiter. Nauarra, Salas & alij apud Bonacin. *in dict.*
quæſt. 4. *n.* 29. qoia tunc res eadem eſt, & conſequenter iiſ-
dem oneribus obnoxia.

His congruenter quærit Leonell *in addit. d. gloſ.* 22. an cùm 46
ager ceoſualis occupatus fuit ab aquis, & in paludem con-
uerſus, vnde in eo ſtatu infructuoſus factus eſt, tameiſi ſum-
ptibus, & iodustria hominū ad culturam reduci poſſit, & fru-
ctus reddere, reditus annuus interim debeatur. Et valde io-
tereſſe ait, an quæratur de proprietate cenſus, vel de reditibus
eiuſdem. Primo modo quandiu dominus fuodi dominium il-
lius retioet, eodem iure dominum ceoſus dominium cenſus
retinere *arg. l. quæ de tota, ff. de rei vind.* & § *præterea. Inſt. de rer.*
diuiſ. at ſecundo reſpectu, id eſt, cùm quæritur, an interim re-
ditus currat, cùm fuudus in eo ſtatu inutilis ſit, & factus ſte-
rilis, nec niſi magnis ſumptibus ad culturam reduci poſſit,
inde ſequi putat dominum cenſus partem damni ſentire de-
bere, & dum res in eo ſtatu eſt, nullos reditus petere poſſe.
† Quæ diſtinctio rationem, & æquitatem habere videtur, li- 47
cet non animaduerterim ab alio fuiſſe animaduerſum. Neque
eſſe contrarium quod diaimus, ſi vis tempeſtatis fructus om-
nes abſtulerit, non ideo minus reditum deberi, quod aliqua
poteſt adferri diſcriminis ratio. Nam ex eo, quod calamitas
fruges auferat, veluti grandinis, vrediois, & ſimilium, vel
incurſus hoſtium, res omnino infructuoſa facta non dici-
tur. Imo ea eo, quod calamitas fructibus oocuit, argumen-
tum eſt rem fructus producere, & ideo neque cenſus extin-
guitur, neque ſiſtitur peoſio, cùm caſus fructuum ad domi-
num fundi pertineat, vt dictum eſt, cui in magna vbertate non
augetur penſio. Cùm verò fundus aquis inundatur, & obrui-
tur, quandiu in eo ſtatu manet, ſterilis eſt, nec fructus reddere
poteſt, & proinde æquum videtur, vt interim reditus ſiſtan-
tur, & eorum curſus ſuſpendatur, & ab eo tantùm tempore
denuò currere iocipiant, quo res priſtinæ fertilitati reſtituta
eſt, ſuppoſito ſemper rem manſiſſe eiuſdem iuris, & in do-
minio eius, cuius fuit ante impetum fluminis, & eruptiones
aquarum *d. l.* 7. §. *aliud ſanè eſt, de acquir. rer. domin.* †Neque mo- 48
uere debet, quod diaimus re facta infructifera cenſum quo-
que in perpetuum extingui, & perire, idque ex ipſa conſtitu-
tione D. Pij ſancitum eſſe, quia hoc intelligendum eſt, cùm
res perpetuò redditur infructifera, vt declarauit ipſemet D.
Pius in alia conſtitutione ad Siculos verſ. *Nos hæc diſcrimina,*
& Molin. *in d. diſp.* 391. *n.* 5. quod de fundo, de quo agitur,

dici

Digitized by Google

dici non poteſt, quia ſupponimus manere in dominio debitoris cenſus, & ad fertilitatem reduci poſſe illius ſumptibus. Quod ſi fiat, vel ſi ſponte flumen receſſerit, & aquæ exaruerint, vt reſtituitur vſusfructus *l. 23. & 24. ff. quib. modis, vſusfr. amitt.* & vt reſtituuntur ſeruitutes, quæ ſunt onera prædiorum *d. l. 24. §. idem iuris, & l. 14. ff. quemadm. ſeruit. amitt.* ita & cenſum reſtitui dicendum eſt, ſecundum Leonellij ſententiam *loc. cit.* & Madij *de requiſ. cenſ. quæſt. 22. n. 2. & 4.* argumentum enim ab vſufructu ad cenſum validum eſt, vt inquit Rot. *in d. dec. 349. in fin.* vbi notat ea, quæ de vſufructu recepta ſunt, cenſui in ſimilibus optime accommodari, tametſi putem ius cenſus realis magis ſimile eſſe ſeruitutibus realibus, quæ magis rem afficiunt, & innectunt, quàm vſusfructus, qui cohæret perſonæ, & morte, & capitis deminutione finitur *l. 1. & 3. in fin. quib. mod. vſufr. amitt.* qua ratione vt non pereunt iura prædiorum *l. 3. ff. quem. ſeruit. amitt.* ita nec ius cenſus perire certiſſimum eſt.

49 Sed ego hoc argumẽto permotus valde dubito, an verum ſit, quod *in d. dec. 349.* Rota ſentire videtur, quamuis terræ ſic aquis demerſæ, & inundatæ propter receſſum aquarum, & ſiccitatem temporis fructiferæ reddantur, iam non eſſe eundem fundum ſuppoſitum cenſui, ſed nouum fundum ex noua terra impetu aquarum illuc allata conſtitutum, & nulli cenſui obnoxium. Vnde quemadmodum hoc caſu extinguitur vſusfructus *l. repeti. 5. illis verbis, rei mutatione interire vſumfructum placet, & l. quid tamen, 10. & l. ſi ager. 23. ff. quib. mod. vſusfr. amitt.* neque reſtituitur, quod in omnibus caſibus dictarum legum, & ſimilibus fundus antiquus pereat, & nouus creetur, vt ſcribunt Surd. *in conſ. 155. n. 5. & ſeq.* & alij, qui citantur *in d. dec. num. 6. & 9.* inter quos doctiſſimus Cuiacius *in d. l. 20. §. ſi ſublatum, ff. de ſeruit. vrban. prædior.* qui omnes docent mutatione rei interire vſumfructum, neque reuiuiſcere rebus fructuariis reſtitutis: ita protſus agro ſemel inundato, & infructuoſo reddito cenſum in perpetuum interiiſſe, & nullo modo reuiuiſcere poſſe, idque clarè deduci *ex dictis iuribus & ex l. quæ res, §. aream, ff. de ſolut.* quæ ait *in perpetuum ſublatam obligationem reſtitui non poſſe.* Etenim his non obſtantibus ſuppoſito terras quibus cenſus impoſitus fuerat, propter receſſum aquarum, & ſiccitatem temporis redditas fuiſſe fructiferas, vt dicitur *in d. dec. 349. num. 5.* & non fuiſſe factas publici iuris ob mutationem aluei fluminis, ſed manſiſſe eorundem, quorum fuerant: in his terminis aliud iudicaſſem, & ex eo tempore, quo terræ ſuæ fertilitati reſtitutæ ſunt, cenſum reſtitutum fuiſſe, & conſequenter reditus ex illo die deberi domino cenſus, neque condici potuiſſe. Et moueor iiſdem rationibus, & fundamentis, quia ſcilicet hîc nulla mutatio rei facta eſt, neque in his terminis extinctus fuiſſet vſusfructus, neque amiſſæ ſeruitutes, ſi quæ an-

50 te dictis terris impoſitæ fuiſſent. † Quod probatur *ex d. l. 23. ff. quib. mod. vſufr.* quæ ait, *ſi ager flumine, vel mari inundatus fuerit, amitti vſumfructum; cùm etiam ipſa proprietas amittatur; ſed ſi eodem impetu diſceſſerit aqua, quo venit, reſtituitur proprietas: ita & vſumfructum reſtituendum eſſe.* Secundò id multo magis conſtat *ex d. l. 24.* cuius verba ſunt. *Cum vſumfructum horti haberem, flumen hortum occupauit, deinde ab eo receſſerit ius quoque vſusfructus reſtitutum Labeoni videtur, quia id ſolum perpetuo eiuſdem iuris manſiſſet.* Denique id probat *d. l. 14. ff. quem. ſeruit. amitt.* Ait enim, *ſi locus per quem iter debebatur, impetu fluminis occupatus eſſet, & alluuione facta reſtitutus eſt, ſeruitus quoque in priſtinum ſtatum reſtituitur.* Et generaliter reſtituto prædio ſeruitutes reales reſtitui *ex d. §. ſi ſublatum,* tradit Caſtill. *de vſufr. cap. 71. n. 15. & 22.* vbi ait magis cohærere rei, illique magis infixum eſſe, quàm ius perſonale. Vnde cùm in ea ſpecie bona illa, quæ cenſui ſuppoſita fuerant, eiuſdem iuris manſerint, id eſt in dominio eorundem poſſeſſorum, vt propter receſſum aquarum reſtituta eſt proprietas, vel potius retenta, ita & ius vſusfructus, & conſequenter etiam ius cenſus durare, & retineri dicendum eſt, & multo magis, quia ſeruitutibus realibus magis accedit, vt dictum eſt.

51 Neque mouere debet, quod Rota ait poſt receſſum aquarum fundum alium fuiſſe ex noua terra ibi à flumine allata, & ideo vſumfructum nullatenus reuiuiſcere poſſe, quia refellitur hæc ratio *ex ead. l. 24. in fin.* vbi idem Labeo ait. *Nec ſi ſumma terra ſublata ex fundo, & alia regeſta eſſet, idcirco meum ſolum eſſe deſinit, non magis quàm ſtercorato agro. & ex leg. 7. §. 6. ff. de acquir. rer. domin.* his verbis. *Aliud ſane eſt, ſi cuius ager totus inundatus fuerit. Namque inundatio ſpeciem fundi non mutat, & ob id cùm receſſerit aqua, palam eſt eiuſdem eſſe, cuius & fuit,* quod etiam eſt iiſdem verbis *in §. alia. Inſtitut. de rer. diuiſ.* ex quibus locis perſpicuum eſt inundatione non obſtante eundem fundum manſiſſe, & in dominio eorundem, & proinde cùm ponamus fructiferum factum fuiſſe, conſequens eſt eidem vſufructui, & aliis oneribus obnoxium eſſe.

Neque contrarium probant iura, quæ Rota expendit in 52
prima, & ſecunda huius cauſæ deciſione, quia tantùm probant mutatione rei interire vſumfructum, neque reuiuiſcere, vel reſtitui, quando res quæ remanent, vel reſtituuntur, non ſunt eædem, ſed aliæ ab illis, quibus impoſita eſt ſeruitus, vt palam eſt exemplo ædium *in dict. l. repeti. 7.* quæ ait, *ædium vſusfructus mihi legatus eſt, ædes corruerunt, vel exuſtæ ſunt, ſine dubio extinguitur, nec area, nec cæmentorum vſumfructum deberi,* quia area, & cæmenta domus non ſunt: *& in dict. l. 10. §. 1.* ædibus enim ad aream redactis, ſi dominus aliam ibi ædificauerit, domus alia eſt, vt etiam nauis, licet iiſdem tabulis compacta ſit, vt conſtat *ex d. l. inter. 83. §. ſacram. verſ. tamen, & perempta prior nauis, & hæc alia dicenda eſt.* Vnde nihil mirum ſi non reſtituitur vſusfructus, ſic *in ead. l. 10. §. 2. & 3.* ſi agri vſusfructus relictus ſit, & ſtagnum, vel palus factus ſit, vel ſi ſtagni vſusfructus legatus ſit, & exaruerit ſic, vt ager ſit factus, extinguitur vſusfructus, quia in his ſpeciebus res alia eſt, cuius vſusfructus non eſt relictus. Idem conſtat in exemplo ſcyphi, quo etiam Rota vtitur *ex l. qui vſumfructum, 36. §. idemque eſſe,* vt conſtat illis verbis, *non tamen illos eſſe.* Denique *in dict. l. 19. §. ſi ſublatum,* res alia fuit, vt indicant hæc verba; *Aliud eſt ædificium, quod ſecundo loco ponitur,* & in his terminis loquuntur Cuiacius, Surdus, Caſtillus, & alij auctores, quorum auctoritate, deciſio nititur, cùm ſcilicet res alia diuerſa eſt: ex quibus aliud dicendum videtur, cùm res eadem manet, & eiuſdem iuris. Hoc enim caſu, vt qui dominus erat, rei proprietatem retinet, ita & qui dominus eſt vſusfructus, & reditus eiuſdem rei, illud retinere dicendum eſt ſecundum Leonellij ſententiam, quam retuli *num. 46.* & quæ ni fallor probatur apertiſſimè *ex dict. l. 24. quib. mod. vſusfruct. amitt. lib. 14. ff. quemadm. ſeruit. amitt. & d. l. 7. §. 6. de acquir. rer. dom.* & præſertim quia ius cenſus reale eſt, & conſequenter magis radicatum, vt loquitur Caſtill. *loc. cit.* Et ita puto deciſiones declarandas eſſe, neque aliud ſenſiſſe Rotam, vt colligi poteſt ex dubij propoſitione, *an terræ redditæ fuerint fructiferæ, & cenſus reuixerint,* & ex eo quod poſt pauca ſupponitur hæredes Cardinalis Dezæ non probaſſe iſtiuſmodi terras ex poſtfacto redditas fuiſſe fructiferas, & ideo dictum cenſum non reuixiſſe: & multo magis Rotam nihil contrarium conſtituiſſe conſtat *ex dict. dec. 386. & dec. 387. num. 6.* vbi dicitur id reſeruatum eſſe, tametſi auctor deciſionis idem etiam ſentire videatur rebus ſuæ fertilitati reſtitutis, & Cencius *in addit. q. 102. n. 7. verſ. nam ſi fundus,* quod non puto verum, vt veritatis indagandæ gratia non contendendi ſtudio, à quo omninò alienum eſſe me profiteor, demonſtrare conatus ſum meam nihilominus ſententiam ſubiiciens eiuſdem Auditorij, & alterius cuiuſque melius ſentientis iudicio.

Quærit etiam Vgolin. *in d. §. 15. n. 2. verſ. at quid,* de vinea 53
cenſui ſubiecta, quæ frigore aruit. Et reſpondit, ſi vinea tota radicitus exaruit, ita vt dominus eam iterum plantare coactus ſit; cenſum interire, nec amplius deberi: Secus autem ſi vites aliquæ tantùm ſublatæ ſunt, vel ſi poſtea vites repullulent, namque ait vites, quæ repullularunt, eædem ſunt, quæ cenſui ſubiectæ fuerant, & ideo cenſum deberi non minùs, quàm ex nouis ſarmentis vitium, tametſi vetera præcidantur; idémque eſſe, ſi paulatim vinea eſſet propaginibus innouata, quia tunc eadem vinea intelligitur Mich. de Anin *lib. de vnit. ouil. & paſtor. c. 5. n. 14.* & exemplo ædium, vel nauium, quæ ſi per partes reficiantur, eædem manent, vt dictum eſt *ex d. l. quid tamen, 10. §. 1. & 7. ff. quib. mod. vſufr. amitt. & d. l. 83.*
§. ſacram. de verb. obligat. † Quæ mihi etiam vel videntur, 54

& recipi poſſe etiam cùm alio caſu vites mortuæ ſunt, vel ſuc-
ciſæ, vt ſi fortè exercitos in vinea conſedit, & vites milites
exciderint, vt illis vſitatum eſt, & nuper experti ſumus. Illo
tamen obſeruando etiam eo caſu, quo vites peremptæ, vel
euulſæ ſunt, cenſum ſuſtineri, quatenus ex fructibus ſoli redi-
gi poteſt. Nec enim vinea in ſolis vitibus conſiſtit, ſed etiam
in ſolo, cui vites inhærent, & coaleſcunt. Cenſus enim non
ſuper ſolis vitibus, & arboribus impoſitus intelligitur, ſed
etiam ſuper ſolo, quod eſt vineæ maxima pars, & proinde
euulſis, vel peremptis vitibus adhuc remanet ſolum, cui cen-
ſus inhæreat, exemplo ſeruitutis vineæ impoſitæ, qui vitibus
ſublatis adhuc in ſolo ſuſtinetur *l.13.in princ.ff.de ſeruit.pred.*
55 *ruſt.* Cæpoll. *de ſeruit.vrb.pred.c.*16. *n.*1. † vt etiam dicimus, ſi
vineæ in emphyteuſim conceſſæ ſint, ſolum in quo inſtitutæ
ſunt, conceſſum videri; & proinde ſi vineæ exareſcant, vel ex-
cidantur, in emphyteuſim in ſolo conſiſtere, quæ fuit ſenten-
tia Baldi *in l.*1. *q.*15.*C.de iur.emphyt.* Iaſ. *in l. ſi fundum, § qui
fundum, in fin.de leg.*1. Decian. *in conſ.*123. *n.*45. *lib.*3. & Card.
Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 20. *num.*4. quod
etiam in oliuetis, & ſimilibus locum habet.

56 Supereſt, vt quæramus de re cenſui ſuppoſita, & facto, &
opera poſſeſſoris deſtructa, vt ſi fortè molendinum eſt ab eo
deſtructum, vel ædes depoſitæ: & hoc caſu ſi dolo, vel culpa
debitoris cenſus id factum, eſt, inter omnes conuenit cenſum
quidem interire, quia ſcilicet res deducitur ad eum caſum, à
quo incipere non poterat *l.*11. *de ſeruit.* & cùm cenſus ſit ius
reale inhærens rei, neceſſe eſt re ſublata ipſum quoque cen-
ſum interire, quia accidens ſine ſubiecto conſiſtere non poteſt
*l.*41. *de reb.cred. l.*2. *ff.de vſufr.* Denique quia ita generaliter à
D. Pio conſtitutum eſt *in d.§ Poſtremo,* & proinde cenſum non
manere, licet dolo, & culpa poſſeſſoris res pereat, ſentiunt
Rebell. *illa quaeſt.*6. *n.* 17. Gomez. *de cenſib. quaeſt.*5.*n.*2. & alij
apud Salas *dub.*33.*n.*8. Cencius *quaeſt.*101. *n.*6. & 7. & *n.*18.
57 & Duard. *in d.* §. 5. *quaeſt.* 3. *n.* 8. † Sed hoc caſu dominum
cenſus pretium repetere, & id quod eius intereſt rem diru-
tam fuiſſe, vt rectè ſentiunt Nauarr. *in d. comment. de vſur.*
*n.*118. Rebell. *loc. cit.* Frideric. Martin. *d.c.*8.*n.*221. Reginald.
*lib.*25. *c.*31. *n.*421. Leſſ. *lib.de cenſib. dub.*12. *n.*9. Binsfeld. *in
c. in ciuitate, quaeſt.*12. *concl.* 5. *circa fin.* Salas *dub.* 12. *n.* 3. &
*dub.*33. *n.*8. Theſaur. *d.quaeſt.*32.*n.*22.*lib.*1. & Gratian *diſcept.
forenſ. c.*654. *n.* 1. & 7. Cenc. *loc. cit. n.*18. & poſt Cencium
Duard. *in d.* §. 5. *quaeſt.* 2. *n.* 26. vbi notat id etiam in cenſu
reſeruatiuo admittendum eſſe. His omnibus conſentit Ant.
Gomez. Iun. *in lib. de cenſ. n.* 5. qui congruenter ait debito-
rem cenſus melioris conditionis eſſe non debere, quod deli-
querit, & demonſtrari non poteſt *ex l.* 5. *in fin. ff. quib. mod.
vſufr. amitt.* ob ſimilitudinem, quæ eſt inter cenſum, & vſum-
fructum, cuius regulis quæſtiones annuorum redituum defi-
niri ſolent, vt dictum eſt. Et apertiſſimè *ex l.*15. §. *hoc inter-
dicto, ff. quod vi aut clam.* vbi textus ait *tanti litem æſtimari,
quanti alterius intereſt, id opus factum eſſe.*

8 His conſequenter quærendum eſt, ſi dominus molendini
illud omninò demolitus eſt ex eo, quod aqua ſolitum curſum
mutauerit, & alιorſum fluere cœperit, & ex tignis, cæmentis,
mola, & alia materia prioris ædificij aliud molendinum alio
in loco ædificet, an ex fructibus, & reditibus noui molendi-
ni, cenſum præſtare teneatur. Et ſanè Virgin. de Boccat. *lib.
de cenſ. part.*2. *n.*43. exiſtimauerit cenſum ex reditibus noui
ædificij præſtandum eſſe, quia inquit molendinum non con-
ſtat ex ſola domo, ſed etiam ex mola, & fiſtulis, & aquædu-
ctu, in quibus cenſus ſuſtinetur. Qua ratione permotus ab
opinione Nauarri receſſit, quem tamen alij frequentiori cal-
culo probarunt, vt Azor. *lib.*10. *cap.* 15. Molin. *diſp.*394. &
alij apud Gratianum *loc. cit. num.* 6. vbi ait Nauarri opinio-
nem veriorem eſſe. Idem ſentiunt Sigiſmund. Scaccia *de
commerc.* §. 1. *quaeſt.* 1. *n.* 178. Cencius *in d. quaeſt.* 101. *n.* 6.
vbi fundamentis Boccarij reſpondet & Duard. *in d.* §. 5.
quaeſt. 3. *num.* 9. & 10. & *n.* 15. vbi notat ſententiam Boc-
carij communiter ferè reiectam eſſe. Nam inquiunt primum
ædificium dirutum eſt, & deſinit eſſe in rerum natura, quo
ſublato cenſum tolli neceſſe eſt. Et licet aliud ædificium ex
tignis, mola, & aliis ruderibus prioris molendini conſtru-
ctum ſit, aliud tamen ædificium eſſe, quod ſecundo loco
poſitum eſt, vt conſtat *ex d. l.* 20. §. *ſi ſublatum,* & aliis iuri-
bus citatis *n.*52. & præterea inquit Cencius *num.* 11. ob mu-
tationem curſus aquæ, mola, fiſtulæ, & canales, & ipſum
ædificium, quod pro molendino deſeruiebat, infructuoſa
redduntur, quo caſu cenſum extingui certum eſt, vt dixi-
mus, & proinde nullum amplius ius ſupereſſe ad reditus in
futurum percipiendos.

Et nihilominus ego ita mecum agitabam. Vel dominus 59
molendini aquam ex flumine mediocribus ſumptibus ad ve-
tus ædificium ducere, & priorem alueum reficere potuit: vel
nulla ratione id ei licuit, vel ita difficile fuit, vt pene impoſ-
ſibile videretur. Primo caſu dico non licuiſſe debitori cenſus
ædificium deponere, & nouum molendinum alio in loco
ædificare ex materia primi in fraudem domini cenſus: ſed re-
ficere alueum debuiſſe ſuis ſumptibus, & aquam ducere ad ve-
tus ædificium: & ita in hac re verſari, vt vir bonus, & diligens
paterfamilias verſatus eſſet, ſi vetus ædificium nulli oneri
fuiſſet ſuppoſitum, vnuſquiſque enim alterius rem gerere de-
bet, vt ſuam, *l. quamuis, ad l. Aquil. l.*35. § *ſi re. ff. de contr. empt.
l.*1. *ff. de ſolut.* Neque in facultate debitoris eſſe debet ſub præ-
textu breuis excurſionis fluminis, vel diſiectionis alυei de-
ſtructo priori ædificio dominum cenſus eludere. † Nam vt 60
dominus prædij ſeruientis in præiudicium eius, cui ſeruitus
debetur, prædium deterius reddere nequit, neque mutare *l. ſi
certo, §. ſi totus, ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. l. & ſi forte, § vlt. ff. ſi
ſeruit. vind. d.l. ſemper,* 15. §. *ergo nonnunquam, ff quod vi, aut
clam.* Ita debitor cenſus prædium cenſuale in præiudicium
domini cenſus, neque mutare, neque deterius reddere poteſt,
vt ſcribit Frider. Martin. *in d. cap.* 8. *n.*213. & Gratian. *in d.
cap.*654. *n.* 4. & 5. vnde ſi debitor dolo malo pateretur rem
cenſualem ſua negligentia deteriorem fieri, poteſt cogi, vt
eam reficiat, & manu teneat arbitrio boni viri: alioqui via
aperta eſt, qua facile fundus cenſualis infructuoſus reddi po-
teſt in præiudicium domini cenſus, vt tradit Card. Seraph.
in d. dec. 1418. *n.* 14. & multo magis poterit prohiberi, ne
vetus ædificium diruat *arg. l. de pupillo, §. & belle, ff. de nou. oper.
nuntiat & l.*1. *§. ſed & ſi ff quod vi aut clam.* † Sed ſi poſtquam 61
prohibitus fuit, vel cùm non debuiſſet, dolo malo illud de-
poſuit, vt aliud molendinum alio in loco collocaret, locus
erit interdicto, *quod vi, aut clam.* vnde cogi poterit vetus ædi-
ficium reficere, & reſtituere, & interim penſionem ſoluere
*d.l.*1. *in princ. & l. ſi opus,* 21. *in princ. ff. eod.* Auendan. *de cenſ.
cap.*60. *n.* 19. & ſuper nouo ædificio cenſum conſtituere, vt
indicat *d.l. ſi opus, in fin.* cuius verba ſunt, *ſi quis propter opus
factum ius aliquod prædij amiſit, id reſtitui ex hoc interdicto debet.
& l. ſi plures, §. vlt. ff. de vi, & vi arm.* quæ ait dominum, qui
fructuarium deiecit, cogi vſumfructum iterum conſtituere.
† Vt etiam dicimus dominum emphyteuſis poſſe cogere em- 62
phyteutam, cuius culpa vel dolo domus emphyteutica diru-
ta eſt, vel combuſta, vel facta deterior, vt eam reficiat, & per-
ſeueret in ea, & canonem ſoluat, vel etiam hæredes eius, vt
conſtitutum eſt *in Nouell. de non alien. reb. Eccleſ. §. ſciro,* vel
emphyteutam expellere, & agere ad id quod intereſt, vt tra-
dit Bald. *in l.* 2. *num.* 1. *Cod. de iur. emphyt.* vbi ait claudica-
re contractum propter culpam emphyteutæ Pariſ. de Put.
*lib. de reintegr. feud. cap.*156. *num.* 5. Aluar. Valaſc. *de iur.
emphyt. quaeſt.* 27. *n.*2. Franciſ. de Caldaſ. *eod. tract. lib.*4. *c.*3.
num. 56.

Sed ſi dominus rei ex materia primi molendini aliud aliò 63
in loco iam ædificauit, puto cogendum eſſe ſuper illo cen-
ſum conſtituere, & ex illius fructibus reditus ſoluere, vt clarè
ſenſit Nauarr. *in d. comment. de vſur. num.* 118. *verſ. ſecundo
dico.* Rebell. *d. quaeſt. n.*17. Molin. *diſp.*394. *num.*3. Scacc. *loc.
cit. num.*178. Salas *de cenſib. dub.* 11. *num.* 3. *verſ. credo tamen.*
Frideric. Martin. *cap. vltim. num.* 251. Boninſign. *de cenſib.
cap.* 17. *in fin.* Gratian. *in d. cap.* 654 *num.* 1. Cenc. *in dict.
quaeſt.* 101. *num.*18. & Martius Medic. *inter ſuas dec. exam.* 18.
*n.*1. Nec obſtare conſtitutionem D. Pij V. quæ iubet cenſum
non niſi integro in pecunia numerata recepto pretio conſti-
tui poſſe, quia hanc exceptionem patitur ex æquo, & bono,
niſi culpa, vel dolo cenſuarij cenſus extinctus ſit, hoc enim
caſu etiam non interueniente pecunia cenſum reſtitui poſſe
æquiſſimum eſt, & ita ſentiit Rebell. & Salas *loc. cit* Leſſ. *n.*91.
& alij apud Scott. *Theor.*272. *in fin.* vbi ait nunc cenſum Bul-
la Pij V. non contineri, vel cogi poterit pretium reſtituere, &

id

id quod intereſt rem non fuiſſe dirutam, vt diximus *n.* 57. ex Gomezio, & aliis, & idem Theologi docent *loc. cit.* & proinde erit in electione domini cenſus, vel agere aduerſus venditorem, vt cenſum reſtituat, vel vt pretium reddat, & id quod intereſt, vt in re ſimili dicunt Baldus, & Valaſc. *loc. cit.*

64 Sin verò flumen ita alueum mutauerit, vel aquæductum diſiecerit, vt impoſſibile ſit aquam ad primum ædificium ducere, vel cum tanta difficultate, vt bonus, & prudens paterfamilias eam ducere abſtinuiſſet ob nimios ſumptus, & euidés periculum continuæ ruinæ, hoc caſu exiſtimo cenſum omninò extinctum eſſe, nec cogi poſſe dominum rei cenſum in nouo ædificio conſtituere, & reditus ſoluere in futurum, vel pretium reſtituere, quia compertum eſt re perempta, vel infructuoſa reddita cenſum quoque ſublatum eſſe, tam reſpectu ſortis, quàm redituum, vt cenſuit Rot. poſt Cenc. *in d. dec.* 88. *n.* 6. *& dec.* 365. *n.* 3. *&* 4. Sigiſmund. *loc. cit. n.* 176. Cencius *in d. quæſt.* 94. *num.* 7. *&* 10. *& in addit. d. quæſt.* 102. Marr. Medic. *d. exam.* 18. *num.* 9. & nos diximus *num.* 2. *&* 3.

65 & Duatd. *loc. cit.* † Quod tamen apud me duas exceptiones patitur. Prima eſt, niſi vetus ædificium, in quo erat molendinum, locari poſſit, veluti ſi in vrbe, vel ſuburbio poſitum fuit. Nam ſi deficiente aqua ex eo, quòd alueus diſiectus eſt, neque refici poteſt: vel quia riuus exaruit, domus illa apta eſt, quæ locetur, vel habitetur, cùm habitatio vicem locationis obtineat *l. ſi ea pactione, C. de vſur.* exiſtimo cenſum non omnino extingui, ſed quatenus ex corpore illo ſingulis annis redigi poteſt, cenſum ſuſtineri, & penſionem præſtandam, quia ſcilicet non omnino res infructuoſa facta eſt, quæ vel locari, vel inhabitari poteſt, vt dictum eſt: & ita declarandum eſt, quod ait Cencius *in d. quæſt.* 101. *num.* 11. & Duard.

66 *in d. quæſt.* 3. *num.* 15. † Altera exceptio eſt, niſi res, quæ cenſui ſubiicitur, ius habeat annexum cohærens territorio, vel feudo, quod ſublato illo ædificio non perimitur, vt ſi cenſus impoſitus eſt ponti, in quo vectigal ſoluitur à tranſeuntibus, & vis fluminis pontem deiecerit, vel vt non recedamus ab exemplo propoſito, ſi cenſus molendino impoſitus eſt, ad quod incolæ ex conuentione, vel alio iure coguntur accedere, cuius generis molendina à feudiſtis bannaria dicuntur, vt apud Hering. *de molend. quæſt.* 11. & de quibus agitur apud Theſaur. *in dec.* 16. Nam, vt ius vectigalis non amittitur, ſi diſiecto priore, pons alius in eodem flumine conſtruatur ex ſententia Bruni *in lib. de mutat. n.* 78. *&* 79. & vt non amittitur ius illud cogendi ſubditos, vt ad molas domini accedant, quia tota rei ſubſtantia non conſiſtit in re, quæ vi fluminis abrepta eſt propter illud ius annexum rei, vt docet idem Brun. *loc. cit. num.* 66. ita prorſus nec cenſum extingui dicendum eſt, quia nec res periiſſe intelligitur ratione illius iuris, in quo tanquam in re, quæ pro immobili habetur, cenſus conſtitui, & ſuſtineri poteſt, vt diximus *quæſt.* 47.

QVÆSTIO LVIII.

Vt res cenſualis ſit certa, & ſuis finibus deſignetur.

SVMMARIA.

1 *Fundus cenſus debet eſſe certus, & quare.*

2 *Cenſus impoſitus ſuper fundo non expreſſis finibus eſt nullus.*

3 *Ad validitatem cenſus ſufficit, ſi nomen loci, & duo confinia exprimantur.*

4 *Cenſus impoſitus fundo nullis expreſſis finibus ex iure communi valet.*

5 *Venditio fundi valet non expreſſo nomine, dummodo conſtet, de quo fundo contrahentes ſenſerint.*

6 *Falſa finium demonſtratio non vitiat venditionem.*

7 *Cenſus validus eſt impoſitus rei eius ſingulari nomine expreſſo.*

Identitas ſolo rei ſingulari nomine probari poteſt.

8 *Cenſus poſt conſtit. Martini, & Calixti valet etiam finibus non expreſſis.*

9 *Cenſus etiam poſt Bullam Pij V. non expreſſis finibus valet, dummodo aliis demonſtrationibus de fundo certum ſit.*

10 *Cenſus impoſitus fundo nullis expreſſis finibus, ſi venditor eo in loco vnum tantum habuit, valet.*

11 *Cenſus ſuper domo exiſtente in loco contractus impoſitus intelligitur.*

12 *Cenſus impoſitus ſuper quinquaginta iugeribus maioris agri ſuſtinetur, modo expreſſum ſit, à quo latere incipiant.*

13 *Finibus ſuis, vel aliis demonſtrationibus res oſtendatur, nihil refert.*

Forma interdum per tantundem ſatisfit.

14 *Quod frequentioris vſus gratia in lege exprimitur, non mutat diſpoſitionem iuris.*

15 *Dominus cenſus poteſt cogere venditorem, vt fines prædij cenſualis oſtendat, & renouet.*

16 *Finium expreſſio ſi fuerit omiſſa, & teſtibus, & aliis probationibus poteſt probari.*

17 *Inſtrumenta, & contractus res diuerſæ.*

18 *Cenſus impoſitio aliis modis probari poteſt, quàm per inſtrumentum.*

19 *Cenſus impoſitio teſtibus, confeſſionibus, apochis probari poteſt.*

20 *Bulla Pij V. non magis vnam, quàm aliam ſpeciem probationis includit.*

21 *Rotæ deciſiones quædam declarantur,* & n. 23.

22 *Contractus in ſcriptis teſtibus non probatur, niſi etiam probetur amiſſio ſcripturæ.*

23 *Confinia aliunde, quàm ex inſtrumento probari poſſunt.*

24 *Bartoli auctoritas inter iuriſperitos, qualis Pythagoræ inter diſcipulos.*

25 *Certum eſt, quod per relationem demonſtratur.*

Cenſus validus eſt, de cuius fundo conſtat per relationem.

26 *Cenſus impoſitus eſt ſuper re, de qua non conſtat non valet.*

Emens rem, quæ non eſt, & eandem locans certa mercede, vſuram committit.

27 *Cenſus ſuper pluribus fundis certis, & deſignatis conſtitui poteſt.*

Numerus ſingularis pluralem continet.

28 *Cenſus pluribus fundis impoſitus quomodo ſuper illis ſuſtineatur.*

29 *Expenditur hac de re Cencij, & Duardi ſententia,* & num. 30.

Cenſus vno fundo pereunte in alio ſuſtinetur, ſit capax penſionis.

31 *Cenſu pluribus rebus impoſito non eſt neceſſaria illius in ſingulas diſtributio.*

32 *Cenſus diſtributione facta poſſeſſores pro portione tantùm poſſunt conueniri.*

33 *Cenſu impoſito ſuper pluribus fundis vnitis ſufficit eos generalibus finibus deſignaſſe.*

Fundi noſtra deſtinatione augentur, & minuuntur.

34 *Cenſus ſuper toto aliquo territorio imponi poteſt.*

Territorium vniuerſitas agrorum.

35 *Finium expreſſio oſtendit, quid in diſpoſitione comprehenſum ſit.*

Dictio intra *includit extrema, vt cætera excludit.*

36 *Cenſus ſuper montibus, & paſcuis montium rectè conſtituitur.*

In montibus plus ſoli, quàm cæli.

37 *Cenſus impoſitus ſuper bonis ſitis in aliquo territorio expreſſis tantùm territorij finibus, non valet.*

38 *Cenſus ſuper omnibus bonis, & vniuerſitate bonorum imponi non poteſt.*

39 *Quamuis ſecundùm ſui naturam non ſit illicitus.*

Et Cencij contraria ſententia reijcitur.

Patrimonij reditus legari poteſt.

40 *Cencij argumenta refelluntur.*

Emptionis natura eſt, vt ea perfecta omne commodum, & incommodum ad emptorem pertineat.

41 *Cenſus omnibus rebus impoſitus natura ſua ſuſpectus eſt.*
42 *Cencij argumentum ſupponit id, de quo quæritur.*
Cencius parùm cohærentia docet.
43 *Cenſus ſuper fundo deſignato an valeat, ſi additum ſit,* & ſuper aliis bonis venditoris.
44 *Cardinalis Mantica deciſionem valere.*
Quæ ex abundanti adiiciuntur, nocere non debent.
45 *Auctoris ſententia hoc genus cenſus valere.*
46 *Cenſibus rectè adiicitur generalis obligatio bonorum pro tutiori exactione penſionis.*
47 *Sed hæc ratio parùm iuuat ad hanc formulam cenſus ſuſtinendam.*
D. Antonius Barellus Aduocatus fiſci.
48 *Bonis expreſſis non ſufficientibus generalis adiectio bonorum cenſum non ſuſtinet.*
49 *Cenſus ſuper re certa conſtitutus addito etiam, & ſuper aliis bonis nullus eſt. ſi apparet contrahentes cenſum omnibus bonis imponere voluiſſe.*
50 *Iudicem linceis oculis eſſe oportet, & cuncta rimari.*
Iudex in re dubia proclinis eſſe debet ad ſuſtinendum contractum.
51 *Cenſus rei certa idonea, & deinde aliis rebus impoſitus, addita proteſtatione, ſuſtinetur.*
52 *Cenſus impoſitio ſuper re certa, & ſuper tanta illius quantitate, quæ penſioni ſufficiat, valet.*
53 *Cenſus impoſitus ſuper aliqua re eligenda nullus eſt, ſi nulla fiat electio.*
54 *Venditis tot iugeribus alicubus agri venditio valet, & electio eſt venditoris.*
55 *Conuentio, vt liceat emptori eligere, ex quo prædio cenſus ſibi præſtetur, non eſt illicita.*
56 *Boccatij, & Vgolini contraria opinio.*
57 *Sed eorum argumenta refelluntur.*
Pacta fœnus arguunt, quæ in fauorem creditoris apponuntur.
58 *Cenſus impoſitus ſuper molendinis, quæ vniuerſitas habet, & habitura eſt, valet.*
59 *Cenſus ex vno fundo in alium transferri poteſt.*
In cenſu non eſt prohibitum cautionibus vti, vt obuiam eatur fraudibus.
60 *Cenſus domino quibus remediis conſultum eſt aduerſus dolum, & culpam debitoris.*
61 *Poſſeſſor in re onere affecta vt bonus paterfamilias verſari debet.*

QVARTA qualitas rei cenſualis eſt, vt ſit certa, & deſignata ſuis finibus, vt apertè cautum eſt in conſtitutione D. Pij illis verbis, *& quæ*
1 *nominatim ſuis finibus deſignata ſit.* † Poſtquam ita omnes ſentiunt, vt ſcilicet re pereunte cenſus quoque pereat, & inducatur æqualitas inter contrahentes, vt enim res perit debitori cenſus, ac domino rei: ita etiam æquum eſt, vt cenſus emptori pereat iuxta naturam contractus emptionis, quæ eſt vt ea perfecta periculum rei ad emptorem pertineat, vt exploratum eſt *ex l. 7. & 8. in princ. & tot. tit. de peric. & commod. rei vend. l. 1. C. eodem,* atque etiam quia vt venditio rei incertæ, & imaginariæ, & quæ in rerum natura non eſt, nulla eſt *l. nec emptio. & l. ait ſi 15. ff. de contrah. empt. l. 1. ff. de hæred. vel act. vend.* Vt etiam dicimus non demonſtrato fundo legatum fundi nullum eſſe: vel ſtipulationem fundi non adiecto nomine inutilem eſſe *l. cum poſt 6. §. 1. ff de iur. dot l. vbi autem, in princ. l. 115. in princ. de verb. oblig.* ita enim cenſus venditio ſuper re incerta, & imaginaria conſiſtere non poteſt. Denique vt ſciatur, an res, quæ cenſui ſubiicitur, capax ſit penſionis impoſitæ: ne ſi fortè fructus, non ſufficiant, cenſui reali perſonalis admiſceatur, qui nunc eſt prohibitus, vt tractatum eſt *quæſt. 49.*

2 Quamobrem non facta deſignatione rei, & non expreſſis finibus cenſus nullus eſt, & illicitus, veluti non ſeruata forma conſtitutionis D. Pij, vt ſentiunt Nauarr. *in comment. de vſur. num. 86. & 119.* Viuius *in dec. 389. num. 6.* Roderic. *de ann. redit. lib. 2. quæſt. 7. num. 13.* Rebell *de obligat. iuſtit. lib. 16. quæſt. 6. num. 6.* Auendan. *de cenſib. cap. 37. numer. 6.* Brunor. à ſol. *quæſt 4. num. 12.* Vgolin. *de vſur. cap. 49. §. 3. num. 1.* Intrigliol. *de cenſib. quæſt. 37. in fin.* & Conuerſan. *in not. ad eund.* Sigiſm. Scacc. *de commerc. §. 2. quæſt. 1. n. 177.* Scott. *Theorem. 260.* Butatt. *in dec. 10. n. 1. & addit. ad eund. n. 27.* Rot. poſt Cencium *in dec. 80. num. 1. & 2. & dec. 95. n. 6.* & ipſe Cenc. *part. 1. cap. 3. quæſt. 3. art. 1.* nunc *quæſt. 40. n. 22.* Duard. *ad conſtit. Pij V. §. 1. quæſt. 50. num. 1.* † In quo 3
tamen puto ſatis eſſe, ſi duo confinia exprimantur, & nomen, & locus fundi *ex l. forma in princ. ff. de cenſib.* cuius verba ſunt. *Forma cenſuali cauetur, ſic in cenſum referantur: nomen fundi, & in qua ciuitate, & quo pago ſit: & quos duos vicinos proximos habent.* Ex quo loco generaliter receptum eſt ad identitatem probandam ſufficere, ſi locus, & duo confinia conueniant, vt docent Bartol. quem reliqui ſequuntur *in l. demonſtratio, num. 14. ff. de condit. & demonſtr.* Menoch. *de præſ. lib. 3. c. 15. n. 29.* Decian. *in conſ. 17. n. 8. & 9. lib. 3.* Maſcard. *de probat. concl. 874. num. 12.* Peregrin. *de fideicomm. art. 44. num. 38. & 52.* Mateſcott. *variar. reſol. lib. 2. cap. 12. n. 20.* & in ſpecie cenſus Intrigliol. *lib. cit. quæſt. 85. n. 2.* Ludouiſ. *in dec. 172. n. 2. & in dec. 571. n. 5.* & Rota *inter recentiſſ. dec. 636. n. 3. & 4. part. 2.*

Nunc vero quæritur, ſi nulla expreſſa ſint confinia, & ta- 4
men conſtat, de qua re contrahentes ſenſerint in conſtitutione cenſus, an contractus validus ſit, & ſuſtineatur. Et puto conſtitutionem cenſus ex iure communi validam eſſe, etiam nullis expreſſis finibus. Et moueor multis iuris locis: & primo quidem *ex l. 63. § 1. de contr. empt.* cuius verba ſunt, *demonſtratione fundi facta fines nominari ſuperuacuum eſt.* Secundò *ex l. certum, 6. ff. de reb. cred.* in qua ſcribitur, *nihil referre proprio nomine res appelletur, an digito oſtendatur, an vocabulis quibuſdam demonſtretur, quatenus mutua vice fungantur, quæ tantundem præſtent.* Tertio *ex l. 1. §. vlt. ff. de dot. prælег.* in qua Vlpian. ait, *quicquid demonſtratæ rei additur, ſatis demõſtratæ fruſtra eſt.* Quarto loco moueor plurimum *ex l. Titius, 48. ff. de act. empt.* in qua ſcribitur, *facta venditione fundi nullis expreſſis finibus ex eo contractu præſtandum eſſe, quod contrahentes ſenſiſſe intelliguntur.* Quintò *ex l. 17. in princ. de cond. & demonſtr.* qua cautum eſt, *legatum fundi ex falſa demonſtratione non vitiari, ſi conſtat, de quo fundo teſtator ſenſerit,* quod etiam conſtat *ex l. 40. §. qui dotalem, ff. eod. & l. 4. de leg. 1. & l. 35. § 2. de leg. 3.* Vt igitur venditio ſubſiſtit, licet nulli fines expreſſi ſint, modò conſtet de re vendita: & vt legatum valet, modò conſtet de corpore, quod legatum eſt, ita prorſus dicendum eſt cenſum valere, modò inter partes conueniat, vel aliunde demonſtratum ſit de certo, & indiuiduo corpore, ſuper quo cenſus impoſitus fuit. † Deinde ſæpius 5
dixi contractum cenſus, in quo interuenit pecunia, eſſe emptionem, & venditionem, ex conſtitutionibus Diuorum Pontificum Martini, & Calixti: vnde hoc contractus genus ſecundùm ſui naturam iiſdem regulis, & principiis regitur, quibus emptio, & venditio conſiſtit. Quare quemadmodum ſi fundus venditus fuerit, nec appareat, de quo contrahentes ſenſerint, venditio nulla eſt, ſicuti ſtipulatio fundi, ſi generaliter concepta ſit *l. cum poſt. §. cum gener. ff. de iur. dot. & d. l. vbi autem, & l. ita ſtipulatus* 115. in illis verbis, *vel fundum dari non adiecto nomine, de verb. oblig.* Cuiac. *ad titul. Cod. de dot. promiſſ.* vbi ex Thalalæo ait ſtipulationem omnem, quæ ad viliſſimum aliquid deduci poteſt, non conſiſtere, vt ſi promittat fundum ſimpliciter, inutilem eſſe ſtipulationem, quia, vt Varro dicebat, fundus in vna gleba conſiſtere poteſt, vnde fertur hoc diſtichum, quod liberto Ciceronis tribuitur.

Fundum Varro vocat, quem funda mittere poſſis.
Niſi tamen exciderit, qua tua funda patet.

Tamen ſi appareat de quo fundo contrahentes ſenſerint, valet venditio, perinde ac ſi nominatim eſſet expreſſus, vel certis finibus deſcriptus *d. l. 48. de act. empt. & arg. l. fundus ff. de fund. inſtr. & l. triticum, de verb. obligat.* Bart. *in l. quidquid, & d. l. ita ſtipulatus, n. 6. & 9. de verb. oblig* & Alex. *num. 30. & 31.* Albenſ. *in conſ. 10. n. 12.* & Eminentiſſ. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 16. n. 1.* ita prorſus validam eſſe venditionem cenſus ſuper re nullis finibus deſignata, modò conſtet, vel probari poſſit, de qua re contrahentes ſenſerint. Neque enim hæc conſtitutio cenſus vaga dici poteſt, vel facta ſuper re incerta, cùm conſtet de identitate fundi,

Digitized by Google

fundi, cuius ſortunam cenſus ſequatur. † Imo ſi falſi fines
adhibiti ſint,& tamen aliunde conſtet de certo fundo,ſuper
quo contrahentes cenſum conſtituere intellexerunt, exiſti-
mo cenſum validum eſſe, & conſiſtere, quia nec falſa con-
finia venditionem fundi irritam faciunt *l.18. §.ſi ſeruus. ff.de*
contr. empt. & tradunt Fabian. de Mont. *lib.de empt.& vendit.*
quæſt.6. num.21. & Hieron.de Mont. *lib.de finib.cap.48.n.12.*
idémque puto, ſi in nomine erratum ſit, & de corpore con-
ſtet ex Peregrino *loc. cit. num.52.* Bertazol. *clauſ. 20 gloſ.25.*
n.1. & Franc. de Cald. *lib. de empt. & vendit. cap.21. n.2.* &
indicat apertiſſimè *l.9. §.1. ff.de contr. empt.* in qua Vlpianus
ait. *ſi in nomine diſſentiamus, verum de corpore conſtet, nulla du-*
bitatio eſt, quin valeat emptio, & venditio. Nihil enim facit er-
ror nominis, cùm de corpore conſtat. qua ratione etiam arbitror
nihil nocere errorem regionis, ſi de corpore certum ſit *arg.*
l.35. § 2. de leg.3. vbi Scæuola reſpondit fundum legatum
non ideirco minus deberi, quia in regione deſignanda teſta-
tor lapſus eſſet.

7 Qua ratione etiam puto cenſum validum eſſe, ſi impoſi-
tus ſit rei eius nomine ſingulari expreſſo, quamuis fines de-
ſignati non ſint. Nam identitas rei ſolo nomine ſingulari
probari poteſt, vt docuit Bartol. *in d.l. demonſtratio. num.16.*
Aretin. *in l. ſi quis. num.4. de leg.1.* Natt. *in conſ.235. num.13.*
Decian. *in d.conſ.17.num.19. lib.3.* Menoch. *in d.præſ.15.n.32.*
Mareſcott. *loc. cit. num.37.* & in terminis cenſus Nicol. In-
trigliol. *d.lib.de cenſib. quæſt.85. num.12.* & ſatis dicitur cer-
tum corpus, quando res omnibus nota eſt, vt ait Decian. *in*
conſ.22. n.69. lib.4. Maſcard. *de probat. quæſt.8. n.14.* & Fran-
ciſc. de Cald. *in d.cap.21. n.1.*

8 Sed hæc quidem ex iure communi, & inſpecta natura
huius contractus veriſſima, & perſpicua eſſe videntur. An
verò idem ſit poſt conſtitutiones duorum Pontificum Mar-
tini, & Calixti dubium videri poteſt propter illa vtriuſque
conſtitutionis verba *bonis in ipſo contractu tunc expreſſis.* Ex
quibus Cencius ait *in d. quæſt. 40. num. 24.* dum ibi diſponi-
tur, quod cenſus conſtituatur ſuper bonis tunc expreſſis,
neceſſariò videri diſpoſitum,vt bona ſint certa, & certis fini-
bus deſignata. Sed fallitur, quia Pontifices hic factum nar-
rant, ius non conſtituunt: neque reprobant eos contractus,
in quibus bona, quæ cenſui ſubiiciuntur, nominatim ſuis fi-
nibus non deſignantur, vt notat Valent. *in quæſt. de cenſib.*
punct.2. verſ. neque huic Cardin. Tolet. *Inſtruct. Sacerd. lib.5.*
cap.46. in fin. Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib.3. cap.3.* & aduerſus
Cencium Duardus *in d.§.1.q.51.in fin.*

9 Cæterùm an idem ſit poſt conſtitutionem Diui Pij hæreo,
& ſubſiſto. Nam cùm ab eo ſancitum ſit cenſum non niſi in
re immobili, & quæ nominatim ſuis finibus deſignata ſit,
creari,& conſtitui poſſe,conſequens eſt non expreſſis finibus
cenſum non conſiſtere, nec per alias demonſtrationes ſup-
pleri poſſe,quod pro forma inductum eſt.Etenim certum eſt
forma non ſeruata actum conſiſtere non poſſe *l.1. §.ſi quis*
ita de verb. oblig.l.1.C de præd curial l.18. de pignor.act. & nos
multis locis diximus: & nihilominus ex ſententia Magnæ
Rotæ Romanæ videtur ſatis eſſe, ſi aliis modis, & per alias
demonſtrationes de corpore certum ſit,quæ tantundem præ-
ſtent,vt ſentiunt Cencius *in d. quæſt.40.n.35.* Ant. Baldus *in*
ſumm. verbo. cenſus. num.3. & Duard. *loc. cit. n.3.* & ita de-
10 clarandum eſſe, quod diximus *n.2.* † Nam in eo Auditorio
receptum eſt cenſum validum eſſe impoſitum in prædio vr-
bano, vel ruſtico, nullis expreſſis finibus, dummodo locus
additus ſit, & is, qui cenſum vendidit, vnam duntaxat do-
mum in ea Ciuitate, vel agrum in ea regione habeat, quia
cùm nullum aliud ſit prædium, in quo cenſus impoſitio ve-
rificari poſſit, expreſſio illa loci, ſeu regionis ſine finibus
habet vim ſpecialis,& indiuiduæ deſignationis confiniorum,
vt docet idem Bart. *in l.2. num.1.ff.de lib. & poſth.* & ibi Iaſ.
num.14. & alij, quos in hanc rem adducit Decian. *in conſ.22.*
n.70. lib.4. ſubiiciens id verum eſſe etiam in ea materia, in
qua neceſſariò confinia deſignanda ſunt, vt in contractibus,
& libellis ex eod. Bart. *in d.l. demonſtratio. quæſt.7.* Baldo, &
Romano *in d.l.6. ſi cert. pet.* & aliis, quos ſequitur Gratian.
diſcept. forenſ. cap.883. num.13. & in ſpecie cenſum impoſi-
tum ſuper quadam domo nullis expreſſis finibus validum
eſſe. cùm niſi vnam domum in Ciuitate, vbi res geſta eſt,
venditor haberet, cenſuit eadem Rota coram R.D. Iuſto *in*
d.80. n.2. poſt tractatum Cencij, & rurſus coram Eminen.
Mellino *in dec.94. n.1.* quas probant & ſequuntur Marche-
ſan. *de commiſſ. appellat. in cauſ. oblig. camer. par.1. §.2. n.72.*
idem Gratian. *c.141. n.14.* Cencius *in d.q 40. num.34.* Duard.
in d. §.1. quæſt.50. n.2. Ferentil. *ad Buratt. in d. dec.10. n.28.*
& Mareſcott. *variar. reſolut.lib.3.c.10. n.5.* Etenim inquit Ro-
ta *in d dec.94.* cùm iſta expreſſio finium ſit neceſſaria, vt poſ-
ſit conſtare de peremptione rei, ſuper qua cenſus impoſitus
eſt, cuius periculum ad emptorem pertinet, ideo ſi conſtat
venditorem eo in loco non niſi vnam domum habuiſſe, ſa-
tisfactum eſt menti, & intentioni Bullæ, quia domo ſublata,
& perempta dubium eſſe non poteſt, ſuper qua domo cen-
ſus impoſitus fuiſſet. † Quod etiam receptum eſt, tametſi 11
tempore contractus venditor aliam domum haberet extra
vrbem vbi contractus geſtus eſt, quia etiam hoc caſu cenſus
intelligitur impoſitus ſuper vnica ea domo exiſtente in loco
contractus, vt ex Bartolo *in l.ſi tum dies. §.ſi arbiter. ff.de re-*
cept. arbitr. cenſuit Rota *in d.dec.94.in fin.* & probauit Mareſc.
loc.cit. n.5. verſ. quod fuit dictum. & Gratian. *in d.c.141. n.14.*
in fin. & conſequenter etiam hoc caſu cenſum conſiſtere.
† Denique ſatis eſſe, vt formæ ſatisfactum intelligatur, ſi ex 12
aliis demonſtrationibus, quam per deſignationem finium
de certo fundo compertum ſit probari poteſt, quia ſi fortè
cenſus impoſitus fuit ſuper quinquaginta iugeribus prædij
maioris menſuræ, modo expreſſum ſit à quo latere iugera
cenſui ſuppoſita incipiant, placuit ſatis conſtare de certo
fundo, & conſequenter cenſum validum eſſe ex ſententia
eiuſdem Rotæ poſt eundem Cencium *in dec.95.n.6.& dec.98.*
n.2. & 4. & rurſus *in dec.99. n.1. verſ. verum præfatis non ob-*
ſtantib. & n.2. quas probarunt iidem Cenc. & Duard. *loc.cit.*
& Ferentill. *in addit. ad Buratt. in d. dec.10.n.29.*

Neque his obſtat, quod diximus de forma huius contra- 13
ctus eſſe, vt res certa ſit, & ſuis finibus deſignetur, quia ni-
hil referre videtur, an rei certitudo proueniat ex deſignatio-
ne confinium, vel ex aliis demonſtrationibus, quæ tantun-
dem præſtent, & ex quibus non minùs certitudo, & identi-
tas rei probetur *iuxta d. l. certum. de reb. cred.* cùm enim ex
mente Summi Pontificis expreſſio finium ſit neceſſaria, vt
poſſit conſtare de peremptione rei, ſuper qua cenſus conſti-
tutus eſt, cuius periculum ſpectat ad emptorem,vt dicitur *in*
d.dec.80.n.3. ideo quocunque modo conſtet de certo,& indi-
uiduo corpore,ſatisfactum eſt menti conſtitutionis, quia ſi
fortè res perit, vel infructuoſa efficitur, cenſus quoque pe-
rit, & extinguitur, vt diſſerit Cardin.Mellin. *in d.dec.94.n.3.*
& Mareſc. *loc. cit.* Quamobrem cùm idem ſequatur effectus,
ſiue certitudo ex deſignatione confinium, ſiue ex aliis de-
monſtrationibus proueniat, dicendum eſt formæ per tan-
tundem ſatisfactum eſſe ex Oxaſe. *in dec.92.n.15.* Paul. Emil.
Gall. *de except.ab inteſt.tit.2. excep.3.par.1.n.28.* & Bellon. *de*
poteſt. cor. quæ fiunt incontin.lib.2.cap.61.n.3.

Prærerea dici poteſt conſtitutionem Diui Pij, licèt nomi- 14
natim exigat, vt res ſuis finibus deſignetur, non magis in-
cludere vnam, quàm aliam ſpeciem demonſtrationis; ſed
Diuum Pontificem ſanxiſſe habito reſpectu ad id quod fre-
quentius fieri ſolet. Nam res, vt plurimùm per ſuos fines, &
vicinos demonſtratur, vt conſtat *ex d.l.forma. ff.de cenſib. &*
l.48.de contr. empt. quod autem frequentioris vſus gratia in
lege exprimitur, non mutat in aliis diſpoſitionem iuris vt
dicunt Mierez. *de maior. par.1. quæſt. 31. n.4.* Aluar. Valaſc.
conſult.8. num.2. & Roderic. *de ann. redit. lib.3. quæſt.. n.52.*
neque legem reſtringit, vt ait Mudæus *lib.de pignor.tit. de leg.*
commiſſ. num.6. & proinde ſatis eſſe ad validitatem contra-
ctus, ſi liqueat inter contrahentes de certo aliquo fundo
actum fuiſſe.Denique id demonſtrari poteſt ex conſtitutione
Diui Gregorij XIII. ad Siculos, in qua referens hanc par-
tem ſanctionis Pij V. ait illum litteras edidiſſe, quibus illud
in primis cauetur, vt cenſus non generaliter ſuper omnibus
bonis, ſed ſpecialiter ſuper re certa imponatur, innuens, ni
fallor, mentem Diui Pij duntaxat fuiſſe, vt cenſus ſuper
certo fundo conſtituerentur, & ex illius mente nihil referre,
quibus demonſtrationibus de corpore certum ſit. Ex quibus
dicendum eſt verba illa conſtitutionis, *& quæ nominatim ſuis*
finibus deſignata ſit, ita accipi debere, vt non excludant alias

demonſtrationes, quæ tantundem præſtant, & ſanè ita ſentire Rotam ex deciſionibus proximè relatis, *& ex dec.636.n.2.* inter recentiſſ. *par. 2.* perſpicuum eſt, quibus conſtitutiones cenſuum non expreſſis finibus confirmantur.

15 Et nihilominus tutius, & conſultius eſſe exiſtimo ad tollendas diſputationes fundum ſuis finibus deſignare, vt nominatim in dicta conſtitutione Diui Pij V. ſancitum eſt, & repetitum eſt ab eodem Pontifice in conſtitutione ad Siculos, *verſ. cenſum autem.* quod ſi fortè à notario omiſſum eſt, & res aliis demonſtrationibus expreſſa eſt, quæ vim habeant expreſſionis finium, vel aliunde conſtat, de qua re contrahentes ſenſerint, poterit emptor cogere venditorem, vt fundi cenſualis fines oſtendat, & declaret, quia hoc conuenit contractui bonæ fidei *d. l.48. in fin. ff. de contr. empt. & l.52. ff. de act. empt.* Nam ſi habentibus annis fines immutati ſunt, vt ſolet, poteſt dominus cenſus cogere poſſeſſorem, non tantùm, vt recognoſcat ſe tenere rem cenſui ſuppoſitam, ſed etiam, vt renouet confinia rei ſubiugatæ, vt docent Bonius *in lib. de cenſib. art.60. num.92.* Ferdinan. Bongiorn. *in not. ad pragmat. de cenſib. n.19.* Frideric. Martin. *de iure ann. redit. cap.8. num.249.* Maur. Burg. *de laudem. par.3. inſpect.9. n.2.* Maſtrill. *ad Gregor. queſt.5. num.230. & 231.* & Ferrer. *in not. ad Guid. Pap. queſt. 42. circa fin.* vt immeritò apud nos vſitatum ſit addere in contractibus cenſualibus, vt venditor cenſus, eiúſque hæredes, & ſucceſſores ad petitionem domini cenſus teneantur contractum renouare. Quod tamen recipiendum eſt, ſi non mala fide, & vexandi poſſeſſoris cauſa id petatur, vt cùm fines certi ſunt, vel eorum renouatio non ita pridem facta eſt. his enim caſibus limitum renouatio, & recognitio denegari poteſt, vt tradit Ferrer. *loc. cit.* & Frider. Martin. *in d. cap.8. n.265.* ſubiiciens idcirco dominum cenſus prius de calumnia iurare debere.

16 His congruenter dicendum eſt expreſſionem finium, ſi in inſtrumento omiſſa eſt, teſtibus, & aliis probationibus demonſtrari poſſe, vt tractatum eſt coram Buratt. *in d. dec.10.* quæ eſt poſt tract. Cencij *dec.96. num.1. & 10. & ſeq.* quia non poteſt actus validus ob imperfectam ſcripturam labefactari. Imo ſuppoſita veritate conſtitutionis cenſus in re certa confinia à contrahentibus expreſſa fuiſſe præſumendum eſt, vt contractus ſuſtineatur, & excludatur præſumptio fœnoris: ita vt aſſerenti non fuiſſe expreſſa confinia onus probandi incumbat, neque ſatis ſit proferre inſtrumentum cenſus, in quo finium deſcriptio non legatur, vt declarat Bald. *in l. vlt. n.7. C. de reb. cred.* & in terminis Rot. *in d. dec. 96. n.9. & dec.100. n.11.* poſt tract. Cencij & Cencius *in d. queſt.40. n.36. & 37.* & Duard. *ad conſtit.* Pij V. §.1. *queſt.50. n.4. & 5.* poteſt enim eſſe, vt à contrahentibus plus dictum ſit, quàm ſcriptum à notario, cuius error contrahentibus nocere, non debet *l. ſi librarius. de reg. iur. l. vlt. §. vlt. ff. de fideicommiſſ.* Sichard. & alij *in d. dec. 96. n.12. & 13.* & Bellon. *de poteſt. eor. quæ incont. vel ex inter. fiunt. cap.19. n.4.* inde ſubiiciens notarium fines, & diem omiſſum etiam ex interuallo addere poſſe. 17 † Quæ confirmantur omnia, quia conſtat inſtrumenta, & contractus res diuerſas eſſe *ex l.10. C. de fid. inſtr. l.12. C. de probat.* Bart. *in l. ſi quis legatum. §. vlt. ff. de falſ.* Crau. *in conſ.290. n.6.* Maſcard. *de probat. concl.1263. n.21.* Surd. *in dec.246. n.18.* & ipſe Duard. *in d. §.2. queſt.3. n.12.* Nec in inſtrumento poſita eſt ſubſtantia contractus ſed probatio, vt tradunt Caſtrenſ. *in conſ.75. n.2. lib.2.* Alex. *in conſ.170. n.2. lib.7.* Dec. *in conſ.17. n.3.* & alij quidam apud eundem Surdum *in conſ.80. n.29. & in dec.246. n.19.* & in arbitrio contrahentium eſt in ſcriptis, vel ſine ſcriptis contrahere *l. contractus. C. de fid. inſtrum.* & præclaræ mem. Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. lib.1. tit.10. n.1.* vnde ex eo, quod imperfecta ſit ſcriptura, non ſequitur contractum etiam imperfectum eſſe, quia ex diuerſis non infertur.

18 Et licèt verba conſtitutionis innuere videantur non poſſe cenſus conſtitutionem aliter probari, quàm per publicum inſtrumentum, & proinde nunc vbi ea conſtitutio recepta eſt, contractum cenſus inter eos referri debere, qui ad eorum ſubſtantiam ſcripturam deſiderant, quod ſentiunt Virgin. de Boccat. *de cenſib. par.2. n.189.* Felician. *eod. tract. lib.1. cap.9. n.8. verſ. ſecunda docet.* Gaſpar. Roder. *de ann. redit. lib.1. q.15. num. 1.* Gratian. *cap.108. n.7.* Salas *eod. lib. dub.51.* Maſtrill. *ad Gregor. in d. q.5. n.309.* & aliis citatis Duard. *in §.2. q.12. n.11.* vbi ait hanc eſſe communem opinionem, verius tamen eſt etiam nunc poſt conſtitutionem Diui Pij, (nam ante illam hoc certiſſimum eſt,) ſcripturam nec ad ſubſtantiam cenſus, neque ad illius probationem neceſſariam eſſe. Ita enim ſæpius cenſuit Rota poſt tractatum eiuſdem Cencij *in dec.96. n.12. & deciſ.100. n.3.* vbi ſcriptum eſt Rotam hanc opinionem tenere, & rurſus *in dec.112. n.4. & dec.113.* vbi dicitur Rotam hanc ſententiam ſemper amplexam fuiſſe, quam ſecutus etiam eſt Auendan. *de cenſib. c.84. n.5.* & Cenc. *par.1. c.4.* nunc *q.43. n.4. in fin. & n.15.* quæ ſententia mihi etiam veriſſima videtur, ne facilè inducatur iuris communis correctio. 19 † Secundum quod certum eſt inſtrumentum, vel ſcripturam de ſubſtantia huius contractus non eſſe, & validè etiam ſine ſcriptura celebrari, denique teſtibus, & aliis probationum generibus probari poſſe, vt in aliis contractibus receptum eſt *ex l. contr. ff. de pignor. l.17. C. de pact. l.12. C. de probat. & l.10. C. de fid. inſtr.* & docent iidem auctores contrariæ ſententiæ Felician. *in d. c.9. n.9.* Roderic. & Salas *loc. cit.* & admittit Duard. *in d. §.2. q.13. n.5.* & latè proſequitur Frideric. Martin. *de iur. cenſ. c.7. n.14.* vbi docet cenſus conſtitutionem etiam priuata ſcriptura à parte in iudicio recognita, *& n.27. & ſeq.* confeſſionibus, teſtibus, & aliis modis probari poſſe. Quod non puto à Diuo Pio fuiſſe immutatum. Quod enim contractus cenſus in publicum inſtrumentum redigatur, hoc potius ad cautelam emptoris, & faciliorem probationem, quàm ad iuſtitiam, & validitatem contractus pertinet. In quo ſi verè pretium numeratum eſt coram teſtibus, & cenſus ſuper re certa conſtitutus eſt, & in omnibus ſeruata ſit forma conſtitutionis, idque teſtibus, vel aliis modis iudici probatum ſit, licèt nullum inſtrumentum proferatur, exiſtimo pro validitate contractus pronuntiandum eſſe.

Neque mouere debent verba illa conſtitutionis *niſi præſentibus teſtibus, ac notario in actu celebrationis inſtrumenti*, quia 20 Summus Pontifex hic non magis includit vnam quàm aliam ſpeciem probationis: & quia huiuſmodi contractus in publica inſtrumenta per notarios recepta referri ſolent: ideò Pontifex reſpiciens ad id quod frequentius fit, mentionem fecit inſtrumenti, quod eſt genus probationis, vt tutius, ita magis vſitatum: & ita reſpondit Rot. *in d. dec.10. n.10. & in dec.113. n.2.* & Cenc. *in d. q.43. n.16.* & proximè dixi id, quod frequentioris vſus gratia in lege exprimitur, non mutare diſpoſitionem iuris: & ſecundùm hanc ſententiam cenſuit Senatus hoc anno 1644. referente Illuſtriſſ. D. Senatore Prouana.

21 Et licèt videatur Duardo *in d. q.12. n.17.* deciſiones illas Rotæ Romanæ eius ſententiæ non obſtare, quia vt inquit, ſi rectè perpendantur, non negant ex conſtitutione Pij V. exigi ſcripturam pro forma in contractu cenſus, ſed duntaxat definiunt ad probationem cenſus ſcripturam neceſſariam non eſſe, ſed aliis etiam probationibus, veluti teſtibus, & confeſſionibus partium probari poſſe, aliam tamen Rotæ mentem eſſe, quàm Duardus interpretatus ſit, manifeſtè apparet *ex d. dec.96. n.11. & 12.* vbi apertiſſimè Rota ait ſcripturam non eſſe de ſubſtantia contractus cenſus, & in hoc idem tenere, quod in aliis contractibus, quos ſine ſcripto celebrari poſſe exploratum eſt. 22 † Denique admiſſo contractum cenſus teſtibus, & aliis probationibus etiam nunc probari poſſe, vt in dictis deciſionibus definitum eſt, & admittit Duard. *loc. cit.* conſequens eſt de ſubſtantia huius cõtractus etiam nunc ſcripturam neceſſariam non eſſe, quia non ſatis eſſet probare cõtractum cenſus geſtũ fuiſſe, ſed oporteret probari inſtrumentum de eo factum, & eius amiſſionem, vt docet Cuiac. *ad tit. C. de fid. inſtr.* qui tractans an caſum amiſſionis inſtrumenti probari oporteat, ita diſtinguit. *Et quidem vbi non eſt neceſſaria ſcriptura, eius amiſſionem probari non oportet, ſi aliæ probationes ſuppetunt negotio. At vbi ſcriptura eſt neceſſaria, ea ſi perierit amiſſionem probari oportet, etiamſi aliæ probationes ſuppetant, quas quidem etiam probata amiſſione etiam omnino exigimus.* Ita doctiſſimus Cuiacius quod & alij docent *in l. teſtium. C. de teſtib.* & apud Valaſc. *de iur. emphyt, q.3. n.38. verſ. primo etenim.* Quare cùm Rota ſentiat conſtitutionem cẽſus teſtibus & aliis probationum generibus probari poſſe, nec exigat, vt probetur etiam inſtrumentum fuiſſe confectum, & miſſum, dicendũ eſt viros doctiſſimos ſenſiſſe etiã in cõſtitutione cenſus ſcripturã

necessa

13 neceſſariam non eſſe. † Denique hanc eſſe ſententiam Rotæ ex eo facilè colligi poteſt, quia in ſpecie *d. dec. 96. & d. dec.* 100. coram Buratto proferebatur publicum inſtrumentum de conſtitutione cenſus, in quo tamen notarius omiſerat expreſſionem finium; & nihilominus Rota cenſuit deſignationem finiũ aliunde probari poſſe,& cùm in ea cauſa teſtibus, & alijs adminiculis conſtaret de expreſſione confinium,ideo pro validitate contractus pronuntiauit. Quare cùm Rota exiſtimauerit cẽſum validum eſſe,tametſi illius pars nimirum expreſſio finium in inſtrumentum collata non fuiſſet, idem profectò cenſuiſſet,ſi totus contractus nulla penitus ſcriptura exiſtente alijs probationibus comprobaretur *arg. l. 7. §. adeo autem ff. de pact. l. 76. de rei vindic.* vt verè cenſuit *in d. dec.* 112. & 113. Non eſt igitur de ſententia Rotæ ambigendum, à qua non auſim in iudicando recedere: & præſertim quia Duardus ex ſententia quorundam Theologorũ putat emptorem cenſus, de quo nulla ſcriptura facta eſt, ſeruatã in reliquis iuſtitiã contractus,poſſe in conſcientiæ foro fructus percipere,& retinere,vt proſequitur *in d. q. 13. n. 15.* quod tamen affirmare non auderem, ſi putarem publicum inſtrumentum ex forma cõſtitut. Pij V. in creatione cenſus neceſſariũ eſſe.

24 Cæterùm ſi quis quærat, quomodo probabitur cenſum ſuper certo corpore fuiſſe conſtitutum,ſi fortè partes hac de re diſſentiant,dicam recurrendũ eſſe ad Bartolum *in d. l. demonſtr. n. 15. & 16. de cond. & dem.* cuius inter Iuriſperitos eã fere eſt auctoritas, quæ fuit Pythagoræ inter diſcipulos. Hi enim ſi quid affirmarent in diſputando, cùm ab ijs quæreretur,cur ita eſſet, ſoliti erant reſpondere *ipſe dixit*, & tantùm opinio poterat, vt etiam ſine ratione valeret auctoritas; ſed hoc improbat M. Tullius *l. 1. de nat. Deor.* rectè monens non tam auctores diſputando,quàm rationis momenta quærenda eſſe. Sanè ad Bartolum in hoc genere paſſim recurri dicit Caſtrenſ. *in d. l. in princ.* & Bartolum omnes ſequi referunt Natta *in conſ. 275. n. 5.* Pariſ. *in conſ. 67. n. 10. lib. 1.* & Maſcard. *concl.* 874. *n.* 1. Sed quædam huc pertinentia iam ſcripſimus, & multa ſcripſerunt Maſcard. *loc. cit.* Menoch. *lib. 6. præſ. 15. n.*

25 29. *& ſeq.* & Mareſc. *in d. c. 12. l. 1.* † Ego verò ſubiiciã tantùm, quod illi ni fallor, omiſerunt, certum in hac quæſtione etiã dici quod eſt certum per relationem ad aliud *l. hac venditio §. 1. de contr. empt. l. 5. ff. de re iudic. l. vbi autẽ §. illud de verb. oblig.* Hæc enim eſt natura relationis,vt rem certam efficiat ex cõiunctione ſcripturarum,vt ſcripſit Bald. *in l. adeo § cùm quis ff. de acq. rer. domin.* Vantius *tit. de nullit. ex defect. citat. num.* 138. Zaſius *in l. certum n. 11. ff. ſi cert. pet.* Duaren. *in d. §. illud.* Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 10. n.* 29. & res quæ nominatim exprimi debet, ſi per relationem demonſtretur, nominatim expreſſa dicitur ex eod. Bart. *in l. qui liberis §. hac verba in fin. ff. de vulg. & pupill.* Iaſ. & Alex. *in l. vlt. Cod. de hered. inſtit.* & Menoch. *in d. conſ.* 287. *numero* 29. *&* 30. & proinde ſi per relationem ad aliud conſtat de corpore rei,ſuper qua cenſus impoſitus eſt, ſatis dicitur conſtare de certo corpore:& cõtractus ſuſtinetur,quamuis in inſtrumento conſtitutionis cenſus confinia omiſſa ſint. Quod frequẽter euenit,cùm cenſus per procuratores vendũtur. Solent enim notarij vt calamo parcant,confinia omittere, & ſe referre ad inſtrumentũ mandati,in quo fines prædiorum quæ cenſui ſubiici mandantur, deſcribi ſolent, quod ſatis eſt, vt contractus ſuſtineatur:& ita ſæpiſſimè D. Delegati iudicarũt. Nam cùm hoc caſu ſcripturæ coniunguntur, vt inquiunt. Bald. & Vant. *loc. cit.* & relatum ſit in referente, vt vulgo dicitur *ex l. aſſe. toto ff. de hered. inſtit.* perinde eſt,ac ſi à notario confinia in inſtrumento cenſus deſcripta fuiſſent.

16 Sanè ſi nec per relationem ad illud, nec per expreſſionem confinium, vel per alias demonſtrationes, quæ tantundem præſtent conſtat contrahentes in certum corpus conſenſiſſe, venditio cenſus nulla eſt, quia certum eſt emptionẽ & venditionẽ non valere,niſi de certo corpore conſenſum ſit *ex l. 9. verſ. ſi igitur & § vlt. & l. 11. ff. de contr. empt.* Atque etiã quia vt venditio rei quæ non eſt, conſiſtere non poteſt *l. & ſi 15. & l. domum 57. ff. eod. l. 1. & 7. ff. de hered. & act. vend.* ita etiam venditio cenſus ſuper re incerta, & imaginaria valere non poteſt,vt rectè tradit Leonell. *ad Bull. Pij V. gloſ. 5. verſ. per tertiam*, quia inquit, ſi poſſet cenſus conſtitui ſuper fundo incerto,poſſet etiam creari ſine fundo,quod eſt prohibitũ. Imò vt quis emit ab aliquo quod non habet, & illud eidem locat penſione certa conſtituta,vſuram exercet,quia idem eſt, ac ſi emptor eam pecuniam mutuo dediſſet ſub fœnore,vt Theologi docent apud Vgolin. *de vſur. c. 38. n. 1.* ita & is qui emit reditũ annuum ex re ficta,& imaginaria,& quã venditor non habet, vſurarius dici debet,vt aſſerit Nauarr. *in comm. de vſur. n. 79.* Leſſ. *in tract. de cenſib. dub. 12. n. 79.* Regin. *de ratione iudic. lib. 25. c. 31. n. 422.* Frider. Martin. *de iur. cenſ. c. 4. n. 3. & 4.* & Vgol. *d. lib. de vſur. c. 44. §. 1. n. 3. & c. 49. n. 1.* cẽſus enim hoc caſu perſonalis eſſet,& in ſola obligatione perſonali inniteretur, quod nunc poſt conſtitutionem Pij V. prohibitum eſt,vt multis locis diximus oportet igitur ad validitatẽ cenſus, vt inter emptorem & venditorem in certum corpus conſenſum ſit. Illo tamen ſemper obſeruando, ſi in hac re erratum ſit, pretium ſit enumeratum eſt,condici poſſe *d. l. domum & l. quod ſi nulla ff. de hered. vel act. vendit.* & ſi fraus omnis ex parte emptoris abſit,venditorem teneri ad id quod intereſt ſecundùm ea, quæ ſæpius dicta ſunt, & inter alios docet Bonacin. *in diſp. 3. q. 4. n. 8.*

Sanè licet in conſtitutione Diui Pij expreſſum ſit, vt non 27 niſi in re immobili,vel quæ pro immobili habeatur, cenſum conſtituere liceat, validè tamen ſuper pluribus fundis certis, & ſuis finibus deſignatis imponi receptũ eſt. Ità enim ſentiũt ferè omnes,vt Nau. Gabriel. Gratian. & alij apud Cenc. *par. 1. c. 3. q. 3. art. 2. ſeu q. 41. n. 12.* & Rota poſt eund. *in dec. 90. n. 2.* vbi dicitur opinio Virginij aliud ſentiẽtis non habere fomẽtum iuris. His addo Molin. *in diſp. 389. n. 5.* Ioann. Franciſc. Leon. *Theſaur. Eccl. l. 2. c. 15. n. 8.* Azor. *l. 10. c. 5. q. 6.* Salas *de cenſ. dub. 7. n. 10.* Barz. *in dec. 56. n. 29.* Mareſc. *d. c. 10. n. 6. lib. 3.* & Vgolin. *de vſur. cap. 49. n. 2.* quibus etiam conſenſit Duard. *in d. §. 1. q. 3. n. 2.* & probatur manifeſtè ex conſtitutionibus duorum Pontificum Mart. V. & Calixti III. illis verbis *agris, prædijs, domibus &c.* & ex conſtitutione Greg. III. ad Siculos, qua cautum eſt,vt priùs vnius, vel plurium rerum certarum, ſuper qua, vel quibus cenſus conſtituatur, mentio fiat. Neque repugnat conſtitutio Diui Pij, quæ numero ſingulari vtitur, quia numerus ſingularis continet pluralem *l. in vſu iuris, ff. de verb. ſignif.* & in hac ſpecie reſpondent Vgolinus, Cencius, & Duardus *loc. cit.* & Rota *in dec. 90. numero 2.* & cùm lex, vel edictum ſingulariter ſcriptum eſt, locum habet in pluribus, quando eadem eſt ratio *l. 1. §. hoc dictum ff. quod falſ. tut. auct.* Tiraq. *in l. ſi vnquam in verſ. ſuſceperit liberos num.* 215. Parlador. *rer. quotidian. lib. 1. cap. 7. num. 21.* vt etiam interdum quod lex de pluribus ſtatuit, in vno tantùm recipitur *l. 3. §. hac verba quæ ait, negotia accipe ſiue vnum ſiue plura ff. de negot. geſt.* & in edicto, vi bonorum raptorum *l. 2. § quod ait Prætor.* & notat Rebuff. in *d. l. in vſu de verb. ſignif.* & nos hoc iure paſſim vtimur: nec vnquam audiui hac de re diſceptatum eſſe.

Opportunè verò quærit Cencius *in d. art. 50. n. 19.* quo- 28 modo iſti plures fundi cenſeantur obligati pro ſolutione cenſus, & reſpondet, ſi ſinguli æquè idonei ſint, quemlibet æquis partibus oneratum cenſeri ex Barzio *in dec. 56. n. 33.* Quòd ſi vnus idoneus,& capax ſit, & alter minus idoneus, cenſum ſuper illo idoneo fundo totum ſuſtineri, quatenus eius fructus integræ penſioni ſufficiunt ex Rota coram R. Orano *dec. 72. num. 9.* idque ſine difficultate admittendum eſſe, ſi contractui addita ſit clauſula, *coniunctim, diuiſim, & in ſolidum* ex Ioan. de Coſta *de ration. rat. quaſt. 108. num. 16.* & tandem ſuadet ad tollendas lites, vt in ipſa conſtitutione cenſus exprimatur,quænam annuæ penſionis portio cuilibet fundo iniiciatur. Quod ante illum præciſè, & abſolutè docuit Virgin. de Boccat. *part. 1. num. 30. & par. 2. n. 30.* Idemque ferè tradit Duardus *in d. quaſt. 3. num. 13. & ſeq.* † Sed 29 hæc Cencij doctrina, & definitio parùm tuta mihi eſſe videtur. Nam quod ait cenſum ſuper duobus prædijs æqualiter idoneis impoſitum æquis portionibus cenſeri diſtributum ſuper quolibet fundo, & poſt Cencium Duard. *loc. cit. num.* 15. non puto recipiendum eſſe, quia vno perempto pars cenſus quoque periret, tametſi fundus qui ſupereſt eſſet capax integræ penſionis. Et tamen verius eſt cenſum ſimpliciter conſtitutum inhærere ſingulis prædiis,quatenus fructus ſufficiunt: & conſequenter pereunte vno, vel reddito infructifero totum in alio ſuſtineri, ſi ſit capax totius penſionis,

vt ſenſit Rota *in d. dec.90. num.9. & dec.159. num.5.* & ſecutus eſt ipſe Cencius *part.* 1. *cap.3. art.* 1. nunc *q.* 40. *num.* 19. *& part.* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 1. nunc *quæſt.* 106. *num.* 4. & probarunt Mateſcott. *variar. lib.*3. *cap.* 10. *num.* 11. & Riccius *Collectan. part.* 7. *cap.*3089. *verſ. tertio extende*, & nos diximus *q.* 57. *num.* 35. proinde falſum eſt, quod Duard. ait *num.* 15. altera re perempta cenſum perire, & repugnat manifeſtè ei, quod dixerat *num.* 6. cenſum vna re pereunte, in alia ſuſtineri, dummodò ſit capax pro annuæ penſionis ſolutione. Et licet id animaduertens ad excuſandam contrarietatem ſubiiciat ampliationem primam, vt loquitur, veram eſſe, quando, vel res alienatur, vel perit facto, & culpa venditoris cenſus, hoc tamen nihil eſt, quia ſi res alienetur, non perimitur cenſus, ſed res in alium transfertur cum onere cenſus, vt diximus *q.* 65. *n.*30. & ipſe Duard. *num.*9. ſi verò res pereat culpa debitoris, non minùs perimitur cenſus, quàm ſi caſu res periret, vt diximus *q. prox. præced. num.* 56. & ipſe Duardus *in* §. 5. *q.* 1. *num.* 86. tametſi cùm culpa debitoris res cenſita perit, teneatur ad intereſſe, quod à noſtra quæſtione alienum eſt.

30 Præterea quod Cencius ait, ſi vnus fundus idoneus ſit, alter minus idoneus, totum cenſum ſuper idoneo ſuſtineri, ſatis incautè dictum puto, ſiquidem etiam fundus, qui minus idoneus eſt, quatenus illius fructus patiuntur, cenſum ſuſtinet. Nam hæc eſt intentio contrahentium etiam ſuper illo fundo minus capace cenſum conſiſtere, vt manifeſtum eſt. Quod etiam ex eo patet, quia ſublato illo maiore fundo cenſus adhuc conſiſteret ſuper minore, quatenus illius fructus ferunt, alioqui dicendum eſt fruſtrà huic etiam cenſum impoſitum fuiſſe. Nec *dec.* 71. *num.* 9. qua vtitur Cencius, ad illius ſententiam pertinet, ſiquidem hic quærebatur de cenſu impoſito ſuper rebus allodialibus, in quibus cenſus conſiſtere poteſt, & ſuper bonis feudalibus, quibus cenſus imponi non poterat: & Rota cenſuit cenſum in bonis liberis ſuſtineri, vt notat Duard. *loc. cit. num.* 13. Cencius verò quærit inter prædium idoneum, & minus idoneum, quæ ſunt diſſimilia, quia minus idoneum capax eſt pro modo fructuum, qui ex illo percipiuntur, vt dictum eſt.

31 Denique quod ſuadet Cencius *in d. quæſt.* 41. *num.* 23. exprimendam eſſe portionem reditus ſuper quolibet fundo, id quidem fieri poteſt, ſed non eſt neceſſarium, neque emptor diſtributionem hanc facere tenetur, quia cùm nulla lege prohibeatur cenſum ſuper pluribus fundis ſimpliciter imponere vtique permiſſum cenſetur *l.* 1. §. *adhiberi, ff. de teſtib.* Rota *in d. dec.*50. *num.*3. & Mareſcott. *loc. cit. num.* 6. & hoc iure vtimur. Et quod magis eſt, Bartius *in d. dec.*56. *num.*33. *&* 34. tenet cenſum ſuper pluribus rebus in ſolidum poſſe conſtitui ex Hieronymo Gabrielio *in conſ.*47 *num.*1. *verſ. non obſtat. lib.*2. cui tanquam viro in huiuſmodi negotiis peritiſ-
32 ſimo inquit eſſe credendum. † Sanè ſi hæc diſtributio fiat ex voluntate contrahentium, veluti ſi in conſtitutione cenſus nominatim actum eſt, vt ex reditu viginti quinque aureorum ſuper domo, & agro impoſito decem ex domo, quindecim ex agro præſtentur, rebus diſtractis non poteſt dominus cenſus contra quemlibet poſſeſſorem agere pro integra penſione, ſed tantùm pro rata cenſus ſuper quolibet prædio conſtituti, ſiquidem hoc caſu res quælibet tranſit in alium cum parte, & portione oneris impoſiti, & diſtributi, vt ſenſit Boccat. *part.* 1. *num.* 30. & fundo vno ſublato pars quoque cenſus illi adſignata perimitur, tametſi alius fundus capax ſit totius & integri cenſus, quia in hac ſpecie cenſus ex voluntate contrahentium diſtributus eſt in ſingulos fundos, & quælibet pars reditus fortunam rei ſequitur, ſuper qua aſſignatus eſt non minus quàm ſi ſuper domo cenſus aureorum decem ſeparatim conſtitutus fuiſſet. Et ita declaranda ſunt, quæ Cencius, & Duardus tradunt *loc. cit.*

33 Sed ſi plura ſint prædia ſimul contigua, & vnita, an ſufficiat ea generalibus confinibus deſignaſſe: vel neceſſe ſit, vt ſingula ſuis certis, & particularibus finibus deſignentur? Et puto ſufficere, ſi ea confinia exprimantur, quibus illa omnia prædia continentur, ſunt enim veluti vnum corpus, & vnum prædium ex voluntate patrisfamilias in cuius arbitrio vt poſitum eſt vnum fundum in plures diuidere, *l.* 7. §. 1 *ff. commu. diuid. l. locus,*60. *ff. de verb. ſignif. l. ſi quis,* §. *ſi quis* §. *ſi quis partem, ff. commu. prædior.* ita ex pluribus vnum facere *l.*12. *ff. fin. regund. & l.*24. *ff. de leg.* 1. quæ ait fundos noſtra deſtinatione augeri, vel minui, & hoc quidem dubitationem recipere non videtur.

Hinc etiam puto cenſum validè conſtitui ſuper toto terri- 34
torio alicuius Caſtri, dummodo ſuis finibus deſignatum ſit, vel per alias demonſtrationes, quæ fungantur vice expreſſionis finium, & nihil aliud obſtet. Licet enim territorium ſit vniuerſitas agrorum intra certos fines *l. pupillus,* §. *territorium, de verb. ſignif.* & tradit Natt. *in conſ.*339. & Hieron. de Mont. *in lib. de fin. reg. cap.* 6. eſt tamen veluti vnum corpus *d. l.* 11. *fin. reg. & l.* 30. *in princ. ff. de vſurp. & vſucap.* quo ſuis finibus, & aliis demonſtrationibus deſignato ſatisfactum eſt conſtitutioni Pij V. vt dicimus Comitatum, & Baroniam, quæ ſunt vniuerſitates caſtrorum, & rerum, eſſe vnicum feudum, & vnum corpus, vt reſpondit Ioan. Andr. Georg. *alleg.* 5. *num.*19. *& alleg.*8. *num.* 3. *&* 4. & ex d. conſtitutione Mart. V. licitum eſt ſuper dominiis, & oppidis cenſum conſtituere, quod non eſt immutatum: extátque exemplum cenſus impoſiti ſuper quodam Caſtro *in dec.* 97. *num.* 1. poſt Cenc. quem validum eſſe Rota cenſuit, & *in*
dec. 299. & aliis, & Mareſc. *in d. cap.* 10. *num.* 11. † Neque 35
enim hoc caſu impoſitio cenſus incerta eſt, & vaga, cùm ex confiniis deſignatis intelligatur, quid in diſpoſitione comprehenſum ſit *l. ede,* §. *intra, ff. de contrah. empt.* Pariſ. *conſ.*2. *num.* 64. *lib.*3. Socin. iun. *conſ.*134. *num.* 1. *lib.*3. & comprehenduntur duntaxat, quæ ſunt intra territorij fines *d.* §. *territorium, & l. fines, Cod. de euict.* idem Pariſ. *in conſ.* 27. *n.* 13. *lib.* 1. & Hieron. de Mont. *lib. cit. de fin. reg. cap.* 88. *num.* 1. & excluduntur quæcunque ſunt extra illos fines *argum. l. vlt. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & l. vlt. de offic. Præf. vrb.* & indicat *d. l. pupillus,* dum definit territorium vniuerſitatem agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis, quia dictio *intra* includit extrema, & cætera excludit *l.* 1. §. *quod dicimus, ff. de ſucceſſ. edict.* Anton. Angel. Grat. *de diction.* in verbo *intra num.* 1. Cùm ergo territorium ſit res immobilis, & certa, & certum corpus conſtituat, & ex eo fructus proueniant, dicendum
eſt, cenſum ſuper eo validè conſtitui. † Neque facit nego- 36
tium, quod in hac ſpecie cenſus emptor nullum videatur ſubire periculum, quia hoc nihil ad validitatem cenſus pertinet, vt in præcedentibus dictum eſt, & rectè docet Auend. *de cenſib. cap.* 51. *num.* 4. & exploratum eſt reditus annuos ſuper montibus, & Alpibus validè collocari, vt diximus *quæſt.* 46. *num.* 3. & ſcripſit Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 77. & Cenc. *part.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 1. *art.* 1. nunc *quæſt.* 19. *num.* 2. in quibus ſyluæ, & paſcua, & loca culta, & inculta eſſe ſolent, vt notat Veron. *in lib. de ſeruit. ruſtic. prædior. cap.* 22. & in quibus plus ſoli eſt, quàm cœli, vt eleganter ait Quintil. *Inſtit. orat. lib.* 1. *cap.* 10.

Sanè vitioſa habita eſt inter diſceptationes cauſarum illa 37
cenſus formula, qua in hoc Comitatu notarij, & contrahentes vtebantur ante edictum Sereniſſimi noſtri Ducis *de cenſ. & aliis contractib. corrigendis*, per quam ſcilicet Syndici, & procuratores vniuerſitatum, & pagorum conſtituebant cenſus ſuper bonis communitatis, & particularium ſitis, & exiſtentibus in aliquo territorio, vt Aſprimontis, Iſiæ, Turretarum, & aliorum pagorum, additis ipſius territorij confinibus non ipſorum, bonorum quæ cenſui ſubiiciebantur, quia hæc formula nimis incerta, & vaga videtur: & cùm in hac ſpecie contractus cenſus iniiciatur prædiis, & bonis vniuerſitatis, & incolarum bona ipſa diſtinguenda, & deſignanda erant iuxta conſtitutionem D. Pij, quæ iubet, vt non niſi ſuper re immobili, & ſuis finibus deſignata cenſus conſtituatur, non autem territorium, cui cenſus non imponebatur: & proinde tanquam non ſeruata forma conſtitutionis huiuſmodi cenſus nullos, & illicitos eſſe ſæpiſſimè à Delegatis pronuntiatum eſt. Quos etiam mouit, quia in territorio cuiuſque ferè oppidi, & pagi, viri Eccleſiaſtici, vaſalli, & incolæ aliorum finitimorum locorum agros; & prædia poſſident, ſuper quibus ſyndici, & procuratores communitatum cenſum conſtituere non poterant, tanquam ſuper rebus alienis *l.* 1. *&* 6. *Cod. ſi res alien. pignor. dat. ſit, l. vltim. C. de reb. alien.* & tractatum eſt *quæſt.* 56. Proinde cùm prædia conſtituentium non ſeparentur ab agris, & poſ-

ſeſſioni

Digitized by Google

ſeſſionibus aliorum, conſtitutio iſtiuſmodi cenſus eſt omnino incerta, & vaga, & conſequenter nulla, & contra formam Bullæ, quæ exigit rem certam, & ſuis finibus deſignatam, vt diximus, & dicit Virgin. de Boccat. *part.* 3. *num.*26. Leonell. *ad Bullam gloſ.* 5. *verſ. per tertiam denique*, & in ſpecie Honded. *in conſ.* 25. *num.* 32. *lib.* 2. & cenſuit Rota poſt Cencium *in d. dec.* 80. *num.* 3. & alia ratione vtebatur D. Antonius Barellus Senator, & Aduocatus fiſci præſtantiſſimus, quia admiſſa hac forma contrahendi dominus cenſus nullum ſubiret periculum peremptionis rei, quod repugnare intentioni Pontificis ait Rot. *loc.cit.* qui iuſſit re perempta cenſum quoque interire: atque etiam naturæ emptionis, quæ eſt, vt ea perfecta periculum rei venditæ ad emptorem pertineat *l.* 1. *C. de peric. & comm. rei vend.* Vt etiam expendit Rota *loc. cit.* tametſi hæc ratio meo iudicio parùm mouere debuit, quia nihil refert ad formam, & validitatem cenſus, quod res in tuto ſit, vel periculo obnoxia, vt alio loco diximus. Nam neque id ad ſubſtantiam emptionis aliarum rerum pertinet. Neque Bulla vetat in rebus, quæ tutiſſimo loco ſunt, cenſus conſtitui, ſed tantùm iubet, vt perfecta emptione, ſi quod periculum rei imminet id ad emptorem pertineat, quod non negamus.

Illud verò exploratum eſt illis conſtitutionis verbis *niſi in*
38 *re mobili, & quæ ſuis finibus deſignata ſit.* prohibitos eſſe cenſus ſuper omnibus bonis, vel vniuerſis bonis conſtitutos, quod olim valde controuerſum fuit, nunc verò poſt conſtitutionem Diui Pij certiſſimum eſt. Ita enim docent Nauarr. *in comment. de vſur. num.* 86. Molin. *in d. diſp.* 389. *numero* 4. Rebell. *l.* 10. *quæſt.* 6. *num.* 6. & alij Theologi apud Scortiam *in epit.* 104. *theorem.*260. & Bonac. *d. diſp.* 3. *q.* 4. *n.*16. Filliuc. *tract.*35. *cap.* 3. *num.* 292. quod Iuriſperiti etiam ſequuntur, vt Viuius *in dec.* 369. *num.* 21. Fachin. *controuerſ. lib.* 2. *cap.* 44. Peregrin. *conſ.* 97. *num.* 5. *lib.* 1. Auendan. *de cenſib. cap.* 57. *num.* 6. Intrigliol. *ad pragmatic. de cenſib. qu.* 35. *in fin.* Manent. *de contr. libell q.* 5. *num.* 88. Coſt. *de ration. rat. quæſt.* 147. *num.* 8. Sigiſmund. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 1. *num.* 177. Vgolin. *de vſur. cap.* 49. §. 3. *num.* 2. Ioan. Franciſc. Leon. *par.* 2. *c.*15. *num.* 7. Theſaur. filius *qu.* 32. *n.* 14. *lib.* 1. & Rot. poſt tractatum Cencij *in d. dec.* 80. *num.* 12. idem Cencius *q.* 40. *num.* 20. *& ſeqq.* & nouiſſimè Duard. *q.* 51. *num.* 13. & procul dubio ſentiunt omnes, qui docent cenſum non niſi ſuper rebus certis, & ſuis finibus deſignatis conſtitui poſſe, ex quibus videtur hæc communis ſententia. Vnde non placet, quod nouiſſimè ſcribit Anton. Merend. *lib.* 11. *cap.* 2. *num.*17. cenſum ſuper omnibus bonis impoſitum ſuſtineri ſuper domo, quam quis habitat, ſi ſit capax penſionis, quia repugnat tot ſcriptorum auctoritas, qui poſt conſtitutionem Pij V. hanc formam cenſus improbarunt: & fruſtrà conſtitutum eſſet, vt non niſi ſuper re ſuis finibus deſignata cenſus conſtitui poſſit. Nam hac ratione non tantùm in domo, ſed etiam in alio quolibet prædio vrbano vel ruſtico, quod quis haberet, cenſus ſuſtineri poſſet, quod mihi in terminis conſtitutionis Pij V. nullo modo recipiendum eſt videtur.

39 Ex quibus etiam non placet, quod ſcripſit Cenc. *in d. q.* 40. *num.* 7. ad validitatem impoſitionis cenſus ſecundùm eius naturam oportere, vt ſuper certo fundo, & ſuis finibus deſignato conſtituatur, aſſerens hanc eſſe receptiſſimam ſententiam. Etenim verius eſt ex natura rei, & ſubducta conſtitutione Diui Pij cenſum ſuper omnibus bonis vendi, & collocari poſſe, & proinde non eſſe neceſſarium, vt rei certæ, & ſingulari, vel pluribus rebus certis iniiciatur. Quod probatur primò, quia in venditione cenſus ſuper omnibus bonis merx, pretium, & conſenſus interuenit, quæ veram, & perfectam emptionem conſtituunt *l.* 1. *de contr. empt.* ergo in conſtitutione cenſus ſuper omnibus bonis vera emptio, & venditio contrahitur: ergo contractus naturâ ſuâ licitus eſt. & iuris gentium. Secundò vt poteſt quis vendere ius ad fructus vnius rei ſuæ, ita ad fructus omnium rerum ſuarum. Cùm enim dominus habeat ius percipiendi vtilitatem ex omnibus, ergo ex omnibus ius illud transferre, & alienare poteſt, niſi lex obſtaret. Tertiò poteſt quis vendere omnia bona ſua etiam futura *arg. l.* 1. §. 1. *de vſucap. pro dot. & l. mulier ff. de iur. dot.* & ex Bartolo *in l. ſtipulatio.* 51. *num.* 6. *de verb. oblig.* Gomez. *variar. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 4. ita prorſus ex ſuis bonis omnibus reditum annuum vendere poteſt. Quartò reditus omnium bonorum, vel partis bonorum, & reditus patrimonij legari, & donari poteſt *l. omnium ff. de vſufr. l.* 1. *& l. generali in fin. ff. de vſu, & vſufr. leg. & l. patrimonij ff. eod. tit.* ita & ſuper patrimonio reditum vendi poſſe, dicendum eſt. Quintò probatur hæc concluſio, ex conſtitutionibus duorum Pontificum Martini, & Calixti, ex quibus conſtat emptionem cenſus ſuper hæreditatibus conſtituti licitam eſſe: conſtat autem hæreditatem nomen eſſe iuris, & plura corpora, eaque incerta comprehendere *l. bonorum de verb. ſignif.* Frideric. Martin. *de iur. cenſ. c.* 4. *n.* 11. quare, vt potuit hæres ſuper hæreditate cenſum conſtituere, quæ vniuerſum ius defuncti continet *l.* 42. *de verb. ſignif. & d. l. patrimonij de vſu, & vſufr. leg.* ita & defunctus potuit, ex cuius perſona hæredem ius ſuum metiri oportet. Sextò ex conſtitutione Nicolai V. ad Siculos cautum eſt generaliter etiam bona omnia cenſus præſtationi ſubiici poſſe, vt indicant verba illa *ſuper rebus, & proprietatibus, ac facultatibus, & emolumentis earumdem.* Siquidem rerum noſtratum appellatione venit, quicquid in patrimonio eſt: & facultates pro bonis, & fortunis cuiuſque dicimus *l. cum hi.* §. *in perſona ff. de tranſact. l.* 4. *&* 5. *de verb. ſignif.* & notat Salas *dub.* 7. *num.* 12. & illius conſtitutionis interpres Intrigliol. *in d. quæſt.* 35. *num.* 11. ſubiiciens id procedere ſine ſcrupulo, & Azor. *d. lib.* 10. *cap.* 9. & ipſe Cencius *in d. q.* 40. *num.* 1. Denique probatur ex conſtitutione Gregorij XIII. in qua referens id quod à Diuo Pio ſtatutum eſt, vt cenſus non generaliter ſuper omnibus bonis, ſed ſuper re certa conſtituatur, apertiſſimè ait ad iuſtitiam contractus minimè eſſe neceſſarium. Et proinde merito hanc ſententiam Theologi ferè omnes ſequuntur, vt Conradus, Medina, Valent. Maior. Sotus, Salon. Toletus, & alij plurimi, quos refert, & ſequitur Salas *loc. cit.* Philiarc. *lib.* 5. *cap.* 20. *circa fin. verſ. ſed hic oritur.* Malder. *tract.* 5. *cap.* 5. *dub.* 7. *verſ. dico tertio.* Reginald. *d. cap.* 31. *num.* 415. Molfeſ. *de contract. cap.* 6. *num.* 57. & Scortia. *in d. theor.* 260. *verſ. quamuis.* Idem frequentius docuerunt Iuriſperiti, vt Couarr. *variar. l.* 3. *cap.* 6. *num.* 5. *&* 6. Andr. Gail. *lib.* 2. *obſeru.* 7. *n.* 13. & alij plurimi, quos ibi refert Græu. *in* 1. *conſid. num.* 1. & alij quidam apud Felic. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 10. & rurſus *tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 1. quod etiam ſentiunt Petrus de Gregor. & alij Doctores Siculi apud Intrigliol. *in d. q.* 35. *n.* 2. *&* 3. Decian. *reſpon.* 2. *num.* 72. *lib.* 1. Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. qu.* 32. *num.* 11. Burſat. *in conſ.* 214. *n.* 9. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *q.* 7. *num.* 13. Frideric. Martin. *d. cap.* 4. *num.* 10. *& cap.* 7. *num.* 139. & Meren. *loc. cit. n.*15. Sarmient. *ſelect. interpr. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 26. vbi concludit naturæ emptionis, & venditionis non repugnare, vt cenſus ſuper omnibus bonis imponatur, cùm & fructus bonorum meorum, & bona mea in totum, & in partem vendere poſſim: & quod magis eſt, idem cenſuit Rota poſt Cencium *in dec.* 92. *n.* 7. *&* 8. vt etiam animaduertit Mareſcot. *in dec.* 10. *num.* 9. *& in dec.* 97. *num.* 1. à quibus miror Cencium diſceſſiſſe, cùm illius opus ex huius ſacri Auditorij deciſionibus maximè conſtet. Et proinde verius eſt, & magis communiter receptum ex natura rei cenſum ſuper omnibus bonis vendi poſſe, & malè Cencius, & alij quidam contrariam ſententiam magis receptam profitentur Et malè etiam Cencius pro ſua opinione refert Leſſium, & Rebellum, quia hi viri Theologi loquuntur in terminis conſtitutionis Diui Pij: & quod magis eſt Leſſius cenſus perſonales iure naturæ licitos eſſe docet *eod. cap.* 22. *n.*18. Nauarr. etiam, quem Cencius citat, nullibi docuit ad validitatem cenſus ſecundùm ſui naturam neceſſarium eſſe, vt rei certæ, & ſuis finibus deſignatæ imponatur, ſed poſt Bullam Pij V. non licere cenſum imponere generaliter ſuper bonis ſuis, vel ſuper omnibus bonis, quod non negamus.

Argumenta verò Cencij facili negotio diſſoluuntur. Pri- 40
mum eſt, ſi cenſus ſuper omnibus bonis conſtitui poſſet, emptor nullum ſubiret periculum rei emptæ. At hoc repugnat *l.* 1. *C. de peric. & comm. rei vend.* ſed reſpondeo de natura quidem emptionis, & venditionis eſſe, vt ea perfecta omne commodum, & incommodum quod rei venditæ contingit, ad emptorem pertineat. Sed id etiam in cenſu vendito ſuper

omnibus

rerum non mihi tamen hæc via placet omninò ad ſuſtinendum cenſum, in quo poſt deſignationem vnius vel alterius fundi ſtatim, & immediatè ſequitur, *& ſuper omnibus alijs bonis venditoris*, cùm vna, & eadem ſit oratio, vnus, & idem verborum contextus, & proinde vix eſt, vt dictio *ſuper*, vbi ſignificet impoſitionem oneris realis: hîc nexum pignoris, & hypothecæ, & præſertim ſi in poſteriore parte inſtrumenti addita ſit expreſſa generalis obligatio bonorum pro obſeruantia contractus, vt eſt vſitatum ad maiorem ſecuritatem, & cautionem emptionis, quod ſuperfluum eſſet, ſi verba illa, *& ſuper alijs bonis*, hunc ſenſum reciperent, vt pro hypotheca, & per modum hypothecæ appoſita cenſeantur. Quo argumento ſæpius vtebatur D. Aduocatus, & Senator Barellus, cui venditorum, & debitorum patrocinium commiſſum fuit. Et proinde tutius fortè eſt aliam eligere viam ad ſuſtinendum contractum, vt hæc verba ſuperuacuè, & inutiliter adiecta videantur, nec deſtruant formam contractus: nec euertant, quæ vtiliter geſta ſunt, *vt in d. l. 1. §. ſed ſi mihi & l. 114. de verb. oblig.* & expendit Cardinal. Mantic. *in d. dec.* 302. *n.* 11. & alij auctores citati *num.* 44. & Rota inter recentiſſ. *d. deciſ.* 636. *num.* 4. quæ ait hanc clauſulam inutilem eſſe, ob eius incertitudinem, ſed non propterea præcedentem ſpecificam expreſſionem vitiari.
48 † Quod ſanè declaratur procedere, dummodò prædium, vel prædia ſpecialiter deſignata, & grauata onere cenſus integræ penſioni ſufficiant. Nam ſi bona expreſſa, & ſpecialiter cenſui ſuppoſita minùs idonea ſunt, ſequens adiectio generalis omnium bonorum non poteſt ſuſtinere cenſum, niſi eſſet celebratus ante conſtitutionem Pij V. vt rectè notat Mareſc. *in d. c.* 1. *num.* 9. & Conuerſan. ad Intrigliol. *in q.* 35. vbi quod Bulla Gregorij XIII. conceſſum eſt, vt poſt expreſſionem vnius, vel alterius fundi generalis obligatio bonorum addi poſſit, ita accipiendum eſſe ait, vt iſtæ res certæ tales ſint, quæ penſioni ſufficiant. Neque alia ratione S. Pontificem voluiſſe, vt cenſus expreſsè imponatur ſuper certis rebus niſi vt ex eis facilè apparere poſſit, an re vera venditor cenſus habeat bona, quorum fructus ad reditum ſufficiant, alioqui expreſſionem certæ rei inutilem, & ſuperfluam eſſe.

49 Secundus caſus eſt, quando ex forma impoſitionis cenſus apertè conſtat contrahentes voluiſſe cenſum conſtituere, non tantùm ſuper rebus ſpecialiter deſignatis, ſed etiam ſuper alijs rebus omnibus, vel quia id nominatim in inſtrumento actum eſt, vel quia ex aliquibus verbis contrahentium mens fuiſſe manifeſtè deprehenditur, vt etiam reliqua bona cenſui ſubiicerentur, vt in formula cuiuſdam cenſus venditi ab Vniuerſitate Caſtrinoui cuidam nobili Nicienſi, in quo poſt expreſſionem certarum rerum ſuis finibus deſignatarum additum fuerat *è ſopra tutti gli altri beni di detta Communita, è particolari grauandoli di detto cenſo.* Id eſt, *& ſuper omnibus alijs bonis dictæ Communitatis, & incolarum, onerando illa prædicto cenſu.* Et hoc caſu cenſum nullum eſſe veluti non ſeruata forma Sanctionis Pij V. pronuntiatum eſt, & recipi poteſt Nauarri, & aliorum ſententia, quos retuli *num.* 43. Nihil enim refert, ſi ſuper omnibus bonis cenſus conſtituatur, vel ſi vno aut altero fundo expreſſo, & deſignato deinde adiiciantur reliqua bona omnia pro ſubiecto cenſus, quia & hoc caſu cenſus impoſitus eſt ſuper vniuerſitate bonorum, quod nunc eſt prohibitum, vt dictum eſt multis relatis *num.* 38. quibus conſentiunt Binsfeld. *in c. in ciuitate de vſur. queſt.* 12. & Zecchus *lib. de vſur. cap.* 10. *num.* 10. In claris enim non eſt locus coniecturis: nec licet iudici hæc verba ad alium ſenſum trahere ad ſuſtinendum contractum, quem conſtitutio nullum, & irritum eſſe decernit.
50 † Denique cùm hoc pendeat maximè ex voluntate contrahentium, vt dixi, quæ ſemper ſpectanda eſt *l. in conuentionibus de verb. obligat. l. legem Cod. de pact.* oportet iudicem, qui lynceis oculis eſſe debet, & cuncta rimari verba inſtrumenti, & pacta diligenter perpendere, & animaduertere, an ex aliqua parte contractus colligi poſſit, quid contrahentes hac in re ſenſerint, an ſcilicet hæc adiectio generalis bonorum verè facta ſit pro ſubiecto, & fundamento cenſus, & ad reiiciendum omne periculum in venditorem, quo caſu cenſus illicitus eſt ex Nauarri & aliorum ſententia: an verò id incautè, & ſuperuacuè irrepſerit, vel ſi placet pro tutiore exactione cenſus additum ſit, donec rebus deſignatis permanentibus cenſus manet, quo caſu cenſum ſuſtineri diximus ex Rotæ Romanæ, & Ioannis de Salas, & aliorum ſententia. Illudque valde obſeruandum puto, an bona ſuis finibus deſignata penſioni ſufficiant. Nam cùm prædia deſignata penſioni ſufficiunt, idque nominatim venditor aſſerit in inſtrumento cenſus, facilè exiſtimabit iudex reliqua bona ex abundanti, vel pro faciliori exactione cenſus addita fuiſſe. Sin autem bona deſignata tot fructus ferre non poſſunt, ex quibus penſio redigi poſſit, veriſimile eſt contrahentes voluiſſe etiam rebus alijs cenſum iniicere, ideoque contractum irritum eſſe, vt docet Mareſc. *loc. cit.* qui tamen excipit, niſi venditor aſſeruerit bona deſignata eſſe capacia penſionis, quod tamen non ſufficeret ad ſuſtinendum cenſum, ſed tantùm, vt teneatur venditor ad id quod intereſt, ſecundum ea quæ ſcripſimus *qu.* 56. *num.* 11. ita tamen vt in re dubia, & in dubia coniectura voluntatis iudices procliuiores eſſe debeant ad ſuſtinendum contractũ *l. quoties & l. vbi eſt. ff de reb. dub. l. cum hic ſtatus* §. 4. *ff. de donat. int. vir. & vxor. l.* 38. §. *hi qui de verb. oblig.* & ex Mantica *in d. dec.* 302. *num*... *& ex eod. lib.* 2. *de tac. & ambig. conuent. tit.* 4. *n.* 18. † Quod certiſſimum eſſe puto, ſi contractui 51
addita ſit, vt ſolet, proteſtatio contrahentium, vt ſi quid in inſtrumento legitur, quod ſit contra formam Bullæ, id pro non ſcripto habeatur, quia hæc clauſula corrigit præcedentia, & redigit contractum ad formam conſtitutionis, vt ſenſit Rota inter collect. Farin. *par.* 1. *dec.* 285. *num.* 1. *& dec.* 95. *num.* 10. poſt tract. Cencij, & multis auctoribus, & alijs deciſionibus confirmat Cencius *par.* 1. *cap.* 1. *q.* 3. *art.* 9. nunc *qu.* 61. *num.* 2. quibus conſentiunt Barz. *in dec* 56. *n.* 34. Antõ. Monach. *in dec. Luce f.* 51. *num.* 5. & Sigiſm. Scacc. *de comm.* §. 1. *quæſt.* 7. *ampl.* 20. *num.* 32. & nos diximus *quæſt.* 68 quæ hic repetere ſuperfluum eſt, & tantùm dicam vtiliſſimum eſſe hanc clauſulam contractibus addere.

His conſequenter dicendum eſt validam eſſe impoſitio 52
nem cenſus ſuper rebus certis, & ſuis finibus deſignatis, tametſi additum ſit, *& ſuper tanta quantitate horum bonorum, quæ penſioni ſufficiant*, quia verba illa debent reduci ad ſanum, & ciuilem intellectum, vt excludatur contractus illicitus *d. l. cum ſtatus* §. *vbi autem ff. de donat. inter vir. & vxor.* Alex. *in conſ.* 191. *num.* 6. *lib.* 2. & proinde accipienda ſunt, vt ſi fortè res, ſuper qua cenſus imponitur, pro parte periret, vel ſterilis fieret, & pro parte tamen, quæ remaneret, penſioni ſufficeret, cenſus in parte remanente ſuſtineatur ſecundùm ea quæ diximus *quæſt. proxima præced. num.* 24. & in ſpecie cenſuit Rota poſt tract. Cencij *in dec.* 102. *num.* 7. *&* 8. vbi Rota ait omnem difficultatem ceſſare, quod etiam tradit Cencius *in add. d. quæſt.* 41. *num.* 11. *verſ. ſed iuxta* & Duard. *in d.* §. 1. *quæſt.* 3. *num.* 28. & præſertim ſi contractui addità ſit illa proteſtatio, de qua mox diximus, vt obſeruat Rota *in d. dec.* 102. *num.* 6.

Sanè vitioſa eſt impoſitio cenſus ſuper viginti quinque 53
iugeribus eligendis per emptorem ex maiori fundo, ſi nulla electio ſequatur, quia in hac ſpecie incertum eſt, quæ iugera cenſui ſint obnoxia *l. locus* 26. *ff. de acq.* & ex Alex. & Iaſ. *in l.* 3. §. *incertam ff. eod. tit.* & Pariſ. *in conſ.* 19. *n.* 28. *lib.* 1. & proinde cenſus eſt, & contra formam conſtitutionis D. Pij quæ rei certitudinem requirit, vt cenſuiſſe ſenatum Theſaur. filius refert *quæſt. forenſ. lib.* 3. *quæſt.* 104 *num.* 1. quod etiam placuit Rouit. *in pragm.* 1. *de cenſib. num* 22. & Merlin. *contron. forenſ. cap.* 55. *num.* 20. & videtur ſentire Rota poſt Cencium *in dec.* 98. *&* 99. Niſi ex aliquibus verbis inſtrumenti conſtet, de quibus iugeribus contrahentes ſenſerint, ſufficit enim, vt pars illa ita deſcribatur, vt ab alijs dignoſci, & ſeparari poſſit, vt rectiſſimè tradit Diuæ mem. Ludouiſ *in dec.* 98 *num.* 4. quæ inter eius deciſiones eſt *dec.* 355. ad quam hoc etiam notat Oliuer. Beltramin. *num* 6. & proinde ſi dictum eſt, ex qua parte iugera numeranda ſunt, quamuis non ſequatur numeratio, contractum validum eſſe, & ſuſtineri, quia tunc ceſſat incertitudo in euentum periculi ex Alex. *loc. cit.* & Dec. *in conſ* 178. *in fin.* vbi ait ſatis eſſe certum, ſi additum ſit verſus orientem, vel occidentem, vel à latere inferiori, & in ſpecie Rota *in d. dec.* 98.

&

& 99. & tradit Cencius *in d. q.40. n.35.* Beltram. *loc. cit.* & Fetentill. *ad Burats. in d.dec.50. num.* 29. & Duard. *in d.* §.1.
54 *quæſt.*50. *n.*30.† tametſi ſi quis vendat decem iugera amplioris agri, nec declarauit à quo latere, venditio valida eſt, & electio eſt venditoris, vt docent Neuixan. *conſ.*38. *n* 26. & Franciſc. de Caldas *lib. de empt. & vendit. cap.*22.*n.*5.& probatur *ex l. ſi ita* 25.*& l.ſi in emptione* 34.§.*ſi emptio.de contrah. empt.* illis verbis *in poteſtate eſt venditoris, quem velit dare ſicut in ſtipulationibus, & ex l.*106. *de verb. oblig.* ibi, *quem promiſſor dare voluerit.* Qua ratione etiam ſi in venditione actum ſit dolia ſexaginta emptori acceſſura, cùm eſſent centum in venditoris poteſtate, electio eſt venditoris, quæ velit præſtare *l. comprehenſum. de contr. empt.* Cardin. Mantic. *de tac.& ambig. lib* 4. *tit.*27. *num.*31. *&* 33. vbi etiam notat hac in re inter contractus bonæ fidei,& ſtricti iuris nullum diſcrimen eſſe.

55 Nec hîc etiam prætermittendum eſt, quod reſpondit Gabriel, *in d.conſ.*47. *num.*1. *lib.*2. cenſum impoſitum ſuper pluribus prædiis,& ſuper quolibet in ſolidum ea lege,vt emptor cenſus ſingulis annis poſſit eligere, ex cuius prædij fructibus velit ſibi reditum præſtari, validum eſſe, quia inquit hoc nulla lege, vel conſtitutione prohibitum eſt, nec expreſſe, quod certum eſt, neque tacitè, vt prætendebatur in ea parte conſtitutionis, vbi prohibet pacta, quæ caſus fortuitos reiiciunt in venditorem, ſiquidem ex hoc pacto minime inferri poteſt voluiſſe contrahentes,vt emptor ad caſus fortuitos non teneretur, quia electio facienda erat re integra, & initio anni, veluti interpretandum eſt ad excludendam illicitam conuentionem; & proinde caſus fortuiti in parte electa ad dominum cenſus pertinuiſſent ex Bart. *in l.*11. §.*qui maximos. num.*9. *ff.de public. & vectig.* Imò pactum hoc vtile eſſe venditori, quia ſi cenſus eſſet impoſitus, vt ex fructibus omnium prædiorum ſolueretur, integer ſoluendus fuiſſet, dummodò fructus ſufficerent: idcircò reſtrictionem iſtam, vt ſoluatur tantùm ex fructibus vnius fundi eligendi, prodeſſe venditori, qui non tenetur, niſi fructus fundi electi penſioni ſufficiant iuxta doctrinam eiuſd. Bartol. *in l. Lucius. de alim.leg. & in l.inter.* §.*Sacram. n.*6. *de verb. obligat.* Ita diſſerit Gabriel. *in d. conſ* 47. *num.*1. *&* 3. quem ſequitur Bar-
56 zius *in d. deciſ.*56. *n* 33. † Sed hoc genus cenſus improbat Virgin. de Boccat. *par.*2. *num.*137. & Vgolin. *de vſur.cap.*49. §.4. *n.*1. quia inquit Virginius, res quæ cenſui ſubiicitur, tot fructus ferre debet, qui ſufficiant ad ſoluendum cenſum: & hîc datur electio emptori quolibet anno ex cuius prædij fructibus reditum velit exigere, quod eſt contra formam conſtitutionis Pij V. quæ iubet rem certam, & vnicam ſubiici cenſui, & quæ ſit de ſui natura fructifera. Addit Vgolin. conuentionem hanc eſſe contra naturam contractus cenſus, cuius periculum ad emptorem pertinere debet. Si enim inquit cenſus ſuper duabus rebus conſtituatur,& ſit in arbitrio emptoris cenſum accipere, ex qua velit,nullum ſubiret periculum,ſi vnum ex prædiis ſuppoſitis intereat, vel reddatur infructiferum.

57 Sed hæc nihil mouere debent, ſiquidem receptum eſt cenſum rebus pluribus diſtinctis, & ſuis finibus deſignatis inſici poſſe, vt aliis auctoribus citatis diximus *n.* 27. inter quos Vgolin. *in d. cap.*49. *n.*2. vnde cùm in ſpecie Gabrielij prædia certa,& ſuis finibus deſignata eſſent,rectè reſpondit cenſum fuiſſe legitimè conſtitutum. Quod verò totus cenſus cuilibet rei impoſitus ſit, non repugnat formæ conſtitutionis, quæ licèt loquatur de re certa, locum habet in pluribus vt receptum eſt,& forma, vt dixi multis locis in prædio, & pretio poſita eſt, reliqua formam non attingunt. Neque repugnat naturæ contractus, quia etiam ſubducto pacto,cenſus pluribus prædiis impoſitus ſuper quolibet in ſolidum ſuſtinetur, quatenus illius fructus ſufficiunt. Cuius rei euidens argumentum eſt, quia vno, vel altero prædio ſublato ex his, quæ cenſui ſuppoſita ſunt, integer cenſus ſuſtinetur ſuper eo quod ſupereſt,ſi illius fructus ſufficiunt, vt cenſuit Rot. *in d.dec* 90. *n.*8 *&* 9. exemplo ſocietatis officij initæ ſuper duobus officiis, quæ ſuſtinetur, ſi alterum ex officiis vacet, dummodo officium quod remanet ſit capax totius ſummæ, vt cenſuit Rota poſt eund. Cencium *in d.dec.*91. *n.*1. vbi dicitur ita ſæpius fuiſſe iudicatum. Quod etiam cenſuit Rota poſt Cenc. *in dec.*424. *n.*10. & ipſe Cencius *in quæſt.*36. *n.*9. ex quo ceſſat, quod obiicit Vgolinus, nam etiam ceſſante pacto vna re perempta, vel infructuoſa reddita totus cenſus in alia ſuſtinetur, dummodo integræ penſioni ſufficiat ſecundùm ſententiam Rotæ *in d. dec.* 90. cui potius ſtandum eſt, & quam probarunt Mareſcott. Ricc. & alij relati *n.*44. Quare illa adiectio, vel ſuperflua eſt, quæ vitiare non ſolet *d.l.*114.*de verb. obligat.* vel continet fauorem venditoris, vt probat Gabriel. *n.*2. ex quo contractus fœnoris argui non poteſt, cùm illa vt plurimum contractum fœneratitium eſſe oſtendant,quæ ſunt appoſita in fauorem emptoris,vt multis oſtendit. Sigiſmund. Scacc. *d.*§ 1. *quæſt.*1. *num.*245. Menoch. *de præſumpt,lib.*3 *cap* 122. *n* 79 & Frideric. Matt. *de iur. cenſ. cap.*8. *n.*94. *&* 95. & à nobis, ſi benè memini, alio loco dictum eſt. Quod verò Virginius obiiciebat etiam in ſpecie,de qua reſpondit Gabriel. *in d.conſ.*47. actum fuiſſe, vt non ſufficientibus bonis deſignatis cenſus ſuper aliis bonis venditoris impoſitus eſſet, nihil mouere debet, quia cùm prædia verè capacia, & idonea ſunt, vt ſupponitur, impoſitio illa ſuper omnibus bonis facta ſub conditione, quæ concepta eſt per verba præſentis temporis perinde eſt, ac ſi adiecta non fuiſſet *l. cum ad præſens. ſi cert. pet. l.*100. *de verb. oblig.* & hîc Iaſon notat *num.*1. & in ſpecie Gabriel *loc. cit. num.*6. Denique quatenus hæc adiectio eſſet contraria conſtitutioni Pij V. non inde tamen contractus nullus eſſet, quia conſtitutio annullat huiuſmodi pacta, non autem contractum, vt in re ferè ſimili cenſuit Rota poſt Cenc. *in dec.*103.*in fi.& dec.*317. *n.*1.*&* 2. & ex his quæ diximus *quæſt.*62.

Denique quæſitum eſt ſæpius in diſceptationibus cauſa- 58
rum an validus eſſet cenſus impoſitus ſuper molendinis, & furnis alicuius oppidi ſuis finibus deſignatis, & deinde *ſopra gli altri molini, è forni che la Communita hauera, ò fabrichera per l'auenire.* id eſt, & ſuper aliis molendinis, & furnis, quæ Communitas habebit, vel eriget in poſterum. Qua formula frequenter tabelliones vtebantur ante edictum. Et videtur hæc ſpecies cenſus repugnare conſtitutioni Diui Pij. Primò quia res, cui cenſus imponitur certa eſſe debet, & ſuis finibus deſignari. Sed hic cenſus etiam rebus futuris,& incertis iniicitur, & quæ nullis finibus deſignatæ ſunt, neque deſignari poſſunt, cùm non extent. Secundò quia hac ratione reiicitur periculum in venditorem cenſus, quod repugnat naturæ huius contractus, qui cùm ſit emptio, vt ſæpius dictum eſt, æquum eſt, vt periculum rei emptæ ad emptorem pertineat *l.*1.*&* 8.*ff de peric.& comm.rei vend.l.*39.*ff.de ſolut.*& in ſpecie Rot. *in d dec.*80.*n.*1.*&* 2.

Cæterùm verius eſt cenſum validum eſſe, & ſuſtineri in molendinis, & furnis, quæ extabant tempore contractus, dummodò capacia ſint penſionis, quia quod adiectum eſt, trahi debet ad ſanum,& ciuilem ſenſum, vt excludatur contractus illicitus, & actus ſuſtineatur *l.quoties. de verb. oblig & moneor. C. ſi ſerm. export. ven.* vbi Baldus notat intellectum hominis debere eſſe benignum. Iaſ. *in conſ.*102 *n* 9.*l.*4. & Gabriel. *in d.conſ.*47.*n.*1.nimirum vt videatur ea eſſe contrahentium mens,vt ſi fortè vniuerſitas vellet alio in loco ea ædificia collocare ob commodiorem vſum ciuium,vel alia erigere relictis iis, quæ extabant tempore contractus hæc noua ædificia in locum priorum ſubrogarentur. † Quod fieri poſſe 59
multi docent,ſcilicet cenſum ex vno fundo in alium abſque vlla nouatione poſſe transferri. Ita enim cenſuit ſæpè Rota, vt conſtat *ex dec.*104. poſt tractatum Cencij, & aliis relatis à Cencio *in d. quæſt.*41. *n.*212. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*113. *n.*80. *& cap.*943. *n.*24. Beltramin. ad Ludouiſ. *in dec* 445.& ipſe Cencius *loc cit.*& Duard. *in d.*§.1.*quæſt.*12. Idque ſenſiſſe contrahentes in ſpecie, de qua quæritur, dicendum eſt, ne eſſet in facultate vniuerſitatis relictis prioribus ædificiis alia erigere paruo ſumptu, & dominum cenſus eludere, quod non licet. Atque hanc fuiſſe mentem contrahentium ex eo veriſimile eſt, quia obſeruatum eſt clauſulam hanc adhibitam fuiſſe inter emptores & vniuerſitates, quibus duntaxat ius erat habendi iſta ædificia in territorio, & cogendi ſubditos, & incolas, vt ad illa accedant ex priuilegio,vel vetuſtate temporis,quæ vim priuilegij habet: & proinde aliis ædificiis erectis,& multiplicatis non maior eſſet vtilitas vniuerſitatis, quia ciues omnes ad ea,quæ extant,accedere tenētur,vt dixi,

&

& ideò ſi fierent alia, cenſerentur facta in fraudem domini cenſus, & vt priora ædificia redderentur infructuoſa, cui fraudi vt contrahentes occurrerent, hanc cautionem adhibuerunt. Neque enim cautionibus & pactis in contractu cenſus vti, quibus obuiam eatur fraudibus, prohibitum eſſe puto. Denique his contractibus addita erat proteſtatio ampliſſimis verbis concepta, vt ſi qoid ineſſet contractui contra formam bullæ, id pro non ſcripto haberetur, & proinde illa adiectio pro non appoſita haberi debet: & cenſus ſuſtinetur ſuper furnis, & molendinis, quæ extabant, & erant idonea, & ſuis finibus expreſſa, & deſignata fuerant in inſtrumẽto cenſus, quamuis ſuper aliis non exiſtentibus ſuſtineri non poſſet ex Rot. *in d. dec.* 108. *n.* 6. Gratian. *in d. cap.* 141. *n.* 11. *& cap.* 777. *n.* 7. & alij auctores citati *n.* 51. ex quibus pro validitate contractus tandem iudicatum eſt, patrocinante D. Verano pro creditoribus: & nuper etiam ita quoque pronuntiatum eſt pro D. Senatore, & Equite Marcello Viualdo, qui cum potuiſſet eloquentiùs cauſam ſuam dicere, maluit tamen noſtra opera vti. Et ita etiam Senatus noſter cenſuit hoc anno 1644. referente D. Senatore Laſcaria.

Neque obſtant quæ initio propoſita ſunt, quia adiectio hæc inutilis eſt, & pro non appoſita habetur: & furnis, vel molendinis pereuntibus, quæ erant tempore contractus, cenſus quoque perit emptoris damno, niſi fortè dolo vel culpa vni-
60 uerſitatis ædificia illa depoſita, & tranſlata ſint. † Etenim hoc caſu conceſſum eſt domino cenſus, vel pretium repetere, & id quod intereſt: vel cogere aduerſarium, vt cenſum ſuper alio ædificio, & fundo idoneo reponat, vt tradunt Nauarr. *de vſur. n.* 118. *in fin.* Rebell. *lib.* 10. *quæſt.* 6. *n.* 18. Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap.* 8. *n.* 221. Scaccia *in d. quæſt.* 1. *num.* 178. idem Gratian. *cap.* 654. *n.* 1. & Cenius *par.* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 3. nunc *quæſt.* 101. *n.* 18. & ſenſit Duard. *in* §. 4. *q.* 2. *n.* 6. vel vt vetus ædificium reſtituat *l. ſemper.* 15. § *ergo. ff. quod vi aut clam* &
61 docet Auendan. *de cenſib. cap.* 60. *num.* 19. & nos diximus *quæſt. præcedenti. num.* 60. *&* 61. † Nam quod dicitur in in re propria culpæ pœnam non admitti, locum habet in re, in qua nemo alius ius habet, & quæ pleno iure noſtra eſt: aliud verò eſt, ſi res aliquo onere affecta, & innexa eſt fauore alterius. In ea enim poſſeſſorem verſari oportet, ſicut bonus, & diligens paterfamilias verſari debet: & de illa iudicatur, ac ſi propria illius non eſſet propter intereſſe tertij, vt ex Bart. Baldo, Cremenſi, & aliis tradit Gratian. *in d. c.* 654. *n.* 9. ex quibus dici poteſt adiectionem illam eo modo intellectam licitam eſſe, & ita aduocati Nicienſes hanc ſpeciem cenſus tuebantur: tametſi conſultius ſit his pactionibus, & cautionibus abſtinere, & in prædio quatuor illas conditiones, ſeu qualitates adhibere, de quibus mediocri diligentia dictum eſt.

QVÆSTIO LIX.

De cautionibus in pretio cenſus adhibendis.

SVMMARIA.

1 *Cenſus, qui pecunia interueniente conſtituitur, emptio eſt.*
2 *Iuſtitia pretij non eſt neceſſaria regulariter, vt emptio ſit valida.*
Pretio etiam viliſſimo res vendi, & emi poſſunt.
3 *Cenſus qui non iuſto pretio emitur, nullus, & fœneratitius eſt.*
4 *Emptor cenſus tenetur ſupplere quod deeſt iuſto pretio, & id quod intereſt ex quorundam ſententia.*
5 *Quod refellitur ex conſtitutione Pij V.*
6 *Emens cenſum minùs iuſto pretio redditus ſorti imputare debet.*
7 *Vgolini citationes quædam notatæ.*
8 *Bonacinæ, & aliorum quorundam ſententia reiecta.*
9 *Quæ tamen ante conſtitutionem Pij V. recipi potuit.*
10 *Cenſus iniuſto pretio emptus ſuſtinetur vſque ad legitimum modum ex ſententia multorum.*
In Gallia cenſus quomodo corrigantur.
11 *Formâ non ſeruatâ contractus non ſubſiſtit.*
12 *Cenſus iniuſto pretio emptus in totum nullus eſt, & fœneratitius iudicatur.*
13 *Quæ contra leges fiunt, irrita ſunt, & quatenus.*
14 *Cenſus nullus eſt, quatenus conſtitutionibus præſcriptum eſt.*
15 *Vtile per inutile quando vitietur vel non.*
16 *Cenſus iniuſto pretio emptus deficit in forma.*
Franciſci Cyriaci Senatoris doctrina quædam expenditur.
17 L. 2. C. de reſc. vend. *an locum habeat in venditione cenſus.*
18 *Cenſus realis habet præexiſtentem materiam.*
19 *Duardi rationes reiectæ.*
20 *Iuſtitia pretij redditus annui ex ratione fructuum metiri non debet.*
21 *Facultas redimendi rei pretium minuit etiam in cenſu.*
22 *Pretium iuſtum redditus annui eſt, quod legibus ſtatutum.*
Vel more regionis, & communi hominum iudicio definitum.
23 *Pretium lege conſtitutum in puncto conſiſtit, nec illud excedere licet.*
Pretium communi æſtimatione poſitum habet latitudinem, intra quam non violatur iuſtitia.
24 *Conſuetudo poteſt pretium redditibus vel vnum, vel varium intra latitudinem quandam ſtatuere.*
25 *Cenſus iuſto pretio emptus eſſe præſumitur.*
26 *Pretium certum definire cenſibus publicè vtile eſt.*
27 *Cenij contraria ſententia refertur.*
Pretia rerum ex varietate locorum, & temporum variantur.
28 *Pretium vnum cenſibus in vniuerſum conſtitui non poteſt.*
29 *Cenſus poteſt maiori pretio emi, quàm ſit lege conſtitutum.*
30 *Cenij ratio quædam reiicitur.*
Timoris vani nulla eſt æſtimatio.
31 *Pretium in ſpecie æſtimata ſolui poteſt de conſenſu partium.*
32 *Pretium cenſus non niſi in pecunia numerata ſolui poteſt.*
33 *Auendanij contraria ſententia reprehenditur.*
34 *Cenſus, in quo gemma, & alia res loco pecuniæ tradita ſunt, poſt conſtitutionem Pij V. nullus eſt.*
35 *Cenſus ex natura rei poteſt ex mercibus, & aliis ſimilibus rebus creari.*
36 *Cenſus cuius pretium partim in pecunia, partim in alia re ſoluitur, in totum corruit.*
Pretium, vt in pecunia præſtetur, eſt de forma contractus cenſus.
37 *Nomina debitorum in pretium cenſus dari non poſſunt.*
Et quàm ſapienter id prohibitum.
38 *Cenſus nullus eſt, in quo nomina debitorum loco pretij data ſunt, licet pecunia apparenter fuerit numerata.*
39 *Cedula bancaria habet vim realis numerationis in contractu cenſus.*
40 *Declaratio Cenij, & Duardi declaratur.*
Cedula bancaria, vt vim habeat realis numerationis, idonea eſſe debet.
41 *Venditor cenſus ſi diſtulit pretium à campſore accipere, eius eſt periculum.*
42 *Depoſiti periculum pertinet ad creditorem.*
43 *Cenſus in dotem conſtitui poteſt nulla interueniente pecunia.*
44 *Pretium integrum in ipſa conſtitutione cenſus numerari debet.*
45 *Cenſus in emptione fides de pretio haberi non poteſt.*
46 *Cenſus in cuius conſtitutione pretium fuit oſtenſum in ſacculo, vel lance, non autem numeratum, eſt nullus.*
47 *Depoſitum quod fit in odium alterius, non valet, niſi pecunia ſit numerata.*
48 *Rota ſententia in* dec. 436. n. 5. *poſt Cenciam in dubium reuocatur.*
Ceſſio vt valeat non eſt neceſſe, vt illius pretium in pecunia numerata ſoluatur.
49 *Pretium cenſus incontinenti ante vel poſt numerari ſufficit.*
50 *Feliciani hac de re ſententia declaratur.*
51 *Contractus in dubio non habetur pro perfecto, quando partes ad extraneos actus nondum diuerterunt.*
52 *Quod fit immediatè ante vel poſt, in ipſo actu fieri intelligitur, etiamſi pro forma exigatur.*

Digitized by Google

53. *Cenſus an valeat, in quo pars pretij tantùm numerata eſt ea lege, vt proportione pecuniæ numeratæ reditus curreret.*
54. *Venditio poteſt ſuſpendi, donec aliquid fiat, quod eſt de illius ſubſtantia.*
55. *Cenſus emptus nomine plurium validus eſt pro ea parte pretij, quæ fuit numerata.*
56. *Cenſus nullus eſt, de cuius pretij ſolutione tantùm apparet confeſſione venditoris.*
57 *Renunciatio exceptionis non numer. pec. nihil valet ad ſuſtinendum cenſum, cuius pretium numeratum non fuit.*
58. *Numeratio pretij poteſt aliunde probari quàm ex inſtrumento.*
59. *Pretium cenſus in ipſo actu conſtitutionis ab ipſo venditore recipi debet.*
60. *Emptor tenetur nummos facere venditoris.*
61. *Cenſus validus eſt, licet pretium alteri numeretur iuſſu venditoris.*
62. *Notarius qui ſcribit pecuniam fuiſſe numeratam alicui, non dicitur falſum committere, ſi alij numerata eſt illius iuſſu.*
63. *Cenſus validus eſt, cuius pretium in conſpectu venditoris fuit poſitum, & numeratum illius iuſſu.*
64. *Principes longas manus habent, & oculos multos.*
Verris ſatellites illius manus.
65. *Cenſus alienis pecunijs emptus valet.*
66. *Dummodo nummi deinde bona fide à venditore conſumpti ſint.*

HÆc quæſtio ad eos tantùm cenſus pertinet,
qui certo pretio, & pecunia intercedente
comparantur, vel alia in re loco pretij. † In
1 quibus licet vera emptio, & venditio ineatur, vt notant Dnaten. *ad tit. de vſur. cap. 1.
in fin.* & Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. 3. numero* 137.
tamen in venditionibus horum redituum non tam libera eſt
pretij conſtitutio, vt in venditionibus aliarum rerum. Nam
vt in prædio, cui cenſus imponitur, ita in pretio quo cenſus
emitur, cautiones aliquot adhibendæ ſunt ex conſtitutione
D. Pij V. quibus non ſeruatis contractus conſiſtere non poteſt,
vt qui contra legem celebratus ſit, & in forma deficiat
l. non dubium C. de leg. & nominatim à D. Pio in d. conſtitutione
ſancitum eſt, ex qua tres aut quatuor cautiones in pretio
cenſus ſeruandas eſſe exploratum eſt, vt pretium ſcilicet
iuſtum ſit: vt non niſi in pecunia numerata ſoluatur: vt in
ipſa conſtitutione cenſus præſentibus teſtibus, & notario integrum
numeretur. Denique, vt in ipſo limine contractus à
venditore recipiatur, quæ diligenter tractant Cenc. *par. 2. c.
1. q. 1. art. 3. & ſeqq. nunc qu. 46. & 47.* & Duard. *in comment.
d. conſtit. §. 2.* & præſertim *quæſt. 1. & 7. & eiuſd. §. quæſt. 21.
& 28.*

2 Prima igitur cautio eſt, vt pretium ſit iuſtum. Quamuis
enim res aliæ etiam viliſſimo pretio poſſunt comparari *l. 1.
§. vlt. ff eo quod cert. loc. l. 8. §. 1. ff. de bon. auth. iud. poſſ. d. l. 66.*
illis verbis, *vel vendat nummo vno ff. de iur dot.* & in pretio naturaliter
licitum ſit contrahentibus ſe circumuenire & decipere
l. in cauſa 16. §. idem ff. de minor. & l. 22. in fin. §. locat. &
Harmenop. *l. 13. tit. 3.* nec ſub prætextu, quod res minus iuſto
pretio vendita ſit, liceat à contractu diſcedere, & reſcindere
venditionem *l. 2. & 8. & l. 15. C. de reſcind. vend. l. 1. & 7. Cod.
Theodoſ. de contr. empt. l. 54. ff. eod.* quod iure gentium inductum
eſt, ne impediantur commercia, & incerta ſint rerum dominia.
3 † Hoc tamen receptum non eſt in emptionibus redituum,
in quibus, ſi iuſtum pretium non interuenerit contractus
conſiſtere non poteſt, vt dictum eſt. Quod licet olim
valde fuerit controuerſum, nunc tamen poſt conſtitutionem
Diui Pij exploratum eſt redituum annuum, qui non iuſto
pretio emptus ſit, nullum, & fœneratitium iudicandum
eſſe, vt conſtat ex illis conſtitutionis verbis, *niſi verè in pecunia
numerata, &c. iuſtoque pretio*, & ex eo, quod Pontifex
ſubiicit, *contractuſque ſub alia forma poſt hac celebrandos fœneratitios
iudicamus.* Ex quibus ita ſentiunt Virginius de Boccat.
lib. de cenſib. par. 1. num. 24. & Anton. Gomez *eod. tract. c.
3. num. 11.* Manent. *de contract. libell. quæſt. 1. pact. 2. num. 3.*
Cardin. Tolet. *lib. 5. cap. 47. num. 3.* Molin. *diſp. 395. num. 1.*
Mich. Salon. *diſp. de cenſib. art. 3. controu. 11. num. 2. verſ. ſimiliter
offet.* Ioan. Franciſc. Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. part. 2.
cap. 15. num. 12.* Gratian. *dec. 224. num. 1.* Felician. *de cenſ. lib.
1. cap. 9. num. 12. & cap. 1. num. 23. lib. 2.* Duard. *in d. §. 2. q.
26. num. 43.* & rurſus *quæſt. vlt. num.* 8. & Cencius *in dict.
quæſtion. 47. numero 1. & 2.* vbi ait id ſatis clarè Pium V.
expreſſiſſe.

Proinde non placet, quod quidam docent emptionē cenſus, 4
qui minùs iuſto pretio emptus eſt, iniuſtam quidem eſſe,
ſed non vſurariam, & ideo teneri emptorem ad ſupplendum
id quod deeſt iuſto pretio, & id omne quod venditoris intereſt,
conſiſtente interim contractu, vt tradit Vgol. *de vſur.
cap. 51. num. 5.* qui pro hac ſententia refert Didacum Couarruuiam
variar. lib. 3. cap. 9. num. 6. Nauar. *in comment. de vſur.
num. 78.* Boninſign. *de cenſib. cap. 5. num. 4.* Virgin. de Boccat.
par. 2. num. 50. & alios. Quod probabile exiſtimat Salas *de
cenſ. dub. 23. num. 3. & 4.* & nouiſſimè ſecutus eſt Ioann. Bapt.
Scortia *ad ſelect. conſtitut. Pontific. theorem. 261. in fin.* † quia 5
cùm poſt conſtitutionem Diui Pij de forma huius contractus
ſit, vt iuſto pretio conſtituatur, vt indicant apertiſſimè
verba illa conſtitutionis, quæ modo prolata ſunt, conſequens
eſt emptorem non ſatisfacere ſupplendo, quod pretio
deeſt, & refundendo, ſi quid venditoris intereſt. Id enim
in venditionibus aliarum rerum recipi poteſt, quæ ſi non
iuſto pretio fiunt, non idcirco irritæ ſunt, nec fœneratitiæ
cenſeri debent, vt proximè dictum eſt *ex l. 2. & 8. C. de reſcind.
vendit.* Neque tenetur emptor fructus reſtituere, quod
ex re ſua, bona fide percepit: ſed ex obligatione iuſtitiæ
ſupplere duntaxat quod deeſt iuſto pretio, & ſi quid venditoris
intereſt, vt tradunt Ioann. de Medin. *quæſt. vltim. de
vſur.* Molin. *diſp. 375. num. 10.* Leſſ. *cap. 72. num. 107.* Felician.
in d. cap. 9. num. 12. verſ. quapropter cum iuſtitia & notat Salas
loc. cit. At in cenſu poſt conſtitutionem Diui Pij non licet
contrahentibus ſe in pretio decipere, ſed iuſtum pretium
interuenire debet: alioqui emptio cenſus irrita eſt, & decurrit
in mutuum, vt dictum eſt. † Quamobrem alia regula nos 6
hîc vti neceſſe eſt, nimirum ea qua vtimur in contractibus
fœneratitijs corrigendis, in quibus generale eſt, vt ſors
quidem ſalua maneat creditori *l. 20. & 29. ff. de vſur.* teneatur
tamen imputare fructus in ſortem, & quidquid hoc
nomine illi ſolutum eſt *cap. illo vos de pign. & cap. 1. & 2. de
vſur.* & tradit Petrus Gregor. *partit. iur. canon. lib. 3. tit. 5.
cap. 4.* Cencius *quæſt. 88. num. 4. & 5.* vbi ait imputationem
hanc fieri ipſo iure, & Rota poſt Cencium *in dec. 119. n. 3.*
& nos alibi diximus. Quod ſaltem in foro admittunt Nauarr.
Boninſign. & Zecch. *loc. cit.* & videtur admittere Salas,
dum ait emptorem propter Bullam Pij V. pœnis vſurariorum
ſubiiciendum eſſe. † Sanè Vgolinus perperam pro ſua ſen- 7
tentia adducit Virginium. Hic enim nobiſcum ſentit, &
Nauarrum eadem ratione refellit, & claris verbis ait ſibi videri
huiuſmodi contractum vſurarium eſſe, & factum contra
formam conſtitutionis Pij V. Et puto etiam Didacum Couarruuiam,
quem etiam pro ſua ſententia Vgolinus refert, ante
conſtitutionem Diui Pij de cenſibus ſcripſiſſe, cuius nuſquam
mentionem fecit: ita vt nihil prorſus in eius auctoritate
nunc conſtituendum ſit, vel ipſo Vgolino teſte, qui *eod.
lib. c. 49. §. 3. n. 3.* ſcripſit illum Bullam Pij V. fortaſſe non vidiſſe.
Quod etiam ſuſpicatus eſt Theſaur. iun. *l. 1. q. 32. num.*
28. vbi aſſerit tempore Didaci nondum editam fuiſſe conſtitutionem
Pij V. tempore ſcilicet quo ſcripſit. Nam per aliquot
annos illi ſuperſtes fuit, vt memini me legere apud
Gonzal. de Auil. *lib. 4. de antiquitate, ſeu magnitudine vrbis
Madriti* Hiſpanica lingua, in quo Didaci Epitaphium legitur,
& dies, quo vir præſtantiſſimus vita & laboribus functus
eſt, ſcilicet Kalend. Octobris anno 1577.

Ex his etiam conſequens eſt omnino reiiciendum eſſe, 8
quod quidam docent eum, qui cenſum iniuſto pretio emit,
dominum eſſe totius cenſus, & proinde poſſe integras penſiones
exigere, quamuis teneatur defectum pretij ſupplere, &
id quod venditoris intereſt, vt Leſſius, & alij apud Bonacin.
diſp. 3. q. 4. punct. 1. n. 22. quia cùm contractus nullus, & fœneratitius
cenſeatur, vt dictū eſt, verius eſt nullū dominium
acquiri emptori, ſed tantùm ius repetendi pecuniā quam dedit,
deductis penſionibus, ſi quæ exactæ ſunt perinde ac ſi

pecuniam

Digitized by Google

pecuniam mutuam dediſſet. Neque ferendum eſt, quod Bonacina ait *loc. cit.* ſummum Pontificem non irritare contractum cenſus emptum iuſto pretio, ſed tantùm ſi celebretur non numeratâ pecuniâ coram notario, & teſtibus, ſiquidem certum eſt Diuum Pium eodem loco irritum, & fœneratitium etiam decernere cenſum, qui non iuſto pretio conſtitutus eſt, vt ex verbis conſtitutionis apparet.

Sanè ſubducta conſtitutione Diui Pij vera eſt Didaci, Vgolini, & Bonacinæ ſententia, quia cùm ante Pij V. ſanctionem nulla lex eſſet, quæ contractus cenſus minus iuſto pretio initos fœneratitios decerneret, in illis ob modicitatem, & inæquitatē pretij tantùm iniquitas erat, & iniuſtitia, contra præcepta iuſtitiæ commutatiuæ, quæ æqualitatē in commerciis hominum deſiderat, vt docet Ariſtot. *Ethic. cap. 5. lib. 1. & Politic. lib. 1. cap. 6.* nec ſecundùm rationem iuris ex hoc tantùm fœnus contractum eſſe videri poterat. Nec enim aliarum rerum emptiones ob ſolam pretij inæqualitatē fœneratitiæ cenſentur, ſed alijs coniecturis opus eſt, vt docet Crauet. *conſ. 145. num. 10.* Petr. Greg. *de vſur. lib. 3. cap. 16. num. 4.* Mareſc. *var. reſolut. lib. 2. cap. 133. num. 1.* & nos diximus *quæſt. 9. num. 9.* & ſubindicat *l. 2. C. de reſcind. vendit.* Quòd verò cenſus, niſi iuſto pretio creatus, ſit fœneratitius cenſeatur, id conſtitutione D. Pij ſancitum eſt, poſtquam Didaci, & aliorum definitio locum habere non poteſt.

10 His conſequenter dicendum eſt, cenſum iniuſto pretio emptum non ſuſtineri vſque ad legitimum modum, & pro quātitate pecuniæ numeratæ. Sanè ſcriptorum maxima pars ſenſit contractum huiuſmodi non corruere omninò, ſed corrigēdum duntaxat, & reiiciendum id quod excedit legitimum modum *ex l. placuit & l. pecuniā ff. de vſur. & l. ſi pro mutua C. ſi cert. pet.* quibus in locis ſcribitur, *quòd illicitè adiectum eſt, pro non adiecto haberi, & quod licitum eſt peti poſſe, & arg. l. 3. in fin. & l. ſeq. ff. mandat. & l. ſancimus §. ſi quid autem C. de don.* ex qua conſtat, ſi quid ſupra legitimam quantitatē donatum ſit, hoc quod ſuperfluum eſt, tantummodo non valere: quod verò intra legis terminos conſtitutum eſt, in ſuo robore perdurare. Ex quibus ita ſentiunt Germani ſcriptores vt Gail. *obſ. 7. n. 15. lib. 2.* Binsfeld. *in d. c. in ciuitate quæſt. 14. concluſ. 6.* qui teſtantur ita in iudiciis Spiræ obſeruari: & Frid. Martin. *de iur. cenſ. cap. 5. n. 25.* In hanc quoque ſententiam itum eſt ab iis, qui D. Nicolai V. conſtitutionem, & pragmaticam Regis Alphonſi *de cenſib.* interpretati ſunt, vt Petr. de Gregor. *quæſt. 7. num. 4.* Maſtrill. *in add. ad eand. num. 21. & 22. & dec. 94. n. 13.* & alij quos recenſet Marcell. Conuerſan. ad Intrigliol. *q. 45. in fine*, & quod miror, Cytiac. *controuerſ. 345. n. 38. & 41.* & inter Hiſpanos idem ſentire Couarruuias, Sot. Medin. & alios quoſdam ſcribit Felician. *lib. 1. cap. 9. num. 12.* vbi tandem fatetur hanc eſſe communem & receptam vſu ſententiam, tameſi aliud ipſe ſentiat, & contendat acerrimè contractum cenſus minus iuſto pretio conſtituti apertā vſuram continere. Sed communem opinionem ſecutus eſt Salas *lib. de cenſib. dub. 23. num. 4.* & Auendan. *cap. 26. numero 14.* eamque tribuit Olano *in antinom.* & Gutiet. *pract. q. pa. 2. q. 176. n. 6.* apud Gallos verò diù ſeruatum eſt vt emptio annui reditus redimibilis ad rationem vnius pro duodecim toleraretur: ſi verò fieret ad rationem vnius pro decem, vel vndecim reduceretur ad rationem vnius pro quindecim: ſin autem conſtitutus fuiſſet ad rationem vnius pro octo, vel nouem, minorique pretio, quàm decem, contractus omnino illicitus, & vſurarius haberetur, & penſiones perceptæ minuerent ſortem, vt refert Tiraquell. *de retract. l. 1. §. 1. gloſſ. 6. num. 19.* qui refert ita Senatum Pariſienſem cenſuiſſe. Quod Senatusconſultum valde probat Roderic. *de ann. redit. lib. 1. quæſt. 7 n. 8.* vbi ait illius Senatus ſententiam præbere exemplum aliis iudicibus, quod ſequantur, & vbique ſeruandam eſſe. Nec enim inquit ratio claudiitur loco. Id ipſum refert Salas *loc. cit. num. 2.* tametſi Galli nunc alio iure vtantur, nimirum edicto Magni Henrici IV. qui reditus annuos pecunia emptos redegit ad rationem vnius pro ſexdecim, & vt loquuntur *au denier ſeize*, vt refert Philib. Bugnon. *de legib. abrog. lib 6. cap. 68*

Cæterùm nunc poſt conſtitutionem D. Pij, & vbi recepta eſt, qua ſcilicet ſancitum eſt, vt non niſi iuſto pretio cenſus conſtitui poſſit, verius eſt totum contractum nullū, & fœneratitium cenſendū eſſe, ſi non iuſto pretio ineatur, nimirum ob non ſeruatā formam Pontificiæ conſtitutionis. Hoc enim perpetuum, & abſolutum eſt, vt non ſeruata forma actus non conſiſtat *ex l. 1. C. de præd. curial.* illis verbis, *infirma enim erit venditio, ſi hæc fuerit forma neglecta*: & ſine ſua forma neque res eſſe, neque intelligi poteſt *l. ſi is qui. § quædam legata ff. ad l. Falcid.* & aliis citatis tradit Gallerat. *de renunt. cent. 1. cap. 10 num. 1. & 7.* & in ſpecie Intrigliol. *de cenſib. queſt. 45. num. 21.* & fatetur ipſe Auendan. *in d. cap. 26. num. 56.* † Proinde veriſſimum puto emptionem cenſus iniuſto pretio factam, vbi Bulla Pij V. recepta eſt, nullo modo conſiſtere poſſe, ſed omnino corruere, & inter fœneratitios contractus cenſendam eſſe. Id enim manifeſtè probant verba illa conſtitutionis, quæ iterum ſubiiciam, *contractuſque ſub alia forma, poſthac celebrandos fœneratitios iudicamus*, & in terminis huius conſtitutionis rectè ſentiunt Anton. Gomez *in d. cap. 3. num. 11.* Eman. Rodrig. *de cenſib. concl. 3 dub. 4.* Szlou. *ead. diſp. de cenſib. art. 3. contr. 11. num. 2. verſ. ſimiliter eſſet.* Virgin. de Boccar. *eod. lib. par. 2. num. 50.* Sarnient *ſelect. interp. lib. 7. cap. 1. num. 4.* Intrigliol. *in d. quæſt. 45. num. 21.* qui licet loquatur in terminis conſtitutionis Nicolai V. vtitur tamen ratione, quæ rei noſtræ maximè congruit, quia inquit vbicumque reſpectu formæ actus eſt indiuiduus, & inſeparabilis, licet ſit diuiduus reſpectu eſſentiæ, ſemper vtile per inutile vitiatur. Ita etiam rectè docent Cencius *in d. qu. 47. in princ. & num. 23.* & Duard. *in dicta quæſt. 26. num. 43.* & rurſus *qu 28 num. 8.* 11

13 Neque nos terrere debet auctoritas tot ſcriptorum in contrariam opinionem conſentientium, quia vel ante conſtitutionem D. Pij ſcripſerunt, vel iis in locis, in quibus recepta non fuit, vt Gregor. Maſtrill. & alij auctores Siculi, & Hiſpani quidam apud Felic. *loc. cit.* & Gaill. & alii ſcriptores Germani nituntur potiſſimum ex conſtitutionibus Imperatorum Caroli V. & Rudolphi II. quibus, vt ipſi aſſerunt, contractus iniuſtis duntaxat declaratur, quoad exceſſum penſionis, vnde Friderie. Martin. *d. cap. 5. num. 28. & 29* reſpondens *d. l. non dub. C. de legib.* fatetur contractum contra leges celebratum irritum eſſe, niſi lex ipſa vlterius progrediatur, & declaret quatenus id quod in fraudem legis factum eſt, reuocari, & corrigi debeat. Et proinde quia Imperatoriæ conſtitutiones exceſſum duntaxat corrigunt, & pro non adiecto habeant, contractum verò ipſum irritum, & nullum non pronunciant, ait ceſſare argumentum *ex d. l. non dubium* aliud ſanè dicturus, ſi conſtitutiones Imperatorum totum contractum fœneratitium eſſe decernerent. Quamobrem cùm conſtitutio D. Pii contractum ipſum fœneratitium declaret, dicendum eſt totum contractum fœneratitium iudicandum eſſe, & quidquid ſub nomine penſionis exigitur, vſuram cenſeri, & minuere ſortem, vt in aliis vſurariis contractibus receptum eſt *d. c. 1. & 2. de vſur.* † Quod vt meliùs explicem obſeruandum eſt leges interdum actum aliquem prohibere ſimpliciter, vel adiecta actus nullitate: & hoc caſu nullum, & irritum eſſe, quod geritur *d. l. non dubium*, quæ ſuſtulit diſcrimen inter leges perfectas, & imperfectas, vt notat Cuiac. *in obſer. lib. 19. cap. 30.* interdum verò prohibere aliquid fieri, & præterea conſtituere, quatenus id quod contra leges factum eſt ſuſtineri, aut corrigi debeat: & hoc caſu actum omnino nullum eſſe, ſed ſuſtineri, quatenus lex definit id quod factum eſt, valere. Ita docens *in d. l. non dub.* Bart. Bald. Fulgoſ. Caſtrenſ. & præſertim Iaſ. *num. 19.* & Donell. *lib. 6. de iur. ciuil. cap. 13.* Paul. Comit. *reſponſ lib. 3. quæſt. 4. num 4.* & Martin. *in d. cap. 5. num. 19.* & ſentiunt Medin. Sot. Palat. & Salon apud Salas *loc. citat. numero 1. circa fin.* dum docent in primis perſpiciendum eſſe, an ſit lex circa cenſum iniuſto pretio emptum aliquid conſtituens, & iuxta eam de validitate, vel nullitate contractus eſſe iudicandum, & in ſpecie Duard. *loc. citat. numero 34.* & probari poteſt *ex d. l. ſancimus Cod. de donation. & de l. placuit. & l. pecunia ff. de vſur.* Sed conſtitutio Diui Pii, quæ huic contractui formam dedit, id non tantùm, quod excedit legitimum modum, detrahendum eſſe conſtituit, ſed contractum ipſum fœneratitium eſſe pronunciat: & proinde non poſſunt, neque debent leges illæ, & alia ſimilia iura ad hanc ſpeciem referri, niſi fortaſſe vbi conſtitutio illa 14

Digitized by Google

non ſeruatur, vel vbi aliter legibus Principum conſtitutum eſt, vt in Germania.

15 Neque enim noſtræ ſententiæ obſtat, quod *ex d. ll. & ex l. 1. §. Sed ſi mihi, de verb. oblig.* quidam deducunt in contractibus vtile per inutile non vitiari, quia hæc regula vim tantum obtinet in his, quæ diuidi, & ſeparari poſſunt, in his vero quæ indiuidua ſunt, officium ſuum perdit, & actus in totum corruit *gloſ. in d. l. pecuniæ. de vſur.* Duaren. *in d. §. ſed ſi mihi* & Alciat. *eod. loc. num.* 4. Nart. *in conſ.* 498. *n.* 1. & ipſe Auendan. *in d. cap.* 26. *num.* 30. Sed in hac ſpecie vitium eſt in forma, quæ indiuidua eſt, vt tradunt Alciat. *loc. cit.* Hering. *de fideiuſſ. cap.* 11. *n.* 23. Mattheac. *de via, & ratione iur. cap.* 12. *num.* 19. *lib.* 2. Surd. *in conſ.* 282. *n.* 8. *lib.* 2. & Intrigliol. *in d. quæſt.* 45. *in fin.* Paul. Bellon. *de poteſt. cor. &c. lib.* 2. *cap.* 68. *num.* 1. & Cencius *par.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 6. *num.* 16. & 17. nunc *quæſt* 49. & proinde hic vtile per inutile

16 vitiatur. † Et fruſtra Auendan. *loc. cit.* contendit vitium hoc non eſſe in forma, ſed in materia ex eo ſcilicet quod contractus formam emptionis, & venditionis habeat, quia Pius V. diuæ memoriæ Pontifex ſanxit cenſum nullo modo conſtitui poſſe, niſi integro, iuſtóque pretio recepto, quæ ſunt verba Pontificis præſcribentis formam ex Bart. *in l. vlt. C. de vendend. reb. ciuit.* Iaſ. *in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. num.* 24. *ff. ſi quis caut.* Ozaſc. *dec.* 165. *n.* 13. & alij quos refert Gallerat. *de renunt.* 20. *n.* 13. *verſ. pro forma id quoque tradi*: & in ſpecie Surd. *in d. conſ.* 282. *num.* 6. & Cencius *in d. artic.* 6. *num.* 11.

Denique nihil mouere debet ratio Cyriaci *in d. contr.* 547. *n.* 40. quod ſcilicet non ſit de forma cenſus, vt in maiori, vel minori quantitate conſtituatur, quia ſatis eſt, vt de illius forma ſit, vt non niſi recepto integro, iuſtóque pretio conſtitui poſſit, quod non ſeruari in ſpecie, de qua agitur perſpicuum eſt, in qua ſcilicet partes voluerunt in maiori quantitate cenſum contrahere, & pars tantùm pretij ab emptore numerata fuit. Proinde cùm vitium hoc ſit circa formam, conſequens eſt totum contractum irritum eſſe. Alioqui fruſtra D. Pius conſtituit cenſus, qui non iſto pretio creati ſunt fœneratitios iudicandos eſſe: ſiquidem auari emptores cenſus iniuſto pretio emerent ſcientes ſaltem pro modo numeratæ pecuniæ valituros. Potuit quidem emptor minorem reditum emere, & concurrentem cum pecunia, quam dedit: ſed quia voluit maiorem acquirere, & iuſtum pretium non numerauit contra formam & in fraudem dictæ conſtitutionis; perſpicuum eſt hoc nouo iure totum contractum improbandum eſſe. Neque illius ſententiam iuuat Maſtrill. *in d. dec.* 94. *n.* 13. quia non loquitur in terminis huius conſtitutionis, quæ in Sicilia recepta non fuit, vt dix : vt malè etiam Duardi auctoritate vtitur *in d. quæſt.* 26. *n.* 14. quia infra ſe declarat *n.* 43. vbi docet cenſum, qui non iuſto pretio emitur, ex forma d. conſtitutionis omnino irritum eſſe: quod etiam ſcribit *eod. §.* 1. *quæſt.* 28. *n.* 8. tametſi vtrobique ſentiat in foro conſcientiæ pro modo pecuniæ numeratæ ſuſtineri, quod nunc non attingo. Ex quibus etiam conſtat admittẽdum non eſſe, quod idem Cyriacus *in fin de contr.* 547. ait diuerſum eſſe, ſi pretium cenſus partim in pecunia partim in alia re ſoluatur: vel ſi pretium in minori quantitate numeretur, quia vtroque caſu vitium eſt in forma: & proinde vt cenſus nullus eſt, cuius pretium partim in pecunia, partim in alia re ſolutum fuit, neque ſuſtinetur pro modo numeratæ pecuniæ, vt admittit Cyriac. *eod. loc. n.* 5. & nos diximus infra *n.* 36. id etiam admittere debuit, cum non integrum pretium numeratum eſt, imo multo magis, quia hîc maior captio eſt in perniciem venditoris. Plus enim conſequitur venditor, qui iuſtum pretium partim in pecunia, partim in alia re habuit, quàm qui partem tantùm in pecunia accepit, & præterea nihil.

Et his etiam perſpicuum eſt malè ab hac noſtra ſententia D. Merendam diſceſſiſſe *lib.* 17. *cap.* 48. *n.* 12: & immeritò *n.* 17. illam falſiſſimam dicere, poſito enim iuſtitiam pretij nunc poſt conſtitutionem Diui Pij eſſe de forma contractus, planè ſequitur cenſum iniuſto pretio emptum, conſiſtere non poſſe. Quod fundamentum valde miror virum doctiſſimum non perpendiſſe. Nihil verò mouere debet, quod obſeruat ſummos Pontifices reditus ad rationem decem, vel vndecim pro centenis ſingulis conſtitutos moderari in futurum, quia hoc accipiendum eſt vel de cenſibus antiquis, & ante conſtitutionem creatis: vel de cenſibus qui poſt illam iuſto quidem pretio tempore contractus empti fuerant, ſed deinde labentibus annis ob inuectam pecuniæ copiam grauiores eſſe videbantur, vt in tota Europa ferè contigit. Quos proinde ad modum iuſtæ præſtationis in futurum redigendos eſſe æquum videri poteſt ex Narta, & aliis apud Larream *alleg.* 3. *num.* 33. non autem id accipiendum eſt de cenſibus poſt ſanctionem D. Pij V. iniuſto pretio conſtitutis iis in locis, vbi illa recepta eſt. Hos enim vſurarios apertiſſimè declarat, vt dictum eſt, & inter cæteros docent Boccarius, & auctor *Theſauri for. Eccleſ.* quos perperam Merenda adfert pro ſua ſententia. Nam licet referant ſolere Pontifices cenſus pro futuro tempore moderari, clare tamen ſcribunt cenſus iniuſto pretio emptos ex forma d. conſtitutionis fœneratitios cenſeri. Marcheſanus etiam, qui id ipſum refert *loco* à Merenda *citato*, loquitur de cenſibus ad rationem octo vel decem conſtitutis, & conſequenter emptis iuſto pretio vel ipſo Merenda teſte *eod. loc. n.* 2. & 4. Hos igitur cenſus, quia reſpectu eorum, qui in prouincia frequentantur, grauiores videri cœperant, Pontifices moderari ſolent in futurum, vt etiam cenſus fructuarios ad certum pecuniæ reditum, veluti ſeptem vel octo pro centenario reducere, vt refert idem Marcheſ. *num.* 477. quia vt inquit propter incertum valorem fructuum reditus interdum excedit ſeptem, & octò annua. Hîc verò quæritur de cenſibus iniuſto pretio emptis, quos conſtitutio Diui Pij V. fœneratitios eſſe declarat, vt dixi, & docent auctores relati *n.* 3. & 12. quibus conſentit Mancin. *diſſer.* 13. *cap. vlt. n.* 7. & rurſus Duard. *de ſociet. lib.* 2. *cap.* 6. §. 2. *quæſt.* 5. *n.* 4. & conſentire videtur Marcheſ. *de comm. appell. in cauſ. oblig. camer. par.* 1. §. 2. *n.* 56. dum ſubiicit contrahentem contra formam conſtitutionis pœna, & nullitate dignum eſſe: apertiſſimè verò Salon. *loc. cit.* his verbis. *Similiter*, inquit, *eſſet iudicandum de cenſibus deficientibus à iuſto pretio, vbi conſtitutio illa Pij V. obſeruatur, cùm illa apertè definiat cenſus aliter, quàm illis conditionibus conſtitutos fœneratitios eſſe, & vſurarios, vna autem ex præcipuis conditionibus ſit, vt iuſto pretio emantur.*

Ex his etiam prorſus ceſſat celebris illa quæſtio, qua vix ſe Theologi explicant apud Salas *d. dub.* 23. an in emptionibus redituum locum habeat remedium *l.* 2. *C. de reſc. vend.* 17
quia cùm ex ſanctione Diui Pij cenſus fœneratitius cenſendus ſit, ſi minus iuſto pretio conſtituatur, certum eſt huic remedio locum non eſſe, quod receptum eſt ad contractus fœneratitios non pertinere, vt docuit Bald. *in tit. C. de vſur. in fin.* Couarr. *variar. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 2. Felician. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 15. & Roderic. *quæſt.* 11. *n.* 34. *lib.* 1. & *quæſt.* 3. *n.* 27. *lib.* 2. & proinde non ad normam *d. l.* 2. contractus corrigendus eſt ſed eo modo, quo reliqui fœneratitij contractus corriguntur, ſcilicet imputando ſorti, quicquid nomine reditus exactum eſt, vt in aliis fœneratitiis contractibus receptum eſt ſubducta tamen conſtitutione Pontificia Cuiac. *in d. l.* 2. putat in emptione redituum huic remedio locum eſſe, quia, inquit, vera eſt emptio. Sanè auctores plurimi aliud ſentiunt apud Salas *loc. cit.* & Roderic. *in d. q.* 11. & nouiſſimè Duard. *in d. §.* 2. *q.* 27. ſed Cuiacij auctoritas in iis quæ pertinent ad ius ciuile, magnificienda eſt. Et cùm emptio cenſus vera, & propria ſit emptio, & hoc genus contractus ad rerum commutationem etiam pertineat, vt dicit Felician. *loc. cit.* conſequens eſt inſpecta ratione iuris ciuilis etiam in venditione cenſus huic remedio locum eſſe, niſi in iis caſibus, in quibus etiam in venditionibus aliarum rerum ceſſat, quos quidam recenſent *in d. l.* 2. & Gabriel. *concl.* 1. *tit. de empt. & vend.* & cùm venditio reditus vſuraria eſſe deprehenditur, vel ex coniecturis, vel ex lege, vt ex forma conſtitutionis Diui Pij V, ſi fortè non recepto integro iuſtoque pretio contrahatur.

Neque valde mouet, quod Duardus ait *in d. quæſt.* 27. *n.* 4. & 13. venditiones aliarum rerum habere præexiſtentem materiam quam non habet venditio cenſus, ſed ſolùm datiuam à lege, vt ante illum ſcripſit Sarmient. *ſelectar. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 40. *verſ. & vt clarius*, & Felician. *de cenſib. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 12. vbi hanc egregiam rationem vocat. Primo quia non minùs habet præexiſtentem materiam cenſus venditio, quàm habeant aliarum rerum venditiones, vt docet ipſe

Duard.

Duard. *in proœm. quæſt.* 28. *num.* 20. & probatur manifeſta ratione, quia vt venditio domus conſiſtere non poteſt, niſi exiſtat domus quæ venit *l. 8. & l. domum, in princ. de contr. empt.* ita nec venditio cenſus ſuper eadem domo conſiſtere poteſt, niſi ſit ius percipiendi reditum, quod venditor in alium transferre poſſit, vt docet Frider. Martin. *de iur. cenſ. cap. 4. num. 1. & 2.* proinde vt in venditione domus locus eſt remedio *d. l. 2. Cod. de reſcind. vend.* ita etiam in venditione cenſus ſuper eadem domo inſpecta ratione iuris locus erit dictæ conſtitutioni. Secundò quid eſt hoc habere materiam datiuam à lege? Quod ſi dicat cum Sarmiento *loc. cit.* neque enim Duard. & Felician. id explicant, eſſe, quia in ipſo contractu cenſus producitur materia ipſius reditus, dicam non ideo minus locum eſſe dictæ conſtitutioni, quia nihilominus vera eſt emptio, vt docet Couarr. *variar. lib. 3. cap. 7. numer. 3.* Molin. *diſput. 385. numer. 9.* & aliis citatis diximus *quæſt. 43. n. 39.* & docet ipſe Duard. *in proœm. quæſt. 28. num. 14. & 18. & num. 33.* vbi ait hanc concluſionem communem eſſe, & proinde iiſdem regulis contineri debet, quibus aliarum rerum venditiones regi ſolent. Alioqui dicendum eſt, ſi vendatur ſeruitus eundi, vel paſcendi in aliquo prædio, vel ſi vendatur vſusfructus agri, vel domus, quia in ipſo contractu ius iſtud ſiue eundi, ſiue paſcendi conſtituitur, vt conſtat *ex l. neceſſario, ff. de peric. & commun. rei vendit. l. 5. ff. de ſeruit.* non eſſe locum dictæ conſtitutioni, ſi fortè læſio vltra dimidium iuſti pretij interueniat, quod nemo dixerit.

19 Neque maioris ponderis eſt, quod ſubiicit Duard. *eod. loc.* deficientibus conditionibus à lege impoſitis deficere materiam cenſus, & proinde cùm iuſtitia pretij ſit vna ex conditionibus à lege præſcriptis & quidem cæteris præſtantior, ea deficiente deficere contractum, ita vt ſi nullum pretium ſoluatur, contractus in totum ſit nullus, ſi verò pars tantùm ſoluta non ſit, pro ea tantùm parte contractus ſit irritus, quia vtile per inutile non vitiatur. Etenim reſpondeo nullam eſſe legem, quæ iuſtitiam pretij magis præſcribat in venditionibus redituum, quàm aliarum rerum: imò ex iure communi, & gentium contrahentibus licet ſe in pretio decipere, vt generaliter conſtitutum eſt *in d. l. 16. §. idem Pompon. ff. de minor. l. item, 22. in fin. ff. loc.* & tradit Card. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 20. n. 1. & n. 23.* vbi ait id iure canonico etiam permiſſum eſſe. Et proinde verius eſt in terminis iuris communis, & ex natura contractus etiam in diſtractione redituum fas eſſe contrahentibus ſe in pretio decipere, & ſi fortè læſio vltra dimidium iuſti pretij inciderit, locum eſſe dictæ conſtitutioni ſecundùm Cuiacij ſententiam, tametſi aliud ſit in terminis conſtitutionis D. Pij. Cuius rei ratio eſt, quia ex iure ciuili iuſtum pretium non eſt de ſubſtantia emptionis, vt docet idem Mantic. *loc. cit.* & conſtat *ex l. 66. de iur. dot.* & aliis: nunc verò poſt conſtitutionem D. Pij iuſtitia pretij eſt de forma venditionis cenſus, qua non ſeruatâ, fœneratitius cenſeri debet, vt dictum eſt.

20 Nunc opportunè quæritur, quodnam ſit iuſtum pretium cenſus. Et in primis eorum ſententia reiicienda eſt, qui putant iuſtum reditus annui pretium eſſe, quod concurrit cum fructibus, qui ex re percipiuntur, vt ſi deductis ſumptibus ex fundo cenſui obnoxio proueniunt fructus ad rationem quinque pro centenario, cenſus ad eandem rationem conſtituendus ſit, nec excedere licet, vt ſentit Menoch. *in conſ. 445. num. 11.* & alij quidam. Etenim contraria ſententia verior eſt, & vſu recepta, eámque ſequuntur Ioan. de Medin. *de reb. per vſur. acquir. quæſt. 12.* Cardin. Tolet. *Inſtruct. Sacerd. lib. 5. cap. 43. in fin.* Rebell. *de obligat. iuſtit. lib. 10. quæſt. 5. num. 1.* Felician. *de cenſib. lib. 2. cap. 1. num. 16. verſ. ſed hac ſententia.* Fachin. *controuerſ. lib. 2. cap. 43. verſic. conſtat præterea.* Grimaud. *de vſur. & contract. pignerat. lib. 1. cap. 13. num. 1. & 5.* Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. 5. num. 7.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 545. num. 17. & 18.* & Cencius *part. 2. cap. 1. quæſt. 1. art. 4. n. 11.* nunc *quæſt. 45.* Quæ ſententia probatur primò, quia minus eſt acquirere reditum annuum, quàm rem, & dominium rei. Nam qui reditum emit, neque dominus fit, neque poſſeſſor fundi, ſuper quo cenſus imponitur, qui verò rem emit, eius dominium, & poſſeſſionem naneiſcitur, cuius multa eſſe commoda compertum eſt: cùm ergo plus valeat habere reditum cum dominio, & poſſeſſione rei, quàm æqualem ex rei fructibus reditum ſine eius poſſeſſione, & dominio, conſequens eſt maius debere eſſe pretium rei, quàm reditus, & proinde reditum annuum rationem fructuum excedere poſſe. † Alte- 21
ra ratio eſt, quia venditiones aliarum rerum, vt plurimùm perpetuæ ſunt, cenſibus verò de quibus agitur, & qui in hac regione frequentantur, vbi conſtitutio Pij V. recepta eſt, in eſt facultas quandocunque redimendi eodem pretio ex parte venditoris, quam rei valorem minuere receptum eſt. Hoc enim eſt veluti in partem pretij *l. ſi ſterilis, § ſi tibi, ff. de act. empt. l. fundi, ff. de contrah. emption. l. ſi venditor. in fin. ff. de ſeru. export.* & in ſpecie notant Bonius *in tract. de conſib. art. 81. num. 114.* Couarr. *variar. lib. 3. cap. 10.* Paul Comit. *reſponſ. moral. lib. 5. quæſt. 28. n. 8.* Scacc. *de comm. §. 1. quæſt. 7. ampl. 8. n. 37.* Bonacin. *de contract. diſp. 3. quæſt. 4. n. 7.* Moiſeſ. *tract. 12. c. 6. n. 78.* & idem Cenc. *loc. cit. n. 13.* Quamobrem ſi exempli gratia quinque pro ſingulis centenis valoris rei ex ea percipiantur, iuſta tamen poteſt eſſe conſtitutio reditus ſuper eodem fundo, quia ſex vel ſeptem annua emptori præſtari conuenit. Et hanc ſententiam vſu receptam iidem auctores referunt, & præſertim Gratian. & Cenc. *loc. cit.* & Fachin. *in d. c. 43. in fin.* qui propterea ſcribit ex teſtibus fide dignis accepiſſe à ſummo Pontifice Gregorio XIII. iuri, & æquitati conſentaneam iudicatam fuiſſe.

Quamobrem reiecta illa ſententia dicendum eſt iuſtum 22
pretium redituum eſſe, vel quod lege Principis, vel Reipublicæ, qui iuſtum pretium quarumcunque rerum taxare poſſunt: vel quod communi hominum iudicio, & conſuetudine regionis conſtitutum eſt. Hæc enim ſi lex deficiat, iuſtum cuiuſlibet rei pretium ſolet definire *l. pretia, ff. ad l. Falcid. & l. 2. & 3. C. Theod. de Suar.* & Caſſiad. *variar. lib. 9. c. 14.* & probari poteſt *ex l. 1. in princ. ff. de vſur.* illis verbis, *ex more regionis*, quæ licet loquatur de vſuris, trahi tamen poteſt ad fructus cenſus, quia titulus eſt etiam de fructibus, & aliis acceſſionibus, quam ſententiam probarunt ferè omnes, vt Couarr. *variar. reſol. lib. 3. c. 9. n. 6.* Virgin. de Boccat. *de cenſ. part. 1. num. 35. & part. 2. n. 5.* Felician. *in d. cap. 1. n. 17. & 21.* Caniſ. *de vſur. cap. 10. n. 7* Argentr. *ad conſuetud. Britann. art. 266. cap. 7. n. 7.* Theſaur. filius *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 32. n. 5.* Frider. Martin. *d. cap. 5. n. 9.* Gratian. *diſcept. c. 141. n. 27.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 18. part. 2. n. 8. fol. 443.* Salas *d. dub. 22. num. 2.* & Scottia *ad Select. Pontif. conſtit. epit. 104. theorem. 261. verſ. itaque in caſu noſtro*, qui refert hanc communem eſſe ſententiam: quam etiam ſecuti ſunt Cencius *in d. quæſt. 47. n. 15. & 16.* & Duard. *in d. §. 2. quæſt. 21. num. 20. & ſeqq.*

Hic tamen obſeruandum eſt maximè pretium lege defini- 23
tum in indiuiſibili poſitum eſſe, & in puncto fixo à lege conſiſtere, vt inquit Argentr. *loc. cit. n. 8.* neque latitudinem habere vllam, vt tradit Felic. *in d. cap. 1. num. 12.* & proinde nec in minimo licitum eſſe illud excedere, vt multi docent apud eund. Felician. *eod. loc.* quibus conſentiunt Molin. *diſp. 347. num. 2.* & rurſus *diſp. 364. num. 2.* Salas *in lib. de empt. & vend. dub. 4. n. 3.* Scaccia *in d. quæſt. 7. ampl. 10. num. 56. & 65.* Duard. *in d. §. 2. quæſt. 21. n. 20. & 23.* nec locum habet, quod diximus licere contrahentibus ſe in pretio decipere. Alterum verò, quod ſubducta omni lege, & decreto publico ex hominum iudicio, & conſtitutione pendet, latitudinem quandam habet infimi, medij, & ſupremi, iuxta quam non violatur iuſtitia, vt docent Molin. & Felician. *iiſdem loc.* Petr. à Nauarr. *de reſtit. lib. 3. cap. 2. n. 2. & 10.* Ioan. Franciſc. Leon. *in d. cap. 25. n. 15. & 16.* Frideric. Martin. *d. tract. de iur. cenſ. cap. 6. n. 69.* & in materia cenſus conſtat apertiſſimè ex dictis conſtitutionibus Martini, & Calixti, in quibus probatur conſuetudo in eadem regione emendi cenſus ad rationem vnius pro decem, vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, plus aut minus pro vt partes conueniunt, vt animaduertit Bonius *in d. lib. de cenſib. art. 8. n. 23.* Leonell. *ad Bullam Pij V. de conſib. gloſ. 8. verſ. quoad tertium.* & Roder. *de ann. redit. lib. 1. quæſt. 6. n. 15.* vbi tamen notat huius latitudinis fines latiores eſſe in prædiis, quàm in reditibus. † Et 24
quod quidam dicunt pretium conſuetudine definitum in indiuiſibili puncto quoque conſiſtere, quia conſuetudo eſt

Digitized by Google

altera lex , & vim legis habet, vt Soto, Alphonſ. de Caſtro, Medina , & alij apud eundem Martin. *cap.* 8. *numero* 92. & Duard. *in d. q.* 21. *num.* 46. oon ſemper , nee vbique verum eſt. Vr enim poteſt conſuetudo vnum , & indiuiſibile pretium cooſtituere , ita & varium intra latitudinem quandam ſoducete in eodem loeo, vr in annuis reditibos eonſtat apertiſſimè ea ijſdem conſtitut. Martini, & Calixti, & ex eonſtitutione quadam Clementis VIII. edita ann. 1592. qua eenſus à eommunitatibus ſtatus Eccleſiaſtiei , ſeu à ſingularibus perſonis , intuitu tameo illatom ad rationem octo , nonem , vel deeem pro eentenis ſingulis venditos ad ſeptem annua in futurum moderatus eſt , cuius meminit Scortia *theorem.* 389. & Cencios *in d. quaſt.* 47. *num.* 24. Denique vt eodem tempore , & in eadem regione poſſont vſuræ varij generis frequentari, puta trieotes , qoincunces , & ſemiſſes, vt eooſtat *ex l.* 7. *§. qua ſine ff. de admin. tut.* & notat *gloſ. in l.* 1. *in princ. ff. de vſur.* ita nihil vetat endem tempore ex more regionis eenſus ad rationem ſex , vel ſeptem pro ſingulis centenis receptos eſſe , qoi proinde veluti communi popoli indicio, & eooſenſu probati liciti baberi debent, quamuis noo omnes vno ptetio, & ad eaodem rationem conſtituti ſint.

25 Illud etiam ſeire oportet cenſum inſto pretio emptum eenſeri, quia io re dubia pretium eonueotum inſtum eſſe præſumitur *l.* 1. *C. ſi aduer. vend. l.*6. *C. ſolut. matrim.* Bald. *in l per diuerſas n.* 8. *in fin. C. mand.* Pantal. Cremenſ. *in l.* 2. *num.* 543. *C. de reſcind. vend.* Rulan. *conſ.* 64. *num.* 18. *lib.* 4. Crauet. *in conſ.* 894. *num.* 23. Surd. *in dec.* 248. *num.* 7. Honded. *in conſ.* 31. *num.* 52. *lib.* 1. & præclaræ mem. Card. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 20. *num.* 21. & aliia citatis Giorba *in dec.* 117. *num.* 19. & proinde qui eenſum iniuſto pretio emptum eſſe contendit , id probare debet *d. l.* 1. *C. ſi aduer. vendit. l.* 4. *Cod. de reſcind. vendit.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 985. *num.* 20. & Rota poſt tract. Cenc. *in dec.* 394. *num.* 6. *dec.* 514. *num.* 7. *& dec.* 559. *num.* 15. *&* 16. & cotam ſanctæ mem. Ludouiſ. *in dec.* 524. *num.* 5. *&* 553. *num.* 2. nooiſſimè Anton. Merend. *d. lib.* 17. *cap.* 48. *num.* 5. *&* 6. vbi rectè ootat id molto magis locum habere , qoando obiicitur ioiuſtitia pretij cenſus ad ptobandom eontractom vſorarium eſſe.

26 Cæterùm qoia eonſtitutio Pij V. cenſus fœneratitios eſſe declarat qoi iniuſto pretio creati ſunt,neque cõſtituit quodnam ſit ioſtom eorum pretium , manifeſtũ eſt publicè expedire certũ pretium in ſingulis prouinciis definiri,quo reditus annui eomparentur, tum ad tollendas lites,qoæ circa iuſtitiã pretij , & nullitatem eontractus ob iuiuſtitiam pretij oriri poſſunt; tum ad eobibendam auaritiam emptorum,qui ſæpe indigentia,& calamitatibus venditorũ abotuntur,& pretiom reditibus annuis ad libitum imponunt.Et ſapienter,& prouidè in Hiſpania , Germania, & aliis prouinciis conſtitutionibus Principum huie rei pretium præfixum eſt , quod eaeedere non licer, vt notat Felieian. *lib.* 1. *de cenſib. cap.* 3. *n.* 15. & Roderie. *de ann. redit. lib.* 1. *quaſt.* 6. *num.* 34. & apud nos nonc eenſus edicto Sereniſſimi Ducis Caroli Em. I. euiua ſæpe mentionem feeimus ad reditus ſemiſſes redacti ſunt , cùm antea ad rationem ſeptem , octo, vel nouem pro ſingulia centenis agitarentur.

27 Sanè Cencius , qui de eenſibus diligentiſſimè ſcripſit *par.* 2. *cap.* 1. *quaſt.* 1. *art.* 3. *num.* 8. *&* 11. nonc *q.* 46. contra id quod proximè dictum eſt , docet licitè quidem ſtatui , & decerni poſſe , vt eenſus vbique eodem eerto, & vniformi pretio vendatur veluti ad rationem ſeptem , vel octo pro quolibet centenario, eùm ius iſtod oon ſubiaceat variationi pretij rei , vel fructuum, qui ex re percipiontur , id tamen publicè non expedire , ſed potios id relinquere arbitrio , & ſolertiæ contrahentium , vt in aliarum rerum emptionibus vſitatum eſt , in quibus pretium lega oon eſt præſtitutom. Quod tamen mihi vndequaque tutum non videtur. Nam quod primo loco ait certum vbique pretiom annois reditibua conſtitui poſſe parùm tutum eſſe puto , quia pretia rerum , & mercium diuerſa ſunt in dioerſis regionibus , & prouincijs pro varietate locorum , & temporum , gentium , & commerciorum , pro copia , & inopia merciom emptorum , & pecuniæ , & pro alijs eauſis ea quibus pretia variari ſulent *d. l. pretia ad l. Falcid. l.* 3. *§. Diui fratres ff. de iur. fiſc. l. ideoque ff. de eo quod cert. loc.* Theophil. *Inſtit. de act. §.* 33. & Plin. *lib.* 33. *cap. vlt.* vbi ait *pretia rerum non ignoramus alia alijs in locis eſſe.* Quæ circunſtantiæ etiam redituum , & præſertim loci æſtimationem augent , & minuunt , vt conſtat ea obſeruantia, & praxi , & ex diuerſitate legom varia pretia conſtituentiom, vt diſſerit Præſes Argẽt. *in d. a.* 266 *cap.* 7. *num.* 5. *&* 6. Deniqoe quia in qoibuſdam Prooincijs commercia ſunt aſſidua, & frequentia, in quibuſdam eaigua, & rara, ea quo fit, vt in locis,vbi negotiationes vigent, maior ſit vſus peeoniæ , maiuſque luerum : vbi verò commercia ſont ratiora , minorem præbeat vſum , & minua luerum ea ea pereipiatur , vt notant Bioſfeld. *in d. c. in ciuit. qu.* 14. *concl.* 5. *dub.* 1. Nauarr. *de vſur. num.* 104. Rebell. *d. lib.* 10. *qu.* 5. *num.* 4. Roderie. *in d. quaſt.* 6. *num.* 42. & Frideric. Martin. *d. cap.* 5. *num.* 10. *&* 20. qui propterea rectè concludit vnum idemque pretium annuorum redituum ſiue redimibilium, ſiue non redimibilium in omnibus prouineijs conſtitui non poſſe. † Quod verò idem Cencios *eod. loc. n.* 11. 28
putat non expedite vnum, & idem pretium annuis reditibus præfigere id reeipiendum eſt dumtaaat , eùm quæritur an pro omnibus regnis, & prouineijs vnioerſaliter id eonſtituere eongruum , & vtile ſit , hoe enim nee è republica eſſe , nec conſtitui poſſe diximus ob maiorem , vel minorem copiam nummorum , & commerciorum , aliaſque circunſtantias, quæ rerum pretia augent , & minuunt : neque ſinunt , vt vnum, & idem ſit rerum , & mercium pretium omnibus in locis , vt proximè diximus, & obſeruat Felician. *d. cap.* 1. *num.* 12. cuius rei maximum argumentum eſt Pij V. conſtitutio, qui lieet toti orbi Chriſtiano eertam formam præſcripſerit, quam cuncti populi in ẽmendis reditibus obſeruarent , eerium tamen pretium ſtatuere noluit , quo vbique terrarum emerentur , vt rectè obſeruat Cencius *in d. quaſt.* 46. *n.* 17. Theſaur. iun. *in d. q.* 38. *num.* 1. & Scotia *d. theor.* 261. *verſ. Porrò Pius V.* Si verò quæritor , an poblicè interſit in ſingulis Prooineiis & regionibus certom , & vniforme pretium cenſibus ſtatuere , puto id expedire & poblicè vtile eſſe ob rationes quas attigi *num.* 26. qoia ſcilicet publicè intereſt litium occaſiones auferri : & cauere , ne pauci locupletiores alios eiues grauioribus exactionibus ſpolient , & exhauriant , & ne dulcedine redituum commercia , & alias reipublicæ vtiles negotiationes relinquaot.

Nee obſtat quod primo loco ait Cencius id in damnum 29
eorum eedere qui reditus vendunt, quod ijs io locis vbi certum pretiom eenſibus conſtitutum eſt , non reperiantur qui velint alio pretio reditus emere , quàm lege ſtatutum eſt : idque conringere in locis , vbi Bulla Nicolai V. reeepta eſt , in aliis verò locis, in quibus nihil tale ſancitom eſt, ſint qoi eenſus leuiores emant ad rationem ſcilicet qoinque vel ſex pro quolibet centenario. Nam reſponden Principum conſtitutiones qoibos certus , & vniformis modus cenſibus in ſois ditionibus præfigitur , noo impedire , oec vetare , vt reditus leuiores conſtituantur , ne quod fauore venditorum , & inopum ſancitum eſt , ad læſiooem eorum inductum videatur *l.* 6. *C. de legib.* & in ſpecie ootaot Roderic. *in d. quaſt.* 6. *num.* 54. Scaee. *de commerc. §.* 1. *quaſt.* 1. *n.* 241. Salas *lib. de empt. & vend. dub.* 14. *num.* 1. Lopez *de contract. & negotiat. lib.* 1. *cap.* 58. vbi ait eenſus noo obſtante lege maiori pretio vendi poſſe , & emptionem magis licitam eſſe. His conſentiunt Scottia *in d. theorem.* 261. vbi ait quanto maiori pretio cenſus emitur , tanto minus periculum eſſe vſuræ : & Molfeſ. *d. lib. de contract. cap.* 6. *num.* 84. qui contra id quod ſcribit Cencius teſtatur in regno , & in Sicilia cenſus emi ad rationem octo , ſeptem , ſex , atque etiam quinque pro centenario , quia inquit ſuffieit libera emptoris voluntas : & hoc adeo verum eſſe , vt ſi emptor cenſum pretio lege definito comparaſſet , & poſtea per triennium leuiorem reditum exigat , tacitè facta cenſeatur remiſſio maioris penſionis , & ea tantùm peti poſſit , io eoius exactione per triennium perſeueratum eſt *ex l.* 5. *C. de vſur.* & Ronit. *ad pragmat.* 2. *de cenſib. num.* 31. quod nunc non attingo.

Vt etiam leuiſſimum eſt, quod Cencius ait *eod. loc. num.* 12. 50
ex hac taxatione pretij eootingere poſſe , vt reditus annuus excedat fructus rei , quæ cenſui ſubiicitur , idque valde in hoc genere cauendum eſſe , ſiquidem non magis hoe verendum eſt io ijs locis , vbi eertus modus cenſibus impoſitus

eſt

Digitized by Google

eſt, quàm in iſs vbi id totum arbitrio, & voluntati contrahentium relictum eſt, quia hoc æque vtrobique contingere poteſt, non ob legem, ſed vitio, vel errore contrahentium, vt patet. Quid enim vetat, vbi annuis reditibus lege certus modus præſtitutus eſt, cauere ne maior penſio imponatur, quàm rei fructus patiantur: vel quid impedit reditum de facto imponere, qui fructus rei omnes ſuperet, etiam in iis locis, vbi hac de re nihil conſtitutum eſt, ſi contrahentes id de facto velint? Quamobrem hic Cencij metus inanis eſt, cuius nulla eſt habenda ratio *l.6.ff.quod met.cauſ. l.13.in princ. de re iudic.* neque nos terrere debet, quin ſentiamus publicè expedire non quidem in vniuerſum, & pro omnibus prouinciis, ſed pro ſingulis certum modum ſtatuere, intra quem reditus emere liceat, & probemus leges Principum quas non niſi maturo conſilio latas præſumendum eſt, quibus in omnibus ferè regnis huic rei certus modus præſtitutus eſt.

Secunda cautio eſt, vt non niſi in pecunia numerata pre-
31 tium ſoluatur, vt conſtat ex illis eiuſdem conſtitutionis verbis *niſi in pecunia numerata.* In qua re etiam poſt conſtitutionem Pontificis contractus cenſus differt ab emptionibus aliarum rerum, in quibus licet pretium in pecunia numerata conſiſtere debeat *l.1.ff.de contr.empt.l.1.ff.de rer.permut.§.item pretium.Inſtit. de empt. & vend.l.5.§. & ſi quidem. de praeſcript. verb.* Harmenop. *lib.3. tit.3.* Cuiac. *in l.5. C.de locat. & cond.* poſt tamen in quacunque ſpecie æſtimata pretium conuentum ex voluntate partium perſolui: neque ideo minus vera emptio, & venditio contrahitur *l.9.C.de reſcin. vendit.*& notant Fabian. *lib. de empt. & vendit. quæſt.5. n.2.* Roderic. *de ann. redit. lib.1. quæſt.13. num.3.* Cardin. Mantic. *lib.4. tit.19. n.5. & 7.* & Maſtrill.ad Gregor. *quæſt.5. n.223.* † Sed hæc in
32 venditione reditus annui poſt conſtitutionem Diui Pij non obtinent, vbi illa recepta eſt, ſed pretium verè in pecunia numerata præſtari debet, vt tradunt ferè omnes Nauarr. *in dict. comment. de vſur. num.*88. Molin. *diſput.390. n.1.* Salon. *titul. de cenſib. artic.3.controuerſ.7. n.1.* Virgin. de Boccat.*par. 1. n.5. & 44. & aliis locis,* Surd. *in conſ.318. n.8.*Roderic. *in d. quæſt.13. n.3.* Gomez. *de cenſib.cap.3. n.13. in fin.* Gratian. *in d.deciſ. 224. n.2. & 4. & diſcept. forenſ. cap.853. n.36.* Scott. *theorem.* 263. Felician. *de cenſib. lib.2. cap.5. num.17. & tom.2. lib.1.cap.7. num.6.* vbi ait communi voto, & conſenſu Doctorum frequentiſſimo itum eſſe in eam ſententiam: idem ſcribunt Vgolin. *de vſur. cap.51. num.1. & 2.* Leonell. *ad d. bull.gloſ.in fin.* Salas *de cenſib.dub.*8 *n.11.* Maſtrill.ad Gregor. *quæſt.5.n.224.*& multis præiudiciis Rotæ Romanæ confirmat Cencius *quæſt.*48. *n.*8. vbi notat ita clara eſſe verba conſtitutionis Diui Pij, vt in alium ſenſum trahi non debeant, & poſt Cencium Duard. *in d. §.2. quæſt. 1. num. 6.* Quo iure etiam Galli vtuntur, vt conſtat *ex append. in fin. ad Papon. lib.12. tit.7.*

Neque ferendus eſt Auend. *de cenſib.c.37.n.26. & 27.* dum
33 contendit non tantùm in conſtitutionibus Martini, & Calixti, ſed etiam D.Pij, non per modum formæ, ſed per modum ſimplicis demonſtrationis, & ex accidenti duntaxat exprimi qualitatem illam numerationis pecuniæ, quia licet id poſſit recipi in terminis ſanctionum duorum Pontificum Martini, & Calixti, quoniam, vt ſæpe dictum eſt, duo Pontifices reſcripſerunt cenſus illos, de quibus conſulti fuerant, & qui numerata pecunia fuerant conſtituti, validos eſſe, non autem reprobarunt eos, qui hac conditione carerent, vt contra Felician.docuit Tolet.*lib.5.cap.46.in fin.*Salon.*in d.art.3.controu.* 8. & Salas *loc.cit.n.7.* Scortia *d.theorem.*263.& aduerſus Cencium Duard. *in d.q.1. num.55.* in terminis tamen conſtitutionis Diui Pij certiſſimum eſt pro forma huius contractus numerationem pecuniæ eſſe neceſſariam, nec aliud loco pretij ſolui poſſe. Id enim oſtendunt apertiſſimè verba conſtitutionis, quæ mox adduximus, & in ſpecie adnotarunt Lopez.*de contract.lib.1.cap.59.* & alij quidam apud Cenc. *in d.q. 48.n.4.& 17.* quibus addo Salas *d.dub.8.n.9.* Vgolin.*d.cap.51. n.4.*Honded.*in conſ.25.n.33.lib.2.*Virgin.de Boccat.*par.1.n.44. & 45.* Antonin. *variar.reſol.lib.1. cap.44. n.3.* Felician. *loc.cit.* Gratian. *in d.cap.853. n.27.* Duard.*in d.quæſt.1.n.12.*& Iuſtum Magnæ Rotæ Romanæ Auditorium *in dec.* 80. poſt tract. Cencij *n.5.* qui ſubiicit Rotam ſemper hanc ſententiam ſequi. Si verum eſt, quod dicunt, *ne Hercules quidem contra duos,* quid poterit Auendanius aduerſus tot auctores in noſtram ſententiam conſentientes?

His conſequenter dicendum eſt cenſum, in quo res aliæ, quàm pecunia loco pretij traditæ ſunt, vt gemmæ, merces, 34
pecora, triticum, & ſimilia, aurum, & argentum rude, vel elaboratum, quamuis omnis læſio, & deceptio in æſtimatione abſit, veluti forma non ſeruata nullum, & vſurarium eſſe iudicandum vt iidem auctores ſentiunt, & Eman. Rodrig.*de cenſib.condit.4.dub.1.*Rebell. *de oblig. iuſtit. lib.10. q.6. n.9.* & alij quidam apud Bonacin. *in dict. q.4. n.20. verſ. tertio non ſufficere.*Gratian. *in dict.dec.224.n.4.*Felician. *tom.2.lib.1.cap.4. n.3. & 4.* Sigiſmund.Scacc.*de commerc.§.1.q.1.n.227.*Filliucc. *tractat. de cenſib.cap.3. n.307.* Duard. *in dict. q.21. n.15.& 23.* & Mangil. *de euict. q.83. n.16. & 18.* quibus etiam conſentit Scortia *in dict. theorem. 263. in fin.* vbi quæritur, an ſaltem in foro conſcientiæ ſuſtineri poſſit. † Et fruſtrà idem Auen-
dan. *eodem cap.37. n.18.* ſuadere nititur ceſſante omni iniu- 35
ſtitia in æſtimatione mercium, & ſpecierum ceſſare prohibitionem conſtitutionis Diui Pij, & cenſum ſuſtineri, quia licet ex iure ciuili, & ex natura rei conſtitutio reditus pro mercibus iuſto pretio æſtimatis valida ſit, vt venditiones aliarum rerum *dict.l.9. C.de reſcind.vend.& l.ſi pro mutua.C.de rebus cred.* & tradit aduerſus Felicianum Roderic. *in d. q.13. n.3.* & alij quidam apud Salas *dict.dub.8.n5.* idem tamen poſt conſtitutionem Diui Pij aſſerere erroneum, & incongruum eſt. Exigit enim conſtitutio nominatim, vt non niſi verè pecunia numerata cenſus conſtituantur; & vendantur: & reditus ſub alia forma conſtitutos nullos, & fœneratitios eſſe decernit, vt dictum eſt, & iidem auctores ſentiunt, & Molin. *diſput.390. n....* Filliucc.*loc. cit.* & Scortia *dict. theorem. 263.* vbi ait attenta conſtitutione Pij V. hanc ſpeciem cenſus ſimulatam, & fœneratitiam eſſe, & ita Rotam Roman. declaraſſe, licet ante illam ſpectato ſolo iure naturali reprehendi non poterit ex Molin. *loc.cit.* & aliis.

Neque tantùm cenſus nullus eſt, cùm totum pretium in aliis rebus quàm pecunia ſolutum eſt, ſed etiam cùm pars 36
pretij in pecunia numerata, pars in aliis ſpeciebus æſtimatis fuit ſoluta. Ita enim ſentiunt Virgin. *dict.par.2.n.50.*Vgolin. *de vſur.cap.51.n.3.* Roderic.*in dict.q.13.n.3. verſ. verum tamen eſt.* Molin. *diſputat. 390. num. 1.* vbi ait etiam in foro conſcientiæ irritum eſſe. Honded. *in dict. conſid. 25. n.34.* Azor. *lib.10.cap 8.q.2.*Leonell.*ad Bullam Pij V.gloſ.6.in fin.* & Ioan. Baptiſta Coſta *de remed.ſubſid.cap.124.n.9* & admittit Cyriac. *in dict.controu.547.in fin.* Neque ſuſtinetur pro ea parte, qua pretium in pecunia numerata ſolutum eſt, quia cùm pro forma à Diuo Pio præſcriptum ſit, vt integrum pretium in pecunia numerata ſoluatur, & forma contractus in indiuiſibili conſiſtat, vt ſæpius diximus, conſequens eſt, ſi non totum pretium in pecunia numeratum ſit, cenſum non conſiſtere etiam pro ea parte, quæ cum pecunia concurrit, vt auctores proximè citati ſentiunt, & Molin. *in dict.diſp.390. n.1.* & alij quidam, quos ſequitur Cencius *in dict. quæſt.49. num.24. & 26.* & poſt Cencium Duard. *in dict.quæſt. 1. n.15.& 17.* quicquid contendat Felician. *in d. cap.4. n.6.* Hoc enim vitium non in materia eſt, vt vir doctus opinabatur, ſed in forma ſuppoſito iure conſtitutionis Pij V. quæ pro forma exigit integrum pretium in pecunia numerata præſtari; vt rectiſſimè reſpondent Cencius, & Duardus *loc.cit.*& ſenſit Rota poſt Cencium *in dec.117.n.10.* Nam licèt concederemus Feliciano pretium eſſe materiam emptionis, & venditionis, quod mihi ſatis non liquet, tamen negare non poteſt, pretium cum illa qualitate, vt integrum, & in pecunia numerata totum præſtetur, nunc ad formam huius contractus pertinere, qua non ſeruata illum omnino corruere neceſſe eſt.

Hinc etiam veriſſimum puto nomina debitorum in pre- 37
tium cenſus, vel partem pretij cedi non poſſe, & conſequenter reditum hac ratione conſtitutum irritum eſſe, & fœneratitium cenſeri. Exigit enim vera pretij numeratio in pecunia, vt dictum eſt, & ſenſit Felicianus etiam ſecluſo iure Bullæ Pij V. *tom.2.lib.1.cap.8.n.10.* vbi refert ſe ſæpius iudicaſſe huiuſmodi cenſus illicitos, & iniuſtos, & vidiſſe improbatos pluribus ſententiis. Idem docet Cencius *in d.q.48. num.15.* & poſt Nauarr. & Cenc. Duard. *in d. quæſt. 1. num.26.* & reſpondit Fatin. *conſ.201. lib.3.* Et licet ſatis ſit dicere ita conſtitutione

Ee 4 Pij

Pij V. ſancitum eſſe, huius tamen rei multiplex poteſt adferri probabilis ratio. Prima eſt, quia non ita idonea, & parata ſunt nomina, vt illa exigere liceat, cùm volueris: & iniquum eſt eius pecuniæ reditum ſoluere, quam non acceperis. Secunda eſt, quia vix eſt, vt in exigenda pecunia ſumptus non facias propter perfidiam debitorum, quæ his temporibus magna eſt: quos ſumptus certum eſt, minuere æſtimationem nominum, vt ſcripſit Bald. *in l. per diuerſas. num.*.. *C. mand.* Pantal. *in d. l.2. C. de reſcind. vend. num.*156. & Cagnol. *num.*254. Maſcard. *de probat, concl.* 661. *n.* 2. & Milan. *dec.* 2. *num.* 50. *lib.* 2. Denique quia periculum nominis ad venditoris reditus pertineret, *l.* 96. §. *ſoror. ff. de ſolut. l.* 3. *Cod. de nouat.* & valde iniquum eſſet hoc caſu reditum præſtari: & ideo rectiſſimè à D. Pio his fraudibus obuiam itum eſt, & cautum, vt non niſi in pecunia numerata cenſus emere liceret. Et inutilia & ſuperflua protſus ſunt, quæ de hac re ſcribit Roderic. *in d. quæſt.*13. *n.*35.

38 Nec quicquam proderit pecuniam dicis cauſa, & vt vulgo dicitur *pro monſtra*, oſtendiſſe, & numeraſſe. Nam cùm verè conſtat, vel probationibus, vel coniecturis, & facti circunſtantiis, quæ in hoc genere ſufficiunt, vt ex multorum ſententia dicit Farin. *loc. cit. num.* 55. *& ex tract. de falſit. & ſimulat. quæſt.*162. *num.* 97. *&* 98. ſtatim, vel paulo poſt inſtrumentum pretium ab emptore receptum, & venditorem loco pretij cenſus, & pecuniæ, vel pro parte eius habuiſſe nomina debitorum, numeratio facta intelligitur ad circumueniendam conſtitutionem D. Pij, & cenſus nullus & ſimulatus cenſeri debet, vt cenſuit Rota poſt tract. Cencij *in dec.* 120. *num.* 4. *& dec.* 122. *num.* 2. *&* 3. & reſponderunt duo doctiſſimi viri Beltraminus, & Farinacius *in eod. conſ.* 201. *num.* 38. *&* 58. *lib.* 3. idémque eſt, ſi emptor recuperata ſtatim poſt contractum pecunia merces, vel gemmas, vel triticum, aut alias res det venditori loco pretij. Hìc enim eadem fraus, & circumuentio deprehenditur.

39 Illud tamen hîc ſubiiciendum eſt ſatis eſſe ad validitatem cenſus, ſi loco pecuniæ numeratæ emptor cedulam bancariam, vt vocant, in ipſa conſtitutione cenſus tradat venditori, ſcilicet idoneam integri pretij, vt ſcripſit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*387. *num.* 46. *& dec.* 224. *num.*6. Scaccia *de comm.* §. 1. *quæſt.* 7. *num.* 233. *&* §. 2. *gloſ.* 5. *num.*46. Pyrrh. Maur. *de ſolut. cap.* 2. §. 8. *num.* 2. Ioan. Bapt. Scott. *theorem.*264. *in in fin.* & Cencius *quæſt.* 50. *num.* 13. *&* 14. vbi refert ita ſæpius Rotam iudicaſſe: & verè ita cenſuit *in dec.* 103. *poſt* tract. Cencij *num.* 2. *&* 8. *& dec.* 291. *num.* 2. *& poſt conſ.* Farin. *dec.* 10. *num.* 10. *&* 17. quod etiam ſenſit D. Præſes Bellonus præceptor meus *in conſ.* 92. *n.* 13. vbi citat Cencium, & quem viciſſim *in addit. d. quæſt.* 50. refert Cencius, & nouiſſimè Mangil. *de euict. quæſt.* 84. *num.* 14. Marta *in conſ.* 175. *num.* 3. *&* 32. Duard. *in* §. 2. *quæſt.* 1. *num.* 47. *&* 48. & quod omnem prorſus dubitationem ſuſtulit, ita declarauit idem D. Pius ad expoſtulationem Siculorum in conſtitutione illa, cuius ſæpe mentionem fecimus, & Cencius, & Duardus meminere *loc. cit.* verba verò conſtitutionis hæc ſunt. *Denique vt periculis, quæ ex tranſportatione pecuniarum frequenter in dicto regno Siciliæ eueniunt, occurratur, permittimus, vt ſi in creatione cenſus pecunia ad manum commodè haberi nequierit, illius loco emptor apocham, ſeu cedulam bancariam idoneam integri pretij venditori in ipſo emptionis actu debeat exhibere.* Et licet hoc Siculis duntaxat permiſſum videatur ob pericula amiſſionis pecuniarum, quæ in illo regno dicuntur eſſe frequentia, id tamen etiam alibi recipiendum eſt, & Romæ ita ſeruari conſtat ex deciſionibus à Cencio relatis, & iidem auctores ſentiunt, dum ſcribunt dationem cedulæ bancariæ in creatione cenſus vim numerationis habere, & per illam formæ conſtitutionis ſatisfactum eſſe, vt in ſpecie Rot. *in d. dec.*103. *n.* 7.

40 Porrò quod dicimus apocham bancariam vim ſolutionis habere in pecunia numerata, declarat iiſdem verbis Cenc. *in addit. d. quæſt.* 50. *num.*19. *verſ. Illud vero,* & Duard. *loc. cit. num.*50. ita demum verum eſſe, ſi à campſore fuerit acceptata, & acceptatio contineat pecuniam fuiſſe depoſitam apud campſorem: alioqui ſi contineret duntaxat promiſſionem de ſoluendo, non inde ſequeretur probatio ſolutionis pretij in pecunia numerata: & ita cenſuiſſe Rot. coram R. D. Pirouano *in dec.* 435. *num.*1. poſt eorum tract. quæ tamen declaratio mihi imperfecta eſſe videtur, & indigere declaratione. Nam licet apocha à campſore accepta fuerit, & ſonet in depoſitum, non propterea dicendum eſt ſatisfactum eſſe conſtitutioni, quia neceſſe eſt, vt virtute huius apochæ ſequatur vera, & actualis pretij numeratio, vt ſupponunt dictæ deciſiones Rot. 109. poſt Cenc. *& dec.*10. *poſt.* 1. *conſ. Farin.* & tradit Scacc. *loc. cit.* Bellon. *in d. conſ.* 92. *n.* 16. & Duard. *in d. quæſt.*21. *num.*47. ſatis clarè à D. Pio expreſſum eſt, dum exigit cedulam idoneam eſſe: & proinde nihil refert acceptationis formula, ſed opus eſt, vt virtute apochæ verè pecunia ad nutum venditoris ſoluatur, & recipiatur. Dicitur enim cedula idonea à ſummo Pontifice eo modo, quo dicimus cautionem, & ſatiſdationem idoneam *in l.* 1. *& nomen idoneum in l.*45. *ff. de admin. tutor.* & idoneum pignus *in l.*18. *ff. ſi cert. pet.* & venditorem idoneum, & prædia idonea *in l.*24. *Cod. de admin. tutor. & Nouell.* 72. *cap.* 7. Vt enim nihil intereſt, nullus detur fideiuſſor, vel detur non idoneus *l.* 6. *qui ſatiſd. cogat. l. quamuis*, §. *ſi conuenerit*, *ff. ad Velleian.* Hering. *de fideiuſſ. cap.*8. *num.*2. ita idem eſt, nullam apocham dare, vel dare non idoneam, ex qua ſcilicet non poſſit venditor, cùm volet, pretium recipere. Quod verò tractatum eſt coram R. D. Pirouano *in d. dec.*435. conſtat ex facti ſerie aliam ſpeciem eſſe. Non enim ibi quærebatur de cenſu, in cuius conſtitutione data ſit cedula bancaria loco pretij, ſed de ſolutione in extinctione cuiuſdam crediti, quod cenſuit Rota extinctum non eſſe per ſimplicem promiſſionem campſoris de eo ſoluendo, quod eſt diuerſum ab eo, de quo hîc quæritur, vt manifeſtum eſt. Quamobrem, vt ad validitatem, vel nullitatem cenſus nihil refert, an acceptatio campſoris ſonet in depoſitum, vel promiſſionem ſoluendi, ſi verè campſor non eſt idoneus, & nihil venditori imputari poteſt, cur pretium non receperit: ita nihil refert formula acceptationis, dummodo verè cùm voluit venditor, illi pretium numeratum ſit, facta enim numeratione à campſore, qui omni tempore paratus fuit ſoluere, ſatisfactum eſt Bullæ, quæ non verba, & formulam verborum exigit, ſed veram, & realem numerationem, vt dictum eſt; & ita etiam declarandum eſt, quod tradit Mangil. *loc. citat. num.* 17.

Sanè quod proximè diximus cedulam idoneam eſſe oportere, accipiendum eſt de tempore traditionis. Nam ſi venditor cenſus accepta cedula diſtulit exactionem pretij, & interim campſor foro ceſſit, vel pecuniæ furto ſubtractæ ſunt, puto cenſum validum eſſe, tametſi nulla ſequatur ſolutio, & & pecuniæ periculum ad venditorem pertinere *l.* 9. *in fin. ſi cert. pet. l.*73. §. *vlt. de verb. obligat. l.* 39. *de ſolut.* quæ eſt de pecunia depoſita apud nummularium, *& l.*72. *ff. eodem*, in qua I. C. huius rei rationem adfert his verbis. *Etenim non eſt æquum teneri pecunia amiſſa, qui non teneretur, ſi creditor accipere voluiſſet. Quare pro ſoluto id in quo creditor accipiendo moram fecit, oportet eſſe.* † Qua ratione receptum eſt depoſitum congruo loco, & tempore factum à debitore cenſus, vt eum redimat, perire periculo emptoris, ſi ex euentu litis deinde appareat emptorem ſine iuſta cauſa nummos oblatos accipere noluiſſe, vt conſtat *ex l.* 30. *& l.*72. *de ſolut. l.*19. *Cod. de vſur. l.*6. *ff. de dol. mal. except. & l.*1. *C. de ſuſcept. & arcar.* Tiraq. *de retract. conuent.* §.4. *gloſ.*6. *n.*34. Intrigliol. *de cenſ. q.*76. *n.* 1. & Conuerſ. *in notis ad eund.* Ioan. Bapt. Lup. *in d. l.* 2. §. 3. *n.*1. *C. de pact. inter empt. & vendit.* Rota poſt Cencium *in deciſ.*298. *n.*2. & Cenc. *quæſt.*111. *n.*61. 41 42

Denique quod dictum eſt cenſum non niſi in pecunia numerata conſtitui poſſe, locum non habet in aſſignatione dotium. Poteſt enim pater, vel alius promiſſor dotis, qui pecuniam non habet, reditum in dotem, & ex cauſa dotis in alium transferre: quod verum eſt non tantùm ex iure ciuili, vt conſtat *ex l. vltim.* §. *vltim. C. de iur. dot.* Couarr. *lib.*3. *c.*1. *num.*3. ſed etiam poſt conſtitutionem D. Pij, vt tradunt Nauarr. *in comment. de vſur. num.* 98. *&* 99. & alij quos retuli *q.*43. *num.* 7. quibus conſentiunt Scottia *theor.* 264. *in fin.* & Duard. *in d. quæſt.*21. *num.*46. & ipſemet D. Pius ad expoſtulationem Siculorum declarauit his verbis. *Poſtremò in dotium aſſignandarum caſu conſtitutionem prædictam reſpectu actualis numerationis coram notario, & teſtibus faciendæ locum* 43

non

non habere : ſed in hoc caſu etiam pecunia ad manum non habita cenſus ipſos creari poſſe declaramus. Nimirum ob publicam vtilitatem, quia intereſt Reipublicæ mulieres dotes habere, propter quas nubere poſſint ad ſobolem procreandam, & replendas liberis ciuitates *l. 2. ff. de iur. dot. & l. 1. ff. ſolut. matrim.* Menoch. *lib. 4. præſumpt.* 190. *num.* 8. cuius rei alia poteſt adferri ratio, quia cùm liceat pro oneribus matrimonij paciſci de certa annua quantitate ſoluenda, dum differtur ſolutio dotis, & maritus vxorem alit, vt conſtat *ex cap. ſalubriter, de vſur. & l. 21. §. vlt. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & Couarr. *loc. cit.* Roder. *de ann. redit. lib. 3. quæſt.* 8. *num.* 13. & aliis quos ſecutus ſum *q.* 28. *num.* 41. multo magis licitum eſt pro dote non ſoluta, & ex cauſa dotis reditum annuum promittere, & rebus ſuis imponere, ſeruatâ in reliquis formâ conſtitutionis, quæ etiam ſeruanda eſt in caſu exhibitionis apochæ bancariæ loco pretij, vt ab eodem D. Pio *eod. loc.* declaratum eſt, quod miror à Cencio, & Duardo prætermiſſum fuiſſe.

44 Tertia cautio eſt, vt integrum pretium in ipſa conſtitutione cenſus numeretur, vt conſtat ex illis bullæ D. Pij verbis, *& in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto pretio :* & tradunt Nauarr. *in d. comment. de vſur. n.* 88. Honded. *in conſ. 25. num. 33. lib. 2.* Virgin. de Boccat. *part. 1. num.* 44. Salluſt. Tiber. *de modo proced. lib. 1. cap. 24. num.* 2. Boninſign. *de cenſib. cap. 1. n. 1. & 2.* Vgolin. *de vſur cap. 51. §. 1. n. 1.* Gratian *diſcept. forenſ. cap* 588. *num.* 1. Paul. Bellon. *de poteſt. cor. quæ in contin. fiunt lib. 1. cap. 84. num.* 6. & Cencius *quæſt. 50. num.* 5. vbi multis Rotæ deciſionibus id confirmat : & oſtendi etiam poteſt ex alia eiuſdem Pontificis conſtitutione, cuius verba proximè deſcripta ſunt, ex quibus conſtat cedulam bancariam ita demum vim realis numerationis obtinere, vt in emptione reditus annui loco pretij admitti, ſi in ipſo emptionis actu exhibeatur venditori.
45 † Quamobrem licet in emptionibus, & venditionibus aliarum rerum venditor fidem de pretio habere poſſit, vt conſtat *ex l. 19. ff. de contr. empt §. vendita. Inſtit. de rer. diuiſ.* Harmenop. *in epit. lib. 3. tit. 3. §. contrahitur,* & eſt vſitatum : in venditione tamen cenſus fides de pretio nunc haberi nequit, vt notat Felician. *de cenſib. lib. 1. cap. 8. num.* 12. Roderic. *de ann. redit. lib. 1. quæſt. 13. num.* 3. Maſtrill. ad Gregor. *q. 5. n.* 218. Molin. Theolog. *diſp.* 390. *num.* 1. Sigiſmund. Scacc. *de commerc. §. 1. q. 1. num.* 209. Anton. Gomez. *de cenſib. cap. 3. num.* 12. & nouiſſimè Duard. *in d. §. 2. q. 9. num.* 3. ex quibus quod magis eſt, quidam id verum putant etiam ex natura rei, quod iniquum videatur eius pecuniæ reditum ſoluere quam non acceperis, tametſi ſubducta conſtitutione Pontificis verius putem etiam hoc in genere contractus ex natura rei fidem de pretio haberi poſſe non minùs quàm in venditionibus aliarum rerum, vel quod idem eſt, naturam contractus cenſualis non repugnare, quin fides de pretio in eo haberi poſſit, vt aduerſus Felicianum *proxima quæſt.* tractatum eſt.

46 Et quod magis eſt, nullus erit contractus cenſus in cuius conſtitutione pretium fuit ſimpliciter oſtenſum in aceruo, vel ſacculo, vel lance, non autem numeratum, vt ſcripſit Nauarr. *loc. cit.* Honded. *in d. conſ. 25. num.* 37. Boccat. *in d. part. 1. num.* 47. & aliis relatis Cenc. *in d. quæſt. 50. num.* 10. quibus conſentiunt Ioan. Franciſc. Leon. *in ſuo theſaur. for. Eccleſ. part. 2. cap. 15. num.* 17. Salas *de cenſib. dub. 8. num.* 12. vbi ait conſtitutionem Pij V. omnino petere pecuniam numeratam coram notario, & teſtibus tempore contractus, ideóque non ſufficere oſtenſam fuiſſe tabellioni, & teſtibus, niſi verè numerata ſit : idémque aſſerit Vgolin. *in dict. §. 1.*
48 *num.* 1. & Duard. *in d. §. 2. quæſt. 1. num.* 39. † Et hanc ſententiam iuuat, quod receptum eſt conſignationem, & depoſitionem pecuniæ debitæ ita demum validam eſſe, ſi pecunia verè numerata ſit. Ita enim docet Bartol. *in l. cum ſeruus, n.. ff. de condit. & demonſtr.* Bald. *in l. acceptam, in princ. Cod. de vſur.* Iaſon. *in conſ. 9. num. 15. lib. 1.* Rip. *in l. ſi inſulam, n. 68. de verb. obligat.* & alij quos citat Menoch. *de arbitrar. iudic. caſu 232. n.* 20. quibus conſentiunt Rolan. *in conſ. 53. n. 36. lib. 1.* & alij quidam apud Caroc. *in tract. de oblat. part. 1. quæſt. 5. num.* 3. vbi ait hanc opinionem veriorem eſſe, & Hering. *de fideiuſſ. cap. 20. §. 1. num.* 34. vbi tradit non ſufficere, ſi in folle, ſacco, vel cyſta clauſa, & obſignata oblatio fiat. Eámque huius rei ſupradicti auctores adferunt rationem, quia cùm in hoc caſu integrum debitum offerri debeat, & deponi *l. obſignatione, Cod. de ſolut.* neceſſe eſt, vt coram iudice, vel teſtibus pecunia numeretur, cùm non alia ratione ſciri poſſit, an totum id quod debebatur, creditori oblatum ſit, & depoſitum, vt præ aliis expendunt Menoch. & Carocius *loc. cit.* Quæ ratio maximè congruit conſtitutioni cenſus, qui cùm non niſi integro recepto pretio in pecunia numerata ex forma ſanctionis Pontificiæ creari poſſit, conſequens eſt numerationem pecuniæ in ipſo emptionis actu eſſe neceſſariam, vt ſciatur an verè integrum pretium ſolutum ſit, nec ſatis eſſe, ſi in cyſta, vel ſacco, vel in aceruo coram notario, & teſtibus oſtendatur, & præſertim quia hæc cautio, ſeu conditio inducta eſt ad tollendas fraudes, quæ vix remoueri poſſunt, vt notant Nauarr. & Leon. *locis citatis.*

Ex quibus mihi ſuſpectum eſt, quod ſer ſe videtur Ro- 48
ta coram D. Nauarro *in deciſ. 436. num.* 5. poſt tract. Cencij, & ſenſit Cencius *in addit. d. quæſt. 51. in fin.* ad ſuſtinendum cenſum ſufficere, ſi verè pecunia interuenerit, & contrahentes habuerint illam pro numerata, licèt nulla numeratio facta ſit, idque ex Baldo *in conſ. 247. in fin. verſ. item quia pecunia, lib. 1.* & quia ſuper quantitate ſufficit aſſertio partium ex Cagnol. *in l. ſi librarius, num. 78. de reg. iur.* Etenim cùm de forma contractus cenſus ſit, vt integrum pretium in ipſo actu venditionis numeretur, vt ex Nauarro, Boccatio, & aliis dictum eſt *num.* 44. & docuit ipſe Cencius *in d. quæſt. 50. num. 5. & 6.* & cenſus cuius pretium in lance, vel aceruo oſtenſum eſt, neque numeratum, nullus ſit veluti non ſeruata forma conſtitutionis D. Pij, vt ex iiſdem Nauarro, Boccatio, & aliis dixi *num.* 46. & tradit idem Cencius *in d. quæſt. 50. num.* 10. non videtur hac in re partium aſſertioni ſtandum eſſe, alioqui oſtenſa parua quantitate pecuniæ in ſacculo, vel *ſcatoletta*, vt loquitur *d. deciſ.* facilè conſtitutio Pij V. eludi poteſt, quæ ad cohibendas fraudes edita eſt, quæ etiam eius forma ſeruata ſatis euitari non poſſunt, vt dictum eſt. Nec obſtat doctrina Baldi *in d. conſ.* 247. tum quia Baldus loquitur de ceſſione, de cuius forma non eſt, vt pretium in pecunia, & in ipſo actu ceſſionis numeretur, vt docet Bartol. *in l. ſingularia, num. 26. ff. ſi cert. pet.* & proinde non poteſt Baldi definitio ad hanc ſpeciem trahi : atque etiam quia Baldus ſubiicit conſultius eſſe, ſi notarius videat ipſum actum numerationis *ex l. ſed & ſi quis, 25. §. adhuc, ff. de vſufruct.* vbi Iuriſconſultus agens de ſolutione facta à ſeruo fructuario ait *ſi in ſacculo ſimul ſoluit, nihil facere accipientis*, quod Baldus repetit *in rubr. Cod. de fid. inſtrum. num.* 14. Vt etiam nihil facit doctrina Cagnoli *loc. cit.* quia tantum ait notarium, qui in inſtrumento dixit Titium confeſſum eſſe habuiſſe, & recepiſſe prout re vera habuit, & recepit in præſentia illius, & teſtium aureos centum, in falſum non incidere, tametſi probetur pecuniam tantæ quantitatis numeratam non fuiſſe, quia inquit dummodo notarij videant numerari pecunias, non ſolent omnino, & ad vnguem inſpicere an ſint præcisè illius ſummæ, & quantitatis, ſed ſtant relationi partium, quarum intereſt. Et Cagnolum ſimpliciter refert Farinac. *in quæſt. 154. num.* 63. quod eſt diuerſum : ex quibus puto hanc formam cenſus admittendam non eſſe.

Obſeruandum tamen eſt, non ita rigidà verba conſtitu- 49
tionis Pontificiæ accipienda eſſe, vt omninò neceſſe ſit in ipſo actu publicationis inſtrumenti pecuniam adnumerari, & tradi venditori, ita vt notarius in media publicatione ſubſiſtat, donec pretium numeratum ſit, & traditum : ſed ſatis eſſe, ſi incontinenti ante vel poſt pecunia verè numeretur, & tradatur tempore contractus. Hoc enim caſu cenſus validus eſt, & formæ ſatisfactum eſſe intelligitur. Ita Molina *in dict. diſp. 390. num.* 2. Marius Anton. *variar. lib. 1. cap. 44. n. 11. & 12.* Paul. Bellon. *de poteſt. cor. quæ incontinen. vel ex inter lib. 1. cap. 84. num.* 6. & Conterſan. ad Intrigliol. *de cenſib. quæſt.* 44. quæ ſententia veriſſima eſt, & probatur *ex l. petens, 27. C. de pact. l. ſi ita, in fin. ff. de nouat. & delegat. l. cum enim, ff. eod.* ex quibus conſtat nihil referre, ſiue quis pecuniam mutuam dederit, & ſtatim poſt fecerit ſtipulationem : ſiue ante ſtipulatio facta ſit, & mox pecunia numerata, ſiue enim

ante,

50 ante, ſiue poſt numeratio fiat, vnum eſſe contractum. † Et
licèt aliter ſenſiſſe videatur Felicianus *in d. cap.* 8. *num.* 9.
quem probare videtur Cencius *in d. quæſt.* 50. *num.* 16. Feli-
cianus tamen loquitur, quando contrahentes habuerunt
contractum pro perfecto ante numerationem pecuniæ: non
autem quando nulla facta diuerſione ad alios actus, & vni-
co contextu inſtrumenti publicatio facta eſt coram notario,
& teſtibus, & numeratio, & pecuniæ traditio, quia ſiue id
ante, vel poſt publicationem inſtrumenti factum ſit, dicitur
numeratio in ipſo actu emptionis fieri, quia contrahentes
non habuerunt contractum pro perfecto, donec hæc omnia
51 facta fuiſſent. † In dubio enim partes non intelliguntur ha-
buiſſe negotium pro perfecto, quando ad extraneos actus
non diuerterunt, vt ſcribunt Alex. & Dec. *in l. in bonæ fidei.*
ff. de eo quod cert. loc. & poſt alios multos Tiraq. *de retract.*
part. 2. *gloſ.* 5. *num.* 25. & Phænut. *de moment. tem. cap.* 16.
num. 5. *& cap.* 25. *num.* 44. qui duo aiunt id apud omnes in
confeſſo eſſe. Quod etiam ſcribit Cardin. Mantic. *de tac. &*
ambig. conuent. lib. 1. *tit.* 12. *num.* 19. Neque in his, quæ vni-
co contextu fiunt, inſpicitur ordo, vel quid prius, aut poſte-
rius factum eſt, vt notat Natta *in conſ.* 357. *num.* 1. Phænut.
lib. cit. cap. 17. *num.* 1. *&* 2. & Bellon. *in d. lib.* 1. *cap.* 188.
52 *num.* 4. & conſtat *ex d. l. ſi ita, ff. de nouat.* † Denique quod
fit immediatè ante vel poſt, etiamſi id pro forma exigatur,
in ipſo actu fieri dicitur, & eſt ſatisfactum formæ, vt ſcri-
bunt Gozad. *in conſ.* 73. *n.* 33. Marius Ant. *d. cap.* 44. *num.* 12.
& aliis auctoribus citatis probat Galuan. *in conſ.* 23. *num.* 7.
quos refert, & ſecutus eſt idem Paul. Bellon. *eod. tract. de*
poteſt. cor. lib. 2. *cap.* 65. *num.* 3. & in dubio procliuiores eſ-
ſe debemus ad comprobandum contractum *l. cum hic ſtatus,*
§. 4 *ff. de donat. inter vir. & uxor. l. quoties, de verb. oblig.*

53 Sed quæſitum eſt, ſi pretij pars numerata ſit tempore con-
tractus, & conuentum, vt reſiduum ſoluatur creditoribus
venditoris, ita tamen, vt penſio non currat niſi pro ſumma
verè numerata, & ab eo tantùm tempore, quo fient ſolu-
tiones creditoribus, an contractus nullus ſit. Et reſpondeo
humanius eſſe, vt ſuſtineatur pro ea portione, qua pretium
numeratum eſt, quia cenſus hic non vnus, ſed multiplex eſt,
& cenſentur tot cenſus quot ſolutiones ex voluntate con-
trahentium, quæ in omnibus contractibus ſpectanda eſt *l.*
vlt. Cod. quæ res pignor. obligat. poſſ. Vt enim poſſunt contra-
hentes in vno inſtrumento vnicam emptionem contrahere,
ita & plures, cùm plures res ſimul vendunt *l. ſi plura, ff de*
ædil. edict. & Cardin. Mantic. *de tac. ambig. lib* 2. *tit.* 3. *n.* 12.
& in non diſſimili ſpecie ſenſit Rota poſt tract. Cencij *in*
54 *dec.* 125. *num.* 16 *&* 17. † Et cùm hæc ſpecies incidiſſet, alio
argumento vſus ſum, nimirum ad ſuſtinendum contractum
coniungendos eſſe actus impoſitionis, & numerationis, vt
qui ſe inuicem reſpiciunt, & ob relationem vnus alteri in-
eſſe cenſetur. Qua coniunctione facta nihil deeſſe formæ,
& cenſum validum eſſe à die numerationis, à qua initium,
& ſubſiſtentiam capit. Neque eſt nouum in iure noſtro, vt
venditionis perfectio ſuſpendatur, donec aliquid fiat, quod
eſt de illius ſubſtantia, vt euenit, cùm res venditur eo pre-
tio, quod Titius arbitratus fuerit *l. vlt. Cod. de contr. empt.*
idem Cardin. *lib* 4. *tit.* 19. *num.* 19. Non enim dicitur per-
fecta emptio, donec is pretium dixerit, ſed tunc perficitur,
cùm pretium conſtituitur, vt conſtat *ex d. l. vltim. & §. pre-*
tium. Inſtit. eod. tit. & tamen exploratum eſt pretium certum
eſſe debere, idque de ſubſtantia emptionis eſſe, vt tradunt
Franciſc. de Cald. *in lib. de empt. & vendit. cap.* 18. *num.* 10.
Cuiac. *in l.* 2. *§.* 1. *ff de contr. empt.* & in terminis cenſus tra-
55 dit Cencius *quæſt.* 46 *num.* 2. † Denique, vt cenſus emptus
nomine plurium perſonarum nominandarum ab eo, qui
contractui interfuit, validus eſt pro ea parte pretij quæ nu-
merata eſt, quia videtur contractus in plures contractus eſſe
diuiſus, & actum inter contrahentes, vt tot eſſent vendi-
tiones, quot perſonæ ea poſtfacto fuerint nominatæ. Quam-
obrem ſi non totum pretium numeratum eſt tempore im-
poſitionis, non idcirco totus cenſus irritus eſt, ſed ſuſtinetur
pro ea parte pretij, & reſpectu eius qui ſoluit, vt cenſuit
Rot. *in d. dec.* 125. *num.* 14. *&* 15. quam probauit Cenc. *in*
quæſt. 49. *in fin.* & Duard. *in d. §.* 2 *quæſt.* 1. *num.* 19. ita prop-
terea dicendum eſt eam formam cenſus validam eſſe pro illa
quantitate pecuniæ, quæ in actu impoſitionis numerata
eſt, & ſucceſſiuè pro illis ſummis, quæ deinceps numera-
buntur, facta ſcilicet coniunctione impoſitionis, & nume-
rationis, quæ perficit contractum, vt dictum eſt. Quod enim
in duabus perſonis recipitur, id & in vna recipiendum eſſe
diximus ſæpius *ex d. l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.*

Illud ſanè receptum eſt cenſum nullum, & inualidum eſ- 56
ſe, de cuius pretij ſolutione, & numeratione non niſi per
confeſſionem venditoris apparet; cùm ſcilicet in creatione
cenſus nulla interueniente pecunia confitetur ſibi pretium
ſolutum, & numeratum fuiſſe ante publicationem inſtru-
menti: Non quidem ex eo, quod confeſſio de recepto ſuſ-
pecta ſit, & cenſus ſit contractus, in quo venditor neceſſi-
tate preſſus facilè ad iniquas confeſſiones, & pactiones ad-
igitur, vt dicebat Felician. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 15. *& cap.* 9.
num 7. & Roderic. *de ann. redit. lib* 1. *quæſt.* 13. *num* 4. quia
id non ſufficeret ad improbandum contractum *l. contractus,*
Cod. de non num. pec. l. pecunia, Cod. de ſolut. l. vlt. ff. de inſtit.
act. ſed quia à D. Pio conſtitutum eſt, vt non niſi præſenti
& numerata pecunia in ipſo venditionis actu cenſus emi
poſſit, vt ſæpius dictum eſt, & in ſpecie docent Virgin. de
Boccat. *d. part.* 3. *num.* 57. Auendao. *de cenſib. cap.* 45. *n.* 12.
Maſtrill. ad Gregor *quæſt.* 5. *num.* 218. *& in dec.* 94. *num.* 8.
Conuerſan. ad Intrigliol. *quæſt.* 44. Anton. Gomez. *de cenſ.*
cap. 3. *num.* 12. Ioan. Franciſc. Leon. *Theſ. for. Eccleſ. part.* 2.
cap. 15. *num.* 17. & Vgolin. *de vſur. cap.* 51. *§.* 1. *num.* 1. *verſ.*
non igitur ſatis eſt, & Cencius *d. quæſt.* 51. *n.* 17. Id etiam ex
Theologis notant Rebell. *de obligat. iuſtit. part.* 2. *lib.* 10.
quæſt. 6. *num.* 8. & Duard. *in d. §.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 14. *&* 15.
concludentes propterea contractum eſſe vſurarium tanquam
factum contra formam conſtitutionis Pij V. † Quamobrem 57
nihil ad ſuſtinendum contractum proderit renuntiaſſe exce-
ptioni non numeratæ pecuniæ etiam cum iuramento, quia
licèt magna ſit vis iuriſiurandi, non poteſt tamen ſupplere
defectum formæ, quæ ad vitandas fraudes inducta eſt, &
contractum illicitum facere *l. non dubium, Cod. de legib. l.* 7.
§. & generaliter, ff. de pact. & l. 38. *ff. eod.* quæ ait *ius publi-*
cum priuatorum pactis mutari non poſſe, & in ſpecie docent
idem Virgin. *part.* 1. *num.* 1. *& num.* 46. Vgolin. *in d. cap.* 51.
§. 2. *num.* 2. *verſ. id quod locum*: & Duard. *in d. quæſt.* 16. *n.* 33.
& 35. ſubiiciens tertium poſſeſſorem hanc exceptionem ob-
iicere poſſe: quod etiam docuit Cencius *in d. quæſt.* .. *num.* 30.
† Sanè poterit emptor, & dominus cenſus teſtibus, vel 58
aliis legitimis modis probare integrum pretium numeraſſe
per ſe, vel per alium tempore contractus quamuis in inſtru-
mento illud omiſſum ſit. Non enim cenſentur excluſæ aliæ
ſpecies probationis *l.* 3. *§. in magu, ff. de teſtib.* & in ſpecie
cenſuit Rot. poſt tract. Cencij *in dec.* 133. *num.* 11. *&* 12. &
obſeruat idem Cencius *loc. citat. num.* 24. & Duard. *in dict.*
quæſt. 19. *num.* 6. & ante illos Gutierr. *practic. quæſt. lib.* 2.
cap. 176. *num.* 3. Nam ſi poteſt tota cenſus conſtitutio per te-
ſtes, & alias probationis ſpecies probari ſecundùm noſtram
ſententiam dicendum etiam eſt, numerationem pretij aliun-
de etiam quàm ex tenore inſtrumenti probari poſſe.

Quarta, & vltima cautio eſt, vt pretium in actu celebra- 59
tionis ipſius contractus à venditore cenſus recipiatur, vt in-
dicant verba illa conſtitutionis Diui Pij *non autem prius re-*
cepto pretio. Quod meritò à ſummo Pontifice conſtitutum eſt
ad tollendas fraudes, quæ in hoc genere fieri ſolent in perni-
ciem venditorum: & valde congruit naturæ emptionis, &
venditionis, in qua licèt venditor non teneatur rem facere
emptoris, ſed ſolum tradere, & ob euictionem ſe obligare,
† emptor tamen tenetur nummos facere venditoris *lib.* 12. 60
§. 1. *ff. de act. empt. & l.* 1. *in princ. de rerum permut. l.* 54. *ff.*
mand Fabian. de Mont. *in lib. de empt quæſt.* 1. *art.* 34. Cuiac.
in d. §. 1. *in fin.* inclytæ memor. Card. Mantic. *de tac. & ambig.*
lib. 4 *tit* 19. *n.* 17 & in ſpecie cenſus tradit Cenc. *quæſt.* 50.
n. 26 & Duard. *in d. quæſt.* 1. *n.* 40.

Sane formæ conſtitutionis Pij V. ſatisfactum eſſe intelli- 61
gitur, ſi pretium cenſus in ipſa celebratione contractus al-
teri numeretur iuſſu, & voluntate venditoris cenſetur enim
pretium recepiſſe, & breui manu creditori ſuo, vel alteri
tradidiſſe, vt docet Iaſ. *in l. qui in alien. num.* 41. *ff. de acquir.*
hæred. Surd. *in conſ.* 82. *num.* 2. Maur. *de ſolut. cap.* 5. *num.* 13.

Biſſon.

Briſſon. *eod. tract. lib.* 1. *circa medium*, *verſ. Prater ſupradictas*, & in terminis dictæ conſtitutionis cenſuit Rota poſt tract. Cencij *in deciſ.* 133. *num.* 12. *& deciſ.* 134. *num.* 4. idem Cencius *in d. quæſt.* 50. *num.* 23. & Duard. §. 2. *quæſt.* 4. *n.* 1. *&* 2. & probari poteſt *ex l. ſolutum*, §. *ſolutam*, *ff. de pignor. act.* cuius verba ſunt, *ſolutam pecuniam accipiendam non ſolum ſi ipſi, cui obligata res eſt, ſed etiam ſi alij ſoluta ſit, voluntate eius*, & *ex l.* 49. *&* 59. *ff. de ſolut. & l. vlt. ff. quod iuſſ.* & conſtat etiam *ex l.* 3. §. *ſed ſi debuerem. ff. de donat. int. vir. & vxor.* vbi Celſus ait *celeritate coniungendarum inter ſe actionum vnam actionem occultari neque nouum, neque mirum eſſe, quod per alium accipias,*
61 *te accipere.* † Cuius rei etiam argumentum eſt, quia notarius, qui in inſtrumento ſcripſit pecuniam alicui, veluti Titio fuiſſe numeratam, non dicitur falſum commiſiſſe, neque pœna falſi tenetur, ſi fortè pecunia iuſſu, & voluntate illius alteri numerata probetur, vt tradunt interpretes *in l. ſingularia. ff. de reb. cred.* Bart. *n.* 23. Roman. *n.* 39. Alex. *n.* 34. Iaſ. *n.* 52. Bologn. *n.* 112. Riminald. *n.* 15. & Cagnol. *n.* 51. quos refert Farin. *quæſt.* 154. *n.* 74. vbi ait perinde eſſe alicui pecuniam numerari. Qua ratione M. Tullius *act.* 4. *in Verr.* oſtendit illum contra leges eam pecuniam accepiſſe, quæ cuidam Volcatio eius decreto, & iuſſu fuerat numerata. *Quæ eſt iſta defenſio* inquit &c. *Volcatio dicum ſeſe dediſſe, ſed cùm ob ſua decreta, ob imperata, ob iudicata pecunia dabantur, non erat quærendum, in cuius manu numerarentur, ſed cuius iniuria cogerentur.*

63 His conſequenter dicendum eſt validum eſſe cenſum, in cuius creatione venditor, nec pretium recipit, neque iuſſu eius alteri ſolutum eſt, ſed tantùm in eius conſpectu eo volente poſitum, & numeratum, quia hoc etiam caſu pecunia ſatis recepta eſſe intelligitur, vt docent Bart. & alij auctores proximè citati *in d. l. ſingularia* & Purpur. *eod. loc. n.* 118. Faber *comelt. lib.* 19. *cap.* 3. *in princ.* & Farin. *in d. quæſt.* 154. *num.* 60. & quia hoc caſu etiam pecuniæ dominium in venditorem tranſlatum eſt, quaſi longa manu ipſi fuerit tradita, vt conſtat *ex l.* 79. *ff. de ſolut.* In qua Iuriſconſultus ait *Pecuniam quam mihi debes, ſi in conſpectu meo ponere te iubeam efficitur, & vt tu ſtatim liberteris, & mea eſſe incipiat. Nam tum quòd à nullo corporaliter eius rei poſſeſſio detineretur, adquiſita mihi, & quodammodo longa manu tradita exiſtimanda eſt.* Non ſolùm igitur ſatisfactum eſt bullæ, cùm pecunia numeratur alteri voluntate venditoris, ſed etiam cùm aliquo in loco coram illo reponitur illius iuſſu: & verba illa Bullæ, *recepto pretio*, verificantur non tantùm cùm breui manu, pecunia recepta eſt, ſed etiam cùm
64 longa manu tradita intelligitur. † Alio tamen ſenſu videtur dixiſſe Ouidius.

——*An neſcis longas Regibus eſſe manus.*

nimirum quod per ſuos, quibus manuum vice vtuntur, poſſint etiam procul diſtantes perſequi, & coërcere: vt etiam dicimus multas Principum aures, atque oculos eſſe, quod per exploratores, & ſatellites obſeruent, quæ quiſque dicat, faciátve, vt quidam ſcribit in adagiis *chil.* 1. *cent.* 2. ſic Cicero *in d. act.* 4. ait Verris comites, præfectos, præcones, ſcribas manus eius fuiſſe, quibus prouinciam diripiebat *Cohors, inquit, illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quàm ſi centum cohortes fugitiuorum fuiſſent, tua manus ſine controuerſia fuit. Quicquid ab horum quopiam captum eſt, id non modo tibi datum, ſed tua manu numeratum iudicari neceſſe eſt.*

65 Poſtremò quæritur, an cenſus aliena pecunia emi poſſit, & contractus valeat. Et obſtare videtur quod diximus *n.* 60. emptorem teneri nummos facere venditoris *ex d. l.* 11. §. 1. *de act. empt.* quod facere non poteſt, qui nummos alienos dedit *l. nemo plus iuris. de reg. iur. & l.* 13. *in princ. ſi cert. pet. l.* 81. *ff. de iur. dot.* Quam ſententiam nouiſſimè amplexus eſt Duardus *in d.* §. 8. *quæſt.* 1. *n.* 38. quamuis hac ratione non moueatur, ſed alia, quòd ſcilicet in hac ſpecie cenſus ſit ſine pretio, ſine quo conſiſtere non poteſt ex Rota poſt Cencium *deciſ.* 115. *& dec.* 125. & ex Mario Muta *in deciſ.* 73. *num.* 11. Nam inquit licèt ex pecunia aliena quis poſſit rem emere, & illius dominium acquirere *l. ſi pecunia. C. de rei vendic. lib.* 1. *C. ſi quis alt. vel ſib.* id in emptione cenſus recipi non poteſt, quia conſtitutio cenſus habet, vt loquitur, iuris reſiſtentiam non ſoluto pretio, quod accidit ſi ematur aliena pecunia.

Sed contrariam ſententiam apertiſſimè probauit Rota poſt eundem tract. Cencij *in dec.* 125. *num.* 1. *&* 2. coram ſanctæ mem. Gregor. XV. quæ inter illius deciſiones eſt *deciſ.* 157. & quæ, quod mirum eſt Duardum non animaduertiſſe, extat etiam poſt eius comment. in qua hæc obiectio leuis dicitur, quia, inquit Rota, verè pecunia fuit numerata venditoribus, quod ſatisfacit Bullæ, quæ non curat, cuius ſit pecunia numerata: & ſicut poteſt quis ſibi emere, & acquirere ex pecunia aliena *l.* 1. *& l. multum C. ſi quis alt. vel ſib. l.* 6. *C. de rei vindic.* ita poteſt ex propria pecunia alteri emere *l. mancipia C. eod. tit.* & hanc Rotæ definitionem ſecutus eſt Cenc. *in add. d. quæſt.* 50. *num.* 24. ſubiiciens nihil aliud ex forma dictæ conſtitutionis ſpectandum eſſe in propoſito, quàm, vt ad manus venditoris integrum pretium perueniat. Idemque apertiſſimè ſenſit Muta *in dec.* 81. *num.* 19. cuius neque Cencius neque Duardus meminere, tametſi vterque illi contrariam opinionem tribuat. Et vtitur Muta eodem argumento, quo nititur Rota *in d. dec.* 125. quia inquit alijs auctoribus relatis, dominium acquiritur ei, cuius nomine cenſus celebratus eſt non habita ratione, cuius ſit pecunia. Quod etiam ego ſentio, & nullum inter conſtitutionem cenſus, & emptiones aliarum rerum hac in re diſcrimen ſtatuendum eſſe.

Neque mouere debet, quod diximus emptorem teneri facere nummos accipientis, quia hoc commune eſt cum emptionibus aliarum rerum. Et proinde cùm aliæ res poſſint alienis nummis comparari, vt inquit Rota *in d. dec.* 125. *numero* 2. & conſtat *ex d. l. ſi pecunia C. de rei vindic. l. ſi quis ff. pro ſoc. l.* 3. *C. arbit. tut.* & alijs quas recenſui *quæſt.* 96. *n.* 1. & non ideo minus contractus valeat: ita prorſus in emptione cenſus dicendum eſt, quamuis nummi ſint alieni, dummodo verè ad manus venditoris peruenerint.

Neque obſtat auctoritas Mutæ *in d. dec.* 73. *num.* 11. qua mouetur Duardus, quia non ibi agitur de cenſu pecunia aliena, & numerata empto, ſed de cenſu conſtituto ex debito antecedenti, quod genus in Sicilia receptum eſt: & debitor cenſus, vt executionem declinaret, obiiciebat illud indebitum eſſe, & ius illud, quod in cauſam, & pretium cenſus verſum fuerat, ad emptorem non pertinere, & proinde ſubiugantem, ſic enim venditorem cenſus appellare ſolent, per errorem, & ſine cauſa ſe obligaſſe, & conſtitutionem cenſus inualidam eſſe, vt Marius proſequitur *num.* 12. ex Decio, Pariſ. Crau. & alijs, & præſertim ex Carolo de Graſſ. *except.* 8. ſed nos quærimus de cenſu, cuius pretium verè numeratum eſt, & ad manus venditoris peruenit, in qua ſpecie clarè ſenſit Muta *in d. dec.* 81. *num.* 19. cenſum validum eſſe, & nihil referre, cuius ſit pecunia.

Qua ratione nihil obſtant duæ illæ Rot. *dec.* 115. *&* 121. *coram Emin. Blanchetto*, quia ibi non quærebatur de cenſu, cuius pretium licet ex aliena pecunia, verè, & realiter numeratum, & traditum eſt venditori, & ad illius manus peruenit, quo caſu cenſuit Rot. cenſum validum eſſe apud Lud. *in d. dec.* 157. ſed agebatur de cenſu, in quo nulla erat facta numeratio venditori, ſed nummi depoſiti ea lege, vt ſine alterius conſenſu remoueri non poſſint eo inſcio, in pretium cenſus conuerſi fuerant, & proinde quia depoſitum vim ſolutionis in pecunia numerata ita demum obtinet, ſi liberum eſt venditori quandocunque illas pecunias capere, & in ſuos vſus conuertere, vt diximus *num.* 40. meritò cenſuit Rota cenſum nullum eſſe, veluti nullo interueniente pretio, vt videtur illas deciſiones intellexiſſe Cencius *in qu.* 48. *num.* 20. vbi ſubiicit *in addit.* præſumi adhuc pecuniam extare penes depoſitarium.

Denique nihil obſtat, quod Duardus ait hoc caſu cenſum eſſe ſine pretio, ſine quo reditus non debentur ex Auend. *de cenſib. Hiſp. cap.* 45. *num.* 7. vbi ait ſine ſorte vſuras non currere, quia falſum eſt, hîc nullum pretium eſſe. Supponimus enim pretium in pecunia numerari, & recipi à venditore, quod ſufficit, vt emptio valeat, & ius cenſus acquiratur emptori. Alioqui ſi ex eo, quod pecunia aliena eſt, contractus ſine pretio eſt, vt Duardus opinatur, conſequens eſt emptiones aliarum rerum in quibus pretium aliena pecunia ſoluitur, non conſiſtere quia certum eſt ſine pretio emptionem nullam eſſe *l.* 2. §. 1. *ff. de contr. empt. l.* 9. *C. eod.* hoc verò dicere abſurdum eſt, conſtat enim emptionem nummis alienis factam valere, & dominium rei emptori acquiri etiam

fœneratori,

fœneratori, & furi, vt diximus *in d. quæſt. 96. num. 1.* & ſcribit Duard. *loc. cit.* & conſtat *ex d. l. ſi ex pecunia, Cod. de rei vendic.* Non igitur ex eo, quòd pretium alienis nummis ſolutum eſt, dici poteſt contractum ſine pretio eſſe, ſufficit enim, vt nummi verè ad venditorem peruenerint, quibus non minus rei ſuæ conſulere, & quos non minus in rem ſuam vertere poteſt, quàm ſi fuiſſet emptoris.

66 Sanè quod diximus cenſum pecunia aliena emptum validum eſſe accipiendum eſt, dummodo venditor poſtea nummos conſumpſerit, & in ſuam rem verterit. Nam, vt conſumptis nummis conciliatur mutuum, quod ex aliena pecunia factum eſt, & datur condictio etiam furi *l. nam etſi fur. 13. in princ. l. non omnis, §. ſi pupillus, ff. de reb. cred* Alciat. *in l. x. §. appellata, num. 6. ff. ead.* & ſi pater nummos alienos in dotem dedit, illis conſumptis dos fit profectitia *l. 81. ff. de iur. dot.* fideiuſſor etiam, qui alienos nummos in cauſam fideiuſſionis dedit, ita demum mandati agere poteſt, ſi ij conſumpti ſunt *l. 94. §. x. ff. de ſolut.* Denique ſi debitor ex aliena pecunia debitum ſoluerit conſumptis bona fide nummis liberatur *d. l. non omnis, in fin. & l. Caſſius, ff. de ſolut.* & tradit Cuiac. *in d. l. 81. de iur. dot. & l. 9. de ſolut. ad Papin.* & Briſſon. *in tract. de ſolut. lib. 1. verſ. ſuos autem nummos, fol.* 187. cuius iuris ratio eſt, quia cùm is, qui alienos nummos dedit, domino ad reſtituendum teneatur, & is qui pecuniam accepit, & bona fide conſumpſit à domino non poſſit conueniri, & ex conſumptione idem conſecutus ſit, quod conſecutus fuit, ſi nummi fuiſſent eius, qui dedit, æquum eſt, vt valeat id quod geſtum eſt, ne locupletetur cum aliena iactura, quod à naturali, & ciuili iure alienum eſt *l. nam hoc natura, ff. de condict. indeb. & d. l. Caſſius, de ſolut.* & Alciat. *in d. l. x §. appellata, num.* 7. Duaren. *ad d. titul. ſi cert. pet. cap. 2. circa fin. verſ. In primis igitur.* & Briſſon. *loc. cit.* & ita accipi debet, quod ſenſit Rot. *in dict. dec. 157. coram ſanct. mem. Ludouiſ.* Cencius & Muta *loc. cit.* Quamobrem ſi nummi extarent, eóſque dominus vendicaret, vel ageret ad exhibendum, quia mala fide conſumpti ſunt, quod perſpicuum eſt ei licere *ex l. 11. in fin. de reb. cred.* gloſ. *in d. l. Cod. ſi quis alt. vel ſib.* & tradunt Cuiac. *loc. cit.* & Cardin Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 9. num. 3.* iniquiſſimum eſſet ſtare contractum cenſus, & venditorem ad præſtationem reditus compelli, proinde enim eſt, ac ſi nihil accepiſſet *l. 46. de ſolut.* Bald. *in l. ſi à furioſo, num. 2. verſ. quæro mutuans, ff. ſi cert. pet.* Briſſon. *loc. cit.* & Præſes Faber *in ſuo Cod. tit. de remiſſ. pignor. def. 8. num. 15.* & ita accipi poteſt quod Duardus ſenſit *loc. cit.* qui tamen ita rem explicare non potuit, vel noluit vir magis Theologus, quàm Iuriſconſultus. Sanè quod dixi contractum conſumptis bona fide nummis valere, & conciliari, multo magis retinendum eſt, cùm emptor pecuniam debitam domino reſtituit, vel ei hoc nomine ſatisfeciſſe apparet, hoc enim caſu contractus confirmandus eſt etiam extantibus adhuc nummis apud eum, qui accepit, vt conſtat *ex dict. l. 94 § 2. ff. de ſolut.* & ex Cuiac. *eod. loc. ad Papin.* idémque eſt, ſi dominus nummorum conſentiat, vt docet idem Alciat. *loc. cit. num.* 1. vbi congruenter notat hunc domini conſenſum retro recurrere, vt contractus ab initio ſuſtineatur. Vt etiam conſumptio bona fide facta facit videre dominium ab initio translatum, vt inquit Caſtrenſ. *in d. l. Caſſius, n. 2. ff. de ſolut.*

Denique quod diximus cenſum aliena pecunia emptum acquiri emptori, accipiendum eſt, niſi conſtet nomen emptoris ſimulatè appoſitum fuiſſe, & in veritate cenſum illi emptum, cuius erat pecunia. Hoc enim caſu cenſus domino pecuniæ acquiritur non alteri, qui nudum nomen habuit *l. 2. & l. multum intereſt, 6 Cod. ſi quis alt. vel ſib.* ad quod etiam coniecturæ ſufficiunt, vt docet Bald *in d. l. 6. num. 2.* vbi ait id probari ex coniunctione veriſimilitudinum, inter quas præcipua eſt perceptio fructuum, vt notat idem Baldus *eod. loc.* Caſtrenſ. *in ead. l. n. 15.* Pariſ. *conſ. 53. num. 20. lib. 1* & Rot. apud Butat. *in dec... a. x. & 3.*

QVÆSTIO LX.

An ex pecunia antea debita cenſus conſtitui poſſit.

SVMMARIA.

1 *Feliciani opinio cenſum ex pecunia debita creari non poſſe.*
Et eius argumenta.
2 *Cenſus ex debito antecedenti validè creatur, ex Surdi, & ſequacium ſententia.*
Etiam poſt conſtitutionem Pij V.
3 *Debitum ex vna cauſa in aliam conuerti poteſt.*
4 *Cenſus ex debito conſtitutus natura ſua licitus eſt, poſt bullam Pij V. illicitus.*
5 *Forma conſtitutionis Pij V. non ſeruatâ cenſus eſt inualidus.*
6 *Molina, & Salas ſentiunt ex natura rei cenſum pro debito emptum validum eſſe.*
7 *Cenſus alijs titulis quàm emptione acquiri poteſt.*
8 *Cenſus ex natura rei datione in ſolutum conſtitui poteſt.*
9 *Res pro debito vendi poteſt creditori.*
10 *Cenſus ad validitatem ex extrauagantibus Martini, & Calixti non exigitur pretij numeratio tempore contractus.*
11 *Cenſus in venditione ex natura rei fides de pretio haberi poteſt.*
12 *Emptor cui fide de pretio habita res tradita eſt, facit fructus ſuos.*
13 *Venditor qui pretium non recipit, & rem tradit, fructus excipere poteſt.*
14 *Cenſu pecuniâ creditâ empto nulla maior iniquitas eſt, quàm in emptione alterius rei fructiferæ.*
15 *In cenſu qui in ſolutum datur, non habetur fides de pretio.*
16 *Feliciani opinio cenſum titulo dotis transferri non poſſe reijcitur.*
17 *Cenſu ex debita pecunia conſtituto non fit conuerſio ex vna cauſa in aliam.*
18 *Debitum precedens in pretium cenſus cedi poteſt.*
19 *Ceſſante ratione legis, quando ceſſet lex.*
20 *Forma ſeruanda eſt, etiam ceſſante ratione legis.*
21 *D. Pius V. conſtituit, ne ex debito antecedenti fieret cenſus, ne tam facilis eſſet eius conſtitutio.*
22 *Pij V. conſtitutio in foro interno ſeruanda.*
23 *Pecunia eo pacto credita, vt ex ea ſua die non ſoluta cenſus fiat, an cenſus valeat.*
Quid ſi dolo venditoris factum eſt ne integrum pretium numeratum ſit.
24 *Nulla lex eſt, in qua non ſit locus æquitati.*
25 *Iudex quando æquitate vti poteſt, vel non.*
26 L. perſpexit. ff. qui, & à quib. *declaratur.*
27 *Cenſus ex pecunia eo pacto credita, vt niſi ſuo die ſolueretur ex ea cenſus conſtitueretur, eſt nullus.*
28 *Duardi ſententia quadam declaratur.*
29 *Cenſus ex pecunia credita ea lege, vt ea non reddita certo die ex nunc conſtitutus ſit ſuper re certa valet, & currit à tempore contractus.*
30 *Cenſus in quo integrum pretium numeratum non eſt dolo, & facto venditoris valet.*
31 *Pij V. conſtitutio de cenſibus ex bono, & æquo recipit interpretationem.*
32 *Legum finis commune Reip. bonum.*
33 *Pij V. conſtitutio ceſſat quod attinet ad numerationem pretij in cenſibus, qui ex cauſa dotis conſtituuntur.*
34 *Pij V. conſtitutio ceſſat in caſu dotis reſtituendæ.*

HÆc quæſtio præcedenti inſeri debuit, ſed quia celebris eſt, & variè de ea ſentiunt, operæpretium eſſe exiſtimaui de ea particulariter quærere. † Cùm ergo 1 quæritur, an ex pecunia debita cenſus creari, & conſtitui poſſit, quidam opinati ſunt ex natura rei, & ex propria natura contractus cenſum ex debito præcedenti creari, & in aliam transferri non poſſe: & proinde etiam ante conſtitutionem D. Pij, & vbi illa recepta non eſt, cenſum nullum,

&

& fœneratitium eſſe. Hanc ſententiam tuetur Felician. contendens acerrime id repugnare origini,& eſſentiæ iſtius contractus, & proinde planè nullum eſſe in vtroque foro, & reditus perceptos ſorti eſſe imputandos : & ita ſcripſit *lib.1.c.8. n.13.& 14 & lib.2.c 5.n.17.* & rurſus *tom.2.l.1. c.8.n.7.* vbi ait nihil ab aliis proponi,quod eum dimoueat à veteri ſententia. Et Felicianum ſecutus eſt Rebell. *in lib.de conſ. quaſt.1. n. 23.* vbi ait contractum cenſus ſuapte natura exigere,vt pretium ſit præſens. Et mouetur primò Felicianus , quia cenſus ſolo titulo emptionis,& venditionis conſtitui poteſt, ſed datio in ſolutum non eſt emptio *l. vlt. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. l. ſi prædium, C.de euict.* ergo cenſus hoc titulo conſtitui non poteſt. Secundò cenſus creari nequit niſi in ipſo contractu interueniat pretium in pecunia numerata , idque non tantùm ex conſtitutione Pij V. quod eſt certiſſimum,ſed etiam iuxta Martini V. & Calixti III. conſtitutiones *de empt.& vend.* ſed in hoc cenſu verè non interuenit pecunia , nec numeratur tempore contractus , ergo iſtiuſmodi cenſus conſiſtere non poteſt. Tertiò ſi in cenſu non eſſet neceſſaria numeratio , & traditio pretij tempore contractus, ſequeretur in venditione cenſus fidem de pretio haberi poſſe : ſed hoc eſt falſum ea communi ſententia , ergo & illud ex quo ſequitur. Denique inquit, iuſtitiæ, & æquitati repugnat , vt eius quod quis non accepit, reditum exoluat : igitur in cenſu fides de pretio haberi non poteſt. Ergo requiritur ſpeciatim in hoc contractu ex natura rei vera pretij numeratio contemporanea formationi contractus , & proinde non poterit titulo dationis in ſolutum produci. Neque negotium facere,quod volgò dicitur debitum ex vna cauſa in aliam conuerti poſſe, quia inquit,vt conuentio hæc vtilis eſſe poſſit , neceſſaria eſt præſentia rei tempore conuerſionis in aliis contractibus omnibus excepto mutuo, idque refert ſenſiſſe Azonem, Ioan. Salic. Aretin.& alios quoſdam *in l.ſingularia, ff. ſi cert. pet.* vel ſaltem neceſſe eſt,vt pecunia ſit parata ſolutioni ex communi ſententia,quæ cùm deficiant in cenſu ex præcedenti debito creando,in quo nec pecunia præſens eſt, neque parata ſolutioni, conſequens eſt conuentioni locum non eſſe. Quare inquit cùm authores contrariæ ſententiæ indiſtinctè loquantur , velintque debitum præcedens conuerti poſſe in cenſum abſolutè , & ſine vlla diſtinctione illorum traditio vtpote iuris placitis apertiſſimè contraria improbanda erit. Ita Felician *loc.cit.* & præſertim *in d. cap. 5. n. 17.* ſubiiciens *n.18.* ob eaſdem rationes cenſum titulo dotis conſtitui non poſſe.

2 Altera ſententia eſt reditum annuum ex pecunia verè debita ex mutuo, vel alia iuſta cauſa conſtitutum validum eſſe etiam poſt conſtitutionem D. Pij quam tuentur Surd. *in conſ. 262. n.38.& ſeq.* Petr. Salaz. *de vſu & conſuet.cap.8. n.45.* Roderic. *de ann. redit. lib. 1. quaſt. 13. num. 3. in fin.* Maſtrill. *in dec. 262. num.11. & in addit. ad Gregor. quaſt. 5. num.172. & 175.* Auendan. *de cenſib. cap. 38. n. 17. & tot. cap. 43.* & ſecundùm hanc ſententiam reſpondit D. Præſes Bellon. *in conſ. 92. num. 9.* ſecundùm quam iudicatum refert Theſaur. lun. *in q.32. in fin. lib. 1.* & Fontan. *in dec. 130. num. 7.* vbi ait id expeditum eſſe , & ita millies Senatum declaraſſe. Idem ſentiunt Eman. Rodrig. *de cenſib. condit.4.* & Anton. Gomez *eod. lib. cap. 3. num. 17.* cum diſtinctione tamen , quod ſi debitum procedit ex pecunia verè numerata ipſi debitori , vt ex mutuo, vel depoſito, cenſus ex illo creari poſſit, & præſertim ſi pecunia eo pacto tradita ſit , & credita , vt ex illa ſuo die non reſtituta , cenſus conſtituatur. Quod ſi debitum originem trahat ab emptione , & venditione aliarum rerum, quarum pretium naturale eſt , & arbitrarium ex illo reditus creari nequeat , quam diſtinctionem aliquando Senatui placuiſſe memorat Felician. *loc. cit.*

3 Mouentur verò auctores huius ſententiæ , quia quemadmodum propter vtilitatem debitoris benignè receptum eſt, vt pecunia ex alia cauſa debita poſſit in mutuum conuerti iuxta *l.certi condict. in fin. & l.ſingularia, ff. ſi cert. pet. & l. qui negotia.34. ff. mand.* ſic eadem vtilitas, & æquitas admonet , vt pecunia ex quacunque cauſa debita in cauſam emptionis cenſus poſſit conuerti. Neque mouet , ſi dicas hanc conuerſionem eſſe fictam ſolutionem non veram & realem , quam conſtitutio exigit , quia licèt actus ſoluendi fictus ſit , verè tamen ſoluitur , & ſolutio huiuſmodi pro vera habetur , ex qua ſcilicet venditor verè percepit commodum naturalis ſolutionis, & realis numerationis pecuniæ , vt expendunt duo clariſſimi Præſides Surdus & Bellonus *loc. cit.* Deinde cauſa finalis conſtitutionis Pij V. eſt , vt obuiam eatur fraudibus, & vt euitentur ſuſpiciones fraudis,vt indicant verba præfationis *l. vltim. ff. de hered. inſtit. l. 1. ad Macedon.* Quotieſcunque igitur fraus omnis abeſt , & ceſſat omnis fraudis ſuſpicio , cenſetur hac in parte ſatisfactum conſtitutioni. Euitatur autem omnis ſuſpicio non tantùm per ſolutiones veras , ſed etiam per fictas , quæ pro veris habetur. Et licet conſtitutio Pontificis requirat veram , & realem ſolutionem pretij , & hoc modo excludat ſolutiones fictas , intelligitur tamen illas tantùm excludere , quæ omnino fictæ ſunt , id eſt , quæ vim , & fundamentum habent in ſola confeſſione debitoris facta in actu conſtitutionis cenſus. Nam quia hæc confeſſio ſimulata eſſe poteſt , ideo excluditur à Diuo Pio , cuius intentio eſt fraudibus , & ſimulationibus occurrere. Cæterùm ſi ſolutio non ſit omnino ficta , ſed reſpectu commodi venditoris ſit vera , licèt contineat fictionem quoad actum numerationis , vt eſt conuerſio debiti ex alia cauſa in emptionem cenſus , veriùs videtur hoc genus ſolutionis à Diuo Pio non excludi. Ita ſubtiliter , & eleganter D. Præſes Bellon. *in dict. conſ. 92. num. 16.*

Tertia inter vtramque & vera ſententia eſt , huiuſmodi 4 cenſus quamuis ex natura rei liciti ſint, poſt conſtitutionem D. Pij irritos , illicitóſque eſſe. Etenim quod natura ſua , ſi fraus omnis abſit , huiuſmodi contractus liciti ſint , facile probari poteſt , quia vt prædia , & aliæ res in ſolutum dari poſſunt *l. ſi præd. C. de euict. l. eleganter, ff. de pign. act.* ita & ius reditus annui ſuper rebus propriis dationne in ſolutum transferri poteſt, vt aliis titulis omnibus , quibus rerum dominia acquiruntur, vt multis oſtendit Salon. *de cenſib. art. 3. contr. 8. n. 3.* Et in his terminis accipiendum eſt, quod ſcribit Fontan. *loc. cit.* vt ipſemet iamdudum explicauerat *in tract. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 18 part. 2. n. 3. & 9.* Quod verò poſt conſtitutionem D. Pij , & vbi recepta eſt, hoc genus cenſus illicitum ſit, conſtat euidenter quia Pontifex verè , & omnino exigit pecuniam numeratam in ipſa conſtitutione cenſus : & proinde non ſatis eſt ante fuiſſe numeratam , vel creditam, vt patet ex illis conſtitutionis verbis. *Hac noſtra conſtitutione ſtatuimus cenſum ſeu reditum annuum conſtitui nullo modo poſſe &c. niſi verè in pecunia numerata, & in actu celebrationis inſtrumenti , non autem prius* , & rurſus ex illa clauſula *contractúſque ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitios indicamus.* Ex quibus hanc ſententiam ſecuti ſunt Salon. *loc. cit.* Virgin. de Boccat. *d. lib. de cenſib. part. 1. num. 52.* Molin. *diſput. 390. num. 2.* Viuius *in dec. 309. num. 4.* Rebell. *lib. 10. quaſt. 5. n. 4.* & rurſus *quaſt. vlt. n. 1.* Salas *de cenſib. dub. 8. n. 8. & 11.* Vgolin. *de vſur. cap. 51. §. 1. n. 2. in fin.* Bonac. *quaſt. 3. punct. vn. num. 21.* Scott. *theor. 264.* Paul. Bellno. *lib. 1. de poteſt. cor. quæ in cont. cap. 84. num. 7.* vbi hanc ſententiam præualuiſſe. Hooded. *in conſ. 17. n. 23. lib. 2.* Surrigliol. *de cenſib. quaſt. 97. num. 2.* & Marcell. Conuerſan. *ad eund.* Valenz. *conſ. 173. numer. 3.* Scaccia *de commerc. §. 1. quaſt. 1. num. 216.* Mangil. *de euict. quaſt. 83. num. 15. & 16.* Fontan. *in d. gloſ. 18. part. 2. num. 3. & ſeq.* Fauſtus *in ſuo ſpeculo confeſſ. diſput. 18. quaſt. 31. & 35.* & nuper editus Duard. *in §. 2. quaſt. 7. num. 7. & quaſt. 8. n. 12.* & inter Germanos ſcriptores Binsfeld. *in cap. in ciuitate , poſt Bullam Pij V. condit. 2.* Et quod in hoc tractatu maximum pondus habet , ſententiam hanc conſtanter tenet Rota Romana , vt conſtat *ex dec. 81. 92. & 119.* poſt tractatum Cencij , & idem Cencius *de cenſib. part. 2. cap. 1. quaſt. 1. art. 5. num. 36. & art. 6. nunc quaſt. 49. num. 24.* Et ita Romæ hæc ſententia vera exiſtimatur , vt Gratianus recens auctor Romanus *diſcept. forenſ. c. 853. n. 37.* quaſi probro ducat , & ægrè ferat ſibi ab aduerſariis obijci, quod aliquando Surdi opinionem ſit ſecutus. † Et ſanè cum 5 conſtitutio Pontificis pro forma exigat , vt in conſtitutione cenſus pretium verè ſoluatur in pecunia numerata tempore contractus non autem prius, & contractus ſub alia forma celebratos irritos , & fœneratitios eſſe pronunciet , dicendum eſt nullum in re perſpicua interpretationibus, & fictionibus locum eſſe relictum , & proinde cenſum , in quo hæc

Digitized by Google

forma neglecta fuerit, nunc irritum, & illicitum eſſe in iis nempe locis, in quibus recepta eſt conſtitutio Pij V. vt dixi.

Sanè hic notandum eſt Felicianum *in d. cap. 8. n. 7.* non
6 tantũ exiſtimare poſt conſtitutionem Diui Pij, & vbi recepta eſt, cenſum nullum, & fœneratitium eſſe, qui ex pecunia ante debita, vel aliis ſpeciebus æſtimatis in vicem pecuniæ conſtitutus eſt, ſed etiam ex natura rei, & ex natura cõtractus cenſualis, vt initio dictum eſt, quam ſententiã Duard. *in d. §. 2. quaſt. 8.* tribuit Molinæ, & Salas *locis ab eo citatis*, qui tamen aliud mihi ſentire videntur, ſiquidem Molina poſtquam docuit in iis locis, in quibus conſtitutio Pij V. recepta eſt, cenſum nullum eſſe ipſo iure, qui non numeratâ pecuniâ celebratus ſit, ſubiicit ſtatim in hæc verba, *nihil impediente, quod alioquin iuſtè ex natura rei fiat*, & poſt pauca. *Hunc tamen cenſum*, inquit, *ex natura rei ſecluſo poſitiuo iure non arbitror eſſe damnandum.* Salas etiam *in d. dub. 8. num. 4. & 5. verſ. quoad ſecundũ & n. 11.* apertiſſimè docuit, ſtando in ſolo iure naturali, vel diuino, vt loquitur, & ſecluſa Bulla Pij V. & omni iure poſitiuo ex debito liquido cenſum conſtitui poſſe, poſt conſtitutionem verò Pij V. eiuſmodi cenſum nullum, & illicitũ eſſe etiam in foro conſcientiæ, quia inquit Pius V. exigit omnino pecuniam numeratam tempore cõtractus. Vterque igitur ſenſit contractum huiuſmodi poſt conſtitutionem Diui Pij, & vbi illa recepta eſt, nullum, & fœneratitium eſſe in vtroque foro, vt Duardus notat, ſed neuter ſenſit id etiam ex natura rei, & inſpecta natura contractus cenſualis recipiendum eſſe, vt illis imponit: imo ſubducto omni iure poſitiuo licitum eſſe, vt dictum eſt.

Qua ſententia retenta non obſtant argumenta Feliciani,
7 quatenus tentat ſubducta conſtitut. Diui Pij cenſum ex debito præcedenti conſtitutum nullum, & fœneratitium eſſe, quia primum illius argumentũ ſupponit ex natura contractus ſola formali, & propria emptione reditũ annuum conſtitui poſſe, quod eſt omnino falſum. Nam ex permutatione etiam creari poſſe certum eſt *ex l. vlt. ff. de rer. permut.* & ex donatione *l. 35. §. ſi verò reditũ ff. de donat.* Denique tranſactione, & aliis modis omnibus, quibus dominia aliarũ rerum acquirimus; vt rectiſſimè tradũnt Cranet. *in conſ. 217. n. 4.* Frider. Martin. *de iur. cenſ. cap. 3. n. 1. & ſeqq.* Auendan. *de cenſib. Hiſpan. cap. 40. num. 10.* Salas *in d. dub. 8. n. 5.* & aduerſus Felicianum
8 Duardus *in d. qu. 8. num. 19.* † Quamobrem vt reliquæ res vendi, & in ſolutum dari poſſunt *l. 10. & 17. C. de ſolut. l. ſi quis aliam ff. eod.* ita nihil vetat ius reditus annui per dationẽ in ſolutum transferri, quæ ſcilicet ſimilis eſt venditioni, & vicẽ venditionis obtinet *l. vlt ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. l. 4. §. auctoris ff. de dol. mal. except.* & tradit inclytæ mem. Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 23 nu. 1.* & alijs auctoribus cit. notat Hering. *de fideiuſſ. cap. 20. §. 21. n. 4.* & ex ea etiã actionem ex empto competere conſtat *ex l. eleganter ff. de pignor. act. & l. ſi prædium C. de euict.* † Imò poteſt quis rem ſuam
9 pro debito vendere creditori *l. in numerationibus 44. ff. de ſolut.* vbi I.C. ait, *veluti ſi quis pignus pro debito vendiderit creditori*, & tradit Bart. *in l. ſingularia num. 26. ff. ſi cert. pet.* vbi contractum emptionis, & venditionis inter eos contractus refert, qui implentur interuentu cuiuſlibet rei. Quare cùm pro debito præcedenti venditur, vel in ſolutum datur ius reditus annui creditori, ſi fraus, & iniuſtitia abſit, nulla iuris naturalis, vel gentiũ regula offenditur: & proinde ſecluſo iure bullæ Pij V. & ante illius conſtitutionem ex vero debito præcedẽti cenſum creari, & acquiri potuiſſe rectiſſimè ſentiũt Auctores tertiæ ſententiæ, & alij plures apud Salas *in d. dub. 8. n. 5.* Pariſ. *in conſ. 75. n. 32. lib. 4.* Nauarr. *in conſ. 1. de empt. & vend.* Burſat. *in conſ. 214. num. 12.* Filliuc. *in tract. de cenſib. c. 3. n. 308.* & Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 18 par. 2. n. 10. & 15.* vbi ait argumentis Feliciani ſe non moueri: & vno tantùm caſu eius ſententiam recipiendam eſſe, cùm ſcilicet in conſtitutione cenſus habetur fides de pretio, quod egreditur fines quæſtionis noſtræ. Sed ſecundùm noſtram ſententiam conſtanter diſtinguit Rot. poſt Cenc. *in d. dec. 81. num. 2. & 4. & dec. 92. n. 5.* vt docet idem Cenc. *loc. cit.*

10 Alterum Feliciani argumentum falſo etiam nititur fundamento, nimirum ad iuſtitiam, & validitatem cenſus requiri actualem pretij numerationem in ipſo actu creationis illius ex conſtitutionibus duorum Pontificum Martini, & Calixti: ſiquidem verius, & receptius eſt Pontifices tantum approbaſſe illos cenſus, de quibus fuerant conſulti, & qui numeratâ pecuniâ in ipſa contractus celebratione conſtituti fuerant, non tamen reprobaſſe eos, qui hac conditione carerent, vt animaduertunt Salon *d. art. 3. contr. 8. ad 4.* Reginald. *c. 21. q. 2. num. 412.* ipſe Rebell. *lib. 10. q. 9. n. 9.* Salas *d. dub. 8. n. 8.* Caniſ. *de vſur. c. 11. num. 1.* & Scortia *ad ſelect. conſtit. Pontif. epit. 104. theor. 63.* & alij Theologi paſſim, & ex Iuriſperitis Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib. 3. c. 3. n. 49.* & tantùm verum eſt, quod Felic. ait Diuum Pium id conſtituiſſe, quod admittimus, & admittunt auctores omnes, quos recenſui *n. 4.* Non ergo ex natura rei, vel ex extrauagantibus duorum Pontificum id neceſſariũ eſt, ſed ex conſtitutione Diui Pij duntaxat, qui cautionem hanc adhiberi voluit, non quòd neceſſaria eſſet ex natura rei, & contractus, ſed quia publicè intereat eam adhiberi, vt obuiam iretur fraudibus fœneratorum, vt præ aliis notat Molin. *loc. cit.*

Denique tertia Feliciani ratio tota ex mẽdaciis conſtat, ſiquidẽ in primis falſum eſt in vẽditione cenſus ex natura rei, & contractus fidem de pretio haberi non poſſe tametſi hoc concedat Salon *loc. cit. verſ. ad primum*, quia cæterarum rerum venditiones hoc modo fieri poſſe exploratum eſt, & vſitatũ eſt *l. 19. de contr. empt. & §. vendita Inſt. de rer. diuiſ.* & ex Theophil. *eod. tit. §. 41.* vbi ait id iuris gentium eſſe, & apud omnes gentes æquè obſeruari, & proinde etiam in emptione cenſus ex natura rei, & contractus fides de pretio haberi poteſt, ſi id contrahentibus videatur, vt comperi ſentire Burſat *in d. conſ. 214. n. 14.* & Conuerſ. ad Intrigliol. *q. 44.* & probabile dicit Salas *loc. cit.* Filliuc. *d. cap. 3. n. 306.* & nouiſſimè Cardin. de Lug. *diſp. de cenſib. ſelect. 5. n. 80.* 11

Neque mouere debet, quod iniquum ſit eius pecuniæ quã quis non habuit reditum ſoluere, quæ ratio maximè mouit Felician. & Fonran. *loc. cit.* & Duardũ *in q 10. n. 7. & 8.* qui eadem iniquitas, & iniuſtitia deprehenditur in venditionibus prædiorũ, & aliarum rerum, quæ natura ſua fructus ferunt, ex quibus emptor, cuius fidem venditor ſecutus eſt, fructus, & fœtus capit non ſoluto pretio, vel aliquo alio loco pretij. Nam cum res in hoc euentu emptoris fiat non minùs, quàm ſi pretium numeraſſet *d. l. 19. de contr. empt. & l. 9. & 10. C. eod.* conſequens eſt fructus ad eum pertinere *l. 25. ff. de vſur. l. fructus 13. C. de peric. & comm. rei vend. & alijs locis.* Vt ergo improbanda non eſt venditio agri, vel domus, in qua fides de pretio habita eſt, quamuis emptor non ſoluto pretio frũctus & reditus illius percipiat, cùm ſatis ſit id venditori placuiſſe, & volẽti non fiat iniuria: ita valida eſt conſtitutio cenſus, & licita ex natura rei, in quo fides de pretio habita fuit, quãuis reditus ſtatim currat, & illos emptor percipiat. Cuius rei etiã argumentũ eſt, quia poteſt quis ſine pretio, & titulo donationis in alium ius reditus transferre *l. ſanc. & l. ſi quis argentum §. 1. C. de donat* & nos diximus *q. 43. n. 6.* ergo fide de pretio habita multo magis, ſi id voluerit. 12

Præterea, vt re vendita, & tradita non recepto pretio, ſed fide de eo habita poteſt venditor excipere fructus, donec pretium ſoluatur *l. 80 ff. de cont. empt. l. ſi ſterit. in fin. ff. de act. empt.* & tractatum eſt *q. 27. n. 5. & ſeq.* ita prorſus in conſtitutione cenſus ſubducta conſtitut. Pontificis res temperari, & corrigi poſſet paciſcendo, vt reditus non currat niſi ab eo tempore, quo pretium ſolutum, & numeratum erit, & pro portione acceptæ, & numeratæ pecuniæ, quo pacto interueniente Duardus *in d. q. 10. n. 19.* admittit pretij dilationem non repugnare naturæ contractus, nec huiuſmodi emptionẽ repugnare iuri naturali, cum venditor cẽſus nullum damnum patiatur. † Denique nulla iniuſtitia, aut iniquitas intelligi poteſt in cenſu credita pecunia emptor, inſpecto iure naturæ, & gentiũ, quæ in venditionibus aliarũ rerũ fructiferarũ non inueniatur, ſi fide habita de pretio fiat: & quæ iiſdem modis corrigi non poſſit, quibus iniquitatẽ, & iniuſtitiã aliarum commutationũ corrigi, & emendari vſitatum eſt. Etenim ad iuſtitiam cenſus iure naturæ, & ſecundùm ſe nihil aliud eſt neceſſarium, quàm vt ſeruetur æquitas inter contrahentes: & ſi forte aliquid fauore vnius additum ſit, illud vel quantitate pretij, vel aliis pactis arbitrio boni viri compenſetur, vt docet Leſſ. *lib. 2. c. 22. dub. 12. in prin.* vnde qua ratione emptiones aliarum rerum in 13 14

in quibus fides de pretio habita eſt,non improbātur : ita nec emptio cenſus ſtatim hoc nomine improbari poteſt inſpecto iure naturæ , quandoquidem ſi quid oneris eſt ex parte venditoris, poteſt illud alia ratione compenſari.

15 Sed licet concederē Feliciano in conſtitutione reditus annui ex natura rei fidē de pretio haberi non poſſe, non tamen inde inferre poteſt per dationē in ſolutum cenſum transferri non poſſe, vel pro debito vendi creditori. Nulla enim fides hic habetur de pretio,ſed illud venditor penes ſe habet,& retinet nimirum debitum præcedens, quo liberatur per venditionē cenſus,vt pluſquā manifeſtum eſt,& conſtat *ex d.l.* 44. *de ſolut.*& ex Hering *loc.cit.* Hinc licèt Maſtr.ad Gregor. *q.* 5. *n.* 215.*& ſeq.* doceat in terminis bullæ Nicolai V. non poſſe haberi fidem de pretio,idque ex his verbis ipſius bullæ *principalis recepti, ſeu pretij*, quia inquit, verbum *recepti* excludit fidem haberi de pretio, cùm ſit verbū præteriti temporis diuerſum,& contrariū futuro,idē tamen auctor eodem loco ex ſententia aliorum ſcriptorū ad eandem conſtitutionem Nicolai V. *n.*172.*&* 174. & rurſus *n.*189. *&* 190. docet cenſum datione in ſolutum conſtitui poſſe , & nullam dubitationem eſſe, quin cenſus ſit iuxta formam bullæ ex illis verbis, *recepti ſeu pretij*, vt etiam ſenſit Milan. *in dec.*2.*n.*45.*l.*2.*& in d.*9. *n.*69.& alijs auctoribus relatis Mar.Mut.*in dec.*73 *n.*7.*&* 8.ex quibus eſt perſpicuū in conſtitutione cenſus, qui datione in ſolutum acquiritur,fidem pretij non haberi,quia totum pretium verè iam receptum eſt,antequā reditus currere incipiat, vt notat Salas *loc.cit.n.*7.& aduerſus Felic.Salon.*de contr.* 8.*n.* 5. *verſ. ad confirmat. & verſ. ſextum ſolutum* & Roderic. *in d. q.*13.*n.*3.*verſ. quod autem*, vbi concludit hic nullam fidem haberi de pretio,cùm ante contractum ipſum receptum ſit maiori commodo venditoris, quàm ſi tempore contractus numeratum fuiſſet:& cùm pretium receptū ſit, meritò illi penſionem reſpondere , & commenſurari à tempore contractus. Quare mirum eſt Felic.in hac quæſt.aduerſus ferè omnes pugnare,& tam leuibus argumentis vti. Quæ refelluntur etiam ab Auendan.*cap.*38.*n.*14. à quo tamen nihil profecimus: & à Duardo *in d.q.*8.*n.*19. *& ſeq.*

16 Ex quibus etiam manifeſtum eſt à veritate , & iuris ratione alienum eſſe, quod Felicianus *d. cap.* 5. *num.* 17. veluti ex falſis principijs infert cenſū titulo dotis conſtitui non poſſe: qui refellitur manifeſtè *ex l.vlt.§.vlt.C.de iur.dot.*illis verbis *ſi quis in dotē, vel prædia, vel certum reditum promiſerit*, & ex conſtitutione eiuſdem Diui Pij ad Siculos,& ex Couar. Nauarr. Maſtrill.Duardo,& alijs,quos recenſui *in d.quæſt.* 43. *num.* 7. quod etiam valde ſuaderi poteſt, quia conſtitutio dotis , emptio, & venditio quædam eſt,& maritus ſimilis emptori propter onera matrimonij , quæ propter dotem cogitur ſuſtinere, vt indicat *l.* 18. *ff. de act. & oblig.l. ſicut §. ſed ſi. ff. quib. mod. pign. ſolu. & l.* 16. *ff. de iur. dot.* & explicat Tiraq. *lib.* 2. *de retract. in fin. tit. n.* 60. & Barboſ. *in l.* 5. *n.* 12. *ff. ſol. matr.*

17 Argumenta verò ſecundæ ſententiæ facili negotio etiam diſſoluuntur omiſſis enim Felic. reſponſionibus, quas initio huius quæſtionis recenſui, dicam potius in cenſu ex pecunia ante debita conſtituto nullam fieri conuerſionem ex vna cauſa in aliam,ſed pro debito cedi, & transferri ius percipiendi reditum annuum ſuper re alterius : vnde prius debitum propriè non nouatur, & conuertitur,ſed extinguitur : ſiquidem receptum eſt rem pro pecunia debita ſolutam parere liberationem, *vt in l.ſi non ſortem* 26.*§.ſi centum de condict. ind. l.*17.*C.de ſolut.l.ſi quis aliam ff.eod.* & tradit Barnab.Briſſon. *l.* 1. *de ſolut. circa med.* Neque in datione in ſolutum conuerſio illa intelligi poteſt,quæ fit cùm is,qui ex depoſito , vel mandato,vel alia ſimili cauſa ad aliquā ſummā tenebatur , eandē retinet ex mutuo,& nomine mutui,*vt in l.ſingularia, & l.certi condictio in fin. ſi cert.pet.& l.*6.*C.eod.*Etenim is,qui pro pecunia debita ius cenſus in alium transfert , non mutat cauſam obligationis in aliam:nec ſimilis quantitatis debitor manet : ſed ab obligatione illius pecuniæ, & quantitatis liberatur:& in creditorem transfert ius exigendi reditum,quod eſt reale, & inhærens rei.Quamobrem vt is qui pro debito dat in ſolutum,vel vendit agrum, vel domum creditori ſuo , quod fieri poteſt,vt dixi *ex d.l.*44.*de ſolut.* & aliis non dicitur cōuertere priorem obligationem in aliam, ſed re tradita liberatur *l. ex empto.ff.de act.empt.*quamuis re euicta teneatur *l.* 46. *de ſolut. l. ſi prædium C. de euict.* Briſſon. *dict. loc. cit.* & Mangil. *in ſuo tract. de euict. quæſt.*145. *num.* 24. ita prorſus qui pro pecunia debita ius cenſus tradit ſuo creditori,propriè non vertit priorem principalem pecuniæ obligationem in aliam eiuſdem aut ſimilis quantitatis,quamuis ad penſiones,& reditus præſtandos,& prædio cenſuali euicto ad euictionem teneatur : ſed cenſu in re propria & libera conſtituto ab illius pecuniæ obligatione liberatur : ita vt re perempta , emptori quoque cenſus pereat, & venditor liberatus manet non ſecus ac aliarum rerum venditarum periculum ad emptorem pertinere diximus *ex l.*1.*C.de peric.& comm.rei vend.* & in ſpecie cenſus Anton. Gomez. *libell.de cenſ.cap.*5 *num.*2.tametſi in debito in mutuum conuerſo aliud ſit : periculum enim tranſit in eum, qui mutuum rogauit , & accepit , vt inquit *d. l.* 9. *in fin. ſi cert. pet.* proinde mihi videtur hoc argumentū ad hanc ſpeciem nihil pertinere.† Poterant ſanè auctores huius ſenten- 18 tiæ congruentiùs dicere pro debito ius cenſus ex iure ciuili vendi, & in ſolutum dari poſſe creditori,*ex d.l.*44.*de ſolut. l.* 10.*C.eod.& d.l.ſi prædium C.de euict.* vel creditum præcedens pro pretio cenſus, & in pretium cenſus dari poſſe,vt nomina debitorum,& aliæ res,tametſi in iure conſiſtant,pro pecunia numerata vtriuſque contrahentis conſenſu dari poſſunt *l. ſi pro mutua C.ſi cert.pet.l.pretij cauſa C.de reſcind.vend.l.ſi in ſolutum C.de act.& oblig. & d. l.* 17. *C.de ſolut.* quod tamen nunc conſtitutio D.Pij in conſtitutionibus redituum fieri vetat,vt dictum eſt,& conſtat ex auctoribus citatis *n.*4.*& ex deciſ.Rot. Rom.relatis num.* 5. ex quibus conſtat ex conſtitutione Pij V. pro forma contractus cenſualis numerationem pretij in ipſis corporibus nummorum neceſſariam eſſe in ipſo actu conſtitutionis cenſus , & hac forma neglecta cenſum nullum , & illicitum cenſeri.

Alterum huius ſententiæ argumentum refellitur ab ipſo 19 Feliciano *eod. loc.* Nam inquit verum non eſt ceſſante finali ratione legis legem etiam ceſſare, niſi ratio ceſſet in toto genere,& quoad omnes, quod communē ſcholā Theol.docere ait & probari *ex l.*1.*in fin.ff.de minor.& l.*1. *ff.de appellat. & §. neque Inſtit.de auct.tut.*& ex Sot.*lib.*1.*de iuſtit. & iur. q.*6.*art.*8. Sarmien.*ſelect.interpr. lib.*3. *cap.*12. *n.*8. Tiraq. *in tract.ceſſante cauſa n.*137.quos citat Felician. *loc. citat.* quibus conſentiunt Fort.*de vlt.fin.illat.*15.*&* 16. Couarr.*ad tit.de matrim. par.*2.*c.* 27.*§.*9.*n.*8. Vaſq. *illuſtr. controuerſ. c.*46.*n.*5. *lib.*1. & Cardin. Mantic.*de coniect. vlt. volunt.lib.*2.*tit.*14. *n.* 11. & in terminis quæſtionis noſtræ reſpondet Salas *in d.dub.*8.*n.*11.*verſ.hic igitur fuit*,& Duard. *in d.§.*2.*art.*7.*n.*12.† Vel reſpondeti poteſt, 20 quod licet verum eſſet cenſu pro pecunia verè debita conſtituto ceſſare rationem legis, propter quam certa forma præſcripta eſt,non tamē debet ceſſare obſeruatio formæ, vt conſtat *ex c.*1.*de reb.Eccleſ. non alien. l.ſi fundus ff.de reb.cor. & d. l.*1.*in fin.de min.* & notat Tiraq.*loc.cit. limit.*37. Cardin. Mant. *in d.tit.*14.*n.*12. & Sigiſm.Scacc.*de commerc.§.*1.*q.*1.*n.*216.quia licet non fiat fraus parti,fit tamen fraus legi,& formæ legis, cui ſubditi obtemperare debent *l.* 1. *&* 2. *ff. de legib.* & congruenter ad hanc rem ſcholion ad Harmenop. *l.*1. *tit.*1. *vbicunque lege aliquid præſcriptum eſt,atque introductum,ea ſeruanda eſt,neque prorſus obtinet quod lege refragante fit,etſi ſit æquiſſimū.* † Denique ſunt qui putant hic non omninò ceſſare rationem legis,& D.Pium conſtituiſſe, & non niſi in pecunia numerata, cenſus creari poſſet non tantum , vt obuiam iret fraudibus, quæ in pretio cenſus admittebantur : ſed etiam ne tam facilis eſſet conſtitutio annuorum redituum,quibus bona eiuium onerantur, & veluti tributaria fiant,quod publicæ vtilitati repugnat. Intereſt enim Reipublicæ ſubditos habere locupletes,vt expendunt Garz. *de contr. par.* 2. *c.*4. Ludouic. Lopez. *de negot. lib.* 1. *c.*54. *not.*2.Rebell. *d.lib.*10.*q.vlt.n.*1.& nouiſſimè Scortia *d. theor.* 262. *in fin.* Conſtat igitur cenſum ex pecunia ante debita emptum , vbi conſtitutio Diui Pij recepta eſt, nunc illicitum eſſe.

Quæ ſententia etiā retinenda eſt in foro conſcientiæ.Nam 22 licet Nauarro aliud videatur *in comment.de vſur.n.*88.*&* 121. & aliis,quos ſecutus eſt Duard.*in d.q.*8. *n.* 11. *& ſeq.* & Dian. *de contr.reſ.*44. hæc tamen receptior eſſe videtur contractum ſcilicet ſub alia forma factū iis in locis vbi bulla recepta eſt, licet nulla alia fraus,vel captio interueniat,in foro conſcientiæ nullū, & illicitū eſſe:neque poſſe eum,qui non numerata

Ff 2 pecunia

pecunia in ipſa emptione cenſus reditum ſtipulatus eſt, tametſi verè iuſtum pretiū ante vel in aliis ſpeciebus iuſtè æſtimatis perſoluerit, tuta cōſcientia fructus percipere, & retinere. Ita enim docuerunt Virgin. de Boccat. *part.* 1. *n.* 52. Felic. *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 14. & inter Theologos Molina *in d. diſput.* 390. *n.* 1. *in fin. & num.* 8. Azor. *part.* 3. *lib.* 10. *cap.* 8. *quæſt.* 3. Rebell. *lib. de cenſib. quæſt.* 1. *n.* 23. Scott. *theorem.* 262. *verſ. oppoſitum. &* 263. *in fin.* Filliucc. qui hanc ſententiam probabiliorem eſſe putat *d. cap.* 3. *n.* 308. Bonacin. *de contract. diſp.* 3. *q.* 4. *n.* 22. & Salas *dub.* 6. *n.* 5. *verſ. ſed hæc non vrgent. & dub.* 8. *n.* 11. vbi ſubiicit ſummum Pontificem omnino conſtituiſſe cenſum alia ratione creatum nullum eſſe in vtroque foro, verba enim illa *nullo modo* ad forum internum etiam ſe extendere & ad caſum, in quo alioqui nulla ſit fraus, & iniuſtitia: maximè cùm fraus, & iniuſtitia iure naturali clariſſimè eſſet prohibita, nec opus fuerit à Pio V. prohiberi, vult ergo inquit, prohibere aliqua alioqui non prohibita, quorum prohibitio neceſſaria erat ad occurrendum fraudibus, & periculis iniuſtitiæ, & auaritiæ, ne ſcilicet emptores cenſuum per iniuriam cogerent egentes venditores accipere in pretium merces, quibus non indigent, aut debita non liquida, aut eos cogerent ad bona ſua immobilia oneranda per cenſuum venditiones, & poſt pauca hunc fuiſſe finem Pontificis, qui quamuis in aliquo caſu particulari ceſſet, legem tamen ab omnibus obſeruandam eſſe. Quod ferè repetit *dub.* 31. ſubiiciens conſtitutionem Pij V. non fundari in præſumptione iniuſtitiæ, & fraudis, vt Nauarrus, Duard. & alij putant: ſed in neceſſitate occurrendi periculis, quæ eſſent aliter contrahendi: ſicut lex non ferendi arma noctu non nititur præſumptione, ſed in cognitione damnorum, ad quæ vitanda lex eſt neceſſaria: vnde ſi leges de cambiis, & cenſibus dicamus fundari in præſumptione, idem poterit dici de multis aliis non ſine magno Reipublicæ detrimento. Ita diſſerit Salas pro hac ſententia, quam ſecutus eſt Emin. P. de Lug. *loc. cit. n.* 83. *verſ. alij verius.* & quæ etiam probari videtur illis præfationis verbi *animarum ſaluti prout tenemur conſulentes.* & rurſus ex eo, quod ſummus Pontifex poſt traditam huius contractus formam illos omnes hortatur, ad quos cenſus ſub alia forma perueniſſet, vt illos cenſuræ virorum proborum ſubiicerent, & animarum ſaluti conſulerent, quo argumento etiam vſus eſt Virgin. *in d. par.* 1. *n.* 52. Sanè mihi parum tuta ea ſententia eſſe videtur, quæ perſuadet contrahentes ſub alia forma quàm bulla præſcriptum ſit, modo nulla fraus adſit, & circumuentio, in foro conſcientiæ tutos eſſe, & licitè reditus capere, quia verendum eſt, ne dum ſibi eo caſu legem tranſgredi licitum eſſe putant, etiam in caſibus, in quibus verè iniuſtitia, & captio adeſt illam tranſgrediantur, nimirum impellente auaritia, quæ id quod verè illicitum eſt, licitum eſſe fingit.

23 Sed quæro, ſi verè conſtet pecuniam numeratam ea lege, vt ea ſua die non ſoluta cenſus inde conſtituatur, an etiam hoc caſu cenſus nullus & illicitus cenſeri debeat. Sanè quod iam dixi, Anton. Gomez *in d. lib. de cenſib. cap.* 3. *n.* 17. *&* 18. & Eman. Roder. *eod. lib. cond.* 4. *dub.* 1. cenſet hoc caſu ceſſare conſtitutionem Diui Pij, & cenſum comprobandū eſſe, quod nouiſſimè ſenſit Duard. *in d.* §. 2. *q.* 6. vbi alios refert. Quid ſi venditoris dolo factum eſt, vt non integrum pretium emptor ſolueret tempore contractus? Rebellus. *in d. q. vlt. n.* 1. exiſtimat cenſum in hoc euentu etiam in foro iudiciali validum eſſe. *Iam verò*, inquit, *ſi venditor cenſus per fraudem efficeret, ne ſibi integra pecunia numeraretur ad contractum irritum reddendum poſtulante per dolum venditore ad ſoluendum cuidam ſuo creditori partem pretij ab inſcio fraudis emptore, qui integrum pretium afferebat, non ſolum in foro conſcientiæ, ſed etiam iudiciali, ſi modo dolus ſufficienter probaretur, dandum eſſe locum epichaiæ putarem: nec Pontificis mentem eſſe, vt in eo euentu contractus non valeret.* Ita Rebellus, quem ſecutus eſt Scortia *in d. theorem.* 262. *in fin.* Quid in ſpecie, quæ nuper incidit? Vniuerſitas Tendæ conuenit cum D. Gulielmo Alberto de cenſu illi vendendo. Dum differtur contractus, vniuerſitas pecunia indigens nuntium Brigam mittit, vbi D. Albertus morabatur, vt ad computum pretij cenſus, quod paratum habebat numeraret aureos quinquaginta: illos acceptos iri in proxima confectione inſtrumenti: ille numerat, vt mandatum eſt: & poſt quinque dies conficitur inſtrumentum cenſus, & reſiduum pretij, quod erat aureorum in pecunia numerata traditur, & recipitur coram notario, & teſtibus confitentibus ſyndicis, & actoribus vniuerſitatis habuiſſe aureos illos quinquaginta eo modo quo dictum eſt. Dicemúſne hîc conſtitutioni locum eſſe? Sanè dura lex eſt, ſi eam ad hanc ſpeciem trahimus.

Cæterùm priuſquam dicam, quid de his ſpeciebus ſententiam, 24 præmitto nullam eſſe legem, quæ non ex bono, & æquo interpretationem patiatur, vt docet Ariſt. *& hic.* 5. *c.* 14. & M. Tullius *in orat. pro Cæcinn.* Eſt enim æquitas quam ἐπιείκειαν Græci vocant, correctio, & emendatio ſcripti iuris, quæ ex variis negotiorum figuris, & circunſtantiis emergit, quas non potuit legiſlator omnes præuidere, ac ſua lege comprehendere *l.* 12. *ff. de leg. l.* 14. *in pr. ff. de præſcript.* Quæ res quoties incidit, æquitati locus eſt, nec iuris ſcripti duritiem iudex ſequi debet, vt explicant Budæus *in l.* 1. *de iuſt. & iur.* Connan. *l.* 11. *c.* 11. Albert. Bologn. *lib. de iur. & æquit. c.* 34. Cuiac. *in l.* 7. *ff. de iuſt. & iur.* Angel. Matthæacc. *de ratione iuris lib.* 1. *c.* 11. Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib.* 5. *c.* 2. & ex Theologis magnum Eccleſiæ Catholicæ lumen D. Thomas *in* 2. 2. *q.* 120. & Caietan. *ad eund.* Comit. *lib.* 3. *reſponſ. moral. q.* 4. *n.* 5. & doctiſſimus Suarez. *lib. de legib. c.* 6. *n.* 4. *& cap.* 7. *n.* 10. *&* 11. † Verum cum aperta eſt 25 legiſlatoris mens ex verbis legi, non poteſt iudex ſub prætextu æquitatis, & ex eo quod videatur ceſſare ratio legis, quod idem eſt, à iure certo, & claro, recedere, & legem non ſequi, quamuis prædura videatur *& l. proſpexit.* §. 1. *ff. qui & à quib. manum.* & Marc. Tullius *l.* 2. *de inuent. cum ſcriptum eſt*, inquit, *apertè, tum iudicem legi parere non interpretari legem oportere.* Et hoc caſu Principis tantum eſt corrigere, & interpretari legem *l. & ideo. ff. de legib. l.* 1. *&* 9. *& l vlt. C. de legib. & conſtit. Princip.* vel exceptionem legi dare, vt ait Iuſtin. *in nouell.* 7. *c.* 2. Vbi verò ea facti ſpecies emergit, de qua legiſlator ſenſiſſe non videtur, neque voluiſſe eam lege comprehendere, tametſi verba id velle videantur, Iudex, & qui iuriſdictioni præeſt non ex verbis legis, ſed ex mente illius, & ex æquitate rem dirimere, & definire poteſt, & debet *l.* 18. *&* 25. *ff. de legib. l. placuit. C. de iudic.* & Cuiac. *loc. cit. & lib.* 2. *de feud. tit.* 1. Gudelin. *in d. cap.* 2. *n.* 17. & diſertiſſimè omnium Suarez *loc. cit.* & vtrumque ni fallor indicat *d. l. & ideo.* illis verbis *aut interpretatione, aut conſtitutione optimi Principis certius ſtatuendum eſt.* † Et vtriuſque rei nobis exemplum præſtat *d. l. proſpexit.* 26 Nam cùm lege Iulia de adulteriis, quæ ab Auguſto lata eſt, mulier quæ diuertit, omnes omni modo ſeruos manumittere prohibeatur, ne hac ratione eos quæſtioni ſubduceret: & quæſitum eſſet, an ſaltem eum ſeruum manumittere poſſit, qui extra eius miniſterium fuit vel in prouincia, Vlpianus reſpondit id non licere: *& id quidem*, inquit, *perquam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt.* Hanc ergo duritiem legis ſolus Princeps emendare, & corrigere poteſt, vt factum eſt *in l.* 32. *C. ad l. Iul. de adult.* & notat Cuiac. *ad d. tit.* r. Præterea, ead. lege Iulia cauebatur, ne intra ſexageſimum diem à tempore diuortij ſeruos manumittere liceret: & cùm quæreretur, an mulier intra illud tempus adulterij poſtulata poſſet hoc tempore lapſo lite pendente ſeruum manumittere, idem Vlpianus ex Sexti Cæcilij ſententia reſpondit. *quo ad verba legis attinet, manumittere licere: ſed in hunc caſum ſubueniendum eſſe, vt ſerui quaſi conſcij, vel nocentes non debeant manumitti ante finitam cognitionem.* quia vt dicebat Cæcilius, vix eſt, vt adulterij cognitio intra ſexageſimum diem finiri poſſit. Quamobrem cùm videatur id à mente Legiſlatoris alienum, ideo Iuriſperitus & iudex id ſupplet: & vt eleganter loquitur Vlpianus, ſubuenit legi, vt non liceat mulieri etiam poſt ſexageſimum diem ſeruos manumittere ante finitam litem. Huius rei etiam veſtigium eſt *in l. bona fides. ff. depoſ. & in l. vt gradatim de mun. & honor.* Ex quibus vt ad rem redeam, quia 27 conſtitutione Diui Pij apertiſſimis verbis ſancitum eſt cenſum nullo modo creari poſſe, niſi verè in pecunia numerata præſentibus teſtibus, ac notario, & in ipſo actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto pretio, conſequens eſt ex pecunia debita iure legati, vel alio iuſto titulo, & credita etiam ea lege, vt ſua die non ſoluta cenſus ex ea conſtituatur, cenſum validè conſtitui non poſſe: & ſi id fortè factum ſit, cenſum veluti ab alia forma factum nullum, & illicitum eſſe, neque iudicis vel iuriſconſulti erit

contra

contra tam clara & aperta verba legis conſtitutionem moderari, & illi hanc exceptionem dare: & tutius eſt dicere, quod Vlpianus ait, *id quidem perquam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt.*

28 Et quod ſcribit Duard. *in d. quæſt. 6.* ideo hanc formulam cenſus ſuſtineri, quia virtute illius dictionis *ex nunc.* cenſetur conſtitutus eodem tempore cum contractu mutui in pecunia numerata coram notario, & teſtibus, & in ipſa celebratione contractus, egreditur fines quæſtionis noſtræ, quæ eſt de cenſu ex pecunia priùs recepta conſtituendo non de cenſu eodem tempore conſtituto, quo pecunia numerata eſt. Quo caſu dummodo pretium iuſtum ſit, & cenſus rei certæ, & ſuis finibus deſignatæ imponatur, & cætera ſeruata ſint, quæ ſunt de forma contractus, recipi poteſt Duardi ſententia, quia non reddita pecunia ſuo die, quod eſt in arbitrio debitoris, & eius fauorem continet, mutui datio reſoluitur *l. 1. & 5. ff. de leg. commiſſ.* & remanet ſola cenſus conſtitutio, in quo cùm pretium verè in pecunia numerata tempore contractus receptum ſit, & reliqua ſeruata ſint, quæ ex forma
29 Bullæ requiruntur, contractus validus iudicari debet. † Et licet Duardus putet in hac ſpecie contractus penſionem non deberi, niſi poſt diem ſolutioni præſtitutum, ego exiſtimo inſpiciendum eſſe quid actum. Nam ſi nominatim conuentum eſt, vt non niſi à die, quo pecunia reddi debuit, reditus curreret, vera eſt Duardi ſententia, quæ probari poteſt *ex l. lecta ff. ſi cert. pet.* & quia hoc fauorem venditoris continet. Si verò ſimpliciter actum eſt, vt ad diem pecuniâ non ſolutâ cenſus ex nunc eſſet ſuper bonis debitoris impoſitus, vel ſi actum eſt, vt ex tempore contractus reditus curreret, puto reditum ab initio currere, quia ab initio contractus perfectus intelligitur, & venditor pretium habuit, & in ſuos vſus conuertit, & ideo cenſus fructus parere debet etiã ab initio *arg. l. 64. & 126. in prin. de verb. oblig.* & ex Bellon. *de poteſt. cor. quæ incontin. l. 1. c. 194. n. 22.* Sed cùm hic contractus ſuam formam habeat, nihil opus eſt æquitate ad eum ſuſtinendum. Et comperi deinde ita ſentire Roderic. *de ann. red. l. 2. qu. 14. num. 19. & 20.* Maſtrill. *in dec. 103. num. 10.* & nouiſſimè Fontan. *in dec. 130. n. 6.*

03 At in ſpecie Rebelli, in qua forma deficere videtur, quia dolo venditoris factum eſt, ne integrum pretium tempore contractus numeraretur, alia videtur eſſe ratio, ne ſcilicet venditor ex ſua fraude lucrum conſequatur, quod ius abhorret *l. 1. §. 1. ff. de dol. mal. except.* vnde veriſimile non eſt hunc etiã euentum Summum Pontificem comprehendere voluiſſe, ideoque puto contractum ſuſtinendum eſſe, ſecundùm Rebelli, & Scortiæ ſententiam, modò integrum pretium verè numeratum ſit, & receptum, & cætera concurrant, quæ neceſſaria ſunt ad conſtitutionem cenſus. Idemque dicendum puto in ea quam retuli ſpecie, in qua iuſſu vniuerſitatis factum eſt, vt emptor integrum pretium non numeraret, tametſi nullo dolo interueniente id factum ſit, quia ſatis eſt, vt ex voluntate venditoris, & propter illius commodum emptor partem pretij prorogauerit, vt contractus ex bono, & æquo ſuſtineri debeat. Nam vt in actione de dolo venit id quod intereſt *l. arbitrio ff. de dol.* ita etiam in actione mandati venire certiſſimum eſt *ex l. 8. §. 6. & l. 2. §. qui mandatum ff. mand.* & licet vniuerſitatis dolus ab initio argui non poſſet, dolo tamen facit cùm nullitatem cenſus obiicit ob non ſolutum integrum pretium tempore contractus, quod eius mandato, & rogatu factum eſt *l. 2. §. circa primam ff. de dol. except.* id tamen apud Iudices obtinere non potui.

31 Et verò ſanctionem Diui Pij ex bono, & æquo interpretationem ſuſcipere poſſe conſtat ex eo, quod de cedula bancaria receptum eſt. Diximus enim multis locis vim numerationis obtinere, & datione illius formæ conſtitutionis ſatisfactum eſſe; licet quod ad verba attinet, contractus irritus videri poſſit. Quod quidem publicæ vtilitatis cauſa receptum eſt, vt occurratur periculis, quæ in tranſlatione pecuniæ contingere poſſunt: atque etiam quia interdum expedit contrahentibus nummos deponi apud nummularios pro ſolutione æris alieni, & ne in aliam cauſam conuertantur, vt expendit Rot. poſt tract. Cenc. *in dec. 103. num. 8.* Proinde meritò ex æquitate, & propter vtilitatem contrahentium receptũ eſt, vt cedula bancaria vim numerationis in contractu cenſus obtineret. † Cùm enim leges ad vtilitatem ſubditorum ferri debeant, & finis earum ſit commune Reipublicæ bonum, vt conſtat *ex l. 25. ff. de leg.* & multis oſtendit Vaſq. *controu. illuſtr. lib. 1. cap. 1. num. 24.* ideo in iis euentibus, in quibus noxias, & incommodas ſubditis eſſe conſtat, vel benigna interpretatione, vel conſtitutione optimi principis earum forma temperanda eſt, ne iniquitatem continere videantur, vt indicat *d. l. & ideo 11.* & congruenter huic rei *d. l. 25. ff. de legib. nulla,* inquit, *iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem*, & in ſpecie Rodriq. *loc. cit.* vbi ait hoc in arbitrio viri prudentis poſitum eſſe.

Atque ob eandem vtilitatem, vt puto receptum eſt, vt in 33
cenſibus, qui titulo dotis trãsferuntur, quoad numerationem pecuniæ ceſſet Diui Pij conſtitutio, quia ſcilicet Reipublicæ intereſt mulieres dotes habere, vt nubere poſſint, & replere liberis ciuitates *l. 1. ff. ſol. matrim.* Menoch. *lib. 4. præſ. 190. n. 8.* & nos diximus *quæſt. 30. num. 44. & quæſt. 59. num. 43.* ita vt verum non ſit, quod ait Salas *in d. dub. 31. num. 1. verſ. ego vero,* nullum eſſe caſum, in quo cenſus ſine vlla numeratione pecuniæ, vbi Bulla Pij V. recepta eſt, validus ſit, quia procul dubio iſti duo caſus excepti ſunt, & ita D. Pius Siculis reſcripſit, vt à nobis *in eadem quæſt. 59.* obſeruatum eſt, & fortaſſe etiam caſus Rebelli, & ille, quem retuli excipiendi ſunt: tametſi exceptis his duobus caſibus, qui reſcripto Pij V. continentur, tutius, & conſultius ſit ſemper vel ſeruare ad vnguem formam conſtitutionis, vel adire ſummum Pontificẽ, cuius eſt ſuas, & aliorum Pontificum conſtitut. declarare, & moderari *l. vlt. C. de legib.* & Nouell. 143. *in princ.* & Gudelin. *loc. cit.* vel, vt ait Iuſtinian. *in d. Novell. 7.* ſuis conſtitutionibus exceptiones dare. Vt etiam abſtinendum puto ab ea ſpecie cenſus, quam tuetur Duard. *in d. quæſt. 6.* quia videtur continere pactum legis commiſſoriæ, quod eſt illicitum *l. 3. C. de pact. pign.* & nos diximus *quæſt. 69.* Quod enim diſcrimen eſt aſperitate illius pacti adigere debitorem ad fundum, vel reditum ſuper fundo alienandum?

Denique illud quærendum eſt, quod omiſeram, an ſicut pro dote conſtituenda licitum eſt cenſum conſtituere ſine 34
numeratione pecuniæ, vt proximè dictũ eſt, id liceat etiã pro reſtitutione dotis. Sanè inſpecto iure ciuili, & ex natura contractus exploratum eſt id licere, quia nulla iuris ciuilis, vel naturalis regula in hoc genere contractus offenditur, vt demonſtratum eſt, & conſtat ex Couarr. *variar. lib. 3. cap. 4. num. 6. & alijs citatis num. 4.* & in ſpecie Eman. *in d. l. de cenſ. cond. 4. circa fin.* vbi ponit exemplum in ſucceſſore maioratus, qui deficiente pecunia poteſt ſuper bonis cenſum conſtituere concurrentem cum dote, quæ viduæ verè debetur, idque in Hiſpania vſitatum eſſe, quòd ibi conſtitutio Pij V. recepta non fuerit. Id ipſum docet Molin. *de primog. Hiſp. lib. 4. cap. 5. num. 5.* vbi ait hanc annui reditus conſtitutionem firmiſſimam eſſe, & ſemper à iudicibus executioni mandari ſolere, quod & multi ſentiunt *in add. ad eund. eod. loc.* Cæterùm tentari poteſt etiam poſt conſtitutionem Pij V. pro reſtituenda dote, quæ verè numerata eſt, cenſum ſine nummis in fauorem viduæ conſtitui & cedi poſſe, quia non minor eſt fauor reſtitutionis dotis, quàm conſtitutionis, vt conſtat *ex d. l. 1. ff. ſol. matrim.* quæ ait *dotis cauſam ſemper, & vbique præcipuam eſſe.* Id eſt, omni tempore, & tam ante, quàm conſtante, & ſoluto matrimonio, vt ibi gloſſa notat; vt ſcilicet mulieres nubere poſſint, & parere liberos, vt dictum eſt. Quæ ratio locum habet tam in conſtitutione, quàm reſtitutione dotis, vt expendunt Menoch. *loc. cit.* Peregrin. *de fideicomm. art. 42. num. 5.* Fuſar. *de ſubſtit. qu. 532. num. 2.* & proinde, vt bona ſubiecta fideicommiſſo in ſubſidium alienari poſſunt pro conſtitutione dotis *l. mulier. §. cùm proponeretur ff. ad Trebell. & authen. res quæ C. comm. de leg.* ità etiam pro reſtitutione dotis alienari poſſe receptum eſt, vt alijs auctoribus citatis tradit Fuſar. *loc. cit.* vbi ait hanc eſſe receptiſſimam ſententiam Gratian. *cap. 331. num. 17. & 18.* Paſcal. *de virib. patr. poteſt par. 2. cap. 7. num. 77.* & Fontan. *de pact. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 14. n. 3. & 4.* vbi notat id etiam obtinere in fideicommiſſis matris, vel auiæ. Qua ratione etiam receptum eſt etiam pro reſtitutione dotis reditum an-

nuum ſuper bonis alienari prohibitis in ſubſidium conſtitui poſſe, vt tradit Molin. *loc. cit.* & plerique alij apud Cenc. *qu.* 19. *n.*33. *vltima impreſſ.* & Duard. *in d.* §.1. *qu.* 7. *num.*32. & nos diximus, & declarauimus *q.* 54. *num.* 25. Quod etiam ſenſit Peregr. *in d. art.* 45. *num.*96. Denique quia ipſemet D. Pius in diplomate ad Siculos declarauit eius conſtitutionem *de cenſibus*, quoad numerationem pecuniæ non habere locum in aſſignandatum dotium caſu, vt dictum eſt, quæ verba tam caſum conſtitutionis, quam reſtitutionis, quæ fit ipſi mulieri, continere videntur. Nam ſi morte mulieris matrimonium ſolutum eſt, nullis relictis liberis, & maritus in ſolutionem dotis eius hæredibus reditum conſtitueret, non auderem dicere, vbi conſtitutio Pij V. recepta eſt cenſum valere, quia non videtur hic caſus aſſignationis dotis, qui exceptus eſt. Dos enim intelligi non poteſt, niſi alicuius matrimonij oneribus ſeruiat, vel ſeruire poſſit *l.* 76. *ff. de iur. l.*4. *ff. de pact. dot.* atque etiam quia hic ceſſat ratio propter quam multa ſingularia fauore dotis recepta ſunt, quæ eſt vt mulier nubere poſſit, & parere liberos *l.*1. *ff. de iur. dot. l.* 1. *ff. ſol. matrim. l.* 18. *ff. de reb. auct. iud. poſſid.* & proinde conſultius eſt curare, vt alia ratione dos ſoluatur, bonis ſcilicet in ſolutum datis, vel diſtractis, quod & ipſi debitori plerumque vtilius eſt, quàm cum reditibus certare fructibus prædiorum.

QVÆSTIO LXI.

An ſi pretium cenſus ab emptore ſolutum ab eodem recipiatur, cenſus valeat.

SVMMARIA.

1. *Emptor nummos venditoris facere tenetur.*
2. *Soluens ita vt ſtatim recipiat, non liberatur.*
3. *Pretio ſoluto, & ſtatim ab emptore recepto cenſus non ſubſiſtit.*
4. *Cenſus valet, cuius pretium ſtatim ex liberalitate emptori redditur.*
5. *Cenſus titulo donationis in alium transferri poteſt. Vt etiam titulo legati.*
6. *Cenſus magni pretij quomodo paucis nummis poſſit conſtitui.*
7. *Cenſus eſt nullus cuius pretium ſtatim ex pacto emptori reſtituitur.*
8. *Idemque eſt, ſi pars pretij reddatur.*
9. *Cenſus nullus eſt, cuius pretium ſtatim emptori redditur, etiamſi non probetur id actum eſſe.*
10. *Fraus ex ſola conſtitutione præſumitur in ijs contractibus in quibus exigitur numeratio.*
11. *Cenſus nullus eſt cuius pretium ab alio commodatum eſt numerationis tantùm gratia.*
12. *Cenſus ſuſtinetur, licet pretium reddatur, ſi ex redditione venditor commodum ſenſit.*
13. Lex qui ſic ſoluit. de ſolut. *declaratur*: & n. 16. *an valeat.*
14. *Cenſus an valeat licet ex pacto pretium reddatur, ſi in rem venditoris vertatur*, & n. 15.
15. *Molinæ Theologi ſententia cenſum valere.*
16. *Pactum vt pecunia ſtatim ex alia iuſta cauſa reddatur non impedit dominij tranſlationem.*
17. *Vendens domum, vel agrum ſtatim ex iiſdem nummis cenſum ab emptore emere poteſt.*
18. *Farin. reſponſum* 201. *declaratur.*
19. *Cenſus nullus eſt, cuius pretium ſtatim ex iniuſta cauſa emptori redditur.*
20. *Vſuras in ſortem redigere illicitum.*
21. *Vſuræ præterita oblata in ſortem redigi non poſſunt.*
22. *Penſiones præteriti temporis in pretium alterius cenſus vertere conſtitutione Pij V. prohibitum.*
23. *Cenſus ex reditibus non ſolutis creatus an ex natura rei valeat.*
24. *Quid ſi reditus in pecunia numerata ſoluti ſint, & recepti? Intrigliol. ſententia adhuc cenſum irritum eſſe.*
25. *Cenſus ex penſionibus ſolutis, & receptis validus eſt, ſi iydem nummi retro numerentur, & tradantur.*
26. *Auctoris ſententia ab hoc genere cenſus abſtinendum eſſe.*
27. *Debitor cenſus poteſt res ſuas domino illius in ſolutum dare. Et valet datio in ſolutum, niſi ex coniecturis aliud videatur.*
28. *Valet cenſus, cuius pretium apud emptorem depoſitum eſt.*
29. *Depoſitum non mutat dominium.*
30. *Contractu cenſus perfecto ſi emptor pretium auferret, vel retineret, qua actione ſuccurratur venditori.*
31. *Inter emptorem, & venditorem cenſus alij contractus licitè celebrantur.*

QVIA ſæpe euenit, vt poſt celebratum contra-
ctum cenſus emptores pretium, vel partem
pretij recuperent, vel quia id contrahentibus
placet, vel quia eorum intereſt, frequenter
dubitari contingit, an cenſus ex hac cauſa ir-
ritus ſit, vel ſuſtineri debeat. † Et quidem pro nullitate 1
cenſus facere videtur, quia cùm iſtiuſmodi contractus ſit
vera emptio, & venditio, tenetur emptor non tantùm pretiũ
ſoluere, ſed etiam nummos facere venditoris *l.* 11. § *& in primis*
& l. Iulian. §. *veniunt ff. de act. emp. l.* 1. *ff. de rer. permut.* quorum
neutrum facere videtur, qui ita ſoluit, vt recipiat, vt conſtat *ex*
l. qui ſic 55. *ff. de ſolut.* cuius verba ſunt *qui ſic ſoluit, vt reciperet*
non liberatur quemadmodum non alienantur nummi, qui ſic dantur,
vt recipiantur. † Ex quo loco paſſim ſcriptores dicunt eum, 2
qui ſoluit, vt ſtatim recipiat quod ſoluit, non liberari, vt
ſcribunt Crot. *in conſ.* 31. *num.* 7. Ruin. *in conſ.* 144. *n.* 12. *l.* 4. Ne-
uizan. *conſ.* 50. *num.* 47. & alij apud Mautum *de ſolut. c.* 6. *n.* 16.
& 17. Briſſon. *eod. tract. lib.* 1. *circa fin.* Fœnur *de moment. temp. c.*
31. *n.* 5. *& cap.* 33. *n.* 4. & Paul. Bellon. *de poteſt. cor. qua in con-*
tin. vel ex interuall. fiunt cap. 83. *n.* 1. *&* 5. *lib.* 1. † Vbi docet id 3
præſertim in cenſibus locum habere, in quibus cùm ex
ſanctione D. Pij V. integra pretij numeratio, & receptio re-
quiratur, vt diximus *qu.* 59. *n.* 44. non intelligitur illi ſatisfa-
ctum, ſi integrum quidem pretium in ipſo venditionis actu
numeratũ ſit, ſed totum, vel illius pars ſtatim emptori reſti-
tuatur. Quod etiam docuere Nauarr. *in comm. de vſur. n.* 86.
Boninſign *de cenſ. cap.* 5. *num.* 6. Honded. *in conſ.* 35. *n.* 15. *l.* 2.
Maſtrill. *in dec.* 262. *num.* 17. Sigiſmund. Scacc. *de commerc.* §. 1.
qu. 1. *num.* 210. Cenc *de cenſib. qu.* 50. *impreſſ. Taurin. n.* 26.
& Duard. *in comment. d. conſtit. Pij V.* §. 2. *q.* 3. *num.* 1. *&* 3.
quod tamen non ſemper verum eſt, & ideò puto aliquos ca-
ſus ſeparandos eſſe.

Primus eſt, cùm celebrato ritè contractu, & recepto inte- 4
gro pretio venditor liberè, & ex liberalitate pecunias empto-
ri reſtituit: & hoc caſu puto cenſum valere. Non enim im-
peditur tranſlatio dominij eius pecuniæ, quã quis ſibi nume-
ratã ex liberalitate ſtatim ſoluenti reſtituit *l. ſi quis duos ff. de*
ſolut. l. ſi tibi ff. de reb. cred. Bart. *in d. l. qui ſic ſoluit. in fin.* Soc. *in d.*
l. ſi tibi n. 7. Iaſ. *in l. Titia. num.* 31. *de verb. obl.* Fœnur. *in d. cap.* 35.
n 5. Mantic. *de tac. & ambig. conu. lib.* 18. *tit* 6. *num.* 16. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 962. *num.* 39. & proinde cùm nummi facti
ſint venditoris, dicendum eſt contractum ex hac cauſa im-
probari non poſſe. † Quod etiam oſtendi poteſt quia potuiſ- 5
ſet is, qui cenſum vendidit, illum in emptorem titulo dona-
tionis transferre nulla pecuniæ numeratione interueniente *l.*
ſi vero 35. §. *ſi vero reditum C. de donat.* Molin. *diſp.* 385. *n.* 1.
Azor. *lib.* 10. *cap.* 4. *in princ.* Frideric. Marin. *de iur. cenſ.*
cap. 3. *num.* 1. Ioſeph. de Seſſ. *dec.* 68. *num.* 32. Rodetic. *de ann.*
redit. lib. 3. *quæſt.* 6. *n.* 6. vt etiam titulo legati, quod donatio
quædam eſt, reditus in alium transferri poteſt *l.* 1. *& tot tit. ff.*
de ann. & menſtr. legat. Maſtrill. ad Gregor. *q.* 5. *n.* 185. *&* 187.
Cenc. *in quæſt.* 44. *num.* 9. & nos aliis citatis diximus *qu.* 43.
num. 3. *&* 6. † Qua ratione poteſt cenſus magnæ quantitatis 6
validè conſtitui parua interueniente pecunia, ſi illa ſæpius
numeretur, & reſtituatur emptori, vt ſi cenſus ſit aureorum
mille, centum aureis tantùm creari poteſt, ſi decies numeren-
tur, & ex liberalitate decies à venditore reddantur emptori:
nec ex hac cauſa cenſus inualidos cenſeri poteſt. Nam, &
hac ratione debitor magnæ quantitatis paucis nummis nu-
meratis, & illis toties ex liberalitate à creditore reſtitutis ſe

à toto

à toto debito poterit liberare : & cenſetur hoc caſu verè integram ſummam numeraſſe, & ſoluiſſe *ex d. l. ſi quis duos*, in qua id docent Bart. & Caſtrenſ. *n.* 2. qui notat notarium poſſe conficere inſtrumentum de vera ſolutione totius ſummæ abſque metu falſitatis. Quam cautelam tradunt DD. *in d. l. ſingularia*, *ff. ſi cert. pet.* Cepoll. *in caut.* 11. & Fœnut *in d. cap.* 33. *num.* 6. quod tamen admitti non debet, ſi fieret in præiudicium tertij, vt notat idem Caſtrenſ. *loc. cit.* & Cagnol. *in d. l. ſingularia*, *in fin.* Gerard. de Petra ſanct. *ſingul.* 26. *num.* 1.

7 Secundus caſus eſt, quando integrum quidem pretium numeratum eſt, & receptum, ſed ſtatim, vel paulo poſt ex pacto, & conuentione præcedenti reſtitutum eſt emptori : & hoc caſu cenſus inualidus eſt, quaſi nullo ſoluto pretio, & conſequenter non ſeruata forma conſtitutionis D. Pij, quia qui ſoluit eo pacto, vt ſtatim recipiat, non cenſetur ſoluere *d. l. qui ſic ſoluit de ſolut.* vt notant Fulgoſ. *in d. l. ſi tibi pecuniam*, *num.* 3. *ff. ſi cert. pet.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam*, *verſic. ſuſceperit liberos*, *num.* 175. Fœnut. Maotus, & alij citati *n.* 2. Gratian. *cap.* 713. n. 36. vt non videtur cepiſſe, quod non eſt permanſurum *l. aliud*, 79. *de verb. ſignif.* & in ſpecie docent Nauarr. Boninſign. Honded. Bellon. & alij, quos recenſui *num.* 3. quibus conſentiunt Rebell. *lib.* 10. *queſt.* 6. *num.* 9. quia inquit hoc eſſet legem illudere, Vgolin. *de vſur. cap.* 51. §. 1. *in fin.* vbi notat huiuſmodi cenſum veluti nullo prorſus ſoluto pretio maiorem iniquitatem, & vſuram continere, quàm mutuum cum fœnore, quia debitor ſaltem ſortem domum detulit, ex qua poteſt ſuis neceſſitatibus conſulere.

8 Et extenditur hic caſus : vt locum habeat etiam, cùm pars pretij ex conuentione retrahitur. Nam cùm pro ea parte, quæ detrahitur, vel retinetur, pretij quantitas minuatur *l. eos*, *§. cæteros*, *verſ. nam ſi quid huiuſmodi*, *Cod. de vſur.* Vgolin. *de vſur. cap.* 45. §. 17. *in princ.* conſequens eſt integrum precium ſolutum non eſſe, & proinde cenſum nullum, & illicitum eſſe, qui ex forma dictæ conſtitutionis non niſi integro ſoluto receptóque pretio conſtitui poteſt, vt notant Rebell. *loc. cit.* Honded. *in conſ.* 25. *num.* 33. *lib.* 2. Vgolin. *d. tract. c.* 51. §. 1. *n.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 588. *n.* 1. & alij quos recenſui *d. queſt.* 59. *n.* 44.

9 Tertius caſus eſt, quando poſt celebratum contractum cenſus ſtatim, vel paulo poſt pretium reſtitutum eſt, vel illius pars, nec conſtat id ex præcedenti conuentione factum fuiſſe : & hoc caſu etiam cenſus inualidus eſt, veluti nullo pretio, vel non integro pretio ſoluto venditori, vt tradunt iidem Honded. *in d. conſ.* 35. *num.* 42. Maſtrill. *in d. dec.* 262. *num.* 19. *&* 28. Vgolin. *de vſur. cap.* 51. §. 1. *num.* 1. *in fin.* his verbis. *Non etiamſi numeretur*, *&* *paulo poſt reſtituatur*, & idem Cencius *in d. q.* 50. *num.* 26. & Duard. *in d. queſt.* 3.

10 *num.* 7. quia in iis contractibus, in quibus neceſſaria eſt pretij numeratio, & traditio ad vitandas fraudes, ſufficit probare reſtitutionem pecuniæ illico, vel paulo poſt ſubſecutam fuiſſe : fraus enim ex ſola reſtitutione præſumitur, vt in ceſſionibus nominum, & actionum docet Bart. *in l. per diuerſas*, *num.* 17. *Cod. mandat.* & ibi Bald. *queſt. vlt.* Alex. *in conſ.* 22. *lib.* 1. Purpurat. *in d. l. ſingularia*, *num.* 128. & Bologn. *num.* 114. Bertazz. *clauſ.* 34. *gloſ.* 8. *num.* 3. Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib.* 18. *tit.* 6. *num.* 16. Farin. *de falſit. & ſimulat. queſt.* 154. *num.* 54. & in ſpecie cenſus tradunt Honded. Cenc. & Duard. *loc. cit.* Maſtrill. *in d. dec.* 262. *n.* 25. & Cyriac. *controuerſ.* 547. *num.* 10. quia ex breuitate temporis præſumitur, ita ab initio conuentum fuiſſe, vt iidem auctores notant, & Bellon. *in d. cap.* 83. *num.* 5. & Baldus probat *loc. cit. ex l. ſi ventri*, *§. vltim. ff. de priuil. cred.*

11 Quod multo magis locum habet, ſi quis alius dictis cauſa, & vt Itali loquuntur *per moſtra* pecuniam commodet, vt interueniſſe videatur, & deinde recipiat. Hæc enim ficta, & imaginaria eſt, non vera ſolutio, quia commodans ſemper dominium pecuniæ retinuit *l.* 8. *ff. commod.* & ita tradunt Patiſ. *in conſ.* 86. *num.* 3. *lib.* 3. Maur. *loc. cit.* & Sigiſmund. *in d. queſt.* 1. *n.* 211. & probatur *ex l.* 3. *in fin.* *& l.* 4. *ff. eod.* quæ ait *ſæpe etiam ad hoc commodantur pecuniæ*, *vt dicis gratia numerationis loco interuedant*, id eſt vt notat hîc Dion. Gothof. vt ſatisfiat ſolemnitatibus legis : vel vt Pariſius ait *loc. cit.* vt pecunia appareat interueniſſe, & notarius in inſtrumento aſſerere poſſit pecuniam numeratam fuiſſe.

Quartus caſus eſt, quando poſt perfectum contractum cenſus pretium, vel pars pretij ipſi emptori reſtitutum eſt, nullo præcedente pacto, vt id fieret : ſed ex ea reſtitutione venditor cenſus, vtilitatem, & commodum ſenſit : veluti ſi ex eadem pecunia ſoluit id quod ex alia iuſta cauſa debebat emptori cenſus. Et hoc caſu cenſus validus eſt, & comprobari debet, quia quæ ex facto poſt ſponte fiunt in hac materia, contractum ritè, & pecunia verè interueniente factum irritum non faciunt, vt cenſuit Rota poſt Cenc. *in dec.* 187. *in fin.* & rurſus *in dec.* 517. *n.* 4. *&* 5. *& dec.* 534. *num.* 6. quas refert, & probat Cencius *in addit. d. queſt.* 58. *num.* 38. *& queſt.* 50. *num.* 26. & Duard. *in d. queſt.* 3. *num.* 8. Nam potuiſſet venditor eam pecuniam alteri creditori dare. Atque ita declarandi ſunt ſecundus, & tertius caſus, in quibus dixi cenſum non valere, vt ſcilicet procedant, quando ex illa reſtitutione pecuniæ venditor cenſus nullum commodum percepit. 12

Neque obſtat *d. l. qui ſic ſoluit. de ſolut.* quia accipienda eſt, quando pecunia ſine vllo commodo eius, qui acceperat, ad ſoluentem ex pacto reuertitur : non autem quando reſtituens pecuniam ex ea commodum ſenſit, vt ſi debitum exoluit, vel nummos in alios vſus conuertit. Hoc enim caſu nummi fiunt accipientis, vt conſtat *ex d. l. ſi tibi*, *de reb. cred.* & tradit Bart. *in d. l. qui ſic ſoluit.* Bald. Caſtrenſ. Alex. Dec. *in d. l. ſi tibi.* Fœnut. *in d. cap.* 33. *n.* 4. *in fin.* & alij *in d. dec.* 123. *num.* 4. poſt tract. Cencij *& in d. dec.* 187. *in fin.* & nouum dominium emptori, cui facta eſt reſtitutio, in his terminis quæritur *l.* 33. *§. ea lege*, *ff. de donat. & l. ſi quis duos*, *de ſolut.* Monter. *dec.* 2. *num.* 2. proinde cùm verè pretium fiat venditoris cenſus, tametſi ex alia cauſa ad emptorem reuertatur, dicendum eſt ſatisfactum eſſe formæ, & contractum validum eſſe. 13

Quintus caſus eſt, quando venditor cenſus ex reſtitutione eius pecuniæ commodum quidem ſenſit, veluti ſi ex pecunia debitum exoluit, quo emptori obſtrictus fuit, id tamen ante contractum inter partes conuentum eſt, vt fieret, quia non aliter emptor reditum empturus fuit. Et hoc caſu quaſi non ſoluto pretio, & nunquam in dominium venditoris ea pecunia tranſierit, cenſum ſaltem in foro externo irritum eſſe ſenſit Nauarr. *in d. comment. de vſur. num.* 88. Virgin. de Boccat. *in lib. de ſociet. offic. num.* 64. *& lib. de cenſ. part.* 1. *num.* 52. Azor. *d. lib.* 10. *cap.* 8. *num.* 1. Sigiſmund. Scacc. *loc. cit. num.* 212. *&* 213. Bonacin. *de contract. diſp.* 3. *queſt.* 4. *punct. vn. num.* 21. *verſ. quinto ſequitur.* Gratian. *diſcept. forenſ. lib.* 4. *cap.* 692. *num.* 14. Cenc. *in d. queſt.* 48. *add. num.* 24. Duard. *in d. queſt.* 3. *num.* 11. & Ioan. Bapt. Scott. *ad ſelect. conſtit. Pontific. theorem.* 262. *verſ. quod ſi huiuſmodi*, *& verſ. oppoſitum*, vbi ait neque etiam in foro interno valere, quamuis poſt contractum, cùm res ſit dubia, id diſſimulari poſſit. In hanc etiam ſententiam propenſior eſt Emin. Pater Ioan. de Lugo *diſp.* 27. *ſect.* 5. *n.* 90. 14

Et nihilominus magis placet contraria ſententia, cenſum ſcilicet validum eſſe, quia hoc caſu etiam verè alienantur nummi, & fiunt venditoris cenſus, licèt illos ex pacto, & conuentione ſtatim ex alia cauſa reddat emptori, vt patet manifeſtè *ex d. l. ſi tibi*, *ff. ſi cert. pet. & l.* 33. *§. ea lege ff. de donat.* quæ in ſimili ferè ſpecie ait iiſdem nummis retro traditis nouum dominium quæri. Quamobrem ita videtur ſentire Rota poſt Cencium *in dec.* 130. *in fin. & dec.* 335. *num.* 5. *&* 187. *in fin. verſ. neque in hoc caſu*, & *in dec.* 32. poſt addit. Cencij, vbi dicitur hoc Romæ rem ordinariam eſſe : & rurſus *in dec.* 131. *num.* 10. quas ſecutus eſt Cencius *in addit. d. queſt.* 48. *num.* 38. *verſ. ſi quis autem*, idem ſenſit Milan. *in dec.* 2. *num* 66. *lib.* 2. Maſtrill. *d. dec.* 262. *num.* 45. Philipp. Faber *queſt.* 2. *diſp.* 47. *num.* 337. & inter Conſilia Farinacij reſpondit Anton. Certus Aduocatus Roman. *conſ.* 201. *num.* 5. *&* 22. vbi alias deciſiones eiuſdem Rotæ recenſet. Idem ſenſit Molina Theologus *in d. diſput.* 390. *num.* 6. *Si verò*, inquit, *emptor integrum pretium traderet conuentione facta cum venditore cenſus*, *vt continuò ex illo ſolueret partem*, *quam illi debebat*, *certè non auderem id damnare*, *quoniam emptor* 15

vere ſolueret in pecunia numerata integrum valorem cenſus coram tabellione, & teſtibus: quod autem ea intentione, & pacto ſoluat, vt idem quod verè debet eidem emptori ſoluat, vt venditor reuerà tenetur, certè nihil mali, vel fraudis continet. Hæc Molina. Quibus addo interdum expedire venditori, vt id fiat: cui ſcilicet vtilius ſæpe eſt hac ratione debitum exſoluere, ad cuius ſolutionem captis pignoribus, iiſque cum dedecore, & ſumptibus diſtractis vrgeri potuiſſet. Cur non igitur potius ſuſtinebimus contractum? Neque ab hac ſententia omnino alienus eſt Emin. de Lug. *loc. cit.* tametſi conſulat ne hæc conuentio contractui cenſus inſeratur, ſed ſeorſim fiat & independenter quod fieri ſolet. Imprudentis enim eſſet id inſerere contractui, ex quo litis occaſio oriri poſſet, & de validitate contractus diſceptandi.

16 Neque obſtat, quod pecunia ea lege, & conuentione numerata ſit, vt ex illa debitum præcedens ſtatim exoluerctur, quaſi non videatur emptor ſoluere, quod ſtatim eſt recepturus *d. l. qui ſic ſoluit. de ſolut.* quia hoc verum eſt, quoties ſine cauſa, vel ob iniuſtam cauſam pecunia ſtatim recipitur: quoties verò ex alia iuſta cauſa pecunia redditur, vt procul dubio eſt cauſa exoluendi veri debiti, conuentio illa non impedit translationem dominij, neque locum habet regula *d. l. qui ſic ſoluit.* Quod conſtat apertiſſimè *ex d. l. qui id quod, §. ea lege, ff. de donat.* cuius verba ſunt *ea lege donationis cauſa pecunia numerata, vt ſtatim donatori mutuo detur, non impeditur dominij tranſlatio, ac propterea iiſdem nummis donatori creditis nouum dominium in his quæritur.* Id etiam probat textus elegans *in d. l. 20. ff. ſi cert. pet.* vbi Iulianus *in fin.* ait *benignius eſſe vtrumque valere*, id eſt donationem, & mutuum quod ſine tranſlatione dominij fieri non poteſt. Et ita ſentiunt Bart. & alij auctores relati *num.* 10. qui declarant *dictam l. qui ſic ſoluit.* non habere locum, quando is, qui pecuniam priùs accepit, & ſtatim reſtituit, ex illius reſtitutione commodum accepit, veluti ſi ex reſtitutione pecuniæ alium obligatum habet *d. l. ſi tibi.* Nam *d. l. qui ſic ſoluit* nominatim loquitur de ſolutione facta ea lege, vt ſtatim pecunia recipiatur, vt indicat dictio illa, *ſic*, & inter alios explicat Felin. *in cap. debitores, num.* 5. *de iureiur.* & Fœnut. *loc. cit.* Iaſ. *in d. l. ſi tibi, num.* 10. Monter. *in d. deciſ.* 2. *num.* 28. & 31. vnde cùm Bartolus, & alij omnes ſentiunt id non habere locum, quando, ex reſtitutione pecuniæ quis commodum conſequitur, & hoc caſu pecuniæ dominium transferri: ſanè id ſentiunt, quando ex pacto, & conuentione pecunia ſoluta eſt, vt ſtatim reddatur: & ideo pactum huiuſmodi non impedire tranſlationem dominij ipſius pecuniæ, vt probatur *in d. l. ſi tibi, & in d. l. qui id quod §.* 1. *de donat.* Quare licèt in ſpecie, de qua agitur, pecunia ea lege ſoluatur, vt ſtatim recipiatur, quia tamen redditur ex iuſta cauſa, nimirum, vt venditor ſoluat, quod debet, conſequens eſt nummos licèt per breue tempus eius fieri, & emptorem ex parte ſua impleuiſſe contractum, id eſt, nummos feciſſe venditoris *l. ex empto. §.* 2. *ff. de act. empt. l.* 1. *ff. de rer. permut.* & propterea hoc ſatis eſſe, vt formæ conſtitutionis ſatisfactum videatur. Quod in deciſionibus relatis cenſuit Rota, & præſertim *in dec.* 355. *coram Emin. Mellino,* vbi inquit nullam hìc ſimulationem interuenire ſtante veritate crediti, *eſt enim* inquit, *res ordinaria, quod creditor, qui non poteſt conſequi ſolutionem à ſuo debitore, procuret ei dare ad cenſum, vel ad ſocietatem officij pecunias, vt cum eis ſibi ſatisfaciat: neque ex hoc reſultat ſimulatio, neque fit aliquid præiudicium ei, qui dedit pecuniam ad cenſum, vel ad ſocietatem officij.* Hanc igitur interpretationem ex iure ciuili recipit conſtitutio D. Pij, cuius correctio facilè induci non debet. Et ſanè ſi in hoc euentu cenſus irritus eſſet quaſi non ſoluto pretio, irrita etiam eſſet debiti præcedentis liberatio, quod videtur abſurdum, & vtrique contrahenti incommodum. Et proinde vtilius eſt dicere cum Iuriſconſulto *in d. l. ſi tibi ff. ſi cert. pet.* vtrumque valere, id eſt, conſtitutionem cenſus, & liberationem debiti præcedentis.

Sed poſtea animaduerti Cencium *in additionibus d. q.* 48. *n.* 26. *verſ. licet autem,* priorem ſententiam ſequi cenſum licet non valere, at Maſtrill. *in d. dec.* 272. non loquitur in terminis conſtitutionis Pij V. Denique perpenſis rationibus Em. Patris de Lug. exiſtimo Nauarri, Virginij, & aliorum ſententiam tutiorem eſſe, & magis congruere menti conſtitutionis. Admiſſa enim ſecunda opinione, quam dixi mihi magis placuiſſe, facile circumuenitur conſtitutio Diui Pij: ob fruſtra vetitum eſt ex debito præcedenti cenſum creari, poſſet enim facile creditor offerre pecuniam præſentem debitori ſuo pro cenſu creando cum eo tamen pacto, vt ſtatim ex eadem pecunia debitum ſolueret quod re ipſa idem omnino eſſet ac ſi cenſum nouum emeret ex debito præcedenti.

Neque obſtant *d. l. qui id quod §.* 1. *de donat. & l.* 20. *ff. de reb. cred.* Et ſimiles, nam hoc ius receptum eſt, quia in his ſpeciebus non fit fraus alicui legi, & nulla offendi poteſt conſtitutio. Non enim lex vetat donare, vel accipere mutuo: ſed admiſſa hac ſententia ſecunda facile eludi poteſt conſtitutio Pij V. Et ideo recipi non debet *l.. ff. de leg. l. non dubium, C. cod. l.* 4. *§. pen. ad S. C. Maced.* Nunquam enim leges ita interpretandæ ſunt, vt ſit in facultate contrahentium, qui legibus obtemperare debent, eas eludere, vt egregiè tradit Valenz. *conſ.* 62. *n.* 22. & 23. Merend. *de camb. nundin. cap.* 2. *n.* 54. Et multo minus ea ſecunda opinio recipienda eſt, cum nouus cenſus præſenti pecunia creatur ea lege, vt ſtatim recipiatur in ſolutionem redituum cenſus præcedentis, quia hoc magis, & expreſſius prohibitum eſt vt dixi *n....* & nominatim etiam cautum eſt conſtitutione Nicolai V. & tradit Petr. Greg. *de cenſib. quæſt.* 5. *n.* 2. & Maſtrill. *in addit. n.* 253.

Qua ratione ſi quis vendit domum, vel agrum præſenti pecunia, & ex iiſdem nummis ſtatim ab ipſo emptore domus, vel agri cenſum emit, dicendum eſt vtrumque contractum valere, id eſt & venditionem domus, vel agri, & conſtitutionem cenſus, quia hic verè pretium in pecunia numerata intercedit, & recipitur, quod ſufficit, vt pecuniæ dominium primò in venditorem domus, & deinde in venditorem cenſus transferatur *d. l. qui id quod, §.* 1. & *d. l. ſi tibi, ſi cert. pet.* vbi dicitur vtrumque contractum valere: & in ſpecie docent Cenc. *in d. quæſt.* 48. *num.* 22. & 23. Bellon. *de poteſt. cor. cap.* 84. *num.* 6. & Duard. *in d. quæſt.* 3. *in fin.* & in re ferè ſimili ſenſit Rota poſt Cencium *in dec.* 2. *num.* 3. & *in dec.* 527. *num.* 5. *verſ. vel ſecundo.* Quamuis nulla interueniente pecunia cenſus ex pretio prædij venditi conſtitui non poſſit, & nihil vltra pretij ſortem exigi poſſit, niſi quatenus patitur æquitas *l. curabit, Cod. de act. empt.* vt ſcribit idem Cencius *loc. cit. num.* 25. & nos ſcripſimus *quæſt.* 43. *num.* 19. & 20. 17

Neque eſt contrarium, quod reſpondit Farinac. *in d. conſ.* 201. *num.* 58. & 59. nimirum cenſum illum, quem Aduocatus ille Romanus tueri nitebatur, inualidum eſſe, & factum in fraudem vſurarum, quia ſupponit Farinacius illius cenſus emptorem, quamuis pretium coram notario, & teſtibus numeraſſet, illud tamen paulo poſt recepiſſe, non quidem pro ſolutione eiuſdem quantitatis ſibi verè debitæ ex alia cauſa, ſed vt loco pretij apochas nominum debitorum venditori daret, idque ex facti ſerie, & circunſtantiis ſatis probari, quod eſt illicitum, & in fraudem conſtitutionis D. Pij. Neque enim nomina debitorum in pretium cenſus cedi poſſunt, vt ex Feliciano, & Cencio diximus *quæſt.* 59. *num.* 37. & tanquam verum ſupponit Farin. *loc. cit. & in eod. conſ.* Oliuer. Beltram. *num.* 30. & 36. tametſi Rota *in d. dec.* 527. *n.* 5. quæ eſt *dec.* 131. *poſt addit. Cencij coram D. Remboldo* in illa cauſa pro validitate contractus, pronuntiauerit, quia viſum eſt probationes, & coniecturas, quæ in arbitrio iudicis poſitæ ſunt *l.* 1. *ff. de teſtib.* ad arguendam ſimulationem ſufficientes non fuiſſe. Et ita accipienda ſunt, quæ de hac ipſa re ſcripſi *quæſt. cit. n.* 38. 18

Sextus caſus eſt, quando pecunia ex pacto reſtituitur ad diſſoluendam obligationem debiti præcedentis, quod ex iniuſta cauſa, vel ex ſorte, & vſuris & cambiis illicitis conflatum eſt: & hoc caſu puto cenſum nullum eſſe quaſi non ſoluto integro pretio. Neceſſe enim eſt, vt venditor cenſus, idémque debitor, vtilitatem, & commodum capiat ex reſtitutione pecuniæ pro ea portione, quam retro reſtituit. Vt enim ſi ſine cauſa pecuniam ſibi ſolutam ſtatim ex pacto reddit, non dicitur illi ſolutum, vt indicat *l.* 2. *C. de act. empt.* illis verbis *quaſi debitum id eſſet*, neque pecuniæ dominium 19

in

in eum tranſlatum eſſe *d. l. qui ſic ſoluit.* & ſolutio habetur pro non facta, vt inquit Caſtrenſ. *in d.l.ſi tibi,su fin.* ita prorſus ſi plus quàm debuit, reſtituit, id quod plus reſtituit, non dicitur illi ſolutum, nec illius partis dominium illi quæſitum eſſe: & conſequenter cùm integrum pretium ſolutum non fuerit, cenſus nullus, & vſurarius cenſeri debet, veluti non ſeruata forma conſtitutionis, quæ iubet, vt non niſi integro ſoluto pretio cenſus creari poſſit, vt
21 dixi *num.8. & aliis locis.* † Et cùm pecunia ita datur pro pretio cenſus, vt ſtatim recipiatur in ſolutionem vſurarum, nihil aliud agitur, quàm vſuras in ſortem conuertere, ne ſint ſteriles, quod eſt illicitum, & improbum fœnus *l. 20. Cod. ex quib. cau. infam. irrogat. l. vlt. Cod. de vſur.* Harmenop. *lib. 3. tit. 7.* Cuiac. *in l. 20. eod. tit.* & Donell. *in d. l. vlt.* & multi apud Giurbam *in deciſ. 24. num. 15.* & nos diximus *quæſt. 5.*
21 *num. 3.* † Et licet gloſ. *in d. l. vlt.* ſentiat vſuras præteritas in præſentia oblatas poſſe redigi in ſortem, ſi ex alia cauſa concedantur debitori, qui ſoluit veluti ex mutuo, quia vt ait duo actus hìc interueniunt, ſolutionis ſcilicet, & mutui dationis eiuſdem pecuniæ, quam vt poteſt creditor alteri mutuam dare, ita, & ipſi debitori, qui ſoluit *d. l. ſingularia,* quæ ait quod in duabus perſonis recipitur, id in vna recipiendum eſſe. Hanc tamen cautelam meritò reiiciunt Bald. & Salic. *in d. l. vltim.* & Caſtrenſ. *num. 1.* Intrigliol. *de cenſib. quæſt.48. num.4.* Weſemb. *conſ. 72. num. 7. lib.2.* & Alphonſ. Narbon. *tit. 18. l. 13. gloſ. 1. num. 36.* & in quadam Romana Rota inter nouiſſ. omn. *deciſ. 301. num. 10.* propter fraudem, quæ hìc manifeſtè deprehenditur. Nec obſtat regula *d. l. ſingularia;* quia ibi nulla fraus, vel captio deprehenditur in necem debitoris. Quod maximè ad hanc ſpeciem pertinere videtur.

22 Hic vero opportune quæritur, an penſiones præteriti temporis in alium cenſum conuerti poſſint. Et ſanè cùm ex reditibus præteriti, vel futuri temporis nouus cenſus conſtituitur, compertum eſt hoc genus contractus nunc illicitum eſſe, & ſanctione eiuſdem Pontificis prohiberi, ſiue ſuper eadem re, ſiue ſuper alia, & ſiue ad fauorem eiuſdem, vel alterius perſonæ ab eo ſuppoſitæ conſtituatur, vt conſtat *ex d. conſtit.* §.4. & notant Felician. *de cenſib. lib. 1. c. 3. n. 10. & c. 9. n. 16.* Nauarr. *in comm. de vſur. n. 94.* Boccat. *de cenſib. part. 1. num. 10. & part. 3. num. 23.* Maſtrill. ad Gregot. *quæſt. 5. num. 253.* & alij apud Ceneium *in d. q. 48. num. 16.* quibus accedit Lop. *de negotiat. lib. 1. cap. 59. verſ. tandem aduertendum.* Vgolin. *de vſur. cap. 51. §. 1. num. 2.* Molin. *diſp. 390. num. 10.* Salas *dub. 11.* & alij apud Scortiam *theorem. 270.* ne ſcilicet, vt ait, per cenſuum incrementa debitor ad inopiam redigatur.

23 Sed in ſubducta conſtitutione D. Pij, & vbi illa recepta non eſt, valeat cenſus, qui ex reditibus, & penſionibus alterius cenſus non ſolutis conſtitutus eſt, non vna eſt omnium ſententia. Nam hoc genus cenſus illicitum eſſe ſentiunt Papon. *lib. 12. tit. 7. arreſt. 11.* vbi refert ita ſæpe iudicatum fuiſſe. Quod etiam ſcribit Rebuff. *ad conſtitutiones Regias tit. de conſtit. redit. not. 1. gloſ. 5.* Petr. Gregor. *de cenſib. q. 5. num. 38.* Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib. 3. cap... in fin.* Intrigliol. *loc. cit.* Felician. *in d. cap. 9. in fin. verſ. 7. conditionem,* & Rota poſt Cenc. *in dec. 379. in fin. coram D. Manzanedo,* qui ait etiam ſublata conſtitutione Pij V. huiuſmodi cenſum vitioſum eſſe, & Reipublicæ maxime pernicioſum. Sed contrariam ſententiam amplexi ſunt Bonius *in lib. de cenſib. art. 11. num. 28.* & iidem Molina *in q. 390. in fin.* Azor. *d. lib. 10. cap. 14. quæſt. 1.* & Salas *loc. cit.* Salon. *art. 3. de cenſib. contr. 17. condit. 8. num. 6.* vbi dicunt hoc genus cenſus iure naturæ non prohiberi idem ſentiunt auctores Siculi Anton. de Ball. *ſuper pragmat. Alphonſi Regis quæſt. 6. num. 1.* Milan. *in d. dec. 8. num. 347. & ſeq.* Maſtrill. ad Gregor. *in d. q. 5. num. 252.* Fauſtus *in ſuo ſpec. diſp. 18. quæſt. 32.* Dian. *tract. de contract. reſ. 44. verſ. ex quo ſequitur.* Marius Giurba *in d. dec. 24. n. 34.* vbi ait aduerſus Intrigliolum *in d. q. 48.* eſſe communem omnium reſolutionem, & Marius Muta *in dec. 73. num. 8. verſ. tamen pura veritas.* Auendan. *de cenſib. cap. 38. n. 11. & 12.* Cancer. *variar. reſolut. part. 2. cap. 1. num. 180.* & nouiſſimè Ioan. Griuell. *in dec. 103. num. 3. & 14.* vbi refert ita iudicatum: & Duard. *in §. 4. q. 38.* Quod probatur, quia ſubducta conſtitutione Pij V. debitum verum in pretium cenſus conuerti poteſt, vt reſpondit Pariſ. *in conſ. 75. num. 30. lib. 4.* & in ſpecie dicunt Maſtrill. *loc. cit.* Duard. *in d. quæſt. 38. num. 7.* Atque etiam quia poteſt debitor redituum res alias in ſolutum dare creditori *l. eleganter, ff. de pignor. act. l. ſi prædium, C. de euict.* & aliis; ergo etiam fas eſt inſpecto iure communi ius reditus ex hac cauſa in creditorem transferre. Ex quibus puto hanc ſententiam veriorem eſſe.

His conſequenter quærendum eſt, an ſolutis præteriti temporis penſionibus in pecunia numerata, & iiſdem nummis ſtatim traditis, & numeratis debitori in pretium noui cenſus contractus valeat, vel ſit illicitus, & contra formam conſtitutionis Pij V. Et ſanè inſpecto iure naturali, & ciuili hoc genus cenſus valere compertum eſt ex his quæ proximè diximus. Sed inſpecto iure conſtitutionis D. Pij videtur cenſum conſtitui non poſſe ex reditibus decurſis numeratis, & iterum receptis, ne ſcilicet via fraudibus apetiatur contra *l. non dubium, Cod. de legib. & l. in fundo, ff. de rei vindic. & l. vlt. Cod. de vſur.* quæ ait, *vt nullo modo vſuræ vſurarum exigantur,* & ne quod directè prohibetur, indirectè fieri valeat *l. vlt. Cod. ſi mancip. ita ven. & l. ſi duobus, ff. de neg. geſt.* ex quibus ita ſenſit Intrigliol. *in d. q. 48. num. 4. & 7.* vbi notat id maximè recipiendum eſſe, ſi aliqua vrgeat fœnoris ſuſpicio ex perſona creditoris, vt ſi fortè ſolitus ſit fœnerati. Quod iam adnotaueram *q. 88. n. 9.* quæ licèt ordine poſterior ſit, eſt tamen prior tempore, quia vt dixi initio *quæſt 42.* nihil de cenſibus ſcribere mens erat. 24

Sed hæc Intriglioli definitio refelli videtur ex his quæ diximus *hac ead. quæſt. n. 12. & 15.* cenſum ſcilicet validum eſſe, ex cuius pretio venditor ſtatim, vel paulo poſt eidem emptori ſoluit, quod illi verè debebat. Et in ſpecie cenſum, qui ex penſionibus iam ſolutis conſtitutus eſt, ſi creditor eoſdem nummos numeret, & tradat cenſuario coram notario, & teſtibus validum eſſe, neque conſtitutione Pij V. prohiberi docent Nauarr. *in d. comment. de vſur. num. 94.* Leſſ. *lib. 2. cap. 22. num. 87.* Azor. *d. cap. 74.* Ioan. de Salas *in dict. dub. 11. verſ. octaua conditio,* & qui communem eſſe teſtatur Bonacin. *in d. q. 4. punct. vn. num. 40.* Scacc. *d. lib. de commerc. §. 7. gloſ. 2. num. 54.* & ſequitur Duard. *in d. q. 37. n. 5.* qui id verum arbitratur, etiamſi venditor cenſus penſiones emptori ſoluat mox recepturus in augmentum cenſus, ſeu noui reditus conſtitutionem, quia licèt ex iure ciuili non cenſeatur ſoluere, qui ita ſoluit, vt mox recipiat *d. l. qui ſic ff. de ſolut.* hæc tamen lex, inquit, debet intelligi, quando in fraudem legis id fieret, & ſolutio ficta eſſet: ſecus verò ſi realis eſt, & verè fit in ſatisfactionem debiti omni dolo, & fraude ceſſante. † Quod genus cenſus licet ex ſubtilitate iuris probari poſſit, quando res inter bonos agitur, & fraus omnis abeſt, quia tamen vix explorari poteſt, quando ſincerè, & ſine fraude res geſta eſt, & vt inter bonos agier oportet, nec Duardus id ſatis explicare potuit, & periculum ſit, ne hac ratione fiat, quod ſanctio Pontificis fieri vetat, exiſtimo vnius Intriglioli ſententiam ſuadendam eſſe, & ab hoc genere contractus abſtinendum fore: & præſertim quando ipſemet creditor redituum numerat debitori pecuniam ad noui cenſus impoſitionem, vt ſtatim eandem pecuniam recipiat pro ſolutione redituum ſibi ex priore cenſu debitorum. Hìc enim maior fraudis ſuſpicio intercedit, quàm ſi ipſemet debitor prius ex propriis nummis reditus præteritos ſoluat, eoſdémque mox recipiat in pretium noui cenſus, quia quando ipſe propriis nummis reditus præteritos ſoluit, & mox recipit in pretium noui cenſus, pecuniam habuit, & retinet: quando verò creditor cenſuum numerat, vt recipiat, nihil erat, vel remanet penes cenſuatium, qui neceſſitate pecuniæ preſſus cogitur ex reditibus præteritis nouum onus ſuis rebus imponere, & proinde minus liberè contraxiſſe videri poteſt. 25 26

Sanè licet pro reditibus decurſis vel futuris ſuper eadem re vel aliis cenſum creare, vel alium reditum in ſolutum dare prohibitum ſit, res tamen alias veluti agrum, domum, merces in ſolutum dare domino cenſus, & creditori nullo iure prohibetur, vt iudicatum refert Ioan. Papon. *loc. cit.* & ni fallor ſenſit Virgin. *in d. part. 1. num. 10.* & alij, qui monent dominum cenſus, vt Saluiano Interdicto, & aliis remediis 27

diis iuris cogat debitorem redituum ad ſolutionem. Nam & id aliis creditoribus conceſſum eſt, vt dixi *ex d. l. elegante, de pignor. act. & l. 4. Cod. de euict.* & conſtat etiam *ex lib. 46. §. 1. de ſolut. l. non omnis, in fin. de reb. cred. & leg. 15. ff. de re iudic. & l. 1. Cod. ſi in cauſ. indic.* & nos alio loco diximus. Qua ratione nihil vetat reditum iam conſtitutum pro penſionibus decurſis in ſolutum dare, quia in alienatione cenſus iam conſtitui non requiritur pretij numeratio, vt cenſuit Rota poſt Cencium *in dec. 136. numer. 4.* Quod tamen accipiendum eſt, niſi ex coniecturis datio in ſolutum in fraudem vſurarum facta appareat, vt in dationibus in ſolutum, quæ ex alia cauſa fiunt, & aliis venditionibus receptum eſt *ex cap. illo vos, de pignor. & cap. ad noſtram, de emptio. & vendit.* & in ſpecie notat Papon. *in d. arr. 11. in fin.*

28 Septimus, & vltimus caſus eſt, eùm pretium, quod in ipſo emptionis actu numeratum eſt, & à venditore receptum, ſtatim, vel paulo poſt emptori dimittitur non pro ſolutione quantitatis ſibi debitæ, ſed ex cauſa depoſiti, vel alterius contractus in gratiam ipſius venditoris, exempli gratia, vt ex ea pecunia emptor cenſus ſoluat æs alienum venditoris, vt in hac ciuitate non raro factum eſt. Et puto hoc caſu cenſum validum eſſe. Hic enim verè pretium numeratum eſt, & receptum à venditore, ideóque nummi illius facti ſunt, & ſatisfactum eſt formæ conſtitutionis, & depoſitio pecuniæ apud ipſum emptorem cenſus non

29 reſoluit priorem ſolutionem; † Neque pecuniæ dominium mutat, *leg. licet, 17. ff. depoſ. l. 8. ff. commod.* Ruin. *in dict. conſ. 144. num. 14. lib. 4.* ſed remiſſio pecuniæ fit ex alia cauſa, & quidem vtili ipſi venditori cenſus, vt ſcilicet illius creditores dimittantur, & ipſe liberetur, vel vt res aliena ematur ex ea pecunia, vel aliud fiat iuxta formam mandati, vt in ſpecie ſenſit Rota poſt tractatum Cencij *dec. 427. num. 12.* & ipſe Cencius *in addit. dict. quæſt. 50. num. 28. verſ. maximè ſi hac reſtitutio.* Nam, & potuiſſet apud alium deponere veluti apud campſorem *d. l. ſingularia*, quæ ait (repetam enim) *quod in duabus perſonis recipitur, & in eadem perſona recipiendum eſt*: & placuit eidem Rotæ *in dict. dec. 333. in fin.* & Cencio *loc. cit. num. 23.* vt potuit pretium alteri ſolui, & numerari iuſſu venditoris *l. vltim. ff. quod iuſſ. lib. 3. §. ſed ſi debitorem, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Surd. *in conſ. 82. num. 2.* & in terminis Cen-

30 cius, & Duardus, quos retuli *quæſt. 69. num. 61.* † Quamobrem ſi fortè emptor cenſus, qui poſt perfectum contractum pecunias titulo mandati, vel depoſiti recepit, depoſito abuteretur, vel fidem mandati violaret, non ideo minus contractus cenſus maneret, & conſiſteret: nec propterea poſſet venditor agere actione ex vendito ad pretium, vel diſcedere à contractu cenſus, quia cùm emptor pretium verè ſoluerit, ſtatim ab hac actione liberatus eſt *l. pecuniam, 79.* illis verbis, *efficitur, vt tu ſtatim libereris,* & *l. qui pendentem, 25. ff. de act. emptor. & argum. leg. qui res, §. aream, ff. de verb. obligat.* Sed agere tantùm poterit actione mandati, vel depoſiti ad id quod intereſt *l. 2. Cod. de depoſit. l. 3. ff. de in lit. iuran. l. 8. ff. mandat.* & nos diximus *quæſt. 33. num. 6.* vt etiam agere poſſet furti, ſi fortè emptor ei pecuniam ſolutam furto abſtuliſſet, vt ex Baldo, Alber. Corneo, & aliis tradit Monter. *in d. deciſ. 2. num. 19.* quemadmodum ſi aliam quamlibet rem ſuam illi retineret,

31 *dict. l. 25. in fin. de act. empt.* † Qua ratione defendi poteſt contractus cenſus, ſi fortè ex interuallo illius venditor aliquid emat ab eodem emptore, puta gemmas, vel quid aliud iiſdem nummis, quia hic nouus contractus eſt, & ſpeciem, & formam noui contractus habet, & proinde dicendum eſt vtrumque valere, niſi probetur ita partes ab initio conueniſſe, vt indicat *lib. 16. ff. de negot. geſt.* & reſpondit Cyriac. *in dict. controu. 547. num. 35. & 36.*

Neque enim ex eo, quòd cenſum celebrauerint, illis vetitum eſt alios inter ſe contractus celebrare, qui nihil connexum habeant cum contractu cenſus.

QVÆSTIO LXII.

De pactis conſtitutione Pij V. in cenſibus prohibitis, & de ſententia eorum verborum, contractúſque ſub alia forma, &c.

SVMMARIA.

1 *Forma cenſus in quibus conſiſtat.*
2 *Formâ non ſeruatâ cenſus non valet.*
3 *Pius V. multa pacta contractui cenſus addi prohibuit.*
4 *An pacta quæ conſtitutione Pij V. improbantur, ſingula vitient contractum cenſus.*
Molina hac de re ſententia.
5 *Et eius fundamenta.*
6 *Gaſparis Roderici ſententia.*
7 *Feliciani hac de re doctrina refertur.*
8 *Pacta, quæ ſunt contra ſubſtantiam, vitiant contractum,* & num. 11.
9 *Pacta quæ conſtitutione Pij V. in cenſibus improbantur, non vitiant contractum ex multorum ſententia.*
10 *Niſi dominus cenſus his pactis illicitis vſus ſit vel vti velit.*
11 *Pacta quædam ita reſiſtunt contractui, vt nihil actum intelligatur.*
13 *Pacta quædam contractum in aliam ſpeciem tranſire faciunt.*
14 *Contrahentium voluntas facit, vt pacta quædam contractum transferant in aliud genus.*
15 *Contractus potius ex pactis quàm ex nomine cenſeri debet.*
16 L. 11. ff. de prec. *communis ſenſus.*
17 L. 12. ff. de prec. *vera ſententia,* & n. 20.
18 *Kalendis Iuliis inquilini olim migrare conſueuerant.*
19 *Dominus poteſt rei ſuæ vſum ad tempus irreuocabiliter concedere.*
20 *Pactum contra ſubſtantiam contractus valet, quoties illum in aliam ſpeciem transferre poteſt.*
21 *Pacta quæ conſtitutione Pij V. in cenſibus prohibentur, non repugnant formæ, & ſubſtantiæ contractus.*
22 *Neque faciunt illam tranſire ad aliam ſpeciem contractus.*
Pacta illicita contractui cenſus addita pro non adiectis habentur.
23 *Pacta à Pio V. prohibita rationem emptionis non tollunt.*
24 *Neque tollunt formam de nouo inductam.*
25 *Pactum vt pretium aliquando repeti poſſit ſeruatâ formâ cenſus non euertit cenſum, ſed vitiatur.*
26 *Clauſula bullæ* contractúſque ſub alia, &c. *refertur tantum ad ea, quæ formam cenſus attingunt.*
27 *Mens Pij V. fuit, vt reiectis pactis ab eo prohibitis contractus cenſus conſiſteret.*
28 *Pius V. quædam conſtituit fauore emptoris, cui renunciare poteſt.*
Fœnoris ſuſpicio ex his oritur, quæ commodum creditoris continent.
29 *Molinæ argumentum refellitur.*
Pacta ſunt adminicula contractui.
30 *Fiſcus poteſt vendicare quicquid contra prohibitionem Pij V. exigitur.*
31 *Proteſtatio redigit contractum ad formam, & limites bullæ,* & num. 36.
32 *Cenſus validus ob vſum illiciti pacti fit illicitus ex Cencio, & aliis.*
Auctoris ſententia, & diſtinctio.
33 *Vſus illiciti pacti quod non attingit formam cenſus, non perimit cenſum.*
34 *Actus ab initio validus non poteſt ex ſuperueniente aliquo facto infirmari.*
35 *Pacto illicito ſi quid exigitur, id reſtitui debet.*

36 *Vtens*

26 *Vtens inſtrumento cenſus, vt penſiones exigat, pactis illicitis vti*
non cenſetur.
Pacta formant, & reformant contractum.
37 *Proteſtatio non poteſt ſupplere, quæ formæ deſunt.*

HACTENVS mediocri diligentia à nobis tradi-
tum eſt, quæ ex forma conſtitutionis D. Pij V.
neceſſaria ſunt, vt cenſus validè vendi, & con-
ſtitui poſſit: vt ſcilicet ſuper re immobili, vel
quæ pro immobili habeatur, & naturâ ſuâ fru-
ctifera, & certis finibus deſignata conſtituatur. Præterea vt
vendatur iuſto recepto integro pretio in pecunia verè nume-
rata coram notario, & teſtibus in ipſo actu celebrationis in-
1 ſtrumenti. † In quibus formam huius contractus poſt con-
ſtitutionem D. Pij conſiſtere diximus *quæſt.* 43. *n.* 51. & ſenſit
Rota poſt Cencium *in dec.* 146. *&* 147. *& in dec.* 308. *n.* 21. &
2 docet Cencius *par.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 1. nunc *q.* 53. *n.* 31. † Et
conſequenter eâ non ſeruatâ conſtitutionem cenſus non va-
lere *l cum hi. §. ſi Prætor. ff. de tranſact. & l.* 1. *C. de præd. decu-
rion. ſine decre. non alien.* quæ ait neglectâ formâ legis vendi-
tionem infirmam eſſe: & nominatim ab eodem D. Pio ſan-
citum eſt his verbis. *Contractúſque ſub alia forma poſthac cele-
brandos fœneratitios iudicamus.* & tradunt Virgin. *de cenſib. par.*
2. *n.* 138. Maſtrill. ad Gregor. *quæſt.* 5. *num.* 70. Intrigliol. *de
cenſib. quæſt* 45. *n.* 21. Auendan. *eod. tract. cap.* 36. *n.* 6. Coſta
de remed. ſubſidiar. c. 124. *n.* 25. & Cencius *in d. quæſt.* 53. *n.* 32.
vbi ait hæc ita pro forma ſubſtantiali venditionis cenſus in-
ducta eſſe, vt ſi quid contra factum fuerit etiam in re mini-
ma tendat ad perniciem, & nullitatem contractus: & nos
diximus multis locis.

3 Nunc, quia illa ipſa D. Pij V. conſtitutio, quæ formam
huic contractui dedit, plurima pacta in eo adhiberi vetat,
ſupereſt vt quæramus, an ſi huiuſmodi pacta illicita, & dicta
ſanctione prohibita venditioni reditus adiiciantur, contra-
ctus irritus ſit, vel reiectis pactis ſuſtineri, & comprobari
poſſit. Illo videlicet ſemper obſeruando me in hac quæſtione
ſupponere in reliquis formam ſeruatam eſſe. Nam ſi ea ne-
glecta ſit, veluti ſi non rei immobili, vel quæ pro immobili
cenſeatur, cenſus impoſitus fuit, vel ſi numeratio pretij
non interuenit, fruſtra quæritur, an adiectione alicuius illi-
citi pacti contractus vitietur, ſatis enim nullum, & fœnera-
titium eſſe conſtat ob non ſeruatam formam dictæ conſtitu-
tionis. In his igitur terminis dum quæritur, an huiuſmodi
pacta vitient contractum cenſus, vel vitientur conſiſtente
4 contractu, res opinionibus diuiſa eſt. † Nam quidam exiſti-
mauerunt adiectione cuiuſcunque pacti hac conſtitutione
prohibiti cenſum vſurarium cenſendum eſſe. Quæ eſt ſen-
tentia Molinæ *diſp.* 392. *n.* 2. *Arbitror* inquit, *vbi hæc bulla
recepta eſt, quodcunque contra illius diſpoſitionem appoſitum vi-
tiare contractum cenſualem, illúmque fœneratitium iuris præſum-
ptione efficere.* Idem ſenſit Boninſign. *de cenſib. cap.* 17. Virg *par.*
3. *n.* 56. *&* 59. Aluar. Valaſc. *in dec.* 133. Surd. *in conſ.* 282. *n.* 2.
& ſeq. Leonell. *ſuper bull. Pij V. gloſ.* 32. Ioann. Franciſc. Leo.
Theſaur. *for. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 15. *n.* 61. Bonacin. *de contract.
diſp.* 3. *q.* 4. *num.* 43. Molfeſ. *tractat.* 12. *cap.* 6. *n.* 114. Vgolin. *de
vſur. cap.* 45. *§.* 2. *n.* 7. *& §.* 5. *n.* 9. & Salas *lib. de cenſib. dub.* 12.
n. 7. denique Filliuc. *tract.* 35. *diſp. de cenſib cap.* 3. *num.* 339. &
5 Cardin. de Lug. *diſput.* 27. *n.* 125. † Mouentur verò Molina,
& Salas *loc. cit.* Primò quia id apertè ſonat conſtitutio Pon-
tificis dicens, *contractúſque ſub alia forma poſt hac celebrandos
fœneratitios iudicamus.* Secundò quia nomine contractus fœ-
neratitij in re propoſita non intelligitur pactum additum
contractui, ſed integer cenſualis contractus illo modo cele-
bratus. Tertiò quia deinde Summus Pontifex ait, *quicquid
vel expreſsè, vel tacitè contra noſtra mandata dari, remitti, aut
6 dimitti contingat à fiſco volumus poſſe vindicari.* Quo nomine
inquiunt, nihil aliud intelligitur, quàm id, quod pro cenſu
ſolutum eſt, & penſiones cenſus ſolutæ, & dimiſſæ, quæ fiſco
adiudicantur.

Alij verò putant non omnia pacta contractum fœnerati-
tium reddere, ſed ex his quædam duntaxat, vt Gaſpar Rode-
ric. *de ann. redit. lib.* 2. *quæſt.* 1. *vbi n.* 3. contendit, ſi ex con-
uentione facultas redimendi in voluntatem ementis confe-
ratur cenſum conſiſtere non poſſe: & rurſus ob pactum ve
modicè ab initio reſtringens facultatem redimendi totum
contractum vitiari: & præterea ſi adiiciatur pactum, vt cen-
ſus maiori pretio redimatur, vt latè tradit *eodem loco num.* 20.
& 21. exiſtimabat enim inter ſubſtantialia huius contractus
eſſe, vt ſors nunquam repeti poſſit, & quod ſemper liberè
redimere liceat, vt aſſerit initio *d. quæſt.* 1. in qua ex Molinæo
profecit, quem nos non legimus.

Sed Felician. *lib.* 1. *de cenſib. cap.* 10. *n.* 28. poſtquam conſti- 7
tuit tria eſſe huius contractus ſubſtantialia. Primum quod
ſors perpetuò alienetur, nec vnquam repeti poſſit: alterum
quod reditus iuſto pretio conſtituatur. Tertium quòd ſemper
liberè redimi poſſit, in quo quidem, vt Rodericus ex Moli-
næo profecit, docet pacta his repugnantia totum contra-
ctum vitiare, illúmque in mutuum transfundere: & deinde
ſubiicit ſex eſſe pactiones, quæ vitiant contractum. Prima
eſt ſi conueniat, vt venditor teneatur aliquando redimere. Se-
cunda quod in defectum redemptionis antichreſis, vel alia
res debitoris cedat in ſolutum. Tertia exceſſus iuſti pretij.
Quarta quòd teneatur debitor maiori pretio redimere.
Quinta quod non poſſit redimere niſi poſt certum tempus.
Sexta quòd creditor integram penſionem termini cœpti, vel
ſequentis percipiat, dum cenſus redimitur. Atque harum ſin-
gulas totum contractum vitiare, quia ſunt directè, & enor-
miter contra ſubſtantialia cenſus.

Alij verò in hac quæſtione diſtinguunt. Vel enim pactum 8
quod cenſui adiicitur eſt contra ſubſtantiam iſtius contra-
ctus, & hoc caſu totum contractum perimere, quia reſiſtit
initio, & natiuitati ipſius contractus, qui ſine ſubſtantia
conſiſtere non potuit. Vel pactum non repugnat ſubſtantiæ,
ſed naturæ contractus cenſualis, & hoc caſu pactum dunta-
xat vitiari firmo in reliquis manente contractu, vt multi
ſentiunt apud Cencium *in d. quæſt.* 53. *num.* 11. *&* 13. vbi hanc
definitionem probat, vt etiam Duard. *in §.* 6. *quæſt.* 15. *n.* 1.
in fin.

Quidam denique congruenter huic ſententiæ exiſtimaue- 9
runt nullum ex illis pactis Pontificis ſanctione prohibitis
contractum cenſus vitiare, & fœneratitium reddere, ſed va-
lere illicitis illis pactis, (conditiones Theologi vocant,) re-
iectis. Quæ eſt ſententia Gutierr. *practic. quæſt. lib.* 2. *cap.* 176.
Auendan. *de cenſib. cap.* 36. *n.* 21. Alex. Trentac. *variar. reſol.
lib.* 3. *tit. de cenſib. n.* 17. & ſentiebant Senatores Luſitani apud
Valaſc. *in d. conſult.* 133. *n.* 13. *&* 14. Sigiſmund. Scacc. *de
commerc. §.* 1. *quæſt.* 7. *ampliat.* 10. *n.* 17. Gratian. *diſcept. lib.* 1.
cap. 141. *n.* 23. & Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap.* 6. *n.* 169. *&
ſeqq.* notans Molinæum immeritò Bartolum, & alios Do-
ctores reprehendere, quaſi reti ventos in hac materia venen-
tur: quod & Roderico excidit *loc. cit. n.* 22. Idémque ſenſit
Maſtrill. ad Gregor. *quæſt.* 7. *n.* 11. *& ſeq.* & Intrigliol. *quæſt.* 8.
n. 11. Idem denique docuit, & multis Rotæ Romanæ deci-
ſionibus probat ipſe Cencius *in d. quæſt.* 53. *n.* 13. *& num.* 31.
& 33. & ex ſententia eiuſdem Rotæ P. Ioannes Bapt. Scortia
theorem. 265. *in fin.* † Excipit ſanè Gutierr. *loc. cit. n.* 4. *&* 6. 10
niſi pactum aliquod contra diſpoſitionem huius conſtitutio-
nis contractui additum ad poſtulationem emptoris, ſeu do-
mini cenſus mandatum eſſet executioni, nam tunc inquit to-
tus contractus corrueret, vt obſeruarunt Molin. & Duard.
loc. cit. vel niſi dominus cenſus vti velit contractu cum omni-
bus dictis pactis. Hoc enim caſu contractum alioquin lici-
tum illicitum fieri ſcribit Cenc. *in d. quæſt.* 53. *n.* 34. & Ioann.
Bapt. Coſta *in d. remed.* 124. *n.* 22. idem Duard. *in d. §.* 6. *quæſt.*
16. *in fin.*

Ego verò antequam meam hac in re proferam ſenten- 11
tiam, obſeruandum eſſe arbitror illa tantùm pacta, ſeu con-
ditiones contractum euertere, quæ illius ſubſtantialibus re-
pugnant, & ſunt contra illius ſubſtantiam: & hac in re con-
uenire omnes. Ita enim docent Felician. & Roderic. *loc. cit.*
Didac. Couarr. *in tit. de ſponſalib. par.* 2. *cap.* 3. *§.* 1. *n.* 1. Surd. *in
conſ.* 243. *n.* 36. Franciſc. de Caldas *in lib. de empt. & vendit.
cap.* 3. *n.* 3. Cardin. Seraphin. *in dec.* 269. Petr. Gregor. *de vſur.
lib.* 3. *cap. vlt. n.* 12. Frideric. Martin. *in d. cap.* 6. *num.* 183. *&*
190. & inter Theologos Gregor. de Valent. *in quæſt. de cenſib.
punct.* 6. *in princ.* Cenc. *loc. cit. num.* 11. *&* 32. & Duard. *in d.
quæſt.* 15. *n.* 12. & alij ferè omnes. † Quæ pacta animaduerti 12
duplicis eſſe generis. Quædam enim ita initio, & natiuitati
contractui

contractui reſiſtunt, & illius conſtitutionem impediunt, vt nihil omnino actum intelligatur, nullaque contrahatur obligatio, vt *in l.1.§.ſi quis ſimpliciter de verb.oblig.l.nō ſolum* 31. *ff. de oblig. & act.* in qua impoſſibilis conditio adiecta contractui, illum omnino vitiat hac ratione addita, quia in ea re, quæ ex duorum, pluriumque conſenſu agitur, omnium voluntas ſpectatur, quorum proculdubio in huiuſmodi actu talis cogitatio eſt, vt nihil agi exiſtiment, appoſita ea conditione, quam ſciant eſſe impoſſibilem, *& in l.* 13. *Cod. de contrah. empt.* vbi ſi venditionis conditio in ementis, vel vendentis voluntatem collata eſt, nihil actum eſſe intelligitur, cùm nulla iuris neceſſitate contrahentes adſtringantur. Quo in loco Baldus idem ſenſit, ſi quidpiam ſubſtantiale in alterius contrahentium arbitrium conferatur, veluti ſi quis dixerit, quanti velis, quanti æquum putaueris, habebis emptú Nam iſte contractus etiam nullus eſt *l. quod ſæpe* §. 1. *ff. eod.* quia pretium eſt de ſubſtantia venditionis, & emptionis: & quamuis pars tantum ſubſtantialis deficiat, contractus corruit, vt notat Bald. *loc. cit.* & Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 1. *tit.* 12. *num.* 25. idem etiam conſtat *ex cap. vlt. extra de condit. appoſ. & ex l. per ſeruum* §. 1. *ff. de vſu, & habit.* vbi ſi fructus, vel vſusfructus legatus eſt deducto vſu, legatum nullum, & inutile dicitur; quia fructus ſine vſu eſſe non poteſt, vt latiùs explicat Frideric. *loc. cit.*

13 Alterius generis ſunt, quæ contractum, cuius nomen prætexitur, ad aliam ſpeciem contractus transferunt, vt *in l.2. in princ. ff. ſi cert. pet.* in qua ſi mutuo adiicitur, vt eadem ſpecies, & res reſtituatur, non contrahitur mutuum, ſed commodatum, vel depoſitum. Et ex contrario ſi depoſuero pecuniam, & ſtatim conuenerit, & ea vtaris, non depoſitum, ſed mutuum contractum intelligitur *l.* 9. §. *vlt. & l.* 10. *de reb. cred. & in l.* 36. *&* 80. *ff. de contrah. empt.* vbi Labeo ait; *Nemo poteſt eam rem vendidiſſe, de cuius dominio id agitur,* ne ad emptorem tranſeat: ſed hoc aut locatio eſt, aut aliud genus contractus, *& in l.* 27. *ff. de donat. cauſ. mort.* ex qua conſtat donationem cauſa mortis ea lege factá, vt nullo caſu reuocetur, perinde haberi atque alia quæuis inter viuos donatio, ideoque inter virum, & vxorem non valere, nec in ea legem Falcidiam locum habere. Quod in contractibus in fraudem vſurarum celebratis frequentiſſimum eſt: In illis enim ob pacta illicita, & vſuraria deprehendimus contrahentes mutuum, & pignus potius contrahere voluiſſe, quamuis diuerſum nomen contractus vſurpauerint, puta emptionis, ſocietatis, vel aliud genus his proximum.

14 † Huius autem diuerſitatis ratio ex voluntate contrahentium proficiſcitur, quia in primo genere ſe reſtringunt ad actum geſtum, prout celebratur, & geritur: ideoque actus vlterius non progreditur *l.* 1. §. *eamque ff. de conſtit. pecun.* deficiente ſcilicet conſenſu, ſine quo neque contractus, neque conuentio vlla conſiſtere poteſt *l. obligationum ſubſtantia* §. *vltim ff. de oblig. & act. l.* 1. §. *adeo ff. de pact. & l. non omnis ff. ſi cert. pet.* in quibus actus non operatur vltra intentionem agentium, vt egregiè differit Franciſc. de Cald. *in d. cap.* 3. *num.* 11. & ſi in ſpecie contrahendi deficit conſenſus, nullum negotium contrahitur Bald. *in conſ.* 218. *in princ. l.* 3. Alex. *in d. l.* 1. §. *ſi quis ita num.* 11. *de verb. oblig.* & Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 22. & iuuat valde *lex non ſolum* 31. *& l.* 95. *de oblig. & act.* illis verbis, *niſi animus vtriuſque conſenſit, perduci ad effectum id quod inchoatur, non poteſt.* At verò in ſecundo genere mens, & voluntas contrahentium progreditur ad illud conuentionis genus, cui pacta, & conditiones conueniunt, quaſi id contrahentes intellexerint, quamuis ſub aliis verbis: quòd non ex eo fit propriè, quia pactum transferat, & transformet contractum in aliud genus, vt interpretes exiſtimant *in l. pacta conuenta ff. de contrah. empt.* & præſertim Berengar. Sed magis ex voluntate contrahentiùm, vt dictum eſt, & probari poteſt *ex l.* 3. *C. plus val. quod agit,* & rectè ſentiunt Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 19. *num.* 8. & Franciſc. de
15 Cald. *loc. cit. num.* 10. † Nam generale eſt ex pactis potius, quàm ex nomine æſtimandum eſſe, qui contractus initus intelligatur, vt conſtat *ex d. l.* 2. *in princ. ſi cert. pet. d. l. vbi ita ff. de donat. inter vir. & vxor. & d. l.* 96. *de contrah. empt* illis verbis, *non videtur vendere l.* 9. §. *vlt. & l. ſeq. de reb. cred* & tradit Oldrad. *in conſ.* 204. *num.* 2. Alciat. *reg.* 3. *præſ.* 36. *in fin. & conſ.* 7. *num.* 29. *lib.* 8. & alij ſanè plurimi, quos recenſet idem Cardin. Mantic. *d. tit.* 2. *n.* 19. Horum igitur pactorum ea vis eſt, vt contrahentes, aut nihil agere voluiſſe intelligantur, vt in primo genere, aut aliud, vt in ſecundo iuxta ea, quæ proximè dicta ſunt.

Neque huic definitioni obſtat *l.* 12. *ff. de precar.* vbi Celſus 16
Iuriſconſultus ait, *Cum precario aliquid datur, ſi conuenit, vt in Kalendas Iulias poſſideat, nullam vim eſſe huius conuentionis, vt rem alienam domino inuito poſſidere liceat.* Ex qua pleriſque perſuaſum eſt, pactum contra ſubſtantiam contractus quoties non poteſt illum in aliam ſpeciem transferre nullum eſſe, & pro non adiecto haberi, vt notant *in d. l. cum precario.* & Bart. *in d. l. vbi ita.* Alciat. *in l. pen. n.* 22. *ff. de pact.* & alij quos ſequitur idem Mantic. *eod. tract. lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 22. Iaſ. Felin. Rub. & Crottus apud Franciſc. de Cald. *in d. cap.* 3. *n.* 3. & alij quidam apud Maſtrill. ad Gregor. *in d. quæſt.* 7. *num.* 11.
† Etenim in ſpecie *d. l.* 12. nihil actum aut conuentum eſt 17
contra ſubſtantiam precarij: neque enim actum eſt, vt non liceret reuocare quod certum eſt illius ſubſtantiæ repugnare *l.* 1. §. *& diſtat. & l.* 2. *hoc tit.* Sed ſolùm actum fuit, vt accipiens precario vſque ad Kalendas Iulias poſſideret: & quæſitum eſt, an ante illud tempus dominus rem ſuam reuocare poſſet: & reſpondit Celſus conuentionem hanc impedimento non eſſe, quin domino rem ſuam etiam ante Kalendas Iulias reuocare liceat: ſiquidem tempus hoc additum eſt fauore concedentis gratias finiendæ conceſſionis, ne ſcilicet illo non reuocante precarium vltra illud tempus progrederetur: & intelligat is, qui precario rogat, non niſi ad illud tempus precarium duraturum, & eo lapſo fore, vt noua indigeat ſiue expreſſa, ſiue tacita concedentis voluntate, vt precarium vel prorogetur, vel renouetur *l.* 4. §. *vlt. & l.* 5. *&* 6. *ff. hoc tit.* ideòque hic Celſi locus magis probat precarium conceſſum ad certum tempus liberè quandocunque reuocari poſſe, nec ex ſola præfinitione temporis naturam precarij, rationémque mutari. Quod comperi deinde adnotaſſe Scholion ad Harmenop. *lib.* 6. *tit.* 2. his verbis. *In precario etſi tempus fuerit præfinitum, poteſt tamen, qui rem mihi dedit, eam etiam ante exactum tempus repetere.* ſubiiciens id cognitu elegans, & pul-
chrum eſſe. † Qui ſenſus *d. l.* 12. vel ex eo retineri debet, quia 18
accidit plerunque, vt cùm domos locare non poſſumus, poſtremis menſibus eas habitandas concedamus in eum vſque diem quo ab inquilinis migrandum eſt: non vt ante precarium reuocari non poſſit: ſed vt poſt illum diem ſciat is, qui rogauit, non amplius precario ſe poſſidere. Et in hac ſpecie loqui Celſum manifeſtè conſtat ex illis verbis, *In Kalendas Iulias,* quibus olim inquilinos migrare conſueuiſſe conſtat *ex l.* 41. *de contrah. empt. l.* 9. *ff. qui potior. in pign. habeant. & l.* 60. *ff. loc.* & ex Cicerone, & aliis auctoribus obſeruat. Anton. Auguſt. *emendat. lib.* 4. *cap.* 14. qui id ab Angelo Politiano accepiſſe refert: quod etiam notat Morla *in empor. iur. tit.* 3. *q.* 8. *in fin* & Gothofr. *ad d. l.* 41.

Sed ſi res vtenda nomine precarij conceſſa eſt eo pacto, 19
vt intra aliquod tempus reuocare non liceat, certum eſt validam eſſe conuentionem, ſiquidem nemo vnquam dubitare potuit, quin liceat domino vſum rei ſuæ ad aliquod tempus irreuocabiliter concedere, cùm poſſit rei dominium in alterum donationis cauſa transferre, vt ſenſit idem Bereng. *in d. l. pacta conuenta præfat.* 5. *num.* 9. vbi ait neminem tam hebetis ingenij eſſe, qui id neget: & ſi Iuriſconſultus id negaret ſe illi fidem non habiturum. Quamobrem cùm in hoc genere clara ſit voluntas concedentis, quod ſcilicet voluerit à terminis precarij recedere, verba ad improprietatem deflectere oportet, & proinde ad contractum commodati, qui ſimilis eſt precario, vel ad donationem vſus rei ad certum tempus, vt fit interdum in emptione, & aliis contractibus, vt dixi *ex d. l.* 2. *in princ. de reb. cred.* & aliis ſimilibus, quibus nunc addo Scholion. *ad Harmenop. lib.* 8. *titul.* 3. *de imagin. vendit.* cuius verba ſunt. *Imaginaria venditio illa eſt, quæ cùm alius tacitè ineatur contractus ſpeciem quandam præſefert, & prætextum venditionis, re tamen vera venditio non eſt.* Ita in hac ſpecie quamuis conceſſio nomen habeat precarij, re tamen vera precarium non eſt, ſed alius contractus veluti commodatum vel donatio vſus rei pro certo tempore, intra

quod

quod reuocari non poteſt, vt reſpondit Paulus *in l.* 17. §. 3. *ff. commod.*

20 Hæc igitur vera eſt ſententia *d. l. cum precario* nimirum hic nihil actum eſſe contra ſubſtantiam precarij ſed tantùm conueniſſe, vt in Kalendas Iulias precario poſſideret, quam primus quod animaduerterim conſtituit Cuman. *in d. l. vbi ita,* & ſibi adſcripſit tacito auctore Forcatul. *dialog. § num.* 2. & ſecutus eſt Duaren. *ad hunc tit. cap.* 3. & Coraſ. *in d. l. vbi ita donatur. num.* 4. Franciſc. de Cald. *loc. cit. num.* 19. Anton. Fab. *de error. pragm. dec.* 77. *cap.* 3. Morl. *in d. quæſt.* 8. & Felician. *in d. c.* 10. *n.* 25. inde colligens pactum adiectum contra ſubſtantiam contractus valere, quoties illum in aliud genus transferre poteſt: aliàs pactum, & contractum inutilem, & nullius momenti eſſe, quæ his, quæ diximus conſentanea eſſe videntur.

21 His ſic poſitis dico nullum ex pactis, quæ conſtitutione D. Pij in contractu cenſus prohibita ſunt, illum nullum, & fœneratitium reddere, dumodo in impoſitione cenſus eius forma ſeruata ſit ſecundum eorum ſententiam, quos recenſui *num.* 9. nam certum eſt huiuſmodi pacta ad primum genus non pertinere, in quibus nihil omnino actum intelligitur, & nullum negotium contrahitur *vt. in d. l.* 13. *Cod. de contrah. empt. l.* 31. *de oblig. & act. & c. vltim. de condit. appoſ.* quia in contractu cenſus ſaltem ex numeratione, & receptione pecuniæ venditorem reditus annui obligari conſtat *ex d. l.* 9. §. *quoniam ff. ſi cert. pet.* & admittunt contrariæ ſententiæ auctores, dum putant adiectione cuiuſque pacti à Pio V. prohibiti contractum cenſus vſurarium cenſeri, & conſequenter hic mutuum eſſe contractum.

22 Neque etiam hæc illi citra pacta ad illa, quæ alterius generis ſunt, reduci debent, quorum ſcilicet adiectione contractus, cuius nomen intenditur, & prætexitur, vergit, & tráſfertur ad aliud genus conuentionis, quoniam huiuſmodi pacta licèt prohibita ſeruata forma contractus in prædio, & pretio vt dictum eſt, rationem emptionis non tollunt: ſed adhuc vera emptio, & venditio manet: & proinde pacta illa non ſunt contra ſubſtantiam, neque vitiant contractum cenſus, neque illius origini reſiſtunt, ſed vitiantur duntaxat, & pro non appoſitis habentur *l. vltim. C. ſine cenſ. vel reliq. l. vlt. C. de pact. pign. l. placuit.* 29. *ff. de vſur.* quæ ait, *quod illicitè adiectum eſt, pro non adiecto haberi:* & tradunt Petr. Gregor. *in d. qu.* 7. *n.* 2. Anton. Gomez. *de cenſib. cap.* 3. *num.* 27. Gutier. *in d. cap.* 176. *num.* 3. Gratian. *in d. cap.* 141. *num.* 23. & Rot poſt Cenc. *in d. dec.* 146. *num.* 11. idemque multis argumentis in pacto, vt cenſus maiori pretio redimatur, quod inter illa Felicianus, & Rodericus cenſent, quæ contractum cenſus euertunt, oſtendit Intrigliol. *in d. q.* 8. *num.* 11. *& ſequentibus.* His conſenſit Cencius *in d. quæſt.* 53. *num.* 23. & nouiſſimè Franc. Merlin. *controuerſ. forenſ. cap.* 96. *num.* 19. & Anton. Nald. *in ſua ſumm. tit. cenſus num.* 12.

23 Neque verum eſt pacta illa, quæ iidem Felicianus, & Rodericus aſſerunt vitiare contractum cenſus, & illum in mutuum vertere, repugnare ſubſtantiæ iſtius contractus, quia vel ſpectamus contractum cenſus, vt eſt emptio, & venditio quædam: & hoc caſu certum eſt pacta à Diuo Pio prohibita non repugnare iis, quæ ſunt de ſubſtantia emptionis. Neque enim repugnant rei, & pretio, neque tollunt conſenſum contrahentium, in quibus ratio emptionis conſiſtit, vt palam eſt ex his, quæ tractat Frideric. *in d. cap.* 6. *num.* 561. *& ſeqq.* & tradit Gutierr. *in d. cap.* 176. *num.* 3. vbi ſubjicit hanc clauſulam, *Cùm igitur adhuc appoſitis iſtis pactis remaneat vera emptio, conſequens ſit, vt cenſus licitus ſit, quamuis pacta ſint nulla, quia nihilominus remanet firmum fundamentum, & radix ipſius cenſus hoc eſt emptio venditio iuris percipiendi cenſum ex redditibus fundi, ſuper quo cenſus conſtitutus eſt.* Itaque duriorem quidem efficere poſſunt conditionem venditoris, non tamen cenſus contráctum euertere, non ma-
24 gis quàm venditiones aliarum rerum. † Si verò perpendimos hunc contractum, vt eſt emptio reditus annui, pacta, quæ ſanctione Diui Pij prohibita ſunt, ſeruata forma, quæ ab eodem præſcripta eſt, non tollunt, neque ſubtrahunt formam ſubſtantialem cenſus. Et proinde non ſunt contra ſubſtantiam huius contractus, neque contractum fœneratitium reddunt, ſed vitiantur ſubſiſtente contractu, vt ſentiebant Senatores Luſitani apud Valaſc. *in d. deciſ.* 133. *numero* 13. *&* 14. & optimè expendit Cenc. *loc. citat. numero* 31. *&* 33. & cenſuit Rota poſt tractatum Cencij *in deciſ.* 116. *numero* 4. *&* 5. obſeruata enim forma cenſus, cætera quæ adiiciuntur interdum contra diſpoſitionem Bullæ, & ſunt illicita pro non adiectis habentur *d. l.* 29. *ff. de vſur.* & præualet obſeruatio formæ ad ſuſtinendum contractum reiectis pactis. Quod non obſcurè ſenſit D. Pius, dum pacta illa ſpecialiter, non autem totum contractum propter illa improbandum eſſe iuſſit, vt expendit Rota *in d. deciſ.* 116. *n.* 4. Cenc. *loc. cit.* & Duard. *in d. q.* 15. *n.* 22.

Et licèt Gutierr. *loc. cit. n.* 3. *verſ. quinto,* pro hac parte excipiat pactum, vt venditor teneatur aliquando cenſum redimere, quod ait mutare naturam contractus, & illum reddere contractum pignoris, in quo fructus extenuant ſortem *l.* 1. *C. de pignor. act.* & eſſe contra ſubſtantiam cenſus, & illum in mutuum vertere plerique ducent, quos refert Rota poſt Cencium *in deciſ.* 147. *num.* 6. & præſertim Felician. *in d. cap.* 10. *num.* 28. quod etiam ſequitur Duard. §. 5. *quæſt* 42. *num. &* 18. verior tamen ſententia eſt hoc pactum, vt non tollit rationem emptionis aliarum rerum, ita non tollere rationem, & ſubſtantiam contractus cenſus, qui vera eſt emptio, vt docet Valent *diſp.* 5. *quæſt.* 22. *par.* 6. *verſ. ſecundo ſequitur,* & alijs relatis diximus *quæſt.* 68. *num.* 4. Quod in terminis conſtitutionis Pij V. mihi perſpicuum eſſe videtur, quia cùm conſtitutio in ſpecie annullet pacta, vt ab initio pretiũ cenſus repeti poſſit, non autem contractum ob iſtiuſmodi pacta nullum eſſe declaret, conſequens eſt contractum conſiſtere, & huiuſmodi illicita pacta pro non appoſitis haberi: & proinde nunquam verum eſt dicere ex vi, & poteſtate huius illicitæ conuentionis pretium ab inuito exigi poſſe, quia poteſt venditor, ſi conueniatur obiicere nullitatem pacti *l.* 7. §. 7. *ff. de pact. l.* 6. *C. eodem,* quæ ait pacta quæ contra leges fiunt, nullam vim habere. 25

Nec obſtant verba illa conſtitutionis D. Pij, *contractuſque ſub alia forma poſt hac celebrandos fœneratitios iudicamus,* quibus Valaſcus, Surdus, & illi Theologi mouentur, vt contrarium ſentiant *num.* 4 & poſt omnes Eminen. Ioann. de Lug. *de Iuſt. & iur. diſputat.* 27. *num.* 125. quia hæc clauſula refertur tantùm ad ea, quæ reſpiciunt formam contractus, & ad illius formam pertinent, quæ hac eadem ſanctione præſcripta eſt, & continetur illis verbis, *ſtatuimus cenſum, &c.* non autem ad ea pacta, quæ non tangunt illius formam, cuiuſmodi ſunt pacta, quæ nominatim in hac conſtitut. prohibentur, vt rectiſſimè interpretantur Gutierr. *in d. cap.* 146. *num.* 4. *&* 6. Roderic. *in d. quæſt.* 10. *num.* 7. Eminen. Cardin. Seraphin. *in deciſ.* 1418. *num.* 6. *&* 12. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 1. *num.* 245. *& quæſt.* 7. *num.* 17. Gratian *d. cap.* 141. *num.* 23. Cencius *loc. citat. num.* 35. & Duard. *in* §. 6. *qu.* 15. *num.* 22. *& q.* 18. *num.* 1. quam interpretationem ſequebantur Senatores illi apud Valaſcum *in d. dec.* 133. & ſequitur Rota poſt Cencium *in d. deciſ.* 116. & rurſus *in deciſ.* 146. cuius auctoritati plurimùm deferendum eſſe ſemper exiſtimaui, & valde placet quod ait Rota *in d. dec.* 116. *num.* 4. *&* 5. clauſulam ad omnia, quæ præcedunt, referendam non eſſe, ſed ad ea tantùm, quæ formam contractus reſpiciunt. † Si enim 27 26
Papa voluiſſet, quòd etiam ob iſta pacta ab eo prohibita totus contractus corrueret, ſuperflua fuiſſet illa prohibitio particularis, quæ fit de ſingulis pactis, quia huic ſuæ ſententiæ ſatisfactum fuiſſet per hanc clauſulam generalem in fine poſitam, quòd contractus ſub alia forma celebrandi fœneratitij cenſeantur, & proinde ex contextu ipſius bullæ colligi Pontificis mentem fuiſſe, vt reiectis illis pactis reliquus contractus in ſuo robore permaneret.

His adiicio Diuum Pium quædam etiam adieciſſe fauore emptoris, & inter alia, vt ſi res vendenda eſt, præferatur omnibus aliis: atque etiam ſi cenſus redimendus eſt, vt per bimeſtre ante de futura cenſus extinctione admoneatur, vt poſſit interim, cogitare de collocanda pecunia. Sed ſi fortè emptor huic iuri cedat in inſtrumento cenſus abſurdum eſt dicere virtute illius clauſulæ hunc contractum fœneratitium eſſe. Etenim magis eſt, vt hæc renunciatio excludat ſuſpicionem fœnoris, quia vſura eſt lucrum creditoris: & hæc renunciatio commodum, & vtilitatem emptoris aufert, 28

Digitized by Google

& conditionem meliorem venditoris facit *l.6 in fin.& l.7. de in diem add.* Vſuræ verò ſuſpicio oritur ex his, quæ vtilitatem emptoris,& damnũ venditoris continent, vt tradit Dec. *in conſ.105.n.25.lib.2.*Menoch.*lib.3. præſumpt. 525. n. 79.* Laderch. *conſ.70. num.1.* & aduerſus Surdum expendit Scacc. *in d. quæſt. 1. num. 145.* Quamobrem Surdi, & Molinæ interpretatione reiecta, quæ menti Pontificis repugnat, dicendum eſt clauſulam illam ad ea tantùm referri, quæ nonam formã contractus reſpiciunt id eſt,ad fundum ſuper quo imponitur cenſus, & illius pretium, vt obſeruat Rota *in d. dec. 216. num. 4.* non autem ad ſingula pacta, quæ nihil ad formam pertinent.

29 Ex quibus etiam conſtat reliqua duo argumenta Molinæ facillimè euitari poſſe. Nam licèt nomine contractus fœneratitij propriè non veniant pacta addita contractui, quia pacta ſunt para, & adminicula contractus *l. pacta l. fundi partem ff. de contrah. empt.* ſed hoc nomine integer contractus cenſualis intelligatur, non tamen ſequitur contractum nullum, & fœneratitium iudicandum eſſe ex eo, quòd pacta illa contractui addita ſint, ſed ex eo tantùm, quòd ſub alia forma celebratus fuit, qui eſt ſenſus dictæ clauſulæ: & proinde ſeruata forma contractus ex hac clauſula infirmari non poteſt, ſed contractus validus eſt reiecto eo, quod illicitè adiectum eſt, vt diximus.

30 Qua ratione nihil etiam mouet vltimum. P. Molinæ argumentum,quòd ſcilicet conſtitutio iubeat quidquid vel expreſsè vel tacitè contra eius mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fiſco vindicari, quia non inde ſequitur cõtractum cenſus ob adiectionem pacti hac conſtitutione prohibiti fœneratitium cenſeri debere. Siue ſenſus huius clauſulæ ſit, vt ſi quid contra ea quæ hac conſtitutione ſancita ſunt, datum, & extortum ſit, vt ſi dominus cenſus laudemia, pœnam, & alia hic prohibita exegerit, & perceperit, hæc fiſcus auferre, & vindicare poſſit, vt explicant Virgin. *de cenſib. par. 3. num. 36. & 37.* Vgolin. *de vſur. cap. 47. numero 7.*Comit.*reſp.lib.3. quæſt.26.num.1.* Scott. *theorem.275* & Duard.*in d.§ 6.quæſt.vlt.* vt ſcilicet metu pœnæ contrahentes ab illicitis abſtineant, vt ſenſit Leonell.*in d.gloſ.13.& in add. eiuſd.* vbi declarat id non habere locum, cùm venditor cenſus neceſſitate preſſus ad conuentiones illicitas adigitur, hoc enim caſu, læſo condictionem competere, non fiſco. Siue hæc clauſula accipienda ſit de his, quæ illicitè, & contra diſpoſitionem bullæ ab emptore cenſus extorta ſunt, & deinde à debitore læſo ſponte, & liberaliter data, remiſſa,vel dimiſſa, fiſcum reuocare non eum qui læſus eſt, vt explicant, & magis probant Salas, Filliucios, & Cardin. *locis cit.* ſiquidem vtraque interpretatio ſupponit executionem illiciti pacti, quod egreditur fines quæſtionis, quæritur enim an adiectio cuiuſlibet pacti hac conſtitutione prohibiti vitiet contractum cenſus;longè vero differunt pactum, & executio ipſius pacti, poteſt enim fieri, vt nunquam emptor illicitis pactis vtatur, vel vti poſſit præſertim in iudicio, in quo pacta, quæ contra leges, & conſtitutiones fiunt, nullam vim habere perſpicuum eſt *ex l.6.C.de pact l.vlt C. de pact. pign.*& alijs. Conſtat igitur nihil proponi, cur à tot Rotæ deciſionibus,quæ ſunt apud Cenc. &ab auctorũ noſtrorum ſententia recedere debeamus, & præſertim iudices, qui procliuiores eſſe debemus ad comprobandos contractus *l. 31. §. 4. ff. de donat inter vir. & vxor. & l. quoties ff. de reb. dub.* Proinde conſtituendum eſt contractum cenſus ob adiectionem illiciti pacti non vitiari, ſed valere reiecto pacto: & hoc iure vtimur.

31 Quod multo magis dicendum eſt, ſi in fine inſtrumenti addita eſt illa clauſula, qua contrahentes ampliſſimis verbis declarant, & proteſtantur velle contrahere iuxta diſpoſitionem bullæ, & ſi fortè aliquid additum ſit, quod illi repugnet, id dictum, & ſcriptum nolle, quia hæc clauſula corrigit præcedentia, & remouet conſenſum à pactis illicitis,quæ proinde pro non appoſitis haberi debent, vt in ſpecie docent Gabriel *in conſ 47.num 7. & 8 lib. 1.* Grattan *in d cap. 141. num.18.* & rurſus *cap. 777. n.8.* Giurba *in dec. 85. num. 1.* & Rota poſt Cencium *in dec.17. num. 1. & 319 in fin.* & Cenc. qui alias deciſiones refert *quæſt. 61. num. 2.* & multo magis mea tenuitas oſtendere conabitur in ſequentibus, cùm ſcilicet de ſingulis pactis diſſeram, quæ conſtitutione Pij V. prohibentur.

Sed quod diximus pacta, quæ conſtitutione Pij V. in cenſibus prohibentur, non perimere contractum, ſed tantummodo pro non appoſitis haberi ex ſententia multorum, quos retuli *num. 9.* hanc exceptionem pati videtur, niſi dominus cenſus his pactis illicitis vſus ſit, vel vti velit,vt ſenſit Caualcan. *in dec. 17. num. 37. lib. 2.* Bernard. Greuæ. ad Gail. *lib. 2. concl. 4. num. 2.* Carol. de Graſſ. *except. 28. num. 65.* & in terminis cenſus Gutierr. *in d. cap. 176. numero 4.* Ioann. Bapt. Coſt. *de remed. ſubſidiar. cap. 124. num. 22.* & Cenc. *in d. quæſt. 53. num. 34.* vbi ait hoc caſu contractum alioquin vtilem, & licitum, inutilem & illicitum fieri. Vnde videtur Cencius id ſenſiſſe non tantùm cùm pactum ex iis eſt, quæ attingunt formam,& ſubſtantiam contractus, ſed etiam cùm non ſunt contra ſubſtantiam, ſed tamen illicita, & dicta conſtitutione prohibita. 32

Cæterùm Molina Theologus *in d. diſp. 392. numero 2.* irrationabile, & liberè dictum ſibi videri ait, ſi pactum mandatum ſit executioni, etiam cenſum nullum, ac fœneratitium iudicandum eſſe: ſecùs autem ſi pactum ſit appoſitum, nec mandatum executioni ad petitionem emptoris, & domini cenſus.Quod etiam obſeruauit Salas *in l.de cenſib. dub.12. n.7.*& Emin.de Lug. *loc. cit.* vbi ait parùm referre ad propoſitum, quod pactũ mandatũ ſit vel non ſit executioni.

Mihi verò videtur diſtinguendum eſſe,vel enim pactum, quo dominus cenſus vſus eſt, tollit, & deſtruit formam, & ſubſtantiam contractus, & hoc caſu dicendum eſt contractũ non conſiſtere, tametſi addita ſit proteſtatio ampliſſimis verbis concepta, vt pro non appoſito habeatur. Nam ſi emptor cenſus vſus eſt, vel velit vti pacto,quod repugnat ſubſtantiæ, conuincitur non obſtante proteſtatione alium contractum facere voluiſſe, vt ſcripſit idem Cencius *quæſt. 60. num. 11.* & poſt Cencium Duard. *in d. §. 6. quæſt. 16. in fin.* vt ſi actum eſt, vt pars pretij ſtatim recipiatur. Nam ſi emptor hoc pacto vſus eſt, deſtruitur integra pretij numeratio *l. qui ſic ſoluit. ff. de ſolut.* & conſequenter forma cenſus, vt *quæſtione præcedenti* dictum eſt. † Sed ſi pactum non reſpicit ſubſtantiam cenſus, neque perit illius formam, quãuis emptor eo vſus ſit, vel vti velit, non idcirco deprehenditur voluiſſe alium contractum facere nec remouetur voluntas ab actu principali, & ideo puto adhuc ſtare contractum. Et ratio diuerſitatis meo iudicio eſt, quia in primis illis pactis res reducitur ad eum ſtatum, à quo incipere non poteſt, ideoque actum corruere neceſſe eſt *l. pluribus in fin. de verb. oblig. l. 11. de ſeruit. l.1 [illegible] ibi gloſ.de iur. dot.* vt ſi eueniat caſus, vt ſors ex pacto repeti poſſit, vt tradit Maſtrill ad Gregor. *quæſt.5. num. 244.* & Rota poſt Cencium *in dec.142. num.2. & dec.183. num.7.* † Sed cùm quis vtitur pactis illicitis, quæ non tangunt formam, & ſubſtantiam cenſus, non poteſt rationabiliter dici voluiſſe ab initio inutilem contractum facere, quia ſcilicet cenſus formam adhibuit, & ideo ob vſum huiuſmodi pacti non corruet, ſed ſuſtinebitur contractus, quia quod ab initio validè, & ſeruatâ formâ legis factum eſt, non debet ex ſuperueniente aliquo illicito infirmari *l.2. ff. de itin. actuque priuat. l.25. C.de adminiſt. tut.* & videntur ſentire Molin. & Salas *loc. cit.* † Quamuis ſi quid virtute alicuius iſtiuſmodi pacti dicta conſtitutione prohibiti dominus cenſus conſecutus eſt, vt ſi pœnam aliquam ſtipulatus ſit in caſum moræ in ſoluenda ſua die penſione, illamque illicitè exegerit, id dominus reſtituere teneatur tanquam ex iniuſta, & illicita cauſa ad eum peruenerit *l.ex his ff. de condit. indeb.l.4.§ ſi res ff.de reb. cred.* Nauarr. *in comment.de vſur.num.111.* Rebell. *de oblig. iuſtit. par.2. l.10. quæſt.6. num.16.*& Cenc.*quæſt.58. num.26.* qui licet id tradant in foro conſcientiæ, id tamen in iudiciis multo magis retinendum eſſe puto iis in locis,in quibus recepta eſt conſtitutio Pij V. Idemque dicendum eſſe, ſi laudemium in caſum alienationis, vel ſi quid aliud exactum eſt à domino cenſus contra prohibitionem dictæ conſtitutionis. 33 34 35

Denique exiſtimo ad annullandũ cenſum, in quem pactum aliquod illicitum,& contra ſubſtantiã contractus irrepſerit, ſi tamen in reliquo ſeruata ſit forma dictæ conſtitutionis, & adhibita ſit illa proteſtatio ampliſſimis concepta verbis 36

non

Digitized by Google

non ſatis eſſe, vt quis inſtrumentum in iudicio produxerit vt reditus conſequeretur, vel quod fructus, & penſiones percepertt ex hoc contractu: ſed opus eſſe, vt emptor cenſus vſus ſit, vel vti velit nominatim illo pacto, quod repugnat ſubſtātiæ cenſus, vt non obſcutè ſenſit Rota poſt Cenc. *in dec.* 103. *num.* 4. quæ eſt etiam apud Farinac. *dec.* 285. *par.* 2. quia ſi ſimpliciter inſtrumento vſus eſt, vt ad ſolutionem debitorem compelleret, vel ſi reditus exigit, nihil fecit aduerſus legem: nec dicitur his pactis illicitis vti, quibus non indiget, vt fructus conſequatur, & quæ à D. Pio reprobantur, & ob vim dictæ proteſtationis pro non adiectis habeatur, cùm proteſtatio remoueat conſenſum ab illis pactis ſine quo pacta dici non poſſunt, *l.* 1. *ff. de pact. l.* 3. *ff. de oblig. & act.* neque enim emptor cenſus percipiendo fructus virtute huius contractus intelligitur recedere à proteſtatione, quæ contractui addita eſt, vt perperam opinabatur Bocc. *in d.par.2.num.*139. quia hæc proteſtatio eſt pars contractus, & ineſt contractui *l.7.§. quinimo ff. de pact. l.79. de contrah. empt.* Iaſ. *in l.lecta. n.* 20. *ff. ſi cert. pet.* Cuiac. *in d. §. quinimo.* vbi ait hanc eſſe vim pacti, vt formet, transformet, & reformet contractum. Denique hæc proteſtatio redigit contractum ad limites dictæ conſtitut. vt tradunt auctores citati *num.* 31. quibus conſentiunt Scacc. *d. ampliat.* 20. *n.* 10. Theſ. iun. *q.* 69. *n.* 5. *l.* 1. & Monach. *in dec. Lucenſ.* 52.*n.*2. & ſecundum hanc ſenten-
37 tiam hic ſæpiſſimè iudicatum eſt. † Et Bocearij definitio recipi poteſt, quando in venditione cenſus aliquid deeſt ad formam dictæ conſtitutionis, vt ſi deficit pretij numeratio, id enim proteſtatio ſupplere non poteſt, vt cenſuit Rota poſt tractat. Cencij *in dec.* 103. *num.* 5. Polydor. Rip. *obſer.* 158. *num.* 6. & ipſe Cencius *in d. quæſt.* 60. *num.....* & poſt Cencium Duard. *in d.§.6. quæſt.* 16. *num.*6. poteſt enim proteſtatio ſi quid formæ ſuperadditum ſit, facere vt id pro non appoſito habeatur, & corrigere, & emendare contractum: non poteſt tamen facere vt id quod verè formæ deeſt, interueniſſe intelligatur.

QVÆSTIO LXIII.

De pacto anticipatæ ſolutionis reditus, & an vitiet contractum cenſus.

SVMMARIA.

1. *Pactum, vt ſolutio penſionis anticipatè fiat, prohibitum.*
2. *Pactum vt pars penſionis in quolibet ſemeſtri ſoluatur, non eſt prohibitum.*
3. *Ioannis Bapt. Coſta diſtinctio circa tempus, in quo penſio ſolui debet.*
4. *Quæ reiicitur.*
   Prædia ruſtica locari poſſunt pro mercede certa.
5. *In cenſu non emuntur fructus rei.*
   Solutio anticipata quæ ſit.
6. *Cenſus fructuarij penſio ante perceptionem fructuum percipi poteſt.*
7. *Niſi actum ſit, vt ex fructibus penſio ſoluatur.*
8. *Pactum de penſionibus anticipatè ſoluendis an repugnet naturæ contractus cenſus.*
   Et hac de re Duardi, & aliorum opinio.
9. *Auctores contrariæ ſententiæ quam auctor ſequitur,* & numero 11.
10. *Pactum vt penſio anticipatè ſoluatur, ſi maiori pretio compenſetur, ex natura rei valet.*
12. *Solutio anticipata in ſocietatibus officij permittitur.*
13. *Pactum vt penſio anticipatè ſoluatur, non vitiat contractum.*
14. *Solutio cenſus anticipata ſi ſponte fiat, non euertit cenſum.*
    Solutio momentanea quando transferat dominium, & numero 22.
15. *Penſio ſi ex pacto ſtatim exigitur, cenſus perimitur.*
    Ioannis Bapt. Blancardi Senatoris conſultatio.
16. *Forma cenſus in integritate pretij conſiſtit.*
17. *Cenſus nullus eſt, cum ſub prætextu anticipatæ penſioni ſolutionis aliquid ex pretio retinetur tempore contractus.*
18. *Executio pacti de penſionibus anticipatè ſoluendis deſtruit cenſum.*
19. *Deciſiones Rotæ poſt Cencium de anticipata penſionis ſolutione expenduntur.*
20. *Solutio penſionis in ipſo contractu cenſus minuit illius pretium.*
21. *Penſionis exactio initio contractus ex pacto deſtruit formam cenſus.*
22. *Venditor cenſus ex anticipata penſionis ſolutione nullum verè commodum ſentit.*
    Commodum non dicitur, quod plus incommodi habet.
23. *Venditorem cenſus eius pecunia reditum ſoluere, quam non habuit, iniquum.*
24. *Anticipata fructuum ſolutio in ſocietatibus officij cur permiſſa.*
    Societatis officij & cenſus ratio diuerſa.
25. *Pecunia ſi ita detur, vt ex licita cauſa recipiatur, eius dominium acquiritur.*
26. *Vſuræ futuri temporis ex antiquo iure ciuili non minuebant ſortem.*
    Quod nunc non obtinet.
27. *Lucrum ceſſans non poteſt ab initio ex mutuo ſubduci.*
28. *Pactum vt nondum finito anno integra penſio ſoluatur, non vitiat contractum cenſus.*
29. *Cenſus non corruit quamuis nondum elapſo toto anno integra penſio exigatur.*
30. *Exactio anticipatæ penſionis in cenſibus quomodo corrigi debeat.*
31. *Gaſparis Roderici opinio refertur, & refellitur.*
32. *Obligatio re contrahi non poteſt vltra quam datum ſit.*
    Solutio anticipata fructuum in ſocietatibus officiorum non minuit ſortem.

VT multo magis apparere poſſit quod *præcedenti quæſtione* dictum eſt, pacta ſcilicet conſtitutione Diui Pij in contractu cenſus prohibita non vitiare contractum, dummodo illius forma ſeruata ſit id de ſingulis pactis mediocri diligentia oſtendere conabimur.

Et primum quidem prohibet conſtitutio pactum, vt ſolutiones penſionis anticipatè fiant vt obſeruant Virg. de Bocc. 1
par. 3. *num.* 22. Rebell. *lib.*10.*quæſt.*6.*num.*9. Molin.*diſp.*390. *n.*4. Felician. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 11. Ioan. Bapt. Coſta *de rat. rata q.* 147. *num.*5. Vgolin.*de vſur cap.*44. §.17.*n.*1. Reginald. *lib.* 25. *cap.* 31. *num.* 413. Salas *de cenſib. dub.* 9. Scottia *in ſelect. conſtit. Pontif. theorem.* 265. *in princ.* Rot. poſt tract. Cencij *in dec.* 115. *num.* 2. *& dec.* 116. *n.* 3. & ipſe Cencius *quæſt.*54.*num.* 5. *& quæſt.* 83. *num.* 1. & nouiſſimè Duard. *in §.* 3.*q.*1.*n.*2. *& quæſt.* 3. *n.* 3. & cōſtat apertiſſimè ex illis conſtitutionis verbis, *ſolutiones, quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus.* Ex quibus non tantum ita paciſci prohibitum eſt, ſed etiam ne huiuſmodi ſolutiones ante tempus extorqueantur, vt iidem auctores ferè adnotarunt *loc. cit.* Vnde non poteſt emptor reditus, dum numerat pretiū paciſci, vt ex eo detrahere ei liceat penſionem primi ſemeſtris, vel anni, aut vt nondum exacto ſemeſtri vel anno integra penſio illi ſoluatur, vt iidem auctores docent, & præſertim Felician. & Coſta *loc. cit.* & Salas *in dict. dub.* 9. vbi ait de natura huius contractus eſſe, vt pro rata temporis elapſi penſio præſtetur.

Sanè ſi conuenerit, vt dimidia vel tertia pars penſionis in fine cuiuſlibet ſemeſtris, vel quadrimeſtris ſoluatur, dicendū 2
eſt pactionem valere, vt ſentiunt Nauarr. *de vſur. num.* 134. Frideric. Martin. *de cenſib. cap. vlt. numero* 156. Vgolin. *in d. cap.* 44. §.20. Budæus *de aſſ. lib.* 1. Grimaud. *de vſur. & contract. pignor. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 17. Honded. *in conſ.* 17. *num.* 19. *lib.* 2. Marcell. Conuerſan. ad Intrigliol. *q.* 45. Cenc. *in d. quæſt.* 83. *num.*11 Cyriac. *contr.* 1. *num.*46. Et Eminen. Card. de Lugo *diſp.*27. *ſect.* 6.*num.*94. quod vſu, & conſuetudine in quibuſdam locis receptum eſt. Et hanc ſententiam probat Conuerſan. *loc. cit.* quia cūm neque ex antiquis, neque ex

Digitized by Google

modo deturbari, ſic enim loquitur, indolem pacti de retrouendendo quandocunque, quod in contractu cenſus omnino interuenire debet fauore venditoris.

9 Et nihilominus puto pactum de anticipata penſionis ſolutione in contractu cenſus ex ſe, & ex natura rei illicitum non eſſe, quæ eſt ſententia Bonij *in ſuo lib. de cenſib. art. 7. n. 20.* Aloyſ. *de ſeptim. ad pragmat. Regis Alphonſ. de cenſib. n. 137.* & ad eand. Franciſc. Pancald. *n. 27.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de cenſib. n. 17.* Honded. *in conſ. 17. n. 19. lib. 2.* Nauarr. *in conſ. 9. n. 9. de cenſib.* Molin. *in d. diſp. 390. num. 5.* Vgolin. *de vſur. cap. 45. §. 17. n. 3. in fin.* & proinde vt quibuſdam locis penſiones domorum & agrorum prærogari ex conſuetudine regionis receptum eſt, & permiſſum, vt Romæ teſte Gratiano *lib. 4. cap. 679. n. 40.* Rot. poſt Cencium *in deciſ. 388. n. 14.* & ex iure ciuili conceſſum eſt, vt conſtat *ex l. ſi quis fundum. §. Imperator l. 19. §. ſi quis. & l. 33 ff. loc.* & Bald. *in conſ. 316. n. 2.* vbi ait penſiones rerum deberi in fine anni niſi aliud conuenerit, vel aliter ſe habeat conſuetudo: ita recipi poteſt, vt reditus annui initio anni, & anticipatè præſtentur, niſi id lex, vel
10 conſtitutio prohibeat. † Quemadmodum enim cùm ratione huius pacti, quæ pars rei eſt, & minuit pretium, aliquid amplius numeratum eſt, quàm ſi in fine anni penſio præſtaretur, quod æquet, & compenſet illud onus feſtinatæ ſolutionis, receptum eſt hoc pactum ex natura rei validum eſſe, vt ſcribunt Petr. Greg *lib. de cenſib. quæſt. 7. n. 10.* Intrigliol. *eod. lib. quæſt. 45. n. 12* & alij auctores Siculi proximè citati. & Molin. *in d. diſput. 390. n. 5.* Felician. *in d. cap. 9. n. 11.* Leſſ. *lib. 2. cap. 22. n. 81.* Rouit. *in pragmat. 1. de cenſib. n. 14.* Gratian. *loc. cit. n. 20.* & admittit Duard. *in d. quæſt. 3. n. 17. & n. 22.* & Cenc. *in addit. d. quæſt. 54. n. 21.* ita prorſus dicendum eſt pactum valere iis in locis, vbi nullum certum pretium cenſibus conſtitutum eſt, & ex more regionis reditus anticipatè præſtari ſolent. Nam cum iuſtum pretium illud ſit, quod ex communi hominum æſtimatione in ciuitatibus definitum eſt *l. pretia rerum. ad l. falcid. & indicat l. 1. in princ. ff. de vſur.* & dixi *quæſt. 60. n. 22.* & ex communi hominum æſtimatione reditus annuos iis in locis hoc pacto celebrari, & conſtitui placuit, conſequens eſt etiam cum hoc onere ibidem iuſtum pretium eſſe, & proinde ex natura rei conuentionem valere. Cùm enim hîc etiam hoc pacto addito nulla ſit inæqualitas, contractus iniuſtitiæ argui non debet, quæ, vbi ſeruata eſt æqualitas inter contrahentes, interuenire non poteſt.

11 Neque valde mouet, quod primo loco dicunt non eſſe naturæ congruum, vt quis ſoluat antequam debeatur, quia reſpondeo hoc pacto admiſſo venditorē cenſus ſoluere, quod debet. Vt etiam leuiſſimum eſt, quod dicunt debitorem cenſus plus ſoluere, quod ante diem ſoluere cogatur, quia cùm ex pacto anticipatè ſoluere teneatur, perperam obiicitur illum ante diem ſoluere. Vt etiam nihil mouet, quod iniquum videatur fructus ex re aliqua deſiderare, antequam naſcantur, quia hoc admittendum eſſet, ſi ex fructibus rei cenſus præſtari deberet: tunc enim neceſſaria eſt perceptio fructuum *l. Firmio. §. pater. ff. quand. dies leg. ced. l. interdum. 63. de verb. oblig.* aliud verò in cenſibus, & reditibus dicēdum eſt, qui ex obligatione, & conuentione debentur. Alioqui neque in locationibus conuenire liceret, vt penſio initio locationis, vel cuiuſlibet ſemeſtris prorogaretur, cuius contrarium diximus *ex d.*
12 *l. 19 ff. loc.* & Bald. *in d. conſ. 316. n. 2. l. 3.* † Vt nec etiam id paciſci licitum eſſet in ſocietatibus officij, quæ Romæ frequentantur, in quibus ſine vitio vſuræ ſolutiones fructuum anticipatæ admittuntur, vt teſtatur Rot. *in d. dec. 388. n. 14.* & Gratian. *loc. cit. n. 21. & 30.* qui totam illam deciſionem ſuis libris inſeruit. Quod etiam refert Virgin. de Bocc. *in lib. de ſociet. offic. n. 38.* vbi ait id permiſſum eſſe propter periculum, cui exponitur pecunia, quæ in ſocietatem confertur, vt etiam Caſtracan. *eod. lib. cap. 4. n. 17.* & qui hoc anno 1646. ad manus meas peruenit Duard. *de ſociet. l. 2. c. 6. §. 7. q. 1. n. 5. fol. 437.* Denique nihil obſtat, quod dicitur ex anticipata ſolutione pretium minui, & venditorem iniuſtè cogi ad præſtandum reditum eius pecuniæ, quam non habuit, quia ſupponimus in cōſtitutione cenſus huius pactionis habitam eſſe rationem, & ideo pretium iuſtum eſſe, etiamſi ſtatim penſio prærogetur. Data enim iuſtitia pretij, nulla hîc eius diminutio intelligi poteſt, quæ ſaltem contractum iniuſtum facere poſſit, vt in ſocietatibus officiorum receptum eſt. Alioqui etiam in cenſibus, tametſi illud onus anticipatè ſoluendi pēſionem vel maiore ſoluto pretio, vel alia ratione compenſetur, dicendum eſt pretium minui, & contractum ex natura rei illicitum eſſe, cuius contrarium docuerunt Cencius, & Duard. *loc. cit.* & Felician. *in d cap. 9. num. 11. in fin.* Quod verò ſubiicit Coſta hinc corrumpi, & deturpari indolem pacti de retrouendendo, poëticè dictum mihi videtur, & nihil obſtare noſtræ ſententiæ, quia hoc pacto addito non ideo minus poteſt venditor cenſum redimere, imo facilius, quia minus debet.

Quamobrem cùm pactum, vt penſio anticipatè ſoluatur 13
per ſe, & ex natura rei non ſit illicitum, conſequens eſt nunc poſt conſtitutionem Diui Pij, qui hoc genus pacti in cenſibus prohibuit, vitiari, & non vitiare contractum, vt rectè docent Gutierr. *practic. quæſt. lib. 2. cap. 176. num. 3.* Trentacinq. *loc. cit.* Honded. *in conſ. 17. n. 19. lib. 2.* Rouit. *loc. cit.* Scacc. *de commerc. §. 1. quæſt. 7. ampliat. 20. num. 11.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 141. n. 23.* Caſtill. *in deciſ. 132. num. 9.* & Rota poſt Cencium *in dec. 95. num. 9. deciſ. 116. num. 3. & dec. 308. n. 22.* quas recenſet, & probat ipſe Cencius *in d. quæſt. 54. n. 19. & 20.* & Duard. *in d. §. 3. q. 4. n. 2.* & inter Theologos Scotria *in d. theorem. 265.* neque verum eſt, quod Marcell. Conuerſan. ad Intrigliol. *q. 45.* ſcribit conſtitutionem Pij V. exigere ad validitatem contractus, ne huiuſmodi pactum cenſibus adiiciatur, quia prohibet duntaxat, ne ſolutiones penſionum anticipatè fiant, aut in pactum deducātur: & non dicit hinc contractum nullum, & irritum fieri. Non ergo id nos dicere debemus. Et præſertim quia hæc pactio nihil ad formam, & ſubſtantiam contractus pertinet, & proinde ſuſtinetur cenſus reiecto pacto *l. placuit. ff. de vſur.* & docet Gregor. Tholoſ. *de vſur. lib. 3. cap. vlt. n. 12. in fin.* & expreſſio huius pacti ſeruata forma contractus non remouet conſenſum partium ab emptione cenſus, neque illum tranſire facit ad aliud genus contractus, vt expendit Cardin. Seraphin. *in deciſ. 269. n. 2. & 3. lib. 1.* Gutierr. Cenc. & Duard. *loc. cit.* & Scott. *in d. theorem. 265.*

Sed licèt nunc poſt conſtitutionem Pij V. compertum ſit 14
huiuſmodi pactum non vitiare contractum, ſed reiici duntaxat, & pro non adiecto haberi conſiſtente contractu, nondum tamen conſtat, vbi illa conſtitutio recepta eſt, an contractus cenſus labefactetur, & pereat, ſi fortè emptor anticipatè ſolutiones exegerit. Quæ ſpecies diuerſa eſt ab ea, in qua de ſolo pacto quæſitum eſt, quod tamen Duardus, & Cencius non ſatis ſeparaſſe videntur. Proinde puto tres caſus conſtituendos eſſe.

Primus eſt cùm ſponte, & ſine conuentione vlla expreſſa, vel tacita venditor cenſus ſtatim poſt perfectum contractum vel poſt aliquot dies anticipatè penſionem ſoluit. Et hoc caſu puto contractum conſiſtere, & multo magis ſi poſt aliquot menſes vel aliud tempus ſponte penſionem, vel partem penſionis prærogauit. Quia hæc ſpontanea feſtinata ſolutio non eſt pars contractus, neque ineſt contractu, ſed eſt quid ſeparatum à contractu, & à conſenſu, & voluntate ſolius debitoris proueniens: & proinde contractum informare, vel deformare, & corrumpere non poteſt. Id enim pacta duntaxat facere poſſunt, quæ inſunt contractui, & ſunt pars contractus *l. 7. §. 5. ff. de pact. l. contractus. de reg. iur. l. pacta. 72. ff. de contrah. empt.* Rot. *in d. deciſ. 15. n. 10. verſ. quia conuentio. & in d. deciſ. 370. n. 4. & 5.* Hæc feſtinata ſolutio ſponte facta non attingit contractum, non magis quàm ſi alteri eandem pecuniam, vel partem numeraſſe, vel in flumen, aut mare proieciſſet: non ergo contractum conuellere poteſt. Rurſus quia etiam cum pecunia ſtatim recipitur nullo præcedente pacto, ſed ex liberalitate, & libera animi ſententia ſolutio quamuis momentanea ſuum operatur effectum, & dominium acquiritur ei, qui ſtatim reddit *l. ſi quis. 67. ff. de ſolut.* Bart. *in l. qui ſic ſoluit in fin. ff. eod.* Fœnut. *de moment. tempor. cap. 33. num. 4.* & in ſpecie Rot. *in d. deciſ. 123. num. 5.* & Marcheſan. *de comiſſ. appell. in cauſa obligat. camer. §. 2. num. 70. par. 1.* quod multo magis dicendum eſt, ſi poſt aliquot dies, & ex interuallo penſio ante diem ſponte prærogata ſit. Denique quia hæc anticipata ſpontanea ſolutio non eſt prohibita, vt ſenſit Leonell. *ad Bullam Pij V. gloſ. 9.* qui mouetur ex eo,

quod receptum eſt licere ei, qui pecuniam mutuam dedit, recipere vltra ſortem, ſi quid illi debitor ſponte donet ex D. Thoma, & Soto locis per eum relatis, qui ſubiicit in quadam cauſa ſecundum hanc ſententiam obtinuiſſe. Quam ſequuntur Azor. *Inſtit. moral. par. 3 lib. 10. cap. 9. q. 2.* Salon *de cenſib. art. 3. contron* 12. Leſſ. *in d. cap. 22. n. 81.* Bonac. *de contract. diſp. 3. q. 4. num. 25.* Salas *d. dub. 9. num. 1.* Filliuc. *tract. 34. par. 2. cap. 3. num. 326.* Gratian. *in d. cap. 141. num. 15. & 16.* & apertiſſimè cenſuit Rota *in d. dec. 123. n. 2. & 9.*

Et licet ſint, qui putent huiuſmodi anticipatas penſionis ſolutiones eſſe prohibitas, etiamſi ſponte fiant, vt Hoooded. *in d. conſ. 35. num. 40. lib. 2.* Vgolin. *in d. §. 17. num. 1. verſ. ſecundo locum habet,* & Cenc. *in d. qu. 54. n. 14. & 15.* & probabilius putat Duard. *in d. §. 3. quaſt. 2. num. 24.* nimirum quia conſtitutio Diui Pij non tantùm vetat, ne huiuſmodi ſolutiones in pactum deducantur, ſed etiam ne fiant, prior tamen ſententia receptior eſt, & illam ſequi videtur ipſe Cenc. *in add. d. art. 2. ſeu quaſt. 54. num 23.* & Duard. *in eod. §. quaſt. 3. numero 21.* ideoque illam in iudicando ſequi debemus.

Neque mouet, quod obiiciebat Cencius *in d. art. 2. num. 15.* non congruere huic quæſtioni, quæ de creditore dicta ſunt. Nam quod in mutuante receptum eſt, vt ei liceat capere vltra ſortem, ſi quid ei ſponte oblatum eſt, multo magis in emptore cenſus recipi debet, vt illi ſcilicet fas ſit annuas penſiones ante diem capere, ſi ei ſponte offerantur. Nam ſi licet capere ab ſponte dantibus, quod nullo iure, aut titulo debetur, & nullum commodum parat ſoluenti, vt in creditore receptum eſt, qui mutuum dedit, ſanè fas erit capere id quod ſaltē futurum eſt, vt debeatur, & ex quo is, qui ſoluit aliquā ſenſit vtilitatem, ſiquidem liberatur ab obligatione ſoluendi fructus illius temporis, pro quo penſionem prærogauit. Vt ergo licet prohibitum ſit ei, qui mutuum dedit, quidquid vltra ſortem capere, & id multiplici pœna coërceatur, & tamen fas eſt ſponte oblata recipere: ita prorſus hic dicendum eſt, conſtitutionem D. Pij quamuis prohibeat ſolutiones penſionis anticipatè fieri, hanc interpretationem pati, vt id liceat, dummodo ex libera voluntate debitoris id fiat, qui totum pretium emptori ſtatim poſt perfectum contractum donare poteſt, vt dixi *quaſt. 61. n. 4.* Et cùm iure noſtro ita comparatum ſit, vt multa, quæ licitè peti non poſſunt, licitè tamen à ſponte dantibus recipiantur, vt *in l. cum illud §. 1. ff. quand. dies leg. ced. l. 1. & l. 24. ff. de cond. indeb. l. 2. §. proinde de var. & extraord. cognit. & in cap. 1. quaſt. 2. & in c. & ſi & cap. tua nos de ſimon.* & hic gloſ. in verbo *pure conſentians verſ. ſed verum eſt,* & aliis, quæ referunt Petr. Roiz. *dec. 3. num. 531. & ſeq.* Petr. Gregor. *de vſur. lib. 2. cap. 18. num. 1.* Anton. Herin. *de fideiuſſ. cap. 26. num. 138.* veriſimile non eſt id in cenſibus immotatum fuiſſe.

15 Secundus caſus eſt, cùm ex pacto, & conuentione præcedenti penſio ſtatim ſoluitur, retinetur. Et hoc caſu certū eſt exactionem hanc eſſe prohibitam, vt dixi, & ſentiunt Azor. Gratian. & Cenc. *loc. cit.* & Rot. *in d. dec. 116. & 123.* ſed an totus contractus inde corruat, non attingunt, aut ſaltem non ſatis explicare videntur. At verò contractum nullum eſſe apertiſſimè ſenſit Leonell. *in add. d. gloſ. 9.* Virgin. de Boccat. *de cenſib. par. 1. num. 6. & par. 3. num. 22.* Roderic. *de ann. redit. l. 2. qu. 1. n. 9. in fin.* Honded. *in d. conſ. 35. num. 12. & ſeq.* Vgolin. *loc. cit.* Felic. *d. cap. 9. num. 11.* & ex Theologis Vinc. Filliuc. *d. cap. 3. n. 325.* & reſpondit diſertiſſimus D. Ioann. Baptiſta Blancardus Senator, & anteceſſor Taurinenſis *in ſua conſultat. de anticip. & aliis illic. paction. cenſui appoſit.* in qua multis argumentis oſtendit, & præſertim in verſ. *ſecundò moueor,* anticipatam hanc ſolutionem ex pacto factam includere vitium in forma, & conſequenter totum perimere contractum. Cuius ſententiæ hoc fortiſſimum argumentum eſt, quia cùm ſtatim, vel paulo poſt ex pacto penſio prærogatur, & ſoluitur, non cenſetur integrum pretium fuiſſe ſolutum *l. qui ſic ſoluit. ff. de ſolut. & Leon §. ſuper C. de vſur.* & apertiſſimè ſcripſit Card. Tolet. *lib. 5. cap. 48. n. 5.* Azor. *in d. cap. 9. in fin.* Vgolin. *in d. cap. 17. num. 1.* Felician. *loc. cit.* Viuius *in dec. 369. num. 9. lib. 2.* Coſta *in d. quaſt. 147. num. 3. & 4.* vbi Viuium refert, & Boccat. *in lib. de interd. vti poſſid. c. 19. num. 22.* Hooded. *in d. conſ. 35. num. 31.* Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. vlt. num. 153.* Cardin. de Lugo *d. diſp. 27. ſect. 6. num. 92.* & tradit ipſe Cenc. *in d. quaſt. 54. num. 9.* quia inquit emptor cenſus non ſoluit integrum illius pretium, ſed diminutum in illa parte, & quantitate, quam pro anticipata ſolutione penes ſe retinet. † Ex quo conſequens eſt contractū 16 conſiſtere non poſſe, quia de illius forma eſt, vt integrum pretium numeretur, & à venditore recipiatur, vt nominatim cautum eſt d. conſtitutione D. Pij, & nos diximus *quaſt. 59. num. 44.* & reſpondit idem Senator Blancardus *in d. conſult. in reſponſ. 3. argum.* vbi rectiſſimè oſtendit in contractu cenſus defectum integritatis pretij eſſe defectum in forma, qui licet minimus vitiat contractum, vt diximus multis locis. Et hanc ſententiam Delegati iudicarunt aduerſus D. Conſtantinum nobilem Nicienſem.

Et multo magis cenſum nullum, & fœneratitium eſſe dicendum eſt, ſi ſub prætextu anticipatæ ſolutionis reditus non integrum pretium numeratum eſt, vt ſi centum numerati debent, nonaginta, vel nonaginta duo duntaxat numerata ſunt, & decem vel octo retenta pro penſione primi anni, quæ fraus in Italia ante conſtitutionem Pij V. frequens fuit, vt ſcribit Virgin. de Boccat. *in d. par. 3. num. 22.* ideoque contractum vſurarium eſſe, vt etiam tradit Hooded. *in d. conſ. 35. num. 31.* Vgolin. *loc. cit.* & Frideric. Martin. *loc. cit.* vbi etiam refert conſtitut. quadam Caroli V. edita Auguſtæ anno 1548. ita ſancitum fuiſſe. † Et probari etiam poteſt ex ſententia 17 18 eorum, qui tradunt appoſito pacto vſurario, ſi creditor in totum vſus fuerit, vel vti velit inſtrumento ſeu contractu cenſus, contractum in totum corruere, & eſſe inualidum inter quos Caualcan. *in dec. 13. n. 37. lib. 2.* & in terminis cenſus Gratian. *cap. 717. num. 10.* Carol. de Graſſ. *except. 28. num. 65.* Coſta *de remed. ſubſid. c. 124. n. 22.* & ipſe Cenc. *q. 53. n. 34.* & Senator Blancard. *in d. conſult. in reſponſ. ad 4. argum. verſ. quamobrem in fin.* & alij quidam quos recenſui *quaſt. prox. præced. num. 32. & 33.* vbi dixi id accipiendum eſſe, quando vſus pacti illiciti, & vſurarij petit, & ſubruit formam cenſus: & proinde quia executio pacti anticipatæ ſolutionis in ipſo contractu cenſus deſtruit ipſam formam, quia tollit integritatē pretij, vt dictum eſt, conſequens eſt executionem huius pacti tollere, & labefactare contractum cenſus, & tanquam factum non ſeruata forma dictæ conſtitutionis nullum, & illicitum pronunciandum eſſe.

Sed huic ſententiæ obſtare videntur duæ illæ Rotæ deciſiones, quæ ſunt poſt tractatum Cencij 116. & 123. ex quibus conſtat Rotam cenſuiſſe ob feſtinatam penſionis exactionem tempore contractus factam pretium non cenſeri diminutum, & proinde contractum ſuſtineri, quod ſcilicet iſta ſolutio non pariat puram reſolutionem traditionis pretij, ſed fiat ea cauſa fructuū, quæ ſeparata eſt, & commodum affert reſtituenti, quo caſu momentanea ſolutio dominium tribuet illi, qui ſtatim reddit, vt docent Bart. Bald. Caſtrenſ. Alex. Dec. & alij *in d. dec. 123. num. 4.* liberatur enim venditor cenſus ab obligatione penſionis illius anni, & proinde ſatis eſſe, vt corrigatur iſta anticipata ſolutio ratione prohibitionis abſque eo quod faciat etiam contractum fœneratitium, vt loquitur *d. dec. 116. num. 7.* 19

Cæterùm Leonell. *in add. d. gloſ. 9.* eas interpretatus eſt de ſolutione anticipata, quæ fit liberè, & libera voluntate ſoluentis, quia debitor licèt habeat tempus ad ſoluendum poteſt huic iuri renunciare, & ante diem ſoluere, niſi creditoris interſit *l. qui Romæ in princ. & l. 137. §. 2. de verb. oblig. l. penult. C. de pact.* Quod etiam ſenſit D. Blancard. *loc. cit.* expendens illa verba *d. dec. 123. num. 10. quia cùm de pacto non appareat, illud non eſt præſumendum ad infringendum contractum.* Quo ſenſu admiſſo nihil obſtarent noſtræ ſententiæ. Et nihilominus mihi videtur Rota idem ſentire etiam cùm ex pacto, & conuentione penſio tempore contractus prærogatur. Nam *in d. dec. 116. numero 4. & 5.* oſtendit clauſulam illam *contractuſque ſub alia forma, &c.* non referri ad pacta, quæ non attingunt formam contractus, quod ſuperfluum eſt quærere non interueniente pacto. Item *num. 3. & 7.* ait ſatis eſſe, ſi illa anticipata ſolutio irrita fiat, vel ex conſtitutione Pij V. prohibita, quod non congruit ſolutionibus, quæ ſponte, & ex libera animi ſententia fiunt, quia cōſtitutio non vetat ſolutiones ante diē fieri, ſi ita debitori placuerit, vt dictum eſt, & inter alios dicit Leonell. *in d. gloſ. 9. Quod enim* inquit,

ſponte

Digitized by Google

ſponte ſoluitur, nulla lege canetur, vt accipi nequeat. Rurſus *in d. dec.* 123. io qua quæritur, an ex aoticipata penſioois ſolorione pretium fuerit diminutum, Rota cenſuit pretium integrè fuiſſe ſolutum, licèt momeoro temporis illa peconia, quæ prærogata eſt, fuerit penes vendirorem *ex l. qui id, §. ea lege, ff. de donat. & l. ſi tibi,* 20. *de reb. credit. l. ſeruus, ff. ſolut. matrim.* quæ iora ſuni de traditione rei, quæ ea lege datur, vt ſtatim recipiatur: & ſic ſupponunt conuentionem. Rurſus Rota *in d. dec.* 123. *num.* 3. mouetur ex co, qoia huiuſmodi ſolotio, quæ fuir facta pro fructibus, non poteſt parere duos effectus, nempe ſatisfactionem fructuom, & diminutionem pretij, quæ ratio coogroit etiam cùm ex pacto peoſio ſtatim recipitur. Denique id ſenſiſſe Rotam manifeſtum eſt *ex d. dec.* 388. poſt eund. Cenc. in qua *num.* 9. & 10. ex his duabus deciſionibur oſtendit exactiooem anticipatam fructuum ſocieratir pro ſexdecim menſibos etiam ex cooueotiooe factam non eſſe illicitam, nec contrarium vſuratium ceoſeri, io qua facti ſpecie ſcripſit Gratian. *in d. cap.* 679. vbi etiam batum duarum deciſiooum mentiooem facit. Et *in fin. d. dec.* 388. dicitur Rota ſenſiſſe *in d. dec.* 116. pactum anticipatæ ſolutionis non reddere contractũ cenſus illicitom, & vſuratium, ſed io omoem euentum pactum ipſum annullari. Ex quibus omnibus ſatis apparet duas illas deciſiones ex ſententia Rotæ non tantùm accipiendas eſſe de ſolutione, qoæ fit anticipatè ex libera voluntate debitoris, ſed etiam de ea, quæ fit ex pacto, quamois ſiſponte, & ex mera volontate facta ſit, res minorem contineat dubitationem, & ideo ſubiicit Rota *in d. dec.* 123. *n.* 5. *Et tanto magis cùm nulla præceſſerit conuentio.*

20 Cæterùm licet mihi videatur Rota ſenſiſſe hanc froctuum anticipatam exactionem ſine ſponte, ſiue ex pacto facta ſit, non reddere contractum nullom, & vſurarium, puto tamen cùm ex pacto, & conuentione penſio ſtatim ſoluitur, cenſom euerti, & irritari, qnia cum ex pacto penſio ſtatim recipitur, & retioetur, non intelligitor pretium integrè ſolutum fuiſſe *l. qui ſic ſoluit. ff. de ſolut. & l. eos, §. ſuper, Cod. de vſur.* Fœnnt. *de moment. tempor. cap.* 31. *num.* 7. *& cap.* 38. *num.* 3. & in ſpecie tradunt Virgin. de Boccat. *in d. part.* 3. *num.* 23. & alij proximè citati *num.* 15. quibus addo Salas *de vſur. dub.* 20. *num.* 11. *in fin.* Boninſign. *de cenſib. cap.* 6. & Matt. *vot.* 125. *n.* 10. & 15. ex quibus hæc videtur communis ſententia, nimirum hoc caſu pretium eſſe diminutum, quo poſito cenſum corruere neceſſe eſt, qoi niſi integro recepto pretio in ipſa creatione conſiſtere non poteſt. Et tantùm oſtendendom eſt duo, qoæ difficultatem facere videntur, & quibus Rota iis locis mouentur, non obſtare noſtræ ſententiæ.

21 Primum eſt vitium hoc non eſſe circa ſubſtantiam, & formam contractus, ſed circa accidentia, quæ poſſunt adeſſe, & abeſſe ab ipſo contractu cenſus, vt air Rota *in dec.* 116. *num.* 2. & 3. & Gratian. *lib.* 1. *cap.* 141. *num.* 23. ſed reſponderi poteſt id verum eſſe, cùm quæritur de ipſo pacto: pactum ſolom noo nocere emptori, ſi illo non vtatur, quemadmodom neque nocet exactio nullo ioteroeniente pacto, quia volenti oon fit iniuria, pactum enim per ſe non attingit formam contractus, & proinde ſuſtiuetur reiecto pacto, vt ex Cencio, Duardo, & aliis dictum eſt *num.* 13. & ſenſit Rota *in d. dec.* 388. *in fin.* vt nec eriam exactio ſine pacto, qoia eſt quid ſeparatum ab ipſo contractu. Hìc verò quæritur de exactione penſionis facta in ipſo contractu, vel paulo poſt in vim præcedentis conuentioois, & hoc caſu quia hæc exactio minuit pretium, vt dictum eſt, conſequens eſt vitium hoc eſſe circa formam, & contractum nollum eſſe non recepto iotegro iuſto pretio, vt indicant verba illa conſtitutionis, *contractúſque ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitios indicamus*, & reſponder D. Blancard. *in d. conſ. ad* 3. *argum. in fin.* vbi ait pactum, & executionem pacti ſimul iuncta vitiare contractum.

22 Alterum argumentum eſt, quia hæc feſtinata ſolotio non parir putam reſolotionem traditionis, & nomerationis pretij, quia ex co venditor cenſus conſequitur liberationem penſionis illius anni, vel ſemeſtris pro quo ſoluit. Sed quoties reſtitutio pecuniæ parar aliquod commodum ei, qui reddit, dominium pecuniæ ex momentanea ſolutione illi acquiritur *l. ſi tibi* 20. *de reb. credit. l. qui id. §. ea lege, ff. de donat.* Bart. *in l. qui ſic ſoluit. ff. de ſolut.* & alij *in d. dec.* 123. *n.* 2. & 4. & Gratian. *in d. cap.* 679. *num.* 9. vbi in ſpecie meminit *huius deciſionis* 123. & proinde cùm ob iſtam ſolutionem io in cauſa fructuum oon ideo minus dominium pecuniæ quæſitum ſit venditori, dicendum videtur hìc pretium non minui, & conſequeoter contractom ſoſtineri. Sed reſpoodeo venditorem cenſus ex celeri hac ſolutione nullum verè commodum, & vtilitatem capere, quia cùm in fine aooi tantùm vel cuiuſlibet ſemeſtris peoſio debeatur, & pro rata aoni, vt oſteodit Couarr. *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 8. Coſta *in d. quæſt.* 147. *num.* 2. & nos diximus ioitio huius quæſt. virtute huius pacti cogitor venditor ſoluere id quod nondum debet *l. debitor, ff. de verb. ſignif.* & contingere poteſt quod nunquam debeat, ſi fortè res interim periret, vel fieret ſterilis: nec vlla præſenti obligatione liberatur: oeque vllum verè commodum ſentit, ſed potius iocommodum, & damnum, quia diminutum pretium domum defert, & ex parte vſum illius pecuniæ amittit propter quam vt oeceſſitatibus ſuis conſuleret, cenſum rebus ſuis iniecit, & qua contingere poteſt, vt maximè indigeat. Et non dicitur commodum, quod plus incommodi, quàm commodi habet *l. Mutius*, 30. *ff. pro ſoc. l. propriè* 83. *de verb. ſignif.* & Feliciao. *in d. cap.* 9. *num.* 11. & aliis citatis D. Blaucard. *in d. conſult. in reſponſ.* 3. *argum. in fin.* vbi ait oegari nou poſſe, quin iſta anticipata ſolutio ſit damnoſa venditori. † Deinde illud abſurdi habet contraria ſententia, qoia ſi admittimus contractum 23
cenſus adhuc conſiſtere, cùm peoſio vnius anni in ipſo contractu, vel paulo poſt ex pacto præcipitur, & retinetur, ſequeretur idem eſſe, ſi penſiones duorum, vel trium anoorum ex conuentione prærogarentur. Idémque eſſet, ſi plurium annorum reditur ſtatim ſoluerentur, quia quod in vna penſione recipitur, id in duabus, vel pluribus recipi poſſet *argum. l. quæ de tota, ff. de rei vindic. l.* 7. *§. adeo, ff. de pact.* & in prærogatione fructuum ſocietatis ſenſit Gratian. *in dict. cap.* 79. *num.* 16. & Rota *in d. dec.* 388. *num.* 11. quod quidquid ſit in ſocietatibus officij, id in ceoſibus maximam continet iniquitatem, quia veoditor cenſus dimioutum in parte notabili pretium domum deferret, & lapſis annis pro quibus penſionem prærogaſſet, teneretur integram penſionem præſtare, & reditum eius pecuniæ ſoluere, quam verè non habuit, quod eſt iniquum, & iuri naturali contrarium, vt docent Felician. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 12. *& cap.* 9. *num.* 11. Petr. à Nauarr. *de reſtit. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 309. Leſſ. *d. c.* 22. *num.* 81. Reginald. *lib.* 25. *cap.* 31. *num.* 413. Viuios *in dict. dec.* 369. *num.* 9. Coſta *d. quæſt.* 147. *num.* 3. Scortia *d. Theor. n.* 265. & Senator Blaocardus *loc. cit.* tectè ſubiiciens id eſſe *velle acceſſiones ſine principali, fructus ſine fundo, accidentia ſine ſubiecto, quod ius naturæ non patitur.*

24 Neque obſtat, quod Rota cenſuit *in d. dec.* 788. & ſenſit Gratian. *in d. cap.* 79. io ſocietatibus officij liciram eſſe anticipationem fructuum non ſolùm pro ſex meoſibus, ſed etiam pro maiori tempore. Nam præterquam quod id ego non ſatis probem, & niſi Romæ id receptum eſſet, dicerem non placere, in ſocietate hoc oous compenſaror cum periculo quod is, qui pecuoiam in ſocietatem contulit pro eo tempore cogitur ſuſtinere. Quod ſanè æſtimationem recipit, vt cooſtat *ex l. periculi pretium, ff. de naut. fœn.* Et præterea cogitur ſocius ſtare ſocietati, & is qui pecuniam accepit, ſecurus ſit, ne illi ſocietas iotempeſtiuè renoncietur, quibus repentinis renunciationibus, *diſdictas* Gratianus vocat, tam officiales, quàm eorum fideiuſſores iniquo tempore vrgebantur ad reſtitutionem pecuoiarum, ita vt officia vendere vili pretio, vel ſub grauioribus vſuris pecunias accipere, & verſuram facere, & interdum foro cedere cogerentur, qoæ omnia eootioent commodum eius, qui pecuniam accepit, & peoſaot oous anticipatæ ſolutioois, vt expeodit Gratianus *loc. cit. num.* 17. & 21. & Rot. *in d. dec.* 388. *n.* 16. quæ cenſibus congruere noo poſſunt, in quibus veoditores ob feſtinatam froctuum ſolutionem nullum lucrum facere poſſunt: neque liberaotur à petitione ſortis, ſiquidem certum eſt eam perpetoò alienari, nec vllo tempore repeti poſſe: & proinde nihil eſt, qood anticipatam illam ſolutionem ſeu potios extorſionem compenſare poſſit.

Digitized by Google

25 Neque eſt contrarium, quod definitum eſt *in l. ſi tibi.* 20. *ff. de reb. cred.* & aliis, quibus Rota vtitur *in d. dec.* 123. *n.* 2. quia in his locis dantur nummi ea lege, vt ſtatim ex alia licita cauſa recipiantur, vt ex cauſa mutui, vel donationis, & hoc caſu verum eſt dominium acquiri, & vtrunque contractum valere: ſed à contractu cenſus omnis anticipata penſionis exactio prohibita eſt, neque licet numerare pretium ea lege, vt ex eo pars aliqua ſubducatur pro pēſionibus futuris, & proinde hæc detractio veluti ex cauſa illicita minuit pretium *d. l. eos, §. nam ſi quid, C. de vſur.* & quod conſequens
26 eſt deſtruit formam cenſus, vt dictum eſt. † Qua ratione etiam eluitur argumentum, quod duci poteſt *ex l.* 57. *ff. de pact. l.* 1. *§* 7. *ff. de dol. mal. excep. & l. qui Roma in princ.* 122. *ff. de verb. obligat.* ex quibus conſtat vſuras pro futuro tempore perceptas non minuere ſortem, licet in anteceſſum ſoluantur, quia id quidem antiquo iure licuit ſine diminutione ſortis ad redimendam iſtius temporis dilationem *dict. l.* 57. *de pact.* ſed penſiones cenſus in anteceſſum exigere non licet, & ideo ſi quid tempore contractus hoc nomine extortum eſt, minus ſolutum eſſe videtur, vt etiam hodie quia vſuræ illicitæ ſunt, ſi quid pro futuris vſuris prærogatum eſt, ſortem ab initio minuit, neque obtinet, quod definitum eſt *in d. l.* 57. *ff. de pact.* & aliis ſimilibus, vt tradit Roder. *de ann. redit. lib.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 12. *&* 13. vbi interpretes amarè carpit, quod *in d. l. qui Roma*, ſcribant poſſe creditorem ab initio futuri temporis vſuras recipere ſine diminutione ſortis. Hoc enim, inquit, eſt contra omnia iura in materia vſuraria, quæ volunt non currere vſuras niſi ad modum conceſſum, & pro rata ſortis, quæ cum effectu peruenit ad vſum debitoris *l. pecuniæ, l. placuit, ff. de vſur. & d. leg. eos, in fin.* ita vt mirum ſibi videatur Doctores in interpretatione *dict. l. qui Roma*, adeo delirasse. Hæc confidenter Roderic. *loc. cit.* quod proximè aliquantulum exe-
27 cutiuam, ſed ad rem noſtram pertinet, † quod in lucro ceſſante inter Theologos receptum eſt, vt ſcilicet non poſſit ab initio ſubduci ex mutuo, & ſi quid hoc nomine detractum eſt, minus creditum intelligatur. Ita enim docent Conrad. Medio. Tolet. Lopez & alij apud Salas *lib. de vſur. dub.* 20. *num.* 11. Petr. Nauarr. *de reſtitut. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 309. Rebell. *lib.* 8. *quæſt.* 6. *num.* 4. Bonacin. *diſput.* 3. *quæſt.* 3. *punct.* 4. *num.* 12. *verſ. ex quo fit.* & Vgolin. *de vſur. cap.* 8. *§.* 8. *verſ. ſexto quæritur.* Sigiſm. Scacc. *de commerc. §.* ... *q.* 7. *ampliat.* 8. *n.* 87. *&* 95. Alioquin inquiunt Nauarr. & Salas *loc. cit.* cùm lucrum ceſſans aliquando æquet ſortem, poſſet debitor totam pecuniam ſtatim reddens ſub prætextu lucri ceſſantis, obligari ad reſtitutionem ſortis, quam reuera non habuit, quod non tantùm iniquum eſt, ſed etiam abſurdum. Vt ergo ſi quid ſtatim ex mutuo detrahitur, vel retinetur, reducitur ad eam quantitatem, quæ apud debitorem remanſit, tametſi debitor liberetur ab intereſſe temporis futuri, & ita ex hac feſtinata ſolutione commodum conſequi videatur: ita prorſus anticipata ex pacto penſionis exactio, licèt commodum aliquod adferre videatur venditori, quod liberetur à præſtatione penſionis, minuit pretium, ex quo contractum cenſus corruere neceſſe eſt.

28 Tertius caſus eſt, cùm non ſtatim, & in ipſo contractu, vel paulo poſt ex eadem pecunia penſio ſoluitur, ſed inter contrahentes agitur, vt penſio nondum toto exacto anno præſtetur. Et hoc caſu ſi nihil omninò exactum eſt, certum eſt contractum ſuſtineri reiecto pacto, vt docent Gutierr. Gratian. & alij quos retuli *num.* 13. quod etiam ſenſit Franciſc. Grimaud. *de vſur. & contract. pignor. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 16. & Aloyſ. *de ſept. ad pragmat. Alphonſ. Reg. de cenſib. num.* 115. quia hæc conuentio non remouet conſenſum ab emptione cenſus: nec illum transfert in mutuum, nec illius formam attingit, vt inquit Rota *in d. deciſ.* 116. *n.* 2. Scacc. *in dict. quæſt.* 7. *num.* 14. & Gratian. *loc. cit.* & proinde non poterit venditor virtute huius conuentionis ad ſolutionem integræ penſionis compelli, antequam annus compleatur, vt ſcribit Petrus de Gregor. *de cenſibus quæſt.* 7. *numer.* 5. ſed reduci debet ad legitimam formam conſtitutionis, vt tradit idem Aloyſ. *loc. cit.* & Conuerſ. ad Intri-
29 gliol. *quæſt.* 45. † Prout etiam puto cenſum conſiſtere, licet integra penſio non tranſacto toto anno ex conuentione exacta ſit, quamuis res ad æqualitatem redigi, & corrigi debeat, vt ſcuſit Molin. *in dict. diſput.* 390. *num.* 5. Roderic. *dict. quæſt.* 1. *num.* 9. *lib.* 2. Ioan. Papon. *lib.* 12. *titul.* 7. *arreſt.* 1. Aloyſius *de ſeptim.* & Grimaud. *loc. cit.* Hic enim ceſſat illa ratio, ex qua in præcedenti caſu, cùm ſcilicet ex pacto in ipſo contractu cenſus penſio ſoluitur, & ſubducitur dixi contractum irritum fieri, quia ſcilicet in hac ſpecie pretium integrum recipitur, qui eo interim vti, & abuti potuit, & proinde cùm ab initio cenſus validè conſtitutus ſit, non ex eo corruere dicendum eſt, quod reditus ante lapſum anni exactus ſit. Hæc enim exactio ex interuallo facta non tollit integritatem cenſus, neque deſtruit formam contractus: & poterit venditor oppoſita nullitate pacti ſe tueri, ne ante completum annum ſoluere cogeretur.
† Qua ratione verò vitium hoc corrigi, & emendari debeat tradunt Molin. Roder. & Grimaud. *loc. cit.* & Papon. *d. arreſt.* 1. cuius verba, vt nuper vertit Latinus interpretes, hæc ſunt, *tantundem de acceleratione temporis dici poteſt, quando ſcilicet reditus citiùs ſolui debet, quàm annus compleatur.* Atque tum ſi acceleratio duorum, trium, vel ſeptem dierum ſit ob modicum dierum ſpatium ratio eius non habetur: verùm de quindecim diebus detrahitur, quod huic tempori detrahendum eſt. At ſi notabilis ſit acceleratio veluti quinque, aut ſex menſium, id computatur. Neque in temporali hoc vitio occaſio præbetur contractum nullum conſtituendi, verùm pactionem tantùm, & vel ſortem, vel reliqua diminuendi, & detrahendi id quod eo tempore ſolutum, fuit & ſecundùm hanc ſententiam Delegati iudicarunt pro D. Equite Ioan. Franciſc. de Caia Nicienſi, & hoc pertinet quæ diximus *quæſt. proxim. præced. num.* 35. Nam quod Papon. ſentire videtur ex hac feſtinata exactione ſortem diminui non puto admittendum eſſe, quia cùm ſors non debeatur, non poteſt compenſationi locus eſſe *lib.* 1. *&* 4. *Cod. de compenſat.* & ideo ſatis eſt, ſi alia ratione res corrigatur, reddendo ſcilicet id quod plus exactum eſt, vel compenſando in reliqua, quæ inde debentur, vt tradit ipſe Rodericus *lib.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 39. *& quæſt.* 9. *n.* 22. & Cenc. *in addit. quæſt.* 88. *n.* 6. vbi inſeruit reſponſum Pauli Renurij Aduocati Romani, qui ex Nauarro, & aliis oſtendit, ſi quid ſuperexactum eſt, ſortem non minuere. Atque hæc de pacto anticipatæ ſolutionis dixiſſe ſufficiat. 30

31 Et tantùm ſupereſt, quod pollicitus ſum, vt executiam id, quod excidit Roderico *in dict. quæſt.* 18. *num.* 12. delirasse ſcilicet Doctores omnes, qui *in dict. l. qui Romæ*, admittunt poſſe creditorem ab initio vſuras futuri temporis recipere ſine diminutione ſortis, & id eſſe contra omnia iura in cauſis vſurariis lata, quæ vt loquitur, volunt, ipſo iure non currere vſuras niſi ad modum conceſſum, & pro rata ſortis, quæ cum effectu peruenit ad manus debitoris. In qua re, vt dicam quod ſentio, videtur mihi Rodericus ſatis temerè, & confidenter locutus eſſe, quia præter veteres interpretes, qui ita ſentiunt *in dict. l. qui Romæ*, idem etiam recentiores, idémque doctiſſimi viri ſcripſerunt, vt Duaren. & Cuiacius *in eadem leg.* vt etiam Donell. *verſic. Scæuola autem reſpondit.* Hotomann. *in diſputat. de vſur. cap.* 4. *circa finem.* Præſes Faber *lib.* 1. *coniect. cap.* 5. & Ronit. *in pragmat.* 1. *de cenſib. n.* 13. quod ſatis probatur *ex dict. l.* 57. *ff. de pact.* his verbis. *Qui in futurum vſuras à debitore acceperat, tacitè pactus videtur, ne intra id tempus ſortem petat, & ex l.* 2. *§. non male, ff. de dol. excep. vbi Vlpianus ait eum, qui vſuras in futurum accepit, ſi nihilominus pecuniam deinde petat dolo facere accipiendo enim vſuras diſtuliſſe videtur petitionem in id tempus quod eſt poſt diem vſurarum præſtitarum, & tacitè conuenisse interim ſe non petiturum.* Et ſecundùm hoc ius, quod eo tempore obtinuit in ſpecie *d. l. qui Romæ*, debitor vſuras trium menſium, poſt quos pecuniam certo loco ſoluere promiſerat, creditori dederat, vt ibi omnes notant, & ipſe Roder. *loc. cit. n.* 15. & cùm reſpondeat Scæuola integram ſummam ſua die peti poſſe, conſequens eſt inſpecto antiquo iure ciuili ex prærogatione vſurarum trium menſium ſortem non fuiſſe diminutam, & veram eſſe communem interpretationem, quam Rodericus nimis confidenter laceſſit, & carpit.

Neque

Digitized by Google

32 Neque obſtat, quod ait in mutuo impoſſibile eſſe contrahi obligationem vltra quam verè datum eſt *l. 17. ff. de pactis, leg. rogaſti, §. ſi tibi, ſi certis. petit. l. cum vltra, Cod. de non numer. pecun.* quia fateor re obligationem contrahi non poſſe, niſi quatenus datum ſit, ſed dico in ſpecie *dict. l.57. de pact. & l. 2. in fin. de dol. except.* integram ſortem fuiſſe numeratam, vt etiam *in dict. l. qui Romæ*, & nominatim notat Duaren. *ad h. l. in fin.* & Hotoman. *loc. cit.* & conſequenter verè totius ſortis contracta fuit obligatio ex iure ciuili, quæ non ex eo diminuta eſt, quod ſtatim ex eadem, vel alia pecunia vſuræ ſolutæ ſint, quia id ex alia cauſa, & alia conuentione datum eſt *l.8. de eo quod cert. loc. l.20. ff. de reb. credit. l. 3. §. 1. ff. de donat.* nimirum ad redimendam dilationem alicuius temporis, intra quod creditor ſortem petere non poſſet. Quod tamen nunc inutile eſt quærere, quia etiam vſuræ præteriti temporis minuunt ſortem, vt multis locis dictum eſt, conſtat enim dictam *l.57. de pact.* cum ſimilibus nunc abrogatam eſſe. Et tantùm vſui eſſe poteſt in ſocietatibus officij, quæ Romæ frequentantur, in quibus prærogatio fructuum vnius ſemeſtris, vel anni non minuit ſortem ob eandem rationem, ne poſſit interim ſocius renunciare ſocietati, & pecuniam repetere. Sed hæc in tranſitu ſcribere volui, vt interpretes ab Hiſpani ſcriptoris conuicio vindicarem.

QVÆSTIO LXIV.

De pactis reiicientibus caſus fortuitos, & onera in eum, qui illa ex natura contractus ſuſcipere non tenetur.

SVMMARIA.

1 *Caſus fortuitos in contractibus ſuſcipere regulariter licet.*
2 *Caſus fortuitos in cenſibus ex pacto in eum reiicere, qui ex natura contractus non tenetur illicitum.*
3 *Caſibus fortuitis, qui rem ipſam attingunt, renunciari non poteſt per venditorem cenſus.*
4 *Cenſus re pereunte perit non obſtante pacto.*
5 *Pactum vt re perempta penſio nihilominus ſoluatur, non vitiat contractum.*
6 *Bartol. Vgolini ſententia quædam reiicitur.*
P. Leonardi Duardi dictum arguitur.
7 *Pactum, vt perempto fundo cenſus ſuper aliis bonis impoſitus ſit, vitiat cenſum ex Rota, & Cencij ſententia.*
8 *Auctor putat pactum vitiari, non vitiare contractum.*
9 *Inſtitutio ſub illicita conditione valet, reſecta conditione.*
10 *Antonij Merendæ ſententia exiſtimantis pactum, vt perempto fundo, &c. duntaxat vitiari.*
Auctor tamen ab illo in aliquibus diſſentit.
11 *Venditor cenſus, ſi illius culpa res pereat, vel fiat ſterilis, tenetur ad intereſſe.*
12 *Pactum vt venditor cenſus rem colere, & manutenere debeat, valet.*
13 *Pactum vt venditor cenſus teneatur ad ca[illegible] qui eius culpa contingunt, non eſt illicitum.*
14 *Eiuſdem P. Duardi ſententia declaratur.*
15 *Pactum vt venditor cenſus teneatur ad caſus fortuitos, qui fructibus contingunt, valet.*
16 *Periculum fructuum ex natura contractus ad venditorem cenſus pertinet.*
17 *Pactum vt caſus fortuiti ad venditorem cenſus pertineant, intelligitur de deuaſtantibus fructus.*
18 *Infructuoſa res quando ſit, vt cenſus extinguatur.*
19 *Eiuſdem P. Duardi doctrina expenditur.*
Infructuoſa res in perpetuum fieri non poteſt, niſi illius ſtatus mutetur.
20 *Pactum, vt caſus fructibus contingentes ad emptorem pertineant, non valet.*
21 *Platonis præceptum, vt qui Reipub. præſunt, totum illius corpus curent.*
22 *Pacta in cenſibus, quæ onera in eum reiiciunt, qui de iure non tenetur non valent.*
23 *Etiam fauore emptoris.*
24 *Duardi ſententia exiſtimantis prohibitionem de oneribus publicis accipiendam eſſe.*
25 *Quæ reiicitur.*
26 *Exempla non reſtringunt.*
Duardus male auctoritate quorundam vtitur.
27 *Pacta, quæ rem familiarem reſpiciunt etiam iniqua ſunt ſeruanda.*
28 *Venditor cenſus ad onera tenetur, quæ rei, & fructibus imponuntur.*
29 *Onera quæ cenſibus induuntur, dominus cenſus præſtare debet.*
Neque valent pacta contraria.
30 *Venditor cenſus fructuarij decimas detrahere non poteſt.*
31 *Pactum vt debitor teneatur penſionem ferre ad domum emptoris valet, ſi ſint eiuſdem fori.*
Niſi cenſus ſit fructuarius.
32 *Pactum quo venditor cenſus obligatur ferre reditum in domicilium emptoris non valet, ſi ſint diuerſi fori.*
Onus eſt à ſuis ſedibus reuocari.
33 *Antonij Gomezij Iun. contraria ſententia.*
34 *Quæ refellitur.*
35 *Bulla Pij V. in ea parte vbi de oneribus loquitur declaratur.*
36 *Pactum deferendi reditum in domum emptoris alterius fori quando valere poſſit.*
37 *Pacta quibus onera in eum reiiciuntur, qui de iure non tenetur, non vitiant contractum.*
38 *Bartolomæi Vgolini ſententia reiicitur.*
39 *Caroli Molinæi epitaphium.*

TAMETSI in aliis contractibus omnibus licitum ſit caſus fortuitos ſuſcipere etiam contra, 1
& præter naturam contractus, vt conſtat *ex l. contract. 24. ff. de reg. iur.* illis verbis, *niſi ſi quid nominatim conuenit vel plus vel minus in ſingulis contract. l.7. §. ſed & ſi, ff. de pact. l. 1. §. ſi conuenerat, ff. depoſ. l. ſi quis fundum, ff. loc. & l. 4. §. quæſitum, ff. ſi quis caution.* & tradunt Santern. *in lib. de aſſecurat. part. 1. num. 5.* Gail. *obſeruat. 23. num. 17. lib.2.* Gomez. *variar. reſolut. lib. 2. c. 3. num. 19.* Surd. *in conſ. 61. num.7.* Felician. *de cenſib. lib. 1. cap. 10. num. 12.* & tractat diligenter Paul. Gallerat. *centur. 2. renunt. 101. num.6. & 7. & ſeq.* † In contractu tamen cen- 2
ſus ex conſtitutione Pij V. conuentiones, & pacta prohibita ſunt, quæ caſus fortuitos directè vel indirectè in eum reiiciunt, qui alias ex natura contractus, & ex iuris diſpoſitione illos ſuſcipere non tenetur, vt conſtat illis conſtitutionis verbis, *conuentiones directè aut indirectè obligantes ad caſus fortuitos eum, qui aliàs ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus.* Quod inter alios notat Nauarr. *in comment. de vſur. num. 90.* vbi monet expedire reipublicæ, vt Principes idem in aliis contractibus conſtituant. Illud etiam tradunt Virgin. *de cenſib. part. 1. num. 7. & 54.* Ioan. Franciſc. Leon. Theſ. *for. Eccleſ. part. 2. cap. 15. num. 29.* Vgolin. *de vſur. cap. 45. §. 12. num. 1.* Salas *de cenſib. dub. 10.* Gallerat. *in d. renunt. 101. num. 13.* & omiſſis aliis, Felician. *loc. citat.* vbi ait conditionem hanc claram eſſe, & in fauorem vtriuſque contrahentis: tametſi putem hoc in fauorem venditoris potiſſimum fuiſſe conſtitutum. Nulla enim neceſſitas cogit emptorem minus æquas conditiones ſuſcipere.

Porro quia conſtitutio hîc prohibet pacta, quæ caſus 3
fortuitos in eum reiiciunt, qui ex natura contractus illos præſtare non tenetur, hæc prohibitio accipienda eſt de caſibus, qui in ipſa re, & ſubſtantia rei contingunt, vt ſi pactum ſit, vt re perempta, vel infructuoſa reddita penſio nihilominus à venditore præſtari debeat, quia huiuſmodi conuentio, niſi aliunde ex æquo, & per alium licitum pactum compenſetur, eſt contra naturam emptionis, qua perfecta periculum rei venditæ pertinet ad emptorem *l. Lucius, ff. de euict. l. 7. & 8. ff. de peric. & commod. rei vendit. & l. 1. Cod.*

eodem

eodem l. 12. de act. empt. Harmenop. lib. 3. titul. 3. §. poſtea
quam, & contra naturam cenſus, qui veluti onus inhærens
rei illius fortunam ſequi debet l. forma, §. illam, ff. de cenſib.
l. 10. §. agri, ff. quibus mod. vſufruct. & l. 2. Cod. Theodoſ. de
indulgent. debit. ideóque huiuſmodi conuentionem in con-
tractu cenſus illicitam eſſe tradunt Nauarr. & Virgin. loc.
citat. Toletus inſtruct. lib. 5. cap. 46. in fin. Sarmient. ſelect.
interpret. lib. 7. cap. 1. num. 28. Salas in dict. dub. 10. Rodetic.
de ann. redit. lib. 2. quæſt. 7. n. 9. Garzias de contract. c. 28. n. 6.
& Gomez iun. in lib. de cenſib. cap. 5. n. 2. & poſt conſtitutio-
nem D. Pij certiſſimum eſt, quæ ait huiuſmodi conuentio-
nes nullo modo valere.
4 Et proinde non obſtante hoc pacto, ſi res vel incendio,
vel vi fluminis, vel terræmotu pereat, vt hoc anno 1644. in
oppido Todoni multæ domus cum habitantibus ruina in-
gentis ſaxi oppreſſæ ſunt, cenſus quoque perit, & ab obliga-
tione ſoluendi reditum debitor in futurum liberatur. Alio-
qui re perempta cenſus in ſola obligatione perſonali conſi-
ſteret, quod nunc eadem conſtitutione D. Pij V. prohibitum
eſt, vt diximus multis locis, & in terminis huius conſtitu-
tionis admittunt Rodericus loc. cit. Felician. lib. 1. cap. 8.
num. 28. part. 2. & alij multi docent apud Cencium part. 3.
cap. 1. queſt. 1. artic. 1. nunc quæſt. 99. num. 7. & 16. & no-
uiſſimè Duardus in commentar. dict. conſtitut. §. 5. quæſt. 1.
num. 24.
5 Sanè ſi huiuſmodi conuentio contractui cenſus addita ſit,
vitiatur, & non vitiat contractum, vt ſenſit Maſtrill. in ad-
dit. ad Gregor. de cenſib. quæſt. 7. num. 37. Ioan. Franciſc.
Leon. dict. cap. 15. num. 28. & cenſuit Rota poſt tractatum
Cencij in dict. deciſ. 146. num. 14. & apud Cardinal. Seraph.
in deciſ. 1418. num. 7. & Duard. in §. 4. quæſt. 1. num. 29. &
memini ita obſeruatum fuiſſe in cauſa D. Annibalis Vac-
cherij, me pro illo patrocinante contra Pilienſes. Hoc enim
nihil addit, vel detrahit formæ contractus, vt ait Cardinal.
Seraphin. in d. deciſ. 1418. num. 9. & ſatis indicat conſtitu-
tio D. Pij V. dum ait pacta huiuſmodi nullo modo valere:
& non ait contractum ob iſtiuſmodi conuentiones nullum,
& vſurarium eſſe. Denique vt huiuſmodi conuentio non
tollit ſubſtantiam emptionis aliarum rerum l. 1. ff. de peric.
& commun. rei vendic. l. 10. Cod. eodem ita ex natura rei non
tollit ſubſtantiam contractus cenſualis, vt Theologi fre-
quentius docent, & inter alios Gregorius de Valent. in
quæſt. de cenſib. punct. 6. §. quarto ſequitur, vbi refert Romæ
anno 1581. in diſceptatione doctiſſimorum virorum ita iudi-
catum fuiſſe: & proinde nunc tantum illicita eſt ob conſti-
tutionem D. Pij V. & reiicitur ſubſiſtente contractu. † Ex
6 quo fit, vt omninò reiiciendus ſit Vgolin. loc. cit. num. 3.
vbi ſcribit contractum cenſus hoc pacto addito vſurarium
eſſe, quia refellitur ex verbis conſtitutionis, quæ ſatis in-
dicant contractum nihilominus valere, vt dictum eſt, non
obſtante illa clauſula, contractúſque ſub alia forma, &c. qua
Vgolinus mouetur, quia ad ea tantùm referri debet, quæ
reſpiciunt formam contractus non autem ad ſingula pacta,
quæ hîc prohibentur, vt cenſuit Rota poſt Cencium in
deciſ. 116. & 123. & Cencius multis locis. Ex quibus etiam
puto perperam excidiſſe P. Duardo in dict. §. 5. quæſt. 1. n. 24.
& §. 6. quæſt. 15. num. 15. huiuſmodi pactum eſſe contra ſub-
ſtantiam cenſus, & illum irritum facere, quia ſeruatâ for-
mâ contractus non poteſt pactum, quod nullum eſt, cen-
ſum legitimè conſtitutum euertere l. placuit, ff. de vſur. &
proinde verius eſt valere contractum reiecto pacto, vel vt
ipſe ait in §. 4. quæſt. 1. n. 29. conuentionem quidem inuali-
dam eſſe, non tamen annullare contractum. Vnde videtur
is auctor contraria docuiſſe.
7 Sed ſi conuenerit, vt perempto fundo cenſuali cenſus
impoſitus cenſeatur ſuper aliis bonis venditoris, contra-
ctum nullum, & vſurarium eſſe cenſuit Rota apud Sarnenſ.
in deciſ. 95. part. 1. quam probarunt Ioan. Baptiſt. Bouius
lib. de ſtatut. vrb. præſcript. gloſſ. 10. num. 7. Viui. in deciſ.
369. num. 25. lib. 2. Cencius in dict. quæſt. 99. num. 17. &
repetit in addit. quæſt. 41. num. 2. Qui mouentur ex Baldo
in l. ſi quis, ff. de condit. inſtitut. vbi ſcribit ea, quæ per mo-
dum diſpoſitionis fieri non poſſunt, non poſſe fieri per
modum conditionis: vnde cùm impoſitio cenſus ſuper om-
nibus bonis ſit vſuraria, & illicita, ergo etiam ſub illa
conditione vſuraria cenſeri debet. Ita ratiocinatur, & diſ-
ſerit Cencius. † Ego pactum quidem illicitum, & conſti- 8
tutione D. Pij prohibitum eſſe fateor: ſed an adiectione il-
lius totus contractus euertatur, dummodò in aliis ſeruata
ſit forma conſtitutionis, valde ſubſiſto ex his, quæ proxi-
mè dicta ſunt. Nam ſi pactum, vt pereunte fundo penſio
nihilominus præſtari debeat, non eſt contra ſubſtantiam
cenſus, ideoque hoc pacto addito contractus conſiſtit re-
iecto pacto, vt diximus num. 4. multò magis contractum
ſuſtineri dicendum eſt, ſi conueniat vt ſublato fundo cen-
ſus ſuper aliis bonis impoſitus cenſeatur, ſiquidem per il-
lud pactum magis receditur à natura realis cenſus, quod ſi-
ne ſubiecto conſiſtere non poteſt. quia ſi valeret illa conuen-
tio, cenſus in ſola obligatione perſonali ſuſtineretur, qui
nunc eſt illicitus, cùm per pactum de quo agitur, ſaltem ſu-
per aliis bonis impoſitus videretur, quod ſubducta conſti-
tutione emptioni cenſus realis non repugnat, vt oſtendit
Sarmient. loc. cit. num. 26. Molin. diſput. 391. n. 4. Valent.
diſp. 5. quæſt. 22. part. 2. verſ. tertio ſequitur. Molfeſ. de contract.
cap. 6. n. 57. & ſentire videtur Duard. §. 1. quæſt. 4. num. 6. &
7. & §. 5. quæſt. 1. n. 25. & quæſt. 4. num. 9. & proinde di-
cendum eſt cenſum valere reiecto pacto.
Et ad argumentum, quod ducitur ex Baldo, reſponderi 9
poteſt ex eo tantùm ſequi, nec ſimpliciter ab initio, nec
ſub conditione cenſum ſuper omnibus bonis conſtitui poſ-
ſe, quod attenta conſtitutione Pij V. non negamus: ſed non
inde fit, vt cenſus alias ritè, & legitimè conſtitutus non
ſubſiſtat, ſi illa conditio cenſui adiiciatur. Vt enim inſtitu-
tio valida eſt, & ſuſtinetur, tametſi per modum conditionis
ei aliquid additum ſit, quod per modum diſpoſitionis fieri
non poterat in fraudem legis, vt ſi conditio turpis] ſit, &
contra leges d. l. ſi quis, 7. & l. 8. in princip. ff. de condit. in-
ſtit. l. quidam, 17. & l. mulier. 20. ff. eodem tit. quibus con-
ſtat conditiones huiuſmodi pro non ſcriptis haberi, vt inquit
Veſembec. ad hunc titul. num. 1. ita prorſus valida eſt conſti-
tutio cenſus, tametſi ei ſub conditione accedat conuentio,
quæ ab initio, & per modum diſpoſitionis addi non potuit,
quia ſatis eſt id pro non ſcripto cenſeri, quia contra legem
l. iuriſgentium, §. 7. ff. de pact. vel dicam non eſſe eandem
rationem, quia cùm cenſus ab initio iniicitur omnibus bo-
nis conſtitutio cenſus repugnat formæ Bullæ Pij V. qua non
ſeruata cenſum fœneratiuum cenſeri exploratum eſt: ſed in
cenſu de quo agitur, per adiectionem huius pacti non tolli-
tur forma contractus, ſupponimus enim cenſum impoſitum
eſſe certo prædio idoneo, & ſuis finibus deſignato, & ideo
adiectio huius pacti non facit, quin contractus ſuam ha-
beat formam, propter quam conſiſtere valeat: ſed eſt tan-
tùm illicita appendix, & vitium extrinſecum, & remotum
à forma contractus, vt reliqua illicita pacta, quæ pro non
ſcriptis habentur, & reiiciuntur conſiſtente contractu. Et
pendet à futuro euentu, qui fortaſſe nunquam erit: & ideo
non facit, quominus contractus à principio habeat ſuam
formam ſubſtantialem legitimè conſtitutam, vt in re fere
ſimili perpendit Rota poſt eund. Cenc. in deciſ. 317. num. 2.
ex quibus multo magis ſentio contractum ſuſtinendum eſſe
expuncto pacto.
Hæc cùm iamdudum ſcripſiſſem, ad manus meas perue- 10
nerunt controuerſiæ doctiſſimi Antonij Merendæ iuris pro-
feſſoris Ticinen[illegible] qui lib. 2. cap. 5. n. 7. & ſeq. in hac ſpecie
nobiſcum ſenſit aduerſus Cencium, pactum ſcilicet hoc non
vitiare contractum, quia non impedit formalem cenſum pro-
duci: tametſi non probem, quod congruenter iis, quæ ſcri-
pſerat cap. præced. n. 15. & 16. docet hoc cap. 3. n. 5. cenſum
hoc caſu conditionaliter ſuper aliis rebus ſuſtineri virtute
clauſulæ ex nunc prout ex tunc, vt ſuſtinetur conſtitutio cen-
ſus generaliter facta quia hoc in terminis conſtitutionis Pij
V. in quibus verſamur, recipi non poteſt, quia conſtitutio
iubet, vt non niſi ſuper re certa, & ſuis finibus deſignata cen-
ſus conſtituatur: exigítque indiuiduam non generalem rei
expreſſionem, vt inquit alter iuris interpres Ticinenſis in lib.
de port. rat. quæſt. 147. n. 8. vnde cùm non poſſit ab initio cenſus
generaliter ſuper bonis omnibus conſtitui, multo minus
virtute illius clauſulæ conditionaliter poterit ſuſtineri. De-
nique

nique cùm is auctor admittat *num.7.& 8.* huiuſmodi pactum repugnare conſtitutioni Diui Pij, & viciari, conſequens eſſe videtur non poſſe virtute huius pacti, quod nullum eſt, contractum ſuper aliis bonis ſuſtineri, & vix hæc conciliari poſſe.

11 Sed licèt veriſſimum ſit illud genus pacti nunc prohibitum eſſe, ſi tamen res pereat, vel infructuoſa reddatur facto, & culpa debitoris hoc caſu venditor tenetur ad id, quod intereſt, hoc eſt ad reſtitutionem pretij cum fructibus, vt docet Cenc. *in d. quæſt.37. in fin. & quæſt. 55. n.14.* & ſentiunt Theologi quidam apud Salas *de cenſib. dub.11. n.3. & dub.33. num.8.* quibus conſentiunt Binsfeld. *in cap. in ciuitate. quæſt. 12. concl.2. de vſur.* Bonac. *in d. punct. vn. num.18.* Anton. Gomez *de cenſib. cap.5. n.2. verſ. ſed ego.* Frideric. Martin. *cap.8. num.221.* Gaſpar. Anton. Theſ. *lib.1. quæſt.32. n.22.* & Duardus *in d. §.4. quæſt.2. n.6.* & probari poteſt *ex d. l. forma. §. illam. de cenſ. l. 27. & 30. ff. de euict.* & ex Cuiac. *in l.2. C. de naut. fœnor.* & nos diximus *quæſt.57. n.14.*

12 Et conſequenter his, ſi fortè conuenit, vt venditor cenſus rem cẽſui obnoxiam colere, & manutenere teneatur, hæc conuentio licita eſt, nec à Diuo Pio prohibita, quia hoc pacto addito nihil oneris iniicitur venditori cenſus contra naturam contractus. Cura enim, & cuſtodia rei cenſualis ad dominum pertinet, non ad emptorem cenſus *l. fundi. 38.* & ibi Bartol. *ff. de vſu & vſufruct. legat.* Baldus. *in leg. vn. §. excepto. verſic. contra quarò. Cod. de caduc. tollen.* & in ſpecie Seraphin. *in dict. dec. 1418. n.8.* & cùm id omiſiſſet Cencius, & ego adnotaſſem veluti ſpicas poſt diligentem meſſorem legens, comperi deinde illud ipſum inſeruiſſe *in addit. par.3. quæſt.2. num.3.* nunc *quæſt.102. num.12.*

13 † Vnde ſi fortè conuentum eſt, vt caſus fortuitos ad venditorem pertineant, qui eius culpa vel dolo in fundo cenſuali euenient, pactum hoc non eſt prohibitum, neque illicitum, vt ſcilicet teneatur venditor ad id quod intereſt. Etenim iuri & æquitati conſonum eſt, ne quis ex facto aduerſarij damnum patiatur *d. l.3. C. de naut. fœn. & l. qui officij. §. vltim. ff. de contrah. empt.* & optimè expendit Decian. *in conſ.2. n.145. lib.1* & textus notabilis *in l. ſi merces. §. culpa. ff. loc.* vbi Bartolus, & alij omnes notant, quòd licèt quis ex pacto teneatur ad periculum rei, non tenebitur tamen ſi fortè res pereat facto, & culpa aduerſarij, vt *in cap.1. extra de commod. & dict. l.3. C. de naut. fœn.* Menoch. *præſ.48. n.30. lib.2.* & aliis citatis Gallerat. *in d. renunt.102. n.19. & 20.* & in ſpecie Vgolin. *de vſur. cap.45. §.12. num.3. verſ. excipitur*

14 *tamen.* Et licet Duard. *in d. §.4. quæſt.2.* ſentiat illicitam eſſe illam conuentionem, vt re perempta, vel infructuoſa reddita culpa debitoris, penſio nihilominus præſtetur, quia contra formam contractus cenſualis ſit, & contra illius naturam, vt ex eo penſiones percipiantur ſiue fundo, ſiue caſu, ſiue culpa debitoris res pereat, hoc tamen accipiendum eſt, quatenus velit dominus cenſus exigere penſiones, & perſeuerare in exactione earum tanquam cenſus permanentis, & conſiſtentis etiam poſt caſum rei contingentem, quia hoc eſt illicitum, & vſurarium: non autem vt non liceat domino cenſus nomine eius quod intereſt percipere illud omne, quod habuiſſet, ſi res facto aduerſarij euerſa non fuiſſet. Proinde fas erit emptori tantundem percipere, vt ſeruetur indemnis, quia verè tantundem eius intereſt rem fuiſſe euerſam, vel redditam infructuoſam dolo aduerſarij, vt ſentire videtur ipſe Duardus *eod. loc. num. 5.* & nos alio loco diximus.

15 Sed ſi conuentum ſit, vt venditor cenſus ſuſcipiat caſus fortuitos, qui fructibus rei cenſualis contingere poſſunt, veluti grandinis, vredinis, incurſus hoſtium, & ſimilium, hæc conuentio non eſt prohibita, vt obſeruant Nauarr. *in comm. de vſur. n.117.* vbi ait ita communi praxi receptum eſſe Surd. *in conſ. 162. n.15. & 21.* Frideric. Martin. *cap. 6. n.302.* Salas *d. dub.10. n.2.* Rota poſt tractat. Cenc. *d. dec.10. num.8. & dec.144. num.1.* & Cenc. *in d. art. 3.* nunc *quæſt.45. num.4.* & Duard. *in d. quæſt.1. n.8. & 12.* vbi etiam de communi praxi teſtatur. Idem ſcripſit Trentacinq. *in reſol. 1. de cenſib. num.17.* vbi ait conuentionem hanc validam eſſe iuxta conſtitutionem Nicolai V. qua, vt ait, cautum eſt, vt poſſint contrahentes omnia pacta addere, quibus ſe ſeruent indem-
nes. † Imò licèt in contractu cenſus nihil hac de re actum 16
ſit, puto ex natura contractus periculum fructuum ad venditorem pertinere, quia emptor cenſus non eſt dominus rei, neque fructuum. Neque enim in conſtitutione cenſus emitur res ipſa, vt docent Crauet. *in conſ. 217. num 4* & alij plures apud eundem Cencium *quæſt. 1. n. 23. & quæſt. 7. n. 7.* nec emuntur fructus rei, vt docent Surd. *in d. conſ.162. n.7* Felician. *lib.1. c.40. n.7.* Mercat. *de contract. lib.1. cap. vlt. num 5.* Rebell. *lib.10. quæſt.10. num.11. & 12.* neque ius ad eoſdem numero fructus, qui ex re proueniunt, vt inquiunt Salas *loc. cit. & dub.41.* & Duard. *in d. quæſt.1. num.12.* & ideo etiam omni conuentione ceſſante periculum fructuum, quocunque caſu contingat, pertinet ad venditorem, & poſſeſſorem rei, quia etiam fructus illius ſunt, & periculum rei ſpectat ad dominum *l.6. C. de pignor. l. qua fortuitis. C. de pignor. act.* & in ſpecie docent Rebell. & Salas *loc. cit.* referens ex Nauarro id in communi praxi obſeruari. Cottad. *reſp.239. par.1.* Cenc. *in d. quæſt.37. n.6. & ſeq. & q.102. n.9.* Duard. *in d. quæſt.1 num.9. & 12. §.4.* & nouiſſimè Emin. P. de Lug. *diſp.27. n.71.* † Quod 17
etiam ex eo patet, quia ſi conuentum eſt, vt caſus fortuiti ſpectent ad venditorem cenſus, ad excludendam illicitam conuentionem pactum intelligi debet non de caſibus, qui rem ipſam, & rei ſubſtantiam perimunt, ſed de caſibus deuaſtantibus fructus *l. quoties. ff. de reb. dub. & l. merito. ff. pro ſoc.* & ſenſit Pariſ. *in conſ.75. n.31. lib.4* Rot. poſt Cencium *in d. dec.10. n.8. & dec.143. n.4. & 7.* & Sigiſmund. Scacc. *de commerc. §.1. q.1. n.176.* & his paucis verbis probat Rota *in d. dec. 143. in fin. tum vt excludatur delictum, tum vt actus ſuſtineatur: tum etiam quia verba, quæ ad caſum licitum, & illicitum trahi poſſunt, ad licitum trahi debent.* † Vnde quod dicimus rem in to- 18
tum, vel pro parte infructuoſa reddita cenſum in totum, vel pro parte perire, accipiendum eſt, quando res omnino ſecundùm ſui ſtatum nullos fructus producere poteſt: non autem quando fructus vno, vel duobus annis, vel etiam pluribus ſiue tempeſtate ſiue alio caſu non proueniunt, vt indicat *l. legat.17. §. vlt. ff. de ann. leg.* & tradunt Nauar. *loc. cit. n.117.* Surd. *in d. conſ.162. n.19.* & omiſſis aliis Duard. *in d. §.5. quæſt.4. n.8.* & ceſſat omnis dubitatio ex alia eiuſdem Pontificis conſtitutione ad incolas regni Siciliæ edita anno 1570. in qua nominatim declarauit rem infructuoſam cenſeri, quæ tota, vel ex parte infructuoſa perpetuò redditur, & nos diximus *q.57. n.4. & 5.* quamuis obſeruandum ſit Diuum Pium exceptionem bene addidiſſe, *ſalua aliàs iuris communi diſpoſitione.* & fortaſſe reſpexit Pontifex ad caſum perempt onia, perpetuæ ſterilitatis, quæ culpa, & dolo debitoris contingit, quo caſu ex iuris communi diſpoſitione diximus venditorem teneri ad id, quod intereſt, quod immutare noluit: vel quod magis placet ad eum caſum reſpexit, quo licet res pro parte infructuoſa facta eſt, tot tamen fructus adhuc refert, quæ penſioni ſufficiunt, quo caſu integram penſionem deberi cenſuit Rota poſt Cenc. *in dec.1. & 4.* & Cenc. *quæſt.100. n.5.* & nos diximus *dicta q. 57. n.24.* quod etiam non puto à Diuo Pio mutatum fuiſſe.

Sed multa, quæ hoc capite diximus, & præſertim *n.3. &* 19
15. videntur in dubium reuocari poſſe ex doctrina eiuſd. P. Duardi *in d. q.1. §.4. n.23. & 24.* vbi docet ſummum Pontificem irritas decernere conuentiones obligantes contra naturam contractus ad caſus fortuitos tam rei cenſitæ, quàm rei fructibus contingentes, ſiue in totum infructifera efficiatur, ſiue ex parte, quia inquit conſtitutio generaliter loquitur, nec diſtinguit caſus, qui rei cenſitæ, vel fructibus contingunt, diſcedens hac in re à ſententiis aliorum, & præſertim Cencij, qui *in d. quæſt.55. n.4. & 7.* hanc diſtinctionem adhibet, aut venditor cenſus ex pacto ſuſcipit caſus, qui fructibus contingere poſſunt, & hoc pactum non eſſe prohibitum. Aut verò ſuſcipit caſus, qui rem ipſam attingunt, & huiuſmodi pactum illicitum eſſe ex Nauarro, & aliis. Sed animaduertere Duardus debuit caſus rei ipſi contingentes non eſſe diuerſos ab iis, qui rem infructuoſam in totum, vel pro parte in perpetuum reddunt, quia & hi caſus ipſum rei corpus attingunt & lædunt. Neque enim intelligi poteſt rem in perpetuum factam ſterilem, & ferendis fructibus omnino non idoneam, niſi mutetur illius ſtatus, & ſuperficies, vt ſi fortè ager paludibus occupatus ſit, quo exemplo vtitur ipſe Duard. *in §.5. quæſt.4.*

Digitized by Google

quæſt. 4. *num.* 8. vbi ait hoc caſu alium fundum eſſe. Et licèt quando in perpetuum res fit infructuoſa clades hæc fructibus etiam noceat, ſi fortè pendentes ſint, hoc tamen eſt per accidens, & per conſequentiam ad mutationem ſtatus illius, vt etiam contingit, cùm res chaſmate petit, vel alio caſu deſtruitur, quia etiam hoc caſu pereunt fructus, qui ſequuntur fortunam rei, & omnis ſpes amittitur fructus in futurum percipiendi: & tamen non ideo minus caſus huiuſmodi dicuntur rebus contingere. Et cùm Duardus admittat *eod. loc. num.*8. *& 9.* non eſſe prohibitas conuentiones, quæ obligant venditorem cenſus ad caſus fortuitos fructibus, vno vel duobus, vel pluribus annis contingentes ſecutus Cencium, qui id docuit *in dict. quæſt.* 55. *num.* 4. idem cum Cencio reuera ſentit, & proinde mihi videntur eius concluſiones prorſus inutiles eſſe, & rem potius inuoluere, quàm explicare. Quamobrem cum Cencio ſtatuendum eſt venditorem ex pacto caſus, & periculum fructuum ſuſcipere poſſe, quia nihil paciſcitur contra naturam contractus: & nihil vetat, vel nocet exprimere, quod de iure ineſt *l. non rectè, C. de fideiuſſ. l. cum quid, ff. de reb. cred.* illicitam teneatur, qui rem ipſam attingunt, ſiue res omnino pereat, ſiue in perpetuum infructuoſa reddatur.

20 Sanè ſi emptor ex pacto, & conuentione caſus ipſi dumtaxat fructibus contingentes ſuſciperet, dicendum eſt huiuſmodi pactum non valere, & nihilominus penſionem præſtandam eſſe, quia cùm ex natura contractus cenſualis caſus fructuum ad venditorem pertineat, qui dominus eſt rei, & fructuum, vt dictum eſt, & docent Nauarr. Felician. Rebell. & alij citati *num.* 15. *&* 16. & præſertim Salas *dict. dub.* 10. *num.* 2. & nos diximus *in d. quæſt.*57. *num.* 7. conſequens eſt inutilem eſſe conuentionem, qua emptor cenſus fructuum periculum in ſe ſuſcipit, quia prohibitio hæc non ſolùm fauore venditoris facta eſt, ſed etiam emptoris, vt obſeruant Ioan. Baptiſt. Leonell. *gloſ.* 10. & Felician. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 12. & indicant verba conſtitutionis, quæ ait, *conuentiones ad caſus fortuitos obligantes eum*, &c. quæ etiam emptorem comprehendunt, qui, vt inquit Theſaur. *in d. quæſt.* 32. *num.* 14. legum auxilio non eſt deſtituendus. † Et videtur mihi ſapientiſſimus Pontifex hac in re ſecutus illud
21 Platonis præceptum, cuius meminit M. Tullius *lib.* 1. *de offic.* vt ij ſcilicet, qui Reipublicæ præſunt, *totum corpus Reipublicæ curent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant.*

22 Qua ratione permotus idem Pontifex prohibuit pacta & conuentiones, quibus ſolutio onerum in eum reiicitur, ad quem vel ex diſpoſitione iuris, vel ex natura contractus non pertinent, vt adnotarunt Nauarr. *loc. cit. num.* 94. Virgin. de Boccat. *part.* 1. *num.* 62. Vgolin. *de vſur. cap.* 45. §. 13. Ioan. Franc. Leon. Theſaur. *for. eccleſ. part.* 2. *c.* 15. *n.*40. Salas *d. dub.* 11. *num.* 2. *& dub.* 32. *num.* 2. & alij ferè omnes: & conſtat ex illis conſtitutionis verbis, *ſicut etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non ſpectarent.* Quod etiam conſtitutionibus Maximiliani I. Caroli V. & Rudolphi II. prohibitum eſſe refert Frideric. Martin. *d. lib. de iur.*
23 *cenſib. cap.* 6. *num.* 310. † Quæ prohibitio etiam fauore emptoris inducta eſt, vt ſentire videtur idem Leonell. *ad Bullam Pij V. gloſ.* 20. & ſentiunt Leſſ. *lib.* 2. *de Iuſtit. cap.* 22. *num.*87. Salas *in d. dub.* 11. *num.* 1. Maſtrill. ad Gregor. *de cenſib. quæſt.* 6. *num.* 23. & ſatis indicant verba illa conſtitutionis, *ad eum ſpectare*, quæ etiam emptori conueniunt, & apta ſunt vtrumque comprehendere: & præſertim quia ementium idem ſolet eſſe iudicium: nec quod vni prohibitum eſt, alteri licitum eſſe debet *lib.* 10. *Cod. de curſ. public. Cod. de cupreſſ.* vbi Cuiacius notat, ſi emptor rem iniquam facit, probabile etiam eſſe venditorem rem iniquam facere: Quamobrem vt illicitum eſt emptori reiicere onera in venditorem contra naturam contractus, ita etiam illicitum eſt venditori. Meritò igitur voluit Pontifex venditorem, & emptorem hac in re etiam eodem loco eſſe. Et ita deinde comperi ſenſiſſe Duard *in d. §.* 4 *quæſt.* 39. *num.* 13. vbi ait Pontificem non ſolum venditori conſulere voluiſſe, ſed etiam emptori. Conſtat igitur huiuſmodi conuentiones ex vtraque parte non valere *l. non dubium* 5. *Cod. de legib. lib.* 7. §. *& generaliter, ff. de pact. & l.*6. *C. eod.* quæ ait *pacta, quæ contra leges fiunt, ſeruanda non eſſe.*

Sanè animaduerſione dignum eſſe exiſtimo, quod tradit idem Duard. *in d. quæſt.* 39. *num.* 6. *& ſeqq.* nimirum prohibitionem hanc de oneribus publicis duntaxat accipiendam eſſe, neque pertinere ad ea onera, quæ priuatam cauſam habent, vt eſt onus hoſpitio ſuſcipiendi emptorem, vel famulos eius, vel ſoluendi proxenetica, & mercedem notarij: hæc igitur & ſimilia onera, quæ ex priuata cauſa originem habent, pacto in venditorem reiicere, tametſi aliàs ea ſubire non teneantur, exiſtimat non eſſe prohibitum. Quam ſententiam tribuit Molinæ, Salas, Azor. Roderic. & Cencio: & clariſſimè eam tenere ſcribit Virgin. de Boccat. *lib. de cenſib. part.* 1. *num.* 62. cuius verba etiam tranſcripſit, qui ponunt exemplum in oneribus publicis. Et mouetur, quia verba illa, *ſolutiones onerum*, debent intelligi ſecundùm communem vſum loquendi & potiorem eorum ſignificationem, ſecundùm quæ accipienda ſunt de oneribus & functionibus publicis realibus, atque etiam mixtis, quæ imponuntur rebus, vel penſionis pro rebus, vt notatur *in l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & Roland. *in conſ.*66. *num.* 16. *lib.* 1. & tractat Gail. *obſeru.*52. *&* 53. *lib.* 2. 24

Sed longè probabilius eſt hoc loco genus omne grauaminis à ſummo Pontifice prohiberi, quod ex pacto in eum reiicitur, qui alias ex diſpoſitione iuris, vel ex natura contractus illud ſubire non tenetur, & proinde non tantùm illicitas eſſe conuentiones, vt emptor vel venditor ad munera publica teneatur, quæ ad illum ex iure, vel natura contractus non pertinent, ſed etiam vt emptorem hoſpitio excipere, vel famulos eius, mercedem notarij & proxenetæ ſoluere, vel quid aliud ſuo ſumptu facere teneatur, vt communiter receptum eſt, & ſentiunt Nauarr. *in comment. de vſur. num.* 94. Frideric. Martin. *dict. cap.* 6. *num.* 310. *&* 311. vbi infert venditorem ad ſumptus vini pacto obligari non poſſe. Neque enim Germani ſine vino contrahere ſolent: idem tradunt Manent. *de contract. libell. quæſt.* 1. *part.* 11. *num.* 4. vbi inter onera ponit expenſas inſtrumenti. Vgolin. *de vſur. cap.* 45. §. 13. *num.* 1. *&* 3. *& in fin.* vbi ponit exemplum, vt venditor commodet equum, vt hoc vel illud faciat vel tribuat: Rebell. *quæſt. vlt. num.* 2. Bonacin. *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 4. *punct. vn. num.* 35. & nouiſſimè Scortia *Theor.* 271. & eſt communis ſententia, à qua non puto diſcedendum eſſe, tum quia etiam his oneribus verba conſtitutionis conueniunt, ſiquidem rectè, dicitur actio oneris auerſi, vt *in l.*32. *ff. loc.* & pacta & conuentiones quibus vnius ex contrahentibus deterior fit conditio, & obligatur aliquid ſuis ſumptibus facere, verè onus continere dicuntur, vt conſtat *ex l. vn. §.* 9. *Cod. de caduc. tollen. & l.* 10. *Cod. de loc.* & tradit Frideric. Martin. *in d. cap.*6. *n.*297. Atque etiam quia imperfecta lex eſſet, niſi etiam has auaritiæ fraudes, & captiones cohiberet. 25

Neque mouet, quod Boccat. Molina, Salas, Roderic. & alij à Duardo relati vtantur exemplo vectigalium, & onerum publicorum, quia exempla nõ reſtringunt *l.*30. *in fin. de damn. infect.* illis verbis, *exempli gratia ſcriptum eſt, & §. hactenus. Inſt. de grad. cognat.* & Boccat. cuius verba Duardus tranſcripſit & cuius auctoritate maximè mouetur, *loco* ab ipſo Duardo *cit. num.* 75. ſequitur Nauarrum, & ait venditorem cenſus pacto obligari non poſſe, vt ſuſcipiat hoſpitio familiares emptoris: *& part.* 2. *n.*123. apertiſſimè ſcribit non poſſe pacto obligari ad ſumptus proxenetæ, & notarij, quæ proculdubio non ſunt munera publica. Roderic. etiam *lib.*2. *quæſt.*4. *n.*21. de expenſis inſtrumenti verba faciens concludit his verbis, *non ergo licebit emptori cenſus pacto illud onus in venditorem reiicere:* & obſeruandum eſt obligationem hanc onus à Roderico appellari. Cencius etiam, quem Duardus pro ſua ſententia profert, *part.* 2. *c.*2. *q.* 4. *art.*5. nunc *quæſt.*86. *n.*17. *& ſeq.* quærens, an in contractu cenſus liceat paciſci, vt debitor teneatur penſionem deferre ad domum emptoris, quando ſunt diuerſi fori, ſenſit pactionem non valere, quia inquit Pius V. prohibet, ne aliquod grauamen contra debitorem cenſus adiiciatur: & poſt pauca *quia Pius V. in dicta ſua conſtitutione non reprobat ea pacta dumtaxat, quæ inducunt aliquid contra ius, & naturam contractus, ſed etiam illa quæ non ſunt ſecundum naturam,* 26

eius naturam, &c. *Et quibus venditor cenſus ſubiicitur alicui oneri præter naturam contractus cenſus*, cuiuſmodi eſt, vt teneatur deferre penſiones ad domicilium creditoris. Idémque fortaſsè ſentiunt ſuis locis Salas, & alij à Duardo relati, ſed id indagare operæpretium non puto, quandoquidem ipſe Duardus idem docuit §. 3. *quæſt*. 8. *num*.30. *&* 31. pactum ſcilicet vt debitor cenſus teneatur penſionem deferre ad domum emptoris, quando ſunt diuerſi fori, non tantùm iniuſtum eſſe, ſed etiam nullum, vt habetur illis verbis, ſic enim loquitur, *ſicut etiam annullamus*, &c. vbi annullantur omnia pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non ſpectarent. Cenſuariò autem huiuſmodi onus ex natura contractus non competere, quæ ſane obligatio non eſt onus publicum, nec aliquid cum muneribus publicis commune habet. Ex quibus conſtat, pace viri Theologi dixerim, illum auctoritate Boccatij, & aliorum abuti, & hac in re contraria docuiſſe.

Neque aliquid dicendum eſt ex eo, quod Duardus ſubiicit eodem loco *n*. 8. *&* 9. conuentionem hoſpitandi, & ſimilia pacta, quæ putat non eſſe prohibita, iuſta fieri poſſe, ſi alio æquali onere compenſetur. Primò quia hæc compenſatio fieri non ſolet, vt de ſimilibus grauaminibus ſcribit Molina *diſput*. 391. *num*. 9. *in fin*. & fruſtià emptor illud onus in venditorem reiiceret, ſi aliud æquale onus ſuſciperet in gratiam venditoris: ſed ita paciſcitur vt meliorem ſuam faciat conditionem. Secundò quia vix eſt, vt ex æquo iſta, quæ vt
27 plurimum incerta ſunt, compenſari poſſint. † Denique quia hæc pacta, ſi non eſſent prohibita, quamuis iniuſta, & oneroſa alteri ex contrahentibus in iudiciis eſſent ſeruanda, quia ſunt pars contractus *l*.72.*&* 79. *de contrab.empt*.& rem familiarem tantùm reſpiciunt, in quo genere licet contrahentibus ſe in pretio circumuenire, *l. in cauſa*, 16. *§. idem Pompon. ff. de minor.& l*.22. *in fin.ff.loc*. Harmenop.*lib*.3. *tit*.3. Denique ſatis eſt ita contrahentibus placuiſſe *l*.7.*§. ait prætor.& §. ſi paciſc.ff.de pact*. & tradit inclytæ mem. Card. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib*.22. *tit*.21. *n*. 50. *&* 51. alioqui multa quæ de pactis iure ciuili recepta ſunt, ſubuerterentur, & omnia litibus perſtreperent. Reiecta igitur doctrina Duardi, & eius illationibus præſtat dicere conuentiones in contractu cenſus, quibus onus & grauamen aliquod imponitur contra vel præter naturam contractus ſiue priuatam cauſam habeat, conſtitutione Pij V. prohiberi, & ex vtraque parte inualidas eſſe.

28 Proinde quia munera realia, quæ rebus & fructibus imponuntur, dominus rei, & venditor cenſus ſubire debet *l*.1. *& l*.10. *C.de ann.l*.2.*C.de immun.mem.conced.l*.1.*C.de indict.l*.3.*C. ſine cenſ.vel reliq*. & dixi *q*.57.*n*.8. non erit illicita conuentio, vt hæc onera venditor cenſus ſoluere teneatur, vel quod idem eſt, vt reditus ab iis muneribus ſit immunis, vt in ſpecie reſpondit Nauarr. *in conſ*.18.*n*.1.*tit.de empt. & vend.& in d. comm.de vſur.n*.132.Surd.*in conſ*.162.*n*.7.Menoch.*in conſ*.983. *n*.16. Ioan.Franciſc.Leon.*in d.c*.15. *n*.42.*&* 54. vbi refert ita à Senatu Taurinenſi fuiſſe iudicatum. Vgolin.*in d.c*.45. §.13. *n*.3. Gratian.*diſcept.forenſ.lib*.5.*c*.955. *n*.30.*&* 44. & Cenc.*in d. q*.58.*n*.5. Molin. Azor. & alij Theologi apud Bonacinam
29 *loc.cit.n*.31. & hoc iure vtimur. † Ex contrario quia etiam reditus annui in æſtimum referri poſſunt, & ſuper illis munera & ſuperindictiones à Principibus & oppidis imponi, quando id neceſſitas exigit, vt docet Lucas de Pen.*l*.3.*q*.5. *C.de fund. limitr.& in l*.1.*in princ.C.de indict*. Roland.*in d. conſ*.66. *n*.33. Natt. *in conſ*. 312. *n*. 10. Menoch *in conſ*. 9. *n*. 5. *&* 16. *& in conſ*.1201. *n*.55. *lib*.12. Rouit. *in pragm*. 5. *de cenſ*. *n*.32. ideò onera, quæ cenſibus ipſis indicuntur non poſſunt pacto in venditorem cenſus reiici, vt in ſpecie notat idem Frider. *loc. cit*. vbi refert ità à Maximiliano Primo in comitiis Vormatiæ conſtitutum fuiſſe, vt etiam memorat Vinceler. *de collect.imper. obſeru*.25. *n*.2.*&* 3. vbi etiam refert iiſdem conſtitutionibus pacta in contrarium eſſe prohibita. Vt enim æquum eſt venditorem cenſus tributa, & alia onera, quæ rebus, vel fructibus indicuntur, ſoluere: ita æquum eſt, vt dominus cenſus illa onera ſubeat, quæ ipſis cenſibus imponuntur, vt ſcripſi etiam *in d. quæſt*. 57. *n*. 13. Quæ ſtante conſtitutione D. Pij pacto immutari non poſſunt. Et hac regula etiam in aliis oneribus publicis vtendum eſt.

Quid ſi cenſus fructuarius ſit, an ſaltem decimæ, quæ de- 30
bentur Eccleſiæ ex penſione deducendæ ſint, & deducendas eſſe ſentire videtur Virgin. de Boccat. *in d. part*. 1. *n*. 72. *&* 73. ſed Vgolin. *loc. cit*. aduerſus Virginium reſpondit dominum cenſus ad decimas non teneri: neque ius eſſe venditori illas deducere, vel retinere. Nam inquit emptor reditus eodem loco eſt quo is, qui certam fructuum quantitatem emit: & tantùm diſcrimen eſt, quia huic ſemel vel bis certa illa quantitas fructuum debetur: illi verò qui cenſum emit, debetur penſio, donec cenſus extinguatur: at qui emit decem modios tritici ab aliquo, non tenetur decimas præſtare, ergo neque is qui cenſum emit decem modiorum tritici. Deinde ſi emptor ad huiuſmodi onus teneretur, non diceretur emere reditum decem modiorum, quia decimæ ex hac quantitate detrahi deberent: & tamen nemo inficiabitur hoc animo affectum eſſe vtrumque contrahentium, vt integer cenſus præſtari debeat, & proinde repugnat voluntati eorum, vt hæc deductio fiat. Denique facit inueterata conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres *lib*.23. *de leg*. nullibi enim auditum eſt dominum cenſus fructuarij decimas præſtare. Et vera eſt Vgolini ſententia, quæ etiam probari poteſt, quia in hoc genere cenſus non emuntur fructus rei, neque pars fructuum eiuſdem rei, alioquin non liceret debitori eos vendere, vel in ſuos vſus conuertere, ſed emitur reditus annuus ſoluendus in fructibus ex quocunque agro prouenient, vt tradunt Rebell. *quæſt*. 6. *n*. 12. Cenc. *quæſt*.35. *n*. 6. *&* 7. & Duard. §.3. *quæſt*.5. *n*.14. & nos alibi diximus.

Nunc ſupereſt vt quæramus, an valida ſit pactio, vt venditor cenſus teneatur penſionem deferre ad domum creditoris. Et duæ ſpecies ſeparandæ ſunt.

Prima eſt quando emptor & venditor ſunt eiuſdem fori, 31
id eſt, eiuſdem oppidi, & ciuitatis; & hoc caſu valida eſt conuentio, vt debitor cenſus teneatur deferre pecuniam in domum creditoris, quia etiam nullo interueniente pacto debitor cenſus ex diſpoſitione iuris ad id tenetur ex gloſ. *in l. item illa. ff. de conſtit. pecun*. & Batt. *eod. loco num*. 13. Moror. *reſponſ*. 86. *in fin*. Rot. Genuenſ. *dec*. 144. *num*. 4. Brunor. à Sol. *quæſt*. 5. *in fin*. & alij apud Felician. *part*.2. *lib*.3. *cap.vlt. n*. 6. Maur. *de ſolut. cap*. 29. *n*. 6. & Cenc. *loc. cit. num*. 12. vnde cùm in hac ſpecie non iniiciatur onus venditori cenſus præter naturam obligationis, conſequens eſt pactum valere, vt docet Maſtrill. ad Gregor. *in d.quæſt*. 7. *n*. 41. Roderic. *de ann.redit. lib*.2.*q*.6.*n*.2. Scacc.*de comm*.§.2. *gloſſ*.5. *n*.236. Frideric. Martin. *cap*.6. *n*.390. & Duard. §.3. *quæſt*.8. *n*.30.

Declaratur hæc ſpecies, vt locum non habeat, ſi cenſus ſit fructuarius. Hoc enim caſu cùm non teneatur debitor deferre iſtiuſmodi penſiones in domum creditoris, vt conſtat *ex l*. 1. *§. licèt autem. ff. de peric. & comm. rei vendic*. Ioan. Bapt. Lup. *de vſur. comm*.2. §.1. *n*. 46. Vrſill. ad Afflict. *in dec*.316. *n*. 3. Cenc. *quæſt*.3. *n*. 11. & Maur. *in d. cap*. 29. *in fin*. illicita eſt conuentio, qua id onus in venditorem cenſus reiicitur, vt docent Roderic. & Duard.*loc.cit*.Maſtrill. *in d.quæſt*.7. *n*. 41. *verſ. aduertendum eſt*.

Altera ſpecies eſt, cùm emptor & venditor ſunt diuerſi fo- 32
ri, & hoc caſu ſiue reditus in pecunia, ſiue in fructibus debeatur, illicita eſt conuentio, qua venditor obligatur ad deferendum reditum in domum creditoris. Nam cùm in hac ſpecie non teneatur debitor accedere ad domicilium creditoris, vt ei ſoluat, quod debet, vt iidem auctores ſentiunt Bartol. Angel. Alber.& Paul.de Caſtr. *in d.l.item illa, de conſtit.pecun*. Ruin. *in conſ*.154. *n*.2. *lib*.1. ideo ex hoc pacto iniicitur onus debitori cenſus, ad quod ex natura contractus non tenetur. Onus enim eſt à ſuis ſedibus reuocari *l*. 7.*ff. quemad.teſt.aper*. & proinde illicitam, & iniuſtam eſſe hanc conuentionem inter homines diuerſi fori ſentiunt Felician. *in d. cap. vlt. n*.6. *verſ. quocirca*. Roderic. *loc. cit. n*. 4. vbi ait id præſertim obtinere, ſi magna eſt locorum diſtantia, Vgolin. *in d. cap*. 45. §. 21. *n*. 2. Cenc. *in d. quæſt*. 86. *n*. 18. Maſtrill. & Duard. *loc. cit*. & Auendan. *de cenſ. Hiſpan. cap*. 92. *n*. 6. vnde videtur hæc communis diſtinctio.

Sed Anton. Gomez Iun. *in lib. de cenſ. cap*. 3. *n*. 30. *&* 31. 33
ſecutus Molinæum contendit iſtiuſmodi pactum valere. Nam inquit, licet reſpectu venditoris videatur hæc conuentio

illius onus continere, exinde tamen emptor nihilo ſit locupletior: ne accipit quicquam vltra legitimum reditum à lege conſtitutum. Neque obſtare conſtimtionem Pij V. quia accipiendam eſſe potat de iis oneribus, quæ cohærent ipſi contractui ſine mora debitoris, vt ſi vectigal ſoluendum ſit ab emptore cenſos, proculdubio illicita eſt pactio, vt à venditore ſoluatur: quemadmodum inutilis eſſet conoentio, vt exemplom ſcripturæ ad cooſeruationem iuris emptotis, Hiſpani *el traſlado* vocant, ſumptibus venditoris extrahatur: cæterùm expeoſas, quæ fiunt pto ſolutione penſionis, & ob culpam debitoris non eſſe onera contractus, & ideo in pactum poſſe deduci, vt illas venditor ſuſtineat, cùm de iore ad eas teneatur ex regula *l. properandum, §. ſin autem, C. de iudic.* Denique quamuis conſtitutio D. Pij vetet, oe intereſſe lucri ceſſantis in pactum deducatur, tamen id, qnod intereſt ratione damni emergentis ſemper peti, & exigi poteſt, quia nihil vltra ſortem recipit creditor, ſed id tantum agit, ne ſit in damno, & ſumptibus itineris, & aliis, qui in traiectione pecuniæ fieri ſolent, penſio debita minuatur. Ita diſſerit Gomez. *loc. cit.* & Roder. *in d. quæſt. 6. n. 6. & ſeq.* quorum ſeorentiam iuuare aliquantulum videntur verba conſtitutionis, quæ ait, *annullamus pacta continentes ſolutiones, onerum, &c.* & proinde hæc prohibitio noo videtur pertinere ad conuentionem, de qua agitor, quia cùm debitor cogitur deferre penſionem ad domicilium creditoris, quamuis hoc illi graue, & diſpeodioſum ſit, non tamen propriè dicitur ſoluere onera, vt loquitur conſtitutio, ſed ſumptus facere, & pati, quæ ſunt diuerſa.

34 His tamen non obſtantibos puto communem ſenteotiam retinendam eſſe. Animaduerti enim vtrumque auctorem imbutos à Molinæo multa dicere, à verò alieoa ſuot. Primo enim falſum eſt, quod aiunt conuentionem hanc non eſſe pretio æſtimabilem ex parte emptoris, illúmque ex ea io nihilo locupletiorem fieri, quia hac ratione gratis liberatur ſomptibus, & periculis traiectionis pecuniæ, quæ ipſe ex iure, & ex natura contractus ſubire debuit, vt notat Auendan. *in d. cap. 92. n. 6.* & probatur etiam qoia quælibet coaditio continens emptoris vtilitatem eſt pretio æſtimabilis, & auget rei pretium *l. fundi part. 72. de contr. empt. l. ſi vend ff. de ſeru. export.* Pinell. & Couarr. apud euod. Gomez. *loc. cit. n. 27. verſ. ſecunda regula eſt.* & Frider. Martin. *in d. c. 6. n. 196. & 210.* & nos aliis locis adnotauimos. Et conſta ex his, quæ in mutui dationibus recepta ſuot, facta ſcilicet, & obſequia, quæ æſtimationem recipiuot, ex mutuo ſtipulati illicitum eſſe, vt tractatom eſt *quæſt. 16.*

Præterea falſum eſt quod dicunt expenſas, de quibus agitur, deberi ex culpa debitoris, & proinde ad illas iure teneri, quia hic quæritur de ſumptibus, quos debitor virtute huius conuentionis ſubire cogitur etiam ſine illius culpa vel mora: cùm ſuą die, & antequam ſit io mora obligetur ſuis ſumptibus penſionem deferre ad domum, & domicilium creditoris, qoos ſumptus debitor ex natura contractus ſubire non tenetur, vt dictum eſt *ex d. l. item illa, 18. ff. de conſtit. pecun.* nihilque ad rem pertinet *d. l. properandum*, qua Gomezius vtitur, quia eſt de expenſis, quibus multantur contumaces, & temerè litigantes, quod à noſtra quæſtione alienum eſt.

Neque obſtat, quod dicitur damnum emergens licitè ſtipulari, & paciſci poſſe etiam poſt conſtitutionem Pij V. quia eius tantùm damni emergentis ratio haberi debet, quod creditor culpa, & mora debitoris ſui pati, & ſubire cogitur *l. 2. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc.* non autem eius, quod ipſemet creditor ex ioſtitia & natura contractus facere tenetur: alioqui & ſumptus inſtrumenti, & contractus vectigalia, & proxeneticum, ſi quod ſolutum eſt, in venditorem ei reiicere liceret, quod tamen prohibitum eſt vel ipſo Gomezio teſte *eod. loc.* & Roderico *in d. q. 6. n. 8.* Neque magis obiicere poteſt dominus cenſus veoditori, qood illius cauſa cogatur ſumptus itioeris facere, & ad illius domicilium proficiſci, quàm venditor emptori, cùm eſſent diuerſi fori, dum cootractus celebratus eſt, ideoque emptor ſi hos ſumptus facere nolebat, cum foreoſi contrahere non debuit. Sibi ergo huiuſmodi ſumptus reputare debet, non io veoditorem reiicere.

35 Denique oihil mouet, quòd conſtitutio D. Pij loqoatur de ſolutione onerum, quia accipienda eſt de qoalibet iniuſta expreſſione, & reiectione onerum in eum, qui de iure, & ex natura contractus illa præſtare non tenetur, alioquin multa facta oneroſa, & incommoda debitori, & quæ ſine illius ſumptu explicari non poſſunt, paciſci liceret, io quibus non dicitur venditor quicquam emptori ſoluere, vt ſi conueniat, vt venditor teneatur emptorem, & famulos eius hoſpitio excipere, commodare illi equum, colere agrum, & alia huiuſmodi, quæ vtilitatem emptoris continent, quæ in contractu cenſus extorquere non licet ex ſententia omnium, & præſertim Nauarr. & Virgin. *loc. cit.* & Vgolin. *in d. §. 13. in fin.* Neque verba conſtitutionis omnino repugnant, quia ſoluendi verbum latè patet *l. ſi rem alienam, §. 3. ff. de pignor. act.* & ſoluere etiam eum dicimus, qui fecit, quod facere promiſit *l. 176. de verb. ſign.* vt etiam dicitur accepiſſe pecuniam, qui aliquid omnino compendij ſenſit *in l. 3. in princ. ff. de calumn.*

Sanè ſi de expenſis quæritur, quas creditor cenſus facere cogitor culpa debitoris, & ob illius moram, vt ſi fortè coactus fuit penſionem io iudicio perſequi, fateor iſtiuſmodi expenſas deberi, & in pactum deduci poſſe, vt ipſi Gomez. & Roderic. ſentiunt, & nos diximus *q. 88. n. 14.* ſed hoc egreditur fines quæſtioois noſtræ, in qua tantùm quærimus, an valeat conuentio, vt debitor teneatur penſionem referre in domum creditoris, quando ſunt diuerſi fori, & nos cum recepta ſenteotia dicimus non valere, quia in contractu cenſus prohibitum eſt quid oneris in venditorem reiicere, ad quod de iure, vel ex natura contractus non obligatur, vt reiectis rationibus Gomezij, & Roderici demonſtratum eſt. † Quo- 36
rum tamen ſeotentia recipi poſſet, ſi fortè reditus emptor, cùm eundem reditum iiſdem conditionibus emere potuiſſet ab aliquo, qui erat eiuſdem fori, & domicilij, vt venditori morem gereret, exterum hominem prætulerit: nam tunc rectè ſtipulari poteſt, vt indemnis ſeruetur, vt tradit idem Roderic. *d. quæſt. 6. n. 6.* & Frideric. Martin. *loc. cit. n. 392.* vbi hanc ſententiam tribuit Molinæo à cuius lectione ſemper abſtinui propter metum cenſurarum. Et ſententiam Martini refert neque improbat Duard. *§. 3. quæſt. 9. n. 32.*

37 Cæterum ſi pactiones huiuſmodi, quibus ſcilicet onera in eum reiiciuntur, qui ex natura contractus ad illa non tenetur, io contracto cenſus adhibeaotur, noo tamen euertitur contractus, ſed ſuſtinetur reiecto pacto, vt rectè ſentiunt Gutierr. *pract. quæſt. lib. 2. c. 176.* Felician. *lib. 1. cap. 10. n. 28. verſ. clauſulæ vero.* Auendan. *de cenſib. cap. 28. n. 7.* Ioan. Franciſc. Leoo. *loc. cit.* Cenc. *quæſt. 58. in fin.* & nouiſſimè Duard. *§. 6. quæſt. 15. num. 30.* & cenſuit Rota poſt tractatum Cencij, & Duardi *in dec. 146. n. 11.* nimirùm quia hæc pactio non transfert contractum in aliam ſpeciem. Neque ſubtrahit rationem venditioois: denique non repugnat formæ, quæ in pretio, & prædio conſiſtit, qua ſeruata contractus ſubſiſtit reiecto pacto, vt expendit Rota *in d. dec. 146. n. 6.* † Vnde 38
fallitur Vgolin. *in d. §. 13. n. 3. in princ.* dum ſcribit ob iſtud pactum contractum vſurarium ceoſeri, quia conſtitutio improbat pactum duntaxat, non autem cootractum. Nam clauſula illa conſtitutionis, *contractúſque ſub alia forma, &c.* quæ mouit Vgolinum, ad ea tantùm refertur, quæ ſuot de forma contractus, quæ io pretio & prædio poſita eſt, vt dixi, non autem ad ſiogula pacta, quæ hac conſtitutione prohibeontur, vt conſiderat Rota *in d. dec. 146. n. 5. & 6.* Gutier. *in dict. cap. 176. num. 5.* Sigiſm. Scacc. Cenc. Duard. & alij, quos ſecutus ſum *quæſt. 62. n. 6.* cuius clauſulæ ſenſum cùm male perceperit Vgolinus, exiſtimabat quodcunque pactum hac conſtitutione prohibitum cenſum fœneratitiom reddere, quod tamen falſum eſt, & à meote ſummi Pontificis alienum, vt ſuis locis adnotatum eſt.

39 Sed quoniam Caroli Molinæi hoc capite & aliis locis à nobis mentio facta eſt, placet hîc ſubiicere, quod de illo apud auctorem quendam ſcriptum inueni Carolum ſcilicet Molinæum tot librorum ſcriptorem, & qui ſuis additionibus multos booos libros fœdauit, & aduocatum magni nominis nihil ex tot laboribus, & vigiliis redegiſſe, & conductas ædes habitaſſe. Ita enim de illo ſcripſit Stephanus Paſchaſius Iuriſconſult. & Poëta Pariſienſis Epigramm. *lib. 2.*

Hic iacet ille fori Molinæus gloria noſtri.
Hic iacet antiqua laúſque decúſque toga.

Vidimus

Digitized by Google

Vidimus hunc operam multo nauare clienti.
Vidimus hunc ipſis ſcribere cauſidicis.
Sacri ergo ingentes auri cumularat aceruos?
Propria non domus huic, qua recubaret, erat.

Quod commorare volui, non vt Molinæi memoriæ faueam: ſed vt ſciant ij, qui ſcribendi libidine vexantur, id maximè ad rem faciendam impedimento eſſe. Quod quidem cum magna rerum mearum iactura expertus ſum.

QVÆSTIO LXV.

De pactis auferentibus, vel reſtringentibus facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam.

SVMMARIA.

1 *Pacta auferentia, vel reſtringentia facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam ſunt prohibita.*
2 *Æquum eſt vnicuique liberam eſſe rerum ſuarum alienationem.*
3 *Alienationibus rerum validè adiicitur pactum, vt nulli alij, quam mihi vendas.*
4 *Vt etiam in cenſibus reſeruatiuis, & emphyteuſi & c. 9.*
5 *Pactum auferens libertatem alienandi quare in cenſu ſit prohibitum.*
6 *Pactum, vt res non poſſit alienari niſi in dominum cenſus, an ſit prohibitum.*
7 *Cencij ſententia licitum eſſe.*
8 *Auctoris ſententia nunc illicitum eſſe.*
9 *Venditor licitè paciſcitur, vt nulli alij res vendi poſſit.*
10 *Pactum vt res cenſui oppoſita non niſi domino cenſus vendi poſſit, de iure communi valet.*
11 *Pacto, vt non niſi domino cenſus vendere liceat magis reſtringitur libertas alienandi quam ex iure prælationis.*
12 *Pactum vt ſine conſenſu domini cenſus res alienari non poſſit, eſt prohibitum.*
13 *Pactum vt dominus cenſus rem cenſualem retrahere poſſit certo pretio, eſt nullum.*
14 *Etiamſi pretium iuſtum fuerit.*
15 *Pactum, vt non niſi redempto cenſu res poſſit alienari, illicitum.*
16 *Pactum, vt in caſum alienationis rei cenſitæ laudemium præſtetur, illicitum.*
17 *Pacta reſtringentia quomodocunque facultatem alienandi rem ſuppoſitam non valent.*
18 *Pactum ne rei potentiori vendatur, an valeat.*
19 *Cenſus contractus emptio, & venditio, & bonæ fidei.*
20 *Cenſuali contractui ineſt, ne quid fiat in fraudem emptoris.*
21 *Molinæ & Duardi ratio reiicitur.*
22 *Quilibet re ſua abuti poteſt, non autem in damnum alterius.*
23 *Pactum, vt poſſeſſor vendere cupiens teneatur admonere dominum cenſus, valet.*
Vt etiam valida eſt pactio, vt dominus cenſus præferatur eodem pretio.
24 *Dominus cenſus iuri prælationis renunciare poteſt.*
25 *Dominus cenſus vicinis, & conſanguineis non præfertur.*
26 *Neque illis, qui ex contractu ius retrahendi habent.*
27 *Laudemij ius non eſt ſublatum, ſi debetur alia ratione quam cenſus.*
28 *Pactum quo aufertur, vel reſtringitur facultas alienandi rem cenſui ſuppoſitam, vitiatur, & non vitiat contractum.*
29 *Cenſualis res poteſt liberè alienari pacto non obſtante.*
30 *Cenſus onus reale, & ſequitur rem.*
31 *Poſſeſſor pro cenſibus nulla facta excuſſione poteſt conueniri.*
32 *Poſſeſſor rei cenſualis recognoſcere tenetur.*
33 *Poſſeſſori fundi cenſualis liberum eſſe debet eum dimittere.*
34 *Dominus cenſus poteſt rem cenſualem venditam retrahere eodem pretio.*
35 *Dominus cenſus rem retrahere cupiens non poteſt communem æſtimationem offerre.*
36 *Duardi contraria ſententia reiicitur.*
Dominus directus tenetur offerre pretium quod ab alio recipi poteſt.
37 *Niſi in fraudem illius maius pretium dictum ſit.*

PRÆTEREA idem D. Pius V. prohibuit pacta auferentia, vel reſtringentia facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, vt adnotarunt Nauarr. *in comm. de vſur. n.* 117. Virgin. *de cenſ. part.* 1. *num.* 8. & 57. Felician. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. Molin. *in diſp.* 390. *num.* 8. Vgolin. *de vſur. cap.* 45. § 2. Molfeſ. *tract.* 12. *cap.* 6. *num.* 113. & alij apud Duard. *in comment. d. conſtit.* §. 4. *quæſt.* 3. *n.* 4. Scortia *Theor.* 264. Quæ prohibitio fauore venditoris inducta eſt, & rationem habet, quia cùm venditor etiam poſt venditionem cenſus rei ſuæ plenum dominium retineat, † æquum etiam eſt, vt illi liberum ſit rem ſuam vendere, & alienare, non tantùm inter viuos, *l.* 21. *C. mand.* & *l.* 2. *ff. ſi à parent. quis manumiſſ. ſit.* vbi Gaius ait *iniquum eſſe ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem,* ſed etiam in vltima voluntate *l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* quæ ait *nihil eſſe quod magis hominibus debeatur quàm vt ſupremæ voluntatis liberum ſit arbitrium.* Vnde receptum eſt non valere pactum, vt quis rem propriam alienare non poſſit inuito altero *l. pen. ff. de pact.* Fuſar. *quæſt.* 674. *n.* 1. Vnde meritò D. Pontifex prohibuit pacta, quæ auferunt, vel reſtringunt facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, voluitque ſemper, & liberè tam inter viuos, quàm in vltima voluntate alienari poſſe. † Validè quidem alienationibus aliarum rerum adiicitur pactum, *vt nulli alij quam mihi vendas*, vt ait *l. ſi ſterilis,* 22. § *ſed & ſi. ff. de act. empt. l. qui fundum,* 75. *ff. de contr. empt.* Neque improbantur hæc & ſimilia pacta in diuiſionibus, vt cùm hæreditaria & communia prædia diuiduntur inter cohæredes *l. qui Romæ,* 122. §. *cohæredes, ff. de verb. obligat.* quia diuiſio permutationis, & venditionis vicem obtinet *l.* 1. *C. comm. vtriuſque iudic.* Franc. de Cald. *de vniuerſ. iur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 7. Siebard. *in l.* 14. *num.* 4. *C. fam. erciſc.* † Vt etiam hoc pacti genus auferens vel reſtringens facultatem alienandi in cenſibus reſeruatiuis receptum eſt, vt tradit Auendan. *de cenſib. cap.* 85. *n.* 1. & Duard. *in d.* §. 4. *quæſt.* 3. *num.* 17. vt etiam in conceſſione emphyteuſis, vt iidem auctores tradunt. 1 2 3 4

Sed hæc & ſimilia pacta in hiſce contractibus recepta ſunt, quia in illis res, & prædia ea lege traduntur, & dimittuntur, ne alienari poſſint, vel vt non niſi huic vel illi vendere liceat: & æquitas non patitur venditorem vel ſocium, & eum, qui dedit, ſua ſpe fruſtrari, vt ſcribit Zoano. *lib. de empt. & vendit. cum pact. n.* 88. & conſtat ex *l. vlt. C. de pact. int. empt. & vend.* quæ ait *ferendum non eſſe venditorem, vel eum, qui alio titulo rem ſuam alienauit, hac in re decipi & captionem pati, qui niſi tali conuentione fretus rem ſuam dimiſſurus non fuit.* Et in traditionibus rerum quodcunque pactum valere certiſſimum eſt *l.* 48. *ff. de pact. l. reb. C. de rer. permut.* & *l.* 3. *C. ſi ſeru. export. ven.* ex qua conſtat ſeruum contra pactum venditionis manumitti non poſſe, tametſi libertas res ſit fauorabilis. Verùm in emptione reditus annui res cenſualis non traditur venditori: ſed his pactis, & conuentionibus emptor inijcit onus rei alienæ, & proinde cùm hæc diſſimilia ſint, quod in alienationibus aliis recipitur, in venditionibus redituum meritò prohibitum eſt, quia vt rectè monebat Felician. *in d. c.* 10. *n.* 7. in hoc contractu cenſus non temerè admittenda ſunt quælibet argumenta ducta ex ratione aliorum contractuum. 5

Et nihilominus Cencius, cuius in hoc tractatu magna auctoritas eſt *part.* 2. *c.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 4. nunc *quæſt.* 56. *n.* 6. & 7. exiſtimauit pactum, vt res cenſui obnoxia nõ poſſit in alium alienari, quàm in ipſum dominum cenſus, ex iure communi licitum eſſe: neque conſtitutione Pij V. prohiberi. Iure quidem hoc pactum receptum eſſe ex *d. l. ſi ſterilis,* §. *ſi tibi. de act. empt.* & *l. qui fundum,* 75. *ff. de contrah. empt.* quibus definitum eſt ex pacto, quod non liceat rem alteri vendere, ſi contra fiat, dari actionem ex empto: idque probari etiam ex *l. ſi quis ua.* 135. §. *ea leg. ff. de verb. oblig.* & *l. ea leg. C. de cond. ob cauſ.* & ex his, quæ ſcribit Zoan. *loc. cit. n.* 87. & *ſeqq.* idque fateri Felician. *in d. c. vlt. n.* 7. Neque etiam repugnare conſtitutioni D. Pij, quia prohibet duntaxat ea pacta, quibus reſtringitur 6

facultas alienandi rem cenſui ſuppoſitam, quod non ſit in
pacto, de quo quæritur, quo ſcilicet agitur, vt poſſit fieri
alienatio ſed in dominium cenſus. Denique ea eadem conſti-
tutione pactum hoc permiſſum videri, dum iubet, ſi fortè
res cenſui obnuaia venalis ſit, dominum cenſus aliis omni-
bus præferri, eique denunciati conditiones omnes, quibus
vendenda ſit, & per menſem expectari. Quamobrem cùm pa-
ctum huiuſmodi non arctet venditorem cenſus ad venden-
dum nec illum prohibeat, quo minus vendere poſſit, dicen-
dum eſt non repugnare conſtitutioni Pij V. & cum ea iure
ciuili in aliis rebus ſit permiſſum, neque Felicianus ſpecia-
lem rationem afferat, ex qua in contractu cenſus illicitum
videatur, concludendum eſt hoc pactum licitum eſſe. Ita ad-
uerſus Felicianum diſſerit Cencius *loc. cit.* quem ſecutus eſt
Duard. *in d. §. 4. quæſt. 6. num. 1. & 3.*

7 Sed his non obſtantibus puto hoc pactum nunc illicitum
eſſe, & Felicianum immeritò à Cencio reprehendi, quia ob-
ſeruandum eſt pactionem de qua agitur, non adiici rei, quæ
venditur in creatione cenſus, ſed rei, quæ cenſui ſubiicitur:
cuius dominium apud venditorem cenſus perſeuerare certiſ-
ſimum eſt, vt paſſim docet Cencius, & Mulina *diſp. 190. n. 8.*
& Gratian. *diſcept. forenſ. c. 4. n. 7.* vnde licet, is, qui agrum,
vel aliam rem vendit, licitè paciſci poſſit, vt ſi emptor agrum
alienare velit, nulli alij, quàm ſibi vendere valeat, à quo res
profecta eſt: & ſi contra fiat, eo nomine actio ex vendito
competat venditori *d. l. ſi ſterilis, §. ſed & ſi. ff. de act. empt.* &
aliis, quia hæc pactio quaſi in partem pretij eſt: & in tradi-
tione rei meæ quodcunque pactum regulariter addere mihi
licet, vt dictum eſt, non eſt tamen eadem ratio, quia in con-
ſtitutione cenſus emptor iniicit hoc onus rei cenſui oppoſitæ,
quæ aliena eſt, aufertur venditori libertas rei ſuæ alienandæ,
cui voluerit, quod iniquum, & durum eſt *d. l. 2. ff. ſi quis à pa-
rent. manum. l. 9. ff. rer. amot. l. pen. ff. de pact. & l. dudum, C. de
contrah. empt.* niſi aliunde illud onus compenſetur, vt rectè
expendit Felic. *loc. cit. n. 4.* Binsfeld. *in c. in ciuitate, quæſt. 11.*
8 *concluſ. 14. de vſur.* † Vnde non rectè Cencius, & Duard. *ex
d. l. ſi ſterilis, de act. empt. & l. qui fundum, 72. de contr. empt.*
inferunt huiuſmodi pactum emptionibus redituum addi poſ-
ſe fauore emptoris, quia hæc iura ſunt de pactis appoſitis
venditioni fauore venditoris, qui poteſt rei ſuæ, quam vult
legem dicere, & qui non aliter rem ſuam diſtracturus fuit.
Vt etiam *d. l. ſi ita. 135. §. ea lege, de verb. oblig. & l. 3. C. de
condict. ob cauſ.* ſunt de rebus ea lege donatis, ne alienentur.
Quare ex his locis magis colligi videtur pactiones huiuſmo-
di adiici poſſe fauore vẽditoris, vt ſcilicet emptor ipſi potius,
quàm alteri cenſum vendere teneatur, ſi fortè eum aliquan-
do ſit diſtracturus. Hoc enim pactum conſtitutiona D. Pij
non prohibetur, quia prohibet duntaxat pacta, quæ auferunt
vel reſtringunt facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam,
non ipſum cenſum. Proinde poterit venditor id paciſci, &
pactum veluti nulla lege, aut conſtitutione prohibitum ſer-
uandum erit *l. 1. & 7. §. ſi paciſcar. ff. de pact. & l. contract. de
reg. iur.* niſi dicamus id paciſci ſuperfluum eſſe, cùm poſſit
9 venditor quandocunque cenſum redimere. † Vel potius in-
ferri poſſe hæc & ſimilia pacta in cenſibus reſeruatiuis, &
conceſſionibus libellariis rectiſſimè apponi: ſiquidem in his
etiam res traditur, & transfertur: & proinde poteſt dominus
rei ſine fraude hæc & ſimilia paciſci *d. l. vlt. C. de pact. int. empt.
& vend & l. 2. & 3. C. de donat. quæ ſub mod. vel condit.* Sed in
conſtitutione cenſus conſignatiui, de quo quærimus, præ-
dium ab emptore non traditur, neque transfertur: ſed con-
ditionem hanc iniicit rei alienæ: & proinde cùm ſit diuerſa
ratio non poteſt ab vno genere contractus ad aliud inferri.
10 † Denique ex illis iuris locis tantùm deduci poteſt ex iure
communi pactum illud cenſibus adiici poſſe, quia vt dicitur
in d. l. contr. pacta dant legem contractibus: & vt ait Vlpian.
in d. l. 7. §. 14 de pact. in omnibus, quæ non ad publicam læ-
ſionem ſed ad rem familiarem reſpiciunt, paciſci licet, *&
quæſt. præced. n. 37.* diximus pacta etiam iniuſta ſeruanda eſ-
ſe, quia ſatis eſt ita contrahentibus placuiſſe. Sed nos verſa-
mur in terminis conſtitutionis Pij V. ex qua pacta omnia
prohibentur, quibus aufertur vel reſtringitur facultas alie-
nãdi rem cenſui ſuppoſitam. Vnde licèt admittamus pactum,
de quo quæritur, ex iure communi contractui cenſus adiici
poſſe, tamen negari non poteſt nunc conſtitutione D. Pij pro-
hiberi: & ideo tanquam contra legem Pontificis ſeruandum
non eſſe *d. l. 7. § at prætor. & §. & generaliter, & lib. C. de pact.*
quia conſtitutio non tantùm vetat pacta auferenda faculta-
tem alienandi rem cenſui ſuppoſitam: ſed etiam ea, quæ hanc
facultatem reſtringunt, & minuunt, cuiuſmodi proculdubio
eſt pactum, de quo quæritur. Quis enim neget pactum *vt
nulli alij quàm mihi vendas*, reſtringere facultatem alienandi: &
quod conſequens eſt repugnare conſtitutioni D. Pij: certe
intelligi non poteſt, quin anguſtior, & reſtrictior fiat facul-
tas venditoris cenſus in diſpoſitione rei ſuæ, quoniam ante
contractum potuiſſet cuilibet vendere, poſt contractum verò
hoc pactu addito vni emptori duntaxat vendere poteſt, ob-
ſtrictus ſcilicet aſperitate huius pactionis, & proinde quid-
quid tenent Cencius, & Duardus, certum eſt hoc pactum
reſtringere facultatem, & arbitrium alienandi rem cenſui
ſuppoſitam, & conſequenter nunc id paciſci non licere. † 11
Neque ex eo, quòd conſtitutio iubet, vt ſi fortè res cenſua-
lis vendenda ſit, dominus cenſus aliis omnibus præferatur,
eique renuncientur omnes conditiones futuræ venditionis,
rectè colligitur licitum eſſe paciſci, vt non alij, quam domi-
no cenſus res vendi poſſit, ex eo, quod hac pactione addita
facultas alienandi non reſtringitur pluſquam ipſa conſtitu-
tione permiſſum eſt, vt inquit Duard. *loc. cit. n. 2.* Nam ex eo,
quod dominus cenſus prælationem habet, & ius retrahendi,
non reſtringitur alienandi facultas, quæ proculdubio mi-
nuitur, cum actum eſt, vt nulli alij, quam domino cenſus
vendere liceat, vt diſſerit Felician. *in d. cap. 10. n. 8.* vbi ait
hac ratione defendi poſſe conſuetudines vel ſtatuta deferen-
tia conſanguineis, conſortibus, vel vicinis ius retractus, quia
ſcilicet ex ea conſuetudine, vel ſtatuto non cogitur quis ven-
dere magis conſanguineo, conſorti, vel vicino quam extra-
neo: ſed liberè poteſt quibuſcunque voluerit vendere, &
quem vult emptorem quærere, qui interdum vel ratione vi-
cinitatis, vel opportunitatis, vel ex propria facilitate, & inſa-
nia poteſt ingens pretium offerre, ſolum autem fit, vt rem
melioribus conditionibus, quibus dominus potuit, alienatam
poſſit conſanguineus, conſors, vel vicinus reſtituto eodem
pretio reuocare: & hoc conſideraſſe Tiraquell. *in præfat. de
retract. num. 16. & 21.* vt etiam Maſtrill. *in addit. ad Gregor.
quæſt. 7. num. 27.* ex quibus conſtat ex eo, quòd Pontifex iu-
bet dominium cenſus aliis emptoribus præferri, vel non
reſtringi facultatem alienandi, vel ſaltem non adeo reſtrin-
gi, ac minui, vt reſtringitur per pactum, vt non niſi domino
cenſus vendere liceat, quia per conſtitutionem poteſt domi-
nus rei quærere emptorem, quem ſors obtulerit, & fortaſ-
ſe qui magno pretio rem comparare velit, vel quia res ma-
iorum fuit, vel ex aliis cauſis, quibus ſolent homines plu-
ris emere, vt *in l. ſi in emptionem, ff. de minor. l. lex. quæ. C.
de adminiſtr. tutor.* & aliis apud eund. Tiraquell. *loc. citat.
num. 46.* Quod totum aufertur venditori cenſus aſperitate
huius pactionis, qua rem venditurus tenetur vni emptori
vendere, qui hac conditione fretus poteſt venditoris ne-
ceſſitate abuti, & non niſi iniquo pretio rem comparare
velle. Vix enim è millibus vnus res ſuas præſertim immo-
biles vendit, niſi neceſſitate prematur, vt inquit idem Tira-
quell. *loc. cit. num. 28.* Quare concludendum eſt huiuſmodi
pactum veluti reſtringens facultatem alienandi, captioſum
venditori nunc illicitum eſſe.

Quærit etiam Cenc. *in d. art. 4. ſeu quæſt. 56. n. 10.* an valeat 12
pactum, vt venditor reditus annui rem cenſui ſuppoſitã alie-
nare non poſſit ſine conſenſu, & licẽtia domini cenſus, & pu-
tat pactum valere, & etiam nunc licitum eſſe, & ita ſenſiſſe
Sot *de iuſt. & iur. l. 6. q. 5. art. 2.* & Frider. Matt. *de var. cenſ. c. 6.
n. 378.* qui ait hoc pactum non eſſe vſurarium. Sed verius eſt
ex conſtitutione D. Pij pactionem hanc inutilem & illici-
tam eſſe, quia conſtitutio iubet, vt nullo pactu venditor
cenſus priuetur libera facultate alienandi rem cenſui ſup-
poſitam, cui voluerit, qua profectò priuatus, ſi ei non ni-
ſi cum conſenſu, & licentia domini cenſus alienare liceat:
& ita Theologi frequentius docent, vt Nauarr. *in dict. com-
ment. de vſur. num. 9.* Mulin. *d. diſput. 390. num. 8.* Salon
art. 3. de cenſib. controuerſ. 15. Binsfeld. *in d. cap. in ciuitate,
quæſt. 12. concluſ. 14. in fin.* Salas *de cenſib. dub. 17. numer. 5.*

Molſeſ,

Digitized by Google

Molfeſ. *de contract. cap. 6. n.* 113. Vgolin. *in d.* §. 2. *n.* 10. Ioan. Franc. Leon. Theſaur. *for. Eccleſ. part.* 2. *c.* 15. *n.* 29. vbi ait pactum hoc eſſe contra naturalem æquitatem & nouiſſime Scott. *d. Theor.* 267. *in fin.* Duard. *in d.* §. 4. *q.* 5. *n.* 3. & ex iuris peritis Frider. *loc. cit. n.* 381. & Felic. *in d. cap.* 10. *in princ.* vbi ait ſummum Pontificem aperte conſtituiſſe conuentionem hanc irritā eſſe Neque turbat auctoritas Soti,& Martini,quia non loquuntur in terminis conſtitutionis D. Pij. Nam Dominic. de Soto ante illam ſcripſit: & Frideric. *eod. loc.* apertè ſenſit pactionem hanc conſtitutioni D. Pij repugnare, animaduertens enim illam obſtare ſuæ ſententiæ ſubiicit ſtatim hanc clauſulam. *Porro Bulla Pij V. in qua contrarium conſtituitur, vſu recepta non eſt.* Quod miror Cencium non animaduertiſſe.

13 His conſequenter dicendum eſt inutilem eſſe pactionem, vt dominus cenſus rem cenſualem, ſi fortè alienetur, poſſit retrahere certo pretio. Sanè non me latet hoc genus pacti probare Cenc. *loc. cit. n.* 12. & poſt Cencium, Duard. *in dict. quæſt.* 5. *n.* 4. quia vt inquit Cencius, hoc videtur congruere conſtitutioni Pij V. quæ iubet dominum cenſus aliis emptoribus omnibus præferri: & vt inquit P. Duardus, cùm conſtitutio exigat duntaxat, vt conditiones denuntientur domino cenſus, quibus res vendenda ſit, ac de pretio nihil conſtituat, proculdubio non fiet contra eius diſpoſitionem ſiue pro eodem pretio, ſiue pro alio inter ipſos conuento res retrahatur, & nihilominus non puto mutandā eſſe ſententiam, quia cùm poſſit facilè contingere, vt dominus rei inueniat emptorem, qui maiori pretio rem emat, & melioribus conditionibus, quàm fuerit inter emptorem,& venditorem cenſus conuentum, conſequens eſt, vt non tantùm minuatur ei facultas alienandi maiore pretio, quo potuerit, ſed etiam in eum præter naturam contractus reiicitur onus vendendi rem ſuam certo pretio, quod eſt pecunia æſtimabile, & eadem conſtitutione prohibitum vt tractatum eſt *quæſt. prox. præced.*

14 † Et licèt Duardus temperet opinionem Cencij hac cautione addita, *dummodò pretium ſit iuſtum*, tamen puto nec etiam cum hac cautione pactum admittendum eſſe, tum quia poſſet dominus rei pluris vendere: tum etiam quia onus eſt adigere aliquem, vt rem vendat etiam iuſto pretio *l.* 70. *ff. de rei vendic. l.* 9. *ff. rer. amot. & l. ſi æquo, de leg.* 1. Felician. *in dict. cap.* 10. *n.* 12. *in fin.* vbi ait id paciſci in mutuo vſuram formalem eſſe, vt etiam Roderic. *lib.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 18. Neque mouere debet, quod Pius Pontifex decreuerit emptorem cenſus aliis omnibus præferri, & ideo pactum hoc non coërceat facultatem alienandi pluſquam ſanctione Pontificis reſtricta ſit, quia perſpicuum eſt pactum huiuſmodi plus iuris tribuere emptori, quia virtute huius pacti non tantùm præfertur, ſed etiam cogere poteſt venditorem cenſus, vt rem dimittat certo pretio, quod plus eſt quàm præferri. Nam iure prælationis rem eodem pretio, iiſdem conditionibus capere cogitur, quod illi per conſtitutionem conceſſum eſt: iure verò conuentionis rem reuocare, poſſet pretio conuento, quod minus fortè erit. Conſtat igitur pactum plus tribuere emptori, & conſequenter illicitum eſſe.

15 His conſequenter dicendum eſt illicitam eſſe conuentionem, vt non liceat rem cenſui obnoxiam alienare, antequam cenſus redimatur: vel vt in caſum alienationis prædij cenſualis cenſus redimi debeat, vel pretium reſtitui. Ita docuit Nauarr. *loc. cit. n.* 115. Virgin. de Boecat. *part.* 2. *num.* 34. Vgolin. *in d. cap.* 45. §. 2. *num.* 6. & 7. & multis argumentis oſtendit Maſtrill. *loc. cit. n.* 26. idémque docuit Cencius *in d. quæſt.* 56. *n.* 5. & Duard. *in d. quæſt.* 3. *n.* 9. quia his & ſimilibus pactis reſtringitur ius alienandi, quod venditori cenſus liberum eſſe debet: atque etiam quia ex eadem conſtitutione Pontificis prohibentur omnia pacta, quibus vel ob pœnam, vel aliam cauſam venditor cogitur cenſum redimere, & pretium reſtituere, vt ait Cenc. *loc. cit.* & tractat *quæſt.* 60. & nos diximus *quæſt.* 68.

16 Vt etiam ex conſtitutione D. Pij prohibentur pacta, quibus id agitur, vt in caſum alienationis rei cenſitæ domino cenſus laudemium vel quid aliud præſtari debeat, quia hæc & ſimilia pacta in contractu cenſus iniqua ſunt, cùm laudemiū, & quinquageſima domino ipſius rei duntaxat debeatur, à quo res proficiſcitur *l. vlt. C. de iur. emphyt.* Felician. *d. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 93. *in fin.* Manent. *de contract. libell. pact.* 9. *n.* 9. Vgolin. *in d.* §. 2. *num.* 12. Molin. *in d. diſput.* 390. *num.* 8. Mercat. *de contract. tit. de camb. cap. vlt. num.* 8. vbi ait conditionem hanc eſſe iniuſtiſſimam, & alij Theologi apud Salas *de cenſib. dub.* 29. qui tamen conſentiunt huiuſmodi pacta ex natura rei non eſſe illicita, ſi iuſto pretio compenſentur: quod etiam docuit Duard. *in d.* §. 4. *quæſt.* 7. *n.* 9. & 10.

Quæ prohibitio porrigitur etiam ad pacta auferentia, vel 17 reſtringentia facultatem alienandi partem rei: & ad pacta quibus id agitur, vt venditor cenſus non ſemper eam alienare poſſit, ſed vel intra biennium aut triennium, & non deinceps, vel poſt biennium aut triennium, & non antea, & vt vni tantùm, non duobus, vel tribus vendere liceat. Nam non minus libera ei eſſe debet rei ſuæ alienatio, quàm ſi cenſum non vendidiſſet: vt ergo ante conſtitutionem cenſus poterat quandocunque vel totam, vel partem vendere: ita poſt venditionem cenſus id ei liberum eſſe debet *arg. l. quæ de tota, ff de rei vend.* & in ſpecie ſcribit Vgolin. *in d.* §. 2. *n.* 49. & 11. & Duard. *in d. q.* 3. *n.* 11. & 12. *in fin.* & notanda ſunt verba illa conſtitutionis, *quia volumus rem ipſam ſemper, & liberè alienari*, ſemper id eſt, omni caſu & tempore *l.* 1. *ff. ſol. matr. l. ſemper, ff. de iur. immunit.* liberè, id eſt, ſua ſponte ſine alterius licentia: ſine impedimento vllo, aut contradictione, vt notat Tiraq. *in l. ſi vnquam*, in verbo, *reuertatur, n.* 134. & 135. & Barboſ. *in vtraque dictione n.* 2. niſi quatenus hæc libertas eadem conſtitutione reſtringitur *in* §. *vbi autem*, vt proximè dicam.

Imò ſi fiat pactum, nec ager cenſualis potentiori vendatur, 18 conuentio irrita eſt, quia hac ratione reſtringitur facultas alienandi, quæ libera eſſe debet vt dictum eſt: & ita primus quod animaduerterim ſenſit Molin. *in d. diſp.* 390. *n.* 9. *verſ. non defuit.* Azor. *c.* 11. *q.* 2. Salas *dub.* 11. *n.* 1. *verſ. ſimiliter ait.* & Scottia *Theor.* 267. *in fin.* quibus conſentit Emin. de Lug. *diſp.* 27. *ſect.* 6. *n.* 96. quia inquiunt neque ex natura rei, neque ex diſpoſitione iuris humani contractus cenſus proprium habet, ne res cenſui obnoxia in potentiorem transferri poſſit. Idem nouiſſimè ſenſit Duard. *in d.* §. 4. *quæſt.* 3. *n.* 12. Neque obſtare quod in emphyteuſi receptum eſt non poſſe emphyteutam ius ſuum in potentiorem transferre inuito domino *l. vlt. C. de iur. emphyt.* quia non eſt ſimile, ſiquidem ait Molina, quòd dominus ex diſpoſitione iuris id ius habeat in re emphyteutica, idcirco eſt, quia rei proprietatem habet: vnde ſi ius emphyteuticum in potentiorem transferre liceret, dominus non tantùm penſionis periculum ſubiret, ſed etiam proprietatis, quæ longè eſt præſtantior: quæ ratio ceſſat in contractu cenſus, in quo tota rei proprietas apud venditorem manet.

Ego verò hæreo, & ſubſiſto. Et me mouet plurimùm, quia 19 contractus cenſus, de quo agitur, eſt contractus bonæ fidei, cùm ſit emptio & venditio §. *actionum. Inſtit. de act. l.* 2. *in fin. de oblig. & act. l.* 11. §. 1. *ff. de act. empt.* & aduerſus Felicianum, & alios diximus *quæſt.* 42. *n.* 19. *& ſeq.* vnde huic contractui tacitè ineſt, vt alter alteri teneatur de eo, quod alterum alteri ex bono, & æquo præſtare oportet *d. l.* 2. *in fin. & Inſtit. de oblig. ex conſenſ. &* §. *in bonæ fidei, de act.* quod ſumptum arbitror ex M. Tullio *lib.* 3. *de offic.* vbi docet dolum malum abeſſe debere ab iis iudiciis, quibus addebatur *ex fide bona*, vel verba illa, *ne propter te fidémve tuam captus fraudatúſve ſim*, vel illa quæ antea vocat, *vt inter bonos bene agier oportet, & ſine fraudatione.* Inter quæ iudicia emptionem, & venditionem refert, & ex ea omnem aſtutiam, & malitiam tollendam eſſe. Atqui bonæ fidei contrarium eſt poſt receptum pretium rem cenſitam in potentiorem transferre, à quo dominus cenſus reditus ſuo tempore exigere non poſſit. Quare cùm nemo dixerit cenſuario licere in fraudem, & perniciem domini cenſus rem in potentiorem transferre, conſequens eſt licitum eſſe pactū, quo cauetur, ne id fiat, vt comperi ſenſiſſe Eman. Rodrig. *in explicat. mot. propr. Pij V. de cenſ. poſt cond. dub.* 4. quia inquit hæc pactio reſpicit tantum ſecuritatem emptoris, quod proculdubio licet proſpicere. Vt etiam de pacto, vt res non alienetur niſi in perſonam idoneam, quod huic de quo agimus, valde ſimile eſt, ſenſit Anton. Gomez. *lib. de cenſ. c.* 5. *n.* 28.

Neque mouet quod Molina ait non ineſſe contractui cen- 20 ſus, vt res in potentiorem transferri non poſſit, quia negari non poteſt huic contractui ineſſe, ne quid per fraudem, & dolum fiat in perniciem alterius, quia ratio & naturalis æquitas, & ipſum ius ciuile nō patitur alteri per alterum iniquam

conditionem inferri *l. 24. de reg. iur. & l. vlt. C. de acquir. & retin. poſſeſſ.* illis verbis, *nec ex aliena malignitate alienum malum emergat*, & hûc valde pertinet quod alienatione iudicij mutandi cauſa facta iure ciuili cautum eſt *in l. 1. & ſeq. hoc tit.* quo coërcetur fraus eius, qui datâ operâ rem in potentiorem alienauit, ne ex alieno facto alterius cauſa deterior fiat, quia vt Gaius ait *in l. 3. potentioribus pares eſſe non poſſumus.* Quare cùm iura ciuilia non permittant res in fraudem alterius alienari dolo malo, multo magis dicendum eſt ſummum Pontificem, qui iuſtitiæ & æquitatis fons eſt, id in contractu cenſus fieri noluiſſe, & conſequenter licitum eſſe contrahentibus cauere, ne id fiat & prohibitionem Pontificis ad hanc ſpeciem non pertinere: & congruit valde quod ſcribit Reginald. *lib. 25. c. 21. n. 411. in fin.* de iure naturali hanc conditionem contractui cenſus inſitam eſſe, ne res in alium transferatur, à quo penſio ægrè exigi poſſit, alioqui enim inquit, fieret emptori aperta iniuria, propter impedimentum, & grauamen, quod ſubiret ad obtinendam penſionem ſibi debitam, quod ius non puto à D. Pio correctum eſſe.

21 Neque obſtat quod inquiunt Molina, Duardus *loc. cit.* non eſſe ſimilem cauſam domini emphyteuſis, & domini cenſus, quia ſi periculum amittendi nudi directi dominij, & penſionis facit, vt in emphyteuſi recepta ſit pactio, ne ius emphyteuticum in potentiorem transferatur, eadem ratio mouere poteſt, vt hæc pactio in emptione cenſus recipiatur, quia dominus cenſus facta rei in potentiorem alienatione non tantùm penſionis periculum ſubit, ſed etiam dominij, & proprietatis cenſus, quæ plerunque pluris ſunt quàm ſit nuda proprietas rei, quæ per ſe inutilis eſt *l. 3. §. ne tamen, ff. de vſufr.* & canon emphyteuticus, qui exiguus eſſe ſolet, cùm præſtetur in recognitionem directi dominij, vt obſeruat Præſes Faber *in def. 30. n. 12. C. de ſolut.*

22 † Neque magnam vim habet, quod ſubiicit Duardus venditorem cenſus rem in potentiorem alienando ſibi & non emptori cenſus poſſe præiudicium inferre, tum quia ſibi conſulere poteſt recipiendo pretium, quod probabilius eſt, quàm ſi dicamus eum velle iactare ſuum, quod non præſumitur *l. 25. ff. de probat.* tum etiam quia ille rei ſuæ quidem arbiter eſt *l. 21. C. mand.* illâque abuti poteſt *lib. 25. §. 11. ff. de petit. hæredit.* non tamen id ei licet in præiudicium emptoris cenſus, & illius conditionem deteriorem dolo malo facere *d. l. 1. ff. de alien. iudic. mut. cauſ.* & aliis: & conſtat etiam ex his quæ diximus *quæſt. 59. in fin.* poſſeſſorem rei onere cenſus affectæ in ea verſari oportere, vt bonus, & diligens paterfamilias verſari debet. Qui verò potentiores dicantur, tractat Franciſc. de Cald. *de emphyt. lib. 5. cap. 1.* ego tamen puto quæſtionem facti eſſe, idque in arbitrio iudicis poſitum eſſe.

23 Illud verò inter omnes conſtat validam eſſe conuentionem, vt cenſuarius rem diſtrahere cupiens teneatur admonere dominum cenſus, vt ſi velit aliis emptoribus præferatur, vel vt poſſit dominus cenſus rem retrahere eodem pretio, quia etiam nullo pacto intercedente ex conſtitutione D. Pij conditiones omnes, quibus res vendenda eſt, domino cenſus denunciari debent, & expectandus per menſem, vt ſi velit aliis emptoribus præferatur, vt conſtat his conſtitutionis verbis, *vbi autem res vendenda ſit, volumus dominum cenſus aliis omnibus præferri eique denunciari conditiones, quibus vendenda ſit, & per menſem expectari.* Quod adnotarunt Nauarr. *loc. cit. n. 127.* Leſſ. *part. 2. cap. 22. n. 84.* Scott. *theor. 268. in princ.* Vgolin. *in d. c. 45. §. 3. n. 1.* Felician. *in d. c. 10. n. 8.* vbi ſtatuit nullum vitium cõtinere pactum illud, vt poſſit dominus cenſus rem retrahere eodem pretio. Quod etiam ſenſit Gutierr. *lib. 2. q. 167. n. 3.* & Maſtrill. *loc. cit. n. 27.* quod tamen intelligo intra menſem, qui huic iuri prælationis poſt denunciationem à D. Pio præſtitutus eſt, ne debitor occaſionem vendendi amittat, emptor ſemper incertus eſſe cogatur de dominio rei contra *l. 1. ff. de vſucap.* quæ ait in incerto eſſe non debere rerum dominia.

24 Illud etiam conſtat dominum cenſus huic iuri prælationis renunciare poſſe, id enim docent Rebell. *quæſt. 6. num. 17.* Salas *de cenſ. dub. 11. n. 1. verſ. ſexta conditio.* Scacc. *de comm. §. 1. q. 7. n. 245.* Scott. *loc. cit.* & Vgolin. *in d. §. 3. n. 3.* & aduerſus Surdum Duard. *in d. §. 4. quæſt. 22. n. 2. & ſeq.* quod veriſſimum Puto *ex l. 46 ff. de pact. & l. penult. C. eod. tit.* quæ ait regulam iuris antiqui eſſe omnes licentiam habere his, quæ pro ſe introducta ſunt, renunciare. Quod ni fallor, alibi adnotauimus: & id ipſum deinde comperi ſcripſiſſe Cencium *in addit. part. 2. c. 2. quæſt. 1. art. 2.* nunc *quæſt 64. n. 21. & 22.* rectè notans id expreſsè vel tacitè facere poſſe, nempe permittendo labi tempus, quod illi ex conſtitutione conceſſum eſt ad rem comparandam, ſeu retrahendam, duorum ſcilicet menſium, vt dictum eſt.

Sed quod diximus dominum cenſus omnibus aliis præferri, cùm res venditur, non ita accipiendum eſt, vt vicinis & conſanguineis præferatur iis in locis, in quibus ex lege, conſuetudine, vel ſtatuto, ius retrahendi vicinis, vel conſanguineis conceſſum eſt: ſiquidem hi dominum cenſus poſſunt excludere. Et ita primus docuit Nauarr. *loc. cit. n. 127.* quem deinde ſecuti ſunt Molina *diſp. 394. n. 8.* Sigiſmund. Scacc. *§. 1. quæſt... n. 245.* Maſtrill. ad Gregor. *d. quæſt. 7. n. 31.* Leſſ. *dub. 12. n. 84.* Scott. *d. theor. 268.* Duard. *in d. §. 4. quæſt. 11. n. 4.* Card. *loc. cit.* Gratian. *cap. 742. n. 60.* qui refert ita ſæpe fuiſſe obſeruatum, & Cenc. *quæſt. 65. n. 9.* & cenſuit Rota poſt Cencium *in dec. 306. n. 4. & 5. & deciſ. 466. n. 14.* quia inquiunt non cenſetur Pontifex ius prælationis domino cenſus concedendo, aliis ſuum priuilegium auferre voluiſſe *l. 2. §. ſi quis à principe, ff. ne quid in loc. publ.* Et licet aliud ſentiat Virgin. de Boccat. *part. 2. n. 63.* & poſt illam Vgolin. *in d. §. 3. n. 2. verſ. at quid ſi alius*, non eſt tamen à ſententia Nauarri diſcedendum, tum quia recepta eſt, tum etiam quia eam ſequitur Rota, vt conſtat ex deciſionibus relatis, cuius auctoritati plurimùm deferendum eſt. 25

† Qua ratione neque iis etiam dominus cenſus præferendus eſt, qui ex contractu ante celebrato, vel ex teſtamento maiorum ius prælationis habent: vt etiamſi fortè res emphyteutica eſt, & velit dominus rem retrahere, non enim potuit venditor cenſus illum rebus ſuis conſtituens ius alteri quæſitum auferre, niſi conſenſerit *l. 24. ff. de iureiur. l. id quod noſtrum, de reg. iur. l. vlt. C. de reb. alien. non alien. & l. filius, Cod. de pact.* Maſtrill. *loc. cit. num. 32.* & conſtat ex Gratian. *cap. 957. n. 28.* vbi ait dominum directum habere ius retrahendi à quocunque emptore etiam priuilegiato. 26

† Vt etiam ſi res alia ratione obnoxia eſt, cùm venditur præſtationi laudemij, vel alicui alteri oneri, hoc ius ſublatum non intelligitur ex eo, quod Pontifex iuſſit rem liberè, & ſine ſolutione laudemij, vel quinquageſimæ quandocunque alienari poſſe, quia non fuit intentio S. Pontificis liberare ab iis oneribus prædia, quæ alia ratione quàm cenſus in eis impoſiti debentur, vt ex Nauarro, & Molina tradit Scottia *in d. theor. 267.* vbi ait id ex ſe patere, & Vgolin. *in d. §. 2. n. 14.* & Duard. *in d. §. 4. q. 8. n. 1. & 3.* 27

Nunc ſupereſt, vt quæramus, quod maximè ad noſtrum tractatum pertinet, an pactum quo facultas illa alienandi rem cenſui ſuppoſitam tam inter viuos, quam in vltima voluntate tollitur, vel reſtringitur, vitiet contractum cenſus, vel vitietur manente contractu. Et dicendum eſt non vitiare, ſed eo reiecto cenſum conſiſtere, vt rectè ſentiunt Gutier. *in d. cap. 176. n. 1.* Roderic. *de ann. redit. lib. 2. quæſt. 1. n. 25.* Grimaud. *de vſur. & contract. pign. lib. 3. c. 12. n. 16.* Maſtrill. ad Gregor. *in d. quæſt. 7. n. 26.* Rota poſt Cencium *in deciſ. 2. n. 7.* ipſe Cenc. *in d. quæſt. 56. in fin.* & Duard. *in d. §. 4. num. 2.* quia ſcilicet non eſt contra ſubſtantiam & formam contractus cenſus: & D. Pius ait duntaxat pacta non valere. Neque vim facit quod contendit Felician. *in d. cap. 10. num. 1. & 2.* pactum hoc pretium legitimum minuere, ideóque contractum nullum eſſe veluti minus iuſto pretio conſtitutum, quia cùm pactum nullum ſit, pretium minuere non poteſt: quod enim nullum eſt, nihil poteſt efficere vel ipſo Feliciano teſte *eod. loc. num. 3.* 28

† Quamobrem poterit res cenſualis liberè alienari non obſtante quocunque pacto, quæ tamen tranſibit cum onere cenſus, vt omnes tradunt Crauet. *in conſ. 217. n. 4.* Bonius *de cenſ. art. 58. n. 89.* Venent. *de ann. præſt. part. 2. quæſt. 31. n. 8.* Couar. *variar. lib. 3. c. 7. n. 6.* Honded. *in conſ. 17. n. 11. lib. 2.* Virg de Boccat. *p. 1. n. 22.* Molin. *loc. cit.* Philibert. Bugnon. *de leg. abrog. lib. 3. c. 135.* Corrad. Put. ad bullam Nicolai V. *n. 2.* Scortia *loc. cit.* & alij paſſim. 29

† Cenſus enim, qui rebus imponitur, onus reale eſt, & rem ſequitur, & in quoſcunque poſſeſſores tranſit, vt notiſſimum eſt *ex l. 60. in fin. ff. de cond. & demonſtr. l. 1. C. rem alien. gerent.* Vnde hac ita 30

re

re hic priuatus cenſus imitatur naturam publicarum functionum, & tributorum, quæ agris indicuntur. Hæc enim poſſeſſores ſoluere tenentur: nec contrarium paciſci licet *l. Imperatores. ff de public. & vectigal. l. 2. & 3. C. ſine cenſ. vel reliq. & l. 42. ff. de pact.*

31 Et poteſt etiam dominus cenſus poſſeſſorem prædij cenſui obnoxij nulla facta excuſſione pro penſionibus conuenire, quæ eſt ſententia Couarr. *loc. cit.* Ioann. Bapt. Lup. *de vſur. commen. 2. §. 2. n. 39.* Surd. *in d. conſ. 162. n. 12.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 145. n. 5.* & Cencij *in d. cap. 2. quæſt. 3. art. 6. n. 5.* nunc *quæſt. 78.* vbi in addit. refert Giurbam *in dec. 55. n. 7.* quibus addo Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. 7. n. 117.* Salas *de vſu & conſuet. cap. 11. n. 47.* Anton. Gamm. *dec. 145. n. 2.* Caſſan. *ad conſuet. Burgund. tit. 11. §. 6. n. 2.* Binsfeld. *in d. c. in ciuitate. q. 12. concl. 12.* Vgolin. *d. cap. 45. §. 4. n. 2.* & qui acriter hanc ſententiam tuetur Auendan. *de cenſib. cap. 23. n. 15.* excuſſio enim tunc eſt neceſſaria, quando id quod petitur, non debetur ex ipſa re, nec ſuper ipſa re, quam reus poſſidet, licet ad ſecuritatem, & cautionem debiti res ſit obligata, vt egregiè ait
32 Crauet *in d. conſ. 217. n. 5.* † Et poterit etiam dominus cenſus cogere poſſeſſorem, vt recognoſcat cenſum ratione rei, quàm poſſidet: vel vt rem dimittat, vt reſpondit Pedroch. *conſ. 2. n. 83.* Couarr. *in d. cap. 7. n. 6.* Foller. *in praxi cenſ. in verbo huiuſmodi. n. 96. & 97.* Virgin. *d. par. 1. n. 26.* Anton. Gomez. *de cenſib. cap. 4. n. 1.* Felician. *lib. 3. cap. 6. n. 2.* quia regula iuris eſt obligatum ad aliquam præſtationem vel factum cogi poſſe, vt creditorem cautum reddat inſtrumento, vel apocha, quo facilius creditor ius ſuum perſequi, & probare valeat *l. plures. C. de fid. inſtrum. l. ſicut. C. de liber. cauſ.* vbi id Bald. notat, & Paul. Caſtr. *in l. omnibus. ff. de iudic.* Alex. *in l. ſi finita. §. eleganter. n. 13. ff. de damn. infect.* & Natta *in conſ. 382. n. 1.* vbi ait id potiſſimùm in annuis, & menſtruis reditibus obtinere, no-
33 tans etiam hoc ius ceſſionarium reditus transferri. † His conſenſit doctiſſimus Merenda *controuerſ. lib. 11. cap. 29. n. 4. & 6.* vbi agit de formula cautionis in quam poſſeſſor conſentire tenetur, & tradit in ea cautione reſeruari debere poſſeſſori ius dimittendi fundum cenſitum: ita enim inquit dominus cenſus idoneam acquirit cautionem, quandiu poſſeſſor retinuerit fundum, & huic liberum erit ſe præſtationi cenſus eximere dimittendo fundum, quo dimiſſo illa ipſa iura ſalua ſunt domino cenſus, quæ in contractu ſibi acquiſiuit.

34 Vel denique ſi malit dominus cenſus poterit rem vendendam retinere, aut venditam retrahere eodem pretio, & ſub iiſdem conditionibus, & pactis, quibus diſtracta eſt. Quod iure ſpeciali emptoribus redituum D. Pontifex indulſit, vt dixi *n. 23.* & adnotarunt Nauarr. & alij relati *eod. loc.* Salas *dub. 11. verſ. ſexta conditio eſt.* idem Scorria *theorem. 268.* & Ioan. Franciſc. Leo. Theſaur. *par. 2. cap 15. n. 33.* vbi aduerſus Nauarrum oſtendit id ſummam habere iuſtitiam, & æquitatem: aliiſque prætermiſſis idem docet Cencius, qui diligentiſſimè omnium hæc proſecutus eſt *quæſt. 65. & 66.* & Duard. *in d.*
35 *§. 4. quæſt. 9.* † Obſerua tamen quod dixi eodem pretio, & ſub iiſdem pactis. Neque enim ferendus eſt dominus cenſus, ſi vellet rem minore pretio, & ſub leuioribus conditionibus emere, vel reuocare. Hactenus enim voluit ſummus Pontifex emptori cenſus eſſe conſultum, vt reliquis emptoribus præferatur, non autem vt ſuo arbitrio pretium conſtituat: Imò neque obiicere poteſt rem pluris venditam: quam communi æſtimatione valeat, ſi fortè inueniatur emptor, qui quod res ſuorum maiorum fuerat, vel quod ei expedit plurimùm propter opportunitatem loci, vel ſi inſania quadam, & affectione nimia proiiciat ingens pretium, vt interdum euenit. Nam tenetur dominus cenſus eodem pretio fundum emere, & iiſdem legibus nec audiendus eſt ſi communem offerat æſtimationem, vt ſenſit Molin. *diſp. 372. num. 6. & diſp. 39. num. 8. verſ. cæterum.* & notat Vgolin. *in d. §. 3. n. 2.* & Cenc. *in d. quæſt. 65. n. 2. & 3. & quæſt. 66. n. 99.* & cenſuit Rota coram R.D. Vbaldo poſt tractatum Cencij *in dec. 71. n. 2. & 3.* & probari potuit *ex c. potuit. de loc & l. vlt. C. de iur. emphyt.* vbi ita nominatim conſtitutum eſt, id eſt, vt non poſſit dominus rei emphyteuticæ iure prælationis vti, (quod ſanè potentius eſt iure, quod dominus cenſus in re cenſita habet,) niſi tantam quantitatem ſoluere paratus ſit quantam reuerà ab alio accipi poteſt. Quod etiam indicat conſtitutio, dum iubet domino cenſus conditiones denuntiari futuræ venditionis, quod fruſtra eſſet conſtitutum, ſi liceret ei alio pretio, & aliis conditionibus quæ ſunt pars pretij, rem comparare. † Et ſuauis eſt Duardus, dum *quæſt. 10. num. 6.* admit- 36
tit non poſſe dominum cenſus iure prælationis vti niſi cum omnibus conditionibus, & pactis, quibus alij emptores ad emptionem admitti cupiunt, negat tamen teneri ſoluere pretium, quod offertur. Etenim maius, vel minus pretium conditio quædam eſt *l. 4. §. melior. ff. de in diem addict.* & pacta, quæ fauore venditoris apponuntur ſunt pars pretij *l. fundi partem. ff. de contrah. empt.* vt etiam ſuauis eſt, dum vt effugiat, dictam *dec. 71.* quæ manifeſtè obſtat eius ſententiæ, ait verba illa deciſionis, *debet domino directo prædicere pretium, quod ab alio reuerà accipi poteſt.* ſignificare iuſtitiam pretij, quia Rota apertè ait præferri eodem pretio: & vtitur exemplo domini emphyteuſis, qui cupiens iure illo vti tenetur ſoluere pretium, quod reuera inuenitur, quantuncunque ſit, vtiturque Rota verbis ipſis *d. l. vlt.* quæ ait, *diſponimus atteſtationem domino tranſmitti, & prædicere quantum ab alio reuera accipi poteſt.* Ex quo loco receptum eſt dominum directum, ſi præferri velit, tantundem ſoluere teneri, quantum ab alio reperitur, etiamſi iuſtum pretium excedat, nec audiendum eſſe, ſi contendat rem minus valere, vt docet Iaſon *in d. l. vlt. n. 22.* Tiraquell. *de retract. conſang. §. 1. gloſ. 18. num. 4. & 5.* & Franciſc. de Cald. *de iur. emphyt. lib. 4. cap. 13. n. 16. & 23.* qui refert hanc eſſe communem ſententiam. Conſtat igitur ſenſum Duardi à mente legis, & Rotæ, & doctorum omnium alienum eſſe.

Sanè ſi in fraudem domini directi, vel alterius, qui alia ratione ius prælationis habet, res plus iuſto diſtracta eſt, vt 37
dominus, vel alius qui idem ius habet, ab emptione, ſeu retentione deterreatur, arbitrio boni viri res iuſto pretio æſtimanda eſt, & dominus, vel alius quilibet, qui eodem iure vtitur iuſto ſoluto pretio rem retrahere poterit, vel retinere, vt tradunt Bald. Laudenſ. & alij *in c. porro. tit. qual. olim feud. alien. pon. pot.* multi enim vt hic Baldus ait, pretia confingunt in fraudem aliorum. Quod etiam docuit Afflict. *in lib. de iur. protomis. §. 2. num. 17.* Tiraquell. *in d. gloſ. 18. n. 5. in fin.* & Caldas *in d. cap. 11. n. 24.* vbi notat poſſe in re dubia iuramentum emptori, & venditori offerri, vt pretij veritatem declarent. Quod etiam in prælatione, quæ competit iure cenſus obtinere puto: & hoc caſu Duardi ſententiam recipi poſſe.

QVÆSTIO LXVI.

De pactis punientibus moram debitoris cenſus.

SVMMARIA.

1 *Pactum vt debitor cenſus poſt moram teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis, non valet.*
Pij V. mens, vt debitor cenſus quantum fieri poteſt ab oneribus eſſet immunis.
2 *Pactum, quo debitor cenſus in caſum moræ obligatur ad cambia eſt inualidum.*
3 *Intereſſe lucri ceſſantis poſt moram in ſoluendis cenſibus factam deberi, qui ſentiant.*
4 *Auctoris contraria ſententia.*
Reditus ſunt acceſſiones non pretij, ſed iuris, quod pretio emitur.
5 *Naturæ congruum eſt, ne detur acceſſio acceſſionis.*
6 *Pactum vt debitor cenſus poſt moram teneatur ad certas expenſas, vel certa ſalaria, vel iuramento creditoris liquidanda non valet.*
7 *Exempla quædam huius rei apud Cencium.*
8 *Creditores olim nautica pecuniæ ſtipulari conſueuerant certam ſummam ſumptuum nomine pro ſeruis, quos mittebant ad exigendam pecuniam.*
9 *Pactum, vt debitor cenſus teneatur ad expenſas legitimas poſt moram, non eſt prohibitum.*

10 *Pactum vt venditor cenſus teneatur ad ſumptus litis, non eſt illicitum.*
11 *Pactum vt debitor cenſus ob moram, rem, vel partem eius amittat, vel aliud ius, eſt prohibitum.*
12 *Commiſſi pactio in cenſu illicita.*
13 *Hiſpana lex, quæ pactum commiſſi admittit in cenſibus non eſt in vſu.*
14 *Pactum vt debitor cenſus ob moram in pœnam aliquam incidat, eſt illicitum.*
15 *Pœna immodica quatenus excedit, corrigenda.*
16 *Pœnæ adiectio ſiue leuis, ſiue nimia ſit, in cenſibus prohibita.*
17 *Pactum vt minore reditu non ſoluto maior præſtetur, an valeat.*
18 *Pactum vt legitimæ præſtentur vſuræ, ſi minores ad diem ſolutæ non fuerint, valet iure ciuili.*
19 *Auctoris ſententia, pactum illud in cenſibus non eſſe admittendum.*
20 l.9. §.1. de vſur. *declaratur.*
Pœna eſt, quicquid eſt ſupra rem debitam.
21 *Pactum, vt debitor cenſus teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad pœnam, vel ius aliquod amittat, non vitiat contractum cenſus.*
22 *Contractus ob illicitam ſtipulationem pœnæ non reſcinduntur, ſed reiicitur tantum quod illicitè adiectum eſt.*
23 *Obligare res alias pro tutiore exactione cenſus non eſt prohibitum.*
24 *Fideiuſſor in contractu cenſus rectè datur, & accipitur.*
25 *Pactum, vt dominus cenſus res pignoratas vendere poſſit pro penſionibus conſequendis non eſt illicitum.*
26 *Creditor poteſt iuris auctoritate, & bona fide pignus diſtrahere.*
27 *Cencij diſtinctio, quæ placet auctori.*
Pœna eſt, quicquid eſt extra rei perſecutionem.
28 *Pactum vt ceſſante debitore cenſus in eius ſolutione liceat rei poſſeſſionem capere, valet.*
29 *Conuentio vt dominus cenſus poſſit rem perpetuo retinere in pœnam non ſoluentis iniquiſſima.*

PRÆTEREA Diuus Pius, vt auaritiam ementium cenſus cohiberet, prohibuit pacta omnia, quibus debitores redituum propter moram in eis præſtandis ab auaris emptoribus opprimebantur, ideoque ita ſanxit *in §.4. pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſiue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu ſiue aliunde acquiſitum perdere, aut in*
1 *aliquam pœnam cadere, ex tota irrita ſint, & nulla.* † Hic igitur primo loco prohibet conſtitutio pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vt notant Nauarr. *in ſæpius cit. comment. de vſur. num.*93. Virgin. de Boccat. *de cenſib. par.* 1. *num.* 9. vbi ait magna cum ratione id conſtitutum eſſe: idémque tradit Azor. *par.*3.*l.*10. *cap.*13.*quæſt.*1. Rebell. *de oblig.iuſtit.par.*2.*lib.*10. *q.*6. *n.*14. & 15. Roderic. *de ann. redit. lib.*3. *quæſt.*8. *n.*22. Vgolin. *de vſur. cap.*45.*n.*11. Ioan.Franciſc.Leo.Theſaur. *for. Eccleſ.par.*2.*c.*15. *n.*38. Salas *de cenſib.dub.*11. *n.*1.*verſ.ſeptima vt non fiat.* & aliis prætermiſſis Cencius *q.*57. *in princ.* & qui poſt hæc ſcripta prodiit Leonard Duard. *in comment. dictæ conſtit.* §.4. *quæſt.*23. *num.*8. Nam vt ait Azor. *loc.cit.* id vnum proſpexit Pontifex, vt debitor cenſus quantum fieri potuit ab oneribus immunis eſſet: vel vt inquit Virgin. *d.n.*9. quia debitor cenſus ſatis grauatur onere penſionis, quæ vt plurimum excedit rationem fructuum, qui ex re cenſui oppoſita percipiuntur: denique quia poteſt dominus cenſus debitorem conuenire, vt reditum conſequatur, vt ait Vgolin. *loc.cit.*
2 Secundò prohibet hæc conſtitutio pactum, vt debitor cenſus ob moram in ſoluenda penſione factam ad cambia teneatur, quod iidem auctores ferè notant, & Leonell. *ad hanc bullam gloſ.*15. *verſ. ampliatur ſecundo.* Molin. *diſp.* 390. *n.*10. Felician. *lib.*1. *cap.* 9. *num.*8. Scortia *theorem.* 269. & Duard. *in d.*§ 4. *quæſt.* 25. vbi docet id in contractu cenſus paciſci generaliter eſſe prohibitum. Etenim militat eadem ratio, quæ Pontificem impulit, vt pactum de intereſſe lucri ceſſantis præſtando prohiberet, quia ſcilicet nimium oneraretur venditor, ſi reditus, & cambia redituum ſoluere adſtringeretur: & quia dominus cenſus, facile poteſt in iudicio perſequi quod ſibi debetur, ideoque duris iſtis pactionibus opus non habet, vt reditum conſequatur. Et præterea huiuſmodi cambium eſſet ſiccum, vt vocant, in quo ſcilicet nulla pecunia traiicitur, nullæ literæ mittuntur, vel recipiuntur, nullum denique officium creditoris interuenit, quod mercedem mereatur. Quod genus cambij illicitum eſſe docent Molina, Rebellus, & alij Theologi plurimi apud Salas *de cambiis dub.* 14. *num.*1. & Scortiam *theorem.* 306. & 307. & ex iuris auctoribus Lup. *de vſur. comment. vlt.* §.2.*num.*19.& 23. Roderic. *lib.* 3. *quæſt.* 5. *num.*17. Maſtrill. *in dec.*303. *num.*12. & 22. & aliis prætermiſſis Sigiſm. Scaccia *de commerc.* §.1.*quæſt.*7.*n.*19. & alia eiuſdem Pontificis conſtitutione damnatum eſt, vt nos diximus *quæſt.*25. *num.*69. & *ſeqq.* quare cùm in his terminis non interueniant illa, quæ ad veritatem, & iuſtitiam cambij neceſſaria ſunt, & conſtitutio Pij V. exigit, conſequens eſt exactiones cambij ob non factam ſuo tempore ſolutionem penſionis, vt verum cambium ſuſtineri non poſſe, & licèt nulla lex id prohiberet, exactionem hanc illicitam eſſe, alioqui liceret in mutuo, & in aliis contractibus, in quibus pecuniæ quantitas debetur pariter paciſci, vt non ſoluta ad diem pecunia debitor ad cambia teneretur, & huius pactionis poteſtate illa percipere, quod nemo dixerit: hoc enim eſſet vſuris viam pandere.

Et licet inter Theologos receptum ſit pactũ quidem prohibitum eſſe, ſi tamen reuerà interſit ob moram debitoris ratione damni, vel lucri, id quod intereſt exigere licitum eſſe, 3
idque iudicem decernere poſſe, vt videre eſt apud Azor. Salas, & Scortiam *loc.cit.* & Duard. §.4. *quæſt.*23. *n.*11. quod etiam ſenſit Leonell. *in d gloſ.*15 *in fin.* Vgolin. *loc.cit.* Felician *d.c.*9. *n.*14. Cenc. *in d.quæſt.*57.*n.*11.& in tranſitu cenſuit Rota poſt Cencium *in dec.*147.*n.*20. & nouiſſime Cardin. de Lug. *diſp.* 27. *n.*100. & hoc nomine etiam licitum eſſe cambia exigere, vt inter alios tradit Scortia *loc.cit.* & Duard. *in d.*§.4. *q.*25. *in fin.* ego tamen iampridem contrarium ſcripſi *in q.*88. *n.*10. & 16. quæ quæſtio prior eſt tempore, licet poſtquam decreui de cenſibus etiam ſcribere, mihi viſum ſit ordinem libri expoſcere, vt hæc præponerem. Et mouebar, quia ſi D. Pius duntaxar prohibere voluiſſet pactum lucri ceſſantis, & nihilominus id percipere fas eſſet, fruſtra id in pactum deduci prohibuiſſet, ſiquidem etiam nullo interueniente pacto debitor ad id, quod intereſt creditoris ob eius moram compelli poſſet, ergo vt aliquid fauore debitoris hic ſtatuiſſe videatur, dicendum eſt Pium Pontificem non tantum prohibuiſſe, ne lucrum ceſſans in pactum deduceretur, ſed etiam ne illud exigi poſſit, vt latius executus ſum *in d quæſt.*88.*n.*15. Quod etiam oſtendi poteſt ex eo quod vetuit Pontifex, ne debitor cenſus ob non ſolutam penſionem ad pœnam aliquam obligari poſſit, intereſſe enim pœna eſt, & coërcitio moræ debitoris non ſoluentis *l.*1. *C. de ſentent. quæ pro eo l.vlt. ff.de eo quod cert. loc.* Cuiac. *in d.l.*1. *circa finem.*

Neque verum eſt quod ſupponunt de iure ob moram in 4
ſolutione redituum factam intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis deberi, quia regula iuris ciuilis eſt acceſſionem acceſſionis non dari, quæ colligitur *ex l.vlt.C.de vſur. l. neque eorũ* 15.& *l.videamus* 19.*ff.eod.l.*2.*ff.de adminiſtr.rer.ad ciuit.pertin.* Cuiac *in d.l neque eorum.* quia inquit acceſſiones procederẽt in infinitum: & admittunt Cenc.*q.*33.*n.*7.& Duard. *in d.q.*25. *n.*7.& 19. atqui reditus ſeu fructus cenſus acceſſiones eſſe non quidem pecuniæ qua cenſus emitur, illa enim fit venditoris *l.*11.§.2. *ff.de act. empt.* ſed illius iuris, quod pecunia emitur, conſtat euidẽter *ex l.*25.*C.de adminiſtr.tut.l.vlt.C.de iur.dot.* & *l.vlt.*§ *fin autẽ.C.de bon.quæ lib.* & aſſerit Card. *loc.cit.* & proinde ſecundum regulas iuris aliam acceſſionẽ recipere nõ poſſunt.

Vt etiam admittendum non eſt in hac ſpecie, quod ſupponunt iure naturæ æquum eſſe, vt debitor, qui eſt in mora re- 5
fundat id omne, quod creditoris intereſt non ſolũ in damno, ſed etiam in lucro, vt præ cæteris Scortia *loc. cit.* vbi ait hoc naturali iure reſarciendum eſſe, quia verius eſt ius naturæ immodicas iſtas computationes, & quodammodo infinitas abhorrere, vt conſtat *ex d.l.* 2. §.5. *ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit.*
pertin.

pertin. & *d. l. vn. C. de ſentent. quæ pro eo*, vbi Iuſtinianus ait eſſe naturæ congruum eas tantummodo pœnas exigi, quæ vel competenti moderamine proferuntur, vel à legibus certo fine ſtatuuntur. Cum igitur immodicæ computationes naturæ repugnent, & iniquum ſit duplicem acceſſionem accipere, dicendum eſt dominum cenſus acceſſione redituum, ſeu fructuum cenſus contentum eſſe debere, qui plerumque rationem fructuum prædiorum excedere ſolet neque audiendum eſſe, ſi velit reditus, & redituum acceſſiones exigere, & illicitis exactionibus miſerum opprimere debitorem.

6 Tertio loco prohibet hic conſtitutio pactum, vt moroſus debitor cenſus teneatur ad expenſas certas, & ſalaria certa; vel ad expenſas ſeu ſalaria medio iuramento creditoris liquidanda, vt conſtat ex verbis conſtitutionis, & adnotarunt Nauarr. & Virgin. *loc. cit.* Ioann. Franc. Leo. *in d. c. 15. num. 39.* vbi refert id olim fuiſſe vſitatum Roderic. *lib. 2. quæſt. 9. num. 9.* Zecch. *de vſur. cap. 10. num. 11.* Mercat. *de contract. cap. 28. in fin.* vbi ait ita fuiſſe conſtitutum, vt obuiam iretur fraudibus, quas auaritia in dies excogitat in perniciem debitorum. Idem notant Vgolin. *in d. §. 11. num. 3. & 5.* & Felician. *in d. cap. 9. num. 15. & 16.* rectè ſubiiciens illud probationis genus doli, & fraudis ſuſpicione non carere. Denique id etiam docuit Cencius *in d. quæſt. 57. num. 12. in fin.* & nouiſſimè Duard. *d. §. 4. quæſt. 26.* † Quod quidam in-
7 telligendum putant de expenſis, quæ fiunt in confectione inſtrumenti, & in deferendis penſionibus ad aliquem locum, vt ſentiebat Cencius *in d. quæſt. 57. n. 13. & 14.* vel in ſoluendo laudemio, quod ab emptore præſtari debet, vt ſcripſit in addit. eiuſdem loci. Quæ tamen interpretatio non ſatis conuenit illis verbis, quæ interpretabatur, quia conſtitutio ait *pacta continentia moroſum cenſus debitorem, &c.* Sed mora intelligi non poteſt in ipſa confectione inſtrumenti, quia penſio nondum debetur, neque poteſt quis ex contractu eodem tempore obligari, & in mora conſtitui *l. quod dicimus 105. ff. de ſolut. l. promiſſor. §. 1. de conſtit. pecun. l. 23. in fin. ff. de oblig. & act.* Bart. *in l. cum qui. §. ſi iurauero ff. de iureiur.* Mart. Anton. Bauer. *lib. de mora par. 2. n. 21.* ideoque puto iſtiuſmodi pacta hic non prohiberi, quamuis ſint illicita, vt diximus *q. 65. n. 22.* ſed duntaxat *in hoc §. 7.* vetitum eſſe, ne deducatur in pactum certa & determinata quantitas expenſarum, vel ſalarij præſtanda domino cenſus, vel procuratori eius à debitore poſt eius moram: & ne taxatio expenſarum ſeu ſalarij iureiurando creditoris relinquatur, ne ſub hoc prætextu illicitis exactionibus, & fraudibus via aperiatur, vt rectiùs explicant Virgin. *d. par. 1. n. 59.* Vgolin. *in d. §. 11. n. 5.* Eman. *in explicat. mot. proprij Pij V. condit. 6. in fin.* Roderic. *loc. cit. n. 9. & 10.* & alijs prætermiſſis Duard. *in d. q. 26. n. 2.* vbi quoque notat hac in re Cencium erraſſe.

8 † Olim quidem creditores nauticæ pecuniæ, quæ periculo eorum traiiciebatur, mittebant ſeruos, vel libertos nauigaturos cum debitore, vt pecunias, & vſuras nauticas ſua die exigerent: ſi debitor tardius ſolueret, in hunc caſum ſolebant ſtipulari certam ſummam ſumptuum, vel pœnæ nomine in ſingulos dies, vel pro operis ſerui, quibus carebant propter moram debitoris, vt indicat *l. 23. ff. de oblig. & act. l. 4. ff. de nautic. fœn. l. 122. §. Callimachus ff. de verb. oblig.* & notat Cuiac. *in d. l. 4. ad Papin.* quod cùm in contractibus cenſualibus eſſet vſitatum, & creditores ſolerent ſtipulari certam ſummam in ſingulos dies pro ſumptibus, & ſalarijs famulorum, & procuratorum, meritò hic à Diuo Pio conſtitutum eſt, ne id in poſterum fieret.

9 Porrò ſequitur ex his non eſſe prohibitum in emptionibus redituum deducere in pactum, vt debitor cenſus, ſi in penſione præſtanda moram fecerit, teneatur ad expenſas legitimas, & quæ iuſſu iudicis præſtantur, vt rectè docent Vgolin. *in d. §. 11. n. 12.* Anton. Gomez. *loc. cit.* Cencius *in d. q. 57. n. 15.* Duard. *in d. q. 26. n. 5.* & qui prodijt, dum hæc recuderem, Ioan. de Lug. *diſp. 27. n. 99.* & dixi *eadem q. 88. n. 35.* & declarauit idem D. Pius in illa conſtitutione edita ad expoſtulationem Siculorum his verbis. *Præterea exactionem illarum expenſarum prohiberi, quæ ex pacto vel ex conuentione tantum inter contrahentes inita, & inſtrumento cenſus appoſita reſici promittuntur: non autem eas, quæ ex iuris diſpoſitione repetendæ veniunt, & mandato iudicis adiudicantur.* Neque eſt contrarium quod dixi acceſſionis acceſſionem non dari, quia huiuſmodi expenſæ non ſunt acceſſiones reditus, ſed litis, pœna, & coërcitio temere litigantium, quæ nullo interueniente pacto debentur ex diſpoſitione iuris *l. 4. & 5.* quam reſtituit Cuiac. *Cod. de fruct. & lit. expenſ. l. eum quem temere 79. ff de iudic. & §. hac autem* Inſtit. *de pœn. tem. litigant.* Petr. Greg. *Syntagm. iur. ciuil. lib. 21. c. 16. n. 7.* & Præſes Fab. *in ſuo C. tit. de vſur. def. 12. & tit. de fruct. & lit. expenſ. def. 3. in fin.* vbi notat huiuſmodi expenſas differre ab eo, quod intereſt. † Ex quo etiam illud eſt, 10
vt non ſit improba conuentio, vt ſi domino cenſus lis moueatur, venditor teneatur ad ſumptus litis, vt ſcribit Bonius *in ſuo lib. de cenſib. n. 47.* vbi refert huiuſmodi pactum Romæ vſitatiſſimum fuiſſe. Quod licitum eſſe paciſci etiam poſt conſtitutionem D. Pij docent Nauar. *in d. comment. de vſur. n. 135.* Boninſign. *de cenſib. cap. 7. num. 1. & 2.* Cenc. *in d. quæſt. 57. num. 16.* & Duard. *loc. cit. num. 6.* vel vt teneatur emptorem cenſus ſuis ſumptibus defendere, vt tradunt Nauarr. & Boninſign. *loc. cit.* quia id congruit naturæ contractus emptionis & venditionis, quæ eſt, vt venditor teneatur emptorem defendere, & facere, vt illi rem habere liceat *l. venditor 8. l. ſi plus 24. §. mota ff. de euict.* Bart. *in l. venditores de verb. oblig.* Natta *in conſ. 232. num. 1.* quod veriſimile non eſt Diuum Pium mutare voluiſſe. Quod tamen ego declarandum eſſe arbitror, vt locum non habeat in ijs caſibus, in quibus venditor ex natura contractus ad ſumptus litis non obligatur. Conſtat enim non ſemper emptori regreſſum eſſe ad venditorem propter ſumptus, vt *l. 45. § illud ff. de act. empt. l. 1. & 18. C. de euict. l. 5. & 51. in prin. ff. eod.* & explicat Cuiac. *in d. l. 1. & in d. l. vendit. ff. de verb. oblig.* & Mangil. *de euict. quæſt. 184. n. 21.* Porro conſtitutio vetat, ne onera in eum reiiciantur, ad quem de iure vel ex natura contractus non pertinent, vt proxima quæſtione dictum eſt.

Quartò hic prohibentur pacta, vt debitor cenſus, ſi in eius 11
ſolutione moram fecerit, rem cenſitam amittat, vel aliquam eius partem, aut aliud ius ex eodem contractu, vel aliunde acquiſitum, vt adnotarunt iidem Nauarr. *loco citato.* Tolet. *lib. 5. cap. 48.* Virgin. *par. 1. num. 6. & par. 2. num. 72.* Franciſc. Garz. *de contract. cap. 28. in fin.* Molin. *diſp. 390. num. 11.* Boninſign. *de cenſib. c. 10.* Bonac. *diſp. 3. q. 4. num. 38.* & Vgolin. *d. cap. 45. §. 11. num. 6. & 7.* vbi huius rei exempla profert: & nouiſſimè P. Ioann. de Lug. *d. diſp. 27. num. 98.* rectè notans hæc de iure naturæ per ſe illicita non eſſe, ſi æqualitas pretij intercederet: meritò tamen hîc prohiberi propter grauamina nimia, & periculum iniuſtitiæ, & oppreſſionis venditorum. † Et præſertim commiſſa pœna, vt nimis rigida, & 12
grauis ab hoc contractu meritò reiecta eſt, vt multi Theologi docent apud Scortiam *theor. 269.* & multi ſcriptores Hiſpani apud Felic. *lib. 1. cap. 10. num. 11.* inter quos Valaſc. *lib. 1. conſ. 35. num. 1.* vbi ait ſecundum hanc ſententiam in Senatu Regni Luſitaniæ fuiſſe iudicatum. His conſentiunt Binsfeld. *in c. in ciuitate quæſt. 12. concl. 15.* Auendan. *de cenſib. cap. 90. num. 3.* Roderic. *lib. 2. quæſt. 1. num. 29.* Anton. Gomez. *de cenſib. cap. 3. num. 27.* Intrigliol. *ad pragm. Regis Alphonſ. q. 55. num. 1.* Frideric. Martin. *c. 6. num. 275.* Ioan. Petr. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 12. num. 126.* & aliis nunc prætermiſſis Cencius *in d. quæſt. 57. n. 17. & 18.* † Imò cùm in Hiſ- 13
pania *lege Taur. 68.* cautum ſit commiſſi pactionem etiam in cenſu, de quo agitur, recipiendam eſſe, vt notat alter Ant. Gomez. *ad eand. l. num. 3.* eius tamen rigorem in cenſu pecunia conſtituto nunquam in foro receptum fuiſſe refert Felic. *loc. cit.* & quod magis eſt hanc legem iniuſtam eſſe, neque ſeruandam tradit Couarr. *variar. lib. 3. cap. 7. num. 1.* Alu. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt. 32. num. 3.* & alij apud Salas *d. dub. 11.* & Cenc. *loc. cit. num. 18.* Iuſtiſſimè igitur hoc pactum ab optimo Pontifice prohibitum eſt, vt etiam olim ab Alphonſo Rege, vt refert Intrigl. *loc. cit.* & Conuerſ. *ad eund.* cuius pragmatica ſanctione etiam cautum eſt pactum huiuſmodi non valere, tametſi iuſiurandum acceſſerit. Sanè in cenſibus reſeruatiuis, & in libellarijs, & emphyteuticis conceſſionibus alio iure vtimur, vt alibi dixi, vnde hic id repetere ſuperfluum fuit.

Quinto & vltimo hic Pontifex vetuit, ne in contractu cē-
ſus pactio fiat, vt debitor cenſus ob non ſolutam ſua die 14
penſionem in pœnam aliquam incidat, vt conſtat ex *eod.*

§. 7. & neminem diſſentire ſcribit Cenc. in d. quæſt. 57. n. 21.
quamuis id Nicolai V. conſtitutione nominatim conceſſum
ſit, vt animaduertit Petr. de Gregor. huius conſtitutionis
interpres minimè contemnendus quæſt. 10. in princ. & licet
Eminen. Cardin. Tolet. lib. 5. cap. 48. ſcribat ex natura rei id
illicitum eſſe. Et quamuis de iure liceat in omnibus conuen-
tionibus, & ſtipulationibus pœnam adiicere, niſi ſtatuto tem-
pore contractus impleatur, vt conſtat ex l. magnam C. de contr.
& commit. ſtipul. l. 23. de oblig. & act. l. Lucius 47. de act. empt. l.
promiſſis 37. C. de tranſact. ita vt nullus ſit contractus, nulla
conuentio quæ ſtipulationem pœnæ non admittat, modo
pœna immodica non ſit. † Quia quoad exceſſum inualida
15 eſt, & corrigi debet d. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo l. 9. & 44. ff. de
vſur. l. cum allegas C. eod. & hic Ioan. Sichard. n. 8. Rebell. l. 8.
quæſt. 9. num. 4. & 5. & Vgolin. de vſur. cap. 8. §. 10. & ex vſu fo-
renſi reducitur ad id quod intereſt, vt dixi quæſt. 38. n. 14. &
obſeruauit Garz. de expenſ. & meliorat. cap. 9. num. 63. Verum
in hoc contractu cenſus ſtipulatio pœnæ vltra reditum illi-
cita eſt, vt docet Zaſ. in l. rogaſti §. ſi tibi in fin ff. ſi cert. pet. Re-
buff. in d. l. 1. ff. de ſent. quæ pro eo gloſ. 1. num. 64. vbi refert
Senatum Pariſienſem iudicaſſe pœnam pro non ſolutis ſua
die reditibus etiam loco pio promiſſam exigi non poſſe, &
Roderic. de ann. redit. lib. 2. quæſt. 14. num. 12. † & nunc poſt
16 conſtitutionem D. Pij certiſſimum eſt, ex qua ſcilicet omnis
adiectio pœnæ ob moram in ſoluenda penſione commiſſam,
ſiue illa nimia ſit, ſiue moderata, prohibita eſt, vt adnotarunt
Nauarr. in d. comment. de vſur. num. 111. & 136. Virgin. de Boc-
cat. par. 2. num. 71. Felician. d. cap. 9. num. 8. Molin. d. diſp. 390.
num. 10. & 11. Rebell. in d. quæſt. 6. num. 16. Salas d. dub. 11. n. 1.
circa fin. 7. condit. & Vgolin. d. cap. 45. §. 11. num. 8. Neque omit-
tendum eſt, quod refert idem Petr. Gregor. loc. cit. num. 2. in
regno Siciliæ, vbi conſtitutio Nicolai V. recepta eſt, quæ
permittit contractum cenſus adiectione pœnæ muniti poſſe,
huic contractui pœnales ſtipulationes addi non ſolere.

17 Sed eleganter quæritur, an valeat conuentio, vt ſi ſua die
debitor cenſus minorē reditū non ſoluere, teneatur illū præ-
ſtare vſque ad legitimum modū, qui vel lege, vel conſuetudi-
ne conſtitutus eſt, vt ſi lege vel more regionis reditus annui
redacti ſunt ad ſex pro ſingulis centenis, & venditus ſit cen-
ſus ad rationem quinque hoc pacto addito, ſi quinque ad
diem non ſoluantur, vt venditor ſex pro centenis ſingulis
præſtare teneatur. Et validam eſſe conuentionem ſenſit Ro-
deric. d. lib. 2. cap. 14. num. 7. vbi ait nullo modo hac de re
dubitandum eſſe: & Roderici ſententiam amplexi ſunt Cenc.
in d. art. 5. ſeu quæſt. 57. num. 28. & Duard. §. 4. quæſt. 35. † Quæ
18 probatur ex celebri Papiniani reſponſo in l. 9. §. 1. ff. de vſur.
vbi Papinianus ait validam eſſe conuentionem, vt vſuræ le-
gitimæ præſtentur, ſi minores ad diem ſolutæ non fuerint.
Quod etiam definitum eſt in l. 1. §. pacto ff. de pign. & l. Gaius
12. ff. de vſur. Quarum tamen non meminere. Vt ergo olim
licuit legitimas vſuras ſtipulari ſub ea conditione, ſi mino-
res ad diem ſolutæ non fuerint: ita prorſus nunc licitum eſt
paciſci vt ſummus, & legitimus reditus præſtetur, ſi ſuo die
minor penſio ſoluta non fuerit.

19 Ego tamen licet in terminis iuris communis ſententiam
Roderici veriſſimam putem, in terminis conſtitutionis Diui
Pij in quibus Cencius, & Duardus idem opinati ſunt, hæreo,
& ſubſiſto, quia conſtitutio vetat pacta, quibus vēditor cen-
ſus ob moram in eius ſolutione factam in pœnam aliquam
incidit, vel eius aliquod amittit eodem contractu acquiſitū:
ſed hæc conditio pœnam continet: & præterea aufertur vē-
ditori cenſus ius minorem reditum præſtandi, quod ex eo-
dem contractu ſibi competebat, & proinde videtur hæc con-
uentio repugnare conſtitutioni, & eſſe prohibita.

20 Et licèt hæc ratio facilè euerti poſſe videatur ex ead. l. 9.
§. 1. de vſur. vbi Papinianus ait hanc non eſſe pœnam, ſed fœ-
nus vberius ratione ſortis, vt expendunt Rodericus, & Cenc.
loc. cit. tamen negari non poteſt hanc verè pœnam eſſe mo-
ræ. Nam pœna eſt, quicquid eſt ſupra rem debitam l. ſi ſeruus
ff. de ſeru. export. l. 11. §. ſed ſi plus ff. ad l. Aquil. Fachin. con-
trou. lib. 10. cap. 78. & illud ipſum quod Papinianus hic ait
pœnam non eſſe, pœnam vocat in d. l. Gaius & l. Seia ff. de
vſur. vt obſeruat Cuiac. in d. l. 9. ad Papin. quare cum hæc
verè pœna ſit, conſequens eſt ſtipulationem maioris reditus,
ſi leuior ſua die ſolutus non fuerit, veluti pœnalem illici-
tam eſſe ob conſtitutionem Pontificis, quæ pacta omnia ir-
rita eſſe decernit, ex quibus debitor cenſus ob moram pœ-
nam aliquam incurrit, vel amittit ius ex eodem contractu
acquiſitum. Neque hac in re valere argumentum ab vſuris
ad reditus annuos, quia vſuras grauiores intra finem legiti-
mum ſtipulari olim licuit pœnæ nomine, ſi leuiores non eſ-
ſent ſolutæ, quod in cenſu nunc eſt prohibitum, & proinde
tutius eſt ab iſtiuſmodi conuentionibus abſtinere.

Cæterùm ſi in inſtrumento cenſus contra id, quod hoc lo- 21
co à ſummo Pontifice ſancitum eſt, actum ſit inter contra-
hentes, vt debitor cenſus, ſi moram in præſtanda penſione
committat, teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cam-
bia, vel ad certa ſalaria, & expenſas certas, vel taxandas iura-
mento creditoris, vel vt rem cenſui ſubiectam, vel partem, vel
ius aliquod amittat, vel in aliquam pœnam incidat, his pa-
ctionibus reiectis, & expunctis, contractus validus eſt, & ſu-
ſtinetur, vt ſenſit Rota apud Cardin. Seraph. in dec. 1415. in fin.
& dec. 1418. n. 16. & poſt tract. Cencij in dec. 146. num. 5. & dec.
147. n. 19. Gutier. lib. 1. pract. quæſt. cap. 176. num. 1. Scacc. in
§. 1. quæſt. 7. par. 2. ampliat. 20. num. 15. Roderic. de ann. redit. lib.
2. quæſt. 1. num. 7. & 29. Gomez. d. cap. 3. num. 27. Maſtrill. ad
Gregor. quæſt. 6. num. 115. Ioann. de Seſſ. in deciſ. 116. num. 27.
Marcell. Conuerſan. ad Intrigliol. quæſt. 55. Theſaur. filius l. 1.
quæſt. 69. num. 3. Cenc. in d. quæſt. 57. n. 12. & Duard. in d. §. 4.
quæſt. 23. n. 14. & quæſt. 27. num. 6. & rurſus in §. 6. quæſt. 15.
num. 30. & 31. tum quia huiuſmodi pacta non ſunt contra
ſubſtantiam contractus, cum ex his non transferatur in aliud
genus: neque ſubtrahatur materia, & veritas emptionis, quod
neceſſe eſt, vt adiectione pacti irritetur contractus ex Caſtr.
in conſ. 312. in princ. lib. 1. Sarmient. ſelect. interpret. lib. 7. cap.
1. num. 25. Cardin. Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 22.
num. 22. & Anton. Gomez. in d. cap. 3. num. 27. & multis au-
ctoribus relatis Cencius part. 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 1. num. 13.
nunc quæſt. 53. impreſſ. vlt. atque etiam quia conſtitutio Diui
Pij annullat duntaxat huiuſmodi pacta non autem contra-
ctum, vt expendit Theſaur. loc. cit. & Rota in d. dec. 146. n. 4.
& 5. † Quod & in alijs contractibus locum habet, qui ob 22
pœnam illicitam, vel aliam illicitam conuentionem non reſ-
cinduntur, ſed detracto eo, quod illicitè adiectum eſt, vires
habent d. l. 9. & l. placuit ff. de vſur. l. Iulianus §. idem de act. empt.
& inter alios docet Gail. lib. 2. obſ. 4. num. 3. & Frideric. cap. 6.
nu. 192. vnde reiiciendum eſt, quod Salas ait loc. cit. D. Pium
non tantum huiuſmodi pacta, ſed etiam totum contractum
irritaſſe, quia verius eſt reiectis pactis in reliquis contractum
ſuſtineri, vt in foro, & inter iuriſperitos receptum eſt, qui
ſcilicet aliter quam Salas, & Theologi quidam clauſulam il-
lam, contractuſque ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitios
iudicamus, interpretati ſunt, vt tractatum eſt q. 63. n. 26.

Sanè conſtituto cenſu in re certa, & ſuis finibus deſignata 23
res alias obligare ad cenſus ſolutionem, & pro faciliore &
tutiore illius exactione etiam poſt conſtitutionem Diui Pij
non eſt prohibitum, vt nominatim cautum eſt conſtitutione
Nicolai V. & docent Nauarr. loc. cit. n. 77. & 135. Gutierr.
pract. quæſt. lib. 2. cap. 147. num. 8. Molina Theolog. diſp. 387.
n. 8. verſ. illud obſerua. Ioan Franc. Leo d. cap. 15. num. Theſaur.
filius l. 1. quæſt. 32. num. 14. Felician. lib. 1. cap. 8. num. 10. Salas
dub. 7. n. 11. verſ. iuxta hæc. Cenc. quæſt. 41. num. 11. & d. quæſt.
57. n. 40. & nouiſſimè Scortia d. theorem. 260. verſ. poſſunt ta-
men & nouiſſimè omnium, ſed qui inter omnes eminet Car-
din. de Lug. cit. diſp. 17. num. 69. † Vt etiam licitum eſt in hoc
contractu accipere fideiuſſorem, vt tradit idem Gutierr. & 24
Theſaur. loc. cit. Felic. eod. lib. 1. cap. 4. num. 3. Roderic. de ann.
redit. lib. 2. quæſt. 12. num. 9. & alij apud Cencium quæſt. 52.
n. 2. & 3. quibus conſentiunt Vgolin. d. c. 45. §. 22. num. 2.
Scortia loc. cit. & Card. ead. diſp. 27. num. 101. & Duard. in §. 3.
quæſt. 13. num. 10. & 18. & nunc exploratum eſt ex alia eiuſdē
Pontificis conſtitutione edita anno 1570. in qua §. 8. ait fi-
deiuſſores dari aliaue bona obligari pro euictione rei cenſui
ſuppoſitæ, vel pro illius ſolutione minimè prohibuiſſe, vt
obſeruant Scortia, & Duard. locis citat. & Cenc. in d. quæſt.
52. num. 8. & 9. vbi diligentiſſimè rem hanc executus eſt.
† Quibus congruenter dicendum eſt validam eſſe conuen- 25
tionem, vt non ſoluta penſione liceat domino cenſus alia

bona

bona venditoris, vel fideiuſſoris ſibi pro penſionibus obli-
gata vendere, vt aliis creditoribus iure permittitur *l. 4. ff. de*
pignor. act. l. pactum C. eod. l. ſi fundus §. 1. ff. de pignor. & in
ſpecie tradit Binsfeld. *in cap. in ciuitate quæſt. 12. concl. 12. de*
vſur. Frideric. Martio *in d. cap. 6. n. 269.* Felic. *lib. 1. cap. 10. n. 19.*
& Cenc. *in d. quæſt. 57. num. 37.* & poſt Cencium Duard. *in*
26 *d. §. 4. quæſt. 30. num. 3.* † Imo licet id actum non ſit, poteſt ta-
men creditor iuris auctoritate pignus vendere, vt conſtat *ex*
l. vlt. §. ſancimus C. de iur. domin. impetr. d. l. 4. ff. de pignor. l. 1. & 2.
C. de diſtract. pignor. & in ſpecie docent iidem Binsfeld. &
Martin. *loc. cit.* in qua tamen re debet dominus cenſus admo-
nere debitorem, & bona fide ſibi rem gerere, vt in alijs cau-
ſis conſtitutum eſt *in l. 4. & 7. d. tit. C. de diſtract. pignor.* & tra-
dit Coiac. *ad hunc tit.* & Molin. *diſ. 552. n. 3. & 6.*

Et licet Cencius & Duardus *loc. cit.* diſtinguant, an huiuſ-
27 modi pactum ita concipiatur, vt ſonet in pœnam, & hoc
caſu exiſtiment nullum, & illicitum eſſe: an verò additum
fuiſſe appareat, vt promptior, & expeditior ſit exactio cen-
ſus, & hoc caſu concluſionem Friderici Martini recipiendam
eſſe, videtur tamen hæc diſtinctio verbalis magis quàm rea-
lis, cùm vtriuſque formulæ idem ſit effectus: & quibuſcun-
que verbis hæc conuentio concepta ſit, illud vnum creditor
agit, vt ſibi rem gerat, quod iure licet *d. l. 4. C. de diſtr. pignor.*
& ſuum conſequatur. Et proinde licèt conuentio concepta
eſſet ſub nomine pœnæ, & ſonaret in pœnam, vt Cencius
loquitur, vera pœna vocari non debet, ſed rei debitæ exactio
& perſecutio, pœna enim propriè eſt, quicquid eſt extra per-
ſecutionem rei *l. 2. in fin. ff. de tut. & ration. diſtrah. l. 5. §. vltim.*
ff. de pub l. 25. §. 1. ff. de his quæ in fraud. credit. & in conuentio-
nibus rem magis ſpectamus quam verba *l. 1. C. plus valer.*
quod agit. l. inſulam 6. ff. de præſcript. verb. & ideo omiſſis aucu-
pijs, & formulis verborum ſimpliciter dicendum eſt conuen-
tionem valere.

28 Qua ratione non videtur prohibita eſſe conuentio, vt
ceſſante debitore in ſolutione cenſus liceat creditori propria
auctoritate rei cenſualis poſſeſſionem capere: eamque reti-
nere, donec ſibi ex fructibus ſatisfactum ſit pro penſionibus
non ſolutis, vt ſenſit Virgin. de Boccat. *par. 2. num. 72.* Nam
inquit ſi venditor cenſus moram facit in ſoluendo, propter
hypothecam contractui additam competit domino cenſus
Saluianum interdictum, quo diſponitur, vt creditor in poſſeſ-
ſionem mittatur, & fundum retineat, donec ex fructibus
præteritas penſiones conſequatur, poterit hæc facultas ex
pacto, & conuentione concedi, & propterea ait hanc clau-
ſulam non eſſe iniquam, nec contrariam conſtitutionibus. Et
hanc ſententiam amplexus eſt Bon. *in lib. de cenſib. num. 105.*
& ſequi videntur Frideric. Martin. *d. c. 6. n. 367.* & Felic. *d. lib.*
1. c. 10. num. 3. & 13. & clarè ſenſit Conuerſ. ad Intrigl. *q. 45.*
vbi notat eo magis recipiendam eſſe in regno Siciliæ ob
præfatam conſtitutionem Nicolai V. per quam admittuntur
quælibet ſtipulationes, & pacta, quæ tendunt ad maiorem
ſecuritatem, & faciliorem exactionem cenſus, idem ſenſit
Anton. Gomez. *d. cap. 3. num. 32.* Vgol. *de vſur. cap. 46. num. 6.*
& Cenc. *in d. art. 5. ſin. quæſt. 57. num. 34. &* 35. & Cenc. ſequax
Duard. *loc. cit.* vbi tamen illam diſtinctionem adhibent, quam
verbalem eſſe diximus, non realem. † Neque hanc diſtin-
29 ctionem iuuat auctoritas Virginij *loc. cit.* qua mouetur Cen-
cius, quia non diſtinguit Virginius, an conuentionis formula
ſonet in pœnam, vel tendat ad faciliorem exactionem cẽſus:
ſed an concepta ſit, vt emptor cenſus rem retineat, donec ex
fructibus ſibi fuerit ſatisfactum pro cenſibus non ſolutis,
quo caſu validam eſſe conuentionem arbitratur, an verò
actum ſit, vt creditor cenſus poſſit rem perpetuo retinere in
pœnam, & hoc caſu conuentionem iniquiſſimam eſſe, &
vſurariam, & propterea reiiciendam, quæ ſunt diuerſa. Et
proinde Virginij quidem diſtinctio realis eſt, & in rebus po-
ſita: illa vero quam commentus eſt Cencius in verbis tantũ,
& verborum ſonitu conſiſtit. Quamobrem quibuſcunque
verbis conuentionis formula concepta ſit, dummodo hoc
vnum agatur, vt creditor rei tantum incumbat, donec ex
fructibus cenſus præteritos & nihil aliud conſequatur, ne-
que durior ſit conditio debitoris, dicendum eſt conuentio-
nem non eſſe prohibitam.

QVÆSTIO LXVII.

De pactis auferentibus, vel reſtringentibus facultatem redimendi cenſum.

SVMMARIA.

1 *Pactum, vt cenſus maiori pretio redimatur, quam fuerit emptus, non valet.*
2 *Ius redimendi cenſum nulla præſcriptione tolli poteſt.*
3 *Pacta quibus aufertur, vel reſtringitur facultas redimendi, conſtitutione Pij V. prohibita.*
4 *Publicè intereſt bona libera poſſideri.*
5 *Facultas redimendi contractibus cenſus naturaliter ineſt.*
6 *Facultas redimendi tranſit ad hæredes, & quemcunque poſſeſſorem.*
Creditores domini cenſus non poſſunt impedire, ne debitor cenſum redimat.
7 *Pactum, quo aufertur vel reſtringitur facultas redimendi, eſſe contra ſubſtantiam, qui putent.*
8 *Pactum auferens facultatem redimendi non eſt contra ſubſtantiam cenſus.*
9 *Pactum redimendi non eſt de forma contractus cenſus aduerſus Maſtrillum.*
10 *Extrauagantes Martini & Calixti declarant tantum cenſus, de quibus conſulti fuerunt, licitos eſſe*, & n. 21.
11 *Pactum quo tollitur facultas redimendi, eſſe contra ſubſtantiam cenſus Pium V. declaraſſe malè Cencius ſcripſit.*
12 *Duardi ratio quædam reiicitur.*
Pactum nullum ſubſtantiam contractus euertere non poteſt.
13 *Pactum, vt intra certum tempus redimere liceat, poſtea non liceat, non perimit cenſum.*
14 *Virginij de Boccat. dictum quoddam notatur.*
15 *Feliciani diſtinctio quædam nobis inutilis.*
16 *Pactum vt niſi poſt biennium vel aliud tempus redimere liceat, eſſe contra ſubſtantiam cenſus multi exiſtimant.*
17 *Sed contraria ſententia verior, & qui eam ſequantur.*
18 *Lucri certitudo per ſe non eſt illicita.*
19 *Iniuſtitia pretij rationem emptionis non tollit.*
20 *Pactum eſt pars rei, vel pretij, ſi validum ſit.*
Anton. Merenda obiectio refellitur.
22 *Didaci, & Roderici, & aliorum quorundam doctrina notatur.*
23 *Pactum vt cenſus maiori pretio redimatur, non vitiat cenſum, licet ſit illicitum.*
24 *Pactum, vt eadem ſpecie moneta cenſus redimi debeat, non eſt prohibitum.*
25 *Emptionibus aliarum rerum licitè adiicitur pactum, vt non niſi eodem genere nummorum redimi poſſint.*
26 *Onera iniuſta, & contra naturam contractus inæqualitatem inter contrahentes conſtituunt, niſi aliunde compenſentur.*
27 *Moneta antiqua ſi non inueniatur, ſolutio de noua ad æſtimationem antiquæ fieri debet.*
28 *Idemque eſt ſi ſpecies veteris monetæ difficillimè inueniri poteſt.*
29. *Cenſus perpetui, & irredimibiles, nunc prohibiti.*
30 *Cenſum per partes redimere non licet domino inuito.*
31 *Creditor non tenetur ſolutiones partium recipere.*
Cencij, & Duardi reſponſiones reiectæ.
32 *Pretium integrum cum fructibus deponendum eſt ad ſiſtendum curſum redituum.*
33 *Cencij dictum notatur.*
Soluere partem, & partem deponere diuerſum eſt, & diuerſos effectus habent.
34 *Solutio partium multa habet incommoda.*
Cencij reſponſiones ad hoc argumentum refellantur.
35 *Duardi reſponſio reiicitur.*
36 *Res vendita cum pacto retrouendendi per partes non poſſunt redimi.*

37. Cencij

Digitized by Google

37 *Cencij ſolutio reiicitur.*
38 *Extrauagantes Martini, & Calixti non conſtituunt cenſus per partes redimi poſſe domino inuito, ſed ſupponunt conuentionem.*
39 *Pius V. de redemptione cenſus per partes nihil conſtituit.*
Cenſus, vt non poteſt niſi integro pretio conſtitui, ita nec diſſolui.
40 *Virginij argumentum* ex l. 1. C. de lat. libert. tollen. *refellitur.*
41 *Pactum, vt non niſi integro reſtituto pretio cenſus redimatur receptum eſt.*
42 *Pactum, vt non niſi integer cenſus redimi poſſit conſtitutione Pij V. non prohibetur.*
Cogitationes poſteriores non ſemper meliores.

PRÆTEREA remouet conſtitutio D. Pij à contractu cenſus pacta omnia, quibus auffertur, vel reſtringitur facultas redimendi cenſum. Poſtquam enim iuſſit, cenſus omnes in futurum creandos non ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum, vel pro parte effecta ad ratam petire, *ſed etiam* inquit, *poſſe pro eodem pretio extingui non obſtante etiam longiſſimi temporis, ac immemorabilis, imò centum, & plurium annorum præſcriptione. Non obſtantibus aliquibus pactis directè, vel indirectè talem facultatem auferenti-*
1 *bus, quibuſcunque verbis, vel clauſulis concepta ſint.* † Quibus verbis primùm ſummus Pontifex irritum eſſe pactum conſtituit, vt cenſus maiori pretio redimatur, quam fuerit emptus, vt adnotarunt Nauarr. *in Enchirid. d. cap.* 17. *n.* 248. Molin. *in diſput.* 391. *n.* 5. Leſſ. *cap.* 22. *dub.* 7. *n.* 48. Salas *de cenſibus dub.* 12. *n.* 1. *&* 2. *verſ. aduertit demum.* Frideric. Martin. *cap.* 6. *n.* 228. & Scortia *theor.* 273. vbi refert id etiam à Carolo V.
2 conſtitutum fuiſſe Bruxellis anno 1548. † Secundo hìc eorum ſententia reiicitur, qui putabant ius redimendi cenſum ſpatio triginta annorum præſcribi, quia verius eſt id ius nulla præſcriptione auferri poſſe, vt multis præiudiciis comprobatum eſſe refert Mynſing, *cent.* 1. *obſ.* 16. & tradunt Couarr. *variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 8. Molin. & Salas *loc. cit.* Leonell. *ad bullam Nicolai V. quæſt.* 49. *n.* 9. Vgolin. *in d. cap.* 45. § 5. *n.* 4. & Caniſ. *in lib. de vſur. cap. vlt. n.* 8. *verſ. Poſtremo occurrunt.* vbi ait poſt conſtitutionem D. Pij rem expeditam eſſe.
3 Denique in fine huius clauſulæ damnantur, & irritæ fiunt conuentiones, quibus tollitur, vel reſtringitur facultas redimendi cenſum, vt notant iidem Molin. & Salas *loc cit.* Virg. de Boccat. *par.* 1. *num.* 13. *&* 33. & docet Cencius *q.* 59. *n.* 16. *&* 18. & Rebell. *lib. de cenſib. q.* 6. *n.* 21. vbi ait redemptionem cenſus pro eodem pretio nulla præſcriptione, nullove pacto
4 ex hoc Pij V. decreto impediri poſſe. † Huiuſque rei conſtituendæ ni fallor, ratio fuit, quia durum, & contra publicam vtilitatem eſſe videtur, vt quis ſub onere cenſus perſeuerare cogatur. Facultas enim ſe & res ſuas liberandi eſt res fauorabilis, vt notat gloſ. *in l. vlt. C. de pact. pign.* Caſtrenſ. *in conſ.* 144. *n.* 3. *lib.* 2. & in ſpecie cenſus Ludou. Lop. *de contract. lib.* 1. *c.* 59. *verſ. denique.* & Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 51. vbi ait publicè intereſſe prædia libera poſſideri, & debitores poſſe exonerari.
5 Imò hæc redimendi facultas nunc ita propria, & naturalis eſt huic contractui, vt ei ineſſe cenſeatur: & proinde licet actum non ſit, vt cenſum quandocunque pro eodem pretio redimere liceat, poſſe tamen debitorem cum volet cenſum extinguere, & ſe ab hoc onere liberare, ſentiunt Petrus de Gregor. *ad pragmat. de cenſib. q.* 5. *n.* 39. Intrigliol. *ad eand. pragm. q.* 49. *n* 8. Alexand. Trentacinq. *reſol.* 1. *de cenſib. n.* 5. *lib.* 3. Theſaur. filius *q.* 44. *n.* 3. *lib.* 4. Cenc. *in d. quæſt.* 59. *n.* 5. Vgolin. *de vſur. c.* 45. §. 10. *in fin.* Foller. Anna. & Fontan. apud Hodiernam *ad Surd. dec.* 2. *in fin. &* hanc ſententiam vſu receptam teſtatur Maſtrill. ad Gregor. *in d. quæſt.* 5. *n.* 264. quamuis aliud ſentire videatur, niſi ſit expreſſum, ſed aliorum ſententia probari poteſt, quia quæ ſunt naturalia contractui per ſe ex illius forma, & ſubſtantia fluunt, & tacita ineſſe intelliguntur *l. in emptionibus.* 43. *ff. de pact. l. cum quid. ff. de reb cred. l.* 66. *ff. de contrah. empt. & l.* 6. *C. de euict.* & multis proſequitur Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap.* 6. *n.* 16. *& ſeq.* cuiuſmodi videri poteſt redimendi facultas ſaltem poſt conſtitutionem Diui Pij, quæ iubet cenſum etiam adiectis contrariis pactis quandocunque extingui poſſe, ergo multo magis dicendum eſt nunc hanc facultatem ineſſe contractui, cum nihil in contrarium actum eſt. Alioqui ſubducta conſtitutione, id ex pretio definiendum videtur.

Et valde notandum eſt hanc facultatem redimendi ad 6
hæredes, & in hæredes tranſire, atque etiam ad ſucceſſores quoſcunque ſiue rei, ſiue reditus, vt rectè notat Virgin. *part.* 2. *num.* 112. Vgolin. *in d.* §. 5. *num.* 7. Neque creditores, qui domini cenſus bona obligata habent, poſſunt ſe interponere, ne cenſus redimatur, cùm non poſſit hæc facultas venditori auferri facto aduerſarij, vt tradunt iidem Virgin. *d. part.* 2. *num.* 115. & Vgolin. *loc. cit.* exiſtimo tamen creditores poſſe adire iudicem, vt in caſum redemptionis pretium deponatur, vel ipſis numeretur, ne dominus cenſus, idémque debitor cùm pecunia fugam arripiat, & creditores eludat, ſcilicet in iis caſibus, in quibus bona debitoris ſequeſtrari poſſunt, vel addici creditori.

Illud verò quæritur, an pactum, quo tollitur, vel reſtrin- 7
gitur facultas redimendi cenſum, ſit contra ſubſtantiam contractus, & illum vitiet. Et ſanè ſunt qui putant, huiuſmodi pacta eſſe contra ſubſtantiam cenſus, & illum vitiare, vt Virgin. *in d. part.* 1. *n.* 33. Felician. *d. l.* 1. *cap.* 7. *n.* 10. *& cap.* 10. *n.* 28. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *q.* 1. *num.* 19. *&* 20. Auendan. *de cenſib. cap.* 19. *n.* 11. & Cenc. *in d. art.* 7. *ſeu quæſt.* 59. *n.* 16. *&* 17. *& n.* 19. vbi ait hoc pactum non tantùm eſſe contra ſubſtantiam contractus, quando omnino aufertur facultas redimendi, ſed etiam cum reſtringitur. Quod etiam ſentire videtur Duard. *in* §. 6. *q.* 15. *n.* 12. *&* 18. vbi ait pactum, vt ad libitum venditoris cenſus redimi non poſſit, vitiare totum contractum, quia inquit, pugnat dati cenſum redimibilem, qui redimi non poſſit.

Ego verò exiſtimo huiuſmodi pactum nunc quidem in 8
cenſibus illicitum eſſe, ſed vitiari tantum, & eo reiecto contractum ſubſiſtere. Quod cenſuit Rota poſt Duardum *in dec.* 117. *num.* 7. *&* 8. & ipſe Duardus *loc. cit. verſ. ſed quicquid ſit.* vbi ait hanc ſententiam probabiliorem: & rurſus *in* §. 5. *q.* 39. *n.* 8. Primò quia hæc facultas redimendi nunc tacitè ineſt contractui cenſus, vt dictum eſt, & præ aliis docuit Cencius *loc. cit.* & ideo non ad eius ſubſtantiam, ſed naturam pertinet, vt explicat Frideric. Martin. *in d cap.* 6. *n.* 4. *& n.* 179. vbi aduerſus Molinæum docet cenſum redimibilem, vel irredimibilem ad qualitates illius non ad ſubſtantiam pertinere. Proinde niſi lex Pontificis prohiberet, pacto inuerti, vel tolli poſſet *d. l.* 43. *ff. de pact. l. contractus. de reg. iur.* Secundò quia hæc pactio auferens, vel reſtringens facultatem redimendi non transfert, neque poteſt transferre contractum in aliam ſpeciem, neque rationem emptionis tollit *l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit.* & proinde non poteſt dici repugnare ſubſtantiæ contractus *l. Titius. ff. de praſcript. verb. l. vbi ita donatur. ff. de donat.* Coraſ. Miſcellan. *lib.* 3. *cap.* 10. *in fin.* Franciſc. Sarmient. *ſelect. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 25. *& ſeq.* & Anton. Gomez. *in d. cap.* 3. *n.* 23. *&* 27. Denique id manifeſtè patet ex verbis conſtitutionis D. Pij, qua ſancitum eſt poſſe cenſum ſemper extingui non obſtantibus quibuſcunque pactis directè vel indirectè hanc facultatem auferentibus, quod ſanè ſupponit cenſum ſuſtinendum eſſe reiecto pacto. Neque enim extingui, vel tolli poteſt, quod non eſt *l. Celſus. de vſucap. l.* 4. *C. in quib. cauſ. l. verum.* 93. *in fin. ff. pro ſoc.* quæ ait, eius rei, quæ iam nulla ſit, quempiam ſocium non eſſe *l nam & ſi.* §. *ſi poſt. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſt.* Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 3. *&* 4. Hering. *de fideiuſſ. cap.* 20. *n.* 10. & cum igitur de extinctione alicuius actus, ipſe præſupponi debet, vt inquit Rota poſt Cencium *in dec.* 113. *n.* 9. *&* 272. *in fin.* & ipſe Roderic. *in d. q.* 1. *n.* 17. Quamobrem verius eſt, pactum auferens, vel reſtringens facultatem redimendi ſubſtantiæ huius contractus non repugnare. † Neque obſtat quod Maſtrillus ait *loc. cit. n.* 262. pa- 9
ctum redimendi eſſe de forma huius contractus, quia id neque in terminis iuris communis, neque in terminis conſtitutionis Diui Pij recipiendum eſt. Nam cùm cenſus conſtitutio pretio intercedente ſit vera empio, vt ſæpius dictum eſt, & conſtat ex conſtitutionibus duorum Pontificum Martini, & Calixti *de empt. & vend.* & Cuiac. *in l.* 2. *C. de reſcind. vend.* conſequens eſt non eſſe contra illius ſubſtantiam, vt hæc venditio

Digitized by Google

rio ſit perpetua, quemadmodum cæteræ res alienantur ſublata in perpetuum, vel reſtricta ad aliquod tempus venditori redimendi facultate, vt notant Azor. *lib.* 10.*cap.*17. Frideric. Martin. *d c.*6.*n.*105. & Emin. de Lug. *d.diſp.*27.*n.*111. conſtitutio verò Pij V. id pro forma non exigit, ſed tantùm iubet, vt liceat cenſum quandocunque redimere non obſtantibus quibuſcunque pactis hanc facultatem auferentibus, vt dictum eſt.

10 Neque monet quod Cencius obijcit Martinum, & Calixtum in relatis ſuis conſtitutionibus expreſſe declaraſſe pacta huiuſmodi omnino illicita eſſe, & contra ſubſtantiam cenſus, quia dicti Pontifices tantum declarant cenſus illos licitos eſſe, in quibus ab initio libera facultas venditoribus relicta eſt extinguendi, & redimendi cenſum: nihil vero ab eis conſtitutum eſt de cenſibus perpetuis, & initis ſine facultate redimendi, vt obſeruarunt Molin. *in diſp.* 385. *n.*11. *& d.diſp.* 391. *num.*6. *in fin.* Martin. *loc.cit. n.* 214. Salas *d. dub.*12. *n.*2. *verſ. ad ſecundum.* & nos ſæpius diximus dictos Pontifices eos cenſus licitos pronuntiaſſe, de quibus conſulti fuerant, de iis vero, qui ſub alia forma, & aliis conditionibus contrahebantur, nihil reſpondiſſe, vt etiam adnotauit Duard. *d.* §.5. *q.*6.
11 *n.*10. & aliis locis † & fallitur etiam Cencius dum ait D. Pium iis, quæ iam retulimus, verbis apertiſſimè declaraſſe huiuſmodi pactum eſſe contra ſubſtantiam cenſus, quia iubet tantum cenſum libere, & quandocunque extingui poſſe non obſtantibus quibuſcunque pactis, quibus auferetur, vel reſtringitur redimendi facultas. Quod argumentum eſt cenſum conſiſtere reiecto pacto, vt dictum eſt, ideóque id neque ad formam, neque ad ſubſtantiam contractus pertinere. Et verius eſt nihil in ea conſtitutione eſſe, ex quo colligi poſſit pactum huiuſmodi eſſe contra ſubſtantiam cenſus.

12 Vt etiam nihil obſtat quod obiiciebat P. Duard. *in d q.*15. *n.*18. hoc pactum vitiare contractum, quia pugnat dari cenſum redimibilem, qui redimi non poſſit. Etenim hoc verum eſſet, ſi pactum valeret, & faceret cenſum irredimibilem: ſed quia lex Pontificis remouet à contractu cenſus huiuſmodi pactum, & iubet eo non obſtante cenſum quandocunque redimi poſſe, conſequens eſt cenſum manere redimibilem ex parte venditoris, & pactum huiuſmodi tanquam illicitum pro non appoſito haberi, quod proinde cenſus ſubſtantiam euertere non poteſt, vt in aliis contractibus receptum eſt, quibus ſi pacta illicita, & legibus prohibita adiiciantur, non ideo minus reiecto eo, quod illicite adiectum eſt, ſuſtinetur contractus, vt conſtat *ex l.vlt. C.de pact. pignor. l.*20. *&* 29. *ff.de vſur. l.*4.*&* 5. *ff.de pign. act. l.* 13.§.*ibidem Papinianus ff.de act. empt.*.& Harmenop. *lib.*1. *tit.*9. vbi ait, *pacta, quæ legibus aduerſantur, nullam vim habere indubitati iuris eſt.* & diximus *quæſt. præced. n.*22.

13 Quod multo magis admittendum eſt, ſi conuenerit, vt intra certum aliquod tempus puta triennium, vel quinquennium redimere liceat, poſtea vero non liceat. Nam reiecto pacto contractus validus eſt, & licèt quandocunque redimere. Ita ſentiebant etiam ante conſtitutionem D. Pij Guid. Pap. *in q.*516.*in fin.* & Couarr. *variar.lib.*3.*cap.*8. *n.*7. & poſt conſtitutionem cenſuit Rota poſt Cencium *in d.dec.*117.*n.*7. *& dec.*152. *n.*3. Lup. *in comment. l.*2. *C.de pact. inter empt. & vendit.* §.2. *n.*17. Burſat. *in conſ.* 114. *n.*13. Roderic. *de ann. redit.lib.*2. *quæſt.*1. *n.*15. Trentacinq. *d.reſol.*1. *de cenſibus n.*10. Binsfeld. *in d.cap.in ciuitate. quæſt.*12 *concl.*11. *de vſur.* & nouiſſimè Duard. *in* §.4. *quæſt.*39. *n.*8. *&* §.6. *quæſt.* 15. *num.*34.

14 † Ex quibus reiici debet, quod ſcripſit Virgin. de Boccar. *par.* 3. *num.* 15. huiuſmodi pactum annullare contractum cenſus tanquam vſurarium, hoc hodie poſt ſanctionem Pij V. exploratum eſſe, quia mouetur Virginius illa conſtitutionis clauſula, *contractúſque ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitios iudicamus*; cuius ſenſum malè percipiens opinabantur pacta omnia, quæ hac conſtitutione à contractu cenſus remouentur, eſſe contra formam contractus, & perimere cenſum, quod falſum eſt; vt diximus *in quæſt* 62. *n.*26. Quo nomine etiam is auctor reprehenſus eſt ab ipſo Cencio *part.*
15 2. *cap.*1. *quæſt.*3.*art.*8.*n.*40. nunc *quæſt.*60. † Neque hic omittenda eſt elegans doctrina Feliciani *in d.cap.*7.*num.*5. vbi mediam, vt ipſe ait, viam eligens ita diſtinguit. Aut actum expreſſe fuit vt pro eodem pretio à principio conſtituti cenſus poſt illud tempus maneat irredimibilis: & hoc caſu pactionem illicitam, & vſurariam eſſe. Aut actum eſt, vt maneat cenſus irredimibilis pro iuſto pretio, quo cenſus perpetui, & irredimiles comparari ſolent: & hoc caſu pactum licitum, & iuſtum eſſe. Sed hæc diſtinctio nobis inutilis eſt, quia cum ex conſtitutione D. Pij pactio reiiciatur, & ea nihil obſtante cenſus ſemper redimibilis ſit, ſatis eſt ab initio cenſum eo pretio conſtitui, quo cenſus redimibiles ex lege vel more regionis comparari ſolent.

Sed ſi actum ſit, vt cenſum redimere non liceat, niſi poſt decennium, vel aliud tempus, & poſt illud quandocunque liceat, multi ita huic pactioni ſuccenſent, vt putent contractum totum infici, & vſurarium eſſe, vt poſt Molinæum Couarr. *loc.cit.num.*8. Papon. *lib.*12.*tit.*7. *art.*1. Menoch. *de præſumpt.lib.*3.*cap.*122.*n.*71. *& conſ.*445. *n.*14. Maſcard. *de probat. concl* 441. *n.*6. Binsfeld. & Roderic. *loc.cit.* Emin. Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*4. *tit.*31.*n.*33. Gratian. *diſcept. lib.*2. *cap.*258. *n.*17. Vgolin. *in d.* §.5. *n.*9. Auendan. *d.cap.*19. *num.* 5. & R. D. Iuſtus *illius deciſ.* 152. poſt Cencium auctor *n.* 5. & nouiſſimè Merenda *lib.*16. *cap.*32. mouentur verò potiſſimùm, quia emptor cenſus videtur ab initio certus de lucro vltra ſortem percipiendo, vt inquiunt Couarr. & Iuſtus *illis locis.* Vel vt dicebat Rodericus, quia hic maior auaritia, & iniquitas detegitur creditoris, quàm in præcedenti formula conuentionis cùm ſcilicet actum eſt, vt intra aliquod tempus redimere liceat, poſtea verò non liceat. Denique quia ea Diuorum Pontificum conſtitutionibus nec tolli, nec reſtringi poteſt libera facultas redimendi, quæ ſtatim ab initio contractus incipit competere venditori. 16

Sed pro contraria ſententia ſtant Conrad. Medin. Sot. Molina, & alij Theologi, quos refert & ſequitur Salas *d. dub.*12. 17
*n.*5. Salon. *de cenſib.a.*3.*contr.*21. & inter Iuriſperitos Euerard. *in conſ.*150. *n.*29. Burſat *loc.cit.* Gutierr. *practic.lib.*2.*quæſt.*176. *n.*1.*&* 5. Cardin. Seraphin. *in dec.*1418. *num.*6. Ferrer. in notis ad Guidonem Pap. *in dict. quæſt.* 516. *in fin.* Frideric. Martin. *in d.cap.*6.*num.*241. & Duard. *in d.*§.5. *quæſt.*40. *n.* 10. *&* §. 6. *quæſt.*15.*num.*34. & Paul. Layman. *lib.*3. *de inſtit. tract.* 4. *cap.* 18. *num.* 9. quæ ſententia veriſſima eſt, & probatur primo quia ea natura rei licita eſt emptio cenſus irredimibilis: iuſta eſt etiam emptio liberè redimibilis, ergo etiam licita & iuſta eſt emptio cenſus redimibilis ad certum tempus, & ea certo tempore. Secundo quia pactum redimendi ex certo tempore non reiicitur ab emptionibus aliarum rerum, ergò & in emptione cenſus tolerari deberet, niſi lex Pontificis id prohibuiſſet. Denique conſtitutio D. Pij annullat huiuſmodi pacta, non autem contractum, vt notant Gutierr. & Seraphin. *loc.cit.* & nos diximus *n.*8.

Neque valde mouet, quod dicunt hoc pacto admiſſo emptorem cenſus omnino de lucro percipiendo vltra ſortē certum eſſe, quia hic nulla ſors eſt, ſed pretium quod fit venditoris ſecundùm emptionis, & venditionis naturam *l.*1. *ff.de rer. permut.* & nunquam ab emptore repeti poteſt, quod rationem fœnoris excludit, & indicat contrahentes, qui in reliquis obſeruarunt formam conſtitutionis cenſum contraxiſſe non mutuum, cuius proprium eſt, vt ſors aliquando repeti poſſit *l.*2 §. *mutui datio. ff. de reb. credit.* Petrus de Gregor. *de cenſibus quæſt.*5. *num.*34. Roderic. *lib.*1.*quæſt.*4.*num.* 3.*&* 4. & deinde quia non omnis certitudo lucri eſt prohibita, vt ait Theſaur. filius *in quæſt.*32. *num.*14. *lib.* 1. & Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 133. *num.* 20. prout etiam non omne iniquum lucrum vſura eſt *l.illicitas in princ.ff.de off. præſid. l.*2. *C. de reſc. vend. l.* 14. *&* 19. §. *quamuis ff. de condict.indeb.* † Vnde non probo, quod Felicianus ait *loc.cit.* pactionem hanc nulla facta recompenſatione pretij vſurariam eſſe, & repugnare ſubſtantiæ cenſus ex eo, quod creditor certum lucrum percipiat vltra ſortem: licitam vero eſſe, ſi quatenus tollitur facultas redimendi fiat compenſatio pretij, quia etiam cum nulla fit compenſatio pretij, pactio ex natura rei vſuraria dici non poteſt. Hic enim nullum mutuum eſt, neque intelligi poteſt, & nihil vltra ſortem percipitur: ſed tantum iniuſtitia in pretio aliqua eſſe poteſt, quæ non tollit rationē emptionis *l.* 22. *in fin.ff.loc.l.*3 *in fi.ff.de eo quod cert.loc* & reditus, qui ex hoc contractu percipiuntur vſuræ dici non poſſunt, ſed fructus rei melius iuſto pretiò emptæ ob adiectionem huius conuentionis, 18 19

Digitized by Google

quæ eſt pars rei, & pretium rei auget *l. 75. & 79. ff. de contr. empt.* Repugnat ergo hæc pactio iuſtitiæ contractus, non autem eius ſubſtantiæ. Quod ſi pro Feliciano obiicias ex conſtitutione D. Pij cenſus non niſi iuſto pretio emi poſſe, ſubiiciam id quidem verum eſſe, ſed pretium in terminis dictæ conſtitutionis non minui adiectione huius pacti, & conſequenter nullam ex eo compenſationem in pretio faciendam eſſe, quia ex eadem conſtitutione pactum nullum eſt firmo manente contractu. † Nam quod dicimus pactum eſſe partẽ rei, vel pretij, & augere, vel minuere valorem rei, vt tradit Frideric. Martin. *d. cap. 6. num. 196.* id accipimus, ſi pactum validum ſit, vt *in l. 7. ff. de add. in diem, & d. l. 79. de contrah. empt. & l. 27. §. ſi tibi ff. de act. empt.* Quomodo enim pactum, quod nullum eſt poteſt eſſe pars vel rei, vel pretij? Neque Felicianus excutit hoc genus pacti ex præſcripto conſtitutionis D. Pij, ſed ex natura rei, & contractus. Nam conſtitutionem hanc, quæ plurimis eius opinionibus aduerſatur, paſſim ait in Hiſpania non eſſe receptam: alioquin eius diſtinctio incongrua eſt, quia cùm ex mente huius conſtitutionis, & non obſtante pacto venditor habeat liberam, & abſolutam redimendi facultatem, nulla pretij compenſatio fieri debet, cùm nihil etiam oneris adiectum intelligatur. Ex quibus etiam refellitur, quod obiicit Metend. *loc. citat.* hoc genus contractus nihil re ipſa à mutuo differre, quia ſupponimus in reliquis ſeruatam eſſe formam contractus, id eſt, cenſum eſſe impoſitum rei certæ, & fructiferæ, iuſto & numerato pretio, quo poſito palã eſt emptionem potius eſſe contractã. Iam & pecunia repeti non poteſt ab inuito: & pereunte fundo cẽſus petit emptori, quæ eſt natura emptionis *l. 1. ff. de peric. & com. rei vend. l. 1. & l. cum ſpeciem C. eod.* cum aliud ſit in mutuo, cuius periculum pertinet ad debitorem *l. 11. C ſi cert. pet. §. item is Inſt. quib. mod re contr. oblig.* & cuius proprium eſt, vt tantundem aliquando reddatur *l. 2. in princ. ff. de reb. cred.* conſtat igitur hoc genus negotij à mutuo reipſa diſtare. Denique hoc ſolum pactum non ſufficere, vt emptiones aliarũ rerum fœneratitiæ cenſeantur, conſtat *ex cap. ad noſtram de empt. & vendit.* nulla autem adfertur ratio, cur dicamus in emptionibus redituum id ſufficere, & præſertim ſtante conſtitutione Pij V. quæ non irritat contractum, ſed pactum, vt dictum eſt.

21 Vt etiam nihil facit, quod obiiciunt ex conſtitutionibus duorum Pontificum Martini & Calixti ſtatim ſemper, & ab initio poſt venditionem ius eſſe venditori cenſum redimere, quia Diui Pontifices eos tantùm cenſus, de quibus rogati fuerant, licitos eſſe declararunt, de iis verò, qui ſub alia forma celebrari conſueuerant, nihil conſtituunt, vt diximus multis locis. Vnde ex illis conſtitutionibus inferri non poteſt cenſum nullum eſſe, in quo ab initio facultas redimendi vel tollitur, vel reſtringitur, vt notant Molin & Salas *loc. cit.* & Rota *in dec. 152. num. 3.* & eleganter Valentia *diſp. 5. quæſt. 22. p. 7.* ait etiam poſt illas conſtitutiones, ius naturæ integrum fuiſſe. Neque temerè dicendum eſt Pontifices eos contractus vſurarios decernere, de quibus in illis conſtitutionibus nulla fit mentio, & qui ex natura rei, & ſecundùm principia iuris nihil cum mutuo, & fœnore commune habent neque per ſe

22 vſuræ continent prauitatem. † Neque ferre poſſum Didacum & Rodericum & alios profiteri pactum, vt intra certum tempus redimere liceat, poſtea verò non liceat, vſurarium non eſſe, & reiecto pacto contractum valere: pactum verò vt intra certum tempus non liceat, poſtea verò liceat, contractum vſurarium efficere, quia vtroque caſu, vel neutro (quod verius eſt,) incurritur in conſtitutiones duorum Pontificum, quibus eos cenſus probant, qui cum omnimoda libertate redimendi conſtitui ſunt: neque inter vtramque ſpeciem adſerri poteſt differentiæ ratio conueniens, quoniam vtroque caſu reſtringitur ius redimendi, imò in priori caſu magis reſtringitur, quia poſt certum tempus, veluti quinquennium omnino tollitur, in poſteriori verò forma conuentionis vſque ad certum tempus duntaxat, poſt quod libera facultas redimendi datur in perpetuum, vt admittit Felicianus *in d. cap. 7. num. 10* Ex quibus non placet diſtinctio Rotæ *in d. dec. 152. n. 5.* vbi ſeparat duos caſus: primum, quando à principio negatur facultas redimendi, & hoc caſu cenſum non valere: alterum quando cenſus eſt redimibilis à principio, & poſtea fit irredimibilis, & hoc caſu cenſum conſiſtere, quia verius eſt vtroque caſu contractum ſuſtineri, vt dictum eſt, & docent auctores citati *num. 17.* quibus conſentiunt Valent. *d. diſp. de cenſib. punct. 6. verſ. ex hac doctrina.* Leſſ. *cap. 22. dub. 9. num. 51. & 53.* & nouiſſimè omnium Eminentiſſ. Ioann. de Lug. *diſp. 37. ſect. 7. num. 111.* vbi refert hanc eſſe veram, & communem ſententiam, & in terminis conſtitutionis D. Pij certiſſimum eſt, quæ tantùm reiicit huiuſmodi pacta.

Sed licèt auctores conſentiant pactum, vt cenſus maiori pretio redimatur, prohibitum eſſe, vt dixi initio huius quæſtionis, non ſatis tamen inter eos conuenit, an hæc pactio peruertat cenſum, vt illum fœneratitium reddat. Nam ita ſentiunt Felic. *d. lib. 1. cap. 10. n. 28.* Roderic. *de ann. redit. l. 2. q. 1. num. 21.* & ſentire videtur Vgolin. *d. cap. 45. §. 8. in fin.* 23

Verius tamen eſt pactionẽ hanc non vitiare contractum, ſed vitiari, quia rationem emptionis non tollit, vt ſentiunt Foller. *de cenſib. §. vt vides num. 14. & 22.* Maſtrill. ad Gregor. *quæſt. 7. n. 18.* Sigiſmond. Scac. *de commerc. §. 1. quæſt. 3. ampliat. 10. num. 9.* Intrigliol. *de cenſib. quæſt. 8. num. 10.* Marcell. Conuerſ. *ad eund.* & Anton. Gomez. *eod. tract. cap. 3. num. 27.* Nam & in emptionibus aliarum rerum recepta eſt conuentio, vt maiori pretio res redimatur, vt docet Medin. *quæſt. vlt. de vſur.* Molin. *diſp. 376. n. 4.* Couar. *loc. cit.* Gomez. *in d. c. 3. n. 27.* & Frideric. Martin. *d. cap. 6. num. 231.* vbi quod magis eſt, ait hoc pactum valere in his locis, in quibus pretium cenſus redimibilis nulla lege definitum eſt, quod tamen contrarium eſt conſtitutioni D. Pij, qua cautum eſt cenſum eodem pretio redimi poſſe non obſtantibus quibuſcunque pactis. Ex quo etiam ſequitur huiuſmodi pactum non vitiare contractum, quia conſtitutio iubet cenſum eodem pretio extingui poſſe non obſtante pacto.

Illud etiam quæritur, an valeat pactum, vt non niſi eadem ſpecie monetæ cenſus redimi poſſit qua conſtitutus eſt. Et ſunt qui putant non valere, quia id nimis graue eſt venditori, cui liberũ eſſe debet ex qualibet pecunia cenſum extinguere. Nam vt emptor poteſt ex qualibet pecunia cenſũ emere, ita æquum eſt, vt venditori liceat ex quocunque nummorum genere cenſum diſſoluere: & præſertim quia fauorabilior eſt cauſa debitoris, quàm creditoris *l. 47. ff. de oblig. & act. l. 38. ff. de re iudic.* & ita docet Grimaud *de vſur. & contract. pigner. lib. 3. cap. 12. num. 16.* Leſſ. *d. cap. 22. dub. 8. num. 50.* exceptis quibuſdam caſibus, & Cenc. *par. 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 7.* nunc *quæſt. 59. num. 29.* vbi ait conſtitutione Pij V. huiuſmodi pactum improbari. 24

Sed contrariam ſententiam amplexus eſt Roderic. *de ann. redit. lib. 1 quæſt. 18.* quem totum refert Salas *de cenſib. dub. 56. num. 11.* ijdem ſentire videntur Frider. Martin. *de iur. cenſib. à p. 8. n. 50. & 90.* Bonacin. *de contract. diſp. 3. quæſt. 4. punct. vn. num. 35.* qui tamen excipit niſi emptor probabiliter credat valorem monetæ augendum eſſe, vt etiam Duard. *in §. 5. quæſt. 49. num. 4. in fin.* vbi tacitè carpit Cencium, & *num. 5. & 6.* Idem ſimpliciter ſenſit Molfeſ. *de contract. c. 6. n. 123.* Ann. Robert. *rer. iudic. lib. 2. cap. vlt.* vbi refert ita ſæpius iudicatum: & nouiſſimè omnium Eminent. Ioan. de Lug. *d. diſp. 27. num. 136.* vbi ait hoc pactum conſtitutione Pij V. nullo modo eſſe prohibitum. Idem docet Vgolin. *in d. cap. 45. §. 8. n. 4.* qui quod magis eſt ita opinatur reſtitutionem pretij eodem nummorum genere fieri debere, vt contrarium paciſci non liceat. Nam inquit huiuſmodi conuentio obligat debitorem cenſus ad id, quod natura contractus non poſtulat. Non enim contractus emptionis, & venditionis habet, vt venditor redimens rem venditam aliam ſpeciem pecuniæ dare cogatur ab ea, quam accepit: at pacta, quæ ſunt contra naturam contractus bulla Pij V. prohibentur multis locis.

Mihi verò videtur hæc pactio ſimpliciter valere, & valde conuenire conſtitutioni D. Pij, dum iubet cenſum eodem pretio redimendum eſſe, quod melius, & iuſtius fit eodem nummorum genere, quàm ſi alio redemptio fiat. Ita enim creditor neque plures, neque pauciores nummos accipit, quàm dedit ſiue creſcat, ſiue decreſcat nummorum extrinſeca æſtimatio. Deinde nihil tam naturale eſt quàm eodem genere quodque diſſolui, quo colligatum eſt *l. nihil 35. de reg. iur.*

tur. l prom. 80. *ff.de ſolut.* ergo conuentio, vt cenſus eodem pecuniæ genere redimatur, quo emptus fuit, iure naturæ æquiſſima eſt, & ſuſtinetur. Tertio non debet negari emptori, quod venditori permiſſum eſt, vt ait idem Martin. *cap.6. n.255.* ſed venditori liberum eſt conuenire, vt ſibi in certo nummorum genere pretium numeretur: ergo & emptori fas eſt paciſci, vt non niſi eodem nummorum genere cenſus re-
25 dimi poſſit. † Quarto in emptionibus aliarum rerum licitum eſt pactum, vt eadem ſpecie pecuniæ redimantur: vt docet Senator Sola *in tract. de monet. caſ.* 14. *&* 47. vbi ait auctoritates ſcriptorum hac de re vulgares eſſe: ergo & in conſtitutione cenſus, quæ vera eſt emptio, id paciſci non eſt illicitum. Denique fundo vendito pretio aureorum centum cum pacto, de retrouendendo, venditor quandocunque redimens tenetur aureos quoque reddere, qui ſint eiuſdem bonitatis, materiæ, & qualitatis, vt docet Anton. Faber. *lib.de var. nummor. debit ſolut. cap.*3 his verbis. *Et ſi contractus venditionis non re, ſed conſenſu perficitur l.2. ff.de oblig. & act. ipſa tamen reſtituendi obligatio aliam cauſam non habet quàm numerationem, cùm ſi numeratum pretium non eſſet, vtique reſtitui non deberet. Proinde nec aliter videri poteſt ſatisfacere, quàm ſi tantundem mihi reſtituas in eodem genere, & in eadem bonitate, & qualitate licèt nihil dictum ſit. Alioqui ſanè non minorem facias mihi iniuriam, ſi quod ſolui tibi in auro, reddas in ære aut in argento, quam ex contrario facerem ego tibi ſi ſolutum in ære aut argento pretium cogerem te, vt in auro redderes*, requiritur enim in reſolutione venditionis actus retro ſimilis *l. ab emptione.* 58. *ff.de pact.* Hæc Præſes, ex quibus conſequens eſt non eſſe in emptione cenſus iniquum paciſci, vt dum redimitur, pretium in eodem genere & bonitate reſtituatur.

26 Quamobrem nihil obſtat, quod Leſſius ait *loc. cit.* & poſt Leſſium Duardus *in d. quæſt.49. n.3.* adiectione huius pacti imponi onus venditori æſtimabile pretio. & ideo non ſeruari inæqualitatem, quæ ad iuſtitiam contractus neceſſaria eſt, niſi compenſatio aliqua fiat. Etenim non quodlibet onus vēditori impoſitum inæqualitatem conſtituit, & compenſationem meretur, ſed illud tantùm, quod iniuſtum eſt, & quod de iure, & ex natura contractus ad venditorem non pertinet: Alioqui onus euictionis pretio aliquo compenſari deberet, vel eſſet illicitum: & id vir Theologus probare debuit cùm magis appareat ex his, quæ dicta ſunt conuentionem hanc congruere iuri naturali, & ciuili, & æqualitatem inter emptorem, & venditorem conſtituere. Quod enim æquius quàm eoſdem in ſpecie nummos & eiuſdem bonitatis, & qualitatis reddere, quos acceperis? Et qui iuſtitiæ & æquitati cōgruentius quàm vt non liceat venditori in minuta pecunia reddere, quod in auro, vel argento habuit vel ex contrario ne cogatur in auro reddere, quod in ære recepit? Denique venditor cenſus dum redimere vult, gerit, & ſuſtinet perſonam debitoris, cum quo proculdubio paciſci licet, vt idem genus reddat, quod accepit. Nam ad id de iure tenetur, etiamſi actum non ſit *l.80. ff.de ſolut. l.2. in princ. & l.cum quid. ff.ſi cert. pet.* quod miror non animaduertiſſe, qui contrariam ſententiam ſecuti ſunt & ſuis ſubtilitatibus, & iudicibus ſcrupulos iniiciunt.

27 Declaratur tamen noſtra concluſio, vt non habeat locum, ſi illa nummorum ſpecies, quæ numerata eſt, & in redemptione cenſus reddi debet, amplius non reperitur. Hoc enim caſu ſufficit in alia probæ, & vſualis monetæ ſpecie pretium reddere ad æſtimationem & iuſtum valorem antiquæ, vt definitum eſt *in c.cum canonicis. extr. de cenſib.* & ſcribunt Rebuff. *in l.2. C.de veter. numiſm. poteſt.* Gail. *lib.2. obſ.7. n.6. &* 8. Mynſing. *lib.4. obſ.1. n.4.* Gabriel. *in conſ.164. n.1. lib.1.* Trentacinq. *variar. reſol. lib.3. tit. de ſolut. cap.11. n.4.* Surd. *in conſ.* 220. *in fin.* Theſaur. *de augm. monet. par.1. num.* 59. vbi refert ita ſæpe Senatum declaraſſe. Idem ſenſit Frideric. Martin. *loc.cit.* Hermann. Meyrer. *de pignor. lib.1. tit.6. n.15. &* 16. & Sigiſmund. Scacc. *de commerc.* § 2. *gloſſ.* 5. *num.*128. vbi ait hanc eſſe legem neceſſitatis: Kitzel. *de iure monet. claſſ.2. q.1. n.32.* & poſt Colerum *de proceſſ. execut. par.1. cap.10. num.13.* refert Principem quemdam Germanum, cum à quadam libera Imperij ciuitate vellet redimere Præfecturam pro aliquot millibus florenorum oppigneratam, quia conuentum erat, vt non niſi in groſſis Bohemicis reluitio fieret, quod monetæ genus receſſerat, nec amplius reperiebatur, coactum fuiſſe ab Imperatore Ferdinando impetrare, vt tantundem illius monetæ cudi iuberet, vnde poſſet obligationi ſatisfacere, tametſi potuiſſet ex noua moneta ſoluere ad æſtimationem antiquæ, vt dictum eſt. † Idémque eſt, ſi ſpecies nu- 28
meratæ tempore contractus labentibus annis ita ratæ ſunt, vt cùm redimendus eſt cenſus, vix inueniri poſſint. Nam & hoc caſu ſolutio fieri poteſt in alio probo, & vſuali nummorum genere ſimilis materiæ, & bonitatis, vel in alia ſpecie ad æſtimationem, & iuxta valorem antiquæ & conuentæ, vt tradit idem Mynſing. *loc cit.* vbi refert hanc eſſe communem ſententiam Meyrer. *in d.tit.6. n.16.* Frideric. Martin. *c.5. n.*119. Roderic. *d.q.*18. *n.*48. Kitzel. *loc. cit.* Quod etiam in ſolutione redituum receptum eſt, vt cenſuit Rota poſt Cenc. *in dec.* 217. *n.1. & dec.* 219. *n.7.* & aliis, quas refert, & ſequitur idem Cencius *p.2. c.2. q.4. art.4.* nunc *q.85. n.12. vlt. impreſſ. Taurin.* & poſt Cencium Duard. §.3. *q.6. num.44.* qui cætera ad hanc rem pertinentia diligentiſſimè executi ſunt.

Præterea quæritur, an ex hac conſtitutionis clauſula in 29
poſterum cenſus irredimibiles prohibiti ſint: & non eſſe prohibitos, dummodò iuſto pretio conſtituantur, docuit Nauarr. *de vſur. n.98. in fin.* quem ſecuti ſunt Molin. *diſp.391. n.9.* Leſſ. *cap.22. dub.12. n.92.* Boninſign. *de cenſib. cap.* 18. *n.8. &* 9. Frideric. *d.cap.6. n.197. &* 214. Vincent. Filliucc. *tract. de cenſib. num.*336. & Ioann. de Salas *d. dub.* 12. *n.67.* & Lel. Zecch. *de vſur. cap.10. num.11. verſ. decima quarta* & ab hac ſententia in rigore, recedendum non eſſe ſcribit Duard. *in præfat. quæſt.28. n.29. & n.32.* vbi ait huius cenſus perpetui irredimibilis iuſtum pretium eſſe *duplum maius*, vt loquitur, quo venditur cenſus redimibilis. Et mouentur quia D. Pius V. ſolùm agit de cenſu redimibili, in quo erat maius periculum, & maior ſpecies vſuræ, quia emptor, dum cenſus redimitur, integrum pretium recipit penſionibus iam ſolutis non computatis, in ſortem. At cenſus irredimibilis nullam habet effigiem vſuræ, in quo ſcilicet pretium nunquam reſtitui debet, & de cuius iuſtitia nunquam dubitarum fuit. Et proinde non videtur veriſimile Summum Pontificem hoc genus cenſus vbique terrarum receptiſſimum his paucis verbis, & tam obiter tollere voluiſſe. Denique quia in interpretandis legibus mens, & voluntas legiſlatoris magis ſpectanda eſt, quàm verba *l.17. &* 18. *ff.de legib.* At Pius V. ſi conſultus fuiſſet, num hac clauſula è Republica & commerciis hominum cenſus reales irredimibiles repellere voluerit non hanc eius mentem fuiſſe proculdubio reſpondiſſet. Proinde licèt verba legis repugnare videantur ex ſententia tamen legis, & per quandam vt inquiunt epichæiam hoc genus cenſus etiam poſt conſtitutionem D. Pij admittendum eſſe, vt poſt Nauarrum diſſerunt Molina, & Salas *loc.cit.*

Et nihilominus ſtatuendum eſt irredimibiles cenſus Bulla Pij V. prohiberi, & vbi ea recepta eſt, ab hoc genere abſtinendum eſſe. Dedit enim Pontifex formam cenſibus omnibus in futurum interueniente pecunia conſtituendis, & generaliter iuſſit omnes eodem pretio extingui poſſe non obſtante quolibet pacto, quod huiuſmodi facultatem auferat, vel reſtringat. Vnde meritò hanc ſententiam ſecutus eſt Virgin. de Boccat. *par.2. n.55.* vbi miratur Nauarrum contrarium docuiſſe contra expreſſa Pontificis verba Hoc etiam docuerunt Rebell. *in lib.de cenſib. quæſt.7. in fin.* Vgolin. *de vſur. cap.45. §.5. num.9.* Bonacin. *d.punct. vn. n.4.* qui dicit eſſe communem: & nouiſſimè omnium Cardin. Ioann. de Lugo *diſp.* 27. *ſect.7. n.112. verſ. contrariam ſententiam.* Hanc etiam ſequitur Rota coram R.D. Veroſpio poſt tractatum Cencij *in dec.* 394. *num.4. &* 5. propter quam Duard. *loc.cit.* quamuis priorem ſententiam magis probare videatur, putat iis in locis, vbi conſtitutio Pij V. recepta eſt, cenſus irredimibiles creari non poſſe. Neque mouet quod Salas, & alij dicunt non hanc Diui Pontificis mentem fuiſſe, quia cùm aperta ſint verba legis, illa ſeruanda eſt, quamuis illis dura videatur *l.2. §.1. ff.qui & à quib manumiſſ.* vbi Vlpianus ait, *hoc quidem perquam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt.* tametſi multis magniſque rationibus Pontificem permotum eſſe vt

ita conſtitueret, magis dicendum eſt, vt conſtat ex his quæ tradit Virgin. *loc. cit.* & diſertiſſimè omnium Cardin. de Lugo *in d. ſect. 7. num.* 113. vbi argumenta contrariæ opinionis omnia refellit, & in fine ſubiicit hanc clauſulam, *quia nimirum ſeruitus illa, & obligatio ineuitabilis adeò graue onus viſum fuit, vt periculum maius eſſet iniuſtitiæ, quando venditor neceſſitate præſenti oppreſſus tantum ſibi onus imponi permitteret, quàm ſi ſolum ſe obligaret ad cenſum redimibilem.* Quibus tantùm adiicio non ex eo, quòd pacto facultas omnis redimendi ablata ſit, contractum vſurarium eſſe, ſed valere reiecto pacto, ſiquidem conſtitutio ait illo non obſtante quandocunque redimi poſſe. In quo diſſentio à Virginio, qui contrarium malè docuit *loc. cit.*

30 Denique hic incidit quæſtio, an liceat cenſum per partes redimere, & puto id non licere inuito domino. Quæ ſententia eſt Lupi, Gratiani, & aliorum, quos refert, nec tamen ſequitur Cencius *par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art.* 8. nunc *quæſt.* 110. *n. 4. & in addit. huius loci* quam ſequuntur etiam Bonius *lib. de cenſib. art.* 90. *num.* 123. vbi ait ita Doctores determinaſſe. Sot. *de iuſt. & iur. lib. 6. quæſt. 3. art.* 3. Leſſ. *cap.* 22. *num.* 93. Leonell. ad Bullam Pij V. *gloſſ.* 13. Lopez *de contract. cap.* 59. *verſ. inſuper lib.* 1. Vgolin. *de vſur. cap.* 45. §. 7. *num.* 1. & Rota poſt tractatum Cencij *dec.* 283. *num.* 9. *dec.* 354. *num.* 5. & 414. *numero* 9. quas etiam refert Cencius *in addit. d. loc.* Hanc etiam probarunt Sigiſmund. §. 1 *quæſt.* 1. *num.* 239. Cardin. Tolet. *lib.* 5. *cap.* 45. *in fin.* Sarmient. *ſelect. interpret. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 27. Molin. *diſp.* 393. *num.* 5. Malder. *tract.* 5. *cap.* 5. d[illegible] 14. *circa fin.* Corrad. *par.* 1. *reſp.* 239. *verſ. tertio dico* Reg[illegible]d. *cap.* 31. *num.* 424. Rebell. *lib.* 10. *quæſt. vltim. in fin.* Salas *de cenſib. dub.* 56. *num.* 6. Mareſcot. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 61. *num.* 10. Gratian. *diſcept. lib.* 2. *cap.* 323. *num.* 4 & rurſus *cap.* 717. *num.* 19. vbi Cencio, & alijs quibuſdam fruſtra diſſentientibus ait hanc ſententiam veriorem eſſe. His quodammodo conſenſit Duard. §. 5. *quæſt.* 16. *num.* 15. & 17. dum docet pactum, vt non niſi totus cenſus redimatur neque conſtitutionibus, neque iure naturæ prohibitum eſſe, tametſi deinde *n.* 20. & 21. nullo interueniente pacto putet cenſum per partes redimi poſſe, & *num.* 35. dicat hanc ſententiam ſibi videri probabiliorem, admittens tamen eam, quam ſequimur, vſu forenſi receptam eſſe. Sed nobiſcum ſentiunt recentiores ijdemque doctiſſimi viri Scott. *theorem.* 273. *verſ. rogabis.* Anton. Merend. *controuerſ. lib.* 11. *cap.* 11. *n.* 2. & Cardin. de Lugo *loc. cit. num.* 115. & *ſeq.* qui hanc ſententiam tot rationibus, & argumentis confirmauit, vt ego nihil addere cōſtituiſſem. Sed quia ad manus meas his iamdudum ſcriptis peruenit, duxi etiam ea, quæ Semipetitus iuris aduerſus Cencium & Duardum ſcripſeram, hic ſubiicere, & hanc ſententiam argumentis ex iure ciuili deductis confirmare.

31 Probatur igitur primò noſtra ſententia, quia non cogitur creditor recipere ſolutiones partium *l. 8. §. 2. ff. de pign. act. l. 1. C. de luit. pign. l. tutor §. Lucius ff. de vſur. gloſſ. in l. quidam exiſtimauerunt ff. de reb. cred.* quæ ait hoc eſſe ius commune, ſi debitum ſit liquidum. Surd. *in dec.* 186. *num.* 2. & Maur. *de ſol. cap.* 30. *num.* 4. & in ſpecie Rota poſt Cencium *in dec.* 414. *n.* 9. & *arg. l. cum hæres § pen. de ſtat. liber.* vbi fauore libertatis conſtitutum eſt, vt hæres per partes accipere cogatur.

Reſpondet Cencius *in d. quæſt.* 110. *num.* 5. & poſt Cencium Duard. *in d quæſt.* 16. *num.* 22. *d. l. tutor. §. Lucius* loqui de debito quod debetur ſub vſuris, & vſuram eſſe quaſi pœnam, quæ non euitatur ſolutione partis *l.* 85. *in fin. de verb. oblig.* cenſus verò annuus non ſoluitur loco pœnæ, ideoque hæc diuerſa eſſe, & ab vno ad aliud non rectè inferri. Sed hæc reſponſio nihil momenti habet, quia ex iuribus citatis, & præſertim *ex d. §. Lucius*, verè conſtat, quod diximus creditorem non poſſe cogi ſuſcipere particularem ſolutionem. Proinde vt creditor ex cauſa mutui vſurarij ſecundùm regulas iuris non tenetur partem recipere: ita nec creditor ex cauſa redemptionis cenſus, vterque enim creditor eſt: & abſurdum eſt dicere meliorem eſſe cauſam fœneratoris, quam domini cenſus.

Secundo reſpondent ijdem Cencius, & Duardus *loc. cit.* in ſpecie *d. §. Lucius* depoſitum non fuiſſe totius ſummæ & ideo veluti imperfectum non potuiſſe ſiſtere curſum vſurarum. At verò hic quæritur, an dominus cenſus poſſit compelli ad retinendam partem cenſus reſtituta parte pretij cum omnibus fructibus totius cenſus. Sed hæc reſponſio etiam infirma eſt, quia ſiue defectus depoſiti proueniat ex eo, quod debitor partem ſortis duntaxat obſignauerat, vel ex eo, quod integram ſortem ſine vſuris, ſemper illud conſtat, ob depoſitum non integræ ſummæ non retardari curſum vſurarum totius ſummæ, quæ debetur: & ita creditorem non teneri, neque cogi poſſe per partes ſuum recipere, niſi aliud conuentum ſit. Quod cùm in creditore, qui pecuniam mutuam dedit ſub vſuris, iure ciuili receptum ſit, multo magis in emptore cenſus recipiendum eſt, quia fauorabilior eſt vel eſſe debet cenſus, quàm vſura: aut certè nulla affertur diuerſitatis ratio conueniens cur diuerſum in creditore ex cauſa cenſus ſtatuendum ſit. Nihil ergo refert, quod hic agatur de ſoluenda parte ſortis cum omnibus illius fructibus, quia creditor non tenetur illam ſuſcipere, ſi non ea lege cenſus emptus eſt, vt id venditori liceret.† Alioqui ſi licet partam ſor- 32
tis offerre cum omnibus fructibus: & dominus cenſus illam tenetur recipere, liceret etiam eo recuſante partem pretij deponere cum omnibus fructibus, quod alienum eſt ab omnium ferè ſententia, & praxi. Etenim receptum eſt recuſante domino cenſus qui de futura redemptione admonitus eſt, ad ſiſtendum curſum redituus integrum pretium cum fructibus deponi debere, vt in ſpecie docent Bonius *lib. de cenſib. n.* 128. Virgin. *par.* 2. *num.* 118. Lup. *de vſur. comment.* 2. §. 4. *num.* 2. & alijs prætermiſſis Rota poſt Cenc. *in dec.* 295. *n.* 5. & *dec.* 297. *num.* 5. & ipſi Cenc. *in quæſt.* 111. *num.* 38. & 42. & Duard. §. 6. *quæſt.* 7. *num.* 7. quod fortiſſimum argumentum eſt noſtræ ſententiæ. Et videntur Cencius, & Duard. parum congruentia docuiſſe. Et cautius Felicianus cùm exiſtimaret cenſum per partes inuito domino redimi poſſe, vt perſequitur *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 16. Senſit etiam ſufficere, ſi venditor partem pretij deponat concurrentem cum parte cenſus, quam vult redimere, vt ſcribit *lib. 4. cap. vn. n.* 2. & *in addit. num.* 3. quod tamen falſum eſt.

Sanè mirum eſt Cencium *loc. cit. num.* 4. dicere Iuriſcon- 33
ſultum *in d. §. Lucius.* reſpondiſſe reſtituta parte ſortis adhuc totius debiti vſuras currere, quod etiam exciderat Feliciano *in d. cap.* 8. *n.* 16. *verſ. ex quo textu.* quia hic Modeſtinus quærit de debitore, qui non integram ſummam, quam debebat, obſignauerat, vt conſtat illis verbis, *ſolam partem depoſuit.* & ſcribit ipſe Cenc. *loc. cit. n.* 6. & 7. & reſpondit totius debiti vſuras currere, quia vt retardetur præſtatio vſurarum, debuit debitor vniuerſum debitum offerre, & deponere *l. 1. in fin.* & *l. 7. ff. de vſur. l. acceptam. C. eod. l. 9. C. de ſolut.* & tradit Donell. *de vſur. fol.* 27. & Borcholt. *eod. lib. cap vlt. num.* 5. & 10. Aliud verò eſt, ſi pars ſortis ſoluta eſt, quia hoc caſu non totius pecuniæ, vt perperam Felicianus, & & Cencius ſcripſerunt, ſed reſidui tantùm vſuræ currunt, & peti poſſunt, vt conſtat *ex l. 4. C. de compenſat. l. eius. C. de ſolut. l. eos. §. vlt. C. de vſur. l. 7. ff. de pignor. act. l. 63. ff de fideiuſ.* & docent Paulus, & Iaſon. *in l. centum Capuæ. n. 6. ff. de eo quod cert. loc.* & Borcholt. *d. cap. vlt. num.* 3. his verbis. *Si pars tantùm ſortis ſoluta fuerit, eius partis, quæ ſoluta eſt, vſuræ non amplius debentur. Alterius autem partis, quæ ex ſorte reſidua eſt, vſuræ peti poſſunt.* Et quia *quandoque bonus dormitat Homerus*, vt Poëta ait, puto Cencium etiam dormitaſſe, dum ex illo falſo principio deduxit argumentum pro noſtra ſententia, vt ſicut in debito vſurario per ſolutionem partis adhuc debentur vſuræ totius, ita videri in contractu cēſus, vt reſtituta parte pretij non ceſſet curſus fructuum totius cenſus, & conſequenter cenſum remanere indiuiduum, quia nullus auctor noſtræ ſententiæ, vt opinor, hoc argumento vtitur, & ſanè illo non indigemus ad noſtram ſententiam confirmandam. Imò fateor reſtituta parte pretij, cenſum pro ea parte extinctum eſſe, & ceſſare præſtationem fructuum tametſi aliud exciderit doctiſſimo Maldero *loc. cit. verſ. unde ſequitur.* neque enim hoc inde ſequitur. Sed hoc nihil obeſt receptæ ſententiæ, quia hæc particularis ſolutio fit volenti creditori, non etiam inuito *gloſ. in l. 2. §. 1. de verb. oblig.* & ibi Zaſ. *n.* 31. Anton. Gomez *de cenſib. cap. 3. n.* 23. & aduerſus Fulgoſium, & Aleiatum Sarmient. *ſelect. lib 6. cap. 16. n.* 3. & Borcholt. *loc. cit.* Hic verò quærimus, an liceat cenſum per partes redimere domino inuito: & dicimus non licere, quia non tenetur creditor ſolutionem partis admittere, vt dictum eſt.

Si

Digitized by Google

Si verò admittat, vt ſoluta parte debiti ſiſtitur curſus vſurarum pro ea parte pretij domino cenſus ceſſat curſus reditus pro ea parte pretij, quæ illi numerata eſt. Et licèt rationem hanc non ſatis probare videatur Eminent. Card. de Lug. *loc. cit. n.* 116. quia hic non agatur de ſoluendo debito, ſed de redimenda re vendita cum pacto retrouenditionis: tamen veriùs eſt hic etiam agi de ſoluendo debito, quia cùm cenſus ſolutione pretij extinguendus eſt, & peruenit ad ſtatum redemptionis, emptor vere creditor eſt, & venditor vere debitor eſt pretij, à quo ſcilicet inuito exigi poteſt *l. debitor. ff. de verb. ſignif.* & à D. Pio conſtitutum eſt *in §. cùm verò,* illis verbis, *intra annum tamen etiam ab inuito pretium repeti poſſe*, & proinde non incongruum eſt rem hanc ex regulis ſolutionis definire.

34 Secunda ratio eſt, quia ſolutio partium multa habet incommoda *l. planè,* 3. *ff. famil. herciſc. l. poteſt* 27. *ff. de leg.* 1. quæ dominum cenſus pari rationis non eſt *l.* 99. *ff. de ſolut.*

Reſpondet Cencius primo hæc incommoda conſiderari duntaxat, quando multiplicantur perſonæ, à quibus exigendū eſt, quod in propoſita quæſtione non cōtingit, quia reſiduum manet penes eundem debitorem. Sed hæc reſponſio refellitur manifeſtè *ex d. §. Luc.* in quo agitur de eodem debitore, & tamen creditor non tenetur recipere ſolutiones partium propter incommoda, quæ partium exactio adferre ſolet. Et deinde negari non poteſt exactionem partium etiàm ab eodem debitore incommodam eſſe creditori, quia non poteſt dominus cenſus paucis nummis prædium, vel aliam rem fructiferam comparare, vel ſuis neceſſitatibus prouidere, vt fortaſſe poſſet, ſi integrum pretium conſequeretur. Denique pecunia per ſe fugax eſt, & facilè fluit, vnde quo plus diuiditur, faciliùs dilabitur, & prodigitur, ſiue ab vno, ſiue à pluribus debitoribus per partes exigatur. Ratio igitur non patitur, vt dominus cenſus, qui totum pretium ſimul numerauit, particularis exactionis damnum patiatur.

Secundò Reſpondet Cenc. *n.* 11. dominum cenſus pretij creditorem non eſſe, quia pretium cenſus non debetur, nec repeti poteſt. Sed hæc reſponſio eſt peior priore. Nam licet dominus cenſus non poſſit pretium repetere ab inuito, & ideo dum cenſus in ſuo ſtatu manet, non poſſit dici creditor: tamen dum redimendus eſt cenſus, & poſt denunciationem factam emptori de futura redemptione cenſus, vere eſt creditor pretij cenſus, quod ſcilicèt intra annum exigere poteſt ab inuito, vt proximè dictum eſt. Cùm enim quærimus, an liceat venditori cenſus illum per partes redimere, ſupponimus velle redimere, ſiquidem ad id cogi non poſſe compertum eſt. Qua ratione hanc Cencij ſolutionē meritò reijcit Duard. *in d. q.* 16. *n.* 21. *in fin.* vbi ait ſtandum eſſe primæ ſuæ reſponſioni *ad d. l.* 5. *§. & harum, de verb. oblig.* ex quo ait conſtare obligationem quantitatis diuiduam eſſe, & ideo per partes impleri poſſe: obligationem verò reſtituendi pretium eſſe obligationem quantitatis, & diuiduam, & proinde dominum cenſus cogen-
35 dum eſſe ſolutionem per partes admittere.† Sed hæc ſolutio etiam leuis eſt, quia licet quantitas diuidua ſit, & diuiſionem recipiat, vt cōſtat *ex d. §. & harum, & l.* 10. *in princ. ff. de ann. leg.* & qui partem ſoluit in parte obligationis liberetur *l.* 9. *§ qui decem, de ſolut.* hoc tamen accipiendum eſt, ſi creditor recipiat, & voluerit recipere, vt conſtat *ex d. §. Lucius,* & ex Zaſio, Sarmiento, & Borcholt. *loc. cit.* & tradit Gomez. *variar. reſol. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 5. *&* 6. vbi teſtatur communem eſſe ſententiam, & Soar. *in addit. ad eund.* Anton. Merend. *controu. lib.* 1. *c.* 32. & in quæſt. cenſus Alter Anton. Gomez. iun. *in d. c.* 3. *n.* 53. & ante omnes docuit Accurſ. *in d. §. & harum,* vbi ait id admittendum eſſe volente creditore recipere, quod miror Duardum non animaduertiſſe. Proinde licèt quantitas diuidua ſit, non ideò magis cogi poteſt creditor ſuum per partes recipere.

36 Tertia ratio eſt, quia res aliæ, quæ cum pacto retrouendendi diſtractæ ſunt, non poſſunt redimi per partes, niſi emptor velit *l. fiſtulas, §. qui fundum, ff. de contrah. empt. l. ſi plura, ff. de ædil. edict. & arg. l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* & tradit poſt alios Tiraq. *de retract. conſang.* § 23. *n.* 1. *&* 16. *& de retract. convent.* §. 4. *gloſ.* 3. *&* 4. Coſta *de rati. rat. quæſt.* 135. *n.* 4. *&* 6. Cardin. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 32. *n.* 28. quo argumento vtuntur Bonius, Foller. & Leſſ. apud Cencium *in d. q.* 110. *n.* 13. & latè proſequitur Molin. *in d. diſp.* 393. *n.* 5. & nouiſſimè Eminent. de Lug. *loc. cit.*

Huic argumento, quod eſt fortiſſimum, vt facilius reſpondeat Cenc. *loc. cit.* addit hoc ideo eſſe, ne emptor cogatur inuitus incidere in communionem, quod ius non facile admittit *l.* 26. *§. ſi centum, ff. de cond. indeb.* & quia plus valet integer fundus reſpectu totius, quàm pars reſpectu partis *l. Manius, §. in fundo, de leg.* 2. quod cùm non cōtingat in redēptione cenſus pro parte, ait hoc argumentum facili negotio euerti: nec alia ratione diſſolui. Sed animaduertere debuit Cencius vim huius argumenti poſitam eſſe non in eo, ne quis inuitus incidat in communionem, quæ hic nulla eſſe poteſt, quia cenſus ſolutione pretij extinguitur, vt dictum eſt: vel in eo quod non tantam afferat vtilitatem pars rei reſpectu partis, quam tota reſpectu totius, ſed in natura pacti de retrouendendo, quæ eſt vt non niſi toto oblato pretio exerceri poſſit, vt patet *ex l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vend. & d. l. fiſtulas, §. qui fundum, ff. de act. empt.* & eſſe commune placitum admittit. Felic. *in d. c.* 8. *n.* 16. *verſ. idem probat.* & probatur manifeſtè *ex d. §. Lucius,* in quo licet ſors, quæ ſub vſuris debetur tantam afferat vtilitatem reſpectu totius, quantam affert pars reſpectu partis, non tamen licet debitori partem ſoluere niſi creditor velit, vt dictum eſt. Vnde cùm nos verſemur in caſu retrouenditionis, quæ non niſi refuſione pecuniæ exerceri poteſt, & conſequenter in caſu ſolutionis fiendæ pro extinctione cenſus, res ex natura ſolutionis definienda eſt, ſecundùm quàm regulariter creditor ſuum per partes recipere non tenetur. Denique hæc Cencij ratio eſſet communis aliis debitoribus, & proinde non poteſt inducere ius aliquod ſingulare in contractu cenſus, vt obſeruat Anton. Merenda *in d. c.* 11. *n.* 6. fruſtra igitur Cencius conatus eſt hoc argumentum euertere. 37

Neque ſunt contrariæ conſtitutiones Martini, & Calixti, ex quibus Cencius *loc. cit. num.* 16. *&* 17. & alij quidam putant datam eſſe facultatem redimendi cenſum per partes inuito emptore, quia conſtitutiones præſuppoſunt conuentionem contrahentium, vt indicant verba illa, *& ſemper in ipſis contractibus expreſſè ipſis venditoribus data fuit facultas atque gratia quod ipſum annuum cenſum in totum, vel in partem pro eadem ſumma quandocunque vellent, poſſent redimere.* Proinde licèt his conſtitutionibus approbentur cenſus conſtitui ea lege, vt poſſint quandocunque redimi etiam per partes, non tamen rectè ex his deducitur omnes eo modo celebrandos eſſe, & emptorem inuitum cogendum eſſe partem pretij recipere ſubducta conſuetudine, vel pacto, vt obſeruarunt Card. Tolet. *d. lib.* 5. *cap.* 46. *in fin.* Molin. *in d. diſp.* 393. *n.* 3. *&* 7. Franciſc. Garzias *de contract. cap.* 18. *n.* 16. Lopez, *d. cap.* 59. Leonell. *gloſ.* 23. *in fin.* Sigiſmund. Scacc. *in d. quæſt.* 1. *n.* 239. Roderic. *de ann. redit. lib.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 35. Salas *de cenſ. dub.* 56. *num.* 9. Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib.* 3. *cap.* 3. *in fin.* Vgolin. *loc. cit.* Anton. Gomez. *in d. cap* 3. *num.* 23. Merend. *loc. cit. num.* 3. & Cardin. de Lug. *in d. ſect.* 115. *verſ. quare licet,* & hoc rectè etiam admittit Duardus *in d. quæſt.* 16. *n.* 14. ex quo conſtat duorum Pontificum conſtitutiones nihil obſtare noſtræ ſententiæ. 38

Nihil etiam mouere debet, quod Boccat. & Cencius ſcribunt contrarium à D. Pio ſancitum fuiſſe, dum iuſſit non ſolùm re in totum, vel pro parte perempta vel infructuoſa effecta cenſum ad ratam perire, ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui. Vnde inquiunt qua ratione voluit Pontifex, vt re pro parte perempta vel infructuoſa reddita cenſus pro parte periret, ita etiam pro parte poſſe extingui, ſi pars pretij reſtituatur: idque indicare dictiones illas, *ſed etiam,* quæ denotant identitatem iuris inter caſus, quos contingunt, vt *in l.* 1. *in princ. C. de latin. libert. tollend.* Nam licèt verum ſit reſtituta parte pretij cenſum pro ea parte extingui, vt fit re pro parte perempta, nihil tamen à D. Pio de redemptione cenſus per partes conſtitutum eſt, vt notant Bouinſign. *de cenſ. cap.* 14. *n.* 11. Lopez. *loc. cit. verſ. inſuper.* Leſſ. *in d. dub.* 15. *n.* 93. Azor. *part.* 3. *lib.* 10. *c.* 17. *q.* 3. Scacc. *loc. cit.* Molin. *in diſp.* 393. *in fin.* ſubijciens ex eo, quod Pius V. huius conditionis non meminit, ſignum eſſe manifeſtum eam neceſſariam non eſſe. Idem obſeruarunt Cotrad. *in ſumma q.* 235. & Salas *in d. dub.* 56. *n.* 3. vbi ait in tota illa bulla de redemptione cenſus per partes nihil haberi Filliuc. *de cenſ. c.* 3. *n.* 337 Roder. & Vgolin. *loc. cit.* Anton. Gomez. *in d. c.* 2. *n.* 24. vbi ait hunc conſtitutionis locum intelligendum eſſe iuxta regulas iuris ſoluto 39

Digitized by Google

ſcilicet integro pretio, neque verbum *pro parte* reperitum intelligi debere. Anton. Merend. *in d.cap.*11.*n.*5.& nouiſſimè Eminen. P. Ioann. de Lug. *loc. cit.* vbi ait Pium V. qui alias plures conditiones retinuit, & alias de nouo addidit, huius non meminiſſe: & proinde ea induſtria noluiſſe ad eam obligare. Quod ſanè veriſimilius eſt, quia congruit iuri ciuili, quo definitum eſt, vt non ſit cogendus creditor ſuum per partes recipere *d.§. Lucius* & non niſi obligare pretio rem dimittere *l.6. C.de pact. inter empt. & vendit.* illis verbis *receptis nummis ſuis nullam paſſa videri poſſit iniuriam & d. l. fiſtulas §. qui fundum ff.de contrah.empt.& l.Iulianus §. offerri de act. empt.* vbi ſcribitur *offerri pretium ab emptore debere, cum ex empto agitur, & ideo ſi partem pretij offerat nondum eſſe ex empto actionem,* ex quo loco commodè interpretari poſſumus verba illa bullæ Pij V. *cum verò traditione pretij redditus extinguendus eſt, volumus per bimeſtre ante id denunciare ei, cui pretium dandum erit*, vt ſcilicet de integro pretio ſint intelligenda, nec ſatis ſit partem pretij offerre. Denique quia hoc videtur congruere non tantùm iuri communi, ſed etiam æquitati naturali, quæ æqualitatem inter emptorem & venditorem deſiderat. Vt enim non niſi integro recepto pretio cenſus conſtitui poteſt, ita nec diſſolui videtur æquiſſimum *l. nihil. 35. de reg. iur. l. prout quoque 80. ff. de ſolut. l. 1. C. quando liceat ab empt. diſced.* Quod D. Pium corrigere & mutare voluiſſe illis duabus
40 vocibus, *ſed etiam*, temerarium eſt dicere. † Et ſanè ſuauis eſt Virginius de Boccat. qui *ex d.l. vn. C.de lat. libert. tollen. in princ.* deduxit dictionem illam, *ſed etiam* inducere identitaté iuris inter caſus, quos coniungit, quia Iuſtinian. ibi nihil conſtituit, ſed refert duritiem iuris antiqui qua Latini liberti premebantur, vt qui viuerent quaſi liberi, morerentur quaſi ſerui *§. vlt. Inſtit. de ſucceſſ. libert.* vnde ait. *Quis patiatur talem eſſe libertatem, ex qua qui quaſi liber moratus eſt eripiatur non ſolùm in in mortem, ſed etiam in ſeruitutem.* Quid quæſo hic locus pertinet ad probandum dictionem illam *ſed etiam*, conſtituere identitatem iuris. Verius ergo & tutius eſt dicere verba illa ſecundum ſubiectam materiam & mentem proferentis accipienda eſſe: & in conſtitutione Pij V. denotare duntaxat D. Pontificem vtrumque velle, id eſt, non ſolum re pro parte perempta cenſum ad ratam petire, ſed etiam velle pro eodem pretio extingui poſſe. Si enim voluiſſet, vt etiam per partes cenſus redimi poſſet inuito emptore, id etiam expreſſiſſet, vt expreſſit in primo caſu. vnde meritò Duard. *loc.cit.n.*16. quãuis Boccarij & Cencij ſententiam ſequatur, rationem tamen ductam ex illis verbis *ſed etiam*, non probauit.

Et ſanè ſi vera eſt illorum aſſertio, conſequens eſt, vt quemadmodum ſi centeſima, vel ducenteſima pars fundi petit, neceſſe eſt cenſum ad ratam petire, vt Pontifex hic conſtituit, & tractatum eſt *q.*57.*n.*1. ita oblata & obſignata centeſima, vel alia minore parte pretij pars etiam centeſima cenſus extingui poſſit, & dominus cenſus illam accipere teneatur, quod tamen admittendum non eſſe docet ipſe Cencius *in d. q.*110. *n.*2.& proinde falſum eſt vtrumque caſum eodem iure omnino cenſeri.

41 Et prætetea ſi eo loco à Diuo Pio conceſſa eſt facultas venditori, vt poſſit cenſum per partes extinguere inuito emptore, ſane ſequitur illicitam eſſe conuentionem, vt non liceat niſi integro reſtituto pretio redimere, quia conſtitutio ſtatim ait *non obſtantibus aliquibus pactis directè vel indirectè talem facultatem auferentibus.* Pacta enim, quæ contra leges fiunt illicita ſunt *l.7.§.7.& l.18.ff.de pact. l.6. C.eod. l.4. ff. de inutil. ſtipul.* Atqui omnium ferè conſenſu receptum eſt pactum, vt non poſſit redimi cenſus niſi integro reddito pretio, qua conditione adiecta paſſim apud nos emuntur. Ita etiam ſentiunt Sot. Lop. Leſſ. Salon, Sarmient. & alij plurimi, quos refert & ſequitur Cencius *in d. q.* 110. *num.* 32. Iacob. de Graff. *p.1. lib.2. c.*128. *n.*24. & Bonac. *q.4. punct.1. num.* 40. vbi refert hanc eſſe communem ſententiam Roderic. *de ann. redu. lib.1. quæſt.*17. *n.*15. Salas *d. dub.* 56. *num.*6. Emin. Pater de Lug. *loc.cit.* & Duard. *in d. q.* 16. *num.*15. qui proinde videtur, vt etiam Cencius parùm congruentia docuiſſe. Debuit enim, vtrque vel conuentionem hanc reiicere tanquam repugnantem conſtitutioni, vel admittere cenſum per partes inuito domino extingui non poſſe. Et congruentius ſuæ doctrinæ Boccat. *loc. cit. num.* 14. ſubiicit, ſi quis pacto huiuſmodi facultatem aufert, in conſtit. incurrere. 42

Denique nihil mouere debet, quod Pius V. improbet pactiones auferentes, vel reſtringentes liberam facultatem redimendi, vt initio dictum eſt, quia hæc conditio non aufert, neque reſtringit hanc facultatem, pluſquam ius, & natura contractus patiatur, poteſt enim venditor eadem cenſa pecunia quandocunque redimere; ſed vitat incommoda creditoris, vt reſpondet Garzias *in d.cap.*18. *num* 16, Gomez *in d. cap.*3. *num.*24. Cenc. & Doard. *loc. cit.* Alioqui non liceret paciſci, vt non niſi dimidia, vel tertia pars cenſus redimi poſſit, quia ſemper venditor conqueri poſſet hinc ſibi facultatem auferri partis minoris redimendæ, quæ eſt ratio Soti *lib. 6. quæſt. 5. art. 5. circa fin.* & Molin. *in d. diſp.* 193. *num.* 7. ex quibus tantum concludendum eſt cenſum per partes inuito domino redimi non poſſe. Et licet Rota in nouiſſimis deciſionibus, quæ ſunt poſt tractatum Cencij, à prioribus receſſiſſe videatur, & contrariam opinionem ſequi, dummodo extinctio fiat pro parte, vt aiunt conſiderabili, vt *in dec.* 516. *num.*8. *&* 523. *n* 4. *& dec.*555. *num.* 3. puto tamen retinendam eſſe communem ſententiam: cùm nulla lex, nulla ratio proferatur, ex qua ab ea diſcedere debeamus. Neque ſemper verum eſt, quod M. Tullius ait *cogitationes poſteriores meliores eſſe ſolere.*

QVÆSTIO LXVIII.

De pactis, quibus venditor cogitur cenſum redimere.

SVMMARIA.

1. *Pactum vt pretium cenſus repeti, poſſit eſt illicitum.*
2. *Pactum in contractu cenſus, vt emptor pretium repetere poſſit, cùm voluerit, eſt contra ſubſtantiam contractus.*
3. *Pactum, vt pretium repetere liceat, cenſum in mutuum transfert.*
4. *Pactum, vt pretium repeti poſſit, non tollit naturam emptionis.*
5. *Pactum, vt emptor poſſit pretium repetere, & à contractu diſcedere, emptionibus aliarum rerum addi poteſt.*
6. *Reſolutio contractus in voluntatem emptoris conferri poteſt.*
7. *Reſolutio contractu cenſus ex pacto, & reſtituta pecunia debitum non ſoluitur, ſed res vendita redimitur.*
8. *Pactum, vt pretium repeti poſſit contractum cenſus non vitiat, ſed vitiatur.*
9. *Pius V. non irritat contractum cenſus, in quo actum eſt, vt pretium repeti poſſit, ſed conuentionem tantùm.*
10. *Stephani Gratiani doctrina quædam expenditur.*
Illicitum non facit, vt licitum peti non poſſit etiam pro præterito tempore.
11. *Pactum, vt ſi ſua die debitor penſionem non ſoluat, pretium repeti poſſit, an ſit licitum, valde controuerſum*
12. *Lege fieri poteſt, vt ob moram debitoris cenſus pretium repeti poſſit.*
13. *Pactum, vt non ſoluta ſuo tempore penſione ſortem repetere liceat, eſt illicitum.*
14. *Pactum, vt ob moram in ſoluenda penſione factam pretium repetere liceat, conſtitutione Pij V. prohibitum eſt,* & nu.40.
15. *Pactum, vt non ſoluta ad diem penſione dominus cenſus pretium repetere poſſit, vitiatur & non vitiat cenſum.*
16. *Pactum, vt liceat venditori cenſum redimere, intra aliquod tempus, & eo elapſo liceat emptori pretium repetere, vitiatur, & non vitiat.*
17. *Pizarri & Feliciani ratio quædam reiicitur.*
18. *Pactum, vt penſione non ſoluta res pro ſorte, & redditibus vendi poſſit, eſt illicitum.*
19. *Friderici Martini contraria ſententia notatur.*
20. *Euictis rebus ſuper quibus cenſus impoſitus eſt, pretium repeti poteſt, & id quod intereſt.*
21. *Pactum, vt ſi res ſit aliena, vel alijs crediteribus obnoxia, pretium repetere liceat, valet.*

Digitized by Google

22 *Re cenſuali euicta competit domino cenſus actio ad pretium, &
id quod intereſt.*
23 *Quamuis id in pactum non fuerit deductum.*
24 *Dummodo fraus abſit ex parte emptoris.*
25 *Definitio Senatus Sabaudiæ apud Præſidem Fabrum.*
26 *Quam auctor non probat,* & num.27.
28 *Duardi ſententia, quæ non placet.*
*Pactum, vt in caſum alienationis pretium repetere liceat, eſt pro-
hibitum.*
29 *Auctoritates allatæ à Duardo non iuuant eius ſententiam.*
30 *Proteſtatio addita contractui cenſus ſuſtinet contractum pactis
illicitis non obſtantibus* & n.33.
31 *Pacta poſteriora prioribus derogant.*
32 *Contractus limitatur ſecundùm proteſtationem additam de con-
ſenſu partium.*
33 *Proteſtari vtiliſſimum.*
34 *Pacta à Pio V. prohibita non confirmantur iuramento* &
num.41.
35 *Et præſertim ſi addita ſit proteſtatio.*
36 *Cencij hac de re ſententia expenditur.*
37 *Pactum de ſoluendis vſuris iuramento non confirmatur.*
38 *Solutione momentanea ſatisfit iuramento de ſoluendis vſuris.*
39 l. ſi quis maior. C. de tranſact. *de pactis licitis accipienda
eſt.*
42 *Pactis illicitis in contractu cenſus abſtinendum.*
43 *Contractus iniquis pactis referri iure diuino improbantur.*
Cicuta fœnerator cur nodoſus ab Horatio dictus.
44 *Cautiones in contractu cenſus adhibendæ paucis verſibus com-
prehenſæ.*

1 POSTREMÒ D. Pius poſtquam iuſſit cùm cen-
ſus reſtitutione pretij extinguendus eſt, id per
bimeſtre ante domino illius denuntiari, & poſt
denuntiationem intra annum pretium repeti
poſſe etiam ab inuito ſic ait. *Pacta continentia
pretium cenſus extra caſum prædictum ab inuito ob pœnam, aut
ob aliam cauſam repeti poſſe, omnino prohibemus.* Quamobrem
meritò apud omnes illicita eſt conuentio, vt pretium cen-
ſus ab inuito exigere liceat, non tantùm inſpecto iure bullæ,
quod certiſſimum eſt, ſed etiam inſpecto iure communi, quia
pleriſque videtur cenſus hac conuentione addita in mutuum
transferri, in quo quicquid vltra ſortem exigitur, vſura eſt,
& minuit ſortem. Ita enim tradunt Couarr. *variar. lib.3. cap.
7. n.2. & c.9. n.4.* Duaren. *ad tit. de vſur. c.*1. Petr. Gregor. *lib.
de cenſib. quæſt.5. n.35.* Maſtrill. *ad eund. num.*237. Gabriel. *in
conſ.*152. *n.5. lib*1. Anton. Gomez. *de cenſib. cap.3. n.2.* Felician.
*lib.1. cap.10. n.*18. Roderic. *de ann. redit. lib.1. quæſt.4. num.5.* &
aliis citatis Cenc. *quæſt.*60. *num.*1. vbi refert hanc eſſe com-
munem ſententiam, ſecundùm quam Gregor. de Valent. *in
diſp. de cenſib. punct.6. in fin.* refert in comitiis Auguſtanis ann.
1548. ſub Carolo V. pactum redimendi fauore emptoris
fuiſſe prohibitum. Excipitur tamen prædictus caſus, cum ſci-
licet debitor cenſus admonuit dominum illius de futura re-
demptione, ne in illius facultate ſit dominum cenſus elu-
dere.

2 Cæterùm non ſatis conſtat, an ſi contractui cenſus adii-
ciatur pactum, vt liceat emptori pretium repetere, contra-
ctus omnino corruat, & ſit vſurarius, an verò adhuc ſubſiſtat
reiecto pacto. Res enim opinionibus diuiſa eſt. Quare obſer-
uandum eſt hoc pactum concipi poſſe, vel ſimpliciter, &
abſolutè arbitrio emptoris, vel in caſum moræ, vel ſub alia
conditione. Si ſimpliciter, & abſolutè conuentú eſt, vt liceat
emptori arbitrio ſuo pretium repetere, & cogere vendito-
rem ad redimendum cenſum, pleriſque placuit pactum hoc
eſſe contra ſubſtantiam cenſus, & illum in mutuum trans-
ferre. Qua ratione hoc genus cenſus abſolutè tanquam vſu-
rarium damnant Sot. *de iuſtit. & iur. lib.6. quæſt.5. art.3.* Couar.
d.c.9. n.4. Nauarr. *in comment. de vſur. num.*122. alij, quos citat
Rota poſt Cencium *in dec.*147. *n.6.* Virgin. de Boccar. *par.3.
n.7. & 13.* Ludouic. Lopez *c.60. in princ. lib.*1. vbi ait contra-
ctum hunc implicare mutuum cum fœnore. Felician. *d. lib.1.
cap.7. n.15.* Roderic. *lib.2. quæſt.1. num.* 3. Binsfeld. *in d c. in
ciuitate. quæſt.12. concl.*10. Maſtrill. *loc. cit. num.*256. Conuerſ.
ad Intrigliol. *quæſt.*43. Hotoman. *de vſur. cap. vlt. in fin.* &
nouiſſime Duard. *in §.5. quæſt.42. n.9. & §.6. quæſt.15. n.19.* Iu-
ſtinian. *lib de camb. quæſt.9. n.4* Mainard. *lib.2 cap.27.* deni-
que ita tenet Rota apud Cardinal. Seraphinum *in dec.* 1006.
vbi refert ita pluries in ſacro illo auditorio reſolutum fuiſſe.
† Differunt namque mutui datio, & emptio cenſus, quia re- 3
cipiens mutuum obligatur ex natura contractus ad reſtitu-
tionem ſortis *l.2. in princ. ff. de reb. cred. l. cum quid. ff. eod l.1.
§.1. & l.4. ff. de oblig. & act.* vendens autem annuum reditum
nullo modo obligatur ad reſtituendum pretium, quia ex na-
tura contractus tenetur tantùm rem tradere *l. ex empto.* 11.
§. & in primis. ff. de act. empt. & proinde quando pecunia nu-
merata repeti poteſt arbitrio creditoris, & interim penſio re-
cipitur, non emptionis, ſed mutui dationis contractus eſt, &
acceſſio vſuram continet, vt iidem auctores docent, & Andr.
Gail. *lib.2. obſer.7. n.*14. vbi ait id exploratum eſſe Mainard.
in d.c.27 n.9. & 10. Emin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent.
lib.8. tit.*22. Vgolin. *de vſur. c.45. §.10. n.1.* & Petr. Gregor. *loc.
cit.* vbi ait eodem tempore non poſſe concurrere petitionem
ſortis, & ius cenſus annualis. Idem docet Duard. *loc. cit.* vbi
ait hoc eſſe verum mutuum: idémque inſpecto iure commu-
ni ſenſit Cenc. *par.2. cap.1. quæſt.* 3. *art.*8. nunc *quæſt.60. n.7.
&* 8.

Sed contrariam ſententiam, id eſt, pactionem hanc non 4
tollere rationem emptionis, neque repugnare ſubſtantiæ cen-
ſus probabilem eſſe, & ſpeculatiuè veriorem docent Fride-
ric. Martin. *de iur. cenſ. c.6. n.248. & ſeq.* Malder. *tract.5. c.5.
dub.*11. & Theologi plurimi apud Salas *dub.25. n.2.* & præ-
ſertim Gregor. de Valent. *in d. punct.6. verſ. ſecundo ſequitur. &
verſ. tertio probatur.* vbi eleganter ait iuſtitiam non reſpicere
conditiones contrahentium ſed æqualitatem rerum per iuſtas
vtrimque compenſationes. Qui etiam memorat Romæ anno
1581. in conſultatione multorum doctiſſimorum Theolo-
gorum ipſo præſente hanc ſententiam iudicatam fuiſſe pro-
babilem. Nam vt inquiunt viri Theologi, hac conditione
addita emptor cenſus non obligat alterum, vt reddat pecu-
niam pro pecunia, quod eſt mutuum, ſed vt recipiat rem ſeu
ius, quod vendidit, & reddat pro ea iuſtum pretium. † Et 5
cùm huiuſmodi pactum addi poſſit emptionibus aliarum
rerum puta agrorum, domorum, animalium, vt fatetur idem
Couarr. *in d.c.5. n.3.* Molin *in diſp.377. n.11.* Azor. *Inſtit. moral.
par.3. lib.8. c.12.* Ioann. Bapt. Lup. *d. comment.2. §.1. num.*28. &
præſertim earum rerum, quæ nullos fructus ferunt, vt tra-
ctat Eminent. Pater Ioan. de Lug *diſp.26. ſect.13. n.200. &* 201.
cur non etiam in emptionibus redituum id paciſci liceat in-
ſpecta natura rei, & contractus; Vnde Gregor. de Valent. *loc.
cit.* & Salas *in d. dub.15. n.2.* notant Didacum Couuar. dum
admittit hoc pactum in emptionibus aliarum rerum, &
reiicit ab emptione redituum pugnantia docuiſſe. † His addi 6
poteſt diſſolutionem contractus non minùs conferri poſſe in
voluntatem emptoris quàm venditoris, vt apertè colligitur
*ex l. ſi res ita. ff. de contrah. empt. & l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de
ædil. edict.* per quæ iura ita tradunt Molin. *in d. diſp.377. n.3.*
& Frideric. Martin. *loc. cit. n.*250. idémque probat *l.6. ff. de re-
ſcind. vendit.* vbi definitum eſt validam eſſe conuentionem, vt
ſi res, quæ venit, intra certum tempus diſplicuiſſet, emptori
liceret ab emptione diſcedere. Vt ergo emptio agri, vel equi
vera eſt emptio, quamuis liceat pacto emptori ab emptione
diſcedere nec inſpecta ratione iuris contractus transfertur in
mutuum: ita prorſus emptio reditus annui etiam hoc pacto
addito vera emptio eſt, & tanquam emptio ſuſtineri po-
teſt, dummodo ex fide bona res geratur non animo fœ-
nerandi.

Neque obſtat huic ſententiæ, quod dicunt reipſa idem 7
eſſe centum mutuo dare ſub vſuris, vel cenſum emere ea le-
ge, vt pecuniam repetere liceat, vel quod idem eſt, vt emptor
reditus cogere poſſit arbitratu ſuo venditorem ad redimen-
dum cenſum, quia reſpondeo non eſſe ſimile, quia in hoc ne-
gotio propriè debitum non ſoluitur, ſed res vendita pretio re-
dimitur, vt proximè dictum eſt, & reſpondet Malder. *loc. cit.
verſ. reſpondeo hic non eſſe.* atque etiam quia in contractu mu-
tui, ſi accedat pignus idque pereat ſine culpa debitoris, non
ideo minus debitor obligatus manet ad reſtitutionem debitæ
pecuniæ: ſed in hoc negotio ſi res ſuper qua cenſus conſtitu-
tus eſt caſu aliquo perit, perit quoque ius cenſus, neque ſu-

pereſt emptori actio ad repetendum pretium, qua ratione maximè vtuntur Gregor. de Valent.& Azor.*loc.cit.* & Ioan. de Medin. *de reb.per vſur. acquiſ.q.15.verſ. quibus non obſtantibus.* Molin.*in d. diſp.377.n.12.* & Eminent. Ioan. de Lug. *d. diſp.26.n.200.* vt oſtendant hoc pactum in emptionibus aliarum rerum per ſe licitum eſſe, & quaſi vſurarium iure damnari non poſſe:& in ſpecie cenſus Frideric Martin.*loc.cit.*Non igitur hæc pactio per ſe illicita eſt, & abſolutè contra ſubſtantiam cenſus, tametſi nunc à Pio Pontifice propter maximum vſuræ periculum meritò prohibita.

8 Quamobrem cùm hæc pactio per ſe non tollat rationem emptionis, neque attingat formam, quæ cenſibus à D. Pio præſcripta eſt, dicendum eſt ea ſeruata vitiari pactum firmo manente contractu, vt rectè docuit idem Cencius *in d. art.8. n.10.* & ante illum Carol.de Graſſ. *except.28.n.34.* Milanenſ. *dec.2.n.31.l.2.*Intrigl.*in lib.de cenſib.q.43.n.13.*Maſtril.ad Greg. *q.7.n.20.*& Gratian.*diſcept.l.1.c.14.n.8.*& ſenſit Frideric.Mart. *in d.c.6 n.262.* vbi poſtquam dixit huiuſmodi pactum in emptoris fauorem adiectum iure naturæ,& gentium neque turpe, neque vſurarium eſſe, ſubiicit iure Pontificio nouiſſimo, id eſt,conſtitutione Pij V.rectè damnari.

9 Neque verum eſt, quod ait Salas *dub. cit. in fin.* Diuum Pium irritare contractum, in quo tale pactum adiicitur, quia pactum duntaxat prohibiti; ait enim D.Pontifex *Pacta continentia pretium cenſus, &c. omnino prohibemus.* Vnde tametſi hæc pactio cenſui adiecta legatur, non ideo tamen eſt in arbitrio emptoris pretium repetere, & ab emptione diſcedere, quia pactum illicitum eſt,& nullam vim habet *l.6.C.de pact. l.7. §.& generaliter ff.eod. & l.ſi pro mutua. C.ſi cert.pet.* Carol. de Graſſ. *loc.cit.n.23.*& ſeruatâ formâ contractus, vt ſupponimus, maior eſt vis formæ, quàm pacti: & obſeruatio formæ præualet pacto, vt dicamus emptionem potius, quàm fœnus eſſe contractum,& vt procliuiores ſimus ad comprobandum contractum reiecto pacto: & præſertim ſi contractui addita ſit proteſtatio, qua conſenſus ab hac illicita pactione remouetur ſecundum ea, quæ proximè dicam *hac eadem quæſt. n.30.*

10 Ex quibus non placet, quod ſcribit Gratian. *in d. cap.14. n.7.& 9.* conſtitutionem quidem principalem cenſus valere ſublato pacto vſurario, ſi quid tamen ex hoc contractu exactum eſt, antequam pactum remotum ſit, minuere ſortem veluti exactum in cauſam vſurarum, quia cùm pactum nullum ſit ab initio, & pro non appoſito habeatur,contractus ab initio validus eſt, neque alia reformatione indiget, corripitur enim ſtatim ab ipſa lege, quæ pacto reſiſtit: & proinde eo, quod illicitè irrepſit contractui, pro non adiecto habito fructus licitè percipiuntur, neque minuunt ſortem *l.pecuniæ. & l.placuit. ff.de vſur.* vbi Iuriſc. ait, *quod illicitè adiectum eſt, pro non adiecto haberi, & licitum peti poſſe* idem conſtat *ex l. cum allegas.15.C.eod.& l.13. §.ibidem ff de act. empt.* quæ licèt quoad vſuras abrogatæ ſint, validum tamen præbent argumentum etiam in iis contractibus, in quibus aliquid illicitum adiectum eſt, licitum etiam pro præterito tempore peti poſſe, vt notat gloſ. ſingularis *in d.l.cum allegas. in fin.* Quo poſito corruunt omnia fundamenta contrariæ ſententiæ, & ceſſant amaritudines omnes, quæ aduerſus hoc genus pacti proferuntur. Poſita enim nullitate pacti neque pretium repeti poteſt ab inuito,neque venditor cogi poteſt ad redimendum cenſum, neque contractus in mutuum vergit, ſed manet contractus cenſus expuncta illicita conuentione, vt in aliis contractibus receptum eſt *l.7.§.& generaliter. & l.42. ff. de pact. l.1. & vlt. C.ſine cenſ. vel reliq. l.vlt. C.de pact. pign.l. 126. in fin.de verb.oblig.* & docet Petrus Gregor. *de vſur lib.3. cap.vlt.n.12.* Gail. *lib 2. obſ.4. num. 6. & obſ.5. n.7.* Ronit. *in pragm. 1. de cenſib. n.14.* & cenſuit Senatus Luſitanus apud Valaſcum ipſo tamen contradicente *in dec.133.n.15.* & Theſaur. filius *q.64.n.4.lib.1.*

11 Quod ſi pacti formula eſt, vt debitor cenſus cogi poſſit ad reſtitutionem pretij, ſi ſua die penſionem non ſoluat: valde controuerſum eſt, an hæc conuentio licita ſit, vel à contractu cenſus reiici debeat. Nam huiuſmodi conuentionem valere,quaſi tunc volente,& conſentiente venditore pretium reddatur reſpondit Gabriel.*conſ.152 l.1.* & ſentiunt Maſtril. *in dec.95.n.3.* Frideric.Martin. *de iur cenſ.cap.6.n.272.*Anton Fab. *def.3.C.de pact.int.empt.& vendit.* Fontanell. *de pact. nuptial.clauſ.4 gloſ.18.par.3.n.86.* Binsfeld.*in cap.in ciuitate.q.12. concluſ.15. de vſur.* Molfeſ. *lib.de contract. q.6. n.97.* Ronit. *in pragm.1.de cenſib. n.35.*Carol. Tapia *ad eand.pragm. n.122. &* nouiſſimè Ioan. Anton Mangil. *in tract.de euict.quæſt.84.n.20.*
† Quin refert Sebaſtian. Græu. ad Gail. *lib.2.concl.7.num.11.* 12
nouella Imperij nouiſſima datam eſſe cameram aureis literis notandam, vt ipſe ait, aduerſus moroſos redituum venditores, nimirum vt emptor curet venditorem declarare ſe velle penſione ſtatuto tempore non ſoluta pretium reddere, qua obligatione & pacto interueniente, & non ſeruato venditorem ad reſtitutionem ſortis compelli poſſe,& ita Spiræ conſtitutum eſſe ann. 1600. ex qua conſtitutione ſententia Gabrielis confirmata eſt. Quod & in regno Nauarræ lege ſancitum fuiſſe ſcriptores Hiſpani tradunt, vt ex Nauarro Felician. *de cenſib.lib.1. cap.10.n.19.* vbi ait lege aut ſtatuto effici poſſe,vt ob moram in ſoluendo reditu commiſſam debitoris bona diſtrahantur, vt ex eorum pretio, & valore creditori ſors cum reditibus præteritis integrè reſtituatur. Et refert Molfeſ. *loc. cit.* hanc ſententiam in regni Neapolitani tribunalibus vſu eſſe receptam:vt etiam Tapia *loc.cit.*

Sed alij quidam exiſtimauerunt conuentionem hanc illicitam 13
& iniuſtam eſſe,vt Virgin.de Boccat.*par.2.n.3.*Gutierr. *practic.quæſt.lib.2.cap.174.*Auendan.*de cenſib.cap.101.n.5.*Vgolin.*de vſur.cap.45.§.10.n.4.* Anton.Merend. *controu.iur.lib.11. cap.14. num.15.* & Iuriſconſ quidam Lucanus apud Riccium *par.7.collect.1678.*& acerrimè omnium Felician.*in d.c.10.n.18.* Nam inquit,omnes Theologi,& Canonici Iuris Profeſſores, qui de cenſibus ſcripſerunt, vnanimi conſenſu docuerunt in hoc contractu ita ſortem alienari in debitorem,vt ipſo inuito repugnante nullam emptor poſſit habere ſpem repetendi. Ideóque etiam ob moram in ſolutione penſionis conuenire non licet, vt debitor ſortem cum vſuris reddere cogatur. Rurſus in hac forma contractus mutuum delitеſcit,quia licèt pendente conditione pretium non poſſit repeti, ſuſtinetur tamen quaſi mutuum in illa ſpe, quòd tandem eueniet caſus, in quo peti poterit. Etenim attentius perpenſa forma huius pactionis id ſolùm agi videtur, vt quandiu ſoluuntur fructus, ſors non repetatur, & proinde non cenſum, ſed mutuum, non iuſtam, ſed vſurariam pactionem iudicandam eſſe.

Cæterùm inter omnes ferè conſtat conuentionem hanc 14
conſtitutione D. Pij eſſe prohibitam, vt notant Virginius, Felician.& alij auctores proximè citati, & Ioſeph. de Seſſ. *in dec.116.n.69.* Cardin.Manric.*de tac.& ambig.conuent.l.8.tit.22. n.25.* Gratian.*diſcept.forenſ.cap.587.n.7.& 8.*& Rota poſt tractatum Cencij *in dec.147.n.11.* & ipſe Cenc. *q.60. num.15.*& Duard.*§.4.q.39.n.28.* & ex Theologis Molina *diſp.391.in fin.* & iiſdem verbis Salas *lib.de cenſibus dub.12.num.6.*vbi docent ex natura rei hoc pactum illicitum non eſſe prudenter tamen à Pio V. fuiſſe prohibitum,quos ſecutus eſt Eminentiſ. P.de Lug.*in d.diſput.27.n.122.*† Ex quo conſequens eſt huiuſmodi- 15
conuentionem non euertere contractum cenſus, tametſi pro non adiecta habeatur, vt latè tractatum eſt *in d. dec.147. n.10. & 11.* poſtquam ita docuit Cencius *in d.quæſt.60. n.17.* & ſenſit Mat.Giurb. *in d.dec.85.num.16.*Maſtrill.ad Gregor. *quæſt.7. num.26. in fin.* Duard. *in §.4. quæſt. 24. n.34. & §.5. q.46.in fin.*& eleganter Roderic.*lib.2.q.1.n.7.* Nam inquit pactum de quo agimus, non cogit præciſè debitorem ad redimendum reditum, ſed ita demum ſi nolit ſua die reditum ſoluere: nec tunc tam voluntate creditoris, quàm culpa debitoris redimitur: quemadmodum ſi emphyteuſis ob non ſolutum canonem per biennium, vel triennium amittitur, id non culpa directi domini, ſed emphyteutæ ceſſantis in ſolutione prouenit. Et cùm penſionibus ſolutis nunquam liceat creditori ſortem repetere, non videtur hæc pactio quidpiam contra cenſus ſubſtantiam continere, qui ſi ante redemptionem pereat, emptori perit, & nulla ei relinquitur actio ad pretium, quod argumentum eſt hîc mutuum non eſſe, neque vſuram locum habere. Vnde quamuis, ex conſtitutione Pij V. hæc pactio, quia debitoris onus continet, meritò prohibeatur, non tamen ex ea contractus nullus, aut fœneratitius cenſeri debet. Ita ferè Roderic. *loc. cit.* † Idemque iuris 16
eſſe puto, ſi pactum ſit, vt liceat venditori cenſum redimere

re intra aliquod tempus veluti quadriennium, quo elapſo ſit in arbitrio emptoris pretium repetere. Nam licèt hæc pactio illicita ſit, & ab ea valde abſtinendum eſſe exiſtimem, non tamen ſola perimit contractum, vt rectè ſenſit idem Cencius *in d. quæſt.* 60. *num.* 39. quia cùm in reliquis ſeruata ſit forma contractus, euidens eſt coniectura voluntatis contrahentium, quòd cenſum conſtituere voluerunt *arg. l. inſulam, ff. de praſcript. verb. l. ſi vno, ff. loc.* inſpiciendum enim eſt, quod principaliter agitur *l. rogaſti, in princ. & l. ſi quis, ff. ſi cert. pet.* Tiraq. *de retract. conſang. gloſ.* 1. §. 30. *num.* 2. *&* 21. & Rota poſt Cenc. *in d. deciſ.* 147. *num.* 13. & forma præualet pacto, quod nullum eſt, & pro non appoſito habetur, vt dictum eſt: & argumenta omnia, quibus Leſſius, & Theologi plurimi probant ex natura rei, & abſolutè cenſum non eſſe vſurarium, in quo ſimpliciter actum eſt, vt liceat emptori ab emptione diſcedere, in hac ſpecie etiam admitti poſſunt. Et proinde mediam hanc ſententiam ſequor, id eſt, pactum quidem illicitum eſſe, & nullum, neque tamen contractum cenſus perimere.

17 Neque mouet, quod Pizarrus, & Felicianus obiiciunt pendente conditione contractum ſuſtineri tanquam mutuum nimirum reiiciendo retro oculos quoquo modò ad tantundem in genere, in quo tota ſubſtantia mutui conſiſtit, quia hæc conuentio reſpicit tantùm reſolutionem contractus in caſum moræ debitoris, quod non tollit rationem, & ſubſtantiam emptionis *l.* 2. *ff. de in diem addict. l.* 1. *ff. de leg. commiſſ. l.* 7. *Cod. de pact. int. empt. & vendit.* & aliis locis, & differit Rota *in d. deciſ.* 147. *num.* 7. *&* 14. & apud Cardin. Seraphin. *in deciſ.* 1431. *num.* 5. Cenſ. *in d. quæſt.* 60. *num.* 17. *verſ. nec eſt verum.* & Roderic. *loc. cit.* vbi etiam tacitè notat Felicianum, quòd dicat pactum hoc eſſe vſurarium, & nihilominus ſentiat lege vel ſtatuto poſſe confirmari. Nam inquit, ſi hæc pactio eſſet vſuraria, & vſurarium contractum redderet, nulla lege aut conſtitutione poſſet approbari, quia vſuræ iure diuino, & naturali prohibentur, quod legibus, aut conſtitutionibus hominum immutari non poteſt.

18 His conſequenter non placet, quod Frideric. Martin. *d. cap.* 6. *num.* 272. contendit pactum, vt penſionibus non ſolutis liceat prædia cenſui obnoxia diſtrahere pro ſorte, & reditibus, validum eſſe, quia inquit cùm venditor cenſus ad ſolutionem annuæ præſtationis ſit obſtrictus, emptor quoque actione ex empto ad penſionis præſtationem agere poſſit, & caſu quo non præſtetur, poſſit agere ad id quod intereſt *l.* 1. *& l. ex empto, §. idem ait, ff. de act. empt.* & nomine intereſſe veniat pretium quod datum eſt, conſequens eſt hoc caſu pretium repeti poſſe non vt pretium, ſed vt intereſſe: & ita ſentire Mynſing. *cent.* 1. *obſeru.* 53. & in Camera Imperiali fuiſſe iudicatum: idémque docere Molinam *in dict. diſput.* 387. *circa fin.* dum ait, ſi res, ex qua cenſus eſt venditus euincatur, atque ita non ſoluatur penſio, ad pretium repetendum actionem competere. Hæc enim non tantùm repugnant conſtitutioni Pij V. quæ vetat pretium cenſus ob pœnam vel aliam cauſam repeti poſſe, ſed etiam iuri & rationi parùm conſentanea eſſe videntur, quia cùm ius cenſus in emptorem translatum ſit in ipſo contractu, & proinde facta ſit traditio rei venditæ, vt docet Valent. *in d. quæſt.* 22. *part.* 5. & Salas *de cenſib. dub.* 43. *num.* 2. nulla emptori actio competit ad pretium repetendum, quod repeti tantùm poteſt, ſi res vendita non tradatur, vt *in d. l. ex empto. §. idem ait, & in d. l.* 1. quæ ait, *ſi res vendita non tradatur, in id quod*

19 *intereſt agitur.* † Vnde planè erroneum eſt, quod Fridericus ſupponit penſione non ſoluta rem traditam non videri, quia penſio longè differt à re, quæ in venditione cenſus alienatur. Etenim penſio ſeu reditus non eſt meræ ſeu res, quæ in hoc contractu emitur, ſed ius percipiendi penſionem, vt multi docent apud Cencium *part.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 2. nunc *quæſt.* 45. *num.* 8. *&* 9. & Valent. *loc. cit. verſ. & probatur*, aſſerens hanc manifeſtam rationem eſſe: & nos diximus multis locis. Et proinde licèt venditor in ſoluenda penſione moram faciat, non propterea rectè dicitur rem venditam non tradidiſſe, quare non poteſt eſſe actio ad pretium quaſi re non tradita, ſed tantùm ad penſiones non ſolutas, quæ ſunt fructus, & acceſſiones rei emptæ, & quid conſequens ab eo iure, vt in re ſimili tradit Eminent. P. de Lugo *d. diſputat.* 27. *ſect.* 8. *num.* 122. *in fin.* & docet Salas *loc. cit.*

Neque iuuat Friderici ſententiam, quod tradit Molina *loc. cit.* re cenſuali euicta actionem eſſe ad pretium, & id quod intereſt, quia hæc diſſimilia ſunt. Hoc enim caſu nullum ius cenſus traditum cenſetur: vnde vt euicta re valor eius repetitur, & id quod intereſt *d. l.* 1. *& l.* 43. *ff. de act. empt.* ita euictis rebus, quibus cenſus impoſitus eſt, valor eius, atque ideo pretium repeti poteſt, & id quod intereſt. Sed in ſpecie de qua quæritur, licèt penſio duabus vel tribus vicibus non ſoluatur non tamen ius cenſus ablatum, & amiſſum eſſe dicitur, cùm res cenſui obnoxia ſit penes venditorem, vel ſucceſſorem eius, ex qua cenſus præſtari poteſt. Vnde ad penſiones præteritas duntaxat agere poteſt, quæ vt dixi, ſunt fructus, & acceſſiones illius iuris, & fructibus comparantur, & pro mobilibus habentur, cùm ius cenſus inter immobilia cenſeatur, vt docet idem Mynſing. *eadem, cent.* 1. *obſer.* 69. *n.* 9. *&* 10. & Eminent. de Lug. *d. diſp.* 27. *num.* 8. ex quibus perſpicuum eſt non eſſe ex natura contractus cenſus, vt penſionibus non ſolutis ab eo diſcedatur, ideóque id paciſci conſtitutione Pij V. meritò eſſe prohibitum. 20

Sanè ſi conuenerit, vt ſi fortè bona cenſui ſuppoſita aliena ſint, vel alteri vendita, vel aliis creditoribus obnoxia, ita vt penſioni non ſufficiant, liceat pretium repetere, hæc pactio valida eſt, & poterit hoc caſu emptor cogere venditorem vt pretium reſtituat, vt docent Virgin. de Boccat. *part.* 2. *n.* 45. Vgolin. *de vſur. c.* 45. §. 10. *n.* 6. Roder. *de ann. redit. lib.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 6. Intrigliol. *in pragm. de cenſib. quæſt.* 82. *n.* 2. Maſtrill. ad Gregor. *quæſt.* 5. *n.* 240. *& ſeq.* qui ita deciſum refert *in d. dec.* 95. Ioſeph de Seſſ. *in dec.* 116. *n.* 95. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 258. *n.* 22. *&* 23. Rouit. *in pragm.* 1. *de cenſib. n.* 36. Catol. Tap. *ad eand. n.* 121. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *part.* 3. *n.* 86. & Rota poſt Cencium *in deciſ.* 46. *n.* 2. † Neque tantùm hoc caſu pretium reſtitui debet, ſed id omne etiam, quod emptoris intereſt. Etenim habenda eſt ratio eius, quod emptor conſequutus fuiſſet, ſi res libera fuiſſet, vel non fuiſſet euicta *l. ſi ſterilis, §. cùm per venditorem, & l. Titius,* 43. *in fin. ff. de act. empt. l. ſi traditio. & l. cum venditorem, C. eod. l. venditor.* 8. *& l. euicta re, ff. de euict.* & docent Virgin. *loc. cit.* Intrigliol. *in d. quæſt.* 82. *num.* 1. vbi refert Doctores Siculos ita tenere, & Conuerſan. ad eund. *eod. loc.* & cenſuit Rota apud Cardin. Seraphin. *in deciſ.* 1114. *num.* 2. & poſt tract. Cencij *in deciſ.* 53. *num.* 3. & ipſe Cenc. *part.* 1. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 6. *num.* 45. nunc *quæſt.* 19. vbi refert ita ſæpius in Rota iudicatum fuiſſe. Quod etiam docet Sarmient. *lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 29. & Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 564. *in fin.* 21 22

† Et quòd magis eſt, licet id in pactum deductum non ſit, tenetur venditor ad id quod intereſt, id eſt ad reſtitutionem ſortis, & fructuum, ſeu redituum, & ſi quid fortè impenſum eſt, quia cùm conſtitutio cenſus, de quo agitur, ſit vera venditio, conſequens eſt venditorem de euictione teneri, etiamſi id omiſſum fuerit, vt diximus *quæſt.* 42. *num.* 23. & conſtat *ex d. l. empto. in princip. & l. non dubitatur,* 6. *Cod. de euict.* & proinde non tantum ad reſtitutionem pretij, ſed etiam ad id quod emptor conſecutus fuiſſet, ſi res non eſſet euicta, *d. l.* 43. *de act. emptio.* vbi Paulus ait *actionem de euictione non tantum pretium continere, ſed omne quod intereſt emptori rem non euinci,* & præterea ſi quid in eam rem impenſum eſt *l.* 8. *ff. de hæred. & act. vend.* cùm ergo hoc veniat ex natura contractus, licet omiſſum ſit, conſequens eſt id in pactum licitè deduci poſſe. † Quod tamen accipiendum eſt, dummodò fraus omnis abſit ex parte emptoris, quia ſi ſciens rem alienam eſſe vel obnoxiam nihilominus cenſum emit, vt hac occaſione arrepta, cùm illi commodum erit, pretium cum fructibus repetere valeat, iam non habuit animum emendi cenſum, ſed fœnerandi, & proinde tantùm ſortem repetere poteſt deducto eo, quod fructuum nomine exactum eſt, vt docent Roderic. *d. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 73. Maſtrill. *in d. quæſt.* 5. *num.* 248. Mareſcott. *variar. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 31. *& num.* 118. Cenc. *in addit. quæſt.* 14. *num.* 4. *& quæſt.* 106. *num.* 5. & Duard. ad conſtit. Pij V. §. 1. *quæſt.* 26. *num.* 14. & alij, quos recenſui *quæſt.* 56. *n.* 31. & nouiſſimè Card. de Lug. *in d. diſp.* 27. *ſect.* 4. *n.* 75. 23 24

Hic

25 Hìc verò omittenda non eſt ſingularis Senatus Sabaudiæ definitio nimirum emptorem cenſus, ſi reditum petens ea exceptione repellatur per venditorem quaſi iam facta fuerit redemptio cenſus, & pretium reſtitutum, idque falsò exceptum appareat, cogere poſſe venditorem, vt in mendacij pœnam cenſum redimat, vt definitum refert Præſes Faber *def.* 22. *num.* 3. *&* 4. *tit. de reſcind. vendit.* quam probauit Sebaſtian. Græu. ad Gail. *lib.* 2. *concluſ.* 7. *num.* 13. Idémque putat Præſes dicendum eſſe *eod. loc. n.* 5. ſi venditor, & debitor cenſus in reditibus præſtandis moram facere ſolitus ſit, & emptorem litibus, & ſumptibus vexare, cuius ſanè intereſt non habere rem diutius cum tam improbo debitore *l.* 6. *ff. de minor.* Et ita notandi ſunt duo caſus, in quibus ex ſententia Præſidis ab inuito pretium repetere licet. Primus ſi falsò excipiat cenſum ſe redemiſſe: Secundus quando ſolitus eſt moram facere in reditibus præſtandis, & litibus vexare
26 venditorem. † Ego verò neutro caſu id admittendum eſſe puto. Etenim ex eo quod debitor excipiat ſe redemiſſe cenſum, neque probet, videri non poteſt ius eſſe quæſitum ad pretium repugnante natura contractus, quæ eſt, vt pretium ab inuito repeti non poſſit, vt omnes docent: & præſertim Conarr. *variar. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. *& cap.* 9. *num.* 4. & repugnante etiam conſtitutione Pontificis quæ vetat pretium ab inuito exigi poſſe, niſi renuntiauerit domino cenſus velle redimere, vt dictum eſt. Neque mouet hoc caſu videri debitorem velle redimere, quia verius eſt cùm excipit redemiſſe, eum nolle, amplius redimere: & ideo enim excipit ſi redemiſſe, ne amplius redimere teneatur: actúſque agentis nihil vltra eius intentionem debet operari *l. non omnis, ff. ſi cert. pet. l. vltim. C. ne vxor. pro marit. l.* 1. *§ ſi quis, de uin. actiq. priuat.* Menoch. *conſ.* 179 *num.* 16. † Et multo minus meo iudicio recipiendum eſt, quod ait Præſes ob moram in ſoluenda penſione ſæpius factam pretium repeti poſſe, quia mora operatur duntaxat, vt penſiones peti poſſint *l. cedere diem, de verb. ſignif.* & vt debitor ſumptus litis refundere teneatur, quæ eſt pœna temerè litigantium *l.* 79. *ff. de iudic. & Inſt. de pœn. tem. litigant, §. hac autem*, & Theophil. *eod. tit.* ſed non ea moræ & contumaciæ poteſtas eſt, vt creditori actionem præbeat ad id quod nullo iure debetur certum autem eſt dominum cenſus pretij creditorem non eſſe, vt ipſe Faber notat *in d. def.* 22. *in fin.* Denique D. Pius conſtituit, ne pretium cenſus extra caſum prædictum ob pœnam, vel aliam cauſam ab inuito repeti poſſet, etiamſi id maximè inter partes conuentum ſit, vt initio diximus.

28 Qua ratione non placet, quod ſcribit Carol. Tapia *loc. cit. num.* 122. *&* 153. in regno ob non factam ſub tempore ſolutionem redituum contractus cenſus reſcindi. Sanè nos alio iure vtimur, cogimus enim duntaxat debitores redituum ad ſolutionem. Vt etiam probare non auſim, quod ex Molfeſio ſcribit Duard. *in d. §.* 4. *quæſt.* 19. *num.* 1. *&* 3. alienata re cenſui ſuppoſita non admonito domino cenſus poſſe illum pretium repetere, & diſcedere à contractu, ſi nolit rem alienatam retrahere, quia repugnat naturæ contractus, quæ eſt, vt pretium fiat venditoris, neque repeti poſſit *l.* 11. *§. & in primis, de act. empt.* Couarr. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. Gomez. *de cenſib. quæſt.* 3. *num.* 20. & alij relati *num.* 1. & repugnat conſtitutio Pij V. quæ vetat pacta omnia, quibus extra caſum prædictum ob pœnam, vel ob aliam cauſam pretium repeti poteſt à venditore, vt dictum eſt. Et præterea receptum eſt illicitam eſſe conuentionem, vt non liceat venditori rem alienare, niſi facta redemptione cenſus, vel vt in caſum alienationis venditor teneatur, cenſum redimere, vt docent Nauarr. *in d. comment. de vſur. num.* 115. Boccat. *de cenſib. part.* 1. *num.* 8. *&* 57. Felician. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 2. Maſtrill. ad Gregor. *q.* 7. *num.* 26. Vgolin. *de vſur. cap.* 45. §. 10. *num.* 4. & ipſe Duard. *in d. quæſt.* 19. *num.* 4. *& §.* 5. *quæſt.* 46. ergo multo minus id domino cenſus licere dicendum eſt nullo interueniente pacto Denique quia aliis modis domino cenſus ſuccurſum eſt. Nam non ſolùm poteſt rem retrahere eodem pretio, vt admittit Duardus, ſed etiam agere aduerſus poſſeſſorem actione hypothecaria, & in rem ſcripta, vel actione perſonali aduerſus venditorem & hæredes eius, vt tractat Cencius *quæſt.* 96. *&* 97. & nouiſſimè Anton. Merend. *d. lib.* 11. *cap.* 15. *&* 20. quæ tutis remedia ferè inutilia eſſent, ſi licitum eſſet hoc caſu pretium repetere.

Neque mouere debet auctoritas Molfeſij *in conſ.* 8. quo 29
mouetur Duardus, quia Molfeſius loquitur de cenſu vitalitio, ad quem non pertinet conſtitutio Pij V. vt pleríque putant, & ipſe Duard. *in proœm. q.* 15. *n.* 48. & in quo aderat pactum vt in caſum alienationis fas eſſet pretium repetere, vt ſcribit Molfeſ. *loc. cit. n.* 26. Denique quia aduerſus Molfeſium iudicatum eſt, vt memorat Rouit. *in pragmat.* 2. *de cenſib. num.* 4. & ipſe Duard. *in proœm. quæſt.* 28. *n.* 90. quæ non attingo, & tantùm dico hoc egredi fines quæſtionis à Duardo propoſitæ. Vt etiam nihil eius ſententiam iuuat, quod reſpondit Gabriel. *in conſ.* 152. *lib.* 1. quia nullum verbum in toto illo reſponſo eſt de alienatione rei cenſitæ facta non admonito domino cenſus: ſed quærit tantùm, an valeat pactum, vt in caſum moræ in ſoluenda penſione pretium repeti poſſit, & reſpondit valere, quia exiſtimabat nulla lege eſſe prohibitum, ideóque regulæ ſtandum eſſe, vt differit *num.* 1. *&* 2. Quod etiam excedit fines quæſtionis noſtræ. Et præterea conſtat Gabrielij ſententiam receptam non eſſe, quia verius eſt pactum illud irritum eſſe, & conſtitutione Pij V. improbari, vt docet idem Duard. §. 4. *quæſt.* 39. *num.* 18. & alij auctores relati *num.* 14. & præſertim Rota poſt Cencium *in deciſ.* 147. *num.* 11. Ex quibus etiam facilè euitari poteſt, quod in tranſitu dicit Rota apud Card. Seraphin. *in deciſ.* 1418. *num.* 15. tum quia nullum ibi verbum de alienatione facta inſcio domino cenſus, atque etiam quia vtitur tantùm auctoritate Gabrielij, cuius ſententia vt dixi, reiecta eſt. Verius enim eſt nunc poſt conſtitutionem D. Pij, cuius is auctor eo loco non meminit. Nullum, & illicitum eſſe, ideóque nunc virtute huius pacti dominum cenſus pretium repetere non poſſe *l.* 6. *Cod. de pact.* Sanè multos caſus, in quibus pretium repetere licet, recenſet Cencius *quæſt.* 106. vbi tamen caſus Fabri, & Duardi meritò prætermiſit.

Sed quod multis locis diximus, & præſertim *quæſt.* 63. 30
num. 21. pacta, quæ conſtitutione D. Pij à contractu cenſus remota ſunt, vitiari, & non vitiare contractum, multo magis locum habet, quando in inſtrumento ſcripta eſt proteſtatio illa, qua contrahentes palam, & perſpicuis verbis declarant, & proteſtantur velle contrahere ad formam bullæ, & ſi quid fortè ſcriptum ſit, quod repugnet bullæ, id dictum, & ſcriptum nolle, quia hæc proteſtatio remouet mentem ab actu, & præualet facto contrario, vt ſcripſit Coſta *de remed. ſubſidiar. remed.* 124 *num.* 21. & Anton. Monach. *in deciſ. Lucenſ.* 52. *num.* 2. & corrigit, & emendat, quæ inutiliter, & vitiosè addita fuerant *l. nihil intereſt, & l. nihil prohibet, ff. de adim. leg. l.* 21. *ff. de manum. teſtam.* & ſuſtinet contractum non obſtantibus quibuſcunque pactis, perinde ac ſi ſine illis celebratus fuiſſet ex Bart. *in l. non ſolùm, §. morte, num.* 24. & Alex. *num.* 13. *ff. de non. oper. nuntiat.* & in terminis Gabr. *conſ.* 47. *num.* 7. *lib.* 2. Marcheſan. *de commiſſ. appell. in cauſ. obligat.* Camer. *part.* 1. §. 2. *num.* 57. vbi hanc clauſulam præſeruatiuam vocat. Surd. *in conſ.* 318. *num.* 24. & rurſus *in conſ.* 421. *in fin.* Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 7. *part.* 2. *ampliat.* 20. *num.* 11. Theſaur. filius *quæſt.* 69. *num.* 5. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 141. *num.* 18. *& cap.* 751. *num.* 39. Giurb. *deciſ.* 85. *num.* 5. *& ſeq.* Marius Mut. *deciſ.* 34. *num.* 12. & ſecundùm hanc ſententiam ſæpius cenſuit Rota, vt conſtat *ex deciſ.* 95. *num.* 10. *& deciſ.* 103. *num.* 13. & aliis, quas refert, & ſequitur Cencius *part.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 9. nunc *quæſt.* 61. *num.* 2. & Duard. *in §.* 6. *quæſt.* 16. *num.* 3. *&* 4.
† Et præſertim quia hæc proteſtatio in fine inſtrumenti, & 31
poſt pacta ſcribi ſolet, ideóque reuocat, & corrigit, ſi quid præter mentem contrahentium ſuperius inſertum ſit *d. l.* 21. *ff. de manumiſſ. teſtam.* vbi teſtator, qui ſcripſerat, *Stichus, imo Pamphilus liber eſto*, dicitur quodammodo emendaſſe errorem ſuum, & regula iuris eſt, & vltima verba cuiuſuis ſcripturæ attendi debeant, & prioribus derogent, vt ſcribit Alciat. *in l. pacta nouiſſima, Cod. de pact.* quæ ait pacta nouiſſima derogare prioribus, tametſi non minus hæc proteſtatio ſuam vim obtineret, quod initio contractus fieret *l.* 14. *ff. de leg.* 1. Etenim in contractibus non datur prius, & poſterius, vt alibi diximus: & cùm vnico contextu fiat, non ante perfectus

Digitized by Google

fectus dicitur, quàm fuerit perfectum inſtrumentum, & à partibus approbatum, vt notat Paul. Bellonus *de poteſt. cor. quæ incontin. fiunt, cap.* 54. *num.*8. *&* 9. *lib* 1. Vnde non poteſt venditor cenſus obiicere nullitatem contractus ſub prætextu alicuius pacti quod repugnet conſtitutioni Pontificis, cùm in eodem inſtrumento ipſemet conuenerit, vt ſi fortè aliquid additum ſit contrarium bullæ, id pro non appoſito habea-

32 tur. † Nam licèt proteſtatio nihil prodeſſe ſoleat, in iis, quæ pendent à voluntate proteſtantis, & alterius, vt docet idem Bellon. *d. lib.* 1. *cap.* 98. *num.* 24. hæc tamen declaratio, & proteſtatio hîc ſuam vim obtinet, quia eſt addita de conſenſu vtriuſque contrahentis, & non tantùm emptoris proteſtatio eſt, ſed & venditoris: & cùm vtraque pars conſenſit, conuentio limitur ſecundùm proteſtationem Alex. *in d.* §. *morte, num.*13. & Gabriel. *in d. conſ.* 47. *num.*7. *&* 8. Barz. *in deciſ.* 56. *num.* 34. Gratian. *loc. cit. num.* 4. *& cap.* 751. *num.* 4. & Ceuc. *in d. art. art.* 9. ſeu *quæſt.* 61. *num.* 1. *&* 2. vbi notant hoc caſu proteſtationem non eſſe contrariam facto cùm ambo conſenſerint. Porro ex his conſtat vtiliſſimum eſſe hanc proteſtationem in contractu cenſus adhibere, & aliis ſimilibus, quibus certa forma præſcripta eſt vt ſocietatibus. Vt non immeritò dixerit. Conſtant. Roger. *in præfat. lib. de proteſt. num.* 8. proteſtationes vt plurimùm fieri ex quadam prouidentia, & præmeditatione eius, quod poteſt accidere, idque prudentes viros animaduertere ſolere: & congruenter Vlpianus *in l.* 14. §.8. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* ait pleróſque his proteſtationibus ſe munire, ne aliquid feciſſe videantur.

33 Hîc tamen duo ex ſententia eorundem auctorum obſeruanda ſunt. Primum eſt non ſatis eſſe ad ſuſtinendum contractum, qui alioquin nullus videri poſſet, ſi contrahentes duntaxat proteſtati ſunt ſe velle ad formam bullæ, & non alio modo contrahere, neque vlterius progrediantur, quia hoc caſu potius infirmari, quàm confirmari contractum tradunt Surd. *in d. conſ.* 318. *n.* 24. vbi ait hoc caſu contractum nullum eſſe ex partium expreſſa voluntate Coſta *d. rem.* 124. *num.* 21. Cencius *loc. cit. num.* 7. & poſt Cencium Duardus *in d. quæſt.* 16. *num.* 5. Quamobrem oportere proteſtationem hanc ampliſſimis verbis concipere, & vt loquitur Vlpian. *in d. l.* 14. plenius teſtari, id eſt iis verbis, quæ declarent, & oſtendant contrahentes velle, vt ſi quid illicitè, & contra formam conſtitutionis irrepſerit, id pro non ſcripto, & pro non adiecto intelligatur, vel aliis verbis, quæ tantundem præſtent Hoc enim caſu proteſtatio ſuſtinet contractum, vt ſentiunt, & diſtinguunt Surdus, Duardus, & Cencius iiſdem locis, idem Surd. *in d. conſ.* 421. *in fin.* Barz. *in d. deciſ.* 56. *num.* 35. Scacc. *de commerc.* §. 1. *ampliat.* 20. *num.* 12. & alij auctores relati *num.* 30. Ex quibus reiici debet, quod ſcripſit Virgin. *de cenſib. part.* 2. *num.* 138. hac proteſtatione non obſtante contractum nullum eſſe, & quod ſcribit Coſta *loc. cit. num.* 22. excuſati quidem emptorem cenſus, ne tanquam fœnerator puniri poſſit, contractum tamen iniuſtum eſſe, & reditus exactos ſortem minuere, vel reſtituendos eſſe. Nam cùm hæc proteſtatio remoueat conſenſum ab iis, quæ illicitè adiecta ſunt, ideóque ſint nuda vocabula, & ſimplex figura literarum, qua nemo obligatur *l.* 38. *ff. de obligat. & act.* denique ſint voces ſine ſenſu, & conſenſu, conſequens eſt contractum euertere non poſſe non magis, quam ſi additum eſſet *arma virúmque cano*, quo exemplo vtitur I. C. *in l.* 65. *ff. de verb. obligat.* rectè igitur Surd. *loc. cit.* ait amplitudinem verborum ſaluare contractum. Et ita memini in quadam ardua cauſa aduerſus Virginij, & Coſtæ ſententiam pro validitate cenſus fuiſſe pronunciatum referente D. Senatore Vercellis.

Alterum eſt proteſtationem hanc etiam ampliſſimis verbis conceptam ſupplere non poſſe, quæ formæ, & ſubſtantiæ contractus deſunt, vt ſi fortè cenſus nulli certæ rei impoſitus ſit, vel infructuoſæ, & quæ penſioni non ſufficiat, vel ſi non numerato pretio, vel non iuſto receptóque tempore contractus conſtitutus ſit. Hæc & alia huiuſmodi, quæ ſunt de forma contractus, vt in præcedentibus tractatum eſt, ſi deficiunt, cautionibus, & proteſtationibus ſuppleri non poſſunt, & proinde non obſtante proteſtatione quibuſcunque verbis concepta contractus irritus, & fœneratitius cenſeri debet, vt de defectu numerationis pecuniæ cenſuit Rot. *in dec.* 103. *n.* 5. poſt Cencium, & iidem Cencius, & Duard. *loc. cit.* & nos diximus *quæſt.* 62. *in fin.* & cùm pretium iniuſtum eſt, vt reſpondit Menoch. *in conſ.* 445. 10. & hoc caſu recipi poteſt Virginij, & Coſtæ ſententia. Sanè ſi de pactis agitur, quæ non tangunt, neque petunt formam contractus, & conſtitutione D. Pij prohibita ſunt, conſtat etiam hac proteſtatione non addita contractum cenſus ſuſtineri reiectis pactis, quia conſtitutio annullat pacta non contractum, vt expendit Rota *in d. dec.* 116. poſt Cencium & tractatum eſt *d. quæſt.* 62. quibus conſenſit Theſaur. iun. *lib.* 2. *quæſt.* 69. *n.* 4. qui in fine refert ita fuiſſe iudicatum, vt etiam Merlin. *contr. forenſ. cap.* 96. *in fin.*

Denique quærendum eſt, an pacta, quæ à contractu cenſus ex conſtitutione D. Pij V. remota ſunt, iureiurando confirmentur. Et ſanè inſpecto iure ciuili exploratum eſt non confirmari, vt conſtat *ex l. non dubium, Cod. de legib. l.* 7. §. *& generaliter, ff. de pact. l.* 7. §. *iurare, ff. de oper. libert. l.* 112. §. 3. *ff. de leg.* 1. & ex Harmenop. *lib.* 1. *tit.* 9. Quod de pacto vt ob non ſolutam ſuo die penſionem res incidat in commiſſum, conſtituit Alphonſus Rex Siciliæ *in pragmat. de cenſib.* §. *præterea*, & docet P. Molin. *diſp.* 381. *num.* 6. Et hoc etiam à D. Pio ſancitum eſſe exiſtimo, dum generaliter derogauit omnibus, & ſingulis quæ illius conſtitutioni contraria eſſe poſſunt, & conſequenter iureiurando, quatenus obſtaret, vel repugnaret conſtitutioni. Alioqui facilè prouida Pij Pontificis conſtitutio lacerari, & eludi poſſet, quod permitti non debet *l. ius publicum, ff. de pactis, l. vlt. C. mand. l.* 13. *C. de teſtam.* & ita his iamdudum ſcriptis comperi ſenſiſſe Anton. Merendam *controuerſ. lib.* 11. *cap.* 32. *n.* 2. *&* 3. vbi in hanc rem expendit verba illa conſtitutionis, *& ita illis non obſtantibus quicquid expreſſè, vel tacitè contra hæc noſtra mandata dari, & remitti contingat, à fiſco volumus poſſe vindicari.* Et deinde ſubiicit hanc eſſe mentem Rotæ, & DD. etſi enim ſæpiſſimè egerint de vi, & iuſtitia pactorum, quæ conſtitutione Pij V. prohibita ſunt, nullibi tamen dixerunt illa iuramento confirmari, quod ſanè non omiſiſſent, ſi id verum eſſe putaſſent, cùm contractus cenſus in publica inſtrumenta redigi conſuetum ſit, quibus iuramentum accedere ſolet. † Quod ſine vlla prorſus dubitatione recipiendum eſt, quando addita eſt contractui proteſtatio illa pleniſſimè concepta, quæ remouet conſenſum ab illis pactis, vt proximè diximus. Neque enim iuramentum ſupplet, vel ſupplere poteſt conſenſum, vel extendere *l. vlt. Cod. de non num. pecun. l. vltim. ff. qui ſatiſd. cogant.* ſed tantùm intra limites conſenſus vinculum religionis promiſſionibus addere, vt declarant Bart. *in l. ſi quis pro eo, num.* 4. *ff. de fideiuſſ.* Seraphin. *priuil.* 61. *num.* 10. Couarr. *in cap. quamuis, part.* 1. §. 3. *num.* 10. Petr. Gregor. *ſyntagm. iur. ciuil. lib.* 50. *cap.* 5. *num.* 10. & Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 26. *tit.* 1. *n.* 35. *&* 36. 34 35

Sanè Cencius, qui de cenſibus accuratiſſimè omnium ſcripſit, *part.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 8. nunc *quæſt.* 60. *num.* 19. docuit, ſi pactum, vt non ſoluta ſuo die penſione pretium repeti poſſit, fuerit iureiurando confirmatum, data in obſeruantia promiſſionis contractum reſolui ex regula *l. ſi quis maior. C. de tranſact.* & contractu reſoluto venditorem teneri ad reſtitutionem pretij, ſi emptor voluerit. Quod inquit ſenſiſſe Rotam poſt illius tractatum *in deciſ.* 10. *num.* 11. & Gratian. *cap.* 258. *num.* 10. quia iuramentum ſeruandum eſt, quamuis pactum ſit illicitum *cap. debitores, de iureiurand.* quod iterum Cencius ſcripſit *quæſt.* 106. *num.* 13. & poſt Cencium Duard. *in* §. 4. *quæſt.* 29. *num.* 38. *&* §. 6. *quæſt.* 14. *num.* 11. idémque docuit Trentacinq. *variar. lib.* 3. *de cenſib. num.* 16. vbi etiam refert hanc ſententiam in regno Neapolitano vſu receptam eſſe, vt etiam Rouit. *in pragm.* 1. *de cenſib. num.* 35. & nihilominus ſentio hæc, & alia pacta conſtitutione Pij V. prohibita iuramento non confirmari, nullúmque ius emptori cenſus ex illis acquiri etiam addito iureiurando non tantùm ex iure ciuili, vt dixi ſed etiam ex iure conſtitutionis D. Pij, & præſertim illis verbis, *cæteriſque contrariis quibuſcunque*, vt ſentire videtur inclytæ mem. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 8. *tit.* 22. *num.* 35. & ſenſit Merend. *loc. cit. num.* 4. vbi in hanc rem perpendit verba Bullæ, 36

Pacta

Pacta continentia pretium cenſus extra cenſum prædictum ad inuito repeti poſſe omnino prohibemus. Quomodo enim, inquit, dici poteſt hæc pacta eſſe omnino prohibita, ſi Pius V. io poteſtate coottahentium reliquit ea ſic iuramento confirmare, vt poſſint à contractu diſcedere, & reſoluere contractum, iuxta *l. ſi quis maior. C. de tranſact.*

37 Neque obſtat *d. cap. debitores, de iureiuran.* quo ſcilicet cautum eſt debitores, qui de ſoluendis vſuris iuramento conuenerint, eogendos eſſe Deo reddere iuramentum, quia ſequitur ſtatim, *& cùm vſura ſoluta fuerint, creditores ad eas reſtituendas eſſe Eccleſiaſtica ſeueritate compellendos.* Quod argumentum eſt pactum de vſuris præſtandis iuramento non confirmari & ridiculum eſſet dicere conuentiones vſurarias confirmari: iuramento vt ait Mancin. *lib. de iuram. part.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 1. *num.* 12. Nullúmque inde ius, nulláque actio creditori acquiritur, vt ſenſit Fortun. *in lib. de vlt. fin. n.*405. & Theologi quidam apud Sanchez *lib.*3. *in decalog. c.*10. *n.*8.

38 † Vnde obligationi, quæ hoc caſu ex iuramento oritur, ſatisfit momentanea ſolutione, vt hac qualicunque ratione iuraos Deo ſatisfaciat, & ſolutum ſtatim repeti poteſt, vt doeent Couarr. *in d. c. quamuis, part.*2. §. 3. *n.*2. Gutierr. *de iuram. part.*1. *c.* 57. *n.*8. Leonard. Leſſ. *lib.* 2. *c.*17. *n.* 51. *& cap.* 42. *n.* 27. quos ſequitur Sanchez *d. l.*3. *c.*10. *n.*9. Antoo. Gomez. *variar. lib.*2. *c.*14. *n.* 24. & alij, qoos ſequitur idem Sanchez *d. lib.*3. *c.*12. *n.*61. quod etiam ſenſit Cuiac. *in d. c. debitores*, & nouiſſimè Card. de Lug. *diſp.*22. *ſect.*8. *n.*191. *&* 250. vbi ait hoius rei rationem eſſe, quia noo poteſt creditor ius acquirere ad id, quod ex iuſtitia tenetur noo accipere, & acceptum reſtituere. Quæ ſanè vel quæſtioni propoſitæ noo conueniunt, vel oſtendunt potius hæc illicita pacta iuramento non confirmari, nullúmque ex illis acquiri ius domino cenſus ad reſoluendum contractum, cùm voluerit.

39 Vt etiam porò non valde huic quæſtioni conuenire diſpoſitionem *d. l. ſi quis maior. Cod. de tranſact.* quia edita eſt ad tuenda pacta legitima, & rerum legitimè contractatum fidem, quibus iuriſiurandi religio acceſſerit, & in odium, & pœnam illius, qui pacta, & conuentiones iuratas noo ſeruat, & in fauorem alterius, qui, vt lex ait, intemerata pacti iura ſeruauerit. Quod etiam ſuadet auctoritas Harmenop. *lib.*1. *tit.*11. qui huius cooſtitutionis epitomen his verbis expreſſit. *Qui pacta, vel tranſactiones libero à ſe arbitrio confectas infirmare conatur, non ſolum infamia notatur, ſed & omni actione decidit, inſuperque pœnam præſtat pacto, aut tranſactioni adiectam. Quin & eorum dominium amittit, quæ ex pacto vel tranſactione conſecutus fuerat. Hæc verò conſequitur aduerſarius.* Quæ ſubiicere duxi, vt oſtenderem Græcum auctorem ſenſiſſe conſtitutionem haoc accipiendam eſſe de pactis, & tranſactionibus iure validis, qoas quis infirmare contendit: neque tamen meminiſſe iuramenti, quaſi ſentiat conſtitutionem locum habere, etiamſi non ſit additum iuſiurandum, quod videtur mirabile. Cùm ergo conſtitutio accipienda ſit de pactis licitis, & legitimis, quæ iura tuentur, & ſeruari iubent *l.* 1. *&* 7. §. *prætor. ait, ff. de pact. l.*1. *ff. de conſt. pecun.* non debet trahi ad pacta illicita, & contra leges, & conſtitutiones Pontificum exorta, euiuſmodi ſunt ea, de qoibus agitur, vt admittunt Cencius, & Duard. *loc. cit.* quæ iure ſancitum eſt nullam vim habere *l.* 6. *& vlt. C. de pact.* & nullius momenti eſſe *l.*1. §. 7. *ff. depoſ. l.* 30. *de verb. oblig.* etiam addito iuramento *d. l. non dubium, C. de legib.* & aliis.

40 Neque Cencij ſententiam iuuat *d. dec.* 10. poſt illios tractatum, quia eſt de cenſu impoſito anno 1567. & ita ante conſtitutionem D. Pij, vt ibi dicitur *num.* 5. ex qua huiuſmodi pacta reprobantur, vt ſcripſit Card. Mantic. *loc. cit.* & alij auctores relati *num.* 14. & ipſe Cencius *in d. quæſt.* 60. *num.* 15. ſuppoſita verò nullitate pacti, & quod conſtitutione Pontificis prohibeantur, conſequens eſt nunc iuramento non confirmari, vt dictum eſt. Neque hic quærebatur, an pactum validum eſſet, ſed an contractus eſſet vſurarius ob adiectionem iſtius pacti. Neque enim contendebat dominus cenſus ex vi, & poteſtate huius conuentionis pretium repetere, ſed tantùm ob huiuſmodi pactum contractum vſurarium non eſſe, vt Rota cenſuit. & *in d. dec.* 147. *num.* 11. vbi dicitur ſecundùm hanc ſententiam ſæpe Rotam indicaſ-
41 ſe. † Vt etiam nihil obſtat auctoritas Gabriel. *in d. conſ.*152. *num.*5. & Gratian. *in d. cap.* 258. *num.* 2. quia licèt loquantur io pacto iurato, neuter tamen ait hoc pactum illicitum eſſe, & nihilominus confirmari iuramento. Vterque enim ſentiebat licitum eſſe, & præſertim Gabriel. *d. loc. num.* 12. & proinde rationibus vtuntur, quæ vim habent etiam non adhibito iureiurando, quaſi ſcilicet hoc caſu reſtitutio fiat volente & cooſentiente debitore, & illi culpa poſſit imputari. Quæ ratio ſi vera eſt, procedit etiam cùm iuſiurandum non eſt appoſitum. Denique Trentacinq. & Rouit. *loc. cit.* non loquuntur in terminis cooſtitutionis D. Pij, quæ in regno Neapolitano non eſt recepta, ſed iuxta praxim d. Regni, qua hæc pacta paſſim admittuntur, & probantur, vt refert Rouit. *loc. cit.* & Molfeſ. *in d. cap.* 6. *num.* 97. Nos verò qui ſcimus huiuſmodi pacta nunc illicita eſſe, & ſanctione Pontificis prohiberi, congruentius exiſtimamus iuramento non confirmari: neque poſſe emptorem cenſus ex arbitrio poſt moram debitoris pretium repetere ſed reditus tantùm in iudicio proſequi, & exigere. Alioquin illud abſurdum ſequitur, vt emptor cenſus, qui per decem & ampliùs annos reditus percepit, ſi fortè debitor ſemel moram facit in vna vel altera penſione præſtanda, pretium repetere poſſit. Quid enim hoc aliud eſt, quàm vſuris viam pandere cùm niſi ferè ab egentibus huiuſmodi reditus vendantur, & ſæpe clades & fortuiti caſus patrimonia minuant, & cogant nummos ſi qui ſiot in alios vſus conuertere. Accedat quod emptores redituum hac ſpe allecti ad reditoum emptionem facilè accederent ſperantes ſcilicet aliquando futurum, vt mora per venditorem facta ſortem repetant, ſi illis commodum erit, quod non eſſet animo ementium ſed fœneraotium coottrahere: & repugnat conſtitutioni, quæ pacta, ex quibus extra caſum denuntiationis ab inuito pretium repetitur, omoino prohibet, vt dictum eſt.

Sed his omnibus, quæ de pactis illicitis, & conſtitutio- 42
ne Pij V. prohibitis hactenus à nobis mediocri diligentia tradita ſunt, adiiciendum puto huiuſmodi pacta contractum hunc magis odioſum, & ſuſpectum reddere. Sicut enim pacta, & conuentiones, quæ deteriorem reddunt conditionem creditoris, minuunt ſuſpicionem vſuræ: ita quicquid debitoris partem deteriorem facit, illam auget, vt fertur dixiſſe Molin. *lib. de commerc. num.* 22. & conſtat ex conſtitutionibus Diuorum Pontificum, in quibus pauciſſimæ ſunt conditiones appoſitæ io fauorem emptoris, & in gratiam venditoris plurimæ, vt obſeruat Binsfeld. *in d. c. in ciuitate, q.*12. *concluſ.* 17. qui deinde ſubiicit hanc clauſulam noſtris moribus conuenientem. *Certum eſt in inſtrumentis emptionis redituum conditiones ſæpe apponi à iure, & æquitate exorbitantiſſimas, nec non etiam renunciationes duriſſimas, quas vel emptoris auaritia excogitat, vel notarij plus cautelæ attendentes, quam contractus naturam conſiderantes adiungunt, quæ certè renunciationes, & inſolita pacta præſumptionem maioris doli ad illaqueandum miſerum debitorem inducunt, qui preſſus neceſſitate, vt æs acquirat, quodlibet onus in ſe recipit: & hodie quiſque, qui ſic pecunias exponit, nouas excogitat argutias, quaſi ſumma prudentia ſit inſolitas, & nouas inuenire cautelas.* Hæc Binsfeldius. Ex quibus diſcimus illicitis iſtis conuentionibus abſtinendum eſſe, tum quia valde controuerſum eſt, an vitient contractum cenſus: tum etiam, quia certum eſt veluti conſtitutione D. Pij prohibitas nullam vim habere, & nihil paciſcentibus
prodeſſe *d. l.*6. *& vlt. C. de pact.* † Denique ſubeat huiuſmo- 43
di contractus laqueis, & nodis refertos etiam iure diuino maximè improbari Eſaiæ *cap.* 58. *Diſſolue*, inquit, *colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes.* Et D. Cyrillus *lib.* 5. *tom.* 3. quas hic Propheta colligationes impietatis, & faſciculos deprimentes dixit; contractus violentos & nodos ſæuitia plenos vocat, & hunc locum intelligit de libellis temeratorum compoſitis coaceruandarum pecuniarum cauſa. Qualis olim Romæ fuit Cicuta quidam, ſiue fœnerator, ſiue cauſidicus, vt memorat Horat. *ſermon. lib.* 2. *ſatyr.* 3. quem propterea nodoſum vocat, quod debitores multis cautionibus, & formulis, veluti quibuſdam laqueis & nodis obſtringeret. Remoueamus igitur à contractibus noſtris vincula iniqua, & onera opprimentia, vt cùm inuocabimus, & clamabimus, Dominus exaudiat nos, & dicat. *Ecce adſum*, & gloria domini colligat nos, & cætera bona nobis

bia obueniant, quæ promittit Propheta diſſoluentibus iniuſtas ſyngraphas, & dirumpentibus onera debitorum.

44 Sed quæ de cautionibus in emptionibus redituum obſeruandis hactenus mediocri diligentia diximus, placuit verſibus ferè concludere, & eos hic veluti promptuarium ſubiicere.

Quærere ſi rectè cenſum cupis, elige fundum,
Qui referat fructus, limitibúſque nota.
Et pretium domino vendenti in lumine ſuitum
Dinumera, vt rebus conſulat inde ſuis.
Fraudibus, & pactis careat contractus iniquis,
Qua vetuit Quinti ſanctio ſancta Pij.
Hinc, dum non luitur, fas eſt tibi poſcere cenſum:
Re pereunte tamen ſcito perire tibi.

QVÆSTIO LXIX.

De pacto legis commiſſoriæ pignorum.

SVMMARIA.

1 *Lex commiſſoria pignorum prauitatem pluſquam vſurariam interdum continet.*
2 *Lex commiſſoria in venditionibus non prohibetur.*
3 *Quæ ſit formula legis commiſſoriæ pignorum.*
4 *Antonij Fabri obiectio contra pragmaticos, quòd dicant pactum legis commiſſoriæ.*
5 *Eiuſdem ſententia de formula huius conuentionis aduerſus pragmaticos.*
6 *Pactum legis commiſſoriæ non male dicitur.*
7 *Fiducia contractus olim frequens.*
8 *Fiduciæ duplex genus.*
Vnum nulla interueniente pecunia inter amicos dubij temporis vitandi cauſa.
9 *Alterum fiduciæ genus in quo interueniebat pecunia.*
10 *Fiduciæ, & pignoris differentia.*
11 *Fiducia contractus eſt bonæ fidei.*
Conſtantinus non omnem fiduciam ſubſtulit, ſed eam tantum, in qua interueniebat pecunia.
12 *Conſtantini lex de lege cõmiſſoria reſcindenda non diu obtinuit.*
13 *Creditores ante Iuſtinianum non fiduciam, ſed pignus cum lege commiſſoria contrahere ſolebant.*
14 *Legis commiſſoriæ veſtigia, vt vulgo concipitur.*
15 *Conſtantini legi, qua lex commiſſoria prohibetur, addita eſt vox pignorum.*
16 *Fiducia contracta pignus non contrahitur.*
17 *Rem committere non videtur, cuius non eſt.*
Triboniani inaduertentia in corrigenda l. vlt. C. de pact. pign.
18 *Præſidis Fabri obiectio legem commiſſoriam pignorum, vt nunc concipitur* in d. l. vlt. *non prohiberi.*
Eiuſdem rei pignus, & venditio eodem tempore contrahi non poteſt.
19 *Pignus, & venditio conditionalis ſimul contrahi poſſunt eiuſdem rei.*
20 *Lex commiſſoria pignorum reſpicit futurum.*
21 L. 16. §. vlt. de pignor. *explicata* & num. 23.
22 *Tribonianus ab obiectione quadam Præſidis Fabri defenditur.*
24 L. vlt. in princ. de contr. empt. *expenſa aduerſus Fabrum.*
25 *Cur Scæuola* in h. l. vlt. *nulla improprietatis nota vſus ſit.*
26 L. 1. C. de pact. pign. *explicata.*
27 Et l. eod. tit.
28 *Lex commiſſoria odioſa debitoribus.*
29 *In ſpecie* l. vlt. C. de pact. pign. *vt nunc concipitur non contrahitur fiducia.*
30 *Fiducia fauorabilis lex commiſſoria odioſa debitoribus fuit, & quare.*
31 *Lex commiſſoria cur prohibita.*
32 *Spes hominum fallax.*
33 *Lex commiſſoria pignorum, cum plus, valent, vſuram continet.*
34 *Lex commiſſoria in venditione nullam fraudem, & captionem continet.*
35 *In venditione ſub lege commiſſoria non latet fœnus vt in pignore.*
36 *Lex commiſſoria in venditione quo caſu iniuſta eſſe poſſit.*
37 *Pactum, vt creditor totum habeat quod ex pignore redegerit, ſi plus ſit in pignore, valet ex Cuiacio.*
Haſta ſors incerta.
38 L. vlt. C. de diſtract. pign. *malè à Cuiacio percepta.*
39 *Valet pactum, vt ſi creditor minus ex pignore redigat, reſiduum non poſſit petere.*
40 §. ſi pignora, in l. à D. Pio de re iudic. *eſt de conuentione ex interuallo facta.*
Debitor poteſt in ſolutum dare pignus creditori.

QVÆ *quæſt.* 40. mediocri diligentia demonſtratum eſt, vt opinor, quatenus dationes in ſolutum ſuſtineantur, vel tanquam fœneratitiæ corrigendæ ſint. Nunc licet longo poſt interuallo interpoſitis ſcilicet quæſtionibus plurimis ad tractatum redituum pertinentes de quibus nihil ſcribere mens erat, reliquum eſt, vt tractemus de lege commiſſoria pignorum. † Quæ eſt veluti quædam datio in ſolutum, meritò tamen legibus in pignoribus improbata ob aſperitatem 1
quam continet, & interdum pluſquam vſurariam, vt ait Gabriel. Mudæus *lib. de pign. cap. de pact. leg. comm. n.* 2.

Sed primo loco quærendum eſt, quæ ſit formula huius 2
conuentionis. Et ſanè non agimus hic de lege commiſſoria, quæ in venditionibus interdum adhibetur, & ita concipitur, vt ad diem pretio non ſoluto res committatur venditori, id eſt redeat ad venditorem, & ſit inempta, vt notat Cuiac. *ad hunc tit. de pact. pignor. in fin.* Felician. *de cenſib. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 9. *n.* 2. *&* 3. & conſtat *ex l.* 3. *ff. de contrah. empt. & l.* 1. *&* 2. *ff. de leg. comm.* quæ non eſt prohibita, vt iidem auctores notant, † ſed tantùm quærimus de formula legis commiſſoriæ addi- 3
tæ pignoribus, ex qua ſcilicet pignus committitur creditori. Et conuenit inter omnes conuentionem hanc contractam cenſeri, cum actum eſt, vt ſi intra ſtatutum tempus pecunia non ſoluatur, pignus fiat creditoria, vel vt non liceat amplius luere: vel vt creditor rem pignori obligatam emptam, vel in ſolutum habeat pro debito: denique quoties id agitur, vt niſi intra certum tempus pecuniam debitor ſoluat, creditor pro pecunia credita rei dominium acquirat, quod colligitur *ex l.* 1. *C. de pact. pign. & ex cap.* 7. *de pign. cap.* 1. *de feud. dat. leg. commiſſ. & ex l. vlt. ff de contr. empt.* & aliis locis, & tradunt Neguzant. *de pignor. part.* 4. *in princ.* Cuiac. *in cap.* 9. *de inueſtiuran. in fin.* Roderic *de ann. redit. lib.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 24. Card. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 29. *n.* 6. *& lib.* 51. *tit.* 9. *&* 6. Balduin. *in tract. de pignor. cap.* 17. Bertrand. Argentr. *ad conſuet. Britann. art* 266. *cap.* 6. *num.* 22. Hugo Donell. *de pignor. cap.* 11. *& d. l. vlt. num.* 4. Hotoman. *ad h. tit. num.* 9. *cap.* 1. & Mud. *loc. cit.* † Cæte- 4
rùm doctiſſimus Anton. Faber *in ſuo Cod. titul. de pact. pign. def.* 1. *& de error. pragmat. decad.* 21. *cap.* 1. *num.* 13. duplici ex capite pragmaticos laceſſit. Primo enim ſcribit abſurdiſſimè eos dicere pactum legis commiſſoriæ: perinde enim eſſe, ac ſi quis diceret *pactum pacti commiſſorij.* Quod ante illum notauit Duaren. *ad hunc tit.* & Cuiac. *in d. l. vltim. de contr. empt.* & poſt Fabrum Bellon. *de poteſt. cor. qua incentiu. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 2.

Secundo putat in concipienda huius pacti formula inter- 5
pretes, & pragmaticos labi, ſiquidem inquit, potius apparet legis commiſſoriæ poteſtatem non in eo poſitam eſſe, vt in caſum non ſolutæ pecuniæ requiratur dominium creditori, ſed ex contrario potius in eo, vt dominium iam per mancipationem acquiſitum reddat per remancipationem debitori, ſi fortè ſua die pecuniam ſoluerit. Nuſquam enim fieri potuiſſe, ne quidem ante tempora Conſtantini, vt in caſum vllum pignoris dominium tranſiret in creditorem niſi mancipatio ſecuta: & fiducia contracta fuiſſet. In qua re profecit Faber ex Cuiacio, qui id iampridem ſcripſerat *ad hunc tit. de pact. pign. & in cap.* 1. *de feud. dat. l. commiſſ.*

Sed quod attinet ad nomen, Cuiacius ibidem ait, *licèt* 6
hoc loco lex ſignificet pactum, non malè tamen dici pactum legis commiſſoriæ, ſicut pactum conditionis ſæpiſſimè: & in l. 1. *C. de*

 condict.

condict. indeb. & *l. 2. l. de condict. ob cauſam dat. actio condictionis,& in l. 3. & 4. C. de uſur. conuentio pacti*:& rurſus *l. 4. de feud. tit. 66.* ſibi non diſplicere veterem inſcriptionem huius tituli, *de pacto legis commiſſoria.* Nam inquit, vt pignoris hypothecam & legem pacti, & pactum pacis,& pactionem condictionis dicimus rectè, cur non & pactum legis? & proinde quod reprehenderat *in d. l. vlt.* his duobus locis probat.

17 Quod verò attinet ad formulam conuentionis, vereor etiam ne immeritò vir iuriſperitiſſimus errorem hunc pragmaticis obiiciat. Nam quamuis ex antiquo iure. Quiritum Romæ olim fiduciæ contractus frequens eſſet, vt conſtat ex Iulio Paulo *lib. 2. ſentent. tit. 13.* & ex Marco Tullio, Iſidoro, & aliis auctoribus apud Cuiac. *in notis ad Paul. loc. citat.* & apud Budæ. *in annotat. ad l. 2. de orig. iur.* vbi ait extare huius fiduciæ quædam adhuc in iure noſtro veſtigia, ſed obſcura, & impreſſa parùm, & apud Tiraq. *in præfat. lib. 2. de retract. in fin.* non tamen ſatis conſtat quid hoc nomine veteres ſenſerint, vt ingenuè fatetur Franciſc. Balduin. *in d. cap. 17.* qui tamen ſuis ſcriptis oſtendit iuris veteris peritiſſimum
8 fuiſſe. † Ego verò ſi quid coniectura aſſequi potui, exiſtimo olim priſcis temporibus duplex fiduciæ genus vſitatum fuiſſe. Primum quod nulla accepta pecunia contrahebatur, cùm quis ſcilicet dubium tempus timens, & ſibi, ſuiſque proſpiciens rem aliquam amico ſuo ea lege dimittebat, vt tranſacto illo tempore ſibi ſuiſque redderet. Ea prorſus ratione, qua fiduciarius hæres dicitur *in l. 46. & 67. ad Trebell.* qui ita hæres ſcriptus eſt, vt poſt aliquod tempus vero hæredi hæreditatem reſtituat. Et hunc contractum inter iudicia bonæ fidei numerat M. Tullius *lib. 3. de offic. & in epiſt. ad Trebatium Iuriſconſultum lib. 7.* Denique illum inter iudicia famoſa recenſet in oratione pro Q. Roſcio Comœdo, vbi ſcribit æque perfidioſum, & nefarium eſſe in hac re fidem frangere, ac pupillum fraudere, & ſocium fallere. Et de hoc fiduciæ genere loquitur Boet. *in Topic.*

9 Alterum genus fiduciæ fuit, cùm quis pro certa pecunia rem ſuam mancipat creditori, vel in iure cedebat ea lege, vt ſoluta intra ſtatutum tempus pecunia ei remanciparetur, vel non ſoluta pleno iure creditori committeretur, cuius generis meminit idem Marcus Tullius in oratione pro Flacco, vbi cuidam Deciano obiicit, quod pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore fiducia tamen accepta credidiſſet. Hanc fiduciam inquit, commiſſam tibi tenes hodie, & poſſides: Eiúſque fit mentio *in l. 9. C. Theod. de infirm. his quæ ſub tyran.* &
10 apud D. Ambroſ. *in lib. de Tob. cap. 12.* † Differt verò à pignore, quia pignoris dominium non transfertur in creditorem *l. cum & ſortis, 35. §. vlt. de pignor. act. l. 1. & 2. ff. de diſtract. pignor.* fiduciæ verò transfertur, idque indicat Paulus *d. tit. 13. §. 3.* dum ait debitorem creditori fiduciam vendere non poſſe, quia vt Cuiacius hîc ait, iam creditori ſatis per mancipationem, & ceſſionem in iure adquiſita eſt: & hanc eſſe differentiam pignoris, & fiduciæ rectè Iſidorum adnotaſſe *lib. 5. Etymol.* Quod & obſeruauit Hotoman. *loc. citat.*
11 *num. 7.* † Et licet exiſtimem hoc genus fiduciæ bonæ fidei contractum eſſe, nam & pignus bonæ fidei eſt, non tamen puto huius fiduciæ actionem famoſam fuiſſe. Nam nec pigneratitia actio famoſa eſt, vt nec etiam actio vendi *l. 1. ff. de his qui not. infam.* quibus hæc fiducia proximè accedit. Quod non ſatis Cuiacius ſeparaſſe videtur *loc. cit.* vt etiam non omnino placet, quod ait fiducias à Conſtantino ſublatas fuiſſe *in l. vlt C. de pact. pign.* quia non puto fiduciam primi generis ſublatam fuiſſe, quæ nulla interueniente pecunia fiebat, ſed eam tantùm, in qua plerunque neceſſitate preſſi ingentem fraudem patiebantur priuari rebus ſuis pro modica pecunia ſub ſpe fiduciæ, vt ſatis indicant verba illa conſtitutionis, *creditores re amiſſa iubemus recipere quod dede-*
12 *runt.* † Quod tamen ius nunquam, vel non diu obtinuiſſe indicat apertiſſimè *d. l. 9. C. Theod. de infirm. his quæ ſub tyran.* quæ longè poſt Conſtantini legem ab Arcadio, & Honorio edita eſt, in qua inter eos contractus, qui ſub tyrannis initi ſunt & quos obtinere iubent, pignus, & fiducia recenſentur, vt conſtat illis verbis *pignoris atque fiduciæ obligatio perſeueret.*

13 Neque hac ratione tantùm etiam poſt Conſtantini legem locupletiores auaritiam exercuiſſe puto, ſed etiam quia mancipatio non niſi certis, & ſolemnibus verbis, & quinque teſtibus præſentibus fieret, vt Vlpianus teſtis eſt *in l. regul. tit. de domin. & acquiſ. rer.* & ideo ſcrupuloſa ſolemnitas moram rebus agendis adderet, mancipationem illam in vſu eſſe deſiiſſe, vel non ita frequenter initam fuiſſe: & creditores aliam, & quidem faciliorem viam, nec minus ipſis compendioſam excogitaſſe, qua ſcilicet pecunias acceptis pignoribus crederent ea lege, vt ſi intra ſtatutum diem pecunia non ſolueretur, pignora creditoris fierent, illíque pleno iure committerentur. Quæ eſt ipſa conuentionis ſpecies, cuius formulam initio expreſſimus, & quæ ſublata, abolita eſt *in l. vlt. C. de pact. pignor.* † Huiúſque rei maxima coniectura eſt, quòd huius noſtræ vulgaris legis commiſſoriæ formula, quam 14
deridet Faber, fere expreſſa eſt *in l. 1. eiuſdem tit.* his verbis, *niſi intra certum tempus pecuniam quam mutuam accepit, ſolueret, ceſſurum ſe creditoribus,* extatque in Synopſi Baſilic. *lib. 23. tit. 7. cap. 60.* vt notat Gothofr. *ad d. l. 1.* & apud Harmenop. *in epit. lib. 3. titul. 5.* vbi ſic ait. *Si quis ita pactus fuerit, vt niſi ad diem præſtitutam ſoluta eſſet pecunia, rei oppignoratæ dominus fieret, eiuſmodi, pactum inualidum eſto,* quæ eſt ipſa ſpecies, & epitome *d. l. vlt. C. de pact. pign.* † Denique huius rei magnum argumentum eſt, quod illis Conſtantini ſanctionis verbis, *quoniam inter alias captiones præcipuè commiſſoria legis creſcit aſperitas*, additum eſt à Triboniano, & aliis, qui- 15
bus noui Codicis faciendi cura à Iuſtiniano mandata eſt, vox illa *pignorum*, & ab iiſdem inter conſtitutiones poſita eſt, quæ ſunt de pactis pignorum, cùm antea in Cod. Theod. inter titulos eſſet, qui ad tractatum emptionis, & venditionis pertinent: & cùm antea titulus eſſet *de commiſſoria reſcindenda*, ita deinde conceptus eſt, *de lege commiſſoria in pignoribus reſcindenda.* Quod non alia ratione eos feciſſe probabile eſt, quàm vt oſtenderent eam legem commiſſoriam hoc loco prohiberi, quæ pignoribus adiiciebatur. Quæ proinde alia eſſe non poteſt, quàm quæ à nobis initio expreſſa eſt, & quam pro lege commiſſoria rectiſſimè interpretes accipiunt. † Nam ſi fingas contractam fiduciam, & conſequenter tranſlatum dominium ſub ſpe reman- 16
cipationis, iam dicendum eſt pignus non eſſe contractum, quia pignus non transfert dominium, vt dixi *ex l. 35. §. vlt. de pignor. act. & l. 1. & 2. de diſtract. & l. 16. §. creditor, ff. de pignor.* vnde poteſt diſtrahi à tutore ſine decreto, cùm non intelligatur eſſe pupilli *l. 5. §. ſi fundus, ff. de rebus eor. qui ſub tut. ſunt.* Si verò ponas pignus rei, quæ creditori dimittitur, eſſe contractum, quod neceſſe eſt, quia vt nunc concepta eſt *dict. l. vlt.* eſt de pactis pignorum, iam non poteſt lex pignorum commiſſoria, alio modo concipi quàm quo diximus, id eſt, vt non ſoluta ad diem pecunia pignus fiat creditoris pro debito: & hanc illam eſſe, quæ à Iuſtiniano improbata eſt *in d. l. vltim.* † tametſi addita voce illa, *pignorum,* mutanda erant verba illa, *re amiſſa*: & dicendum fuit, 17
re dimiſſa, vel ablata: nec enim rem propriè amittere videtur, cui propria non fuit *l. 83. de reg. iur.* quod non aduertiſſe Tribonianum fatendum eſt. Itaque Conſtantinus legem commiſſoriam tam in pignoribus, quàm in fiducia ſuſtulit: Iuſtinianus verò tantùm in pignoribus eam reprobauit, vt notat idem Cuiac. *in d. l. vlt. ff. de contrah. empt.*

Sed obiicit Præſes vulgarem illam conuentionem abrogatam non eſſe, quia nunquam fuit vſu recepta: non fuiſſe 18
vero vſu receptam, quia eſt de re impoſſibili, quæ implicat contradictionem, nimirum ea ratione, quod fieri non poſſit, vt eiuſdem rei pignus, & venditio ſimul contrahatur: & hunc proculdubio ſenſum eſſe Marciani *in l. ſi fundus, 16. §. vlt. ff. de pign.* hinc enim fieri, vt pignoris dominium eodem tempore, & acquiſitum ſit creditori, & non ſit acquiſitum quæ ſunt contradictoria, vt tota illa Decade proſequitur, & præſertim *error. 2. & 7.* † Sed reſpondeo in eo 19
conuentionis genere, quod interpretes aiunt legem commiſſoriam pignorum continere, nihil tale fieri, aut intelligi poſſe. Nam ſi qua venditio hic contrahitur, & cum pignore concurrit, confertur in futurum tempus, & conditionalis eſt, & in eam ſcilicet caſum, quo pecunia non ſit ſoluta, & proinde ex ea non transfertur dominium *l. 7. ff. de in diem addict.* & ideo conuentio hæc, nec ſeipſam deſtruit, nec implicat contradictionem. Nam ſi vlla eſſet hic repugnantia, id proculdubio eſſet, quia eodem tempore quis dominus eſſet,

eſſet, & non eſſet dominus eiuſdem rei: ſed hic nihil tale
agitur, quia antequam res committatur debitor dominium
eius retinuit *d.l.36 §.vlt.de pign.act.* nõ ſoluta verò intra diem
pecunia, atque ideo re commiſſa ob legis commiſſoriæ vim,
& poteſtatem dominium acquirebatur creditori ab eo die,
quo pecunia ſolui debuit *l. commiſſa. de publican.* & pro-
inde nunquam fit, vt eodem tempore creditor rem acqui-
20 ſitam habeat, & non habeat acquiſitam. † Nam vt elegan-
ter ait Mudæna *loc. citat. num.* 26. pactum legis commiſſo-
riæ ſemper futurum reſpicit, nempe vt non mox pignora
addicantur creditori, ſed ſint addicenda, ſi ad diem pecunia
non ſoluatur.

Neque Præſidis ſententiam iuuat *d. l.16. §.vlt. ff. de pign.*
ait enim Marcianus. *Poteſt ita fieri pignoris datio hypothecave,*
vt ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia iure emptionis poſ-
ſideat rem iuſto pretio tunc æſtimandam. Hoc enim caſu videtur
21 *quodammodo conditionalis eſſe venditio.* † Ex quibus potius col-
ligitur eodem tempore eiuſdem rei inter eoſdem, & pignus,
& conditionalem venditionem fieri poſſe, neque iuris regu-
las repugnare, vt aduerſus Fabrum expendit Fachin.*contrmisc.*
*lib.*10. *cap.*75. Ait enim Marcianus conuentionem hanc va-
lidam eſſe, quia videtur conditionalis eſſe venditio, ſentiens
apertiſſimè pignoris dationem, & conditionalem eiuſdem
rei venditionem ſimul contrahi poſſe, alioqui non hac ra-
22 tione vſus fuiſſet. † Quod ſentiens Præſes neque alia ratione
effugere poſſet, cogitur *in d. error.*7. leui quadam coniectura
dicere poſtrema illa verba eſſe Triboniani, & ab eo addita,
vt pleruncque alia in eadem lege contra rationem iuris, cùm
tamen nihil congruentius iuris ciuilis regulis dici poſſit. Nam
cùm nondum in ſpecie illa de certo pretio conuentum fuiſ-
ſet, nulla eo caſu venditio contracta dici potuit, nec con-
ditionalis quidem, & proinde rectè eſt additum *videtur,*
quodammodo, quæ ſunt notæ improprietatis, ne ſcilicet con-
tra iuris regulas diceret contractam eſſe venditionem eo
23 caſu, in quo nondum de pretio conuentum erat. † Et ſanè
ſi hic agnoſcenda eſt Triboniani manus, dicendum eſt ab
eo etiam addita verba illa, *iuſto pretio æſtimandam*, quæ
congruunt omnino iis, quæ Triboniano, Præſes adtribuit,
& delenda eſſe cenſet *error. 9. in fin.* quibus omnibus ex-
punctis conſequens ſit Marcianum reſpondiſſe pignoris
dationem ita fieri poſſe, vt ſi intra certum tempus non ſit
ſoluta pecunia, creditor iure emptionis rem poſſideat, ideo-
que & pignus, & conditionalem venditionem ſimul con-
trahi poſſe.

24 Quod etiam probat reſponſum Scæuolæ *in l. vlt. ff. de*
contr.empt. in qua licèt proponatur prædia fuiſſe obligata cre-
ditoribus non autem fideiuſſori, cum quo conuentio facta
eſt, vt illi prædia empta eſſent, ſi forte pecuniam ſolueret,
aperte tamen hic definitum eſt eodem tempore poſſe debi-
torem creditori rem pignori dare, & alteri eandem rem ven-
dere ſub conditione, ſi intra certum tempus pecuniam non
ſolueret, ex quo ſequitur vtrumque cum eodem fieri poſſe,
vel cum duobus non poſſe *l.15. ff. ſi cert. pet.* Vbi Vlpianus
ait: *quod in duabus perſonis recipitur, & in eadem perſona reci-*
piendum eſſe. Neque diuerſa ratio adferri poteſt, cur magis, vel
minus hæc conuentio cum duobus, quam cum vno dunta-
xat valere debeat. Nam ſi cum vno, & eodem creditore con-
tracta ſeipſam deſtruit, vt putat Præſes, quia videretur eodem
tempore dominium eſſe acquiſitum, & non acquiſitum cre-
ditori: eadem ratione conſequens fieret conuentionem hanc
implicare repugnantiam, ſi cum creditore, & fideiuſſore
fiat, quia eo ipſo quod pignus cum creditore, contrahitur
debitor rei dominium retinet *d. l.35. § vlt. de pign. act.* At
dum eodem tempore fideiuſſori eandem rem vendit ſub con-
ditione transfert dominium in emptorem ſecundùm Præſi-
dis ſententiam, atque ita eodem tempore transferret, & re-
tineret dominium, quæ ſunt repugnantia: & proinde non
minus contra rationem iuris eſſet conuentio, de qua quæri-
tur *in d.l.vlt.* At verò Scæuola validam eſſe reſpondit, & pi-
gnus cum creditoribus contrahi, & cum fideiuſſore venditio-
nem conditionalem factam eſſe, ſupponens neceſſariò ex
hac venditione conditionali dominium ab initio non trans-
ferri, quo poſito manifeſtum eſt cum vno, & eodem credi-
tore per ſe validam eſſe, neque vllam contradictionem conti-
nere. † Et obſeruandum eſt Scæuolam nullam improprietatis 25
notam adhibuiſſe, vt Marcianus *loc. cit.* ſed reſpondiſſe hoc
caſu ſub conditione emptionem factam eſſe. Non quidem ea
ratione, quia prædia fideiuſſori non eſſent obligata, vt putat
Præſes, quia hoc nihil ad validitatem contrahendæ condi-
tionalis venditionis pertinet *d.l.16. §.vlt. de pign.* ſed ea dun-
taxat quod apud Scæuolam nihil proponebatur de collata in
aliud tempus pretij taxatione.

Præterea id probat *d.l.1. C. de pact. pign.* in qua quæritur, 26
an is, qui pactus eſt, niſi intra certum tempus pecuniam, quam
mutuam acceperat, ſolueret, ceſſurum ſe creditoribus, hypo-
thecæ venditionem videatur contraxiſſe, & reſpondit Ale-
xander Imp. nullam venditionem pignoris contractam eſſe, &
ex ea conuentione id tantùm comprehendi, quod iure com-
muni competit creditori. Ex quo loco, cùm non reuocetur in
dubium hæc conuentio, ſed tantùm quæratur quid inter con-
trahentes actum ſit, planè ſequitur non impoſſibilem fuiſſe
hanc conuentionem. Quid enim opus erat quærere, an hypo-
thecæ venditio contracta eſſet ſub conditione, niſi intra cer-
tum tempus pecuniã ſolueret, ſi hæc pactio de re impoſſibili
eſt, & quæ implicat contradictionem. Rectius ergo Pinell. *loc.*
*cit. n.*31. ſi cum iudicio, inquit, expendas verba *d.l.1.* illa ſcili-
cet *hypotheca venditionẽ non contraxit*, planè ſignificant eo tem-
pore contrahi potuiſſe: ibi enim non irritatur hæc conuen-
tio, ſed Imperator interpretatur non ita fuiſſe conuentum.

Denique id probat *l.2. eod. tit. C. de pact pign.* ex qua conſtat 27
validam eſſe conuentionem, vt ſi fundus quem vendidi, euin-
ceretur, emptor alium, quem pro ſecuritate euictionis tradidi
titulo pignoris in eodem emptionis inſtrumento illius loco
habeat, vel ſi euictus non fuerit recuperem pignus. In hoc
enim conuentionis genere re ipſa duæ ſunt venditiones dua-
rum rerum. Prior quidem pura, & ex vtraque parte adim-
pleta: poſterior, verò ſub conditione euictionis rei prius ven-
ditæ, vt explicat Mudæus *loc.cit. n.*31. vt ergo valida eſt con-
uentio, nec implicat contradictionem, vt ſi prior fundus
euictus fuerit, alius titulo pignoris emptori traditus ſit em-
ptoris loco alterius, ita prorſus ſecundùm veteris iuris re-
gulas valida eſt pignoris datio ea lege, vt pecunia ſua die
non ſoluta pignus fiat, creditoris. Non ergo implicat contra-
dictionem, nec ſe deſtruit ea conuentio, quam pro lege
commiſſoria pignorum interpretes accipiunt, & quamuis
eiuſdem rei pignus, & venditionem ſub ea conditione conti-
neat: & proinde nihil proponitur, cur exerceri non potue-
rit, atque ideo quin hæc illa ſit, quæ nunc prohibita eſt *in d.*
l. vlt. Ex quibus ni fallor perſpicuum eſt, quàm leui, & fragi-
li fundamento innixus vir doctiſſimus, interpretes omnes in
hoc genere laceſſat, & Tribonianum ipſum, & quod valde
nolo Innocentium Pontificem Maximum arguat imperitiæ.
Quos vt ab his obiectionibus vendicarem prolixior fui, quàm
decreuiſſem. At hæc Præſidia Fabri fundamento profligato
ea ferè omnia ruunt quæ tota illa decade ab eo contra prag-
maticos diſputata ſunt.

Inter quæ illud nullo modo probare poſſum quod *cap* 1. 28
*n.*19. *& cap.*6. *n.*4. contendit legem commiſſoriam, quæ à
Conſtantino reſciſſa eſt, non odioſam debitoris, ſed fauora-
bilem potius fuiſſe, quoniam manifeſtè refragantur verba
conſtitutionis, quæ ſunt. *Quoniam inter alias captiones præ-*
cipuè commiſſoriæ pignorum creſcit aſperitas, placet infirmari eam
&c. quis enim neget captiones omnes, quas creditores; &
fœneratores exercent in necem debitorum odioſas eſſe? Et
qua tandem ratione fieri poteſt, vt captio, deceptio fauo-
rabilis ſit ei, qui decipitur, & capitur? Denique legis com-
miſſoriæ poteſtate auferebatur dominium creditoribus, &
pleruncque iniuſto pretio, & proinde non potuit non odioſa
eſſe debitoribus, qui huius legis acerbitate ante Conſtantini
conſtitutionem ſpem rerum ſuarum recuperandarum amit-
tere cogebantur.

Neque verum, quo ait Præſes huius legis poteſtate fieri, 29
vt creditor dominus pignoris per mancipationem effectus
remancipare cogeretur, quia in ſpecie *d. l. vlt.* vt nunc con-
cepta eſt, falſum eſt creditorem dominum pignoris fieri
per mancipationem, etenim debitor rem pignori dabat
pro pecunia, & pignoris dominium retinebat, vt dixi,
illudque non ſoluta ad diem pecunia legis commiſſoriæ

Digitized by Google

acerbitate ſine ſpe recuperandi amittebat, quod illi graue,&
30 acerbum erat, vt manifeſtum eſt. † Et præterea licet conſtitutioni vox illa *pignorum*, addita non fuiſſet non ideo magis legis commiſſoriæ poteſtate creditor per mancipationem rei dominus effectus remancipare cogebatur, quia non id legi commiſſoriæ tribuendum eſt, ſed fiduciæ, obſeruandum enim eſt veterem illam fiduciam, quæ interueniente pecunia fiebat, vt dixi *num.* 9. duo continere primum vt liceat ſoluta intra certum tempus pecunia pignus recuperare, & hoc fauorem eius continet, qui rem dedit. Alterum erat, vt non ſoluta ſua die pecunia res pleno iure committeretur creditori, id eſt, vt priori domino ſpes omnis rei recuperandæ auferretur. Proinde verum quidem eſt fiduciam, qui contractus erat bonæ fidei, vt dixi ex M. Tullio *num.* 8. *&* 11 & tradit Cuiac. *in §. actionem. Inſtu. de act.* fauorabilem fuiſſe debitoribus ob ſpem rei recuperandæ, odioſam tamen legem commiſſoriam fuiſſe neceſſe eſt, quoniam eius aſperitate fieret, vt pecunia ſua die non ſoluta debitor dominium rei amitteret, cùm ſimpliciter pignus contractum fuerat, vel cum fiducia contrahebatur, ſpem rei recuperandæ, vt quæ eo caſu committeretur creditori pleno iure, vt dictum eſt. Atque ita conabar viri doctiſſimi obiectionibus reſpondere.

31 Cæterùm quia hæc conuentio commiſſoria pignorum doli, & fraudis materiam fœneratoribus dabat, ſcilicet accipientibus pro ære modico pignora magni valoris, meritò Conſtantinus, vel potius Iuſtinianus iuſſit infirmari eam, omnémque eius memoriam in poſterum aboleri *in d. l. vlt. C. de pact. pign.* debitores enim pecuniæ neceſſitate adſtricti, neque hanc, neque aliam quamlibet legem recuſare ſolent, dum ſperant ſe pignus intra tempus præſtitutum luere poſſe, ex quo parùm ſua intereſſe putant pluris, aut minoris pignus eſſe, vt notant Tiraq. *de retract. conu. in fin. n.* 139. Franc. de Cald. *ad l. ſi curatorem, in verbo, facilitate, n.* 101. Donell. *in d. l. vlt. n.* 4. *& de pignor. cap.* 11. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 26. Emin. Cardin. Mantic. *d. tit.* 9. *n.* 3. Gallerat. *de renunt. cent.* 2.
32 *cap.* 112. *n.* 7. & Cuiac. *ad d. tit. de pact. pign. in fin.* † In qua tamen re, vt ſpes hominum fallax eſt, qui de rebus ſuis plus ſæpe confidunt, quam in eis eſt, vt dicebat Gaius *in l.* 10. *ff. qui & à quib. manum.* vbi notat id frequenter accidere his, qui tranſmarinas negotiationes per alios exercent, quod etiam teſtatur Ouidius, dum ait,

Fallitur auſpicio ſpes bona ſæpe ſuo.

Debitores ſæpiſſimè falli neceſſe fuit, & pignora pleno iure creditoribus committi, niſi ea pactio in pignoribus improbata fuiſſet ad creditorum, & fœneratorum aſperitatem cohi-
33 bendam. † Aliáque ratio huius pactionis improbandæ fuit, quia quoties plus eſt in pignore, quàm debeatur, vt plerumque euenit, conſequens eſt in hoc contractu vſuram, & fœnus admitti. Etenim hic creditor ex mutuo, vel dilatione ſolutionis eius partis, quæ debitam pecuniam excedit, lucrum facit, & conſequenter lucrum ex mutuo conſequitur, quod non licet, vt conſtat *ex c.* 7. *& c.* 10. *de vſur.* & in ſpecie docet Couarr. *variar. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 7. Molin. *diſp.* 324. *n.* 2. Card, *d. tit.* 9. *n.* 3. Salas *lib. de vſur. dub.* 32. Cyriac. *contr. forenſ.* 393. *n.* 10. *&* 13. ſubiiciens neque conſuetudine, neque ſtatuto confirmari, & Argentr. *in d. art.* 266. *cap.* 6. *n.* 22. vbi cauſam prohibitionis publicam eſſe, & perpetuam ob turpitudinem facti iure naturæ, ciuili, & diuino prohibiti.

34 Sed licèt lex commiſſoria in pignoribus prohibita ſit, in emptione & venditione non improbatur, vt initio dixi *ex l.* 3. *ff. de contr. empt.* & aliis, cuius rei duplex adfertur ratio. Prima eſt, quia qui pecuniæ neceſſitate premitur facilè legem quamlibet à creditore ſibi dici patitur, & cuilibet pactioni conſentit ob ſpem futuræ luitionis, quæ ratio ceſſat, cùm emptio, & venditio diſſoluitur, & res ſit inempta, & hanc rationem probant Tiraq. *loc. cit. n.* 124. Franc. de Cald. *d. c.* 28. *n.* 27. Surd. *in dec.* 248. *n.* 2. & probare omnes ſcribit Card. Mantic. *d. tit. n.* 3. & elegantiſſimè Cuiac. *ad d. tit. C. de pact. pign.* quia, inquit, in venditionibus nulla fraus exiſtit, vel emptoris, vel venditoris, ſi ob non ſolutum pretium ſua die reſoluatur, vel reſcindatur venditio. At in pignoribus plerunque eſt ingens fraus debitoris, & non toleranda, ſi non ſoluta pecunia ad diem pignus acquiratur creditori: quia plerunque pro parua pecunia dantur pignori res pretioſiſſimæ, & iniquum eſt, vt ingentem hanc fraudem ſuſtineat debitor, ideóque meritò hæc pactio eſt improbata in pignoribus.

Altera ratio eſt, quia hac pactione admiſſa creditor ſub 35
conditione dilatæ ſolutionis plerunque rem debitoris minus iuſto pretio acquireret, lucrúmque ex dilatione perciperet, illam ſcilicet partem, quæ iuſto pretio deficit, quod vſuræ ſpeciem continet, & eſt prohibitum, vt dixi *n.* 33. quæ ratio ceſſat, cùm diſſoluitur venditio, vt expendunt Tiraq. & Mantic. *loc. cit.*

Sed ego obſeruandum puto legem commiſſoriam in ven- 36
ditionibus non ſolùm ex iure ciuili receptam eſſe, cùm actum eſt, vt ſi pretium intra ſtatutum tempus ſolutum non fuerit, res ſit inempta, vt *in l.* 2. *&* 4. *ff. de leg. comm.* ſed etiam cum ſoluta parte pretij conuenit, vt ſi intra duos, vel tres menſes reliquum pretij non numeretur, fundus ſit inemptus, vt conſtat *ex l. Æmilius* 38. *ff. de minor. & l.* 4. *§.* 1. *& l.* 6. *in princ. ff. de leg. commiſſ.* & hoc caſu cum emptor, qui reliquum ſtatuto die non ſoluit, amittat id quod dedit, & venditor id lucri faciat, vtraque ratio, quæ ſuadet legem commiſſoriam in pignoribus prohibendam eſſe, concurrere etiam videtur, vt in venditione cùm pars pretij ſoluta eſt, non admittatur. Nam vt iniquum eſt, vt non ſoluta ſua die pecunia debitor pignus magni valoris amittat, ita prorſus nec minus iniuſtum eſt, vt emptor qui fortè ob caſum aliquem ſoluere non potuit ob non ſolutum reliquum pretij amittat id quod dedit in partem pretij. Præterea, vt vſura eſt ob non ſolutam ſua die pecuniam creditorem id lucri facere, quod plus eſt in pignore: & ita prorſus vſura eſt venditorem ob non ſolutam ſua die reliquam pretij partem, id quod numeratum eſt, captare, & retinere.

Quamobrem puto in hac ſpecie, cùm ſcilicet pars pretij remanſura eſt apud venditorem, conuentionem nunc illicitam, & vſurariam eſſe, & meritò diſplicuiſſe Antonino *in d. l. Æmilius.* Niſi ſi quid fortè arrhæ nomine datum ſit, vel ratione fructuum, quos interim emptor ſuos facit, vt definitum eſt *in d. l.* 4. *§.* 1. vel alio modo tantundem venditoris interſit, quod nec Cuiacius, neque Card. obſeruarunt *loc. cit.* neque comperi alium quemquam adnotaſſe.

Qua ratione probare non poſſum, quod ſcribit idem Cu- 37
iac. *eod. loc. ad tit de diſtr. pign.* valere pactum, vt id quod creditor ex diſtractione pignoris redegerit id totum ſibi habeat *ex l. vlt. C. de diſtract. pign.* quia inquit incertus eſt euentus venditionis, incerta ſors haſtæ, vt loquitur *l. pen. C. Theod. de præd. nauic.* & fortaſſe minus rediget, quàm ſibi debeatur: ſicut è contrario valet pactum, vt ſi creditor, vel minimum redegerit ex venditione pignoris eo ſit contentus in vicem crediti *l. à D. Pio, §. ſi pignora, ff. de re iud.* quod etiam ex Cuiacio notat Gothofr. *ad d. l. vlt. C. de diſtract. pign.* Etenim in hac pactione eadem captio eſſe poteſt debitoris, qui vt pecuniæ vſum redimat, huic pactioni conſentire facilè adigitur, eadémque aſperitas creditoris, qui non alia ratione mutuum dare velit, niſi ſibi dentur pignori res magni valoris, & quæ excedant pecuniam creditam, quæ fuit cauſa prohibendæ legis commiſſoriæ pignorum. Quæ enim differentia eſt rem maioris pretij miſero debitori auferre, quàm debeatur, vel totum pretium cùm plus redigitur ex pignore? Præterea vt dicimus pactum legis commiſſoriæ vſurarium eſſe, cùm pignus plus valet, quàm ſit debitum, ita prorſus vſurarium eſt pactum, vt ſi plus redigatur ex diſtractione pignoris, id totum creditor habeat id enim ex mutuo lucri facere, quod proculdubio vſura eſt, & illicitum lucrum. Exiſtimo igitur hoc pactum admittendum non eſſe.

Neque mouet *d. l. vlt. C. de diſtr. pign.* quia hîc quæritur, ſi 38
creditor plus ex venditione pignoris redegerit quam ei deberetur, & ex eo fundum emerit, an poſſit debitor in rem agere, & reſcriptum eſt in perſonam tantum id eſt pignoratitiam actionem ei de ſuperfluo competere, niſi ſpecialiter conuentum ſit, vt id quod ex ſuperfluo quæreretur, eſſet debitoris. Vnde verba illa conſtitutionis, *ſi non ſpecialiter conuentũ ſit*, non accipienda ſunt de conuẽtione, vt quod ex venditione pignoris redigeret, creditor id ſibi totũ haberet, vt videtur Cuiacio, ſed de pacto, vt ſi quid ex ſuperfluo pignoris creditor compararet, eſſet debitoris, vt rectiſſimè Accurſius interpretatus eſt.

eſt. Nec obſtat, quod ait incertam eſſe ſortem haſtæ, incertum euentum venditionis, quia huic incertitudini occurrere ſolent creditores accipiendo pignora, quæ ſuperant quantitatem debiti, vt Cuiacius fatetur iiſdem locis, quæ fuit ratio prohibendæ legis commiſſoriæ pignorum. Item nihil mouet, quod ait Conſtantinum, qui legem commiſſoriam improbauit, hanc conuentionem non improbaſſe, quia eandem captionem, & aſperitatem continet, vt dixi, & quicquid ſit ex iure ciuili, negari non poteſt, conuentionem hanc, qua ſcilicet creditor plus captat & capit, quàm ſibi debeatur, vſurarium eſſe: ideóque licet nulla lex ſit, quæ eam improbet, illicitam eſſe natura ſua veluti iure naturæ, & diuino prohi-
39 bitam. † Denique non obſtat, quod ait valere pactum vt ſi creditor, vel minimum redegerit ex venditione pignoris eo ſit contentus, neque poſſit reſiduum petere *l. à D. Pio, §. ſi pignora, ff. de re iudic.* quia præterquam quod non eſt ſimile. Valet enim conuentio, vt datis decem, nouem debeantur, non autem valet, vt vndecim peti poſſint *l. 11. §. ſi tibi, ff. ſi cert. pet.*
40 *& l. ſi tibi, ff. de pact.* † & Obſeruandum eſt *d. §. ſi pignora* eſſe de conuentione facta circa pignus in cauſam rei iudicatæ captum à creditore, & ita ex interuallo, & poſt contractum debitum, quod ſi creditor elegerit in creditum poſſidere, eóque eſſe contentus, valet hæc conuentio, etiam minus ſit in pignore, quia velut pacto de credito tranſegiſſe videtur, vt Vlpian. ait, & nos diximus *q. 40. n. 44. & ſeq.* licet enim debitori rem pignori datam in ſolutum dare ſuo creditori, ſi ipſe velit *l. 24. in princ. ff. de pign. act. l. ſi prædium, C. de euict.* & hoc caſu id eſt, cùm ex interuallo hæc conuentio inita eſt, recipi poteſt Cuiacij ſententia. Hîc verò quærimus de conuentione, quæ fit ab initio, cùm debitum contrahitur, & creditur pecunia debitori, in qua cum eadem aſperitas creditoris deprehendatur, quæ in lege commiſſoria, atque etiam fœnus, non minus illicita, & turpis cenſeri debet, vt dictum eſt.

Cæterum quia auaritia hominum miras per artes ſerpere ſolet, quidam modi excogitati ſunt, in quibus conſtitutio *de lege commiſſoria pignorum reſcindenda* ceſſare videtur, de quibus ex ordine dicendum eſt *quæſt. ſeq.*

QVÆSTIO LXX.

De exceptionibus, in quibus lex commiſſoria pignorum licita eſt, vel videtur.

SVMMARIA.

1 *Pactum legis commiſſoriæ an valeat, cùm ex interuallo adiicitur.*
Recenſentur auctores, qui putant valere ad excipiendum.
2 *Auctores contrariæ ſententiæ, & eorum argumenta.*
3 L. Titius, 34. de pign. act. *ſententia.*
4 L. quamuis, de ſolut. *explicatur.*
5 *Captio eadem ſiue lex commiſſoria ex interuallo, ſiue tempore contractus adiiciatur.*
6 *Pactum commiſſorium an valeat de re non oppoſita pignori.*
7 L. vlt. de contr. empt. *ſenſus ex Antonio Fabro.*
8 *Lex commiſſoria prohibita etiam cùm ſit de re non obligata pignori,* & n. 46.
9 *Legis commiſſoriæ improbandæ ratio, vt occurratur aſperitati creditorum.*
10 *Lex commiſſoria in eo poſita eſt, vt res acquiratur creditori.*
11 L. vlt. de contr. empt. *nihil pertinet ad tractatum legis commiſſoriæ.*
12 *Fideiuſſor non ſemper poteſt emere pignora eius pro quo fideiuſſit, & quando id ei liceat.*
13 *Debitor poteſt vendere, vel dare in ſolutum pignora creditori.*
14 *Fideiuſſor quomodo in cauſam obligationis ſoluiſſe cenſeatur.*
15 *Gabriel. Mudæi emendatio* in l. vlt. de contrah. empt. *reiicitur.*
Debitor, qui rem in ſolutum dedit, non poteſt eam reuocare oblato debito.
16 *Pactum, vt ſi pecunia ſua die non ſoluatur, pignus detur in ſolutum pro debito, an valeat.*
Qui putant validum eſſe.
17 *Referuntur qui contra ſentiunt, & argumentis cuius ſententia.*
18 *Clauſula* ex nunc prout ex tunc, *non ſuſtinet legem commiſſoriam.*
19 *Datio in ſolutum per pactionem commiſſoriam extorta non valet aduerſus Hondedeum.*
20 *Lex commiſſoria in venditionibus permiſſa diuerſa eſt ab ea, quæ in pignoribus improbatur.*
Et malè ab vna infertur ad aliam.
21 *Dationi in ſolutum non poteſt ineſſe pactum legis commiſſoriæ pignorum.*
22 *Conuentio, vt pignus ſit emptum, intelligitur iuſto pretio.*
23 *Res eo ipſo, quod legi commiſſoriæ exponitur, obligatur.*
24 *Hypotheca contrahitur, cùm conuenit, vt liceat rem vendere.*
Et cùm datur licentia ingrediendi fundum debitoris.
25 *Pactum legis commiſſoriæ iuratum an valeat.*
26 *Sententia verior non valere.*
27 *Vſuræ iuramento promiſſæ ſoluendæ ſunt, quamuis repeti poſſint.*
28 *Contractus prohibitus odio creditoris non confirmatur iuramento debitoris.*
29 *Iuſiurandum quod ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis, ſeruandum eſt.*
30 *Iuſiurandum non ſemper vim contractibus addit.*
31 *Conuentiones, quæ res illicitas, & turpes continent, iureiurando non confirmantur.*
32 *Iuſiurandum in caſibus illicitis legem commiſſoriam non confirmat.*
33 *Obligatio rei turpis nulla eſt, etiamſi iuſiurandum acceſſerit.*
34 *Iuſiurandum legi commiſſoriæ additum non ligat hæredes contra Hondedeum.*
35 *Antonij Fabri ſententia abſolutionem non eſſe neceſſariam reiicitur.*
36 *Didaci Couarr. opinio iuramentum legi commiſſoriæ additum, efficere, vt pignora intelligantur vendita iuſto pretio.*
37 *Roderici contrarium affirmantis ſententia verior.*
38 *Pretio mutato noua fit emptio.*
39 *Pactum legis commiſſoriæ an fauore fideiuſſoris ſit licitum.*
40 *Antonij Fabri ſententia.*
41 *Auctores qui putant, nec fauore fideiuſſoris hoc pactum ſuſtineri.*
Et fideiuſſione lucrum capere ſordidius, quàm ex officio mutui.
42 *Fideiuſſor vti creditor continetur prohibitione* l. vlt. Cod. de pact. pignor.
43 *Creditoris, & fideiuſſoris eadem aſperitas in lege commiſſoria extorquenda.*
44 L. vlt. de contr. empt. *ſenſus ex quibuſdam.*
45 L. ſi fundus, §. vlt. & l. vlt. in princ. de contrah. empt. *ſpecies quomodo differant.*
46 In l. vlt. de contr. empt. *veriſimile eſt de certo pretio fuiſſe conuentum.*
47 *Interpretatio quorundam* ad l. vltim. de contrah. empt. *reiicitur.*
Scæuola floruit temporibus Antonini, & Seueri.
48 *Scæuola* in d. l. vlt. de contr. empt. *quærit duntaxat de voluntate contrahentium ex Pinello.*
49 *Pactio commiſſoria valet rei iuſto pretio æſtimandæ.*
50 *Vel ſi ſimpliciter actum eſt, vt res ſit empta.*
51 *Refertur aliorum contraria ſententia.*
Pactum vulgare pignorum.
52 *Pactum, vt res ſit empta iuſto pretio tunc æſtimanda valet, quando fit ad tutiorem exactionem debiti.*
Quod tamen auctori ſuſpectum eſt.
53 *Creditor non minus pacto vulgari, quam lege commiſſoria ſibi proſpicit, quod attinet ad ſecuritatem.*
54 *Quoties actum eſt, vt res ſit empta iuſto pretio æſtimanda, poteſt debitor quandocunque debitum offerre* & n. 63.
55 *Pactum commiſſorium ex quibuſdam ſuſtinetur, ſi pignus non ſit maioris valoris, quam pecunia.*
56 *Didaci hac de re ſententia, ſed cum cautione.*

57 *Pactum commiſſorium inualidum, etiamſi pignus non ſit maioris pretij.*
58 *Vſuraria in mutuo eſt conuentio, vt quis cogatur rem emere creditoris etiam iuſto pretio.*
Lex commiſſoria iure ciuili prohibita, ne hac ratione fœneratores excederent modum legitimum vſurarum.
59 *Debitor captus intelligitur etiam, cùm cogitur res ſuas vendere iuſto pretio.*
60 *Antichreſis prohibenda ratio.*
61 *Fraus facile fit in æſtimatione pignoris in damnum debitoris.*
62 L. ſi fundus §. vlt. ff. de pign. *abrogata eſt in mutuo.*
64 *Pactum legis commiſſoria an valeat fauore dotis.*
Argumenta eorum, qui putant valere.
65 *Dos non ſolet temerè conſtitui.*
66 *Sententia eorum qui putant nec fauore dotis recipiendum.*
Et eorum argumenta.
67 *Neceſſitate non minus premitur, qui filias nubiles habet, quàm qui ob aliam cauſam indiget pecunia.*
68 *Sollicitudo magna eſt filias nubiles habere.*
69 *Papa lex olim dotibus modum impoſuit.*
Maſſilienſium lex, ne dos aureos centum excederet.
70 *Gabr. Mudæi ſententia de lege commiſſoria addita fauore dotis.*
71 *Auctoris ſententia nec fauore dotis valere.*
72 *Dotis pecunia non poteſt in prædium transferri ſub conditione legis commiſſoria.*
73 *Gabr. Mudæi diſtinctio, quæ auctori non placet.*
74 *Lex commiſſoria ſuſtinetur, ſi debitor velit.*
75 *Marito non licet pignora dotalia per legem commiſſoriam auferre.*
76 *Lex commiſſoria an ſaltem in tranſactione recipienda ſit.*
77 *Lex commiſſoria in omnibus contractibus prohibita.*
78 *Præſidis Fabri ratio, cur in tranſactione lex commiſſoria non valeat, reiicitur.*
79 *Auaritia creditoris, qui legem commiſſoriam extorquet, non excuſatur tranſactione.*
80 *Pactum legis commiſſoria non eſt prohibitum, quando eſt extremum legitima conuentionis.*
81 *Venditio fundi valet ſub conditione, ſi alius euictus ſit.*
82 *Pactum pignoris commiſſorium valet in venditionibus ex ſententia Roderici.*
83 *Res plures vendi poſſunt data electione emptori, quam velit emptam.*
84 *Locator ædium liberatur, ſi illis euictis alias æque commodas præſtet inquilino.*
85 *In venditione lex commiſſoria pignorum improbatur.*
86 *Ementes ſine pecunia ſæpe ſua, & aliena amittere coguntur.*
87 *Captio etiam eſt in venditionibus legem commiſſoriam pignorum adhibere.*
88 *Gaſparis Roderici argumenta reiecta.*
89 *Permutatio illicita, quæ lege commiſſoria extorquetur.*
90 *Pactum legis commiſſoria eſt illicitum, quamuis non ſit actum, vt fructus interim ſint creditoris.*
91 *Pactum legis commiſſoria an valeat in pœnam debitoris ex Nauarro, quod auctori non placet.*
92 *Conſuetudo fœneratorum in Belgio, & Germania à Iodoco Damoderio grauiter reprehenſa.*
93. *Iudices debent habere ante oculos* l. non dubium. Cod. de legib.
94. *Ad iudicis officium pertinet curare, ne fraus alicui patrocinetur.*
Et ne l. vlt C.de pact. pign. *circumueniatur.*
95 *Quomodo lex commiſſoria in pignoribus etiam admitti poſſit.*

1 INTER alias exceptiones, in quibus lex commiſſoria pignorum licita eſſe videtur, celebris illa eſt, cùm ex interuallo adiicitur. † Pleríque enim putauerunt, cùm nulla neceſſitate pecuniæ accipiendæ debitor prematur, qui pecuniam iam habet, ceſſare hoc caſu rationem prohibitionis, & proinde ad actionem quidem non prodeſſe, vtilem tamen conuentionem eſſe ad excipiendum, & rem retinendam. Et hanc ſententiam probari *ex l. quamuis 45. ff. de ſolut. & l. Titius ff de pign. act.* vbi id Bartolus docet, & Baldus *in c. 1. num. 7. de feud. dat. in vicem leg. commiſſ.* Guid. Pap. *q. 6. num. 1.* Neguzant. *de pign. par. 2. num. 6.* Mozz. *in tract. de pign. tit. de accident. pign. num. 12.* Gallerat. *de renunt. cent. 2. cap. 112. n. 4. & 5.* Card. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 10. numero 2. & 6.* vbi ait ita tenere doctores receptiſſimæ auctoritatis: & hanc etiam inter cautelas ſuas retulit Cæpoll. *caut. 244. num. 1.*

Sed conuentionem hanc etiam cùm ex interuallo adiicitur pignori, improbam, & illicitam eſſe plerique alij, ijdemque grauiſſimi auctores ſentiunt, quod ſcilicet eadem omnino ratio fraudis, & aſperitatis in hac conuentione deprehendatur, ſiue ab initio, ſiue ex interuallo fiat. Quamobrem ita ſentire dicitur Molin. *in lib. de vſur. quæſt. 52.* & illum ſecutus eſt Didac. Couarr. *variar. lib. 3. cap. 2. num. 8.* vbi ait diſtinctionem illam omnino falſam eſſe, & nullibi probari: & deinde refert Tiraq. *in lib. de retract. conuent. in fin. num. 134.* dubitaſſe de illius communis ſententiæ veritate ex Alber. *in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* & Cumano *in conſ. 184.* qui tradunt pacta ab initio prohibita in aliquo contractu etiamſi ex interuallo fiant non exuere ſuſpicionem fraudis. Hanc eandem Caroli Molinæi ſententiam probarunt Ioann. Bapt. Lup. *lib. de commerc. illic. comment. 2. num. 18.* Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. num. 42.* Trentacinq. *variar. reſol. lib. 3. cap. 11. in fin.* Gabr. Mudæ. *lib. de pignor. tit. de leg. commiſſ. numero 22.* Arius Pinell. *in part. 2. rubr. C. de reſcind. vendit. cap. 1. num. 30.* Grimaud. *de vſur. & contract. pignor. lib. 3. cap. 5. num. 7.* Franciſc. de Cald. *de empt. cap. 11. num. 19.* & qui totum Franciſcum ſine vllo rubore expilauit Roderic. *de ann. redit. lib. 2. quæſt. 2. num. 22.* denique inter pragmaticorum errores contrariam opinionem recenſet Præſes Faber *Decad. 21. error. 2.* ſed alia prorſus, vt ſibi videtur, ratione quod ſcilicet fieri non poſſit, vt eiuſdem conuentionis poteſtate & pignus maneat, & venditio contrahatur, ne quidem conditionalis. 2

Neque contrariam ſententiam iuuat, quod definit Marcellus *in d. l. Titius 34. de pign. act.* ſcilicet valere conuentionem inter debitorem, & creditorem vt fundum certo pretio emptum creditor habeat. Nihil enim hic locus pertinet ad pactum legis commiſſoriæ, ſed eſt de pura, & præſenti datione in ſolutum, vel venditione certo pretio, quod licitum eſt, & licuit ſemper etiam eius rei, quæ pignori data eſt, vt conſtat *ex l. 12. ff. de diſtract. pign. l. 1. & l. cum dominam 13. C. de pign. & l. 44. ff. de ſolut.* & docent Balduin. *de pignor. cap. 17.* Pinell. *loc. citat. num. 29.* Franciſc. de Cald. *d. cap. 11. num. 19.* & Roderic. *in d. quæſt. 2. num. 37.* vbi ait doctores inconſideranter, vt loquitur, aſſeruiſſe *d. l. Titius* eſſe de pacto legis commiſſoriæ. Idem tradit Ferrer. *in not. ad Guidon. Pap. d. quæſt. 6.* his verbis. *Nam in primis in illa lege non agitur de pactione legis commiſſoria in fundo pignori dato: nec enim conuenerat inter creditorem, & debitorem, vt ſi pecunia ſua die ſoluta non eſſet, creditor rem haberet pro pecunia mutuo data, quæ eſt forma pactionis commiſſoria. Diuerſa, & alia ſpecies eſt illius legis. Nam in ea lege proponit Marcellus creditorem cum vellet pignus vendere rogatum fuiſſe à debitore metuente damnum pati ex vili diſtractione pignoris, vt plerumque fit, cum pignora publice diſtrahuntur, rogatum inquam fuiſſe, vt fundum certo pretio emptum haberet non pro pecunia mutuo data à ſe emeret. Et cum debito id impetraſſet à creditore, epiſtolam miſit creditori, qua ſe ei fundum vendidiſſe ſignificauit pretio inter eos conuento: & ita perfecta fuit venditio, quam tamen debitor pœnitens reuocare volebat, & reſpondet Iuriſconſultus non poſſe. Non ergo ibi agitur de pacto commiſſorio rei pignoratæ, ſed de pignore dato in ſolutum, vel vendito ſine præcedenti pactione commiſſoria,* & ita Ferrerius *eo loco.* 3

Neque etiam negotium facit *d. l. quamuis de ſolut.* cuius verba ſunt. *Quamuis ſtipulanti vxori vir ſpoponderit dirempto matrimonio prædia, quæ doti erant obligata in ſolutum dare, tamen ſatis eſt offerri dotis quantitatem.* Nam hic locus nihil etiam pertinet ad pactum legis commiſſoriæ, ſed tantùm ad promiſſionem de dando in ſolutum, quæ ab ipſa datione 4

tione multum diſtat, habet autem huiuſmodi promiſſio tacitam conditionem, *ſi debitum manebit*, quæ conditio deficit oblata quandocunque ea quantitate, quæ debetur: & proinde ſatis eſt dotem offerri mulieri, & ita reſpondet Præſes *in d. error. 2. num. 15.* Imò ſi de lege commiſſoria hic textus eſſet, hinc potius apparet inutilem eſſe hanc conuentionem, ſiue ab initio, ſiue ab interuallo adiiciatur. Ait enim Vlpianus *ſatis eſſe offerri dotis quantitatem*: vt etiam definitum eſt *in l. 1. C. de pact. pignor.* & ita reſpondit Neguzant. *d. part. 4. num. 2.* & Franciſc. de Caldas *loc. cit. n. 20.* & proinde contraria ſententia nullo iuris loco defendi poteſt.

5 Neque verum eſt hoc caſu ceſſare rationem prohibitionis legis commiſſoriæ, vt putant Cardin. *d. tit. 10. num. 6.* quia non minus ad hanc pactionem ineundam debitor compelli poteſt etiam poſt iam contractum pignus, cùm ſcilicet creditor prædandi cupidus debitorem iniquo tempore vrget ad ſolutionem. Etenim facile eſt, vt in iis anguſtiis poſitum ad hanc pactionem compellat, vt ſcilicet exactio differatur. Ea prorſus ratione qua dicimus non minus vſuram à creditore committi, ſi ex interuallo aliquid vltra ſortem ſtipulatur ob dilatam ſolutionem, quàm cùm id pactus eſt, cùm pecuniam crederet. His addit Mudæus *loc. cit. num. 23.* ſi eo vſque feratur auaritia creditoris, vt nolit vllam ſui commodi occaſionem amittere, inueniet ſanè etiam poſt numeratam pecuniam, quo facile debitorem ſuis legibus captioſe conſtringat, ſi ſimulet ſe velle ad Prætorem ire, & poſtulare, vt ex edicto bona poſſidere liceat, & decurrere ad alia extrema, & inimiciſſima debitori iura. Denique Grimaud. *d. cap. 5. num. 7.* notat interdum poſt contractam obligationem maiorem intercedere rationem prohibitionis. Quia inquit creditor aſper, & auarus poſtquam ſemel miſerum debitorem impulit ad ſe obligandum, his veluti vinculis adligatum tanquam captiuum detinet, & trahit, & ſub colore dilationis, & ſpe fallacis fortunæ cogit, vt illius duris, & iniquis petitionibus conſentiat, qui tamen ſub pactione commiſſoria pecuniam forte mutuatus non fuiſſet. Ex quibus omnibus apparet Bartoli, & aliorum ſententiam neque legem, neque rationem habere vllam, & nunc acceſſione tot recentiorum auctorum eam quam ſequimur magis receptam eſſe, vt non immerito ſcribat Pinell. *loc. cit.* fore tandem, vt hæc ſententia in praxi recipiatur.

6 Secunda exceptio eſt, ſi res de qua agitur, non ſit pignori obligata. Hoc enim caſu ceſſare prohibitionem dictæ conſtitutionis, plerique putarunt vt Dec. Pariſ. Alex. Crau. & alij quidam apud eund. Cardin. Mantic. *d. tit. 10. n. 12. & 13.* vbi refert Purpuratum *in conſ. 349. num. 5.* profiteri hanc opinionem communem eſſe, & neminem contradicere. Et ſecundùm hanc ſententiam reſpondit Honded. *in conſ. 31. num. 34. & 37. lib 1.* cui ſubſcripſerunt Marc. Anton. Eugen. & Ioan. Paul. Lancell. iuriſconſulti Peruſini. hanc etiam ſequitur Præſes Faber *def. 2. num. 3. C. de pact. pignor. & decad. 21. cap. 3. num. 5. & cap. 5. in fin.* exiſtimabat enim non alia ratione legem commiſſoriam, vt vulgò concipitur, improbari, quam quod & pignoris obligationem induceret, & conditionalem ſimul pignoris venditionem eodem inſtanti perfectam, quæ tamen vt putat, ſimul
7 fieri, & conſiſtere non poſſunt. † Quæ ſententia probari videtur *ex d. l. vlt. in princ. de contrah. empt.* In qua proponebatur Titius cùm pecuniam acciperet ſub vſuris dediſſe pignori prædia quædam, & fideiuſſorem Lucium, eidémque Lucio promiſiſſe intra triennium proximum eum liberaturum, quod ſi id non fecerit, & fideiuſſor debitum ſolueret creditori conueniſſe, vt prædia fideiuſſori empta eſſent, quæ obligauerat creditori, & reſpondit Scæuola *cùm non ſit liberatus fideiuſſor, & ſoluerit creditori, ſi non vt in cauſam obligationis, ſed vt empta haberet ſub conditione emptio facta eſt, & contractam eſſe obligationem* quibus verbis ait Faber Scæuolam fateri, ſi inter fideiuſſorem, & debitorem id actum proponeretur, vt ob non ſolutam creditori pecuniam fideiuſſor prædia haberet in cauſam obligationis, id eſt, pignoris nullam eſſe conuentionem. Sed quia prædia non ſunt obligata fideiuſſori, ſed creditori, ob eam cauſam obligationem conſiſtere, & ſub conditione emptionem eſſe contractam. Et ita etiam hoc Scæuolæ reſponſum videtur interpretari. Cuiac. *in dict. l. vltim. de contrah. empt.*

Sed exceptionem hanc reiiciendam eſſe plerique alij putauerunt, vt Guid. *in d. quaſt. 6. in fin.* & Ferrer. *ad eund. Curt. Iun. in d. §. vlt. de contrah. empt.* Couarr. *d. cap. 2. n. 8.* 8
Ioan. Bapt. Lup. *in d. præfat. num. 20.* Trentacinq. *variar. reſol. lib. 3. cap. 11. num. 10.* Gabriel. Mudæus *d. titul. de pact. legib. commiſſ. num. 5. & 6.* Franciſc. de Cald. *loc. citat. num. 101.* Roderic. *d. quaſt. 2. n. 30.* Iacob. de Graff. *dec. aurear. part. 1. lib. 2. cap. 109. num. 25.* & hanc ſententiam probat Didacus his verbis, *eadem enim eſt ratio iniquitatis, & captionis, ſiue res ſit pignori data, ſiue non, cùm vtroque caſu creditor vltra ſortem habeat rem minus iuſto pretio emptam. Et præterea licet deficiente hypotheca, & pignore non ſit formale pactum legis commiſſoriæ, eſt tamen eiuſdem rationis, & ob id æquè prohibitum l. non dubium, Cod. de legib. Denique non tantùm formale pactum legis commiſſoriæ prohibitum eſt, ſed illi ſimile l. 1. C. de pact. pignor. vbi hoc ſatis probatur.* Ita diſſerit Couarr. Sed Franciſc. de Cald. *loc. cit.* in hunc ferè modum, quamquam inquit conuentio hæc non ſit facta ſuper pignore, eſt tamen eiuſdem effectus captionis, & acerbitatis, & ita eadem conſtitutione cenſetur prohibita, ne promptum ſit prohibitionem legis commiſſoriæ eludere. Quæ lex commiſſoria pignorum dicta eſt quòd frequentius ante prohibitionem in pignoribus exerceretur, & quod frequentiæ cauſa in lege proponitur, ius non conſtituit, nec mutat in aliis rationem iuris. Et vt prohibitio etiam ad præterita extenditur propter iniuſtitiam pacti, ita ad conuentiones ſimiles ſuper rebus non pignoratis, ſed eiuſdem iniquitatis, & captionis porrigi debet. † His addo 9
rationem conſtitutionis, quæ huiuſmodi pacta in pignoribus reſcindit, eam fuiſſe, vt occurreretur captionibus debitorum, & coërceretur aſperitas creditorum, quæ captio, & aſperitas cùm non minus exerceatur, cùm res quæ legi commiſſoriæ ſubiicitur pignori, vel hypothecæ data eſt, quàm cum pignori non datur, conſtitutio etiam ad eum caſum pertinet, quo res pignori obligata non fuit. Alioqui ſaluis verbis eius ſententia impune circumueniretur, quod nuſquam licet *l. 29. & 30. ff. de legib. & l. 3. §. vltim. ad Maced.* denique valde iuuat, quod initio *præced. quaſt.* me obſeruaſſe monui vocem illam, *pignorum*, additam eſſe à Triboniano *d. l. vlt. C. de pact. pignor.* quæ in C. Theod. his verbis legitur, *quoniam inter alias captiones præcipuè commiſſoriæ legis creſcit aſperitas.* † Neque enim lex commiſſoria in eo poſita eſt, 10
vt res quæ huic captioni exponebatur, eſſent pignori, vel hypothecæ traditæ ſed in eo duntaxat, vt non ſoluta ſua die pecunia creditori pleno iure committerentur. Nihilque refert cùm vis, & poteſtas huius conuentionis eo tendat, vt ſi intra certum diem pecunia non ſoluitur, creditor pro ea pecuniæ quantitate, quæ debetur, rei dominium conſequatur, rem eſſe, vel non eſſe pignori obligatam: & proinde non probo quod ait Cardin. *loc. cit.* ceſſare hîc rationem prohibitionis, vt etiam non placet quod admittit Didac. *loc. cit.* non eſſe formale pactum legis commiſſoriæ, cùm res non obligatur pignori, quia forma huius conuentionis, vt dixi in eo poſita eſt, vt illius vi, ac poteſtate debitor res ſuas amittat, quod verò fiat de rebus pignori obligatis id per accidens eſt, & pendet ex voluntate contrahentium. Nec inde fit, vt ſi de re fiat, quæ pignori oppoſita non ſit, proprium, & formale pactum legis commiſſoriæ dici non debeat, quamuis enim non ſit lex commiſſoria pignoris, erit pactum formale legis commiſſoriæ rei, quæ auffertur debitori.

Neque mouet reſponſum Scæuolæ *in d. l. vlt. de contr. empt.* 11
quæ viros doctiſſimos in diuerſam traxit ſententiam, quia non quærebatur apud Scæuolam, an conuentio illa ſubſiſteret ex eo, quod prædia eſſent, vel non eſſent obligata fideiuſſori eo tempore quo fideiuſſit, & conuentio facta eſt, & proinde nihil, quod ad noſtram quæſtionem pertineat, à Scæuola hîc definitum eſt, ſed cùm fideiuſſori minimè liberum ſit emere pignora debitoris pro quo fideiuſſit, vt palam eſt *ex l. ſi mandato, 59. §. 1. ff. mand. l. Paulus, de fideiuſſ. & l. 1. C. de dol.* dubium erat, an conuentio, *vt fideiuſſor prædia ſub ea conuentione empta haberet*, valida eſſet. † Namque ita demum 12

emptio valida eſt,cùm ſit à fideiuſſore ſola, & nuda emptio-
nis cauſa: inutilis verò cùm fideiuſſor non emit ſimpliciter,
ſed vt pignus obtineret: & cùm ex neceſſitate ioris pignua
à creditore transfertur in fideiuſſorē,qui ſoluit *l.2. ff.de diſtr.
pign.* vt hic rectiſſimè explicat Cuiac. *ad Papinianum* proinde
Scæuola hanc diſtinctionem adhibuit, *vt ſi non, vt in cauſam
obligationis, ſed vt empta haberet ſub conditione emptio facta eſt.*
Nimirum eam qua vſus fuit,ſi dc puta, & perfecta emptione
à fideiuſſore facta conſulrus fuiſſet. Illius ergo ſenſua eſt, vt
ſi conuentio illa, *vt prædia empta eſſent fideiuſſori*, facta eſt, vt
ſolutio cederet in cauſam obligationis id eſt, transferendi
pignnris cauſa, & ex neceſſitate iuria, vt eleganter loquitur
Papinian. *in d.l.2. de diſtract. pign.* obligatio non contrahi-
tur.Nam nec emptin hoc caſu conſiſteret,quin ſempee luen-
di facultas ſalua maneat, non tantùm debitoei *d.l.59. §.1.ff.
mand. & l.1. C.de dol.* Sed etiam ſequentibus creditoribus *d.
l.2.de diſtr. pign.* ſi verò ea conuentio facta eſt, vt fideiuſſoe
ſoluena debitum creditori prædia verè empta habeat, non in
cauſam obligationis, ſed dominij contractam fuiſſe obliga-
13 tionem.† Nam & debitor nulla facta conuentione poteſt pi-
gnora, quæ fideiuſſor abſoluit, ei vendere, vel dare in ſolu-
tnm quia & hic fideiuſſor creditor eſt,cui pignora,& aliæ res
debitoris vendi,vel in ſolutum vtiliter dari certiſſimū eſt *ex
l.44. de ſolut. l. eleganter. de pign.act. & l ſi prædium. C.de euict.* &
aliis locis plurimis,& Ferrer. *in not.ad Guiden.loc.cit.* Non ergo
diſtinguit Scæuola, an prædia eſſent obligara fideiuſſori vel
non, cùm conuentio facta eſt, vt ſentit Præſes,ſed porius an
ita conuenerit fideiuſſor in cauſam obligationia pignoris ſci-
licet ſeruandi cauſa, & vt habeat debitorem obligatum: an
verò, vt verè prædia empra haberet nihil cogirans de repe-
14 titione pecuniæ. † Quæ proculdubio vera eſt,& elegans hu-
iua reſponſi ſententia, quam percepit Mudæ. *loc. cit. num.14.
& 15.* vbi etiam docet, qua ratione dignoſci poſſit, an in
cauſam contrahendæ obligationis,an verò magis in pretium,
& vt empta haberet prædia fideiuſſor ſoluerit, & rectiſſime
docet inſpiciendum eſſe,quid cum creditore geſtum eſt,veluti
inquit, ſi fideiuſſor curauerit cùm ſolueret cedi ſibi actio-
nes contra debitorem, & pignus tranſferri: credi poteſt in
cauſam obligationis ſoluiſſe, cedique ſibi actiones voluiſſe,
quibus aliquando à debitore repeteret,quod pro eo ſoluiſſet.
Sed ſi ſola pignora,quæ creditori data ſunt,ſibi tradi curaue-
rit negligens obligationem perſonalem, magis credi poſſet
ſoluiſſe, vt ea empta haberet quàm in cauſam obligationis:
atque ita ea ſolutione ſic eo animo facta non eſſe contractam
15 obligationem ſcilicet reſtituendæ pecuniæ. † Non placet ta-
men,quod ait veriſimile eſſe io fine reſponſi Scæuolæ deeſſe
negationem,& legendum eſſe, *& non contractam eſſe obligatio-
nem*, qoia proponebatur tantùm, an conuentio, *vt fideiuſſor
prædia empta haberet*, valida eſſet, & reſpondit ex ea conuen-
tione contractam eſſe obligationem, ſi actum eſt, vt ea præ-
dia empta haberet non in cauſam obligationis.Quamuis de-
inde verum ſit facta ſolutione in pretij cauſam nullam eſſe
obligationem reſtituendæ pecuniæ, cùm fideiuſſor iure em-
ptionis rem poſſideat, neque ei licet pretium repetere, & ab
emptione diſcedere *l.5. C.de act. & oblig. l.2. C quando. lic ab
empt. diſced.* vt etiam non licèt debitori, qui rem in ſolutum
dedit, rem vendicare, etiamſi maximè velit pretium offerre
l.34.ff.de pign.act. Balduin *de pign.cap.17.* Quamobrem conſtat
alium eſſe ſenſum reſponſi Scæuolæ,& conuentionem illam,
de qua loquitur *d.l.vlt.de contr.empt.* non ex eo ſuſtineri,quod
prædia fideiuſſori obligata non eſſent: ſed ex eo duntaxat,
quod actum eſt,vt ſi fideiuſſor ſolueret, ea empta haberet,&
iure emptionis poſſideret,& malè Præſidem *d.c 5.in ſi* ex reſ-
ponſo Scæuolæ ſeparare eum, qui rem pignori acceperit ab
eo, qui non accepit, ſiue creditor ille ſit ſiue fideiuſſor,ſiqui-
dem etiam, cùm pignus contractum eſt conuentionem vale-
re conſtat *ex d.l.ſi fundus.16.§ vlt.& l.1.& 2 C.de pact.pign.* Sed
in huius rei definitione inſpiciendum eſſe,an actum ſit,vt ſo-
lutio in cauſam obligationis cederet, an verò in cauſam pre-
tij ſecundùm relatam Mudæi Interpretationem.Non ergo ex
verbis Scæuolæ colligi poteſt erraſſe pragmaticos, qui ſen-
tiunt conuentionem legis commiſſoriæ non valere etiam de
ea re,quæ non eſt pignori obligata.

16 Tertia exceptio eſt, cùm actum eſt, vt ſi intra ſtatutum
tempus pecunia non ſoluitur, pignus in ſolutum detur credi-
tori pro ea quantitate, quæ debetur,vel pro certo pretio: &
ſecundùm hanc ſententiam reſponderunt Dec. *in conſ.12. &
conſ.308. n.2.* Pariſ. *in conſ.81. num.28. lib.2.* Crauet. *in conſ.
327. n.4.* Rubeus *in conſ.134. in fin.* Menoch. *in conſ. 1111.
n.25.* & Honded. *in d. conſ.31. n. 32. lib.1.* referens ita fuiſſe
iudicatum.

Sed contraria ſententia verior eſt, quæ videtue probari 17
ex l.1.C.de pact.pign. & l.quamuis.45. ff.de ſolut. & quam ſecu-
tus eſt Bart. *in d l.quamuis. in princ.* Angel. *in l.cum dominam.
n.2. C.de pign.* & alij quidam apud Cardin. Mantic. *d. tit.10.
n.8.* Guid.Pap. *in conſ.81. n.1.* Villag. *de vſur. quaſt.21. n.10.*
vbi refert hæc verba Ioannis Andreæ *quod ſi dicat, ſi non ſol-
uero, ipſam rem do in ſolutum, pactum hoc non valet, vt in l.
quamuis de ſolut. vbi tex. eſt apertiſſimus.* & in terminis contra
conſultationem Hondedei,Surd. *in dec.248.* Roderic. *d.quæſt.
2. n.24. & 25.* & Mudæus *dicto tit.de lege commiſſ. n.2* Sed in
pignoribus inquit hanc legem creditori non licet dicere,ne-
que directis verbis veluti,vt ſi ad diem non ſoluatur pecunia,
pignus ſit creditoris. Neque obliquis videlicet vt nunc in
ſolutum dare habeat, vel vendere creditori. Nam vtraque
forma conuentionis eandem habet captionem, & aſperita-
tem, neque in re ipſa multùm intereſt, cùm vis, & poteſtas
vtriuſque pacti eò recidat,vt creditor pro debito ad diem non
ſoluto conſequatur dominium pignoris Hanc etiam ſequitue
Præſes *in d.error. 3. n.1.* vbi ait ſe cum interpretibus ſentire,
quod aiunt non magis valere pactionem, vt ob non ſolutam
ſua die pecuniam pignus in ſolutum datum,quam, vt pro de-
biti quantitate venditum intelligatur,quoniam datio in ſolu-
tum venditioni ſimillima eſt,eodémque ferè in omnibus iu-
re cenſetur,idemque docuit *in d.tit.de pact pign.defin.2.n.1.* De-
nique ſi hæc pactio titulo dationis in ſolutum admittitur,fa-
cilè Conſtantini ſanctiſſima conſtitutio circumueniri, & la-
cerari poteſt,quod fieri non debet *l.30.de legib.& l.vlt.in fi.C.
mand.* & potius quicquid in fraudē legis fit,nullius eſſe robo-
ris,& irritum eſſe oportet *l.ſi libertus in pr ff.de iur.patron.l.hoc
modo. ff.de cond. & demonſtr.l.3.in princ. ff.de calumn. & celebri
illa l.non dubium.C.de legib.* At verò quid facilius creditoribus
quam paciſci, vt pignora in ſolutum data intelligantur pro
pecunia credita, ſi ea ſuo tempore non ſoluatur. Quaſi verò
debitorem, qui pecuniæ accipiendæ neceſſitate premitur,
difficiliorem futurum arbitramur, vt legi commiſſoriæ con-
ſentiat,cùm titulo dationis in ſolutum concipitur,quàm cùm
nomine emptionis facta eſt,cùm in eundem caſum,& ſub ea-
dem conditione res ſuas iniquo pretio amittere cogatur, &
nihil illius interſit quo titulo,aut colore ei pignora auferātur. 18

Nec quicquam proderit addidiſſe vulgarem illam clauſu-
lam *ex nunc pro vt ex tunc* & contra, quia hîc eadem prorſus
captio eſt, & proinde eadem ratio prohibitionis, & ita ſen-
tiunt Guid. Pap. *in d.conſ.81. in princ.* Tiraq. *de contract. con-
uent.in fin. n.143.* & iudicatum memorat Papon. *lib.11.tit.3.
arreſt.* Surd. *in d.dec.248.* & Anton. Faber. *d.decad.21. cap.4.*
concludens hoc caſu clauſulam illam nihil operari. Et ſanè
cùm ratio improbandæ legis commiſſoriæ ſit, ne pignora
debitoribus auferantur, abſurdum eſt huius, vel alterius
ſimilis clauſulæ commento eam eludi, & elidi poſſe *l.38,
ff.de pact.* Hæc enim ſunt auaritiæ laquei, & decipulæ, qui-
bus miſeri debitores capiuntur,& decipiuntur,denique col-
ligationes impietatis, quas Iſaias execratur *cap.58.*

Sed vt oſtendamus contrariam ſententiam nullo iuris 19
fundamento inniti, excutiamus egregia arguta, quibus ad
eam confirmandam Hondedeus vſus eſt *in d. conſ.31. à n.28.*
Primò inquit datio in ſolutum non ſolum prohibetur, ſed
expreſsè permittitur *l.eleganter ff.de pign.act.l.libera.C.de ſent.
& interloc.omn. iudic.* & non ſolùm purè,ſed & ſub conditio-
ne fieri poteſt Vt enim venditio non tantùm purè,ſed etiam
in diem, & ſub conditione contrahi poteſt *l. neceſſario. ff.de
peric. & comm. rei vend. & tot. tit. de leg. commiſſ. & l.vlt. de
contr. empt.* ita poteſt fieri datio in ſolutum,cùm vicem ven-
ditionis obtineat *l.ſi prædium.C.de euict.l.ſi quis aliam.ff.de ſo-
lut.* ſed reſpondeo id accipiendum eſſe, cùm datio in ſolu-
tum fit principaliter ſiue præcedenti pactione commiſſoria,
& pro debito antea contracto, vt *in d.l.eleganter.* & aliis lo-
cis, quibus Honded. abutitur: non autem ſi fiat pactum
de

Digitized by Google

de datione in ſolutum facienda in eum caſum , id eſt, ſi pe-
cunia ſuo tempore non ſoluatur,vt expendunt Ferret. *loc.cit.*
& Rodetic. *d. quæſt.2. n.36.* vnde hinc potius conſequens eſt
pactum huiuſmodi nullum eſſe , etiam cum titulo dationis
in ſolutum factum eſt. Vt enim non valet conuentio , vt ſi
pecunia ſuo die non ſoluatur pignora ſint empta creditori
pro debito , vel vt ea poſſideat iure emptionis , ita prorſus
inutilem , & improbatam eſſe pactionem , vt illa in ſolu-
tum habeat , vel vt illius ſint titulo dationis in ſolutum ,
vt rectius, & ſincerius inferunt duo magni Præſides Surd. *in
d. dec. 248. num. 19.* & Anton. Faber. *in d. cap.3. num.1.* &
rurſus *in def. 3. C. de pact. pign.*

20 Secundò mouetur Hondedeus , quia pactum legis com-
miſſoriæ in venditionibus permittitur *l. 1. ff. de leg. commiſſ.*
ergo & in datione in ſolutum , quæ eſt venditioni ſimilis.
Sed reſpondeo pactum commiſſorium , quod in venditioni-
bus non prohibetur, diuerſum eſſe à pacto , quod eſt in pig-
noribus prohibitum , & de quo quæritur· Nam in venditio-
ne ita concipitur, vt niſi intra certum diem pretium ſolutum
non ſit , emptio diſſoluatur *l. 3. & 4. eod. tit.* in qua con-
uentione nulla eſt ſpecies fœnoris , vt ſcribit Cuiac. *in l. 9.
in princ. de vſur. ad Papin.* in hac verò ſpecie , ita res agitur ,
vt datio in ſolutum fiat , ſi debitum intra certum diem non
ſoluatur, & proinde diuerſa ſunt , & diſſimilia , ex quibus
non licet inferre , & ita tradunt Surd. *loc.cit.* & Mantic.*d.tit.*
10. *num.* 13. & quamuis pudeat me harum ineptiarum , vt
magis appareat , quàm fallax ſit hoc argumentandi genus ,
obſeruandum eſt, quod proximè dixi, formulam legis com-
miſſoriæ , quæ in venditionibus permittitur eam eſſe , *vt ſi
21 ad diem pecunia ſoluta non ſit , fundus ineptus fiat.* † Sed da-
tioni in ſolutum hæc pactio adiici non poteſt, quia debitum
loco pretij eſt, & deſinit deberi *l. 44. de ſolut. l. ſi non ſortem
§. ſi centum ff. de condit. indeb.* & proinde repugnat naturæ ,
& ſubſtantiæ dationis in ſolutum ea conditio *niſi intra cer-
tum tempus pretium ſolutum fuerit.* Ex quo fit vt inepta ſit
hæc argumentatio , *lex commiſſoria in venditione permittitur,
ergo & in datione in ſolutum* , quia lex commiſſoria , quæ in
venditionibus recepta eſt , dationis in ſolutum ſubſtantiæ
repugnat , vt dictum eſt, & illam deſtruit. Quod ſi dicat is
auctor ſe cum de lege commiſſoria dationi in ſolutum addi-
ta loquitur non intelligere de ea lege commiſſoria , quæ in
venditionibus adhibetur , & non improbatur , quis non vi-
det argumentum fallax eſſe, & nihil probare, quia ex diuer-
ſis non infertur. Denique ſola negatione conſequentiæ re-
felli. Sanè ſi lex commiſſoria , de qua agitur licita eſſet , iu-
re , & titulo venditionis, recte inferri poſſet etiam titulo da-
tionis in ſolutum conuentionem valere. Nimirum ob ſimi-
litudinem , quæ eſt inter venditionem & dationem in ſolu-
tum , & quia eodem iure ferre cenſentur. Sed quia lex com-
miſſoria improbata eſt , cum conuenit , vt ſi pecunia intra
certum diem non ſoluitur pignora ſint empta creditori pro
debito , vel ea iure emptionis poſſideat : ſincere , & ſine
fraude hinc tantum colligi poteſt inutilem eſſe conuentio-
nem , ſi creditor pactus eſt, vt pecunia non ſoluta pignus in
ſolutum datum intelligatur , vel titulo dationis in ſolutum
creditoris fiat , quoniam vtraque forma conuentionis ean-
dem captionem , improbitatem continet.

22 Denique in hoc genere dationem in ſolutum non eodem
iure cum venditione cenſeri ex eo conſtat , quia ſi conue-
niat, vt pignus ſit venditum , pactum ex multorum ſenten-
tia ſuſtinetur , id enim intelligitur iuſto pretio. Si vero actũ
ſit , vt cedat in ſolutum , pactio nulla eſt , quia intelligitur
pro debito , vt ex Bart. Neguzant. & Didac. ſcribit Surdus
in d.dec.248. num.19. alia eiuſdem conſultoris argumenta ad
alias exceptiones pertinent , quæ hoc tractatu procedente
excutiam. Sanè tertia , & quarta eius ratio ducta eſt *ex d. l.
vlt. de contr. empt.* quibus oſtendere nititur legem commiſſo-
riam in rebus , quæ pignori non ſunt oppoſitæ , non eſſe
prohibitam ex his quæ iam diximus manifeſtè conuelluntur.
Etenim demonſtratum eſt aliam eſſe ſententiam *d. l. vlt.* &
legis commiſſoriæ vim , ac poteſtatem non in eo poſitam
eſſe , quod pignoribus adiiciatur , ſed quod illius aſperitate
res creditori committatur. † Quamuis etiam tentari poſſit
23 fieri non poſſe , vt non illius rei pignus , vel hypotheca con-
trahatur , de qua agitur , vt niſi ſua die pecunia exſoluta ſit,
fiat creditoris pro debito. Eo enim ipſo , quod huic aleæ
ſubiicitur , res obligari videtur, vt diſſerit eleganter Mudæ.
d tit. de leg.commiſſ.num.7. & indicat *l. 34 §. idem quæſiuit. de
pign.* in qua his verbis *noſti tabernam, & ſeruos meos ad te per-
tinere* , pignus contractum eſſe intelligitur. Deinde inquit
Mudæus hypotheca ſolo conſenſu contrahitur , & nullam
deſiderat verborum proprietatem *l. contrahitur ff. de pign.* &
creditor hac conuentione addita ſecurior fit , & quidem re-
bus : ſecuritas autem , quæ non perſonis , ſed rebus facta
eſt , pignoratitia dicitur *l. habere : §. cautum de verb. ſignif.*
† Et huc ſpectare quod dicimus hypothecam eſſe contractã ,
quando conuenit, vt debitore non ſoluente creditor aliquam 24
illius rem vendere poſſit *l. creditores §. poſt diuiſionem ff. qui
pot. in pign. hab.* quod hic Bart. & Bald. notant , & Neguz.
d.tract.de pignor. in memb.1.par.3. num.3. & Card. Mantic. *de
tac. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 3. num. 15.* id etiam indicat
quod definit idem Baldus *in l.creditores in fin.C.de pign.* per li-
centiam creditori conceſſam ingrediendi prædia aliqua de-
bitoris propria auctoritate pignus eſſe contractum, quamuis
non ſint expreſsè obligata , quod etiam ſcripſit Mozzius *d.
tract. de pignor. & hypoth. tit. de ſubſtant. pign. num.9.* At verò
plus iuris transfert debitor, qui pactus eſt, vt ſi intra certum
diem non ſoluerit , res ſit creditoris, quàm qui conuenit, vt
rem ingredi , vel diſtrahere liceat. Ex quibus multo magis
refellitur eorum ſententia , qui putant ceſſare prohibitio-
nem legis commiſſoriæ pignorum, quando pactum adiicitur
de re , quæ non ſit tradita pignori , ſiquidem fieri non poſ-
ſit, vt res quæ huic legi ſubiicitur , non ſit pignori obligata
ſecundum relatam Mudæi ſententiam , quæ probabilis eſſe
videtur.

Quarta exceptio eſt , niſi legi commiſſoriæ iuſiurandum 25
acceſſerit. Hoc enim caſu eam vim iuriiurando quidam tri-
buunt, vt conuentio alioquin nulla , & illegitima eius reli-
gione confirmetur : & ita ſentiunt quidam apud Tiraq. *lib.
de retract.conuent. in fin.num.21.* Menoch. *in conſ. 179. num.6.*
& communem eſſe ſententiam refert Seraph.*de priuil. iuram.
cap.131. num.3.* Fernand. Vaſq. *de ſucceſſ. lib.3.§.28. num.47.
& 48.* expendens ad hanc rem *c.ſignificante de pign.* Gallerat.
in d. renunt.112.num.6. & Fachin. *controu. lib. 10. cap. 13.* quo
argumento etiam , vt cauſam clientis defenderet , vſus eſt
Honded. *in d.conſ.31. num.56.& 57.* Et mouetur primò,quia
hoc iuramentum ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ
cap.cùm contingat de iureiuran. & c. 2. de pact. lib. 6. & deinde
quia pactum legis commiſſoriæ non ſemper , & in omni-
bus caſibus prohibitum eſt , & proinde iuramento confir-
mari. Ex quo etiam infert hæredes etiam huic pacto ſtare
oportere, quia iuramentum inquit quoad firmitatem contra-
ctus in hæredes tranſit. Denique Gallerat.*loc. cit.* ait pactum
huiuſmodi prohibitum eſſe, ne quis ob fragilitatem facilè
incidat in captionem huius conuentionis : iuramentum vero
excludere auxilium inductum ratione fragilitatis *auth. ſacra-
menta puberum C. ſi aduerſ. vend.* & tractat idem Gallerat.
caut.1. renunt.13. num.22.

Sed verior ſententia eſt conuentionem hanc iureiurando 26
non confirmari. Quamuis enim iuſiurandum huic pacto
additum, niſi remittatur, ſeruandum ſit, cum ſine detrimen-
to ſalutis æternæ ſeruari poſſit, non tamen ea vis iuriſiurãdi
eſt, vt pactum improbum, & legibus prohibitum confirma-
re valeat , licet ad euitandum periurij exceptionem ſit ne-
ceſſaria abſolutio. Et proinde poterit debitor petere, vt iure-
iurando ſoluatur, vel ſi ſeruauerit promiſſa , res ſuas repete-
re.† Vt placuit vſuras ſi adhibitio iureiurando promiſſæ ſint,
omnino ſoluendas eſſe, licet deinde reſtituantur, ne iuriſiu- 27
randi religio contempta videatur *c. debitores 6. extra de iure-
iuran.* & ita poſt Innocentium , & Bartolum , & alios tradit
Couarr. *in c. quamuis par.2. §.3. num. 3.* & alij quidam , quos
refert Gurier. *de iuram. confirmat. par. 1. cap. 33. numero 2.*
Cuiac.*in c.cum contingat in fin. de iureiuran.* Roderic. *d. quæſt.
2.num. 14.* Mozzius *d.tit. de accident. pignor. num. 9.* Surd. *d.
dec. 248. num. 21.* Villag. *de vſur. quæſt. 21. num.10.* Cardin.
Mantic. *d. lib. 11. tit.9. num.13.* Trentacinq. *d. reſol. 21. n. 6.*
Iacob. de Graff. *in d. cap. 109. num. 25.* Moela *in empor. iur.
par.1. tit. 9. quæſt.14. n.7.* Franciſc. Molin. *de rit. nupt. lib. 3.
q. 45.*

q.45. num. 22. Molſeſ. *de contract. cap. 18. num. 71.* Gait. *de credit. c 4. q.9. n.1112. & num. 1144.* & Anton. Faber. *d. dec. 21. cap.8.* & rurſus *defin.1. C. de pact. pignor. in fin.* vbi ait id conſtare inter omnes, & nuperrime Aoton. Merend. *lib. 1. cap.3. num.4.* & Cyriac. *controuerſ. 193. n. 12.* & hæc ſententia, quæ etiam receptior eſt, probatur manifeſtè *ex d. c. ſignificante 7. de pign.* in quo Innocent. Pontifex iuſſit creditorem pignus cum fructibus reſtituere recepta ſorte, *pacto tali, vel iuramento minimè obſtante.* Hanc quoque ſententiam pro-
28 bat Trentacinq. *loc. cit.* † Quia inquit, quando contractus prohibetur in odium creditoris, iuramento non confirmatur, licet iuſiurandum ſeruari debeat ex Bart. *in l. ſi quis pro eo. n. 10. ff. de fideiuſſ.* & Didaco *in d. §.3. n.4.* & aliis auctoribus plurimis, ſed lex commiſſoria pignorum odio creditoris improbata eſt, ergo iuramento confirmari non poteſt. Denique cum hæc pactio, veluti per ſe improba, & turpis prohibeatur, vt conſtat *ex d. l. vlt. C. de pact. pign.* in qua ob rei turpitudinem etiam præterita reſcinduntur, & infirmantur, conſequens eſt illi iuſiurandum robur addere non poſſe: & proinde quandocunque oblata creditori pecunia etiam longe poſt diem ſolutioni dictum, & fructibus pignoris à creditore perceptis computatis in ſortem res debitori reſtituendas eſſe, vt reſcripſit Pontifex *in d. c. ſignificante* & ibi idem Cuiac. notat, & docet Bald. *in c.1. n.5. de feudo dato in vic. leg. commiſſ.* Decian. *in conſ. 84. n.51. lib. 2.* & Cardin. *in d. tit. 9. in fin.* qui ait facultatem offerendi debitum nullo tempore præſcribi. Et malè Vaſq. *loc. cit.* ex eo quod in ſpecie *d. c. ſignificante* debitor pecuniam miſerat creditori per nuntium, qui tamen perfidè ſe gerens illam ſibi retinuit, & Pontifex reſcripſit pignus reſtituendum hac clauſula addita *quatenus ſi ita eſt*, putat pactum hoc iuramento confirmari, quia tantum ſenſit Pontifex debitorem prius iuramenti fidē implere debere, vt de eo, qui vſuras ſoluere promiſit, conſtitutum eſt *in d. c. debitores* vt indicant verba illa, *quantum in eo fuit, iurament. debitum adimplenit.* Vnde vt non confirmatur iuramento promiſſio vſurarum, quamuis Deo iuſiurandum reddere debitor cogatur: ita nec pactum, de quo agitur.

29 Neque obſtat, quod primo loco obiicit Honded. iuramentum hoc ſeruari poſſe ſine diſpendio ſalutis æternæ eius qui iurauit, & proinde iureiurando confirmari, quia licet ex iure Pontificio, cùm de iureiurando quæritur, an ſeruari debeat, hoc vnum inſpiciendum ſit, an ſine diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poſſit, rectè tamen interpretes obſeruant, non eandem ſemper, & in omnibus, & vbique iuriſiurandi vim eſſe. Aliquando enim accidit, vt conuentio alioquin nulla, & illegitima iureiurando confirmetur, vt ſunt conuentiones omnes, quæ contra Senatusconſultum Velleianum, aut legis Iuliæ prohibitionem factæ ſunt, quas ob vim iuriſiurandi ius
30 Pontificium tuetur. † Aliquando verò in id tantum prodeſt iuſiurandum, vt periurij exceptionem inducat, non etiam, vt contractum ſuſtineat odioſum, & legibus prohibitum, vt explicat Præſes *in d. decad. 21. c. 8. n. 1. & 2.* Huius generis ſunt conuentiones illæ, quæ odio creditoris prohibitæ ſunt, & quæ rem ex ſe illicitam, & nefariam continent, vt eſt ſtipulatio vſurarum, quæ iuramento non confirmatur, quamuis iuſiurandum ſeruandum ſit, vel abſolutio neceſſaria, vt palam eſt *ex d. c. debitores de iureiuran.* & omnes fatentur. † Huiuſmodi etiam eſt lex commiſſoria pignorum, quæ non
31 tam legibus prohibita eſt, quam ſua ſponte ſcelerata, & nefaria. Nec pactum huiuſmodi ex eo tantum reiicitur, quod aſperum ſit, ſed quia impium, & cum fraude coniunctum, vt ait Gaſpar. Baëz. *de debit. imp. c.6. n. 69.* denique lex commiſſoria captio eſt *d. l. vlt. C. de pact. pign.* omnis autem captio natura turpis eſt, & illicita, & odio eius, qui alium capiat, prohibita, & proinde iuramento confirmari non poteſt, vt apertè reſpondit Pontifex *in d. c. 7. de pign.* quamobrem nihil mouere debet quod Galleratus obiicit iuſiurandum tollere auxilium legum, quod ob fragilitatem conſilij conceſſum eſt, quia hic non tam imbecillitas conſilij ſpectatur, quam captio, & pacti iniuſtitia, & turpitudo, quæ nullo iureiurando confirmari poteſt. Alioqui & ſtipulatio vſurarum iureiurando confirmari poſſet, quia eadem neceſſitas, & fragilitas, qua debitor mutuans accipiens vſuras promittit, debitorem adigit ad id in pignoribus paciſcendum. Et proinde vt pactum de vſuris præſtandis nullo iureiurando, aut cautione licitum fieri poteſt *d. c. debitores de iureiuran.* ita nec pactum legis commiſſoriæ iuramento, vel aliis cautionibus confirmari. Ex quo ſit, vt cum Fachin *loc. cit.* admittat pactionem hanc odio creditoris improbatam eſſe, male ſentiat illam iuramento confirmari.

Neque mouet etiam quod poſt Seraph. obiicit Honded. 32
& Gallerat. *loc. cit. n.7.* quibuſdam caſibus legem commiſſoriam non improbari, & ideo vim, & robur accipere à iureiurando, ſiquidem nullus caſus eſt, in quo lex commiſſoria ſuſtineatur, quæ generaliter reſciſſa eſt: & ſi fortè conuentio aliqua proferatur, quæ legis commiſſoriæ ſpeciem habeat, & valida ſit, dicam non eſſe illam legem commiſſoriam de qua quærimus, omnis enim lex commiſſoria pignorum prohibita eſt *in d. l. vlt. C. de pact. pign. & in d. c. ſignificante de pignor.* Denique inepta eſt hæc argumentandi ratio, lex commiſſoria quibuſdam caſibus licita eſt, ergo in caſibus in quibus eſt illicita, iureiurando confirmatur. Nam in caſibus in quibus valere dicitur iureiurando opus non eſt, vt valeat: in ijs vero caſibus in quibus improbata eſt, nec iuriſiurandi religione roboratur. † Nimirum quia rei turpis, & 33
illicitæ nulla eſt obligatio etiam ſi iuſiurandum acceſſerit, vt *in c. 1. & 2. & in cap. 8. de iureiur. & in Nouell. 51. & aliis locis*: & proinde non minus fallax argumentum eſt, quàm ſi quis ex eo quod vſurarum ſtipulatio quibuſdam caſibus licita eſt, vt *in c ſalubriter de vſur. & l. curabit. C. de act. empt.* & ſcribit idem Honded. *in conſ. 41. n. 34. lib. 2.* & Anton Fab. *in ſuo C. tit. de vſur. def. 8.* inferre vellet iuramento addito valere in ijs etiam caſibus, in quibus vſuræ illicitæ ſunt, & prohibitæ: quod dictu ridiculum eſſe ſcribit Vincent. Mancin. *lib. de iuram. p.4. q.3. n.11.* & repugnat *d. c. de iureiuran.* † Ex quibus illud quoque eſt male Honded. *d. conſ. 31. n. 56.*
aſſerere iuriſiurandi vim hoc caſu in hæredes etiam transferri, quia hoc verum eſt, quoties conuentio alioquin inualida iureiurando roboratur; ceſſat autem, cum ob conuentionis improbitatem iuſiurandum vim ac robur contractui addere non poteſt. Etenim iuriſiurandi vinculum perſonale eſt, nec niſi iurantem obligat, vt ſi contra faciat, periurus eſſe videatur, vt rectè ait Præſes *d. c. 8. n. 3.* Quamobrem hæres nec pacto obligatur, quod nullum eſt, nec iuramento, cum non iurauerit, vt docent Petr. Philipp. *in conſ. 242. in fin. lib. 4.* & alij quidam apud Mancin. *in d. p. 4. q. 3. n. 13.* & apud Anton. Corn. *de abſol. iuram. p. 4. caſ. 9. n. 2. & 24.* vbi ait mortem eius qui religionis vinculo tenebatur, loco abſolutionis eſſe, & ita tradunt in terminis duo Conſiliarij Gratianopolitani, Guid. Pap. *in d. conſ. 81. n. 51.* & Franciſc. Marc. *in dec. 8. n. 1.* † Sanè idem Præſes *eodem loc. num. 4.* apertè ait ferre non poſſe, vt iuriſiurandi aliqua ſit hoc caſu auctoritas, 35
nec quidem ad inducendam periurij exceptionem, vtpote interpoſitam ſuper ea conuentione, quæ eſt de re impoſſibili, & quæ implicat contradictionem. Sed in præcedentibus ſatis oſtendimus nihil contradictionis conuentionem hanc cōtinere: illiuſque improbandæ rationem aliam non fuiſſe, quam quod captionem, & acerbitatem in ſe habeat, & proinde cum ſeruari poſſit ſine diſpendio ſalutis æternæ, quid enim facilius quam ſecundum pactionem non repetere, neque luere pignus, & nullam creditori ſuper pignore moleſtiam inferre? & tamen improbata ſit odio creditorem, verius, & tutius eſt ad euitandam exceptionem periurij abſolutionem eſſe neceſſariam, vt ſenſit idem Præſes *tit. de pact. pign. def. 1. in fin.* Cardin. Mantic. *d. tit. 9. n. 53.* & ſeruari in praxi ſcribit Gait. *loc. cit. n. 1144.* & voluit procul dubio ſummus Pontifex *in d. c. ſignificante de pign.*

Obſeruandum tamen eſt Couarr. *loc. cit.* exiſtimare iura- 36
mentum legi commiſſoriæ pignorum additum, eum effectum habiturum, vt res pignori tradita non ſoluto debito maneat creditoris non quidem pro ea quantitate, quæ debetur, ſed iuſto pretio arbitrio boni viri definiendo: ita vt creditor poſſit rem retinere adiiciens id quod deeſt iuſtæ rei æſtimationi: & hanc ſententiam veram videri, quia iuramenti ea vis eſt, vt faciat actum valere omni meliori modo quo poteſt *l. cum pater §. filius. de leg. 2.* Quamobrem licet iuſiurandum non poſſit confirmare huiuſmodi conuentionē, quia tamen valet pactum, vt pignora empta ſint iuſto pretio

d. l.

Digitized by Google

d. l. ſi fundus §. *vlt. ff. de pign.* conſequens eſt iuramento ad-
dito pactum hoc eatenus ſuſtineri, vt ſaltem res iuſto pretio
empta videatur, vt ſcilicet actus potius valeat, quam pereat.
Et Didaci ſententiam probat Gutier. *d. c.* 33. *n.*3. licèt fatea-
tur vix ſecundum hanc ſententiam in foro ſibi ius dici quē-
37 piam impetraturum. † Sed hæc ſententia diſplicuit Roderic.
*in d.q.*2. *n.*32. qui cenſet eam nuſquam admittendam in con-
ſulendo, aut iudicando, quia inquit iuramentum non poteſt
immutare formam pactionis, & repugnat manifeſte, quod
ab Innocentio ſcriptum eſt *in d. c. ſignificante de pign.* Neque
obſtare quod iuramenti ea poteſtas ſit, vt faciat valere actum
omni meliori modo, quia inquit cum actus nullus eſt ex eo
quod contra vim legum, & ius publicum factus eſt, non va-
let eo modo, quo valere poteſt, vt docuit idem Roderic. *l.*2.
quæſt. 8. *num.*4. & licèt hæc ratio non omnino placeat, puto
tamen Roderici ſententiam veriſſimam eſſe, quia non ea iuriſ-
iurandi vis eſt, vt contrahentes alium contractum feciſſe in-
38 telligantur. † Eſt autem hæc alia, & diuerſa conuentio, cum
aliud pretium conſtituatur. Conſtat enim quantulamcunque
pretij mutationem aliam venditionem efficere *ex l. pacta* 72.
ff. de contr. empt. & ex l. ſi quam ff. de reſcind. vend. vel vno
tantùm denario addito, vel detracto, vt ait Præſes *de error.
pragmat. dec.* 25. *c.*3. *n.* 18. & proinde verius eſt, nec etiam
hac ratione pactum ſuſtineri poſſe.
39 Quinta exceptio eſt, niſi in fauorem tertij, puta fideiuſ-
ſoris pactum legis commiſſoriæ factum proponatur. Hoc
enim caſu etiam ab initio in contractu pignoris à pleriſque
receptum eſt, vt ab Hartmann. *pract. obſer. lib.* 2. *tit. de cre-
dit. obſer.* 15. *n.* 2. & à Molin. *in d. diſp.* 324. *in fin.* & Salas
de vſur. dub. 32. *num.* 3. monent tamen ab huiuſmodi pacto
abſtinendum eſſe. Et hanc ſententiam probant *ex d. l. vlt.
ff. de contr. empt.* Et hac ratione etiam mouentur, quod ſci-
licet iuſtior, & minus odioſa cauſa fideiuſſoris videatur,
quam creditoris inhiantis captioſe ad lucrum ex acquiſitio-
ne pignorum maxime cum hæc ſit veriſimilis coniectura,
quod quantitatem debitæ pecuniæ, quæ adhuc vſuris vſque
ad diem ſolutionis creſcere potuit, non excedit pretium pi-
gnorum, quibus ſolis noluit creditor eſſe contentus, vt ex-
pendit Mudæus *in d. cap. de leg. commiſſ. n.* 18. Denique hanc
differentiæ rationem eſſe, quod debitor cogitur hanc legem
adiicere creditori, qui non aliter pecuniam crederet, fide-
iuſſori vero adiicere debitor non cogitur, à quo non acce-
40 pit pecuniam, vt ait Donell. *in d. l. vlt. num* 6. † Sed Præſes
Faber. *d. dec.* 21. *err.*5. cum exiſtimaret non alia ratione hoc
conuentionis genus improbatum eſſe, quam quod & pigno-
ris obligationem induceat, & conditionalem ſimul pignoris
venditionem eodem inſtanti perfectam, quæ tamen ex illius
ſententia ſe inuicem deſtruunt, neque ſimul conſiſtere poſ-
ſunt, putat nihil hac in re inter creditorem, & fideiuſſorem
intereſſe: ſed illud tantum inſpiciendum eſſe, an pignora fi-
deiuſſori eſſent, vel non eſſent obligata, ſed hæc à nobis iam
41 refutata ſunt. † Quamobrem magis placet eorum ſententia,
qui putant ne quidem fauore fideiuſſoris exceptionem hanc
recipiendam eſſe. Ne ſub prætextu periculi ſuſcepti fideiuſ-
ſores illicitas, & vſurarias pactiones exerceant. Ita ſane ſen-
tiunt Ioann. Bapt. Lup. *in præfat. d. l.* 2. *C. de pact. int. empt.
& vend. num.* 17. Iacob. de Graff. *loc. cit.* Gait. *de cred. c.* 4.
quæſt. 9. *num.* 1140. *& numero* 1147. vbi ait ſe tandem hanc
opinionem ſequi tanquam veriorem, & Hering. *de fideiuſſ.
cap.* 11. *num.* 209. vbi ait hanc communem eſſe ſententiam,
quam ſequuntur Hiſpani ſcriptores grauiſſimi Didac. Couar.
in d. c. 2. *num.*7. & 8. Arius Pinell. *d. par.* 2. *cap.*1. *numero* 31.
Franciſc. de Cald. *in lib. de empt. & vend. cap.*11. *num.* 11. &
rurſus *in l. ſi curatorem*, verbo *ſua facilitate num.* 66. Roder.
d. quæſt. 2. *num.*5. & Felician. *de cenſib. lib.*1. *cap.* 10. *num.* 14.
vbi ait hanc ſententiam veriorem eſſe, quoniam inquit in
pacto legis commiſſoriæ etiam adiecto inter fideiuſſorem, &
debitorem eadem ratio viget, quæ in pacto inito cum credi-
tore, eademque aſperitas, & timor fœnoris: & poſt pauca
quædam ait ſe libentius hanc amplecti ſententiam, quia
quemadmodum creditor pro mutui dationis officio nihil
poteſt honeſte accipere, ita fideiuſſor imo multo minus.
Nam ſi vſura eſt cùm creditor pro mutui dationis officio ali-
quid vltra ſortem exigit in fideiuſſore, cui nihil abeſt pluſ-
quam vſuram eſſe dicendum eſt, ſi propter fideiuſſionis offi-
cium lucrum aliquod capiat, & re ipſa deformiorem, &
ſordidiorem. Ita ferè Felician. † Mihi vero hac in re fide-
iuſſor eodem iure cum aliis creditoribus eſſe videtur, quia 42
fideiuſſor poſtquam pro debitore ſoluit, illius creditor eſt,
& loco creditoris habetur *l.*2. *ff. de pign.* & proinde cum ge-
neraliter inter debitorem, & creditorem lex commiſſoria
prohibita ſit, ideo prohibitio etiā ad fideiuſſorem porrigenda
eſt, quia, & ipſe creditor eſt ſaltem poſtquam ſoluit. Neque
magis ferendum eſt, vt fideiuſſor iniuſto pretio pignora aufe-
rat debitori, quam ſi creditor auferret. † Neque verum eſt
iuſtiorē eſſe cauſam fideiuſſoris, cum potius deteriore loco 43
eſſe debeat, vt dictum eſt, cum minus præſtet: vel ſaltem non
melior illius cauſa eſſe ex eo dignoſcitur, quia vt præſumitur
debitor ob neceſſitatem accipiendæ pecuniæ pactionem hāc
non recuſare creditori, ita, & eadem egeſtate cōpellitur, vt id
fideiuſſori indulgeat. Nam vt ſine fideiuſſore mutuam pecu-
niam habere non poteſt: ita nec fideiuſſorem ſine hac ini-
qua pactione inuenire: ex quo apparet rationem differentiæ,
quæ à Donello conſtituta eſt *loc. cit.* prorſus inanem eſſe.
Neque aliud ſuadet reſponſum Scæuolæ *in d. l. vlt. de contr.* 44
empt. quia in ſpecie illa non proponebatur conueniſſe, vt
prædia eſſent empta fideiuſſori pro pecunia quam ſoluiſſet
creditori, ſed ſimpliciter, vt empta illa eſſent, & proinde id in-
telligendū eſſe iuſto pretio quod non videtur eſſe prohibitū.
Hanc enim conuentionem Marcianus probare videtur etiam
inter debitorem, & creditorem *l. ſi fundus* § *vlt. ff. de pign.* &
ita reſponſum Scæuolæ ex veteribus interpretati ſunt Iſern.
Aluarot. & alij quidam, quos ſecutus eſt Didac. *in d.c.*2. *n.* 8.
Franc. de Cald. *vbi ſupra n.* 95. Donell. *loc. cit.* & Hering. *de fi-
deiuſſor. c.*11. *n.*110. Balduin *etiam lib. de pign. c.*17. de hoc Scæ-
uolæ reſponſo agens, *ſed intelligamus empta iuſto pretio non etiā
in pecunia quam creditori ſoluerit debitoris, pignoriſque liberandi
cauſa.* † Sed bene perpenſis vtriuſque reſponſi verbis, ſane in- 45
telligitur non parū inter ea eſſe diſcriminis. Nam *in d. l. ſi
fundus* § *vlt.* quæ eſt de creditore, & debitore non aliud dici-
tur, quam videri quodāmodo conditionalem venditionē eſſe
contractā. Nimirum quia ibi nondum ſit facta venditio, quæ
non poteſt contrahi, niſi de certo pretio conuentū ſit: ſed ali-
quod eius initium factum ex conuentione de vendendo iuſto
pretio, quæ quidem vendendi promiſſio ab ipſa venditione
diſtat plurimum, vt poſt Iaſonē ſcribit Mudæ. *cap. cit num.*13.
† In ſpecie verò *d. l. vlt. de contr empt.* dicitur facta emptio ſub 46
conditione & proinde cum nulla hic pretij mentio fiat, ſine
quo tamen emptio non contrahitur, veriſimilius eſt, quod pro
debito per fideiuſſorem ſoluto pignora empta intelligantur,
& ita inter partes actum fuiſſe, vt hactenus plerique reſpon-
ſum Scæuolæ interpretati ſunt apud eund. Mudæ. *loc. cit.* &
Cuiac. *in d. l. vlt. in fin.* Nam inquit, cum Scæuola dicat ſim-
pliciter ſub conditione factam emptionē, ex eo apparet emp-
tionē factam eſſe, vt debuit, id eſt pro certo pretio. Et veriſi-
mile eſt illud pretium fuiſſe pecuniam, quæ à fideiuſſore ſo-
luta eſt, vt pignora liberarentur. Ex quo fit reſponſionē Di-
daci, & aliorum *ad d. l vlt.* de qua dixi *n.*66. quæ in ſe vera vi-
detur, parum tutā eſſe, & improbabilē diuinationē continere.
† Vnde alij reſpondēt conuentionē de qua quæritur *in d. l. vlt.* 47
inter debitorē, & fideiuſſorem conſiſtere, quia in ſpecie illa
prædia ſunt obligata creditori, cui non ſunt vendita, & ven-
dita ſunt fideiuſſori, cui non ſunt obligata. Sed hæc reſpon-
ſio nō placet. Incidimus enim in eam ſententiam, quæ aſſerit
prohibitionē pacti cōmiſſorij ceſſare, quoties de ea re fit, quæ
nō ſit tradita pignori, quæ à nobis proxime profligata eſt ea
ſcil. ratione, quia vis, & poteſtas legis commiſſoriæ non in eo
poſita eſt, vt res pignori obligata ſit, id enim ex accidenti fit,
& frequētiæ cauſa expreſſū eſt, ſed in eo, vt prædia debitori
iniuſto pretio auferantur, & præterea ne facilè ſit ſanctiſſimā
illam Conſtantini ſanctionē circumuenire, & eludere, quod
non licet *l. non dubium C. de leg.* † Quamobrem magis placet
reſponſio Pinelli *in d. c.*1. *n.*31. nimirum Scæuolam *in hac l.* 48
vlt. de contr. empt. magis quærere quid inter contrahentes actū
intelligatur non verò an cōtrahere potuerint, & conuenire,
vt ſi non liberaretur fideiuſſor, & ipſe fideiuſſor ſolueret,
prædia illi empta eſſēt. Quod indicant verba illa, *reſpondi ſi
vt non in cauſam obligationis*, &c. quæ ſunt inueſtigantis

quid

quid contrahentes voluerint. Neque enim Scæuola potuit
dubitare, aut conſuli an pactum legis commiſſoriæ valeret,
cum eo tempore nondum reſciſſum, & improbatum fuiſ-
ſet. Floruit enim Scæuola Antonini, & Seueri temporibus
qui multo tempore ante Conſtantinum imperauerunt. Quæ
Pinelli ſententia tutior eſt, & Mudæi interpretationi con-
uenit *ad d.l.vlt.*& placuit Roder.*de ann.redit.lib.1.q.1.num.*6.
Felician.*d.cap.*10.*n.*14.*in fin.*& Gait *loc.cit.num.*1144.

49 Sexta exceptio eſt, niſi actum ſit, vt pignora empta ſint
iuſto pretio tunc æſtimanda. Hoc enim caſu pignora non
committuntur, ſed venduntur, & quidem iuſto pretio. Et
hoc conuentionis genus validum eſſe conſtat ex celebri illo,
ſingulari Marciani reſponſo *in d.l.ſi fundus.*16. §. *vlt.de pign.*
cuius verba iterum ſubiiciam. *Poteſt ita fieri pignoris datio
hypothecaue, vt ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia iu-
re emptionis poſſideat rem iuſto pretio tunc æſtimandam.* Et hæc
conſentiens eſt omnium ferè interpretum iuris ciuilis ſen-
tentia, à quibus non diſſentit Faber. ita enim docuit eiuſ-
dem decadia *cap.*2.*num.*13.*& defin.*1.*n.*4.*C.de pact.pign.* Hanc
vero conuentionem in ſpecie probant Bart. Salic. Caſtrenſ.
Couarr. & alij quidam apud Cardin.Mantic.*d. lib.*11.*tit.*10.
*num.*19.*&* 20.vbi ait hoc caſu euidenter ceſſare cauſam pro-
hibitionis, & ſententiam hanc recipiendam eſſe, etiam cum
actum eſt, vt pignora empta ſint pretio arbitrio boni viri
definiendo His auctoribus addimus Guid.Pap. *in lib.de vſur.
num.*25. vbi ait ita conueniſſe cùm quodam ruſtico, qui ab
eo mutuam pecuniam petierat, & hoc pactum honeſtum
eſſe etiam in foro conſcientiæ. Idem ſentiunt Cuiac. *in d.
c.*1.*de feud dat.leg.commiſſ.* Vgolin.*de vſur.c.*9.§.1.*a.*3. Ioann.
Bapt.Lup.*in præfat.comment.*2.*a.*21.Donell.*in d l.vlt.in fin.*Cy-
riac.*controuerſ.*393.*num.*7.*&* 8.& nouiſſime Gait.*loc.cit.n.*1123.
vbi ait concurrente æqualitate dati, & accepti contractum
hunc ex omni ſui parte licitum eſſe.Idem ſcribunt ex Theo-
logis Molin.*diſp.*324.*num.*3 Reginald.*de ration.indican.lib.*35.
*a.*598 & Salas *d. dub.*32. *num.*1. vbi refert ita lege Luſitaniæ
50 conſtitutum eſſe †. Imo quamuis ſimpliciter actum ſit, vt
res ſit empta creditori, cùm non exprimatur, vt pignora
empta ſint pro ea pecuniæ quantitate, quæ debetur, actum
intelligitur inter contrahentes, vt ſint empta iuſto pretio
arbitrio ſcilicet boni viri, vel iudicis, & proinde conuen-
tionem huiuſmodi, etiam ſub hac forma valere receptum eſt
Ita enim ſentiunt Couarr.*variar.lib.*3.*c.*2.*num.*8. Franciſc. de
Cald. *loc.cit.num.*95.Neguzant.*d.part.*4.*num.*6 & alij quidam
apud Roderic.*d quæſt.*2.*num.*7 Honded *in d.conſ.*31.*num.*41 &
Gait. *loc. cit.* & quamuis Afflictus *in c.*1. §. *ſimiliter. in fin. de
contr. inueſt.* dixerit, ſi dominus caſtrum alicui obligauerit
hoc pacto, ſi vt intra certum tempus non ſoluit debitum,
creditor illud poſſideat iure emptionis conuentionem hanc
non valere: tamen niſi expreſſe actum ſit, vt res empta ſit
pro pecunia, quæ debetur, magis eſt vt intelligatur iuſto
pretio ſcilicet, vt actus potius valeat, quam pereat *l. quo-
ties. de reb. dub.* & in partem meliorem quæ ſuſpicione frau-
dis, & delicti careat.*l.merito ff.pro ſoc.*Mudæus *loc.cit n.*26. &
Cardin.Mantic.*d.tit.*20.*num.*33.

51 Sane Carolus Molinæus, vt refert *in lib.de vſur.num.*360.
contendit acerrimè conuentionem hanc ex eo nunc inutı-
lem eſſe, quia creditor nullum lucrum paciſci poteſt ratio-
ne mutui, & propter mutui dationis officium etiam ratione
dilatæ ſolutionis: ſed ius emendi rem debitoris etiam iuſto
pretio lucrum eſt *l.etſi à quo.de leg.*1.ergo pactum illud illici-
tum, & vſurarium dicendum eſt. Vſura enim in mutuo eſt
obligare debitorem ad alium contractum ineundum, ſecun-
dum Theologorum ſententiam, de qua tamen dixi *quæſt.*16.
Quibus addit Mudæus *loc.cit. num.*36. quod niſi commodum
aliquod ex ea conuentione creditor expectaret, facile con-
ſenſurus eſſet pacto vulgari *l.*4.*C. de pign. act. vt ſi intra certum
tempus pecunia non ſoluta fuiſſet, prædia pignori, vel hypotheca
data vendere liceret.* Nec ab hoc pacto recedens curaſſet ſibi
ſeruare emendi facultatem. Et hanc etiam ſententiam am-
plexus eſt Felician.*d.c.*10.*num.*12. Franciſc.de Cald.*vbi ſupra
n.*91.& Roderic.*loc.cit.n.*18.

52 Et licèt Didacus conuentionem hanc excuſandam, & re-
cipiendam eſſe putet, ſi fiat ad certiorem, & tutiorem cre-
ditæ pecuniæ ſolutionem, & hoc caſu nullam ſubeſſe vſu-
ram, quod probarunt etiam Theologi quidam apud Bo-
nac *diſp.*3 *quæſt.*3.*punct* 8 *a.*3 Molin. *d.diſp.*324. *a.*4. & Ioan.
Salas *de vſur. cap.*32. *n.*2. & nouiſſimè explicat Emin. P. de
Lug.*diſp.*25 *n.*178. negari tamen non poteſt, quin ſuſpecta
ſit hæc pactio adigitur enim debitor ad rei ſuæ diſtractio-
nem, ad quam ratione mutui non tenetur, & cogitur po-
tius hanc rem quàm aliam vendere, quod illi captioſum, &
incommodum eſſe poteſt: & ideo ab ea pactione omnino
temperandum eſſe, vt quidem mihi videtur poſt Molin. *loc.
cit.* vbi ait ſemper conſulendum eſſe, vt creditores ab his
pactionibus abſtineant. Hic enim vel vſura eſt, vel illius
timor ſcilicet ob auaritiam creditoris inhiantis ad lucrum,
& captantis bona ſui debitoris, quod eſt fœneratoribus vſi-
tatum, vt dixi *ex l.vlt.C.de iur.domin.impetr.*†. Nec ſatis intel- 53
ligi poteſt, quando creditor id paciſcatur ad cautionem cer-
tiorem, cum non minus ſibi conſulat, quod attinet ad ſe-
curitatem paciſcendo, vt niſi intra diem pecunia exſoluta
ſit, ei pignus vendere liceat, quod eſt vulgare pactum pi-
gnorum, & vſitatum, & ab omni captionis, & fœnoris aſ-
peritate alienum, quia ſi plus fortè ex pignore redigitur, id
debitori reſtitui debet *l.ſi is cui.* § *quæri poterit. ff. vt in poſſeſſ.
leg.l vlt,C.de diſtract.pign.* Cardin.Mantic.*d.tit.*10. *num.*17. &
proinde illa conuentio ab vſuræ labe vix defendi poteſt. Il-
lud tamen notatu digniſſimum eſt,† cùm actu eſt,vt res ſit 54
empta iuſto pretio arbitrio boni viri definiendo, etiam poſt
diem poſſe debitorem pecuniam debitam offerre, & pigno-
ris diſtractionem impedire, vt tradunt Angel. *in l.cum domi-
nam.in fin.C.de pign.*Imol.*in l.quamuis.de ſolut.* Couarr. *loc. ſæ-
pius cit.n.*8.*verſ.ſecundo infertur.*Cardin.Mantic. *d.tit.* 10. *n.*20.
& Franciſc. de Cald. *vbi ſupra n* 97. vbi huius rei rationem
adfert, quia hæc pacta ſunt acceſſoria obligationis princi-
palis, & ad eius ſecuritatem, & ideo, vt oblatio debiti, vel
compenſatio impedit, & elidit obligationem principalem
ita elidit, & tollit pactionem hanc, & eius effectum. Hoc
etiam eleganter tradit Præſes *eiuſdem decad.cap.*2.*in fin.*Ha-
bet enim, inquit, omnis huiuſmodi promiſſio de in ſolu-
tum dando tacitam conditionem, & inſeparabilem, ſi de-
bitum manebit, quæ conditio deficit oblata quandocunque
ea pecuniæ quantitate,quæ debetur,vt *in d.l. quamuis.* conſti-
tutum eſt.

Septima exceptio eſt, & ei de qua mox diximus proxima 55
Niſi pignus concurrat cum pecunia, quæ debetur. Hoc enim
caſu, cùm nulla ſit læſio ex parte debitoris, nec decipiatur;
pactum validum eſſe quidam exiſtimarunt, vt Guid. Pap. *d.
lib.de vſur.n.*23. Trentacinq.*variar.reſol.lib.*3.*tit.de pign.cap.*11.
in fin.& Honded.*in d.conſ.*31.*n.*43.Nam inquit valet conuen-
tio, vt res ſit empta iuſto pretio arbitrio boni viri tunc æſti-
manda, vt proxime dictum eſt, ergo etiam dicendum eſt
valere pactum,ſi pro certo conuento pretio pignus ab initio
concedatur, dummodò pretium ſit iuſtum, cum vtroque
caſu militet eadem ratio, vt ſcilicet emptor non decipiatur.
† Sed Couarr. *in d.cap.*2.*in fin.*ſubiicit hanc clauſulam.*quam-* 56
*uis in praxi fori exterioris, & interioris appoſito pacto legis com-
miſſoria pro quantitate mutuata cogendus ſit creditor ſoluto debito
pignus debitori reddere, etiamſi omnino conſtet pignus ipſum iu-
ſtiſſime non valere vltra quantitatem mutuatam,fortaſſis verum eſt
quod in ea ſpecie validum ſit legis commiſſoria pactum ceſſante ra-
tione prohibitionis. Et ſane proculdubio in eo caſu creditor nihil
vltra ſortem ratione mutui percepit, quæ in re oportet diligenter
perpendere, iuſtumque pretium examinare,ne fraus, aut dolus ſub
imagine iuſti pretij lateat.* Ita ſummi ingenij vir Couarr. du-
bius tamen, & cum cautione, vt ſolet.

Sed magis probo contrariam ſententiam, vt ſcilicet hæc 57
etiam exceptio reiicienda ſit, quamuis pretium iuſtum fuiſ-
ſe proponatur, Quod clarè ſentiunt Surd.*in d.dec.*248.*n.*20.
Roder. *d.q.*2. *n.*17. *&* 21. Mudæus *de pign.tit.de leg. commiſſ.
n.*36.Franc.de Cald.*in l.ſi curatorem.in verbo ſua facilitate.n.*91.
Felician. *de cenſib.lib.*1.*cap.*10.*n.*12.*in fin.*& probabiliorem, &
tutiorem eſſe ait Sigiſm.*lib.de commerc.*§.1.*q.*7. *ampl.*10.*n.*89.
& fortiſſima ratione probari poſſe videtur, nempe quia cre-
ditor ex mutuo hic lucrum conſequitur, lucrum enim eſt
adigere alium, vt rem vendat etiam iuſto pretio *d.l. etſi à quo.
de leg.*1.† Et ſanè ſi vſuraria eſt,& inutilis conuentio addita 58
mutuo,vt debitor rem creditoris emere teneatur etiam iuſto
pretio,

pretio, vt videtur Medinæ *de reb. per vſur. acquiſ. q.4. verſ. his non obſtantibus*. Capic. *in dec.49.n.2*. Vgoliu. *lib. de vſur. cap 31. n.30*. & ſentiunt Theologi plutimi, quos refert, & ſequitur Salas *eod. tract. dub.9.n.2*. conſequens videtur vſuram eſſe ob non ſolutam ſuo tempore pecuniam adigere debitorem ad contractum venditionis eius rei, quam non erat venditurus. Cæterùm quia hæc Theologorum definitio mihi omnino non probatur, vt tractatum eſt *in d. q.16*. mihi valde placet quod ſcribit Sigiſmund. *loc. cit.* vbi hac de re diſſerens poſt multa, *intellige*, inquit, *quod licet poſſit procedere cum obligatione, vt creditor ſoluat iuſtum pretium, tamen ſi eſſet ſimplex pactum legis commiſſoria, eſſet illicitum, etiamſi pecunia mutuata aſcenderet ad iuſtum pretium, quod tunc non eſſet definitum, imo etiamſi pecunia excederet iuſtum pretium, quia licet lex, quæ prohibet hoc pactum pro pecunia mutuata, fundetur in eo, quod fere ſemper contingat, vt pignoris valor excedat ſummam mutuatam, & hoc fundamentum ceſſet in caſu, quo ſupponimus mutuum eſſe æquale, vel maius iuſto pretio pignoris, tamen virtus legis cum ſit obuiare fraudibus vſurarum, habet locum inſpecto foro exteriori etiam in caſu, in quo ceſſat ratio legis.* ita loquitur Sigiſmund. Qui licèt videatur ſentire legem commiſſoriam prohibitam fuiſſe, vt obuiam iretur fraudibus vſurarum, & Arius Pinell. *d. cap.1.n.27*. id reprehendat, non malè tamen dici poteſt, id etiam odio vſurarum conſtitutum eſſe, ne ſcilicet hac ratione fœneratores legitimum modum vſurarum excederent, vt in re fere ſimili definitum eſt *in l.9. in princ. ff. de vſur. l.13. §. ibidem. ff. de act. empt. & aliis locis*. & quicquid ſit, ſufficere debet hoc genus pacti in pignoribus generaliter, legibus improbari.

59 Neque mouet quod Honded. ait hîc debitorẽ non decipi,
aut lædi, quia verius eſt hac pactione admiſſa eum circumueniri, & detrimẽtum pati, mulctatur enim amiſſione rei, & fructuum, ſi fortè res fertilis eſt, & fructus facit, & inuitus eam cogitur vendere, quam non erat venditurus, quod durũ eſt, & legibus, odioſũ *l.9. ff. rer. amot. l. filiof. §.1. ff. ſol. matr. l.5. C. ſi de act. & oblig. l. nec emere. 5. C. de iur. delib. & l. dudum. C. de contr. empt.* præterea licèt proponatur pecuniã creditam æquare valorẽ rei, adhuc debitor læditur, vel lædi poteſt, ſi fortè res quæ pignori data eſt ſit ager, vel vinea, ex cuius fructibus adhibi-
60 ta eius induſtria totam familiam alere conſueuerat. † Quæ
fuit ratio prohibẽdæ antichreſis inter agricolas, vt expendit Roder. *de an. redit. lib.2. q.11. n.8*. quamuis enim iuxta cõmunẽ æſtimationem res non ſit maioris pretij, quã pecunia, ipſi tamen debitori longè plus valet, & proinde facile læditur, & decipitur. Multiſque aliis modis etiã in æqualitate rei, & pretij debitor lædi poteſt: vt ſi res maiorum fuit, durũ enim eſt auitis poſſeſſionibus, & prædiis expelli *l.22. §. nec vero. C. de admin. tut. l. in fundo. ff. de rei vend.* & tradit elegant er Tiraq. *de retract. in præfat. n.46. & 47.* vbi notat illud Tibulli *Quin etiam ſedes iubeat ſi vendere auitas. Ite ſub imperium, ſub titulumque lares.* Quaſi id omnium ſit grauiſſimum, ideóque aptiſſimum
61 ad vim amoris exprimendam. † Rurſus ſi hæc pactio recipi-
tur ſub prætextu iuſti pretij facilis via aperitur fraudibus, vt timet Couarr. *loc. cit.* Poteſt enim fraus adhiberi, vel conſentiente, vel negligente debitore: atque etiam quia fœneratores abundãtes pecuniis gratia valere ſolent apud omnes ordines ciuitatis, & quod dolendũ eſt, etiam in iudiciis, & miſeros debitores facile pecunia oppugnant, & ſæpe perdunt. Aduocati etiam multa obiiciunt, & efficiunt ad minuendam fidẽ teſtiũ & eleuandũ valorẽ rei, & in dubio aiunt præſumi rem vẽditam iuſto pretio. Accedat pretia rerum mutari, & varia eſſe, & æſtimationẽ ex iudicio hominũ pendere, & tot capita tot ſententiæ, & proinde facilè contingere poteſt, vt deficiẽtibus probationibus de maiore valore rei, præſertim ſi poſt aliquot annos pignora repetantur, vel ob conflictum teſtium, & mẽſorũ, hæc pactio licet iniqua ſuſtineatur, & debitor iniquũ dãnũ ſẽtiat: quamobrẽ vtilius eſt, vt hæc etiã exceptio reiiciatur

61 Deniq; non mouet, quod definitũ eſt *in d. l.16. §. vlt. ff. de pign.*
de re æſtimanda iuſto pretio, quia hæc lex in mutuo hac in parte abrogata eſt iure illo, quo omnis omnino vſura interdicta eſt, & quo prohibitum eſt, ex mutuo lucrum percipere, vt dictum eſt. Et licèt admiſero conuentionem de re iure emptionis retinenda tunc iuſto pretio æſtimanda nunc non eſſe prohibitam, vt receptum eſt, non eſt tamen eadẽ ratio huius,
63 & illius pactionis, de qua hic quæſtio propoſita eſt. † Quia
cùm conuenit de re iure dominij retinenda, ſi pecunia ad certum diem non ſoluatur, iuſto pretio tunc æſtimanda, etiã nõ ſoluta ad diem pecunia poteſt debitor quandocunque ante æſtimationem rei debitam offerre quantitatẽ, & rẽ ſuam recuperare *d. l. quamuis. de ſolut.* Hypoll. de Marſil. *ſing.468*. Franciſc. de Cald. *loc. cit. n.97*. & alij apud Card. *d. tit.10. n.20* quod non eſt, cùm pignora virtute legis commiſſoriæ dantur in ſolutum creditori pro certo conuento pretio quamuis iuſto. Admiſſa enim validitate eius conuentionis, ſi pecunia ad diem ſoluta non ſit, non amplius licet rem repetere, etſi pecunia debita ófferatur *l.34 de pign. act. l.6. C. de reſcind. vend. & arg. l.5. C. de act. & oblig.* Hæc igitur quàm illa improbior eſt conuentio, & maiorem aſperitatem continet.

Octaua exceptio eſt, niſi fauore dotis hæc pactio interpo- 64
natur. Id enim dotẽ mereri quibuſdam viſum eſt, vt illius promiſſioni pactio commiſſoria licite adiiciatur. Nam, & conſtante matrimonio, cum mulieri prodeſt, dotẽ permutari poſſe pecunia in rem, & ex re in pecuniam omnino probatũ eſt *in l. ita conſtante. ff. de iur. dot. l. ſi mulier. 20. & l. cùm maritus. 39. ff. de pact. dot.* Quod hic fieri videtur. Etenim dos, quæ in pecunia debetur, ſi ſua die non ſoluatur, permutatur, & transfertur in corpus rei, quæ committitur. Denique lex commiſſoria prohibita eſt odio creditoris, qui pecuniam numerauit inopi, & egeno debitori, à quo legem hanc creditor extorſit, vt innuit *d. l. vlt. C. de pact. pign.* quia creditores iubentur rebus amiſſis recuperare, quod dederunt. Sed
hic maritus nihil numerat, & proinde conſtitutio ad hanc 65
ſpeciem non porrigitur. Denique dos non ſolet ex inopinato, & temere conſtitui, nec actus eſt, qui differri ſine damno non poſſit, ſed longè præuiſus, & in quo liberum eſt differre, & cunctari. Neque ſolet ex neceſſitate aliqua, vel præcipiti feſtinatione, ſed ſponte, & longa omnium pactionum expenſione explicari, & proinde cum promiſſor dotis præſumatur ita pepigiſſe diligẽter expẽſis viribus ſui patrimonij, & perpenſo commodo, vel incómodo, huius alienationis, & ceſſat ratio prohibitionis, conuentioni ſtare oportet. alioquin maritus qui fortè cum aliis erat contracturus, in que diu differre poterat emptionẽ domus, vel agri, iuſtè queri poſſet ſe deluſum, & circumuentum fuiſſe. Ex quibus hanc ſententiam probarunt Bald. *in c.1. de feud. dat. in vic. leg. cõmiſſ. n.4*. Bald. noueil. *in tr. de dot. p.6. q.54*. Io. Boſch. *de nupt. l.4. n.32*. Mozz. *d. tit. accident. pign. n.16*. Roder. *de ann. redit. l.2. q.2. n.48 & 55*. & Cardin. Mantic. *d. tit.10. in fin.* id ſentiens, dummodò pignus non excedat debitam dotis quantitatẽ, & vſuras dotis. Idẽ ſenſit in nouiſſimis additionibus ad Guid. Pap. Iacob. Ferrer. *d. q.6*. qui tamen id verum putat, ſi fundus efficiatur dotalis, & pignus fauore mulieris committatur.

Sed contraria ſententia ſuaderi videtur *ex l. quamuis. 45* 66
ff. de ſolut. ex quá conſtat conuentionem hanc ne quidem fauore mulieris ſuſtineri, cuius tamen cauſa potior, & fauorabilior eſt, quàm mariti, ideoque licèt dos, quæ in pecunia marito numerata eſt, vel promiſſa poſſit in corpus trãsferri, cum mulieri prodeſt *d. l.21. & 29. de pact. dot.* non tamen valida eſt conuentio, ne quidem fauore mulieris, vt ſoluto matrimonio prædia, quæ doti erant obligata, cedãt in ſolutum dotis. Etenim captatorias iſtas conuentiones ſemper, & vbique iura abhorrent. Et verò ſi hæc pactio inter maritum, & vxorem non recipitur, multo minus recipienda inter maritũ videtur, & promiſſorem dotis, cum quo mitius agendũ eſt, vt qui ex liberalitate quodammodo conueniatur. Præterea cõſtitutio generaliter iubet legem commiſſoriam in pignoribus infirmari odio creditorũ, & omnem eius memoriã aboleri, & ideo etiam in dotis promiſſione conſtitutio obtinere debet in odium mariti, qui creditor eſt, & ſatis erit offerri dotis quantitatem non obſtante pacto. Denique hic eadem captio eſt, & aſperitas mariti detegitur, qui poſt conuentam dotis quantitatem ab expromiſſore dotis funeſtam hanc, & illicitam pactionem extorquet, & proinde incongrua mihi videtur diſtinctio, quam conſtituſit quidã apud Surd. *in dec 248. n.13*. puto enim inutilem eſſe pactionem non tantùm cùm in caſum reſtitutionis dotis adiicitur in odium mariti,
ſed etiam cũ in promiſſione dotis interponitur. † Neq; enim 67
minus neceſſitate adſtringi, & vrgeri cenſendus eſt. qui pecunia vacuus filiã matrimonio locat, & expoſtulat dilationẽ ad

ſoluendum dotem, quàm qui ex alia cauſa pecuniæ accipiendæ neceſſitate premitur: id nimis experiuntur, qui filias nubiles habent, & pecuniis carent, & præſertim ſæpe vrgentibus & obtundentibus vxoribus. Et proinde fauore dotis pactionem hanc illicitam eſſe ſenſit Alex. *in conſ.* 178. *n* 9. *lib.* 7. & fertur ſentire Molin. *ib. lib. de vſur. n.* 372. Neguzant. *de pign. par.* 4. *n.* 8. Surd. *in d. dec.* 248. *n.* 13. vbi tamen diſtinguere videtur, vt dixit Lup. *in præfat. comment.* 2. *n.* 19 *de vſur.* & Cardin. Tuſch. *lib.* 6. *concl.* 15. *n.* 18. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *q.* 45. *num.* 16.

68 † Et hanc ſententiam iuuat, quia res ſolicitudinis plena eſt filias nubiles habere, & præſertim iam maturas viro, & formæ iam labentis, & decreſcentis: & inter curas hominum hanc etiam refert Ouidius *lib.* 2. *de remed. amor.* vnde vt ſæpe coguntur miſeri parentes immodicas, & inofficioſas dotes promittere, vt filias locent, & ſæpe nebulonibus, & ganeonibus, & malè eas habituris: ita etiam ad impias, & præduras

69 pactiones adiguntur. † Atque vtinam lex eſſet, quæ dotibus legem imponeret, vt olim Romæ lex Papia *l.* 2. *C. Theod de inoff. dot.* & Athenis lex Solonis, vt refert Plutarch. *in eius vita*: & in Republica Maſſilienſium, quæ modum conſtituit centum aureorum, neque poterat produci vltra centum, & decem, & quinque aureorum in veſtem, & quinque in mundum muliebrem, vt ex Strabone refert Cuiac. ad Papin. *lib.* 39. *quæſt.* vt etiam apud Venetos, vt refert Iutb. *in conſuet. Meſſan. c.* 3. *gloſ.* 7. *p.* 1. *n.* 2. vbi ait leges huiuſmodi nedum validas, ſed etiam publicè vtiles, & laudabiles eſſe. Et nunc in Hiſpania modus impoſitus eſt dotibus iuxta facultatem vniuſcuiuſque, & prohibitum eſt, ne ſponſis donationes fiant in gemmis, veſtibus, & aliis rebus vltra octauam partem dotis edicto Philippi IV. Hiſpaniarum Regis die 10. Februar. anno 1623. quod relatũ eſt lingua Gallicana *tom.* 9. *Mercurij Gallici in fin* vt loquitur Iuriſconſultus *in l.* 11. *ff. de leg. & fideicom.* 3. Hæc Alexandri, & Neguzantij ſententiam probabilẽ reddunt

70 Alij verò exiſtimant in hoc genere inſpiciendum eſſe, qua intentione & mente id actum ſit, an vt dilationem redimeret, qui dotem in pecunia promiſit & hoc caſu conuentionem non valere. An verò non ob defectum pecuniæ, ſed quod fortè generi mores vellet cognoſcere, antequam fundum ſocer daret, ita vt videatur potius hæc pactio addita tanquam præcipua contractus pars, & vera dos ab initio ſub conditione conuenta, non vt acceſſio dotis, ac veluti vſurarium commodum dilatæ ſolutionis pecuniæ, & hoc pactum validum eſſe tanquam extremum legitimæ conuentionis. Sanè ſi ex interuallo conuentio hæc facta proponitur inutilem eſſe. Nec enim deinde interponitur niſi ad redimendam dilationem, vel nimis ſtrictam, & rigidam exactionem dotis. Ita Mudæus *loc. cit.* & Roderic. *d. q.* 2. *n.* 62. qui vt ſuſpicor, profecerunt ex Molinæo *ſuprad. loco.*

71 Mihi videtur ſimpliciter conſtituendum eſſe, nec etiam fauore dotis huiuſmodi pactum recipiendum eſſe, ſecundùm relatam Alexandri, & Neguzantij ſententiam. Hîc enim eadem captio, & aſperitas exercetur in necem debitoris. Neque vlla ratio eſt, quæ vitum excuſet eo animo nuptias contrahentem, vt ſocerum & promiſſorem dotis auita domo, vel prædio expoliet. Denique quia *in d. l vlt. C. de pact. pign.* generaliter pactio hæc reſcinditur, & infirmatur, vt proximè dictum eſt. Et hanc meam ſententiã bis propoſita cauſa nuper Senatus noſter ſecutus eſt referẽte Illuſtr. D. Senatore Laſcaris

72 Neque mouet quod obiicitur dotis quantitatem in fundos, & alia corpora poſſe transferri, vt ait *d. l.* 21. *de pact. dot.* quia hoc verum eſt, cùm libera, & integra ſunt omnia, & permutatio pura eſt, & ſine præcedenti pactione cõmiſſoria perficitur: reiiciendũ verò cùm hæc tranſlatio, & permutatio inſidioſè, & feſtinãter aucupatur. Vt dicimus rectè pignus purè in ſolutũ dari creditori, cùm ita placet debitori, & creditori *l. ſi prædiũ. C. de euict. l.* 44. *de ſolut. & l.* 1. *C. de pign.* inutilẽ vero, & captioſã eſſe cõuẽtionẽ ſi ſub ea cõditione fiat, ſi ad diem pecunia nõ ſoluatur, vt diximus, & tradit Bald. *lib. de pign. c.* 17

73 Neque Mudæi diſtinctio omnino placet, quia licet rationem habere videatur, formula tamen pacti cõmiſſorij hanc diſtinctionẽ recipere non poteſt. Nam ſi proponas inter ſocerum, & generum conueniſſe, vt dotis quantitate ad diem non ſoluta pignora pro dote obligata ſint mariti, & illi pleno iure committantur, quæ eſt formula legis commiſſoriæ, verba conuentionis oſtendunt ita fuiſſe conuentum ad redimendam dilationem, nec poſſunt inflecti ad alium caſum, vt ſcilicet videatur adiecta hæc conuentio ad generi mores interim explorandos, cum de hoc pactio non loquatur. Quod ſi dicas nihil impedire quin ea ſoceri mens eſſe potuerit, vt ei ſcilicet liberum eſſet, vel pecuniã ſoluere, vel pati committi pignora, quamuis pecuniam habeat, ſi ita è re ſua, vel filiæ eſſe compererit excuſſis generi moribus, fruſtra iam quæritur de validitate conuentionis. † Quamuis enim pactum 74

hoc prohibitum ſit, ſuſtinetur tamen ſi id debitor malit, quia ſolius creditoris odio conſtitutum eſt, ne valeat, vt pronuntiatum refert Anton. Faber *d. tit. de pact. pign. defin.* 5. qui mouetur *ex l. penult. C. de pact. & l.* 41. *ff de minor.* quæ ait, *licere vnicuique contemnere ea, quæ pro ſe introducta ſunt.* Neque nouum eſt contractum ex vna tantum parte interdum ſuſtineri, & conſtare ex vno latere, vt ait *l. Iulianus.* §. *ſi quis à pupillo ff. de act. empt.* & notat Cuiac. *in obſeru. lib.* 16. *cap.* 21. & Domin. Pic. *ad ſtatut. vrb. lib.* 1. *cap.* 151. *gloſ.* 7. *num.* 189. Surd. *in dec.* 108. *num.* 3. *&* 4.

Denique non ſatisfacit omnino diſtinctio Cardinal. Manticæ nimirum vt ita demum hæc conuentio fauore dotis recipi debeat, ſi pignus debitam dotis quantitatem non excedat, & intereſſe quod maritus patitur in oneribus matrimonij ſuſtinendis *argum. cap. ſalubriter. de vſur.* vbi marito, qui vxorem alit conceſſum eſt fructus pignorum ſuos facere, nec tenetur eos doti imputare. Nam licet vir, qui onera matrimonij ſuſtinet fructus pignorum dotalium ſine fœnoris fraude percipiat, nec teneatur eos doti imputare, non tamen ferendus eſt, ſi hac arte, & per huiuſmodi pactionem & rei fructus, & dominium rei acquirere velit. Reſcripſit enim Pontifex maritum ad fructus pignorum in ſortem imputandos non teneri ob onera quæ ſuſtinet, quamuis alij creditores fructus pignorum de ſorte deducere cogantur *l.* 2. *l. vlt. C. de pign. act. & c.* 1. *de vſur.* & ceterum marito conſultum eſt. At verò non poteſt hæc conſtitutio produci, vt ei etiam liceat rei dominium captare, & auferre. Nam hoc iniquum eſt, & captioſum etiamſi pro debita dotis quantitate id actum proponatur, & pignora non excedant dotem, & ſumptus quos maritus ſuſtinet. Debuit enim maritus contentus eſſe, vel pacto vulgari, vt ei pignora vendere liceat, vel vt interim fructus ſuos faciat, dum differtur dotis ſolutio iuxta *d. cap. ſalubriter. de vſur.* & proinde publicè vtilius, & humanius eſt ſatis eſſe offerri dotis quantitatem, vt inter maritum, & vxorem definitum eſt *in d. l. quamuis. de ſolut.* 75

Nona exceptio eſt niſi in tranſactione lex commiſſoria adiiciatur. Hoc enim caſu recipiendam eſſe plerique putant. Illa potiſſimum ratione, quod tranſactionis maximus fauor eſt vel ob hoc ipſum, vt à lite diſcedatur, à qua non eſſet alioquin diſceſſurus, qui ita pactus eſt. Et hæc ſententia eſt Fulgoſij *in conſ.* 198. Iaſon *in l.* 29. *in fin. C. de tranſact.* Crauet. *in conſ.* 145. *num.* 19. Cardin. Tuſch. *in d. concl.* 15. *in fin.* & ſecundùm hanc ſententiam iudicatum refert Anton. Faber *d. tit. de pact. pign. defin.* 3. vbi ait hanc eſſe receptiſſimam noſtrorum ſententiam. 76

Sed hæc exceptio infirmari videtur ex eo quod generaliter quidam definiunt legem commiſſoriam non ſolùm in mutuo, ſed etiam in aliis contractibus omnibus prohiberi. Ita enim tradunt Alex. *in d. conſ.* 178. *n.* 1. *lib.* 7. Afflict. *in c.* 1. *n.* 2. *de feud. dat. in vic. leg. commiſſ.* & Card. Mantic. *d. lib.* 11. *tit.* 9. *n.* 11. idem ſenſit Neguzant. *de pignor. par.* 4. *n.* 2. & alij apud Surd. *in d. dec.* 248. *n.* 12. Mozz. *loc. cit. n.* 6. *&* 7. Manent. *de iure contract. libell. par.* 4. *n.* 19. & Mudæus *d. tit. de leg. commiſſ. n.* 4. Nam conſtitutio conuentionem hanc prohibens indiſtinctè, & generaliter lata eſt aduerſus creditores omnes, nec diſtinguit, ex qua cauſa eis debeatur: Denique iubet omnem in poſterum eius memoriam aboleri, & proinde etiam in tranſactione ab hac conuentione temperandum eſſe. Et præſertim inutilis erit pactio, ſi ex interuallo ad dilationem conſequendam interponatur ex Mudæo, & Roderic. *loc. cit.* 77

Cæterùm Præſes *eiuſdem decadis cap.* 7. alia ex cauſa putat huiuſmodi conuentionem in tranſactione non valere, quod illius improbandæ ratio tota illa ſit, quod implicet contradictionem, vt eadem conuentione eiuſdẽ rei, & pignus, & vẽditio ſiue pura, ſiue conditionalis contrahatur. Quamobrem validã 78

valida eſſet pactio ex ſententia Præſidis, ſi res non eſſet op-
poſita pignori. Sed hæc viri doctiſſimi fundamenta à nobis
in præcedentibus conuulſa ſunt, & proinde puto non ex eo
quod ſit de re impoſſibili, & implicante contradictionem,
inutilem eſſe conuentionem, ſed quia improba eſt, & cap-
tionem continet debitoris: & propterea quia ſit lege prohi-
bente, quantumuis tranſactioni adiiciatur.

79 Neque obſtat quod is, qui ita pactus eſt non aliter à lite
receſſurus fuiſſet, quia ſi hæc ratio recipitur, conſequens
ſit pactum legis commiſſoriæ in aliis contractibus omnibus
admittendum eſſe, ſiquidem cauſari poteſt creditor quod
alioquin non erat contracturus *ex l vlt. C.de pact. inter empt.
& vend* Nec ſub prætextu tranſactionis excuſanda eſt auari-
tia, & aſperitas creditoris, quia nihil aliud curare debuit,
quàm vt ſibi pignoribus cautum eſſet, & niſi pecunia intra
præſtitutum tempus ſoluta ſit, vt ſibi ius eſſet diſtrahere pi-
gnora, quod eſt pactum vulgare, vt dixi, & nullam captio-
nem, & aſperitatem habet: & quod attinet ad ſecuritatem
debitæ pecuniæ tantundem præſtat, ſi ſecuritati tantum pro-
uidere, & non ex dilatione lucrum captare creditor voluiſ-
ſet. Neque verò tanti tranſactio eſt, vt pactiones illicitas, &
legibus prohibitas admittere debeat.

80 Decima, & vltima exceptio eſt. Niſi appareat pactum non
eſſe additum ad redimendam ſoluendi dilationem, nec eſſe
extortum à creditore in locum vſuræ, vel ſimilis quæſtus
dilatæ exactionis: ſed ſponte tanquam extremum ſiue partem
æque principalis legitimæ conuentionis. Vt ſi cui vendidero
decem iugera ex agro Cemelenſi ita pactus, vt niſi ad diem
tradidero ex eo agro, tradere debeam ex alio, quem in alia
regione poſſideo, non videtur illicita conuentio, cum nihil
hic acceſſione in fraudem vſurarum, vel captandi quæſtus
81 cauſa actum ſit.† Quod probari poteſt *ex l.5. §.ſed ſi facio &
l.17.§.ſi cum vnum.ff.de præſcr.verb.* & ex his, quæ diximus *in
d.quæſt.16.num.24 & ſeq.* vt etiam ea ratione, qua valet con-
uentio, vt ſi fundus quem vendideram euictus fuerit, alter
fundus titulo pignoris, vel hypothecæ pro euictionis ſecu-
ritate emptori traditus illius efficiatur *l.2.C.de pact. pign.* Hic
enim in effectu duæ venditiones ſunt, prior quidem pura,
& ex vtraque parte prima traditione adimpleta: poſterior
verò ſub conditione euictionis rei prius venditæ, quæ non
minus in fauorem debitoris, qui venditor eſt, quam emp-
toris facta videri poteſt, vt explicat Mudæus *loc.cit.num.*31.
& 32. Roderic. *d.quæſt.*2. *num.* 40. & 41. & Mangil. *de euict.*
82 *quæſt.57.in fin.* ſecutus Rodericum *loc.citat.*† Qui tamen rem
hanc porrigit ad venditorem, qui tempore venditionis agri
cum emptore pactus eſt, vt niſi pretium ad certum diem ex-
ſolutum ſit, ager, vel domus emptoris empta ſit venditori
pro pretio quod debetur, vel cedat in ſolutum pretij: &
hanc non eſſe legem commiſſoriam, ſed pactum legitimum
& validum, cùm potius ſit pars æque principalis contra-
ctus, & legitimæ commutationis. Vt enim poterat vendi-
tor permutare fundum cum domo alterius, ita poterit ſti-
pulari eandem domum, cuius ſimilem fortè empturus, vel
redempturus erat pretio fundi ad diem non ſoluto; & ideo
non magis ſpectare ad materiam legis commiſſoriæ, quàm
quælibet vera permutatio, aut venditio, eſt enim in effectu
vera permutatio domus cum fundo conuenta in eum caſum
quo emptio fundi ex parte emptoris ſua die nõ impletur, vel
noua venditio, & emptio domus pro pretio fundi in eandem
conditionem collata, & conuenta. Ita eleganter Roderic.
quem tamen vereor, ne nimis excurrat, & longius hanc exce-
ptionem producat. Etenim vt puto valida quidem eſt conuen-
tio, vt niſi decem iugera ex agro Cemelenſi ſua die die tradi-
dero, tenear totidem ex alio tradere, quia pactio hæc com-
modum potius venditoris continet, cui liberum eſt, ex quo
83 velit tradere, cùm vtrumque poſſideat.† Et conſtat res plures
disiunctiuè vendi poſſe veluti *illam, aut illam* data electione
emptori quam velit habere emptam, vel venditori, quam
venditam malit *l.ſi ita 25.& l.ſi in emptione.§.ſi emptio.34. ff.de
contr.empt.l.plerunque in fin.de iur. dot.* & Mudæus *loc.cit. n.*31.
84 notat, & Gotofred. *ad d.l.25. de contr. empt.* † Et præterea in
dubium reuocari non poteſt ea conuentio, qua actum eſt, vt
agro euicto, qui fuerat venditus emptor illius loco alium
fundum habeat, vt indicat *d.l.2.C.de pact. pign.* & ea ratione,
qua locator ædium liberari poteſt euictis ædibus, aliiſque
æque commodas præſtando inquilino *l. ſi quis domum. in pr.
& l.cum in plures.ff.loc.* idem Mudæus *loc.cit.* Hæc enim ad le-
gem commiſſoriam non pertinent. † At verò non placet 85
quod Rodericus ait idem eſſe in venditore, qui pactus eſt,
vt niſi intra certum diem pretium rei, quam vendidit exſo-
lutum ſit, alium emptoris fundum emptum habeat pro pre-
tio, quia hîc eadem captio debitoris, & aſperitas, & auaritia
venditoris deprehenditur. Emptor enim, qui ſub ſpe confi-
ciendæ pecuniæ hanc legem ſibi dici patitur, rebus ſuis in
peius lapſis hac ſpe ſæpiſſime decipitur, & res ſuas amittere
cogeretur, ſi hæc pactio ſubſiſteret. † Et ſanè multorum 86
exempla id monent, qui ſine pecunia fundos, & domos eme-
rant, & cum deinde pretium, & vſuras pretij ſoluere non poſ-
ſent, quæ vt plurimum rationem fructuum excedunt, ſua cum
alienis id eſt, & ea quæ emerant, & quæ ante poſſidebant,
vendere coacti ſunt, vt de Caſtore quodam ſcribit Martialis
epigrammate, quod vno tantum verſu conſtat.

Omnia Caſtor emit, ſic fiet, vt omnia vendat.

† venditor etiam non minus aſper, & auarus eſſe dignoſcitur 87
qui non aliter fidem de pretio habere voluit, quam acceptis
pignoribus ea lege, vt pretio ad diem non ſoluto ea empta
haberet pro debito: & præſertim ſi appareat pignora longe
maioris valoris eſſe, quam ſit pretium, quod debetur, quod
eſt veriſimile. Niſi enim venditor ex hac conuentione lu-
crum aliquod captaret, contentus fuiſſet vulgari pacto pig-
norum, vt Mudæus ait *loc. cit. n.*36. vbi tamen in mutuo lo-
quitur, ſed nihil refert, hic enim mutuum aliquod latet *l. ſi
quis 3.§.ſi autem.ff.de Senat. Macedon.* & præſertim cum ex di-
latione lucrum capitur. Denique receptum eſt legem com-
miſſoriam non ſolum in mutuo ſed in aliis contractibus om-
nibus illicitam eſſe, vt proximè dictum eſt ex multorum ſen-
tentia, quibus conſentiunt ex Theologis Rebell. *de oblig. in-
ſtit.lib.8.q.10.n.3.* & in terminis Surd. *in d.deciſ.*248. conſtitu-
tio enim iubet in pignoribus omnem omnino huius conuen-
tionis vſum, & memoriam aboleri, & proinde nihil eſt, cur
eam in venditionibus rerum recipere debeamus.

Neque mouet, quod Rodericus ait potuiſſe ab initio fun- 88
dum cum domo permutare, & hic nihil aliud quam permu-
tationem contrahi, aut nouam venditionem in eandem con-
ditionem collatam, ſi pretium intra diem non ſoluatur, quia
ex eo quod permutatio licita ſit, & iuris gentium, perperam
deducitur id etiam ſub conditione legis commiſſoriæ lici-
tum eſſe. Nam hac ratione fieret, vt non eſſet improbata pa-
ctio legis commiſſoriæ ne quidem in mutuo, quod tamen ab-
ſurdiſſimum eſt. Etenim vt potuit venditor ab initio rem per-
mutare, ita creditor rem emere, & ideo, vt non licet paciſci,
vt ſua die pecunia non ſoluta fundus ſit emptus creditori pro
ea quantitate quam credidit, licet ab initio creditor fundum
emere potuiſſet: ita improbum pactum eſt, cum venditor
conuenit, vt pretio ſua die non ſoluto domus vel ager em-
ptoris ſit ei empta pro pretio, quamuis ab initio rem cum re
permutare ſine vlla fraude, vel fœnore potuiſſet, ſi emptor
rem cum re permutare voluiſſet.† Licita ergo eſt emptio, vel 89
permutatio, ſi purè vel principaliter fiat, non autem ſi alteri
contractui ſub ea conditione adiiciatur, ſiquidem hic etiam
captio, & aſperitas in necem debitoris exercetur, vt dixi, &
nominatim tradit Surd, *in d.dec.*248 *n.*19. Et falſum omnino
eſt, quod Roderic. ait conuentionem hanc eſſe partem prin-
cipalem contractus, & extremum legitimæ conuentionis, ſi-
quidem nihil aliud eſt, quam acceſſio, & lex primæ venditio-
nis, vt reliqua pacta, quæ contractibus adiiciuntur. Neque
magis extremum eſt legitimi contractus cum venditionibus
rerum adiicitur, quam cum mutuo, & pignoribus accedit, &
in eum caſum confertur, quo pecunia, vel pretium ſolutum
non fuerit. Et id principale eſt, quod primo loco agitur, &
intenditur. Quamobrem Roderici ſententiam, vt nullo iure,
aut ratione ſuffultam reiiciendam eſſe puto.

Denique non probo, quod Nauarrus ait *in Enchir.cap.*17. 90
*n.*217. quamuis id probare videatur Mantic. *dict.lib.*11.*tit.*10.
num. 14. nempe pactum legis commiſſoriæ improbum, &
illicitum eſſe addendo, vt Nauarrus loquitur, quod om-
nes fructus, aut pars eorum interim ſit creditoris, quia li-
cet hoc additum non ſit, nihilominus pactio improba eſt,

ſatis enim eſt, vt pignus creditori cedat pro pecunia debita, eaque ſua die non reſtituta. Quod manifeſte apparet in rebus pignori appoſitis, quæ fructus nullos referre poſſunt, vt ſunt libri gemmæ. Qua ratione etiam non placet quod Nauarr. ait *eod. loc.* aliud eſſe, ſi fructus interim ſint debitoris, quia non idcirco pactio licita, & legitima cenſeri debet. Nam hic etiam vi, & poteſtate huius pactionis debitor rei ſuæ dominium amittere cogitur, in quo tota legis commiſſoriæ aſperitas, & malitia poſita eſt. Siue ergo illud additum ſit, ſiue nõ ſit additum, pactio legis commiſſoriæ ſemper illicita eſt, quia vtroque caſu res ſuo domino aufertur pro pecunia credita, & ſatis eſt quod debitor in rei pretio lædatur, aut lædi poſſit, vt plerunque fit, vel vt rem ſuam vendere adigatur ſecundum ea, quæ dicta ſunt. Hæc enim pactio directè rem ipſam captat non fructus rei.

91 Porro apud eundem Nauarr. magnæ auctoritatis virum aliam exceptionem *eod. loc.* deprehendi, quam in præcedentibus non attigeram, nimirum vt valeat pactum legis commiſſoriæ, quoties adiicitur in pœnam ſine fraude vſurarum. Quod probare videtur Molin. *in d. diſp.* 324. *n.* 4. Salas *d. dub.* 32. *n.* 2. Card. *d. lib.* 11. *tit.* 11. *num.* 34. & Vgolin. *loc. cit. num.* 3. quæ ſanè magna exceptio eſt. Ego verò ſubſiſto, quia pœna hîc addiicitur quãtitati, & ideo ſemper vſuræ continet ſuſpicionem, vt conſtat *ex l.* 13. *§. ibid. ff. de act. empt.* & dixi aliis auctoribus citatis *qu.* 38. *n.* 6. *&* 9. & tradit Surd. *in dec.* 25. *num.* 1 & congruenter huic rei Felic. *de cenſib. lib.* 5. *c.* 10. *num.* 11. & proinde ſemper ſuſpecta eſt. Deinde ſi hæc pactio fœnoris ſuſpicione aliquando carere poſſet, tunc ſanè eſſet, cùm id agitur, vt pignus emptum intelligatur iuſto pretio, ſed hoc etiam caſu pactio ſuſpicione fœnoris laborat, quia lucrum eſt adigere alium ad res ſuas vendendas etiam iuſto pretio *d. l. ſi æquo. ff. de leg.* 1. Denique licet aliis negotiis, & commerciis pœna interdum licitè adiiciatur, tamen in pignoribus generaliter prohibita eſt *in d. l. vlt. C. de pact. pign.* vt quæ ſemper aſperitatem creditoris contineat, qui pactis vulgaribus contentus eſſe debet, ex quibus puto exceptionem hanc ſaltem in foro recipiendam non eſſe.

Sed hic non prætermiſero nouum genus legis commiſſo-
92 riæ, quod fœneratores in Belgio, & Germania exercuiſſe refert cum magna exprobratione Iodocus Damodet. *lib. de ſubhaſt. cap.* 3. *num.* 38. Nempe qui pignora à debitoribus accepta poſt finem anni, vti propria ſæpe clam, & ſecreto, raro autem publice ex arbitrio vendebant, & diſtrahebant: & non contenti ſorte cum vſuris vniuerſam pecuniæ ſummam excreſcentem ſibi impudenter vendicabant in animarum ſuarũ perpetuum, & ineuitabile exitium, & deinde poſt pauca *n.* 41. *Nam* inquit, *annus ex conſuetudine fœneratoribus admiſſus non conceditur, vt eo lapſo pignora prorſus, & ſimpliciter illis fiant propria, ſed ita demum, vt ex illorum venditione ſortem cum vſuris ſibi recuperare poſſint, quibus receptis iuris, & rationis, & ſumma æquitatis eſt, vt reliquum debitori reſtituant, ſufficere enim illis debet ſore, & vſura promiſſa. Neque ipſis ſuffragari poteſt inerme argumentum, quo ſuam iniuſtitiam tutari volentes dicunt pignora nonnunquam anno lapſo ſortem, & vſuras decurſas præſtare non poſſe, & ſic ſuis permiſſis fraudari vſuris. Huius namque periculi caſum facilè fœneratoria prouidentia vitare ſatagant, quando duntaxat habita ratione dimidij valoris oblati pignoris ſua mutua vſuraria ex conſuetudine per eos etiam inuiolabiliter antiquitùs obſeruata exercent adeo vt nihil illis periculi ſuperuenire poſſit per anni huiuſmodi decurſum.* Hæc Iodocus. Quæ commemorare volui, vt oſtenderem malum hoc latè patere, & ad eas etiam gentes perueniſſe, quibus olim fœnus ignotum fuit, vt teſtis eſt Tacitus *lib. de morib. German.* & me iam adnotaſſe memini.

Atque hæc de lege commiſſoria reſcindenda in hac vi-
93 rium, & ingenij mediocritate dixiſſe ſufficiat. † Illud ſanè Iudices meminiſſe, & ante oculos habere velim, quod ab optimis Impp. Theodoſ. & Valentiniano conſtitutum eſt *in l.* 5. *C. de legib. non dubium eſſe in legem committere eum qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem. Nec pœnas legibus inſertas euitare, qui ſe contra iuris ſententiam ſæua prærogatiua verborum fraudulenter excuſant.* Quo ſanè ij facere mihi videntur, qui excogitatis ſub aliis verbis pactionibus, quæ tamen non minus aſperitatis, & captionis habent, ſaluberrimam Cõſtantini ſanctionem de lege commiſſoria reſcindenda eludere & circumuenire contendunt. † Et proinde ad Iu- 94
dicum officiũ pertinet illicitas, & extortas huiuſmodi venditiones prohibere, & curare, ne quis per hanc fraudem iniquũ damnum, vel luctum ſentiat, vt monet Vlpian. *in l.* 6. *in prin. ff. de offic. Præſ.* Quod quidem non difficile obtinebunt ſi legem cõmiſſoriam, quæ à Conſtantino reſciſſa eſt *in d. l. vlt. C. de pact. pign.* nullo caſu recipiendam eſſe ſibi perſuadeant, curentque reſtituta pecunia rem ſuo domino reſtitui cum fructibus, ſi fortè res eſt, ex qua fructus percipiantur, vel iis in ſortẽ computatis, ſi forte conſumpti fuerint, vt in pignoribus receptũ eſt *l.* 1. *&* 2. *C. de pign. act. l.* 1 *de diſtr. pign. & alijs locis.*

Sanè vno caſu auſim dicere legem commiſſoriam etiam in 95
pignoribus admittendam eſſe, ſi forte tantundem creditoris interſit, veluti ſi ex ea pecunia fundum æqualis valoris, & bonitatis comparare potuit. Nam & in ſuperioribus demonſtratum eſt, pœnã adiectam quantitati quatenus intereſt admittendã ex Roderico, Theſ. Fabro, & aliis *q.* 38. *n.* 13. *&* 14. & probantur apertiſſimè *ex l.* 2 *§. nunc de officio. ff. de eo quod cert. loc. & l.* 13. *ff. rem rat. hab.* & poteſt confirmari *ex d. l.* 2. *C. de pact. pign.* & ex his, quæ diximus *n.* 80. *&* 84. nollem tamen hac ratione auaritiæ creditorum patrocinari.

QVÆSTIO LXXI.

De eo quod intereſt, & in quibus actionibus ex pecunia debeatur.

SVMMARIA.

1 *Quantitatibus tantum accedunt vſuræ.*
2 *Obligationibus faciendi poſt moram ſuccedit obligatio ad id quod intereſt.*
Venditor qui rem non tradit, tenetur ad id quod intereſt.
3 *Intereſſe quid ſit.*
4 *Intereſſe omni iure licitum eſt, & permiſſum omnibus.*
5 *Intereſſe incertum eſt.*
6 *Intereſſe debetur ex quacunque cauſa pecunia debeatur.*
7 *Lucri ceſſantis intereſſe an peti poſſit.*
8 *Lucri ceſſantis ratio habenda eſt.*
9 L. 1. §. vlt. de eo quod cert. loc. *ſententia.*
10 L. vltim. ff. de per & comm. rei vend. *explicatur.*
11 *Intereſſe circa rem facit ceſſare intereſſe extrinſecum.*
12 *Fachinæi ſententia quadam reiicitur.*
Cuiacij locus in tract. 8. ad African. *ex ipſo Cuiac. declaratur.*
13 *Venditor poſt moram ſibi in pretio factam vſuras tantum petere poteſt.*
14 *Intereſſe legibus introductum facit ceſſare aliud intereſſe.*
15 *Emptor poſt moram regularem tenetur ad id quod venditoris intereſt.*
16 *Præſertim cùm emptor promiſit pretium ſoluere certo die, ſub refectione eius quod intereſt.*
17 *Merces carius vendere licet fide de pretio habita ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis.*
18 *Contrahentes poſſunt ex conuentione à natura contractus recedere.*
19 *Promiſſio ſub refectione damnorum, & intereſſe quid contineat.*
20 *Alex. Trentacinq. reſolutio quadam declaratur.*
21 *Emptor qui pretium certo loco, vel die ſoluere promiſit, neque ſoluit, tenetur ad intereſſe lucri ceſſantis.*
22 *Vel ſi interpellatus non ſoluerit.*
23 *Maritus cui mora fit in ſolutione dotis poteſt agere ad id quod intereſt ratione lucri, vel damni.*
24 *Intereſſe non debetur ab eo, qui ex liberalitate conuenitur.*
25 *Heredes donatoris ex mora ad intereſſe tenentur.*
26 *Beneficium deductã ne egeat eſt perſonale, neque tranſit ad heredes.*
27 *Lucri dotalis, & donationis propter nuptias debetur intereſſe.*

28 *Donatio*

Digitized by Google

28 *Donatio propter nuptias non eſt pura donatio.*
Lucrum dotis non eſt acceſſio.
29 *Marito qui ſuſtinet onera matrimonij, etiam pro augmento dotis vſuræ debentur.*
30 *Mulieri poſt mortem viri vſura dotis, vel nuptialis donationis non debentur, niſi eius interſit.*
31 *Promiſſor dotis extraneus tenetur marito ad vſuras dotis propter onera matrimonij.*
32 *Mulieri ob nuptialis donationis fructus debentur, ſi res immobilo contineat.*
33 *Dotis donatio reſpectu viri non eſt donatio propter onera matrimonij.*
34 *Dotis cauſa oneroſa eſt, non lucratiua.*
35 *Maritus agit in ſolidum aduerſus eum, qui ex liberalitate promiſit dotem.*
36 *Marito promittens, quod putabat vxori debere, non poteſt ſe aduerſus maritum exceptione tueri.*
37 *Intereſſe debetur vltra legitimum modum vſurarum.*
38 *Sed accipiendum eſt cum moderamine.*

HACTENVS ni fallor mediocri diligentia demonſtratum eſt, vſuras in contractibus omnibus, & omnibus actionibus, & iudiciis nunc illicitas eſſe, & omni iure prohiberi, quia tamen multis locis in tranſitu dictum eſt habendam eſſe rationem eius quod intereſt, & *in fine praeced. quaeſt.* etiam ea hac cauſa legem commiſſoriam pignorum ſuſtineri poſſe: denique quia id quod intereſt latiſſimè patet, & ad omnes noſtri tractatus partes fere pertinet, operæpretium eſt quærere quid ſit id quod intereſt, in quibus cauſis habenda eſt ratio eius quod intereſt, & qua ratione probari poſſit, in quo tamen illud initio admonebo, me abſolutum, & integrum tractatum non aggredi eius quod intereſt, id enim viri doctiſſimi iam perfecerunt: ſed tantum agere me inſtituiſſe de eo quod creditoris intereſt, ob pecuniam vel aliam quantitatem ſua die ſibi non ſolutam, vel reſtitutam.

1 † Nam cùm quantitatibus tantum vſuræ accedere poſſint, vt conſtat *ex l. 3. §. 1. ff. qui pot. in pign. hab. & l. 3. in fin. ff. de vſur.* & ea Odofr. Saliceto, & Cuiacio diximus *quaeſt. 1. n. 5.* & docet Florian. *in d. l. 3. in fin ff. de vſur.* & Roderic. *de ann. redit. lib. 3. quaeſt. 7. n. 14.* & vſurarum tractatum aggreſſi fuerimus, neceſſarium eſſe videtur, & de eo quod intereſt diſſerendum ſuſcipiamus, quod creditor verè patitur aduerſarij culpa, & hac ratione melius licitũ ab illicito, id eſt, intereſſe ab vſuris diſcernere valeamus, in quo potiſſimùm iuriſperiti ars, & of-
2 ficium verſatur, vt Vlpian. ait *in l. 1. de iuſtit. & iur.* † Et vt me exemplo explicem, in ſtipulatione, qua procurator cauet ratam rem dominum habiturum, venit id quod intereſt ſtipulatoris *l. 19 ff. rem rat. hab.* Item ſi quis promiſit ſe opus facturum velut domum, neque fecit, certiſſimum eſt teneri ad id quod intereſt *l. 72. in princ. de verb. oblig l. ſi quis ab alio. 13. in fin ff. de re iudic.* vt etiam ſi quis promiſit ſe ſatiſdaturum, neque ſatiſdet, tenetur ad id quod intereſt, ad id ſcilicet quod debitor facere non poteſt, vt *in d. l. 13. in fin. & l. 12. §. vlt. ff. qui ſatiſdar. cog.* & explicat Cuiac. *in l. 1. C. de ſent. qua pro eo.* Denique exploratum eſt venditorem, qui rem non tradit, teneri ad id quod emptoris intereſt *ex l. 1. ff. de act. empt. l. ſi traditio, C. eod. tit.* & Menoch *de arbitr. iudic. caſu* 120. *n. 1.* vbi notat id officio iudicis æſtimandum eſſe. De his, & ſimilibus factis, & negotiis, in quibus pleunque æquum eſt haberi rationem eius quod intereſt, ea profeſſo agere non conſtitui: ſed de his tantùm, in quibus ob non ſolutam, vel non ſua die redditam quantitatem creditor intereſſe patitur, vt *in l. 3. ff. de in lit. iuran. l. 2. §. vlt. de eo quod cert. loc.* & aliis locis, quod intereſſe extrinſecum, intereſſe extra rem dicitur *ex l. 22. §. cùm per venditorem de act. empt.*

3 Et in primis tradenda eſt definitio eius quod intereſt. Id ergo quod intereſt generaliter definiri, vel deſcribi poteſt acceſſio ſortis ratione eius, quod amiſimus, vel lucrari non potuimus aduerſarij culpa ea vulgatiſſima *l. ſi commiſſa ff. rem rat. hab.* in qua Paulus ait, *ſi commiſſa ſtipulatio eſt, in tantum competit actio, in quantum interfuit: id eſt, quantum mihi abeſt, quantumque lucrari potui* cui addi poteſt *l. ſi mulier 21. §. verum, ff. de act. rer. amot. l. generaliter, ff. de reg. iur. l. vlt. ff. ſi mul. ventr. nom. & d. l. 2. §. vltim ff. de eo quod cert. loc.*

Id ergo quod intereſt, quod non ea nuda obligatione, vel ex ſolo tempore tardæ ſolutionis prouenit vt vſura, ſed ex æquitate, & iuſta cauſa eſt, ne quis ſcilicet facto alterius in ſuis rebus damnum ſentiat, & ne creditori officium ſuum damnoſum ſit, intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, vulgo dicitur, id omni iure receptum eſt, & licitè peti, & exigi poteſt. Ita enim conſtat *ex l. 1. 2. & 3. de fideiuſſ. & d. l. vn. C. de ſent. qua pro eo, & l. ſi verò, §. ſi mihi, ff mand.* vbi Vlpian. ait, *æquiſſimum eſſe huius rei rationem haberi l. æqui natura, ff. de negot. geſt. & d. l. 2. §. vlt. de eo quod cert. loc.* & aliis locis plurimis. Ex quibus ita plerique ſentiunt apud Menoch *loc. cit. caſ. 119. n. 1.* quibus conſentiunt Rebuff. *in d. l. vn. in princ. n. 15.* vbi ait id iure naturali, & gentium licitum eſſe. Roderic. *loc. cit. n. 1.* Ioan. Baptiſt. Lup. *in l. curabit, §. 6. n. 1.* Sigiſmund. Scacc. *de comm. §. 1. q. 7. p. 3. ampl. 8. n. 96.* Surd. *in conſ. 485. n. 4.* vbi ait omnibus permiſſum eſſe etiam Hebræis, & Vgolin. *de vſur. c. 8. §. 3. & 7.* & Theulogi omnes apud Salas *eod. lib. de vſur. dub. 18. & 19.* inter quos Salon *q. 78. art. 2. contr. 9.* vbi ait hanc eſſe vocem quandam naturæ: & primus omnium ſcripſit Theodor. Balſamon. *ad can. 17. Concil. Nicen.* vbi notat canonem hunc, quo vſura omnis clericis interdicitur non prohibere exactionem eius quod intereſt ob moram debitoris. Vt ergo vſura illicita eſt, & Chriſtianis legibus prohibita: ita id quod intereſt apud omnes gentes, & in omni foro merito receptum eſt. 4

Nunc verò quærere oportet, in quibus cauſis, & actionibus habenda ſit ratio eius quod intereſt. Et primo loco ſciendum eſt intereſſe varium, & incertum eſſe, vt ſunt incerta, & varia hominum negotia, & quatenus cuiuſque interſit in facto, non in iure conſiſtere *l. quatenus, de reg. iur.* & pro varietate rerum, & perſonarum modo plus, modo minus intereſſe, interdum etiam nihil *l. 13. ff. de re iudic. & l. ſi quis, 11. in fin. de verb. oblig.* Cuiac. *loc. cit.* & Marius Medic. *dec. 14. n. 35.* & proinde tunc hæc tantùm intercidit quæſtio, cùm verè ſtipulatoris & creditoris intereſt aduerſarij facto, vel culpa. 5

† Quo poſito, ſi quæras, in quibus actionibus, & iudiciis habenda ſit ratio eius quod intereſt, reſpondeo in omnibus actionibus, & iudiciis, ſiue bonæ fidei ſint, ſiue ſtricti iuris: denique ea quacunque cauſa pecunia debeatur, vt conſtat apertiſſimè *ex d. l. vn. C. de ſent. qua pro eo*, quæ in omnibus actionibus, & contractibus locum habet, & tradunt Abb. & Anchar. *in c. conqueſtus, de vſur.* Caſtrenſ. *in l. nummis, n. 6. de in lit. iuran.* Ambroſ. *de vign. in c. ſalubriter, n. 45.* Rebuff. *loc. cit. n. 181.* Ioan. Sichard. *in l. 2. n. 5. C. de vſur.* Fernand. Vaſq. *contron. vſufrequent. lib. 6. cap. 60. n. 23.* vbi ait id procedere ex mente omnium Magon. *dec. Florent. 32. n. 6* Roder. *in d. quaeſt. 7. n. 17.* Trentacinq. *variar. reſol. lib. 1. tit. de vſur. reſol. 2. n. 14.* Bernard. Græu. ad Gail. *lib. 1. concl. 6. n. 7.* Horat. Viſcont. *in ſuis concluſ. iur. verbo intereſſe.* Franc. de Cald. *lib. de empt. & vend. c. 29. n. 45.* & Vgolin. *de vſur. c. 8. §. 5. n. 3.* Hæc enim ad principia iuris naturalis, & naturalem æquitatem reducenda ſunt, quæ dictat nemini officium ſuum damnoſum eſſe debere *l. 7. ff. quemad. teſt. aper. l. 61 §. quod vero, ff. de furt.* & vt qui cauſa damni eſt, vel amiſſionis lucri, illud refundat, & reficiat: & proinde inſpecto iure naturæ nihil referre videtur, an ex mutuo, vel ex mandato, & depoſito, vel aliis contractibus bonæ fidei pecunia debeatur, dummodo verè creditoris interſit ea facto, & promiſſoris, vt dictum eſt. 6

Sed licèt *ex d. l. vn. C. de ſent.* & aliis manifeſtum ſit in taxatione eius quod intereſt, non tantùm damni, ſed etiam lucri intercepti rationem habendam eſſe, quod etiam oſtendi poteſt *ex d. l. 2. §. vlt. de eo quod cert. loc. & d. l. ſi mulier ff. de rer. amot.* & tradit eleganter Cuiac. *in d. l. vn.* vbi ait ita veteres iuris auctores definiuiſſe, ſunt tamen qui putant intereſſe lucri ceſſantis non deberi, vt Dec. & Soc. quos refert, & ſequitur Fachin. *lib. 11. cap. 15. ex l. vlt. ff de peric. & comm. rei vend. & ex l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. empt.* & ea eod. Cuiac. *tract. 8. ad African.* & putare hanc ſententiam veriorem, quia iſtud intereſſe lucri ceſſantis eſt extra rem: & nullo iure caueri intereſſe, quod eſt extra rem, peti poſſe. Neque obſtate *d. l. 2. § vlt. de eo quod cert. loc.* quia loquitur de pecunia traiectitia, quæ nauigat periculo creditoris, & propter periculum quod creditores in traiectitia pecunia ſubire ſolent, vt 7

conſtat illis verbis, *quid enim ſi traiectitiam pecuniam dederas*, & hunc eſſe locum, qui cauſa fuit erroris, in quem Doctores, vt ait, impegerunt: proinde hoc vno caſu excepto intereſſe lucri ceſſantis non deberi, neque peti poſſe.

8 Et nihilominus communis ſententia retinenda eſt, quæ probatur apertiſſimè *ex d.l.2. §.vlt. de eo quod cert.loc.* vbi nominatim Vlpianus ait etiam lucri ceſſantis rationem habendam eſſe. Secundo id palam eſt *ex d. l. ſi commiſſa. ff. rem rat. hab.* illis verbis *quantumque lucrari potui.* Tertio id oſtendit *l.79. de reg.iur.* quæ ait in æſtimatione eius quod intereſt ob alterius fraudem inſpiciendum eſſe, non quid actor habeat, ſed quid per aduerſarium habere non potuit. Quarto probatur hæc ſententia *ex d.l. ſi mulier. 21 ff. de act. rer. amot.* vbi Paulus ait, *commodi quoque, ſi quod amotis rebus amiſerit vir, rationem habendam eſſe.* Quinto *ex d. l. ſi vero §. ſi mihi ff. mand. & d. l. atqui natura de neg. geſt.* quæ licèt ſint de vſuris, multo magis locum habent in eo quod intereſt. Sexto *ex l. ſocium* 60 *ff. pro ſoc.* Denique ne cui in mentem veniret contraria opinio, id clarè ſenſit Iuſtinian. *in d.l. vn.* in qua poſtquam conſtituit in omnibus caſibus, qui certam habent quãtitatem, & in iis, qui incerti eſſe videntur, qua ratione iudices taxare debeant id quod intereſt, ſubiicit hanc clauſulam, *& hoc non ſolùm in damno, ſed etiam in lucro noſtra amplectitur conſtitutio, quia & ex eo veteres id quod intereſt, ſtatuerunt.* Conſtat igitur etiam lucri ceſſantis rationem habendam eſſe.

9 † Nec obſtat quod Cuiac. & Facbin. aiunt *d. l. 2. §. vlt. de eo quod cert. loc.* loqui de pecunia traiectitia, cuius periculum pertinet ad creditorem, quia ſimpliciter loquitur de pecunia traiectitia, quæ etiam ſine periculo creditoris accipi poteſt, vt *in l. 4. de naut. fœn.* atque etiam, quia eodem loco Vlpianus generaliter definit in actionem arbitrariam, cùm ſcilicet petitur id quod certo loco ſolui debuit, venire vtilitatem actoris, & rei: vnde licet exemplo eius vtatur, qui traiectitiam pecuniam dederat Epheſi recepturus, vt innuunt verba illa, *quid enim ſi traiectitiam pecuniam dederas, &c.* non ideo minus definitio generalis cenſeri debet, quia exempla regulam reſtringere non ſolent *l 9. in fin. ff. de iur. & fact. ign. l. 30. §. vlt. ff. de damn. infect.* proinde idem obſeruandum eſt in pecunia, quæ non eſt traiectitia, dummodo certo loco dari debeat, vt definit Vlpian. *in d.l.2. in princ. & l. centum Capua eod. tit.* & aliis locis Duaren. *ad h.tit. cap. 2. verſ. Quæritur ergo.*

10 Neque obſtat, *l. vlt. ff. de per. & comm. rei vend.* quæ venditori poſt moram vſuras pretij tantùm concedit, non autem id quod lucrari potuit, veluti ſi negotiator fuit. Etenim iure illo licuit venditori poſt moram ſibi in ſolutione pretij factam certam vſurarum quantitatem exigere, tametſi res pauciores fructus referret. Vnde cùm omnis vſurarum modus nunc ſublatus ſit, & omnino vetita vſura, hoc ius hodie obtinere non poteſt, habendaque erit ratio lucri ceſſantis etiam fauore venditoris, vt damnum, quod ex mora patitur, illi aliqua ratione reſarciatur. Et hac facili via poſt Ioan. de Caſt. quem refert, ſe hac difficili obiectione explicat Merend. *l.6. cap.27. num.12.* Sed quia hæc reſponſio ad res, quæ fructus fuerunt, reſtringere videtur Hermogeniani reſponſum *in d.l. vlt.* qui tamen generaliter loquitur, congruentius iuri ciuili, vt mihi videtur, reſponderi poteſt in ſpecie *d. l. vlt.* non eſſe locum intereſſe lucri ceſſantis, quia neque dies, neque locus additus fuit, quo emptor pretium ſoluere debuit: ſed re ipſa, vel ex interpellatione in mora fuerat conſtitutus, quo caſu in contractibus bonæ fidei, cuiuſmodi eſt emptio, ex iure ciuili poſt moram veniebant vſuræ officio iudicis, vt multis locis dictum eſt *ex l. mora 32. §. in bonæ fidei ff. de vſur.* Aliud verò eſt, cùm pecunia certo loco, vel tempore ſolui debet. Hoc enim caſu venire id quod intereſt ratione lucri, vel damni, quamuis contractus ſit bonæ fidei, certiſſimum eſt *ex d. l.3. ff de in lit. iur. & l.7. ff. de eo quod cert. loc.* & docet Anton. Fumæus *lib. de eo quod inter. c.3. n.36.* & ipſe Cuiac. ad Afric. *tract.3. col.3.* ſubiiciens adiectionem loci, vel temporis iniicere iudici arbitrium æſtimandæ vtilitatis loci vel temporis ſtatuti, nec obſeruati, & ita comperi docere Iácob Renal. *in d. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo cap.6. verſ. & quod quando agitur fol.136.* quem auctorem habui ex bibliotheca Exc. D. Præſidis Caſelerarũ hoc an. 1646. & ita conciliari poſſunt *d.l. vlt. de peri. & cõ. rei vend. cum d.l.2. in fin. de eo quod cert. loc.* quæ maximè pugnare videntur.

Neque mouere debet *d l. ſterilis §. cùm per venditorem ff. de act. empt.* quia ibi de mora facta per venditorem in traditione vini quod vendiderat, & definitum eſt vtilitatem venire, quæ modo circa rem ipſam conſiſtit, vt ſi pretium eius auctum eſt poſt moram creditoris, non venire intereſſe quod eſt extra rem, vt eſt compendium negotiationis, vel damnum, quod emptor in rebus ſuis paſſus eſt, vt ſi eius mancipia, vel oues fame perierint, quia quoties locus eſt intereſſe circa ipſam rem, ceſſat intereſſe, quod eſt extra rem, vt hic definitum eſt. & notãt ſtreng. Zaſ. & alij apud Trentacinq. *var. reſol. l.1. tit. de inter. num.20.* & Caſtr. *in d.l. nummis num.6. & 7. ff. de in lit. iuran.* ne res longius protrahatur contra *d.l.1. C. de ſent. quæ pro eo.* Nos verò quærimus de mora facta per debitorem in ſoluenda pecunia, in qua cùm non ſit locus intereſſe circa rem, quia pecuniæ certa æſtimatio eſt *d.l.3. de in lit. iur. & l.42. ff. de fideiuſſ.* meritò placuit habendam eſſe rationem eius quod intereſt ratione lucri vel damni, vt tradit. Plaut. *in d.l. vn. verſ. etiam ex lucro n.45.* & ijdem auctores docent & Vgol. *de vſur. c 8. §.5. in fin.* & Cyriac. *controu.165. n.25.* 11

Denique nihil obſtat, quod Fachinæus ait nullo iure caueri intereſſe extra rem peti poſſe, quia refellitur manifeſtè *ex d.l.3. ff. de in lit. iuran. & d.l.2. §. vlt. de eo quod cert. loc. & l.13. ff. rem rat. hab.* & aliis. Non puto igitur à communi ſententia recedendum eſſe, quam ſequi videtur idem Cuiac *in d.l. vn. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. & d. tract.3. ad African.* vbi poſtquam docuit actionibus bonæ fidei ineſſe arbitrarias *ex l. 7. de eo quod cert. loc.* ait in eis non tantùm loci, ſed etiam temporis rationem habendam eſſe: & iudicem æſtimare debere vtilitatem actoris, ſi fortè ob non ſolutam ſua die pecuniam maxime traiectitiam in pœnam inciderit, vel amiſerit lucrũ. Dictio enim *maximè*, qua hoc loco vtitur, oſtendit illum idem ſentire in pecunia, quæ non eſt traiectitia, dummodo certo loco, vel die ſoluenda. 12

Ex quibus etiam non placet, quod *ex d. l. vlt. de peric. & comm. rei vend.* reſpondit Syluan. *conſ.10.* venditori, cui mora ſit in ſoluendo pretio, vſuras pretij ſolum deberi pro modo, & ratione fructuũ rei venditæ, non autem id quod intereſt ratione lucri, quod mora non facta conſecutus fuiſſet, tametſi Syluan. ſequantur Molin. *in diſp.368. num.9 & 21.* Franc. de Cald. *lib. de empt. & vendit. cap.23. num.28. & cap.29. num.48.* & Alphonſ. Narbon. *ad ll. Hiſpan. tit. de camb. & campſ. l.15. gloſ. vlt. n.31.* vbi ait hoc eſſe notatu dignißimum. Quibus accedere videtur Trentacinq. *loc. cit. num.25.* vbi generaliter conſtituit, 13
† quod aut ratione moræ poteſt creditor petere vſuras, vt eſt *in l. curabit. C. de act. empt. & l. Iulianus §. ex vendito ff. eod.* 14
& tunc intereſſe venit ratione fructuum, quia non eſt, æquum, vt emptor fruatur re empta, & pretium rei retineat: ideoque cùm poſſit venditor agere ad vnum intereſſe legibus introductum videlicet ad vſuras pretij, non poſſe agere ad aliud intereſſe extra rem, quale eſt intereſſe lucri ceſſantis, quamuis eſſet ſolitus mercari. Aut non venit illud intereſſe vſurarium, veluti cum quis creditor eſt ex mutuo, vel alio contractu ſtricti iuris, & hoc caſu poſt moram venire intereſſe extrinſecum, & lucrum ceſſans, & ita ſentire Bart. multis locis, & Syluanum *in d. conſ.10. n.24.*

Hæc tamen mihi non placent, vt dixi. Nam poſt veram, 15
& regularem moram in pretio ſoluendo factam contra emptorem venire id quod venditoris intereſt ratione lucri ceſſantis, vel damni ſcribit Cagnol. *in d. leg. curabit numero 30.* Couarr. *variar. lib. 3. cap.4. num. 1. & 5.* Plot. *de in lit. iuran. §. 11. num. 21.* & aliis auctoribus citatis Barboſ. *in l.5. n.25. & 28. ff. ſol. matrim.* Fernand. Vaſq. *d. cap. 60. num.22.* Roder. *in d. quæſt. num.94. & num.100.* Rot. Genuenſ. *in dec.194. in fin.* Franc. Burſat. aduerſus Syluanum *in conſ. 68. num.5. & 6.* & ipſe Trentac. *loc. cit. num.20.* vbi refert hanc eſſe communem ſententiam, quam Theologi etiam ſequuntur, vt conſtat ex Leßio *de inſtit. & iur. lib.2. cap.21. num. 110.* Salon. *de iuſt. & iur. quæſt.78. art.2. contr.9. num.9.* & Vgolin. *de vſur. cap.39. §. 1. n. 4.* vbi ait hoc dubitationem non habere. Et probatur apertiſſimè *ex d. l. 1. Cod. de ſent. quæ pro eo quod inter.* quæ in actione venditi locum habet, vt conſtat illis verbis, *veluti in venditionibus*, & procedit tam in lucro, quàm in damno.

Et ſanè hæc ſententia omnino retinenda eſt, ſi emptor ad diem pretium ſoluere promittat ſub refectione omnium 16
damnorum,

damnorum, & intereſſe, vt eſt vſitatum, quia hoc caſu quicquid tentet Syluan. *loc.cit. num.*44. *&* 45. veriſſimum eſt emptorem teneri ad id quod intereſt ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, quod venditor ob illius moram verè patitur, quia cùm hæc conuentio nihil illicitum contineat, & nulla lege prohibeatur, conſequens eſt ſeruandam eſſe *l.*1.*ff.de pact.l.*1.*ff.de conſtit. pecun.l.*24. *de reg. iur.* Rebuff. *in d.l.vn.in verbo dupli, num.*72.& in ſpecie Franciſc. de Cald. *loc.cit.n.*28.& Burſat.*in d.conſ.*68.*num.*5.

17 Præterea inter omnes conſtat ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis licitum eſſe merces carius vendere ob dilatam ſolutionem pretij, modo admoneatur emptor ex hac cauſa pretium augeri. Ita enim Theologi docent Conrad. Hadrian. Caietan. Medic. Nauarr. Leſſ. & alij apud Salas *lib. de empt.dub.*30.*num.*1.*&* 3.inter quos ipſe Molin.*in diſp.*355. *num.*4. Binsfeld.*in c.in ciuitate.quæſt.*3.*in fin.de vſur.* Malder. *d. tract.*5.*cap.*2.*dub.*11.*verſ.dico ſecundo.*Roderic.*in d.q.*7.*num.*39. & Vgolin.*d.lib.de vſur.cap.*39. §.1. *num.*4. cùm ergo liceat ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis ab initio augere pretia rerum, quæ venduntur habita fide de pretio, nihil vetat venditorem ſtipulari intereſſe lucri, vel damni, ſi fortè emptor ad diem pretium non ſoluerit, vt fieri ſolet.

18 Neque mouet, quod Syluanus ait promiſſionem hanc accipiendam eſſe de damnis, & intereſſe, ad quæ emptor tenebatur ex natura contractus, & proinde ad vſuras tantùm pro modo,& ratione fructuum iuxta *l. curabit. C.de act.empt.* quia quæſtio eſſet voluntatis, non iuris: & ideo quando expreſſum eſt nominatim, vt poſt moram teneatur ad id quod intereſt, ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, certum eſt huiuſmodi intereſſe deberi: nihil enim vetat à natura contractus ex pacto & conuentione recedere *d. l.*1. *§.ſæpe euenit.ff.depoſ.& dict.l.*24. *& l.ſemper.*36. *de reg. iur.* Cardinal. Mantic.*de tac.& ambig. lib.*1.*tit.*13.*num.*10. & in ſpecie Franciſc.de Cald.*loc.cit.num.*28. & admittit ipſe Syluan. *in d. con-*
19 *ſil.*10.*num.*45.† Sed in contractibus, in quibus contrahentes conueniunt promiſſa ſeruare ſub refectione damnorum, & intereſſe, vt in ſpecie Syluani, potius intelligitur mens contrahentium fuiſſe, vt emptor poſt moram teneatur ad id omne quod venditoris intereſt, ſiue in lucro, ſiue in damno iuxta *l. vn. C. de ſent. quæ pro eo*, tum quia vulgaris hæc clauſula hoc ſenſu inter contrahentes accipitur, & in venditionibus rerum, quæ nullos fructus ferunt,& in aliis contractibus iiſdem verbis adhiberi ſolet, vt valde improbabile ſit eos ad naturam contractus reſpexiſſe, de qua in his terminis ne cogitaſſe quidem mihi videntur. Et quicquid ſit in ſpecie Syluani certum eſt contrahentes ſenſiſſe de intereſſe lucri ceſſantis & damni emergentis, quia vt ipſe initio refert, inter emptorem, & venditorem conuenerat ab initio de certa quantitate præſtanda ad rationem lucri, quod venditor, qui merces comparare conſueuerat, facere potuiſſe, & excedebat rationem fructuum. Quamobrem puto Syluanum malè reſpondiſſe, & in ea ſpecie venditorem rectè agere ad intereſſe lucri ceſſantis vel damni emergentis, licet excedat rationem fructuum, dummodo vere eius interſit, & illud probet legitimis modis, vt in terminis aduerſus Syluanum reſpondit Burſat. *in d. conſ.*68. quem etiam reprehendit Cyriac.*loc.cit.* quicquid ſit, cùm nihil conuentum eſt de intereſſe poſt moram præſtando, in qua ſpecie loquuntur Molin.*in d.diſp.*368.*n.*22.& Franciſc. de Cald. *loc. cit.*quod tetigi *n.*10.& alio loco tractandum eſt.

20 Ex his etiam non ſemper recipiendum eſt, quod reſoluit Trentacinq.*loc.cit.* nimirum creditorem pretij, qui poteſt agere ad vnum intereſſe legibus introductum, vt loquitur, veluti ad vſuras pretij non ſoluti *ex d.l.curabit.* non poſſe agere ad intereſſe lucri ceſſantis; quia hoc primum admittendum non eſt, quando nominatim inter partes conuenit, vt non ſoluto pretio emptor poſt moram præſtet, & refundat quicquid venditoris intereſt ſecundùm ea, quæ proximè di-
21 cta ſunt *n.*18.† Vel ſecundo cùm pretium certo die, vel loco ſolui debuit, neque ſolutum eſt. Hoc enim caſu certiſſimum eſt etiam ex iure ciuili venire intereſſe extra rem, id eſt lucri ceſſantis & damni emergentis, vt conſtat *ex d.l.*3.*de in lit. iuran.d.l.*2.*§.vlt.& l.*7.*ff.de eo quod cert.loc.* Renald. *loc. cit. fol.* 137.*&* 138.Anton.Fumæ.*in d.cap.*3.*n.*36.Cuiac.*in d. tract.*3. *ad African.*& Anton.Fab.*de error. pragm.dec.*91. *cap.*1. *& con-*
*iect.lib.*15.*cap.*3.†.Denique non videtur recipiendum, ſi mora 22
regularis contracta ſit hoc enim caſu receptum eſt, & damni & lucri ceſſantis rationem habendam eſſe, vt docere Bartolum, Iaſ. Rebub.& alios communiter *in d.l.vn.*refert ipſe Trentacinq.*loc.cit.num.*20.*verſ.aut contrahitur*, *& num.* 29 & alij docent, quos recenſui *num.*25.& Merend.*in d.cap.*27.*n.*9. tametſi huic ſententiæ valde obſtet *d.l.vlt.de peric.& comm.rei vend.*niſi de ea mora id accipiamus, quæ contrahitur per lapſum diei, vt dictum eſt,& dixi *q.*96.*n.*37.

Denique ſi venditor non poſſet agere poſt moram ad intereſſe lucri, vel damni ex eo quod ei per leges vſuras capere licet *d.l.vlt.& l.curabit.C.de act. empt.* ſequeretur maritum, qui ſuſtinet onera matrimonij, non poſſe poſt moram agere ad id quod intereſt ratione huius lucri, vel damni, quia dotis vſuras petere poteſt *ex cap.ſalubriter.de vſur.& l in inſulam. §. vſuras. ff.ſolut. matrim.* & tamen receptum eſt marito, cui mora fit in ſolutione dotis, competere actionem ad id omne quod ſua intereſt ratione lucri ceſſantis, vel damni, quod in rebus ſuis ſuſtinuit ob culpam debitoris, licèt excedat onera matrimonij, vt aliis creditoribus conceſſum eſt, dummodo verè illius interſit. Ita enim docent Plot.*de in lit.iuran.§.*11. *num.*21. Ioan. Bapt. Lup. *comment.*4. *n.*14.& alij, quos recenſui *q.*28 *in fin.*inter quos Trentacinq. *lib.*3.*tit.de iur.dot.cap.*6.*num.*1.*verſ.ſecunda eſt.*Mart. Medic. *d. deciſ.*14.*num.*7.*&* 8. vbi refert hanc communem eſſe ſententiam, neque difficultatem pati, ne ſcilicet maritus deterioris conditionis ſit quàm cæteri creditores, quibus id conceſſum eſt concurrentibus, vt loquitur, debitis requiſitis. 23

Præterea quod initio dixi intereſſe deberi, ex quacunque cauſa pecunia debeatur, temperandum eſſe videtur, cum quis ex ſua liberalitate conuenitur, vt notat Roderic. *in d. quæſt.*7.*num.*26.& indicat *l.*22.*de donat.*in qua dicatur *id ſummæ æquitatis eſſe*, *& l.* 16. *ff.de vſur.* quæ ait. *liberalitatis vſuræ non exiguntur.* quod & in Baſilicis ſcriptum eſt *lib.*47.*tit.*1.hac ratione addita, *quia donatio non eſt ex bonæ fidei contractibus.* quæ ratio licet in ſe vera ſit,& relata *in d.l.*22.*ff.de donat* non ſatis congrua mihi eſſe videtur, ſed hoc priuilegium eſſe datum iis, qui ex liberalitate conueniuntur, cum quibus ſcilicet mitius agendum eſt *l.Diuus Pius, de reg.iur.l.inter.*19. *§.is quoque.ff.de re indic.& l.ſi extraneus.*33.*ff.de iur.dot.* Indignum enim videtur præcipitare, & vſuris opprimere eos, qui ex cauſa donationis conueniuntur. Niſi forte certo die, vel loco donans promittat tradere ſub refectione damnorum, & intereſſe vt promiſſionibus addi ſolet, & præſertim ſi iuramentum acceſſerit vt etiam vſitatum eſt. Tunc enim promiſſum præſtare cogendus eſt ſi commodi poteſt. 24

Sanè hæredes donatoris, ſi moram fecerint in liberalitate defuncti præſtanda, ad id quod creditoris intereſt conueniri poſſe certiſſimum puto *ex l.*17. *in fin. ff.de vſur. & l.*9. *de operib publ.& arg.l.*1.*&* 4.*ff.de vſur.& fruct.legat.& l.is qui.* 26. *de leg.*3.quæ ait poſt moram in fideicommiſſi reſtitutione facta omne damnum fideicommiſſario præſtandum eſſe. Neque enim hæredes ex propria liberalitate conueniuntur, ſed 25
defuncti, Inſtit.*de leg. in princ.*† Vt etiam dicimus benefi- 26
cium conceſſum iis, qui ex donatione conueniuntur, vt ſcilicet in id tantùm condemnentur, quod facere poſſunt, vt conſtat *ex d.l.*28.*de reg.iur.& l.inter.*19.*de re indic.*non tranſire in hæredes, quia perſonale eſt, & cum perſona extinguitur, vt ſcripſit Dec.*in d.l.*28.*num.*6.Ioan.Bapt.Coſta *de remed. ſubſid.c.*28.*n.*8.& definitum eſt *in l.*14.*ff.ſolut. matrim. & l.*25. *ff.de re indic.* vbi id Duarenus notat excipiens filios mariti ex eodem matrimonio ſuſceptos *ex l.etiam.*18.*in princ.d.tit.ſolut. matrim* quod etiam tradunt Anchar.*in conſ.*411. *n.*1. Brun.*in tract.ceſſion.bonor.part.*4.*q.*26 *n.*2.Surd.*de alim.tit.*1. *q.*78. *n.*37. & Barboſ.*in l.maritum.n.*79.*eod.tit.* vbi notat hoc priuilegium filiis ex alia vxore ſuſceptis non competere.

Ex quibus non placet, quod ſcripſit Afflict. *in deciſ.* 291. 27
quod tamen placuit Peregrino *in tract.de iur.fiſc.lib.tit.*7.*n.*33. *& conſ.*100.*num.*34.*lib.*1. nimirùm hæredes mariti non teneri ad intereſſe lucri dotalis, quod ex conſuetudine, vel pacto defertur vxori poſt mortem viri, & ad intereſſe donationis propter nuptias, quia verius eſt hæredes poſt moram rectè

conueniri ad id quod intereſt mulieris vel viri non minus quàm ad intereſſe dotis, vt ſentiunt Capic.*deciſ.*65.*in fin.* Grammat.*in dec.*105.*n.*58. Piſanel.& Vrſill.ad Afflict.*in d. deciſ.*291. *n.* 4. vbi referunt ſacrum Concilium contra Afflicti ſententiam paſſim iudicare. His conſentiunt Theſaur. *in deciſ.*45. *n.* 4. vbi refert re melius diſcuſſa contra priorem ſententiam Senatum iudicaſſe, vt vſuræ etiam pro augmento dotis deberentur. Andr. Molfeſ. *ad conſuet. Neapolit. par.*7.*q.*12. *num.*6.*&* 7 Roderic.*in d.q.*7.*num.*54.& Fontan.*de pact.nuptia-lib.clauſ.*7.*gloſ.*3. *par.*14. *num.*16. & cenſuit Rota in quadam Romana fructuum coram Merlino inter collect. Farin. *deciſ.* 259.*p.*1. Caſtill *dec.*61.*num.*26.& alij ſanè plurimi, quos refert Anton. de Amat. *reſol.* 49. *num.* 99. & poſt omnes idem

28 Fontan.*in deciſ.*205. *num.*18. † Cuius rei ratio eſt, quia huiuſmodi donatio non eſt mera, & ſimplex donatio, ſed potius videtur mulier eam habere titulo oneroſo, & veluti præmium amiſſæ pudicitiæ *l.res vxoris.C.de donat.inter vir. & vxor.* per quam id notant Vrſill. & Roderic. *locis citatis* vel quod magis placet, quia non debetur ex liberalitate, ſed propter dotem, & in præmium dotis, denique ex contractu, cui ineſt negotium aliquod *l. vlt. C. de donat.ante, vel propt. nupt.*& rectè explicat Cuiac.*ad hunc. tit.* & proinde hæredes teneri ad id quod mulieris intereſt, ſi in huiuſmodi liberalitate, vel lucro præſtando moram fecerint. Ex quibus etiam conſequens eſt errare Peregrinum *in d. conſ.*100. *n.* 35. dum ait huiuſmodi lucrum acceſſionem eſſe, quia verius eſt illud ex contractu, & principaliter deberi, & proinde legitimas acceſſiones recipere, vt de lucro ſocietatis definitum eſt *in l. ſocium.* 60. *ff. pro ſoc.* & conſtat apertiſſimè *ex nou. de non elig.ſecun. nub.cap.*4.*verſ.ſi autem.* vbi conſtitutum eſt mulieri ex hac cauſa deberi vſuras vſque ad tertiam centeſimæ, quod argumentum eſt acceſſionem non eſſe.

29 His conſequenter dicendum eſt malè reſpondiſſe Cornel. *in.conſ.*240 *lib.* 3. nimirum maritis, qui ſuſtinent onera matrimonij, vſuras pro augmento dotis non deberi: verius enim eſt etiam pro augmento dotis admittendas eſſe, quia non minus oneribus matrimonij ſeruire debet, & ita rectiſſime aduerſus Corneum docet Surd. *in d. queſt.* 42. *num.*76. Ita etiam aduerſus Corneum Pariſ.*in conſ.*126.*num.*18. *&* 19. cuius non meminit Surdus, & cenſuit Senatus apud Theſaur.*in d.dec.*45.*in fin.*

30 Sanè cùm dico hæredes teneri poſt moram ad id quod intereſt pro lucro, & augmento dotis, vel donationis propter nuptias, non dico teneri ad vſuras, cum nihil mulieris intereſt, vt vnus notat Molfeſ.*in d.queſt.*12.*num.*3. non enim probo conſuetudines illas, quæ quid annuum viduis decernunt, dum dos, vel lucrum dotis, vel donatio propter nuptias retinetur, cum vere nihil earum intereſt: & ita intelligo Grammat. Vrſill. & Molfeſium *loco citato* niſi enim vere interſit ex facto, & mora hæredum, nihil vltra ſortem capere licet, vt in reliquis cauſis, quicquid Theſaurus noſter, & ſcriptores Neapolitani ſentire videantur, niſi fortaſſe titulo alimentorum ſecundum ea, quæ diximus *queſt.* 30.

31 *num.*41.*&* 48.† Vel niſi lucrum illud aut donatio res fructiferas contineret, vt fere ſunt prædia vrbana, & ruſtica, quia hoc caſu certum eſt hæredes poſt moram in huiuſmodi rebus tradendis teneri ad id quod viri, vel mulieris intereſt pro ratione fructuum, quos ex illis rebus percipere potuiſſet, vt indicat d.nouell.*de non elig.ſecun. nub.cit.c.*2 *in princ.*& oſtendi poteſt *ex l.cum fundus.*31.*in princ. ff.ſi cert.pet.* quæ ait hoc caſu *omnem cauſam reſtituendam eſſe*, id eſt, id omne, quod habiturus eſſet actor, ſi mora ei facta non fuiſſet idem conſtat *ex l.ſi fundum* 114 *de verb oblig.& ex l.*1.*ff.de act.empt. & d.l.*26.*de leg.*3. vbi Paulus ait, omne damnum præſtandum eſſe: & quod dicitur *in d.nouell* 2.*cap.*4. huiuſmodi lucri obnuptialis, ſi in pecunia conſiſtat, vſuras vſque ad tertiam centeſimæ mulieri præſtandas eſſe, abrogatum eſt.

32 Denique quod dixi eum, qui ex donatione conuenitur, non teneri ad id quod intereſt, non puto in eo admittendam eſſe, qui ex liberalitate dotem mulieri conſtituit. Nam & is poſt moram in vſuras dotis tenetur marito, qui ſuſtinet onera matrimonij. Nam ſi agrum, vel domum interim pignori dediſſet, non cogitur maritus imputare fructus in ſortem *cap. ſalubriter. de vſur.* quod in extraneo promiſſore dotis locum habet, vt aduerſus Fortunium docet Molin. *diſp.* 321. *num.*5. Aluar. Valaſc.*conſ.*8.*num.*2. Roderic.*d.queſt.*7. *num.*52. Gratian. *diſcept.lib.*4.*cap.*759.*num.*19. & Fontan.*de pact.nupt. clauſ.*5.*gloſ.*8.*p.*15.*num.*16. & alij ſanè plurimi apud Anton. de Amat.*reſol.*43.*in princ.*& nos diximus *queſt.* 28. *num.*45. † 33

Atque etiam quia licet reſpectu mulieris, cui dos acquiritur, hæc ſit donatio *l. ſi extraneus.* 33. *ff. de iur. dot. l. vlt.* §.1.*ff.quæ in fraud credit.* non eſt tamen donatio reſpectu viri, qui propter dotem onera matrimonij ſuſtinere cogitur *l. pro onerib.C.eod tit.& l.Naſennius.*41.*ff.de re iudic. l.*8. §. 3. *ff.quib. mod.pign.* Cyriac.*cont.*456. *num.*16. † Et proinde quod attinet 34 ad maritum, cauſa dotis oneroſa intelligitur non lucratiua *Lex promiſſione* 19. *ff.de oblig.& act.* vbi maritus dicitur quaſi emptor, aut creditor, *& l.vlt* §.1.*ff.quæ in fraud.cred.*& notant Duaren.*in d l Naſennius.* Peregr.*in dec.*93.*num.*2. Anton. Fab. *C.de vſur. defin.*8.*in alleg.num.*7. & alij plurimi apud eundem Antonin.*loc.cit.num* 2.& Cuiac.*in d.l.ex promiſſione,* vbi notat ex Plauto in magnis dotibus multas eſſe incommoditates, ſumptúſque intolerabiles.† Quamobrem licet is, qui dotem 35 ex donatione promiſit, in id tantum quod facere poteſt, condemnandus ſit *ex d.l.Diuus Pius* 28.*de reg.iur & d. l. ſi extraneus*, id tamen accipiendum eſt, ſi conueniatur à muliere. Nam maritus agere poteſt in ſolidum, cum dotem ſibi promiſſam petat ex contractu oneroſo non lucratiuo, vt conſtat *ex d.l. Naſennius. de re iudic.* vbi id Duaren. & Cuiacius notant, & rurſus *in d.l.*19. *ff.de oblig. act.* Molin.*diſp.*425. *n* 10. & aliis relatis Marius Iurb. *ad conſuet. Meſſan. cap.* 3. *gloſ.*7. *part.*1. *num.*97. † Quod etiam ex eo patet, quia ſi quis pro- 36 mittat marito ex cauſa dotis quantitatem aliquam, quam putabat ſe debere ſponſæ, ſecuto matrimonio non poteſt ſe exceptione tueri aduerſus maritum, quod ſcilicet indebitum promiſerit *l.*9.*in fin. ff. de condict. cauſ. dat.* Bart.*in l.vlt. §.ſi à ſocero. ff. quæ in fraud. credit.* quæ ait maritum decipiendum non eſſe, & Peregr.*in d.dec.*93.*num.*1. Quod etiam tradit Bald.*in d. l.*9. *num.*3. *ff. de condict. cauſ. dat.* vbi tradit id etiam verum eſſe in lucro dotis, cuius cauſa inquit merè lucratiua non eſt, cùm ſit annexum oneribus matrimonij, hinc etiam ſubiicies maritum, cui dos promiſſa non ſoluitur, non poſſe vxorem ad ſuos remittere, quod tamen inquit rari, & non niſi miſeri faciunt:& in mea ſententia marito non licet. Nam quicquid alij ſentiant, honeſtius, & noſtræ fidei congruentius eſt cohærere vxori ſuæ, eámque in obſequio domi retinere, & aduerſus promiſſorem dotis in iudicio experiri.

Sanè illud certum eſt intereſſe in caſibus, in quibus de- 37 betur, quantumcunque illud ſit, licite peti, & exigi poſſe, vt conſtat *ex d. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo. & l.* 13. *ff. rem rat. haber.* illis verbis *quantum mihi abeſt, quantumque lucrari potuit & l.*3.*de in lit.iur.* Neque enim modus, qui datus eſt vſuris *in l.eos.Cod.hoc tit.* pertinet ad id quod intereſt, quia cum quatenus cuiuſque intereſt in facto conſiſtat *l.quatenus.de reg. iur.* nulla lege poterat commodè definiri, quid & quantum cuiuſque intereſſet: ideoque cum naturali quadam ratione æquum videatur, vt is qui cauſam damni dat, vel amiſſionis lucri, illud refundat, nullis legibus, vel finibus conſtringi potuit, vel debuit. Quod tamen in vſuris facilè fieri potuit, cùm nullo iure deberentur, ſed ex conuentione, vel mora. Et proinde intereſſe in actionibus in quibus debetur, venire vltra legitimum modum vſurarum certiſſimum, ex tum dictis iuribus, tum *ex d. l.* §. *vlt. ff.de eo quod cert.loc.* vbi Iuriſconſultus ait. *In hanc arbitrariam veniet quod interfuit, & quidem vltra legitimum modum vſurarum.* & obſerua quod ait, *& quidem*, quaſi dicat nullam huius rei dubitationem eſſe, nempe id quod intereſt vſurarum modum non ſeruare. Quod comperi docuiſſe Bologn. *in d. l.vnic.num.*25. Plant.*in princ.d.l.num.*40. Roderic.*de ann.redit. lib.*3.*q.*4.*num.*84 Iacob.de Graff.*lib.*2.*c.*105.*n.*24. *&* 25. Card. Tuſc.*lit.I concl.*309.*n.*4. & Matt.Medic. *in d.deciſ.*14.*num.*33. † Quod tamen accipiendum eſt eum moderamine *d. l. vn.* vt 38 ſcilicet in caſibus certis id quod intereſt, duplum excedere non poſſit, vt notant Plaut. & Medic. *loc. cit.* & omiſſis aliis Seraph.*in deciſ.*186. *in fin.* & tractatum eſt infr. *q.*91. tametſi Theologi in interno foro aliud ſentiant, vt diximus *d. q.*91. *in fin.* Nobis ſanè mandatum eſt ſecundum leges iudicare.

QVÆST.

QVÆSTIO LXXII.

An liceat de certa quantitate ab initio paciſci pro eo quod intereſt.

SVMMARIA

1 *Quæ in facto conſiſtunt, non poſſunt certa lege definiri.*
2 *Intereſſe in facto conſiſtit.*
Et pro varietate factorum æſtimandum eſt arbitrio iudicis.
3 *Taxatio certæ quantitatis intereſſe ab initio eſt illicita.*
4 *Pactum de ſucceſſiuo intereſſe præſtando nihil differt ab ſtipulatione vſurarum.*
5 *Creditor poteſt ab initio paciſci de certo intereſſe damni emergentis, quod vere patitur.*
6 *Cenſum non redimens, vt amico opem præſtet, poteſt damnum emergens ſtipulari.*
Daui Teremiani ſententia.
7 *Creditor ex officio ſuo damnum pati non debet.*
8 *Pactum de certo lucro veriſimili ſuſtinetur, dummodo poſtea probetur.*
9 *Æſtimatio intereſſe certi ab initio cur prohibita.*
10 *Aſſertionibus partium etiam iuramento interueniente in materia ſuſpecta non ſtatur.*
11 *Intereſſe vere probato ceſſat omnis fraudis ſuſpicio.*
12 *Conuentio de certo intereſſe vtilis debitori.*
13 *Lucrum ceſſans incertum eſt, & multis modis impediri poteſt.*
14 *Lucrum ceſſans interdum certum eſt.*
15 *Incerta æſtimari poſſunt arbitrio boni viri.*
16 *Fructus licet incerti, certo pretio vendi poſſunt.*
Suſceptio periculi æſtimari poteſt.
17 *Lucrum incertum ſocietatis vendi poteſt certo pretio.*
18 *Euentus dubius æſtimari poteſt.*
19 *Spes quaſi alea vendi, & emi poteſt.*
20 *Litis euentus dubius.*
Qui litigant experiuntur iurgandi fortunam.
21 *Hominis vita incerta.*
Hominis vita aleæ ludus.
22 *Pij V. conſtitutio. quæ vetat in cambiis de certa lucri quantitate paciſci, ad mutui dationes non pertinet.*
23 *Conuentio de intereſſe præſtando, dum differtur ſolutio, non eſt illicita.*
Creditor non minus ante moram, quam poſt moram ſuæ indemnitati conſulere poteſt.
24 *Gaſparis Roderici ratio quædam reiicitur.*
25 *Stipulatio eius quod intereſt non repugnat naturæ mutui.*
26 *Lucrum ceſſans ab initio exigi non poteſt, & ſi quid exigitur, minuit ſortem.*
27 *Argumentum ab vſuris ad id quod intereſt recipitur,* & num. 30.
28 *Creditor ſi minus probet, quam conuenit, an nihil omnino conſequi poſſit pro eo quod intereſt.*
Ludouici Peguera hac de re ſententia in dec. 33.
29 *Conuentio de certo intereſſe ſuſtinetur vſque ad eam quantitatem, quæ vere intereſt.*
Vſura etiam in nummo vno prohibita.
30 *Leges fœnebres quatenus hodie retineri poſſint.*
31 *Taxatio certi intereſſe non reddit contractum illicitum, ſi ea creditor nolit vti.*
32 *Conuentio de certo veriſimili intereſſe valet, etiamſi nullum lucrum, vel damnum inde ſequatur.*
33 *Alea venditio valet licet nihil incidat.*
34 *Quantitas natura ſua recipit diuiſionem.*
35 *Vtile per inutile non vitiatur.*
36 *Taxatio maioris quantitatis pro eo quod intereſt, non eſt contra mutui ſubſtantiam.*
37 *Conuentio de certo intereſſe ſuſtinetur, quatenus poſtea vere probetur.*
38 *Ludouici Peguer. ſententia in ſtipulationibus vſurarum recipi poteſt.*
39 *Niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat.*
40 *Intereſſe non niſi ex mora, vel conuentione peti poteſt.*
41 *Vſura, & id quod intereſt longe differunt.*
42 *Edictum Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ declaratur.*
43 *Præfatio diſpoſitionem declarat, & reſtringit.*
44 *Id quod intereſt tam ad damnum quam ad lucrum pertinet.*
45 *Lucri amiſſio damnum eſt.*
46 *Pœna ſtipulatio in caſum moræ reducitur ad id quod intereſt.*
47 *In æſtimando eo quod intereſt, res ad mediocrem ſummam deduci debet.*

CVM regula iuris ſit ea, quæ in facto conſiſtunt, & quæ magis facti ſunt, quàm iuris, nulla certa lege, aut conſtitutione comprehendi, aut definiri poſſe, quæ deducitur *ex l. Naſennius, 34. de neg. geſt. l. Lucius, ff. mand. l. Mania, §. pen. ff. de ann. leg. l. mora, 32. in princ. ff. de vſur. l. 3. §. 1. ff. de teſtib.* aliiſque plurimis. † Et certum ſit id quod 2 intereſt in facto non in iure conſiſtere ex vulgariſſima *leg. quatenus, de reg. iur.* & pendere ex circunſtantiis rerum, & perſonarum, quæ variæ & incertæ ſunt, ita vt modo plus, modo minus interſit. Et interdum etiam nihil, vt dixi ſæpiſſimè *ex l. 13. ff. de re iudic. & l. 112. §. vlt. de verb. obligat.* non videtur id quod intereſt certis finibus concludi, & definiri commodè poſſe, ſed pro varietate rerum, & factorum, & ex euentu negotiorum variè æſtimandum eſſe, vt indicat *l. 1. Cod. de ſent. quæ pro eo quod inter.* arbitrio ſcilicet iudicis *l. 1. §. in hoc interdicto, ff. quod vi aut clam.* & Cuiacius docet *in d. l. 1. & in l. quatenus, de reg. iur.* Camill. Plaut. *in præfat. d. l. 1. Cod. de ſentem. quæ pro eo. num.* 30. Menoch. *de arbitr. caſ.* 119. *num.* 10. *& caſ.* 120. *num.* 2. & Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *q.* 4. *n.* 87. 1

His conſequenter non immeritò receptum eſſe videtur 3 taxationem certæ quantitatis pro eo quod intereſt ab initio præſertim in mutui datione illicitam eſſe. Ita enim Innocent. *in cap. nauiganti, de vſur.* quem cæteri fere ſequuntur, vt Dec. *in conſ.* 111. *num.* 5. Ambroſ. de Vign. *in cap. ſalubriter, de vſur. num.* 10. Natt. *in conſ.* 417. *num.* 1. Purpur. *in l. rogaſti, §. ſi tibi, n.* 39. & multis ſequentibus Syluan. *in conſ.* 10. *num.* 1. & alij apud Cæſar. de Graſſ. *in deciſ.* 1. *n.* 2. *de vſur.* quia in huiuſmodi taxatione certa, & vniformi videtur haberi reſpectus ad quantitatem debitam, non autem ad intereſſe, quod varium, & incertum eſſe ſolet *l.* 11. *de re iudic. d. l.* 112. *§. vlt. ff. de verb. oblig.* Cuiac. *ad l. vn. C. de ſent. quæ pro eo.* † & pactio de ſucceſſiuo intereſſe pro ratione ſortis, & pecuniæ creditæ præſtando nihil differt ab aperta ſtipulatione vſuratum, & proinde contractus illicitus eſt, & vſurarius ſecundum Roman. *in conſ.* 250. *num.* 8. Natta *in conſ.* 417. *num.* 3. Cæſar. de Graſſ. *in d. deciſ.* 1. *num.* 2. *tit. de vſur.* Peguer. *in deciſ.* 33. *n.* 6. *&* 7. Riminald. iun. *in conſ.* 218. *n.* 92. Bimius *tot. conſ.* 137. Peregrin. *conſ.* 85. *num.* 10. *&* 14. *lib.* 3. Maſcard. *de probat. concl.* 934. *num.* 25. *&* 26. & Rota apud Farin. *in dec.* 325. *num.* 1. *part.* 2. denique Matt. *vot.* 165. *n.* 1. *&* 3. quod videtur receptum eſſe, vt obuiam eatur fraudibus, cùm facilè poſſit mercator, aut alius quilibet fingere ſe iturum ad nundinas ocreis & calcaribus ſumptis, & iam inſtructo equo ad iter faciendum, & hoc prætextu aliquid vltra ſortem ſtipulari, vt expendunt Dec. Cagnol. & alij quidam apud Rot. inter coll. Farin. *deciſ.* 372. *num.* 4. coram R. D. Vbaldo. *part.* 3. & præſertim Grat. *in conſ.* 49. *num.* 10. *lib.* 2. † Et nihilominùs ab initio licitum eſſe puto paciſci 5 de certo intereſſe damni emergentis, quod verè creditor ob mutuum paſſurus eſt, ita enim aduerſus Innoc. & Sotum diſertiſſimè tradit Nauarr. *in comment. de vſur. num.* 43. *&* 52. & poſt Caiet. & alios plurimos Vgolin. *de vſur. cap.* 8. *§.* 3. *num.* 3. Gail. *lib.* 2. *obſeru.* 5. *num.* 16. Binsfeld. *in cap. conqueſtus, quæſt.* 1. *in fin. de vſur.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 387. *num.* 2. *&* 3. & nouiſſimè Cyriac. *contr.* 526. *num.* 7. *&* 24. & aliis Theologis citatis Salas *in tract. de vſur. dub.* 18. *n.* 2. & ſecundum hanc ſententiam, me patrocinante Delegati iudicarunt pro D. Ioan. Franciſco Villario ad relationem Illuſtriſſ. D. Ioannis de Ruffia Senatoris optimi, & integerrimi; & Sereniſſimus Dux noſter reſpondit Nicienſibus, vt poſt pauca dicam. † Vnde ſi quis pecunias habeat paratas 6 ad redimendum cenſum, nec redimit, vel ad ſoluendum debitum 4

bitum vſuratium, neque ſoluit, vt amico indigenti, & ro-
ganti opem ferat, licitè paciſci poteſt, vt debitor tantun-
dem ſibi refundat, donec ſortem reſtituat, vt docent Didac.
Couarr. variar. lib. 3. num. 7. cap. 4. n. 5. Dec. in d. conſ. 111.
num. 9. & 14. Cranet. in conſ. 189. num. 7. Honded. in conſ. 41.
num. 38. lib. 1. Peregrin. in d. conſ. 85. num. 23. Franciſ. Gar-
zias de contract. c. 11. n. 5. Gaſpar. Anton. Theſaur. quaeſt. 17.
num. 2. lib. 3. Vgolin. loc. cit. Cyriac. controu. 368. num. 16. &
17. & in d. controu. 526. num. 25. & 26. & ita tractatum, &
deciſum in ſacro Auditorio Rotæ Romae. coram D. Da-
maſceno, vt conſtat ex dec. 185. num. 1. & 6. inter recentiſſ.
part. 1. Neque enim hic vſura eſſe poteſt, quia creditor nul-
lum lucrum ex mutuo conſequitur, ſed potius periculo ſe
exponit pecuniæ creditæ amittendæ, & interim ſoluendi
vſuras ſuo creditori, vel reditus ob perfidiam, & egeſta-
tem debitorum. Namque eo res redit, vt nihil accommo-
datius ſit ad amicitias iſtas vulgares diſſoluendas, quàm ſi
alicui pecuniam credas: & verè oone ij ſunt mores, vt ve-
rum ſit, quod Dauus ille Terentianus ait, ſi quis quid red-
7 dit, magna habenda eſt gratia † Et vt ferendus non eſt credi-
tor, ſi plus exigat, vel ſtipuletur, quàm dederit, & patitur,
ita iniquum eſt illum ex ſuo officio damnum pati l. 10. ff.
mand. l. 7. ff. quemad teſt. aper. l. 63. §. quod vero, ff. de furt. quæ
eleganter ait multo æquius eſſe nemini officium ſuum damnoſum
eſſe: & proinde nihil ei obiici poteſt, ſi rebus ſuis conſulens
paciſcatur ſibi damnum refundi, quod ex mutui dationis of-
ficio ſubire cogitur.

8 Præterea æſtimatio certæ quantitatis veriſimilis, & pro-
portionata ad honeſtum lucrum etiam in mutui dationibus
licita eſt, & ſuſtinetur, dummodo creditor poſtea probet tanti
ſua intereſſe ex iuſtis, & legitimis cauſis Bald. in d. l. rogaſti,
§ ſi cert. pet. & Purpur. ibid. n. 39. Alex. in conſ. 200 n. 2. lib. 6.
Alciat. in conſ. 8. in fin. lib. 1. & aliis auctoribus citatis Maſ-
card. loc. cit. num. 30. & cenſuit Rot. die 6. Iunij 1611. inter
quoſdam Genoenſes in dec. 331. n. 15. part. 3. inter collect. Fa-
rin. & rurſus inter eoſdem in dec. 372. num. 8. & 9. Idem ſen-
ſit Nauar. in conſ. 6. tit. de vſur. Binsfeld. in d. cap. conqueſtus
q. 2. concl. 1. Ioan. Gutier. de iuram. confirm. part. 1. c. 2. n. 5.
verſ. imo & à princip. Iacob. Cancer. variar. reſol. lib. 2. cap. 7.
num. 73. Grimaud. de vſur. & contract. pignerat. lib. 1. cap. 8.
num. 3. & 4. & Gratian. d. cap. 387. n. 4. & 5. qui reſpon-
dit in caſu d. dec. 331. & refert hanc eſſe magis communem
opinionem, idémque ſenſit Cyriac. loc. cit. num. 14. & 34.
vbi ait hodie opinionem Hoſtienſis contra Innocentium eſ-
ſe receptiſſimam. Quibus omnibus accedit Alphonſ. Nar-
bon. vir doctus, qui tamen his ſcriptis ad manus meas per-
uenit, ad leges Hiſpan. lib. 5. tit. de camb. & campſorib. l. 15.
gloſ. 4. num. 16. vbi ait hanc taxationem ex vi generalis con-
ſuetudinis apud omnes fere approbatam licitè fieri poſſe:
9 † Et ratio huius rei eſt, quia æſtimatio certæ quantitatis
pro eo quod intereſt, videtur ab initio eſſe prohibita timo-
re fraudis, nimirum ne honeſtum nomen intereſſe prætex-
tus ſit rei nequaquam honeſtæ, ſcilicet vſurarum. Vnde hæc
taxatio prohibita eſt, quatenus ex ea partes vellent proba-
re id quod intereſt, quia in hac re ſuſpecta eſt omnis con-
feſſio, nec in foro ſtatur huiuſmodi aſſertionibus partium,
vt poſt Bald. loc. cit. ſcribit Cagnol. in l. curabit, num. 53. C.
de act. emptor. Natt. in conſ. 490. num. 7. Crau. in conſ. 175.
num. 2 Bim. d. conſ. 147. num. 9. & 10. Rodetic. de ann. red.
lib. 3. quaeſt. 5. num. 40. & quaeſt. 8. num. 12. Colet. de proceſſ.
execut. p. 1. c. 10. num. 122. Marr. d. vot. 16. num. 12. & reſ-
10 pondit inter conſil Farin. Marrius conſ. 15. n. 24. † Etiam-
ſi aſſertioni iuramentum acceſſerit Roman. in conſ. 120. n. 11.
Tiraq lib. de retract. conuent. ad fin. num. 151. Purpurat. in d.
§. ſi tibi, num. 40. & alij congeſti per Roderic. ead. quaeſt. 5.
num. 40. & Maſcard. d. concl. 934. num. 18. Rot. in d. dec. 371.
num. 8. coram D. Vbaldo. Debitor enim qui pecunia indi-
get, & neceſſitate ſtrangulatur, facilè confitetur, quicquid
11 creditor voluerit. † Sed cùm intereſſe aliunde probatur ve-
ris, & legitimis modis, ceſſat omnis ſuſpicio fraudis, &
locus eſt intereſſe verè probato etiam taxato ab initio ex
Bald. Alexand. Purpurat. & aliis adductis in d. dec. 331. n. 3.
Gratian. in d. c. 387. num. 10. & 11. Laderch. in conſ. 70. n. 6.
Surd. in conſ. 377. num. 55. & Rebuff. in repet. d. l. vn. gloſ.
vlt. num. 45. C. de ſent. quæ pro eo, quia inquit hoc caſu præ-
ſumptio cedit veritati l. diuus, ff. de in integr. reſtit. & l. 27.
ff. de probat. nec per hoc detegitur cupiditas illicitè lucran-
di. Quamobrem cùm id totum ex probationibus pendeat,
hæc taxatio non tam illicita videtur, quàm inutilis, & ſu-
perflua, ideóque neque contractum illicitum reddere l. te-
ſtamentum, C. de teſtam. l. non ſolent, ff. de reg. iur. l. ſi ſeruum,
ff. de admin. leg. Cuiac. ad titul. C. de falſ. cauſ. adiect. l. Gail.
d. obſeru. 5. num. 7. & 14. & Rot. in d. dec. 372. num. 9. † Sanè 12
licèt, inutilis ſit hæc taxatio creditori, quia quoad ipſum
habet implicitam conditionem, ſi probetur, fauore tamen
debitoris ſuperflua dici non poteſt, cùm operetur, vt ſi for-
tè id quod intereſt tranſcendat ſummam taxatam, non ta-
men debitor teneatur vltra quam conuentum eſt, vt docet
Plautius in d. l. vn. Cod. de ſent. quæ pro eo, verſ. dupli quanti-
tatem, num. 36. & Bertazz. conſ. 527. num. 12. lib. 2. reſp. cri-
min. ex quo multo magis ſuſtineri poteſt contractus, in quo
certa quantitas eius quod intereſt in pactum deducitur, ſi-
quidem hæc æſtimatio potius fauorem debitoris, quàm cre-
ditoris contineat, vt eleganter diſſerit Rot. in d. deciſ. 331.
num. 4. & deciſ. 372. num. 9. & rurſus apud eund. Farinac.
part. 1. deciſ. 892. n. 3. quas refert, & probat Sigiſmond. Scacc.
de comm. §. 1. quaeſt. 7. ampl. 8. n. 4. & 24. & ſentiunt Plaut. &
Bertazzol. loc. cit.

Sed contra hanc ſententiam valide obiicitur intereſſe lu- 13
cri ceſſantis incertum eſſe, & multis modis impediri: imo
interdum negotiationes in damno eſſe: pro eo autem quod
incertum eſt, certum aliquid paciſci, & exigere iniuſtum
eſt, & ideo licet certi iuris ſit ſub incerta quantitate lucrum
ceſſans in pactum poſſe deduci etiam ab initio, & pendente
dilatione ad ſoluendum, vt ait Couarr. in d. cap. 4. num. 5.
in fin. Honded. in conſ. 41. num. 37. lib. 2. & alij apud Cyriac.
in d. contron. 526. num. 13. tamen certam annuam ſucceſſi-
uam quantitatem pro eo quod intereſt ſtipulari illicitum eſ-
ſe videtur, nec differre ab illicita vſurarum ſtipulatione.
† Sed reſpondeo primò lucrum interdum certum eſſe, vt 14
cùm quis paratam habet pecuniam ad emendos reditus an-
nuos, qui venales ſunt, nec emit, vt amico indigenti, &
mutuum roganti morem gerat. Hoc enim caſu creditor li-
citè paciſci poteſt, vt mutuatarius, vltra ſortem totum il-
lud refundat, quod ex cenſibus percepiſſet, vt rectè tradunt
Alphonſ. Villag. in lib. de vſur. quaeſt. 18. num. 29. & 30. Mo-
lin. in diſput. 315. num. 11. Reginald. de ratian. indic. lib. 23.
cap. 8. num. 88. Vgolin. de vſur. cap. 8. §. 7. verſ. concludo igi-
tur. Caniſ. eod. lib. cap. 1. num. 8. Surd. in dec. 159. num. 16. &
Sigiſmund. in d. amp. 8. num. 4. Vbi ait hanc communem eſ-
ſe ſententiam, hic enim manifeſtè apparet mutuum affectu
amico fieri, non animo lucrandi, aut prædandi. Et proinde
in his, & ſimilibus caſibus, in quibus vtilitas quæ nobis au-
fertur, certa eſt, & certam quantitatem continet, euidens eſt,
obiectionem nullam vim obtinere.

Secundo reſpondeo etiam in caſibus incertis incertitudi- 15
nem æſtimari poſſe, & ad ſummam certam reduci arbitrio
boni viri, vt conſtat ex l. vlt. ff. de prat. ſtipul. & ex his quæ
tradit Lod Lop. de contract. lib. 1. cap. 26. verſ. ſecundò dici-
mus. Iodoc. Damhouder. in lib. de intereſſ. pupill. n. 25. Vgolin.
in d. cap 8. § 8. num. 1. Honded. in d. conſ. 41. num. 41. lib. 2.
& Barboſ. in l. 5. num. 71. ff. ſol. matrim. † Vt enim fructus 16
agri, & vineæ licet incerti ſint l. 17. Cod. de vſur. ibi, propter
incertum fructuum euentum æſtimari poſſunt, & vendi certo
pretio, l. fiſtulas, §. frumenta, ff de contrah. empt. vt in aſſe-
curationibus mercatorum pretium periculi, quod incertiſſi-
mum eſt æſtimari poteſt l. 5. ff. de naut. fœn. quæ ait periculi
pretium eſſe, & tradit Benuen. Stracc. de ſponſion. mercat. p. 4.
§. quæro igitur, num. 4. & 5. & Santern. lib. de aſſecurat. part. 5.
num. 4 † Et in ſocietate periculi ſuſceptio æſtimari poteſt 17
arbitrio boni viri, vt dicit Corneus in l. ſi paſcenda, num. 27.
Cod. de pact. & lucrum incertum ſocietatis vendi certo pre-
tio, vt docet Conrad. de contract. quaeſt. 96. in 1. & 2. concl.
Nauarr. in tract. de vſur. num. 31. Iacob. Heitichman. conſ. 8.
num. 72. & Rot. in collect. Farin. part. 3. deciſ. 137. num. 5. in
quadam Ferrarien. & nos diximus q. 31. num. 14. † Vt etiam 18
dubios euentus æſtimari poteſt arbitrio prudentis viri, vt
tradit Stracca loc. cit. Laderch. in conſ. 27. num. 9. & probat
l. 23.

Digitized by Google

l. 23. *ff famil. herciſc.* illis verbis, *niſi ſi tamen æſtimatus ſit*
19 *dubius euentus* † Denique, vt etiam æſtimatio eſt ſpei & aleæ,
ideoque ſpes, & alea emi, & vendi poteſt *l.* 8. *ff. de contrah.*
empt. l. 11. *ff. de hæred. & act. vend.* illis verbis, *vt ipſum incer-*
tum veneat ſicut in retibus, & d. l. 13. *ff. famil. herciſc.* ita & incer-
titudo illa lucri ex coniecturis, & circunſtantiis definiri po-
teſt, vt iidem auctores docent, & præſertim Couarr. *loc. cit.*
Medin. *de reb. per vſur. acquiſ. q.* 3. Petr. Binsfeld. *in d. c. con-*
queſtus, de vſur. q. 1. *concl.* 4. *in fin.* Rudet. *in d. q.* 3. *num.* 50.
Barboſ. *loc. cit.* Rot. *in d. dec.* 372. *num.* 10. & Theologi qui-
dam apud Salas *lib. de vſur. dub.* 20. *num.* 7. Nihil enim tam
incertum eſt, quod vir prudens perpenſis omnibus circun-
20 ſtantiis æſtimare non poſſit. † Quid incertius eſt dubiæ litis
euentu, quandoquidem ij, qui litigant dicuntur experiri iur-
gandi fortunam *in l.* 1. *C. quand. Imper. inter pupill. vel iudic.*
& fortuna iudicium in l. 13. *ff. de ſtat. homin.* & tamen dubius
euentus litis æſtimari poteſt, vt ſentiunt Bart. Cagnol. &
alij quidam apud Cardin. *de tac. & ambig. lib.* 26. *tit.* 9. *n.* 41.
21 † Quid Denique incertius vita hominis? non male Terent in
Adelphis illam aleæ ludo comparat, *ita vita eſt hominum qua-*
ſi cum ludas teſſeris, & tamen æſtimari poſſe conſtat *ex l. hæ-*
reditatum, ff. ad l. falcid. quamobrem etiam poterit vir bo-
nus, & prudens æſtimare lucrum ceſſans ab initio inſpectis,
& perpenſis circonſtantiis rerum, & perſonarum, ita vt ſit
æqua creditoris, & debitoris conditio, & nulla fraudis, &
fœnoris ſuſpicio ſubſit.

22 Neque obſtat conſtitutio illa D. Pij, quæ vetuit, ne in
cambiis certa lucri quantitas exprimatur, quia ad cambia,
non ad mutuum pertinet: neque ad mutuum, & res credi-
tas porrigitur, vt optime Nauarr. notat *in manual. cap.* 17.
num. 283. *& in conſ.* 1. *num.* 1. *de offic. iudic.* Alphon. Villag. *d.*
q. 18. *num.* 29. *verſ. ad hæc omnia.* Barboſ. *in d. l.* 5. *n.* 73. *ff. ſolut.*
matrim. Card. Lancell. *in d. dec.* 331. *num.* 8. *apud Farin.* Fe-
lic. *de ſocie. cap* 24. *num.* 67. Gratian. *d. cap.* 387. *num.* 18. &
Salas *loc. cit.* vbi ait id in cambio dumtaxat Pontificem con-
ſtituiſſe, quia in cambio maius eſt periculum, vſuræ & in-
iuſtitiæ.

23 Ex his etiam conſtat reiiciendam eſſe opinionem Ioan.
Bapt. Lupi *in comm.* 1. §. 6. *num.* 26. Camill. Medic. *conſ.* 105.
num. 5. *& 6.* & Roderic. *in d. quæſt.* 5. *num.* 45. exiſtimantium
conuentionem illam de certa quantitate præſtanda pro eo
quod intereſt poſt moram duntaxat licitam eſſe, quia vt mo-
ra non ſufficit, vt quid vltra ſortem recipiatur: ita nihil re-
fert ad iuſtitiam conuentionis, an debitor ſit, vel non ſit in
mora, modo vere ex cauſa mutui, & dilationis creditoris
tantundem interſit, quia non minus ante moram, quam
poſt moram creditor ſuæ indemnitati conſulere poteſt, vt
clare ſentit Hadrian. *in* 4. *ſentent. tit. de vſur. verſ. quia tacitum*
eſt, idem Alphonſ. *in d. quæſt.* 18. *num.* 30 *& quæſt.* 19. *num.* 3.
Ioan. de Medin. *de reb. per vſur. acquiſ. quæſt.* 3. *verſ. hoc ta-*
men, & verſ. ſi dicas. Binsfeld. *in d. cap. conqueſtus, quæſt.* 2.
concluſ. 2. vbi ait Theologos omnes ita ſentire, quorum ſanè
plurimos recenſet, & ſequitur Salas *de vſur. dub.* 19. *num.* 2.
& dub. 20. *num.* 7. idemque ſenſit Barboſ. *loc. cit.* Gait. *de*
cred. cap. 2. *tit.* 7. *n.* 1724. Rot. *in d. deciſ.* 372. *num.* 9. *& in-*
ter recentiſſ. deciſ. 532. *num.* 3. & Vgolin. *in d. cap.* 8. §. 7. *n.* 2.
vbi ait hanc eſſe magis communem ſententiam, quæ proba-
tur etiam ex his, quæ noſtra imbecillitas ſcripſit infra *n.* 29.
24 *& ſeq.* † Nec verum eſt quod Roderic. ait hoc pactum non
valere, quod non liceat in mutuo paciſci de vſura, cum ſit
officium liberale, & gratuitum, & ita oportere, vt mutuans
neque vendat, neque compenſet vſum pecuniæ, ſed libera-
liter illum donet ſaltem ad tempus, quia in hoc genere non
fit pactum de præſtandis vſuris: nec venditur, aut redimi-
tur vſus pecuniæ, neque creditor quicquam exigit, aut ſti-
pulator pro ipſo mutui dationis officio, quod vſura eſt, &
illicitum, quia mutuum ex natura rei, & Chriſti præcepto
gratuitum eſſe debet. Denique officium eſt, & ab affectu
25 amico procedit, aut procedere debet, vt dictum eſt. † Sed
tantum ſtipulatur, & capit quod ſua intereſt, & vtilitatem
illam repetit, quam amiſit facto aduerſarij, quod diuerſum
eſt, & non repugnat naturæ mutui, & nullo iure prohibe-
tur, vel ipſo Roderico teſte *eod. tract. de ann. & menſtr. redit.*
lib. 1. *q.* 2. *num.* 5. *& 6.* & proinde mirum eſt hæc Roderico
viro Docto excidiſſe. Sanè obſeruandum eſt, ſi perſpectis, &
perpenſis circunſtantiis omnibus plus valeat, quod creditor
ſtipulatur quam ſpes lucri, quod amittitur, illud pro mutuo
accepiſſe vſuram eſſe: pro lucro autem ceſſante iniuſtitiam,
& proinde ex hoc vel illo capite creditorem ad reſtitutionem
obligari, vt ſenſit Molin. *diſp.* 316. *num.* 6. & Salas *dub.* 20.
n. 8. debet enim æqua eſſe vtriuſque conditio *l.* 10. *ff. de hæ-*
red. & act. vend.

Et prætetea meminiſſe oportet lucrum ceſſans quamuis 26
poſſit cum circunſtantiis prædictis ab initio taxari arbitrio
boni viri, non poſſe tamen ab initio exigi, vt ea ſententia
Nauarr. Medin. tradit idem Lop. *lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 4. Vgolin.
d. c. 8. §. 8. *n.* 1. *verſ. ſexto requiritur.* Reginald. *da ration. indic. de*
peccat. lib. 25. *cap.* 8. *num* 90. Tolet. *Inſtit. Sacerd. lib.* 5. *c.* 33.
num. 5. Azor. *Inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 5. *in fin.* Petr. à
Nauar. *de reſtit. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 308. *& ſeq.* & alij quidam apud
Bonac. *diſp.* 3. *q.* 3. *punct.* 4. *num.* 12. Gait. *loc. cit. num.* 1719.
quia ſcilicet id quod in ipſo contractu ſoluitur à ratione lu-
cri ceſſantis ſubduci debet, poteſt enim negotiationi expo-
ni, vt iidem auctores notant, & Narbon. *loc. cit. n.* 15. & id-
eo hæc ſolutio, & exactio minuit ſortem, & pro quantitate,
quæ initio retinetur, nihil exigi poteſt ſub nomine intereſ-
ſe *l. eos,* §. *ſuper, C. de vſur.* illis verbis, *interdicta licentia credi-*
toribus ex pecuniis fœnori dandis aliquid detrahere, vel retinere ſi-
liquarum nomine, vel ſportularum, vel alterius cuiuſcumque cau-
ſa gratia. Nam ſi quid huiuſmodi factum fuerit principale debi-
tum ab initio ea quantitate minuetur, vt tam ipſa minuenda, pars
quam vſura eius exigi prohibeantur. † Et licet conſtitutio lo- 27
quatur de pecuniis fœnori dandis, valet tamen argumentum
ab vſuris ad id quod intereſt, & obſeruat Cuiac. *in d. l. vn.*
C. de ſent. quæ pro eo. Hieron. de Laurent. *in dec.* 188. *num.* 5.
& aliis auctoribus citatis poſt pauca dictum eſt. Et prætere-
ea conſtitutio generaliter ait debitum principale ab initio
minui, cuiuſcumque rei gratia aliquid detrahatur. Ex qui-
bus conſtat feſtinatas iſtas lucri ceſſantis exactiones admit-
tendas non eſſe.

Sed hic non inutiliter quæritur, ſi quis maiorem quanti- 28
tatem initio ſtipulatus ſit ratione damni emergentis, vel lu-
cri ceſſantis, quàm verè illius interſit, vt cùm ſtipulatus eſ-
ſet octo, vel decem annua pro ſingulis centenis, probat quin-
que, vel ſex dumtaxat ſua intereſſe, an taxatio illa reduci
debeat ad id quod legitimè poterat ſtipulari in vim proba-
tionis poſtea factæ ſecundùm ea, quæ dicta ſunt, an verò
contractus omnino vſurarius ſit, ita vt creditor nec id con-
ſequi debeat, quod probatum eſt. Et Pegueta *in deciſ.* 33.
in fin. putat contractum vſurarium eſſe, nec poſſe intereſſe
taxatum reduci ad id quod creditor poterat legitime ſtipula-
ri, alioquin inquit mercatores facili negotio vſuras grauio-
res ſtipularentur, cum ſcirent ipſis deeſſe non poſſe illas,
quas licitè poterant ſtipulari. Et quando lex expreſsè ali-
quid prohibet ſub pœna infirmationis actus, idque ipſo iu-
re videtur inducere formam, ita vt illud quod prohibetur ſit
quoddam indiuiduum ratione formæ reſultantis ex illa le-
gis expreſſa prohibitione, & vtile per inutile vitiatur. Et
proinde cùm vſuræ ſint prohibitæ, & ex iure in totum re-
probentur, ſi contractus fiat contra hanc legis prohibitio-
nem, deficit in forma, & ſic actus veluti res indiuidua om-
nino extinguitur. Ita diſſerit Pegueta *in d. dec.* 33. ex Crot.
in conſ. 250. *num.* 41. *lib.* 2. & Alciat. *in l.* 1. §. *ſed ſi mihi, de*
verb. oblig. & Peguetam viſus eſt probare Maſtrill. *in dec.* 245.
num. 51. † Ego vero aliud ſentio, quia hic non de vſura quæ- 29
ſtio eſt, quæ tanquam iure diuino, & Pontificio damnata
nullum modum habet, intra quem licita ſit, ita vt nec in
vno nummo permiſſa ſit, vt ait Bald. *in Auth. ad hæc n.* 2.
C. de vſur. Salic. *in l. cum allegas, num.* 9. *C. eod.* & tradit Sar-
mient. *ſelect. interpret. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 11. Roderic. *de ann.*
redit. lib. 3. *q.* 4. *num.* 107. Franciſc. de Cald. *in lib. de empt. &*
vend. cap. 29. *num.* 32. & conſtat ex illa conſtitutione Baſilij,
cuius mentionem fecimus *q.* 2. *n.* 32. & aliis locis Petr. Greg.
lib. 1. *cap.* 3. *n.* 2. & memorat Colet. *de proceſſ. execut. part.* 1.
cap. 10. *num* 87. Schurffium Saxonem Iuriſperitum in magno
conceſſu reſpondiſſe vſurarium eum eſſe, qui guttam aquæ
vltra ſortem ſtipulatus ſit, vel receperit. Sed quærimus de
ſtipulatione eius quod nulla lege prohibetur. & proinde
verius

Digitized by Google

vetius eſt taxationem certæ quantitatis pro eo quod inter-
eſt ſuſtineri, vſque ad legitimam quantitatem, quæ re vera
probata eſt, quamuis creditor non doceat tantundem ſua in-
tereſſe, quantum ab initio ſtipulatus eſt, hoc enim ſuadent
text. apertiſſimi nimirum *l. ſi pro mutua, C. ſi cert. pet. l. ſi vt
allegas, C. de vſur. l. placuit, & l. pecuniæ, ff. eod.* ex quibus con-
ſtat ſtipulationem vſurarum vltra legitimum modum ſubſi-
ſtere vſque ad eam quantitatem, quæ iure permiſſa eſt.
30 † Quæ iura licet ſint de vſuris, porrigenda ſunt ad id quod
intereſt gloſ. *in l. 2. §. graui, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.*
Rot. Auenion. apud Hieron. de Lautent. *in dec.* 188. *num.* 5.
Trentacinq. *variar. lib.* 1. *tit, de intereſſe reſol.* 1. *num.* 38. Cu-
iac. *in d. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo.* Marc. Anton. de Amat.
in dec. 142. *num.* 5. & Franc. Grimaud. *de vſur. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 6.
vbi ait leges de vſuris loquentes non eſſe abrogatas, quate-
nus referuntur, & rediguntur ad id quod verè intereſt. Vn-
de qua ratione ſtipulatio vſurarum vltra legitimum modum
reducebatur ad modum legitimum, cum vſuræ licitæ exiſti-
mabantur, eadem prorſus ratione taxatio maioris quantita-
tis, quam re vera interſit, reduci debet ad id quod proba-
31 tum eſt vere creditoris interfuiſſe. † Deinde etiam ij, qui
putant taxationem lucri ceſſantis ab initio illicitam eſſe, fa-
tentur non reddere contractum illicitum, ſi ea vti creditor
nolit, ſed id velit duntaxat exigere, quod ſua intereſt, &
hoc caſu taxationem pro non facta haberi. Ita Dec. *in conſ.*
111. *num.* 14. *& in C. cùm venerabilis, num.* 10. *de except.* Cra-
uet. *in conſ.* 189. *num.* 8. quos ſequitur Gratian. *in d. cap.* 387.
num. 8. Plot. *in l. ſi quando, §.* 11. *num.* 15. *&* 16. *C. de in lit. iur.*
Felic. *de ſociet. c.* 24. *n.* 70. & Polidot. Ripa *obſeru.* 3. vbi re-
ſoluit taxationem intereſſe vſurariam non impedire veri in-
tereſſe exactionem, quem probauit Cancer. *variar. reſol. lib.* 3.
cap. 7. *n.* 78. qui deinde ait id vidiſſe in foro ſeruari. Quam-
obrem cùm creditor in hac ſpecie non vtatur taxatione illa
facta, ſed tantum petat id quod ſua intereſſe docuit legiti-
mis modis, dicendum eſt id legitime, & ſine fraude petere,
32 & exigere poſſe. † Quod confirmatur egregiè ex ſententia
eorum, qui putant licitam eſſe conuentionem de certa quan-
titate, vel lucri, vel damni præſtanda creditori, quamuis
nullum inde lucrum, vel damnum ſequatur, modo ſpes lu-
cri, vel timor damni probabilis ſit, vt ſentiunt Card. To-
let. *Inſtit. Sacerd. lib.* 5. *c.* 32. *n.* 3. Nauarr. *in comment. de vſur.*
n. 53. *&* 54. Philiarc. *de offic. Sacerd. lib.* 5. *c.* 7. Malder. *tract.* 5.
cap. 3. *dub.* 12. *verſ. dico ſecundo*, vbi refert eſſe communem
ſententiam. Vgolin. *de vſur. cap.* 8. *§.* 8. *num.* 1. *verſ. verum
an de certo lucro.* Lopez. *lib.* 1. *c.* 25. *in princ.* & Leſſius *lib.* 2.
de iuſtit. & iur. cap. 20. *dub.* 11. *n.* 97. quia inquit, ſpes iſta,
cùm creditor mutuum daret, pretio erat æſtimabilis, eám-
33 que cenſetur vendidiſſe. † Veluti cùm quaſi alea venditur *l.
nec emptio*, 8. *ff. de contrah. empt. l.* 11. *§. vlt. ff. de act. empt.*
vbi dicitur contrahi emptionem, etiamſi nihil inciderit.
Nam licèt hæc ſententia periculoſa ſit, ſi in foro, & ſubſel-
liis iudicum admittitur, neque ſit eadem ratio emptionis ca-
ptus piſcium, vel auium, in quibus ſpes emitur, & quicquid
incidit, & extrahitur fit emptoris *l.* 12. *ff. de act. empt.* debi-
tor vero qui ſpondet refundere id quod creditoris intereſt,
non emit ſpem alicuius rei, quam ſperet ſe habiturum, ſed
certum damnum ſuſcipit, & ſubit, inde tamen multo magis
conſtat creditorem licite exigere poſſe id, quod reuera pro-
34 bat ſua intereſſe. † Nec hîc verſamur in re indiuidua, vt
opinatur is auctor, ſed in quantitate, quæ maior vel minor
eſſe poteſt *l.* 3. *ff. de in lit. iuran. l.* 112. *§. vlt. de verb. oblig.* Cu-
iac. *in d. l. vn. in princ. C. de ſent. quæ pro eo*, & quæ ſua natu-
ra recipit diuiſionem *l.* 10. *in princ. ff. de ann. & menſtr. leg.*
& proinde in qua vtile per inutile non vitiatur *l.* 15. *Cod. de
vſur.* Iaſ. & Aleiat. *in d. §. ſed ſi mihi, n.* 30. Boër. *in deciſ.* 162.
num. 4. & in re ferè ſimili Capic. *in d. deciſ.* 49. & Rot. co-
ram Otano poſt Statil. Pacific. *deciſ.* 199. *num.* 6. & inter re-
centiſſ. coram Manzan. *in d. deciſ.* 132. *part.* 2. *& in d. deciſ.*
372. coram Vbald. *num.* 9. & comperi deinde ita docuiſſe
Surdum *in conſ.* 327. *n.* 17. *&* 18. *lib.* 3. & Sigiſmund. Scacc.
35 *ampl.* 8. *num.* 57. *&* 59. † Qui rectè monet *in hac iuſtitia com-
mutatiua, vt cuique ius ſuum tribuatur, vtile non vitiari*: idém-
que ſcribit *eod. loc. num.* 74. & Auend. *de cenſib. Hiſpan. c.* 36.
num. 23. vbi citat Natt. Riminald. & Dec. idem vt ipſe aſſe-
rit ſentientes, & Rot. Genuenſ. *in deciſ.* 194. quæ tamen ni-
hil fere ad hanc quæſtionem pertinet. His auctoribus con-
ſentiunt Rodulph. Medin. & alij apud Gail. *lib. de credit. c.* 2.
titul. 7. *num.* 1698. *& ſeq.* vbi ait hanc ſententiam eſſe veriſ-
ſimam, & opinionem Maſtrill. *in d. deciſ.* 245. eſſe contra
expreſſum caſum legis, tametſi nulla ſit lex tale quid nomi-
natim definiens: ſed vtimur *d. l. ſi pro mutua, Cod. ſi cert. pet.*
& aliis citatis *n.* 29. quæ de vſuris loquuntur. Et ſecundùm
hanc ſententiam cenſuit etiam Rot. inter collect. Farinac. *in
dec.* 129. *n.* 5. *&* 8. *lib.* 1.

Neque huic tractatui congruere videntur, quæ Peguera 36
obiicit de forma inducta per prohibitionem legis, tum quia
nulla lex eſt, quæ prohibeat ſtipulationem eius quod inter-
eſt, tum etiam quia ſtipulatio maioris quantitatis pro eo
quod intereſt, non eſt contra ſubſtantiam, vel formam con-
tractus mutui, nec illum perimit, vt conſtat *ex d. l. ſi pro mu-
tua, Cod. de reb. cred.* & ex Dec. Plot. Crauet. Gratian. & aliis
auctoribus proximè citatis, dum tradunt taxationem huiuſ-
modi pro non facta haberi, & ex Gail. *obſeru.* 8. *n.* 14. *lib.* 2.
vnde conſequens eſt reiecta taxatione tanquam inutiliter ad-
iecta ſupereſſe creditori actionem ad id quod verè illius in-
tereſt, & quod dico de mutuo, idem ſentio in reliquis aliis
contractibus, ex quibus certa quantitas debetur, & quibus
addita eſt ſtipulatio eius quod intereſt. † Denique conuentio 37
huiuſmodi ſuſtinetur in vim probationis poſtea factæ, vt diſ-
ſerit Surd. *in d. conſ.* 327. *n.* 54. *&* 55. & alij profectò pluri-
mi, quos recenſet Gratian. *in d. c.* 387. *num.* 10. *&* 12. &
nos diximus *num.* 11. & proinde taxatio eatenus in foro ſu-
ſtinetur, quatenus probatur verè, & ſine fraude intereſſe
creditoris, vt rectiſſimè tradit Sigiſmund. *eod. loc. num.* 59.
& 74. quæ cùm animaduertent creditores, aut ab his pa-
ctionibus temperabunt, quod valde ſuadeo, aut intra limi-
tes veri, & veriſimilis intereſſe ſe continebunt, ita vt ve-
rendum non ſit, ne ſub hoc prætextu mercatores grauiores
vſuras ſtipulentur.

Sanè Pegueræ, & Maſtrilli ſententiam retinendam puto 38
in cambiis illicitis, & ſocietatibus vſurariis, & locationi-
bus, aliiſque contractibus in fraudem vſurarum celebratis,
in quibus ſi quid præſtari conuenit per dinumerationem an-
norum, vel menſium, nihil omnino capere licet pro eo
quod intereſt, vt dixi alio loco ex Ioan. Lupo, Neuizan. &
aliis, quibus conſentire videtur. Natt. *in conſ.* 418. *num.* 4.
Borgnin. Caualcan. *in deciſ.* 13. *num.* 40. *part.* 2. & Roderic.
de ann. redu. lib. 3. *cap.* 8. *num.* 10. Idémque dicendum eſſe, ſi
expreſsè de vſuris præſtandis conuentio facta ſit, vel ſi pro
dilatione ad ſoluendum pro vſu pecuniæ, vel lucro certa,
& vniformis quantitas promiſſa ſit per dinumerationem
temporis, donec credita pecunia reſtituatur, quæ ſunt cum
vſuris, & reditibus mere vſurariis ſynonima, ſiquidem his
caſibus, in quibus manifeſtè apparet intentio, & animus fœ-
nerandi, nihil ſub prætextu huius illicitæ pactionis exigi
poteſt, etiamſi creditor probet ſua intereſſe pecunia illa ca-
ruiſſe, quia vſuræ omnino prohibitæ ſunt, nec licet eas in
pactum deducere *cap. quia in omnibus & c. ſuper eo, de vſur. &
clem.* 1. *eod. tit.* † niſi ex ſubiecta materia, & qualitate credi- 39
toris, & aliis circumſtantiis videantur contrahentes vſura-
rum nomine intellexiſſe acceſſiones legitimas, & id quod
verè intereſt, vt in ſpecie *l. curabit. C. de act. empt. l.* 2. *Cod.
de dot. prom. & cap. ſalubriter, de vſur.* & ex Ioan. de Imol. &
Alex. tradit *in lib. de eo quod inter.* Iacob. Gerald. Andegauen.
cap. 6. *fol.* 139. Felic. *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. & Roderic.
loc. cit. quæ à nobis mediocri diligentia ſuis locis tractata
ſunt. † Huiuſque rei eſt ratio, quia vt ſit actio ad id quod 40
intereſt, neceſſe eſt, vt vel debitor ſit in mora *l. ſocium*, 60.
ff. pro ſoc. l. 15. *Cod. de act. empt.* Innoc. *in c. vlt. n.* 2. *de vſur.*
Afflict. *in deciſ.* 284. *num.* 4. Menoch. *in lib. de arbitr. iudic.
caſ.* 119. *num.* 3. vel vt creditor ſtipuletur quicquid eius in-
terſit, donec ſibi credita pecunia ſoluatur, vt tradit Abbas
in c. ſalubriter, num. 3. *de vſur.* & alij plures apud Couarr. *va-
riar. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 5. Alphonſ. Villag. *lib. de vſur. quæſt.* 18.
concluſ. 1. *&* 2. Gratian. *in d. cap.* 387. *num.* 23. & Theologi
ſanè plurimi apud Salas *lib. de vſur. dub.* 18. *n.* 4. *& dub.* 20.
num. 1. quæ ſingula in ſequentibus executus ſum. Sed in
cambiis illicitis, & aliis contractibus vſurariis, & in fraudem
vſurarum

vſurarum confectis nulla mora intelligitur, ſiquidem in his debitor pecunia vtitur volente, & conſentiente creditore, vt notat idem Maſtrill. *in dec.* 305. *lib.* 4. vbi loquitur de cambiis ſiccis, & vſurariis: nec pactum etiam de præſtando id quod intereſt hic interuenit: & proinde nihil ſub prætextu lucri ceſſantis, vel damni emergentis vltra ſortem exigere

41 licet. † Nam quamuis de vſuris præſtandis, vel de reditu vſurario ſoluendo conuentum ſit, non ideo tamen de eo quod intereſt conueniſſe dicendum eſt, ſiquidem vſura, & id quod intereſt maximè differunt, vt conſtat *ex l.* 2. *in fin. ff. de eo quod cert. loc. l. ſocium qui.* §. 1. *ff. pro ſoc. l. illud. ff. de ædil. edict. & l. vlt. ff. de peric. & comm. rei vend.* & tradit Nauarr. *in comm. de vſur. num.* 46. & Roderic. *d. queſt.* 4. *num.* 12. & aliud eſt promittere & ſtipulari vſuras veras, & reditum vſurarium, qui propter ipſum mutui dationis officium tantum ſine alia iuſta cauſa exigitur; aliud ſtipulari, & promittere id quod intereſt ratione damni, vel lucri, vt tractat idem Roderic. *de ann. redit. lib.* 1. *q.* 2. *n.* 5. *&* 6. *& lib.* 3. *q.* 8. *n.* 10. quia inquit cùm contractus ſit verè vſurarius, nihil debetur in vim pacti, nec poterit arbitrari ex noua cauſa, & ſi vere interſit: & ita accipiendum eſt, quod Peguera ait *in d. dec.* 33. nimirum eo caſu, quod creditor auarus fœnerandi animo vſuras meras, & reditum vſurarium ſtipulatur, & captat.

42 Atque ex his etiam ſequitur, quod Sereniſſimus Dux noſter conſtituit illo edicto, cuius ſæpe mentionem fecimus, nimirum intereſſe conuentum reduci ad tertiam centeſimæ, locum non habere in iis caſibus in quibus ab initio licet paciſci de certa quantitate pro eo quod intereſt, ſed intelligi debere de taxatione, quæ fit in caſu illicito, & cum nullis veriſimilibus coniecturis, & probationibus illa taxatio, & conuentio ſuſtinetur, & innitur tantùm obligationi, quæ eſt natura vſurarum *l.* 121. *ff. de verb. ſignif.* & aſſertioni contrahentium, quæ in hoc genere ſuſpecta eſt, vt dixi. Hoc enim indicant verba præfationis, quæ in fœneratores tantum feruntur, ideóque ex illis euidens elicitur coniectura Principem vſuras duntaxat, & illicitos reditus coërcere voluiſſe *arg. l. cum hi. ff. de tranſact. l.* 1. *ad Maced.* Bald.

43 *in l. regula. in fin. ff. de iur. & fact. ignor.* † quia ex iis quæ in proœmio dicta ſunt, diſpoſitio declaratur, & reſtringitur, vt tradit Ozaſc. *in dec.* 59. *num.* 6. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. Menoch. *lib.* 2 *præſumpt.* 2. *num.* 3. Theſaur. fil. *quæſt.* 1. *lib.* 1. & in re ferè ſimili Rot. apud Farinac. *in d. dec.* 331. *num.* 13. quod etiam nominatim exceptum eſt à Sereniſſimo Duce noſtro in reſponſionibus ad libellum Nicienſium *cap.* 5. his verbis. *Dichiara però non reſtar all' ordine ſottopoſti gli intereſſi conuentionati, che tendono al rileuo dell' intereſſe, il quale il creditor patiſce.* quibus non ſolùm excipitur damnum emergens, ſed & lucrum, quod creditor verè amiſit debi-

44 toris culpa. † quia id quod intereſt tam ad damnum quam ad lucrum refertur *d. l.* 3. §. *vlt. de eo quod cert. loc. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* in illis verbis *& hoc non ſolum in damno, ſed etiam in lucro noſtra amplectitur conſtitutio, quia ex eo veteres id quod intereſt ſtatuerunt.* & ibi Doctores notant, & Bologn. *num.* 103. Maſtrill. *in dec.* 111. *num.* 13. & Rebuff. *in l. probrum de verb. ſignif.* vbi ait illum etiam damnum pati videri, qui commodum amiſit. Et ſaltem vtilitas, quæ nobis intercipitur facto aduerſarij, magis accedit ad damnum, quàm ad lucrum, vt ſcribit Ozaſc. *in deciſ.* 143. *in fin.* Rot. *in dec.* 331. *num.* 16. Roderic. *lib.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 26. & Gra-

45 tian. *diſcep. forenſ. cap.* 387. *num.* 7. † Denique lucri amiſſio damnum dicitur *in l. ob fœnus.* 49. *ff. de admin. tut.* in qua tutor ob non exercitam pupilli pecuniam, *ſi non ad damnum reſarciendum idoneus eſt*, vt Paulus loquitur extra ordinem coërcetur & congruenter Vlpianus *in l.* 2. § *ſi quis, ff. ne quid in loc. publ.* ait, *damnum pati videri qui commodum amittit.* vt notat Petr. Gregor. *de vſur. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 18. *in fin.*

46 Quid ſi creditor nomine pœnæ aliquid vltra ſortem ſtipulatus eſt, ſi pecunia ſua die non ſoluatur; & reſpondeo nihil hoc nomine vltra ſortem peti poſſe niſi interſit, & quatenus interſit *lege Iulianus.* §. *idem. de act. empt. l. cum allegas. C. de vſur.* vbi Salic. *n.* 9. *&* 11. & nos alibi diximus: rametſi Theologi plurimi apud Salas *lib. de vſur. dub.* 21. *num.* 2. exiſtiment quibuſdam cautionibus adhibitis pœnam committi, & licitè exigi poſſe; etiamſi nihil intereſſit. Sed iuriſperitorum hæc ſententia eſt, pœnam adiectam quantitati ſuſpectam eſſe, & eatenus tantùm committi, quatenus creditoris intereſt, vt tractatum eſt *quæſt.* 38. vt enim promiſſio certæ quantitatis in caſum non redditæ pecuniæ reducitur ad id quod verè intereſt vt dixi *num.* 29. *&* 36. ita prorſus ſtipulatio pœnæ redigi debet ad eam quantitatem, quæ verè intereſt, ſiquidem id quod intereſt pœna eſt ex parte debitoris, vt conſtat *ex l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo.* & Plaut. *in d. l.* 1. *verſ. in omnibus caſibus. num.* 22. & præſumendum eſt nomine pœnæ creditorem non vſuras ſtipulatum fuiſſe, ſed id quod intereſt, quod non eſt prohibitum *l. merito. ff. pro ſoc.* Nec eſt contrarium ſtipulationem vſurarum, & reditus vſurarij omnino nullam eſſe, nec hoc caſu intereſſe peti poſſe, vt dixi *num.* 38. *& ſeq.* vt docet Roderic. *d. quæſt.* 8. *num.* 10. quia in ſtipulatione vſurarum manifeſtè arguitur intentio fœnerandi creditoris, quod non apparet, cùm pœna adiicitur quantitati ideóque admittitur pœna quatenus intereſt, vt docet Bald. *in d. Auth. ad hæc. num.* 3. vbi ait intereſſe licitum eſſe, quocunque nomine nuncupetur.

Sanè his omnibus addendum eſt, quod omiſeram in lucri 47 ceſſantis quantitate æſtimanda rem ad mediocritatem perducendam eſſe, & ſemper aliquid ex eo quod probatum videtur, ſubducendum eſſe ratione incertitudinis huius lucri, & ob pericula, quibus obnoxium eſt, & quæ interdum omne lucrum intercipiunt, & ratione etiam laboris, & ſumptuum ſi quos creditor ſubire cogitur, vt lucrum faciat, vt monet Nauarr. *in d. comment. de vſur. num.* 52. *in fin.* & poſt Medin. & alios Thologos tradit Mangil. *de euict. quæſt.* 180. *num.* 23. *&* 24. & aliis auctoribus citatis tradit Barboſ. *par.* 1. *leg.* 2. *in princ. num.* 52. *ff. ſolut. matrim.* Plaut. *verſ. etiam ex lucro. num.* 8. *& verſ. per ſuam ſubtilitatem. num.* 43. Rot. Genuenſ. *in dec.* 139. *in fin.* Gamm. *in dec.* 110. *num.* 26. *& ſeq.* vbi rectè notat aliquid detrahendum eſſe, ſi per ſocium, & Inſtitorem mercator negotiari conſueuit, cum ſocio enim lucrum diuidendum eſt, & Inſtitori merces ſoluenda. Ita etiam Marius Medic. *in dec.* 14. *num.* 15. *& indicat* §. *vlt. Inſtit. de verb. oblig. l. vlt. de prat. ſtipul. ex d. l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* dum ait *eſſe naturæ congruum eas tantummodo pœnas exigi, quæ cum competenti moderamine proferuntur.* Et congruenter Cuiac. *in d. l. quatenus de reg. iuris.* oportere iudicem habita ratione damni accepti, & lucri amiſſi modum ſtatuere certum, & moderatum: oportere pœnas eſſe certas, & moderatas: & tolerabilis eſſe infra modum ſtatuere, & definite id quod intereſt, quàm excurrere. Multa etiam perpendenda iudicibus, ne procliues ſint ad intereſſe lucri ceſſantis decernendum, ſcribit Merend. *in ſuo tract. de camb. nundin. tot. cap.* 5. qui tamen ſi dicere fas eſt, aſperior hoc in genere creditoribus eſſe videtur. Vt fertur Cato, ſcilicet primus ille Cenſorius aſperior, & durior in coërcendo fœnore fuiſſe, vt ex Liuio, & Plutarcho memorat Tiraquell. *in annot. ad Alexandr. Genial. dier. lib.* 1. *cap.* 7.

QVÆSTIO LXXIII.

Si creditor maiorem ſummam ſtipulatus ſit, quam dederit.

SVMMARIA.

1 *Obligatio re contrahi non poteſt; vltra quam res interuenerit.*

2 *Conuentio, vt datis decem, vndecim debeantur; non valet.*

3 *Conſtituens ſe plus ſoluturum, quam deberet, non tenetur niſi pro ſumma debita.*

4 *Plus petens quando ius crediti amittat.*
Fœneratores cautionis maioris ſummæ extorquere ſoliti.

5 *Petri Gregorij locus* ex lib. 27. cap. 5. *reprehenditur.*

6 *Stipulatio maioris ſummæ valet ex iure ciuili vſque ad legitimum*

mum modum vſurarum.
7 *Quod hodie prohibitum eſt.*
8 *Obligatio maioris ſumma, quam numeratum ſit, non confirmatur iuramento.*
9 *Donatio qua ſit dum pecunia mutua accipitur, non valet.*
Commenta verborum nihil proſunt.
10 *Bartoli doctrina* in l. hactenus. de conſtit. pec. *declaratur.*
11 *Indebitum ſcienter ſoluens repetere non poteſt.*
Dilatio ſolutionis mutuum quoddam eſt.
12 L.2.C.de non num.pec.*quoad vſuras abrogata.*
Duarenſ ſententia quadam vera ex iure ciuili, ſed iuri canonico contraria.
13 *Obligationi aliquid addere licet vltra quam numeratum ſit pro eo quod intereſt.*
14 *Alciati ſententia quadam expenditur, & declaratur.*
15 *Debitor à quo maioris quantitatis cautio extorta eſt, tenetur ad intereſſe vera quantitatis poſt moram.*
16 *Debitor qui plus ſe accepiſſe confeſſus eſt, & interim prom ſit ſoluere intereſſe, tenetur pro ratione vera ſortis.*
Illicitum licite admixtum pro non adiecto cenſetur.
17 *Vſurarum ſtipulatio reiicitur firmo manente contractu.*
18 *Pactum de vſuris præſtandis non repugnat mutui ſubſtantia.*
Mutuum natura ſua non recipit mercedem.
19 *Indebitum debito additum veram ſortem non vitiat.*
20 *Creditor ſi tempore numerationis aliquid ſubducat, obligatio pro eo tantum ſubſiſtit, quod remanet debitori.*
Et pro eo tantum intereſſe exigi poteſt.
21 *Fœneratores non præſumuntur gratis mutuare.*
22 *Præſertim cum extraneo pecunias credunt.*
23 *Surdi* conſ.327. *declaratur.*
24 L.57.ff.de pactis, *& alia ſimiles abrogata.*

QVIA proxima *præced. quæſt. num.*28. quæſitum eſt, ſi creditor maiorem quantitatem ab initio ſtipulatus eſt pro eo quod intereſt, quam verè deinde paſſus ſit, an ſaltem, conſequi poſſit, quod verè illius intereſt: nunc opportùnè quæritur, ſi creditor maioris ſummæ, quàm numerauerit cautionem extorqueat, puta cum mutua dediſſet nonaginta, ſibi poſt annum centũ reddi cauit, an intereſſe ſum-
1 mæ numeratæ petere poſſit. † Et ſanè in hac ſpecie illud initio conſtat obligationem pro ea tantùm quantitate conſiſtere, quæ verè numerata eſt debitori, & ad eius manus peruenit *l. ſi tibi. ff. de pact. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. pet l.2.& l. cum vltra. C.de non num. pec.* quæ ait vltra id quod acceperit neminem re obligari poſſe: & docet Cardinalis
2 Mantica *de tacit. ambig. conuent. lib.* 8. *tit.* 3. *num.* 13. † Et proinde non valere conuentionem, vt numeratis decem, vndecim debeantur, & peti poſſint, vt dixi *quæſt.* 10. *circa finem*, ex Cuiac.Bellon. & aliis, quibus nunc addo Alciat. *in d. §. ſi tibi. num* 7. *&* 8. & Duaren. *ad tit. ſi cert. pet. cap.* 2. *&* 8. *in princ.* vbi ait ad Iudicis officium pertinere, vt reum condemnet ad decem tantùm, quæ numerata ſint, non etiam ad vndecim, quamuis nominatim actum ſit, vt vnde-
3 cim debeantur. † Quod etiam oſtendi poteſt *ex l.1. & 2. in fin.& l.12. ff. de conſtit. pec.* ex quibus conſtat eum, qui maiorem ſummam ſe ſoluturum conſtituit, quàm deberet, eius tantùm pecuniæ nomine teneri, quæ verè debetur, vt tractat idem Cardin.*eod.tract.lib.*19.*tit.*3.& Duaren.*ad hunc tit.de conſtit.pec.cap.*3.*verſ.addendum eſt.*

4 Denique huius rei argumentum eſt, quod ſtatutum eſt *in l.vn.* quæ nunc eſt 3.*C.de plus petit.* creditores ſcilicet, qui cautionem maioris quantitatis extorſerint, ius crediti amittere, ſi lite conteſtata de adiecta falſa quantitate conuincantur, vt eadem *q.*10.dictum eſt *n.*10. Quod potiſſimum aduerſus fœneratores conſtitutum eſt, qui cautiones maioris ſummæ extorquere ſolent, vt hic Bald.& Caſtrenſis notant: & oſtendi poteſt *ex l.vlt §.ſi fœnerator.ff.quod met.cauſ.*& ex Plutarch. *in opuſc. de non fœner.* vbi ſcribit fœneratores ſolitos eſſe minus numerare, & dixi ex Horatio *in d q* 50.*n.*27.

Ex quibus non omnino placet, quod ſcripſit Petr. Greg. *ſyntagm. iur. ciuil. lib.* 22. *cap.* 5. *num.* 6. ex mutuo nihil am- 5
plius, minúſve, quàm datum ſit, aut conuentum eſt, peti poſſe. Primum enim certum eſt valere conuentionem, vt datis decem, nouem debeantur *d.§.ſi tibi. l.ſed & ſi quis.* 13. *de conſtit.pecun.* Nihil enim vetat de minori ſumma paciſci. Secundo falſum eſt, quod ait nihil amplius, vel minus peti poſſe, quàm conuentum eſt, quia in hoc genere conuentio, vltra quam res interuenerit, inutilis eſt vt conſtat *ex d.l.ſi tibi ff.de pact.& d.l.cum vltra. Cod.de non num.pecun. & aliis.* Non enim inſpiciendum eſt quid conuentum, & promiſſum eſt, ſed quod datum, & numeratum fuit, niſi cùm de minori ſumma conuentum eſt, vt dixi.

Sanè ſi ſtipulatio interuenerit, aliud iure ciuili dicẽdum vi- 6
detur, dummodo non excedatur legitimus modus vſurarum, vt docet Alciat. *in d. §.ſi tibi. num.* 10. vbi ait Doctores ita communiter ſenſiſſe. Quod probari videtur *ex l.*13. *§. ibidem. ff. de act. empt. & l.1. C.de non num. pec.* Neque obſtare quod dicitur obligationem re contrahi non poſſe vltra quam datum eſt, quia licet promiſſor re non obligetur vltra quam acceperit, obligatur tamen verbis, id eſt ex ſtipulatione, quæ verbis contrahitur ſatis enim eſt hinc inde dicere, *ſpondes, ſpondeo? promittis, promitto* §. 1. *Inſtit. de verb.oblig.* quo caſu inepta eſt exceptio non numeratæ pecuniæ, vt docent Bard.& Caſtrenſ.*in d.l.cum vltra.* Quæ tamen huic ſententiæ maximè obſtare videtur, quæ ſcilicet ait etiam interpoſita ſtipulatione neminem re obligari poſſe vltra id, quod datum eſt. Verum inſpiciendum eſt, quid inter contrahentes actum ſit. Nam ſi creditor mutua decem dare promiſerit, & datis nouem decem ſtipulatus ſit, obligatio ciuiliter tenet propter ſolemnitatem verborum, non autem naturaliter in eo, quod deeſt propter defectum conſenſus, quia promiſſio facta eſt ſub ſpe futuræ numerationis totius ſummæ, ideóque exceptio in factum competit, vt explicat Caſtrenſ.*eod.loc.* Sed ſi actum eſt, vt debitor nouem acceptis decem ſoluat interpoſita ſtipulatione iure ciuili obligatio valet, dummodo id, quod creditor ſuper ſtipulatus eſt, legitimam vſuram non excedat, potuiſſet enim vſuras ſtipulari *l.24.de præſc.verb l.1.C.de vſur.*† Cæterùm cùm hodie vſu- 7
ræ prohibitæ ſint, & nullus modus ſit, intra quem vſuras capere, & ſtipulari liceat, vt diximus multis locis, & in ſpecie docet Bald.*in l.eos. §.ſuper vſurarum. num.*2. *C. de vſur.* Alciat. *loc. cit.* & Gomez *variarum reſolut. lib.* 2. *cap.* 6. *in princip.* vbi ait, ſi debitor aliquid vltra id quod acceperit, promittat ſoluere, vſuram eſſe, conſequens eſt nihil pro eo, quod in fraudem canonum promiſſum eſt, ſtipulationem prodeſſe *l. non dubium Cod. de legib.* & id tantùm quod numeratum eſt peti poſſe. Alioqui inanis eſſet vſurarum prohibitio.

Quod etiam recipiendum eſt, tametſi iuſiurandum in- 8
teruenerit, vt oſtendi poteſt *ex l.ſi quis. §. Diui. ff.de leg.*1. *& d.l.non dubium.in fin.* quæ iubet, cùm actus legibus prohibitus, eſt qualis nunc eſt contractus vſuratiùs, neque ſtipulationem tenere, neque iuſiurandum admitti, & apertiſſimè probat *C. debitores. extra de iureiuran.* & tradunt iidem Purpur. & Alciat *locis cit.* & Manchin.*de iuram.par.*3.*primi effect. quæſt.*3.*num.*12. *&* 13. alioqui facilè inuenta eſt via, qua leges, & ſacri canones lacerentur, quod non licet *l.vlt.C.mandat.l.*28.*ff.de pact.* Ideóque licet iuſiurandum ab eo, qui iurauit, ſeruandum ſit *d.c.debitores.*& Mancin *loc.cit.* tamen ſi quid vltra id quod verè numeratum eſt, creditor exegerit, id reſtituere cogitur non obſtante iuramento.

Denique idem eſt, quamuis is, qui minus accepit, & 9
plus promiſit illud quod plus eſt, dicat ſe donare creditori. Nam licèt Cuiacius vir doctiſſimus *in d. l.ſi tibi.*17.*ff.de pact.* aliud ſentire videatur, hæc tamen donatio veluti non liberè, & non mero animo liberali facta, ſed ob mutuum extorta inutilis eſt, neque admitti debet. Ita enim docet idem Bald. *in d. §.ſi tibi. circa fin.* vbi ait hanc donationem non eſſe ſed adiectionem ſortis, & ibidem Purpur.*num.*45. & Alciat. *num.*9. Caſtrenſ.*in l.ſi ob turpem.in fin.ff de condict.ob turp. cauſ.* Alex. *in conſ.* 80. *num* 13. *lib.*3. & Peguer. *in dec.* 33. *num.*7. vbi ait vſuram promiſſam ſub titulo donationis, ſeu *de mercè* vt Hiſpani loquuntur, non valere, quia eſt quæſitus color in

fraudem

fraudem canonum, quibus vſura prohibetur. Et huc pertinet quod dicebat Hadrianus *in 4. ſententiar. de reſtit. commentum verborum nihil releuare, dum æquè ſententia legis violetur.* Ex quibus ſtatuendum eſt, quibuſcumque verbis, & cautionibus contrahentes vtantur, debitorem vltra id quod accepit non obligari.

10 Ex his etiam mihi valde ſuſpecta eſt definitio gloſ. *in d. l. 11. ff. de conſtit. pecun.* tametſi eam ſequatur Bart. *eod. loc.* §. 1. & Cardin. Mantic. *d. lib. 14. tit. 3. num.* 17. *&* 18. quibus locis ex eo quod hodie donatio ſolo cõſenſo perficitur *l. ſi quis argentum §. pen. C. de donat.* definiunt eum, qui ſciens plus debito ſe ſoluturum promiſit, iure donationis conueniri poſſe. Quia licèt hæc iuris definitio admittenda ſit, cùm is, qui ſoluere conſtituit, nihil omnino debuit, hoc enim caſu ſi ſciens ſe nullo iure deberi id conſtituat, verum eſt ex donatione poſſe conueniri, vt rectè gloſ. Bart. & Cardinal. *loc. cit.*

11 † Nam & is qui ſciens indebitum ſoluit, repetere non poteſt *l. 1. ff. de condict. indeb. l. 9. C. eod. tit.* tamen aliud mihi dicendum videtur, cùm quis plus debito ſe ſoluturum conſtituit veluti cùm quis ſciens ſe decem tantùm debere vndecim, vel duodecim ſe ſoluturum poſt annum, vel aliud tempus promittit, quia hoc caſu donatio non præſumitur, ſed impreſſio, & extorſio, ne ſibi debita pecunia auferatur, quod vſura eſt, & illicitum fœnus. Vt enim vſura eſt decẽ ita date, vt vndecim debeãtur, vt dixi ex Bald. Alciat. & aliis *n. 2.* ita etiam illicitum fœnus eſt, cùm decem tantum debentur, extorquere cautionem maioris ſummæ certo die perſoluendæ, quia dilatio ſolutionis mutuum quoddam eſt, vt Theologi docent apud Salas *lib. de empt. & vend. dub. 41. n. 3. & lib. de vſur. dub. 1. in fin.* & probat *l. 3. §. is autem. ff. ad Macedon.* & ita declarandum eſſe puto quod Bart. & Cardinal. docuerunt *locis cit.*

12 Ex his etiam manifeſtum eſt abrogatam eſſe *d. l. 2. C. de non num. pecun.* quæ ait interpoſita cautione maioris ſummæ id quod acceptum eſt, cum vſuris in ſtipulatum deductis reſtituendum eſſe, quia nunc ſtipulatio vſurarum illicita eſt, & nullam vim habet *d. l. non dubium. C. de legib. & l. 7. §. 16. ff. de pact.* & creditor id tantum petere poteſt quod dedit *d. §. ſi tibi.* & locum habet *d. l. 11. in fin. ff. de conſtit. pec.* quæ ait debitorem in ſortem duntaxat, non in vſuras teneri. Et proinde cauendum eſt à Duareno, qui *in d. cap. 8. in princ.* ait vſuras, ſi de his præſtandis ſtipulatio interceſſerit in condemnationem venire, quia id iuri quidem ciuili conuenit, ſed iuri canonico repugnat, quo vſuræ interdictæ ſunt, & quo nos vtimur.

13 Sanè ſi debitor, cui decem numerata ſunt certo die, & loco ea ſoluere promiſerit, & niſi id fecerit vndecim præſtaturum loco eius quod intereſt, exiſtimo vndecim peti poſſe, neque locum eſſe *d. §. ſi tibi, & aliis ſupra citatis*, dummodò tãti veriſimiliter creditoris interſit eam pecuniam eo loco, & die ſolutam eſſe, ne aliàs via fraudibus pateat. Videtur enim tanti id quod intereſt æſtimatum fuiſſe, & de eo quodammodo tranſactum, vt ex Bald. & Decio, *& l. vlt. ff. de*

14 *præt. ſtipulat.* tradit Alciat. *in d. § ſi tibi. num. 14. & 17.* † Qui licet id poſt moram tantùm admittere videatur, & aduerſus mercatores, vt loquitur, hoc tamen etiam nulla facta mora admittendum eſt, dummodo ita conuenerit, & tantundem interfuiſſe probetur legitimis modis, vt diximus *proxima præced. quæſt. num. 5. & 23.* & conſtat etiam ex his quæ ſcripſimus *quæſt. 24. num. 13.* & rurſus *quæſt. 71. num. 17.* Scilicet licitum eſſe ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, merces carius vendere. In cuius rei fidem plurimum Theologorum auctoritate, & iuris auctorum vſi ſumus, & inter alios Roderici qui *lib. 3. q. 7. n. 34.* rectè monet oportere intereſſe huiuſmodi verum eſſe non imaginarium.

15 Præterea exiſtimo eius pecuniæ, quæ verè ad manus debitoris peruenit intereſſe deberi, ſi quod creditor verè paſſus eſt poſt moram debitoris, idque *ex l. cos. in fin. Cod. de vſur. & d. l. 2. C. de non num. pecun.* & ſentire videtur Ioan. Bapt. Lup. *in præfat. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. num. 23.* & Surd. *in conſ. 327. num. 55.* & clare ſenſit Gail. *in dict. obſeru. 9. num. 14.* Capic. *in deciſ. 49. num. 3.* & Sigiſmund. Scacc. *de commerc. §. 1. ampl. 20. num. 28.* Nam cùm debitor verè, & legitimè obligatus ſit in eam ſummam, quæ ad illius manus peruenit, & illi numerata eſt *l. 9. §. 4. ff. ſi cert. pet. & d. § ſi tibi. l. minorem & l. cum vltra. C. de non num. pec.* vitiatur enim contractus in eo tantùm, quod excedit, & illicitè adiectum eſt, vt nominatim voluit Bald. *in d. §. ſi tibi.* Laurent. de Rodulph. *in cap. conſuluit. de vſur. par. 2. quæſt. 135. num. 29. & 33.* Petr. Gregor. Siculus *de cenſib. quæſt. ... num. 4.* & Sigiſm. Scacc. *d. ampl. 10. num. 6.* & probat manifeſte *ex l. vſuras 10. ff. de vſur.* & expuncto eo, quod illicitè, & ſine cauſa adiectum eſt, contractus ſit ſine vitio, & propterea debitor ſit in mora, vt ſupponitur, conſequens eſt etiam moram hic ſuos effectus producere, vt ſcilicet creditor pecuniam vere creditam petere poſſit *l. cedere diem ff. de verb. ſignif.* & debitor niſi ſoluat, teneatur poſt moram ad id quod intereſt *ex l. 2. in fin. de eo quod cert. loc. l. ſummus ff. de in lit. iuran. l. ſocium. in princ. ff. pro ſoc. & aliis.*

Ex quibus etiam puto ſi datis decem actum eſt, vt vndecim debeantur, & donec ea ſoluantur debitor præſtet id quod creditoris intereſt ſua pecunia caruiſſe, intereſſe eius ſummæ, quæ vere credita eſt deberi etiam nulla facta mora. Id enim manifeſtè colligitur *ex d. l. 2. C. de non num. pecun.* quæ ait, *id quod verè acceptum eſt, cum vſuris in ſtipulatum deductis, reſtituendum eſſe.* Idemque oſtendi poteſt *ex l. placuit. 19. ff. de vſur.* & aliis plurimis, ex quibus conſtat illicitum licito admixtum pro non adiecto haberi, & licitum peti poſſe. 16

Neque hic rectè obiicitur pactum vſurarium vitiare contractum, vt poſt Bartolum, Aretinum, & alios ſcribit Marta *vot. 116. num. 13.* quia hoc verum eſt, quando conuentio nihil aliud continet quam ſtipulationem vſurarum, quæ nunc inutilis eſt, & illicita, vt dixi *ex d. l. non dubium. C. de legib.* in qua ſpecie loquitur Marta *loc. cit.* quæ proinde reiicitur, & corrigitur firmo manente contractu mutui *d. l. vſuras. & l. placuit. ff. de vſur. l. ſi pro mutua. C. ſi cert. pet.* Andr. Gail. *loc. cit.* Surd. *in d. conſ. 327. num. 18. & 55.* & Frideric. Martin. *de iur. cenſ. cap. 6. num. 192.* † Pactum enim de vſuris præſtandis mutuo additum non repugnat eius ſubſtantiæ *l. 8. Cod. ſi cert. pet. l. 2. C. de non num. pecun.* tametſi incaute aliud dixerit Roderic. *lib. 1. quæſt. 4. num. 41.* ſed naturæ quæ eſt, vt mercedem non recipiat *l. 1. in fin. ff. mand.* Cuiac. *obſeru. lib. 9. cap. 19.* & in id tantùm obliget, quod numeratum eſt, vt dixi *ex d. l. rogaſti. §. ſi tibi.* & aliis locis, & tradit Petr. Gregor. *de vſur. lib. 1. cap. 3. num. 7.* & Cardin. Mantic. *dicto tit. 3. num. 13.* 17 18

† Idemque omnino dicendum eſt, ſi quid illicitum, & indebitum ſorti additum eſt, id enim ſortem, & id quod verè numeratum eſt non vitiare certiſſimum eſt *ex d. l. vſuras. ff. de vſur. l. 2. C. de act. empt.* & alij, quibus conſtat in hac materia vtile per inutile non vitiari: & multis argumentis oſtendit Laurent de Rodulph. *loc. cit. n. 33.* vbi concludit contractum pro ea tantum parte, qua vſurariam prauitatem continet, infirmandum eſſe. Quare cùm is, qui mutuam pecuniam accepit, & maiorem ſummam promiſit, verè debitor ſit eius pecuniæ, quam accepit, & quæ ad illius manus peruenit, æquum eſt, vt ad intereſſe etiam huius pecuniæ teneatur, ſi quod creditor ſenſit ob eius moram, vt in aliis debitoribus receptum eſt. 19

Idémque omnino dicendum puto, ſi creditor numeratis centum, vel mille aliquid detrahat, & retineat pro dilatione vnius anni, vel alterius temporis ad ſoluendum, veluti decem vel octo pro ſingulis centenis, quæ fraus etiam antiquiſſima eſt, vt ex Doſitheo Grammatico, & Cuiacio dixi *ead. q. 10. n. 27.* Nam & hoc caſu pro ea quantitate, quæ detracta eſt, principale debitum ab initio minui certiſſimum eſt *ex d. l. cos. §. ſi quis. in fin. C. de vſur. & l. qui ſic ſoluit ff. de ſolut.* & vt olim eius tantum pecuniæ quæ debitori remanſerat vſuræ præſtabantur creditori, vt conſtitutum eſt *in d. l. cos.* ita nunc intereſſe præſtandum eſſe puto, dummodo vere creditoris interſit debitoris culpa, idque probetur legitimis modis, quod in ſequentibus tractandum eſt. 20

Sed hæc à nobis inutiliter tractata eſſe videntur. Qua ratione enim hæc fraus deprehendi poteſt, cum fœneratores id ſine teſtibus facere conſueuerint, vel amicos teſtes adhibeant, & notarios fraudis, & lucri ſocios. Et videtur ſcripturæ ſtandum eſſe *l. 13. C. de non num. pec.* quæ etiam ait, *nimis indignum eſſe proprio teſtimonio reſiſtere.* Et tamen puto, ſi conſtat creditorem conſueuiſſe ſtatim, & tempore contractus 21

Digitized by Google

data dilatione ad ſoluendum vſuras illius temporis ſubducere ex ſorte, vel cautionem maioris ſummæ extorquere, ſatis probari id etiam factum fuiſſe. Magna enim coniectura eſt qualitas perſonæ *l. non omnes. § à barbaris. ff. de re milit. l. ſi quis. § idem. ff. de cenſat. & cap. illo vos de pign.* Neque præſumitur fœnerator interuſurium medij temporis iactare velle, vt ſcripſit Bald. *in conſ. 233. n. 2. lib. 1. & in conſ. 229. n. 3. lib. 2.* Ancharan. *in conſ. 257. num. 3. & 4* Laurent. de Rodulph. *in lib. de vſur. quæſt.* 85. Paul. de Caſtr. *in tit. de plus petit. num. 2.* Crauet. *in conſ. 73. num. 17.* Forcat. *in lib. de mor. par. 2. num. 22.* & Aluar. Valaſc. *conſ. 56. num. 1.* Et hanc Baldi coniecturam iuuat auctoritas Plutarchi, qui in *d. opuſc. de non fœneran.* ſcripſit fœneratores perfidos eſſe, & ſolitos minus numerare, quàm in ſuis libris, & apochis debitores conſtituant, vt dixi *num. 4.*

22 Et præſertim hæc præſumptio locum habet, cùm nulla creditori intercedebat amicitia, vel affinitas, & coniunctio ſanguinis cum debitore, vt reſpondit idem Bald. *loc. cit. n. 2.* Crauet. *in d. conſ. 73. n. 16.* Valaſc. *loc. cit. num. 1. verſ. accedit alia non leuis*, & Menoch *in conſ. 109. num. 14. & de præſumpt. lib. 3. cap. 123. n. 11.* Non enim inquit conſueuerunt homines tam grata ſeruitia ignotis conferre ſine aliquo præmio, vt experientia docet, & hic ſæpiſſime in executionibus cauſarum deprehenſum eſt.

23 Cæterùm Surdus *in conſ. 327. n. 47.* non ſatis probat hanc coniecturam, quia inquit poteſt adeſſe, & abeſſe: & multæ cauſæ poſſunt creditorem impellere ad mutuandum, & beneficium conferendum, veluti, vt alicui morem gerat, & ex aliis cauſis: alioqui omne mutuum fœneratitium præſumeretur, quod eſt incongruum, & à ratione alienum. Verum Surdi ſententia recipi poteſt, cùm aliæ coniecturæ ſtant pro creditore, vt ſi fortè nobilis ſit, & integræ exiſtimationis, & diues, & non ſolitus vſuras exercere, quæ tollunt ſuſpicionem fœnoris vt docet *eod. loc. n. 48 & 50.* Sed in ſolito fœnerari, qui homini nulla neceſſitudine coniuncto notabilem pecuniæ quantitatem mutuatus ſit poſt annum, vel longius tempus ſoluendam, non eſt mutuandum quod diximus, ſiquidem concurrit mutuum egregiæ quantitatis, dilatio non modici temporis conceſſa extraneo, & conſuetudo fœnerandi, quæ omnia confirmant motum animi iudicis, vt

24 opinetur pecuniam gratuitam non fuiſſe. † Quamobrem detrahendum eſt id quod vſuræ nomine creditor ſubducere conſueuit, & obligatio redigenda ad eam ſummam, quæ penes debitorem remanſit *d. l. ſi tibi. ff. de pact. & l. rogaſti. § ſi tibi. de reb. cred. & l. eos. § ſi quis autem. C. de vſur.* ex qua vt hoc in tranſitu dicam, videntur abrogatæ *l. 57. ff. de pact. & l. 2. § non malè. ff. de dol. mal.* ex quibus olim licuit vſuras in futurum accipere ſorte integra manente: reſtitutio enim ex cauſa illicita, nempe ob interuſurium medij temporis parit pro ea parte reſolutionem numerationis pecuniæ, & ideo id tantùm cenſetur numeratum, & creditum, quod verè, & cum effectu peruenit ad vſum debitoris *d. l. qui ſic ſoluit. ff. de ſolut.* & nos iam diximus, & pro vera ſorte poſt moram locum habebunt, quæ *n. 15. & n. 20.* dicta ſunt.

QVÆSTIO LXXIV.

De probatione lucri ceſſantis.

SVMMARIA.

1 *Agens ad id quod intereſt, id probare debet.*
2 *Quatenus intereſt in facto conſiſtit.*
3 *Intereſſe taxatio relinquitur arbitrio iudicis.*
4 *Aſſertionibus partium circa intereſſe, & cambia ſtandum non eſt.*
5 *In quo tamen plurimùm dominatur iudicis arbitrium.*
6 *Creditor poteſt intereſſe lucri ceſſantis petere licet pecuniam non inuitus mutuam dedit.*
7 *Creditor ſponte pecuniam mutuam offerens poteſt de lucro ceſſante paciſci.*
8 *Mora exigitur, vt intereſſe lucri ceſſantis debeatur.*
9 *Intereſſe lucri iis debetur, qui pecunias coguntur credere.*
10 *Belli tempore, vel alterius publicæ neceſſitatis ſubditi cogi poſſunt mutuare pecuniam Principi, vel Reipublicæ.*
11 *Et hoc caſu moderatas vſuras capere licitum eſſe ex quorundam ſententia.*
Quod alij & auctor non probat, niſi interſit.
12 *Vis habet vim moræ.*
13 *Furti pœna olim manifeſti in quadruplum, non manifeſti in duplum.*
14 *Quæ pœna hodie non eſt in vſu.*
15 *Hodie aduerſus fures, & qui alienas pecunias inuadunt, datur condictio furtiua, in qua venit id quod intereſt.*
16 *In interdicto* de vi, & vi arm. *veniunt fructus, & id quod intereſt.*
17 *Aduerſus furem iuratur in litem.*
18 *Duarem ſententia quædam reiecta.*
19 *Iurari in litem, vt poſſit aduerſus furem, vel raptorem, de vi, & furto conſtare debet.*
20 *Creditor poteſt ſtipulari quicquid ſua intererit dilatione pendente.*
21 *Intereſſe debetur ante moram, cum ab initio taxatum eſt arbitrio boni viri.*
22 *Pactum idem operatur quod mora.*
23 *Bona fides in actionibus interdum venit id quod intereſt, etiam nulla interueniente mora.*
24 *Lucrum ceſſans iis tantùm decerni debet, qui negotiari ſolent ex ſententia Menochij, & plurium.*
25 *Lucrum ceſſans omnibus debetur, ſi verè illud amiſerint debitoris culpa.*
26 *Tutor negligens comparare prædia tenetur ad id quod intereſt.*
27 *Procurator tenetur ad id quod intereſt.*
28 *Feliciani ratio quædam reprehenditur.*
29 *Roderici ſententia quædam reiicitur.*
30 *Pecunia facilè fluit.*
31 *Agens ad lucrum ceſſans probare cogitur illud fuiſſe certum ex eod. Menochio.*
32 *Et ex ſententia Rotæ.*
33 *Argumenta huius ſententiæ.*
34 *Nobiles, & alij qui negotiari non ſolent, vt obtineant lucrum ceſſans, coguntur probare certam occaſionem prætenſi lucri.*
35 *Negotiatoribus lucrum ceſſans decerni poteſt, quamuis indiuiduam occaſionem lucrandi non probent.*
36 *Negotiatores, vt plurimum lucrantur, & dicuntur ex lucro viuere.*
37 *Mercatores proficiſci ſolent, quo illos ſpes lucri vocat.*
38 *Aratores, & piſcatores, ſi in gratiam alterius operari deſinant, poſſunt paciſci de eo quod intereſt.*
Illudque petere, ſi inuiti à ſuis operis impediantur.
39 *Flumina, & mare communia ſunt omnibus.*
40 *Mercatoribus qui paratam pecuniam habent ad hanc, vel illam occaſionem debetur lucrum arbitrio boni viri.*
41 *In nundinis, & ciuitatibus, in quibus commercia vigent, ſemper adeſt copia mercium venalium.*
42 *Hectoris Felicij diſtinctio quædam, quæ auctori non placet.*
Mercator quis.
43 *Mercatura vbi viget non eſt probanda certa occaſio lucrandi, vt lucrum ceſſans negotiatoribus decernatur.*
44 *Nicæa Maſſilienſium auctoris patria.*
45 *Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ aſilum mercatoribus omnibus Nicææ inſtituit.*
Eiuſdem edictum de viis ciuitatis purgandis.
46 *Domitiani Cæſaris edictum de ampliandis Romæ vicis.*
47 *Gammæ, & Valaſci definitio quædam, quæ auctori non placet.*
48 *Piſcium, & auium captus quaſi alea.*

49 *Italiæ*

49 *Italiæ in littoribus piſcatio incertior.*
50 L.quemadmodum.§. Labeo.ff.ad l.aquil.& l.naturalem.§.1. de acquir.rer.domin.*declaratur.*
51 *Lucrum ceſſans mercatori debetur, qui negotiis abſtinet debitoris culpa.*
52 *Merces vileſcunt, ſi emptorem quæras.*
53 *Natta, & alij qui putant certum lucrum eſſe debere, ſibi ipſis aduerſantur.*
54 *Intereſſe lucri ceſſantis, vt in ſpe poſitum,& multis caſibus obnoxium æſtimari debet.*
55 *Lucrum ceſſans quando certum eſt, totum debet adiudicari.*
56 *Mercatori non ideo minus lucrum ceſſans debetur, quod mala fortuna interdum vſus ſit.*
57 *Intereſſe debetur, quocunque tempore illud contingat.*
58 *Intereſſe non pendet ex tempore, ſed ex cauſa.*
59 *Creditor vt lucrum ceſſans licitè petat, probare debet ob pecuniam ſibi non reſtitutam lucrum amiſiſſe.*
Intereſſe lucri, vt exigi poſſit, neceſſe eſt, vt mutui datio, vel retentio ſit cauſa amiſſionis lucri.
60 *Mercator tantundem pecuniæ otioſam domi retinens lucrum ceſſans petere non poteſt.*
61 *Niſi aliis neceſſitatibus, & vſibus reſeruetur.*
62 *Hominum inter curas æs alienum, & filia nubilis.*
63 *Creditor, qui domi pecuniam habet, præſidij cauſa, non prohibetur lucrum ceſſans exigere.*
64 *Intereſſe debet fundari in veris cauſis.*
65 *Negatiua per rerum naturam probari non poteſt.*
66 *Debitori incumbit onus probandi creditorem alias pecunias habuiſſe, quibus merces emere, & lucrum facere potuit.*
67 *Mercatori lucrum ceſſans debetur, quamuis appareat interim mercaturæ operam dediſſe.*
68 *Iudices in decernendo intereſſe coguntur aliquid deferre coniecturis.*

1 ILLVD in primis exploratum eſt, creditorem
agentem ad id quod intereſt id probare debere.
Ita enim tradunt Roland. *tot.conſ.35.lib.1.*
Ioann. Bapt. Lup. *in lib. de commerc. comm. 1.*
§.6. *num.* 14. & alij plures apud Maſcard. *de*
probat. concl 530. *num.*3.qui iura quædam citat nihil ad hanc
rem pertinentia: vt etiam Tiraq. *lib. de retract. lignag.* §.1.
*gloſ.*2. *num.*53. Idem ſcribunt Coler. *de proceſſ. execut. part.*1.
*cap.*10. *num.*127. Roderic. *de ann. redit.lib.*3.*quæſt.*4.*num.*85.&
Surd. *in dec.* 60. *num.* 9. vbi rectius ad huius rei fidem vtitur
l.vlt. ff. de præt.ſtipul, & §. *non ſolum. Inſtit. de verb. oblig.* vbi
Theophilus apertiſſime idem docet his verbis. *quoniam futurum eſt, vt in id quod intereſt condemnetur: & hoc quoque incer-*
*tum eſt, neceſſe erit actori planum facere quanti ſua interſit.*idém-
que reſpondit Surd. *in conſ.*154. *num.* 20. vbi ait regulam eſ-
ſe, vt intereſſe probandum ſit, etiam in caſibus, in quibus
2 debetur. † Nam vt dixi ſæpius, quatenus cuiúſque interſit,
in facto non in iure conſiſtit *l.quatenus. de reg. iur.l.ſi quis. in*
fin. de verb. oblig. & l. ſi calendis.ff. de re iudic. & egregiè ex-
plicat Cuiac. *in l.*1. *C. de ſent. quæ pro eo.* & Donell. *de iur. ci-*
*uil. lib.*15. *cap.* 4. & facta non præſumuntur *ex vulgatiſſima*
l.in bello. §.*facta. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* Camill.Plaut.*in*
*d.l.*1.*verſ. per ſuam ſubtilitatem. num.*4. & Maſcard. *concl.*732.
*num.*1. & in ſpecie Dec. & Cagnol. *in d.l.quatenu. de reg iur.*
Anton. Fab. *tit.de ſent. quæ pro eo def.* 6. † Ideóque eius quod
3 intereſt æſtimatio arbitrio iudicis committitur *l. centum.* 8.
ff.de eo quod cert. loc.l.ſi vero. §. *ſi mihi. ff. mand.* Natt. *in conſ.*
370.*in fin.*Andr.Gail.*lib.*2. *obſer.*6.*n.*5.Magon.*dec.Florent.*103.
*n.*9.& 10.& rurſus *in deb.Lucen.*6.*num.*39. Menoch. *de arbitr.*
*caſ.*119.*n.*10.& Roderic.*d.lib.*3.*quæſt.*7.*num.*23.
4 Quod adeo verum eſt, vt in hoc genere minimè ſtan-
dum ſit aſſertionibus, & confeſſionibus partium, ne in ea-
rum poteſtate ſit facere licitum, quod alias eſt illicitum, vt
Baldo, Cagnolo, Purpur. Coler. & aliis auctoribus rela-
ti dixi *quæſt.*72. *num.*9. quibus nunc addo Natt. *in conſ.* 490.
*num.*4. Gratian. *diſcept. cap.*387. *num.* 16.& Rotam, quæ ita
cenſuit *in quadam Mediolan.inter collect.Farinac.par.*2.*dec.*173.
*num.*4. vbi de cambiis, & recambiis agebatur, & definitum
eſt calculis inter partes initis, & in quibus cambia, & re-
cambia admiſſa fuerant, ſtandum non eſſe, quia, inquit,
Rota plurimùm Chriſtianæ Reipublicæ conducit, ne hoc
modo via fraudibus & vſuris aperiatur.† In quo tamen pluri- 5
mùm tribuerem arbitrio iudicis *argum. l.*3. §.1.*ff.de teſtib.* vt
ſcilicet ex circunſtantiis rerum, & perſonarum ipſe æſtimet
an aſſertionibus partium ſtandum ſit: durum enim eſt pro-
pro teſtimonio reſiſtere.*l.*13. *C.de non num. pecun.* & poſt ra-
tiones initas probationes exigere, & præſertim ab hæredi-
bus creditoris.

Cæterùm quia id quod intereſt, vel lucrum eſt quod
amittimus vel damnum quod patimur aduerſarij culpa *l. ſi*
*commiſſa. ff. rem rat. hab. & d.l.*1. *C. de ſent. quæ pro eo. l.* 2. *in*
fin. de eo quod cert. loc. primùm de probatione lucri ceſſantis,
deinde de probatione damni emergentis dicendum eſt. In
qua re ſequar veſtigia Menochij viri omni laude digniſſi-
mi, qui *loc.cit.* multa exigit, vt intereſſe lucri ceſſantis de-
cerni poſſit.

Et primò quidem exigere videtur, vt creditor inuitus 6
pecuniam credat, idque ex doctrina Soti *de iuſtit.& iur. lib.*6.
*quæſt.*1.*art.*3.*concl.*1. quod non puto neceſſarium verius enim
eſt eum, qui ſponte pecunia indigenti credidit, ſi non
aliud obſtat, agere poſſe ad id quod ſua intereſt lucrum
amiſiſſe, vt amico indigenti opem ferret. Neque enim te-
netur ratione huius officij propria commoda negligere.
Et proinde meritò hæc conditio à Theologis, & iuriſcon-
ſultis paſſim reiecta eſt. Ita enim ſentiunt Conrad. *quæſt.*30.
& diſertiſſimè aduerſus Sotum Nauarr. *in comment. de vſur.*
num. 44. & alij plures apud Vgolin. *lib. de vſur. cap.* 8. §. 7.
*num.*1. vbi de communi ſententia teſtatur, quam ſequitur
etiam Lopez. *de contract.& negotiat. lib.*1. *cap.*23. *num.*3. Sa-
lon *de iuſt. quæſt.*78. *art.*2. *contr.* 9. *num.* 16. Molin. *diſp.* 315.
num. 11. Alphonſ. Narbon. *lib.* 5. *tit. de camb. & campſor.*
*leg.*15. *gloſ.*4. *num.*11. & 12. Cardin.Lancell. apud Farinac.
*in d. par.*3. *dec.*331. *num.*15. & Sigiſm.Scacc. *de commerc.*§ 1.
quæſt. 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *num.* 94. quo loco Menochium in
hac materia multifariam erraſſe notat. His accedit Regi-
nald. *lib.*23. *cap.*8. *num.*82. qui huius rei rationem adfert his
verbis. *alioqui nec ratione damni emergentis, niſi inuitus illud*
patiens poſſet aliquid accipere, ſiquidem ſuo iure cedat eo ipſo quod
in mutuum conſenſit. At id abſurdum eſt, quia ex eo quod quis
ſponte in gratiam alterius aliquid præſtat, non debet eſſe deterioris
conditionis, quam ſi præſtaret inuitus, cum hoc quam illud lau-
dabilius ſit. Ita Reginald. *hoc loc.* qui profecit ex Petro à Na-
uarr. *lib.*3. *cap.*2. *num.* 287. idem ferè Hotoman. *in diſp. de*
*fœnor. cap.*6. *col.*6. his verbis. *Num cùm creditor non ſui com-*
modi, ſed debitoris iuuandi cauſa dat mutuum, idem eſſe, ac ſi
eo inuito debitor eius pecunia vteretur, quoniam inuitum hoc loco
accipimus non qui vi adactus eſt, ſed eum etiam qui id non ad-
petat, aut adfectet.

Imò Theologi plurimi, iidémque auctores grauiſſimi 7
ſentiunt eum quoque, qui ſe ſponte offert ad mutuandum,
licitè paciſci de lucro ceſſante, quia inquiunt charitas ſæpe
exigit, vt quis ſe offerat ad mutuandum etiam cùm illo one-
re, vt Nauarr. *cap.* 17. *num.* 212. Petr. Nauarr. *d. cap.* 2.
num. 300. Salon. *loc. cit.* & infra *condit.* 7. *verſ. aſſerunt enim.*
Molin. *in d. diſp.* 315. *num.* 2. Palar. Tolet. Bannez & alij,
quos ſecutus eſt Salas *lib. de vſur. dub.* 20. *num.*3. Rebell. *de*
*oblig. iuſtit. par.*2. *lib.*8. *quæſt.*6. *num.*6. Malder. *tract.*5. *cap.*3.
*dub.*13. *verſ. dico quarto.* Arag. ad D. Thom. *quæſt.* 78. *art.*2.
verſ. quare ſi talis. & poſt hæc ſcripta editus Eminentiſſ. Pa-
ter de Lugo *diſp.*24. *num.* 107. reiecta meritò contraria ſen-
tentia, quia inquit æqualitas contractus non pendet ex eo
tantùm, quod quis ſe offerat, vel non offerat, ſed ex eo
tantùm quòd ei verè lucrum ex mutui datione ceſſet. Et ſa-
ne in iudiciis non diſtinguitur, nec quæritur, an rogatus,
vel ſponte mutuum quis dederit. Nec apud tribunália, apud
quæ cauſas egi plurimas, vnquam hac de re diſceptum vidi
aut audiui aliquando fuiſſe quæſitum.

Et multò magis inutilis eſt hæc quæſtio, & inueſtigatio
in pecuniis debitis ex aliis cauſis. Hûc enim referri debent,
quæ ſcripſi *quæſt.*71.*num.*6. nimirum intereſſe lucri ceſſantis
peti poſſe ex quacunque cauſa pecunia debeatur, præſertim
ex Vgolin.*d.cap.*8.§.5.*num.*3. quod ſentit etiam Menoch. *loc.*
*cit.n.*20.& ſentire videtur Coſta *de ration. rat. quæſt.*142.*n.*1.

& probatur ex l. 3. de in lit. iur. & l. ſocium 60. ff. pro ſoc. l. 18. C. de neget. geſt. & aliis, in quibus intercidere non poteſt hæc inſpectio, an ſponte quis, vel inuitus pecuniam crediderit, conſtat igitur eam Menochij ſententiam receptam non eſſe.

8 Secundo exigit idem auctor eod. loc. num. 3. vt debitor ſit in mora idque ex Crauet. in conſ. 460. num. 9. Benuen. Stracc. in tit de contract. merent num. 3. idem tradit Sot. in d. art. 3. Lup. in d. §. 6. num. 13. Honded. in conſ. 50. num. 21. Carpan. ad ſtat. Mediolan. cap. 43. num. 8. & late tradit Sigiſmund. loc. cit. Denique id fatentur omnes: & probatur apertiſſimè multis iuris locis, vt d. l. ſocium. & l. lecta 40 ff de reb. cred. & l. 15. C. de act. empt. l. 14. §. ſed ſi. ff de conſtit. pecun. & l. 3. de in lit. iurnu. & multis præiudiciis confirmatum eſt Afflict. decis. 284. Rot. Genuenſ. dec 37. & 69. Peguer. dec. 33 num. 6. & Rot. Roman. inter collect. Farin. par. 1. dec. vlt. & dec. 562. n. 1. par. 2. vbi dicitur hoc eſſe principale requiſitum.

9 Sed quod dicitur intereſſe ſine mora non deberi, neque peti poſſe, quaſdam recipit declarationes. Prima eſt, vt etiam nulla adiecta die, & ſine pacto intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis ei debeatur, qui compulſus pecuniam mutuam dedit, vt ex Alberico, & Iaſone docet Chaſſan. ad conſuet. Burgund. rub. 4. §. 23. num. 18. Fernand. Vaſq. de ſucceſſ. lib. 1. §. 6. num. 23. & aliis auctoribus citatis Maſcard. de probat. conc. 934. num. 41. Ita etiam Theologi docent, vt Sot. lib. 6. quæſt. 1. art. 3 concl. 2. Nauar. de vſur. num. 42. Malder. loc. cit in princ. Molin. diſp. 315. num. 1. dicens hac in re conuenire omnes, & Salas d. lib. de vſur dub. 19 num. 6. & Menoch. in conſ. 1027. num. 2. & probari poteſt ex l. 19. ff. de vi, & arm. & l. vlt. ff. de condict. furt. quæ ait videri eum, qui inuito domino rem contrectauerit, ſemper in ea reſtituenda moram facere: & conſtat ex Carpano loc. cit. n. 14. & etiam ex his quæ diximus quæſt. ſeq. num. 7. quod valde notandum eſt pro iis, qui tempore belli, vel alterius publicæ neceſſitatis coguntur pe-
10 cunias mutuas dare Principi, vel Reipublicæ. † Nam tempore belli, vel alterius ſæuientis publicæ neceſſitatis non tantum Princeps ſed etiam rector prouinciæ, & Magiſtratus, ciues, & incolas compellere poteſt ad pecunias Reipublicæ mutuandas, quibus communi bono prouideatur, vt ſcribit Bald. in l. 1. C. de oper. libert. & aliis auctoribus citatis tradit idem Fernand. Vaſq. illuſtr. contron. lib. 1. cap. 6. num. 8. quod ſæpiſſime in Hiſpania obſeruatum eſſe refert: & anno ſuperiore hic factum eſt cum Gallorum exercitus in noſtris agris caſtra haberet. Quod etiam hoc anno decurſum eſt, cum peſtis vrbem vexaret, viſum eſt enim Deo poſt bellum, & fa-
11 mem hac etiam clade miſeros Nicienſes punire. † Imò hoc caſu ſortem cum moderatis vſuris reſtituendam eſſe, eaſque ciues licitè capere ſcribunt Caſtrenſ. in l. 4. num. 6. ff. de reb. cred. quia inquit, cùm libentius pecuniam retinerent, quàm in publicum conferrent, hoc videtur facere licitum, quod alias eſſet illicitum, idem tradit Vaſq. loc cit. & d. §. 6. n. 22. & 53. vbi ait ita in mille caſibus reſpondiſſe, & Andr. Gail. lib. 2. obſeru. 5. num. 17. quia inquit quoties quis ad mutuandum non mouetur improba ſpe vſuræ percipiendæ, ſed inuitus, tunc non offenditur charitas, & dilectio proximi, quæ eſt cauſa prohibitionis vſurarum, ideóque ſine peccato pro pecunia, qua quis inuitus caret, pretium vſus probè accipit, & ita etiam ait tenere Sot. in d. art. 3. concl. 2. & Bont. de vſur. num. 25.

Cæterùm contraria ſententia verior eſt, & tutior, nihil ſcilicet etiam hoc caſu vltra ſortem capere fas eſſe, niſi ſi quid ex liberalitate creditoribus tribuatur: vel eorum tantundem interſit ratione lucri, vel damni, vt docent Bald. in l. 2. num. 105. ff. de inreiur. Angel in verbo. vſura 1. num 77. Nauar cap. 17. in fin. Coſmus Philiarch de offic. Sacerd. lib 5. c. 20. in fin Mich. Salon. in d. contr. 9. num. 16. verſ probo conſequentiam. Molin. d. diſp. 315. num. 3. Roder. d. lib. 3. quæſt. 5. num. 51. Maſcard. in d. concl. 934. num. 4. & Vgolin. de vſur. cap. 4 §. 2. num. 4.
12 rectè ſubiiciens coactionem vſuram non tollere. † Hæc enim vis, & coactio vim duntaxat moræ habere poteſt, quæ ſola non ſufficit, vt intereſſe debeatur, vt ſæpius dictum eſt, & dixit Bald. loc. cit & Philiarch. d. lib. 5. cap. 7. concl. 5. in fin. & cap. 8. concl. 2. verſ. at ob ſolam moram. Peguer in d. dec. 33. in fin. & in dec. 145. num. 8. Nauarr. in d. comm. de vſur. num. 46. & Weſembec ad tit. de vſur. num 9. & indicat l. 136. § Seia. de verb. oblig. nulla enim habenda eſt ratio eius moræ, ex qua nullum ſequitur damnum l. 8. ff. ſi quis caut. Quod verò Gaill. ait Molinæi doctrinam ſapit, quæ à nobis iam reiecta eſt.

His conſequenter dicendum eſt eum, qui alienas pecu- 13
nias furto, vel fraude intercepit ad illatum vſuras non teneri, ſed tantùm ad id quod creditoris intereſt olim ſanè licuit non tantùm rem furtiuam perſequi, ſed & pœnam actione furti, quæ fuit manifeſti in quadruplum, non manifeſti in duplum Inſtit. de act. §. ex maleficiis. & Harmen lib. 6. tit. 5. quæ vera pœna eſt, cum ea exacta adhuc rem perſequi liceret, vt conſtat ex d. §. & ex l. ſi pro fure. §. 1. de condict. furt. & declarat Oliban. in d. §. ex maleficiis num. 9. † Sed hodie 14
hæc non obtinent, vt teſtatur Cæpoll. in auth. ſed nouo iure. num. 65. C de ſer. fugit. Clar. in §. furtum. num. 17. Myninger. in d. §. ex maleficiis num. 24. Bonifac. de furt §. 12. num. 16. & alij apud Farin. quæſt. 167. num. 18. idem notat Gudelin. de iur. nouiſſ. lib. 5. cap. 19. quod non ſatis animaduertiſſe videtur Scacc. d. ampl. 8 num. 117. vbi ſcribit dari actionem in duplum: hoc enim in deſuetudinem abiit: † Et hodie aduerſus fures, & 15
eos, qui ſine mandato alienas pecunias exigunt (nam & hi fures ſunt l. falſarium. C. de furt. & tradit Bonif. §. 11. num. 5) datur condictio furtina, qua rem perſequimur & fructus, & id quod intereſt l. 3. de condict. furt. l. fi. §. ſi ſeruus. & l. 67. §. 1. ff. de furt. cuius verba ſunt ſi tibi ſubreptum eſt, quod niſi certa die dediſſes, pœnam promiſiſti, idcóque ſufferre eam neceſſe fuit, furti actione hoc quoque æſtimabitur. quod etiam notat Farin. loc. cit. & Oldendorp. de act. claſſ. 7. act. 4. quod tamen legitimis modis probandum eſt, & præterea fures extra ordinem criminaliter coërceantur, vt ſcribit Gudelin. loc. cit. † Quod 16
verò dixi in condictionem furtiuam venire fructus, & id omne quod intereſt, locum etiam habet in interdicto de vi, & vi arm. vt conſtat ex l. 1. §. non ſolum. hoc tit. cuius elegantiſſima verba etiam ſubiiciam. Non ſolùm, ait, fructuum ratio in hoc interdicto habetur: verum cæterorum etiam vtilitatum habenda eſt, nam vt Vinianus refert in hoc interdicto, omnia quæcumque habiturus vel adſecuturus erat is, qui deiectus eſt, ſi vi deiectus non eſſet reſtitui, aut eorum litem à iudice æſtimari debere, eúmque tantum conſecuturum, quanti ſua intereſſet ſe vi deiectum non eſſe. vt etiam in interdicto quod vi, aut clam conſtitutum eſt in l. ſemper §. hoc interdicto, & l. 21. in fin. ff. hoc tit. quod vi aut clam. & l. videamus. 38. §. 11. ff. de vſur. Alciat. de eo quod inter. cap 10. num. 1.

Et quod hîc valde notandum eſt aduerſus fures, & qui 17
ad aliena negotia deprædandi cauſa accedunt, & aliorum pecunias in proprios vſus conuertunt inuito domino, in litem iuratur pro æſtimatione rerum, & eius quod intereſt, ita enim conſtat ex l. ſi quando 9 C. vnde vi. & d. l. ſemper. §. ſed quod interfuit. l. 3. & l. cum furti. ff. de in lit. iuran. & tractat diligenter poſt alios Plot. in tract. de in lit. iuran. §. 4. num. 5. & 19. Menoch. de arbitr. caſ. 208. num. 6. & Farinat. quæſt. 176. par. 2. num. 2. † Et quamuis Duarenus in l. in actionibus. de in lit. iu- 18
ran. ſentiat dictam l. ſi quando. ad fures porrigendam non eſſe. Nam inquit licet fures odio digni ſint, delinquunt tamen longe atrocius, qui per vim rapiunt, aut alium ſua poſſeſſione deiiciunt l. 5. §. in hac actione. ff. vi bon. rapt. mihi videtur communis ſententia apertiſſimè probari ex d. l. 5. & l. cum furti. ff. de in lit. iuran. & id ipſum nominatim notat Scholion ad Harmenop. lib. 1. tit 6. in fine: & multi docent apud Maſcard. concl. 935. num. 5. † Et rectius monet Duarenus 19
eod. loc. in quibus caſibus hoc iuſiurandum vice probationis eius quod intereſt recipitur, de violentia, aut delicto admiſſo plenam fidem iudici faciendam eſſe, quod probat d. l. ſi quando. C. vnde vi. cuius principium eſt. Si quando vis in iudicio fuerit patefacta, &c. quod etiam notat Iaſ. in d. l. n. 7. Plot. de in lit. iuran. § 49. num. 3. & 7. & Menoch. loc. cit. num. 3. Maſcard. in concl. 935. n. 2. & Farin. cit. quæſt. 176. n. 21.

Secunda declaratio eſt etiam in mutuo creditorem ab ini- 20
tio licitè, paciſci cum debitore, vt teneatur refundere quicquid eius interſit ratione lucri ceſſantis pendente dilatione ad ſoluendum. Nam licet mutui datio officium ſit, & proinde mercedem non recipiat, l. 1. §. vlt ff. mand. nemo tamen tenetur officio hoc vti cum ſua iactura, & damno, c. precariæ. 10. quæſt. 2. & ideo hanc ſententiam omnes ſequuntur Bald.

in

in d. l. 2. num. 105. *verſ. ex his ergo patet.* Abb. *in c. ſalubriter, num.* 3. *de vſur.* & alij plures apud Couarr. *variar. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 5. *verſ. idem, & illud.* Vgolin. *d. cap.* 8. §. 7. *n.* 1. *verſ. quare contrariam.* Gratian. *cap.* 382. *num.* 20. & 21. *lib.* 2. & Barboſ. *in part.* 1. *l.* 2. *in princ. num.* 98. *verſ. quod verum, & in l.* 5. *num.* 72. *ff. ſolut. matrim.* Sigiſmund. *in d. ampl.* 8. *n.* 148. & 178. vbi ſcribit hanc communem eſſe ſententiam, quam etiam ſequuntur Theologi omnes, quos memorat, & ſequitor Salas *d. lib. de vſur. dub.* 19. *num.* 2. quibus addo Malder. *d. dub.* 13. *concl.* 3. Hoc enim indemnitatis pactum non prorſus tollit beneficium mutuationis, ſed illud reſtringit, quia tanto minus officioſus eſt creditor, vt ait Roderic. *d. quæſt.* 5. *num.* 15.

21 Tertia eſt, quando intereſſe iuſtum, & veriſimile, & arbitratu boni viri ab initio taxatum eſt, & conuenit, vt pendente dilatione certa illa quantitas præſtetur loco eius quod intereſt, tunc enim etiam ante moram intereſſe debetur, dummodò verè interſit. Ita enim Alphon. Villag. *de vſur. quæſt.* 18. *in* 1. & 2. *concl.* Reginald. *loc. cit. num.* 88. idem Barboſ. *in d. l.* 5. *num.* 72. & 73. Alphonſ. Narbon. *in dict. gloſ.* 4. *num.* 16. Gratian. *cap.* 387. *n.* 4. & 29. vbi refert in Rota poſt maturam diſcuſſionem fuiſſe concluſum pro validitate conuentionis: & verè ita cenſuit inter collect. Farinac.
22 *part.* 3. *dec.* 331. & *dec.* 372. *num.* 6. † vbi dicitur idem operari in iſtis terminis pactum, quod operatur mora quod probari poteſt *ex l.* 5. *Cod. de pactis int. empt. & vend. & l.* 15. *C. de act. empt.* illis verbis, *citra pactum in ſolutione mora non facta.* Crauet. *in conſ.* 89. *n.* 4. Sigiſmund. *in d. ampl.* 8. *n.* 151. Gratian. *diſcept. lib.* 4. *cap.* 652. *n.* 25. vbi ait hanc ſententiam receptam eſſe, & ex his quæ tradit Barboſ. *iiſdem loc. cit. & in l.* 3. *num.* 71. & 73. *ſolut. matrim.* & Gait. *de credit. cap.* 2. *titul.* 7. *num.* 1724. & 1742. & nos fuſius proſecuti ſumus *quæſt.* 72.

23 Quarta, & vltima declaratio eſt, vt intereſſe tam lucri, quàm damni debeatur interdum ex actionibus, & iudiciis bonæ fidei, etiam mora non interueniente, vt in actione pro ſocio *l.* 1. §. 1. *ff. de vſur. l. ſocium, ff. pro ſoc.* ita etiam in actione depoſiti *l.* 3. & 4. *Cod. depoſ.* & in actione mandati, *l. ſi vero,* 12. §. *ſi mihi, ff. mandat.* & in actione negotiorum geſtorum *l. atqui natura,* §. *non tantum, ff. de negot. geſt. l.* 18. *C. eod. & l.* 37. *ff. de vſur.* denique idem eſt in contrario iudicio tutelæ *l.* 3. §. 1. *ff. de contrah. tutel. & vtil. act.* In his ergò, & ſimilibus negotiis etiam nulla mora interueniente, id eſt ſine vlla alia interpellatione venit id quod intereſt, vt egregiè tradit Camill. Plaut. *in præfat. l. vn. Cod. de ſent. quæ pro eo, num.* 47. Cuiac. *in d. l.* 1. *de vſur. ad Papin.* & Grimau. *de vſur. & contract. pignor. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 5. notans etiam huiuſmodi vſuras non præſtari propter moram, ſed ne his qui aliena negotia ſua pecunia geſſit, ex officio ſuo damnum ſentiat, quæ latius à nobis poſtea explicanda ſunt.

24 Tertio exigit Menochius, vt creditor ſit ſolitus negotiari, idque eo tempore quo debitor tenetur ſoluere, & in hanc rem citat Crauet. *in conſil.* 310. *numer.* 3. qui tamen id non ſcripſit, ſed tantùm non ſufficere, probetur, quod quia ſit ſolitus negotiari. Sed Menochij ſententia placuit Lupo *in lib. de commerc. illicit. comment.* 1. §. 6. *num.* 17. vbi Alexandrum, Decium, & alios quoſdam in hanc rem profert. Idem ſenſit Natt. *in conſ.* 450. *num.* 2. & 4. Maſcard. *in concl.* 934. *n.* 1. & *ſeq.* & alij ab eo congeſti hoc loco, & Gail. *lib.* 2. *obſeru.* 6. *num.* 3. & acerrimè omnium Felician. de Solis *lib.* 2. *de cenſib. cap.* 5. *num.* 14. *verſ. nec obſtat,* vbi ait, *ſe animaduertiſſe conſentire ſcriptores omnes, vt lucrum ceſſans exigi non valeat niſi ab eo qui ſoleat quæſtuariam negotiationem exercere,* & hanc ſententiam probare videtur *d. l.* 2. *in fin. ff. de eo quod cert. loc.*

25 † Cæterùm hæc qualitas non ita neceſſaria eſt, vt ſolis negotiatoribus, & mercatoribus intereſſe lucri ceſſantis debeatur. Nam & nobilibus viris aduocatis, militibus, cauſidicis, viduis, & diuitibus, qui negotiationibus non vacant, imò & agricolis, & ruſticis lucrum ceſſans debetur, ſi verè ob pecunias creditas à lucro aliquo prohibentur, idque certis probationibus demonſtratum ſit. Etenim id quod intereſt, eſt vtilitas, quæ mihi obueniſſet, eſt id quod lucrari potui, niſi mihi obſtitiſſet debitor, vt dixi ſæpius ex Cuiac. & *ex vulgatiſſima l. ſi commiſſa ff. rem rat. haber.* quod non ſolis mercatoribus conuenit, multis enim modis ex pecunia ſua quis lucrum conſequi poteſt, quamuis negotiationem non exerceat, neque merces emere ſolitus ſit, vt ex emptione prædiorum militiarum, officiorum, annuorum redituum, & locorum, montium, & ruſtici etiam ſolent agros comparare, & ex his vtilitatem capere, quod ſi probetur, æquum eſt, vt debitor iſthæc damna refundat. † Namque etiam tu- 26
tor qui negligens fuit in comparandis prædiis, vel reditibus annuis ex pecunia pupilli, tenetur ex hac cauſa pupillo ad id quod intereſt, vt conſtat *ex d. l.* 3. §. 1. & 2. *ff. de contrah. tut. & vtil. act. & l.* 24. *C. de adminiſt. tut.* & docet Didac. Couarru. *variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. Montan. *de tutor. & curat. cap.* 32. *num.* 193. & diximus aliis auctoribus citatis *quæſt.* 20. *num.* 8. & 9. idque omnes fatentur, nec exigitur, vt pupillus ſit ſolitus negotiari, cùm nec id per ætatem agere poſſit. † Ita etiam procurator, qui neglexit prædium emere, 27
tenetur domino ad id quod intereſt *l.* 8. §. *mandati, & l. ſi quis, ff. mand.* & dicam inferius nec exigitur, vt dominus ſit ſolitus negotiari, & proinde verius eſt etiam ad reliquas perſonas intereſſe lucri ceſſantis interdum pertinere, vt rectiſſimè ſentiunt Salon *de iuſtit. & iur. quæſt.* 78. *art.* 2. *de lucr. ceſſant. concl.* 3. *verſ. iuriſperiti,* vbi ait neque Conradum, neque vllum Theologum id exigere. Caſtrenſ. *in l. diuortio, in princ. numer.* 6. *ff. ſolut. matrim.* & clare reſpondit Ruin. *in conſ.* 109. *num.* 7. *lib.* 4. Rolan. à Vall. *in conſ.* 35. *num.* 16. vbi notat doctrinam Caſtrenſis *in d. l. diuortio,* receptam eſſe, ita etiam tradunt Cagnol. *in d. l.* 1. *Cod. de ſent. quæ pro eo, num.* 44. & Bologn. *num.* 120. Iodoc. Damoder. *lib. de pupill. inter. num.* 16. & 17. Didac. Couarr. *variar. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 2. Gutierr. *de contract. iurat. cap.* 2. *n.* 6. Maſcard. *in d. concl.* 934. *n.* 24. Franciſc. de Cald. *de empt. & vendit. cap.* 29. *num.* 49. Caniſ. *de vſur. cap.* 1. *num.* 8. Gaſpar Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 26. Grimaud. *de vſur. & contract. pignerat. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 10. Caſtill. *controu. iur. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 45. & nouiſſimè Sigiſmund. *in d. ampl.* 8. *num.* 94. *in fin. & n.* 222. & 268. vbi notat hoc conſentiens eſſe doctrinæ Theologorum, & quod mirum eſt ita etiam ſenſit idem Menoch. *in conſ.* 7. *num.* 16. Neque enim exigitur præcisè, vt perſona hoc intereſſe ſit ſolitus cum pecunia negotiari, ſed hæc qualitas exigitur duntaxat, vt huiuſmodi lucrum reddatur veriſimile, & proinde ſi aliunde conſtat de amiſſione lucri, vtique peti, & exigi poteſt, vt animaduertit Barboſ. *in part.* 1. *l.* 2. *in princ. num.* 50. *ff. ſolut. matrim.* & Salon. *loc. cit. verſ. crederem certè in foro iudiciali.*

Neque obſtat, quod obiicit Felicianus emptionem rei 28
frugiferæ, reditus annui non eſſe actum negotiationis quæſtuariæ; quia in hoc genere lucrum continet non tantùm id quod ex iuſta negotiatione mercator quærere potuit, ſed etiam vtilitatem omnem, quæ à nobis quomodocunque facto, vel culpa debitoris intercipitur, vnde cùm is qui potuit agrum emere, vel reditum annuum, & abſtinuit, vt amico opem ferret: vel non emit ob pecuniam ſua die non reſtitutam, lucrum illud amittat, quod ex fructibus, vel reditibus percepiſſet, æquum eſt, vt etiam hoc caſu lucri ceſſantis ratio habeatur. Non ergo neceſſe eſt, vt actus à quo abſtinuit, ad negotiationem, & mercaturam pertineat, ſed ſatis eſt, vt ſit actus, ex quo quis lucrum conſequi valeat; qualis profectò eſt emptio rei frugiferæ *l.* 7. §. *ſi poſt, ff. de admin. tut. l.* 24. *C. eod. & l.* 8. §. *mandati, ff. mand.* vt iidem Rolan. & alij auctores ſentiunt, & Surd. *in dec.* 262. *num.* 5. Coſta *de ration. rat. quæſt.* 148. *num.* 3. Caſtill. *in d. cap.* 1. *n.* 72. & Roderic. *de ann. redit. lib.* 1. *quæſt.* 16. *n.* 14. & 25. vbi reliqua Feliciani argumenta refellit. † Non placet tamen, quod 29
tradit Rodericus hoc loco non videri lucrum ceſſans hoc caſu æſtimandum ad rationem integræ penſionis, ſed quincuncis, vel leuioris vſuræ, quia creditor ſortem alienatam non habet, vt habuiſſet, ſi reditum comparaſſet, ſiquidem non puto id recipere æſtimationem, & proinde id deducendum non eſſe *l.* 5. *in fin. de præſc. verb.* Imò is, qui verè pecuniam conuerſurus erat in emptionem reditus, nihil commodi, & vtilitatis habet, quòd pecuniam repetere poſſit. Imò illi incommodum eſſe poteſt, ſi fortè intempeſtiuè reſtituta pecunia non inueniat prædia, vel reditus idoneos venales, in quibus vtiliter pecuniam collocare valeat. Nec

enim hæc ſemper venalia inueniuntur, vt indicat *l. 14. C. de admin. tut.* & proinde lucrum illius temporis amittat neceſſe eſt, quo pecuniam otioſam domi retinet: & præterea multis modis contingere poteſt, vt non emat, vel emere poſſit eodem pretio, & ſub eadem tutela & ſecuritate euictionis.

30 † Denique pecunia res eſt, quæ facilè fluit, & multis caſibus eſt obnoxia *l. 22. §. huc accedit, C. de admin. tutor. l. Iulianus, 30. ff. de pet. hered. l. ſi chorus, 79. § 1. de leg. 3.* cùm ergò non minus damnoſum, quàm vtile eſſe poſſit, quod pecunia repeti poſſit, verius eſt nihil penſioni, quàm emere potuiſſet creditor detrahendum eſſe, vt ſenſit Alphonſ. Villag. *de vſur. quæſt. 18. n. 28. & 35.* & Valer. *de different. vtriuſque fori, in verb. vſura, diff. 3. n. 2. verſ. paciſci autem* Salas *eod. tract. de vſur. dub. 20. num. 7.* & Caſtill. *loc. cit. n. 72. in fin.* denique omnes tradunt creditorem illud totum conſequi poſſe, quod ex reditibus annuis, vel ex fructibus agri percipere potuiſſet.

31 Quarto exigit Menochius, vt probetur lucrum fuiſſe certum, creditorem ſcilicet habuiſſe merces paratas, quibus emptis tantundem ſuperlucratus fuiſſet. Nec enim ſequitur ex eo quod conſueuerit negotiari & lucrari aliquando, eum omnino lucraturum fuiſſe. Etenim multa accidere ſolent, quæ lucrum omne interuertunt, & ſæpe iacturam inferunt. Ideóque lucrum certum eſſe debet, non ſpes incerta & multis periculis obnoxia, quæ fuit ſententia Caſtrenſ. *in l. 3. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc.* quam ſecutus eſt Natta *in conſ. 450. num. 6.* Clauer. *in conſ. 320. num. 3.* Camill. Plaut. *in l. vn. C. de ſent. quæ pro eo, verſ. per ſuam ſubtilitatem*, vbi ait hanc opinionem magis piam eſſe *n. 36. & 37.* & alij plures apud ipſum Menochium vbi ſuprà *num. 3.* vbi ait hanc ſententiam magis eſſe receptam, & retinendam. Idem reſpondit Riminald. iun. *in conſ. 52. num. 42.* & rurſus *in conſ. 218. n. 100.* hanc etiam ſequitur Fachinæus, quem adoleſcens Piſis audiui ſenem ius ciuile explicantem *controu. iur. lib. 11. cap. 39.* Binsfeld. *in cap. conqueſtus, de vſur. quæſt. 2. concl. 6.* Maſtrill. *in dec. 245. n. 45. & 46.* Gratian. *diſcept. lib. 1. cap. 67. n. 10. & 14. & cap. 987. n. 22.* Vgolin. *in d. lib. de vſur. cap. 8. §. 8.*

32 *num. 2. verſ. quartò requiritur.* † Et quod magnum pondus habet, Caſtrenſis ſententia *in d. l. 3. de eo quod cert. loc.* placet Rotæ Romanæ, vt conſtat ex Mohedan. *dec. 3. tit. de vſur.* & ex variis deciſionibus relatis apud Sigiſmund. Scacc. *de commerc. §. 1. quæſt. 7. ampl. 8. num. 221.* Gratian. *loc. citat. & cap. 244. num. 13.* & apud Farin. *part. 2. dec. 325. num. 7. & part. 1. dec. 774. num. 2.* vbi ſcribitur Rotam non admittere probationem præſumptiuam, nec illam quæ reſultat ex qualitate loci, in quo paſſim inueniuntur occaſiones collocandi pecunias ad lucrum: vnde Fachin. *loc. cit. in fin.* ait ſe hanc ſententiam ſequi veluti veram, æquam, & dignam Rota Romana, quæ ſemper illam eſt ſecuta: & congruenter Mohedanus *in d. dec. 3. num. 3.* refert id quaſi omnibus dominis placuiſſe veluti exemplarem, æquam, & rationabilem deciſionem dignam tribunali Rotæ. Ex quo ſequitur, vt certum, & indiuiduum lucrum pro annis ſingulis, quibus pecunia retenta eſt, probari debeat, vt ſentiunt Gamma *in dec. 110. num. 16. & n. 20.* Aluar. *conſ. 107. n. 6. & 7.* & Maſtrill. *in d. dec. 245. n. 42.*

33 Quæ Caſtrenſis ſententia præter auctoritatem multorum ſcriptorum probatur *ex l. naturalem, §. 1. in fin. ff. de acquir. rer. domin. & in §. illud quæſitum.* Inſtit. *de rer. diuiſ.* illis verbis, *quia multa accidere poſſunt, vt eam non capiat*, & melius *in l. quemadmodum, 29. § item Labeo, in fin. ff. ad l. aquil.* quem iuris locum Caſtrenſ. & Iaſ. *in fin. d. l. 3. in* & Riminald. *in d. conſ. 52. num. 46.* bonum appellant, verba autem legis hæc ſunt, *vbi damni iniuria agitur ob retia non piſcium, qui adeo capti non ſunt fieri æſtimationem, cum incertum fuerit, an caperentur.* Hinc ait Riminald. *eo loco* eos, quorum erant retia, ſolitos fuiſſe piſcari, & capere piſces, & tamen non habetur ratio lucri ceſſantis, quia non conſtat paratos fuiſſe piſces, qui caperentur, & proinde non ſatis eſſe, ſi probetur creditor negotiari, & lucrari conſueuiſſe octo, vel decem pro ſingulis centenis, ſed etiam probandum eſſe, quod paratas habuit merces, ex quibus lucrum illud percepiſſet. Imò Natta *in d. conſ. 450. num. 6.* perpendens verba *d. l. 29. ad l. Aquil.* ait, quod piſcatores retia in mari, vel flumine collocauerant ad capturam piſcium, quæ ſi nauigantes inciderint, tenentur quidem reſarcire damnum rebus illatum, ſed non tenentur præſtare æſtimationem piſcium, qui nondum erant capti, quoniam incertum erat, an caperentur, quanto minus igitur, inquit Natta, lucrum præſtandum eſt mercatori, quando ad nullum actum peruenit, ex quo pateat, quod verè merces erat comparaturus.

Cæterùm hæc ſententia ſine dubio retinenda eſt in iis, 34
qui nec negotiari ſolent, nec lucrari, vt ſunt diuites, & nobiles viri, & mulieres locupletes, quibus nullum lucrum ceſſans adiudicandum puto, niſi probent certam, & indiuiduam occaſionem lucrandi ex pecunia, vt reſpondit Ruin. *in conſ. 104. lib. 4.* Natta *in conſ. 370. num. 5.* Maſcard. *in d. concl. 985. num. 24.* Lælius Zecch. *de vſur. cap. 5. num. 8. verſ. quod ſi mobilis*, & communiter receptum eſſe, in foro ſeruari teſtatur Sigiſmund. *in d. ampl. 8. num. 222.* & ita nuper Senatus noſter iudicauit in cauſa D. Margaritæ de Laſcaris nobilis mulieris, cui nihil omnino vltra ſortem adiudicatum
eſt, tametſi debitor eſſet in mora. † In aliis verò qui nego- 35
tiationibus vacant, & merces vendere, & comparare ſolent ſufficere, ſi probent ſolitos eſſe negotiari, & lucrari octo, vel decem annua pro centenis ſingulis, & mercatores eiuſdem qualitatis, & conditioni tantundem lucrari conſueuiſſe deductis expenſis, & quod veriſimiliter creditor id lucratus eſſet, ſi pecunias ſibi debitas habuiſſet. Ita enim ſentiunt, & diſtingunt Azor. *in d. l. 3. in fin. de eo quod cert. loc.* & ibi Iaſ. *num. 6.* Aretin. *in l. continuus, §. cum ita, de verb. obligat.* Angel. *in l. ſi commiſſa, in fin. ff. rem rat. hab.* Cagnol. *in l. curabit, n. 68. & in l. vn. n. 42. & 43. C. de ſent. quæ pro eo, &c.* vbi teſtatur hanc ſententiam fuiſſe à praxi receptam: idem etiam probauit Alciat. *in d. l. vn. in fin.* Ioan. Bapt. Lup. *loc. cit. n. 3.* & Ruin. *in conſ. 104. n. 7. lib. 4.* & alij plures quos refert Menoch. *d. caſ. 119. n. 4.* Simon. de Præt. *conſ. 151. n. 109.* Alphonſ. *de vſur. quæſt. 18. n. 33.* Burſat. *in conſ. 68. n. 35. & 36.* Trentacinq. *variar. reſol. lib. 1. tit. de intereſſ. n. 32.* vbi ex Burſatto refert hanc diſtinctionem communem eſſe. Caroc. *de loc. & conduct. tit. de natura locationis quæſt. 1. num. 5.* Caſtill. *in dict. cap. 1. n. 51.* vbi ait hanc ſententiam in praxi ſeruandam Lælius Zechus *loc. cit.* Barboſ. *in part. 1. l. 2. n. 50. ff. ſol. matrim.* & poſt alios Gait. *de credit. cap. 2. tit. 7. num. 1748. & ſeq.* Quod multis præiudiciis ſupremarum curiarum confirmatur, ita enim tenuit Senatus apud Ozaſcum *in dec. 145. n. 5.* & Surd. *in dec. 259. n. 9.* Gail. *de obſeru. 6. n. 4.* Magon. *in dec. Florent. 103. n. 19.* & Rota Genuenſ. *in dec. 139. n. 9. & n. 17. & in dec. 206. n. 3.* vbi relatum eſt hanc eſſe magis veram, & magis receptam ſententiam Marius Mut. *in dec. Sicil. 52. numer. 42.* in quam etiam multis hinc inde citatis procliuis eſt Chriſtoph. Matt. Medic. *dec. Senenſ. 14. num. 22.* quam probat manifeſtè *d. l. 2. in fin. ff. de eo quod cert. loc.* illis verbis. *Quid ſi merces ſolebat comparare? an, & lucri ratio habeatur, non ſolius damni? puto & lucri habendam eſſe rationem.* Hìc enim habetur ratio lucri ex eo duntaxat, quod creditor merces emere conſueuerat, & ego in hanc ſententiam pro-
cliuior ſum, † quia plerunque accidit, vt id genus hominum 36
lucrum ex ſuis negotiationibus percipiant, vt ſubindicat *d. l. 2. & in fin. & l. 73. §. quæſitum, ff. de vſur. l. 58. in princ. ff. de admin. tutor. & l. vlt. ff. de pericul. & commod. rei vend.* ibi, *veluti ſi negotiator fuerit, & pretio ſoluto ex mercibus pluſquam ex vſuris quærere potuit*, vnde negotiatores dicuntur paſci, & viuere ex lucro *l. 6. C. de dign.* & emolumenta ex negotiationibus ſuis captare *in l. 1. Cod. de commerc.* & quia præſumuntur ex negotiationibus lucrari, ideo Iuſtinianus vſuras beſſes illis permiſit, cùm reliqui ex illius conſtitutione leuiores capere cogerentur puta ſemiſſes, vel trientes, vt conſtat *ex d. l. eos, Cod. de vſur.* alioqui nulla erat ratio cur omnes
non vno ordine haberet. † Denique quia iſtis hominibus 37
nunquam deeſt occaſio emendi merces, & per conſequentias lucrandi; etenim mittunt, vel proficiſcuntur ad nundinas, & emporia *l. 1. C. de nundin.* in quibus ingens ſemper ſolet eſſe copia mercium venalium expoſita vnicuique, qui pecuniam habet. Horatius ſanè *carmin. lib. 1.* Mercatores vocat *indociles pauperiem pati* & in epiſtolis mores, & naturam eorum deſcribens ait.

Impiger extremos currit mercator ad Indos,

Per

Per mare pauperiem fugiens per tela per ignes.
Et Iuuenalis *lib.*5.

——— ——— ——— aſpice portus,
Et plenum magnis trabibus mare: plus hominum eſt iam.
In pelago: veniet claſsis quocunque vocaris
Spes lucri: nec Carpathium, Getuláque tantum
Æquora tranſiliet, ſed longe Calpe relicta
Audiet Herculeo ſtridentem gurgite ſolem.

Diuus quoque Valerianus Epiſcopus Cemelenſis Homil.20. *requiramus, cuius ſit vitium, quod tenui tabulato hominis vita committitur, & dubiis caſibus pelagi incerta tentantur. Nunquam ſe profecto nauta nauigio credidiſſet, niſi nauigandi deſiderium, negotiandi cupiditas incitaſſet. Fertur denique homo vndis voto quadruplicandæ pecuniæ.* Cùm itaque ij, qui mercaturam exercent, ſolent, ſi domi deſunt, alienas terras, & prouincias, & maria quærere, vbi merces emant, & lucrentur, non adeo rigidè ab eis exigendum eſt, vt probent certam, & indiuiduam
38 occaſionem emendi has, vel illas merces. † Et vt arator, piſtor, & alij opifices, ſi in gratiam alterius operari deſinant, vel per alterius iniuriam, & per vim à ſuis operis auocentur, poſſunt licitè exigere pretia operarum omiſſarum, vt conſtat *ex l. ex hac, 3. ff. ſi quadr. paup. fec. dic.* nec opus eſt, vt probent ſe huic, vel illi operas ſuas locare potuiſſe, quia paſſim ſunt, qui illorum operas certa mercede conducunt. Vt nauta, & piſcator ſi nauigatione, vel piſcatione per iniuriam impediatur, vel in alterius commodum nauigare, vel piſcari deſinat, poteſt agere, vel paciſci de eo quod ſua intereſt, vt ſcribit Didac. Couarr. *in reg. peccatum, relect. p.2. §. 8. num.* 12. Sebaſtian. Medic. *de venat. & piſcat. quæſt.*18. Molin. *de contract. diſp.*315. *num.*11. *in fin.* Reginald. *loc. cit. num.*82. & Salas *lib. de vſur. dub.* 19. *num.* 3. & indicat
39 *l.*1. *§. publicano, ff. vt in flum. publ. nauig. lic.* † Nimirum quia mare, & flumina communia ſunt, & ius piſcandi, & nauigandi in eis commune eſt Iuſtit. *de rer. diuiſ. §. & ſequens, & l.* 13. *§. vlt. ff. de iniur.* ex qua etiam conſtat ei, qui prohibitus eſt piſcari in mari, vel flumine publico, dari actionem iniuriarum, in qua veniunt etiam damna *l. dominus, C. eod. tit.* ità prorſus ſi mercator in alterius gratiam, & commodum negotiari deſinat ex ea pecunia, quam ad id paratam habuit; vel ſi negotiationem exercere prohibeatur, & impediatur, dum illius pecunia, veluti ſuæ induſtriæ inſtrumentum intercipitur, & retinetur, poteſt paciſci, vel exigere æſtimationem lucri, quod ex ſua induſtria probabiliter facere potuiſſet, quamuis non probet has, vel illas merces nominatim præ manibus habuiſſe, quia forum omnibus commune eſt, & cuique licet ad nundinas accedere, vbi copia eſt rerum venalium *d. leg.* 1. *Cod. de nundin.* & qui hodie occaſionem emendi non habet, poſtridie, vel poſt paucos dies habiturus eſt, dummodò nummos habeat, & velit emere, vt experientia rerum magiſtra, ſi verum fateri volumus, nos docet.

40 Denique etiam ei, qui paratam habet pecuniam non ad hanc, vel illam præſentem, & certam occaſionem emendi, ſed ad quamcunque occaſionem contingentem, debetur lucrum ceſſans arbitrio boni viri propter incertitudinem, dummodo veriſimile ſit futurum, quod ſe offerret occaſio, ſatis enim eſt occaſionem probabiliter euenturam, vt explicat Valer. *de differen. int. vtrumque for. verb. vſura, differ.* 3. *num.* 4. cùm ergo veriſimile ſit negotiatores, & mercatores occaſionem habituros emendi, & lucrandi, vel domi, vel in nundinis, vbi merces omnibus venales ſunt, dicendum eſt illis etiam lucrum ceſſans adiudicandum eſſe.

41 Denique quod dicunt creditorem probare debere habuiſſe merces præ manibus, quas comparare potuiſſet, vel intelligunt, vt teneatur creditor probare, quod erat in ipſo actu emendi, & iam cum domino mercium conuenerat, ita vt nihil ferè deeſſet ad perficiendum contractum, quàm numeratio pecuniæ, vel intelligunt, quod ſcilicet in loco aderant merces venales, quas emere potuiſſet, ſi primo modo id intelligunt, certè hoc graue nimis, & durum eſt creditoribus, ſi in hoc euentu duntaxat haberetur ratio lucri ceſſantis, ſiquidem hoc rarò contingit, & vix probari poteſt, niſi teſtato, & data opera id fieret, & præſertim cùm ex mora debitoris agitur ad id quod intereſt ratione lucri ceſſantis, qua ratione enim is, qui pecunia caret, & cui pecunia retinetur de emendis mercibus cum aliis mercatoribus ageret? Nonne id eſſet dedecori, & ludibrio aliorum ſe exponere, ſi fortè is qui merces venales habet oblatum pretium probaret, & creditor, qui obtulit non habet, vnde ſoluat, & emptionem perficere non poſſit. Si verò ſecundo modo ſuam explicant ſententiam, iam illud probare ſuperfluum eſt, quia certum eſt in foro, & nundinis, & in ciuitatibus, in quibus commercia, & negotiationes vigent, merces venales proſtare, quas creditor emere valeat, vt indicat *d. l.* 3. *in fin. de eo quod cert. loc.* vbi definitum eſt in homine ſolito negotiari habendam eſſe rationem lucri ceſſantis, nec exigit lex, vel excipit, dummodò merces præ manibus habeat. Quamobrem ſatis eſſe puto, ſi hoc genus hominum probent ſe negotiationem gerere, & veriſimiliter octo, vel decem pro ſingulis centenis lucrari ſolitos, & idipſum lucrum reliquos eiuſdem negotiationis homines conſequi ſolere, & præſertim ſi additum eſt, vt Aduocati Nicienſes facere ſolent, eo in loco ordinarias, & frequentes eſſe occaſiones emendi merces, vel mercatorem qui agit ad id quod intereſt, ſolitum eſſe ad nundinas proficiſci, & illic merces comparare, tunc enim certior eſt probatio lucri ceſſantis, & ſatis probatum intelligitur mercatorem habuiſſe merces præ manibus, ex quibus lucrari potuiſſet, vt ait Burſat. *in d. conſ.* 68. *n.*36. & Gait. *loc. cit.* neque diſſentit Plaut. *in tit. verſ. per ſuam ſubtilitatem n.* 37. quamuis addat probandum etiam eſſe pretium, quo merces in nundinis emuntur, & deinde venduntur domi, quod non puto neceſſarium, quia id ipſum teſtes implicitè atteſtantur, dum dicunt mercatorem ſolitum lucrari ſeptem vel octo pro centenis ſingulis. Neque enim lucrum facere poteſt, niſi domi pluris merces vendat, quàm in nundinis emerit.

Ex quibus etiam puto parum feliciter Felicium *in tract. de* 42
*ſociet. cap.*24. *n.*50 diſtinguere inter ciuitates, in quibus adeſt continuè occaſio exercendi pecunias in mercibus, & inter illas vbi hæc occaſio lucrandi & mercandi non adeſt, quia agimus de mercatore, qui talis dici non poteſt, niſi aſſiduè mercaturam exerceat *l. legatis, 65. ff. de leg.* 3. Alciat. & Rebuff. *in l. mercis in princ. ff. de verb. ſignif.* Franciſc. de Caldas *in lib. de empt. cap.*23. *n.*18. Syluan. *conſ.* 10. *num.* 18. & Benuen. Stracc. *de mercat. part.* 1. *num.* 7. & proinde nihil refert, an domi, vel in nundinis merces emere, & vendere ſoleat *dict. leg.* 3. *in fin. ff. de eo quod cert. loc.* & cùm in nundinis ſemper merces venales inueniantur, ſemper verum eſt, niſi aliud obſtet mercaturam, qui ad nundinas proficiſci ſolet, merces præ manibus, habere, quas emere poſſit, & ex illis lucrum facere.

Sanè hæc ſecunda ſententia præſertim recipienda eſt in 43
ciuitatibus & oppidis inſignioribus, in quibus negotiationes vigent, & continua eſt occaſio exercendi pecunias in emptionibus mercium, vt ſenſit Felician. *loc. cit.* cuiuſmodi eſt Genua Liguriæ caput, vt teſtatur Rota Genuenſ. *in d. dec.* 139. *num.* 9. *&* 10. *& in d. dec.* 206. *num.* 3. & Sigiſmund. Scacc. *in d. ampl.*8. *num.*235. quam Cuiacius *in c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor.* matrem mercatorum vocat, & Mantua teſte Burſato *loc. cit.* & Florentia, & Ciuitas Senarum, vt refert Martius Medic. *in d. dec.* 14. *num.* 29. inter quas etiam Lugdunum, & Maſſilia proculdubio cenſenda
eſt, & ſi quod aliud eſt celebrare Emporium. † Atque ideo 44
etiam retinenda eſt hæc ſententia Niceæ, quæ à Maſſilienſibus condita ex Plinio auctore *lib.* 3. *cap.* 5. hic enim in ſudore vultus veſcimur pane noſtro, & frequentes ſunt occaſiones emendi, & vendendi merces: & mercatores noſtri ſolent Genuam, & ad nundinas Lugduni, & Galliæ Narbonenſis, & ad alia emporia proficiſci, & merces emere, & in hanc vrbem inuehere, & euehere, ita vt illis pecunia fre-
quentiùs, quàm occaſio occupandi eam deſit. † Et præſer- 45
tim nunc poſt inſtitutum à Sereniſſimo Carolo Emanuele Duce noſtro in hac ciuitate aſylum nationibus omnibus. *Porto Franco.* vulgò dicitur ſublatis portoriis, & vectigalibus quæ olim ex extractionibus mercium præſtabantur, vt nulla ſit hac noſtra Vrbe immunior ſtatio mercatoribus. Poſtquam denique optimus, maximuſque Princeps noſter, quo omnia nitidiora, & ſalubriora eſſent, edicto iuſſit tabulata

taberna

tabernarum, & artificum menſas, & reliqua vicos occupantia tolli, & ne quid fœtidum, & immundum in vias proiiciatur: & vt quiſque eas ſecundùm domum ſuam purget, & reficiat Præfecto vrbis cura mandata, vt hæc omnia fiant
46 imitatus hac in re Domitianum Cæſarem, † quem Romæ olim ſimile edictum feciſſe memorat Martialis *lib.* 7. hoc epigrammate.

Abſtulerat totam temerarius Inſtitor vrbem,
Inque ſuo nullum limine limen erat.
Iuſſiſti tenues Germanice creſcere vicos:
Et modo quæ fuerat ſemita facta via eſt.
Nulla Catenatis pila eſt, præcincta lagenis:
Nec prætor medio cogitur ire luto.
Stringitur in denſa, nec cæca nouacula turba
Occupat, aut totas nigra propina vias.
Tonſor campo coquus lanius ſua limina ſeruant,
Nunc Roma eſt: nuper magna taberna fuit.

47 Ex quibus etiam non placet, quod Gamma, & Valaſcus *loc. cit.* dicunt lucrum pro ſingulis annis deducendum eſſe, & à mercatoribus probandum agentibus ad id quod intereſt, atque ideo ſingulis annis habuiſſe certas occaſiones occupandi in mercibus pecunias, & lucrandi, quia nimia eſt, & nimis ſcrupuloſa religio, quam ſi admittimus, ſanè neceſſe eſt, vt creditor nominatim probet ſe merces vendere potuiſſe maiori pretio, quàm comparauerit, & habuiſſe emptores præ manibus, qui merces illas maiori pretio comparaſſent: quod nemo, quod ſciam, hactenus dixit. Neque enim ſatis eſſet probare certas merces præ manibus habuiſſe, vt de lucro conſtet, niſi etiam probaretur fuiſſe emptores, quibus cum lucro eaſdem merces vendidiſſet, ſiquidem ex venditione tantùm mercatores lucrum faciunt, illud præterea habet incommodi hæc ſententia, quia poſſet creditor vafer, & callidus probare ſe ſingulis menſibus merces emere, ac diſtrahere potuiſſe, & ſingulis menſibus quinque vel ſex pro ſingulis centenis lucrari, quod nimis eſſet debitoribus oneroſum quamuis non negem, ſi id fieret, & certis argumentis probatum eſſet, totum id à debitore, qui in mora eſt præſtandum eſſe. Sed vtilius eſſe contendo, vt Iudex ex his quæ veriſimiliter accidere ſolent, confirmet motum animi ſui, & habita ratione loci, & induſtriæ, & diligentiæ hominis, & adhibito competenti moderamine certam annuam quantitatem illi adiudicet pro eo, quod intereſt, vt tandem admittit Sigiſmund. *in d. ampl.* 8. *n.* 234.

48 Nec obſtat *l. naturalem*, §. 1. *ff. de acquir. rer. domin.* & *l. quemadmodum*, §. *item Labeo*, *ad l. Aquil.* ex quibus mouentur Natta, & Riminald & Fachin. *loc. cit.* hæc enim non ſunt ſimilia. Namque explicatis retibus ad capiendos piſces, vel aues maximè incertum eſt, an piſcator, vel venator piſces, vel aues ex eo ictu capturus ſit, frequenter enim accidit, vt non capiantur, vt conſtat *ex l.* 8. *ff. de contrah. empt.* quæ ait eum qui captum piſcium, vel auium emit quaſi aleam emere, & emptionem eſſe, & addit, *etiamſi nihil inciderit*, & in *d. l. quemadmodum*, §. *item Labeo.* Vlpianus ſubiicit, *cum incertum fuerit, an caperentur* quod etiam conſtat ex illo Lucæ
49 cap. 5. *per totam noctem laborantes nihil cepimus.* † Et congruit his, quod quidam ſcribit *in comment. d. l.* 1. *Cod. de eo quod inter. num.* 84. veriſimile eſſe Vlpianum *in d. l. quemadm.* 29. de his loqui, quæ accidere ſolent in littoribus Italiæ, vbi piſcatio non eſt aſſidua, vt in Oceano, ſed rarior, & incertior, & præſertim in mari Liguſtico, quod vulgo dicitur, *mare ſenza peſce*, quod etiam ſenſit Didacus Couarr. *in d.* §. 8. *num.* 12. Sebaſtian. Græuens *ad Gaill. lib.* 2. *concl.* 6. *num.* 13. & Sebaſtian. Medic. *lib. de venat. & piſcat. quæſt.* 18. vbi tradunt *in d. l. quemadmodum*, procedere in littoribus, & fluminibus, vbi piſcatio eſt admodum rara, & incerta, vbi verò fallere non ſolet, habendam eſſe rationem amiſſionis piſcium, quorum ſcilicet veriſimile eſt capi potuiſſe, quod nunc non executio, ſed in negotiationibus quamuis interdum malè proueniant, certior eſt ſpes lucri, vt conſtat *ex d. l.* 3. §. *nunc de officio*, *de eo quod cert. loc. l. ſocium*, *ff. pro ſociet.*
50 & *d. l.* 1. *C. de commerc.* & experientia id docet. † Deinde in illis legibus reſpicitur ille vnicus iactus retis, cuius nulla habetur ratio, quia incertum eſt, an piſces ex eo iactu caperentur: in hac verò ſpecie mercator ſpatio aliquo temporis pecunia ſua caruit, in quo commodè potuiſſet negotiari, & lucrari, atque adeo cùm diſpar ſit ratio negotiationis, & iactus retium, nihil inde proponitur, ex quo ab hac ſecunda ſententia recedendum ſit. Denique quamuis vbi damni iniuria agitur ob retia, nulla piſcium fiat æſtimatio, qui ideo capti non ſunt, vt definit Vlpianus *loc. cit.* tamen ſi piſcator inuitus intercluderetur, vel eius, & alia inſtrumenta piſcandi retinerentur, proculdubio agere poteſt ad id quod intereſt, nam & id paciſci poteſt, vt dixi aliis auctoribus citatis *num.* 38. Ita protſus mercator, qui in gratiam alterius à negotiatione abſtinet, vel cui pecunia intercipitur, & retinetur, ex qua veluti ex inſtrumento ſuæ induſtriæ lucrum veriſimiliter feciſſet, licitè exigere poteſt æſtimationem lucri ſibi ex eo ceſſantis, quod pecuniam mutuam dederit; neque ea ſoluitur.

Quæ noſtra ſententia vera etiam ex eo eſſe colligitur, 51
quia hîc non tantùm quæritur de intereſſe ſemel incidenti, ſed etiam de promiſcuo, & ſucceſſiuo, quod ex eo prouenit, quòd creditor non ab vno, vel altero negotiationis actu, ſed ab ipſa negotiatione, & mercaturæ exercitio ſaltem pro pecunia quæ retinetur, vel intercipitur aduerſarij cauſa vel culpa abſtinere cogitur, dum ſcilicet detinet pecuniam negotiationi deſtinatam, & proinde licet is, qui ab hac, vel illa emptione abſtinuit, licitè exigere poteſt lucrum illarum mercium quod ſperabat ſecundum priorem ſententiam; verum etiam eſt illum, qui cum pecuniam haberet comparandis mercibus, vt ſolitus erat, deſtinatam, omni negotiatione abſtinet aduerſarij culpa, vel gratia, poſſe exigere æſtimationem illius lucri, quod ex emptione mercium facere potuiſſet, quamuis non probet tempore mutui dationis habuiſſe præ manibus certam, & indiuiduam occaſionem emendi merces, vt exemplo piſcatoris, & aliorum artificum, de quibus dixi, manifeſtum eſt. † Atque etiam quia mercator, cui 52
pecunia non ſoluitur, nec aliunde habet vt præſumitur, negotiatione abſtinet, nec quærit merces venales, quas ſcit emere non poſſe ob defectum pecuniæ. Fruſtra enim illas quæret, vel de illis comparandis cum venditoribus aget. Nec veriſimile eſt, aut ſaltem raro euenit, vt qui illas venales habent, ſponte offerant, viloſcunt enim ſi emptorem quærat. Proinde duriſſimum videretur ab hoc hominum genere exigere, vt probent certas paratas habuiſſe merces, quas emere potuiſſent, & ex illis lucrum facere, quandoquidem debitor retinens mercatoris pecunias in cauſa eſt, vt ille merces venales non quærat, & vt à negotiatione abſtineat. Et ſanè Theologi hanc conditionem non exigunt, vt videre eſt apud Salas *d. dub.* 20. vbi conditiones omnes recenſet, & hanc omittit, & quod magis eſt *num.* 2. *in fin.* Pauli Caſtrenſis aſſertionem *in d. l.* 3. *de eo quod cert. loc.* improbandam eſſe concludit. † Denique non prætermiſero Caſtrenſem ipſum Nar- 53
tam, Riminaldum, Menoch. & Fachineum primæ opinionis aſſertores acerrimos hanc noſtram ſententiam etiam admittere. Natta quidem *in d. conſ.* 370. *num.* 1. & 6. vbi ait hac in re ſe mediam ſententiam ſequi, eámque multis argumentis probat Riminaldus etiam hanc ſecutus eſt *in conſ.* 277. *num.* 28. & Caſtrenſ. *in l.* 1. *num.* 15. *Cod. de ſumm. Trinit.* vbi ſic ait, *ego dico, quod etiam tanquam lucrum poſſunt interdum peti vſuræ, ſi creditor erat mercator, vt cum pecunia ſua conſueuit lucrari, & poteſt probare ſaltem veriſimiliter, quod ſi eam habuiſſet, tantum fuiſſet lucratus, & poteſt illud lucrum perditum tanquam intereſſe petere per ea, quæ notantur in d. l.* 3. §. *fin. ff. de eo quod cert. loc.* Idémque apertiſſimè ſenſit *in l. continuus*, §. *cùm ita. num.* 5. *de verb. oblig.* & iuxta hanc ſententiam illum allegat. dec. Genuen. 139. *num.* 9. & Surd. *in deciſ.* 259. *num.* 9. Trentacinq. *in d. reſol.* 1. *n.* 32. Mart. Muta *in d. dec.* 52. *num.* 42. & Lelius Zecchus *loc. cit.* Menoch. quoque *in conſ.* 1217. *num.* 8. ait ſatis conſtare de intereſſe lucri ceſſantis, quando conſtat creditorem conſueuiſſe negotiari, & lucrari: & quod magis eſt *in conſ.* 7. *num.* 16. admiſerat probationem eius quod intereſt, quæ ducitur ex qualitate regionis, in qua incolæ conſueuerunt annuos reditus emere, quod non puto ſufficere ſecundùm ea, quæ dicta ſunt, quamuis in quibuſdam regionibus ſine ſcrupulo id receptum ſit, vt nouiſſimè teſtatur Anton. de Amat. *reſolut.* 49. *num.* 96. & Gait. *in d. cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 1763. Denique Fachineus *lib.* 3. *cap.* 102.
poſt

Digitized by Google

poſtquam definiuit vſuras etiam donationis propter nuptias viduæ deberi ratione lucri ceſſantis, ſubiicit hanc clauſulam, *ſatis enim conſtat noſtris præſertim temporibus eos, qui pecunias habent paratas, plerunque occaſiones habere annuos cenſus emendi, aut bona immobilia comparandi: quibus caſibus iure canonico vltra ſortem permiſſum eſt aliquid accipere.*

54 Illud ſanè placet huiuſmodi intereſſe negotiatorum, & mercatorum non tanquam certum, & iam quæſitum, ſed arbitrio boni viri æſtimandum eſſe, vt in ſpe poſitum, & multis fortunæ caſibus obnoxium, vt rectè monet Natta *in d. conſ.*370. *num.*6. quem laudant Magon. *in dec.*103. *n.*10. & Maſcard. *loc. cit.* Ita etiam poſt Caietan. & Nauarrum reſpondit Honded. *in conſ.*41. *n.*41. *lib.*1. Syluan. *in conſ.*10. *n.*48. & docet Barboſ. *loc. cit. n.*52. Chriſtoph. Mart. Medic *in dec.*14. *n.*15. & tradit Molin. *diſp.*316. *n.*7. & habendam eſſe rationem laboris, ſumptuum, & dubij euentus, ſeu periculi, vt iidem auctores docent *loc. cit.* & Rebuff. *in d. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo, n.* 593. *&* 594. Menoch. *d. caſ.* 119. *n.* 5. Hartm. *lib.*3. *quæſt.*2. *n.*44. Sebaſtian. Greuæus *in d. concluſ.* 6. *n.* 10. Franciſc. de Cald. *d. cap.* 29. *n.* 54. & Gamma *in d. dec.* 110. *n.* 14. Idémque ex Theologis late diſſerit Lopez, *de contract.*
55 *lib.* 1. *cap.* 24. *verſ. ſed in contrarium.* † Ex quo multo magis patet non eſſe neceſſarium, vt probetur lucrum fuiſſe omnino certum, vt quidam dicunt, alioqui nullus eſſet arbitrio Iudicis locus, & vt certum æſtimandum eſſet, vt docet Lopez, *loc. cit. verſ. ſecundo dicitur.* Molfeſ. *de contract. cap.* 23. *n.* 39. Binsfeld. *in cap. conqueſtus, de vſur. quæſt.* 2. *concl.* 7. & Reginald. *lib.*27. *c.*8. *n.*88. nihilque ex eo detrahi oporteret ob incertitudinem, cùm nulla ſit, vt aſſerunt Alphonſ. Villag. *de vſur. q.* 18. *concluſ.* 1. *n.* 28. *&* 35. & Salas *eod. tract. dub.* 20. *n.*7. quamobrem hac in re conſtituendum puto non tantum iis lucrum ceſſans adiudicandum eſſe, quos merces præ manibus habuiſſe conſtat, ſed etiam aliis mercatoribus, qui probant ea, quæ diximus *num.* 35. *& n.* 41. *in fin.* dummodo huiuſmodi lucrum arbitrio boni viri æſtimetur, non vt certum, & præſens, ſed vt futurum, & multis caſibus fortunæ obnoxium.

56 Quid ſi mercator mala fortuna in negotiationibus vſus eſt, ita vt cuncta ei minus proſperè obuenerint, an hæc iuſta cauſa ſit, vt nihil ei ratione lucri ceſſantis adiudicandum ſit? Reſpondet Magon. *in d. deciſ.*103. *num.* 19. etiam malè fortunatis mercatoribus intereſſe lucri ceſſantis decernendum eſſe, quia inquit, fortuna variabilis eſt, neque eſt neceſſe, vt lucrum ſit omnino certum: ſed ſufficit eſſe veriſimile: quod multis auctoribus citatis tradit Gabriel. *tit. de ſolut. concl.* 10. *n.*3. & Nauarr. *de vſur. n.*46.

57 Qua ratione nec neceſſe eſt, vt intereſſe ſit præſens, id eſt, omnino proximum tempori moræ incipientis, vel mutui, cùm de eo præſtando ab initio conuentum eſt: ſed ſatis eſt, ſi creditor ſtipulatus ſit ſibi refundi quicquid ſua intererit, quocunque tempore id contingat, ante reſtitutionem pecuniæ, vel durante mora, dummodo verè conſtet creditorem ob dationem mutui, vel debitoris moram lucrum illud amiſiſſe, vt rectè ſenſit Sigiſmund. *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *n.* 63. ſubiiciens, *in intereſſe ſiue citò, ſiue ſerò venias, ſemper ineſſe eandem iuſtitiam, vt quandocumque euenerit, debeat emendari, ſi ex pacto, vel ex mora debeatur, & nulla poteſt excogitari ratio, vt emendari debeat quod eſt proximum, & non quod eſt remotum.* In quo tamen boni, & ſapientis Iudicis eſt ab eo die lucrum adiudicare, quo cœpit intereſſe cre-
58 ditoris. † Neque eſt contrarium, quod dicunt intereſſe proximum duntaxat deberi *ex l.* 1. *Cod. de ſent. quæ pro eo,* & aliis citatis Binsfeld. *in d. cap. conqueſtus, quæſt.* 2. *concluſ.* 3. quia ſatis eſt, vt ex mutui datione, & retentione pecuniæ lucrum illud ceſſet, quocumque id contingat tempore. Neque enim id ex tempore pendet, ſed ex cauſa *l. ſi in lege,* §. *colonus, ff. loc.* reiiciuntur quidem aduentitia, & imaginaria lucra *l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo, &c.* quæ potius ſunt creditorum ſomnia, & quorum exempla quædam ex Græcis Cuiacius hîc memorat, & vnum adfert non minus lepidum Binsfeld. *loc. cit.* non verò lucra, quæ nobis verè abſunt, quocunque tempore intercepta ſint aduerſarij facto, vel culpa. Denique quandiu non ſoluitur debitum, & aliena pecunia retinetur, intereſſe quod inde emergit, proximum eſt, & admitti debet.

Poſtremò exigit Menochius *in d. caſ.*119. *num.*6. vt credi- 59
tor probet ſe merces emere non potuiſſe, aut alia ratione amiſiſſe lucrum ob pecuniam à debitore ſibi non reſtitutam, quod & Salicetum, & Nattam ſenſiſſe refert. Et ſanè hæc conſtans eſt Rotæ Romanæ ſententia, vt aliquot deciſionibus relatis teſtatur Sigiſmund. *in d. ampl.* 8. *n.* 244. Etenim neceſſe eſt inter cætera, vt lucrum hoc licitè vltra ſortem capere liceat, vt mutui datio, & retentio pecuniæ debitæ, vel creditæ cauſa ſit amiſſionis lucri, vel quod idem eſt, vt lucrum illud nobis interceptum ſit debitoris culpa, vt indicat *d. l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo, quod inter.* dum ait, *vt hoc quod reuera inducitur damnum hoc reddatur & l.* 13. *ff. rem rat. haberi.* cuius verba ſunt, *ſi commiſſa eſt ſtipulatio, in tantum competit, in quantum mea interfuit: id eſt quantum mihi abeſt, quantumque lucrari potui,* quod & aliis locis iuris probatum eſt. Multi enim partem pecuniæ in arca otioſam retinent, & partem negotiationibus committunt *l.* 1. *ff de tribut. act. &* §. *is quo-*
que. Inſtit. quod cum eo. † Vnde ſi otioſæ pecuniæ pars credi- 60
ta eſt, vel ſi alij ſupererant nummi, ex quibus merces illas emere potuiſſet, & lucrum facere, non poteſt ratione lucri ceſſantis quidquam capere, quia reuera non præripitur, & intercipitur ei lucrum culpa debitoris pecuniam non ſoluentis, neque mutui datio cauſa eſt, vt illi vtilitas illa auferatur, ſed propria culpa, vel dolus, vt Theologi docent Caiet. Medin. Nauarr. apud Vgolin. *in lib. de vſur.* §. 8. *num.*1. Tolet. *inſtruct. ſacerd. lib.* 5. *cap.* 33. *n.* 1. Salon *d. controu.* 9. *num.*27. *verſ. ſecunda conditio eſt.* Molin. *diſp.*316. *n.*6. Molfeſ. *loc. cit. n.*46. Binsfeld. *in d. c. conqueſtus, quæſt.* 2. *concl.* 3. ſubiiciens id valdè obſeruandum eſſe aduerſus quoſdam, qui ſæpe allegant lucrum ceſſans, dum minimè ceſſat. Rebell. *de obligat. iuſtit. part.* 2. *lib.* 8. *quæſt.* 6. *n.* 2. & ante illos Hadrian. *in lib.*4. *ſentent. tit. de reſtit.* rectè concludens *ergo mercatores, qui tantundem pecuniæ ſeruant, quantam neceſſe habent pro negotiationis vſu, quam exercere volunt, vſque ad conuentum mutui reddendi diem, nullum poſſunt de iure intereſſe deducere ceſſantis lucri.* Ita etiam ex iuriſperitis Natta *in d. conſ.* 370. *n.*6. Bimius *in conſ.* 147. *num.* 34. Menoch. *in d. caſ.* 119. *num.* 6. & Sigiſmund. *loc. cit.* quod tamen duas patitur exceptiones.
† Prima eſt, cùm creditor habet quidem pecuniam, ſed aliis 61
vſibus deſtinatam, veluti ad emenda prædia vel res alias, vel ad filiam nubilem locandam, cùm ſcilicet illum filia nubilis angit, vt Ouidius ait *lib.* 2. *remed. amor.* vbi inter curas, & ſolicitudines hominum hanc quoque cenſet, placetque ipſa Ouidij carmina hic ſubiicere, ſiquidem inter mala hominum etiam æs alienum refert, huiuſque rei cogita-
tionem ad amores ponendos maximè prodeſſe. † Itaque ait 62
Poëta.

Ad mala quiſque animum referat ſua, ponet amorem.
Omnibus illa Deus pluſve, minuſve dedit.
Qui puteal, Ianúmque timet, celereſque calendas,
Torqueat hunc æris mutua ſumma ſui.

Et poſt pauca.

Filius hunc miles: hunc filia nubilis angat.
Et quis non cauſas mille doloris habet?

Is ergo, qui pecuniam his vel ſimilibus vſibus ſeruat, vel ad fortuitas neceſſitates, quæ interdum repente ingruunt, reconditam habet, nimirum memor eius quod dicit Ariſtot. *lib.* 1. *Politicor. cap.* 6. *&* 7. *nummum futuræ calamitatis fideiuſſorem eſſe*, perinde eſt, ac ſi pecuniam illam non haberet, ex quo aliis negotiis, & neceſſitatibus reconditur, & vt loquitur Scæuola *in l. ſi chorus,* §. 1. *de leg.* 3. præſidij cauſa reponitur, referens quoſdam bellis ciuilibus id factitaſſe: ideoque lucrum illud, quod creditor ex pecuniis creditis vel retentis percepiſſet, quamuis tantundem pecuniæ præſidij cauſa ſepoſitam habeat, licitè capere poteſt, vt iidem Theologi rectè ſentiunt, & alij ſanè plurimi apud Salas *in dub.* 20. *n.* 6. Bonacin. *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 3. *punct.* 4. *n.* 13. & Vgo-
lin. *loc. cit.* † Altera exceptio eſt, cùm verè conſtituit aliam 63
pecuniam negotiationi non exponere, nam licet ex auaritia vel ignauia id faciat, tamen eo ipſo, quod decreuerat eam negotiationi non exponere, verè illi ex mutuo lucrum ceſſat, & non tantùm ex iniuria, & negligentia, & proinde licitè poterit eius compenſationem petere, quod tradunt Nauarr. *cap.*17. *num.*212. Molin. *d. diſp.*306. *n.*5. & Salas *loc. cit.*

qui

qui id confirmat, *quia ratione mutui minus habet, quàm alias haberet, ergo verè illi ceſſat lucrum ex mutuo, etſi aliud illi lu-*
64 *crum eſſet ratione incuria, & negligentia.* † Et hæc quidem vera ſunt, quia neceſſe eſt, vt intereſſe ſit verum, id eſt, vt ratione ex mutuo damnum emergat, vel auferatur lucrum debitoris cauſa vel culpa, vt Theologi omnes docent, vt Conrad. *de contract. quaſt.* 30. *concluſ.* 1. & alij quidam, quos refert Sigiſmund. Scacc. *ead. ampl.* 8. *num.* 77. Molfeſ. *in dict. cap.* 23. *num.* 33. & clarè ſancitum eſt à Iuſtiniano *in d. l.* 1. *C. de ſent. qua pro eo, &c.* qua cautum eſt, *iudicem æſtimantem id quod intereſt ſpectare debere, quod reuera damnum datum eſt, aut lucrum interceptum eſſe apparuerit*, idem docet Binsfeld. *in d. concl.* 3. qua aſſerit *intereſſe in cauſis veris fundari debere ad excludendas ſimulatas, quales plurimas ſolent vſurarij, & auari mercatores fingere, cum tamen nulla earum ſit vera cauſa, & effi-*
65 *cax amiſſionis lucri.* † Sed non placet, quod Menochius ait, & Rota exigit creditorem probare debere merces comparare non potuiſſe ob pecuniam ſua die non reſtitutam, quia id per rerum naturam probari non poteſt. Nec enim teſtibus, aut alio probationis genere euinci poteſt creditori nullas alias pecunias domi fuiſſe, neque aliunde habere potuiſſe, quibus merces compararet, vel aliud negotium gereret, quia hæc negatiua propoſitio vaga eſt, & indeterminata, quæ per rerum naturam probari non poteſt *l.* 21. *Cod. de probat, l.* 10. *Cod. de non num. pecun. & c. bona, de elect.* ideóque præſumitur eo ipſo, quod contrarium non probatur, vt dicunt Bald. *in conſ.* 318. *num.* 6. & 7. *lib.* 1. & *conſ.* 79. *lib.* 2. & *in d. l.* 22. *in fin. C. de probat.* Crauet. *in conſ.* 1. *num* 10. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1092. *num.* 3. & Menoch. *in conſ.* 322. *num.* 44.

66 † Itaque magis eſt, vt debitori onus incumbat probandi creditorem alias otioſas pecunias habuiſſe, vt in caſu Bonij *loc. cit.* ex quibus voluiſſe, merces emere, & lucrari potuiſſet, & proinde non tam ex mutui datione, quàm ex ignauia, vel culpa lucrum illud amiſiſſe. Nam quod quis domi pecunias reconditas habeat eſt facti, ideóque non præſumitur *l. in bello, §. facta, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* & multo minus præſumendum eſt creditorem dolo, vel culpa ceſſaſſe à lucro, quia dolus non præſumitur *l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat, l. quod adhibitis, Cod. de his qui ſibi adſcrib. in teſtam.* vt etiam non præſumitur culpa *leg.* 57. *in princ. ff. de admin. tut.* Crauet. *in conſ.* 151. *num.* 11. & Maſcard. *in concluſ.* 468. *n.* 1. ſed potius putandum eſt creditorem merces non comparaſſe vel aliud vtile negotium dimiſiſſe, quia pecunias non habuit, & debitor illi eas retinet, & tempore præſtituto non ſoluit: ideóque debitor, qui dicit creditorem potuiſſe aliunde merces emere, ſed culpa vel dolo deſtitiſſe à lucro, id probare debet, vt in reliquis cauſis, & ita comperi deinde docuiſſe Sigiſmund. *in d. amp.* 8. *n.* 256.

67 Denique non obſtet creditori agenti ad id quod intereſt, ſi debitor obiiciat illum mercaturæ operam dediſſe, vt antea, nimirum ad nundinas profectum fuiſſe, tabernam mercium venalium non minus habuiſſe, denique emiſſe, & vendidiſſe, vt antequam pecuniam crederet, vel debitor in mora eſſet facere conſueuerat, quia licet mercator etiam poſt pecuniam creditam mercaturam exercuerit, non ideo minus dicitur lucrum amittere, quod ea debita pecunia facere potuiſſet. Siquidem maiorem mercium quantitatem comparaſſet in nundinis, in quibus mercium venalium magna copia eſſe ſolet, & ita maius lucrum facere potuiſſet, & ſatis eſt, vt verè eius pecuniæ vtilitatem amittat, quæ non ſoluitur, vt palam eſt ex his, quæ dixi *num.* 63. ex Molina, & Salas. Quamobrem etiam hoc caſu habenda eſt ratio lucri, ſi cætera conueniant, & ita à D. Delegatis poſt magnum aduocatorum conflictum pro D. Ioanne Baptiſta Paſſadeſco me patrocinante iudicatum eſt.

68 Vnde puto rigidam eſſe opinionem Camilli Plautij *loc. cit. num.* 37. oportere ſcilicet probare, quod mercator conſueuit ad nundinas proficiſci, & tantam ſummam pecuniæ in mercibus emendis expendere, & quod hoc vel illo anno minorem quantitatem detulit quia non habebat pecunias. Nam non ſolent mercatores ſemper eandem quantitatem ad nundinas deferre, vel traiicere, ſed plus vel minus, vt illis apud alios mercatores in nundinis, & emporiis fides conſtat, & vt illis negociatio retrorſum facilia, & felix fuit. Multi enim pauciores merces emunt, quam ſuperioribus nundinis conſueuerant, quia tabernas adhuc habent refertas mercibus, quas cum aliquo lucro vendere non potuerunt. Plerique etiam paucis nummis numeratis magnam vim mercium coëmunt à mercatoribus, qui eorum fidem exploratam habent, vel quorum intereſt etiam credito vendere. Proinde parum tutum etiam eſt hoc probandi lucri genus: & in foro cogimur in hac materia aliquid dare coniecturis, vt ipſe admittit *num.* 26. id eſt imbecillitati, & imperfectioni iudicij humani, cui admodum difficile eſt in hiſce negotiis veritatem inuenire: & cuius religio facilè circumueniri poteſt. Sanè Caſtrenſis *in d. l. continuus, §. cum ita, de verb. obligat.* quem Plautius citat pro ſua ſententia nihil tale exigit: ſed quærens duntaxat, quando lucrum dicatur certum, vt poſſit negotiatoribus decerni reſpondet his verbis. *Dic probando, quod homines eiuſdem conditionis, cuius eſt ipſe creditor ſi habuiſſent pecuniam fuiſſent tantum lucrati.* Quæ addere volui ad confirmandum id, quod dixi *num.* 53. Caſtrenſem ſcilicet, cuius auctoritate aduerſarij maximè nituntur, noſtræ ſententiæ non aduerſari vel ipſo Plautio teſte, qui illum inter alios pro noſtra, & Cagnoli ſententia profert *in d. l. vn. in verſ. per ſuam ſubtilitatem, num.* 35. His omnibus addendum eſt id, quod *ex l.* 3. *§. eiuſdem, ff. de teſtib.* omnes fere tradunt, probationes in arbitrio iudicis poſitas eſſe, vt poſt Bart. Caſtrenſ. Butr. & alios docet Socin. iun. *in conſ.* 32. *num.* 11. Pariſ. *in conſ.* 55. *num.* 14. & 107. *num.* 48. *lib.* 1. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 90. *num.* 2. Cephal. *in conſ.* 653. *n.* 8. Gabriel. *in conſ.* 40. *num.* 28. & 39. *lib.* 2. & Gail. *obſeru.* 94. *num.* 11. *lib.* 2. obtinere etiam in probatione eius quod intereſt ratione lucri ceſſantis, vt in ſpecie tradit Maſcard. *de probat. concluſ.* 934. *num.* 22. & Caſtill. *controuerſ. lib.* 2. *cap.* 1. *num* 48. ex quo fortè diſſidentium in hac materia auctorum altercationes, & iurgia dirimi poſſunt. Sanè licèt hac in re plurimum dominetur arbitrium iudicis, illud tamen iuri, & rationi conſonum eſſe oportet, vt notant Cephal. *in d. conſ.* 653. *num.* 55. & Gabriel. *loc. cit.* & in re ſimili Duaren. *in l. in actionibus, n.* 39. *ff. de in lit. iuran.* vbi ait credendum non eſſe iudicem ſupra id quod bonum, & æquum eſt, quicquam poteſtatis habere.

QVÆSTIO LXXV.

De probatione damni emergentis.

SVMMARIA

1 *Vt intereſſe damni emergentis debeatur, debitor de eo admoneri debet.*
2 *Debitor non tenetur ex iuſtitia ad damnum, quod creditor patitur ante moram, niſi illud actum ſit.*
3 *Mutuum re contrahitur.*
4 *Debitor poſt moram tenetur ad damna, etiamſi nominatim id actum non ſit.*
5 *Creditor non tenetur admonere creditorem de damno, quod ex eius mora patitur.*
Quamuis humanius ſit, ſi id faciat.
6 *Pactum tacitum idem operatur, quod expreſſum.*
Adiectio loci vel temporis inducit arbitrariam, in qua venit id quod intereſt.
7 *Creditori, qui per vim & dolum coactus fuit ad mutuandum, debetur intereſſe damni etiam nullo pacto intercedente.*
8 *Agens ad id quod intereſt ratione damni, damnum probare debet.*
9 *In æſtimando damno emergenti cauendum eſt, ne plus creditor conſequatur, quam eius intereſt.*
10 *Creditor agens ad damna illud ex facto, & culpa aduerſarij pati debet.*
11 *Intereſſe eſt id, quo ius noſtrum deterius factum eſt culpa aduerſarij.*
12 *Creditor non tenetur probare nominatim ob non redditam pecuniam damnum ſenſiſſe.*

13 *Nec-*

Digitized by Google

13 *Negatiua præſumitur eo ipſo, quod non probatur contrarium.*
14 *Creditor eo ipſo quod damnum paſſus eſt, præſumitur id ſenſiſſe culpa debitoris.*
15 *Non eſt veriſimile creditorem, qui pecuniam habet, æs alienum contrahere, & vſuras pati velle ſub ſpe repetendi.*
16 *Diuitiæ fluxæ, & fragiles.*
17 *Veriſimilius eſt rogantem mutuum pecunia indigere, quam contra.*
18 *Quiſque ſani capitis potius proprio vtitur, cum habet, quam ſe alteri obligat ſub fœnore.*
19 *Durum eſt pecuniam rogare etiam amicos.*
20 *Quod liquide probari non debet, indiciis erui debet.*
21 *Rota Romana ratio quædam perpenditur.*
22 *Iudex curare debet, ne quis ex ſua fraude lucrum ſentiat.*
23 *Creditori ſufficit damnum probare, vt illud à ſuo debitore poſt moram conſequatur.*
24 *Debitori onus probandi incumbit non propter eius moram creditorem damnum ſenſiſſe.*
25 *Probatio eius quod intereſt arbitraria.*
26 *Iudex in dubio poteſt ad iurandum adigere creditorem, an ob moram debitoris illi damnum emerſerit.*
27 *Creditor accipiens pecunias ſub vſuris quando poſſit eas à ſuo debitore repetere,* & num.28. & 30.
29 *Nemo præſumitur voluntarie iniuriam, & damnum pati.*
31 *Mandatu alterius ſumens pecuniam fœnore indemnis ab eo ſeruari debet.*
32 *Negotiorum geſtor vſuras quas alterius cauſa patitur, conſequi poteſt.*
33 *Fideiuſſor, qui vt ſolueret, pecuniam accepit fœnori, vſuras etiam licite conſequitur.*
34 *Mutuans eam pecuniam, qua debitum vſurarium diſſoluere decreuerat, poteſt eaſdem vſuras ſtipulari.*
35 *Pecunia fœnebris debitor quando poſſit onus vſurarum in mutuatarium transferre.*
36 *Creditor, qui vt æs alienum ſoluat, cogitur res proprias vendere, poteſt damna hæc à debitore repetere.*
37 *Intereſt vniuſcuiuſque rerum ſuarum diſtractionem non pati.*
38 *Pactum, vt poſt moram debitoris liceat creditori accipere cambio à ſeipſo, an valeat.*
39 *Pactum vt liceat accipere cambio à ſeipſo, non veſtitur implemento cauſa contra D. de Turri.*
40 *Præſtatio vſurarum reſpectiua ad aliud non eſt illicita.*
41 *Pactum vt liceat cambio accipere à ſeipſo, non ſuſtinetur cauſa indemnitatis, niſi verè creditoris interſit.*
42 *Beneficia campſorum non ſunt beneficia.*

CERTISSIMA concluſio eſt intereſſe, quod damni emergentis vocant, vltra ſortem licitè peti, & exigi poſſe. Ita enim poſt D. Thom. *quæſt. 78. art. 2. ad* 1. Theologi omnes docent apud Salas *de vſur. dub.* 18. *&* 20. & Malder. *tract. 5. cap. 3. dub.* 12. vbi ait hoc eſſe de iure naturali. Et iure ciuili receptum eſſe conſtat *ex l. 2. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc. l. 3. ff. de in lit. iur. l. 21. §. ſi mulier. ff. de act. rer. amot. l. 13. ff. rem rat. haber. l. 4. C. vbi cauſ. fiſcal.* denique id conſtat *ex l. 1. C. de ſent. quæ pro eo*, & communem eſſe Doctorum ſententiam refert Vgolin. *de vſur. c.* 8. §. 3. *num.* 3.

Illud tantùm quærendum eſt, qua ratione, & quibus modis in iudiciis huiuſmodi intereſſe iudici probandum ſit, vt poſſit illud actori decernere. Conſtat enim illud omnino probandum eſſe, vt inquit Plautius *in d. l. vn. verſ. per ſuam ſubtilitatem num.* 4. & nos diximus *initio quæſt. præc.* hanc eſſe regulam iuris. In qua re indaganda etiam doctrinæ Menochij, id eſt doctiſſimi viri veſtigia ſequi placet, vt in tractatu
1 lucri ceſſantis factum eſt. † In primis igitur ad probandum intereſſe damni emergentis exigit Menoch. *in dict. caſ.* 119. *n.* 12. vt creditor tempore, quo pecuniam mutuam daturus eſt, debitorem admoneat de damno, quod ſibi ex mutuo imminet, illudque ſibi refundi ſtipuletur, & caueat, veluti ſe timere ruinam domus, vel penuriam annonæ, aut quod vſuras cogerent ſoluere ſuis creditoribus, vel pati cambia, aut bonorum ſuorum diſtractionem. Quod ſentire ait Domin. Soto *lib. 6. de iuſtit. & iur. q. 1. art.* 3. Vgol. *loc. cit. n.* 4. & Pegner. *in dec.* 33. *n.* 10. qui proinde ſubiicit, ſi damnum non fuit præuiſum, neque timebatur, licet poſtea ſuperueniat, illud non deberi, quod quidem æquiſſimum videtur, ne debitor, qui tantundem reſtituendo ſe liberari exiſtimat, acceſſione eius, quod intereſt, veluti quadam mole nihil tale cogitans obruatur. † Quæ Menochij definitio accipienda eſt 2
de damno, quod creditor patitur ante moram emergens deducatur in pactum, debitor ex iuſtitia illud refundere non tenetur, vt docent Nauarr. Molin. Mercat. Salon & alij Theologi apud Salas *de vſur. d. dub.* 18. *num.* 4. qui ſententiam hanc probat, *quia licet debitor ex mutui contractu teneatur ad damnum, quod ex eius mora mutuanti obuenit, non tamen tenetur præſtare damnum, quod intra terminum præfixum, atque adeo nulla interueniente eius mora, vel iniuſtitia mutuanti obtigit; ſibique creditor imputet, quod de eo non cauerit, neque conuenerit, fortaſſe enim is, qui mutuam pecuniam accepit, nollet cum eo onere eam accipere, neque id forte illi expediret quare ſi mutuans intendebat, vt debitor damnum, ſi quod fortè emergeret, præſtare teneretur, debuit hac de re admonere debitorem, idque in pactum deducere. Denique quia hæc obligatio, neque ex iure, neque ex pacto oritur, & proinde debitor nulla ratione huiuſmodi damna præſtare cogitur.* Ita ferè vir Theologus. † Nos ſimplicius dicere poſſumus, hoc ideo eſſe, quia cùm mutuum re 3
contrahatur obligatio re contrahi non poteſt, vltra quam verè numeratum ſit *l. ſi tibi, ff. de pact. l. cum vltra, C. de non num. pecun.* Cuiac. *in l.* 20. *C. de vſur.* & aliis auctoribus citatis dictum eſt *q.* 73. *in princ.* quare debitor ex vi naturæ contractus id tantum reddere tenetur, quod accepit, niſi mutuo alius contractus admiſceatur nimirum damni interim emergentis ſtipulatio. Quod ſi actum eſt, & interim damnum obuenerit, committitur ſtipulatio etiam ante moram, vt maxima æquitate frequentiori calculo receptum eſſe ſcribit Couarr. *variar. reſol. lib. 3. c. 4. n.* 11. & licet pauci quidam diſſentiant illis omiſſis communem ſententiam eſſe obſeruandam, quam ex recentioribus iuriſperitis ſequitur Honded. *in conſ.* 41. *n. 34. lib.* 2. Menoch. *in d. caſ.* 119. *n.* 12. Vgolin. *d. c.* 8. §. 3. *n.* 4. *&* § 4. *n.* 1. & Alphonſ. Narbon. *legum Hiſpan. lib. 5. tit. 18. l.* 15. *gloſ.* 4. *n.* 10. & ſtultum eſſet id in dubium reuocare.

Illud etiam inter Theologos, & iuriſperitos conuenit debitorem nulla etiam ſtipulatione interpoſita de damno reficiendo, ſi quid emerſerit mora facta, illud refundere teneri, 4
quod poſt eius moram creditor paſſus eſt ob pecuniam ſua die non reſtitutam, vt tradit Menoch. *loc. cit. n.* 13. *& in conſ.* 1027. *num.* 6. Ioan. Bapt. Lup. *de vſur. comment.* 1. §. 6. *num.* 10. Honded. *in conſ.* 50. *n.* 41. *lib.* 1. Barboſ. *in l. 2. in princ. n. 44. ff. ſolut. matrim.* vbi ait hoc eſſe de mente omnium idem tradit Sigiſmund. *in d. ampl.* 8. *n.* 263. & Vgolin. *d. cap.* 8. §. 5. *n.* 2. qui hanc communem eſſe ſententiam auctor eſt, quibus conſentiunt Binsfeld. *in d. c. conqueſtus, quæſt. 1. concluſ.* 3. aſſerens eſſe communem Theologorum, quæ probatur multis iuris locis, vt dixi *quæſt.* 10. *n.* 21. † Neque hoc caſu, id eſt, poſt mo- 5
ram neceſſe eſt, vt debitor admoneatur de damno, vt tradunt Petr. de Nauarr. *de reſtitut. lib. 3. c. 2. n.* 281. Coſmus Philiarch. *de officio Sacerd. lib. 5. cap. 7. concl.* 5. Barboſ. Sigiſmund. *loc. cit.* Salas *in d. dub.* 20. *n.* 6. *in fin.* & Reginald. *lib. 23. c. 7. q. vlt. n.* 76. ſubiiciens debitorem non excuſari, quod non putauerit damnum emerſurum, quia id non impedit, quin facta mora cauſam illius damni, & culpa ſua dederit, lege diuina, & ipſius conſcientia, quæ à nobis diuelli non poteſt, vt Cicero, ait, non minus admonente de mora quàm ſi creditor admonuiſſet. Quod deſumptum eſt ex Petro de Nauar. *loc. cit. n.* 286. & tantum ex charitate tenetur creditor admonere debitorem de damnis imminentibus eius mora, ne moram iniuſtam protrahat, nec tot damna reficere teneatur, vt notat Salas *d. dub. 20. n. 6. in. fin.* Quamobrem ſatis eſt, vt intereſſe damni emergentis capere liceat, vel ab initio illud in pactum deducere, vel debitorem ſua die non ſoluere. † quia tametſi ni- 7
hil inter contrahentes hac de re actum proponatur, tamen cùm terminum ſolutioni præfixerint, videtur debitor ſe obligaſſe ad id omne quod intereſt, ſi diem tranſgrediatur: pactum autem tacitum non minus quàm expreſſum obligat ad reſtitutionem *l. 4. ff. de pact. l. cum quidam, ff. de rel. cred.* &

ſcribit Præſes Faber. *coniect. lib.* 15. *c.* 3. & notant Theologi quidam Rebell. *d. lib.* 8. *quæſt.* 7. *n.* 1. Molin. *in diſp.* 315. *n.* 6. Bonac. *d. quæſt.* 3. *punct.* 3. *n.* 4. Leonard. Leſſ. *de iuſtit. & iur. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 69. vel quod pauci animaduertunt, quia adiectione loci, vel temporis actio arbitraria inducitur, in qua venit id quod actoris intereſt *l.* 11. *ff. de re iudic. l.* 114. *de verb. oblig. l. nummis, de in lit. iur. l.* 2. *§. vlt. & l.* 7. *ff. de eo quod cert. loc.* & explicat Cuiac. *ad l. vlt. hoc tit.* & Præſes *loc. cit. & de errorib. pragm. decad.* 91. *c.* 1. Idémque receptum eſt, ſi aliis legitimis modis debitor in mora conſtituatur, quos proſequitur Vgolin. *cit. cap* 8. §. 5. *n.* 1. & nos infra *q.* 81. *&* 82.

7 Præterea ſi quis per vim, vel fraudem coactus ſit ad mutuandum, & damnum aliquod ſenſerit, illud quoque reſtituendum eſt, licet pactum non præceſſerit, vt docet idem Lup. *in d* §. 6. *n.* 11. & Sot. Salon. Aragon. & aliis Theologis citatis tradit Salas *in d. dub.* 18. *n.* 5. quibus accedunt Tolet. & Azor. apud Sigiſmund. *ampl. cit n.* 114. qui rationem ſubiicit, quia per inuaſionem illicitam committitur mora ipſo iure, & quidem grauior, quàm quæ per interpellationem contrahitur ex Bero. *in conſ.* 93. *num.* 13. *lib.* 1. idem ſentiunt auctores plurimi, quos in hanc rem attuli *q. præced. n.* 9. & hic in tranſitu repetendum fuit.

8 Secundo loco exigit Menochius *n.* 16. creditorem agentem ad id quod intereſt ratione damni emergentis, illud probare debere, quod in iudiciis certiſſimum eſt. Id verò multis modis contingere poteſt, vt ſi non potuit creditor agrum colere: ædes, vel nauim reficere, pignora luere, quæ ob id viliori pretio diſtracta ſunt *d. leg.* 2. *§. nunc de officio, ff. de eo quod cert. loc.* nec ſatisfacere creditoribus, quibus vſuras ſoluere oportuit, & poſſeſſiones ſuas vendere, vt creditori ſuo ſolueret Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 67. *n.* 22. vel ſub vſuris pecunias accipere *l. Lucius, ff. de act. empt.* aut ſi ſub pœna pecuniam debuit, vt ait *l.* 3. *ff. de in lit. iur.* vel ſi non potuit cenſum agro ſuo impoſitum redimere, vel comparare annonam pro alenda familia, vnde carius emere deinde neceſſe fuit, quibus aliiſque modis, quis ex mora detrimentum patitur. Hæc igitur vel ſimilia damna ſibi obtigiſſe creditorem probare oportet, vt ſcripſit Alex. *in conſ.* 141. *n.* 3. *lib.* 5. Rolan. à Vall. *in d. conſ.* 35. *num.* 7. *lib.* 1. Rimiuald. *in conſ.* 815. *n.* 18. *lib.* 7. & Berett. *in conſ.* 25. *in fin.* quos adducit Menochius *loc. cit.* ita etiam Natta *in conſ.* 490. Maſcard. *in concl.* 933. *n.* 8. Honded. *in conſ.* 50. *n.* 30. *lib.* 1. Felic. *de ſociet. cap.* 24. *n.* 36. & Vgolin. *d. tract. de vſur. c.* 8. §. 3. *n.* 4. *&* §. 4. *num.* 3. ſi enim, inquit, damnum eſt non quod damnum peti poteſt? denique id ſatis indicat *d. l.* 2. *§. vlt. de eo quod cert. loc. & d. l.* 3. *ff. de in lit. iuran.* qua ratione enim iudex debitorem condemnare poteſt ad damna, quæ his locis recenſentur, niſi certis probationibus ei probatum ſit, vel pœnam commiſſam eſſe, vel pignora diſtracta eſſe mora debitoris.

9 † In quo tamen genere iudicem inſpicere oportet, ne plus creditor damni emergentis nomine conſequatur, quàm reuera damnum rebus ſuis illatum ſit aduerſarij culpa, vt monet *l.* 1. *C. de ſentent. quæ pro eo,* non ergo ob ſemel incidens damnum, vt ſi pignora diſtracta ſunt, vel frumentum ſemel carius emptum eſt, debet iudex longius protracta mora ſucceſſiuum aliquod intereſſe decernere, ſed id tantùm conſtituere, quod probatum eſt, & quatenus creditor docuit ſua intereſſe, & ita accipiendum eſt, quod Cagnol. *in d. l.* 1. *n.* 45. Lupus *in lib. de vſur. comment.* 1. *§.* 6. *num.* 119. & Menoch. *loc. cit.* 17. ſcribunt habendam eſſe rationem etiam ſequentium annorum. Sed ea tantùm damna refici curabit, quibus creditor pecunia occurrere potuiſſet. Nam ſi ædes incendio collapſæ ſunt, vel nauis à Pyratis expugnata eſt, vel ſi quod aliud damnum illatum eſt, quod pecunia vitari non potuit, nihil ad hunc tractatum pertinere dicendum eſt.

10 Tertio, & vltimo neceſſe eſt, vt creditor damnum illud verè ſenſerit ex mutuo, & propter mutuum, vel ex eo quod ſibi ſuo tempore pecunia reſtituta non fuit, vt ſentire videtur Menoch. *eod. num.* 16. & eſt ſententia Mohedani *in dec.* 2. *tit. de vſur.* & Rotæ apud Farin. *part.* 2. *dec.* 325. *num.* 5. ſub Cardin. Lancell. iuniore, *& in dec.* 325. *num.* 1. *poſt tract. Cenci de cenſib.* vbi ſcribitur ſecundùm opinionem Rotæ oportere, vt in indiuiduo probetur ex eo quod creditor non habuit pecuniam ſibi debitam, damnum illud paſſum fuiſſe. Quod etiam ſenſit Honded. *in conſ.* 50. *n.* 30. *lib.* 1. Maſcard. *in concl* 473. *n.* 9. & Gratian. *diſcept. forenſ. lib* 2. *c.* 240. *n.* 8. & rurſus *lib.* 5. *cap.* 829. *num.* 2. *&* 10. *& cap.* 987. *n.* 15. *&* 16. & aliis relatis Merend. *de camb. nundin. cap.* 3. *n.* 23. † Ego ſanè fateor non poſſe creditorem licitè quicquam capere, vel 11
exigere ratione damni emergentis, niſi reuera damnum illi emerſerit ex datione mutui, vel illud paſſus ſit ob nummos illos ſua die non ſolutos, quia id quod intereſt, repetam enim eſt id quo deterius ius noſtrum factum eſt culpa aduerſarij *ex l. ſed & ſi, ff. ſi quis caut. indic. ſiſt.* & Cuiac. *in d. l. vn. col.* 3. *C. de ſent. quæ pro eo,* id etiam indicat *d. l.* 2. *in fin. de eo quod cert. loc. & l.* 75. *ff. loc.* & ſcio hac in re conſentire omnes, & ita docere Petrum de Nauarr. *de reſtit. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 279. Leonard. Leſſ. *d. cap.* 20. *num.* 73. Vgolin. *de vſur. cap.* 8. §. 3. *num.* 4. *&* §. *ſeq. num.* 1. *verſ. quo tamen.* Roderic. *de ann. & menſtr. redit. lib.* 3. *quæſt.* 5. *n.* 20. Gratian. *in d. cap.* 67. *n.* 17. & pleroſque alios. † Sed onus iniicere creditori, vt probato 12
damno probet etiam ſibi damnum illud contigiſſe ſpecialiter & vt Rota loquitur, in indiuiduo ex eo, quòd pecunia illa reddita non eſt ſuo tempore, nimis durum eſt, & graue, & denique eſt impoſſibile, qua ratione enim id probare poteſt? Primò ponamus exemplum eius rei, quæ frequentius accidit, & de qua agitur *in d. dec.* 325. & apud Maſcard. *in d. concl.* 473. creditorem ſcilicet vſuras, & cambia pati: vel eius res à ſuis creditoribus diſtractas eſſe viliori pretio. Si creditor idémque debitor cogitur probare ob defectum illius pecuniæ damna huiuſmodi ſubiiſſe, ſanè cogitur probare id, quod per rerum naturam probari non poteſt. Nam vt in ſpecie, & concludenter id probet, neceſſe eſt, vt doceat ſe nullas alias pecunias habuiſſe, vel aliunde habere potuiſſe, quibus pignora lueret, vel æs alienum diſſolueret, quod eſt merum factum negantis, † & ob id per rerum naturam probari non 13
poteſt *l.* 22. *C de probat. l. verius,* 21. *ff. eod. & l. adſeueratio C. de non num. pecun.* vnde ſuccedit doctrina eorum, qui tradunt negatiuam præſumi eo ipſo quod contrarium non probatur, quos recenſui *quæſt. præcedenti num.* 65. & præſertim Bald. *in conſ.* 318. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 1. quibus conſentiunt Ripa *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, n.* 2. *ff. ad Trebell.* & Maſcard. *concl.* 1092. *n.* 2. *&* 3. vbi declarat hoc procedere, cùm negatiua vaga, & indeterminata eſt, vt quæ nullis finibus circumcluditur, referens etiam ex Panormitano *in d. c. bona, n.* 14. *de elect.* ita communiter gloſſas concludere, qualis eſt negatiua, de qua agitur. † Quamobrem magis placet ſententia Ruini *in* 14
conſ. 104. *n.* 6. *lib.* 4. vbi apertè ait ſufficere, quod conſtet de damno, eo enim ipſo, inquit, quod creditor damnum paſſus eſt, præſumitur, quod illud non incurriſſet, ſi debitor ſoluiſſet, & Ruini ſententiam maximè iuuat *d. l.* 3. *de in lit. iuran. & l.* 2. *§. vlt. de eo quod cert. loc.* quibus locis videtur conſtare de intereſſe damni emergẽtis eo ipſo, quod pignora diſtracta ſunt, vel pœnæ ſtipulatio commiſſa eſt, ſi debitor in ſoluendo moram fecerit, nec aliud exigitur. Imò etiam ſine mora interdum ſatis eſt creditorem pecunias ſub vſuris mutuas accepiſſe, nec lex aliud exigit, vt illas conſequatur, & repetat, vt *in l. atqui natura, ff. de negot. geſt. l.* 37. *ff. de vſur.* & aliis locis. † Et deinde quia veriſimile non eſt creditorem voluiſſe obli- 15
gationum vinculis ſe inuoluere, & ſe veluti ſeruum creditoris facere, & vſuras vel cambia pati, vel videre rerum ſuarum diſtractionem, & necem ſub ſpe repetendi huiuſmodi damna à ſuo debitore, quæ ſæpe inanis eſt, iuxta illud Horatij.

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Et illud,

———— mille adde catenas,
Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Protheus.

† & rectè Polybius monet *nunquam futuris rebus ita fidendum* 16
eſſe ſicuti præſentibus, denique diuitiæ fluxæ, & fragiles ſunt, & in lubrico poſitæ, & bona ſunt, vt ait Seneca lib 6. de benef. *iam iam ad alium dominum ſpectantia.* Et qui Romæ primus accepit diuitis nomen, creditoribus ſuis decoxiſſe refert Plinius, *lib.* 33. *c.* 10 & Ann. Robert. *rer iudic. lib.* 2. *cap.* 4.

Nec obſtat, quod Maſcardus ait creditorem potuiſſe ex 17
aliis cauſis pecuniam ſub vſuris capere, & vt inquit Rota *in d. dec.* apud Mohedan. pro manutentione menſæ, quia illud certum eſt, creditorẽ caruiſſe ea pecunia, quam alteri mutuam dedit, & quicquid illum impulerit nummos ſub vſuris, vel cambiis

cambiis rogare, & capere, veriſimilius eſt eum alios rogare
nummos quia non habet. Nam ſi haberet, profectò mallet
pecuniis ſuis vti, & proprios nummos exercere ſolutus om-
ni fœnore, quàm alteri ſe obligare, aut durare in obligatio-
ne, & vſuras pati, vel cambiis inuolui, & per nundinas veluti
18 ferum aliquod animal circunduci *l. 25. ff. de probat* † Proinde
ſi ob inopiam pecuniæ vſuras vel cambia pati præſumitur,
ſanè conſequens eſt, vt præſumatur etiam ob moram aduer-
ſarij hoc damnum pati, & præſertim ſi ſub pignoribus, & fi-
deiuſſoribus pecuniam ſub vſuris, & cambiis mutuatus eſt.
Nam ſi debitor ſoluiſſet, creditor his pecuniis vſus eſſet, non
alienis cum ſuo incommodo & rerum ſuarum iactura. Et ve-
lim hoc in loco iudices, quorum hæc notio eſt, interrogare
ſeipſos, an in neceſſitatibus potius vellent vti illa pecunia,
quæ illis debetur, quam tantundem æris alieni contrahere
ſub pignoribus & vſuris. Scio niſi ſtulti ſint reſponſuros non
niſi inuitos, & coactos ad ſe obligandum acceſſuros, & cum
magna indignatione, & querela aduerſus debitores non ſol-
uentes. Quod ergo in ſeipſis fieri ſentiunt, id & in aliis ag-
19 noſcere debent. † Denique durum & graue eſt mutuam pe-
cuniam rogare etiam amicos, qui ſæpe inquirunt, & cunctan-
tur, & tandem dicunt, *non habeo*, vt Martialis ait. Quare in
terminis huius quæſtionis, in qua veritas nulla certa ratione
haberi poteſt, vt optimè oſtendit Sigiſmund. Scacc. *loc. cit.*
n. 256. iudicis motus concurrere debet cum hac coniectura,
quæ naturalis eſt, quia natura docet declinare ea, quæ noci-
tura videntur, vt ſunt vſuræ, & cambia, & rerum diſtractio-
nes. Vſuras ſanè quemlibet inuoluntariè pati ab omnibus
proditum eſt, vel ſaltem non ſimpliciter voluntariè, vt poſt
D. Thom. *in 2. 2 q 78. art. 1. in fin.* docent Petr. Aragon. *ad eund.*
art. 3. Petr. Gregor. *de vſur. c. 3. n. 8. lib. 2.* Rebell. *lib. 8. q. 2.*
20 *n. 10.* & aliis prætermiſſis Molin *diſp. 326.* † Et quod liquidè
probari non poteſt, argumentis, & coniecturis cognoſcen-
dum eſt, vt dicebat Cin. *in d. l. vn. n. 19. C. de ſent. quæ pro eo quod*
inter. idque ex *§. gallinarum. Inſtit. de rer diuiſ. & l. 1. ff. ad l.*
Cornel. de ſicar. & in quæſtione eius quod intereſt ſufficere con-
iecturas tradunt Bart. & Bald. *eod. loc.* & Cagnol. *n. 43.* Iaſon
in l. 3. §. vlt. n. 2. & 3. ff. de eo, quod cert. loc. & Dec. *in l quatenus,*
n. 5. Idem Menoch. *loc. cit. n. 8.* Maſcard. *in d. concl. 934. n. 21.*
Scacc. *in d. ampl. 8. n. 225.* & aliis auctoribus citatis Alphonſ.
Narbon. *ad tit. de camb. & campſor. lib. 14. gloſ 5. n. 5.*

Quamobrem parùm me monet, ſi dicere fas eſt, quod Ro-
ta apud Mohedanum *in dec. 2. de vſur. n. 2.* ait ex receptione
pecuniæ cambio poſt moram debitoris non conſtare de dam-
no emergenti, quia potuit campſor pecuniam cambio accipe-
re ad vſum, & ſuſtentationem menſæ, & plus lucri facere
quàm ſenſerit damni. Etenim ex quacunque cauſa ob non
ſolutionem ſibi à debitore factam, & ob illius moram credi-
tor pecuniam cambio ſumpſerit, illi ſemper damnum emer-
ſit culpa debitoris, qui proinde illud refundere, & præſtare
tenetur *l. 3. § vlt. & l. 4. ff. de eo quod cert. loc. l. 23. ff. rem rat. ha-*
ber. & l. vn. C. de ſent. quæ pro eo, ſi enim debitor ſua die ſoluiſſet,
potuiſſet campſor ex propria pecunia argentariam exercere,
& lucrari: ſed quia coactus fuit, vt fidem menſæ tueri poſſet,
vſuras, & cambia pacti, lucrum illud quod ex nummis cam-
bio acceptis fortaſſe fecit, non excludit rationẽ damni emer-
gentis, quia id quod campſor cogitur ſoluere creditori ſuo,
illi verè abeſt aduerſarij culpa, & proinde æquiſſimum eſt
huius damni actionem dari. Neque enim damni emergentis
ratio ſolùm habenda eſt, quando creditor propter moram de-
bitoris coactus fuit nummos cambio accipere ad alia debita
diſſoluenda, vel ad alios vſus neceſſarios, vt Rota ſentire vi-
detur, ſed etiam ad negotiationem ſibi expedientem, quam
geſturus erat pecunia ſibi ſoluenda, vt docet Molin. *diſp. 315.*
n. 8. & Fauſt. *in ſuo ſpecul. diſp. 16. q. 78.*

21 Qua ratione nec negotium facere debet, quod ead. Rot.
in d. dec. 325. n. 5. formidare videtur, hinc ſcilicet occaſionem
dari fraudibus: & creditorem ſub prætextu centum aureo-
rum, quos ſe debere diceret ſub vſuris vel cambiis, poſſe mul-
to maiorem ſummam diuerſis hominibus ſub iiſdem vſuris
credere, & à ſingulis eaſdem vſuras exigere, quia fraus in du-
bio non præſumitur *l. ſed ſi §. vlt. ff. qui & à quib. l. quoties, §. qui*
dolo, ff. de prob. quibus in re fere ſimili vtitur Dec. *in conſ. 322.*
n. 5. & Emin. Card. Mantic. *de tacit. & amb. conu. lib. 14. tit. 35.*
n. 23. ideóque neque iuſtum, neque æquum eſt Iudices pro-
cliues eſſe ad præſumendam fraudem, niſi probationibus,
vel ſaltem indiciis, & coniecturis de ea doceatur. † In qua 22
re quoties fucum, & dolum fieri iuſta ratione dubitari poteſt,
in officio iudicis erit diligentius hæc inquirere, & curare ne
quis ex ſua fraude lucrum ſentiat iuxta *l. illicitas, in princ. ff.*
de offic. Præſid. & l. 1. ff. de dol vt etiam meo iudicio cauen-
dum eſt, ne dum debitoribus conſulimus, eorum perfi-
diam & moram non ſoluentium foueamus, dum interim cre-
ditor, cui mora facta eſt, vſurarum, & cambiorum mole op-
primitur, vel rerum ſuarum diſtractionem patitur cum pu-
dore, & damno. Quibus congruenter Scaccia *loc. cit. n. 267.*
monet quidem iudices, vt obuiam eant fraudibus fœnera-
torum, tamen in primis cauere debere, dum id facere conan-
tur, ne alteri iniuſtitiam faciant. † Quamobrem licèt his iam- 23
dudum ſcriptis compererim D. Raphaëlem de Turr. *in not.*
ad d. Mohedani deciſionem illam ſequi, quatenus hic Rota cen-
ſuit damnum emergens per ſolam receptionem pecuniarum
ſub vſuris, vel cambiis poſt moram debitoris non probari;
cùm illa receptio, vt inquit, ex aliis cauſis prouenire potue-
rit, parum congruenter iis, quæ ſcripſerat *in tract. de camb.*
diſp. 2. quæſt. 24. n. 46. ego tamen accedo ſententiæ Ruini *in*
d. conſ. 104. n 6 lib. 4 ſufficere ſcilicet creditorem oſtendere
poſt moram debitoris pecuniam accepiſſe fœnori, vel cam-
bio. Quam apertiſſime ſequuti ſunt Bertazz. *in conſ. 264.*
num. 10. & 11. lib. 2. crimin. Caualcan. *in deciſ. 2. n. 29. lib. 2.*
Petrus Barboſ. *in p. part. l. 2. in princip. num. 44. & 48. ff. ſo-*
lut. matrim. & rurſus *in l. 5. num. 25.* Caſtill. *controuerſ. quoti-*
dian. lib. 2. cap. 1. n. 78. Sigiſmund. *loc. cit.* Gratian. ſibi pa-
rum conſtans *lib. 2. cap. 67. num. 22. & 23.* & Rot. poſt
tract. Cencij *de cenſib. dec. 554. num. 8.* & ipſe D. Raphaël
loc. cit. num. 46. vbi tamen non ſatis ſe explicare videtur,
vel mendum irrepſit. Idémque puto ſenſiſſe Nattam *in conſ.*
490. in fin. & Cardin. Seraphin. *in deciſ. 936. in fin.* vbi ait
damna probari concludentiſſimè exhibitis inſtrumentis ſo-
cietatum, quæ Romæ frequentantur ad rationem vſuræ
centeſimæ, ſcilicet ob periculum, cui ſors exponitur. Pro-
bato enim damno præſumitur creditor id detrimentum ſen-
ſiſſe mora, & culpa debitoris non ſoluentis, vt indicant ſa-
tis verba illa *dicta leg. 2. in fin. de eo quod cert. loc. & diſtra-*
cta pignora ſunt, & pœna commiſſa mora tua. † Niſi debitor 24
contrarium oſtendat probationibus, vel coniecturis arbi-
trio iudicis, vt ſentire videtur idem Bald. *in dicto conſ. 318.*
num. 6. lib. 1. & in ſpecie Menoch. *in conſ. 1023. num. 3.* & hu-
ius rei probandæ onus incumbere debitori clarè ſenſit Si-
giſmund. *in d. ampliat. 8. num. 256. & 258.* & rurſus *n. 267.*
vbi tandem ſubiicit hanc clauſulam; *certè ſi hac tam exacta*
probatio requireretur, vana & eluſoria redderentur iura, quæ
mandant, vt debitor moroſus teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis,
& damni emergentis, & conſequenter lites ſuper intereſſe admitti
non deberent.

Proinde quod refert Gratian. *in dicto cap. 987. n. 16.* Rui- 25
ni doctrinam *loc. cit.* communiter reprobari, vt loquitur,
Romæ fortaſſe verum eſt, vt teſtatur Card. Lancellot. iun.
in d. dec. 325. num. 5. vbi ait Rotam non ſequi Ruinum *in d.*
conſ. 104. num. 6. ibi enim iudices ſeuerè, & cautè hac in re
procedere ſolent, vt potius iuſtum excludant intereſſe, quàm
ſinant damnatam vſuram admitti, vt obſeruat idem Sigiſ-
mund. Scaccia *loc. cit. n. 253.* vbi audacius fortaſſe, quàm par
eſt ſubiicit in illis tribunalibus agentes ad id quod intereſt
multis, difficilibúſque probationibus onerari, quibus ſi for-
tè ſatisfacerent, iudices aliam forſan adderent, vt quaſi Hy-
dræ vno auulſo capite alterum conſurgat, & ita qui con-
ſcientia à laruatis non abſtinerent vſuris, tot difficultatibus
deterriti arceantur. Sed vtcumque res ſe habeat, non pro-
pterea arguendi ſunt aliorum tribunalium iudices, qui in re
arbitraria, vt eſt probatio *l. 3. §. eiuſdem, ff. de teſtib.* & in ſpe-
cie eius quod intereſt, vt tradit Maſcard. *in concl. 934. n. 22.*
& Caſtill. *in d. cap. 1. num. 48. verſ. ego verò.* Marius Muta *ad*
conſuetud. Panorm. c. 18. n. 20. Si illis omnibus cautionibus,
quas Rota exigit, non ſeruatis ex animi ſententia putent ſi-
bi ſatis, vel parùm id quod intereſt in iudicio probatum
videri, perpenſis ſcilicet circunſtantiis locorum, tempo-
rum, rerum, & perſonarum, vt optimè expendit Caſtill.

loc. cit. qui licet loquatur de eo quod intereſt ratione lucri, idem tamen dicendum eſt de damno emergenti, quod etiam in facto conſiſtit *l. quatenus, de reg. iur.* & ad quod decernendum iudices procliuiores eſſe debent.

26 Sanè hoc addidero iudicem, quem cuncta rimari oportet, & cui etiam lex id quod intereſt per ſuam ſubtilitatem requirere iubet *d. l. vnica, C. de ſent. quæ pro eo*, vt hîc Berengarius notat *n.* 125. & Duaren. *ad tit. de in lit. iurand. n.* 52. ſi fraudem ſibi hac in re fieri dubitat, poſſe in ambigua coniectura veritatis cogere creditorem, vt librum rationum exhibeat *l. 1. & 5. C. de eden. & arg. l. 21. ff. de interrog. act.* vel iuſiurandum ei deferre, an verè ob defectum pecuniæ ſibi debitæ, & ſua die non ſolutæ damnum illud paſſus ſit *arg. d. l. 3. ff. de in lit. iuran. & l. 15. §. 9. ff. quod vi aut clam.* & ex his quæ tradit Duaren. *loc. cit.* & Gothofr. *ad l. ſi commiſſa, ff. rem rat. haber.* quod & in vſum venire poteſt, cùm agitur de intereſſe lucri ceſſantis, vt ſentiunt Ioan. Bapt. Lup. *comment. 1. de vſur. §. 6. num.* 30. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. c. 10. part. 1. n.* 138. Petrus Heigius *lib. 2. cap. 2. n.* 35. Seraphin. *de iuram. priuileg.* 31. *num.* 122. & ipſe Gratian. *in d. cap.* 67. *n.* 12. & Marr. Medic. *dec.* 14. *n.* 25.

27 Cæterùm quod quidam ſimpliciter tradidere creditorem, qui propter moram debitoris non ſoluentis accepit pecuniam ſub vſuris hoc damnum repetere poſſe, vt Innoc. Abb. Salic. & alij apud Bertazz. *in d. conſ.* 264. *num.* 1. vbi refert communem eſſe ſententiam. Ioan. Bapt. Sanſeuerin. *in lib. cunctos populos, num.* 65. & Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 91. & reſpondit Honded. *in conſ.* 41. *num.* 35. *lib.* 2. ex multorum opinione accipiendum eſt, dummodo creditor probet, quod ſua intererat ſub vſuris, vel cambiis accipere propter imminentem aliquam neceſſitatem. Ita enim declarat Bald. *in l. etiam num. 5. C. de execut. rei iudic.* qui id etiam docet, cùm debitor dedit facultatem creditori, ſi ſua die pecunia non reddatur, tantundem accipiendi fœnori. Quod ſecuti ſunt Alex. *in conſ.* 141. *n.* 3. *lib.* 5. Ioan. Lup. *in cap. per veſtras, § ſexto infertur, verſ. prædicta tamen intellige.* Anan. & Buttigar. apud Andegauen. *in d. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo, fol.* 110. *verſ. ſecundum iſtam.* quibus acceſſerunt Gail. *lib. 2. obſeru. 6. in fin.* Roderic. *de ann. redit. lib. 3. cap. 5. num* 21. Surd. *de alim. tit. 1. quæſt.* 45. *num.* 34. & iiſdem ferè verbis Gratian. *loc. cit. num.* 17. & aliis relatis Anton. de Amat. *reſol.* 27. *num.* 14. & 17. & nouiſſimè Merend. *in d. cap.* 3. *n.* 23. & 24. vbi obſeruat Baldi definitionem, quam additio ad eundem reſtrinxit ad publicos fœneratores, indiſtinctè, & in omni creditore à Doctoribus receptam eſſe.

Idem Theologi exigunt, vel ſaltem vt creditor propter iuſtam aliquam vtilitatem, veluti vt merces compararet, vel agrum, aut rem aliquam vtilem, pecuniam accipiat ſub vſuris, vel cambiis. Ita enim docet Molin. *in dict. diſput.* 315. *num.* 8. Fauſt *dict. diſput.* 16. *quæſt.* 78. *num.* 1. Petrus Nauarr. *de reſtit. lib 3. cap. 2. num.* 280. Reginald. *lib. 23. cap. 7. n.* 72. & alij apud Bonacin. *de contract. diſp. 3. quæſt. 3. punct. 5. n.* 10. & Victorell. ad Tolet. *lib. 5. c. 32. in fin.* ſentiunt igitur relati tum Theologi, tum Iuriſperiti ita demum creditorem in hac ſpecie damnum vſurarum, vel cambiorum à ſuo debitore conſequi poſſe, ſi propter aliquam neceſſitatem veluti ad alendam familiam, & fulciendam domum, vel propter iuſtam aliquam, & rationabilem occaſionem rei benè gerendæ, veluti ad negotiandum, & ad ſimiles vſus vtiles, vel neceſſarios pecuniam ſumpſerit fœnore, vel cambio: negant verò ſi ad ludendum, & alios ſimiles voluntarios, & inutiles ſumptus nummos acceperit ſub vſuris, vel cambiis, quia hoc caſu, vt Bonacina ait, cenſetur creditor voluntariè

28 hæc damna pati. † Quæ ſanè in quæſtione damni emergentis magna videtur exceptio, quam tamen probare non potui; & vt me explicem, tres ſpecies conſtituo.

Prima eſt, cùm quis ſub vſuris, & intereſſe æs alienum iam contraxit, & cùm vellet illud diſſoluere, vt ſe ab vſuris liberaret, & haberet nummos, quibus id faceret, illos amico indigenti & roganti ea lege mutuos dedit, vt ſe indemnem erga creditorem in futurum ſeruaret: Hoc caſu ſentio id ei licitum eſſe, ex quacunque cauſa ſiue vtili, ſiue inutili æs alienum contraxerit, quia cum amici cauſa detrimentum ſentiat, æquiſſimum eſt huius rei in vtroque foro rationem haberi. Neque enim tenebatur cum tam euidenti ſuo damno amico ſuo morem gerere, cum officium ſuum nemini damnoſum eſſe debeat *leg. 7. ff. quib. mod. teſtament. aper. & aliis.*

Altera ſpecies eſt, cùm quis alteri centum mutuò dedit ſoluenda cùm petierit, & poſt duos, vel tres menſes æs alienum accepit fœnore, vt luderet, & conuiuaretur, & in alios vſus inutiles abſumeret, & cùm vellet ſe ab vſuris liberare, debitorem admonet, & interpellat, vt ſoluat quod debet, vnde poſſit æs alienum diſſoluere, & hoc caſu etiam putò debitorem qui in mora eſt *l. 32. ff. de vſur. l. 23. de ver. oblig.* pro vſuris futuris non excuſari *l. 17. §. ſi pupillo, ff. de vſur. & l. 2. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc.* Neque enim minùs iniuſtè alienum retinet, quod creditor ad ludendum, vel prodigendum æs alienum ſub vſuris acceperit.

Tertia & vltima ſpecies eſt, cùm quis amico roganti centum mutua dedit ad vſum temporis neceſſarij veluti duorum vel trium menſium, quibus elapſis, & facta ſibi mora iuxta *l. magnam, C. de contrah. & committ. ſtipul. & aliis*, tantumdem accipit ſub vſuris, vel cambiis. In hac ſpecie in cuius terminis Baldus, & alij loquuntur, ſentio etiam creditorem damnum quod patitur propter moram debitoris, iuſtè perſequi poſſe, tametſi ad vſus non neceſſarios, neque vtiles nummos cambio acceperit, vel fœnori dummodò cætera concurrant: & hoc ad iuſtitiam huius exactionis nihil referre. Cùm enim debitor ſua iniuſta mora, & iniuſta retentione alienæ pecuniæ eſt cauſa damni, quod creditor patitur, tenetur ex iuſtitia damnum illud refundere, & reddere creditori *c. peruenit, de fideiuſſ. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, l. 11. ff. rem rat. hab.* vt in omnibus damnis iniuria datis receptum eſt *l. 1. & tot. tit. ff. ad l. Aquil. qui domum, ff. locat. l. in his 66. ff. ſolut. matrim. & l. 2. §. damni, ff. vi bon. raptor.* eſſe verò cauſam damni facilè oſtenditur, quia ſi debitor ſua die ſoluiſſet, neque inuito creditore eius pecuniam retineret, potuiſſet creditor ſuis pecuniis ludere, conuiuare, & aliis ſuis voluptatibus indulgere. Neque enim tenetur ex iuſtitia in gratiam alterius ludo abſtinere, vel alia ratione ſuum fraudare genium *l. qui ſcit. §. quod autem, ff. de pet. hered. l. 21. Cod. mand.* Hoc ius tantùm ex parentibus in liberos, vt ait Terentianus ille ſenex. *in Heautont.* Quod multo magis dicendum eſt procedente mora, vt ſi per multos menſes, & annos debitor licet admonitus, & ſciens creditorem ſuum vſuris, & cambiis premi, nihilominus illius pecuniam retinet, illáque vtitur, neque fidem ſuam exoluere curat, quia longius procedente mora ſpecies deuenit ad terminos præcedentium, in quibus nemo meo iudicio poteſt debitorem iniuſtè moram facientem excuſare ſub prætextu quod creditor ex imprudentia æs alienum contraxerit. Neque enim minus iniuſtè creditorem ſuum fruſtratur, & lædit, quod ad ludendum, & ad inanes, & ſuperfluos vſus pecuniam fœnori acceperit. Vnde cùm ſit eadem ratio, ſiue ante moram, ſiue poſt moram debitoris creditor pecuniam ſumat ſub vſuris, eadémque iniuſtitia debitoris appareat, idem in vtraque ſpecie conſtituendum eſt, id eſt, moram, & fruſtrationem debitoris impunitam eſſe non oportere, vt ait Papin. *in l. 3. in fin. ff. de vſur.*

Neque obſtat quod dicunt creditorem, qui ad inanes & 29
ſuperfluos vſus pecuniam ſumit ſub vſuris, voluntariè hæc damna pati, quia voluntariè quidem, & nulla iuſta neceſſitate impellente ad æs contrahendum accedit, ſed eo contracto deinde vſuras eius pecuniæ voluntariè & libenter præſtare, prorſus inueriſimile eſt, quia nemo præſumitur libenter iniuriam & damnum pati *l. qui vaſ. §. 3. ff. de furt. & d. l. 2. ff. de vi bonor. rapt.* Ariſtotel. 5. *ethic. c. 2. in fin* & eo ipſo quod à debitore ſuo vſuras repetit, ſatis oſtendit non niſi coactum, & inuitum eas pati. Alioqui neque illi daretur actio aduerſus fœneratorem *leg. 1. ff. de cond. ſt. indeb.* quod ſanè feneratores velint, & magno mercentur. Denique quia non magis voluntariè intelligitur damnum pati, qui pecuniam capit ſub vſuris vt ludat, & aliis ſuis voluptatibus indulgeat, quam qui ſumit, vt agrum, vel merces emat ad negotiandum, quia eadem eſt captio, & iactura patrimonij quod nemo iactare præſumitur *arg. d. leg. 25. de probat.* Imò ſunt qui potius abſtinebunt

ab

ab emptione vtili, quàm à ludo, vel aliis inanibus, & voluptuariis ſumptibus propter habitum, qui eſt difficile mobilis. Deinique imputari etiam poteſt accipienti mutuum, quod cum luſore, & prodigo contraxerit *l. qui cum alio, ff. de reg. iur.* ex quacunque igitur cauſa pecuniam ſub vſuris acceperit, æquum eſt, vt huius damni ratio habeatur. Magis enim debitori imputandum eſt, qui iniuſtè alienam pecuniam retinet, & patitur creditorem ſuum vſuris, & cambiis trucidari.

30 Et tantum Baldi, & aliorum ſententiam recipiendam eſſe puto, ſi creditor non animo explendi propriam voluntatem, ſed animo nocendi & opprimendi reum vſuris pecuniam ſumat fœnore, veluti cùm haberet pecuniam, ex qua potuiſſet ludere, vel conuiuari: vel cùm inueniret, qui gratuitam illi pecuniam offerret, quod rarum & difficile eſt, maluit tamen ſub vſuris accipere, vt debitorem opprimeret. Hoc enim vel dolus eſt, vel proximum dolo, qui alteri nocere non debet *l. 1. §. 1. ff. de dol. mal. except. l. 9. ff. de his quæ in fraud. credit. l. 7. ff. de ſeru. export.* Quod ſenſiſſe puto Villag. *de vſur. quæſt. 19. num. 3. verſ. probatur vero.* Reginald. *loc. cit.* & Scacc. *in d. ampl. 8. n. 267. verſ. & tamen in deſpectum ſui debitoris.* Neque à mea ſententia omnino alienus eſt Molin. *loc. cit. verſ. quando vero,* vbi tamen, ſatis obſcurè loqui videtur. Hìc ſanè admonendi ſunt creditores, vt non niſi ex magnis & neceſſariis cauſis ad fœneratores, & campſores accedant, tum quia aſperum & charitati contrarium eſt pro ſumptibus non neceſſariis debitorem vſuris ſubiicere: atque etiam quia iactura certa eſt, huius verò damni repetitio incerta, & difficilis præſertim apud eos iudices, qui creditoribus ſeueriores eſſe ſolent.

Præterea hìc incidit quæſtio, an is, qui pecuniam ſumpſit fœnore, poſſit illam vel partem illius dare alteri ea lege, vt eaſdem vſuras ſibi præſtet, vel fœneratori. Quæ variè tractata eſt à Theologis apud Salas *d. dub. 18. n. 6. verſ. ex dictis ſequitur.* Ego ſeparatione aliquot ſpecierum illam certius, & commodius definiri poſſe arbitror.

31 Prima igitur ſpecies eſt, cùm quis iuſſu, & mandatu alterius pecuniam ſumpſit cambio, vel fœnore: & hoc caſu nulla dubitatio eſt, dum eam ipſam pecuniam, vel aliam ſimilem dimittit mandanti, licitè ſtipulari poſſe, vt indemnis ſeruetur. Quod clarè colligitur *ex l. 12. §. ſi mihi, ff. mand. & l. 1. C. eod.* & docent Afflict. *in dec. 91. n. 1.* & Vtſill. *ad eund.* Beunen. Stracc. *de mercat. tit. mand. num. 31.* Cuiac. *in l. 1. ff. de vſur. ad Papin.* Caſtrac. *de ſociet. offic. c. 46. n. 2.* Sarmient. *ſelectar. interpret. lib. 7. cap. 2. n. 4.* & alij, quos retuli *quæſt. 33. num. 13. & 14.* & probari etiam poteſt illo naturæ principio, quod dictat nemini officium ſuum damnoſum eſſe debere, quo vtuntur iuris auctores multis locis, vt *in d. l. 7. ff. quemad. teſtam. aper. & in l. 61. §. quod vero, ff. de furt.*

32 Secunda ſpecies eſt, cùm quis ſua ſponte, vt amici abſentis negotium vtiliter gereret, pecuniam ſub vſuris accepit. Hoc caſu etiam æquum eſt illum indemnem ſeruari *d. l. 1. C. mandat. l. 37. verſ. ſed ſi mutuatus, ff. de vſur. & l. atqui natura, §. non tantùm ff. de neg. geſt.* vbi hoc Caſtrenſ. notat, & *in l. ob negotium, C. eod. tit.* & Ioan. Lup. *in d. c. per veſtras, not. 6. §. 2. in fin.* & nos diximus *loc. cit.* Nihil verò vetat id quod licitum

33 eſt ſtipulari, & in pactum deducere. † Cui rei proximum eſt, quod multi docent fideiuſſorem, qui coactus pro reo ſoluere pecuniam accepit fœnori poſſe ſortem, & vſuras repetere non vt vſuras, ſed quod eius intereſt, idque *ex d. l. 2. de fideiuſſ.* inter quos Bald. *in l. & in contraria, ff. de vſur.* Ioan. Lop *loc. cit. § 4.* Laurent. de Rodolph. *de vſur. par. 2. quæſt. 47.* Angel. *verbo. vſura num. 19.* Ioan. Bapt. de S. Seuerio. *in d. l. cunctos populos, n. 63.* Virgin. de Boccat. *de ſociet. offic. n. 70. & 71.* Azor. *inſtit. moral. part. 3. lib. 5. c. 4. quæſt. 2.* & Sigiſm. Scacc. *d. ampliat. 8. n. 277.*

34 Tertia ſpecies eſt, cùm quis ſui tantùm cauſa, & ad proprios vſus pecuniam ſub vſuris accepit, & mutata ſententia vult eam creditori reddere, vt ſe ab vſuris liberet: vel ſi fœnebri pecunia vſus aliam paratam habet ad debitum illud diſſoluendum, eam pecuniam numerat amico indigenti, & roganti eo pacto, vt eaſdem vſuras præſtet ſibi, vel fœneratori. Et hoc caſu dicendum eſt hoc ei licere, quia ex datione mutui nullum conſequitur lucrum, ſed tantum ſuæ conſulit indemnitati, quod non eſt prohibitum. Ita Archidiacon. apud Ioan. Lup. *loc. cit. §. 2. verſ. ex his etiam infertur.* Salicet. *in auth. ad hæc, num. 16. C. de vſur.* Anchar. *in conſ. 376. n. 2. & in c. 1. de vſur. in 6. n. 9. verſ. ſeptimo quæro.* Ioan. Bapt. de S. Seuer. *loc. cit. n. 64.* Anton. de Roſell. *lib. de vſur. num. 30.* Abulenſis, & alij Theologi apud Salas *in d. dub. 18. num. 6. verſ. aliter diſtinguunt.* Azor. *d. part. 3. lib. 10. cap. 23. quæſt. 4.* Vgolin. *de vſur. cap. 8. §. 3. n. 3.* Caſtrac. & Sarmient. *loc. cit.* Cyriac. *controu. 368. n. 16.* & Scaccia *in d. ampl. 8. n. 281.* Neque hic diſtinguunt, neque puto diſtinguendum eſſe, an debitum, quod mutuans paratus erat diſſoluere, ex cauſa vtili, & neceſſaria, vel inutili contractum ſit: ſed hoc vnum tantùm perſpiciendum eſſe, an mutui datio ſit cauſa damni, quod in hac ſpecie ſupponimus.

Quarta & vltima ſpecies eſt, cùm quis non erat pecuniam ſuo creditori redditurus, vel quia nolebat, vel quia non erat creditor ex aliqua cauſa recepturus, veluti ſi pars tantùm ſupereſſet, quam creditor recipere non tenetur *l. tutor. §. Lucius, ff. de vſur. l. plane, ff. famil. hercisc.* & hoc caſu illicitum eſt onus vſurarum in accipientem transferre, quia tunc mutui datio non eſt cauſa damni: & ita rectè ſentiunt Anchar. & Salic. & alij auctores proximè relati. Angel. *in d. verbo, vſura. num. 22.* Iacob. de Graff. *part. 2. lib. 2. cap. 4. n. 34.* Abulenſ. & alij apud Salas *loc. cit.* & Vgolin. *in d. §. 3. n. 4. verſ. ſecundo requiritur,* eodem enim loco creditor hic cenſendus eſt, ac ſi aliam pecuniam crederet, ex qua nihil vltra ſortem conſequi, vel ſperare licet. Niſi fortaſſe eius aliunde interſit ratione damni, vel lucri, vt docent Conrad. *de contr. quæſt. 41* & alij apud eund. Salas *loc. cit. verſ. hi duo diſtinguendi modi,* & nouiſſimè Eminent. P. de Lug. *diſp. 25. num. 75.* concurrentibus enim cautionibus, quæ neceſſariæ ſunt, vt lucri ceſſantis. vel damni emergentis ratio habenda ſit, nulla eſt ratio, cur id huic creditori denegari debeat. Neque enim deteriore loco eſſe debet, quod erga alium cambiis, vel vſuris obnoxius ſit. 35

His omnibus addendum eſt in æſtimatione eius quod intereſt habendam eſſe rationem damni, quod quis ex eo paſſus eſt, quod bona ſua alienare coactus fuit, vt creditoribus ſuis ſatisfaceret, vel rerum ſuarum diſtractionem & immiſſionem pati, veluti domus, quam locare conſueuerat, redituum, locorum, montium, vel alterius rei fructiferæ, ex qua fructus percipere potuiſſet, quibus carere neceſſe fuit aduerſarij culpa, vt facilè colligitur *ex d. l. 2. §. vlt. de eo quod cert. loc. & d. l. ex contraria, de vſur.* & tradunt Ioan. Lop. *in d. c. per veſtras, notab. 6. §. 6. verſ. ex iſtis alias.* Nauarr. *in comm. de vſur. n. 53.* Vgolin. *cap. 8. §. 5. num. 2.* Seraph. *in dec. 1284. n. 2.* Rouit. *in conſ. 103. n. 8.* & Gratian. *in d. cap. 67. n. 23.* † Et huc pertinet, quod Florianus notat *in d. l. ex contraria,* cuiuſque intereſſe non pati bonorum diſtractionem. Et hic fortaſſe adhibenda eſſet diſtinctio, an debitum ex cauſa neceſſaria, vel ſaltem vtili proceſſerit, vel ex vana & inutili ſecundùm auctores, quos recenſui *n. 27.* quorum traditionem probare non potui, quia ſemel contracto debito etiam ad inanes, & ſuperfluos ſumptus illud neceſſariò reddendum eſt *l. debitor, ff. de verb. ſignific. lib. 1. Cod. debitor. pignor. vendit. imped. non poſſ.* & magis imputandum eſt debitori qui non ſoluit, & retinet, quod debet inuito creditore, qui reddita ſibi pecunia potuiſſet æs alienum diſſoluere, neque coactus fuiſſet res ſuas vendere, vel earum diſtractionem pati. 36 37

Porro ex definitione illa Baldi *in d. l. etiam, C. de execut. rei iudic.* quam Doctores communiter ſequi teſtis eſt Merenda *in d. cap. 3. n. 23.* damni ſcilicet emergentis, quod creditor patitur ob pecunias acceptas fœnori, rationem habendam eſſe duntaxat, cùm creditor non potuit ex ſuo patrimonio damno ſibi, rebuſque ſuis imminenti aliunde occurrere, vel ſaltem ex ſententia Nauarræ, & aliorum Theologorum rebus ſuis conſulere, vt dictum eſt, meritò in dubium reuocari poteſt ea conuentio, qua debitore ſua die non ſoluente conceditur facultas creditori accipiendi cambio ſummam debitam à ſe ipſo, illámque agitandi per cambia, donec ſibi ſatisfactum ſit, ſiquidem perſpicuum eſt illum, qui pecuniam otioſam, & domi depoſitam habet, ex qua poteſt rebus ſuis conſulere, neque damni emergentis, neque lucri ceſſantis ratione aliquid vltrà ſortem exigere poſſe, 38

vt ſuo loco diximus, & tradit Petr. Aragon. ad D. Thom. *quæſt.* 78. *art.* 2. *verſ. his ergo.* Vgolin. *d. cap.* 8. §. 4. & 8. & alij paſſim, neceſſe enim eſt, vt mutui datio, vel retentio ſit cauſa damni, vel amiſſionis lucri quæ in eo intelligi non poteſt qui pecuniam ſumit vel fingit ſumere à ſeipſo. Quia cùm tenera nihil plus habeat penes ſe, non ideo magis rebus ſuis conſulere poteſt. Proinde admiſſa ea Baldi doctrina euidens eſt conuentionem illam admittendam non eſſe. Quod fortiſſima hac ratione confirmari poteſt, quia vſuraria eſt omnis conuentio addita quantitati, & præſertim datæ mutuo, ex qua aliquid ſuperexigitur vltra ſortem cùm nihil intereſt creditoris ſibi moram fieri, vt tradit gloſſa ab omnibus recepta *in l.* 11. § *ſi tibi, ff. ſi cert. pet.* Hic verò nulla poteſt intelligi ratio damni emergentis, vel lucri ceſſantis. Etenim damnum emergens eſt illud quod nobis aufertur aduerſarij culpa *l.* 13 *ff. rem rat. hab. l.* 2. § *vlt. de eo quod cert. loc.* Sebaſtian. Medic. *de caſib. fortuit. quæſt.* 11. *in princ.* Cuiac. & cæteri *in l. vn. C. de ſentent. quæ pro eo.* Hic verò nihil abſcedit ex patrimonio creditoris; & proinde perſpicuum eſt ſub prætextu damni emergentis hoc genus exactionis non ſuſtineri. Prout etiam inniti non poteſt intereſſe lucri ceſſantis, quia lucrum ceſſans eſt id quod creditor lucrari potuit, ſi pecunia ſibi reddita fuiſſet *d. l.* 2. §. *vlt.* & *l.* 21. §. *cum per venditorem, ff. de act. empt. l. vlt. ff. de peric. & commod. rei vendit.* & *d. l.* 13. *ff. rem rat. hab.* & Theologi apud Salas *de vſur. dub.* 18. *in princ.* & Cuiac. *loc. cit.* veluti ſi merces vel agrum emere potuit, vt declarat Vgolin. *in d. cap.* 8. §. 6. & alij paſſim. Nemo autem ſecum contrahendo, & emendo à ſeipſo in lucro vel damno eſſe poteſt, non magis quàm ſi ſecum alea luderet. Alioquin inanis eſt illa quæſtio, quæ inter auctores adhuc agitatur; an agens ad intereſſe lucri ceſſantis teneatur probare certam habuiſſe occaſionem bene collocandæ pecuniæ, ſi ſatis eſſet merces, vel cenſus à ſeipſo emere poſſe. Conſtat igitur conuentionem hanc alio non apparente neque ratione damni emergentis, nec prætextu lucri ceſſantis ſuſtineri, & conſequenter illicitam eſſe.

Sanè hæc vitari poſſe videntur ex his, quæ D. Raphaël à Turri docet *diſp.* 3. *quæſt.* 24. *n.* 43. ſcilicet in lucro reſultante ex cambio nullam habendam eſſe conſiderationem lucri ceſſantis, vel damni emergentis ad hoc, vt licitè percipiatur in quantumvis magna quantitate; ſicuti in alio quolibet negotiationis genere, in quo verſatur induſtria mercatoris ad hoc vt lucrum licitè proueniat, impertinens eſt conſideratio lucri ceſſantis vel damni emergentis, quod reperit aliis locis. Sed manifeſtum eſt non eſſe eandem rationem vtriuſque lucri, quia in aliis commerciis, & negotiationibus mercatores emunt ab aliis, & aliis vendunt merces, illiſque venditis alias ſubſtituunt, vt rurſus eas vendere, & lucrum facere poſſint, vnde verum eſſe fateor, lucrum ſi quod inde prouenit, non ſubire rationem intereſſe lucri ceſſantis. Quod etiam dici poteſt de cambio ſimplici reali, quo pecuniæ verè in alterius gratiam opera campſoris traiciuntur. Hic verò creditor per ſe, vel inſtitores eius ſecum ipſe negotium ſibi gerit. Præterea in aliis mercimoniis negotium inter ementes, & vendentes liberè conficitur: hic verò ex aſperitate connexionis, & propter moram debitoris non ſoluentis campſor lucrum captat, & coaceruat, quandiu illi libet, quæ longè ſunt diuerſa, & ideo diuerſa iure cenſeri debent, vt patet in venditionibus, & dationibus in ſolutum, quæ liberè fiunt; & iis quæ fiunt in caſum non factæ ſolutionis. Illæ enim validæ ſunt, & iuris gentium, etiamſi aliqua læſio interuenerit *l.* 8. *C. de reſcind. vend. l.* 1. & 4. *C. Theodoſ. de contrah. empt.* iſtæ verò improbantur, vt conſtat *ex l. vlt. C. de pact. pignor.* etiamſi iuſto pretio fiant ſecundum eam ſententiam, quam ſecutus ſum *in quæſt.* 70. *n.* 51. & diuerſitatem inter vtrumque lucrum oſtendi etiam *quæſt.* 26. *n.* 68. Subducto igitur intereſſe, conuentio hæc nullo bono iure defendi poteſt præſertim addita mutuo, in quo etiam licitam eſſe contendit, quia ex ſola obligatione lucrum inde percipitur, quod eſt proprium vſurarum, vt dixi multis locis *ex l.* 121. *de verb. ſignif.* Et huc pertinet quod ex Medina, & aliis Theologis docet Salas *dub* 22. *n.* 1. non poſſe campſorem obligare eum, qui accepit cambio, vt ſi ſua die non ſoluerit, teneatur eandem ſummam accipere ad recambium, niſi certo conſtet illum tantum lucri propter moram debitoris amiſſurum: & rationem eſſe, quia non poteſt plus exigere ratione moræ quàm æſtimationem lucri ceſſantis, vel damni emergentis. Quod comperi deinde docuiſſe Mercat. *de camb. cap.* 10. *n.* 4. Duard. *de camb.* 52. *quæſt.* 4. *n.* 4. & Cardin. de Lug. *diſp.* 28. *n.* 121. & 122. vbi reprehendit Dianam aliud ſentientem.

Neque moueat quod ait Raphaël *diſp.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 62. con- 39
uentionem hanc cauſa legitima veſtiri, & ideo ſaltem poſt implementum actionem producere: vel conſiderari poſſe tanquam contractum innominatum correſpectiuum, videlicet *ſi dabis mihi mille mutuo, ego permitto tibi vt totidem cambio capias, eáque continues vſque ad actualem ſolutionem*, & tunc conſtito de implemento ex parte creditoris oriri actionem ad fauorem eius, qui impleuit contractum *ex l.* 5. *ff. de præſcript. verb.* & auctoribus, quos refert *num.* 65. Etenim quicquid ſit in aliis contractibus, & negotiis, quæ Synallagma habent, animaduertere debuit conuentionem hanc adiici pecuniæ datæ mutuo, in quo recipi non poſſunt pacta, & conuentiones, quarum poteſtate creditor aliquid vltra ſortem percipere poteſt, niſi tantumdem illius interſit, quia ſubducto omni intereſſe debitor ex iuſtitia reddito eo quod accepit, liberatur *l.* 1. §. 1. *ff. de oblig. & act. l. pro vt.* 80. *ff. de ſolut.* & qui nunc erit inſtar omnium Emin. P. de Lug. *diſput.* 25. *n.* 36. vnde cùm ceſſante omni intereſſe hæc conuentio in ſola obligatione conſiſtat, & contineat merum lucrum creditoris, conſequens eſt illam iniuſtam, & vſurariam eſſe, neque ob implementum cauſæ, id eſt, numerationem pecuniæ ex parte creditoris illi actionem producere, vt plus exigere poſſit, quàm dedit *l.* 6. §. 4. & 16. *ff. de pact. l. non dubium, C. de legib. l. cum vltra, C. de non num. pecun. gloſ. in l. rogaſti,* §. *ſi tibi, ff. ſi cert. pet.* Bart. *in l. ſi tibi decem, ff. de pact* & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib.* 24. *tit.* 2. *num.* 9. Alioqui ſi conuentio hæc admittenda eſt, quia creditor ex parte ſua impleuerit contractum, id eſt numerauerit pecuniam, ſequeretur valere etiam hanc conuentionem & recipiendam eſſe, *ſi dabis mihi mille mutua, permitto tibi vt fundum meum locos, & penſiones percipias, donec tibi ſortem reddidero.* Imò liceret paciſci, *ſi dabis mihi mille mutua, neque intra tres menſes reddidero, do tibi facultatem addendi ſorti decem ſingulis menſibus, donec totum tibi reſtituam.* Hic enim etiam ſecuto implemento ex parte creditoris, id eſt, numerata pecunia non minus dici poſſet conuentionem cauſa, & cohærentia contractus veſtiri, & contractum eſſe innominatum, & ideo ſecuto implemento actionem competere ei, qui contractum impleuit, quod tamen nemo dixerit, quia hac ratione antichreſis licita eſſet, & omnis vſuraria pactio, & commercium defendi poteſt, & inanis eſſet vſurarum prohibitio.

Neque obſtat *l.* 5. *ff. de præſcr. verb.* & ſimiles, quia acci- 40
piendæ ſunt quando ex vtraque parte aliquid datur & recipitur, ita vt facta relatione eius quod vltra ſortem percipitur ad id, quod à creditore præſtatur, reſultat conformitas vnius ad alterum, in his enim mutuis præſtationibus propriè non eſt vſura, ſed debita quædam compenſatio, vt declarat, & tanquam regulam conſtituit Bald. *in l.* 1. *num.* 33. *Cod. de ſumm. Trinit.* Corn. Alexand. & alij, quos recenſui *quæſt.* 79. *num.* 5. quibus conſentit Ioan. Bapt. S. Seuer. *in l. cunctos populos, n.* 71. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* & Purpurat. *in d.* §. *ſi tibi, n.* 84. ſed in commercio de quo agitur, nihil eſt ex parte creditoris niſi nuda ſors, quæ reſtitutione illius rependitur, vt dictum eſt, & proinde nihil interuenit, cum quo hæc ſuperexactio compenſari poſſit, vel debeat, & conſequenter dicendum eſt conuentionem hanc illis rationibus non probari.

Denique ait *num.* 54. conuentionem hanc radicari, & veſtiri cauſa efficaciſſima ſeruandi indemnem ipſum creditorem non ſolùm à ſorte, ſed etiam ab illo intereſſe, quod eſſet conſecuturus, niſi beneficium contuliſſet. Sed vt æquum eſt creditorem indemnem ſeruari, ne ex officio ſuo damnum ſentiat *l.* 19. *ff. de negot. geſt. l.* 12. *ff. mandat. l.* 61. *ff. de furt.* & præſertim ſi indemnitatem à ſuo debitore ſtipulatus eſt: ita iniquum eſt illum ex mutui datione lucrum conſequi, & cum iniuria, & iactura debitoris locupletari *l. illicitas, ff. de offic. præſid. l.* 14 *ff. de cond. indeb. & l. iure naturæ, de reg. iur.* quod ſanè hic contingeret, ſi illi fas eſſet aliquid ſuperaddere

ſorti,

Digitized by Google

ſorti, cùm verè nihil eis nocuit mora debitoris. Subducto enim intereſſe vel lucri, vel damni, nihil eſt vnde creditor ſe indemnem ſeruari vrgere debeat: & nulla ſubeſt cauſa, qua huiuſmodi ſuperexactio muniri & ſuſtineri poſſit. Quomodo enim creditor petere poteſt ſe indemnẽ ſeruari, ſi nihil eius intereſt, & nullum ſenſerit damnum? Hic verò non ſubeſſe cauſam damni emergentis perſpicuum eſt, quia dum creditor pecuniam accipit cambio à ſe ipſo, nihil illi aufertur, & nihil ex bonis eius abſcinditur, in quo poſita eſt ratio damni emergentis, vt dictum eſt. Supereſt igitur tantùm cauſa lucri ceſſantis, ad quam ſe tandem reducit D. Raphaël *loc. cit. num. 59. in fin.* Quæ an verè ſubſit, id eſt, an ſeſe obtulerit occaſio tuto, & vtiliter collocandæ pecuniæ, & an mora debitoris cauſa fuerit amiſſionis lucri, ipſi campſores viderint. Illud compertum eſt in foro id probandum eſſe *l. vlt. de prætor. ſtipul. & §. non ſolum. Inſtit. de verb. oblig. & l. quatenus. de reg. iur.* & multa concurrere debere, vt hoc lucrum decerni poſſit Bertazzol. *in conſ. 254. num.* 10. & Rot. Gen. *in dec. 37. num.* 11. & nouiſſime Merend. *loc. cit. num.* 68. quæ ex vſu huius facultatis cum ſeipſo non probari certiſſimum puto. Neque enim adnotationes campſorum, itus, reditusque litterarum demonſtrare valent occaſiones illas bene collocandæ pecuniæ cum aliis, quod inter cætera exigitur, vt lucrum ceſſans licite percipiatur. Nemo enim ſecum contrahendo lucrum facere poteſt, non magis quam ſi rem ſuam ſibi donet *l. 4. C. de contrah. empt.* neque ex eo, quod ſecum cambia init, ſequitur habuiſſe obuios eoſque idoneos, cum quibus cambium inire poſſet, vt manifeſtum eſt: & præterea cùm res hæc pendeat ex intereſſe lucri ceſſantis campſoribus ea difficultas ſuperanda eſt, an liceat intereſſe ſorti addere, & ex eo aliud intereſſe percipere repugnantibus ſcilicet *l. 1. C. de ſent. quæ pro eo. & l. 2. §. ſi indemnitas. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuitat. pertin. & l. penult. de vſur.* & aliis, & quod diximus multis locis acceſſionis acceſſionem admittendam non eſſe. Non probato igitur intereſſe aliunde quàm ex vſu dictæ facultatis cum ſeipſo, apparet manifeſtè illam omni cauſa deſtitui, & conſequenter nullam actionem ex ea oriri *d. l. 7. §. ſed cum nulla. ff. de pact.* vnde melius facient campſores, ſi ea pactione abſtineant, & pactis vulgaribus indemnitatis vtantur, id eſt, vt paciſcantur, ſi mora eis fiat, debitorem teneri ad id quod intereſt, vt monet Mercat. *loc. cit.* Quod Eſaias *cap.* 58. iubet his verbis. *Diſſolue colligationes impietatis,*
42 *ſolue faſciculos deprimentes.* † Quod verò D. Raphaël beneficium vocat, non eſſe beneficium conſtat *ex l. 17. § ſicut. ff. commod.* & ex dicto Cleanthis, cuius meminit Seneca *lib. 6. de benefic. multum à beneficio diſtat negotiatio*: & ex his, quæ diximus *quæſt. 1. circa fin. & quæſt. 26. num.* 19. & proſequitur Mercatus *tot. cap. 14. eiuſd. tractat.* & nimis ſciunt, qui huiuſmodi beneficia experiuntur.

QVÆSTIO LXXVI.

De probatione eius, quod intereſt iuramento creditoris.

SVMMARIA.

1 *Pactum, vt ſtetur iuramento creditoris de eo quod intereſt, valet.*
2 *Item vt ſtetur nudæ, & ſimplici aſſertioni eius.*
Quod periculoſum eſſe videtur.
3 *Iudex poteſt moderari iuramentum creditoris circa id quod intereſt.*
4 *Hæres, cuius arbitrio aliquid commiſſum eſt officio boni viri fungi debet.*
5 *Reſponſio ad argumentum, quo communis ſententia impugnatur.*
6 *Iuſiurandum in litem non niſi in difficultate probationum defertur.*
7 *Pactum vt ſtetur iuramento creditoris circa id quod intereſt, perſonale eſt, nec egreditur perſonam creditoris.*
8 *Neque in donatarium, & ceſſionarium transfertur.*
9 *Pactum, vt ſtetur iuramento creditoris, non valet, ſi is vſuras exercere conſueuerit.*
10 *Iudex iuſiurandum in litem non tantum moderari poteſt, ſed & non ſequi,* & num. 32.
11 *Id quod intereſt non poteſt probari per iuramentum in litem, cum contractus eſt vſurarius.*
Fœnerator eſt infamis.
12 *Auaro, & ſordido viro iuramentum in litem deferri non debet.*
13 *Conuentio, vt ſtetur iuramento creditoris circa id quod intereſt non valet, ſi cum tutore facta ſit aduerſus pupillum.*
14 *Idem eſt, ſi fiat à curatoribus ciuitatum, & oppidorum.*
15 *Auctor tamen contrarium ſenſit, ſaluo tamen beneficio reſtitutionis in integrum, ſi minor, vel reſpublica capti ſunt.*
16 *Minor in delatione iuriſiurandi captus ſit, in integrum reſtitui debet.*
17 *Taxatio eius quod intereſt, iuramento creditoris ex conuentione facta recipit probationem in contrarium.*
18 *Is aduerſus quem iuratur in litem, contrarium probare poteſt.*
19 *Iudex poteſt ex cauſa iuramentum ex conuentione præſtitum moderari, vel non ſequi.*
20 *Iudex non debet confirmare taxationem intereſſe iuramento creditoris ex pacto factam, ſi ſumma ſit egregia.*
21 *Auctori videtur nihil eſſe diſtinguendum.*
22 *Conuentio, ſtetur iuramento creditoris, non poteſt à debitore reuocari.*
23 *Niſi in peius mutata ſit perſona creditoris.*
24 *Iurans ex conuentione omni exceptione maior eſſe non debet.*
25 *Ius reuocandi conuentionem competit debitori ex cauſa precedenti, ſi poſt contractum ad eius notitiam peruenerit.*
26 *Maſtrilli, & Gratiani ſententia quædam.*
27 *Vis, & delictum prius probandum eſt, quam ſit locus iuramento in litem.*
28 *Iurari poteſt in litem pro eo quod intereſt aduerſus debitorem, qui ſua die non ſoluit, ſi ita conuentum eſt.*
29 *Ioannis Baptiſtæ Lupi doctrina refertur.*
30 *Et declaratur,* & num. 33.
31 *In ponenda ratione lucri ceſſantis non eſt habenda ratio aduentitij, & extranei lucri.*
32 *Iudex poteſt taxationem inijcere iuriiurando in litem.*
33 *Iurare in litem etiam iis, qui non negotiantur, conceſſum eſt, dummodo nihil aliud obſtet.*
34 *Intereſſe lucri ceſſantis plenam exigit probationem, neque admittit iuramentum in ſupplementum probationis.*
35 *Quæ ſententia in dubium reuocatur ex doctrina Baldi.*
36 *Arbitrium Iudicis non leue eſt in dilatione iuramenti ad probandum id quod intereſt.*
37 *Aduerſus debitorem moroſum datur iuramentum in litem pro eo quod intereſt.*
38 *Iuramentum in litem datur etiam probationibus omnibus deficientibus.*
39 *In mutuo non ſtatur aſſertionibus partium circa id quod intereſt.*
40 *Liquidatio intereſſe vel cambiorum inter partes facta non tollit, quin ſit vſura.*
41 *Aſſertio teſtatoris iurata non excludit vſuram, nec nocet hæredibus vſuras repetentibus.*
42 *Debitori liberatio legari poteſt.*
43 *Creditor poteſt licite exigere, quod eius vere intereſt, licet illud probare non poſſit.*
44 *Socios inter conuenire licet, vt circa lucra ſocietatis ſtetur iuramento vnius.*
45 *Indebitum repetens concludenter probare debet indebitum ſoluiſſe.*
46 *Mercator qui lucrum ſoluit, vltra ſortem id repetere poteſt, ſi ſocietas eſt vſuraria.*

47 *Conuentio, vt circa lucra ſocietatis ſtetur iuramento ſocij, quas declarationes recipiat.*

SVPERES T alius modus probandi id
1 quod intereſt ratione lucri, vel damni, † iu-
ramentum ſcilicet creditoris, ſi fortè conuen-
tum eſt, vt illius iuramento ſtetur pro eo quod
intereſt: quod genus conuentionis apud alias
gentes frequentiſſimum eſt, vt teſtatur Maſtrill. *dec.60. in pr.*
apud nos inuſitatum, & nihilominus valere docent Albe-
ric.Bald. & alij plurimi & præſertim Iaſon. *in l. iuſiurandum.*
57.num.2.ff.de iureiuran. vbi ait hanc eſſe veram, & commu-
nem ſententiã, quam etiam ſecutus eſt Cagnol. *in l.vn.n.108.*
Cod.de ſent. quæ pro eo. Afflict. *in dec.91.num.11.*Seraph.*de pri-*
uil.iuram.cap.32. num.8. Sued. *dec.259. num.7.* Rota Genuen.
in dec.68.num.8.& dec.210 num.7. Maſtrill. *loc.cit.*Felic. *de ſo-*
ciet.cap.24.num.72. & alij auctores plurimi, quos refert Al-
phonſ.Narbon *.ad tit. de camb.& campſor. l.13. gloſſ.4. num.1.*
vbi ait hanc eſſe omnium interpretum ſententiam: Fontan.
de pact.gloſſ.5.par.9.num.1. & Anton.de Amat.*reſol.27.n.27.&*
ſeq.

2 Neque tantùm valet conuentio, vt ſtetur iuramento cre-
ditoris ſuper eo quod intereſt, ſed etiam vt ſtetur nudæ, &
ſimplici aſſertioni eius: vt colligitur *ex l. hac venditio. ff. de*
contrah.empt.& l.veluti 76.ff.pro ſoc & aliis ſimilibus iuris lo-
cis, & ita iidem auctores ferè tradunt *locis citatis*, & Socin.
ſen. *in conſ.90.num.12.lib.4.* ad quem in hoc genere tanquam
ad ſacram anchoram confugiendum eſſe dicunt Rebuff. *in*
*præfat.d.l.vn.num.66.*Rot.Gen.*in d.dec.68.n.8.*Benueo. Stracc.
*lib.de mercat.tit.de contract.num.6.*Aſin.*in ſua praxi Iudic. §.32.*
ampl.9. num.2. & alij quidam apud Coler. *de proceſſ. execut.*
par.1.cap.17.num.151. vbi fatetur hanc receptam eſſe ſenten-
tiam, quamuis ipſe contrarium probet *eod. loc. num.159.* vbi
etiam refert in magno, & celebri Conſiliariorum, & Iuriſ-
conſultorum conſeſſu, ac numero in prouinciis Thuringiæ,
& in ſupremo tribonali Electoris Saxoniæ contra commu-
nem ſententiam placuiſſe nudæ aſſertioni creditorum in hac
re fidem habendam non eſſe: ideóque non obſtante hac in-
ſtrumenti clauſula iudices pronuntiaſſe, vt creditores pro-
barent id quod eorum intereſt legitimis modis, & ſanè du-
rum, & periculoſum eſſe videtur, vt huic conuentioni ſta-
ri debeat. Et his congruenter in Hiſpania inter campſo-
res, & eos, qui cambio accipiunt, totum hoc conuentio-
nis genus prohibitum eſt lege Regia, quæ extat apud eun-
dem Narbonam *lib. 5. tit.18.* qui tamen rectiſſimè notat *ad*
*eand.l.gloſſ.4. num.8.*prohibitionem hanc ad alia negotia non
pertinere.

3 Sed retenta communi ſententia valde obſeruandum eſt, ſi
immodicè, & iniquè creditor arbitratus fuerit, denique ſi
hac conuentione abutatur, poſſe iudicem rem moderari, &
ad id æquitatem perducere arbitrio boni viri, vt docuit
Bart. *in l. vlt. ff.de prætor. ſtipul.* Afflict. *in dec 91. num.10.*Se-
raph. *in d.priuil.31. num. 15.* & Bolognet.*ad tit.C.de ſent.quæ*
pro eo.num.105. cùm enim facultas hæc creditori conceditur,
ſemper intelligitur arbitratu boni viri *arg. l. ſi libertus. ff. de*
oper.liber.& l.77. & 78. ff. pro ſoc. idem etiam innuit *d. l. hæc*
venditio 7. ff. de contrah. empt. illis præſertim verbis. *placuit*
itaque veteribus magis in viri boni arbitrium id collocatum videri.
& l.23. de reg.iur. quod etiam notat Natta *conſ.450. num.10.*
Maſcard. *loc.cit.num.36.* Caſtracan.*de ſocim.offic.cap.44. in fin.*
qui fuſius hæc proſequitur, & alij quidam apud Felic. *in d.*
cap.24. num.81. his addo Menoch. *de arbitr.q 8. num 49.* Bo-
uer.*in ſingul.expenſa.num.16.* & Auendan. *de exequen. mandat.*
par.2. cap.29. n.5. vbi ait hanc eſſe regulam iuris. Denique
Alphonſum Narbon. *in d.gloſ.4. n.15.& 17.* & Fontan.*loc.cit.*
4 *n.7.*† Quod & in vltimis voluntatibus locum habet, & con-
ſtat *ex l.1.de leg.2. & l. 11. §. 7. ff. de leg. 3.* in qua Vlpianus
ait, *quanquam fideicommiſſum ita relictum non debeatur, ſi vo-*
lueris, tamen ſi ita ſcriptum fuerit, ſi fueris arbitratus, ſi putaue-
ris, ſi æſtimaueris, ſi vtile tibi viſum fuerit, vel videbitur debebi-
tur fideicommiſſum non enim plenum arbitrium voluntatis hæredi
dedit, ſed quaſi viro bono commiſſum relictum. & in ſpecie do-
cuerunt multi apud Cardin.Mantic *de coniect.vlt.volunt.lib.3.*
5 *tit.5. num. 18.* † Et hoc modo fortiſſimum argumentum quo
communis traditio petitur, ſcilicet ex huiuſmodi conuen-
tione ad deierandum homines inuitari, & periuriis viam
aperiri, iidem auctores remouent, vt ait Socin.*loc.cit* & Ben-
ueo.Stracc.*d.tit.de contract. num.6. in fin.* Fontan. *in d. par. 9.*
num.16. quamuis nec hæc ſolutio ſcrupulo careat. Quo pa-
cto enim arbitrium ſuum interponet iudex ſuper eo quod
intereſt, cùm de eo nulla præceſſit liquidatio, & iudex pro-
babiliter igootat, an aliquid, vel nihil creditoris interſit,
vt *arg. d.l.in actionibus. §.plane* aduerſus communem ſenten-
tiam obiicit Coler.*d.cap.10.num.155.*† Sed reſponderi poteſt 6
tam *ex l.4.§.deferre. eod.tit.de in lit. iuran.* ex qua conſtat iudi-
cem poſſe iuriiurando in litem taxationem adiicere, quod
non deferetur niſi in difficultate probaiionom, vt conſtat *ex*
*l.ſi quando.9.C.vnde vi.*illis verbis. *ſi non potuerit qui vim ſuſti-*
nuit, quæ perdidit ſingula comprobare taxatione à iudice facta pro
perſonarum, atque negotij qualitate ſacramentum æſtimationem
rerum manifeſtet. Bart.Dec.Iaſ.*in d.l. in actionibus.* & Menoch.
de arbitr. iudic. caſ. 208. num.1. Harmenop. quoque in hanc
rem *lib. 1. tit.7. iuſiurandum inopia probationum à Iudicibus de-*
fertur, idque in actionibus iis, quæ aliunde veritatem apertam,
certámque non habent. tum etiam quia prudens, & perſpicax
iudex ex circumſtantia locorum, negotiorum, & perſona-
rum poteſt rem ad mediocritatem perducere, vt patet *ex d §.*
deferre.& l.in actionibus, §.item.de in lit.iuran. & d.l. ſi quando.
alioqui fruſtra, id iudicis arbitrio commiſſum eſſet, qui meo
quidem iudicio confirmare animi ſui motum potiſſimum
poteſt *ex l. eos. C. de vſur.* & ex eo quod veriſimile eſt iuxta
l.23. ff. de eo quod met.cauſ. In hac enim re arbitrium Iudicis
maxime dominatur, arbitrium ſcilicet bonæ fidei, vt loqui-
tur Vlpianus *in dicto §. deferre.* arbitrium boni viri, vt ait *in*
d.l.23.de reg.iur.& proinde iure, & ratione regi debet.

Præterea quia hæc conuentio ſuſpecta eſt meritò placuit 7
illam multis aliis modis coërceri. Et primò quidem conſtat
hæc pacta perſonalia eſſe, nec egredi perſonam paciſcentis
creditoris, cuius ſcilicet fides, & integritas duntaxat ap-
probata eſt, non alterius, quem notum non habuit: vnde
certiſſimum eſt non tranſire ad hæredes, vt cætera perſona-
lia pacta, quæ cum perſona extinguuntur *l.ſi tibi. § ſi quis. &*
l.epiſtola.§.vlt.ff.de pact.l.non ſolum.§.tale legatum.ff.de liber.leg.
& ita ſentiunt Roman.*in l.1.ff.ne quis eum. & in l. hi qui bona.*
§.quidam. ff.de damn. infect. Curtius & alij quidam apud Se-
raph.*in d.priuil.31.num.19.* Maſtrill. *in dec.60. num.8.* Caſtra-
can. *de ſociet. offic. cap 44. num. 12.* Gratian. *diſcept. cap. 771.*
num.21. Felic. *loc.cit. num.75.* † Qua ratione etiam hæc con- 8
uentio cedi non poteſt, nec in donatarium, & ceſſionarium
transferri, vt tradit Plot. *de in lit. iuran. §.29. num. 7.* vbi ci-
tatis aliis auctoribus teſtatur hanc eſſe communem ſenten-
tiam, quæ probatur *ex l.26.ff.de pact.*vbi Vlpianus ait *perſo-*
nale pactum ad alium non pertinere, quemadmodum nec ad hære-
des. & quod ad hæredes non tranſmittitur, id neque cedi
poteſt. *l.ſi ex pluribus. ff.de admin.tut.* Bart.*in l.ſi ſtipulatus fue-*
rim.in princ.ff.de verb.oblig Roman.*in conſ 484.in fin.*Conſtant.
Roget. *in lib de dote.cap.9.num.1.*Galleràt. *de renunt. lib.1.c.4.*
num.127. & Gratian. *loc. cit.* quod tamen intelligo, niſi certi
hæredis perſona nominatim pacto contineatur, cùm enim
paciſci liceat, vt ſtetur aſſertioni, vel iuramento creditoris
quid vetat promiſſorem id arbitrio hæredis committere,
cuius fidem, & probitatem non minus notam habet!

Secundo obſeruandum eſt Seraphinum eo loco aliam li- 9
mitationem adferre huic noſtro tractatui valde congruen-
tem, nimirum huic pactioni ſtari non oportere ſi ſubſit
ſuſpicio vſurariæ prauitatis, idque ex Decio *in conſ. 183. &*
conſ.321.& ex Crauet. *conſ. 73. num.24.* quamuis Decius, &
Crauetta nihil in iis locis ſcribant, quod ad hanc rem per-
tineat, vt etiam notat Felic. *in d. c. 24. num. 79.* qui tamen
hanc limitationem probat, & veriſſimam eſſe putat. Quod
etiam placuit Ploto *eod. lib de in lit.iuran. §.48.num.8.* Caroc.
de iuram. quæſt.5. num 81. Cæſ. Manent.*in dec.78. num.11.* &
Alphonſo Narbon. *loc cit. num.10.* vnde ſi creditor conſueuit
exercere fœnus, conuentionem hanc non valere reſpondit
Natta *in conſ.450. num.15.* & Menoch. *in conſ. 1181. num.15.*
Marius Giurb. *in conſuet. Meſſan.cap.2. gloſ.7.par.1. num.9.* † 10
Nam & ſi aliquando æſtimatio eius quod intereſt iuriiuran-
do aduerſarij in litem permittatur: vt ſcilicet ipſe æſtimet
quanti

Digitized by Google

quanti ſua interſit, vt in d.l.5.ff.de in lit. iuran. l.ſemper. §.9 ff.
quod vi aut clam. tamen hoc iuſiurandum iudex non ſolum
moderari, & refrenare, imò nec ſequi poteſt l. videamus. &
l.in actionibus. ff.de in lit. iuran. & tradit eleganter vt reliqua
omnia Cuiac.in l.1. C.de ſent. quæ pro eo, &c. At verò iudex
maximè ſequi non debet, quando ex coniecturis veriſimi-
le eſt conuentionem illam in fraudem vſurarum additam
fuiſſe. Quæ ratio etiam mouit Conſiliarios illos Saxones, vt
contra cõuentionem pronuntiarent, & ita accipi debet, quod
ſcribit Natta in dicto conſ.450.in fin. & Manent. loc.cit. in mu-
tuo huiuſmodi conuentionem non valere, nimirum con-
currentibus coniecturis fraudis, & fœnoris, alioqui ni-
11 mis rigida eſt illorum opinio. † quibus valde congruit,
quod ſcribit Maſcardus de probat. concl.935.num.30. id quod
intereſt probari non poſſe per iuramentum in litem credi-
toris, cùm contractus fœneratitius eſt, vel de vſuraria pra-
uitate ſuſpectus, quia fœnerator infamis eſt l. improbum. C.
de infam. Alex.in conſ.93.num.1.lib.6. Marſil. ſingul.273.num.
3.& Maiol. de irregular.lib.5. cap.29.num.1. cui proinde iura-
mentum in litem non defertur, vt ſcribit Marſil. eod. loc. &
Plot.de in lit.iuran. §.50. num.15. & ſenſit Vincent. Mancin.
12 de iuramen. par.2. art.10. num.2. † Idémque retinendum puto
in homine ſordido, & notæ auaritiæ, mens enim auari ſe-
mel cupiditatis ſtimulis imbuta ſemper aurum ſitit, ſemper
reditus computat, & gratius intuetur aurum, quàm ſo-
lem, vt ait D. Ambroſius in cap. ſicut. 11. diſt.47. & diuitias
per fas, & nefas quærit cap.non ne. diſtinct.37. & proinde pe-
riculoſum eſt rem hanc illius fidei, & arbitrio committere
auaritia, inquit Valerius Maximus lib.9. *Latentium indagatrix
lucrorum eſt manifeſtæ prædæ auidiſſima vorago, nec habendi fru-
ctu fœlix, & quærendi cupiditate miſerrima.* & congruenter
huic rei Sanctus Valerianus Cemelien. homil. 20. *periculosè
illis conſcientia fides creditur, quibus cupiditas dominatur.*

13 Tertio inutilis eſt hæc conuentio, ſi à tutore facta ſit in
odium pupilli, quia id tutori non licet, tutor enim rem pu-
pilli ſaluam facere debet, non exponere libidini, & arbitrio
creditoris; & ita docuit Bartol. quem reliqui ſequuntur in
l.iuriſiurandi 33. ff.de iureiur. & Iaſon. in l.iuſiurandum.num.6.
ff. eod. Plotus ad l. ſi quando. §. 48. num. 5. Caſtracan. loc. cit.
14 num.11. & Felic. in d cap.14 num.78. † Et cùm reſpublica iure
minorum vtatur l.4. C ex quib.cauſ.minor. & l. rempublicam. C.
de iur.reip.l.78.§.etiam.de leg.2. hinc conuentionem hanc ini-
tam à curatoribus ciuitatum, & oppidorum non valere ar-
guit Euerard. in loc.argument. legal. c.66. num.2. vbi refert ita
pro Republica Louanienſi fuiſſe iudicatum, quem ſecutus
eſt Plotus loc. cit. qui id ad Eccleſias, & pia loca porrigen-
15 dum putat. † Sed ego huic hæreo, & ſubſiſto, tum quia tu-
tor poteſt iuſiurandum deferre, vt etiam pupillus tutore au-
ctore l.17.§.pupillus.& l.tutor.35.ff.de iureiur. atque etiam quia
interdum expedit minori, & Reipublicæ ita contrahere.
Quid enim ſi creditor non niſi hac conuentione addita Rei-
publicæ indigenti pecunias credere velit, nec alius eſt, qui
ciuitati indigenti dare mutuum velit? An non Reipublicæ
intereſt, vt hæc conuentio recipiatur? vnde magis probo
conuentionem quidem validam eſſe, ſed minorem, & Rem-
16 publicam reſtitui debere, ſi capti ſunt. † Nam & minor ſi
iuſiurandum detulerit, & hoc ipſo captus eſt, in integrum
reſtituitur l.nam poſteàquam.9.§.ſi minor.& ibi Bart.Caſtrenſ.
Alex.Iaſ.ff.de iureiur.& aliis auctoribus citatis Sfort. Odd.de
reſtit.in integr.quæſt.66.art.1. n.1.Gratian.diſcept forenſ.cap.91.
num.10.& Vincent.Caroc.in tract. de iuram. deciſ. quæſt.7.13.
quæſt.princ.n.2.vbi totum Sfortiam expilauit.

17 Quarto valde obſeruandum eſt taxationem hanc à credi-
tore etiam iuramento factam admittere probationem in
contrarium, & proinde ſi debitor probaret nihil vel mi-
nus creditoris intereſſe, probationibus ſtandum eſſet, & ita
docet Marſil. in rub.de probat. num.137. Alciat.in l.1. §. eadem
num.15.ff.de verb.oblig.Seraph.in d priuil.31.num.91.Plot. de in
lit.iuran. §.48. num.2. vbi ait hanc eſſe receptam ſententiam
idem ſcribunt Caſtrenſ. loc.cit.Afflict.in dec.91.num.12. Car-
pan.ſtat.mediol.51.num.9.Marius Giurba loc.cit.num.11. & Fe-
lic.d.cap.24.num 80. & in re ſimili Couar.variar.lib.2.cap.13.
18 num.4. † Et generale eſt illum aduerſus quem in litem iura-
tum eſt, contrarium probare poſſe: quo præſtito, poteſt
Iudex minoris condemnare, quàm iuratum eſt, vel abſol-
uere, vt ſcripſit Angelus in l.qui vaſ.in princ.ff d. furt. Felin.
in cap.propoſuiſti in 2.concl. num.3. Iaſ. in d.l.ſi quando. num.27.
& alij plurimi, quos recenſet, & ſequitur Maſcard in d.concl.
935.num.23.& 24.& probatur apertiſſimè ex d.l. videamus.4.
in fin.ff.de in lit.iuran. vbi Vlpianus ait *Iudicem ex magna cau-
ſa, & poſtea repertis probationibus id poſſe.* quamuis hoc totum
à Triboniano additum contra regulas, & principia iuris
contendat doctiſſimus Faber coniect.lib.16.cap.17. Neque mo- 19
uet, quod hoc iuſiurandum à parte patti deferatur, & proinde
non admittat probationes contrarias l.non erit.5.§.dato.de iu-
reiuran.Maſcard.concl.955.num.17.qua ratione mouetur Nar-
bona loc.cit.num.29. Nam hoc accipiendum eſt de iuramen-
to deciſiuo, quod conditione delata præſtatur, ſcilicet, vt
referat is cui delatum eſt l.3.ff.de iureiuran. Hoc iuſiurandum
prætor tuetur, nec aliud quærit, niſi an iuratũ ſit d.l.non erit.&
l.56.de re iudic. ſed illud de quo agitur, nulla conditione de-
lata datur, neque reuocari poteſt, & proinde non eſt inſtar
rei iudicatæ, poſtquam nihil amplius quærendum eſt d.l.56.
de re iudic. ſed adhuc iudex de veritate quærere poteſt, & ex
cauſa minoris condemnare, quam iuratum ſit, vel ipſo
Narbona teſte eodem loc.num.17.& proinde non eſt mutanda
ſententia.

Quinto ſi ſumma pro qua iuratur egregia eſt, non debet 20
iudex confirmare, vel deferre hoc iuſiurandum, niſi concur-
rant coniecturæ vt tradit Mareſc.variar. reſolut.lib.2. cap.16.
num.10. ſiquidem hic cautius agendum eſſe videtur, vt dici-
mus in cauſis grauibus, & arduis non eſſe locum iuramento
in ſupplementum probationis, vt reſpondit Alex in conſ.56.
num.10.lib.1. qui teſtatur communem eſſe ſententiam, quam
ſequitur Menoch.de arbitr.caſ.99.num.17. Maſcard. de probat.
concluſ.957.num.30 & alij quidam quos refert Mancin.de iu-
ram.par.2.art 6 num.5.& 7. vbi aliis auctoribus citatis tradit
cauſam magnam, vel paruam cenſeri arbitrio Iudicis, inſpe-
cta ſcilicet qualitate rerum, & perſonarum. † Quæ tamen 21
Mareſcotti reſolutio dubia mihi videtur, quia hoc iuſiuran-
dum defertur ex conuentione partium, & ideo non videtur
diſtinguendum, an ſumma ſit magna, vel parua, ſed ſatis
eſt ne creditor in immenſum iuret, vt iudex modum iuriiu-
rando conſtituat, vel ſi immodicè iuratum eſt, minoris con-
demnet, & rem ad æquitatem perducat d.l.4. §.iurare & l.5.
§.item ff de in lit.iuran.

Denique valdè quæſitum eſt, an huiuſmodi conuentio 22
per debitorem reuocari poſſit. Et licet Bart. in d. l. vlt. ff.de
præt. ſtipul. exiſtimauerit, antequam iuratum ſit, vel decla-
ratum, poſſe à promiſſore reuocari, quia & iuramentum in
iudicio delatum, antequam præſtitum ſit, reuocari poteſt
l.11. in princ ff. de iureiuran. ex qua ita etiam exiſtimauerunt
quidam alij, & Coler in d.cap.10.num.158.tamen maior ſcri-
ptorum pars Bartoli ſententiam reiiciendam eſſe cenſuit, &
obtinuit conuentionem hanc reuocari non poſſe. Eſt enim
hæc pactio pars contractus l.72. ff de contrah.empt. à quo non
licet inuito altero ex contrahentibus diſcedere l.5.C.de oblig.
& act. & ita docent Angel.Raphaël.Cuman.in d. l.vlt. & Iaſ.
in l.17 num.6 ff.de iureiur. vbi ait communem opinionem eſſe
contra Bart. Idémque reſpondit Socin.in d.conſ.90.num.13. in
fin.Afflict.in d.deciſ.91.num.11.Ozaſc.in deciſ.8.num.3.& 8. &
Felic. in d. cap 24. n.73. vbi ait ab hac ſententia recedendum
non eſſe. † Niſi cùm in peius mutata eſt perſona creditoris 23
argum.l.cum quis.in princ.ff.de ſolut. illis verbis. *ſi in eadem cauſa
maneat* vt ſi periurus factus eſt, inimicus, vel infamis, vt
rectè declarant Iaſ.loc.cit. vbi refert ita iudicatum, & in l ſi ab
arbitro.num.4.ff.qui ſatiſd.cogant. Rebuff.in l.10. num.520. C.de
ſent.quæ pro eo Maſcard.in concluſ.939.num.38.Plot. in d. §.48.
n.2.Caroc.loc.cit.num.39.Caſtracan.de ſociet.offic.cap.44.num.9.
Cæſar.Manent.in deciſ.78.num.10. Ioan. Franciſc. de Caſtill.
deciſ.233.num.26.& Benuenut.Stracc.d.tit.de contract. mercat.
num.6. vbi tamen concludit, *id ſanè honeſtius eſſe, & meritò
obtinuiſſe, vt ex cauſa prædicta ius reuocandi concedatur
ſine cauſa denegetur, nec forſan aliter intellexiſſe Bartolum.* Ne-
ceſſe verò eſt, vt hæc reuocandi cauſa ſuperueniat, vt iidem
auctores tradunt. † Neque hic ſuccedit difficultas, quod iu- 24
rans debeat eſſe omni exceptione maior, quia in contrahen-
tibus, & paciſcentibus datur approbatio partis, quæ facit, vt
etiam

etiam inhabiles admittantur, vt in alia ſpecie ex Bart. Corn. & aliis dicit Crauet. *in conſ. 56. n. 9. & 10.* & in terminis Mareſcott. *in d. c. 16. in fin.* niſi cùm fortè tanta eſt turpitudo creditoris, vt iudex putet nihil eius fidei deferendũ eſſe, vt dixi *n. 12.* quia hoc in genere plurimùm arbitrium iudicis dominatur,
25 vt dictum eſt.† Quamuis etiam cum tempore contractus ignota eſſet improbitas, & turpitudo ſtipulatoris, qui vir bonus publicè habebatur, ita vt etiam prudentes viros fallere potuiſſet, ſi deinde turpitudo & flagitia eius emergant, & nota fiant, exiſtimo ius reuocandi concedendum eſſe: vt dicimus etiam poſt cœptum iudicium fas eſſe recuſare iudicem, vel arbitrium, cum cauſa ſuſpicionis ad litigatoris notitiam de nouo peruenit, vt conſtat *ex l. 32. §. cum quidam. ff. de rec. arb.* & tradunt multi apud Farin. *fragm. crimin. part. 2. verbo. iudicis. num. 693. & 696.* & rurſus *eod. loc. num. 906. & 907.* quibus conſentiunt Petr. Gregor. *ſyntagmat. lib. 49. cap. 3. n. 10.* & Ioan. Sichard. *in l. apertiſſimi. num. 5. C. de iudic.* paria enim ſunt, vel ſuſpicionis cauſam ſuperuenire, quo caſu etiam poſt cœptum iudicium iudicem recuſare licet, vt tradunt iidem auctores *loc. cit.* & Mynſinger. *cent. 4. obſer. 59. num. 4.* vel poſt cœptam litem eius cauſæ notitiam ſuperuenire, tametſi hæc ignorantia inter contrahentes facilè admitti non debeat *ex l. qui cum alio. de reg. iur. & l. 2. § ſi à pupillo. ff. pro empt.*

26 Sanè quod initio diximus valere conuentionem, vt circa damna, & intereſſe ſtetur iuramento partis, accipiendum eſſe videtur quoad quantitatem damni, & eius quod intereſt, ipſum verò damnum, & intereſſe prius aliunde in genere probari oportere. Ita enim poſt Plotum *in §. 48. num. 3. & 7.* & alios auctores tradit Maſtril. *in deciſ. 60. num. 5.* vbi ait prius damnum probandum eſſe, antequam quis ad iurandum ſuper quantitate admitti debeat: & iiſdem verbis Gratian. *diſcept. forenb ſ. 34. cap. 772. num. 21.* quæ ſanè magna eſt limitatio, & ferè euerſio dictæ concluſionis. Quamobrem puto duas ſpecies ſeparandas eſſe.

27 Prima eſt, cùm lex, vel ſtatutum factum improbum, ex quo quis damnum ſentire poteſt, ita coërcet, vt circa damna, & id quod intereſt ſtetur iuramento eius, qui vim, vel iniuriam paſſus eſt, vt ſi quis vi ex poſſeſſione fundi deiectus eſt: & hoc caſu certum eſt, prius probandum eſſe vim factam fuiſſe, vt *in l. ſi quando. C. vnde vi.* & Plotus cuius auctoritate Gratianus, & Maſtrillus potiſſimùm vtuntur *in §. 4. n. 19* & rurſus *in §. 49. num. 3. & 7.* vbi ex auctoritate aliorum docet prius ipſum delictum probandum eſſe, & à quo perpetratum ſit antequam quis admittatur ad iurandum ſuper æſtimatione, & quantitate ipſius damni: Quod etiam dixi ex Farinac. & aliis, *quæſt. 74. n. 19.*

28 Alia ſpecies eſt, cum inter contrahentes conuenit, vt aduerſus eum, qui fidem contractus non ſeruauerit, iurari poſſit in litem pro eo quod intereſt, & hoc caſu aduerſus eum, qui fidem fefellit, neque ſeruauit promiſſa veluti ſi debitor ſua die non ſoluit, vel nummos depoſitos non reſtituit, ſtandum eſt iuramento creditoris quanti eius interſit, neque recipi debet Maſtrilli, & Gratiani definitio. Etenim in hac ſpecie, cum ſcilicet id actum eſt, non tantum quantitas, eius quod intereſt, ſed etiam id quod intereſt probatur iuramento creditoris, vt docet idem Plot. *in §. 48. n. 1.* vbi generaliter ait *d. l. ſi quãdo.* in omnibus caſibus procedere, in quibus conuentum eſt inter partes, vt ſuper damno emergenti, lucro ceſſante, æſtimatione rei, & id quod intereſt, ſtetur iuramento vnius ex contrahentibus, quia tunc inquit valet ipſa conuentio, & iuramento partis probabuntur omnia præmiſſa contra ita paciſcentem, & hanc eſſe communem opinionem. Idemque ſentire puto auctores, quos initio recenſui *num. 1.* & præſertim Caſtracan. *in d. cap. 44.* Mareſcott. *loc. cit. num. 9.* & Rota Genuen. *in d. deciſ. 68. num. 8.* quæ ait dicto creditoris ſtandum eſſe abſque alia probatione, & rurſus *in deciſ. 134. num. 3.* & aliis relatis Anton. de Amat. *in d. reſ. 27. num. 28. & 29. & ſeqq.* Et ita recipi debet Maſtrilli, & Gratiani definitio, qui has duas ſpecies non ſatis ſeparaſſe videntur: vt etiam Fontan. *loc. cit.*

29 Neque mouere debet auctoritas Lupi, quem etiam adducunt *in §. 6. in fin. comment. 1.* quia non tractat is auctor hoc loco de conuentione, de qua agitur, ſed tantum quærit, quod ſi probatum fuerit intereſſe, ſed non ſpecificè quantum interſit, nunquid iudex debeat abſoluere, vel condemnare debitorem in id quod intereſt, & reſpondet cum actor probauerit ſua intereſſe, continere debere, & poſtea in executione ſententiæ fieri liquidationem eius quod intereſt, & ita concludere Dec. *in conſ. 322* & Cagnol. *in d. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo num. 53.* quod etiam ſenſit Sigiſmund. Scacc. *de commerc. §. 1. quæſt. 7. ampl. 8. n. 242.* vel poſſe iudicem ex officio taxare certam quantitatem pro eo quod intereſt, & ita docere. Bartol. Aretin. Iaſ. Socin. Rebuff. & Menochium, quem plurium operum ſplendore conſpicuum, atque admirabilem meritò appellat *in lib. de arbitr. iudic. caſ. 119.* quibus conſenſit idem Sigiſmund. *loc. cit.* quæ diuerſa ſunt, & nihil pertinent ad tractatum dictæ conuentionis, de qua agitur vnde puto Maſtrillum, & Gratianum, qui profecit ex Maſtrillo, vel non legiſſe vel in tranſitu duntaxat, & defunctoriè Lupi doctri-
nam conſideraſſe. † A quo tamen cauendum eſt, dum ait id 30
quod receptum eſt creditorem pro eo quod intereſt poſſe iurare in litem aduerſus debitorem qui eſt in mora *ex l. 3. ff. de in lit. iuran.* accipiendum eſſe, quando creditor docet ſe ſolitum negotiari, & homines huiuſmodi conditionis tantundem lucrari ſolitos, & ipſum tantumdem veriſimiliter lucraturum fuiſſe, ſi ei ſua die pecunia ſoluta fuiſſet, & ita quod duo concurrant, vt eius verbis vtar induſtria creditoris, & intereſſe certum, alias ſecus & hoc communiter recipere Alex. Iaſ. & alios *in d. l. nummis.* & ſequi Decium, Alciatum Cagnol. Plaut. quem iuriſconſultum maxima ingenij perſpicacia, & admirabili legum peritia vocat *in d. l. 1. Cod. de ſent. quæ pro eo.* Nam cùm hæc duo concurrunt ſatis conſtat de eo quod intereſt. Illudque iudex admittere debet, nec opus eſt iuramento in litem, ad quod regulariter non niſi in difficultate probationem decurrendum eſt, vt Menoch. *in lib. de arbitr. caſ. 208. num. 1.* & aliis auctoribus citatis docet Ioan. Bapt. Coſta *de remed. ſubſidiar. cap. 98. n. 4. & 6.* & proinde non alia ratione virum doctum excuſare poſſumus quàm ſi dicamus hoc eius dictum non ad proxima, ſed ad antecedentia referenda eſſe.

Illud ſanè placet, quod Maſtrillus ſcribit *loc. cit.* in taxa- 31
tione eius quod intereſt, non eſſe habendam rationem aduentitij, & nimis remoti lucri veluti ſi conductor, qui re conducta frui non potuit, & fructus percipere, alleget, & contendat ſe fructus quos ex re conducta percepiſſet perlaturum ad nundinas Salerni, vel alias regiones, quæ iis fructibus maximè indigent, & ex eorum venditione, & negotiatione ingentem quæſtum facturum fuiſſe. Ita enim conſtitutum eſt *in d. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo.* & optimè omnium hîc docet Cuiacius *col. 7.* vbi poſt Theodorum Græcum interpretem vtitur exemplo interdicti *vnde vi*, in quo etiam veniunt fructus, & vtilitas omnis *l. 1. §. ex die. ff. de vi, & vi arm.* In quo inquit non audietur, ſi quis rem in infinitum producat fortè allegans ſi vi deiectus non fuiſſet, fundum ſerere potuiſſe, & fructus ex eo perceptos in exteras regiones perferre, & ex eorum negotiatione ingens lucrum facere. Nam iudex non ſpectat compendium illius exteræ negotiationis. Idque generaliter verum eſſe ſiue ſint caſus certi, ſiue incerti, vt in æſtimatione eius quod intereſt non ſint obſeruanda extranea, & aduentitia lucra, ſed ea duntaxat, quæ vel in re ipſa, vel ex ipſa re ſunt, æſtimanda eſſe *ex l. ſterilis. § cum per vẽditorem. ff. de act. empt. & l. vlt. ff de peric. & comm. rei vend.*
& hæc expoſuiſſe ſatis ad African. *tract. 8.* † Ex quibus con- 32
firmantur ea quæ diximus *num. 3.* poſſe iudicem ſi ſuſpicetur creditorem, qui ex conuentione ad iurandum admiſſus eſt immodicè æſtimaſſe id quod intereſt, & longius rem produxiſſe, iuſiurandum non ſequi, ſed illi taxationem adiicere, & interdum eum prorſus abſoluere, vt oſtendi poteſt *ex l. 4. & 5. ff. de in lit. iuran.* & Cuiac. *loc. cit.* & Duaren. *ad hũc tit.*
cap. 4. † Et falſum eſſe apparet manifeſtè, & contra mentem 33
legum, quod Lupus ſcripſit *loc. cit. in fin.* vt iurari poſſit de eo quod intereſt. induſtriam iurantis, & certi intereſſe probationem concurrere debere. Hoc enim præſtito, nec taxatione opus eſt, neque iudex modum iuramento adiicere poſſet, ſed ſequi omnino tenetur, vrgente rei veritate, vt *in d. l. 1.* conſtitutum eſt, & aliis locis: atque etiam quia iis tantùm negotiari ſolent fas eſſet iurare in litem ratione lucri ceſſan-

tis, quod falſum eſt, dummodò nihil aliud obſtet.

34 Denique ex his, quæ diximus planè conſtat agentem ad id quod intereſt id, vel iureiurando, vel teſtibus,& aliis modis probare debere debere, vt dixi *initio quæſt.* 74. & inter alios docuit Maſcard. *in concl.*934. *num.*7. qui deinde concluſione ſeq. poſtquam pro regula conſtituit intereſſe iuramento probari poſſe *ex d. l. ſi quando.* & aliis concluſionem hanc reſtringit *n.*38.vt locum non habeat in intereſſe lucri ceſſantis, cuius ea natura eſt, inquit, vt plenam requirat probationem, nec probatione deficiente admittat iuramentum in ſupplementum probationis, & ita docere Baldum *in d.l.*1.*in fin.C.de ſent.quæ pro eo.* eámque ſententiam ſequi Lanfranc.de Oria.*in l.admonendi.num.*74.*de iureiuran.*Iaſ.*in* §.*curare.num.*59. *Inſtit. de action.* Decium *in l. quatenus. num.* 5. *de reg.iur. & in conſ.*320.*in fin.*& Lup.*in d.*§.6.*num.*17. *verſ. ſimiliter eſt aduertendum.*idémque ex Socino, Curtio, Seraph. & aliis tradit Mancin.*de iuram.part.*2 *art.*6.*num.*30.quod mihi omnino non

35 ſatisfacit.† Nam Baldus, cuius potiſſimùm auctoritate hæc opinio nititur *loc. cit.* loquitur de intereſſe ſingulari, quod vno teſte probatum ſit, quia ratio teſtis, vt ipſe loquitur, procedit per modum induſtriæ, & non per viam ſenſus, & proinde non ſit ita liquida probatio, ideo non deferri ſacramentum in defectum plenæ probationis, & ita rectè Baldi mentem expoſuit ipſe Maſcard. *in d.concl.*935.*num.*11. *&* 12. & Seraph. *loco* à Mancino *citato* nimitum *priuil.* 33.*n.*160. vbi Baldi ſententiam referens rationem adfert, quia cùm teſtis hic de iudicio potius deponat, quàm per aliquem ſenſum corporis, teſtis vnus non facit omnino ſemiplenam probationem, & proinde ex dicto vnius teſtis hic iuramento locum non eſſe.

36 Ex quibus illa Lupi, Maſcardi, & Mancini ſententia parùm tuta eſſe videtur, ſed eo tantùm caſu retineri poſſe,cùm actor vnicum teſtem de ſuo iudicio deponentem habet:aliud verò eſſe, cum exempli gratia per vnicum teſtem integræ fidei probatur certa occaſio lucri, & nihil aliud obſtat: cùm per vnicum teſtem interpellatio probata eſt, & cætera concurrunt: denique cum ex mora, & contumacia debitoris & ex aliis perſonarum, & rerum circunſtantiis, & indiciis veritatis iudici æquum videtur, vt hæc res iuriiurando creditoris committatur, id enim iudicis arbitrio relictum eſſe conſtat *ex l.*1. *ff. de iureiuran.* vbi maximum remedium expediendarum litium dicitur iuriſiurandi religio,ſiue ex pactione partium, ſiue ex auctoritate iudicis deferatur & *l.*4.§.*deferre.ff.de in lit.iuran.& l.*3.§.7. *ff.de teſtib.* & Menoch. *in d.lib.de arbitr.caſ.*190.*in princ.*qui aſſerit in huius iuramenti delatione non leue eſſe iudicis arbitrium,vt in reliquis ſpeciebus probationis *l.*3. §.1. *ff.de teſtib.* & ita in terminis reſpondit ipſe Bald *in conſ.*344.*num.*1.*&* 2. vbi ait regulam quidem generalem eſſe id quod intereſt iuramento non probari, inſpecta tamen qualitate perſonarum & contractus, & contumacia debitoris non ſoluentis iuramentum deferri debere, ſaluo iudicis arbitrio in eius taxatione. Quod verius eſſe notat quidem ad Decium *in d.l.quatenus.de reg.iur.*& ſentiunt Gratian.*diſcept.forenſ.cap.*67.*num.*12. Martius Medic.*deciſ.*14.*n.*25.& ipſe Seraphinus poſt multa *in d.priuil.*33.*n.*163.

37 quamuis non audeat id conſtanter affirmare.† Præterea ſi verum eſt quod multi tradunt aduerſus debitorem moroſum, qui ſua die pecuniam non ſoluit, iurari in litem etiam de eo quod intereſt, ratione lucri ceſſantis, vt *in l.nummis de in lit. iuran.*Bart.*num.*5.Iaſ.*n.*18.Alex. *eod.loc. in fin.* Alciat. Cagnol. & alij *in d.l.vn. C.de ſent. quæ pro eo.* & aliis relatis Plot. *de in lit.iuran.*§.12.*num.*7.& Ioann.Bapt.Lup. *d* §.6.*num.*30. & Seraph. *priuil.*31. *num.*118. ergo multo magis iurari poteſt in

38 ſupplementum probationis.† Etenim iuſiurandum in litem pro eo quod intereſt defertur etiam deficientibus probationibus omnibus *d. l.ſi quando. Cod. vnde vi. & l. nummis.de in lit.iuran.*& conſtat apertiſſimè *ex cap. vlt. de his quæ vi metúſue cauſ.*illis verbis. *Cùm non niſi proprio iuramento probaueris, quæ amiſit.*iſtud verò non defertur, niſi fuerit ſemiplenè probatum *l.in bona fidei.C.de reb.cred. & l.admonendi.ff. de iureiuran.*& late tradunt Maſcard.*in concl.*957. *num.*3. Menoch.*in d.caſ.*190.in primis notans non leue in huius iuramenti delatione eſſe arbitrium iudicis, & Mancin.*in d.art.*6. *num.* 2.*&* 4.vbi ait in arbitrio iudicis eſſe hoc iuſiurandum deferre iuxta facti, & perſonarum qualitatem, quo arbitrio etiam cùm agitur de eo quod intereſt, ſiue ratione lucri,ſiue ratione damni, iudicem vti poſſe veriſſimum puto.

Illud ſanè placet non ſufficere ab initio debitorem promiſiſſe certam quantitatem loco damnorum,& intereſſe,quia in quocumque contractu, in quo pecunia debetur intereſſe taxatum ab initio pro futuro tempore non extenditur, niſi ad eam ſummam, quæ poſtea probatur legitimis modis, vt ſcripſit Vliualt. apud Farin.*in conſ.*15.*n.*18. Neque enim hac in re ſtatur aſſertionibus partium durante cauſa ſuſpicionis, videlicet quandiu pecunia retinetur, ſed aliunde probandum eſt rem ita ſe habere *arg.l.cum quis* §.*codicillis. &* § *Titia.* & ibi Bart. & interpretes alij *de leg.*3. Cagnol.*in d. l.curabit. num.*56. & alij quos refert Roderic. *de ann.redit.lib.*3.*quæſt.*5. 39

*num.*40. † Imò licet per debitorem facta ſit liquidatio damnorum, & intereſſe,dum ſors adhuc debetur, confeſſio hæc non tollit, quin ſit vſura ex Roman. *conſ.*520. *num.*9.Natta *conſ.*400.*num.*6.Rota *inter collect. Farinat. par.*2. *dec.* 173. *n.*4. quæ eſt de computationibus cambiorum, quibus Rota cenſuit ſtandum non eſſe; & Farin. *in d.conſ.*15. *num* 11. quia cum id non pendeat ex conſenſu, & voluntate partium,vſura eſt, quod velis nomen imponas *cap.*3.14.*quæſt.*3. D.Ambroſ. *lib.de Tob.cap.*14.Alex *in conſ.*61.*num.*12.*lib.*2. Dec.*in conſ.*116. *n.*6.*&* 7.quos ſequitur Farinat. *loc.cit.* † Vnde quamuis quis moriens in teſtamento aſſerat interuſuria ex iuſta, & licita cauſa ſoluiſſe, adhuc hæc aſſertio teſtatoris etiam iurata tanquam erronea hæredibus non nocet,quin vſuras repetere poſſint, vt egregiè reſpondit Roman. *in d.conſ. num.*9. quem ſecutus eſt Dec.*loc. cit.* Nihil igitur in hoc genere nocet confeſſio, niſi probetur aliunde, quod verè tantundem intereſt, vt *in deciſ.*554. poſt tract. Cencij *num* 6. *&*.7.† Niſi appareat ea fuiſſe mens teſtatoris, ne hæres vſuras ſolutas repeteret: vt enim poteſt quis vſuras ſolutas viuens remittere, vt tractatum eſt *quæſt.pen. num.*20. *&* 21. ita certum eſt, liberationem debitoris poſſe legari *l.*2. *&* 3.*ff.de lib.leg. & l.*2. *eod. tit.* quæ ait hæredé petere à debitore vetito, nec hæredem hæredis petere poſſe. † Sanè cùm creditoris verè tantundem intereſt, illud licitè capere, & retinere poteſt tuta conſcientia, licet non probetur, quia in foro conſcientiæ attenditur veritas non quod probatum eſt, vt obſeruant Cagnol. *in d.l. curabit.n.*61.& Maſcard.*in d.l.concl.*934.*n.*29.& Theologi non exigunt, vt intereſſe, probetur, ſed vt verè creditoris interſit aduerſarij culpa. 40 41 42 43

His quæ diximus proximum eſt, quod quærit Auendan.*d. cap.*29.*de exequen.mand. Princ.*an valeat pactio, vt ſuper lucro ſocietatis ſtetur iuramento mercatoris, qui pecuniam recipit ad negotiandum: & reſpondit pactum valere, & ſtandum eſſe iuramento, poſtquam iuratum eſt *ex l. generaliter. C. de reb.cred.& l.iuſiurandum* 17.*in princ.ff.de iureiuran.* niſi ſocius contrarium probet. Nam cùm hæc pactio fauorem mercatoris contineat, non poteſt ex ea argui fœnus, quod ex his tantùm colligitur, quæ fauorem reſpiciunt conferentis pecuniam: ſi verò res ſit inter fiſcum, & eum, qui pecuniam mercatori dedit, & percepit lucrum, aſſeuerante ſcilicet procuratore fiſci hoc lucrum vſuram eſſe, quod percipiatur ad ſolam relationem mercatoris iurantis, cui in hoc genere ſtandum non videtur, concludit etiam lucrum hoc licitum eſſe, quia potius videtur perceptum propter contractum ſocietatis præcedentem, quàm ex alia illicita conuentione. Et veritas inquit patens ex contractu excludit ſimulationem, & fraudem, quæ in ſpecie probari debet *l.*4. §.*ſi ab ignoto.ff.de manum.* & notat Iaſon. *in l. nemo poteſt.n.*5. *de leg.*1. & ita differit Auendan. *loc.cit.num.*5. † Quod etiam verum puto, ſi res ſit inter mercatorem lucrum repetentem tanquam vſuras, & eum qui lucrum percepit. Etenim hoc caſu etiam dicendum eſt condictioni locum non eſſe, quia exigitur præciſa, & concludens probatio indebite fuiſſe ſolutum.Sufficit enim per poſſibile excludere agentem, vt docet Bar *in l.cum de indebito.num.*4. *ff.de probat.* Rot. in nouiſſ. omnium *dec.*38.*num.*2. & Alex. *in conſ.*83.*num.*1. *lib.*1. vbi in fine ait titulum de condictione indebiti hodie receſſiſſe ab aula, quia homines vix verè debita ſoluunt,quod tamen verum non puto, vt quidam notant ad eund.& conſtat ex dec. Genuen.5.*num.*5.& aliis, dummodo verè, & concludenter probetur 44 45

probetur indebitum fuiſſe ſolutum, quod tamen probare
46 difficillimum eſt.† Sed in ſpecie de qua agitur, mercator qui lucrum ſoluit, illud repetere poſſet ſi probatur ſocietatem in fraudem vſurarum fuiſſe conceptam, vel poſtea conuentum, vt crediti nomine pecuniam illam retineret iuxta *l.9. in fin.& l.ſingularia.ff.de reb.cred. & l.ſi ventris.§.in bonis ff.de priuil.cred.* hoc enim caſu, ſi quid vltra ſortem numeratum eſt id repeti poſſe certiſſimum eſt, vt aliis locis diximus, & præſertim *q.31.n.2.& in fin.n.55.& 56.*

47 Quod verò dixi lucra, & compendia ſocietatis ſocij negotiatoris fideicommitti poſſe, & illius iuramento ſtandum eſſe ex Auendan. *loc. cit.* eaſdem fere declarationes recipere exiſtimo, quibus declaratur, & coërcetur, quod dictum eſt de pacto, vt ſtetur iuramento creditoris circa id quod intereſt: & proinde hæc facultas conceſſa ſocio intelligetur arbitrio boni viri *argum.d.l.ſi libertus. ff. de oper. libert. & l. hac venditio de contr.empt.l.veluti.ff.pro ſoc.* & aliis ſimilibus. Nec egreditur perſonam ſocij, nec ad hæredem porrigitur, vt reliqua perſonalia pacta *l.26. §.perſonale.& l.ſi tibi.§ ſi quis. ff. de pact.* poteritque reuocari à ſocio, ſi mercatoris conditio deterior detecta eſt, & recipere probationes in contrarium. Denique poterit Iudex iuramentum ſocij circa emolumenta ſocietatis ex conuentione præſtitum moderari, vel omnino non ſequi ſecundùm ea, quæ dicta ſunt *num.3.& 6. ex d.l 4. §.iurare.& l.in actionibus.5. §.item. de in lit.iuran.* ſiquidem hîc eadem omnino ratio eſſe videtur.

QVÆSTIO LXXVII.

De iureiurando in litem pro eo, quod intereſt.

SVMMARIA.

1 *Iuſiurandum in litem quare receptum eſt in iudiciis.*
2 *Iuſiurandum in litem aliud affectionis, aliud veritatis.*
Iuſiurandum affectionis quando deferatur.
3 *Iuſiurandum affectionis non defertur, niſi agatur de re, in quam affectio cadere poſſit.*
Verres ſtatuas quaſdam cuidam Meſſanenſi vili pretio abſtulit.
4 *Domus qua maiorum fuit, ratio habenda.*
5 *Pro pecunia depoſita non iuratur in litem.*
6 *Frumenti vini olei pretia plerumque mutuantur.*
7 *Iuſiurandum in litem non niſi in ſubſidium deferri debet.*
8 *Pro frumento, & ſimilibus rebus in litem iurari non poteſt.*
9 *Oleum, & ſimiles ſpecies ab adminiſtratoribus ſub haſta vendi non debent.*
10 *In actionibus in rem in litem iuratur.*
11 *Et in actione ex teſtamento, quando rem agitur.*
12 *In actionibus ad exhibendum in litem iuratur.*
Actio ad exhibendum propter vindicationis inuenta.
13 *Bona fidei in actionibus, quando iuramentum affectionis deferatur.*
In actionibus contrariis non iuratur in litem.
14 *In actionibus perſonalibus, quando iuramentum affectionis præſtari poteſt.*
15 *Iuſiurandum veritatis, in quo de eo tantum iuratur, quod verè intereſt.*
16 *Antonij Fabri ſententia nullum eſſe iuſiurandum in litem, quod non ſit affectionis, reiicitur.*
17 *Iuſiurandum quod præſtatur aduerſus tutorem, quod inuentarium non fecerit, eſt veritatis.*
18 *In iuramento veritatis, quomodo dolus, & contumacia puniatur.*
19 *Aduerſus tutorem in litem ex dupli cauſa iurari poteſt.*
20 *Aduerſus tutorem ob non rite editas rationes in litem iuratur.*
Rationes cum die edi debent.
21 *Iuramentum in litem affectionis, & veritatis ſimul aduerſus eundem tutorem concurrere poteſt.*
22 *Fideiuſſor tutoris poteſt pro ſumma, de qua iuratum eſt, conueniri.*
23 L.vlt.de fideiuſſ. *non habet locum in contractibus bonæ fidei ex Mareſcotto.*
24 *Aduerſus fideiuſſorem in litem non iuratur.*
25 *Phanutij hac de re ſententia refertur.*
Contumacia debitoris fideiuſſori non nocet.
26 *Magiſtratus municipales cauent rempublicam ſaluam fore.*
Fideiuſſores magiſtratuum actionibus pœnalibus non obligantur.
27 *Iuramentum in litem non nocet iis, qui ex alieno facto conueniuntur.*
Neque tertiis poſſeſſoribus.
28 *Mareſcottus non videtur ſententiam* l.vlt. ff.de fideiuſſ. *ſatis percepiſſe.*
L.vlt.de fideiuſſ. *ſententia ex Heringio.*
29 *Auctoris diſtinctio.*
Contumacia rei obligationem fideiuſſoris non auget.
30 *Fideiuſſores tutorum pupilli indemnitatem præſtare debent.*
31 *Tutor qui rem pupilli intercipit, duplici actione tenetur tutelæ, & furti.*
32 *Iniquum eſt alterum ex delicto alterius damnum pati.*
In heredem tutoris duobus caſibus in litem iuratur.
33 *Socium aduerſus iuratur in litem.*
Socius, qui rem communem celandi animo amouit, tenetur furti.
34 *Aduerſus ſocium, qui pecunias communes intercipit, iuratur in litem de eo quod intereſt.*
Nummorum certa æſtimatio.
35 *Socius aduerſus ſocium iurat in litem, quando ſocietas eſt licita.*
Societas nulla eſt rei inhoneſtæ, & turpis.
36 *Dolus dolo compenſatur.*
Doloſus aduerſus doloſum non iurat in litem.
37 *Socium aduerſus non iuratur in litem ex eo quod pecuniam non exercuit, ſi ea modica fuit.*
38 *Iudicis in arbitrio poſitum eſt deferre iuſiurandum in litem, vel non.*
39 *Mandati in actione in litem iuratur.*
40 *Aduerſus mandatarium iuratur in litem ob pecunias non redditas pro eo quod intereſt.*
41 *Iuriſiurandi affectionis ratio, ne quis cogatur inuitus res ſuas vendere.*
42 *Iuriſiurandi veritatis ratio eſt perfidia, & rupta fides, ſeu dolus debitoris.*
43 *Depoſiti in actione iuratur in litem de eo quod intereſt.*
44 *Quod de vero depoſito accipiendum eſt.*
45 *In actionibus bonæ fidei pro nummis debitis iuratur in litem de eo quod intereſt, concurrente dolo debitoris.*
46 *In actionibus bonæ fidei iuratur in litem pro intereſſe damni emergentis ob pecuniam non redditam, vel ſolutam.*
47 *Vt etiam iurari poteſt pro intereſſe lucri ceſſantis.*
48 *In contractu venditionis non iuratur in litem pro pretio.*
In actionibus contrariis non iuratur in litem.
49 *Iuſiurandum in litem affectionis non admittitur, niſi in rebus, quæ recipiunt affectionem.*
50 L.nominis.de in lit.iur. *declaratur.*
51 *Contrariis in iudiciis cur non iuretur in litem.*
52 *Damnati iudicio directo tutelæ, mandati, depoſiti, & pro ſocio efficiuntur infames, non contrarium.*
Commodatum negare turpe eſt.
53 *In actione venditi, & locati, in quibus agitur ad pretium, & penſionem ob moram, non iuratur in litem.*
Plus eſt ſocium, & pupillum fallere, quàm venditorem.
54 *Nummis ex mutuo, vel ex alio contractu ſtricti iuris debitis & non ſolutis non iuratur in litem.*
55 *Pro nummis, qui certo loco ſolui debent, non iuratur in litem.*

56 *Actio*

56 *Actio quæ patitur id quod certo loco ſolui debet, eſt arbitraria.*
57 *Iuramento veritatis locus eſt, quoties concurrit dolus, & difficultas probationis.*
Neque ſit actionum diſtinctio.
58 *Vi illata de damnis, & intereſſe ſtatur iuramento eius, cui vis illata eſt.*
Quod locum habet in quolibet violentia, & delicti genere.
59 *In furem in litem iuratur pro quantitate rerum ſubtractarum, & æſtimatione earum.*
60 *Vis, & delictum prius probari debet, quàm iurari poſſit in litem.*
61 *Taxatio iudicis præcedere debet, antequam aduerſus furem, vel alium delinquentem iuretur in litem.*
Iudex debet taxare quantitatem vſque quam actor iuret in litem pro perſonarum, & negotij qualitate.
62 *Iuſiurandum in litem ſubſidiarium.*
Iuriſconſulti veteres melius feciſſent arbitrio iudicis relinquere, cui, & quatenus, & in quibus actionibus iuſiurandum in litem deferri oportet.
63 *Baſiliſcus aduerſus Zenonem rebellanit.*
64 *Honorius Theodoſius, & Veſpaſianus inſſerunt, vt bello ciuili capta reſtituerentur.*

ANIMADVERTI quantum mea tenuitas aſſequi potuit, iuſiurandum in litem duabus ex cauſis in iudiciis receptum eſſe. 1 † Prima eſt, vt rei, quæ in iudicium deducta eſt, & iniuſtè retinetur, æſtimatio ineatur arbitrio actoris *l. 1. & 5. in fin. & l. 6. ff. de in lit. iur. l. qui reſtituere. ff. de rei vindic. l. 9. ff. rer. amot.* Altera eſt, vt æſtimetur id quod actoris intereſt, vt conſtat *ex l. 2. §. 1. & l. 3. ff. eod. tit. de in lit. iuran. l. ſemper. 15 §. ſed quod interfuit. ff. quod vi aut clam.* & aliis locis: & proſequitur Borebole.

2 Ex quibus probari poteſt illa huius iuriſiurandi diuiſio, vt aliud ſit affectionis, aliud veritatis. Affectionis eſt, cùm iuſiurandum defertur rei æſtimandæ cauſa. Hoc enim caſu ex iuſta, & probabili ratione conceſſum eſt rem pluris æſtimare, quàm reuera ſit ad coërcendam contumaciam non reſtituentis, vel eius qui dolo deſiit poſſidere poteſtate pretij ſtatuendi domino, & actori conceſſa, vt conſtat *ex l. 1. & 8. ff. de in lit. iuran.* cùm non ſit æquum aliquem inuitum rem ſuam vendere etiam iuſto pretio *l. non enim. 9. ff. rerum amot. l. ſi filio §. 1. ff. ſolut. matrim. l. dudum. C. de contr. empt.* & obſeruauit Duaren. *in l. in actionibus. in princ. ff. de in lit. iuran.* vbi ait hanc rationem eſſe, quare hoc iuſiurandum receptum ſit, & parùm ab aliis animaduerſam, illam tamen etiam adnotarunt Coraſ. *lib. 6. Miſcellan. cap. 4. num. 4.* Donell. *comment. iuris ciuil. lib. 26. cap. 6.* Phanut. *de in lit. iuran. part. 1. c. 4. n. 3. 9. & parte 3. n. 27.* & Anton. Faber. *coniect. lib. 16. c. 1. & de erroríb. pragmat. dec. 17. c. 8. n. 3.*

3 Neceſſe autem eſt inter alia, vt ea hac cauſa iuſiurandum deferatur, vt res, de cuius reſtitutione agitur, eius generis ſit, vt variam, & incertam æſtimationem recipiat, & in quam affectio cadere poſſit, cuiuſmodi ſunt res, quæ certa ſpecie, & corpore conſtant, & in genere ſuo functionem non recipiunt, vt ſunt picturæ, & ſtatuæ, quæ diu in familia fuerunt, quas durum eſt nobis auferri etiam iuſto pretio, vt de quibuſdam ſtatuis quarum vna erat Myronis, altera Praxitelis præclarorum artificum, ſcribit Cicero *action. 6. in Verrem*, quas in Sicilia cuidam ciui Meſſanenſi vili pretio abſtulerat. Et cuiuſmodi eſt fundus, ſi vicinus eſt *l. ſi vi. ff. de leg. 2.* 4 † vel domus, quæ maiorum fuit *l. ſi in emptionem. ff. de minor. l. 36. ff. de bon. liber. l. 22. C. de admin. tut.* quæ ait maximam eius domus rationem habendam eſſe, in qua pater defecit, filij creuerunt, in qua maiorum imagines, aut non habere fixas, aut videre reuulſas, lugubre eſt, vel propter alias iuſtas, & probabiles cauſas, ea quibus res nobis cariores eſſe poſſunt, quàm aliis, & durius, & luctuoſius illis priuari, vt proſequitur idem Phanut. *loc. cit.* & Rebuff. *in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo. in gloſ. 1. n. 86.*

5 Cuius rei argumentum eſt, quod Vlpianus ait *in d. l. 3 hoc tit. de in lit. iuran.* nummis depoſitis, & ſua die non reſtitutis iudicem hoc iuſiurandum deferre non debere; quia certa eſt nummorum æſtimatio, vt etiam ait *l. 1. ff. de contr. empt. l. 46. ff. de fideiuſſ. l. 4. ff. de eo quod cert. loc.* Qua ratione in vniuerſum ſtatui poteſt, quarum rerum certa æſtimatio eſt, vt ſunt nummi, vinum, & alia, quæ numero, pondere, & menſura conſtant, de his hoc in litem iuſiurandum deferri non debere: cæteris de rebus, quæ ſua ſpecie non quantitate æſtimantur, deferri poſſe, vt explicat Dec. *in d. l. in actionibus. num. 24. de in lit. iuran.* Donell. *d. lib. 26. cap 9* & Phanut. *loc. citat.* † Sanè quod Donellus ait vini, & frumenti, 6 & ſimilium ſpecierum certam æſtimationem eſſe, non ita accipiendum eſt, vt dicamus earum rerum certum, & immutabile pretium eſſe, perſpicuum enim eſt illud in diuerſis locis diuerſum eſſe, & in iiſdem plerunque mutari, vt probari poteſt *ex d. l. 4. de eo quod cert. loc. l. pretia rerum. ad l. Falcid.* & ex Plinio *lib. 33. cap. vlt.* & Theoph. *inſtit. de action. §. 33. verſ. id autem.* ſed ita accipiendum eſt, vt dicamus vini, & aliarum rerum, quæ functionem recipiunt, faciliorem, & certiorem æſtimationem eſſe ob omnimodam ſimilitudinem, quam cum cæteris rebus eiuſdem generis habent, de qua propterea opus non ſit iuſiurandum deferre, cùm facilè, quæ ſit, & fuerit earum æſtimatio ex communi in foro pretio deprehendi poſſit. † Nam ſi qua ratione fieri poſſet, vt 7 ſine delatione iuramenti res æſtimaretur, iudex in ea re illud neque deferre poſſet, neque deberet, vt docet Dec. *in d. l. in actionibus. num. 30.* Phanut. *d. cap. 2. num. 30* Mancin. *de iuram. part. 2. artic. 10. in fin.* idem Præſes Faber. *d. cap. 13. & d. decad. 17. error. 8. num. 6.* & Coſta *de remed. ſubſidiar. cap. 98. num. 2.* & Fontanell. *de pact. nupt. cauſ. 5. gloſ. 8. parte 1. num. 88.* † Qua ratione etiam de his rebus in litem iurari non 8 poteſt, quia in huiuſmodi res adfectio ea iuſta, & rationabili cauſa cadere non poteſt, ſiquidem nihil actoris intereſt, ſi hoc, vel aliud eiuſdem generis, & bonitatis frumentum illi præſtetur, vt ſentiunt Aleaand. *in d. l. nummis num. 8.* Caſtrenſ. *num. 1.* Phanut. *d. cap. 4. num 3. & 52.* Donell. *in d. lib. 26. c. 9.* exploſa Fulgoſij ſententia, qui aliud ſentiebat *in d. l. nummis.* quod vinum vnum magis diligeret, quàm aliud, quod eius ſtomacho ſalubrius eſſet, quod meritò refellit Phanut. *loc. cit.*

Et huc pertinet, quod quidam dicunt ſtante ſtatuto, vt 9 bona mobilia minorum, & pupillorum vendantur ſub haſta, id ad nummos quamuis inter mobilia cenſeantur, & ad frumentum, vinum, & ſimiles ſpecies non pertinere, quia harum rerum nulla eſt adfectio, & in proximo quoque mercato quis fuerit, earum valor facilè inueniri poteſt, vt tradit Colet. *de proceſſ. execut. parte 3. cap. 9. n. 51.* & Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 812. num. 16. & 18.*

Et proinde cùm quæritur, in quibus actionibus iuſiurandum in litem adfectionis deferatur, meritò traditum eſt, id 10 in primis obtinere in actionibus in rem *dicta l. in actionibus. in princip.* ad quod genus pertinet non tantùm rei vendicatio, in qua in litem iurari certiſſimum eſt *ex l. qui reſtituere. de rei vendic.* ſed & Publiciana, & hypothecaria, vt conſtat *ex l. ſi fundus. & l. ſi inter. §. vltim. de pignor.* & tradit Duaren. *eodem loco in princip.* & explicat Phanut. *in dict. cap. 4. numer. 7. & ſequentibus* & Donell. *cap. 8.* † Et quod 11 magis eſt, id etiam receptum eſt, cum actione reali, vel hypothecaria agitur ad rem legatam conſequendam. Nam ſi hæres iuſſus rem reſtituere non obtemperat præcepto iudicis, poteſt iuramentum adfectionis legatario deferri, vt conſtat *ex l. cum pater. 60 §. 1. ad l. Falcid.* quæ ait id quod pœnæ cauſæ condemnationi accreuit ex contumacia hæredis, in legem Falcidiam non incidere, ex qua ita docent interpretes communiter, vbi teſtatur Aleaand. & Zaſ. *in d. l. in actionibus. num. 8.* & Phanut. *loc. citat. num. 13. & 14.* quia hoc caſu militat etiam ea ratio, ne quis cogatur inuitus rem ſuam etiam iuſto pretio vendere *d. l. 9. rerum amot.* & aliis. Et ita declarandum eſt, quod ait Paulus *in l. 6. de in lit. iuran. cùm ex teſtamento agitur, in litem iurari non ſolere*, quia hoc accipiendum eſt, cùm agitur actione perſonali, non autem cùm agitur actione in rem, in qua ob contumaciam non reſtituentis iuſiurandum deferri poteſt, vt in ſpetie notat Phanut. *loc. cit.*

Qua ratione etiam placuit in actionibus ad exhibendum 12 iurari in litem; quanti actor arbitratus fuerit, vt conſtat *ex dict. l. in actionibus, & l. 3. §. præterea. ff. ad exhibend.* in

Digitized by Google

his enim militat eadem ratio, ne re vel iure ſuo quis priuetur inuitus, vt ibi notat Bolognet. *num.* 10. *&* 11. Menoch. *de arbitr. caſ.* 207. *num.* 19 *& conſ.* 834. *num.* 4. & Phanut. *in d. cap.* 3. *num.* 16. non tantùm cùm quis ſe dominium eſſe dicit, ſed etiam cum qualicumque actione acturus eſt, ad quam aditum parat ad exhibendum actio, quæ ſcilicet propter vendicationes inuenta eſt, vt ſit *l.* 1. *&* 3. *ff. ad exhiben.* Duaren. *loc. cit.* Donell *in d. cap.* 8. & late proſequitur Plot. *de in lit. iuran.* §. 23. *num.* 1. *&* 2. tametſi putem non ſemper in hoc genere locum eſſe iuramento in litem adfectionis, ſed interdum ex veritate damnum æſtimandum eſſe, quod quis ex negata exhibitione patitur, vt poſt pauca dicam.

13 Præterea quod dicitur in actionibus bonæ fidei in litem iurari, *in d. l. in actionibus. & l.* 3. §. *in hac. ff. commod.* ita demum verum eſt, cùm agitur de re nobis reſtituenda, quæ prius à nobis profecta fuit, vt in depoſito *l.* 1. §. *in depoſiti. hoc. titul.* in cômodato *dict. l.* 2. §. *in hac ff. commod. & l. non ab iudice* 64. *ff. de iudic.* ex qua conſtat etiam prædonem iurare in litem, quod valde notandum hic Cuiacius tradit. Item in locatione, cùm res locata nô reſtituitur *l. ſi cui.* §. 1. *ff loc.* in petitione hæreditatis. *l. ſed & ſi lege.* §. *hac verba & l. poſſeſſor.* §. *vltim. de pet. hared.* ex ſtipulatu pro dote *l. filiofamilias.* §. *maritum. ff. ſolut. matrim.* Denique ſi tutor rem pupilli non reſtituat, aduerſus eum in litem iurari poteſt *dict. l.* 8. *ff. de in lit. iuran.* & latè proſequitur Phanut. *loc. cit n.* 28. Borcholt. *eod. tract. cap.* 3. *&* 4. & paucis Coſta *d. rem.* 98. *n.* 2. & Duaren *in d. l. in actionibus. n.* 21. vbi notat in directis actionibus id accipiendum eſſe, ſiquidem in contrariis manifeſtum eſt in litem non iurari *ex l.* 7. *ff. depoſ.*

14 Neque tantùm in iis actionibus iuſiurandũ adfectionis deferri poteſt, ſed etiam in aliis omnibus perſonalibus, licet non ſint bonæ fidei, ſi tamen competant ad rem reſtituendam, quæ noſtra fuit, aut alioqui ad ius noſtrum pertineat, vt conſtat exemplis actionum, quod metus cauſa, de dolo, rerum amotarum, Fauianæ de rebus alienatis in fraudem patroni, quæ omnes ſunt in perſonam, & ſtricti iuris, in quibus etiam iuratur in litem *l. arbitrio. ff. de dol. l. ſi cum dot.* §. *vltim. ff. rerum amot. & l. tenetur. ff ſi quid in fraud. patron* & explicat Phanut. *loc. citat. num.* 17. *&* 18. vbi ait huiuſmodi actiones eſſe in rem ſcriptas, & ad inſtar actionis realis. Idem etiam tradit Donell. *loc. citat.* vbi ſubiicit hanc clauſulam. *Cur ergo in his pariter iuratur in litem, vt in actionibus in rem? quia in his omnia ſimilia ad iuſiurandum admittendum. Perſequuntur enim rei noſtra certè à nobis profecta reſtitutionem: & ſi contumacia quæritur ſunt & ipſa arbitraria, in quibus arbitretur prius iudex rem reſtitui: cui arbitrio cum non paretur, ſit illa contumacia non reſtituentis, quæ in actionibus in rem, & ad exhibendum iureiurando in litem coercetur.* extátque hac de re generalis Vlpiani definitio *in dict. l. qui reſtituere.* his verbis. *Hac ſententia generalis eſt, & ad omnia ſiue interdicta ſiue actiones in rem, ſiue in perſonam ſunt, ex quibus arbitratu iudicis quid reſtituitur, locum habet.*

15 Sed hac iuriſiurandi ſpecie prætermiſſa, quæ mihi nunquam placuit, & quæ nihil ad tractatum noſtrum pertinere videtur, proſequamur aliud genus, quod dicitur veritatis, in quo ſcilicet de eo tantùm iuratur, quod reuera abeſt, & quod vere actoris intereſt, in quo id tantum æſtimare oportet, quod actoris intereſt, non excedere, denique in quo affectioni ſeruiendũ non eſt, ſed veritati, vt indicat ſatis *dict. l.* 2. §. 1. *& l.* 3. *de in lit. iuran. l.* 7. *in princip. de admin. tut. l. ſi quando. C. vnde vi. & l.* 1. *C. de ſentent. quæ pro eo.* illis verbis, *quod reuera inducitur damnum, illud redditur*, & tradunt Donell *eodem lib. cap.* 10. *in princip.* Menoch. *in dict. caſ.* 208. *num.* 2. Phanut. *in dict. cap.* 3. *num.* 2. & Mancin. *d. iuram. parte* 2. *artic.* 8. *num.* 1. cuius exempla quædam ſunt apud Plot. & Menoch *loc. cit.*

16 Ex quibus non puto recipiendum eſſe, quod aduerſus Bartolum & alios ferè omnes contendit Præſes Faber *d. l.* 16. *cap.* 13. nullum eſſe iuſiurandum in litem, quod non ſit affectionis, ſiue certa res, quæ debetur, æſtimanda ſit, vt *in d. l. in actionibus.* §. *planè* ſiue id quod interſit actoris, vt *in d. l. nummis de in lit. iur.* quod repetit d. Dec. 17. *c.* 8. *n.* 2. quia verius eſt ſaltem cùm iuratur in litem pro eo quod intereſt, adfectioni locum non eſſe. Primum enim id probat euidenter *d. l.* 2. §. 2. *de in lit. iuran.* quæ ait *interdum id quod interſit actoris tantum æſtimari.* Ergo eatenus tantum iurare licet, quatenus intereſt. Secundo quia certum eſt nummis depoſitis iurari in litem de eo quod intereſt, nummos redditos non eſſe, vt ſi fortè pecuniam debuit ſub vſuris, vel pœna *d. l. nummis.* in quo genere nullus affectionis locus eſſe poteſt. Vt etiam ſi quis iuret, quod inſtrumenta non exhibeantur, vt conſtat *ex l.* 10. *hoc tit.* cuius verba ſunt. *in inſtrumentis, quæ quis non exhibet, actori permittitur in litem iurare, quanti ſua intereſt ea proferri.* † Idemque 17
eſt, cùm iuratur aduerſus tutorem, quod inuentarium non confecerit, vt cautum eſt *in d. l.* 7. *in princ. ff. de admin. tut.* quia cùm his caſibus non agatur de certa aliqua re reſtituenda, in quam affectio cadere poſſit ceſſat illa æquitatis ratio, de qua *in d. l. tutor. & l. non enim.* & ſimilibus, & quam adfert Faber iiſdem locis: & proinde vel dicere cogitur his de rebus non iurari in litem, quod falſum eſt, vel ſi iuratur, iuramentum hoc veritatis eſſe non affectionis, vt comperi deinde in cauſa pupillari docere Phanut. *in d. c.* 3. *n.* 33.

Neque mouet, quod Præſes ait alioqui futurum, vt dolus, 18
& contumacia rei non puniatur, de cuius tamen pœna maximè agitur, cùm iuratur in litem *d. l.* 8 *de in lit. iuran.* quia ſatis ex eo punitur, quòd ſtetur iuramento actoris de eo quod ſua intereſt, ſibi moram fieri, vel inſtrumenta, & rationes exhiberi, ſine teſtibus, & probationibus vllis, quæ fortaſſe deficerent, vt *in l.* 10. §. 3. *ff. eden.* & quod cogatur reus aduerſarium iudicem, & teſtem quodammodo habere, quod in aliis cauſis leges abhorrent, & prohibent valde vt *in l.* 1. *ff. ne quis in ſua cauſ. iud. l.* 17 *ff. de iud. l. nullus. & l. omnibus. C. de teſtib.* & præſertim in re, cuius plerunque difficilis eſt probatio *l. vltim. ff. de prater. ſtipulat. & d. l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo.* Denique *in d. l. tutor.* 8. *de in lit. iuran.* agebatur de re pupilli reſtituenda, quam tutor qui eam poſſidebat, iuſſus reddere noluit, quo caſu non negamus affectioni aliquantiſper indulgendum eſſe, ne quis cogatur inuitus res ſuas vendere, quod eſt iniquum iuſto pretio vt dictum eſt, intercedente ſcilicet iuſta aliqua, & honeſta cauſa affectionis, vt dixi *n.* 3.

Quod vt magis appareat obſeruandum eſt duabus ex cau- 19
ſis iurari in litem aduerſus tutorem. Prima eſt, cùm res pupilli, quas poſſidet, reſtituere negat: & hoc caſu, in quo de re reſtituenda agitur, certum eſt, adulto licere rei ſuæ pretium conſtituere, quia non eſt æquum litem iuſto pretio æſtimari, vt ait *l. ſi tutor.* 8. *de in lit. iuran. & l.* 9. *ff rer. amot.* Fulgoſ. *in d l. ſi tutor. num.* 1. Coraſ. Miſcellan. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 9. Altera cauſa eſt, cùm tutor inuentarium non confecit, & rem pupilli malè, & dolo malo geſſiſſe conuincitur: vt ſi fortè pecuniam pupillarem intercepit, & in vſus ſuos conuertit, vel alia ratione in adminiſtratione tutelæ graſſatus eſt, Nam aduerſus ipſum ex hac cauſa in litem iurari receptum eſt *ex d l.* 7. *in princip. de admin. tut. l.* 1. *& vltim. Cod. de in lit iuran.* & tradunt Cuiac. *ad hunc tit.* Montan. *de tut. & curat. cap.* 32. *reg.* 6. Menoch. *in d. caſ.* 208. *num.* 16. Plot. *de in lit. iuran.* § 5. *num.* 9 & latè Phanut. *part.* 2. *cap.* 2. *n.* 27. *& cap.* 3. *num.* 33. vbi notat hoc iuramentum non eſſe affectionis, ſed veritatis propter dolum tutoris, & difficultatem probationum.

Idémque eſt, ſi rationes edere recuſat, vel ſi malè edat, 20
id eſt, inordinatas, & intricatas, & imperfectas proferat, vt iidem Menoch. Phanut. & Plotus docent *locis citatis.* & Caroc. *deciſ.* 12. *num.* 11. *&* 12. vbi etiam tradunt rationes ritè, & rectè editas videri, cum illis continetur, quod in ſingulos dies, menſes, & annos exactum eſt, & impenſum, ex quo fundo, à quo colono, vel debitore reditus, & pecuniæ perceptæ ſunt: quid, & quo die, & ex qua cauſa pro pupillo impenſum eſt, ita vt facile poſſit calculus, & ratio initi totius adminiſtrationis, & an benè, vel malè in tutela verſatus ſit: Quod etiam probari poteſt *ex l.* 1. §. 2. *ff. de eden.* quæ ait *rationes cum die edi debere, quoniam accepta, & data non alias poſſunt apparere.* Quod etiam tractat diligenter Montan. *loc. citat.* † Poteſt ſanè vtraque cauſa concurrere, vt no- 21
tat Menoch. *in d. caſ.* 208. *n* 2. veluti ſi rem retineat, & inuentarium non confecerit, vel rationes non exhibeat affectionis ſcilicet, vt cum retinet *d. l.* 8 & veritatis, cùm inuentarium, & rationes edere detractat, vt *in d. l.* 7. *ff. de admin. tut.*

His addendum eſt, quod ab illis prætermiſſum eſt, fide- 22
iuſſorem

Digitized by Google

iuſſorem tutoris etiam hoc nomine teneri, & pro ſumma de
qua iuratum eſt, conueniri poſſe. Nam cùm actio tutelæ ſit
bonæ fidei *§.actionum. Inſtit. de action. & l.1. §.ſed & ſi ff. de tut.*
& ration. diſtrah. & in actionibus bonæ fidei iuſiurandum in
litem veniat ex natura actionis, vt docet Bart. *in l.1. num.1.*
C. vbi conuen. qui cert. loc. Iaſon. *in § præterea. 1. n.2. Inſt. de action.*
& in d. l. in actionibus num.3. Dec. *num.4.* conſequens eſſe vide-
tur fideiuſſorem ad intereſſe teneri, quod aduerſus tutorem
iuramento in litem probabitur, vt reſoluit Mareſcott. *va-*
riar. reſol. lib. 2 cap.48. & præſertim ſi tutor promiſit nomina-
tim inuentarium facere, & rationem reddere, & cætera
omnia præſtare, quæ ad eius officium pertinent ſub refe-
ctione omnium damnorum, & intereſſe, vt vſitatum eſt, &
huic obligationi fideiuſſor acceſſerit, & in omnem cauſam
ſe obligauerit, vt etiam fieri ſolet. Nam hoc caſu dubium
eſſe non poteſt, quin fideiuſſor cogitauerit etiam de his quæ
dolo tutoris augentur & de intereſſe probando iuramento
in litem, ſiquidem ceſſat hic illa ratio, propter quam in
aliis fideiuſſoribus receptum eſt non teneri eos ad augmen-
tum, quod ex contumacia, & dolo principalis proficiſcitur.
23 † Neque repugnare huic ſententiæ *l. vlt. ff. de fideiuſſor.* qua
definitum eſt fideiuſſorem non teneri, ſi ea contumacia
principalis condemnatio aucta eſt, quia loquitur in actione
in rem, vt conſtat ex illis verbis, *& cùm reus haberet poſſeſſio-*
nem, & noluit eam reſtituere & ſic de actione ſtricti iuris, in
qua iuramentum in litem defertur præter naturam actionis
nimirum ob contemptum iudicis, & contumaciam non re-
ſtituentis, ideoque ibi definitum eſt fideiuſſorem non tene-
ri, ſed in actionibus bonæ fidei ſi deiuſſor in omnẽ cauſam te-
netur. *l. quæro. ff. loc.* Dec. *in d. l. in actionibus. n.7.* & in ſpecie fide-
iuſſoris tutoris diximus *q.20. num. 16* & proinde dicendum
eſt fideiuſſorem etiam obligari ad intereſſe, de quo aduerſus
tutorem iuratum eſt. Ita diſſerit Mareſcott. *loc. cit. num.8. & 9.*
24 Sed viri docti definitio in dubium reuocari poſſe videtur,
quia receptum eſt aduerſus fideiuſſorem non iurari in litem,
vt tradit Bald. *in l.3 ff. qui ſatiſd. cogant.* Caſtrenſ. *in conſ.124 in*
fin. lib.1. Bolo. *in tit. de rapin. n.46.* & alij apud Plot. *§.49 n.17.*
& ſeq. qui in ſpecie loquitur de fideiuſſore tutoris, & Se-
raphin. *d. priuil.31. n.63.* vt non iuretur in litem aduerſus hæ-
redem *l. alio.4. & l. vlt. C. de in lit. iur.* quod etiam tradit Maur.
de fideiuſſor. ſect 9. §.46 & in ſpecie ſentire videtur Phanut. *in*
25 *d. c.2. n.79* † vbi quærit, quid iuris ſit ſi tutor eſſet condem-
natus ſecundum actoris iuramentum in litem, quod noluiſ-
ſet iudici parere, & rem pupilli reſtituere iuxta *l. tutor. de in*
lit. iuran. an fideiuſſor huic condemnationi obnoxius ſit, &
ait Bolognetum *in d. l. in actionibus. n.33.* referre Decium *eod.*
loc. exiſtimare fideiuſſorem teneri, ſi contractus ſit bonæ
fidei *ex d. l. quæro. ff. loc. & l. ſi poſtea. ff. rem pup. illi ſal. for.* aliud
verò eſſe in contractu ſtricti iuris *ex d. l. vlt. de fideiuſſ. & l. cen-*
tum ff. de eo quod cert. loc. ſed Bolognetum hæc refellere, quia
ratio dictæ *l. vlt. de fideiuſſ.* militat tam in contractu bonæ
fidei, quàm ſtricti iuris, ſcilicet æquum non eſſe contuma-
ciam debitoris fideiuſſori nocere, vt indicat *d. l. cum pater.*
§.1. ad l. Falcid. & reſpondere *ad d. l. autro.* ideo hoc loco fide-
iuſſorem teneri ad vſuras, & intereſſe vltra ſortem, quia ac-
ceptus fuerat in omnem cauſam, vt etiam in *d. l. ſi poſtea. ff.*
rem pup. ſal. for. & ſecundo quia tametſi fideiuſſor acceptus in
omnem cauſam obligetur ad vſuras, non tamen obligari ad
pœnam contumaciæ, id eſt, ad id quod fuit in litem iuratum
d. l. vlt. de fideiuſſ.
26 Præterea licèt fideiuſſores magiſtratuum caueant rem pu-
blicam ſaluam fore *l.17 §. vlt. ad municip.* non tamen tenentur
de pœna, & multa, in qua Magiſtratus incurrunt ex dolo
ſuo, vt ſi Magiſtratus pœna aliqua affectus ſit ob interuer-
ſionem pecuniæ publicæ hoc nomine fideiuſſores eius non
tenentur reipublicæ *l. fideiuſſor ff. de fideiuſſ. l.1. C. de peric. eor.*
qui pro magiſtr. interu. & d. l.17. in fin. ad municip. & Cuiac. *in*
d. l. fideiuſſores. ita etiam fideiuſſor tutoris tenetur tantùm in
ea, quæ veniunt in actionem tutelæ, quæ rem perſequitur,
non etiam in ea quæ veniunt in actionem de rationibus di-
ſtrahendis, quæ eſt perſonalis *l.1 § pen. & l.2. in fin. ff. de tut. &*
ration. diſtrah. quoniam non in cauſam pœnalem ſe obligaue-
rit, ſed in cauſam tantùm ſeruandæ rei pupillaris, vt docet
Cuiac. *loc. cit.* proinde cùm iuſiurandum in litem ſit pœna
contumaciæ *d. l. tutor de in lit. iuran. & d. l. cum pater. ad l. Fal-*
cid. & l. vlt. de fideiuſſor. conſequens eſt fideiuſſorem ex iura-
mento aduerſus tutorem præſtitum non obligari.
Denique illud receptum eſt, cùm agitur aduerſus eos, 27
qui ex dolo, & delicto alieno conueniuntur, vt non poteſt
aduerſus illos iurari in litem *d. l. alio. C. de in lit. iuran. l.4. C. de*
hæred. tutor. ita nec aliquid ex iuramento in litem probati: ſed
teſtibus, & aliis probationibus opus eſſe etiam pro eo quod
intereſt, ita enim docet Iaſ. *in l. ſi quando num.37. C. unde vi.*
Cagnol. *in d. l.1. num.117.* Phanut. *loc. cit.* & Plot. *in d. §.49. n.17.*
& alij apud Maſcard. *concluſ.472. n.22. & concluſ.935. num.17.*
& 19. Bonif. *de furt. § contrectatio. num.109.* Quod etiam obti-
net aduerſus tertios bonorum poſſeſſores, quibus iuramen-
tum in litem aduerſus tutorem præſtitum ſiue affectionis,
ſiue veritatis non nocet, vt decisum eſt apud Capic. *in deciſ.*
91. num.2. Bertrand. *in conſ.261. in fin. lib.3.* Phanut. *in d. part.2.*
cap.4. in fin. & tradit idem Plot. *loc. citat. num 20.* ergo idem in
fideiuſſoribus dicendum eſt, qui ex dolo, & facto alieno
conueniuntur.
Neque videtur Mareſcottus *loc. citat.* ſententiam dictæ *l. vlt.* 28
de fideiuſſ. ſatis percepiſſe. Neque enim ratio, cur ibi defi-
nitum ſit fideiuſſorem non teneri, poſita eſt in eo quod age-
retur actione ſtricti iuris, ſed potius quia fideiuſſio ad eum
caſum non pertineret. Nam quæritur hoc loco de fideiuſ-
ſore, quam procurator dedit *rem à domino ratam haberi*, quæ
ſtipulatio ſtatim committitur, ac dominus de re geſta cer-
tior factus eam ratam non habuit *l.12. §.2 ff. rem rat. hab.* &
proinde cùm in illa ſpecie dominus reuerſus rem ratam non
habuiſſet, ſed iterum de eadem re litem ſuſtinuiſſet, &
victus rem reſtituere noluiſſet, iureiurando in litem actori
delato de æſtimatione rei condemnatus fuit ad eam vſque
quantitatem, de qua iuratum eſt iuata *l. qui reſtituere de rei*
vendic. & reſpondit Iuriſconſultus fideiuſſores ad illud quod
excedit, & quo condemnatio aucta eſt iuramento actoris
non teneri, quia hæc eſt pœna contumaciæ, ad quam fide-
iuſſio *rem ratam haberi* non extenditur, vt explicat Hering.
de fideiuſſ. c.24. n.193. & 196.
Quamobrem cogitabam ita diſtinguendum eſſe. Vel quæ- 29
ritur de iuramento affectionis, quo coërcetur contumacia
tutoris, qui rem quam poſſidet reſtituere non vult, & hoc
caſu puto fideiuſſores ex iuramento in litem non obligari,
quia illi reſponderunt rem pupilli ſaluam fore, non pœnam
& multam: ſatis enim eſt pupillum indemnem præſtare *d.*
l.17. in fin. ff. ad municip. & l.64. de fideiuſſ. in princ. & ita ſentit
Bolognet. *in d. l. in actionibus. n.33* & Phanut. *loc. cit.* & locum
habet quod dicitur *in d. l. vlt. de fideiuſſ.* non eſſe imputandum
fideiuſſoribus, quod tutor in pœnam ſuæ contumaciæ præ-
ſtitit, & procedit quod gloſ. docent & Bart. & alij *in l.1. de in*
lit. iuran. rei contumaciam fideiuſſoris obligationem augere
non poſſe, & aliis citatis refert Hering. *in d. cap.24. n.194.* † 30
Vel agitur de iuramento veritatis, quod defertur aduerſus
tutorem ex eo, quod in rebus pupilli adminiſtrandis, & ra-
tionibus diſtrahendis male verſatus eſt ſecundum ea, quæ di-
ximus *n.16.* & hoc caſu puto fideiuſſorem tutoris ex hac cau-
ſa conueniri poſſe, & Mareſcotti ſententiam recipiendam eſ-
ſe, qui in hac ſpecie loquitur. Neque enim hic agitur de pœ-
na, ſed de indemnitate pupilli, quam fideiuſſores tutorũ præ-
ſtare tenentur *l.1. C. de peric. eor. qui pro magiſtr. inter. & l.19 ff.*
rem rat. hab. & quæ venit in actionẽ tutelæ *l. quicquid. C. de ar-*
bitr. tut. Cuiac *loc. cit.* & proinde continetur ea ſtipulatione rẽ
pupilli ſaluam fore *l.9 & 11. ff. hoc tit.* † Et obſeruandum hic 31
eſt tutorẽ, qui rẽ pupilli abſtulerit, duplici actione conueniri
poſſe, actione ſcilicet tutelæ & actione furti, vel de rationibus
diſtrahẽdis, quæ etiã pœnalis eſt, & in duplũ: & proinde con-
uentũ actione tutelæ furti actione non liberari, vt conſtat *ex*
l.1. §. hunc tamen. & l.2. §.1 ff. de tutel. & rat. diſtrah. ex quo ſe-
quitur fideiuſſorẽ eius teneri quidẽ actione tutelæ de eo quod
pupillo ſubtractũ eſt, & illi abeſt, non tamẽ tenetur de pœna
furti, quia hæc nõ venit in actionẽ tutelæ, ſed ex alia actionẽ
debetur ſcilicet furti pro qua fideiuſſor nõ ſpopõdit, vt indi-
cat *d. l. vlt. ff. de fideiuſſ.* Et ſẽper iniquũ erit ex delicto alterius 32
alterũ damnũ pati *l. ſi ex duobus. ff. de neg. geſt. l.27 de procur. &*
l. paterfam. ff. de hæred. inſtit. l.9. ff. quæ in fraud. credit. & pœna
ſuos tenere debet auctores, non fideiuſſorem, qui non deli-

quit *l. ſancimus. C. de pœn.* Denique receptum eſt ex delicto debitoris obligationem fideiuſſoris non augeri *l. 2. C. ad S.C. Turp. l. apud Celſum. ff. de dol. except. gloſ. in l. 1. de lit. iur.* Weſembec. *ad tit. de fideiuſ. n...* & Anton Hering *d. c. 24. n. 171. & a. 175.* Maur. *eod. tract. ſect. 9. §. 3. n. 7. & 12.*

Sanè quod *ſupra* diximus aduerſus hæredem tutoris non iurari in litem, duas patitur exceptiones. Niſi lis fuerit conteſtata cum defuncto, & niſi hæres ex proprio dolo conueniatur *l. 1. & 2. & 3. C. hoc tit. de in lit. iur. l. 4. §. 1. ff de fideiuſſ. tut* Cuiac. *ad d. tit.* Phanut. *in d. cap. 4. n. 13. & 17.* Caualcan. *de tut. & curat. n. 61.* Plot. *§ 4. n. 21.* & alij paſſim.

Aliud exemplum eſt in ſocio, qui res communes inuaſit
33 & pecuniam ſocietatis in proprios vſus conuertit, vel alia ratione in rebus communibus doloſè verſatus eſt. Nam cùm contractus ſocietatis ſit bonæ fidei *l. 3. & 51. §. 1. ff. pro ſoc. & §. actionum. Inſtit. de action.* & turpe ſit ſocium fallere *l. 1. ff. de his qui not. infam.* conſequens eſt in hoc iudicio iurari poſſe *d. l. 3. §. in hac ff. commod. & l. in actionib. ff. de in lit. iuran.* non tantùm ſi rem communem dolo malo amouit vel celandi animo contrectauit, & in medium conferre, vel reddere non vult, quo caſu non ſolum actione pro ſocio obſtrictus eſt ſed etiam furti, vt conſtat *ex l. 45. ff. pro ſoc.* & aduerſus illum iurari poteſt in litem *l. cum furti. & d. l. in actionib. ff. de in lit. iuran.* & tradit Natta *in conſ. 361. num. 10. lib. 2* Plot. *in §. 13. n. 10.* & Felic. *de ſociet. c. 20. n. 26.* quia non eſt æquum quempiam inuitum cogi ius ſuum vendere etiam iuſto pretio, vt diximus *ex l. 9. ff. rer. amot. & l. filiofam. §. 1. ff ſolut. matrim.* Duaren. &
34 Phanut. *loc. cit.* † ſed etiam ſi lucrum, & pecuniam communem dolo malo intercepit, & in proprios vſus fraudandi animo conuertit. Hoc enim caſu in litem iurari poteſt non quidem pro nummis, quia certa eſt nummorum æſtimatio, vt dixi *ex l. 46. de fideiuſſ. & l. 4. de eo quod cert. loc.* ſed pro eo quod intereſt, ſocij pecuniam interceptam fuiſſe, vt indicat ſatis *d. l. nummis. de in lit. iur. in. & d. l. in actionibus.* quæ generaliter ait in actionibus bonæ fidei in litem, & docent Plot. *in d. §. 13. n. 6. & 11.* & Felic. *loc. cit. n. 21.* & aliis auctoribus citatis dixi
35 *quæſt. 31. n. 53.* † Quibus ex eodem Felicio addendum eſt id ita demum locum habere, cùm ſocietas licita eſt, vt negotiationis, conductionis, vectigalium argentariæ, & ſimilium, aliud verò eſſe, ſi ſit illicita, & turpis veluti furti, lenocinij & alterius maleficij, vt reſpondit Iaſ. *in conſ. 174. num. 2. lib. 2.* & Felic. *loc. cit. num. 32.* cuius rei ratio euidens eſt, quia vt ſit actio pro ſocio, in qua in litem iurari poteſt, vt diximus, ſocietatem intercedere oportet *l vt ſit. 31. ff. pro ſoc.* generaliter autem traditum eſt delictorum, & rerum inhoneſtarum nullam ſocietatem eſſe *l. 52. & 57. ff. eod. l. 1. §. plane. ff. de tut. & ration. diſtr.* & Seneca *lib. 2 de benef. cap.* 14. Quamobrem quod diximus inter ſocios iuramentum in litem dari poſſe, ad ſocios rei illicitæ non pertinet, quia nulla hic ſocietas intelligi poteſt.

36 Præterea ſi ambo res communes dolo malo ſubtraxerint, & fraudandi animo pecunias in proprios vſus conuerterint, non puto ad huiuſmodi iuſiurandum admittendos eſſe, quia perſpicuum eſt dolum dolo compenſari *l. 30. in fin. de negot. geſt. l. 36. ff. de dol. & l. ſi ambo. de compenſ.* & illi tantum pœnam petere permittitur, qui in illam non incidit *l. cum par. de reg. iur.* & dici ſolet *nihil Catilinæ Cethego.* Et ita ſentire videtur Felic. *d. cap. 10 in fin.* denique improbis hominibus, & quorum perfidia, & mala fides nota eſt, hoc iuſiurandum deferri non debet, vt proſequitur Plotus *in d. lib. de in lit. iuran. §. 50. num. 6. & ſequent.* Maſcard. *de probat. lib. 1 q. 9. num. 38.* & alij apud Bonifacium *de furt. §. 3. num. 106.* Surd. *in dec. 336. n. 95.* Munnoz. *de ratiocin. c. 9. n. 74.*

37 Denique non puto dandum eſſe iuſiurandum aduerſus ſocium, qui rem ſocietatis gerebat, ſi is qui pecuniam ad negotiandum contulerat, eius maximam partem extraxerit, potuit enim credere ſe non teneri modicam pecuniam exercere, & librum rationis tenere, & proinde non poterit hoc nomine in eum in litem iurari, vt reſpondit Iaſ. *in d. conſ. 154. n. 24. & 25.* & Plot. *in d. §. 13. n. 9.* idémque puto dicendum eſſe, ſi fortè maxima pars rerum, & pecuniæ communis amiſſa ſit, neque enim operæ pretium eſt, modicam pecuniam exercere ob ſumptus, qui vt veriſimile eſt, omnem quæſtum auferrent, quia lucrum non dicitur niſi omni damno deducto *l. 30. ff. pro ſoc.* & res ad eum caſum deuenit, à quo veriſimiliter non incepiſſet, vt notat Iaſ. *loc. cit.* inquiens illum pro modica ſumma probabiliter onus negotiandi non fuiſſe ſuſcepturum, & mercatura tenuis ſordida eſt, vt dicebat Cicero *lib. de offic.* quod tamen reprehendit Lælius Calcagnin. *in diſquiſ. ad eund.* vel ſaltem parum vtilis cenſeri debet.
† In quo tamen exiſtimo iudicis arbitrio rem dirimendam 38
eſſe, qui ſcilicet inſpectis rerum, & perſonarum circunſtantiis arbitrabitur, an iuſta aliqua ratione dolus excludi poſſit: atque ita deferre, vel non deferre iuſiurandum, quod in arbitrio eius poſitum eſſe conſtat *ex l. 4. §. deferre. & l. 5. §. ſed iudex. de in lit. iuran.* & ſaltem admittendum eſt in hac re iudicis arbitrium plurimùm dominari, vt inquit Menoch. *d. caſ. 207. n. 1.* & Duaren. *in d. l. in actionibus. n. 29.* vbi ait hoc iudici quaſi viro bono commiſſum eſſe.

Tertium exemplum eſt in eo, qui in re mandata dolo 39
malo verſatus eſt. Nam cùm actio mandati proculdubio ſit bonæ fidei *d. §. actionum. l. 10 ff. mandat. & l. 5. in princ. ff. de oblig. & act.* conſequens eſt in ea iuſiurandum in litem deferri poſſe *d. l. 5. ff. de in lit. iuran. & l. 3. §. in hac. ff. commod.* quæ ait in actione commodati, vt in cæteris iudiciis bonæ fidei in litem iurari & tradit Plot. *de in lit. iuran. §. 16. num. 1.* & aliis auctoribus citatis diximus *quæſt. 33. n. 9. & 10.* quod meritò conſtitutum eſt, quia vt inquit M. Cicero in orat. pro Roſcio Amerino. *perditiſſimi hominis eſt fallere amicum, qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet.*

Quod verum puto non tantùm, cùm res mea ad eum vir- 40
tute mandati peruenit, quam reſtituere non vult, quod certiſſimum eſt, quia coërcenda eſt contumacia non reſtituentis, & non ſit æquum inuitum me cogi rem meam vendere etiam iuſto pretio, ideóque conceſſum ſit rei ſuæ pretium ſtatuere *d. l. tutor. de in lit. iur. & l. non enim ff. rer. amot.* Duaren. & Phanut. *loc. cit.* & Plot. *in d. §. 16. num. 4.* ſed etiam ſi nummos exegit, neque reſtituit: non quidem ratione ipſius pecuniæ, quia certa eſt pecuniæ æſtimatio, vt dixi: ſed ſi fortè illius intereſt ſibi moram fieri, & decipi vt oſtendit *d. l. nummis. de in lit. iuran.* & oſtendi poteſt *ex l. dolus. ff. mandat.* vt notat idem Plot. *loc. cit. num. 1.* & cenſuit Rota Genuen. *in deciſ. 68. num. 5. & 9.* & memini me adnotaſſe *d. q. 33. n. 11.*

Nec mouet quod hic ceſſet illa æquitatis ratio, ne quis 41
inuitus cogatur res ſuas vendere, vt *in d. l. tutor.* & aliis, ex qua Duarenus *in d. l. actionibus. num 4. & 25.* & Phanut. *loc. cit.* contendunt in iudiciis bonæ fidei ita demum iuſiurandum in litem deferri poſſe, in quibus de re reſtituenda agitur, cuius pretium incertum ſit, quia hoc verum eſt, cùm de iuramento in litem affectionis agitur: neque enim huic locus eſſe poteſt: niſi de re agatur, in quam affectio cadere poſſit, quæ nulla eſſe poteſt in iis rebus, quæ functionem recipiunt vt diximus. Aliud verò eſt dicendum in iuramento veritatis illud enim etiam cùm de nummis agitur, deferri poteſt pro
eo quod actoris intereſt, vt *in d. l. nummis.* † Et licèt in hac ſpe- 42
cie ceſſet Duareni ratio, & æquitas *d. l. non omn.* & aliarum ſimilium, non tamen ceſſat alia iuriſiurandi deferendi nimirum doli, & perfidiæ non reſtituentis, quod exegit, quæ ſufficit, vt iuſiurandum deferatur de eo quod intereſt *d. l. 3. in princ. ff. depoſ.* & apertiſſimè conſtat *ex d. l. nummis.* illis verbis. *niſi forte.* &c quæ vel expungenda ſunt veluti impudenter, & contra iuris regulas addita à Triboniano, vt ait Præſes Faber, cui tamen hac in re aſſentiri non poſſum: vel fatendum eſt, etiamſi non agatur de reſtituenda re, quæ noſtra fuit, & cuius pretium incertum eſt, ſed de indemnitate, & re pecuniaria, iuſiurandum in litem admitti poſſe.

Denique ex eadẽ regula deſcendit in depoſiti actione in litẽ 43
iurari, cùm ſit bonæ fidei *d. §. actionũ. & l. 2. C. depoſ.* Harmen. *lib. 3 tit. 9.* non tantùm cùm agitur, vt depoſitarius rẽ depoſitã reſtituat, vt conſtat *ex l. 1. §. ſi rem. & l. ei apud quem. ff. depoſ.* & tradit Phanut. *loc. citat. num. 28.* ſed etiam cùm depoſita pecunia repetitur. Nam licet eius certa ſit æſtimatio, quo nomine in litem iurari non oportet, poteſt tamen iuriiurando locum eſſe pro eo quod intereſt actoris ſibi nummos redditos eſſe, vt expreſſum eſt *in d. l. nummis.* & hic docet Caſtrenſ. & Iaſ. *num. 5.* Purpurat. *in l. rogaſti. §. ſi tibi. num. 36. ff. ſi certum pet.* Plautius *in l. 2. verbo etiam ex lucro. num. 45. C. de ſentent. quæ pro eo.* Plot. *de in lit. iur. §. 10. num. 1. & 21. & num. 25.* & aliis

auctoribus

auctoribus relatis Catocius *in lib. de depoſ. tit. de in lit. iuran. num.* 13. Burcholt. *d. lib. de in lit. iur. cap.* 5. *num.* 14. & admittit Præſes Faber *in d. deciſ.* 17. *err.* 9. *num.* 10. & nos diximus *quæſt.* 32. *num* 19. Quod tamen de vero, & ſincero depoſi-
44 to accipiendum eſt. Nam ſi deprebenditur depoſitum fœneratitium eſſe, & proinde conſtet contractum non eſſe bonæ fidei, perſpicuum eſt in litem non poſſe iurari, vt reſpondit Iaſ. *in d. conſ.* 574. *num.* 21. vbi ait rem eſſe penitus indubitatam, & ſequitur Catoc. *loc. cit. num.* 65 & Plot. *in d.* §. 10. *num.* 35. vbi ait accipientem pecuniam teneri tantùm ad ſortem, & eſſe communem ſententiam, quæ confirmari poteſt *ex l.* 9. §. *ſi bonis. ff. de priuil. credit.* & ea his quæ ſcripſimus *quæſt.* 31. *num.* 54. & 56. vbi dixi ſocium non iurare in litem, ſi ſocietas in fraudem vſurarum inita deprehendatur.

45 Ex quibus omnibus regulam conſtituo etiam pro nummis in actionibus bonæ fidei ex dolo, & perfidia debitoris in litem iurari poſſe pro eo quod intereſt, vt in mandati, depoſiti, commodati, tutelæ, & aliis iudiciis bonæ fidei, vt indicat ſatis *d. l. nummis. & d. l. in actionibus. de in lit. iuran.* & quod dicitur *in d. l.* 3 §. *in hac. ff. commod.* in iudiciis bonæ fidei in litem iurari. In quibus cùm interdum non agatur de reſtitutione certæ ſpeciei, ſed quantitas repetatur, in quam affectio cadere non poteſt, conſequens eſt de eo tantùm quod intereſt, iuſiurandum admittendum eſſe, vt conſtat *ex d. l.* 3. *de in lit. iuran.*

46 Et ſanè in his actionibus pro damnis, quæ quis ſuis rebus ſentit ex eo quod nummi ſua die redditi, vel ſoluti non ſunt, vt ſi pecuniam debuit ſub vſuris, vel pœna, vel ſub pignore, quod quia pecunia ſoluta non fuit, diſtractum eſt vili pretio in litem iurari definitum eſt *in d. l.* 3. illis verbis. *niſi forte de eo quis iuret nummos ſibi ſua die redditos eſſe. Quid enim ſi ſub pœna pecuniam debuit, aut ſub pignore, quod quia depoſita pecunia ei abnegata eſt, diſtractum eſt?* & ita docent Caſtrenſ. *num.* 5. Purpurat. *in d. l. rogaſti.* §. *ſi tibi. num.* 36. & ex Decio, Alex. & aliis Phanut. *d. lib. de in lit. iuran. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 13. & 14. vbi ait id non habere difficultatem, & ita Doctores omnes concludere: & Plot. *eod. tract.* §. 10. *n.* 25. vbi de pecunia depoſita, & ex alio contractu ſimili debita, & §. 27. *n.* 2. & aliis locis, & Mancin. *in d. part.* 2. *art.* 10. *num.* 1.

47 Neque tantùm in damno hoc recipiendum eſt, ſed etiam in lucro, quod actor facere potuiſſet, neque facit dolo aduerſarij, quia cùm exploratum ſit lucri ceſſantis rationem habendam eſſe *ex l.* 2. §. *vlt. de eo quod cert. loc. l. ſi commiſſa. ff. rem rat. hab l.* 1. *C de ſent quæ pro eo.* conſequens eſt aduerſus eum, qui dolo malo alienos nummos retinet, & non ſoluit, in litem iurari poſſe, etiam de eo quod intereſt, ratione ceſſantis lucri, vt docet Bart. *in d l. nummis. n.* 5. quem reliqui ſequuntur vt Caſtrenſ. *n.* 6. Fulgoſ. *n.* 15. Iaſ. *n.* 18. Ioan. Baptiſt. Lup. *comment.* 1. *de vſur.* §. 6. *in fin* & Phanut *loc. citat. n.* 29. & 30. vbi notat hoc arbitrio iudicantis relinquendum eſſe, qui inſpectis circunſtantiis facti, & qualitate perſonarum æſtimare debet, an ratione lucri ceſſantis iuſiurandum in litem dandum ſit. Illud etiam tradunt Seraph. *priuil.* 32. *num.* 118. Catoc. *loc. citat. n.* 18. Maſcard. *de probat. concl* 934. *n.* 9. & 10. & Plot. *in d.* §. 10. *n.* 30. vbi ea ſententia aliorum extendit dictam *l. nummis.* vt procedat non ſolum in contractu depoſiti, de quo loquitur, ſed etiam in omni alio contractu bonæ fidei, vt dotis, locationis, venditionis, & ſimilium, vt intereſſe pecuniæ ſua die non ſolutæ probetur iuramento deponentis, & alterius creditoris contra depoſitarium, & alium quemlibet debitorem dolo malo, vt loquitur, in non ſoluendo contumacem. Denique id poſtea comperi docere Farinat. *in fragm parte* 2. *n.* 985.

48 Sed obſtare videtur, quod Phanut *loc. cit. num.* 35. tradit non iurari in litem in iudiciis bonæ fidei, niſi ſit in rem *ex l. ſi cui* §. 1. *ff. loc.* quæ admittit iuſiurandum in litem actione locati, quatenus agitur de re reſtituenda: alioqui ſi ex eo quod eſt actio bonæ fidei, daretur iuſiurandum in litem, ſequeretur abſurdum quod daretur etiam pro pretio in contractu emptionis promiſſo, & in omnibus caſibus quod non eſt dicẽdum, vt animaduertit Duaren. *in d l. in actionibus. n.* 25. & illa æquitatis ratio confunderetur, de qua in *d. l. tutor. & l. non enim.* & aliis. Et liceret etiam in actionibus contrariis, vt depoſiti, commodati, & ſimilium, iurare in litẽ, quod tamen, non licet, vt conſtat *ex d. l. ei apud quem.* & fatentur omnes & Duaren. *in d. l. in actionibus. num....*

Sed reſponderi poteſt Duareni, & Phanutij ſententiam ac- 49
cipiendam eſſe, cum de iuramento affectionis agitur: neque enim huiuſmodi iuramentum dari poteſt, niſi res ſit, quæ affectionem recipiat: aliud verò eſſe in iuramento veritatis, de quo quæritur, in quo licet ceſſet illa æquitatis ratio, ne quis cogatur inuitus res ſuas vendere, quod durum, & lugubre eſt & præſertim ſi res maiorum fuit *d. l* 25. *C. de admin. tut.* & Marcus Tullius *act.* 6. *in Verrem.* alia tamen ratio eſt huius iuriſiurandi admittendi, nimirum dolus, & perfidia debitoris, quæ à contractibus bonæ fidei procul abeſſe debet, & ſufficit, vt iuſiurandum admittatur ſaltem de eo quod verè intereſt, vt conſtat *ex d. l. nummis.* & ibi Bald. *in pr.* & Fulgoſ. *n.* 13. *notat & d. l. ei apud quem ff. depoſ.* † Neque mouet, ſi dicas *in d.* 50
l. nummis. agi de reſtitutione pecuniæ depoſitæ, cuius dominiũ apud deponentẽ perſeuerat, & ideo de re reſtituenda, quæ noſtra fuit, quod videtur congruere Duareni, & Phanutij ſententiæ quia non idcirco in ſpecie *d. l.* locus eſt iuramento in litem, quia nummi depoſiti repetantur, ait enim nummis depoſitis in litem non iurari, quod certa ſit nummorum æſtimatio, ſed ideo nummis depoſitis in litem iurari, quod abnegati ſint: atque ita ob fidem ruptam, & perfidiã debitoris, quæ cùm in aliis contractibus intercedere poſſit, vt in actione mãdati, commodati, & aliis negotiis bonæ fidei, conſequens eſt in illis iurari poſſe de eo quod intereſt nummos ſua die redditos eſſe, vt ſenſit aliis citatis Plotus *in d.* §. 10. *n.* 30. & §. 27. *n.* 2. & ſentire videtur ipſe Phanut. *in d. c.* 3. *n.* 36. *in fin.* vbi reprehendit Zaſiũ, qui *in d. l. in actionibus. n.* 8. ſentiebat in contractu emptionis pro re non tradita in actione pro ſocio, mandati, & locati indifferenter in litem iurari de affectione, innuens aliud eſſe in iuramento veritatis.

Denique nihil refert, quod dicitur in iudiciis contrariis, 51
non iurari in litem, quia in illis non agitur de fide rupta, ſed de indemnitate deponentis, vel eius qui mandatum ſuſcepit, vt inquit *d. l.* 5. *in princ. ff. depoſ.* fidem enim rumpit depoſitarius, niſi ſtatim depoſitum reſtituat, vt etiam is qui mãdatum ſuſcepit, duo violat in hac vita neceſſaria amicitiam, & fidem, vt dicit Marcus Tullius *in oratione pro Roſcio Amerino*, vt etiam turpe, & indignum eſt ſocium fallere, vt etiam rebus commodatis abuti *l. ſi vt certo. ff. commod. l. qui iumenta. ff de fur.* † Ex quo fit, vt damnati his directis iudiciis infamia 52
notentur, non contrariis, vt traditum eſt *in l.* 1. *ff. de his qui not. infam. in princ.* & licèt commodati actio non infamet, perditi tamen hominis eſt rem commodatam negare, vel ſua die non reſtituere, vt ait Oldendorp. *claſſ* 4. *act.* 15. *num* 9. Quamobrem vt in iudiciis contrariis non iuratur in litem, quia in illis non quæritur de fide rupta: ita in directis quoties fides rupta eſt, locus erit iuramento veritatis coërcendæ perfidiæ cauſa. Quando enim dicimus in actionibus bonæ fidei iurari in litem, intelligimus alia omnia concurrere, quæ ex iure neceſſaria ſunt, vt iuſiurandum hoc deferri poſſit *argument. l.* 1. *ad l. Falcid. l. & quia ff. de adopt. d. priuil* 31. *numero* 78.

His conſequenter dicendum eſt in actione venditi, & lo- 53
cati ex ſola mora in litem non iurari pro eo quod intereſt, quia in his non ita agitur de fide rupta, vt agitur in actione pro ſocio, mandati tutelæ depoſiti, qua quis damnatus notatur infamia, vt dixi: ſed tantùm de ſimplici mora, quæ culpa eſt *l. ſi ſeruum.* §. *ſequitur. de verb. oblig. l. ſi mora. ff. ſolut. matrim.* Phanut. *d. cap.* 2. *num.* 14. Donell. *d. lib.* 26. *cap.* 10. ex qua non iuratur in litem *d l.* 4. §. *vlt. de in lit. iuran.* & notat Donell. *loc. cit.* Nam licèt is qui pretium, vel penſionem non ſoluit ſuo tẽpore fidem frangere videatur, tamẽ nõ videtur hoc ſtatim perfidiæ, & dolo adſcribendam eſſe, ſed potius culpæ *l. mulier.* §. *ſed enim ff. ad Trebell. & d. l. ſi mora. ſol. matrim.* quæ multis modis excuſari poteſt: & aliquid minus eſſe videtur quàm ſocium, vel amicum fallere, vel pupillum ſuis bonis ſpoliare, & diripere *arg. d. l.* 1. *ff de his qui not infam.* & ita puto ſenſiſſe Duaren. *in d. l. in actionibus. num.* 25. Phanut. *loc. cit.* & Plot *in d* §. 27. *num.* 3. dum ait contra debitorem ob moram non doloſam in litem iurari non poſſe, veluti ſi ob inopiam ſoluere non potuit. Proinde in iis caſibus in quibus nulla eſt perfidia, & dolus debitoris, ſed tantùm arguitur culpa non ſoluentis, id quod intereſt alia ratione probandum eſt, quàm

iuramento creditoris. Et ita accipi debent, quæ dixi *quæſt.* 26. *num.* 13.

54 Quod multo magis dicendum eſt in nummis ex mutuo, vel alio contractu ſtricti iuris debitis, & promiſſis. Nam licet Accurſius *in d. l. nummis*, hoc etiam caſu iuſiurandum de eo quod intereſt dandum eſſe putet, quod videtur ſentire Plotus *loc. cit. num* 1. dum generaliter ait propter ſolam moram ſicuti ob dolum aduerſus debitorem in litem iurari, verius tamen eſt id in ſtrictis iudiciis recipiendum non eſſe, id enim ſatis oſtendit *d. l. 5. in princ. de in lit. iuran.* vbi Martianus recenſens actiones, in quibus iuratur in litem ait in bonæ fidei iudiciis in litem iurari, & apertius *eodem loc. in fin. Planè interdum in actione ſtricti iudicij in litem iurandum eſt*, indicans regulariter non iurari. Quod apertiſſimè definitum eſt *in l. 6. eod. tit.* quæ ait, *alias ſi ex ſtipulatu, vel ex teſtamento agatur, non ſoles in litem iurari.* & ita docent Caſtrenſ. *in d. l. nummis. num.* 7. vbi ait hoc caſu intereſſe teſtibus, vel aliis legitimis modis probandum eſſe Fulgoſ. *in eand. l. in fin.* Angel. Matheac. *de via, & rat. iur. lib. 1. cap. 14. n. 1.* Veſemb. *ad h. tit. n. 6.* vbi ait hoc ideo eſſe, quia anguſta eſt in his actionibus iudicis poteſtas, idem ſenſit doctiſſimus Faber *de error. pragmat. decad.* 18. *cap.* 9. vbi ait id abſurdum eſſe. Nam, inquit, cùm mutui contractus ſit ſtricti iuris, fieri nunquam poteſt, vt iuſiurandum in litem admittat, perpetuum enim eſſe, vt in iudiciis ſtricti iuris nunquam iuretur excepto illo caſu *in d. §. planè.*

55 Sed quæritur de nummis ex mutuo, & vel alio contractu ſtricto debitis, & qui certo loco, vel die ſolui debent. Et videtur iuſiurandum deferri poſſe de eo quod intereſt, quia cùm adiectio loci, & temporis faciat, vt habeatur ratio eius quod intereſt, ratione lucri vel damni, vt conſtat *ex d. l. 2. § vlt. de eo quod cert. loc.* & nos ſæpius, & difficile ſit probare id quod intereſt *l. vlt. de prætor ſtipulat.* conſequens eſt, vt iuſiurandum veritatis admittendum ſit pro eo quod intereſt, vt docent
56 quidam apud Mancin. *in d. part. 2. art. 7. num.* 14. † Et probari poteſt hæc ſententia *ex § præterea.* Inſtit. *de action.* vbi inter arbitrarias ponitur actio, qua id quod certo loco promiſſum eſt, petitur: in quibus permittitur iudici ex bono, & æquo ſtatuere, quemadmodum actori ſatisfieri oportet, ex quo loco quidam dicunt in arbitrariis actionibus in litem iurari.

Cæterùm verius eſt etiam ex hac cauſa hoc iuſiurandum admittendum non eſſe, quia licèt actio de eo quod certo loco ſit arbitraria, vt dictum eſt *ex d. § præterea.* & conſtat apertiſſimè *ex d. § nunc de officio.* non deſinit tamen eſſe ſtricti iuris, in quibus actionibus regulariter non iuratur in litem, vt proximè dictum eſt *ex d. l. 6. de in lit. iuran.* & rectiſſimè ſenſit Caſtrenſ. *in d. l. actionib. n. 3. in fin.* vbi ait hoc intereſſe probandum eſſe teſtibus iureiurando in litem creditoris, quem ſequitur Iaſ. *eod. loc. num.* 7. Alex. *in fin.* & Duaren. *n.* 24. Dec. *in l. 1. num. 70. in vlt. lect. C. de ſent. quæ pro eo.* Phanut. *in d. cap.* 3. *num.* 42. Oliban. *in §. præterea.* Inſtit. *de act. num.* 40. Plotus *in d. tract. de in lit. iurar. §. 22. n. 6. verſ. fallit in actionibus.* & comperi deinde poſt alios multos docere Farinac. *in par. 2. fragmentor. criminal. in verb. iuramentum, n.* 1024 vbi refert hanc ſententiam communem eſſe.

Nec obſtat *d. § præterea. de action.* quia hic tantùm dicitur in actionibus arbitrariis licere iudici ex bono, & æquo æſtimare quemadmodum actori ſatisfieri oporteat, & proinde hinc colligi non poteſt in omnibus promiſcuè in litem iurari poſſe, vt ait Ioann. Faber *in hoc § n. 22. & 23.* ſubiiciens hinc potius contrarium colligi poſſe.

57 Poſtremò, vt me hinc expediam, ſciendum eſt iuramento veritatis duobus concurrentibus locum eſſe, dolo ſcilicet ex parte rei, & difficultate probationis ex parte actoris, vt indicat *d. l. in actionibus. §. vlt. & l. cum furti. de in lit. iuran. l. ſemper.* 15. *§. ſed quod interfuit. ff. quod vi aut clam.* & docet Bartolus, quem cæteri ſequuntur *in d. l. in actionibus. n.* 22. Dec. *n.* 3. Iaſ. *n.* 39. & Duaren. *num.* 49. Cagnol. *in l. 1. num* 130. *C. de ſent. quæ pro eo.* Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.* 208. *n.* 1. & alij apud Maſcard. *in d. concl.* 472. *num. 1. & ſequen.* quibus conſentiunt Plot. *de in lit. iuran. §. 4. num.* 7. Coſta *d. rem.* 98. *n.* 4. Mancin. *in d. art. 8. n.* 3. & Phanut. *loc. cit. n.* 43. vbi ait in hoc iuramento veritatis non fieri diſtinctionem actionum.

58 Quod multo magis receptum eſt, ſi quando alicui vis illata eſt, vel alio maleficio nocitum fuit, hoc enim caſu non tantùm res ſubreptæ, ſed & æſtimatio earum & damna, & intereſſe iureiurando eius, cui vis facta eſt, probari poſſunt, vt conſtitutum eſt *in l. ſi quando. C. vnde vi*, & *in cap. vlt. de his quæ vi metúſve cauſ.* & conſtat etiam *ex d. l. ſemper. § ſed quod interfuit. quod vi aut clam.* & tradit Iaſon. *in l. videamus. § deferre n. 12. & 13. de in lit. iuran. & in d. l. ſi quando num. 16. &* 44. & alij apud Maſcard. *in d. concluſ. 472. & concl. 935. num. 1. & 5.* Peguer. *in dec. 23. num.* 3. & proſequitur Plot. *loc. cit. n. 8. & ſequent. & 38.* Boſſius *in d. tit. de rap. num.* 40. & Mancin. *d. art. 8. num.* 15. Bonifac. *de furt. § contrectatio. num.* 102. vbi ex aliis notat concluſionem hanc ad quodlibet violentiæ, & damni genus pertinere. His accedit Anton. Faber. *d. decad.* 18. *error. 9. num.* 10. vbi notat *ex d. l. ſi quando.* permiſſum eſſe ei, qui vim paſſus eſt, non tantùm de æſtimatione rerum ſubreptarum, ſed etiam de quantitate earum iurare, quod in cæteris caſibus non ſimiliter dici poteſt, in quibus ſcilicet non de incertorum corporum ſubſtantia, & quantitate iuratur, ſed de ſola æſtimatione, vt *in d. l. in actionibus. in fin.*

Et licèt Duaren. *loc. cit.* dubitet, an Zenonis conſtitutio *in* 59
d. l. ſi quando. locum habeat aduerſus furem, quia, inquit, licet odio fures digni ſint, delinquunt tamen atrocius qui per vim rapiunt, aut alium ſua poſſeſſione deiiciunt *l. 5. § in hac actione. ff. vi bon. rapt.* contraria tamen ſententia recepta eſt, vt etiam aduerſus fures conſtitutio locum habeat, ita enim docuit Bart. *multis loc.* quos refert Bonifac. *loc. cit. num* 100. & ſentiunt Bald. Caſtrenſ. Alex. Iaſon. Marſil. & alij ſanè plurimi apud eund. Bonifac. *eod. loc.* Menoch. *in d. caſ.* 208. *n.* 6. Lud. Bellus, Auen. *conſ.* 74. *n.* 9. & Maſcard. *in d. concl.* 472. *num.* 16. *& concl.* 934. *num.* 5. vbi refert hanc eſſe communem ſententiam, à qua non puto recedendum eſſe. Nam licèt grauius delinquant, qui per vim rapiunt, quàm qui furantur: hanc tamen pœnam etiam fures merentur, ne ij, quibus furtum factum eſt, deficientibus probationibus, quod plerumque accidit, res ſuas amittere cogantur.

Sanè admonendi ſumus in iis caſibus, in quibus hoc iuſ- 60
iurandum vice probationis recipitur, de vi, furto, rapina, vel alio alio maleficio admiſſo plenam fidem iudici aliũde facere oportere, vt conſtat *ex d. conſtitutione*, quæ ait, *ſi quando vis in iudicio fuerit patefacta*, & ita hic adnotauit Iaſ. *num. 7. & 8. & in § ex maleficiis. num. 90. de action.* & Plot. *in d. lib. de in lit. iuran §. 2. num. 8. & §. 49. n.* 3. Duaren. *loc. cit.* & Bonif. *n.* 101. Phanut. *par. 2. cap. 5. n. 4. in fin.* Peguer. *in d. dec. 23. n. 3. & 6.* & Seraphin. *in d. priuil.* 31. *num.* 76. & aliis citatis Maſcard. *in d. concl.* 934. *num.* 1. Prius igitur de delicto conſtare debet & deinde de rebus ablatis, vel damno dato iuramentum deferre. † videlicet taxatione prius à iudice facta certæ ſum- 61
mæ, ad quam vſque actor iurare poſſit, non excedere, vt *in l. 4. §. iurare & l. 1. d. in lit. iuran.* & apertiſſimè *in d. l. ſi quando.* 161. *taxatione à iudice facta.* vbi Baldus *num.* 3. *nota hic*, inquit, *ordinem: primo taxatur, &c.* Coſta *d. rem.* 98. *num.* 6. Camil. Borell. *par. 1. tit. 52. num. 69. & 70.* vbi alios refert, & Anton. Faber. *in d. cap. 9. n.* 10. vbi notat, quia periculoſiſſimum eſt, ne quis oblata occaſione iurandi veram rerum amiſſarum quantitatem excederet, bene à Zenone prouiſum eſſe, vt non aliter iudex hoc iuſiurandum admittat quam facta taxatione pro perſonarum, & negotij qualitate, quam actor excedere non poſſit: obſerua tamen quod lex ait. *pro perſonarum, & negotij qualitate*, id eſt perpenſis rerum, & perſonarum circumſtantiis, quod cùm nulla lege definiri poſſit, neceſſe eſt id iudicis arbitrio relinquendum eſſe. *l. mora. ff. de vſur.* Iaſ. *in d. l. ſi quando. num* 21. & Menoch. *loc. cit. n.* 4. † Et obſeruandum 62
etiam eſt, quod ex Coſta, & aliis dixi *n.* 6. hoc remedium ſubſidiarium eſſe, & proinde in inopia, & difficultate probationum eo tantùm recurrendum eſſe, vt indicant verba illa conſtitutionis, *ſi non potuerit.* & tradit Bonifac. *loc. cit. § 8. num.* 28. & 30. in quo etiam plurimùm iudicis arbitrium dominari puto, vt in toto genere plurimùm poſſe iudicis arbitrium conſtat *ex l. 4 & 5. de in lit. iuran.* & notat Menoch. *dict. caſ* 207. & 208. *in princ.* & fortaſſe melius Tribonianus, & veteres iuris auctores, vtiliúſque feciſſent arbitrio iudicis, id eſt boni, & prudentis viri committere, cui quatenus, & in quibus negotiis, & actionibus hoc iuſiurandum

deferen

Digitized by Google

deferendum eſſet quam regulis *d. l. 5.* illius poteſtatem con-
ſtringere quas dum interpretes explicare conati ſunt, nos in-
certiores reliquerunt. Denique quocumque te vertes, non
melius banc materiam abſolues quàm ſi dixeris hoc totum
63 iudicis arbitrio committendum eſſe. † Sed reliqua quæ ad
hunc tractatum pertinent à Phanutio, Plot. Botcholt. & aliis
petenda ſunt, qui ex profeſſo hanc iuris partem attige-
runt, vt etiam à Botello, & Farinatio, quem poſtea ani-
maduerti multa huc pertinentia congeſſiſſe *loc. cit.* & tantùm
ſubiiciam, quod notat Cuiac. *in d. l. ſi quando.* verba illa con-
ſtitutionis *tempore impetus* referenda eſſe ad tempus tyranni-
dis Baſiliſci, qui aduerſus Zenonem rebellauerat, & ſignifi-
care bello ciuili rapta pacatis rebus, ſi apud aliquem inue-
64 niantur, repeti poſſe. † Quod etiam ſancitum eſt ab Honor.
& Theod. *in l. vlt. C. Theodoſ. de infirm. his, quæ ſub tyrann. fact.
ſunt.* & ab eod. Zenone *in l. decernimus* 26. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* &
à Veſpaſiano factum eſſe refert Sueton. *forte elegit recuperato-
res, per quos ciuili bello rapta reſtituerentur*, & Tacit. *lib.* 4. ſorte
ducti per quos redderentur bello rapta. De qua re valde quæ-
ritur Petr. Gregor. *in lib.* 12 *de Repub. cap.* 12. *n.* 5. & Philipp.
Beroal. ad Sueton. *loc. cit. illo tempore*, inquit, *qui viribus plus
poteſt, iure plus poſſe creditur, & vnuſquiſque exiſtimat ſibi licere
rapere, & ſpoliare quoſcumque.* Quæ ſubiicere volui, vt ſciant,
qui alienis bonis nunc oculos, & manus iniiciunt, hæc paca-
tis tandem rebus reſtitui oportere.

QVÆSTIO LXXVIII.

An deficientibus probationibus poſsit aliquid adiudicari creditori pro eo quod intereſt.

SVMMARIA.

1 *Minus ſoluit, qui tardius ſoluit.*
Plus petit, qui ante diem petit.
2 *Pecuniæ vſus commodum habet æſtimabile pretio.*
In Falcidia computatur commodum medij temporis.
3 *Antonij Fabri ſententia, & definitio creditori id quod intereſt decerni poſſe ad rationem vſurarum quincuncium, etiamſi nihil probet ſua intereſſe.*
4 *Probatio eius quod intereſt difficillima.*
5 *Quincunces vſuræ modeſtæ, & conueniunt fructibus prædiorum.*
6 *Leo Cæſar conſtituit, vt liceret pecuniam ad vſuras trientes mutuare.*
7 *Romæ olim quadrantes vſuræ agitabantur.*
8 *Vſuræ olim Romæ ad ſemiuncias redactæ.*
9 L. 3. de in lit. iuran. *declaratur.*
Natta in conſ. 490. *declaratur.*
10 *Iudex non poteſt æſtimare id quod intereſt, niſi probetur.*
11 *Iudex debet ſubtiliter inquirere id quod creditoris intereſt.*
12 *Mutui dationis officio ineſt tacitè, ne pecunia intempeſtiuè repetatur.*
13 *Pecuniæ priuatio per aliquod tempus non eſt pretio æſtimabilis, ſi nihil intereſt.*
14 *Intereſſe ex parte creditoris metiendum eſt.*
15 *Mutuans modium tritici non poteſt plus exigere, licet ſatus plures reddiderit.*
16 *Tritico nihil fertilius, quia ex eo homines potiſſimum aluntur.*
17 *Leges qui damni, vel lucri rationem haberi iubent, reſpiciunt perſonam creditoris.*
18 *Herculis Mareſcotti reſolutio quædam, & rationes eius.*
19 *Quæ auctori non placet.*
20 *Emens rem pro altero, illi dominium acquirit.*
21 *Actore non probante id quod intereſt, reus abſoluitur.*
22 *In æſtimando id quod intereſt, plurimum poteſt iudicis arbitrium.*
23 *Fabij Accoramboni Rotæ Romanæ Præſidis votum de decernendo aliquo honeſto lucro ei, qui diligentiam adhibuit in repetendo debito.*
24 *Vidua quando intereſſe dotis debeatur.*
25 *Iudex poteſt in ſententia reſeruare ſibi taxationem eius quod intereſt.*
26 *Onus probandi id quod intereſt dicenti incumbit.*
27 *Bartoli ſententia poſſe iudicem ex ſe inquirere de eo quod intereſt, & in illud condemnare.*
28 *Quæ auctori non placet.*
29 *Intereſſe verum licet non probetur, licitè exigitur, & retinetur.*

CVM probationes omnes deficiunt, & nihil
omnino vel teſtibus, vel aliis modis probatum
eſt creditoris intereſſe ſibi pecuniam redditam
fuiſſe, & poſt moram debitor pecunia
vſus eſt creditore inuito ac conquerente, du-
bium eſt, an iudex aliquid adiudicare poſſit creditori pro
eo quod intereſt † & cùm minus ſoluat qui ſuo tempore non 1
ſoluit *l. ſi cui. §. minus. de verb. ſignif. l. ſolidum ff. de ſolut. l. ſi prædio.
§. 1. de in diem addict. §. fideiuſſor. l. ſi. de fideiuſſ & l.* 12. *de verb.
ſignific.* cuius verba ſunt *minus ſoluit qui tardius ſoluit, nam &
tempore minus ſoluitur.* qua ratione etiam is, qui feſtinanter, &
ante diem petit, plus petere intelligitur Inſtit. *de act. §. plus
autem.* ex quadam æquitate, & ad coërcendam moram de-
bitoris, quæ impunita eſſe non debet *l. 3. in fin. ff. de vſur.* ali-
quid vltra ſortem adiudicari poſſe videtur creditori pro eo
quod intereſt.

Quod confirmari poteſt, quia in vſu, & retentione pe- 2
cuniæ commodum aliquod ineſſe videtur æſtimabile pretio,
vt innuit *l. debitor.* 82 *de leg.* 2. ex qua conſtat debitorem le-
gare poſſe creditori, quæ illi poſt annum debebat propter
commodum medij temporis, & Paulus *in l.* 45. *ad l. Falcid.*
Paulus inquit: *in lege falcidia non habetur pro puro, quod in
diem relictum eſt medij enim temporis commodum computatur.* Vl-
pianus etiam *in l. circa.* 66. *in princ. ff. ad l. falcid. legatis decem,*
inquit, *ſub conditione, quæ poſt decennium forte extiterit, decem
non eſſe legata, quia interuallum temporis, & interuſurium huius
ſpatij minorem facit quantitatem.* Idémque conſtat aliis locis,
quibus definitum eſt in ponenda ratione legis falcidiæ inter-
vſurium medij temporis æſtimandum eſſe, Quod notat Cu-
iac. *ad lib.* 60. *quæſt. Pauli in d. l.* 45. vt ergo commodum illud
medij temporis minuit legatum, ita prorſus commodum
temporis, quo debitor pecunia vſus eſt inuito creditore, cre-
ditum minuere videtur. & proinde eum qui tardius ſoluit,
minus ſoluere, vt notat idem Cuiac. *in d. l.* 12. *de reg. iur* &
conſequenter interuſurij rationem aliquam habendam eſſe,
vt notant Franciſc. de Cald *lib de empt. & vend. cap.* 23. *n.* 41.
& Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 1.

Hinc meritiſſimus Sabaudiæ Præſes Anton. Faber *in ſuo* 3
Cod tit. de vſur. def. 7. exiſtimauit facta, vt ſolet promiſſione
eius quod intereſt, niſi ad diem pecunia ſoluatur, vſuras
quincunces deberi ex illius Senatus ſententia, etiamſi cre-
ditor non probet ſua intereſſe, quod etiam in Senatu Dola-
no obſeruari refert Griuell. *in dec.* 92. *num.* 4. & per prouin-
cias Thuringiæ & Germaniæ ob moram in ſoluendo ad-
hibitam receptum eſſe memorat Ioann. Coppen. *ob-
ſer. lib.* 2 *cap.* 6. *num* 6. & Colet. *de proceſſ. execut. par.* 1. *cap.* 10.
num. 99. vbi etiam refert ita conſtituiſſe Auguſtum ducem, &
electorem Saxoniæ anno 1583. idem in Pomerania ſeruari
refert Zanger *de except. par.* 3. *cap.* 15. *num.* 5. nulla præuia pro-
batione eius quod intereſt & in Regio Auditorio Barcinon.
condemnari debitores ex quacunque cauſa excepto mutuo
ad reſtitutionem ſortis cum vſuris quincuncibus à die mo-
tæ litis nulla habita ratione, an creditor ſit ſolitus lucrari,
refert Valer. *de different. vtriuſque iur. differ.* 3. *num.* 6. *tit. de vſur.*
& apud nos etiam ſæpius vidi in concurſu creditorum quin-
que pro ſingulis centenis adiudicari pro eo quod intereſt
à die moræ nulla interueniente probatione, nec diſtingui,
an ex mutuo, vel ex alia cauſa deberetur. Quinimo refere
Ioan. Domin. Gait. *in ſuo lib. de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 1763. quia,
in Regno Neap. paſſim reditus annui ad rationem ſeptem
vel octo pro centenario venales inueniuntur, intereſſe ad
hanc rationem per ſacrum Conſilium de ſtylo abſque alia
probatione creditoribus adiudicari, tam varia eſt hac in re
in ſingulis prouinciis iudiciorum praxis, & hominum ſen-

Digitized by Google

4 tentia. † Neque enim, inquit Faber, dubitandum eſt, quid creditoris interſit, quod pecuniam ad diem non acceperit *l.3. ff. de in lit. iuran. l.ſi calendis. 11. ff. de re iudic.* cùmque probatio eius quod intereſt plerunque difficillima ſit *l. vlt. de prat. ſtipul.* quia in facto non in iure conſiſtit. *l. quatenus de reg. iur.* nulla iuſtior taxatio fieri poteſt, quàm ad modum vſurarum legitimarum, & quarum vſus frequentior eſt, 5 cuiuſmodi ſunt quincunces. Quæ vt idem Præſes notat *in d. tit. de vſur. def. 2. num.4.* dicunt leuiores vſuræ *in l.7. §.qua autem. ff. de admin. tut.* & modeſtæ à Perſio vocantur in Satyris: & conueniunt fructibus prædiorum tam vrbanorum, quàm ruſticorum Aurben. *de non alien. reb. Eccleſ. §.ſi vero.* Chaſſan. *in conſ.* 11. *num.40.* & Cardin.Mantic. *de tac.& am-*
6 *big. conuent. lib. 4. tit. 20. num.12.* † Quamuis compertum ſit Leonem *in nouell. vt ad trient. vſur. pecun. licit. mutuet.* vſuras trientes, quæ ſcilicet quatuor pro ſingulis centenis reddunt, omnibus tantùm permiſiſſe abrogata lege Baſilij, qui vſuras omnino ſuſtulerat, vt diximus *quaſt.2. n.32. & 33.* &
7 meminit Borebolt. *de vſur. c.s. n.4.* † Et refetat Theophilus *inſtit. de actio. §.id autem.* Romæ olim creditores modeſtius fœnus exercuiſſe, cùm multi ibi eſſent, qui pecuniam fœnerarent, nimirum ad rationem quadrantis vſuræ quæ vt ait annuos ternos nummos colligis in centenos Italicè *tre per cento*, Gallicè *trois pour cent.* quod congruit iis, quæ ſcribit Gaius *in l.3. ff.de eo quod cert. loc.* pecuniarum licet videatur vna, & eadem poteſtas vbique eſſe, quibuſdam tamen locis facilius, & leuibus vſuris inueniri, huiuſque rei iudicem ra-
8 tionem habere debere. † Et refert etiam Tacitus *annal lib.5.* duodecim tabulis ſancitum fuiſſe, ne quis vnciario fœnore amplius pecuniam fœneraret, & deinde cum hoc fœnus quoque graue videretur ad ſemiuncias vſuras ſedatas eſſe, vt alio loco commemorauimus.

9 Sed hæc Præſidis Fabri definitio nititur præſertim *d.l.3.ff. de in lit.iuran.& d.l.ſi calendis.ff. de re iudic.* quæ potius contrarium ſuadent. Nam *d.l.3.* exigit vt ſaltem iuramento probetur damnum, quod creditor paſſus eſt ob nummos ſua die non reſtitutos ſcilicet, incidiſſe in pœnam, vel debuiſſe pecuniam ſub pignore quod quia pecunia ei reddita non fuit, viliori pretio diſtractum eſt, id enim ſatis indicant verba illa, *niſi fortè de eo quis iuret, &c.* & ita intelligi debet Naitz *in conſ.* 490. *num. 9. & in d.l. ſi calendis.* ſcribitur duntaxat tanti litem æſtimandam, quanti interfuit ſuo tempore fieri, quod fieri debuit, quod tamen probare oportet, vt ſentiunt Lupus *in comment.l.curabit. §.6. n.16.* Maſcard. *in concl.935. num.8.* & aliis auctoribus citatis Roderic. *d.lib.3. quaſt.5. num. 21.* &
10 Sigiſmund. Scacc. *de commerc. §.7. gloſ.2. num.72.* † Neque enim iudex æſtimare poteſt id quod creditoris intereſt, niſi ei probatum ſit, quia vt ait *l.3. §. in re iudic. id quod intereſt, aut tantumdem eſt, aut minus, aut interdum etiam nihil.* Idémque conſtat *ex l.111. in fin.de verb. oblig.* vt notat Cuiac. *in d. l.1. C.de ſent. qua pro eo*, & nouiſſimè Ioano. Decher.Belga *lib. 2. differt.12. n.9.* & fruſtra *in l vlt ff.de prat. ſtipul.* Iuriſconſultus ait plerunque difficilem eſſe probationem quanti cuiuſque interſit, & ad exiguam ſummam deduci. Cùm igitur poſſit nihil intereſſe creditoris, licet debitor ſit in mora, non ſatis tuta videtur Præſidis Fabri definitio, quæ promiſcuè, & ſine delectu omnibus intereſſe decernit ad rationem vſurarum quincuncium, quia interdum minùs intereſt, Interdum etiam nihil, vt ait *d.l.13.de re iudic.*

11 Præterea ſententiæ Præſidis repugnare maximè videtur, quod à Iuſtiniano ſancitum eſt *in d.l.1. C de ſent.qua pro eo*, vt iudices ſcilicet diligenter, & ſubtiliter requirant, quod verè intereſt non tantùm in damno, ſed etiam in lucro, & quod verè competenter intereſſe eum competenti moderamine id reddi iubeant. Quæ ſubtilis indagatio ſanè inutilis eſſet, ſi nullis factis probationibus fas eſſet iudicibus aliquid vltra ſortem creditoribus decernere pro eo quod intereſt, vnde tutiua eſt, quod ipſemet Faber ſcribit *in ſuo C.hoc tit. defin. 6. in notis num. 3.* id quod intereſt probari debere: & interdum inopia probationum ad nullam ſummam deduci.

12 Neque digna cauſa eſt, vt quid vltra ſortem capere liceat, quod creditor priuet ſe præſidio pecuniæ creditæ per annum vel aliud tempus, quia mutui datio officium eſt, illique ineſt tacita promiſſio, vt ſtatim, & intempeſtinè repeti non poſſit: ſed tantum temporis debitori indulgeatur, quo beneficio boe adiuuari poſſit arbitrio boni viri *l.17. §.3. ff. commod.* & notant Iaſ. *in l. ſi pœnam. num.7. de verb. oblig.* Menoch *de arbitr. iudic.caſ.22. num.4.* & Facbin. *controuerſ.iur.lib.2. cap.12.* † Et 13 priuatio pecuniæ etiam inuito creditore, & poſt moram non eſt pretio æſtimabilis, niſi ratione alicuius commodi, quod amittimus, vel incommodi, quod patimur, vt optimè expendunt Theologi, inter quos ita tradunt Molin. *de contract. diſp.308.n.10* Leſſius *lib.2. cap.20. n.127.* Regioald. *de ration. iudic.an.lib.23. num.52.* Bonac. *de contract.diſp.3.quaſt.3. punct. 6.n.2.* & Vincent. Filliuc. *tract.34.cap.5. n.101.* quibus congruenter multis locis diximus moram ſolam non ſufficere, vt quid vltra ſortem capere liceat, vt *quaſt.1. n.32. & quaſt. 74. num.12.* & aliis.

Denique valde notandum eſt intereſſe ex parte creditoris 14 duntaxat metiendum eſſe, vt ſcilicet conſequatur omnia, quæ habiturus fuiſſet, niſi aduerſarius obſtitiſſet, vt conſtat *ex l.13. ff.rem rat.hab.l.24. §.colonus. ff.loc.l.1. §.non ſolum. ff.de vi. & vi arm. l.7.de praſcr.verb.* & ideo quantumcunque conſtet debitorem ex pecunia ſibi credita ſuperlucratum fuiſſe, vel damnum euaſiſſe, nó eſt iuſta cauſa ex qua creditor quicquam vltra ſortem exigere poſſit, niſi verè illius interſit, vt rectè ſcripſit Bioſfeld. *in c.conqueſtus. de vſur. quaſt 2. concl.1.* Nauarr. *in man.confeſſ. cap.17. n.278.* Sarmient. *ſelect. interpr. lib.7.cap.1. n.40. & cap.2. n.5.* Roderic. *in d. quaſt.3. num.13.* Surd. *in dec.270.num.7.* Cæſar Manent. *de contract.libell.quaſt. 5. n.50.* & Vgolin. *de vſur. cap 13. n.3.* & probatur egregiè à Sarmiento *loc.cit.ex l. Imperator.70. §.1. de leg.2.* † Aliouquin ſi 15 quia modium tritici vel mihi mutuum dedit, qui ſatua agricolæ octo vel decem reddidit, aliquid vltra ſortem quam dedit accipere poſſet, quod tamen non licet, vt monet D.Hieronym. *in cap.18. Ezechiel.* his verbis *ſolent fœneratores argumentari, & dicere, dedi vnum modium, qui ſatus facit decem modios: nonne iuſtum eſt, vt modium medium de meo accipiam, cùm ille mea liberalitate nouem, & ſemis de meo habeat. Nolite errare, Deus non irridetur.* † Idémque dicendum eſt, licet tetra ita fer- 16 tilis eſſet, vt cum quinquageſimo, vel centeſimo fœnore meſſes redderet, vt de quibuſdam locis refert Plinius *l.18.cap.10.* vbi etiam ait tritico nihil fertilius eſſe: & hoc ei naturam dediſſe, quoniam eo maximè homines alat, quod etiam memorat Budæus *lib.5. de Aſſe.* vbi quoſdam agros recenſet fertilitatis admirabilis. Proinde quantumcumque agricolæ reddat ager, non poteſt is, qui ſemen mutuum dedit, quicquam vltra id quod dedit accipere *c.vſura eſt 14.quaſt.3.* quia vt elegantet Iulianus ait *in l.qui ſeit.25.§.1. ff.de vſur.* & nos ſæpius diximus, in fructibus magis corporis ius, ex quo percipiuntur quàm ſeminis, ex quo oriuntur, aſpicitur, tametſi in hac ſpecie ſi ſemen inſpiciendum eſſet, fructus omnes agricolæ ſint, cuius etiam ſemen fuit, quod ſcilicet mutuum accepit, vt oſtendit *l 2.ff.de reb.cred.* & cuique notiſſimum eſt. † Denique 17 obſeruat Sarmient. *loc.cit.* leges, quæ lucri ceſſantis, aut damni emergentis rationem haberi volunt, vt vltra ſortem aliquid exigi poſſit, reſpicere id quod creditoris intereſt, & vt ait *l.13. ff.rem rat hab.quod illi abeſt, quodque lucrari potuit.* qui proinde ex perſona ſua hac in re ius ſuum metiri debet, non commodis, & proſpetæ fortunæ debitoris inſidere, quia nec damni particeps eſſe vellet, ſi fortè caſus aliquis pecuniam creditam abſtuliſſet vt *in l.9. in ſi. ff.de reb. cred. & l.11. C. ſi cert. pet.* ſtatuamus igitur in ponenda ratione eius quod intereſt, non eſſe inſpiciendum quid debitor ex pecunia credita lucri fecerit, ſed ſi quid abeſt creditori, vel deſinit lucrari ob culpam non ſoluentis, quod probetur legitimis modis, vt dictum eſt. 18

Hinc Hercul.Mareſcott. *lib.2.cap.134.* quærit, ſi is, cui in publica auctione bonorum ſtabilium pignora addicta ſunt fide de pretio habita, vt quibuſdam locis vſitatum eſt, illa dimittat debitori, vel hæredi eius ea lege, vt ſoluat pretium creditori ad cuius inſtantiam prædia diſtracta ſunt, & conueniat, vt donec pretium ſoluat vſuras pro modo fructuum præſtet iuxta terminos *l curabit. C.de act. empt.* an hæc conuentio valeat: & reſpondit illicitam eſſe. Nam inquit intereſſe, de quo agitur non poteſt ſuſtineri, niſi ratione fructuum, & propterea vt iuſtè debeatur, & ſubrogetur loco fructuum neceſſe

neceſſe eſt, vt creditor probet hos fructus ad ſe pertinere vel ratione dominij, vel ex alia iuſta cauſa. In hac autem ſpecie non poteſt creditor ratione dominij hos fructus capere, quia nunquam fuit dominus. Ponimus enim prædia extraneo addicta fuiſſe. Nec alia iuſta cauſa ſubeſt, ex qua creditor huiuſmodi intereſſe capere poſſit. Neque mouere, quod hæres debitoris ab eo emens, cui pignora dimiſſa ſunt, rem, & pretium habeat, & proinde teneatur pretij vſuras ſoluere pro modo fructuum ex æquitate *d. l. curabit*, quia non idcirco eas ſoluere debet creditori, qui nunquam fuit dominus, nec percepiſſet fructus, ſed illas ſoluere debet; vel oblatori, cui pignora addicta ſunt, ſi in illum dominium tranſlatum eſt per ſubhaſtationem, & additionem pignorum, aut ſibi retinere tanquam hæres debitoris, ſi nunquam dominium mutatum eſt. Et huius rei rationem eſſe quam diximus, quia an intereſſe ſit licitum, inſpicitur perſona creditoris, non debitoris ex Abbat. *in cap. ſuper eo, num.* 4. *C. de vſur.* quod tamen Abbas ibi non dixit, licet verum ſit, vt diximus.

19 Sed hæc Mareſcotti reſolutio in dubium reuocari poteſt, tum quia ius exigendi, vſuras quod competit venditori iuxta terminos *d. l. curabit*, tranſit in ceſſionarium, vt tradunt Afflict. *in dec.* 91. *in fin.* Cagnol. *in d. l. curabit, n.* 44. Pariſ. *in conſ.* 75. *num.* 17. *lib.* 4 Didac. Couart. *variar. reſol. lib.* 3. *c.* 4. *circa fin.* Ioan. Bapt. Lup. *de vſur. comment.* 1. §. 7. *num.* 29. & Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 78. vbi ait ceſſionarium hoc iure vti: tum ex his, quæ tractata ſunt de ceſſionario mariti *quæſt.* 24. *circa finem*, vbi ex ſententia multorum, & præſertim Roderici *d. quæſt.* 7. *num.* 59. ſeparatis aliquot caſibus oſtendimus ius exigendi vſuras dotis cedi poſſe, vt ergo ceſſionarius mariti poteſt exigere vſuras dotis, & fructus pignorum dotalium, quamuis non ferat onera matrimonij, ita creditor eius, cuius pignora addicta ſunt, & cui pretium ex conuentione ſoluendum eſt, poteſt mandatis actionibus vti, & pretium, & vſuras pretij pro modo, & ratione fructuum exigere, tametſi proponatur in eum rei dominium tranſlatum non eſſe, cum nihil poſſeſſoris interſit, cui ſoluat. Neque huic tractatui conueniunt quod eodem loco diximus teneri ceſſionarium fructus imputare ſorti fauore cedentis, vt docent Salic. *in auth. ad hæc, quæſt.* 13. *Cod. de vſur.* & alij quos recenſui *num.* 25. quia in hac ſpecie oblator, id eſt, cui pignora addita ſunt, facta retrouenditione, ex pacto, & conuentione nullius quantitatis creditor manet, in quam huiuſmodi vſuræ imputari poſſint. Ideóque potius locum habet, quod ex Nauarro, Pariſ. & Lupo docet Roderic. *loc. cit.* ſi ceſſio ita fiat, vt ceſſionarius non poſſit ſortem à cedente repetere, ceſſionarium lucrari fructus, ſi-
20 cut quilibet iuſtus nominis emptor. † Quod multo magis in his terminis dicendum eſt quia videtur oblator, cui ſub illa conditione bona addicta ſunt, creditoris nomine ad haſtam acceſſiſſe, & eius rem geſſiſſe non ſuam ideóque, & rem eſſe quæſitam creditori, & fructus illius eſſe *ex l.* 4. *&* 5. *C. ſi quis alt. vel ſib. l.* 1. *Cod. ſi in cauſ. iudic. pign. & d. l. qui ſtit. ff. de vſur.* quæ ait fructus dominium ſequi: & conſequenter, donec pretium ſoluatur, licitè vſuras percipere loco fructuum, vt *in d. l. curabit*, conſtitutum eſt. Ex quibus ſi fraus abſit, & ſincere omnia fiant, viri docti reſolutionem ſequendam non puto.

21 Sed licet ex his quæ diximus, ſatis perſpicuum ſit, non poſſe iudicem aliquid decernere creditori pro eo quod intereſt, niſi probet ſua intereſſe legitimis modis, ſed potius actore non probante reum abſoluere debere *l. qui accuſare, Cod. de eden. l. negantes, Cod. de obligat.* & in ſpecie conſtat *ex d. l. vlt. ff. de præt. ſtipulat. & inſtit. de verb. obligat. §. non ſolum*, vbi Theophilus hoc notat, & tradunt Cagnol & alij
22 apud Maſcard. *de probat, concluſ.* 934. *num.* 7. † tamen quia in hac re locus eſt coniecturis, vt multi tradunt *in dec. Gen.* 134. *num.* 9 & apud eund. Maſcard. *in concluſ.* 930. *num.* 1. & plurimùm poteſt arbitrium iudicis, vt tradit Menoch. *de arbitr. caſ.* 119. *num.* 8. *&* 10. & nos diximus *quæſt.* 76. *n.* 36. exiſtimarem ex circumſtantia perſonarum, veluti ſi creditor eſt frugi, & diligens paterfamilias, ſi ſumma egregia eſt, quam veriſimiliter diu domi otioſam, & ſterilem non tenuiſſet, & diligentiam adhibuit, vt debitum exigeret, ex his aliiſque circumſtantiis poſſe iudicem modeſtum aliquod intereſſe admittere, etiamſi creditor illud perfectè non probauerit iuxta votum Fabij Accoramboni Rotæ Romanæ Præſidis, quod extat apud Salluſt. Tiber. *pract. iudic. lib.* 1.
& Farin. *conſ.* 15. † cenſuit enim creditorem, etiamſi nihil 23
probauerit poſſe exigere aliquod honeſtum lucrum arbitrio iudicis, ſi diligentiam adhibuit in recuperanda pecunia, & debitor in ea reddenda contumax fuit, idque ex D. Thoma, cuius verba ſubiicit: ſi verò nullam adhibuit diligentiam, nec obolum quidem ſe creditori daturum vltra ſortem, quia præſumitur tacuiſſe in fraudem vſurarum, cuius voti etiam meminit, & probat Tiber. *lib. cit. c.* 23. *n.* 10. & Caſtracan. *de ſociet. offic. cap.* 49. *num.* 3. referens *in fin.* ita ſe audiuiſſe, & vidiſſe in Curia Romana ſeruari, quo arbitrio Magiſtratus noſtri ſæpiſſimè vtuntur, & maximum remedium expediendarum litium videri poteſt; vel certè raro, aut nunquam in iudiciis lucri ceſſantis rationem habendam eſſe dicendum eſt.

Et huc referri poſſe videtur, quod plerunque exiſtima- 24
runt ſoluto matrimonio vſuras dotis viduæ deberi, ſi non aliunde habeat, vnde ſe alere poſſit, & diligentiam adhibuerit, vt dotem exigeret Alexand. *in conſ.* 74. *num.* 15. *lib.* 5. Surd. *in lib. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 6. Lupus *de vſur. comment.* 1. §. 4. *num* 23. vbi ait hoc tanquam in iure expreſſum retinendum eſſe, & alij quos recenſui *quæſt.* 30. *num.* 40. quibus addo eund. Surd. *in conſ.* 269. *n.* 22. qui refert hanc communem ſententiam & Rot. *inter recentiſſ. deciſ.* 602. *n.* 4. *part.* 1. ne alias tacendo, & conniuendo videatur velle conſequi vſuras dotis non ſolutæ. De qua ſententia licet dubitauerim eo loco, videtur tamen recipi poſſe probata crebra mulieris inſtantia dotis repetendæ, & contumacia debitoris, quæ ſatis arguitur ex ſuſtentatione litis cùm vidua, vt ex eodem Surdo inquit Rota *loc. citat.* & præſertim concurrentibus coniecturis, veluti ſi mulier eſt induſtria, & in regione paſſim inueniuntur prædia venalia, vel reditus: vel ſi qua alia coniectura morum animi iudicis confirmare poteſt, vt aliquod honeſtum, & veriſimile lucrum decernat mulieri dotem repetenti in iudicio ſecundum ea, quæ dicta ſunt *num.* 22. *&* 23. Sanè alimenta illi deberi etiam poſt annum luctus, dum dos non ſoluitur dixi *eadem quæſt.* 30. *n.* 41. *&* 42.

Sanè licet certum ſit ſententiam ſine certa quantitate, vel 25
re certa prolatam non valere *l.* 21. §. *Pomponius*, ait *de recept. arb. l.* 3. *& vlt. C. de ſent quæ ſine cert. quantit.* vbi Cuiacius notat ipſo iure nullam eſſe, & proinde curare debet iudex, omnino, quantum ei poſſibile eſt, certæ pecuniæ, vel rei ſententiam ferat, etiamſi de incerta quantitate apud eum actum ſit §. *curare. Inſtit. de action.* & in ſpecie cùm incerti agitur ad id quod intereſt *l.* 3. *C. de inut. ſtipulat.* vt in Gallia nouiſſimis ordinationibus regiis conſtitutum eſt, vt refert Berengar. Paulac. *in d. l. vn. C. de ſentent. quæ pro eo*, ne vt ait noualis, eáque longior, & moleſtior conſurgat ex primæ litis materia, quod nefas eſſe dicitur *in l.* 3. *Cod. de fruct. & lit. expenſ.* illud tamen inter pragmaticos receptum eſt, vt cum acceſſoriè agitur ad intereſſe, poſſit iudex condemnare reum in id quod intereſt illius taxatione ſibi reſeruata, vt ſcribit Ioan. Fab. *in d. §. curare, num.* 17. vbi refert id in omnibus Curiis ſeruari, vt etiam Iaſ. *eod. loc. num.* 54. & Cagnol. *in d. l. vn. num.* 53. Ozaſc. *in dec.* 129. *num.* 1. Rota Genuen. *in dec.* 164. *num.* 5. Maſcard. *de probat. concl.* 934. *num.* 1. & Gratian. *cap.* 444. *num.* 7. & licet Cagnol. *loc. cit. & in repet. eiuſd. l. num.* 3. & Plautius *in verſ. per ſuam ſubtilitatem, num.* 47. & alij quos retuli *quæſt.* 76. *num.* 19 vt etiam Butatt. *in dec.* 145. *num.* 5. id admittere videantur, quando probatur intereſſe in genere, ſed non præciſè illius quantitas: nos tamen cùm agitur ad certam pecuniæ quantitatem, & ex mora ad id quod intereſt, hic alio iure, ſeu potius ſtylo vtimur, ſi quidem paſſim condemnamus debitores in ſortem, & intereſſe prout liquidabitur, etiamſi nulla eius probatio præceſſerit, verum ſi is qui ſententiam obtinuit, illius executionem petit etiam pro eo quod intereſt, id probare debet: alioquin pro ſorte duntaxat executio decernitur, & locum habet, quod vulgò dicitur, *actore non probante reus obtinebit l.* 4. *C. de eden. l.* 9. *C. de except.* & interdum quod ait *l.* 30. *de teſtam.*

tut.

tut. non deficit ius, ſed probatio. Cui rei congruum eſt, quod definitum refert Præſes Faber *in d. titul. de ſentent. quæ pro eo, def.* 6. condemnatum in id quod intereſt non prohiberi in executione iudicati probare nihil interfuiſſe creditoris, quia ſententia tacitam illam conditionem habet, ſi modo interſit: cuius definitionis meminit Decher. *in d. differt.* 12.
26 *num.* 9. † tametſi exiſtimem opus non eſſe ei, qui eo modo condemnatus eſt, probare nihil actoris interfuiſſe, quia onus probandi id quod intereſt dicenti incumbit, non neganti, *l. negantes, Cod. de obligat. l.* 2. *ff. de probat. l. vlt. ff. de prat. ſtipulat.* & ex aliis auctoribus dixi *quæſt.* 74. *num.* 1. & præſertim ex Surdo *conſ.* 154. *num.* 20. vbi ait hanc eſſe regulam iuris. Quod recipi poteſt etiamſi reus ſe adſtringat ad probandum nihil intereſſe creditoris, & nihil præſtet, quia nihilominus actore non probante ſua intereſſe reus hoc nomine abſolui debet ex Iaſ. *in d. l.* 4. *Cod. de eden. num.* 5. Decio *n.* 15. & Purpur. *n.* 17. & aliis apud Maſcard. *concl.* 36. *n.* 37. & Ozaſc. *in dec.* 144. *num.* 16. niſi interdum ex circunſtantiis aliud iudici videri poſſit, ne mora, & peruicacia debitoris ſit impunita ſecundùm ea, quæ diximus *num.* 22.

27 Sanè quod toto hoc capite tractatum eſt, inutile eſſe videtur admiſſa quorumdam ſententia, qui putant iudicem deficientibus actoris probationibus poſſe ex officio ſe informare, quid cuiuſque interſit, & in illud reum condemnare, vt Bartol. *in d. l. vn. in fin. C. de ſentent. quæ pro eo*, vbi ſcribit id expreſſiſſimè, vt loquitur probari *in l. ſemper, §. in hoc interdicto quod vi aut clam.* Idémque ſenſit Curtius iun. *in ead. l. vn. num.* 66. vbi ait hoc eſſe mirabile dictum, ſine probatione actoris reus condemnetur: idque generaliter obtinere in omni iudicio, in quo non eſt probatus valor, & æſtimatio rei, de qua agitur. Quod etiam notant Caſtrenſ. & Alexand. ad Bartol. *in l. ſi quod ex Pamphila, ff. de leg.* 11. Pinell. *in l.* 2. *C. de reſcind. vend. part.* 3. *n.* 7. Vazq. *in l. ſi quis in ſuo* § *§. legis, num.* 35. *Cod. de inoff. teſtam.* & alij ſanè plurimi apud Maſcard. *de probat. tot. concluſ.* 653. & nouiſſimè Mangil. *de euict. quæſt.* 96. *num.* 19. vbi ait hoc procedere in fructibus, & ſimilibus, quorum certa quantitas in actis non probatur.

28 Sed contrariam ſententiam amplexi ſunt Bald. *in d. l. ſi quod ex Pamphila, in fin.* Salic. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* Angel. *in l. curare. Inſtit. de action.* quos refert, & ſequitur Bereng. Paulae. *in d. l. vn. num.* 154. *&* 162. vbi rationem ſatis congruentem adfert, quia cùm onus probandi ad actorem pertineat, non poteſt iudex partis, & iudicis officio fungi, *& num.* 266. quod conſtitutio iubet, *iudicem per ſuam ſubtilitatem requirere id quod intereſt*, ait ſupplendum eſſe *ex actis*, & nos hic hac ſententia & ni fallor meritò vtimur, quia facilè poſſet religio iudicis circumueniri, vel ille poteſtate ſua abuti: vnde multo tutius eſt, vt non niſi ex probationibus ex vtraque parte factis, quatenus cuiuſque interſit, decernere poſſit, vel ſaltem ex veriſimilibus perſonarum coniecturis, & negotiorum circunſtantiis, vt dixi *num.* 22. *&* 26. dicit Paulac. *loc. cit. num.* 162. & congruenter huic rei Cagnolus apud Maſcard. *in d. concluſ.* 653. *n.* 3. refert nunquam vidiſſe obſeruatum, vt iudex ipſe res immobiles æſtimet, præſertim cùm ſub prætextu læſionis agitur de reſcindenda venditione, in qua re etiam tutius eſt, vel teſtibus in iudicio productis vti, vel adhibere petitos à partibus, vel à iudice diſſentientibus partibus electos, quorum relationi ſtandum eſt, niſi ſit iniqua, vt conſtat *ex lib.* 76. *&* 78. *& l. vnde ſi Nerua* 79. *ff. pro ſociet.* & docent Cagnol. *in d. l.* 2. *num.* 257. *Cod. de reſcindit. vend.* & Maſcard. *concluſ.* 654. *num.* 4.

29 Sanè quod hîc, & aliis locis dixi agentem ad id quod intereſt, id probare debere, accipiendum eſt in foro externo, & cum in iudicio diſceptatur de eo quod intereſt, in quo ſæpe contingere poteſt, quod dixi *ex dict. leg.* 30. *de teſtam. tut.* vt non deficiat ius ſed probatio. Cæterùm in foro interno in quo veritas tantum inſpicitur, intereſſe verum, & quod creditor verè ſenſit aduerſarij culpa, licitè exigi, & retineri poſſe, tametſi probationes deficiant, nulla dubitatio eſt. Ita poſt Ancharanum, & Felinum tradit Purpur. *in l. rogaſti, §. ſi tibi. num... ff. ſi cert. pet.* & Scacc. §. 1. *q.* 7. *part.* 3. *limit.* 7. *n.* 16. Alciat. *reſp. in fin. lib.* 1.

QVÆSTIO LXXIX.

De ſtatutis taxantibus certam quantitatem pro eo quod intereſt, & de validitate eorum.

SVMMARIA

1 *Statuta non excuſant creditores, cùm verè eorum nihil intereſt.*
2 *Quantitatis certæ promiſſio pro eo quod intereſt, conditionem habet, quatenus ex iure debeatur.*
3 *Statuta quibus permittitur aliquid vltra ſortem capere non valent, niſi quatenus intereſt.*
4 *Intereſſe quod infligitur ex ſola mora, non differt ab vſura.*
5 *Baldi regula ad ſecernendum vſuras ab eo quod intereſt.*
6 *Vſura ex iure ciuili permiſſa.*
7 *D. Auguſtinus meritò de legibus conqueritur, quod vſuras approbarent.*
8 *Baldi* conſ. 166. lib. 1. *refertur, & refellitur.*
9 *Statutum poteſt fictionem inducere ex cauſa, quæ ſit in mente ſtatuentium.*
10 *Ius ciuile aduerſus diuinum, & naturale non poteſt fingere.*
11 *Naturali iure contrarium eſt alterum alteri vim inferre.*
12 *Lex Euangelij leges Cæſaris vincit.*
13 *Quatenus cuiuſque interſit, in facto conſiſtit.*
14 *Quæſtiones facti iudici relinquendæ.*
Ariſtotelis hac de re locus.
15 *Æſtimatio eius quod intereſt, ad iudicem pertinet.*
Lex in vniuerſum definire non poteſt quid, & quatenus cuiuſque interſit.
16 *Conuentio de certa quantitate intereſſe, quomodo, & quatenus accipienda.*
17 *Intereſſe debet eſſe verum, & ex veris, & iuſtis cauſis.*
Fictiones non ſaluant conſcientiam, ſed veritas.
18 *Statutum, vt creditor miſſus in poſſeſſionem pignoris lucretur fructus, an valeat.*
19 *Fructus pignorum minuunt ſortem.*
20 *Vſura eſt fructus ex pignore prætorio percipere vltra ſortem.*
21 *Vſura non deſinit eſſe vſura, quod propter moram infligatur.*
Contumacia non ſoluentis non tollit rationem vſuræ.
22 *Mora ſola non ſufficit, vt quid vltra ſortem capere liceat.*
23 *Pignus Prætorium conſtituitur præcedente mora, & contumacia debitoris.*
24 L. Fulciuius, ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. *declaratur.*
25 *Bartolomæi Vgolini doctrina refertur, & perpenditur.*
26 *Creditores curare debent, vt pignora ſibi addicantur iure dominij, vt fructus ſuos faciant.*
27 *Conſtitutiones, & ſtatuta quibus minuitur æſtimatio pignorum fauore creditoris, ſunt valida.*
28 *Statutum, vt ſtetur iuramento creditoris de eo quod intereſt valet.*
29 *Argumentum à pacto ad ſtatutum recipitur.*
30 Clem. 1. de vſur. *non pertinet ad id quod intereſt.*
31 *Statutum, vt ſtetur iuramento creditoris de eo quod intereſt, recipit interpretationem à iure communi.*
32 *Leges cum omnibus vna voce loquuntur.*
33 *Iurandi facultas ex lege, vel ſtatuto ad hæredes tranſit.*
34 *Iudicis, officium res, & tempora diſtinguere.*
35 *Statutum vt filiæ dentur quinque vel ſex pro centenario dotis, donec nubat, valet.*
36 *Statutum, vt marito conſtante matrimonio quid annuum præſtetur pro oneribus ſuſtinendis, eſt validum.*
37 *Conuentio, vt marito ſex vel ſeptem annua præſtentur, valet.*
38 *Dummodo ſuſtineat onera matrimonij.*
39 *Statutum, quo vſuræ dotis dantur marito, non habet locum pendente dilatione ad ſoluendum.*

40 *Ma*

40 *Marito non debentur vſura dotis non ſoluta, durante anno luctus.*
Nec valet ſtatutum, quo id cauetur
41 *N. ſi ex matrimonio ſuperſint liberi.*
42 *Statutum vt vidua ſex vel quinque annua pro centenario dotis præſtentur, valet.*
43 *Hæredes viri tenentur extra domum viduæ alimenta præſtare, quando cum eis honeſtè morari non poteſt.*
44 *Statuta quibus aliquid annuum viduæ permittitur, dum differtur dotis ſolutio, an valeat.*
45 *Diſtinctio Surdi, & aliorum quorumdam, quæ non placet.*
46 *Romæ elogia quædam.*
47 *Statutum quo poſt annum luctus aliquid viduæ tribuit pro eo quod intereſt, non valet.*
Vſura nulla lege licita fieri poſſunt.
48 *Statutum, quo viduæ alimenta decernuntur, donec dos reſtituatur, eſt validum.*
49 *Quod ceſſat, cum vidua ab hæredibus alimenta habuit.*
50 *Dummodo mulier nihil aliud habeat, vnde ſe alere poſſit.*
Quod auctori non placet.
51 *Mulieres non præſumuntur habere niſi dotes.*
52 *Genuæ ſtatutum commendatur, quo viduæ præſtantur alimenta dotis arbitrio boni viri, vel magiſtratus.*
53 *Mulier quæ bona æſtimata in ſolutum dedit, non cogitur ea recipere.*
Maritus qui bona æſtimata in ſolutionem dotis accepit, efficitur debitor in pecunia numerata.
54 *Rebus æſtimatis in dotem datis hæredes viri ad vſuras pretij tenentur ex æquitate.*
55 *Bona æſtimata in dotem data poſſunt in ſubſidium à muliere vindicari.*
56 *Bona ſtabilia dotalia ſoluto matrimonio, ſtatim mulieri reſtitui debent cum fructibus.*
57 *Statutum, vt venditori dentur quinque annua pro quolibet centenario pretij valet.*
58 *Quod tamen cautiones aliquas recipit.*
59 *Venditor ſi ob dilatam ſolutionem auget, pretium ratione fructuum, non poteſt interim vſuras pretij ſtipulari.*

REa hæc ardua eſt, & opinionibus diuiſa, vt conſtat ex Couarr. *variar. lib. 3. cap. 3. num. 7.* & Ioan. Bapt. Lup. *comment. 1. §. 4. in fin.* vbi ait Doctores hac in re ſeipſos, nóſque miſerè 1 torquere. † Sed ex his, quæ quæſtione præcedenti diximus, magis, & magis confirmor in ea ſententia, vt putem conſuetudines, & ſtatuta, priuilegia, & conſtitutiones ciuitatum, vel Principum, quibus certam annuam quantitatem creditoribus capere licet pro eo quod intereſt puta ſex vel ſeptem annua non excuſare creditores, ſi quid vltra ſortem accipiant, cum verè nihil eorum intereſt pecuniam ſuo tempore ſibi ſolutam fuiſſe, quia huiuſmodi ſtatuta, & priuilegia, aut ſi quo alio nomine appellantur, accipi debent de vero, & legitimo intereſſe, vt ſentiunt Plot. *de in lit. iuran. §. 12. num. 32. verſ. tamen ſcias.* Roderic. *de ann. redit. lib. 3. quæſt. 1. num. 61.* Vveſemb. *ad tit. de vſur. num. 9.* & cenſuit Rota in vna Lucana locationis anno 1611. apud Cardin. Lancellot. *inter collect. Farin. dec. 325. num. 4. part. 3.* 2 & Caniſ. *de vſur. cap. 1. num. 9.* † Vt diximus conuentionem certæ quantitatis pro eo quod intereſt, tacitam conditionem habere, quatenus verè debeatur ex Baldo *in l. ſi traditio, n. 5. Cod. de act. empt.* & tradit Surd. *in dec. 260. num. 2.* Vliualt. *inter conſil. Farin. conſ. 15. num. 30. & 31.* rectè ſubiiciens facta taxatione certæ quantitatis pro eo quod intereſt, id tantùm peti poſſe, quod verè probatur intereſſe, vt tractatum eſt *quæſt. 71.* ceſſante enim damno ceſſat eius æſtimatio *l. eius quæ, ff. de reb. cred.* Bald. *in l. vn. num. 19. C. de ſent. quæ pro eo.* Dec. *in conſ. 489. num. 11.* Socin. *in conſ. 253. n. 15.* Rudulph. *de vſur. §. nunc venio ad ſecundam, num. 14.* & Vliualt. *ad dict. conſ. 15. num. 14. & 30.* & hanc interpretationem pati conſtitutiones Imperij nouiſſimas editas Spiræ anno 1600. & à Rodolpho II. confirmatas, quibus pro ſingulis centenis quinque annua creditoribus capere licet nomine eius quod intereſt, tradit Caniſ. *loc. citat.* vbi ait ſi nihil creditoris interſit, neque quinque, neque aliud quidpiam illi vltra ſortem deberi. † Quamobrem huiuſmodi ſtatuta, & 3 conſuetudines hanc interpretationem patiuntur, ſi verè tantundem creditoris intereſt, & quatenus intereſt: alioqui irritas eſſe cenſeo, nec excuſare creditorem, quin reſtituendi reus ſit, nec impedire quominus id quod ſuperexactum eſt, vſura ſit, & illicitum fœnus, vt conſtat ex clement. *de vſur.* cui in hoc genere potius ſtandum eſt: & ita rectè ſentiunt Abb. *in conſ. 22. lib. 2.* & rurſus *in conſ. 59 lib. 2.* Ambroſ. de Vign. *in c. ſalubriter, num 19.* Corn. *in conſ. 19. num. 14. lib. 3.* Sot. *de iuſtit. & iur. lib. 6. quæſt. 1. art. 1.* Plot. *loc. cit.* & aliis auctoribus citatis Couarr. *in d. cap. 1. num. 8.* Barboſ. *in prima part. l. 2. in princ. num. 43. ff. ſol. matr.* Maldet. *tract. 5. cap. 3. dub. 15.* & Vgolin. *de vſur. cap. 5. § 7. n. 2. & cap. 5. num. 2. & 3.* vnde meritò huiuſmodi ſtatuta, & priuilegia omnia abolita ſunt conſtitutione optimi Principis Amedei VIII. Ducis Sabaudiæ ſub quacunque verborum formula concepta ſint, cuius mentionem fecimus *q. 2. num. 42.*

Neque mouere debet, quod huiuſmodi ſtatuta, & priui- 4 legia non permittant vſuras, ſed loquantur de eo quod intereſt, quia cùm verè nihil intereſt huiuſmodi intereſſe, quod accedit ſorti, nihil differt ab vſuris: infligitur enim ex ſola mora, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, & proinde illicitum fœnus eſt, quocumque nomine nuncupetur ex d. conſtitutione Amed. VIII. *& vulg. cap. plerique, 14. q. 3.* & ex Baldo, *in l. 1. num. 53. Cod. de Summ. Trinit.* vbi dat hanc regulam, † ſi facta relatione huius præſtationis, quæ dicitur 5 vſura, ad aliud antecedens reſultat, quaſi facio, vt des, aut alia conformitas vnius ad alterum, ibi propriè non dicitur eſſe vſura, ſed eſt quædam recompenſatio debita hinc inde, vt *in d. cap. ſalubriter, & l. curabit, Cod. de act. empt.* & aliis. Qua regula etiam vtitur Alex. *in conſ. 31. num 5. lib. 6.* & Curtius iun. *in l. petens, num. 35. Cod. de pact.* Franciſc. de Clapper. Senator Aquenſ. *cauſ. 98. quæſt. 1. num. 7.* Sed cùm verè nihil intereſt creditoris, ſi quid exigat virtute legis, vel ſtatuti, præſtatio hæc nullam habet relationem, vel conformitatem ad aliquam iuſtam cauſam præcedentem, cum qua poſſit compenſari, & proinde merum lucrum eſt, & fructus temporis, & conſequenter illicitum fœnus: & iniqua lex, quæ huiuſmodi præſtationes admittit. Et ſanè ſi iſta priuilegia, & ſtatuta, & conſuetudines ſemper, & promiſcuè admittimus, quid hoc aliud eſt, quam ſub nomine eius quod intereſt antiquas leges, & conſtitutiones renouare, & reſtituere, quibus intra quoſdam fines fœnerari licuit.

Hîc tamen diſſimulare non poſſum falſum eſſe, quod ſcri- 6 pſit Sot. *loc. cit.* leges Ciuiles, quæ iubent vſuras præſtari, de iis vſuris accipiendas eſſe, quæ ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis debentur, quia certiſſimum eſt ex iure ciuili vſurarum petitionem dari ex ſola obligatione, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis *l. 121. ff. de verb. ſignif. l. 9. ff. de vſur.* ſi modo ex ſtipulatione deberentur, niſi quibuſdam caſibus, vt in pecuniis nauticis argentariorum, & Ciuitatum, & in tritico, & ſimilibus ſpeciebus mutuo datis, in quibus etiam ex nudo pacto vſuræ præſtabantur *l. 11. Cod. de vſur.* & Cuiac. *in l. 1. hoc tit.* quod ius nunc totum abrogatum eſt, vt non vno loco diximus. † Et immeritò D. Augu- 7 ſtinus *in epiſt. ad Macedon.* conquereretur de legibus, quod vſuras ſolui iuberent, nec eſſet quo iudice repeterentur, ſi de eo quod intereſt accipiendæ eſſent, quod omnia iura, & omnes leges permittunt, vt aduerſus eundem Sotum notat Roderic. *d. lib. 3. quæſt. 4. num. 92.* & ſeparatur ab vſuris *l. 2. in fin. de eo quod cert. loc. l. vltim. de peric. & commod. rei vend. & aliis.*

Scio tamen quoſdam dicere legem & ſtatutum valere, 8 quo fingitur intereſſe creditoris poſt moram vſque ad certam quantitatem vt Bald. *in conſ. 166. num. 1. lib. 1.* qui reſpondit valere ſtatutum, quo fingitur intereſſe creditoris à die moræ ad rationem duorum ſolidorum pro qualibet libra, idque duobus argumentis probat. Primum eſt, quia conſtat intereſſe deberi *d. l. 2. in fin. ff. de eo quod cert. loc. l. ſummus, 3. de in lit. iuran.* & iudicem id æſtimare poſſe *l. vlt. ff. de præt. ſtipul. l. 2. C. de ſent. quæ pro eo,* ergo & lege id fieri poteſt, quia non minoris potentiæ eſt lex, quam miniſter legis.

Alterum

9 Alterum Baldi argumentum eſt, quia ſtatutum poteſt inducere fictionem ex cauſa, quæ ſit in mente ſtatuentium *l.1. ff. de poſtul.* ergo poteſt fingere, quod tantumdem creditoris interſit, & præſertim cum fictio eſt proxima veritati, cum communiter tantundem interſit. Hæc Baldus, ad quæ Cepollæ *in conſ.* 15. & aliorum argumenta ferè rediguntur.

10 Sed reſpondeo Principes, & poteſtates non poſſe fictionibus facere, vt licitè aliquid accedat ſorti in iis caſibus, in quibus reuera nihil creditoris intereſt, ſiquidem aduerſus ius diuinum, & naturale fingere non licet. Hoc enim eſſet lacerare, & circumuenire canones, quod permitti non debet, *l. 23. Cod. mandat. l.9. & 30. ff. de legib.* & ius diuinum cautionibus immutare, quod non licet *l. 6. ff. de admin. tut.* & tradunt Abbas, & Corn. *loc.cit.* † Et vt iniqua, & barbara eſſet lex, quæ in vniuerſum fingeret homicidia ad neceſſariam tutelam, & ad propulſandam vim facta eſſe, vt impunita manerent etiam, cùm per inſidias, & vim admiſſa
11 ſunt, ſiquidem contra naturam eſt, & iuri diuino contrarium alteri vim, & mortem inferre, vt docet Marcus Tullius *lib. 3. de offic.* ita prorſus iniqua eſt lex, quæ fingit ſeptem, vel decem annua creditoris intereſſe poſt moram, etiam cum verè nihil intereſt, vt impunè fœnerati liceat, quod etiam iure diuino, & naturali prohibitum eſt, vt probauimus *quæſt.* 2. quod iuris ciuilis ratio, ſeu fictio tollere non poteſt, cùm ſit immutabile §. *ſed naturalia. Inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuil. l.* 8. *ff. de cap. min.* & tradit Acat. *de*
12 *priuil. parent. & libert. priuil. 2. cap. 6. num.* 10. † Denique cùm lege Dei vſuræ prohibitæ ſint, & hoc iure conſtitutum ſit, ne quid vltra ſortem ex ſolo tempore tardæ ſolutionis capere liceat, vt oſtendimus *dict. quæſt.* 2. & 3. non poſſunt leges Principum, & ſtatuta ciuitatum legem diuinam euertere, & facere, vt quod lege Dei illicitum eſt, licitum videatur, quia vt inquit ipſemet Baldus *in auth. ad hac, num.*2. *Cod. de vſur* & poſt Bald. Ioan. Capiſtran. *lib. de vſur. n.* 83. lex Euangelica ſine dubio vincit legem Cæſaris: nec inferior legem ſuperioris tollere poteſt. Quod profectò hic fieret, ſi id quod verè illicitum, & nefarium eſt, cautionibus, & fictionibus quaſi licitum fieri poſſet.

13 Neque mouere debet, quod primo loco Baldus ait legem non minus quam Iudicem id quod intereſt, æſtimare poſſe, quia reſpondeo ei quod intereſt commune pretium ſtatui non poſſe, neque debere, quia eius iuſtitia pendet ex particulari conſideratione circunſtantiarum, vt rectè docet Malder. *d.dub* 15. conſtat enim id in facto conſiſtere *l.quatenus, de reg. iur.* & ea quæ facti ſunt nulla certa lege definiri poſſe, vt conſtat *ex l.3.§.eiuſdem, ff. de teſtib. l.34 de negot. geſt. & l.mora, 31. ff. de vſur.* quæ ait, *an mora facta intelligatur, neque conſtitutione vlla, neque iuris auctorum quæſtione decidi poſſe, cum ſit magis*
14 *facti quam iuris.* † Et congruenter huic rei Ariſt. lib. 1. Rhetor. cap. 4. *Ergo* inquit *prouidendum eſt, vt quam fieri poteſt pauciſſima auctoritati, & libidini magiſtratus credantur. Illud neceſſe eſt committere, vt videat, ita ſit, an non ſit facta, aut non facta ſit res futura an non futura. In his ſtandum eſt iudici, quia hæc ab his qui leges in ciuitate conſtituunt, prauideri, & definiri non poſſunt,* cuius loci meminit Anton. Gubert. *lib. de mor. cap.*5. *num.* 8. vbi etiam notant Marcum Tullium in Topicis referre Gallum Aquilium Iuriſconſultum, ſi quis ad eum quid tale retuliſſet, vt de facto quæreretur, dicere ſolitum fuiſſe, nihil hoc ad ius pertinere.

15 † Proinde æſtimatio eius quod intereſt veluti rei incertæ, & multis caſibus obnoxiæ, & quæ in facto conſiſtit, non ad legem, ſed ad iudicem pertinet, qui ex circunſtantiis cuiuſque negotij, & ex probationibus ſibi in iudicio factis, æſtimare poteſt quid, & quatenus cuiuſque interſit, vt præſcribit Iuſtinian. *in d. l.* 1. *Cod. de ſent. quæ pro eo*, & tractat Cuiac. *in hac l.col.*3. & Donell. *in l.4. C.de act. empt.* Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 87. & 90. & Malder. *loc. citat.* poteſt enim nihil intereſſe creditoris *l.13. ff.de re iudic.l.*112. *in fin. ff. de verb. obligat.* Poteſt quidem lex definire habendam eſſe rationem eius quod intereſt, vt *in d. l.2. in fin. de eo quod cert. loc. & aliis*, ſed non poteſt definire, quatenus in futurum huius, vel illius interſit, poteſt enim contingere, vt nihil interſit, vt dictum eſt. Quare quod ait Baldus legem non eſſe minoris potentiæ, quàm ſit miniſter legis, locum non habet in iis, quæ ſunt facti, & in facti diſceptatione conſiſtunt, quæ nulla certa lege definiri poſſunt.

Neque eſt contrarium, quod alibi diximus ex multorum 16
ſententia intereſſe lucri ceſſantis, licet incertum ſit, ab initio æſtimari poſſe arbitrio boni, & prudentis viri, quia id admiſimus non ſemper, & vbique, & promiſcuè fauore omnium, ſed cum cautione, & fauore huius, vel alterius creditoris, perpenſis rerum, & perſonarum circunſtantiis, & concurrentibus probationibus, vt bis tractatum eſt in magno Auditorio Rotæ inter quoſdam nobiles Genuenſ. *inter collect. Farin.dec.*331. & 372. *part.* 3. ad quas in hac materia confugiendum eſt, & ad ea, quæ noſtra tenuitas ſcripſit *q.*72. Alioqui conſtituere, vt omnibus creditoribus paſſim, & ſine delectu ſeptem, vel octo annua capere liceat, vltra ſortem nomine eius quod intereſt, nihil aliud eſt, quàm ſub honeſto nomine rem inhoneſtam, id eſt vſuras permittere, vt dictum eſt.

Ad alterum Baldi argumentum reſpondeo hac in re fictio- 17
nibus locum non eſſe, quia intereſſe debet eſſe verum, & ex veris cauſis, non imaginatium & fictum, vt oſtendi poteſt *ex d.l* 1.*C.de ſent. quæ pro eo,* quæ nominatim iubet, *vt id quod reuera inducitur damnum, hoc reddatur.* Vt enim non poſſunt contrahentes fingere, vt interſit, eum verè nihil intereſt, quia non eſt in poteſtate partium mutato nomine circumuenire diſpoſitionem legum, vt docet ipſe Baldus *in l. cum allegas. n.*10. & Salic. *n.*16. *C.de vſur.* vnde diximus multis locis hac in re non eſſe ſtandum aſſertionibus partium, ita ſtatuentes id facere non poſſunt, quia in iis caſibus, in quibus creditoris nihil intereſt, id quod accedit ſorti, & exigitur vltra ſortem, vſura eſt, quocunque nomine nuncupetur, vt ait D.Ambroſ. *in lib.de Tob.c.*14. Quamobrem hac in re non fictiones, ſed veritatem ſequi debemus, fictio enim non ſaluat conſcientiam ſed veritas. Et meritò Malder. *loc.cit.* ſubiicit hanc clauſulam. *Videndum eſt ergo iis, qui eo modo vtuntur, vt tuti ſint, vtrum taxatum intereſſe intra limites veri, quod ipſi æſtimare per ſe potuiſſent, conſiſtat.*

Ex his in dubium reuocari poteſt ſtatutum, quod quibuſ- 18
dam locis receptum eſt, vt Florentiæ, quo cauetur, vt creditor miſſus in poſſeſſionem bonorum ſui debitoris lucretur fructus ad rationem quinque pro ſingulis centenis: quod tamen probarunt Bald. *in l.acceptam, n.*29. *C.de vſur.* Laurent. de Rodulph. Florent. *in lib.de vſur. p.*2.*q.*64. Alex. *n l.ſi finita, §.Iulianus, n* 105. *ff de damn. infect. & in conſ.*31. *n.*9. *lib.*6. Neguzant. *de pign. memb.* 2. *p.*3. *n.*6. Ioan. Bapt. Lup. *in d.* §.4. *in fin.* Mandoſ. *de inhibit.q.*72. *n.*12. & Vgol. *de vſur.c.*5. *n.*5. & *c.*8. §.10. *verſ.ex his apparet,* qui mouentur, quia ſtatutum hoc non conſtituit propter lucrum creditoris, ſed propter moram non ſoluentium, in cuius odium, & pœnam potuit hoc diſponere: nam propter nimiam contumaciam hoc poteſt facere auctoritas ius dicentis *l.Fulcinius, §.vlt ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* Aliud verò eſſe ſi ſtatuta vſuras inducerent nulla interueniente mora, & propter lucrum creditoris, & ita accipiendos eſſe, qui contrarium tenent, vt Baldus *in auth. ad hac, n.*13. Angel. & Iaſ. & alij, quos refert Lup. *loc. cit.* † Et nihi- 19
lominus dicam huiuſmodi ſtatuta mihi non placere, quia certum eſt fructus ex pignore perceptos minuere ſortem *ex l. ſi dominium, C.de pign.l.*2. & *vlt.C.de pign. act. & c.*1. & 2. *de vſur.* idque fatentur omnes, & ipſe Lupus docuit *comm.*3. §.6. *n.*4. & nos diximus aliis auctoribus relatis *q.* 11. *n.* 1. inter quos Neguzant. *de pign. memb.*5. *p.*5. *n.*1. & Petr. Greg. *de vſur. lib.*2. *c.* 9. *n.* 1. & 2. vbi huius rei varias rationes adfert, & hanc præſertim, quæ omnibus probata eſt, quia vſura eſt, quicquid accedit ſorti. † Quod etiam in pignore prætorio rece- 20
ptum eſt, vt conſtat *ex l.Titia, ff. de ſolut. l.ſi is qui, §.* 1. *ff. de pign.* & tradit Bart. *in d.l.ſi is qui, §.* 1. *n.*1. Neguz. *loc. cit. n.*4. Lupus *in d.* §. 6. *num.* 9. & Trentacinq. *var. lib.*3. *tit. de pign. & hypoth. reſ.*2. *n.*7. vbi totum Neguzantium deſcripſit, & notat Gothofr. *ad l.Titia. de ſolut.* & in terminis ſtatuti Florentini Sfort. Odd. *conſ.*75. *n.*3. & 4. Quare cum vſura ſit fructus ex pignore etiam prætorio percipere, nec referre in ſortem, conſequens eſt huiuſmodi ſtatuta, quibus hoc permittitur, illicita eſſe, neque excuſare creditores, ſi quid vltra ſortem recipiant, cum nihil eorum intereſt.

Neque

21 Neque mouet, quod ſtatutum id non inducat propter lu-
crum creditorum, ſed in pœnam, & propter moram debi-
torum non ſoluentium, vt dicebat Lup. *loc. cit.* quia non id-
eo minus huiuſmodi lucrum vſura eſt, quod propter moram
infligatur *l. lecta, ff. ſi cert. pet. lib.17. §. ſi pupillo, in fin. ff. de
vſur. l. cum allegas, C. eod.* vt etiam perceptio fructuum non
deſinit eſſe lucrum, quod propter contumaciam partis de-
cernatur, *d. l. Fulcinius, in fin.* illis verbis, *vt lucro eius ce-
dat.* Non enim mora, & contumacia debitoris tollit ratio-
22 nem vſuræ. † Quod ex eo patet, quia conſtat ſolam mo-
ram non ſufficere, vt quid vltra ſortem capere liceat, vt dixi
quam ſæpiſſime, & præſertim *q. 46. n.12.* & in ſpecie notat
Chriſtoph. Matt. Medic *inter dec. Senenſ. exam. 54. n.13.* & in
re ferè ſimili Rota in quadam Romana nullitatis obligatio-
nis anno 1616. *inter recentiſſ. deciſ 325. num. 4. in fin. part. 2.*
vbi Rota cenſuit diligentiam creditoris etiam in iudicio ad-
hibitam, vt ſortem conſequatur, non ſufficere ad ſuſtinen-
dum pactum, vt quid vltra ſortem exigere poſſit, ſed tantum
obligare debitorem ad præſtationem eius quod intereſt,
23 quod tamen probetur legitimis modis. † Præterea conſtat
ad pignus prætorium ex primo decreto non perueniri niſi
propter moram, & contumaciam debitoris, vt docet ipſe
Neguzant. *eod. 2. membr. 3. part. n. 1.* & tamen id non excu-
ſat miſſum in poſſeſſionem, quin fructus perceptos teneatur
imputare in ſortem, non minus quam ſi ex conuentione pi-
gnus poſſideret, & perciperet fructus, vt dictum eſt, & tra-
dit etiam Aſin. *de execut. § 7. cap. 123. num. 1.* vſura enim eſt,
quicquid accedit ſorti, vt diximus: quod ſtatutum, vel con-
ſuetudo tollere non poteſt. Denique huc eſt argumentum
Donelli, & aliorum, qui hac ratione nituntur probare vſuras
ſaltem poſt moram licitas eſſe, quod à nobis profligatum
eſt *quæſt. 3. n. 9. & 10. & quæſt. 4. n. 35. & 36.*
24 Nec obſtat *l. Fulcinius, in fin. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.*
quia ibi agitur de eo, qui petitionem hæreditatis inſtituit ad-
uerſus poſſeſſorem eius, quo latitante, & ſui copiam non fa-
ciente fraudandi, & fruſtrandi, auctoris cauſa conſtitutum
eſt actorem in poſſeſſionẽ rerum hæreditariarum immitten-
dum eſſe, & fructus percipere, quod ab omni fœnoris ſuſpi-
cione alienum eſt: neque pertinet ad creditorem, qui ſine ex
pacto, ſiue ex auctoritate iudicis pignus poſſideat, tenetur
fructus ſorti imputare, vt dictum eſt; & docet Salicet. *in
auth. & qui iurat. n. 40. C. de bon. auct. iudic. poſſid.* vbi ait ſal-
tem hodie, quia vſuræ prohibitæ ſunt, iudicem facere non
poſſe, vt creditor fructus pignoris faciat ſuos.
Ex quibus magis probo Bartoli ſententiam *in d. §. Iulia-
nus, n. 50.* huiuſmodi ſtatuta, & conſuetudines non valere.
Nam, & Bartoli doctrinam ſecutus eſt Card. Mantic. *de tac.
25 & ambig. lib. 11. tit. 8. n. 24.* † & Vgolin. *in d. cap. 5. n. 5.* licet
dicat huiuſmodi ſtatuta valere, ſubiicit tamen, dummodo
pro intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, quod cre-
ditores re vera patiantur, vel ſi in pœnam id conſtitutum ſit,
ſeruatis tamen iis, quæ de intereſſe, & pœna docuit *eod.
lib.* & licitè exigi poſſit, quod perinde eſt, ac ſi dicere huiuſ-
modi ſtatutum inutile eſſe, neque ſuffragari creditori. Quid
enim opus eſt id ſtatuere, cùm etiam ſubducto ſtatuto fru-
ctus pignoris non minuant ſortem, ſi vere creditoris inter-
eſt, ſibi moram non fieri, vt diximus aliis locis, & docet
Card. Mantic. *loc. cit. n. 22.*
Et quod attinet ad pœnam, proximè dictum eſt non deſi-
nere eſſe vſuram, quod propter moram non ſoluentium in-
fligatur, cum creſcat ratione ſortis, & temporis, quod eſt
proprium vſurarum, & natura fœnoris, vt tractatum eſt *in d.
q. 3. n. 20. & q. 38. n. 9.* & in terminis decidit Bald. *in d. l. cum
allegas, in fin.* vbi hac de re diſſerens ſic ait, *aut loquimur in
pœna legali, vel ſtatutaria, quæ imponitur non ſoluentibus: &
idem dico, quod id in pœna teſtamentaria, vt ſine denumeratione
temporis valeat, ſecus ſi ſit annua, vel menſtrua: quia tunc ſtatu-
tum permittit vſuras ex forma ſui, quod eſt impoſſibile*, & dein-
de ſi in percipiendis his fructibus, quos ſtatutum creditori-
bus permittit in pœnam non ſoluentium, cautiones illæ
concurrere debent, quas Theologi ſeruandas eſſe monent,
& ipſe Vgolin. *in d. cap. 8. §. vlt.* huiuſmodi ſtatutum, neque
lites dirimit, neque conſcientias ſedat, ſed illaqueat, & in-
uoluit. Statutum enim omnibus ſemper, & omni tempore
huiuſmodi lucrum admittit: cautiones verò illæ, non ſem-
per, & cum omnibus concurrunt. † Et proinde longe tutius, 26
& conſultiùs eſt creditores curare, vt pignora ſibi in ſolu-
tum dentur vſque ad eam quantitatem, quæ debetur. Hoc
enim caſu, cum dominium in creditorem transferatur, *l. 1.
& 2. C. ſi in cauſ. iudic. l. a D. Pio, § ſi pignora, ff. de re iudic. &
l. vlt. C. de iur. domin. impetr.* conſequens etiam eſt, illius fructus
eſſe, qui vt ſæpius dixi, dominium ſequuntur *l. qui ſcit. ff. de
vſur. l. pen. §. 1 ff de except. rei iudic.* & docet Surd. *in dec. 294. n. 4.
& 5.* & Card. Mantic. *loc. cit. n. 18.* & nos diximus aliis aucto-
ribus relatis *q. 40. n. 4. & 51.* quibus accedit Aſinius *in tract. de
execut. § 4. cap. 15. n. 3. & 4.* vbi notat hoc idem ius conſequi
eum, qui ex ſecundo decreto in poſſeſſionem mittitur.
Sanè ſi ex eo, quod aliud pro alio creditori inuito ſolui- 27
tur, conſtitutione, vel ſtatuto rerum æſtimatio minuatur fa-
uore creditoris, huiuſmodi ſtatutum valere dicendum eſt.
Neque enim hic vltra ſortem quidquam exigitur ratione
temporis, ſed pro eo quod intereſt creditoris, quod cogatur
pro pecunia debita agros, & domos, & alia prædia in ſolu-
tum accipere, & vt creditor, qui in vno grauatur, in alio rele-
uetur; vt ait gloſ. *in nouell. 120. de alien. & emphyt c. 6. § ſi verò
prædictum.* Theſaur. *dec 153. n. 9.* Nam etiam ceſſante ſtatuto,
hæc conuentio inter creditorem, & debitorem licita eſt, &
ſuſtinetur, vt cenſuit Surd. *in dec. 259* vbi *in fin.* ait propterea
quibuſdam locis extare ſtatuta, quibus fauore creditoris bo-
norum æſtimatio minuitur in tertia parte, quale ſtatutum
Romæ & Mediolani eſſe memini me legiſſe: & nos hoc iure
vtimur ex noua conſtitutione *de forma, & ordin. ſeruand. in
ſubhaſtat. bon. ſtabil.* cuius meminit Theſaur. *loc. cit.*
Nunc opportune quæritur, an valeat ſtatutum, vt ſi debitor 28
ſua die non ſoluerit, ſtetur iuramento creditoris pro eo quod
eius intereſt, ſibi moram fieri, & Plut. *in d. § 11. n. 32.* putat
huiuſmodi ſtatutum non valere, neque ex eo agi, vel iocari
poſſe *ex d. clem. de vſur.* & hanc eſſe communem opinionem
ex Iaſon. *in d. § fuerat, n. 19. Inſtit. de act.* & aliis.
Mihi videtur id ſtatuto vel lege licitè ſanciri poſſe. Primò
ex l. nummos, ff. de in lit. iuran. illis verbis, *niſi forte de eo quis
iuret, quod ſua interſuit, nummos ſibi ſua die redditos fuiſſe*,
quam nemo dixerit correctam eſſe. Secundo *ex l ſi quando, C.
vnde vi*, & aliis, quibus conſtitutum eſt vt circa æſtimatio-
nem damni illati ſtetur iuramento eius, cui vis facta eſt.
Denique, quia inter creditorem, & debitorem ita conuenire
licet, vt docet ipſe Plut *eod. lib. § 48. num. 1.* & tractatum
eſt *quæſt. 77.* vbi diximus hanc communem eſſe ſententiam,
ergo etiam legis, & ſtatuti auctoritate permitti poteſt.
† Hoc enim argumenti genus validum eſt *ex l. vlt. C. de fide- 29
iuſſ. ſi enim*, inquit Iuſtinianus, *pactis conuentis hoc fieri con-
ceditur, & in vſu quotidiano ſemper hoc verſari aſpicimus, qua-
re non ipſa legis auctoritate hoc permittitur:* ex quibus hoc ar-
gumenti genus, id eſt à pacto ad ſtatutum probarunt Bart.
Bald. & alij *in d. l. vlt. & gloſ. in rubr. C. de decret. decur.* & in
ſpecie Euerard. in ſuis locis argument. *loc. 120. n. 1. & 6.* &
Surd. *in lib. de alim. tit. 1. q. 42. n. 29.* Gratian. *diſcept. c. 404. n. 16.*
& in ſpecie Matt. Giurba *ad conſuet. Meſſanenſ. cap. 2. gloſ. 2.
part. 2. n. 3. & 4.* & ſentire videtur Caroc. *de iuram. quæſt. 4.
n. 10.* dum ait recipere probationem in contrarium.
Nec obſtat *d. clem. 1. de vſur.* quia tantum iubet ſtatuta, 30
quibus vſurarum exactio permittitur, vel earum repetitio
impeditur, delenda eſſe, & ne, in poſterum talia ſtatuta
condantur, néve iudices ſecundum ea ius dicant, ſub pœnis
in hac conſtitutione comprehenſis: non autem vetat ſta-
tuta, quibus cauetur, vt poſt moram ſtetur iuramento
creditoris de eo quod ſua intereſt ſibi moram factam non
fuiſſe: vt enim huiuſmodi conuentionem non prohibet, ita
nec ſtatutum, quod nihil aliud eſt, quam tacita conuentio
inter ciues *l. 1. & 2. ff. de legib.* vbi lex dicitur communis
ſponſio ciuitatis.
Sanè quia ſtatuta patiuntur interpretationem à iure com- 31
muni, vt indicat *l. vt gradatim, §. & ſi lege, ff. de mun. &
hon. & l. 2. ff. de noxalib. l. quamuis, ff. de in ius vocan.* Surd.
in conſ. 4. num. 49. vbi notat hoc paſſim Doctores dicere,
& Gratian. *loc. cit. n. 12.* puto huiuſmodi ſtatutum, vt ſtetur
iuramento creditoris de eo quod ſua intereſt poſt moram,
eaſdem exceptiones, & declarationes admittere, quas con-

Digitized by Google

uentionem hanc recipere diximus *in dicta quæſt.* 77. Quare poterit Iudex, ſi immodicè iuratum ſit, vel moderari, vel non ſequi iuramentum creditoris *ex l. 4. §. deferre, de iureiur. in lit.* & præſertim ſi fœnus exercere ſolitus ſit, & notæ auaritiæ: admittétque probationem in contrarium, vt in ſpecie docent Bald. Salic. Marſil. Cotta, & alij, quos ſecutus eſt ipſe Ploc. *d. lib. de in lit. iuran. §.* 49. *num.* 22. qui proin-
32 de hac in re ſibi ipſi pugnare videtur, † tametſi quod vulgò dicitur pactum huiuſmodi non tranſire ad hæredes ex *leg.* 26. *ff. de pact.* vbi Vlpianus ait perſonalia pacta ad hæredes non pertinere, & docent Seraphin. Maſtrill. Caſtraean. & alij, quos retuli *d. quæſt.* 76. *num.* 7. & 8. quia non cenſetur fides, & probitas hæredis approbata, qui plerunque ignotus eſt ei, qui cum defuncto contrahit, non exiſtimem ad ſtatutum porrigendum eſſe, quia leges eum omnibus, vna, & eadem voce loquuntur, vt inquit Cicero *lib.* 2. *de offic.* & ius omnibus vnum eſt, vt *in orat. pro Cæcinn.* neque magis reſpicit perſonam vnius, quàm alterius, defuncti, quàm hæredis: ſed omnes vno ordine habet, dummodo cætera ſint paria. Quamobrem poterit hæres ſtatuti beneficio vti, & iurare de eo quod ſua intereſt, ſibi pe-
33 cuniam ſuo tempore ſolutam fuiſſe. † Quod confirmatur ex eo quod in omni iuramento delato à lege vel ſtatuto pleriq; exiſtimarunt facultatem iurandi tranſire ad hæredes, vt Iaſon *in l. ſi quando n.* 51. *C. vnde vi.* Rumao. & Alex. *in d. §. hoc iudicium*, idem Roman. *in conſ* 290. *num.* 4. & 5. Decius, & Zaſios, & alij apud Tiraquell. *de retract. conſang. §.* 2. *gloſſ.* 4. *num* 3. & 7. qui deinde ſubiicit id accipiendum eſſe, dummodo hæres rei conſcius ſit, & veritatem negotij nouerit, de quo diſceptatur. Neque enim Iudex permittere debet quempiam inceps periurium ſubire *l. videamus, in princ. ff. de in lit. iuran.*

34 Nunc quærendum eſt de ſtatutis, quibus vſuræ dotis ad rationem ſex vel ſeptem annua, aut alterius quantitatis decernuntur pro centenis ſingulis, & quia ſæpe ad veritatem indagandam profuit diſtinguere tempora, vnde Ouid. eleganter,

Iudicis officium eſt, vt res, ita tempora rerum.
Quærere, quæſtio tempore tutus erit.

Operæpretium eſt in hac quæſtione quatuor tempore, totidemque ſpecies diſtinguere.

35 Primum tempus eſt, quod matrimonium, & nuptias præcedit, in hac ſpecie ſi quærimus, an valeat ſtatutum, quod iubet, vt mulieri annua ſex, vel quinque præſtentur pro centenis ſingulis, donec dos à patre illi legata ſoluatur, exiſtimo huiuſmodi ſtatutum valere. Quia licèt hæc dos non debeatur, antequam filia nubat, vel religionem ingrediatur, vel ſaltem ſit nubilis ætatis, vt ait Alexand. *in conſ.* 48. *n.* 4. *lib.* 3. tamen quia interim à fratribus, vel hæredibus patris alenda eſt, qui etiam hæreditate fruuntur, & fructus percipiunt *l. qui filiam, ff. vbi pupill.* Alex. *d. conſ.* 48. *num.* 4. vbi ait hæc alimenta iure ſanguinis, & naturæ deberi Menoch. *conſ.* 81. *n.* 67. & aliis citatis. Surd. *in lib. de alim. tit* 1. *q.* 26. *num.* 1. & *tit.* 4. *quæſt.* 10. *n* 4. vbi ait alimenta conſtituenda eſſe ſecundùm quantitatem dotis, conſequens eſt valere ſtatutum, quo ſex vel quinque annua filiæ interim decernuntur, vnde ſe alere poſſit. Hæc enim annua præſtatio, dummodo decentem alimentorum modum non excedat, à ratione fœnoris remota eſt, quæ etiam ſuſtineri poteſt ex æquitate *l. curabit, C. de act. empt.*

36 Secundùm tempus eſt conſtantis matrimonij. Et in hac ſpecie exploratum eſt licitum eſſe ſtatutum, vt dum dos marito non ſoluitur, debitor dotis ſex vel ſeptem annua pro quolibet centeno præſtet ad ſuſtinenda onera matrimonij, non quidem ratione lucri ceſſantis, vt quidam perperam ſcribunt id enim in quocumque creditore admittendum eſſe: ſed quia id iuſtum pretium videri poteſt pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, vt comperi docuiſſe Alex. *in d. conſ.* 31. *n.* 7. *lib.* 4. Nauarr. *in comment. de vſur num.* 68. Molin *de contract. diſp.* 321. *in fin.* Salas *in lib. de vſur. dub.* 29. *n.* 15. Rodetic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 60. Surd. *in d. tit.* 1. *quæſt.* 42. *n.* 27. Gratian. *cap.* 244 *n.* 51. & Vgolin. *de vſur. cap.* 3. §. 5.
37 † Nam & hæc conuentio inter virum, & promiſſorem dotis recepta eſt *ex c. ſalubriter, de vſur. l.* 2. *C. de dot. promiſſ. l.* 4. & ta. 5. t. *ff. de pact. dotal.* & *l.* 21. *§. vlt. de donat. inter vir. & vxor.* & docent inter alios Couarr. *variar. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 3. Molin. *in d. diſp.* 321. *n.* 8. Rebell. *de oblig. iuſtit. part.* 2. *lib.* 1. *q.* 10. *n.* 14. & 15. & *lib.* 8. *quæſt.* 12. *n.* 2. & 7. & alij tum Theologi, tum Iuriſperiti, quos recenſui *in d. quæſt.* 28. *n.* 41. vbi etiam dixi hanc ſententiam in foro receptiſſimam eſſe.

Declaratur tamen hæc ſpecies, vt obtineat, maritus onera matrimonij ſuſtinet, & quandiu vxorem alit. Alioqui ceſſantibus oneribus non erit locus ſtatuto; vt reſpondit Ioan. Andr. Alfer. *conſ.* 33. & cenſuit Borgnin. *dec.* 24. *n.* 23. *part.* 2. & oſtendi poteſt *ex l.* 69. *§. in domum, ff. de iur. dot. l.* 17. *ff. de dol. mal. except.* & *l. inſulam, §. vſuras, ff. ſol. matrim.* vbi Duarenus notat vſurarum dotalium ſtipulationi hanc conditionem ineſſe, ſi vir vxorem aluerit, vt etiam ſcripſimus *in d. quæſt.* 28. *n.* 58. 38

Declaratur ſecundo, vt ceſſet ſtatutum pro eo tempore, quo data eſt dilatio ad ſoluendam dotem. Hoc enim tempus totum immune eſt ab vſuris. Nam licèt ius petendi vſuras dotales competat marito ex diſpoſitione canonum, & legum, dum vxorem alit, & fert onera matrimonij, vt dixi *ex d. c. ſalubriter,* & *l.* 4. & 12. *de pact. dotal.* & *aliis*: & propterea non facilè cenſeatur hoc ius remittere voluiſſe: tamen ſi data eſt dilatio ad ſoluendam dotem nulla conuentione addita de vſuris, & alimentis interim præſtandis, certum eſt petitioni vſurarum locum non eſſe, vt docet Surd. *in d. q.* 42. *n.* 50. & 53. & docent Socin. ſen. *conſ.* 130 *num.* 3. *lib.* 4. Ploc. *de in lit. iuran.* §. 11. *num.* 24. Matt. Medic. *dec.* 14. *num.* 44 & ex Theologis Molin. *in d. diſp.* 321. *n.* 14. & Salas *loc. cit. n.* 12. & in terminis ſtatuti vrbis Romæ Sigiſmund. Scacc. *de commerc.* §. 1 *quæſt.* 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *num.* 176. videtur enim huius rei habita ratio in conſtitutione dotis, vel maritus vſuras iſtius temporis liberaliter remiſiſſe, vt etiam tractatum eſt *in d. q.* 28. *n.* 17. 39

Tertium tempus eſt annus à die ſoluti matrimonij. Et tunc ſi quærimus an valeat ſtatutum, quo per id tempus vſuræ dotis infliguntur, intereſt an morte mulieris, vel viri matrimonium dirimatur. Nam ſi morte mulieris matrimonium ſolutum eſt, conſtat marito vſuras dotis non deberi, quia ceſſant onera matrimonij, propter quæ vſuras, & fructus dotis capere permiſſum eſt *d. c. ſalubriter,* & aliis locis, & proinde iniqua eſſet lex quæ dirempto matrimonio morte mulieris vſuras dotis marito decerneret, quia hæc præſtatio nullam iuſtam cauſam antecedentem habet, in quam compenſari poſſit, ideóque ſtatutum in effectu vſuras permitteret, quod non licet. † Niſi ex eo matrimonio ſuperſint liberi, quia tunc non omnino ceſſant onera præcedentis matrimonij. vt multi tradunt apud Gratian. *in append. cap.* 227. & Duard. *ad proœmium conſtitut. D. Pij V. de cenſib. quæſt* 24. *numer.* 14. quos ſecutus ſum *quæſt.* 30. *numer.* 19. & 25. vnde cum marito extantibus liberis vſuræ dotis debeantur, vt onus filiorum ſuſtinere poſſit ſecundum noſtram ſententiam, conſequens eſt id ſtatuti auctoritate permitti poſſe. 40 41

Sed ſi morte viri matrimonium ſolutum ſit, inter omnes conuenit valere ſtatutum, vt durante anno luctus, intra quem ceſſat dotis in pecunia conſiſtentis exactio *l.* 1. *§. exactio, C. de rei vxor. act.* viduæ certa annua quantitas præſtetur, veluti quinque aut ſex pro quolibet centenario. Nam & hoc tempore ab hæredibus viri alenda eſt, qui dotem habent. Ita ſentiunt Abbas *in d. cap. ſalubriter, num.* 6. & Ambroſ. de Vignat *eod. loc. num.* 19. Alexand. *in d. conſ.* 31. *num.* 8. Surdus *d. titul.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 33. & Vgolin. *de vſur. cap.* 3. §. 7. *num.* 7. & proinde licitè conſtitui poteſt, vt loco alimentorum interim annua quantitas ſecundum quantitatem dotis mulieri præſtetur, ex qua ſe ſuoſque alere poſſit. Quod genus ſtatuti in hac ſpecie mihi valde placet, ne cogantur viduæ in domibus hæredum viuere, à quibus male haberi ſolent: atque etiam quia plerunque ibi aliæ mulieres habitant, inter quas impoſſibile fere eſt, vt non ſint altercationes, & iurgia. † Denique quia interdum non poſſunt viduæ honeſtè cum hæredibus morari, quo caſu certum eſt illis extra domum alimenta præſtari oportere *l. Gaio.* 13. *in fin. de alim.* & *cibar. leg.* Gomez. *ad l.* 50 *Taur. num* 48. & idem Surd. *in d. lib. de alim. titul.* 4 *quæſt.* 14. *num.* 24 Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.* 130. *num.* 12. & Borgnin. *de vſufr. mulier.* 42 43

mulier. relict. num. 138. *part.* 2. quæ cauſa apud iudicem examinabitur.

44 Nunc ſupereſt, vt videamus, an valeant ſtatuta, quibus poſt annum luctus, quod in hac quæſtione vltimum tempus eſt, viduæ ſex vel ſeptem annua decernuntur, dum hæredes viri dotem retinent. Et hac in re magna pugna eſt inter iuris auctores, quidam enim exiſtimarunt valida eſſe, vt Baldus Iaſon, & alij apud Marium Giutbam *ad conſuetud. Meſſan. cap.*15. *gloſſ.*15. *n.* 36. qui innumeros ferè recenſet Anton. de Amat. *reſol.* 49. *n.* 86. *&* 98. quidam nec numero fortaſſe pauciores non valere, vt Abbas, & alij apud Theſaur. *dec.*43. *num.* 2. Barboſ. *in d. l.* 2. *in princ. num.* 43. *ſol. matrim.* Martium Medic. *inter dec. Senenſ. exam.* 54. *n.*6. Quidam verò cum huius rei definitionem difficilem eſſe comperiſſent, caſus licitos ab illicitis ſepararunt, & putant huiuſmodi ſtatuta in his caſibus valida eſſe, in quibus viduæ aliquid vltra ſortem capere licet: in caſibus verò, in quibus nihil ei debetur vltra ſortem, ſi ei permittatur ſeptem, vel octo, vel quid aliud plus, vel minus exigere ſtatuta non valere, neque ſeruanda eſſe. Ita Surdus *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 45. *n.* 25. Lup. *in d.* §. 4. *in fin.* Giutba *loc. cit.* Trentacinq. *d. tit. de iur. dot. cap.*6. *in fin.* Roderic. *in d. quæſt.*7. *num.* 60. Denique Anton. *loc. cit.* qui vt dixi auctorum primæ ſententiæ nomenclaturam facit, illos refert cum hac cautione, quatenus annuum illud lege permiſſum concurrit cum intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis: vel mulier non haberet, vnde ſe ale-
45 ret. † Quæ diſtinctio nos incertiores relinquit, neque difficultates, & ſcrupulos tollit: denique facit, vt inane prorſus, & inutile ſit ſtatutum, vt animaduertit Martius Medic. *loc. cit. num.* 8. *verſ. ſed talis diſtinctio*, cui etiam non placet doctrina Lupi *in d.* § 4. *in fin.* qui ſcripſit ſtatuta huiuſmodi ſuſtinenda eſſe, ſi poſt moram infligunt vſuras: reiicienda verò ſi nulla facta mora mulieribus permittunt eas capere, quia inquit Martius, mora non ſufficit, vt quid vltra ſortem capere liceat, vt proximè diximus. Quamobrem vt ſe his difficultatibus expliceet *num.* 13. *& ſeq.* ait nunc diſputationem hanc omnino ſuperuacuam eſſe, quia cum Romæ, Bononiæ, Florentiæ, & in aliis inſignibus vrbibus Italiæ huiuſmodi ſtatuta vigeant, nefas eſt illorum vali-
46 ditatem in dubium reuocare. † Et ſanè Romæ quam *legum & armorum parentem* Claudianus, & Ammianus *virtutum omnium larem* dixit, & nunc fidei, & pietatis, & verè Religionis ſedem, & domicilium dicere poſſumus, tale ſtatutum receptum eſſe memorant Pontan. *in lib. de alim. cap.* 15. *n.*7. Mareſcot. *lib.* 2. *cap.*83. Gratian. *d. cap.*244. *num.* 45. & alij paſſim. Quæ tamen ratio explicandæ difficultatis non placet his, qui licitum ab illicito ſecernere debent Vlpiano teſte *in l.*1. *ff. de inſtit. & iur.* vnde mihi videtur ſeparatione duorum caſuum hæc quæſtio decidi poſſe.

47 Primus eſt, cùm ſtatutum, dum differtur ſolutio dotis, concedit viduæ vt octo, vel decem, vel aliquid quidpiam annuum pro ſingulis centenis exigere poſſit ab hæredibus viri, pro eo quod intereſt vel in lucro, vel in damno, quaſi fingat, vel præſumat tantumdem mulieris intereſſe, illudque tanti æſtimet ad tollendas lites: & hoc caſu licet quidam etiam Theologi exiſtiment huiuſmodi ſtatutum validum eſſe apud Salas *d. dub.* 30. *num.* 10. ego puto non valere, & reiiciendum eſſe, quia cum intereſſe ratione lucri, vel damni incertum, & varium ſit, nec poſſit eius quantitas certa lege, vel modo definiri, vt dixi ex Ariſtoſt. *& l.* 31. *ff. de vſur.* & aliis *num.* 13. *&* 14. & ſæpè euenit, vt minus, vel nihil interſit *d. l.*13. *ff. de re iudic. & l.* 112. *in fin. de verb. oblig.* conſequens eſt ſtatutum iniquum eſſe, quo promiſcuè, & ſemper omnibus mulieribus permittitur aliquid vltra ſortem capere ſub nomine intereſſe, etiam cum eorum nihil intereſt. Etenim ſtatutum hoc reuera, & vt loquitur Baldus *in d. l. cum allegas, in fin.* ex forma permittit vſuras, quæ nulla lege, vel conſtitutione licitæ fieri poſſunt, qua ratione potiſſimum hæc ſtatuta reprobat Barboſ. *loc. cit.* Deniquè ſi huiuſmodi ſtatuta ex eo ſuſtineantur, quod communiter lucrum ceſſet, & damnum emergat, vt inquit Salic *loc. cit.* conſequens eſt id fauore omnium creditorum conſtitui poſſe, & præſertim eorum, qui merces comparare ſolent, quibus non minus quam mulieribus, imò multò certiùs intereſſe debetur *l.* 2. §. *vlt. de eo quod cert. loc.* quod nemo dixerit, alioqui fruſtra leges ciuiles abrogatæ ſunt, ex quibus vſuras ſtipulari, & capere licuit: & publicè vtilius eſſet earum exactionem permittere intra modum à Iuſtiniano præſcriptum *in l. eos, C. de vſur.* quod Molinæus velit, & alij, qui vſuras licitas eſſe contendunt, quorum opinio meritò exploſa eſt, & à nobis initio operis profligata.

Alius caſus eſt, cùm ſtatutum, dum differtur dotis ſolutio 48
& donec ab hæredibus viri reſtituatur, certam annuam quantitatem mulieri decernit vltra dotem loco alimentorum, & quæ modum alimentorum non excedat veluti quatuor, vel quinque pro centenario. Et hoc caſu puto ſtatutum recipiendum eſſe. Nam cum onus alendi mulierem cohæreat doti, quandiu non ſoluitur, ſecundùm eam ſententiam quam ſequutus ſum *in d. quæſt.*30. *n.*41. ideoque mulier ab hæredibus viri alenda ſit etiam poſt annum luctus, quandiù retinent dotem, vt ſenſit Mynſinger. *cent.*1. *obſer.* 64. *n.* 2. vbi refert ita fauore cuiuſdam viduæ fuiſſe iudicatum, & Theſaur. *in dict. dec.*43. *n.*4. & alij, quos retuli *eod. loc.* vt valida eſt conuentio inter viduam, & hæredes viri etiam exacto anno luctus, vt donec dos reddatur, certa annua quantitas ei præſtetur, vnde ſe alere poſſit, & quæ ad decentem eius exhibitionem ſufficiat, vt dixi *eod. loc. n.*48. *&* 49. & docet Roderic. *d. quæſt.*7. *n.* 56. & aliis Theologis relatis Salas *in d. dub.*30. *n.*9. ita valet ſtatutum quo id permittitur, vt reſpondit Paul. de Caſtr. *in conſ.*53. *n.* 3. *lib.* 3. vbi ait huiuſmodi ſtatuta habere ſummam æquitatem ne viduæ fame pereant propter moram hæredis. Quod etiam ſenſit Ambroſ. de Vign. *loc. cit. n.*19. Afflict. *in dec.* 284. *in princ.* & Lupus *in d.* §. 4. *in fin. verſ. & in eo caſu etiam.* Sfort. Odd. *loc. cit. n.*4. & ita puto accipiendos eſſe auctores, quos longa ſerie recenſet Anton. *in d. reſp.* 49. *n.*86. *&* 98. & Salas *loc. cit. n.*10. & Giutba *in d. gloſſ.*15. *n.*36. dum ferè omnes ſupponunt interim viduæ alimenta deberi. Et ad hoc ius alimentorum reſpexiſſe, qui Romæ, aliiſque locis talia ſtatuta condiderunt. Et hac facili, vera, vt opinor ratione conciliantur diſſidentes auctorum ſententiæ, qui nimis excurrere videntur.

Et hac ratione id eſt, ob alimentorum cauſam hoc ſtatu- 49
to retento declaratur, vt non habeat locum, quando vidua in domo hæredum morata eſt, ab eis alimenta habuit, & alia quæ ad victum ſunt neceſſaria. Hoc enim caſu videtur beneficio ſtatuti renunciaſſe, & his alimentis contenta fuiſſe. Alioqui ſi ad hanc quoque ſpeciem ſtatutum porrigeretur, iniquum eſſet, & contra bonam fidem, quæ non patitur quempiam eiuſdem rei duplicem compenſationem accipere *l. bona fides, de reg. iur. l.*51. *in fin. de re iud.* quæ ait *improbum eſſe eum, qui velit iterum conſequi, quod accepit*, & ita reſpondit Sfort. Odd. *in d. conſ.*75. *n.* 5. *verſ. ergo ex prædictis, & ſeq.*

Præterea videtur huiuſmodi ſtatutum non ſimpliciter re- 50
cipiendum eſſe, ſed eo tantùm caſu, quo mulier inops eſt, nec habet aliunde, vnde viuere poſſit. Nam cùm hoc tantum caſu poſt annum luctus alimenta mulieri debeantur, ſecundum noſtrorum auctorum receptam ſententiam, quam ſequuntur Afflict. *in dec.* 284. *n.* 2. & Vrſill. *ad eund. num.* 6. Theſaur. *in d. dec.* 43. *num.* 5. & Theſaur. filius *ad eund.* Surd. *de alim. tit.*1. *quæſt.*45. *n.*26. *& conſ.*269. *n.*21. *&* 22. & alij apud Anton. *loc. cit. n.*92. Martius Medic. *in d. exam.*54. *n.*37. Præſes Bellon. *in conſ.*47. *n.*1. *&* 2. & Rot. *inter recentiſſ. dec.* 59. *n.* 2. *&* 3. in quadam Romana fructuum dotis, vbi dicitur Rota ad effectum, vt vidua ſoluto matrimonio fructus dotis, ſeu alimenta conſequatur, duo poſtulare nimirum, vt non habeat aliunde, & diligentiam adhibuerit in repetenda dote, quod etiam notat Mareſcot. *lib.*2. *c.*89. *n.*48. dicendum videtur ſtatutum huiuſmodi hanc declarationem pati, vt eo tantum caſu locum habeat, cum mulier inops eſt, & aliunde ſe ipſam alere non poteſt, vt Caſtrenſ. Bero, & Bertazol. cenſuit Borgnin. *in d. dec.*24. *n.* 22. vbi refert ita fuiſſe iudicatum: quod etiam videtur ſentire Sfort. Odd. *d. conſ.* 75. *n.* 5. & Anton. *loc. cit. num.*98. *in princ.*

Verùm quia verius eſt, & congruentius naturæ dotis, vt hæredes qui dotem habent, mulierem alant etiam diuitem, tum quia dotibus onus alendi viduam annexum eſt, vt inquit Surd. *in d. quæſt.* 44. *n.* 16. atque etiam quia vir recepta dote tenetur vxorem alere, etiamſi aliunde habeat, vnde ſe alere

poſſit,

poſſit, & abſurdum eſt heredes viri, qui in bona defuncti ſuccedunt, in eius onera non ſuccedere; denique quia obligatio alendi vxorem non deſcendit ex officio iudicis, ſed ex dote & contractu doris, vt dixi *in d.q.*30. *n.*34. *&* 35. *& n.*41. vbi Guidonis de Suzar. ſententiam ſecutus ſum, & oſtendi eius argumenta non ſatis refelli à Surdo *loc. cit.* ideo puro ſtatuto locum eſſe, licet mulier habeat aliunde, vnde ſe exhibere poſſit abſurdum enim eſt hæredes melioris conditionis eſſe, quàm vir eſſet, qui vxorem alere tenebatur propter dotem, etiamſi aliunde haberet, vnde viueret, & eius mores, & ineptias ſuſtinere. Atque hæc congruenter meæ ſententiæ, ſecundùm quam iudicatum refert Theſaur. *loc. cit. n.* 5. & doctiſſimus Anton. Faber. *def.*11. *tit. de rei vxor. act.*

51 Quod ſi placet aliam ſequi, nec enim nimis hac de re contendam, ſciendum eſt mulieres non niſi dotem habere præſumi, quæ ſcilicet earum patrimonium dicitur *l.*3. *§. ſed virum, ff. de minor.* neque præter dotem plerunque aliud mulieres habere relatum eſt *in l. aſſiduis, in princ. C. qui pot. in pign. habean.* & nôtat Cuiac. *in l* 3. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* & Neguzant. *de pign. membr.*2. *part.*3. *n.*17. quæ præſumptio transfert in aduerſam partem onus probandi contrarium, vt tradit Theſaur. *in d. dec.*43. *n.*5. vbi refert ſecundum hanc ſententiam Senatum iudicaſſe, quam ſecuti ſunt Trentac. *d. reſol.*6. *n.*4. *in fin* & Manent. *de contract. libell. quæſt.*1. *part.*5. *n.*38. vbi notat hæc præſertim obtinere in Italia, vbi paſſim ſunt ſtatuta, quæ filias doratas excludunt propter maſculos, vt in hac Ciuitate.

52 Sanè licet hæc ſtatuta non improbauerim, quæ certam annuam quantitatem mulieribus conſtituunt loco alimentorum, dum hæres dotem retinet, quia tamen eorum taxatio, & circunſtantiis perſonarum, & rerum pendet, & vix fit, vt certo modo æqua lance æſtimari poſſint, & proinde leges id iudicis arbitrio committant, vt *in l.*2. *&* 3. *ff. vbi pupill. educ. deb.* valde placet ſtatutum Genuæ non ſolum quod iubeat poſt annum luctus alimenta mulieribus præſtari ab hæredibus viri, qui dotem habent, quod congruit noſtræ ſententiæ: ſed etiam quia id arbitrio duorum proborum virorum relinquit, quibus non conuenientibus mandat iudici, vt ipſe vel tertium eligat; vel intellecta amborum relationem, modum alimentorum arbitretur, vt conſtat ex ſtatut. huius Sereniſſ. Reipublicæ *lib.*5. *cap.*8.

53 His adiiciam ſtatuta huiuſmodi, vbi recepta ſunt, non tantum obtinere, cum dos in pecunia numerata ſoluta eſt, ſed etiam cum in ſolutionem dotis res mobiles, vel immobiles æſtimatæ datæ ſunt. Neque enim cogitur mulier hæc bona in ſolutionem dotis accipere, quia aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt *l.*2. *§.*2. *ff. de reb. cred. l.*16. *C. de ſolut.* Theſaur. *dec.*153. *n.*1. Maur. *de ſolut. c.*7. & certum eſt maritum hoc caſu dominium earum rerum acquirere, & conſequenter debitorem vxoris fieri pecuniæ numeratæ, quandocunque caſus reſtitutionis euenerit *l. quoties, C. de iur. dot. l. ex conuentione, C. de pact. l. ſi prædium, C. de euict.* Ceph. *conſ.*351. *n.*31. & aliis citatis Menoch. *lib.*3. *præſcr.*74. *n.*3. *&* 4. & in hac ſpecie Rota, cuius auctoritas apud me maxima eſt *in dec.*413. *n.*2. *inter*
54 *recentiſſ. part.*1. † tametſi in hac ſpecie etiam ceſſante ſtatuto, vſuras ſeu fructus dotis viduæ ex alio capite præſtari æquum videatur. Nam cùm maritus hoc caſu ſit loco emptoris, & eo defuncto hæredes eius rem, & pretium habeant, quandiù retinent dotem, æquiſſimum eſt eos vſuras doris ſoluere ratione fructuum quos ex rebus æſtimatis percipiunt vulgatiſſima *l. curabit, Cod. de act. empt. & l.*11. *§. ex vendito. ff. eod.* Didac. *variar. lib.*3. *cap.*4. *num.*1. & in ſpecie decidit Gamm. *in dec.*123. *n.*3. & Martius Medic. *in d. exam.*54. *n.*28. & hoc caſu nihil quærendum eſt, an mulier alia bona habeat, vnde ſe alere poſſit. Quod tamen accipiendum eſt, cùm res fructiferæ in ſolutionem dotis traditæ ſunt, ſecundum ea, quæ diximus *quæſt.*27. *n.*35. *&* 36. quæ ſunt notatu digniſſima.

55 Hic etiam notandum eſt in ſubſidium occupatis bonis mariti à creditoribus, & tertiis poſſeſſoribus mulieri competere vtilem rei vendicationem ad res ipſas quæ in ſolutionem dotis æſtimatæ datæ ſunt iuxta ſententiam Gloſſæ *in l. in rebus, in verbo æſtimata, C. de iur. dot.* quam omnes ſequuntur, vt Bart. Salic. Dec. Purpurat. & alij quos recenſet Anton. de Amat. *in d. reſolut.*49. *num.*6. Præſes Faber *tit. de rei vxor. act. def.*43. Honded. *in conſ.*45. *num.*22. *lib.*1.]& inter ſua remedia ſubſidiaria refert Ioan. Bapt. Coſt. *rem.*63. *n.*1. & ſecundum hanc ſententiam cenſuit Rota *inter recentiſſ. dec.*399.
*n.*4. *part.*1. † Ex quo illud ſequitur, quod noſtro tractatui 56
valde congruit, vt ſoluto matrimonio fructus earum rerum, ſi immobiles ſunt, & aptæ fructus ferre ad mulierem pertineant ratione dominij *d. l. qui ſcit. ff. de vſur. & l. in fundo, C. de rei vendic.* illique reſtitui debeant, non minus quàm ſi inæſtimatæ datæ fuiſſent, quas conſtat ſtatim à die ſoluti matrimonij mulieri reſtituendas eſſe cum fructibus *ex l.*1. *§. ſin autem, C. de rei vxor. act.* & docent tum alij plurimi, tum Ioan. Cop. *de fructib. lib.*3. *tit.*1. *cap.*5. & Surd. *in dec.*211. *num.*12. *&* 14. Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.*12. *tit.*31. *num.*1. *&* 7. & in ſpecie notat Anton. de Amat. *loc. cit. n.*7. *&* 9. Nec quærendum eſt, an mulier alia bona habeat, ex quibus ſe alere poſſit. Quæ etiam notanda ſunt, & addenda iis, quæ ſcripſimus *in d. quæſt.*30. quibus, & alia addi poſſunt, ſed non omnia poſſumus omnes, vt Poëta ait.

Supereſt nunc, vt videamus an valeat ſtatutum, quo con- 57
ceſſum eſt venditori, vt ab emptore, qui re, & pretio fruitur, quatuor, vel quinque annua percipiat pro quolibet centenario, donec pretium ſoluerit. Et conſequenter his quæ diximus *n.*36. *&* 37. reſpondeo huiuſmodi ſtatutum recipi poſſe, quia huiuſmodi reditus reſpondent fructibus, qui ex prædiis percipi ſolent, vt colligitur ex Nouell. *de non alien. c.*2. *§ quia vero,* & notant Afflict. *in dec.*284. *in fin.* & Faber *def.*30. *in alleg. num.*3. *C. de ſolut.* Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. lib.*4. *tit.*20. *num.*12. Manent. *de contract. libell. quæſt.*5. *n.*51. qui ait fructus ad rationem quinque pro centenario taxari ſolere, idque per totam Italiam ſeruari, & præterea quia ita inter emptorem, & venditorem paciſci licet, vt oſtendi poteſt *ex l.*20. *&* 21. *ff. loc. & l. ſerui emptor.*16. *ff. de peric. & commod. rei vend.* & nos diximus ex multorum auctoritate *quæſt.*27. *n.*3. inter quos Card. Mantic. qui nunc erit inſtar
omnium *d. lib.*4. *tit.*24. *n.*15. † Oportet autem vt ſtatutum 58
non excedat communem rationem fructuum, qui ex fundis in regione communiter percipiuntur. Admittet enim huiuſmodi ſtatutum eaſdem exceptiones, quas patitur hac de re inter emptorem, & venditorem facta conuentio: & proinde ſi data eſt dilatio ad ſoluendum pretium, vel res ſit ſterilis, aut caſus aliquis fructus omnes abſtulit ſine culpa emptoris, non erit etiam locus ſtatuto. Nam & hac de re facta conuentio has exceptiones patitur, vt tractat Cagnol. *in l. curabit, de act. empt.* Ioan. Bapt. Lup. *de vſur. comment.*1. *§.*7. & Roderic. *in d. quæſt.*7. *n.*79. & à nobis mediocri diligentia tra-
ctatum eſt *in d. quæſt.*27. *n.*30. *& ſeqq.* † Et adiicio tantum, id 59
enim omiſeram, venditorem, qui ob conceſſam dilationem ſoluendi pretij carius rem vendidit, quod fieri poteſt vſque ad quantitatem fructuum, quos interim ex re vendita percepiſſet, vt dixi *quæſt.*24. *n.*14. non poſſe ea pendente excipere fructus, vel eorum partem, neque vſuras pretij ſtipulari, quia cum augendo pretio ſuæ indemnitati conſuluerit, bona fides non patitur, vt eiuſdem rei duplicem compenſationem recipiat, ſed tantum dilatione finita, vt tradunt, licet non ita clare explicent Lupus *in d. §.*7. *n.*15. *verſ. ſimiliter opinio,* & Roderic. *loc. cit.* & oſtendi poteſt *ex l.*58. *ff. de reg. iur.* quæ ait *bonam fidem non pati, vt bis idem exigatur.*

QVÆSTIO LXXX.

Ex contractu nullo, & vſurario an intereſſe debeatur.

SVMMARIA.

1. *Contractus quando fœneratitius eſt, non habetur ratio intereſſe.*
2. *Intereſſe non debetur ſine mora.*
3. *Conuentio, vt dum pecunia retinetur, debitor teneatur ad id quod intereſt, non eſt illicita.*
4. *Intereſſe ex ſola obligatione non præſtatur.*
5. *Antonij Fabri ſententia.*
6. *Quam Auctor non probat,*

Au

Antichreſis omnis ſiue expreſſa, ſiue tacita nunc eſt prohibita.
7 Sigiſmundi Scaccia ſententia.
8 Fur ſemper eſt in mora.
9 Cenſus fœneratitius in mutuum conuertitur.
10 Pecunia in cenſu vſurario fit accipientis.
11 Mala fides ſola non conſtituit in mora.
12 Mutui ſubſtantiale eſt, vt res fiat accipientis.
13 Garz. Maſtrilli dec. 106. & 345. declaratur.
14 Cenſus ſuper re aliena, vel alienari prohibita fructus licite exiguntur, loco eius quod intereſt.
15 Niſi emptor ſciuiſſet rem eſſe alienam.
16 Fructus cenſus, qui eſt in ſtatu validitatis, licite percipiuntur, neque imputantur ſorti.
17 Fructus cenſus nulli exigi poſſunt addita conuentione de præſtandis damnis, & intereſſe.
Et Cencij doctrina quædam notatur.
18 Intereſſe ex parte creditoris metiendum eſt.
Et eiuſdem Cencij doctrina reiicitur.
19 Cenſus ſi ematur ex pecunia minoris, vel Eccleſiæ non ſeruata forma Bullæ Pij V. quatenus intereſſe debeatur.
20 Intereſſe ex cenſu nullo debetur, ſi actum eſt de eo in caſum nullitatis præſtando.
21 Pecuniam ex contractu nullo, retinens poſt interpellationem tenetur ad id quod intereſt.
22 Venditor cenſus tenetur emptori ad id quod intereſt rem fuiſſe liberam.
23 Emptor cenſus facit fructus ſuos, quamdiu cenſus eſt in ſtatu validitatis.
24 Cenſus creatus non ſeruata forma Bullæ Pij V. nullus eſt neque poteſt parere fructus.
25 Emptor cenſus fœneratitij non poteſt retinere fructus ſub prætextu eius quod intereſt.
26 Creditor cui reditus nullus in ſolutum datus eſt, poteſt primaua actione agere.
Vel actione ex empto agere de euictione.
27 Creditor cui cenſus inualidus in ſolutum datus eſt, agens prima actione tenetur probare id quod intereſt.
28 Pretium repetens actione ex empto repetit etiam id quod ſua intereſt.
29 Quod æſtimatur ratione reditus, qui in ſolutum datus eſt.
30 Creditor cui res in ſolutum data eſt, poteſt de euictione agere licet actum ſit, vt prima actione agere poſſit.
31 Euictionis caſus facto Principis proueniens non pertinet ad venditorem.
32 Edictum Ducis Sabaudiæ. de contractibus corrigendis. non reſcindit reditus annuos legitimè conſtitutos.
33 Moderatio redituum ex edicto Principis ad venditorem reditus non pertinet.
34 Periculum cenſus ad emptorem pertinet.
35 Debitor cenſus ſi non ſit ſoluendo, an cedens de euictione teneatur.
Gaſparis Roderici hac de re ſententia.
36 Quæ non probatur auctori.
37 Venditio reditus iam conſtituti non eſt venditio nominis, ſed rei, quæ pro immobili habetur.
Cenſus ſuper cenſu conſtitui poteſt.
38 Vincentius de Franch. & Surdus non probant Roderici ſententiam.
39 Gaſpar Rodericus male Becij ſententiam percepit.
Fructus cenſus inter immobilia non cenſetur.
40 Nominis periculum poſt ceſſionem ad ceſſionarium pertinet.
41 Promittens reditum, vel penſionem exigibilem ſatisfeciſſe intelligitur, ſi bis, vel ter reditus, ſeu penſio exigatur.
Exigibilitatis promiſſio ad perpetuitatem trahi non debet.
42 Cenſus non integro, in pecunia numerata recepto pretio fœneratitius cenſetur.
43 Condictione indebiti, vel cauſa non ſecuta res cum fructibus, & acceſſionibus naturalibus condicitur.
Condictio indebiti ex bono, & æquo introducta eſt.
44 L. curabit locum habet cum pro pretio cenſus datur re fructifera.
45 Fundus datus contemplatione alicuius rei, ea non præſtita reſtitui debet cum fructibus.
46 Cenſus ex pretio rei venditæ conſtitutus nullus eſt.
47 Pretij tamen vſura emptori cenſus debentur, ſi res ſit fructifera.
48 Fructus cenſus, in quo loco pecuniæ, gemmæ, & aliæ ſpecies datæ ſunt, ſorti imputari debent.
49 Promiſſio eius quod intereſt in cenſu nullo quando ſubſiſtat.

PLERVMQVE euenit, vt qui merces comparare ſolent, vel aliunde vſuras, & cambia patiuntur, dulcedine vſurarum allecti contractus vſurarios, & pignoratitios ineant, vnde non inutile eſt quærere, an ex contractu nullo, & fœneratitio intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis
peti, & decerni poſſit. † & ſanè cùm contractus fœneratitius 1
eſt, dicendum eſt nullam habendam eſſe rationem eius quod intereſt, ſiue in lucro, ſiue in damno, ita enim docent Ioann. Lup. *in cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. §. 6 in fin.* Neuizan. *in conſ. 73. num. 3.* Caualc. *in deciſ. 13. n. 36. & 37. lib. 2.* Gall. *in conſ. 123. num. 69.* Syluan. *in conſ. 10. num. 46* Maſtrill. *dec. 245. n. 52. & dec. 304. n. 22.* Cæſar. Maneut. *de contract. libell. quæſt. 3. n. 65.* quibus conuenit Natta *in conſ. 498. n. 28.* Piot. *de in lit. iuran. §. 12. n. 7. &* 8. Bertazzol. *conſ. 255. n. 16. & 17. lib. 2.* & in ſpecie cenſus nulli, & fœneratitij cenſuit Rota poſt Cencium *in deciſ. 31. n. 6. & dec. 119. num. 3. & dec. 128. in fin.* & ipſe Cenc. *quæſt.* 88. *n. 5. &* 8. & ſentire videtur Sigiſmund. Scacc. *lib. de commer. §. 1. quæſt. 7. ampl.* 20.
n. 24. & Duard. *ad conſtit. Pij V. § 1. quæſt. 26. in fin.* † Et ratio 2
huius rei euidens eſt, quia ſine mora intereſſe non debetur, vt conſtat *ex l. 2 §. vlt. de eo quod cert. loc. l. vinum. ff. ſi cert. pet. & l. ſocium. in princ. ff. pro ſoc.* Afflict. *dec. 284. n. 4.* & Rota Genuenſ. *dec. 57. &* 69. Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 119. n. 3.* & nos non vno loco diximus, & in ſpecie Natta *in d. conſ. 498. n. 28.* Bertazol. *in conſ. 154. n. 15 lib. 2.* & Maſtrill. *loc. cit. n. 27. &* 28. ſed in contractibus vſurariis, & pignoratitiis debitor non eſt in mora, & proinde non poteſt haberi ratio eius, quod intereſt. Et ponamus exemplum in cenſu malè conſtituto, & in quo neglecta eſt forma conſtitutionis D. Pij veluti ſi non numerata pecunia conſtitutus ſit. Sanè in his terminis, is qui pretium accepiſſe fatetur, non eſt in mora, & per conſequens non tenetur ad id quod intereſt, tametſi fortè emptor ſolitus ſit negotiari, & lucrari, vt cenſuit Rota *in d. dec. 31. n. 6.* & Cenc. *loc. cit.* id etiam patet in emptionibus vſurariis, in quibus emptio, & venditio ſimulatè concipitur, & verè pignus, & fœnus contrahitur. Hic nulla mora eſt eius, qui pecuniam habuit, ſed tantùm dum eam retinet, neque pignus luit, emptor quem rectius creditorem dicere poſſumus, fructus pignoris conſequitur, & capit ex poteſtate illicitæ conuentionis, & proinde fructus, veluti ex re aliena perceptos minuere ſortem exploratum eſt *ex cap. ad noſtram. de empt. & vend. c. 1. & 2. de vſur. l. 2 & vlt. C. de pign. act.* & tradit idem Maneut. *in d. tract. quæſt. 4. n. 55.* & nos multis locis ſeriſpſimus, & præſertim *q. 12.*

Neque huic rationi obſtat, quod dicitur circa id quod 3
intereſt idem operari pactum, quod mora, vt docet Couarr. *variar. reſol. lib. 3. cap. 4. n. 5. verſ. idem, & illud.* & Rot. *inter collectas à Farin. par. 3. dec. 331.* & in eadem cauſa *dec. 372. n. 6.* & Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 387. n. 4. &* 20. & oſtendi poteſt *ex l. 15. C. de act. empt.* & aliis, quod etiam diximus in *quæſt. 74. n 21. &* 22. & in his contractibus videantur partes conueniſſe de certo reditu, vel fructibus interim percipiendis, dum res non redimitur, vel pecunia retinetur, quia in his terminis nullum interuenit pactum, vt quandiu pecunia non redditur, ſoluatur certa annua quantitas pro eo quod intereſt, vel percipiantur fructus in vicem eius quod intereſt, quo caſu licitam eſſe conuentionem diximus *in d. quæſt. 74. n. 21. &* 22. & nunc etiam admittimus, dummodo verè tantundem interſit, ſed in contractibus vſurariis veluti in ſocietate vſuraria, vel in cenſu contra formam conſtitutionis inito id tantum agitur, vt præſtetur certa annua pẽſio, quæ differt ab eo, quod intereſt. Penſio enim eſt reditus illius pecuniæ, quæ ſimulatè datur pro pretio cenſus, & ex eo tantùm debetur, quia promittitur, & quandiu retinetur, quod in pretium cen-
ſus acceptum eſt. † intereſſe verò lucri ceſſantis, & damni 4
emergentis extrinſecus prouenit ex ſæpius *cit. lib. 21. §. cùm per venditorem. ff. de act. empt.* neque ex ſola promiſſione, &

& conuentione exigitur, ſed aliunde probandum eſt, vt conſtat *ex l. vlt. de prat. ſtipul. & §. non ſolum.* Inſtit. *de verb. oblig.* & Surdi *in deciſ. 69. num. 9.* & traditum eſt *in d. quæſt. 74. in princip.* Vt etiam ne diſcedamus ab exemplo ſimulatæ venditionis, in qua id tantum agitur, vt fictus, & imaginarius emptor re interim fruatur, & percipiat fructus nullum interuenit pactum, vt donec pecunia reddatur emptor percipiat fructus pro eo quod intereſt, & quatenus intereſt, quod & in ſocietatibus, & aliis contractibus vſurariis deprehendere licet. Quare cùm in hoc genere contractus nulla mora interueniat, nec etiam adſit pactum de præſtando eo quod intereſt, ſtatuendum eſt in huiuſmodi contractibus non eſſe habendam rationem eius quod intereſt, tametſi creditor ſit ſolitus merces comparare, vel vſuras, & intereſſe patiatur, vel cambia.

5 Sanè Antonius Faber maximum Sabaudiæ lumen *in lib. de error. pragmat. dec. 9. n. 17. & cap. 9. n. 9.* inter pragmaticorum errores hunc etiam refert, quod opinentur, ſi contractus venditionis pignoraritius eſt, vſque adeo rigidè agendum eſſe cum creditore, vt fructus omnes quotquot perceperit, aut percipere potuit, in ſortẽ referre cogatur, quaſi eos nullo iure percepiſſet, quod non ſolum nimis durum, & iniquum arbitratur, ſed à iuris ratione omnino alienum. Namque inquit ſimulatio efficit quidem, vt contractum pignus potius quam emptio facta intelligatur, ſed facere non poteſt, vt non ſaltem eadem conditio creditoris eſſe debeat, quæ eſſet, ſi antichreſin expreſsè contraxiſſet. Hic enim interuenire omnia, quæ ad antichreſi conſtituendam neceſſaria ſunt, & nihil ab ea diſtare niſi nomine tenus, & proinde eodem iure cenſeri debere. Vnde vt exppreſsè cõtracta antichreſi creditor omnes fructus lucri feciſſet, nec ſorti imputaſſet ne pro ea quidem quãtitate, quæ licitum modum vſurarum excederet: ita etiam in pignoratitio cõtractu ſub emptionis nomine dicendũ eſſe, & tandem *n. 12.* concludit non eſſe cogendum emptorem imputare in ſortem fructus perceptos, niſi quatenus excedunt
6 legitimum modum vſurarum. † Sed licet hæc ex ſubtilitate iuris ciuilis vera eſſent, quod alio loco memini me examinaſſe, certum tamen eſt, aliena eſſe à iure Pontificio, quo in hac materia vtimur, & quod pragmatici meritò ſequuntur. Quamobrem cùm hoc iure omnis omnino vſura prohibita ſit, ita vt nec ad eam vſque quantitatem permiſſa ſit intra quam iure ciuili conceſſum eſt pecunias fœnerati, eodémque iure omnis antichreſis ſiue tacita, ſiue expreſſa prohibeatur: neque ad eum vſque modum licita ſit, quem ius ciuile conſtituit, vt multis locis dictum eſt, conſequens eſt creditorem, qui ſub emptionis nomine illicitum fœnus contraxit, vt admittit Præſes, non poſſe ex fructibus rei ad eum vſque modum, qui legibus permiſſus eſt, vſuras retinere: ſed cogendum eſſe illos ſorti imputare, vt conſtat *ex c. illo vos. de pign. & d. c. ad noſtram. de empt. & vend.* vt in aliis contractibus vſurariis, & apertè fœneratitiis receptum eſt *ex c. 1. & 2. de vſur.* & tradit inter alios Card. Mantic. *de tac. & ambig. conuen. lib. 11. tit. 8.* & Theologi apud Salas *de vſur. dub. 28.*

7 Sed maius negotium facere videntur, quæ tradit idem Sigiſm. Scacc. *eod. lib. & ead. q. 7. ampl. 8. n. 194.* vbi ait quod ſi alter ex contrahentibus ab altero pecuniam accipiat vigore contractus, qui ſit nullus, & is, qui pecuniam dedit, nihil debet adimplere, vtique is, qui pecuniam habuit, illam tenetur reſtituere, & ſemper eſt in mora, quia reſoluto cõtractu, reſoluitur bona fides, qua remota non eſt opus interpellatione ad contrahendam moram, vtiturque in hanc rem auctoritate Rotæ *diuerſ. dec. 195. n. 1. par 1.* in qua is qui pecunias pupillares retinuit ex contractu nullo, & vſurario, condemnatus eſt ad id quod intereſt, quæ deciſio, inquit, non tam fundata eſt in priuilegio pecuniæ pupillaris, quam in illius retentione ſine titulo data nullitate contractus.

8 Secundo ait retinentem pecuniam alienam ſine titulo, & cum mala fide proximum eſſe furi, qui ſemper in mora eſſe dicitur, vt ipſe docuit *ead. ampl. 8. n. 117.* & nos diximus *q. 82. n. 27. ex l. 6. in fin. & l. 8. § 1. ff. de condict. furt. & l. 19. ff. de vi arm.* & aliis ex Cuiacio *in obſer. lib. 28. cap. 20.* ſed is qui habet pretium cenſus nulli, & inualidi illud retinet ſine titulo, & cum mala fide, ergo cenſetur eſſe in mora, & proinde tenetur ad id quod intereſt.

Denique inquit data nullitate cambij, vel ſocietatis officij, ſeu alterius contractus, & ſuppoſito, quod is qui ex illo contractu pecuniam accepit, ſciat, vel ſcire debeat nullitatem illius, ideoque pecuniam acceptam mala fide retineat, contractus non reſoluitur in mutuum, ſed in creditum ob cauſam non ſecutam, proinde cenſetur eſſe in mora, & tenetur ad id quod intereſt.

Cæterùm hæc & alia, quæ ſatis prolixè is auctor ſcribit 9
eod. loc. nihil obſtare puto noſtræ ſententiæ, ſiquidem data nullitate cenſus ob non ſeruatam formam à Diuo Pio traditam, certum eſt contractum in mutuum vergere, vt cenſuit Rota *in d. deciſ.* [illegible]*. n. 6. & deciſ. 227. n. 4.* poſt tractat. Cenc. & docet idem Cencius *in d. quæſt. 88. num. 3.* quod ex eo patet apertiſſimè, quia non ſeruata forma Diui Pij contractus fœneratitius eſt, vt conſtat ex illis verbis conſtitutionis, *contractúſque ſub alia forma poſthac celebrãdos fœneratitios iudicamus.* Fœnus autem in ſolo mutuo exerceri receptum eſt, tametſi vſura pecuniæ ex aliis contractibus debitæ accedere poſſit, vt diximus *q. 1.* & proinde huiuſmodi pecunia penes debitorem manet nomine mutui, & ſine mora vt ex eod. Sigiſm. *n. 211. loc. cit.* & conſequenter non eſt habenda ratio eius quod creditoris intereſt ceſſante mora, ſine qua intereſſe non deberi receptum eſt.

Neque mouet, quod ait retinentem pecuniam alienam ex 10
contractu nullo in mala fide, & in mora eſſe, quia cùm in cenſu vſurario verè mutuum contrahatur, pecunia fit accipientis ſecundùm naturam mutui, quæ eſt, vt rei mutuo datæ dominium tranſeat in accipientem *l. 1. §. 1. & l. proinde. ff de reb cred & § 1. Inſtit. quib. mod re contrah. oblig.* vbi Theophilus rectè ait mutuum eſſe, cùm dominus is fit, qui accipit, & ex hac cauſa à commodato, & depoſito differre, & ſcribit Petr. Greg. *partit. iur. canon. lib. 3. tit. 3. cap. 4.* vt etiam in accipientem tranſire periculum certum eſt *ex l. incendium. C. de reb. cred. & l. 4. de naut. fœn.* & proinde is, qui cenſum vendit forma illius non ſeruata, quem rectius debitorem, & mutuatarium dixeris, nihil alienum retinet, ſed propria pecunia vtitur ex voluntate mutuantis, qui cùm potuiſſet annuum reditum emere ſeruata forma dictæ conſtitutionis, reditum vſurarium ſtipulari maluit, ideóque nec mala fides, neque dolus, nec mora venditori obiici poteſt, quem pecunia indigentem creditor ad illicitam conuentionem adegit: ſed hæc potius omnia in emptorem, qui creditor vſurarius dici debet, cõuerti poſſunt, vt qui contra iura, & formam ſanctionis D. Pij V. contraxerit *l. quemadmodum. C. de agric. & cenſ.* & ex Menoch. *lib. 5. præſ. 3. n. 76.* & in contractibus fœneratitiis, ſi quis dolus, & mala fides eſt, ex parte creditoris eſt, & non debitoris, qui neceſſitati parere cogitur.† Et admiſſo etiam hic malam 11
fidem eſſe quod non puto ex his, quæ mox diximus, debuit is auctor animaduertere ſolam malam fidem non conſtituere in mora *l. ſi à domino. §. ſi prædio. ff. de pet. hæred.* Bald. *in l. nec intereſt. C. quod met. cauſ.* Iaſon. *in l. quod te. num. 5.* & Rip. *n. 34. ff. ſi cert. pet.* Surd. *in dec. 179. n. 22. & in dec. 341. n. 17.* vbi ait ſolam ſcientiam, quem debitorem eſſe non ſufficere ad inducendam moram, niſi interpellatio ſequatur, ex quibus contraria argumenta refelli perſpicuum eſt.

Hinc ſatis incautè dictum puto emptorem illiciti, & fœ- 12
neratitij cenſus non amittere dominium pecuniæ quam numerauit, vt ex Soto, & Rota *in dec. 11. n. 5.* ſcripſit Cencius *in d. quæſt. 88. n. 2.* ſiquidem verius eſt dominium in accipientem transferri ex mutuo, quod huic negotio ineſt, & cuius proprium, & ſubſtantiale eſt, vt res fiat accipientis, vt conſtat *ex d. l. 2. & §. 2. inſtit. quib. alien. licet, vel non.* & tradit Petr. Gregor. *loc. cit.* & Cardin. Mantic. *eod. tract. de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 1. & tit. 3. n. 26.* vbi docet id de ſubſtantia mutui eſſe.

Hinc etiam conſequens eſt non eſſe trahendam ad exem- 13
plum deciſionem Maſtrilli 106. vbi *n. 39* refert Conſiſtorium conductionem quandam vſurariam pronunciaſſe ob læſionem immodicam, & anticipatam ſolutionem penſionis, & nihilominus intereſſe pecuniæ numeratæ conceſſiſſe conductori, quod non excederet decem pro centenis ſingulis, quia cùm contractus nullus eſt, & vſurarius, nullum ex eo intereſſe exigi poteſt ceſſante mora, vt dictum eſt, & tradit idem Maſtrill. *in dec. 345. n. 51.* in qua tamen refert etiam Conſiſtorium

ſtorium adiudicaſſe conductori intereſſe damni emergentis quod paſſus erat, vt penſionem locatori prærogate poſſet, quod in his terminis recipi poteſt, & æquitatem habere videtur,& confirmari *ex l.19.§.non tantum.ff.de neg.& l.37. ff.de vſur.*& ex his quæ diximus *q.27.n.63.*& ex Leſſio *lib.2. c.20. dub.11.n.88.*quaſi conductor negotium geſſerit locatoris, & proinde iniquum ſit illum ex officio ſuo damnum pati.

14 Sed quod diximus de fructibus cenſus illiciti ſorti imputandis vel reſtituendis, accipiendum eſt,quando cenſus conſtitutio nulla eſt ob non ſeruatam formam conſtitutionis Diui Pij. Nam quando reſolutio cenſus aliunde prouenit, putà quia impoſitus ſit ſuper re aliena, vel alienari prohibita, vel quæ creditoribus,& fideicommiſſo obnoxia ſit,fructus cenſus licitè petuntur, & exiguntur loco damnorum,& intereſſe. Æquum enim eſt, vt emptor reditus annui conſequatur id quod habuiſſet, ſi res non fuiſſet euicta *l. Titius. §.vlt.& d.l ſi ſterilis. §.cum per venditorem.de act.empt.& l.euict. ff.de euict.* Cardin. Seraph. *in dec.* 1114. *num.*2. & Rota poſt Cencium *in dec.*44. *num.*1. & ſentit Sarmient. *ſelect. lib.* 7. *cap.*1. *n.*70. vbi ait venditorem non debere eſſe melioris con-
15 ditionis, quòd emptorem deceperit.† Niſi emptor tempore contractus ſciret rem eſſe alienam, vel alienari prohibitam, vel fideicommiſſo, & reſtitutioni obnoxiam. Hoc enim caſu vt non poteſt venditor rem alienam opponere pignori *l.ſi rem. ff.de pign. act.* vel alienam ſpem decipere: ita non poteſt emptor agere ad id quod intereſt rem habere licere, ſed tantùm ad reſtitutionem pretij, vt cautum eſt *in l. vlt. § vlt.C. comm. de legat.* illis verbis, *cum ſufficiat ei ſaltem pro pretio,quod ſciens dedit pro aliena re ſibi ſatisfieri.* & ita multis auctoribus citatis tradit Sfort.Odd. *conſ.*41. *n.*75. & Mareſc.*variar.lib.*3. *cap.*10.*n.*118. & cenſuit Rot.poſt Cenc.*in dec.*309.*n.*7.& poſtquam hæc ſcripſeram Cencius *quæſt.*14. *n.*14. *inter addit. verſ. ego tamen.* id enim omiſerat.

16 Præterea quando nullitas cenſus deſcendit non ex defectu formæ. ſed ſolemnitatum,quæ in alienatione redituum interdum exiguntur ob circunſtantiam perſonarum ex iure ciuili, vel municipali, vt in cenſibus venditis ab Eccleſia, vel ab vniuerſitate alicuius oppidi, vel Caſtri, vel à minore,in quibus eædem ſolemnitates adhibendæ ſunt, quæ in alienationibus aliarum rerum immobilium requiruntur,vt alij docet, dominus iſtiuſmodi reditus facit fructus ſuos, nec tenetur illos ſorti imputare,quia cùm cenſus ſeruata in reliquo forma cõſtitutionis habeat implicitum ſtatum validitatis,ſiquidem valet,quandiu Eccleſia,vel minor in præſtatione reditus perſeuerat, neque excipit de nullitate, nimirum ex vno tantum latere conſiſtente contractu,vt ait Iulianus *§.ſi quis,à pupillo. ff.de act.empt.* dominus cenſus fructus interim perceptos facit ſuos,neque eos in ſortem referre cogitur, tametſi minor vel Eccleſia nullitatem deinde obiiciat,& contractus irritus declaretur. Hæc enim declaratio non retrotrahitur, vt emptor teneatur penſiones exactas ſorti imputare, vel reſtituere, vt deciſum legitur poſt eund.Cencium *in dec.* 39. *n.*3. & probarunt Gonzal. *ad reg.8 gloſ.56. num.98.& 99* Gratian.*cap.*559. *num.*64.& ipſe Cencius *in d.quæſt.*38.*in fin.*tametſi mihi ſcrupulum iniiciat *l.vtere.* 14. *& l.ſi prædium.*16. *C.de præd min.*in quibus res cum fructibus reperiuntur, quod ſanè fortiſſimum argumentum eſt emptorem fructus præteritos ſuos non facere.

17 Tertiò quod diximus reditus cenſus nulli, & Inualidi minuere ſortem, locum non habet,quoties venditor ſe expreſsè obligat ad damna,& intereſſe quia hoc caſu licet contractus nullus ſit, tamen ad ſolutionem penſionis tenetur, non quidem vt fructus annui reditus,ſed pro eo quod intereſt,& hoc nomine poteſt emptor iſtiuſmodi reditus licitè conſequi, vt ſenſit idem Cencius *eod.loc.n.*14.quod tamen nimis effuſè dictum eſt. Nam in cenſibus fœneratitiis,& inualidis ob defectum formæ,de quibus agit Cencius *loc. cit.*præſertim *n* 6.*&* 11. id recipiendum non eſt, alioqui facilè fieret fraus ſanctioni Pontificis, & aperiretur via vſuris,ſi hac obligatione addita licitum eſſet emptori neglecta forma d.conſtitutionis fructus percipere, perinde ac ſi legitimè contraxiſſet, quod abſurdum eſt,& publicæ vtilitati contrarium: & ſecundum hanc meam ſententiam ſæpiſſimè hic iudicatum eſt fruſtra trahentibus aduocatis doctrinam Cencij ad eos cenſus, in quibus non eſt ſeruata forma conſtitutionis. Quod cùm non ſatis in prima editione Cencius obſeruaſſet, id in additionibus præſtiti, quæ poſtquam hæc vtcunque ſcripſeram, prodierunt.

Non placet etiam, quod is auctor tradit *eod. loc. num.*15. 18
verſ.imò etiam. ſi fortè conſtat pretium cenſus in vtilitatem venditoris fuiſſe, conuerſum poſſe dominum cenſus ex illo contractu nullo & illicito fructus licitè percipere tanquam licitum intereſſe, illudque ex eodem inſtrumento ſatis probatum eſſe, quia certum eſt intereſſe ex parte creditoris metiendum eſſe *l. imperator. §.1. ff.de leg.2. l. ſi commiſſa. ff. rem. rat. hab.* Sarmient. *ſelect. interpr. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 40. Roderic. *de Ann. redit. lib.*3. *quæſt.*5. *num.* 13. & aliis auctoribus citatis dixi *quæſt.* 3. *num.* 5. & proinde quantamcunque vtilitatem venditor cenſus ex pecunia fecerit, nihil hoc nomine emptor petere poteſt, niſi eius interſit ratione damni, quod ex hac cauſa paſſus fuerit, vel lucri, quod amiſerit ex retentione pecuniæ. Neque aliud ſenſit Rota *in dec.* 229. cuius auctoritate vtitur, qua in caſu dictæ deciſionis actor eoſdem cenſus ſoluerat, vt ibi in princ. expreſſum eſt, *& n.* 4. dum ait actorem nihil percipere per modum lucri ſed ratione damni, quod paſſus fuerat ob non reſtitutum pretium facta declaratione nullitatis, Quod igitur Cencius ait poſſe emptorem cenſus reditus ex contractu nullo percipere, accipiendum eſt, cùm verè tantundem illius intereſt ſibi pretium facta declaratione nullitatis ſtatim reſtitui, vt proximè dicam.

Quartò quod dixi intereſſe ex contractu cenſus nullo, & 19
Inualido ob non ſeruatam formam conſtitutionis D. Pij V. non deberi, non obtinet in contractibus cenſus, qui ex pecunia minorum conſtituti ſunt, vt cenſuit Rot. *diuerſ. in dec.* 195. & Gait. *de credit. cap.*2. *tit.*7. *n.*205. ſiquidem in pecuniis minorum viget peculiaris ratio. Etenim retinens pecunias pupillares ex contractu nullo intelligitur eſſe in mora, quæ fauore minorum ipſa contrahitur *l.1.§.vlt.de vſur. l.*3. *C. in quib. cauſ. reſtit.* & multi docent apud Surd. *in dec.*179. *numer.* 6. Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.* 120. *num.* 17. & nos alibi diximus. Quod etiam ad eos porrigendum eſt, qui iure minorum vtuntur, vt Eccleſia, & alij, qui per alios reguntur, vt tractatum eſt *quæſt.* 81. *numer.* 4. & tradit Giurb. *in deciſ.* 97. *num.* 19. quod tamen intereſſe aliunde probandum eſt, non ex ipſo inſtrumento cenſus. Idémque intereſſe cenſeo in depoſitis, & aliis contractibus vſurariis, & illicitis, qui ex pecunia minorum, & ſimilium celebrantur.

Quinto licèt contractus nullus ſit, & vſurarius, adhuc ta- 20
men creditorem agere poſſe exiſtimo ad id quod intereſt, ſi contractui addita ſit obligatio ad damna, & intereſſe in caſum nullitatis cenſus,vel alterius contractus vt ſenſit Ludouiſ. *in dec.*564. *num.*5. vbi ait hanc obligationem committi, ex quocunque capite nullitas contingat, & ratio huius rei eſt, quia licet non ſubſiſtat conſtitutio cenſus, tamen ex numeratione, & receptione pecuniæ re contrahitur obligatio *l. non omnis. ff. ſi cert. pet.* cui proculdubio hæc conuentio accedere poteſt *l. centum.ff.de eo quod cert.loc.*perinde enim eſt, ac ſi pecuniam mutuo dediſſet, & actum eſſet, vt dum pecunia non ſoluitur, debitor teneatur ad id quod intereſt, quod paciſci non eſt prohibitum, & notum eſt regulariter in contractibus vtile per inutile non vitiari *l.* 1. *§. ſed mihi. de verb. oblig.* & in ſpecie vſurarum *l. pecunia. & l. placuit. ff.de vſur.* & tradit Gail. *obſer.* 4. *num.*7.*& obſer.*5. *num.*14. & aliis auctoribus citatis dixi *quæſt.* 72. *num.* 35. & proinde licet creditor inutiliter reditum annuum ſtipulatus ſit, non erit inutilis ſtipulatio eius quod intereſt, dummodò aliunde probetur legitimis modis. Quod enim Cencius ait probari ex ipſo inſtrumento cenſus,non puto ad hanc ſpeciem id eſt, cùm cenſus illicitas eſt ob ſeruatam formam conſtitutionis, porrigendum eſſe.

Denique ſi detecta nullitate, & vitio contractus emptor 21
interpellauerit debitorem ad reſtitutionem pecuniæ, æquum eſt, vt à die interpellationis habeatur ratio eius quod intereſt. Iam enim debitor in mora eſſe incipit *l.magnam. C. de contrahen & commit. ſtipul. l. ſi pœnam. ff.quando dies leg. ced. l.*32. *ff.de vſur.* & aliis locis: & ex Rot. *dec.*195. *num.* 2.

Digitized by Google

num. 2. *& d. dec.*229.*n.*3. *&* 4. poſt tract. Cencij, qui hoc ip-
ſum adnotauit *in addit. art.*1.*quaſt.*1.*c.*2.*part.*1. nunc *q.*14 *n.*14.
verſ. Nec obſtat Rota in Romana §.*celſi*: vbi ait in ea cauſa fuiſſe
deciſum poſt reſolutionem cenſus deberi intereſſe quia de-
bitor cenſus fuerat conſtitutus in mora reſtituendi ſortem.
Et puto in hac ſpecie ceſſare omnem ſuſpicionem fœnoris,
quia venditor interpellatus ſoluere pecuniam inuito credi-
tore retinet, cui proinde æquum eſt refundi damnum quod
verè patitur, vel lucrum, quod amittit aduerſarij culpa, vt in
aliis cauſis receptum eſt.

22 Sed vt ea quæ diximus, & dixerunt alij magis eluceſcant,
obſeruandum eſt contractum cenſus, de quo præſertim hoc
capite tractatum eſt, triplici ex cauſa reſolui, vel irritum eſ-
ſe. † Et in primis cùm impoſitus eſt rei alienæ vel alienari
prohibitæ, & ſuppoſitæ fideicommiſſo: & hoc caſu cer-
tum eſt actionem eſſe ad id quod emptoris intereſt rem fuiſ-
ſe liberam, & proinde poteſt pretium repetere, & penſio-
nes omnes, quas habuiſſet, ſi res propria, & libera fuiſſet *l.*1.
*in princ. & l.*11. §. *idem ait, ff. de act. empt. & l. Titius in fin. ff.*
*eod l.*8. *&* 9 *ff. de hered. & act. vend.* & docet Anton. Go-
mez. *de cenſib. cap.*5. *num.*2. & Cenc. *in d. quaſt.* 14. *num.* 12.
& pluries cenſuit Rot. coram Eminentiſſ. Seraphino vt *in*
*dec.*372. *num.* 11. *& dec.* 387. *num.* 6. *& dec.* 1114. *n.* 2. quod
etiam ſenſit Mareſc. *variar. lib.* 2. *cap.*61. *num.*8. *&* 9. & hoc
caſu intereſſe cenſetur probatum ex ipſo inſtrumento cenſus,
& pro modo penſionis conuentæ, vt multis præiudiciis ſa-
cræ Rot. Romanæ probat idem Cenc. *in d. quaſt.*19. *n.*45. &
notat Beltram. ad Ludouiſ. *in d. dec.*564. *in fin.* & conſtat ex
his, quæ diximus, id enim emptor conſequi potuiſſet, ſi res
libera fuiſſet, neque obnoxia fideicommiſſo.

23 Secundo cenſus irritus, & inualidus eſſe poteſt ex circum-
ſtantia perſonarum, vt ſi minor, vel Eccleſia rebus ſuis redi-
tum imponat non adhibitis ſolemnitatibus, quæ ex iure ci-
uili, vel municipali hiſce contractibus adhiberi ſolent, ſer-
uata tamen forma ſanctionis D. Pij. Et hoc caſu contractus
quidem nullus eſt, ſed habet implicitum ſtatum validitatis,
quandiu ſcilicet minor vel Eccleſia volunt ſtare contractui
etiam inualido: & hoc caſu fructus præteriti, & percepti fiunt
domini cenſus, neque tenetur eos reſtituere, vel deducere ex
ſorte, vt diximus. Poſtquam verò vel minor, vel Eccleſia de-
clarat nolle ſtare contractui, deiicitur cenſus de ſtatu vali-
ditatis, & minor, vel Eccleſia tenentur reſtituere pretium, quæ
reſtitutio ſi differatur, & ex dilatione emptor damnum ſen-
tiat, habenda eſt ratio eius, quod intereſt, quod tamen aliun-
de probandum eſt, quàm ex inſtrumento cenſus, quia non de-
betur ex conuentione, ſed ex mora, & retentione pecuniæ, &
proinde probandum eſt legitimis modis, quia poſſet minus
intereſſe, & interdum etiam nihil *l.*13. *ff. de re iud. l.*112. *in fin.*
de verb. oblig. & quod dicimus intereſſe probandum eſſe etiam
in caſibus, in quibus debetur *ex l. vlt. de prat. ſtipulat* & Surd.
*in conſ.*154. *n.* 20. *& deciſ.* 69. *num.*9. etiam in hac ſpecie re-
tinendum eſt, vt oſtendi poteſt *ex dict. deciſ.* 229. poſt tra-
ctat. Cencij, in qua actor aliunde probauerat eaſdem pen-
ſiones pati.

24 Tertio modo contractus cenſus irritus eſt, cùm in eius
creatione neglecta eſt forma conſtitutionis D. Pij, quo ca-
ſu cenſus fœneratitius eſt, neque poteſt referre fructus, &
quicquid ex eo exigitur minuit ſortem, vt docent Virgin.
de Boccat. *in tract. de cenſib. part.*2. *num.*143. Vgolin. *de vſur.*
cap. 47. *num.* 5. Cencius *in d. quaſt.* 88. *num.* 3. *&* 4. Duard.
ad eand. conſtit. Pij V. §. 3. *quaſt.* 20. *n.*5. *& ſeqq.* & Rot. poſt
eoſd. Cencium, & Duard. *in deciſ.*119. *num.*4. *&* 5. Nam cùm
cenſus nullus ſit, reditus qui ex eo percipiuntur, non poſ-
ſunt eſſe fructus rei, quæ non eſt, ſed reditus pecuniæ, &
turpia lucra fœnoris, quæ ſunt prohibita, vt ait Roderic. *de*
25 *ann. redit. lib.*1. *quaſt.*17. *n.* 80. *&* 86. † Neque illos creditor
retinere poteſt pro eo quod intereſt, niſi in caſum nullitatis
cenſus nominatim illud ſtipulatus ſit, & verè interſit; per-
inde enim eſt, ac ſi pecuniam eo pacto mutuam dediſſet: vel
cùm venditor eſt in mora ſiue ex interpellatione, ſiue ex re,
vt cùm cenſus emptus eſt ex pecunia minoris vel Eccleſiæ,
& aliorum, qui iure minorum vtuntur. Hoc enim caſu id
quod intereſt, admitti debet: quod tamen non ex ipſo in-
ſtrumento cenſus, ſed aliunde probandum eſt, vt in pecuniis
ex alia cauſa creditis, & ita deciſiones illas declarandas eſſe
puto, vt ipſum Cencium, qui multa incautè ſcripſerat, quæ
tamen in additionibus vtcunque reſarcire conatus eſt.

Hic verò opportunè quæritur, an is, qui cenſum minus le- 26
gitimè conſtitutum ſuo creditori in ſolutum dedit, detecta
deinde nullitate contractus teneatur creditori ad id quod
intereſt. In qua quidem re obſeruandum eſt, qua actione aga-
tur. Etenim poteſt is, cui cenſus in ſolutum datus eſt, agere
primæua actione *l. ſi quis aliam.*49. *& l.*98. *ff. de ſolut.* vbi di-
citur harum rerum ſolutio non poteſt niſi ex euentu libera-
re, ſcilicet quo caſu certum eſt eas remanere *& l. ſi prædium,*
C. de euict. quæ ait re euicta cauſam pignoris non immutari.
Idémque conſtat *ex l. ſi non ſortem, ff. de condict. indeb. & l. libe-*
ra, C. de ſent. vbi id Cuiac. & Gothofr. notant, & Surdo, & ple-
riſque aliis diſſidentibus Anton. Faber. *tit. de ſolut. def* 49. *&*
*tit. de euict. def.*20. Camill. de Medic. *conſ.*36. *n.*2. *&* 3. & The-
ſaur. *quaſt. forenſ. lib.*2. *quaſt.* 88. *n.* 8. *& ſequen.* vbi ait hanc
ſententiam veriorem, & Surdum deceptum eſſe. Vel poteſt
agere de euictione ob dationem in ſolutum, ex qua etiam
actio euictionis cõpetit *l.*4. *C. de euict.* Præſes Fab. *in d. def.*49.
*n.*25. & Card. Seraph. *in d. deciſ.* 1114. vbi ait id in electione
creditoris poſitum eſſe. † Proinde ſi creditor agit actione pri- 27
ma, & virtute primæ obligationis, tenetur quidem debitor
poſt moram ad id quod intereſt, verùm neceſſe eſt, vt credi-
tor probet intereſſe ſecundùm ea, quæ diximus *q.* 74. *&* 75.
Nam ſi cenſus in ſolutum datus non fuiſſet, teneretur pro-
bare id quod ſua intereſt *ex d. l. vlt. ff. de prat. ſtipul.* & Surd. *in*
*d. conſ.*154. *n.*20. & aliis quos recenſui *initio d. quaſt.*

Sed ſi agit creditor ex empto virtute emptionis, vel datio- 28
tionis in ſolutum, quæ ſimilis eſt emptioni, vt ait *d. l. ſi præ-*
dium, C. de euict. non tãtum pretium repetere poteſt, ſed etiam
id omne quod intereſt, quod interdum pretium egreditur *l.*1.
ff. de act. empt. l. euicta, 70. *ff. de euict. l. vlt. in fin. C. comm. de*
leg. & conſtat etiam *ex l.*8. *&* 9 *ff. de hered. vel act. vend.* quæ
nominatim ait non tantùm pretium venire, ſed etiam ſi quid
emptoris intereſt. Quod etiam oſtendi poteſt *ex l. Titius, &*
l. ſi ſterilis, §. *cum per vendit. de act. empt.* & tradit Bald. *in l. ſi*
traditio. quaſt. 4. *C. eod.* & comperi deinde docuiſſe Bacquet.
*lib de redit. conſtit. cap.*17. *verſ. ſi ceſte promeſſe.* & Amat. *dec.*6.
num. 9. † Vnde hoc intereſſe æſtimari debet ad rationem re- 29
ditus, qui in ſolutum datus eſt, neque alia probatione opus
eſt, vt conſtat ex deciſionibus Card. Seraphin. proximè re-
latis & ex Cencio *in dict. quaſt.* 19. *num.* 45. & in terminis
Rota poſt tractatum Cencij *in deciſ.* 58. *n.*3. *&* 6. tantundem
enim creditoris intereſt, ſiquidem huiuſmodi reditus perci-
pere potuiſſet, ſi cenſus validus, & legitimè conſtitutus fuiſ-
ſet. Neque debuit debitor emptorem decipere.

Idémque eſt, rametſi in contractu conueniat, vt rebus eui- 30
ctis liceat ceſſionario ad iura priſtina redire, quia huiuſmodi
pactio addita eſt fauore ceſſionarij, ſeu creditoris, & ideo ita
accipitur, ſi creditor velit *arg. l.*2. *&* 3. *ff. de leg. comm.* Ruin.
in conſ. 35. *num.*31. *lib.*1. *& conſ.*93. *num.* 8. *lib.* 3. Tiraquell.
in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, num. 30. *C. de reuocan. donat.*
& Mareſcot. *var. lib.*2. *c.*19. *n.*13. & hanc ſententiam in diſ-
ceptationibus cauſarum D. Delegati conſtanter ſecuti ſunt,
neque hac de re amplius contendendum eſſe videtur.

Neque profuit his, qui cenſus huius generis vendiderãt, vel 31
ceſſerant in ſolutum, excipere id ex edicto Principis proue-
niſſe, & ideo caſum hunc veluti fortuitum, & poſt contra-
ctum contingentem ad eos non pertinere *ex d. l.*15. §.2. *ff. de*
rei vend. & l. Lucius, 11. *in princ. ff. de euict.* in quo loco in hac
eadem fere ſpecie, diſtractis ſcilicet agris præcepto Principis
Paulus reſpondit *futuros caſus euictionis poſt contractam emptio-*
nem ad venditorem non pertinere, ex qua Baldus *in conſ.*460. *n.*2.
lib. 4. reſpondit euictionem ſecutam ex nouis legibus, vel
edictis Principum non nocere venditori, quod etiam docet
Mangil. *de euict. quaſt.* 17. *n.* 9. † quia reſponſum eſt edictum 32
Sereniſſimi Ducis noſtri non reſcindere cenſus legitimè con-
ſtitutos, ſed eos tantùm, qui in fraudem vſurarum, & contra
formam conſtitutionis D. Pij V. celebrati ſunt, quos etiam
ceſſante edicto tanquã illicitos, & vſurarios coërceri, & cor-
rigi oportuit, & proinde meritò ij, qui huiuſmodi cenſus ceſ-
ſerant, vel vendiderant, condemnati ſunt ad pretiũ reſtituen-
dum, & in id omne, quod creditoris intereſt cenſum validum

fuiſſe

fuiſſe iuxta *d.l.8.& 9 ff.de hered.& act. vend.* & Surd. *in deciſ.* 326.*num.*24.Cardin.Seraph.*in dec.*1114.& Gratian *in deciſ.*13. *num.*18.*&* 19.*& num.*34.vbi refert ita fuiſſe iudicatum.Neque huic ſententiæ obſtat, quod ait Mangil.*loc.cit.*quia loquitur, quando res aufertur emptori abſque culpa venditoris. Hic verò non tam ex facto Principis damnum emptor paſſus eſt quàm ex culpa venditoris, aut cedentis, id eſt ex vitio, & nullitate reditus ceſſi,& venditi, & conſequenter culpa venditoris, vel cedentis qui malè contraxerat.

33 Sanè ſi cenſus legitimè conſtitutus fuit, & pars redituum præteritorum edicto Principis remiſſa ſit debitoribus ob bella, vel ob aliam publicam calamitatem, vt edicto Henrici IV. cui ob res præclatè geſtas Magni cognomen Gallia dedit, in Gallia factum eſt, vt memorat Ferrer. *in notis ad Guidon. Pap.* quamuis locus exciderit, & Ioann. Bacquet.*loc.cit.*vel ſi ex lege reditus annui diminuti ſunt, & leuiores rediti ob debitorum, & oppidorum inopiam, vt hoc noſtro edicto ſancitum eſt, quo cenſus ad rationem redituum ſemiſſium redacti ſunt, planè conſtat periculum huius rei ad ceſſionarium,vel emptorem pertinere,id enim ſine facto, & culpa venditoris contingit, & proinde caſum huiuſmodi præſtare non tenetur, vt indicat *d. l. Lucius.* 11. *de*
34 *euict.* & tradit idem Bacquet.*loc.citat.cap.*34.*verſ. auſſi ſelon.* † qua ratione etiamſi fortè domus vel ager, cui impoſitus eſt cenſus chaſmate, vel vi fluminis, aut alio caſu fortuito pereat, vel fiat ſterilis ſine culpa cedentis, vel venditotis, periculum eſt ceſſionatij, & emptoris: & nulla ei actio ſupereſt aduerſus venditorem, & debitorem, qui in ſolutum dedit, quia certum eſt rei emptæ periculum, vt etiam commodum ad emptorem pertinere *ex l.* 1. *&* 7.*ff. de peric. & comm.rei vend.*& rem domino ſuo perire *l. 9. in fin. ff. de reb. cred. l.*30.*de pignor.*& conſtat apertiſſimè *ex d. conſtitutione Pij V.§ poſtremo.*& tradit Theſaur.filius *lib.*1.*quæſt.*52. *num.*22. & multis auctoribus relatis tractat diligenter Cencius *q.* 99. *num.*2.*&* 7.*& tribus q.ſeqq.*& memini Delegatos ita aliquando pronuntiaſſe.

35 His conſequenter quæſitum eſt, ſi debitor cenſus non ſit ſoluendo, an cedens illum in ſolutum de euictione teneatur. Et Roderic.*de ann.redit.lib.*2.*quæſt.*21.*num.*12. diſtinguit, an ius reditus euincitur,aut euincuntur hypothecæ reditus, quia debitor non eſt ſoluendo. Primo caſu cedens tenetur de euictione, quia tenetur præſtare nomen, & reditum ſibi deberi *l.ſi nomen.ff.de hered.& act.vend.* aut non euincitur ius reditus, ſed hypothecæ ab anterioribus creditoribus euincuntur, & debitor non eſt ſoluendo, & tunc venditor reditus non tenetur, idque probari ait *ex l.periculum. de pign. & d.l.ſi nomen.& l.ſi plus.§.vlt.de euict.*& in ſpecie ita reſpondiſſe Becium *in conſ.*105.Eugen.*in conſ.*73.*lib.*1.Vincent.de Franch. *in dec.*108.*n.*1.& Surd.*in dec.*326. *n.*41. & ita tradit Roderic. *loc.cit.*qui proculdubio profecit ex Feliciano *lib.*2.*cap.*1.*n.*17. *par.*1. cuius tamen nomine abſtinuit. Quod tamen tribus modis coërcet, & reſtringit. Primo ſi venditor reditus promittat hypothecas eſſe idoneas *d. l. ſi nomen.* illis verbis, *niſi aliud conuenit.* Secundo niſi promiſerit facere nomen bonum, & idoneum, quæ tamen exceptio videtur eadem cum prima.Denique niſi cedens emptorem deceperit *d.l. ſi plus.§. vlt.*illis verbis, *& dolum præſtare cogitur.*

36 Sed hæc viri docti diſtinctio non placet, quia ita de hac quæſtione diſceptat, ac ſi de ceſſione, & venditione ſimplicis nominis agererut, exiſtimabat enim ius reditus poſitum eſſe principaliter in obligatione perſonali, & obligationem hypothecarum, vt ipſe loquitur, acceſſoriam eſſe, quæ etiam fuit Feliciani ſententia:& proinde quia ius reditus reale eſt, & inhærens rei, veluti domui, vel agro, cui impoſitus eſt, & illius fortunam ſequitur, verius eſt vendito, vel in ſolutum dato reditu, & euictis rebus, cui cenſus impoſitus eſt, vel diſtractis ab anterioribus creditoribus, venditorem de euictione teneri non minus quàm in vendi-
37 tionibus, vel dationibus in ſolutum aliarum rerum. † Venditio enim reditus iam conſtituti, vel datio in ſolutum,non eſt ceſſio nominis, vel venditio nominis in quibus ſatis eſt præſtare nomen eſſe verum, & debitorem obligatum eſſe,& ſine exceptione *d. l.ſi nomen.* & Caſtrenſ. *in conſ.* 170. *num.*3. *lib.*2.niſi aliud conueniat, vt dictum eſt, ſed eſt venditio rei, quæ pro immobili habetur, vt omnes fatentur apud Cencium *quæſt.*30. *num.*6. Illudque in ſpecie docent Nauarr. *in comment.de vſur.*135.Molin. *diſp.*383. *num.*9. *in fin.* Ioann. Franciſc.Leo *in Theſaur.for.Eccleſ.parte* 2.*cap.*16.*n.*8. & Bacquet.*in d.cap.*34.*verſ.& qui eſt à noter.* ſubiiciens id recipiendum eſſe, quamuis de euictione nihil conuenerit, id enim in venditionibus, & dationibus in ſolutum aliarum rerum receptum eſt *l.ex empto.ff.de act.empt.l.in venditione, ff. de contrah.empt. l.6. C.de euict.* & Frideric. Martin.*de iur.cenſ.cap.*6. *num.*16.

Neque Roderici ſententiam iuuat auctoritas Vincentij de 38
Franch.& Surd.*loc.cit.* (Neque enim Eugenium hactenus videre licuit,) quia auctores illi loquuntur de ceſſione nominis debitoris, non autem de ceſſione, vel venditione reditus annui iam conſtituti, qui non diſtat ab aliis rebus, quæ vendi, & in ſolutum dari poſſunt, & proinde venditor eodem iure cenſeri debet, & de euictione teneri, non minus, quàm ſi agrum, vel domum in ſolutum dediſſet *l.* 4. *C. de euict.*

Quod verò attinet ad Becium, cuius auctoritatem pluri- 39
mi facio, puto ſcriptores illos Hiſpanos malè illius ſenſum & ſententiam percepiſſe. Nam non quærebatur apud Becium de iure ipſo reditus, neque de euictione iuris cenſualis,ſed actor cui facta erat ceſſio,repetebat ab hæredibus ceſſionatij reditus emphyteuticos, vel cenſuarios, quod ab ipſis debitoribus redituum exigere non potuit, quæ diuerſa ſunt. Ius enim reditus reale eſt immobile, & inhærens rei, ipſi verò reditus, quamuis ſint onera rerum, & ſequantur rem, vt cenſus, & tributa *l.poſſeſſor.in fin.de cenſib.l.*13.*C.ſine cenſ.vel reliq.*inter immobilia tamen cenſeri non debent: nec ab aliis nominibus, & acceſſionibus diſtant, vt docent idem Cenc.*loc.cit.*& Gratian.*diſcept.forenſ.c.*812.*n.*22.& proinde rectè quidem reſpondit Becius nullam ceſſionario eſſe actionem aduerſus cedentes propter penſiones, quas à debitoribus conſequi non potuit, & præſertim propter eas, quæ poſt ceſſionem decurrerant, debuit enim eas exigere, vt ait Becius *num* 26.ſed malè Hiſpani ſcriptores illius reſponſum ad propoſitam ſpeciem referunt, in qua quæritur de iure ipſo reditus, quod ſi in ſolutum datur, & euincitur, vel res cenſualis potioribus, & anterioribus creditoribus obligata eſt, poteſt creditor agere vel actione prima vt dixi *ex l.*49.*&* 98.*de ſolut. & l.libera. C.de ſentent.* cum earum rerum ſolutio non liberet, niſi maneant penes creditorem, & ex Fabro, & Theſauro, quorum ſententiam nunc ſequor, vel agere ex empto ad euictionem *ex d.l.*4. *C. de euict.* & ex Seraph.*in d.deciſ.*1114. Nihil igitur huic noſtræ ſententiæ contrariũ reſpondit Becius.Cencius verò, qui in prima editione rem hanc non attigerat,in additionibus *art.*6. *q.*2. *c.*2.*part.*2. quæ nunc eſt *q.*72.*Secundum vltim.impreſſ. Taurin. n.*23. *verſ. cæterum.*videtur Feliciani, & Roderici errorem ſecutus, neque ſeparare venditionem, & ceſſionem cenſus iam conſtituti à ceſſione nominis, quæ tamen diuerſa eſſe certum eſt, vnde nihil eorum, quæ iam ſcripſeram, mutandum eſſe exiſtimaui.

Illud ſanè placet, ſi tempore ceſſionis, & venditionis no- 40
minis debitor locuples, & idoneus fuit, poſtea tamen facultatibus lapſus eſt, tametſi eum idoneum eſſe cedens promiſerit, periculum tamen ad emptorem pertinere *ex d.l.*96. *§.ſoror.ff.de ſolut.l.*30.*ff.de pignor.*& ex Bart.Alber. & aliis auctoribus Felician.*in d.cap.*1. *num.*15. inter quos eſt idem Becius *loc.citat.n.*25.*&* 41.vbi ait obligationem eius, qui nomen ceſſit, vel in ſolutum dedit, & promiſit facere verum, & bonum, nihil aliud continere, quàm vt debitor ſit, & ſine exceptione, & tempore ceſſionis idoneus ad ſoluendum neque curandum eſſe, ſi poſtea efficiatur non ſoluendo, quia huius rei periculum ad ceſſionarium pertinet, qui non curauit exigere. Et hoc rectiſſimè aliis auctoribus citatis tradit Cencius *in d q.*72.*num.*23.*verſ. ſecus autem.* ex quibus confir-
mari poſſunt,quæ ſcripſimus *n.*34.† Sed quod ſubiicit Cen- 41
cius *eod. loc. verſ. ad affectum* eum qui ius exigendi annuam præſtationem ceſſit, eámque promiſit exigibilem, huic obligationi ſatisfeciſſe cenſeri, ſi ceſſionarius bis, vel ter illam annuam penſionem exegerit, & ita cenſuiſſe Rotam poſt illius tractatum *in deciſ.* 506. *&* 507. neque enim huiuſmodi

promiſſio

promiſſio exigibilitatis trahi debet ad perpetuitatem, cui natura dationis in ſolutum, & veriſimilis mens contrahentium reſiſtit, vt ex eod. Becio conſiderat Rota *in deciſ.* 476. *num.*6.& ipſe Cencius *eod.loc.*mihi parum tutum eſſe videtur & eo tantum caſu recipiendum eſſe, cùm debitor poſtea caſu aliquo facultatibus lapſus eſt, & cladem rebus ſuis ſenſit. Neque enim æquum eſt venditorem caſus futuros poſt contractum præſtare, vt dicitur *in d.l.*11.*ff.de euict.*aliud verò dicendum eſſe, ſi ex ære alieno præcedenti bona, ſuper quibus annua præſtatio impoſita eſt, à debitoribus auferantur, & diſtrahantur, neque reliquum ſit debitori, vnde ſoluat. Hoc enim caſu licet per tres, vel quatuor,& amplius annos debitor reditum exegerit, puto actionem eſſe creditori aduerſus cedentem, & committi ſtipulationem fauore creditoris, cui nihil imputari poteſt, cur ſortem non exegerit, quæ ſcilicet in hiſce reditibus repeti non poteſt: & ita declarandas eſſe puto dictas deciſiones Rotæ, & doctrinam Cencij, vt ſcilicet locum non habeant, quando excuſſis bonis debitoris quæ non dicuntur niſi deducto ære alieno *l.*39. *ff.de ver.ſignif.*manifeſtè apparet illum tempore ceſſionis non habuiſſe, vnde ſolueret, quamuis penſiones per aliquot annos præſtare potuerit.

42 Intercedit etiam caſus inter diſceptationes cauſarum obſeruatione dignus, quem referam: D. Acchiardus affinis meus pro aureis ſexcentis emit ab incolis Sancti Stephani reditum anuum aureorum 42.& in partem pretij dedit duos montes pro aureis 450.& reſiduum pretij in pecunia numerata tempore contractus. Promulgato edicto, cuius ſæpe mentionem fecimus, quo cauetur cenſus illicitos, & contra formam conſtitutionis D.Pij V.creatos reſcindi, & corrigi, communitas petiit, cenſum hunc nullum declarari,& penſiones exactas ſorti imputandas eſſe. Et nullitas huius contractus euidens erat, quia integrum pretium non fuerat ſolutum in pecunia numerata, quod requiritur ad validitatem cenſus, vt ab ipſo Diuo Pio conſtitutum eſt, qui cenſus non integro in pecunia numerata recepto pretio tempore contractus factos, fœneratitios eſſe declarauit. Neque ſatis eſt ſi pars pretij in pecunia, pars in aliis rebus æſtimatis ſoluatur, vt docent Virgin.de Boccat.*de cenſib. part.*2. *n.*50. Roderic.*de ann.redit.lib.*1.*quæſt.*13.*n.*3.Vgolin.*de vſur. cap.*51.

43 *num.*3.& diligentiſſimè omnium Cencius *q.* 49 † Ego verò qui D.Acchiardo adeſſem, dixi cenſum quidem nullum eſſe, & locum eſſe repetitioni penſionum, ſed montes reſtituendos eſſe cum fructibus: quia ſublato cenſu peruenerant ad communitatem ſine cauſa, ideóque condici poſſe cum fructibus *ex l.*7.§.*fundus ff.de condit.cauſ.dat.*quo in loco gloſſa, & Bart notant rem repeti poſſe cum acceſſionibus naturalibus: idémque conſtare *l.cum quis* 12.*& l.videamus.*§.1.*ff. de vſur.*quæ ait fructus quoque reſtituendos eſſe *l.*15.*in princ.ff. de condict.indeb.*Denique dixi condictionem hanc ex bono,& æquo introductam eſſe, vt quod alterius apud alterum ſine cauſa eſſe deprehenditur, id reddatur *l.*66. *eod. tit.* Vnde ne communitas locupletaretur cum aliena iactura, æquum eſſe, vt montes remitteret, & fructus, quos ex paſcuis montium redegerat receptis penſionibus ſolutis.

44 Præterea dixi in hac ſpecie dandum eſſe locum æquitati *d.l.curabit.C.de act. empt.*quia res, quæ in partem pretij tradita eſt, natura ſua fructus refert, & ſublato cenſu adhuc remanet res, quæ potuit parere fructus, vt expendit Rota poſt Cencium *in dec.*119.*n.*6.*& in dec.*124. *n.*5. *&* 6. ideóque pro portione fructuum, quos vniuerſitas exegerat ex locationibus montium penſiones repetere non poſſe, vt cenſuit Rot.*in d.dec.*124.Sigiſm.Scacc.*d q.*1.*n.*215. & Cencius *q.*48. *num.*25.

45 Denique dixi montes dimiſſos fuiſſe vniuerſitati contemplatione reditus annui, quem ſingulis annis exſoluere promiſit, quod eùm præſtare recuſet, contractum vtrinque diſſoluendum eſſe, & cuncta in integrum reponi oportere, ex Baldo, & Salicet.*in l.*6.*C.de pact.int.empt.& vend.* cuius verba ſunt. *Cum te fundum tuum certa rei contemplatione exiguo pretio in alium tranſtuliſſe commemores; poterit ea res tibi non eſſe fraudi, quando non impleta promiſſi fide domini tui ius in ſuam cauſam reuerti conueniat. Et ideo aditus iudex fundum reſtitui tibi cum fructibus ſuis, ſua auctoritate perficiet*: præcipue cùm *aduerſa pars receptis nummis ſuis nullam paſſa videri poſſit iniuriam* cùm igitur montes illi dimiſſi ſint ſub promiſſione annuæ præſtationis, & nunc vniuerſitas velit à contractu diſcedere, æquum eſt, vt receptis penſionibus ſolutis, montes reſtituat cum fructibus, ex quibus ita bis iudicatum eſt, cum vniuerſitas, primæ ſententiæ non acquieſceret, tamen prolata eſt ad relationem D. Ioan Raphaëlis de Ferraris Senatoris docti, & integerrimi nunc Religioſi Societatis Ieſu.

Huic proxima eſt hæc ſpecies, ſi quis vendat agrum, vel 46
domum pro certo pretio, & emptore pecuniam non habente, pretium in reditum annuum vertatur cenſus quidem nullus eſt ob non ſeruatam formam conſtitutionis Pontificis, quæ exigit pecuniæ numerationem, vt in ſpecie hoc genus reditus annui tanquam illicitum improbarunt. Nauarr. *conſ.* 5.*de cenſib.*Virgin *d.par.*1. *num.*37. Ludou. Lopez *de contract. lib.*1.*cap.*59.Franciſc.de Cald.*lib.de empt.& vend. cap.*23.*n.*37. Felician.*lib.*2.*cap.*1.*num.*36.& cenſuit Rota poſt eund.Cenc. *in deciſ.*122.*num.*2.& ipſe Cencius *q.*48 *num.*21. & nouiſſimè Duard.*ad d.conſtitutionem Pij V.*§.1.*q.*16.*num.*8. & rurſus §.2. *quæſt.* 24. *n.*2. † Emptori tamen cenſus, ſeu creditori adiudi- 47
candas eſſe vſuras pretij pro modo,& ratione fructuum, qui ex re percipiuntur, ne ſcilicet emptor rem;& pretium habeat *d.l.curabit.* & ex Honded.*in conſ.*30. *num.*17. *lib.*1. & in hac ſpecie Rot.*in d.deciſ.*119.*n.*6. *& dec.*124. *num.*4. Virgin. de Boccat.*loc.cit.*Cencius *in d.quæſt.*48. *num.*25. Duard. *in d. quæſt.*16.*num.*9.& Sigiſmund.*loc.cit.num.*215.Gratian. *diſcept. forenſ.lib.*3.*cap* 588.*n.*17.*&* 21.& Felician.*in d. cap.*1. *num.*36. vbi ait hoc caſu penſionem reſpectu commodi, & vtilitatis quæ ex re percipitur, non reſpectu pretij definiendam eſſe. † 48
In aliis verò cenſuum conſtitutionibus, in quibus loco pretij, vel partis pretij gemmæ, merces, & id genus ſpecies æſtimatæ datæ ſunt, quæ ſui naturâ non pariunt fructus, & quarum nulla eſt naturalis acceſſio, quod genus contractus nunc illicitum eſt, vt tractat Cencius *loc cit.* ideóque ſi quid nomine penſionis exactum eſt, id totum ſorti imputandum eſt, vel reſtitui debet, quia ſublato cenſu nihil eſt, quod poſſit referre fructus, vt ait Rota *in d.dec.*119.*num.*6.& proinde ceſſat æquitas *l.curabit.*quæ poſita eſt in perceptione fructuum, quos pecuniæ, gemmæ, merces referre non poſſunt Nec quidpiam peti poterit ſub nomine eius quod intereſt, niſi fortè venditor cenſus, qui merces, & ſimilia in pretium cenſus accepit, in mora ſit, vel ex perſona, vel reipſa, vt in cauſis minorum, & Eccleſiæ: vel niſi contractui additum ſit, vt in caſum nullitatis cenſus venditor teneatur ad id quod intereſt, quod aliunde probetur legitimis modis, ſecundum ea, quæ diximus *num.*17.*&* 19.*&* 20.† In quo tamen 49
valde obſeruandum eſt, non ſatis eſſe, ſi in fine inſtrumenti apponatur clauſula, *quæ omnia venditor promittit obſeruare ſub refectione damnorum, & intereſſe*, vt concipi ſolet, quia hæc promiſſio, quod attinet ad præſtationem reditus annui, tanquam acceſſoria corruit non ſubſiſtente contractu, vt docet Bart.*in l.cum lex.ff.de fideiuſſ.*Tiraquell. *de iur. conſtit. limit.*7. *num.*28.Rot. poſt Cencium *in deciſ.*139. *num.*3. *&* 5. & inter recentiſſ.*deciſ.*38.*num.*3.*parte* 1.& Ruin.*in conſ.*137. *num.* 15. *lib.*4. vbi notat huiuſmodi clauſulas referri ad contractum apparentem, qui nullus eſt, quod nos etiam adnotauimus *quæſt.*7.*num.*21.ſed opus eſt, vt emptor qui creditor dici debet, nominatim, & expreſsè ſtipuletur ſibi damna, & intereſſe refundi in caſum nullitatis cenſus,& quatenus cenſus non ſubſiſteret, quia hæc pactio non accedit cenſui, ſed obligationi, quæ ex receptione pecuniæ, & mercium contrahitur, quæ ſublata conſtitutione cenſus valida eſt, & ſubſiſtit, cui proinde hæc pactio de reficiendo eo, quod intereſt accedere poteſt: & ita intelligenda ſunt, quæ diximus *num.* 20. Porrò quæ de cenſibus fœneratitiis in hac quæſtione dixi ad cambia ſicca, & ad omnes alios contractus fœneratitios ferè porrigenda ſunt, quia licet ſub diuerſis nominibus concipiantur, in omnibus tamen idem genus contrahitur, id eſt, mutuum cum fœnore, & proinde in illis corrigendis eadem regula vti debemus, vt in præcedentibus dictum eſt: exemplo autem cenſus fœneratitij potiſſimum vſi ſumus, quia frequentior eſt, & in hoc genere frequentius erratur, & exemplo cambij ſicci vſus eſſem, ſi Lugduni, aut Genuæ

nuæ fuiſſem, vbi cambia exerceri ſolent, & Trapezytæ menſam habent.

QVÆSTIO LXXXI.

De vtraque mora, & primum de regulari.

SVMMARIA.

1 *Mora exigitur, vt debitor teneatur ad id quod intereſt.*
2 *Rempublicam nihil magis continet, quam fides.*
3 *Mora quid ſit.*
4 L.32.in princ.de vſur. *explicatur*, & n.8.& 9.
5 *Mora dupliciter fit ex re, & ex perſona.*
6 *Mora ex re quando facta intelligatur.*
7 *Mora ex perſona quando contrahatur.*
8 *Mora quæ fit ex re facilior definitio.*
Lex ſemper opportunè admonet debitorem.
9 *Mora non præſumitur, ſed probari debet.*
10 *Interpellatio debitorem in mora conſtituit.*
11 *Mora certius ducitur ex die conteſtatæ litis.*
Interpellatio extraiudicialis ſufficit ad contrahendam moram.
12 *Interpellatio per epiſtolam, vel nuntium fieri poteſt.*
13 *Interpellatio opportune fieri debet, vt in mora conſtituat.*
14 *Coniunctus pro coniuncto interpellans non conſtituit in mora.*
Ratihabitio non retrotrahitur ad inducendam moram.
15 *Procurator non conſtituit in mora, niſi mandatum exhibeat.*
16 L.24.ff.de vſur.*declaratur.*
17 *Interpellationis verba clara eſſe debent, vt conſtituant in mora.*
18 *Niſi interdum ex qualitate perſonarum.*
19 *Interpellatio vnica ſufficit ad moram.*
20 *Moram ſemel interueniſſe ſufficit, vt vſuræ debeantur.*
Et vt tranſmittatur ad heredes.
21 L.Æmilius.ff.de minor *declaratur*, & n.24.
22 Et l.32.§.1.
23 *Mora ex noua interpellatione non remittitur.*
25 *Arbitrium iudicis plurimum poteſt in remiſſione moræ.*
26 *Dies interpellat pro homine.*
27 *Obligatus ad aliquid faciendum lapſo tempore, quo id fieri potuit, in mora eſſe intelligitur.*
28 *Argumenta eorum, qui putant ex diei lapſu moram non fieri.*
29 *Quæ refelluntur ex Cuiacio, & n 30.*
30 *Interpellatio non eſt neceſſaria, vbi dies additur promiſſioni.*
31 *Guberti ſententia quædam declaratur.*
32 *Die adueniente mora contrahitur etiam ab herede.*
Et committitur pœna, quatenus intereſt.
33 *Aduentus conditionis, vel incerti diei non conſtituit in mora.*
34 *Fur eodem tempore obligatur, & facit moram.*
35 *Guberti diſtinctio.*
36 *Auctoris ſententia euentum conditionis conſtituere promiſſorem in mora*, & n.38.
37 *Obligationem, & moram ſimul contrahi non poſſe falſum eſt.*
38 *Conditionis euentus inducit moram, ſi ſolutio in eum caſum collata eſt.*
39 *Socius finita ſocietate, quando moram facere intelligatur.*
40 *Obligatione in diem concepta, & cum creditor petierit, diei euentus conſtituit in mora*
41 *Promittens ſoluere ad omnem creditoris promiſſionem, quam nunc creditor facit, non intelligitur eſſe in mora.*
42 *Intereſſe poteſt ab initio in pactum deduci.*
43 *Debitor ex lapſu diei non dicitur in mora, ſi factum aliquod creditoris præcedere debuit.*
44 *Debitor non eſt in mora, ſi creditor abſit, cui ſolui debet.*
45 *Debitor non eſt in mora non impleto contractu ex parte creditoris.*
46 *Emphyteuta tenetur penſionem adferre ad domum domini creditoris.*
In quo tamen ſtandum eſt conſuetudini.
47 *Iuramentum an in mora promiſſorem conſtituat.*
48 *Bartoli ſententia.*
49 *Iuramentum naturam contractus non immutat.*
50 *Baueriȷ hac de re diſtinctio, & Seraphini* n.51.
52 *Emptori qui iurauit litem aſſumere, lis non eſt denuntianda.*
53 *Debitor ſimpliciter obligatus non eſt in mora, niſi fuerit interpellatus.*
54 *Mora nulla, vbi nulla eſt petitio.*
55 *Venditor, niſi re euicta de euictione teneatur, locupletatur cum aliena iactura.*
56 *Venditor ſi ſimpliciter euictionem cum iuramento promittat, non tenetur de euictione, ſi lis ei denuntiata non fuerit.*
57 *Iurans ſoluere in caſum indigentiæ, creditoris ſine interpellatione moram facere videtur.*
58 *Alphiȷ fœneratoris dictum.*

QVIA inter alia, quæ concurrere debent, vt lucri ceſſantis, & damni emergentis ratio habeatur nullo interueniente pacto neceſſe eſt, vt debitor ſit in mora, vt conſtat *ex l.nummis. ff.de in lit.iur.& l.2.in fin.de eo quod cert.loc.l.ſocium ff.pro ſoc.l.114.ff.de verb.oblig & l.14.§.ſed ſi. ff. de conſtit. pecun.* quæ ait nulla mora interueniente promiſſorem ad id quod intereſt, non teneri, & multis auctoribus, & deciſionibus relatis tradit Sigiſmund.Scacc.*de commerc.§.1. ampl.8. num.*100.& nos diximus *quæſt.74.num.8.& quæſt.proximè præced.num.*2.& Forcat.*in lib.de mora.part.1.in princ.*vbi moram pœnarum, vſurarum, eius quod intereſt, & aliorum deformium liberorum parentem vocat. † Quod quidem meritò conſtitutum eſſe videtur, quia frangeretur impunè rerum contractarum fides, qua nihil eſt, quod magis Rempublicam contineat, quæ nulla eſſe poteſt, niſi ſit neceſſaria ſolutio rerum creditarum, vt ait M.Tullius *lib.2.de offic. in fin. & in orat.pro Roſcio Comœdo.* & homines ſi fruſtratio, & mora debitoris impunita eſſet à commerciis auocarentur, ſine quibus ciuitates conſiſtere non poſſunt *l.2. ff.de nund.* & notat eleganter Anton.Guber.*eod. lib.de mora. cap.1. num.35. &* 36. Proinde operæ pretium eſſe videtur pauca quædam hic de mora debitoris dicere, ne illius tractatus, qui per omnes iuris partes diffuſus eſt, & ad materiam vſurarum, & eius quod intereſt valde pertinet, noſtris lucubrationibus deeſſe videatur.

Igitur mora debitoris nihil aliud eſt, quàm ſoluendi debiti iniuſta, & fruſtratoria dilatio, vt definit doctiſſimus Cuiac.*in l.23.de verb.oblig.in princ.*Donell.*in comm.iur.ciuil.lib.*13.*c.*2.& Grimaud.*de contract.pign.lib.*1.*cap.*23.*n.*2.quæ eſt facilis, & vera moræ debitoris definitio, ſeu deſcriptio, quæ ducitur potiſſimum *ex l.3.§.vlt.ff. de vſur. & l.23. in fin.ff. mand.*addit verò Gubertus *cap.2. n.37. quæ legibus vindicatur,* quia inquit, non omnis mora legibus coërcetur *l. qui pecuniæ.§.vſurarum. ff.de vſur. l.ſi pupillus. de verb. oblig.* ſed ea demum, quæ dolum, aut culpam habet *l. qui ſine. de reg. iur.* quod addere non puto neceſſarium, id enim ſatis indicant verba illa *iniuſta & fruſtratoria dilatio*, quam impunitam eſſe non oportere ait Papinianus *in d. l. 3. in fin.* † Et quod ait Marcianus *in l.mora.32.eod tit.*difficilem eſſe moræ definitionem, non pertinet ad illud definitionis genus, quæ quid ſit id, de quo quæritur, oſtendit quam breuiſſimè: ſed ad moræ exiſtentiam, & conſtitutionem, id eſt, difficilem eſſe definitionem in genere, an mora facta videatur. Nec enim

enim ble quæritur , quid mora ſit , ſed quando fieri intelli-
gatur, vt poſt Fulgoſium notat Æmil.Ferrer.in tract.de mora
n.9.& Ioan.Saport.eod.lib.c.1.n.3.Gubert.c.5.n.4.& 5. diffici-
lem verò eſſe huius rei definitionem , cùm ſit magis facti
quàm iuris d.l.mora.& l.quatenus.de reg iur & proinde iudicis
diſceptationi , & arbitrio relicta ſit , vt ſcilicet inſpiciat, an
debitor aliqua excuſatione ſe tueri poſſit, vt tradit Menoch.
de arbitr.iudic.caſ.220.n.3. & 49. & Marc. Anton. de Amat.
dec 141.n.1. & dec.149. n.17. & ſatis indicat Marcianus his
verbis.quod per iudicem examinabitur.

5 Sed quicquid veteribus viſum ſit , & alij dixerint , mihi
videtur non admodum difficile eſſe definire , an mora ſacta
intelligatur , ſaltem cum de mora debitoris agitur , neque
valde in foro hac de re laborandum eſſe. Etenim obſeruan-
dum eſt,moram dupliciter fieri ex re , & perſona , vt colli-
gitur ex d l.32.& l.videamus in princ.ff.de vſur.& l 8. §.1.ff.de
condict.furt.& obſeruant Mench.loc.cit.n.5.& Gubert.eod. lib.
6 6 c.3.n 10.vbi ait hanc eſſe ſummam moræ diuiſionem † Ea
re dicitur ſacta mora , cum ſine interpellatione prætermiſ-
ſio alicuius officij reprehenditur , & coërcetur quæ rea ip-
ſa interpellet, & moneat ad præſtandum id quod fieri , vel
ſolui debet, quæ vulgo irregularis dicitur : & iure quodam
ſingulari , & ea æquitate in quibuſdam negotiis ipſo iure,&
reipſa contracta intelligitur, vt in libertatibus l.5. ff. de mi-
nor l.cum vero.§.appares.ff de fideicom.liber & in furtis, & dam-
nis iniuria datis d.l.8.de condict. indeb. quæ ait furem ſemper
moram ſacere:& in contractibus bonæ fidei l. curabit. C. de
act.empt.l.ſi vero.§ ſi mihi.ff.mand. & aliis caſibus quos expli-
cant Forcat.p.1.n.6.& 8.Ioan.Sapott.c.1.n,18.Gubert.c.3.n.9.
Roder.de ann.red.lib.3.q.7.n.63 & Menoch. loc.cit.n.6.de qui-
bus quæſtione ſequenti dicendum eſt.

7 Ex perſona autem mora fit , cum debitor opportuno lo-
co , & tempore interpellatus ſoluere , & ſacere promiſſa
prætermiſit ex d.l.vulgatiſſima.32 ff.de vſur. & conſtat etiam
ex l.ſi ex legats & l.qui Roma.§.cohæredes ff.de verb.oblig.& Cu-
iac.ad African. tract.8.in fin. Quæ mora vera , & propria
mora eſt , & ad differentiam eius , quæ in rem fit, regularis
dicitur , quaſi mora , quæ in rem fieri intelligitur extra re-
gulas iuris , & contra ſtricti iuris rationem inducta ſit , vt
innuit l.1.ff.de vſur.& d.l.curabit.C.de act.empt l.127.de verb.
oblig.& l.88.de reg.iur.quæ ait nullam moram fieri , vbi nulla
8 petitio eſt.† tametſi huius quæ in rem fit , facilior , & certior
ſit definitio. Nam quod ait Marcianus in d.l.31.difficilem
eſſe moræ definitionem , de ea accipiendum eſt , quæ ex
perſona fit , quia cùm hæc mora per interpellationem con-
trahatur , quæ opportuno loco , & tempore facta ſit , non
protinus poſt denunciationem facta intelligitur,neque ſem-
per , neque ab omnibus, vt in l.21.& 24.ff.de vſur. l. pupillus.
de verb.oblig.& proinde id in iudicio examinandum eſt , vt
cæteræ quæſtiones , quæ ſunt magis ſacti , quàm iuris. Sed
mora , quæ ea re fit , & ſola lege in quibuſdam factis , &
negotiis inducitur, ſine vllo examine contracta intelligitur.
Lex enim debitorem ſemper opportune admonet, vt in d.
l.8.de condict.furti.l.23.de vſur neque diſceptationi locum re-
linquit l.preſpexit.ff.qui & à quib.manum. l.de pretio. ff. de pu-
blic.

9 Sed cum agitur de mora , quæ ea perſona fit , cùm ſit
magis ſacti , quam iuris , vt dictum eſt , conſequens eſt eam
non præſumi , & proinde qui contendit ſibi moram ſactam
fuiſſe , & ex ea damnum ſenſiſſe , vel amiſiſſe lucrum , eam
probare debere , & quidem concludenter , vt rectè docet
Purpurat. in l.vinum num.7. ff. ſi cert.pet Houded. in conſ. 36.
num.11.lib.2.& multis oſtendit Maſcard. de probat. concl.433.
num.34.& concl.1071.num.3.Rota inter recentiſſ dec.660.num.1.
par.1. Felic.de ſocies.cap.14. num.7. & Sigiſmund. Scacc. in d.
ampl 8 num.102. Quod cùm ex ſacto, & probationibus pen-
deat , ideo Marcianus ait difficilem eſſe huius rei definitio-
nem iuriſperitis , & legibus difficile eſſe id lege , aut conſti-
tutione , aut iuriſperitorum traditionibus definire , & con-
ſtituere , imò neque conſtitutione vlla , neque iuriſconſul-
torum rationibus decidi poſſe , quæ ni fallor ſententia eſt d.
l.32.de vſur. Tametſi in foro , & in iudiciis non admodum
difficilem eſſe putem huius rei deciſionem , vt dictum eſt,
ſiquidem vulgares quidam modi proditi ſunt , ex quibus
mora ex perſona facta intelligitur , & de quibus vix in iudi-
ciis diſceptatur.

Primus eſt per interpellationem opportunè factam. Nam 10
ſi actor probet admonuiſſe debitorem, vt ſolueret , vel cre-
ditorẽ,vt reciperet,quod debetur,& per aduerſariũ ſtetit,quo
minus id fieret, ſatis mora facta intelligitur l. quod te. 5. ff.de
reb.cred l.ſi ex legati.23.& l.122.ff.de verb.obligat.l.qui decem.ff.
de ſolut. & aliis locis plurimis , & præſertim in d. l. 32. vbi
Marcianus ait , mora fieri intelligitur , ſi debitor interpellatus op-
portuno loco non ſoluerit , & tradit Præſes Faber comect. lib.6.
cap.7.in princ & alij multi docent apud Maſcard.loc.cit.n.8. † 11
Quæ interpellatio licet opportunè fieri intelligatur, cùm in
iudicio facta eſt, vt in l.quaſitum.§.vlt.de leg.1.l.nemo.81. §. vlt.
de verb.oblig. vbi Vlpianus ait eum moram feciſſe videri, qui
litigare maluit quam reſtituere & l.1.& 4. C.de vſur.& fruct.
leg.vbi Cuiac.notat rationem moræ certius duci ex die litis
conteſtatæ ; receptum tamen eſt etiam extra iudicium fa-
ctam interpellationem ſufficere , vt mora facta intelligatur,
id enim probat apertiſſime d. l. 32. & 38. §. ſi actionem. ff. de
vſur.l.Titia.§ vſuras.de leg.2.l.qui Roma §.cohæredes. de verb.ob-
lig.& ſatis indicat d l.3.in princ. ff.de vſur. vbi Papinianus ait
non facilè euenire , vt mora non præcedente perueniatur ad
iudicem , & ita ſcribunt Gobert. loc.cit. num.59. Cuiac. ad d.
tit.de vſur. & fruct.leg.& ad African.tract.8.Maſcard in d.con-
cluſ.1071.num.14.Menoch.in d.caſ 220.num.28. vbi ait id non
pari dubitationem , & Mareſc variar.reſol. lib.1. cap.124. n.4.
† Et poteſt hæc interpellatio fieri per epiſtolam , vel nun- 12
tium , & interpoſitas perſonas. Nam & his modis demon-
ſtratur voluntas creditoris poſtulantis ſibi ſolui , & poteſt
debitor intelligere ſe creditore inuito ſolutionem differre
l 47.§.quæro.ff.de bon. liber. Petrus Gregor. ſyntagm. iur. ciuil.
lib 21. cap.14. num 3. & Magon. in dec. Florent. 103. num.1.
& 2.

Illud ſanè curandum eſt , vt opportuno loco , & tempore 13
interpellatio fiat , & ei qui interpellari debuit , puta debi-
tori , non vxori , vel filio , vel ſeruo eius, Nec enim id ſuf-
ficit ad probationem moræ , vt conſtat ex d. l. 32. §.1. ff. de
vſur.vt etiamſi pupillo denuntiatum eſt , niſi tutore aucto-
re , vel ſolus tutor interpelletur l.24.ff.de verb.oblig. Gubert.
in d.lib de mora , cap.2.num.8.& gloſſ. Cuiacij in d. l.24. vel ſi
ante diem debitor interpellatus ſit , vel alio in loco , quam
quo ſolui debuit l.49.in fin.l.39. ff.de ſolut. vel ſi interpelletur
Sacerdos , dum ſacra ſacit , Iudex dum pro tribunali ſedet,
& de re aliqua cognoſcit, vel dum quis apud prætorem cau-
ſam agit , vel ſunus ducit ſamiliare : denique ſi qua alia ra-
tione intempeſtiuè , & non congruo loco , vel tempore in-
terpellatio facta ſit , vt tractat Bauer. par. 3. & Grimaud. d.
cap.23. in quo puto plurimum iudicis arbitrium domina-
ri.

Illud quoque inſpiciendum eſt , an creditor ipſe interpel- 14
let , an alius nomine eius. Neque enim coniunctus pro con-
iuncto debitorem interpellando illum in mora conſtituit, vt
ſcribit Surd.in dec.215.num.1. & 6. vbi ait id habere locum,
quamuis creditor id ratum habeat,quia ratihabitio retrotra-
hi non poteſt in necem debitoris , vt moram retrofeciſſe vi-
deatur , quod etiam ſentit Alex.in conſ.78.num.17.lib.5.Coſta
de retrotract.cap.8.caſ.9.n.17.Rota inter recentiſſ. dec. 19.num.1.
par.2.Gratian diſcept.forenſ.lib.1.cap.42.num.12.& probari po-
teſt ex d l.87 §.vſuras.de leg.2.& l.3 in princ.ff de vſur. ex qui-
bus ita tradit Præſes Fab.in ſuo Cod. tit. de vſur. & fruct. legat.
def.11.in alleg.in fin.

Procuratori quoque licet mora fiat , ſi interpellet , vt in- 15
dicat l.24.§.2.ff.de vſur.Quia vt eleganter hic Paulus ait hoc
caſu per liberam perſonam alteri non acquiritur , ſed offi-
cium impletur , non conſtituit tamen in mora , niſi manda-
tum exhibeat l.ſi quis ff depoſ.& ibi Bartolus notat n. 1. Bald.
in rubr.C.depoſ.num.4.Afflict.in dec.316.num.3. Donell. lib.16.
de iur.ciuil.cap.2.& Gratian.loc.cit.num 11.& ita accipi debet,
quod ait Paulus in d.l.24. moram creditori fieri , ſiue ipſi,
ſiue ei cui mandauerat , mora facta ſit , & quod ſcribit Maſ-
card.in d.concl.1071.num.16.& Cuiac.ad Paulum in d.l.24. &
nos diximus n.12. Niſi enim mandatum exhibeatur, debitor
non tenetur credere , & multo minus ſoluere , vt ſcribit Ba-
uer.par.1. num.30. Qui etiam ſubiicit non ſufficere , ſi man-
datum

Digitized by Google

datum in manu habere, niſi eius copia debitori exhibeatur, & ita notare Alex. *in l. de pupillo. §. qui procuratorio. de nou.*
16 *oper.nunciat.*† Neque eſt contrarium quod dicitur *in ead.l.24. ff.de vſur.* moram ſcilicet fieri creditori, ſi ei qui negotia eius gerebat, mora facta ſit, quia hoc accipiendum eſt, ſi conſtat illum creditoris negotia gerere ante interpellationem. Nam ſi quis vltro ſe offerat, & ſe negotiorum geſtorem aſſerens, vel fingens dicat, *ſolue quod Titio debes*, id eſt, incipiat negotia alterius gerere ab interpellatione, non puto debitorem moram facere. Nam nec ei rectè ſoluitur *l. 24. ff. de neg. geſt.l.34.§.ſi nulla & l.58.in princ.ff.de ſolut.* vbi dicitur tum demum debitor liberari, cum dominus ratum habuerit. Nec videtur moram facere, qui iuſtam cauſam habet differendæ ſolutionis *l.21.ff.de vſur.*

17 Illud etiam obſeruandum eſt interpellationis verba clara, & certa eſſe debere, vt debitor in mora conſtitutus intelligatur, qualia ſunt, *da ſolue redde quod debes*, & alia huiuſmodi, quibus creditor inſtat, & vrget debitorem, vt ſoluat. Nam verba ambigua, obſcura, & generalia non ſufficiunt ad probationem moræ *l.5.§.ſi quis.ff.quod vi aut clam.* Iaſon.*in d. l.ſi ex legati.num.15.de verb. oblig.* & notant Menoch. *de arbitr. iudic.caſ.461.num.1.*& Maſcard.*loc.cit. num.26.*veluti ſi creditor dicat, *indigeo mea pecunia, cunctis ſuo opus eſt*, & alia huiuſmodi, quibus indigentia creditoris oſtenditur, non ſollicita debiti repetendi inſtantia, & voluntas, quæ videtur neceſſaria, vt mora facta intelligatur *ex d.l.32.ff.de vſur.*& licet Mareſc.*loc.cit.num.12.* aliud ſentiat, tamen mihi videtur creditori imputandum eſſe, quia cum poſſit petere, quod ſibi debetur, & dicere, *redde quod debes*, vtitur ceremoniis, & inuolu-
18 cris verborum. † Niſi interdum qualitas perſonæ ferat, vt modeſte, & generalibus verbis admoneatur, vt ſoluat, veluti ſi quis Prælato ſuo, vel patri, aut ſocero, cui eadem reuerentia exhibenda eſt, ſimiliue perſonæ dicat ſe ſua pecunia indigere, quia arbitrabitur iudex admonitionem hanc ſufficere ad inducendam moram, vt ſentiunt Iaſon. *loc. cit. & in l. vinum.num.75.de reb.cred.* Menoch.*in d.caſ.461.num.4.* Ioann. Bapt. Lupus *in l.curabit.§.6.num.11.* Magon.*in d.dec.103.num. 2.* & Sigiſm. Scacc *in d.ampl.8. num.130.* Qui tamen loquitur in foro conſcientiæ. Idem ſentit Rubeus *in rep. l. non ſolum.§.morte.num.477.de nou.op.nunciat.*vbi ſcribit conferre *l.1. §.quæ onerandæ.ff.quar.rer.act.non dat.l.penul.ff.de furt.& l.in coniunctione. C.de nupt.*mihi videtur hæc ſententia maximè probari *ex d.l.5.§. apparet. de fideicomm.lib.*vbi definitum eſt moram in re fieri, cum propter ignauiam, & timiditatem eorum, quibus aliquid relictum eſt, & auctoritatem eorum, à quibus relictum eſt, vel ſerius petitur, vel in totum non petitur. Ergo multo magis ab hoc genere perſonarum mora facta intelligitur, cum verbis licet generalibus creditor ſignificat ſe ſua pecunia indigere, & velle ſibi ſolui.

19 Illud ſanè conſtat ad probationem moræ vnicam interpellationem etiam extraiudicialem ſufficere *ex d.l.mora. in princ.* vbi Paulus ait, *mora ex perſona fieri intelligitur, ſi interpellatus opportuno loco non ſoluerit*, & non ait, ſi bis, vel ſæpius. Idémque oſtendi poteſt *ex l. 23. de verb. oblig. l. videamus 19.ff. de vſur.*Ideóque fruſtra plures interpellationes exiguntur, ſiquidem ſemel admonitus debitor ſatis intelligat, vel intelligere poſſit ſe ſoluere debere *l.1.§.1. de act. empt.* & ita ſentiunt Accurſ. & Bart. *in d.l.mora.& in d.l.qui Romæ.§.Seia.num.4.* Iaſon.*in ead.l.§.cohæredes.num.9.*& Alciat. *num.21.de verb. oblig.* & alij plures, quos ſecutus eſt idem Menoch. *in d. caſ. 220. num. 29.* vbi hanc veriorem, & receptiorem ſententiam eſſe teſtatur. His conſentiunt Duaren. *in d.§.cohæredes.* Petr. Gregor.*ſyntagm. iur.ciuil lib.21.cap.14. num.4.* Cuiac.*in tract.8.ad African.& in l.36.ff.ſol.matr.* & Præſes Faber *loc.cit.* Hering. *de fideiuſſ.cap.24.num.149.* qui notat id vſu forenſi receptum
20 eſſe.† Et ſatis eſt ſemel moram interueniſſe, modo non remittatur, vt ſemper ex iure ciuili vſuræ currant *l.87.de leg.2.*illis verbis, *quam ſufficit ſemel interueniſſe, vt perpetuo vſuræ debeantur.* Et vt tranſmittatur ad hæredes, vt notat Roderic. *de ann. redit.lib.2.quæſt.15.num.40.* Anton.de Amat.*reſol.43.num 48* & conſtat *ex l.27.ff. de vſur.* quæ licet loquatur de hærede eius, cui mora facta eſt, idem tamen ſtatuendum eſt de hærede eius, qui moram fecit *l.49.§.2. de verb. oblig.* ſiue igitur defunctus moram fecerit ſiue paſſus ſit, eam tranſmittit ad hæredem non tantùm proximum, ſed vlteriores iure hæreditario, vt ait *d. l. 27. de vſur.* & Cuiac. ad African. *loc.cit.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.241.num.54.* & Antonin. *loc. cit.*& hac ratione *in l.ſi ſeruum.§. nunc videamus. de verb. oblig.* conſtitutum eſt culpam debitoris, quo nomine comprehenditur etiam mora, perpetuare obligationem debitoris, & ſucceſſorum eius.

Et perperam ſcriptores quidam ad creandam moram plu- 21
res interpellationes requirunt *ex l. Æmilius. ff. de minor. & ex d.§.cohæredes.* quia hic factum narratur, non iuris conſtitutio, vnde quamuis his locis ponatur ſæpius facta interpellatio, non ideo ſequitur ſæpius eſſe faciendam, vt ait idem Cuiac.*eod.loc.& in l.26.ff.ſol.matrim.*& Gubert. *in d. lib. de mora.cap.5.num.31.* Menoch.*d.caſ.220. num.37.*& ante illos
Florian. *in d.l.mora.in fin.* † Et quod ait Martianus *in d.l.32.* 22
§. 1. ff. de vſur. ſi poſt interpellationem debitor ſui copiam faciat, & omiſſa ſit debiti repetendi inſtantia, non protinus per debitorem moram factam intelligi, non ita accipiendum eſt, vt ad contrahendam moram ſæpius aduerſarium interpellare ſit neceſſe, ſed vt intelligamus moram, quæ ex perſona eius, qui interpellatus fuit, facta intelligitur, facilè ex perſona eius, qui interpellauit, remiſſam cenſeri, ſi is debiti repetendi inſtantiam omittat, cum ſui copiam debitor facit, vt ſcribit Cuiac.*loc.cit.*& Præſes Faber *in d. cap.7.in princ.*

Hinc verò perſpicuum eſt non eſſe retinendam opinio- 23
nem Bartoli *in d.l.Æmilius. n.1.* per nouam admonitionem, & interpellationem factam debitori moram iam contractam remiſſam cenſeri, quod etiam probatur quidam alij, vt Franciſc.de Cald.*lib.de empt.& vend.cap.23. num.64. in fin.*& Magon.*in dec. Lucenſ.25.num.31.* & rurſus *in deciſ.62.num.22.* quia verius eſt ex noua interpellatione moram non remitti, ſed augeri potius, & intendi. Etenim creditor iterum, & ſæpius inſtans, & interpellans debitorem, vt ſoluat, eum magis in mora conſtituit, vt docent Mareſc. *in d. cap. 124. num.11.* Griuell.*in dec.159.num.20.*Paul Bellon. *de poteſt. eorum.quæ in cont.cap.198 num.2.& 3.lib.1.* & diſputat Iaſon. *in d.l.ſi ex legati.num.28.de verb.oblig.*vbi ait Bartoli quidem auctoritatem ſupremam eſſe, & ſe illius veſtigia adorare in terris, in hoc tamen ſentire contrarium.

Neque mouet *l. Æmilius. ff. de minor.* quia eſt de fundo 24
vendito lege commiſſoria, id eſt, vt niſi intra certum diem pretium ſolutum ſit, fundus inemptus fiat, quæ lex ſtatim atque commiſſa eſt, venditor ſtatim eligere poteſt, vtrum commiſſoriam velit exercere, an potius pretium petere, ita vt vno electo ad aliud redire non poſſit *l.ſi fundus.§.eleganter.ff. de leg.commiſſ.*& docet Cardin.Mantic.*de tac.& ambig.con. lib. 4.tit.29. num 16. & 18.* & proinde Paulus *in d.l.Æmilius.* ait venditorem poſt diem petendo pretium, videri à lege commiſſoria receſſiſſe, vt etiam definitum eſt *in l.7.eod.tit. de leg. commiſſ.*& tractat Cardin.*loc.cit.* Sed hæc diſſimilia ſunt. Neque enim creditor, qui bis, vel ſæpius vrget debitorem, quidquam facit, vnde à priore interpellatione receſſiſſe videatur non magis quam venditor, ſi legem commiſſoriam exercere volens iterum, & ſæpius emptorem interpellaret ad reſtitutionem fundi, videretur moram remittere, & legi commiſſoriæ renunciare: ſed potius magis aduerſarium in moram iniiceret, & proinde hic locus nihil iuuat Bartoli ſententiam. Quæ tamen quibuſdam caſibus recipi poteſt, quos refert Surd. *in lib. de aliment. tit.9. quæſt. 26.in fin.* vt etiam in
ſpecie *l.Stychum.8.ff. de nouat.in princ.* † In qua re puto pluri- 25
mùm dominari, arbitrium iudicis, vt ipſe ſcilicet videat, & perpendat ex formula interpellationis, & denuntiationis, & ex aliis rerum, & perſonarum circumſtantiis, an per ſequentes interpellationes à priore receſſum videatur. Neque enim hæc vllo certo modo definiri, & decidi poſſunt, cùm ſint magis facti quàm iuris, vt ait *d.l.mora.ff. de vſur.* Quod verò diximus vnicam interpellationem ſufficere id accipimus de ea, quæ opportunè facta eſt, poſtquam certum eſt moram fieri, neque plures exigi, vt ipſe Gubertus admittit *loc. cit. num.58.* Sed an opportunè facta ſit, in arbitrio iudicis poſitum eſt, quod Martianus ait *in d.l.ſi mora.*vt etiam an per nouam interpellationem creditor à priore receſſiſſe videatur.

Secundo modo inducitur mora ex diei aduentu, in quo 26
aliquid ſolui, & præſtari conuenit. ſtatim enim ac lapſa eſt

eſt dies, mora facta intelligitur etiam non interpellante creditore *l. pecuniis. 9. §. vſurarum. ff. de vſur. l. 3. ff. de in lit. iurando. l. 25. ff. de fideicomm. lib. l. ad diem. 77. de verb. oblig. & l. magnam. C. de contrah. & commit. ſtipul.* ex quibus paſſim diximus diem interpellare pro homine & eleganter Harmenop. *lib. 3. tit. 3. qui ad diem debet ſibi, ipſi in memoriam reducere debet, non autem creditoris expectare commonitionem.* Ex quibus Itali ſcriptores vnanimes in hanc ſententiam conueniunt, vt ſiue à contrahentibus dies ſolutionis adiecta ſit, ſiue à iudice, vel lege, illius lapſu mora committatur: denique id obtinere etiam in die, quæ miſerationibus cauſa debitoribus indulgetur notat *gloſ. in l. ſi mora. ff. ſolut. matrim.* & ibi Iaſ. *num.* 20. idem Iaſ. *in l. ſi ita. 14. num. 7. de verb. oblig.* Purpur. *in l. vinum. num.* 19. & Alciat. *num. 21. ff. ſi cert. pet.* Bauer. *in lib. de mora. par. 2. n. 1.* Rebuff. *in l. 188. de verb. ſignif.* & Surd. *in dec. 211. n. 14.* & oſtendi poteſt ex *l. vn. §. fin. autē. C. de rei vxor. act. l. 1. & 2. C. de vſur. rei iudic.* & nouiſſime D. Ludouic. Auenion. *conſ. 211. in fin.*

Et quod magis eſt in ſtipulationibus facti tractum tempo-
27 ris habentis lapſo tempore, quo res arbitrio boni viri fieri, & præſtari potuit, mora facta intelligitur, quamuis nec dies certa adiecta ſit, neque alia interpellatio interuenerit, quia ſicut dies expreſſa interpellat, ita & quæ tacitè ex natura rei ineſt, vt ſi quis domum fieri ſtipulatus ſit, vel opus aliud, vt conſtat *ex l. ſi inſulam. l. 72. §. vlt. & l. continuus. 137. §. 3. de verb. oblig.* & tradit Alex. *in l. quod te. num. 8. de reb. cred.* Alciat. *in d. l. vinum. num.* 24. Rebuff. *loc. cit.* & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 34. num. 5. verſ. in ſecundo autem caſu.* Idémque ſenſit Præſes Faber *in d. cap. 6. circa princ.* Et notandum eſt, quod eleganter Venuleius ait *in d. l. 137. §. cum ita.* in his negotiis iudicem, id eſt, virum bonum æſtimare debere, quanto tempore diligens paterfamilias facere potuiſſet, quod ſe facturum promiſit.

Sanè quidam exiſtimauerunt moram non aliter fieri,
28 quàm ſi debitor poſtquam venit dies, opportunè interpellatus fuerit, quorum ſententiam duo potiſſimum iuuant, vt ait Æmilius Ferret. *in d. lib. de mora. num.* 13. Primum *ex l. traiectitia. ff. de act. & oblig.* in qua licet obligatio diem habeat, tamen mora fit per interpellationem vt conſtat illis verbis, ſi interpellatus moram fecerit. Alterum eſt, quia Martianus *in d. l. mora.* qui locus proprius eſt moræ definiendæ, dixit moram ex re, & ex perſona fieri, nuſquam verò ait ex tempore moram adhiberi. Neque mouere *d. l. magnam. C. de contrah. & commit. ſtipul. & d. l. ad diem de verb. oblig.* quibus locis ex lapſu diei pœna committitur, quia inquiunt pœna ex conſenſu debetur non autem ex mora. Et aliæ quædam affert Gubert. *eod. lib. cap. 4. num. 9. & ſeq.*

Sed Gallis obiicio ſcriptorem Gallum Iuriſconſultorum
29 Principem, id eſt, Cuiacium, qui paſſim docet ex die moram fieri, nec interpellatione opus eſſe, & præſertim *in l. 17. ff. de conſtit. pecun.* vbi ait hoc eſſe certiſſimum in iure: & rurſus *in d. l. traiectitia. de act. & obl.* vbi ſic inquit, *Quæritur an etiam intermiſſi temporis, ſiue interſtitij illius, quo debitor interpellatus non eſt à creditore, pœna peti poſſit: temporis quo interpellatus eſt, certum eſt pœnam peti poſſe. Sed an etiam temporis, quo interpellatus non eſt; & reſpondit Africanus hoc loco huius quoque temporis in dies ſingulos pœnam peti poſſe hac ratione, quia vbi certus dies præſcriptus eſt ſolutioni, nec vlla interpellatione opus eſt, quandoquidem mora fit ex re, id eſt, ex tempore ipſo tardæ ſolutionis etiam non interpellante creditore, nimirum quia dies ſatis interpellat, ſatis admonet debitorem: & ipſe ſibi debitor, qui diem non ignorat, verum, & æquum ſibi denunciare, & ipſe ſe ipſum interpellare debet l. 77. de verb. oblig. l. 9. §. vlt. ff. de vſur. l. fideicom. libert. l. magnam. C. de commit. ſtipul. l. 2. C. de iur. emphyt.* & deinde ſubiicit ſe reliqua, quæ ad hunc locum pertinent *in tract. 7. ad African.* preſſius, & ornatius tradidiſſe, non obſtat ergo hic locus noſtræ ſententiæ.

Neque turbat etiam, quod Martianus *in d. l. mora.* dicat mo-
30 ram ex perſona fieri, ſi debitor interpellatus non ſoluerit, quia non inde ſequitur moram non fieri ex die, quo ſolui debuit: & tantùm ex hoc loco, qui præcipuus eſt, in quo de mora agitur, & in quo Martianus duplicis tantum moræ meminit, eius quæ fit ex re, & eius, quæ fit ex perſona, cùm debitor interpellatus non ſoluit, colligi videtur moram, quæ ex aduentu diei contrahitur, ex re contrahi non autem ex perſona, vt clare ſenſit Cuiac. *loc. cit. & in d. tract. 7. ad African.* vbi ait non eſſe neceſſariam interpellationem, cum dies additur ſtipulationi, & moram fieri ex re, & ex die quo ſolui debuit ipſo iure. Cuius ſententiam iuuat quod ait *d. l. 3. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.* moram quæ fit ex ſolo tempore tardæ ſolutionis reipſa fieri. At nos hoc vnum quærimus, an ex lapſu diei mora facta intelligatur, & factam intelligi conſtat apertiſſimè ex locis citatis, & ex Harmenop. *d. tit. 3.* vbi ait id multis legibus probari. Et quamuis Forcat. *in d. par. 1. num. 7.* & Præſes Faber *loc. cit.* ſeparent moram, quæ ex die fit ab ea, quæ ex perſona, vel reipſa fieri intelligitur, vterque tamen admittit ex ſolo temporis curſu, & diei aduentu moram fieri, atque etiam non interpellante creditore, quod Itali ſentiunt, & ſentit etiam Petrus Gregor. *ſyntagm. lib. 21. cap. 14. num. 3.* & Donell. *lib. 16. cap. 2. verſ. quod valet.* vbi ait eum, qui certo die dare debuit, ſi eo die non ſoluit, hoc ipſo moram facere ſine vlla alia interpellatione: denique idem valere ad moram diem adiectam obligationi, quod valet interpellatio creditoris. † Et in idem conuenit, quod
contendit Gubert. *loc. cit. num.* 16. nimirum falli eos, 31
qui putant diei lapſu moram fieri, quaſi dies interpellet debitorem, & decipi etiam, qui poſt diem ſolutioni præſcriptum interpellationes deſiderant. Exiſtimat enim ex diei aduentu moram committi, non quidem ex ſolo lapſu diei, ſed propter admonitionem, & denunciationem iam inde ab initio id eſt, in ipſo contractu interpoſitam, quæ etſi tempore minus congruo facta videatur, nihilominus prodeſt ad inducendam moram, quandoquidem ad tempus congruum referatur. Et hoc eo æquius videri, quod debitoris nedum creditoris conſenſu huiuſmodi denunciatio fiat. Et ſatis natura, & conditio rei geſtæ debitorem admonent, vt ſua die creditori ſatisfaciat. In quo videtur Gubertus verbis tantum à noſtra ſententia diſcedere.

Denique adeo verum eſt, quod dicimus ex ſolo tem-
potis lapſu moram fieri, vt Paulus ſcripſerit ad diem 32
ſub pœna promiſſa pecunia, & ante diem mortuo promiſſore, non ideo minus pœnam committi, ideóque moram fieri, licet non ſit adita eius hæreditas *in l. 77. de verb. oblig. & l. vlt. de naut. fœn.* & reſpondit Natta *in conſ. 216. num. 4* Duaren. & Alciat. *in d. l. 77. de verb. oblig.* qui ait, cùm nulla hîc fiat curatoris, aut interpellatoris mentio, probari ipſo iure moram ex diei adiectione committi: verámque eſſe regulam, qua traditum eſt diem pro homine interpellare, & in mora conſtituere. Cuiac. *in d. l. 9. §. vſurarum ff. de vſur.* & Felic. *de societ. cap. 24. num.* 26. vbi ait ignorantiam non excuſare hæredem, quo minus moram feciſſe videatur. Non puto tamen pœnam committi, cùm quantitati adiecta eſt, niſi quatenus creditoris intereſt ſecundum ea, quæ diximus *quæſt. 38. num. 14. & quæſt. 66. n. 15.* & notat Florian. *in d. §. vſurarum. num. 1.*

Sed illud inter omnes fere receptum eſt ex aduentu con- 33
ditionis, vel diei incerti, qui conditio eſt *l. 75. ff. de condit. & demonſtr.* moram factam non videri: ſed interpellatione opus eſſe. Ita enim tradunt Doctores *in l. quoties. 59. de verb. oblig.* & præſertim Iaſ. *num.* 2. vbi ait hanc receptam eſſe ſententiam, quam etiam ſecuti ſunt Trentacinq. *lib. 3. tit. de ſolut. reſol. 32. num.* 10. Anton. Gomez. *lib. 2. cap. 11. num.* 31. Gabriel. *conſ. 5. num. 28. & 29. lib. 1. & conſ. 139. num. 7. lib. 2.* Sigiſmund. *de commerc. §. 1. quæſt. 1. num* 384. & ante illos Forcat. *in d. lib. de mora. par. 3. num. 6.* cui tamen non placet ratio, qua vtuntur iuris auctores communiter, quod ſcilicet iniquum, & abſurdum videatur, vt quis eodē tempore obligetur, & in mora conſtituatur *ex l. quod dicimus de ſolut. & l. 21. §. ſiue. ff. de conſtit. pecun.*
† Quia inquit, fur ex delicto obligatur, & eo momēto in mora 34
eſt *l. in re furtiua. ff. de condict. indeb.* idémque in emptore, & venditore receptum eſſe *ex l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt.* & proinde aliis rationibus vtitur. Nam inquit, cum dies certa ſolutioni definita eſt, potuit ſatis à debitore præuideri, qui talem legem ſibi dici paſſus eſt. At dubium eſt, an veniat conditio, & quando. Quin etiam ſi pro certo euentura eſt, vt illa, *ſi moriar*, tamen non putat hæredi ſuo moram relinquere, ſed petendi facultatem creditori *ex l. 1. Cod. vt act. ab hered. & contra hered.* Quia quæ certò præuideri poſſunt, in mora conſtituunt, non quæ ſunt incerta.

Digitized by Google

incerta. Ita ratiocinatur Forcat. *loc. cit.* aliam rationem adfert Gomez. *in dict. cap.* 11. *num.* 51. quia non magis operari debet obligatio conditionalis adueniente conditione, quàm pura, & ſimplex promiſſio: ſed promiſſio pura non conſtituit debitorem in mora ſine interpellatione, ergo nec conditionalis etiam impleta conditione.

35 Sed Gubertus *loc. cit.* poſtquam vtriuſque ſententiæ argumenta ſuſtulit, tandem *num.* 43. & 44. diſtinguit inter conditionem, cuius euentus in incerto eſt, vt eſt illa, *ſi nauis ex Aſia venerit*, & eam quæ omnino extitura eſt, tametſi quo die extitura ſit, neſciatur, veluti *ſi moriar.* Et proinde quoties dubius eſt conditionis euentus, quæ ea incerto rerum euentu pendet, nec in conſiliis noſtris, ſed in volubilitate fortunæ poſita eſt, vt mora fiat, interpellationem neceſſariam eſſe. Primum quia debitor præſagire non poteſt conditionis euentum, vt tunc præſentem pecuniam habeat. Deinde quoniam non ante naſcitur obligatio *l. cedere diem, de verb. ſignif.* At ſi omnino extitura eſt conditio, quoniam tunc diei certo comparatur *l. ſtipulatio iſta, §. ſacram. de verb. oblig. l. nam & ſi. de condict. indeb. l. ſi pupillus, ff. de nouat.* ſolo conditionis euentu moram fieri, modo à contrahentibus adiecta fuerit, & illius euentum debitor non ignorauerit. Sed cùm hæc non ſatis tuta, vt puto, exiſtimaret, concludit melius, & tutius eſſe huius quæſtionis definitionem iudicantis arbitrio relinquere nimirum, vt verum coniectura quærat, & ex facti circunſtantiis æſtimet, an promiſſor conditionis euentum præſagire potuerit, vt nummos interim redigeret creditori quamprimùm ſatisfacturus.

36 Ego verò puto conditionis euentum etiam eius, de qua incertum eſt, an ſit extitura, ſi non aliud obſtat, eum qui ea adueniente ſoluere promiſit, in mora conſtituere. Et moueor *ex l. euictis*, 18. *ff. de vſur.* ex qua conſtat vſuras poſt euictionem præſtari, cùm actum eſt, vt ex euicta pretium reddatur, & proinde ſine interpellatione caſum euictionis venditorem in mora conſtituere, tametſi incertum eſſet, an conditio eſſet extitura. Euentus enim conditionis, quæ voluntate promiſſoris adiecta eſt, eum vrget, & compellit, vt ſoluat, nec alia admonitione opus eſt, cùm ab initio conuentum eſt, vt adueniente conditione ſolueret *l.* 26. *ff. de tranſact. l.* 1. *§. vlt. ff. de act. empt.* Et quod dicitur eodem tempore obligationem, & moram contrahi non poſſe, omnino falſum eſt, aliud enim conſtat *ex d. l. in re furtiua, ff. de condict. furtiu. l.* 1. *§.* 1. *ff. de vſur. l. ſi vero, §. ſi mihi, ff. mandat.* & notat Forcat. *loc.*

37 *cit.* † Et quod definitum eſt *in dict. l.* 21. *de conſt. pecun. & l. quod dicimus, de ſolut.* non eo pertinet, vt mora, & obligatio eodem tempore nunquam contrahi poſſit, ſed ne ſtatim, ac quis ſimpliciter ſoluere promittit, exactio fiat: & proinde modicum tempus ſtatuendum ſit, intra quod promiſſor ſoluere poſſit humanitatis gratia, vel etiam interdum neceſſitatis, vt reus pecuniam conficere poſſit, vt notat Cuiac. *in l.* 118. *in fin. de verb. oblig.* & Gothofr. *ad l. quod dicimus de ſolut.* vel potius, vt mihi videtur, ex veriſimili mente promiſſoris, quæ non videtur eſſe, vt ſtatim exactio fieri poſſet, ſed cum aliquo laxamento temporis. Vnde cùm quis promittit aliquid ſoluere adueniente aliqua conditione, iam clara apparet voluntas contrahentium, vt ea adueniente ſtatim ſolutio debeat, & exactio celebrari poſſit.

38 Neque enim turbat ratio Gomezij, quòd non magis debeat operari obligatio conditionalis exiſtente conditione, quàm ſimplex, & pura promiſſio, quæ promiſſorem non conſtituit in mora niſi interpellatus ſit, quia hoc accipiendum eſt, cum ſimpliciter conditio adiecta eſt obligationi: aliud verò eſt, cùm non tantum obligatio in caſum aduenientis conditionis, ſed etiam ſolutio confertur, quia hoc caſu voluntas vtrinſque intelligitur, vt exiſtente conditione non tantum obligetur promiſſor, ſed etiam, vt ſoluat, & proinde non ſit opus eum interpellare *d. l.* 1. *in fin. d. act. empt.* Quæ diſtinctio clarè elicitur *ex d. l. euictis*, in qua actum fuerat, vt euictis agris, venditor pretium reſtitueret. Ideòque reſpondit Paulus vſuras quoque poſt euictionem præſtandas eſſe, & quod inde ſequitur, moram ipſa ea ſolo conditionis euentu factam eſſe. Quare in hoc genere verba ſtipulationis inſpicere oportet.

39 Quod confirmari poteſt ex eo, quod quidam dicunt, ſi ſocietas inita eſt per quinquennium, eo tranſacto ſocium non cenſeri moram adhibuiſſe in reſtitutione ſortis, & lucri, ſed interpellatione opus eſſe, vt mora facta intelligatur, ſine qua intereſſe non deberet, vt reſpondit Alex. *in conſ.* 132. *num.* 10. *lib.* 1. & ſentit Menoch. *in conſ.* 121. *n.* 81. & 107. & Decian. *in conſ.* 60. *n.* 36. & 43. *lib.* 3. niſi etiam actum ſit, vt finita ſocietate ſocius rationes ederet, & reliqua reſtitueret, vt explicat Felic. *in d. cap.* 24. *num.* 13. *& ſeq.* & præſertim *num.* 20. & 21. quibus in locis reſpondens obiectioni, quæ duci poteſt ex doctrina Bart. *in l. cum ſtipulatus ſim mihi de verb. obligat.* & Baldi *in l. vlt. §. præterea, C. de iur. dot.* inquit eos loqui de tempore adiecto ſolutioni, aliud verò eſſe cùm ſimpliciter tempus adiectum eſt ipſi contractui, vt ſciatur quouſque durare debeat, hoc enim caſu debitorem in mora non conſtitui *ex l. ex empto §. denique, ff. de act. empt.* congruenter ergo noſtræ ſententiæ putat Felicius ſocium nulla facta interpellatione non cenſeri moram facere ea die finitæ ſocietatis, niſi etiam actum ſit, vt tranſacto quinquennio teneretur ſocius reddere rationem, & reliqua ſoluere: vel niſi pecuniam ſocij, & lucrum in ſuos vſus conuerterit, vt dicam *quæſt. ſeq. num.* 33.

Illud etiam ſciendum eſt, ſi fortè obligatio ita concepta 40 ſit, *decem Calendis Iunij ſoluam, aut exinde cùm petieris*, nihilominus lapſo eo die abſque alia interpellatione debitorem moram facere. Ita enim docuit Bart. *in l.* 113. *n.* 10. *de verb. oblig.* Quem reliqui ſequuntur eodem loco, & Banet. *lib. de mora par.* 2. *n.* 2. Catellian. *in verbo, mora. verſ. ſed qui ſi debitor.* Rebuff. *in l.* 188 *de verb. ſignif.* Trentacinq. *in d. cap.* 32. *n.* 6. & Mincin. *de iuram. part.* 4. *effect.* 13. *n.* 34. Contrarium ſenſit Zaſius *in d. l.* 113. *n.* 9. vbi ait nullum hic eſſe verbum, vnde hæc doctrina colligatur, & proinde in hac ſpecie nullam eſſe moram, niſi debitor interpelletur, & ſtandum eſſe conuentioni *l.* 1 *§. ſi conueniat, ff. depoſ.* ſed communem ſententiam veriorem deinde aſſerit *in l. ſi ita quis*, 135. *n.* 6. *eod. tit.* vbi ſcribit hæc verba, *cùm volueris, vel petieris*, non prorogare ſolutionem, nec differre, nec conditionem vllam habere *ex l.* 48. *ff. eod.* & hanc loco rationis habendam eſſe, donec melior inueniatur.

Sed ſi quis mutuam pecuniam accipiens eam promittit 41 ſoluere ad omnem creditoris petitionem, quam nunc creditor facit, non ex hoc debitor in mora eſſe dicitur, vt ex eo die vſuras debere incipiat, & proinde alia interpellatione opus eſſe, vt debitor in mora conſtituatur, quæ regulariter ſine interpellatione non contrahitur, vt iudicatum refert Præſes Faber *in tit. de vſur. def.* 27. repugnat enim inquit hæc clauſula naturæ mutui, quod ita contrahi neceſſe eſt, vt de meo fiat tuum *l.* 2. *ff. de reb. cred.* & abſurdum eſt, vt tam citò quis ſit in mora reſtituendæ pecuniæ, quam ex cauſa mutui ſuam fecerit *d. l. promiſſor.* 21. *§.* 1. *ff. de conſtit. pecun.* † Tametſi nihil repugnet naturæ mutui, vt olim à die mu- 42 tui dationis ſtipulari vſuras *l.* 9. & 17. *in princ. ff. de vſur. l. lecta*, 40. *ff. de reb. cred* ita nunc ſtipulari id quod intereſt etiam ante moram, vt docet Didac. Couar. *variar. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 5. & aliis auctoribus citatis diximus *quæſt.* 72. *n.* 5. & *quæſt.* 74. *num.* 20. & 21. & alij quidam docent apud Duardum *in procemio conſtit. D. Pij V. quæſt.* 26. *num.* 9. quod tamen probetur legitimis modis ſecundùm ea quæ iiſdem locis à nobis tradita ſunt, & hanc declarationem patitur dicta Præſidis definitio.

Eiuſdem etiam ſingularis eſt deciſio, & adnotatione dig- 43 niſſima *in tit. de contrah. ſtipul. def.* 2. debitorem ſcilicet moram non contrahere ex ſolo diei lapſu, quoties factum aliquod creditoris interuenire debuit, nec interuenit, ne alioqui inquit, promiſſoris obligatio augeatur, ſi pro ſtipulatore facere cogeretur, quod ſtipulator ipſe facere debet, eiuſque hac ratione quaſi procurator conſtituatur inuitus, quod ius non patitur *l.* 44. *§ vlt. ff. ad S. C. Trebell. & l.* 22. *in fin. ff mand.* † Et proinde in iis caſibus, in quibus debitor tene- 44 tur accedere ad domum creditoris, vt ſi ſint diuerſi fori, vel cùm debetur ſpecies *l.* 1. *§. licet, ff. de peric. & comm. rei vendit.* Bald. & Caſtrenſ. *in l. item illa, ff. de conſt pec.* Vrſill. ad Afflict *in dec.* 316. *num.* 4. Mynſing. *cent.* 3. *obſeru.* 95. *n.* 4. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 2. Grimaud. *de vſur. & contract. pign. lib.* 1. *c.* 27. *n.* 1. & 3. & Gratian. *diſcept. Forenſ.*

cap.128. n.1. debitor per diei lapſum moram feciſſe non intelligitur, niſi creditor ad domum debitoris accedat recepturus, quod ſibi debetur, vt definit Faber in d. def.2. & ſit in loco, vbi ſolutio fieri debet, vt multi docent apud Maſcard. in d concl.1071. num.23. & Mynſing. loc.cit. Rota Genueſ. in dec.86. num.4. & Anton. Herinq. de fideiuſſ. cap.23. n.52. quibus accedit Paulus Bellon. lib.2. de poteſt. cor. qui in cont. cap. 52. n.3. ſatis enim eſt ad excuſandam moram debitoris, ſi per eum non ſtet, quo minus ſoluat, id eſt, ſi paratus fuit ſoluere, ſi creditor ſui copiam feciſſet l.3. in fin. ff. de act. empt. l. quod te. ff. ſi cert. pet. l. ſi ex legati. de verb. oblig. Gabriel. conſ.139. n.5. l.2. & Gratian. loc.cit.

45 His congruit, quod decidit Baldus in l. in minorum. n. 1. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. debitorem in mora non conſtitui, quoties creditor ex parte ſua contractum non impleuerit ex l. Iulianus. §. offerri. & l. qui pendentem. C. de act. empt. Quod probarunt Sforr Odd. in conſ. 87. num.14. Surd. in dec. 179. num.25. & 26. & Gratian. diſcept. cap.143. n.26. qui omnes idem iuris eſſe ſcribunt, etiam ſi creditor ſit minor, id verò conſtat apertiſſimè ex l.16. §. cum vſura. ff. de vſur. & ibi Florianus notat, cuius tamen, textus ni fallor, neque Baldus, neque alij meminere, & à nobis alio loco fuſius, & diligentius examinabitur.

46 Interea in tranſitu hic dicam non omnino placere exemplum, quo Præſes Faber. vſus eſt in d def. 2. num.4. eius ſcilicet debitoris, qui emphyteuticarium canonem annuum debet, quaſi ad domum creditoris accedere non teneatur, vt illum ſoluat, quia receptum eſt emphyteutas, & colonos, & alios, qui ratione rei cenſum, vel canonem præſtare tenentur ad domini domum accedere debere, & illi cenſum, & canonem inferre, & ſoluere, vt reſpondit Roland. in conſ.87. n.15. lib.1. Surd. in conſ.172. n.12. Roderic. de ann. & menſtr. redit. lib.2. q...n.2. Maur. de ſolut. c.14 n.8. Frideric. Martin. de iur. cenſ. c.6. in fin. & Gratian. in d. cap.128. num. 15. in quo tamen exiſtimo conſuetudinem ſpectandam eſſe, vt videtur ſentire idem Gratian. eod. loc. n.9 & proinde quia in hac vrbe vſitatum eſt in domo Abbatis ſancti Pontij canones, & laudemia præſtare, & recognitiones facere, emphyteuta ad illius domum accedere & illic canones inferre, & ſoluere debent, & recognoſcere, quod tamen non puto conductoribus tribuendum eſſe, neque enim illis eadem reuerentia debetur.

47 Sed omiſſis aliis quæſtionibus, quæ ab iis petendæ ſunt, qui de mora ſcripſerunt, ſupereſt, vt videamus, an iuramentum interpellet, & in mora conſtituat debitorem. Et ſanè ex iuris auctoribus quidam aiunt, quidam negant, quidam diſtinguunt. Affirmant Decius in l. quod te. num.11. & in repet. n.43. ff. ſi cert. pet. Sadol. n.86. & Alciat, in ead. l. num. 21. & alij ſanè plurimi, quos ſequitur Seraph. de priuil. iuram. cap.47. n.1. & Ozaſc. in dec.49. n.7. & 9. verſ. non obſtat. & Menoch. de arbitr. indic. caſ.220. num.21. Mancin. de iuram. par. 4. effect. 215. num. 2. Mareſcott. in d. cap. 124. num.27. & Felic. loc. cit. num. 15. quaſi iuramenti religio continuè vrgeat, & admoneat debitorem, vt quamprimùm ſcit creditorem ſuis pecuniis indigere, & neceſſitate premi ſoluat, & reddat, quod debet. Et cùm quibuſdam caſibus receptum ſit moram in rem fieri, vt initio dictum eſt, & dicam quæſt. ſeq. Sanè multò magis hæc vis, & poteſtas iuramento tribuenda eſſe videtur, vt in contractibus, quibus additum eſt, promiſſor ex ſolo tempore tardæ ſolutionis moram facere intelligatur, vbi enim iuramentum eſt, Deus eſt auctor contractus, vt poſt Baldum dicit Natta in conſ.426. n.15. lib.2. & Mancin. d. tract. par.1. quæſt.2. num.1. ita vt debitori feſtinandum ſit, & ſine mora, ſoluendum, quod Deo auctore facere, & ſoluere promiſit.

48 Negant verò Bartolus in l. cum qui. § ſi iuramento. num.5. ff. de iureiurand. vbi ait hodie conſuetudinem obſeruare. Alex. in d.l. quod te. num.8. & Curt. iun. in addit. ad eund. & in d.l. quod te. num.26. & 27. & Bologn. num.61. Aret. & Rip. apud Gabriel. tit. de iureiur. concl.2. in fin. Æmil. Ferret. in d. lib. de mora. num.10. vbi ait alteram ſententiam communem eſſe, ſed ſi ſequenda eſt, veterum auctorum reuerentia id faciendum eſſe, non autem ratione vel lege. Ita etiam ſentit Camill. Plaut. in d.l. quod te. num.24. Gomez in §. item ſi quis. n.10. Inſtit. de act. Azum. in tract. de mor. cap. 4. num.46. & 47. & probare videtur Maſcard. in d. concl.1071. n. 18. & Sigiſm. Scacc. §.1. quæſt.1. n.387.

Quorum ſententiam valdè iuuat, quod dicimus iuramentum non mutare naturam contractus, in quo adhibetur: ſed 49 illi intra ſuos limites conſiſtenti ſolum addere religionis vinculum, vt notant Tiraquell. in præfat. l. ſi vnquam. num. 163. Cardin. Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib.4. tit.31. n. 28. & tit. 32. num.89. & alij plurimi apud Mari. Giurbam in dec.42. num.25. & 26. & Anton. Hering. de fideiuſſ. cap.37. n.43. & iuſiurandum recipere ea omnia, quæ inſunt contractibus, quibus adiicitur ex l. vlt. C. de non num. pec. l. ſi libertus. ff. de oper. libert. l. vlt. qui ſatiſd. cog. & tractat idem Manc. effect. 8. ita vt in iis non ſit neceſſaria abſolutio, vt tradunt Dec. in conſ.350. n.8. & Gratian. lib.2. cap.324. n.13. vnde cùm promiſſio, & obligatio ſimplex eam vim non habeat, vt ſine interpellatione debitorem in mora conſtituat, nec veriſimile ſit id inter contrahentes agi, vt ſtatim debita pecunia exigatur præſertim in mutuo, vt dixi, vix intelligi poteſt hic ſine interpellatione moram admittendam eſſe.

Sed inter vtramque ſententiam Marc. Anton. Bauet. in d. 50 lib. de mora par. 2. num.23. notat plurimùm referre, an obligatio pura ſit, & res præſenti die debeatur: an verò in aliquem caſum futurum conferatur. Primo caſu iuſiurandum non interpellare promiſſorem, ne eodem tempore obligetur, & moram faciat: in alio verò, id eſt, ſuperueniente neceſſitate iuſiurandum interpellare, quia eodem tempore non videtur quis obligari, & in mora conſtitui, & hac ratione conciliari diſſidentes auctorum ſententias, & ita alias obtinuiſſe. At verò non aliud ſentiunt auctores primæ ſententiæ. Putant enim debitorem, qui interpoſito iuramento promiſit ſoluere, moram facere, cùm ſcit creditorem ſua pecunia indigere, vt perſpicuè tradunt inter alios Dec. & Menoch. loc.cit. & Mareſcott. in d. cap.124. n.23. & proinde ex interuallo poſt ſcientiam ſcilicet ſuperuenientis inopiæ, & egeſtatis creditoris.

Seraphinus etiam in d. priuileg.47. num.5. & priuil.49. n.5. 51 & 6. exiſtimabat iuramentum non ita amarè intelligi debere, vt ſtatim promiſſorem in mora conſtituat, ſed tantum elapſo eo tempore, quod lex arbitrio iudicis indulget debitoribus ad ſoluendum. Nam inquit, & poſt interpellationem modicum tempus conceditur, quo ſolutio fieri poſſit l.1. §. item ſi. ff. ad l. Falcid. l. promiſſor. §.1. de conſtit. pec. & l. quod dicimus. de ſolut. & ita ceſſare illud abſurdum, vt quis eodem tempore obligetur, & in mora conſtituatur.

Cæterùm quicquid ſit, cùm quis aliquid ſe facturum, & 52 curaturum promiſit, vt venditor, qui vt vſitatum eſt, emptorem defendere in poſſeſſione rei, & litem ſuſcipere iureiurando pollicitus eſt, hoc enim caſu facilè admittam venditori ſcienti non eſſe denunciandam litem, neque interpellandum eſſe, vt euictionis nomine teneatur, quæ eſt ſententia Alex. in l.2. §. voluntate. n.16. Iaſ. n.17. Rip. n.18. ff. ſol. matrim. Afflict. & Vrſil. ad eund. in dec.49. Couarr. variar. lib.3. cap.17. n.5. Fachin. controu. iur. lib.2. cap.36. Bauer. in dec.16. n.17. & 24. & alij apud Bellon. de poteſt. cor. qua in cont. cap.71. n.2. & 3. lib.1. & placuit etiam Anton. Sol. ad nou. conſtit. tit. de dilat. ad denunc. lit. gloſ.3. n.8. Gratian. cap.175. n.30. & 31. & Magil. de euict. quæſt.4. n.39.

Sed cùm de eo quæritur, qui ſimpliciter ex contractu, vel 53 quaſi alicuius quantitatis debitor eſt, quamuis ſciat ſe debere, & ſine cauſa ſolutionem differre, & conſcientia illum vrgeat ad ſoluendum, non tamen intelligitur moram facere, niſi interpellatus fuerit, & creditor inſtanter repetat, quod ſibi debetur d.l. mora. §.1. de vſur. l.48. de verb. oblig. Surd. in dec. 176. n.21. & ipſe Fachin. lib.2. cap.59. & aliis auctoribus relatis Gratian. diſcept. cap.42. n.37. niſi in iis caſibus, in quibus mora reipſa fieri receptum eſt, vt fauore minorum, & ſimilium. † Cùm enim creditor ſciat debitum eſſe purum, & 54 non perit, cùm debitor ſui copiam facit, eatenus dilationem debitori facere videtur, & dilationi conſentire, quatenus differt petere, vt ait Azor. inſtit. moral. par.3. lib.4. cap.34 q.2. Salas. de vſur. dub.19. n.11. Sigiſm. de commer. §.1. q.7. part.2. ampl.8. n. 153. & Donell. lib.16. cap.2. quia inquit, creditor non interpellans oſtendit ſe facile pati eam moram, & paratum expectare, etiamſi ponamus eum indigere, & neceſſitate premi.

Et

Et verè hic locum habet, quod dicimus ibi nullam eſſe moram; vbi nulla eſt petitio *ex l. pupillus.* 127. *de verborum obligator. l. mora.* 88. *de reg. iur.* & Surd. *in d. deciſ.* 179. *num.* 21. *&* 25. rectè concludens ſcientiam debere quidem interuenire, ſed non ſufficere, vt quis moram feciſſe videatur. Quare creditor, qui non petit, & diſſimulat, cùm facilè ſuum petere poteſt, videtur tacitè conſentire, vt debitor illam pecuniam retineat, & veluti depoſitam habeat. Qui tacitus conſenſus, cùm ex perſona creditoris metiatue non minus deprehenditur in creditore, cui iuratum eſt, quàm in eo, cui ſine iuramento facta eſt promiſſio, ideóque dicendum eſt, ad inducendam moram in perniciem debitoris, quæ ob triſtes effectus, quos parit, facile admitti non debet, iuramentum non ſufficere. Et hoc iure in foro vtimur: & ridiculus eſſet, qui ageret ad intereſſe eius pecuniæ etiam medio iuramento, ſed ſine die debitæ pro eo tempore, quo nulla interpellatio facta proponitur.

55 Neque eſt contrarium, quod diximus *num.* 52. venditorem ſcilicet, qui emptorem tueri, & litem ſuſcipere iurauit, de euictione teneri, quamuis ſcienti lis denunciata non fuerit, quia creditor ex eo quod non interpellauerit debitorem nec ei mora facta intelligatur, non propterea ius crediti amittit, poteſt enim ſortem quandocunque petere *l. cum quidam.* §. *Diuus. ff. de vſur.* At vero emptor niſi re euicta de euictione aduerſus venditorem agere poſſet, rem, & pretium amitteret, & venditor qui rem alienam vendidit, locupletaretur cum aliena iactura, quod ius non patitur *l.* 14. *ff. de condict. indeb. l. ſi quis* §. *proculus ff. de inſt. actione.* & proinde non videtur eadem ratio, & meritò receptum eſt in ea ſpecie venditorem de euictione conueniri poſſe. Et præterea illud inter vtramque ſpeciem intereſſe videtur, quia venditor cum iuramento promittit emptorem tueri in caſum litis, illúmque ſuis ſumptibus defendere, & proinde cùm ſcit litem motam eſſe, ſtatim tenetur eam aſſumere, neque alia admonitione opus eſt, vt in mora conſtituatur, ſatis enim illum eius iurata promiſſio interpellat, & admonet officij, & obligationis ſuæ *l.* 1. *in fin. de act. empt.* Barzius *in d. dec.* 16. *n.* 24. & Bellon. *loc. cit.* in qui-
56 bus terminis hanc ſententiam admiſimus.† Non ſi ſimpliciter euictio promiſſa ſit etiam interpoſito iuramento, quia accipiendum eſt iuxta naturam, contractus *ex l. vlt. C. de non num. pec.* quæ eſt, vt lis denuncietur venditori, vt de euictione teneatur, vt conſtat *ex l.* 8. *&* 9. *& l. ſi parentes.* 20. *C. de euict. l.* 1. *C. de peric. & comm. rei vend.* illis verbis *& ita ſi ea denunciatum eſt, & c. vlt de empt. & vendit.* & ita diſtinguunt Didac. Couarr. *in d. cap.* 17. *n.* 5. Menoc. *in conſ.* 128. *num.* 15. Galerat. *de renunt. cent.* 2. *renunt.* 106. *n.* 8. & Mangil *loc. cit.* Atqui in noſtra ſpecie debitor ſimpliciter ſe conſtituit debitorem, nec in caſum inopiæ, & neceſſitatis creditoris eam pecuniam ſoluere promiſit, & proinde interpellatione opus eſt, vt moram feciſſe intelligatur *d. l. mora. ff. de vſur. & l.* 7. *eod tit. l.* 48. *&* 127. *de verb. oblig.* quippe quæ regulariter ſine interpellatione non contrahitur, vt ait Faber *tit. de iur. emphyceut. def.* 15. *in not. n.* 5. & di-
57 ctum eſt *n.* 53.† Et ideo ſi forte obligationi id additum eſſet, vt cùm ad eius notitiam perueneritt creditorem ſuis nummis indigere, ſtatim ſolueret, puto quoties id accidit, moram reipſa fieri, neque interpellatione opus eſſe, vt debitor in mora conſtituatur, & conueniri poſſit ad id quod intereſt *ex d. l. euictis. ff. de vſur.* & ex his quæ diximus *num.* 36. Satis enim illum eius iurata promiſſio vrget, vt ſeruet promiſſa, & reddat quod debet, & hoc caſu recipi poteſt ſententia Decij, Seraphini, & aliorum, qui tradunt iuramentum interpellare, & conſtituere in mora debitorem, vt dixi *num.* 47. iametſi tutius, & conſultius ſit emptori, vt litem ſuo auctori denunciet, ne euictione ſecuta aliqua ratione ſe tueri poſſit; creditori verò, vt interpellet debitorem, vt ſoluat, & dicat *redde quod debes*, quæ vox æquiſſima eſt, & iuris gentium, vt ait Seneca *lib.* 3. *de benef.* ne debitor ſe à mora, præſtatione eius quod intereſt excuſare poſſit, nam ſi interpellatus, vt ſolueret, moram fecerit, ex qua creditor damnum paſſus eſt, nummi ex eo
58 tempore ſteriles nō erunt, vt ait *d. l.* 7. *ff. de vſur.*† Et huc etiam pertinet, quod fœnerator Alphius dicere ſolebat, vel optima nomina non appellendo mala fieri, vt refert Columell. *lib.* 1. *cap.* 7. id eſt non interpellando, vt ſoluant, vt ex Cicerone, & aliis auctoribus explicat Bud. *in adnotat. ad l. Herennius. de euict.* vbi ait elegantiores auctores dicere, appellare, quod nos interpellare: & tamen ita loquitur Marcian. *in d. l.* 32. *de vſur.* & African. *in d. l. traiectitia ff. de oblig. & act.* Huius etiam fœneratoris meminit Horat. *in Epod. od.* 2. *in fin.* in qua vitæ ruſticæ laudes recenſet: & nos aliis locis.

QVÆSTIO LXXXII.

De mora quæ fit in rem.

SVMMARIA.

1 *Æquitas nulla lege definiri poteſt.*
2 *Minorum debitores ex mora irregulari tenentur ad id quod intereſt.*
3 *Minoris ætatis fauore factum eſt, vt minoribus reipſa mora fiat.*
4 *Eccleſiæ, & aliis piis locis fit mora reipſa.*
Eccleſia vtitur iure minorum.
5 *Iuſtiniani conſtitutio quædam de mora, quæ fit reipſa ab hæredibus fauore Eccleſiæ.*
6 *Ciuitatum, & Caſtrorum debitores moram reipſa facere intelliguntur.*
7 *Oppida, & municipia hodie plus quam minores ſunt.*
8 *Fiſco fit mora ipſo iure.*
9 *Ignorantibus ius ſuum, & per reuerentiam ſua petere timentibus fit mora reipſa.*
10 *Fiſcus habet mille oculos, & mille aures.*
11 *Mora quæ fit reipſa ex his cauſis impeditur, quibus mora regularis impediri ſolet.*
12 *Mora irregularis non plus poteſt, quam regularis.*
13 *Mora non fit reipſa minoribus, & aliis qui vtuntur iure minorum in his, quæ debentur ex contractu ſtricti iuris.*
14 *Mora in rem non committitur fauore eius, qui non impleuit contractum.*
15 *Minor minori non facit moram reipſa.*
16 *Priuilegiatus quando contra priuilegiatum vtatur priuilegio.*
17 *Minor ſi minori rem vendat, emptor qui fructus percepit, moram eo ipſo facere intelligitur.*
18 *Minor debitor minoris ex cauſa dotis moram reipſa facit.*
19 *Mora defuncti tranſmittitur ad hæredem, quamuis minor ſit.*
20 *Eccleſia, quæ rectorem non habet, non fit mora in rem.*
21 *Mora quæ fauore minoris fit reipſa, ceſſat finita minore ætate.*
22 *Intereſſe eatenus currit, quatenus durat mora.*
23 *Mora quæ fit reipſa fauore Eccleſiæ, ſemper durat.*
24 *Mora fauore minoris contracta morte minoris extinguitur.*
25 *Mora, quæ fit re ipſa fauore minoris in ceſſionarium non transfertur.*
26 *Franciſci de Caldas ſententia moram, quæ fit re ipſa fauore minoris, durare poſt perfectam ætatem reiicitur.*
27 *Fur, & raptor ipſo iure moram facere cenſentur.*
Vt etiam ij, qui alienas pecunias inuadunt.
28 *Tutores qui pecunias pupillares in ſuos vſus conuertunt, ipſo iure tenentur ad id quod intereſt.*
29 *Adminiſtratores ciuitatum, qui pecuniam publicam in ſuos vſus conuertunt, ipſo iure in mora conſtituuntur.*
Et tenentur ad id quod intereſt.
30 *Procuratores, & negotiorum geſtores tenentur ad id quod intereſt.*
Procuratores, & geſtores à tutoribus non ſeparantur.
31 *Depoſito vtens inſcio, & inuito domino moram re ipſa facit, & tenetur ad id quod intereſt.*
32 *Commodata qui re aliter vtitur, mora re ipſa facit.*
Commodata re, qui aliter vtitur, tenetur furti.

33 *Socius communem pecuniam in proprios vſus vertens moram ipſa facere intelligitur.*
Et ſine interpellatione tenetur ad id quod intereſt.
34 L.ſociam.ff.pro ſocio.*explicatur*, & num.41.
35 *Quod dicitur, probari debet.*
Conuerſio pecuniæ in proprios vſus non præſumitur.
36 *Iuſiurandum deferri poteſt, an quis pecuniam alienam in proprios vſus verterit.*
Iuſiurandum deferri poteſt in actione rerum amotarum.
37 *Conuerſione ſola pecuniæ alienæ in proprios vſus non debetur intereſſe.*
38 *Bonæ fidei non congruit, vt quis de alieno lucrum ſentiat.*
39 *Socius qui ex communi pecunia negotiatus eſt, lucrum reddere non tenetur.*
40 *Fœnerator non tenetur ſuper lucrum reddere.*
42 L.ſi quis §.Proculus.ff.de inſtit.act.*declaratur*.
43 L.10.§.ſi procurator.ff.mand.*hodie abrogata*.
44 *Sfort.Odd*.conſ.94 *partim probatur, partim reprobatur.*
45 *Debitor qui ſui copiam non facit, moram facere intelligitur.*
Dummodo creditor hac de re proteſtationem emittat.
46 *Æquitas non patitur, vt quis contrahendo ex vtraque parte lucrum ſentiat.*
47 *Implementum vnius in contractibus vltro citroque obligatoriis alterum in mora conſtituit.*
48 *Quod tamen quidam recipiunt in contractibus bonæ fidei.*
Et negant in contractibus ſtricti iuris.
49 *Ioannis Saporta ſententia ex implemento vnius alium in mora conſtitui in omnibus contractibus, ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris.*
50 Gratiani, & *Mareſcotti opinio innixa falſa ratione.*
Quis poteſt eodem tempore obligari, & in mora conſtitui.
51 *Ioannis Saporta ſententia in dubium reuocatur.*
52 *Iudicis arbitrio relinquitur, an ex implemento vnius alter in mora conſtituatur.*
53 *Implementum vnius alium in mora conſtituit, qui pecuniam dare debet, vel aliud facere, quod confeſtim fieri poteſt.*
54 *Implementum non ſtatim in mora eum conſtituit, qui aliquid facere debet, quod dilationem deſiderat.*
55 *Re non ſecuta, quia caſu periit, id quod datum eſt, repeti poteſt.*
56 *Res quæ dari debuit ſi pereat, datum repeti non poteſt, ſi res ob contractum periit.*
57 *Libertatis fauore multa conſtituta ſunt.*
58 *Seruus venditus ea lege, vt intra certum tempus manumittatur, lapſo tempore liber efficitur.*
59 *Moram, qui reipſa faciunt, vltro offerre debent.*

ITA iure ciuili conſtitutum eſt, vt quibuſdam caſibus ex æquitate magis, quàm ex norma iuris ſine interpellatione, & ſine die, quæ interpellet pro homine, & ſine iuramento mora facta intelligatur ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, vt *in l. 2. C. in quib. cauſ. reſtit. non eſt neceſſ.& l.9.ff.de minor.lib.26.§.1.ff.de fideicomm.libert.l.vlt. C.de*
1 *condict. ob turp.cauſ.& aliis.* † Quod licet in vniuerſum conſtituere difficile ſit, quia id ex æquitate receptum eſt, vt dixi, quæ nulla lege definiri poteſt *l.14.in pr.ff.de diuerſ.& temp. præſcript.*ex tribus tamen cauſis id potiſſimum iure quodam ſingulari conſtitutum eſſe videtur, ad quos caſus omnes, quibus id iuris auctoribus placuit, redigi poſſunt.
2 Prima igitur cauſa eſt fauore perſonæ, cui aliquo ſolui, vel præſtari debet Quæ ſi ea eſt, vt ob ætatem, & imbecillitatem ingenij, & conſilij, vel ob metum, & aliam probabilem cauſam ius ſuum repetere omiſiſſe videri poſſit, meritò illis indultum eſt, vt etiam non petentibus mora facta intelligatur; Et quod conſequens eſt, debitor qui tardius ſoluit, tenetur ad vſuras & fructus, & id quod intereſt, qui ſunt effectus moræ, vt aduerſus debitores minorum conſtitutum eſt *in l.1. §.vlt. ff.de vſur.* vbi Papinianus ait fauore pupillorum hæc in relaxiorem interpretationem factam eſſe, & *in l curabit. C. de act. empt.* quod etiam notant Sfort. Odd.*in conſ.87.num.11.*Barboſ.*in l.5.num.58.ff.ſol.matrim.* & aliis auctoribus relatis Munnoz.*de ratiocin.cap.15.n.33.* Gratian.*diſcept.forenſ.cap.241.n.1.& 50.in fin.*

Et primum quidem auxilium hoc pupillis, & minoribus viginti quinque annis, vt dixi, conceſſum eſt ex decreto Seueri, vt conſtat *ex d.l.26.§.1.de fideicomm.libert.*& ex conſtitutione Diocletiani, & Maximiani *in d.l.3.C. in quib.cauſ. reſtit.ex d.l.5.C.de act.empt.*quæ ait hoc fauore minoris ætatis receptum eſſe. Quod etiam conſtat *ex l. Titia Seio. §. vſuras. ff. de leg.2.* & notant ferè omnes, & præſertim Bauet. *in lib. de mor. par.2. num.15.* Petr. Gregor. *ſyntagm. iur. ciuil. lib.21. cap.14. num.3.*Menoch.*de arbitr. caſ.220. num.17.* Mareſcott. *variar. lib. 2. cap. 124. num. 16.* † Quod etiam Eccleſiis, & aliis venerabilibus locis conceſſum eſt, vt iidem auctores docent locis citatis. & Bald. *in authen. hoc amplius. num. 6.* & Iaſ. *num.4. C. de fideicomm.* Surd. *in deciſ.25. & 15.* Peregr.*de fideicomm.art.49.num.87.* alij apud Giurb. *in dec.97.num.19.* Couarr. *variar. lib.3. cap.17.num.4.* vbi refert hanc communem eſſe ſententiam, & Franciſc. de Caldas *in lib. de empt. & vendit. cap.23. num. 49.* Nam & Eccleſia iure minorum vtitur *cap.1.& 3. de integr. reſtit.* & proinde valet argumentum à minore ad Eccleſiam, & piam cauſam, vt aliis auctoribus relatis tradit Sfort. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt. 3. n.33.*inter quos Euerard. *loc.133. n.2.* vbi in ſpecie infert id quod dictum eſt, moram ſcilicet, vt fauore minorum reipſa contrahitur, ita etiam fauore Eccleſiæ, & piæ cauſæ factam cenſeri.† Et horum auctorum ſententiam valde iuuat conſtitutio quædam Iuſtiniani quæ nunc eſt *l.46.C.de Epiſc.& Cleric.*in qua iuſſi hæredes, ſi diſtulerint præſtare, & facere, quæ fauore Eccleſiæ, & aliorum venerabilium locorum in teſtamento diſpoſita ſunt, ſoluere fructus, & omnem acceſſionem legitimam ex die mortis teſtatoris, quod ipſo iure ab eo mora facta intelligatur. Idémque fere conſtituit *in nouell.131. de Eccleſ.tit.§.ſi autem.*verba d.conſtitutionis hæc ſunt *ſupra autem omne tempus, quo diſtulerint facere diſpoſita ſcripti hæredes, eos cogi ſoluere, & fructus, & reditus, & omnem legitimam acceſſionem à tempore mortis eius qui diſpoſuit, ſancimus non inſpecta mora à litis conteſtatione, aut conuentione, ſed ipſo iure intellecta.* cuius loci etiam meminit Theſaur filius *in q.25.n.1.& 5.lib.4.* vbi notat hoc piis locis ſpecialiter conceſſum eſſe. Quod tamen accipiendum eſt, ſi per ſex menſes ab inſinuatione teſtamenti diſtulerint legata præſtare, vt *in d. nouell.131.* & ibi Cuiac. notat.

Præterea fauore cuiúſque Ciuitatis, & municipij receptum eſt, vt ſcilicet debitores eorum ipſo iure, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis moram facere videantur. Ita enim tradunt Salicet.*in d.l.in minorum.n.3.C.in quib.cauſ.reſtit.* Florian. *in d.l.1.§.vlt.num.2.ff.de vſur.* Munnoz.*loc.cit.n.33.& 34.* & Gratian.*diſcept.forenſ.cap.24.num.5.* & probari poteſt *ex l. vlt.in princ.ff.de adminiſtr.rer.ad ciuit.pertin. & l.cum quidam.§. eos ff.de vſur.* Quod non immeritò receptum eſt, quia Reſpublica iure minorum vtitur *l.4. C. ex quib. cauſ. maior. & l.Rempublicam. C. de iure Reipub.* & tradunt Sfotr. Odd. *in d. quæſt.6.num.60.& 66.* & Nicolaus Lozæ. Præſes Nicienſis *in lib.de iure vniuerſ.par.3.cap.18.num.6.*† Imò oppida, & municipia hodie pluſquam minores ſunt. Habent enim minores & pupilli ſuos tutores, & curatores, qui ſatiſdare tenentur res eorum ſaluas fore, etiamſi nec pupillus, nec minor, nec alius quiſquam id expoſtulet *l.1.& l.4.§.hanc ſtipulationem. ff. rem pupil.ſalu.for.*& tractant fuſiſſimè Scradet.*de feud. par.10. ſect.20.num.288.*& Hering *de fideiuſſ.cap.5.num.214. & 215.* oppida verò, & ciuitates tutores non habent, ſed deſtructores qui eas diripiunt. Sanè adminiſtratores earum non ſatiſdant, & multa conniuentibus oculis tranſmittunt.

Denique receptum eſt fiſcum hoc etiam priuilegio vti, & proinde illi etiam moram reipſa fieri. Ita enim ſentit Accurſ.*in d.l.cum quidam.§.fiſcus.ff.de vſur.*& poſt illum alij ferè omnes, vt Bartol.*in l.2.C.de his quib.vt indig.*Alex.*in l.quod te. ff.ſi cert. pet.* Iaſ. *in §. ex maleficiis. num.35. Inſtit. de act.* Lucan.*de priuileg.fiſc.par.1. num.34.* Æmil.Ferret. *de mor. num.9.* Menoch.*loc.cit.num.8.*& Peregr. *de iur fiſci lib.6. tit.7. num.1.*

Mareſcot.

Mareſcot. d. cap.124. num. 19. Munnoz. loc. cit. n.33. & nos diximus quæſt.22. n.7. vbi etiam adnotauimus hanc communem ſententiam nullo certo iuris loco probari & vix ex d. §. fiſcus, etui poſſe.

9 Sunt etiam qui putant hoc ius tribuendum eſſe iis, qui per timorem petere non audent, & ius ſuum ignorantibus; & ita docet Azor. inſtit. moral. part. 3. lib.4. cap. 34. quæſt. 2. arbitrio tamen boni viri, & Azorium ſecutus eſt Sigiſmund. Scaccia in lib. de commerc. §. 1. ampliat. 8. numer. 130. & 131. quam ſententiam iuuat, quod ait Vlpianus in l.26. §.1. ff. de fideicomm. libert. iis, quibus libertas per fideicommiſſum relicta eſt, in rem moram fieri hac ratione addita. *Plerunque enim per ignauiam, & timiditatem eorum, quibus relinquitur libertas, vel per ignorantiam iuris ſui, vel per authoritatem, & dignitatem eorum, à quibus relicta eſt, vel ſerius petitur, vel in totum non petitur.* Quod minoribus quidem, & Eccleſiæ, & aliis piis locis, ſubditis, ſeruis, atque etiam filiis valde con-
10 uenit, & fiſco parùm. † Quia nec vllius auctoritatem, & dignitatem fiſcus perhorreſcit; mille habet oculos, & mille delatorum aures, & vbique præſens eſſe creditur, vt notat gloſ. in l.1. C. de quadrien. præſcript.

11 Cæterùm quod dixi minoribus, Eccleſiis, & piis locis, & aliis qui eodem iure vtantur, mora reipſa fieri, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, accipiendum eſt reliquis concurrentibus, quæ vltra interpellationem neceſſaria ſunt ad inducendam moram, vt rectè dicit Surdus in dec. 179. n. 24. Nam illæ cauſæ omnes, quæ moram in perſonam fieri impediunt, eaſdem excuſare puto, ne quis in rem moram feciſſe intelligatur, vt indicat l. 16. ff. de vſur. in fin. ex qua conſtat eum, qui fundum à fiſco emerat, cui moram fieri ipſo iure receptum eſt, vt diximus, ad vſuras pretij non teneri, cùm fructus percipere non potuit, & rurſus id conſtat ex d. l. cum quidam, §. ff. de vſur. in qua definitum eſt, ſi pupillo non habenti tutorem fideicommiſſum ſolui non potuit, non videri moram per hæredem factam, quia pupillo non rectè ſoluitur ſine auctoritate tutoris l. 15. & l.68. ff. de
12 ſolut. † Denique mora, quæ fit reipſa non plus poteſt, quam ea, quæ ex perſona, & per lapſum diei, & interpellationem inducitur, vt tradit Baldus in d. l. in minorum, 3. Cod. in quib. cauſ. reſt. in integr. Capic. in deciſ. 14. num. 2. Honded. in conſ. 38. num. 33. lib. 2. & Gratian. diſcept. forenſ. cap.240. num. 13

13 Et proinde quod dicimus Eccleſias, pia loca, fiſcum, & Rempublicam, & alios ius ſuum ignorantes, hac in re iure minorum vti, iiſdem fere modis reſtringi, & declarari debet. Quamobrem cùm id quod minoribus conceſſum eſt, vt illis ipſo iure mora fiat, in legatis, & fideicommiſſis, & contractibus bonæ fidei tantùm locum habeat, vt expreſſum eſt in d. l. minorum & notat Amil. Ferret. loc. cit. num. 9. & Menoch. in d. caſ. 210. num. 17. in fin. & in aliis cauſis interpellatione opus ſit, vt illis mora facta intelligatur: ita prorſus ſi pecunia debetur ex contractu ſtricti iuris veluti ex mutuo Eccleſiæ, vel fiſco, vel aliis, qui hoc iure minorum vtuntur, interpellatio neceſſaria eſt, vt debitores eorum in mora conſtituantur, rectè ſentit Ferret. loc. cit.

14 Et vt mora in rem non committitur fauore minoris, qui ex parte ſua non implenit contractum, vt docent Bald. & Salic. in d. l. in minorum. Sfort. Odd. in conſ.87. num. 14. Surd. in d. dec.176. num. 26. & Gratian. cap. 243. num. 25. ita nec fauore Eccleſiæ, vel fiſci moram reipſa contrahi dicendum eſt niſi etiam ex parte eorum contractus adimpleatur, vt dixi ex d. l. 16. ff. de vſur. quæ ait fiſcum vſuras pretij fundi à ſe venditi non exigere, cum emptori non eſt tradita poſſeſſio, & in Eccleſia reſpondit Odd. in d. conſ.87. n.15.

15 Præterea vt minori mora facta non intelligitur ſi debitor quoque minor ſit, quia hoc caſu eliduntur priuilegia, vt docent Cyn. & Alberic. & alij in d. l. in minorum. Vincent. de Franch. in dec. 16. n.13. & 3. Peregrin. de fideicomm. art. 49. num. 87. Ioan. Bapt. Coſta de ration. rat. quæſt.28. n.8. Card. Alban. in authent. quas actiones, num. 3. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 10. num. 28. & Gratian. cap.241. num.51. Ita nec Eccleſiæ, fiſco, vel Reipublicæ mora in rem fit, ſi fortè debitor minor eſt, vel Reſpublica, vel fiſcus, qui eodem priuilegio vtatur. † Niſi 16
quando debitor locupletaretur cum iactura creditoris, hoc enim caſu locus erit priuilegio, etiam aduerſus eum, qui eodem iure vtitur, quia quod dicimus priuilegiatum aduerſus eum, qui idem priuilegium habet, priuilegio vti non poſſe locum non habet, ſi vnus eorum in damno eſt, alius verò lucrum captat. Nam ſuccurritur ei, qui captus eſt, & damnum patitur l. verum 11. §. 6. ff. de minor. l. vlt. ff. ex quib. cauſ. maior. & tradunt in §. rurſus. Inſtit. de act. Zaſius num. 17. & Gomez. num. 27. Cephal. tot. conſ. 7. & conſ. 116. num. 6. lib. 1. & alij quidam, quos recenſet idem Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 16. art. 4. num. 33. & in ſpecie notat Flauius Amendol. in addit. d. dec. 16. num. 6. † Et proinde ſi minor 17
minori rem vendat, & tradat, & emptor percepit fructus, puto ipſo iure venditori moram fieri etiam à minore, & cogendum emptorem vſuras pretij pendere pro ratione fructuum, quos percepit iuxta l. curabit, C. de act. empt. quæ recipienda eſt etiam aduerſus minorem, ne lucrum ſentiat ex iactura aliena: tametſi hac in re non tam mora ſpectanda eſt, quàm æquitas, quæ non patitur, vt quis re, & pretio fruatur, vt innuit d. l. curabit, & quod ait Vlpianus in l.13. §. veniunt, ff. eod. *nam cùm re emptor fruatur, æquiſſimum eſt, eum vſuras pretij pendere*, vt aliis auctoribus citatis dixi quæſt. 27. num. 23. & docet Cuiac. in l. euictis, ff. de vſur.
† Qua ratione dicam, ſi minor minori dotem promiſerit, 18
& is onera matrimonij ſuſtineat, promiſſorem dotis ipſo iure in mora conſtitui, & ad vſuras dotis conueniri poſſe, dummodo in conſtitutione, & promiſſione dotis captus non fuerit, & locus erit iis, quæ ſcripſimus q. 28. n. 3 debitorem dotis eo ipſo, quod vir vxorem duxit, & deduxit domum, & ſuſtinet onera matrimonij, in mora conſtitui, cuius ſententiæ plerosque recenſui, & inter alios Surdum in de aliment. tit. 1. quæſt. 41. num. 133. Quod etiam aduerſus minorem recipiendum eſſe puto. † Denique quod diximus 19
minorem minori moram non facere, accipiendum eſt, niſi mora cum defuncto cœpta fuerit, cui minor ſucceſſit. Hoc enim caſu mora currit etiam contra minorem l. Æmilius, ff. de minor. l. cum patri. 27. ff. de vſur. quæ ait moram ad quoſcunque hæredes tranſmitti etiam vltiores, & ibi Angel. & Florian. notant num.1. Cuiac. ad African. tract.8. & Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap. 43. num.12. † Denique, vt pu- 20
pillo mora non fit, qui tutorem non habet, quia non rectè ſoluitur pupillo, nec tenetur debitor iactare ſum, vt conſtat ex d. l. cum quidam, 17. §. ſi pupillo. & notat Sadol. in d. l. quod te, num.80. Honded. in conſ.36. num.15. lib. 2. Vincent. de Franch. in dec.16. num.2. & 5. vbi ait Sacrum Concilium id probare, ita etiam Eccleſiæ & aliis piis locis, & ciuitatibus mora facta non intelligitur ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, ſi nemo fit, cui debitor etiamſi maximè ſoluere vellet, legitimè ſoluere poſſit, vt in ſpecie notant Munnoz. d. cap.15. n.36. & Gratian. loc. cit. n.56.

Sed in minoribus valde notandùm eſt, quod definit Pau- 21
lus in d. l. Titia, Seio, §. vſuras, de leg.2. moram ſcilicet debitoris, quæ fauore minoris ætatis facta intelligitur, ceſſare poſt impletos à creditore vigintiquinque annos, & interpellatione opus eſſe, vt ex eo tempore vſuræ currant, vt vbi adnotarunt Gloſſ. & Bartol. & alij ferè omnes, & Vincent. de Franch. in d. dec.16. n.4. Rot. Genuenſ. in dec. 151. in fin. Gabriel in conſ. 121. num. 60. lib. 1. Coſta de ration. rat. quæſt.68. num. 3. Grimaud. de contract. pignor. lib. 1. cap. 23. num. 12. Munnoz d. cap.15. num.31. & Ioan. Griuell. in dec.
150. num.16. † Intereſſe enim eatenus currit, quatenus du- 22
rat mora l. debitor.7. & l. cùm quidam,17. §. ex locato, ff. de vſur. l. ſi creditrici 6. Cod. eod. tit. & ſentiunt Surd. in dec. 162. num.7. Roderic. de ann. redit. lib.3. quæſt. 9. num.7. & Maſtrill.
in dec. 16. num. 9. † Vnde hac in re minores ab Eccleſia, & 23
ciuitatibus, & aliis huiuſmodi differre videntur, quia minores poſt perfectam ætatem hoc ius non habent, ſed amittunt priuilegiorum: aliorum verò ius, & priuilegium ſemper durat, quia in eodem ſtatu permanent, & ſemper pro minoribus habentur, & proinde mora, quæ illis reipſa fit, nunquam ex ſolo temporis curſu ceſſat, ſed perpetua eſt, donec aliqua alia ratione impediatur, vt in l. 1. in fin. & d. l.7. ff. de vſur.

24 Et valde etiam obſeruandum eſt moram hanc, quæ fauore minorum contracta intelligitur, morte minoris extingui, nec tranſire ad hæredes, vt probat Donell. *in lib. de mora purg.* 113. quem citat, nec enim ad manus meas peruenire potuit Franciſc. de Cald. *in d. lib. de empt. & vendit. cap.* 23. *n.* 49. & ſentit Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *q.* 15. *n* 40. niſi fortaſſe hæres quoque minor ſit, vel alia legitima cauſa concurrat, ea qua etiam mora reipſa facta videatur, vt ſi fortè minor creditor ſit ex cauſa dotis, & onera coniugij ſubeat, nam etiam poſt perfectam ætatem currit mora non quidem ex priuilegio ætatis, ſed propter onera matrimonij, ne deterioris condi-

25 tionis ſit, quod minor fuerit. † Et conſequenter his dicendum etiam eſt huius moræ priuilegium in ceſſionarium minoris non transferri, quia quod ad hæredes non tranſmittitur, id neque cedi poteſt *l. ſi ex pluribus. ff. de adminiſtr. tut.* Surd. *in conſ.* 91. *num* 5. *lib.* 1. & poſt alios plurimos Galerat. *de renunciat. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 127. quod etiam in iis, qui ab Eccleſia vel fiſco cauſam habent, retinendum eſſe puto.

26 Sanè Cald. *loc. cit.* contra communem ſententiam, & receptam interpretationem opinatur moram illam fauore minorum inductam ſufficere, vt etiam poſt perfectam ætatem ſine alia interpellatione vſuræ perpetuò debeantur, aliter enim inquit ille textus nec ſingularis eſſet, nec dubium aliquod contineret, ſi cum recepta ſententia intelligas ibi poſt perfectam ætatem nouam moram contractam fuiſſe, qua interueniente quæſo, quo iure vel ratione Paulus dubitare potuit vſuras deberi in futurum. Et nihilominus communem ſenſum, & ſententiam ſequi placet, quam etiam ſecutus eſt Cuiacius *ad h. § vſuras.* & Anton. Fab. *de error. pragm. dec.* 21. *cap.* 2. *n.* 12. & verius eſt quicquid inutiliter tentet Caldas, receptam interpretationem congruere verbis legis, & ſingularem definitionem continere Nam cùm ſufficeret ſemel moram interueniſſe, vt vſuræ perpetuò deberentur, conſequens videbatur moram fauore minoris ætatis ſufficere, vt ſine noua mora vſuræ etiam poſt legitimam ætatem deberentur, quod dubium Paulus ſuſtulit ſingulariter decidens moram illam poſt impletos annos viginti quinque pro mora habendam non eſſe, & ex noua mora vſuras tantùm deberi. Hoc igitur intereſt inter hanc, & illam moram, vt mora ſemel per interpellationem contracta ſemper duret, donec remiſſa ſit, quæ verò non niſi fauore ætatis facta eſt, finita minore ætate quoque finiatur, vt obſeruant Faber, & Roderic. *loc. cit.* Sanè ſi tutor vel curator minoris ſemel interpellauerit, non ceſſabit hæc mora etiamſi minor maior factus ſit. Neque enim minor deterioris conditionis eſſe debet, quàm ſint cæteri creditores, quibus ſemel facta mora durat, donec purgetur, vel remittatur *l.* 18. *in princip. ff. de conſtit. pec. lib.* 27. *ff. de vſur.*

27 Hinc tranſeamus ad aliam cauſam, ex qua moram reipſa fieri iure ciuili receptum eſt, odium ſcilicet debitorum alienas res intercipientium, & retinentium. Inter quos primum locum obtinent fures, & raptores, & qui res alienas inuadunt, & ſubripiunt. Nam reipſa ab ipſo die admiſſi furti moram facere cenſetur *l.* 8. *§.* 1. *& l. vlt. ff. de cond furt. l.* 1. *§. rectiſſimè, & l. merito. ff de vi & vi arm. & l.* 19. *eod. tit.* quæ ait *moram eorum pluſquam moram eſſe.* Et ita tradunt Cuiac. *in obſer. lib.* 27. *cap.* 20. Donell. *in diſp. de mor cap.* 2. *col.* 3. Faber. *loc. cit. n.* 11. & Sigiſmund. Scaccia *de commerc. §.* 1. *quæſt.* 2. *ampl.* 8. *n.* 114. ex quo multa infert, & nos hinc diximus teneri ad id quod intereſt *quæſt.* 46. *num.* 13. & 15. Quod etiam ad fœneratores, & qui vſuris alienas pecunias extorquent retinendum eſſe diximus *quæſt.* 96. *n.* 19. Nam & fœneratores fures ſunt, & ex ſententia Catonis deteriores furibus.

28 Hinc ſi tutor pecuniam pupilli dolo malo interceperit, & in ſuos vſus conuerterit, vt olim maximas vſuras, id eſt centeſimas pendere cogebatur *l.* 1. *§. vlt. ff. de vſur. l. qui ſine de neg. geſt. & l.* 7. *§.* 7. *ff. de admin. tut.* & Roderic. *lib.* 3. *quæſt.* 10. *n.* 2. ita nunc tenetur ad id omne, quod pupilli intereſt, vt docet idem Roderic. *eod. loc. num.* 11. & 38. & aliis auctoribus relatis diximus *quæſt.* 10. *num* 9. quibus conſentiunt Gutierr. *in lib. de tut. & curat. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 5. & 16. & nouiſſimè Ludouicus Bellus Auenion. *in conſ.* 118. *num* 4. & 5. & in eadem cauſa *conſ.* 230. *num.* 10. vbi ait tutorem ſemper in mora eſſe.

Idémque omnino in magiſtratibus municipiorum, & ciuitatum dicendum eſt, qui ſi publicam pecuniam in ſuos vſus conuertant, vt olim maximis vſuris ſubiiciebantur *l qui ſine, de negot. geſt.* ita nunc tenentur ad id quod reipublicæ, vel municipij intereſt, exemplo tutorum, quibus in iure comparantur, vt *in l. vltim. ff. de magiſt. conueniend.* & notat Cuiacius *lib* 3. *oblig.* 15. & conſtat etiam *ex l. qui ſine*, cuius elegantia verba ſunt, *eos gratuitam, certe integram, & abſtinentem omni lucro fidem præſtare debere.* 29

Quod ius etiam ad procuratores, & negotiorum geſtores pertinet, qui ſi pecunias domini in proprios vſus conuerterint, intelliguntur reipſa moram facere, & ex eo tempore vſuras legitimas præſtare debent, vt definitum eſt *in l.* 10. *§ ſi procurator, ff. mand & d. l. qui ſine, de negot. geſt.* & notat Cuiac. *loc. cit.* quarum loco nunc tenentur ad id quod intereſt *l.* 27. & 36. *§.* 1. *ff. mand.* vt in tutoribus receptum eſt Nam ab his procuratores, & alios, qui aliena negotia curant ſeparari non debere, vt oſtendi poteſt *ex d. l. qui ſine, & l. ſi in emptione, §. vlt. ff. de contrah. empt.* & in ſpecie obſeruat Cuiac. *in d. cap.* 15. & Gothofredus *in notis ad l.* 10. *§. ſi procurator. ff. mand.* & huc pertinent, quæ ſcripſimus *quæſt.* 33. *num.* 6. & 7. vſuras quidem in actione mandati hodie non venire, ſed habendam eſſe rationem eius quod intereſt, & præſertim *ex leg.* 21. *Cod. eod. tit.* quæ ait *eum, qui mandatum ſuſcepit, fide rupta quanti intereſt, mandatoris teneri.* 30

Præterea ſi is, qui pecunias depoſitas accepit, eas inſcio, & inuito domino in ſuos vſus conuertit, moram reipſa facere videtur, & ideo iure ciuili etiam vſuras præſtare debet *l.* 3. & 4 *Cod. depoſ.* Harmenop. *lib.* 3. *tit.* 9. *§.* 54. Cuiac. *in l.* 1. *§.* 1. *de vſur. ad Papin.* Nam & furti tenetur *l.* 3. *C. depoſ. l. ſi ſacculum,* 29. *ff. eod.* conſtat autem furem ſemper moram facere *ex d. l.* 8. *§. ſi cauſa furtiua, ff. de condict. furt.* & damnatum depoſiti non minus quam furti infamia notari *ex l.* 1. *ff. de his qui not. infam. & l.* 6. *§.* 6. *ff. eod. tit. & l.* 10. *C. depoſ.* Quod etiam ſcribit Romanæ eloquentiæ Princeps M. Tullius *in orat pro ſexto Roſcio*, & notat Veſemb. *ad hunc tit. n.* 15. & huc referre licet, quæ diximus *quæſt.* 32. *n.* 10. Sacrilegij inſtar eſſe negare, & retinere depoſitum. 31

Qua ratione etiam is, qui re commodata aliter, quam commodata eſt, vtitur, moram re ipſa facere intelligitur, & tenetur ad id quod intereſt *l. in princ. ff. commod. l.* 7. *ff. de eo quod cert. loc.* Nam & furti actione obſtrictus eſt, vt conſtat *ex d. l.* 5. *§. quin imo, & l. qui iumenta,* 40. *ff. de furt.* Harmenop. *d. lib.* 5. *titul. §.* 3. ex Scæuolæ ſententia, vt refert Valer. Maxim. *cap.* 2. *lib.* 8. Aul. Gell. *noct. atticar. lib.* 7. *c.* 15. & Bonifac. *de furt. §.* 8. *n.* 3. furem autem ſemper in mora eſſe exploratum eſt *ex d. l.* 8. *§.* 1. *ff. de condict. furt.* & aliis, vt proximè dictum eſt. 32

Denique idem in ſocio dicendum eſt. Nam ſi communem pecuniam inuaſerit, & in proprios vſus conuertent, ipſo iure in mora eſſe intelligitur, & ideo ſine vlla alia interpellatione vſuras præſtare debet, vt conſtat *ex l.* 1. *§.* 1. *ff. de vſur.* Harmenop. *lib.* 3. *tit.* 10. & Cuiac. *ad d. l.* 1. *de vſur. ad Papin. & d. obſeru.* 15. *lib.* 3. Menoch. *d. caſ.* 220. *num.* 10. non quaſi vſuras, ſed quod ſocij intereſt, vt ſubiicit Paulus *in l. ſocium. in princ ff. pro ſoc.* de cuius ſententia diximus *quæſt.* 1. *num.* 22. 33

34 † Quæ de vtraque mora accipienda eſt, ea ſcilicet, quæ fit ex perſona, id eſt, ex interpellatione, quæ propriè eſt mora, & de ea quæ fit ex re ipſa ob pecuniam in ſuos vſus conuerſam, vt rectè explicat Cuiac. *in d. cap.* 15. & Sfort. Odd. *in conſ.* 94. *num.* 26. & admittit Menoch. *in conſ.* 121. *n.* 107. & 110. vbi reſpondens *ad d. l.* 1. *§. de vſuris*, ait hunc locum accipiendum eſſe, cùm conſtat ſocium inuaſiſſe pecuniam communem, quia ob delictum ſatis in mora eſſe dicitur *ex l. vlt. ff. de condict. furt.* Sed quia non conſtabat in ſpecie de qua reſpondit, vt ipſe refert, ſocium communi pecunia vſum fuiſſe, ideo cenſet ad intereſſe non teneri, cuius contrarium reſpondit Sfortia *loc. cit.* qui tamen ambo in eo conueniunt, de quo quærimus, nimirum ſocium, qui pecuniam communem in ſuos vſus vertit, ſine alia interpellatione re ipſa moram facere, & ad intereſſe teneri, vt à nobis definitum eſt Et ita declarari debet, quod ſcribit Felic. *in lib. de ſociet. cap.* 24. *n.* 13. vt ſcilicet locum non habeat, cum locus pecuniam

Digitized by Google

niam communem in proptiam vtilitatem auertit, hoc enim caſu ſatis moram feciſſe dicendum eſt.

35 Hic tamen duo in ptaxi admonendi ſumus. Primum conuerſionem iſtam pecuniæ in proprios vſus non præſumi, ſed probandam eſſe, ſiue agatur aduerſus ſocium, ſiue alios, qui res alienas retinent, & intercipiunt, quia non ſufficit dicere, ſed quod dicitur probari debet *l.* 1. §. *ſi quis, ff. de quaſt.* Ozaſc. *in dec.* 79. *num.* 41. & facta non præſumuntur *l. in bello, §. facta, de capt. & poſtlim. reuerſ.* & in ſpecie ſentire videtur Menoch. *loc. cit.* & Ludouic. Bell. Auenion. *in conſ.* 221. *n.* 2. & 3. vbi etiam ſubiicit delicta non præſumi. In quo tamen coniecturis locum dandum eſſe puto, quod nunc non attin-

36 go. † Vt etiam rem iureiurando decidi poſſe, licet turpitudinem, & iniuſtitiam continere videatur, & ita in cauſa cuiuſdam depoſiti inter duos Leuentienſes nuper cenſui *ex l. vlt. §. licentia, C. de iur. deliber. & l. eos, §. ſuper, Cod. de vſur.* Atque etiam quia in actione rerum amotarum iuſiurandum deferri poteſt *l.* 11. §. *qui rerum, & l.* 14. *ff. de act. rer. amot.* Hartman. Piſtor. *lib.* 4. *q.* 13. *num.* 35. & nos diximus *q.* 93. *num.* 68. quo loco alia quædam ſcripſimus ad hanc ſententiam confirmandam. Quibus addo, quod notat Florian. *in d. l.* 1. *ff. de vſur.* conuerſionem alienæ pecuniæ denotare quidem iniuſtitiam occupantis, ſed non includere vitium furti propter communionem, quam ſocius in re habet *ex l. merito, ff pro ſoc.*

37 Alterum eſt conuerſionem hanc ſolam etiamſi de ea maximè conſtet, non ſufficere, vt intereſſe debeatur, ſed ab eo qui agit, illud quoque probandum eſſe, quia hic abuſus & conuerſio communis pecuniæ moræ duntaxat vim habet, quæ ſola nunc non ſufficit, vt quid vltra ſortem capere liceat, vt docet inter alios Franciſc. Sarmient. *ſelect. interpr. lib.* 7. *c.* 2. *num* 5. & nos diximus *quæſt.* 1. *num.* 32. & aliis locis, & in ſpecie cenſuit Rota *inter recentiſſ. dec.* 421. *num.* 8. *part.* 1. quæ rectè ait leges, quæ vim faciunt in hac conuerſione, intelligendas eſſe ſecundùm terminos iuris ciuilis, ex quo ex ſola mora in contractibus bonæ fidei admittebantur vſuræ, non autem ſecundùm ius canonicum, cui in hoc genere propter animæ periculum potius ſtandum eſt, & ita reſpondere Albetic. *in l. ſi nauis, n.* 2. *ff. de rei vendic.* & nos diximus, & probauimus multis locis.

38 Hic verò quæritur, an ſocius, apud quem communis pecunia finita ſocietate remanſit, & ex ea negotiando ſuo nomine lucrum fecit, illud etiam cum ſorte reddere teneatur. Quod dicendum videtur *ex d. l. ſocium, & l. ſi quis, §. Proculus, ff. de inſtit. act.* ex quibus ita contendit Sforr. Odd. *in d. conſ.* 94. *num.* 22. & 23. & confirmari valde poteſt *ex d. l.* 10. §. *ſi procurator. ff. mand.* quæ ait bonæ fidei hoc congruere, ne de alieno quis lucrum ſentiat, cuius is auctor non meminit.

39 Et nihilominus contrarium verius eſſe puto, quia ſi quis ex pecunia aliena ſibi rem aliquam emit, res eius fit, non illius, cuius pecunia fuit *l.* 6. *Cod. de rei vend. l.* 1. & 8. *Cod. ſi quis alteri, vel ſib. & l.* 20. §. 1. *de pet. hæred.* & conſequenter vt periculum ad eum pertinet *l.* 1. *in princ. & l.* 7. *ff. de peric. & comm. rei vend.* ita & fructus eius eſſe dicendum eſt, qui dominium ſequuntur, vt dixi quam ſæpiſſimè *ex vulgatiſſima l. qui ſcit.* 25. *ff. de vſur.* & in re ſimili *quæſt* 95. *num.* 2. & 15.

40 & in ſpecie Rota *in d. dec.* 421. *num.* 4. *in fin.* † Quod multo magis in negotiationibus recipiendum eſt, in quibus maius eſt periculum, & magis neceſſaria eſt hominis induſtria, & labor, quàm in emptionibus prædiorum, & cenſuum quod apertiſſimè probatur *ex l.* 47. §. *altero, ff. de admin. tut.* vbi in hac ſpecie Scæuola reſpondit vſuras pecuniæ, non compendium negotiationis præſtandum eſſe; tametſi quoad vſuras hic locus abrogatus ſit, & tantum præſtandum ſit, ſi quid fortè intereſt pupilli, vel creditoris. Hinc meritò receptum eſt fœneratorem, qui pecuniam fœnore extortam exercuit, non teneri lucrum ex ea factum reddere iis, quibus pecunia extorta eſt, quia ſuo periculo eam exercuit, id enim oſtendi poteſt *ex d. l. idemque,* 10. §. *ſi mandanero in fin. ff. mandat. & l. ſi nauis, ff. de rei vindic.* & tradunt Molina *diſp.* 327. *n.* 5. Petrus Gregor. *de vſur. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 7. & aliis Theologis citatis Salas *eod. tract. dub.* 39. *num.* 3. vbi ait Theologos idem communiter tenere de depoſitario, & fure. Idem ergo in ſocio dicendum eſt, cuius ſanè cauſa odioſior non eſt, quàm ſit fœneratoris, vel furis.

Nec obſtat *d. l. ſocium* 60. *ff. pro ſocio,* quia loquitur de lucro ſocietatis & quod factum eſt durante ſocietate, vt indicant illa verba, *quod ex ſocietate lucri fecit;* quod eſt ſors, neque ſeparari, vel diſtingui debet ab aliis rebus ſocietatis, vt notat Ruinus *in conſ.* 55. *num.* 18. *lib.* 2. Rodetic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 28. & alij, quos recenſui *quæſt.* 86. *num.* 26. Hic verò quærimus de lucro, quod ſocius extra ſocietatem ſuo nomine, & periculo fecit, quamuis ex communi pecunia, quod propterea æquum eſt eius eſſe, cuius fuit periculum, & veluti premium ſui laboris, & induſtriæ, & proinde ſatis eſt, ſi nummos alienos reſtituat, & ſi quid ſocij intereſt eum moram non adhibuiſſe, vt definitum eſt *in d. l. ſocium,* & ſentit Ioſeph. Ludouic. *in concluſ.* 1. *de ſocietate circa fin. verſic. verior tamen videtur.* Quod cùm ex parte actoris metiendum ſit, vt in reliquis cauſis, conſequens eſt, ex hoc loco potius Oddi ſententiam reiiciendam eſſe. 41

Neque etiam mouet *l. ſi quis, §. Proculus, ff. de inſtit. act.* quam ſingularem, & in hanc rem perpendere Oddus arbitros valde rogat, quia hic nulla fit mentio lucri facti ex aliena pecunia, & tantùm Proculus ait Dominum ſerui, cui pecunia credita fuerat domino inulto, nihilominus teneri, ſi ea pecunia in illius vtilitatem verſa eſt æquiſſimum; ſed hæc ratio ceſſat in lucro, ſi quod fortè ex ea pecunia factum eſt, quod nunquam fuit creditoris, ſed domini, quia quicquid acquirit ſeruus ex ſuis operis, vel ex alia cauſa domino acquirit etiam ignoranti, & inuito, *§. item vobis. Inſtit. per quas perſ. nob. acquir. l.* 21. *ff. de vſufruct. l.* 62. *de verb. oblig. & aliis.* Vnde iactura creditoris tantum verſatur in pecunia, quæ illi abeſt, & quam credidit ſeruo, quæ iactura proinde ſatis reſarcitur reſtitutione pecuniæ, quæ in rem domini verſa eſt, quod Proculus ſenſit, non autem lucri, quod ſibi dominus licitè retinere poteſt, ſi quod forte ex opere ſerui obtigit, quia in eo dici non poteſt illum cum aliena iactura lucrum quærere. 42

Denique nihil mouet *d. l.* 10. §. *ſi procurator,* quia loquitur de vſuris, quas olim palam ex iure ciuili ſtipulari, & exigere licuit, & quæ in contractibus bonæ fidei veniebant poſt moram *l.* 1. & *l.* 32. §. *in bona fidei, ff. de vſur.* & aliis. Quod ius nunc abrogatum eſt iure Pontificio, & canonum, quod in hoc genere præualet legibus, vt Baldus ait *in auth. ad hac, num.* 4. *C. de vſur.* Fulgoſ. *in conſ.* 201. *num.* 1. & alij, quos in hanc rem refert Rota *in dec.* 421. *num.* 6. & nos ſæpe diximus hanc & ſimiles leges abrogatas eſſe iure Pontificio, & præſertim *in fine quæſt.* 34. & *quæſt.* 35. *num.* 13. & 14. vbi probaui malæ fidei hæreditatis poſſeſſorem non teneri reſtituere lucrum, quod ex pecunia hæreditatis negotiando fecit, quia id potius eius induſtriæ, & periculis tribuendum eſt, quàm pecuniæ, quæ per ſe ſterilis eſt, nec poteſt fructus, aut aliam vtilitatem referre. † Ex quibus ſtatuendum eſt Sfortiam Oddum *in d. conſ.* 94. partim benè, partim malè conſuluiſſe: benè quidem, dum reſpondit ſocium, qui finita ſocietate res communes interpellatus non reſtituit, teneri ad id quod intereſt, quæ eſt ſententia *d. l. ſocium,* vt dictum eſt; malè verò dum putat ſocium etiam lucrum, quod ex ea pecunia fecit, reddere debere, obſtant enim ea, quæ diximus, & quod ait, *l. poſtulante in fin. ff. ad Trebell.* iniquum eſſe quempiam alterius Inſtitorem, & procuratorem inuitum conſtitui. 43 44

Denique omittendum non eſt interdum moram in re factam intelligi, ſi debitor lateat, & ſui copiam non faciat, vt conueniri non poſſit, vt conſtat *ex l.* 23. *in fin. ff. de vſur.* his verbis, *aliquando etiam in re moram eſſe decerni ſolet, ſi fortè non extat, qui conueniatur.* Quod etiam oſtendunt *l.* 2. *ff. de naut. fœnor. l. ſi fundus, §. vlt. ff. de leg. commiſſ. & l.* 45. §. 2. *ff. de verb. oblig.* Quæ quod magis eſt, ait hæredem moram facere videri, quamuis abſit, & ignoret. Neque enim ex eo quod debitor latet, vel abeſt, & ſui copiam non facit, creditoris conditio durior eſſe debet, qui debitorem quærit, vt ab eo conſequi poſſit, quod ſibi debetur. Puto tamen neceſſarium eſſe ad moram hanc inducendam, vt creditor proteſtetur ſe velle ſuum repetere *ex d. l.* 2. *ff. de naut. fœnor* quæ ait, ſi nemo ſit, qui interpellari poſſit, idipſum teſtatione- 45

tione complecti debere, vt notat Petr. Gregor. *d. lib. 21. cap. 14. num. 7. in fin.* Ex quibus multo magis debitorem moram facere dicendum eſt, ſi citetur ad domum, & interpelletur ad ſoluendum more abſentium ſeruatâ formâ conſtitutionum, quæ multis locis hac de re conditæ ſunt.

46 Tertia, & vltima cauſa inducendæ moræ reipſa eſt rei æquitas, & contractus, quæ vrget, & admonet promiſſorem, vt ſoluat, & præſtet, quod debet neque patitur, vt quis totius contractus commodum auferat, & locupletetur cum aliena iactura: denique vt ex ea re lucrum ſentiat, in qua fidem non ſeruauerit, vt colligitur *ex l. 19. Ariſto. ff. pro ſoc.* & ex eiuſdem Ariſtonis ſententia *in l. 5. in fin. ff. de leg. commiſſ. l. 14. ff. de condict. indeb. & l. Iulianus. §. veniunt autem.*
47 *ff. de act. empt.* quæ ait id æquiſſimum eſſe.† Ex quibus paſſim & multis indiſtinctè traditum eſt in contractibus vltro, citróque obligatoriis ex implemento vnius alterum in mora conſtitui, & præſertim *ex d. l. Iulianus. §. item veniunt. & l. curabit. de act. empt.* Ita Alexand. *in d. l. quod te. num.* 8. & Plantius *in præfat. num 9.* Marc Anton. Bauer. *de mora par. 2. num* 10. Ruinus *in conſ. 46. n. 8. lib. 5.* Gabriel. Mudæ. *in d. l. Iulianus. §. ſi fructibus.* Ioann. Bapt. Lup. *in d. l. curabit. § 7. n 137.* Menoch. *in d. caſ. 220. num. 22.* qui ait ita tenere omnes. Idem ſcribunt Socin. *reg. 269. n. 6.* Goxad *in conſ. 1. num. 2.* & Caſtrac. *de ſociet. offic. cap. 69. n. 3.* Barbuſ. *in l. 5. n. 9. ff. ſol. matrim.*

48 Sed alij quidam in contractibus bonæ fidei, & in contractibus ſtricti iuris, qui ſunt inſtar contractuum bonæ fidei id duntaxat recipiendum eſſe putant, quaſi bona fides, quæ in hiſce contractibus, & iudiciis maxime dominatur, admoneat promiſſorem officij ſui, vt poſtquam illi contractus impletus eſt, ipſe quoque faciat promiſſa. Nam & *d. l. Iulianus. & d. l. curabit.* ex quibus potiſſimum à noſtris auctoribus illa definitio educitur, ſunt de contractu bonæ fidei, vt etiam *l. 19. ff. de neg. geſt. & l. 12. § ſi mihi. ff. mand.* Ex quibus id etiam non minus probari poteſt: in contractibus verò innominatis id admittendum eſſe negant, vt Iaſ. *in d. l. quod te. n. 13.* Gubert. *in lib. de mor. cap. 3. num. 6.* & Marteſcott. *in d. cap. 124. n 14* ſubiiciens huius rei rationem eſſe, quia in contractibus bonæ fidei implementum vnius non eſt cauſa inducendæ obligationis, quia ſatis ex conſenſu contrahentes obligantur. Sed in contractibus innominatis niſi re ſecuta non naſcitur obligatio *l. ex placito. C. de rer. permut.* & proinde non poteſt ex implemento vnius alius ſtatim in mora conſtitui, ne quis eodem tempore obligari, & moram facere intelligatur, quod abſurdum videtur *ex l. quod dicimus. ff. de ſolut. & aliis.* Ita etiam ſenſit Goxadin. *in d. conſ. 1. n. 19.* Bauer. *loc. cit. num. 11.* Caſtracan. *in d. cap. 69. num. 23.* & Gratian. *diſcept. forenſ cap. 307. num. 34. & 35.* qui poſt Gozadinum ait in contractibus vltro citróque obligatoriis non ſufficere, vt quis ex parte ſua contractum impleuerit ad conſtituendum aduerſarium in mora abſque interpellatione, quando ille, cui contractus impletur, prius obligatus non erat, aliud verò eſſe, cùm quis ex contractu ipſo iure obligatus eſt, antequam ei impleatur, vt in emptore, & venditore, qui ex ſolo conſenſu obligantur, neque poſſunt ab emptione diſcedere, & proinde ex ſolo implemento vnius alium ſtatim in mora conſtitui, & ita *ex l. naturalis. §. ſed ſi ſcyphos. de praſcr. verb.* declarare Goxad. *in d. conſ. 1. n. 39. & concl. 27. n. 4. & 5.* & Seraph. *priuileg. 49. num. 5. & 6.* & videtur communis eſſe ſententia.

49 Et nihilominus ſunt, qui putant etiam in contractibus innominatis ex implemento vnius alterum in mora conſtitui *ex l. ſi pecuniam. § vlt. ff. de condict. cauſ. dat.* illis verbis. *ſi quidem moram fecit manumiſſioni, conſequens eſt, vt dicamus refundere eum, quod accepit.* Quod etiam probari videtur, quia in hiſce contractibus is, qui dedit, vel fecit, poteſt agere ad id quod intereſt, *d. l. naturalis §. & ſi quidem. & §. at cum do. de praſcr verb. & l. 7. eod.* cuius verba ſunt. *Si tibi decem dedero, vt ſtychum manumittas, & ceſſaueris, confeſtim agam praſcriptis verbis, vt ſoluas quanti mea intereſt, aut ſi nihil intereſt condicam tibi, vt decem reddas.* Quod ſanè argumentum eſt, moram contractam fuiſſe. Ita differit Ioan. Saport. *in d. lib. de mor. n. 24. & 25.* vbi propterea concludit, ſiue contractus, ſit bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, ſiue nominatus, ſiue innominatus ex ſolo implemento vnius alterum in mora conſtitui, ſi modo contractum implere diſtulerit.

Sed hæc ſuſpecta mihi omnia eſſe videntur. Nam diſcri- 50
men illud, quod ex Iaſone Marteſcottus, & ex Gozadino Gratianus conſtituunt inter contractus bonæ fidei, & contractus innominatos, falſa ratione innititur, nimirum quod eodem tempore quis obligari, & in mora conſtitui non poſſit, id enim falſum eſſe manifeſtè colligitur *ex d. l. 8. & l. vlt. ff. de condict. furt. & l. cunctis. ff. de vſur.* & notat Forcat. *in d. lib. de mor. p. 3. n. 6.* Deinde id etiam in contractibus bonæ fidei ſaltem eo caſu dicendum eſſet, cùm in ipſo contractu res traditur, vel merces, aut pecunia numeratur, vt plerumque fieri ſolet, ne ſcilicet quis eodem tempore in obligationẽ coniiciatur, & moram, quod abſurdum illis videtur. Neque enim hic inſtantia temporis perpendimus, & metaphyſicè, ſed ciuili ratione, ſecundùm quàm contractus non fiunt in inſtanti ob pacta, & ſtipulationes, & alia, quæ dicuntur adminicula contractus, & ſunt pars contractus *l. fundi partem. ff. de contrahen. empt.* Denique quia ab hac diſtinctione recedendum eſſet, quoties contractui innominato addita eſſet ſtipulatio, vt eſt vſitatum. Nam cùm interpoſita ſtipulatione contrahentes obligati ſint ante implementum, vt conſtat *ex ead l ex placito. C. de rer. permut. & l. cùm vltra 9. C. de non num. pec.* ſequitur ex implemento etiam in mora conſtitui, quia tunc ceſſaret illud abſurdum, cuius timore putant in contractibus innominatis admittendum non eſſe re ſecuta ſtatim moram fieri, ne quis ſtatim obligetur, & in mora conſtituatur, addita enim ſtipulatione iam ante rem ſecutam contrahentes obligati erant, vt *in d l. ex placito,* definitum eſt.

Pari ratione etiam Saportæ opinio mihi omnino non pro- 51
batur exiſtimantis etiam in innominatis contractibus re ſecuta ex vna parte ipſo iure, ex altera moram factam eſſe, quia nullo certo iuris loco id oſtendi poteſt. Neque enim id probat *d. l. ſi pecuniam. 5. in fin.* quia potiſſimùm nititur, imò contrarium innuere videtur illis præſertim verbis. *Quod ſi moram non fecit. &c. oportere dici, nihil eum refundere debere.* Neque mouere debet, quod ait re ſecuta competere actionem ad id quod intereſt, idque *ex d. l. naturalis. §. & ſi quidem. & §. at enim do.* quia his locis dicitur tantùm, ſi ex altera parte, quæ rem accepit, ceſſatum eſt, ciuilem obligationem naſci ad id quod intereſt, neque dicitur eo ipſo moram fieri. Imò contrarium elicitur *ex dicto §. & ſi quidem. verſ. ſed ſi ſcyphos.* in quo ſi tibi ſcyphos dedi, vt Stychum acciperem, periculo meo Stychus eſſe dicitur, quod argumentum eſt in huiuſmodi negotiis re ſecuta non confeſtim contrahi moram, vt notat Goxadin. & Gratian. *loc. cit.* Iaſon. *in l. 23. n. 4. ff de verb. oblig.* & Cotaſ. Miſcellan. *lib. 2. cap. 9. n. 9.* & quod dicitur *in d. l. 7. confeſtim agam praſcriptis verbis, vt ſoluas, quanti mea intereſt,* accipiendum eſt facta mora, vt notat doctiſſimus Cuiac. *in h. l. ad Papinianum.* vbi ait interpellatione opus eſſe.

Quamobrem puto in hoc genere omnem definitionem pe- 52
riculoſam eſſe, vt omnis ferè eſſe ſolet in iure ciuili, vt ait *l. omnis. ff. de reg iur.* & in ſpecie moræ *l. 32. ff. de vſur.* & cùm res hæc ex æquitate pendeat, vt dixi, quæ incerta eſt, & nullis certis finibus, aut legibus definiri poteſt, vt ait *l. 14. ff de diuerſ. & tempor. praſcript.* proinde cùm quæritur, an ex implemento vnius alius in mora conſtituatur, exiſtimo id in facto conſiſtere, & apud Iudicem examinandum eſſe, qui ex facti, & rei circunſtantiis arbitrabitur, an promiſſor ex hac cauſa ipſo iure moram feciſſe intelligatur, vt in aliis quæſtionibus facti receptum eſt, vt *in l. Naſennius de neg. geſt. l. 3. §. 1. ff. de teſtib.* & aliis ſiue contractus nominatus ſit, ſiue innominatus, idque oſtendi poſſe mihi videtur *ex d. l. ſi pecuniam. in fin. de condict. cauſ. dat.* quo loco is, qui pecuniam accepit, vt ſeruum manumitteret, ex facti circunſtantiis moram feciſſe, vel non feciſſe dicitur *& ex d. l. 5. §. & ſi quidem & §. at ſi do. & d. l. 7. de praſcript. verb. & ex l. illud. 17. ff. de peric & comm. rei vend.* Plurimùm igitur in hac re iudicis arbitrio tribuẽdũ eſt, qui meo iudicio duos caſus perpendere debet. Primus eſt, cùm id quod is, cui cõtractus impletus eſt, facere, & præſtare debet, facilè, & momẽto fieri, & explicari poteſt, veluti ſi ſeruum manumiſi, vel aliud quid feci, vt mihi pecuniã dares. Hoc enim caſu re ex parte mea ſecuta, quia pecunia hic quaſi pretiũ eſt, & facilè numerari poteſt, eo ipſo quod ego ex parte mea impleui cõtractũ

decernere

decernere iudex poteſt te mihi moram feciſſe *arg. l. curabit, & l. ſi traditio.de act.empt.& d.l.Iulianus, §.venium, & l.2.C. de vſur.* licet enim is contractus emptio non ſit, eſt tamen ſimilis emptioni *d.l.vlt. de cond. cauſ. dat.* & proinde vt æquitas non patitur, vt emptor re, & pretio fruatur, & proinde vſuras pretij pendere debeat, ita prorſus non patitur, vt is cui contractus impletus eſt, re, & pecunia eodem tempore fruatur, &
54 totius contractus commodum auferat. † Alius caſus eſt, cùm id quod præſtandum eſt, natura ſua tempus, & dilationem expoſcit, vel etiam factum aliquod eius, qui ex parte ſua adimpleuit contractum, & hoc caſu puto non ſtatim re ſecuta alium in mora conſtitui, ſed tantùm cùm id commodè promiſſo ſatiſfacere potuerit, veluti ſi dedi tibi pecuniam, vt mihi tabulam pingeres, vel domum ædificares, vel nauim reficeres. Sanè abſurdum eſt dicere ex eo quod pecunia data eſt, & contractus ſit bonæ fidei, eum qui pecuniam accepit, confeſtim in mora eſſe, ſed tantùm temporis expectandum eſt, intra quod id commodè fieri poſſit arbitrio boni viri *l. ſi inſulam, 73. §. vlt. & l. continuus, 137. de verb. obligat.* & Faber *coniectur. lib. 7. cap. 6. in princ.* & nos diximus proxima *quæſt. præcedenti num.* 27. vel ſi dedi tibi pecuniam, vel librum, vt ſeruum manumitteres, non ſtatim te eſſe in mora dicendum eſt, quia manumiſſio non facilè expediri poteſt, ſed ad Præſidem, vel Magiſtratum eundum eſt, apud quem manumitti poſſit *d. l. 5. in fin. verſ. quod ſi moram non fecit, ff. de condict. cauſ. dat.* proinde tunc tantùm moram feciſſe videbitur, ſi quamprimùm poterit non manumiſerit *d. l. naturalis, §. 2. verſ. & tantum temporis conſumptum ſit, vt potuerit, debueritque manumitti.* Atque ita difficilem hanc quæſtionem, quæ parum accuratè ſi dicere fas eſt, à noſtris auctoribus tractata eſt, definiendam eſſe puto.

55 Illud ſanè conſtat, ſi res, quam dare debet is, qui rem accepit, caſu aliquo ante moram pereat, quod accepit ab eo qui dedit, repeti poſſe, cùm enim rem meam dederim, vt tu viciſſim aliquid mihi dares, vel faceres, & id caſu aliquo etiam ſine tua culpa præſtari non poſſit, nihilominus æquum eſt, vt mihi rem meam reſtituas, quam dedi ob rem re non ſecuta, vt conſtat *ex d. l. vlt. de condict. cauſ. dat.* illis verbis: *& ideo repetere poſſum, quod ideo tibi dedi, vt mihi ſtychum dares, & d.l. naturalis, §. & ſi quidem*, ibi, *vel ſi meum recipere velim, repetatur id quod datum eſt, quaſi ob rem datum re non ſecuta,* & notat Accurſius in gloſ. *periculo meo, in fin.* Veſembec. *ad tit. de condict. cauſ. dat. in fin.* Præſes Fab. *coniectur. lib. 6. tit.* 10. & Cuiac. *ad h. l.* vbi oſtendit hunc locum congruere
56 cum *d. l. vlt.* quæ pugnare videbantur. † Quod tamen accipiendum eſt niſi propter contractum is, qui rem, vel pecuniam accepit, in damno eſſet, quia fortè fuiſſet venditurus, vel quo alio modo in rem ſuam conuerſurus, vel ſi rem ſuam non amiſiſſet, niſi contraxiſſet. Hoc enim caſu nihil eum refundere debere, & ceſſare repetitionem ob rem dati cauſa non ſecuta, quia hoc caſu non eſt æquum illum re, & pretio carere, vt ait Vlpian. *in d. l. 5. §. 3. in fin.* & notant Accurſ. *hoc loco*, & Caſtrenſ. *in d. §. ſi quidem, n.9.* Veſembec. *loc. cit.* & Gratian. *in d. cap.307. num.36. & 37.* & ita intelligi debet, quod ait Celſus *in d. l. vlt. & ideo ſi mortuus eſt ſtychus, repetere poſſum, quod ideo tibi dedi, vt mihi ſtychum dares,* quia locum non habet, quoties contractus damno cauſam præbuit, & res aliter mihi non periiſſet.

57 Denique fauore libertatis receptum eſt, vt is qui eam debet, ipſo iure moram facere intelligatur, ita enim definitum eſt *in l. 5. ff. de minor. & l. 26. §. apparet, ff. de fideicom. libert.* & colligitur etiam *ex l. 53. eiuſd. tit.* quæ eleganter ait libertatem non priuatam, ſed publicam rem eſſe, & vltro tunc, qui eam debet, offerre debere. Quod adnotarunt Bauer. & Plant. apud Menoch. *in d. caſ.* 220. *num.* 24. Alciat. *in d. l. quod te num.* 35. & Gubert. *de mor. cap. 3. num. 9.* vt multa alia etiam fauore libertatis contra rigorem iuris conſtituta ſunt *l. 24. ſi quis ſenio. ff. de fideicom. libert. l. penult. in*
58 *fin. ff. de his quæ in teſtam. delent.* † Sanè ſi ſeruus ea lege venijt, vt intra certum tempus manumittatur, quæ pactio olim frequens fuit, ceſſante emptore, ſtatuto tempore manumittere, ipſo iure liber efficitur ex conſtitutione Marci, Commodi, cuius fit mentio *in l.2. Cod. ſi mancip. ita fuer. alien. vt manumitt.* Sed cùm nullum tempus manumiſſioni dictum fuit, nec apparet, quod inter emptorem, & venditorem actum ſit, ſi ſeruus, & emptor eius præſentes ſint, intra duos menſes libertatem conſequitur, ſi verò ſeruus abſens ſit niſi intra quatuor menſes emptor eum manumiſerit, ex eadem conſtitutione ad libertatem eripitur, vt conſtat *ex l. vlt. ff. qui ſin. manumiſſ. ad libertat. peruen.* & Cuiac. *ad hanc, l. in fin.* ex quibus quod dicitur libertati moram reipſa fieri in fideicommiſſariis libertatibus accipiendum eſſe, non autem in libertatibus pretio emptis, in quibus duo, vel quatuor menſes expectandi ſunt, ſecundùm eam diſtinctionem, vt ſeruus ipſo iure ad libertatem perueniat. Sed vt huic quæſtioni finem imponam, dicam tantum *ex d. l. 53. ff. de fideicom. libert.* colligi eos, qui reipſa moram facere cenſentur, quos fere omnes memorauimus, vltro offerre debere, & facere promiſſa. Quod valde monitos velim, qui legata Eccleſiæ, vel aliis piis locis debent. Cætera ab his petenda ſunt, qui de mora ſcripſerunt, & à Menochio, & Mareſcotto doctiſſimis viris *loc. cit.*

QVÆSTIO LXXXIII.

An ſit eadem vtriuſque moræ poteſtas circa id quod intereſt.

SVMMARIA.

1 *Mora in operatur tantum, ne debitor rem lucrum conſequatur.*
2 *Emptor tenetur ad vſuras pretij pro modo, & ratione fructuum.*
3 *Mora regularis facit, vt veniat id omne quod intereſt.*
4 *Mora in rem contrahitur reſpectu commodi percepti.*
5 *Dotis debitor ſi nihil ex ea percepit, an teneatur ad vſuras.*
6 *Mulier ex mora irregulari non tenetur ad fructus, quos ex fundo dotali percipere potuit.*
7 *Barboſæ, & Roderici, & aliorum quorundam fundamentum euertitur.*
8 *Intereſſe ex mora irregulari debetur in actione mandati, & aliis quibuſdam.*
9 *Intereſſe ex mora in rem ex bono & æquo admittendum eſt.*
10 *Debitores minorum ex mora irregulari tenentur ad intereſſe lucri vel damni.*
11 *Fures, & qui alienas pecunias inuadunt, tenentur ad id quod intereſt.*
12 *Extorquens mutuam pecuniam ab inuito, tenetur ad id quod intereſt.*
13 *Mora quæ fit reipſa, certius eſt venire intereſſe extra rem, quam ex mora, quæ per interpellationem contrahitur.*
14 *Mora ex interpellatione contracta non debetur id quod intereſt, niſi poſt litem motam.*
15 L. vlt. de peric. & commod. rei vendit. *vera, & elegans declaratio*, & num. 18. & 21.
16 *Pretio ſua die, vel loco non ſoluto venit, id quod venditoris intereſt.*
17 *Iudex ex ſola adiectione temporis debet æſtimare id quod intereſt.*
18 *Adiectio temporis facit, vt in ſtipulationibus veniat id quod intereſt, quamuis id expreſſum non ſit.*
19 Legis 2. §. vlt. de eo quod cert. loc. *ratio.*
20 *Barboſæ, & aliorum interpretatio* ad l. vltim. de peric. & comm. rei vend. *reprehenditur.*
21 L. vltim. de peric. & comm. rei vendit. *ſenſus ex Harmenopulo.*
22 L. curabit, C. de action. empt. *declaratio.*
Vſuras inter lucratorias, compenſatorias, & reſtauratorias diſtinctio remota eſt à iure ciuili.
23 *Vſuræ pretij debentur ex iure ciuili, quamuis res ſit ſterilis.*
24 *In bonæ fidei contractibus poſt moram veniunt vſuræ ex iure ciuili.*
25 *Leges, quibus venditori vſuras pretij capere licet, hodie abrogatæ.*

26 Con

26 *Conuentio de vſuris pretij pendendis pro modo, & ratione fructuum valet.*
27 *Pretij vſura debentur non ex mora, ſed ex æquitate.*
L. curabit, *quatenus hodie procedit.*
28 L. ſi ſterilis, §. cùm per venditorem *explicatur.*
29 *Intereſſe quanti plurimi, vbi locus eſt intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, non admittitur.*
30 *Fur non tenetur ad vſuras æſtimationis quanti plurimi.*
31 *Mora in rem ſufficit, vt vſuræ debeantur ex iure ciuili.*
32 *Mora in rem ſufficit, vt quis de interitu rei teneatur.*
L. vlt. C. de condict. ob turp. cauſ. *explicatur.*
33 Et l. naturalis, §. & ſiquidem, de præſcr. verb.
34 *Implementum vnius, quando alium in mora conſtituat.*
35 *Emptor ad domum venditoris accedere debet, vt rem accipiat.*
36 *Mora vtriuſque eadem vis circa id quod intereſt, & interitum rei.*
Mora irregularis ſemper vrget debitorem.
37 *Marito qui ſuſtinet onera, debentur vſuræ, licet debitor ex dote nullum lucrum faciat.*
38 *Debitor dotis non tenetur præſtare, ſi quid ea ſuper lucratus eſt.*
39 *Gloſ.* in l. 5. ff. ſol. matrim. *declaratur.*
40 *Venditor, qui recepto pretio fundum negligit vt alienum, non tenetur ad fructus, quos non percepit.*
41 *Maritus eſt ſimilis emptori propter onera matrimonij.*
42 *Mulier ad vſuras dotis non tenetur, cùm vir poteſt arbitrio ſuo pecuniam dotalem capere.*
43 *Mora irregularis ſufficit, vt intereſſe quanti plurimi debeatur.*

SED quod attinet ad id quod intereſt, an ſit eadem vtriuſque moræ poteſtas, valde controuerſum eſt. Nam cùm agitur ad intereſſe extrinſecum ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, multum referre videtur, an mora
1 ex re, vel ex perſona facta dicatur. † Etenim cùm mora contrahitur reipſa, & ex implemento alterius partis, non ſatis eſſe, vt lucri ceſſantis, vel damni emergentis ratio habeatur, plerique exiſtimauerunt, vt Socin. *in l. 5. in fin. ff. ſol. matrim.* qui mouetur *ex l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. empt. & l. vlt. ff. de peric. & comm. rei vend.* vbi ait eſſe caſum notandum. Putant enim in hoc genere illud tantùm curandum eſſe, ne debitor, qui reipſa moram facere intelligitur, locupletetur cum aliena iactura, & eius perſonam duntaxat inſpiciendam eſſe, ne ſcilicet ex contractu
2 lucrum conſequatur. † Vnde emptor qui re, & pretio fruitur, tenetur ad vſuras pretij non ſoluti pro quantitate fructuum perceptorum, etiamſi venditor ex pretio negotiatus non fuit, neque lucratus, & quamuis nullum damnum ſenſiſſe doceat ob pretium tardius ſolutum *d. l. vlt. de peric. & comm. rei vend.* quod indicare videntur verba *l. curabit, Cod. de act. empt.* qua conſtitutum eſt emptorem præſtare vſuras pretij non ſoluti pro ratione fructuum perceptorum; & proinde teneri tantùm ad vſuras compenſatiuas accepti lucri. Et Barboſa huius opinionis aſſertor maximus *in d. l. 5. num. 15. ff. ſolut. matrim.* concludit his verbis, *Ergo ex hac communi reſolutione apertè conſequitur in hac materia ad ſolum lucrum emptoris habendum eſſe reſpectum, non ad damnum venditoris, quia ſi ad aliud haberetur reſpectus, vtique emptor ſentiret damnum, quem tamen effectum mora irregularis producere non poteſt.* Quod etiam is auctor tradit *eod. loco n. 24.* Nam inquit mora, quæ in rem fit, quamuis moroſum, ſic enim loquitur, excludat à lucro, non tamen facit damnum eum incurrere, vnde non debet ſoluere intereſſe, quod non habuit ſubiiciens Menochium, & alios quoſdam id non ani-
3 maduertentes apertè labi. † Secundo autem caſu, cùm interuenit mora regularis, debitor tenetur præſtare id omne, quod creditoris intereſt ratione lucri vel damni, quamuis cedat onera matrimonij, vel rationem fructuum, & res ſit ſterilis, vt docet Didac. Couarr. *lib. 3. cap. 4. n. 2.* Ioan. Bapt. Lup. *de vſur. comment. 1. §. 7. num. 25. & 32.* Barboſ. *in d. l. 5. num. 24. & 25.* Franciſc. de Caldas *in lib. de empt. & vendit. cap. 28. num. 27.* Roderic. *de annuis & menſtr. redit. lib. 3. quæſt. 7. numer. 94. & 100.* & Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 241. numer. 41.* † Vnde his conſequenter dicendum vi- 4
detur, ſi forte is cui adimpletus fuit contractus, nullos fructus, & nihil commodi ex eo percepit, non cenſeri in mora conſtitutum, vt ad vſuras, vel fructus teneatur, vt iidem auctores docent, & ante illos docuit Baldus *in leg. in minorum, Cod. in quib. cauſ. in integr. reſtitut.* & Marc. Anton. Bauer. *in lib. de mora part. 2. num. 52.* vbi ait illum, cui adimpletur contractus, in mora eſſe reſpectu commodi, quod ex re tradita, vel tradenda percepit, quia abſurdum eſt, vt ex vtraque commodum ſentiat. † Ex quo 5
etiam ſequi videtur debitorem dotis conſiſtentis in pecunia, ſi ea eo tantum in mora ſit, quod maritus vxorem duxit, & domi aluit, nihil marito reſtituere debere vltra ſortem ſi ipſe nullos fructus, aut lucrum ex dote habuit, vt ſcribit Barboſ. *in d. l. 5. num. 42. verſic. vltimo tenebis menti*, adferens pro ſua ſententia Paulum Caſtrenſ. *in d. l. 5. num.* 10. Ruin. *in conſ. 224. num. 13. lib. 1. & conſ. 61. num. 5. lib. 4.* Idémque ſenſit Roderic. *d. lib. 3. quæſt. 8. num. 15.* quæ magna, & notabilis declaratio, ſeu reſtrictio eſſe videtur ad id, quod diximus *quæſt. 28. num. 3.* nempe marito eo ipſo, quod ſuſtinet onera matrimonij, & vxorem alit, vſuras dotis, ſeu alimenta deberi, vix enim, & rarò vſuræ marito debentur. † Quorum ſententiam valde iuuat, quod notat gloſſa 6
ſingularis *in d. l. 5. in fin. ſol. matrim.* mulierem ſcilicet, quæ rerum dotalium poſſeſſionem non tradit, in mora non videri, ſi nullos fructus ex dotalibus prædiis percepit *argum. l. videamus, 38. in princ. ff. de vſur.* & proinde licet ex mora, quæ interpellatione contrahitur, teneatur debitor non tantum ad fructus, quos percepit, ſed ad eos etiam quos percipere potuit *l. apud Iulianum, §. 1. de leg.* 1. tamen ex mora, quæ fit reipſa, tenetur tantum de fructibus perceptis non de his, quos percipere potuit, vt ex d. gloſ. communiter receptum eſſe teſtatur Socin. *in d. l. 5. num.* 13. & Paul. de Caſtr. *num.* 10. idem Socin. *in conſ. 133. num.* 11. & Bauer. *in d. part. 2. num.* 23. & ideo ſi debitor dotis nihil ex pecunia dotali lucratus eſt, nullum lucrum, nec aliud quidpiam ob moram irregularem vltra ſortem præſtare cogitur marito, qui onera matrimonij ſuſtinet, vt aſſerit Barboſ. *loc. cit.* & rurſus *in l. mora, n. 94. eod. tit.*

Sed hæc grauiſſimorum virorum traditio in dubium re- 7
uocari mihi poſſe videtur. Nec enim verum eſt, quod tanquam fundamentum totius quæſtionis generaliter conſtituunt, cum de mora agitur, quæ fit, reipſa, inſpiciendam eſſe duntaxat perſonam debitoris, ne ſit in lucro nimirum repugnantibus apertiſſimè multis iuris locis. Et primo quidem aliud conſtat *ex l. naturalis, §. at ſi do. ff. de præſcript. verb.* in qua Iuriſconſultus ait. *Sin autem rem do, vt rem accipiam, &c. dubium non eſt naſci ciuilem obligationem, in qua actione id veniet, non vt reddas quod acceperis, ſed vt damneris mihi, quanti intereſt mea illud, de quo conuenit accipere: & rurſus in l. 7. eod. tit. ſi tibi decem dedero, vt Stychum manumittas, & ceſſaueris, confeſtim agam, vt ſoluas quanti mea intereſt.* Non ergo agitur ad id quod promiſſor ex re tradita, vel ex ſerui operis, vel alia ratione ex illius perſona lucri fecit, nec ad id, quod ex illis decem lucratus eſt, ſed ad id quod intereſt creditoris ſeruum fuiſſe manumiſſum, vel illud, de quo conuenit, fieri. Et his congruenter Plautius *in præfat. l. 1. Cod. de ſent. quæ pro eo, num.* 33. obſeruat leges in hoc genere ſemper reſpicere id, quod actoris intereſt, & ſtatuere id duntaxat præſtandum eſſe, quod eius intereſt, & huius rei eſſe paſſim exempla in iure noſtro, vt *in l. 1. & aliis, ff. de act. empt.* & capteſſius *in l. ſi commiſſa, ff. rem rat. haber.* ibi, *quantum mea interfuit*, &c. quod rurſus ſcribit *in verſ. hoc quod intereſt. num.* 15.

Præterea intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis 8
deberi etiam ſine mora regulari, conſtat in actione mandati *ex l. ſi verò, §. ſi mihi, ff. mand.* cuius verba ſunt. *Nec id tantum quod impendi, verum vſuras quoque conſequar: vſuras autem non tantum ex mora admittendas eſſe, verum iudicem æſtimaturum ſi exegit à debitore ſuo quis, & ſoluit, cum vberrimas vſuras conſequeretur; æquiſſimum enim erit eius rei rationem habere aut ſi ipſe mutuatus grauibus vſuris ſoluit. Non dubito debere eum mandati iudicio & vſuras conſequi: totumque hoc ex æquo &*

bono

bono iudex arbitrabitur. Quod etiam in actione negotiorum geſtorum receptum eſt, vt oſtendi poteſt *ex l.7.§.vlt.& l.19.§. non tantum.ff.de neg.geſt.& l.37.ff.de vſur.* & Harmenop.*lib.5.tit.11.in fin.* idémque eſt in actione tutelæ contraria, vt conſtat *ex l.3.§.conſequitur.ff.de contr.tut.& vt act.* & receptum eſt etiam in actione pro ſocio, in qua ſocius, qui pecunia communi vſus eſt, vſuras eius præſtare cogitur *l.1.§.1.ff. de vſur.* non quaſi vſuras, & fœnus, ſed quod ſocij interſit *l. 60. in princ.ff.pro ſoc.* & explicat Cuiac.*in d.l.1.de vſur.ad Papin.& in obſer. lib.13. cap.* 15. vbi ſcribit hic moræ nomine vtramque cóprehendi, & eam quæ fit ex perſona, quæ propriè eſt mora, & eam quæ fit ex reipſa Non ergo verum eſt, quod inquiunt ex mora irregulari vſuras & intereſſe non deberi: & inſpiciendum eſſe lucrum, quod conſequitur debitor, non id quod creditoris intereſt, ſiquidem aliud conſtitutum eſt in iudiciis pro ſocio, mandati, negotiorum geſtorum, & in actione tutelæ, in quibus reipſa mora contrahitur, vt iiſdem locis conſtar, & tradit Cuiac.*loc.cit.* & Grimaud.*de vſur.& contract. pignor.lib.1.cap.23 num.13.&* 14.

9 Quod etiam porrigendum videtur ad alia negotia, & iudicia bonæ fidei, quæ his ſunt ſimilia, & in quibus eadem eſt æquitas, & ratio. Id enim totum in æquitate poſitum eſt, & iudicis officio commiſſum, vt ait *d.l.ſi vero.ff. mand. & l.5.§.vlt.ff.de collat.dot.* Nam in iudicia bonæ fidei, & quibus addebatur *ex fide bona*, vel *quod æquius melius*, vt refert M.Tullius *lib.3 de offic.* tantundem officium iudicis valet, quantum in ſtipulatione nominatim eius rei facta conuentio *d.l.7.ff.de neg.geſt.& l.34.de praſcr.verb.*

10 Illud etiam receptum eſt debitores minorum, quibus reipſa, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis mora fieri intelligitur *d l.3.C.in quib.cauſ.reſtit.in integr. non eſt neceſſ.* ex hac mora, vt olim ad vſuras, nunc ad intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis obligari, vt cenſuit Rota Genuenſ.*in deciſ.30 n.8.* Ruin *conſ.108.n.17.& 18.lib.1.* Barboſ.*in d.l.5.n.18.* Munnoz. *de ratioc cap.15.n.30.* Sfort.Odd *in conſ.87.num.11.* & Gratian. *diſcept.forenſ.cap.240. num.12.& cap.241.n.1.45.& 55.* Neque videtur maior eſſe ratio, vt in minoribus mora irregularis id poſſit, in aliis vero, quibus etiam mora reipſa fit, id non poſſit, cum ſit eadem mora, & ratio *arg. l. 108. ff. de verb. oblig.* & proinde eoſdem effectus producere debeat.

11 Præterea fures, & raptores, & qui res alienas inuadunt, & alienos nummos in proprios vſus conuertunt, non tantùm ablata reſtituere tenentur, ſed etiam id omne, quod domini intereſt, ſiue in damno, ſiue in lucro. Ita enim docet D Thom. quem alij Theologi ſequuntur, Tolet. *lib.5.c.31. & 33.* & alij apud Salas *de vſur.cap.19.n.3.& 6.* & tradit Bero.*in conſ.193.n.12.lib.1.* Bologn.*in l.1.n.111.C.de ſentent.quæ pro eo.* & ipſe Barboſ.*in d.l.5.n.41.* & probatur apertiſſimè *ex d.l.ſocium.60 ff.pro ſoc.l.1.§ non ſolũ & l.6.ff. de vi & vi arm.l.ſi mulier.§.verũ ff.rer.*
12 *amor.l.51.§.ſi ſeruus & l.67.§.1 ff.de furt.* † Denique is, qui ab inuito pecuniam mutuam extorquet, ſine mora ad intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis obligatur, vt diximus ex auctoritate multorum *quæſt.74. n 10. & 11.* & præſertim ex Molin. *diſput 315.n.1.* Azor. *inſtit. moral par.3. lib.5.cap.5.* vbi ait hac in re omnes conuenire, & Maſcard. *de probat. concluſ. 934.n.41.* & nemo hactenus dixit debitores minorum fœneratores, & fures, & qui alienas pecunias inuadunt, vel extorquent, quos reipſa moram facere compertum eſt *ex d.l.3.C. in quib.cauſ.reſtit.& l.8.de condict.furt.* & aliis, ſi nullum ex pecunia rerenta lucrum fecerint, non teneri ad id, quod creditoris intereſt Ex quibus omnibus magis eſt, vt ſtatuamus non minus vſuras, & intereſſe extrinſecum debet, & peti poſſe ex mora, quæ fit reipſa, quam ex ea quæ fit ex perſona, dummodò nihil aliud obſtet, & intereſſe probetur legitimis modis.

13 Imò quod paradoxon videbitur, certius, & tutius eſt ex mora, quæ fit reipſa, venire id quod intereſt etiam extra rem, quam ex mora quæ per interpellationem contrahitur. Nam ex mora, quæ fit reipſa, venire id quod extra rem intereſt conſtat *ex d.l.ſocium.ff. pro ſoc.l.ſi mulier.ff.rer. amot.l.67.§.1.ff. de furt.* & aliis iuribus proximè citatis: ex mora verò, quæ ex perſona fit, id eſt, ex interpellatione hoc intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis deberi nullibi conſtitutum eſt:
14 & cedo legem, vel conſtitutionem tale aliquid dicentem. † Et tantùm in ſtrictis iudiciis, in quibus non fit condemnatio, niſi ex iure obligationis, ex tempore litis conteſtatæ habetur ratio eius quod intereſt, idque ex æquitate magis, quàm ex vi, & poteſtate ſtipulationis *l.1.& 3.§.1.l.videamus.38.§ ſi actionem.ff.de vſur.* & notat Forcat. *de mor.par.2. num 4.* Alciat.*in l.vinum.n.14.& 15.ff.ſi cert.pet.* Cuiac.*in d.l.2.de vſur.ad Papin.* & Præſes Faber *conîectur.lib.15.cap.3.* in iudiciis verò bonæ fidei poſt moram vſuras tantùm deberi conſtitutum eſt *in l.2.& 4. C.depoſ.l.31.§.in bonæ fidei ff.de vſur. & l.vl ff de peric. & commod. rei vend* non autem id quod intereſt. Niſi dies vel locus adiectus ſit, in quo ſolui oportuit, tunc enim venit id omne, quod creditoris intereſt, ſiue contractus ſit ſtricti iuris *l.2.§.vlt.de eo quod cert.loc.l.8.& vlt.ff eod.l.114.de verb. oblig.l.ſi calendis.11.ff.de re iudic.* ſiue ſit bonæ fidei *l nummis.3 ff. de in lit. iuran.l.7.ff.de eo quod cert loc* & explicat Cuiac.*ad d.l.vlt.h tit.* & Alciat. *loc cit.* Ex quibus conſequitur diſcrimen elegans, & notatu digniſſimum inter moram quæ fit ex perſona, ſeu per interpellationẽ, & eam, quæ per lapsũ diei fieri dicitur, vel ex eo, quod eo loco nõ eſt ſoluta pecunia, quo ſolui debuit. Nam ex hac mora venit id omne, quod actoris intereſt, ſiue in dãno ſiue in lucro ratione temporis, vel loci. At verò ex mora, quæ per interpellationem contrahitur, ſecundũ verã rationẽ iuris nulla habenda eſt ratio eius quod intereſt, vel in dãno, vel in lucro, niſi ex tempore litis conteſtatæ, vt dictum eſt, quia ex eo ſemper omnis cauſa præſtanda eſt *d.l.2.3.§.1 ff.de vſur* id eſt, omne quod habiturus eſſet actor, ſi litis conteſtatæ tempore ſolutio facta eſſet, vt explicat Paulus *in l.31.in princ.ff ſi cert.pet.*

Quamobrẽ nihil mouere debet *d.l.vlt ff. de peric. & comm.* 15
rei.vend. qua potiſſimùm Socinus mouetur, quia hic quidem conſtitutum eſt venditori, ſi emptor in pretio ſoluendo moram fecerit, vſuras dũtaxat deberi, non id omne quod mora non facta venditor ex pretio conſequi potuit: ſed vel accipienda eſt de mora, quæ ex perſona fit, & propriè eſt mora, vt dictum eſt, vel de vtraque: & ideo quod attinet ad id quod intereſt, nihil diſcriminis inter hanc vel illam moram ex hoc iuris loco conſtituendum eſt. Neque enim id definitum eſt ex eo, quod emptor hic reipſa in mora ſit, vel ex perſona, quia generaliter lex ait, *ſi emptor in pretio ſoluendo moram fecerit.* quæ verba vtramque morã continent. Sed huius iuris ea eſt ratio, quia neque dies, neq; locus ſolutioni adiectus eſt. Ideóque reſpondit Hermogenianus emptorẽ vſuras pretij dũtaxat præſtare debere, non id omne quod venditoris intereſt ſibi moram factam non fuiſſe. † Quod ſi pretium certo loco, vel 16
die ſolui debuit, veriſſimum eſt, etiam ex iure ciuili venire id quod intereſt, & vtilitatem omnẽ venditoris æſtimandam eſſe poſt moram, quamuis contractus ſit bonæ fidei, vt conſtat apertiſſimè *ex d.l.nummis.ff.de in lit.iuran.l.ſicut.ff. commod. & l.7 ff.de eo quo cert. loc.* vbi id Accurſius notat, Anton. Fumæus *de eo quod intereſt. cap.3. num.36.* & Cuiac. *loc.cit. & ad African. tract.3.col.3.* ſubiiciens adiectionem loci vel temporis iniicere iudici arbitrium, id eſt, facultatem æſtimandæ vtilitatis loci, vel temporis conuenti, nec obſeruari. † Et 17
malè Roderic. *in d.q.7. n.20.* putat, ſi quis promittit ſoluere certa die, non eſſe locum arbitrio, neque habendam eſſe rationem intereſſe extrinſeci, niſi fortè alia iuſta cauſa, & grauis, putà certa debitoris peruicacia, & malitia interueniat, quia illius opinio refellitur manifeſtè *ex d.l.114 de verb. oblig.l.3.de in lit.iuran.l.4.& 7.de eo quod cert.loc.& l.ſicut.ff. commod.* & ex d.gloſ. Accurſij, & ex Cuiacio *loc.cit.* & verius eſt ex ſola adiectione temporis non minus quam loci, etiam in contractibus bonæ fidei iudicem vtilitatem temporis æſtimare debere, id eſt id quod creditoris intereſt, ſua die pecuniam ſolui. Neque inſignis, & grauis peruicacia debitoris exigitur, cum mora eius ſua die non ſoluentis ſufficiat, vt habeatur ratio eius quod intereſt, & licet Præſes Faber *conîectur. lib.15. cap.3. in princ.* à Cuiacio aliquãtulum diſſentiat, quia Cuiacius, vt quidem putat Faber, exiſtimabat etiam in contractibus bonæ fidei per adiectionem temporis non minus quam loci induci arbitrarium, quod tamen Faber falſum eſſe ait, vterque tamen ſenſit per adiectionem loci, vel temporis habendam eſſe rationem eius quod intereſt. † Quod in ſtipulationibus etiam certiſſi- 18
mum eſt. Quamuis enim ex ſtipulatione agi non poſſit, niſi quatenus ipſa ſtipulationis verba præſcribunt, adiectio tamen temporis facit, vt non ſoluta ad diem pecunia promiſſor teneatur ad id omne, quod ſtipulatoris intereſt *l.114. de verb. oblig.*

Digitized by Google

perſona mora fieret. Denique verum quidem eſt emptorem, qui fructus percepit, vſuras ea iure ciuili præſtare debere: ſed verum etiam eſt eodem iure emptorem, qui re, & pretio fruitur ad vſuras pretij ex iure ciuili obligari, licet res ea ſit, quæ
25 nullos fructus referre poſſit. † Et proinde leges, & conſtitutiones huiuſmodi, quæ de propriis, & veris vſuris, iiſque vniformibus loquuntur, hodie iure diuino, & canonum abrogatas eſſe, neque rei, de qua quærimus argumentum præſtare debere. Et inde tantùm colligere poſſumus ea iure ciuili poſt rem traditam vſuras pretij admittendas eſſe, ſiue emptor reipſa, ſiue ex perſona in mora conſtituatur, & ſiue res fructus ferat, ſiue ſit ſterilis, vt etiam conſtat ea dicto Harmenopuli loco. Ideóque perperam ex his locis, qui generaliter conſtituunt emptorem poſt rem traditam vſuras præſtare debere, Barboſam, & alios diſtinguere inter moram, quæ fit reipſa, & illam quæ fit ex perſona, & inter res, quæ fructus referunt, vel quæ ſunt ſteriles, vt merces, gemmæ, & his ſimilia.

26 Neque eſt contrarium, quod diximus *quæſt.* 27. vbi admittimus licitam eſſe conuentionem de vſuris pretij præſtandis pro modo, & ratione fructuum, quia cùm non teneretur venditor rem dimittere non recepto pretio, potuit ea lege rem tradere, vt dum pretium non ſoluitur, annua quantitas præſtetur loco fructuum, quos ea re ſua percipere potuiſſet, niſi immaturè, & non recepto pretio rem tradidiſſet: nam & eo vſque rem locare potuiſſet emptori pro penſione certa *l.* 20. *& 21. ff. loc.* vel excipere fructus, donec pretium ſolueretur *l.* 4. *§. cum fundum, & l.* 80. *ff. de contr. empt.* nec hic vſuram eſſe, ſed rei licitæ ſtipulationem, & exceptionem, denique compenſationem fructuum, & penſionis annuæ concurrentis cum fructibus, vt docet Couarr. *variar. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 2. & diligenter tractatum eſt *in d. q.* 27. quod iure diuino licitum eſſe tradit Donell. *in d. l.* 2. *C. de vſur.* vt verbo Dei licitum eſt vendere, emere, locare, permutare: Denique vt licitum eſt, cùm aliquid alicui dederis pro eo tantundem accipere, vnde hoc conuentionis genus ab vſura remotum eſt, quæ eſt lucrum creditoris, vel pœna debitoris non ſoluentis.

27 Neque tamen puto vſuras pretij hodie poſt rem traditam non deberi pro modo, & quantitate fructuum, ſed nego hunc moræ irregularis effectum eſſe, ſed iuſtitiæ, & æquitatis, quæ non patitur, vt emptor pretio fruatur, & fructus percipiat, vt ea multorum auctoritate diximus *in d. q.* 27. *n.* 23. & præſertim ex Rot. *inter recentiſſ. dec.* 370. *n.* 1. *p.* 1. & coram Durano in quadam Peruſina *inter nouiſſ. omnium dec.* 13. *n.* 6. *&* 7. *anno* 1626. & Fachineo *lib.* 2. *c.* 32. *controu.* 2. qui id deducit, & probat ex verbis *d. l. Iulianus, §. ex vendit. ff. de act. empt.* ex quibus inquit ceſſat fundamentum contrariæ opinionis, quoniam vſurarum præſtatio non ea mora emptoris procedit, ſed ea æquitate illa, ne quis re, & pretio fruatur, ſed ſi emptor fructus perceperit, vſuras pro fructuum perceptorum ratione pendat: & conſtat etiam ex his, quæ diximus *eod. loc. n.* 18. vbi ea Iulio, Paulo, Cuiacio, & aliis auctoribus oſtendi non ſoluto pretio fructus eſſe venditoris; & debentur vt res propria, vt ea Couarr. & Hondedeo inquit Rota *in d. dec.* 13. *n.* 7. niſi ius fructuum à venditore remiſſum ſit, quod non facile præſumitur. Qua ratione retineri poteſt, quod *in d. l. curabit,* reſcriptum eſt, alioquin abrogatam eſſe dicendum eſt, vt aliæ omnes, quibus cautum eſt vſuras ex ſimplici mora admittendas eſſe. Malè igitur ex hoc loco deducitur ex mora, quæ fit in rem, venire tantum vſuras pro quantitate fructuum, quos venditor moroſus ex re vendita percepit, quia hæc fructuum recompenſatiuorum præſtatio non prouenit ex mora: ſed ex æquitate, vt dictum eſt, & cenſuit Rota *in d. dec.* 370. *n.* 1. vbi refert hanc eſſe communem ſententiam, *&* *in d. dec.* 13. *n.* 7. vbi ait non moram, ſed ſolam æquitatis rationem attendendam eſſe.

28 Prætereà nihil obſtat *d. l. ſi ſterilis, §. cum per venditor. ff. de act. empt.* qua Socinus mouetur *loc. cit.* quia licet hic nulla lucri, vel damni ratio habeatur, non tamen huius rei ratio ex genere moræ ducenda eſt. ſed potius quia intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis non niſi primum, & immediatè proximum peti, & exigi poteſt, ne res in infinitum procedat, vt conſtat *ex l.* 2. *C. de ſent. quæ pro eo,* & ibi Bologn. *n.* 113. Cagnol. *n.* 46. Gutier. *de iuram. confir. p.* 1. *c.* 2. *n.* 8. & alij apud eundem Barboſam *in d. l.* 5. *n.* 30. Sigiſm. Scacc. *in lib. de commerc. §.* 7. *gloſ.* 2. *n.* 20. Sebaſtian. Græuæ *ad Gail. lib.* 2. *contl.* 6. *n.* 9. Roder. *de annuis redit. lib.* 3. *q.* 5. *n.* 28. & inter Theologos docet Ioan. de Medin. *de vſur. q.* 4. † Et proinde quia in 29
ſpecie *d. §. cum per venditor.* æſtimatio vini, vel tritici creſcere creſcere potuit, quæ emptori præſtanda eſt, idcò ne poſſit eſſe locus intereſſe quanti plurimi, meritò hic definitum eſt intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis non deberi, nec peti poſſe, quoties enim poteſt eſſe locus intereſſe intrinſeco, & quanti plurimi, vt in vino, tritico, & his ſimilibus rebus, quarum æſtimatio creſcere poteſt, non habetur ratio eius, quod extra rem intereſt ratione lucri, vel damni, vt apertiſſimè definitum eſt *in d. §. cum per venditorem,* illis verbis. *Neque enim ſi potuit ex vino, puta negotiari, & lucrum facere, illud æſtimandum eſt non magis, quam ſi triticum emerit, & ob eam rem, quod non ſit traditum familia eius fame laborauerit,* & docent Baldus, Caſtrenſ. & Sapia *in d. l.* 1. Iaſon *in d. l. nummis, n.* 5. *de in lit. iuran.* vbi ait hanc communem eſſe ſententiam, Rebuff. & alij quidam quos ſequitur idem Barboſa *n.* 30. & Syluanus *in d. conſ.* 10. *n.* 10. notans Bartolum hanc rationem fere vbique conſtituiſſe. His conſenſit Treutac. *variar. reſol. lib.* 1. *tit. de intereſſ. n.* 31.

Quare nec vſpiam in iure noſtro conſtitutum eſt furem, 30
quem lex vult, ſi condictione furtiua conueniatur, condemnandum eſſe, quanti plurimi res fuit, ad vſuras eius æſtimationis teneri, tametſi non poſſit vllius debitoris odioſior eſſe cauſa, quàm furis, vt obſeruat Anton. Faber *de error. pragm. dec.* 17. *c.* 4. *in fin.* Quamuis deinde ſentiat æſtimationis quanti plurimi vſuras deberi ea eo tempore, quo poſt factam taxationem mora facta eſt, quod à nobis refutatum eſt *q.* 87. *n.* 23. Quamobrem non ea qualitate moræ *in d. §. cum per vendit.* conſtitutum eſt, ne intereſſe extra rem peti poſſit, vt patet ex illis verbis, *cùm per venditorem ſteterit quominus rem tradat,* quæ vtrique moræ conueniunt, ſed vel ex eo tantum quod vini, vel tritici, quod tradi debuit, æſtimatio creſcere potuit, vt communiter receptum eſt, vel ex eo, quia neque dies, neque locus promiſſioni adiectus fuit, vt *in d. l. vlt. de peric. & comm. rei vend.* ſecundùm ea, quæ diximus *num.* 15. & proinde nihil pertinet ad rem de qua quæritur, nec probat Socini, & aliorum ſententiam.

Denique vt reliqua omnia Barboſæ fundamenta profligemus, falſum eſt quod ait ſecutus gloſſam *in l. ſed & ſi* 22. *ff.* 31
de vſur moram in rem non ſufficere, vt vſuræ debeantur, niſi fauore minorum, quia manifeſtè refellitur *ex d. l.* 1. *& l.* 37. *ff de vſur. l.* 4. *C. depoſ. l. ſi vero, §. ſi mihi, ff. mand. l.* 5. *ff. de coll. dot.* ex quibus conſtat etiam fauore aliorum in iis negotiis, in quibus mora reipſa contrahitur, vſuras ea iure ciuili præſtandas eſſe. Idémque conſtat *ex l. euictis, ff. de vſur.* in qua vſuræ pretij poſt euictionem præſtantur, vt ait Bart. *in l. quoties,* 59. *ff de verb. oblig.* Gubert. *in lib. de mora, c.* 4. *n.* 33. Gratian. *diſcept. lib.* 2. *c.* 243. *n.* 28. ex quo fit Barboſam, qui illius gloſſæ auctoritate maximè vtitur, falſo, aut ſaltem fragili fundamento niti, tametſi nunc hoc totum abrogatum ſit, neque liceat vſuras ex mora exigere, ſiue ea re, ſiue ea perſona contrahantur.

Nec etiam verum eſt, quod vir doctus conſtanter aſſeuerat *eod. loc. n.* 15. & rurſus *n.* 41. moram irregularem non ſufficere, vt quis de rei interitu teneatur, quia contrarium apertiſſimè conſtat *ex l. vlt. C. de cond. ob turp. cauſ.* cuius verba ſubiiciam. *Eum qui ob reſtituenda, quæ abegerat pecora, pecuniam accepit, tam hanc, quam ea reſtituere debere conuenit, licet mortua, vel alio fortuito caſu periiſſe dicantur, cum hoc caſu in rem mora fiat.*

Neque mouet, quod in hac *l. vlt.* 15. qui pecora abegerat, 32
& interceperat, ea delicto teneretur, quo caſu moram irregularem ſufficere, vt quis de rei interitu teneatur, admittit Barboſa *loc. cit.* quia in *hac l. vlt.* non deciditur furem, & abigeum ad interitum pecorum obligati ex eo, quod ex delicto teneantur, ſed ea eo quod hic moram in rem fieri intelligitur, vt conſtat ex illis verbis, *cùm hoc caſu in rem mora fiat.* Et proinde cùm ratio generalis ſit, vbicunque mora in rem fit ibi etiam periculum rei ad debitorem pertinere dicendum eſt.

Neque mouere debet *d. l. naturalis, §. & ſi quidem, de præſcr.* 33
verb. quæ Barboſam, & alios in contrarium traxit ſententiam quia hic ſpecies perempta eſt ante moram, vt ſentiunt Accurſ. Alberic. Caſtrenſ. & Alex. *in l. vlt. ff. de cond. cauſ. dat.* & Iaſ. *in l. ſi ex leg.* 23. *n.* 4. *ff. de verb. oblig.* vbi ait nos cogi inuitis dentibus ita fateri, quod etiam oſtendi Coraſ. Miſcel. *lib.* 2. *c.* 9. *n.* 9.

& Grat. *diſcept. lib. 2. c. 307. n. 36.* & nos diximus *q. præced. n. 52.*
ideóque qui alios lapſos eſſe dicit, ipſe lapſus eſt, quia exiſti-
mabat in caſu *d. §. & ſi quidem, in fin.* ex implemento vnius al-
terum ſtatim in mora fuiſſe, quod in ea ſpecie falſum eſt.
34 † Quod enim dicitur ex implemento vnius, alterum in mora
conſtitui, perpetuum non eſt, nimirum cùm ſtipulatoris quo-
que factum accedere debet *l. 46 ff. de cond. & demonſtr. l. 16 ff. de*
vſur. & notat Præſes Fab. *def. 2. C. de contrah. & commit. ſtipul.* &
& Grat. *lib. 1. c. 42. n. 10. & c. 140. n. 13. lib. 2.* at in ſpecie *d. §. verſ.*
ſed ſi ſcyphos is qui ſcyphos dederat, vt Stychum reciperet, cùm
non eſſet Stychus præſens, debuit ad domum promiſſoris ac-
cedere, & interpellare illum, vt ſeruum traderet *l. quod te, ff. de*
reb. cred. & d. l. ſi ex legati, vel alia ratione curare, vt eum reci-
peret: Et proinde cùm Stychus interitu deceſſerit, rectè defi-
nitum eſt eius eſſe periculum, quamuis ſcyphos, quos dedit re-
35 petere poſſit, vt dixi *ead. prox. q. n. 55.* † Nam & id in emptore,
niſi aliud actum ſit locum habet *l. 14. & 17. ff. de peric. & comm.*
rei vend. qui ad venditoris domum accedere debet *l. 1. §. licet,*
ff. ead. neque promiſſor aliter in mora eſt, quàm ſi per eum
ſtetit, quo minus daret: denique illius nulla mora eſt, ſi ſem-
per paratus fuit tradere *l. 3. §. vlt. ff. de act. empt.* & explicat Paul.
36 de Caſtr. *in l. vinum, in fin. ff. ſi cert. pet.* † Quamobrem dicen-
dum eſt, vtriuſque moræ eadem vim, & poteſtatem eſſe, quod
ad rei periculum attinet, vt comperi deinde docuiſſe Donell.
in d. l. ſi ex leg. n. 10. & nihil referre ad hoc, vt debitor teneatur
ad intereſſe lucri, vel damni, an mora ex re, vel ex perſona fiat
& in vtraque inſpiciendam eſſe perſonam creditoris, ne dam-
num ſentiat, vel admittat lucrum aduerſarij culpa, ſiquidem
debitor, qui eſt in mora irregulari, etiam in culpa eſſe dicitur
vt ſcribit Menoch. *in conſ. 664. n. 23.* & mora in rem etiam pu-
nitur, vt ait gloſ. *in d. l. ſed & ſi, ff. de vſur.* quæ ſanè impunita
eſſet, ſi commodum perceptum tantùm auferret, & nullum
damnum ex ea debitor ſentire poſſet, vt Barboſa contendit, &
huc pertinent, quæ non inſulsè ſcribit Forcat *in d. lib. de mor.*
p. 1. n. 7. vbi moram irregularem legalem vocat, quia ſola lex
conſtituit debitorem in mora, illúmque ſui officij admonet,
vt patet *ex l. cum vero, § 1. de fideicomm. libert.* & cor eius lanci-
nat, veluti vultur Titij iecur in inferis, quæ ſanè tutiora, &
certiora ſunt, quam quæ Barboſ. *in comm. d. l. 5.* miſcet, & inuol-
uit ſine vllo certo iuris loco, vt demonſtratum eſt, & quod
dicitur *ex d. l. curabit*, iam diximus id non ex mora, ſed ex
æquitate receptum eſſe, etiamſi mora non interuenerit.
37 His conſequenter dicendum eſt maritum, cui dos in pecu-
nia promiſſa eſt, neque ſoluitur, & nihilominus vxorem domi
exhibet, vſuras dotis petere poſſe pro modo onerum matri-
monij, quamuis ex ea pecunia mulier, vel alius debitor dotis
nullum lucrum fecerit, ſiquidem ex eo quod videt maritum
onera matrimonij ſuſtinere, reipſa moram facere intelligitur
vt ſcribit idem Barboſ. *in d. l. 5. n. 46.* & Grat. *in d. c. 243. n. 29.*
& nos alibi diximus, & proinde vſuras dotis præſtare cogi-
tur, vt communi omnium ſententia receptum eſt, de qua te-
ſtatur Plot. *in l. de in lit. iur. § 11. n. 18.* & quam ſequuntur ſcri-
ptores plurimi, quos congeſſit Marius ſorba *in dec. 72. n. 1. & 2.*
ſi enim inſpiciendum eſſet, an debitor dotis ex pecunia debi-
ta negotiatus ſit, & lucrum fecerit, vt Barboſa putat, vix eſt,
vt ex mora irregulari vſuræ dotis debeantur contra id quod
receptum eſſe diximus, pauci enim debitores dotis pecuniam
habent, & pauciores ex ea negotiari, & lucrum facere ſolent.
38 † Deinde ſi promiſſor dotis, qui nullum ex ea lucrum perce-
pit, neque ex ea negotiatus eſt, ex mora irregulari nihil vl-
tra ſortem præſtare tenetur viro, quamuis onera matrimonij
ſuſtineat, quia mora irregularis facere non poteſt, vt promiſ-
ſor dotis aliquod lucrum marito ſoluat, ſed tantum ne ſit in
lucro, vt Barbuſ putat *loc. cit. n. 42. & n. 45. verſ. vlt. tenebis*
menti, niſi poſt bienn[i]j lapſum: ſequeretur, ſi promiſſor ex
ea pecunia ingentem quæſtum feciſſet, illud totum marito,
cui mora facta intelligitur eo ipſo quod vxorem exhibet, vt
dixi, illud totum lucrum refundere debere, etiamſi excede-
rat onera matrimonij, quod non videtur ferendum, ſiqui-
dem promiſſor dotis eſſet deterioris conditionis, quàm ſit
fur, aut fœnerator, qui ex aliena pecunia lucrum faciunt, qui
lucrum illud, veluti ex propria induſtria, & labore, periculó-
que quæſitum reddere non tenentur, vt conſtat *ex l. 6. C. de rei*
vind. & docet Couar. *variar. lib. 3. c. 3. n. 6* Roderic. *de ann.*
redit. lib. 3. q. 11. n. 4. Petr. Greg. *de vſur. lib. 3. c. 9. n. 7.* Molina, &
alij Theologi apud Salas *eod. lib. dub. 39. n. 3.* vbi refert hanc
eſſe communem Theologorum ſententiam, & receptum
etiam eſt maritum plus conſequi non poſſe, quàm ferant,
onera matrimonij, vt alio loco dictum eſt. Ex quibus puto
Barboſæ opinionem admittendam non eſſe.

Neque contrarium elici poteſt ex illa gloſſa *d. l. 5. ff. ſolut.* 39
matrim. quam is auctor pro ſua ſententia adfert *loc. cit.* quia
obſeruandum eſt *in hac l.* quæri de diuiſione fructuum fundi
dotalis ſoluto matrimonio, & gloſſa hic notat non niſi à tem-
pore moræ maritum fructus lucrari, & videri mulierem eſſe
in mora eo ipſo quod maritus onera ſubiit *ex l. Iulianus, § ex*
vend. ff. de act. empt. & l. curabit. C. eod. præterquam in duobus
caſibus, cùm ſcilicet mulier fundum obtulit, æquum enim eſt
marito ſuam negligentiam nocere *l. vt perfectius, C. de ann. ex-*
cept. Et ſecundo loco cum mulier nullos fructus percipit *arg.*
l. videamus, in princ. de vſur. in qua dicitur ſponſus, cui ex cauſa
dotis fundus datus eſt, ſi nuptiæ non ſequantur, & ei renun-
cietur affinitas, in re moram facere, & fructus reſtituere debe-
re, quia licuerat ei negligere fundum: Vnde ſi ſponſus fundum
neglexiſſet, & nullos fructus percepiſſet, nihil hoc nomine
reſtituere teneretur. Proinde ſi mulier quæ fundum in dotem
dedit, illum negligat, non tenetur marito ad fructus, quos
non percepit, quia potuit vir vacuam poſſeſſionem capere, &
ideo æquius eſt, vt marito ſua negligentia noceat *d. l. vt perfe-*
ctius, & l. vend. 21. § 1 ff. de hered. vel act. vend. † Vt enim ven- 40
ditor, qui recepto pretio, & re non tradita fructus reſtituere
cogitur bonæ fidei ratione, ſi tamen fundum negligat vt alie-
num nihil ei imputari poteſt. vt ait Paul. *in d. l. vend.* ita mu-
lier, quæ fundum in dotem dedit, ſi illum negligit vt dota-
lem, nihil hoc nomine præſtare cogitur: & ſibi imputet
maritus, vel emptor, ſi poſſeſſionem non acceperint, præſer-
tim cùm nominatim actum eſt, vt ei id propria auctoritate
liceret, vt eſt vſitatum. † Eſt enim maritus emptori ſimilis 41
propter onera matrimonij, quæ ſuſtinere cogitur, & mulier
ſimilis venditori *l. ex promiſſione, 28. ff. de act. & oblig. l. ſicut. 8.*
§ ſed & ſi ff. quib. mod. pign. ſoluat. & l. quod ſi 16. ff. de iur. dot. &
tradit Tiraq *de retract. lib. 2. in fin. n. 70.* & ipſe Barboſ. *loc. cit.*
n. 11. Atque hæc eſt mens, & ſententia gloſſæ *in d. l. 5.* quæ
debet intelligi ſecundum iura, quibus vtitur, & ſic ſecundum
d. l. videamus, 38. ff. de vſur. ſed hæc non conueniunt doti, quæ
in pecunia, & in genere debentur, neque enim dicere poſſu-
mus promiſſorem dotis eam neglexiſſe, vt alienam, & dota-
lem, cùm tantum eam promiſerit, neque numerauerit, pro-
inde malè ex hac gloſſa deducitur promiſſorem dotis conſi-
ſtentis in pecunia, ſi nullum inde lucrum fecerit, ad vſuras do-
tis non teneri marito, qui vxorem exhibet, & cui nihil in his
terminis imputari poteſt, cur pecuniam dotalem non accepe-
rit. † Sanè quod gloſſa ait *in d. l. 5.* locum habere poteſt etiam 42
in dote promiſſa in pecunia, ſi fortè mulier, vel promiſſor
dotis paratam pecuniam habeat, eámque obtulerit marito,
neque deinde eam attigerit veluti dotalem, quia cùm poſſit
maritus eam pecuniam ſuo iure, & arbitrio capere, iniquum
eſt id mulieri nocere, & ſibi potius id maritus imputare debet
d. l. vt perfectius, & hoc caſu, qui ſanè tardò euenit, retineri po-
teſt, quod Barboſa ait promiſſorem dotis, ſi nihil lucri ex ea
fecerit vſuras eius præſtare non debere, qui tamen, pace il-
lius dixerim, rem hanc apertius explicare debuit.

Denique non placet, quod Barboſa contendit *eod. loc. n. 25* 43
& 24. verſ. denique, moram irregularem non ſufficere, vt inter-
eſſe quanti plurimi debeatur, quia verius eſt debitorem, qui
reipſa moram facere intelligitur ad huiuſmodi intereſſe con-
ueniri poſſe. Primò quia mora in rem ſufficit, vt quis de rei
interitu teneatur *d. l. vlt. C. de condict. ob turp. cauſ.* Ergo multo
magis, vt teneatur ad æſtimationem rei. Secundò, quia mora
irregularis obligat ad intereſſe extra rem, vt *in l. 1. ff. de vſur.*
& l. 60. ff. pro ſoc. l. ſi mulier § verum, ff. rer. amot. l. 19. ff. de negot.
geſt. & aliis iuribus, quæ citauimus *n. 7. &* 8. Ergo multo magis
ad id quod conſiſtit circa rem *d. l. ſterilis, §. cum per venditor.*
de act. empt. Tertiò quia is qui reipſa in mora eſſe intelligi-
tur, non minus vltro offerre debet quam is, qui moram ex
perſona facit *l. 53. in fin. de fideicomm. libert.* Denique quia
in d. §. cum per venditorem, & in l. 3. §. ſi per venditorem, ff. de
act. empt. definitum eſt debitorem, cum per eum ſtetit, quo
minus

minus rem tradat, ad omne intereſſe teneri, quod conſiſtit circa rem, ſed per debitorem qui moram reipſa facit, ſtare videtur, quia vltro offerre debet, quod promiſit, vt dictum eſt. Ergo tenetur ex hac mora ad æſtimationem rei. Ex quibus Barboſæ ſententiam reiiciendam eſſe puto.

Neque illius opinio probari poteſt *ex d. l. curabit*, neque enim alio iuris loco vtitur, quod enimaduerterim, quia eſt de vſuris pretij, cuius æſtimatio creſcere non poteſt *d. l. nummis, 3. ff. de in lit. iuran.* & tradit idem Barboſa *n. 29.* & nos proximè diximus *n. 29.* Atque etiam quia hæc conſtitutio hodie, poſtquam vſura omnis interdicta eſt, admittitur non ratione moræ, ſed æquitatis, vt dictum eſt, & cenſuit Theſaur. *in dec. 258.* & proinde nihil iuuat ad Barboſæ ſententiam confirmandam. Caueant igitur ſibi, qui reipſa moram faciunt, & vltro offerant, quod debent, vt monet Iuriſconſultus *in d. l. 53. ff. de fideicom. libert.* & nos diximus *q. præced. in fin.* ne ad maiorem rei æſtimationem conueniri poſſint.

QVÆSTIO LXXXIV.

De cauſis, quæ debitorem excuſant à mora.

SVMMARIA.

1 *Mora in illiquidis non contrahitur.*
2 *Mora non fit in illiquidis, licet promiſſioni iuſiurandum acceſſerit.*
3 *Debitor pro ſumma illiquida ad intereſſe non tenetur.*
4 *Intereſſe quanti plurimi non debetur pro quantitate illiquida.*
5 *Anton. Fabri* def. 10. de vſur. *quæ auctori non placet.*
6 *Mora non contrahitur in illiquidis, niſi culpa debitoris liquidatio differatur.*
7 *Conditio pro impleta habetur odio eius, per quem fit, quo minus impleatur.*
8 *Tutores, & adminiſtratores non excuſantur ab intereſſe ex eo quod rationes ſunt illiquidæ.*
9 *Liquidatio non retrotrahitur, vt quis retro ad vſuras teneatur.*
10 *Compenſatio fit ipſo iure ad ſiſtendum curſum vſurarum.*
11 *Compenſatio fit tam in actionibus bonæ fidei, quam ſtricti iuris.*
12 *Surdi* dec. 117. *non probatur.*
13 *Compenſatio ſiſtit curſum vſurarum, quæ debentur ſine mora.*
14 *Debitor excuſatur à mora, ſi die conuento creditor non ſit in loco, in quo ſolui debuit.*
15 *Debitor pupilli, qui tutorem non habet, excuſatur à mora.*
16 *Vt etiam debitores furioſi, & ſimilium.*
17 *Mora inculpata eſt iacente hæreditate.*
18 *Dotis debitor excuſatur à mora, ſi ſoluto matrimonio hæres mulieris abſens ſit.*
19 *Etiamſi abſens ſit Reipublicæ cauſa.*
20 *Mora remiſſa eo quod creditor abſens fuerit, noua interpellatione opus eſt, vt debitor in mora eſſe intelligatur.*
21 *Debitor abſente creditore non tenetur proteſtari ſe paratum eſſe ſoluere.*
22 *Emptor tenetur ad vſuras pretij etiam cum ſucceſſor venditoris incertus eſt.*
23 *Oblatio ſola non liberat emptorem ab vſuris pretij.*
24 *Emptor etiam imminente euictione vſuras pretij præſtare cogitur, quod non obſignauit.*
25 *Euictione imminente pretij, & vſurarum exactio differri debet.*
26 *Dotis vſuræ debentur, licet vir abſens fuerit eo die, quo ſolui debuit.*
27 *Dotis contractus quædam emptio eſt.*
28 *Mulier dirempto matrimonio poteſt ſtatim dotem repetere cum fructibus, quando conuentum eſt, vt ex dote prædia emerentur.*
29 *Quod verum eſt, licet mulier, vel eius hæres abſens ſit.*
30 *Dotalia prædia ſtatim ſoluto matrimonio reſtitui debent.*
31 *Difficultas ſoluendi non excuſat à mora, & id quod intereſt.*
32 *Debitori parum eſt quærere pecuniam, niſi ſoluat.*
Solutio æris alieni effectum deſiderat.
33 L. 137. in §. illud, de verb. oblig. *explicatur.*
34 *Difficultas non excuſat à mora, cùm dies, & pœna addita eſt obligationi.*
35 *Difficultas ſoluendi non excuſat debitorem ab eo quod intereſt ratione lucri.*
36 *Actio inanis eſt, quam debitoris excludit inopia.*
37 *Diuites quando gratuitam pecuniam credere teneantur.*
38 *Debitoribus egenis longiores dilationes concedi debent.*
39 *Oblatione impeditur, vel finitur mora.*
Moram purgari æquum eſt.
40 *Oblationis effectus varij.*
41 *Oblationis verba perſpicua eſſe debent, non generalia, & æquiuoca.*
42 *Et totius ſummæ, & ſine inuolucris reſeruationum.*
43 *Oblatione rite facta, ſi debitor malè obſignat, & recuperat pecuniam, non amittit ius ex oblatione quæſitum.*
44 *Depoſitũ pro non facto habetur, ſi debitor recuperat pecuniam.*
45 *Actio ſemel extincta non reuiuiſcit.*
46 *Depoſitarius pecuniæ deponenti reddens ſine iuſſu iudicis tenetur in ſubſidium.*
47 *Depoſito minus legitimè facto aliud fieri poteſt.*
48 *Creditor moram purgare poteſt.*
49 *Depoſitum ſecundum perperam factum euertit primum rectè factum.*
50 *Debitor, a quo plus petitur, excuſatur à mora.*

QVOD Marcianus ex Pomponio ait *in l. 32. ff. de vſur.* difficilem eſſe moræ definitionem, id
dictum puto, quia multæ cauſæ ſunt, quæ de-
bitorem excuſant à mora. † Inter quas illa fre- 1
quens eſt, quæ prætexitur ex eo, quod negotium ſit illiquidum, conſtat enim in negotiis illiquidis, & quæ incerta ſunt, moram ex interpellatione ſiue diei, ſiue hominis non committi, ita docent Bald. *in l. acceptam, n. 19. C. de vſur.* Ripa *in l. quod te, n. 67. ff. ſi cert. pet.* & Alciat. *eod. loc. n. 19.* Marc. Ant. Bauer. *in lib. de mor. p. 3. n. 8.* Surd. *in dec. 260. n. 15.* Afflict. *in dec. 205.* & Vrſill. *ad eund. n. 1.* & aliis congeſtis Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 1. gl. 19. n. 1.* Idem tradit Honded. *in conſ. 51. n. 24. & 33 lib. 1.* Ioan. Bapt. Coſta *in lib. de retrotract. c. 8. caſ. 9. n. 2.* Hering. *de fideiuſſ. c. 24. n. 142.* Theſaur. *q. 71. n. 3. lib. 3.* & nouiſſimè Cyriac. *contr. 540. n. 50.* ſemper enim excuſandus eſt debitor, qui ante non ſoluit, quàm ſciret, quantum deberet *l. 3. in princ. ff. de vſur. l. qui ſolidum, de leg. 2. & l. non poteſt, 99. ff. de reg. iur.* & notat Præſes Fab. *in ſuo C. tit. de vſur. def. 10. n. 1.* & Regens Valenz. *conſ. 89. n. 39.* † Idémque puto dicendum 2
eſſe, licèt promiſſioni iuſiurandum acceſſerit, nempe, vt nec mora contrahatur, ſi res ſit illiquida. Nec enim iuſiurandum naturam obligationis immutat, vt ſæpius diximus *ex l. vlt. C. de non num. pec. & l. vlt. ff. qui ſatiſd. cogant, & c. quemadm. de iureiur.* & aliis citatis Galer. *de renunciat. lib. 5. c. 4. n. 55. & 56.* & proinde facere non poteſt, vt qui rei, & quantitatis incertæ debitor eſt, certum debere intelligatur: Ideóque etiam hoc caſu excuſandus eſt debitor, ſi non ſoluerit.

Hinc verò conſequens eſt, vt hoc caſu, id eſt, cùm ſumma 3
illiquida eſt, & quandiù neſcitur, quantum debitor debeat, ad nullum intereſſe teneatur, vt conſtat apertiſſimè *ex d. l. 3. ff. de vſur. & l. 2. C. de vſur. & fructib. leg.* Rota Genuenſ. *in dec. 164. n. 1. & 6.* Coſt. *loc. cit. n. 3. & 4. & de ration. rat. q. 110. n. 3.* Maur. *de fideiuſſ. c. 6. n. 5.* & Hering. *in d. c. 24. n. 140.* vbi ait debitorem, vt ſe à mora, & vſuris excuſet, nihil pro reſiduo vel offerre, vel deponere teneri.

Et licèt intereſſe intrinſeci faciliùs ratio habeatur, vt di- 4
cit Ozaſc. *in dec. 139. numer. 11.* ſi tamen quantitas vini, tritici, vel alterius ſpeciei, quæ debetur, incerta eſt, mora per interpellationem non contrahitur, & per conſequentias intereſſe quanti plurimi non debetur, vt docent Surdus *in deciſ. 129. numer. 13.* Morot. *in conſil. 81. numer. 6.* Gratian. *diſcept. lib. 1. cap. 42. numer. 3.* & Munnoz. *de ratiocinat. cap. 17. numer. 34.* mora enim præcedere debet, vt quis ad intereſſe quanti plurimi teneatur, vt conſtat *ex celebri illo, §. cum per venditorem, l. 22. ff. de act. emptor. & leg. 3. de condictio. tritic.* & docent interpretes *in l. vinum, ff. ſi cert. petat.* & Cagnol. *num. 35.* Natta

in conſ. 595. *num.* 1. Morot. *loc. cit.* & Anton. Faber. *de error.*
5 *pragmat. dec.* 17. *cap.* 4. *n.* 5. † Qui tamen aliud ſentire vide-
tur *d. def.* 10. *de vſur.* ait enim æſtimationem quanti pluri-
mi non præſtari propter moram, ſed propter obligationem,
cùm nibil aliud ſit, quàm res ipſa, quæ debetur: mora au-
tem ſiue debltoris, ſiue creditoris neque minuere, neque
augere vnquam principalem obligationem, ſed tantum ac-
ceſſiones. Quæ ſententia mibi non placet. Verius enim eſt
intereſſe quanti plurimi propter moram, & ex mora tantùm
deberi, denique acceſſionem eſſe, vt docet Ozaſc. *in d. dec.*
139. & indicat ſatis *l.* 3. §. 3. *& d.* §. *cùm per venditorem, ff. de
act. empt. & d. l.* 3. *& vlt. ff de condict. tritic.* & quod recep-
tum eſt ioteteſſe quanti plurimi recepta ſorte temiſſum cen-
ſeri, vt ex multorum ſententia dixi *quæſt.* 91. *num.* 5. quod
argumento eſt non eſſe in obligatiooe, ſed officio iudicis
deberi *l* 4. *C. depoſ.*

6 Sanè quod diximus moram non fieri, cùm res illiquida
eſt, id accipiendum eſt, cùm ex natura, & qualitate negotij
incettum eſt, quantum debeatur, vt cenſuit Rota Gennenſ.
in dec. 118. *n.* 3. vt plerúnque euenit in fideicommiſſis, & le-
gatis, ex quibus detractiones fieri ſolent, & in quibus ſæpe
iuſta intercidit dubitatio, an Falcidiæ locus ſit, quæ fidicom-
miſſum & legatum minuunt, vt oſtendi poteſt *ex d. l.* 3. *ff. de
vſur.* & tradit Alciat. *loc. cit.* Cuiac. *in d. l.* 3. *ad Papin. & in l.* 24.
ff de vſur Præſes Morot *in d. reſp.* 81. *n.* 6. *&* 7. & Præſes Faber
conicct. lib 7. *c.* 1. Aliud verò eſt, ſi debitum non eſt liquidum
ex facto, & malitia debitoris, qui rem inuoluit fruſtrationis
cauſâ, vt plerique faciunt, & ita rectè definitum eſt apud Ro-
tam Genuenſ. *in d. dec.* 118. *n.* 3. & tradit Felic *de ſociet. c.* 24.
n. 31. Crauet. *in reſponſo pro genero n.* 267. Sola *ad decret. de conſ.*
7 *ſolut. part.* 4. *n.* 6. & Præſes *in d. dec.* 17. *c.* 4. *n.* 7. † Habenda enim
eſt liquidatio ac ſi facta fuiſſet in necem debitoris, ex quo
per eum ſtat, ne fiat *l.* 39. *ff. de reg. iur.* D. Sol. *loc. cit.* vt diximus
conditiones pro impletis haberi in odium eius, per quem fit,
quo minus impleantur *l.* 3. §. *item ſi. ff. quand. dies leg. vel fidei-
comm. ced. l.* 24. *ff. de condit. & demonſtr.* & Fab. *loc. cit.* & probari
poteſt *ex l.* 21. *ff. de vſur* & ſatis indicat *d. l.* 2. *C. de vſur. & fruct.
leg. in fin.* illis verbis. *Et ſi conſliterit legi Falcidiæ locum non eſ-
ſe, & vſuras, & fructus poſt litem conteſtatam percipieris.*

8 Qua ratione puto ſub prætexto nondum factæ liquidatio-
nis non excuſari tutores, & eos, qui aliena negotia admini-
ſtrant, quo minus eius pecuniæ, quam penes ſe babent, & re-
tineot, vſuras ſeu intereſſe præſtare debeant Nam cùm ratio-
nes ex officio reddete teneantur, vſuras præſtare coguntur,
vſque ad diem reſtitutionis, vt apparet manifeſtè *ex d. l.* 1. *in
fin. ff. de vſur. l.* 29. §. *ſi hæres de leg.* 3. *l.* 7. *in fin. & l.* 46. §. 3. *ff. de
admin. tut.* & tradit Cuiac. *in d. l.* 1. *de vſur. in fin.* & de ſocio,
qui finita ſocietate rationes reddere promiſit, ſcribit nomi-
natim Felic. *in d. c.* 24. *n.* 32. *&* 33.

9 Illud verò hic ſciendum eſt, licet liquidatio nunqoam re-
trotrahatur, vt quis retro moram feciſſe videatur, & teneatur
præſtare id quod intereſt, tamen trahi ad iodncendam com-
penſationem ab eo tempore, quo apparuit vtrinque debe-
ri, & ſic ad ſiſtendum cũrſum vſuratum, & eius quod inter-
eſt, vt conſtat *ex l.* 4. *&* 5. *&* 11. *ff. de compenſat.* iniquum enim
eſt, me eius pecuniæ vſuras, & intereſſe præſtare, quandocun-
que appareat te per illud tempus tantundem mihi debere.
10 † Quod ex eo probari poteſt, quia receptum eſt ad ſiſtendum
curſum vſurarum compenſationem ipſo iure fieri *ex d. l.* 4. *&*
5. *& l eius, C. de ſolut.* Surd *dec.* 117. *n.* 6. Rot. Genuenſ. *in dec.* 34.
num. 8. Trentac. *lib.* 3. *tit. de compenſ. cap.* 1. *n.* 24. Honded. *in
con.* 38. *n.* 4. *lib.* 2. Sebaſtiau. Medic. *de compenſ. part.* 1. *quæſt.* 50.
num 8. Maſcard. *concl.* 1387. *n.* 32. Roderic. *de ann. redit. lib* 2.
q. 18. *n.* 2. 3. *& q.* 19. *n.* 2. Coſt. *de rat. rat. q.* 61. *n.* 1. *& de retro-
tract. c.* 9. *caſ.* 4. *n.* 13. *in conſ.* 60. *n.* 2. *&* 3. & Sigiſmuod. Scacc.
de commerc §. 2 *gloſ* 4. *n.* 423. *&* 431. vbi generaliter idem eſſe
ait, quoties niſi compenſatio ipſo iure fieret, debitor, idém-
11 que creditor damnum aliquod pateretur. † Et hodie nihil in-
tereſt, quod attinet ad compenſationem, an actio ſit bonæ fi-
dei, vel ſtricti iuris, nempe ex conſtitutione Iuſtiniani, vt ipſe
refert *inſtit. de act.* §. *in bonæ fidei*, cùm antea ex antiquo iure
ciuili plurimùm referret, an pecunia ex contractu bonæ fi-
dei, vel ſtricti iuris deberetur, vt memorat Theophil. *inſtit.
lib.* 4. *tit.* 6. §. 30. Duaren. *ad tit. depoſ. cap.* 4. Donell. *in l.* 4. *n.* 11.
C. de compenſat. & Munnoz. Eſcub. *comput.* 14. *n.* 2. & oooiſſi-
mè Hodier. *ad dec. Surd.* 117. *n.* 7.

Ex quibus probare non poſſum, quod refert Surd. *in d. dec.* 12
117. non fuiſſe admiſſam compenſationem ipſo iure pecuniæ
debitæ, & pretij non ſoluti, & nihilominus emptorem vſuras
præſtare debere, qnod hoc caſu vſuræ non debeantur ex mo-
ra, ſed ex æquitate ratione fructuum, quia verius eſt etiam in
hac ſpecie compenſationi locum eſſe, & pro concurrenti
quantitate vſuras non deberi, vt probat *d. l.* 11. *ff de compenſ.
& l.* 7. *C. eod. tit.* & notat Hodiern. *ad d. Surdi dec. n.* 3. & Fonta-
nell. *de pact. nuptial. clauſ.* 6. *gloſ.* 4. *part.* 6. *n.* 67. ait Surdi ſeo-
tentiam rationem non habere: compenſatio enim ex bono,
& æquo inducta eſt. Inſtit *de act.* §. *penult. & l.* 5. *C. de compenſ.*
ſed æquitati valde contrarium eſt, vt eius pecuniæ tibi vſu-
ras præſtem, cuius tantundem mihi debes, & penes te ha-
bes, vt dictum eſt.

Neque mouet, quod vſuræ pretij non debeantur propter 13
moram, & ſint fauorabiles, quia qui compenſare poteſt; vſu-
ras præſtare non cogitur, ſiue eas ex mora, ſiue ex ſtipulatione
debeat *d. l.* 11. *ff. de compenſ.* & ibi Alberic. & Gothofr. notant
& Roder. *in d q.* 18. *n.* 2. Vnde longè fauorabilior eſt compen-
ſatio, quæ potiſſimùm ex æquo, & bono inducta eſt ad ſiſten-
dum curſum vſurarũ, ex quacunque cauſa proueniant. Quam-
obtem nihil refert, quod vſuræ pretij non propter moram,
ſed ex alia cauſa debeantur: & verum eſſe videtur, quod ait
Fontanel. *loc. cit.* Surdi ſententiam rationem non babere.

Præterea inter caſus, in quibus ceſſat, & impeditur mora, 14
ille etiam frequens eſt, cùm eo loco, in quo ſolutio certo die
fieri debet, nemo eſt, cui debitor ſoluat, quaſi tunc excuſandus
ſit debitor, qui & ſi maximè velit; ſoluere non poſſit *l. cum qui-
dam,* §. *ſi pupillo. ff. de vſur. l ſi fundus, in fin. & l. vlt. ff. de leg. comm.*
& notat gloſ. *in l. item illa,* 18. *ff. de conſtit. pecun.* & docent plu-
rimi apud Maſcard *de probat. concl.* 1071. *n.* 21. quibus accedunt
Crauet. *in conſ.* 648. *n.* 2. Trentac. *variar. reſol. lib.* 3. *tit. de ſolut.
c.* 32. *n.* 8. Mynſiog. *centur.* 3. *obſer.* 95. *n.* 4. Magon. *dec. Lucenſ.* 78.
n. 3. Rot. Geouenſ. *dec.* 89. *n.* 4. & Anton. Hering. *de fideiuſſ.
c.* 23. *n.* 32. qui Senecæ locum adfert *ex l.* 7. *de benefic. c.* 13. quo
potius contrarium ſuadere videtur. Ait enim debitori parum
eſſe quæſiſſe pecuniam, niſi ſoluat, qnia ſolutio ex his eſt,
quæ effectum deſiderant, vt poſt pauca dicam.

Sed quod diximus excuſari debitorem, ſi non eſt, cui ſol- 15
ui poſſit, retinendum eſt etiam aduerſus pupillos, quibus licèt
reipſa mora fiat, tamen ſi illius debitor ei non ſoluit, qnia
tutorem noo habet, non videtur in mora eſſe, nec huius tem-
poris præſtare vſuras cogendus eſt, vt definit Paol. *in d. l. cum
quidam,* § *ſi pupill. ff. de vſur.* & reſpoodit Honded. *conſ.* 36. *n.* 14.
& Petr. Greg *ſyntagm. lib.* 21. *cap.* 14. *n.* 8. quia pupillo ſine tu-
toris auctoritate non rectè ſoluitur §. *vlt. Inſtit. quib. alien. non
lic. l. ait Prætor* §. *permittitur, ff. minor. l. pupillo,* 15. *& l. ſi pupilli,* 66.
ff. de ſolut. Harmenop. *in Epit. lib.* 1. *tit.* 12. Maur. *de ſolut. cap.* 6.
num. 56. oeque enim tenetur debitor pecunias proiicere. 16
† Quod proculdubio in fatuis, & furioſis, & prodigis reti-
nendum eſt, qui curatorem non habent, vt notat interpres
ad Harmenop. *loc. cit.* Peregr. *de fideicomm. art.* 49. *n.* 87. Card.
Mantic. *de coniect. vlt. volunt, lib.* 7. *tit.* 10. *n.* 27. Munnoz. *de
ratiocin. cap.* 15. *n.* 53. & Gratian. *diſcept. cap.* 241. *n.* 236. quia
hi loco abſentis ſunt *l. vbi.* 177. *ff. de reg. iur. l.* 1. §. 1. *ff. de acquir.
poſſeſſ. & l.* 2. §. *furioſus, ff. de iur. codic.* in quo differunt à pu-
pillo, quia interdum præſens eſſe dicitur, vt *in l.* 6. *ff. rem
pup. ſalu. for. & aliis locis.*

Huc etiam pertinet, quod Papin. tradit *in l.* 9. *ff. de vſur.* ſi 17
mortuo creditore dies venerit ſoluendæ pecuniæ, nemo fuit,
cui ſolueretur, eius temporis moram inculpatam eſſe debe-
re, quid enim imputari poteſt ei, qui ſoluere etiam ſi vellet,
non potuit, vt ait idem Papinianus *in d.* §. *ſi pupillo,* & iiſd m
ferè verbis Hotoman. *in diſput. de mor. cap.* 2. *in fin.* Quod
tamen verum eſt, niſi viuo creditore debitor in mora eſ-
ſe cœperit, vt conſtat *ex l.* 18. §. *vlt. ff. eod. tit.* & explicat do-
ctiſſimus Cuiac. *in d l.* 9. §. 1. *ad Papinian.* † Proinde ſoluto ma- 18
trimonio morte mulieris, ſi annua die, qua dos reſtitui de-
bet, illius hæres abſens eſt, nec procuratorem in loco ha-
bet, cui ſolui poſſit, debitor excuſatur à mora, nec tenetur
ad id quod intereſt, niſi ex eo die, quo deinde interpella-
tus fuit ad ſoluendum, vt ex Puteo, Menochio, & aliis

reſpon

Digitized by Google

19 reſpondit Hooded. *in d. conſ.* 36. *num.* 12. *&* 13. qui mouetur
potiſſimùm *ex d.l. cum quidam. §. ſi pupillo.* † Ex quo illud
etiam valde notandum eſt hæc locum babete, etiamſi cre-
ditot abſens ſit Reipublicæ cauſa, vel aliqua alia tatioue im-
peditus fuit, ne pecuniam exigere poſſet, quia bæc prodeſſe
ſolent, vt quis in integrum reſtituatut, non vt debitorem in
mora conſtituant, vt eleganter definit Paulus *in d. §. ſi pupillo.*
Nimitum quia ſemper eacuſandus eſt is, qui ſoluere etiamſi
vellet, non potuit, vt dictum eſt, nec æquum ſit impedimen-
20 tum actoris nocere reo *l.* 18. *ff. de conſtit. pec.* † Quamobrem
nulla habita tatione moræ, quæ ex aduentu diei contracta
fuiſſet, ſi creditor fuiſſet præſens in loco, quo ſolui debuit,
noua interpellatione opus eſt, vt debitor in mora eſſe intelli-
gatut. Ita enim docet Battol. *in d. l.* 18. *n.* 11. Marc. Anton.
Bauer. *lib. de mor. par.* 2. *n* 8. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 42. *n.* 189.
Paulus Bellon. *de poteſt. eor. qua incontin. cap.* 52. *n.* 3. *lib.* 2. & Si-
giſm. Scaccia *de commerc. §.* 1. *gloſ.* 5. *n.* 103. & ita nihil refert, ſi
poſtea creditor ad eum locum ſe conferat, in quo ſolutio fie-
ri debuit, ſatis enim eſt, ſi illa die, quo ſolui conuenerat, per
eius abſentiam factum ſit, quo minus ſolutio fieri potuit, vt
notat idem Paul. Bellon. *loc. cit.* ideoque noua interpellatio-
ne opus eſt, vt intereſſe debeatur, niſi fortè creditot ſit is, cui
reipſa mora fiat, vt in perſona minorum conſtitutum eſt, &
aliorum quorundam, vt in præcedentibus tractatum eſt.
Quæ valde notanda eſſe puto, & tamen in foro à pragmati-
cis noſtris negliguntur.
21 Sed licèr conſultus ſit debitorem proteſtari, quod paratus
eſt ſoluere, ſi adeſſet creditor, vel hæres creditoris in loco,
vbi pecunia ſolui debuit, vel coram iudice eam offerre ſecun-
dum doctrinam Batt. *in l. ſi reus. ff. de procur.* tunc enim mul-
to magis excuſandus eſt debitor, qui ſua die non ſoluit: hæc
tamen proteſtatio, & oblatio neceſſaria non eſt, nec de ne-
ceſſitate exigitur ad impediendam moram, vt reſpondit Alex.
in conſ. 92. *n.* 10. *lib* 1. Cran. *in d. conſ.* 648. *n* 2. *verſ. nec ad rem
attinet.* Dec. *in conſ.* 566. *n.* 5. & alij apud eund. Honded *in d.
conſ.* 36. *n.* 18. *&* 19. & tradit Sigiſmund. *loc. cit. n.* 104. Bar-
boſ. *in l. ſi debitori.* 21. *num.* 46. *ff. de iudic.* Caroc. *de oblat. par.*
1. *quæſt.* 5. *num.* 21. *& par.* 2. *quæſt.* 4. Anton. Hering. *in d. cap.* 23.
n. 53. & Gratian. *in d. cap.* 541. *n.* 18. vbi ait hanc eſſe magis
communem opinionem & Rotam illam ſequi.
22 Neque eſt contrarium, quod ait *l.* 18. *§. vlt. ff. de vſur.* poſt
traditam poſſeſſionem defuncto creditore, cui ſucceſſor in-
certus fuit, medij quoque temporis vſuras pretij, quod depo-
ſitum non fuit, præſtandas eſſe, tum quia hic mora cœpit fie-
ri viuo creditore reipſa poſt traditionem rei venditæ, cum
debuerit emptor, qui fructus percipiebat, ſoluere pretium, aut
eo non ſoluto viciſſim præſtare vſuras *l. curabit. C. de act. empt.
l. Iulianus. §. ex vendito. ff. eod.* & docet Cuiac. *in d. l* 9. *§. vlt. ad
Papinian.* ſubijciens emptorem ſibi imputare debere, quod
cum fundo frueretur, pretium non obſignauit, neque depo-
ſuit: atque etiam quia vſuræ hic admittuntur, non propter
moram, ſed ratione fructuum, quos emptor interim conſe-
quitur, vt memini me dicere alio loco. Idémque omnino
conſtituendum eſt in ſpecie *l.* 5. *§. vlt. ff. de coll. dot.* quæ eandem
23 æquitatem habet. † Ea quo etiam fit, vt ſola oblatio, quæ in
aliis caſis prodeſſe ſolet ad ſiſtendum curſum vſurarum *l.* 7.
ff. de vſur. & l. ex prædiis. C. eod. tit. hoc caſu nihil proſit, niſi
emptor pretium quoque obſignet, & deponat, quia nullo
caſu æquum videtur, vt rei, & pretij commoda cancifea-
tur, vt notat gloſ. *in l.* 2. *C. de vſur.* & ſentit Bald. *in d. l. accepram. num.* 4. *C. eod.* Gabriel. *in conſ.* 57. *num.* 6. *lib.* 1. Honded.
in conſ. 44 *num.* 36. *lib.* 1. quos ſecutus eſt Gratian. *cap.* 588.
n. 35. *& cap.* 939. *n.* 18. Anton. Fab. *de error. pragm. dec.* 12. *err.* 5.
n. 10. vbi ait huiuſmodi vſuras non ex mora deberi, ſed ex
mera iudicij æquitate in vicem, & compenſationem fru-
ctuum: & ita Præſes iudicatum refert *in ſuo Cod. tit. de act.
empt. def.* 15. quæ confirmari potuit *ex d. l.* 18. *§. vlt. ff. de vſur.*
cuius non meminit Faber.
24 Huic rei proximum eſt, quod cenſuit Senatus Taurineo-
ſis apud Theſaurum filium *lib.* 1. *quæſt.* 88. *num.* 4. emptorem
etiam imminente euictione, & licet ei venditor minimè ca-
ueat, teneri ad vſuras pretij, quod nec obtulit venditori, ne-
que depoſuit ſecundum Cagnoli ſententiam, ne ſcilicet com-
modum rei, & pretij percipiat. Quod etiam probat Vrſill.
ad Afflict. dec. 20. *num.* 8. ſubijciens Afflictum, qui aliter ſenſit
in d. dec. 20. *in fin.* meritò à Cagnolo fuiſſe reprehenſum.
† Quæ tamen ſententia hoc temperamentum admittere vi- 25
detur, vt pendente, & procedente lite emptor cogi non de-
beat vſuras ſoluere, ne ſi forte res euincitur cum fructibus
vt in l. euictis. ff. de vſur. quia poſt litem moram malæ fidei
poſſeſſor eſt *l.* 25. *§. ſi ante. ff. de pet. hæred.* eas à venditore re-
petere cogatur. Cùm enim euicto fundo cum fructibus per-
inde ſit, ac ſi nullos fructus percepiſſet, & nullis perceptis
fructibus vſuræ non debeantur, vt dixi ſæpiſſimè, & conſtat
ex l. 16. *eod. tit. de vſur.* quæ ait iniquum eſſe ab eo vſuras exi-
gi, qui fructus non perceperit, hæc ratio iuris, & æquitatis
ſuadet, vt niſi venditor idoneè caueat, ſolutio vſurarum dif-
ferri debeat.
His conſequenter placuit quibuſdam maritum, qui vxo- 26
rem alit, & alia onera matrimonij ſuſtinet, vſuras dotis, quæ
depoſita non fuit, conſequi poſſe, tametſi eo die, quo dos
ſolui conuenit, non fuerit in loco, vbi ſolutio fieri debuit. Ita
enim docent Surd. *in d tit.* 1. *quæſt.* 42. *n.* 151. Gratian. *cap.* 541.
n. 58. & Bellon. *de poteſt. eor. qua incontin. finne cap.* 52. *n.* 4.
lib. 2. qui tamen rem hanc variè definiunt. Nam Surdus di-
ſtingnit inter ſocerum, & extraneum, qui non tenetur alere
mulierem: Gratianus id in ſocero admittit, in extraneo ſub-
ſiſtit. Bellonus verò ſimpliciter ait maritum vſuras dotales
conſequi debere, licet ea die, quo ſolui debuit, abſens fuerit
à loco, vbi dos ſolui conuenerat; atque ita rem incertam re-
linquere videntur † Ego puto non tantum in ſocero id reci- 27
piendum eſſe, ſed etiam in fratre, & alio extraneo promiſſore
dotis, quia dos, & pretium rei venditæ hac in re eodem iure
cenſentur, nam dos etiam, emptio quædam eſt *l.* 19 *ff. de oblig.
& act.* atque etiam quia qui dotem mulieri promittit, patris
perſonam ſuſcipit: denique quia onera matrimonij ſequuntur
dotem, & cohærent doti *l.* 65. *§. vlt. ff. pro ſoc. l. dotis fructum.* 7.
ff. de iur. dot. l. 10. *C. eod. tit.* & proinde qui illam retinet,
onera ſubire debet; vel dotis vſuras ſoluere: maritus enim
qui ſine dote vxorem exhibet promiſſoris dotis negotium
gerit, quiſquis ille ſit, ſiue ſocer, ſiue extraneus, vt prolixius
alio loco tractatum eſt, conſtat autem etiam abſentem actio-
ne negotiorum geſtorum conueniri poſſe *ex l.* 1. *ff. de neg. geſt.*
quæ ait publicæ vtilitatis cauſa receptum eſſe.
Illud etiam hic adnotandum eſt, ſi in conſtitutione dotis 28
conuenit, vt maritus pecuniam dotalem collocet in emptio-
nem prædiorum, nec fecerit, ſoluto matrimonio per mor-
tem mulieris, vel viri, poſſe eam, vel illius hæredes ſtatim
pecuniam illam exigere non expectato anno cum vſuris
quincuncibus à die ſoluti matrimonij, quæ conueniunt fru-
ctibus prædiorum *§. ſi verò, in nouell. de non alien* quos ſcili-
cet ea prædiis mulier, vel eius hæredes percepiſſent, ſi mari-
tus ex pecunia dotali, vt conuentum fuerat prædia comparaſ-
ſet, & ita iudicatum refert Papon *lib.* 15. *tit.* 4. *arreſt.* 1. tanti
enim mulieris intereſt, prædia fuiſſe empta. Etenim illis
emptis mulier ea in bonis ſuis habuiſſet ſoluto matrimonio,
& fructus capere potuiſſet, vel illius hæres. † Ex hoc verum 29
puto, etiamſi mulier, vel eius hæres abſens ſit, vel incertus
ſit mulieris ſucceſſor, dum venit dies reſtitutionis, quia vſu-
ræ hoc caſu non veniunt ob moram in reſtitutione dotis ad-
miſſam, quo caſu abſentia creditoris prodeſt, ne mora con-
trahatur, vt dixi *ex d. §. ſi pupillo.* & ex Honded. *cit. conſ.* 36.
l. 2. ſed ob moram commiſſam in emptione prædiorum, quæ
ſi maritus conſtante matrimonio comparaſſet ex ea pecunia
ſtatim eo dirempto mulier, vel hæres eius licet abſens tan-
quam ex re propria fructus percipere potuiſſet, vt dixi, vel ſi
nullus adiuiſſet hæreditatem mulieris, fructibus prædiorum
interim aucta fuiſſet iuxta *l.* 20. *§ fructus. & l.* 29. *ff. de pet. hæ-
red.* & Fachin. *controu. lib.* 12. *cap.* 68. *in fin.* † Siquidem certi 30
iuris eſt ſoluto matrimonio prædia dotalia mulieri, vel hæ-
redibus eius ſtatim reſtitui debere *l. ſi mora.* 9. *& l.* 11. *ff. ſol.
matr. l. videamus.* 38. *ff de vſur. & l. vn. §. cum autem C. de rei
vxor. act.* quæ etiam ait mora facta ex tempore ſoluti matri-
monij fructus prædiorum dotalium præſtandos eſſe, qualis
profecto ſunt, quæ pecunia dotali ex pacto, & conuentione
comparantur *l* 26. *&* 27. *ff. de iur. dot.* & qui promiſit fundum,
vel aliam rem emere, nec fecit, tenetur ad id quod intereſt
l. 8. *§. mandati. & l.* 22. *§. Iulianus. ff. mand. l.* 55. *§. hæres. ff. de*

Digitized by Google

leg.3. & dixi q.20. n.10.& quæſt.33. n.7.

31 Nunc opportunè quæritur, an difficultas excuſet à mora, & conſequenter ab eo quod intereſt. Et ſanè non quæro, an difficultas cum excuſet à mora, qui aliquid facere promiſit, quod tractat inter alios Purpur. *in l.quod te.ff.ſi cert. pet. num.* 54. ſed quæro tantum, quod noſtro tractatui valde congruit, an difficultas pecuniæ debitorem excuſet à mora: Et vt paucis me expediam, ſequor ſententiam Bartol. *in d.l. quod te. num.* 14. quam ibi ſequuntur Alex. *n.* 9. Iaſon. *n.*32. Ripa *num.*52. Plant. *in d.l. quod te lib.*4. *num.*105.*&* *n.*108. Plot. *de in lit. iuran.*§.4.*num.*73. Anton. de Amat. *reſ.*34.*num.*32.*&* 33. Roder. *de ann.redit .lib.*3. *quæſt.*9. *n.*14. vbi ait Bartoli opinionem veriorem eſſe, & Mareſcot *variar.reſol.lib.*2. *cap.*124.*num.*35.& puto ex hac cauſa non excuſari debitorem, quo minus moram feciſſe intelligatur. Et me valde mouet prætermiſſis aliis, quæ pro hac ſententia adduci ſolent, quod ait Venuleius *in l.*137. §. *illud ff. de verb. oblig.* vbi de eo differens qui centum dare promiſerat, neque domi habebat, neque inueniebat creditorem, à quo mutuam pecuniam acciperet, diſtinguit difficultatem rerum à difficultate perſonarum illam excuſare promiſſorem, difficultatem vero dandi ad incommodum debitoris pertinere. *ſed hæc*, inquit: *recedunt ab impedimento naturali, & reſpiciunt facultatem dandi, eſt autem facultas perſonæ commodum, incommodúmque, non rerum, quæ promittuntur, &* *deinde poſt pauca. Et generaliter cauſa difficultatis ad incommodum promiſſoris, non ad impedimentum ſtipulatoris pertinet*, id eſt, vt ego interpretor, cùm de pecunia agitur, difficultatem ſoluendi non ſtipulanti nocere debere, ſed debitori, & conſequenter ſi interpellatus non ſoluit, eius moram illius incommodo cedere debere quod non eſſet, niſi teneretur
32 poſt moram ad id quod intereſt.† Et congruenter Seneca *lib.* 7. *de benefic. debitoris*, inquit, *parum eſt quæſiſſe pecuniam, niſi ſoluit.* Nam, vt idem Seneca ait *eod. loc.* Quædam eius conditionis ſunt, vt in iis pro effectu ſit omnia tentaſſe, vt cùm de beneficio reddendo agitur, in qua re ſatis eſt omnia feciſſe, vt redderetur; quædam vero, vt effectum præſtare debeant, & huiuſmodi eſſe ſolutionem æris alieni, *neque enim*, inquit, *creditori ſuo pecuniam ſoluit is, qui vt ſolueret, vbique quæſiuit, nec inuenit.* Quod etiam oſtendi poteſt *ex l.* 49. *de ſolut. &* 176.*de verb.ſignif.* vbi Vlpianus ſcribit eum ſoluere, qui facit quod promiſit: & oſtendit, quod Venuleius ait *in d.*§. *illud.* non excuſari promiſſorem, ſi neque domi pecuniam habeat, neque inueniat creditorem.

33 Neque mouet, quod reſpondet Fachin. *controu.lib.*2.*cap* 91. quod dicitur *in d.*§.*illud.* ad moram ob difficultatem excuſandam non pertinere, ſed ad debitoris obligationem nihilominus inducendam, tametſi debitor inopia, & difficultate conferendæ pecuniæ opprimatur. Promiſſorem enim difficultate non obſtante creditori obligatum eſſe. Nam non quærit Venuleius hic, an non obſtante difficultate redigendæ pecuniæ promiſſor obligetur, ſatis enim obligatum eſſe innuit ex eo, quod centum ſoluere promiſerat; ſed quærit, an qui centum ſoluere promiſit, & pecuniam non habet, confeſtim ſoluere teneatur, vel ceſſet obligatio, donec pecuniam conferre poſſit, & an propter inopiam inſit tempus ſtipulationi, ſicuti dicimus ineſſe, cùm quis promiſit Epheſi dare, vt ipſe Venuleius reſpondit *in* §.*cum ita.eod.loc.*& ait non ideo ceſſare obligationem, & ſtatim promiſſorem teneri, & aduerſus eum agi poſſe vt explicat Duarenus *in d.*§. *illud.* & Alciat. *num.*7. Cùm ergo non obſtante inopia poſſit conueniri, conſequens eſt, ſi conueniatur, neque ſoluit, illum moram facere, & conſequenter teneri ad id quod intereſt ſecundùm relatam Bartoli ſententiam, quæ communiter recepta eſt, alioquin difficultas dandi ad incommodum ſtipulatoris pertineret, quod Venuleius hoc loco negat: & magna via mendaciis, iurgiis, & litigiis panditur, ſemper enim debitores obiicerent ſe neque pecuniam domi habere, neque inuenire potuiſſe, & præſertim his temporibus, in quibus ob bellorum calamitates omnium facultates adtritæ ſunt, & rara fides, & charitas etiam inter fratres.

34 Denique nihil obſtat, quod quidam dicunt *ex d.*§ *ſi pupillo.* moram non eſſe, quoties debitor ob impotentiam ſoluere non poteſt, vt Hodiern. ad Surd. *in dec.*262.*num.*3. vbi refert Sacrum Conſilium apud Minad. *in dec.*17. ita per illum textum pro ciuitate Noceriæ iudicaſſe, quia *in d.*§. *ſi pupillo.* difficultas ſoluendi prouenit ex parte creditoris, qui pupillus erat, nec habebat tutorem, vt etiam *in l* 9.*ff. de vſur.* nos verò quærimus de impotentia debitoris, quæ ad incommodum creditoris pertinere non debet, vt dictum eſt *ex d.*§. *illud.* Quæ ſententia proculdubio retinendà eſt in iis obligationibus dandi, quibus dies, & pœna adiecta eſt, vt conſtat apertiſſimè *ex l.ad diem.ff.de verb.oblig.& ex d.l.vlt.ff de naut. fœn.* & cùm debitor promiſit certo loco, & die ſoluere, ſub refectione damnorum, & intereſſe, vt vſitatum eſt, nam & id quod intereſt pœna quædam eſt, vt ait *l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* & ibi Cuiac. notat. Et hoc admittunt etiam ij, qui putant ob difficultatem debitorem pecuniæ, & quantitatis excuſari à mora, vt Fachin. *in d.cap.*91.*in fin.* & Sigiſm. Scacc. *de commerc.*§.1. *ampl.*8. *num.*201. Hodiern. ad Surd. *d. dec.* 262. *num.* 4. & Alciat. *in d.* §. *illud. num.* 15. qui propterea paulo ante dixerat eum, qui pecuniam promiſit, rarò excuſari.

Sed an ſaltem ex hac cauſa excuſandus ſit debitor ab intereſſe lucri ceſſantis. Et ſanè in hoc euentu ſubueniendum eſſe debitori ſentiunt Theologi, vt teſtis eſt Afflict. *in dec.*20.*n.*7. & probat Rebuff. *in d.l.*1.*gloſ.vlt.num.*33. Sigiſmund. *loc.cit.*& Roderic. *de ann.redit.lib.*3. *quæſt.*5.*num.*35. *verſ. declaro ſexto.* vbi ait hoc in praxi maximè notandum eſſe. Ego verò aliud ſentio, & etiam hoc caſu habendam eſſe rationem lucri, quod creditor verè conſecuturus fuiſſet, quia vt Iuriſconſultus ait *in d.* §. *illud.* cauſa difficultatis ad incommodum promiſſoris pertinere debet, non creditoris. Atque etiam cùm de iuſtitia commutatiua agitur, ſuum cuique tribuendum eſt *l.*10 *ff. de iuſt.& iur.l. bona fides.ff. depoſ.* & nihil refert, an quis bonus, vel malus, diues, vel pauper ſit, vt docet Ariſtot. *lib.*5. *Ethicor. cap.* 4. & conſtat *ex l. vlt. in fin. ff. quæ in fraud. cred.* Cæterùm cùm dico debitorem teneri ad id quod intereſt ratione lucri, id accipio, ſi habeat in bonis, vnde id præſtare poſſit. † Nam ſi debitor ſoluendo non ſit, eius periculo 36
nihil eſt, vt ait Vlpian. *in princ.ff.de furt.* & fruſtrà quæritur, an moram feciſſe intelligatur, vt teneatur ad id quod intereſt, quia vt dici ſolet, inanis eſt actio, quam excludit inopia debitoris *l.*6.*ff.de dolo malo.* Et Anton. Hering. *de fideiuſſor. cap.* 20. §.15. *num.* 2. *&* 3. vbi adfert illud Bartoli *in l. ſi vniuerſa. C. de leg. mal da, chi non ha,* & ait fideiuſſorem, ſi inſignis calamitas ei acciderit, vt ad inopiam redactus ſit, proculdubio liberari, *ex l.* 10. *ff. qui ſatiſd. cogan.* quæ tamen id non dicit ſed tantum ex integro ſatiſdandum eſſe.

Sanè ſi medio tempore ea clades, & inopia debitori acciderit, vt creditor diues, & nummis affluens gratuitam pecuniam illi credere teneatur, vt in hoc euentu Theologi docent, exiſtimarem lucri ceſſantis rationem habendam non eſſe, & ita quod Afflictus, & alij tradunt. declarat Rebuffus *loc. cit. num.*34. & alij quos refert, & ſequitur Burſat. *in conſ.*68.*n.* 40. Sed hæc in foro agitari non ſolent. 37

Illud etiam admittendum puto, vt afflictis, & egenis debitoribus humanitatis gratia diem ad ſoluendum concedatur arbitrio iudicis *ex l.ſi debitori ff.de iudic.& l.debitoribus.ff.de re iudic.* & docet Alciat. *in d.* §. *illud. num.* 7. *&* 8. vbi notat exactionem quidem difficultate non impediri, ſed nihilominus humanitatis cauſa tempus aliquod debitoribus indulgendum eſſe. Quod etiam ſentit Roderic. *de ann.redit. lib.* 3. *quæſt.*9. *num.*26. & Gubert. *in lib. de mor. cap.vlt.num.*15. Subiiciens hinc manaſſe reſcripta Principum, quæ egenis debitoribus anni, vel quinquennij inducias tribuunt, de quibus *quæſt.ſeq.* dicendum eſt. 38

His omnibus addendum eſſet moram oblatione congruè, & opportunè facta vel impediri, vel finiri, ſi modo actor, vel creditor non habuerit iuſtam cauſam recuſandi, vt conſtat *ex l.illud.de peric.& comm.rei vend.l.qui decem.ff.de ſolut.& l. ſi ſeruum.*§. *ſequitur. ff. de verb. obig.* vbi Paulus ait æquum, & bonum eſſe moram purgari poſtea offerendo niſi rem hanc viri doctiſſimi diligenter executi eſſent, vt Menoch. *in lib.de arbitr. iudic.caſ.*232. Trentacinq. *lib.*3.*variar.tit.de oblat.* Roderic. *de ann.redit. lib.*2. *quæſt.*15.*&* 16. Coſta *de remed. ſubſidiar.c.*121. & Borcolt. *de vſur. cap.vlt.num.*5. vnde ſubiiciam tantum, quæ preſſius, & elegantius tradit doctiſſimus omnium Cuiac. *ad African. tract.*8. circa finem, oblationem ſci- 39

licet

licet moram emendare, moram, & periculum oblatæ pecuniæ in creditorem transferre: & ideo perempta pecunia poſt oblationem ſine culpa debitoris, debitor liberatur ipſo iure ex Sabini ſententia *l. ſtipulatus ſum. 105. de verb. oblig.* ex aliorum ſententia per exceptionem *l. interdum. §. vlt. l. qui decem*
40 *eod. tit. l. huiuſmodi. §. ſi cum homo. de leg. 1.* † Item oblatio ſola ſoluit Antichreſim *l. 11. C. de vſur.* & liberat publicis debitis *l. 1. C. de. ſuſcept. & arcar.* & vſuris debitis ex mora *l. qui Romæ §. Seia. de verb. oblig. l. tutor pro pupillo. in fin. de admin. tut.* & vſuris grauioribus in ſtipulationem deductis, ſi offerantur minores, de quibus initio conuenit *l. 9. C. de vſur.* & poſt pauca quædam. Alias verò oblatio ſola nec liberat ſorte ſi extet, nec vſuris debitis ea ſtipulatione, vel ipſo iure mora non interueniente, nec pœna iam commiſſa, nec pignus ſoluit, niſi oblationi acceſſerit etiam obſignatio, & depoſitio *l. 10. C. de pign. act. l. 2. in fin. & l. 7 ff. de vſur. l. 6. & 19. C. eod. tit.* Hæc Cuiacius, quibus mea imbecillitas, pauca quædam ſubiicere audet in foro tamen valde notanda.

41 Et in primis obſeruandum eſt oblationis verba clara, & perſpicua eſſe debere, non generalia, & æquiuoca, vt docent Gratr. *reſp 93. in fin.* Roland. *conſ. 53. num 41. lib. 1.* Neguzant *de pignor. in 2. par. 3. membr. 5. part. princ. num. 16.* quos refert, & ſequitur Trentac. *in d. tit. de oblat. num. 1. verſ. quæro declaratur.* & Maur. *de ſolut. cap. vltim. num. 13. & 14.* qui duo notant oblationem, qua quis ſe offert facturum id omne, quod de iure tenetur, inutilem eſſe, quando debitum
42 eſt liquidum. † His addendum eſt oblationem totius ſummæ faciendam eſſe *ex l. acceptam. C. de vſur. l. qui Romæ in princ. de verb. oblig. l. 9. C. de ſolut.* & Menoch. *loc. cit. num. 21.* & Maur. *n. 16.* neque enim creditor debitum ſuum per partes accipere cogitur *l. planè ff. famil. herciſc. & l. 41. §. 1. Lucius ff. de vſur.* & purè, & ſimpliciter, & ſine conditionibus, & inuolucris reſeruationum, vt docet idem Menoch. *eod. loc. n. 32.* & Hering. *de fide iuſſ. cap. 20. §. 1. num. 34.* Gratian. *cap. 260. num. 7.* Cyriac. *controu. 267. num. 2.* ne ſcilicet iuſtam aliquam cauſam recuſandi habeat. Extat verò perfectæ oblationis formula apud Terent. in Phormione in principio, vbi Dauus, qui à quodam amico mutuam pecuniam acceperat, *accipe*, inquit, *lectum eſt, conueniet numerus: quantum debui.*

43 Præterea ſciendum eſt in his caſibus, in quibus nuda oblatio ſufficit, quos auctores citati referunt, ſi debitor poſtquam pecuniam obtulit, eam obſignat, & deponit, deinde recuperat, iuri obſignationis duntaxat renunciare cenſeri, non autem amittere ius ex oblatione acquiſitum, quæ ſcilicet abſque obſignatione, & depoſitione ſuum effectum habuit *d. l. qui decem. l. 8. ff. de naut. fænor. & l. 88. de reg. iur.* Vnde ſi obſignatio perperam facta eſt, vt ſi ærosa pecunia depoſita eſt, vel ſi non id totum quod debetur, id non tollit ius ex oblatione quæſitum, dummodo opportunè, & rectè facta ſit, vt ex Baldo docet Franciſc. Grimaud *de contract. pign. lib. 1. cap. 23. num. 27.* Tiraquel *lib. 1. retract. §. 7. gloſ. 3. num. 4. & 5.* & Barboſ. *in l. ſi mora. n. 8. ff. ſolut. matrim.*

44 Illud etiam valde meminiſſe oportet obſignatione facta, ſi debitor nummos depoſitos retrahit à depoſitario, vt plerique faciunt, perinde eſſe, ac ſi nulla obſignatio facta fuiſſet, eámque nihil prodeſſe debitori, vt indicat *d. l. acceptam. in fin. & d. l. 1. C. qui pot. in pign. habeant.* illis verbis, *nec in vſus ſuos conuertit*, & hic Baldus, Angelus, Salicet. notant, idem Angel. *in d. l. obſignatione. C. de ſolut.* & Tiraquell. *de retract. conuent. gloſ. 9. num. 1.* Briſſon. *de ſolut. lib. 2. cap. de obſignatione.* vbi ait eam pecuniam pro non depoſita haberi. Surd. *in conſ. 385. in fin.* Cuiacius *in l. 7. ff. de vſur. ad Papinian.* Barboſ. *in d. l. ſi mora. n. 86.* Trentac *lib. 3. tit. de ſolut. cap 22. num. 2.* & Catoc. *de oblat. par. 1. eod. tit. num. 7.* ſubiiciens hoc ſatis mirabile videri, quia inquit, per obſignationem rite factam debitor liberatur *d. l.*
45 *acceptam & l. 9. C. de ſolut.* † Et notum eſt actionem ſemel extinctam amplius non reuiuiſcere *ex l. qui rem. §. aream. ff. de verb. oblig.* rationem tamen eam eſſe, quia per recuperationem depoſiti effectus obſignationis tollitur *arg. l. 20. & 21. ff. de iur. fiſc.* & quia illa dicuntur fieri, quæ facta debito tempore durant *l. ſi pro parte. §. verſum ff. de in rem verſ. & l. 98. in princ. ff. de ſolut.* & ita etiam notat Ioan. Sichard. *in d. l. acceptam. num. 19.* vbi ait creditorem hoc caſu primæua actione experiri: Quod etiam Barboſa *loc. cit.* docet, quia inquit, quod obſignatio habeat vim ſolutionis, fuit inductum fauore debitoris, cui recipiendo depoſitum potuit renunciare. Quod valde notandum eſt ob ius pignoris, & hypothecæ, quod per obſignationem ſolemniter factam ſublatum videbatur, vt *in d. l. acceptam.* definitum eſt: & propter fideiuſſores, qui obſignatione quoque liberantur, contra quos tamen reuocata pecunia vtilis actio competet creditori *ex d. l. 20. ff. de iur. fiſc.* & tradit Hypolit. de Marſil. *in rubr. de fideiuſſor. num. 372. & ſeq.* De quo tamen dicam, quod Terentianus ille Crito ait, *res magna eſt deliberandum amplius cenſeo.* Deliberandum amplius, quia in fideiuſſorem hoc caſu nullam actionem ſupereſſe ſenſit Specul. *in tit. de fideiuſſ. num. 20.* cuius ſententiam probarunt Surd. *in conſ. 145. n. 22.* Cartar. *in deciſ. 89. in fin.* & Hering. *loc. cit.* & probari videtur *ex d. l. acceptam.* quæ in fine ait creditori vtilé actionem aduerſus debitorem competere, ſi depoſitas pecunias receperit, quæ non videtur eſſe eadem cum prima. † Sanè illud exploratum 46
eſt depoſitarium, qui propria auctoritate, & inuito creditore pecuniam depoſitam debitori reſtituit, à creditore conueniri poſſe. Ita enim *ex l. ſi oleum. ff. de dol.* reſpondit Roman. *in conſ. 387.* & ſentiunt Mandoſ. *ad eund.* Tiraq. *de retract. lib. 2. §. 1. gloſ. 9. num. 1.* Battazzol. *clauſ. 41. gloſ. 7. num. 7.* Surd. *in d. conſ. 385. num. 26.* Hering. *loc cit. num. 36.* & aliis auctoribus citatis Ioan. Bapt. Coſt. *de rem. ſubſid. cap. 103. num. 2. & 3.* vbi duos excipit caſus. Primus eſt, cùm depoſito adiecta eſt conditio, vt ſi in certum aliquem euentum deponenti reſtituendum eſt, impleta enim conditione poteſt ſequeſter illi depoſitum reddere *l. 6 ff. depoſ. l. 18 ff. de præſc. verb.* Bald *in conſ. 379. lib. 5.* & Catoc. *de depoſ. cauſ. 3. num. 1. fol. 12.* ſecundus caſus eſt, cùm creditor pecuniam depoſitam recuſauit, & depoſitum impugnat, vt ex Decio, & Ripa tradit idem Coſta *loc. cit. num 4.* Crau. *in conſ. 418. num. 19.* & aliis citatis Barboſ. *in d. l. mora. num. 86.* & admittit Surd. *in d. conſ. 385. n. 38.* His caſibus alium adiicio, niſi depoſitarius iuſſu iudicis nummos reſtituerit deponenti, vel alteri mandato illius, illum enim excuſat auctoritas ius dicentis, niſi fraus detegatur *l. ait prætor 7. §. permittitur. ff. de minor. l. nouiſſimè. ff. quod falſ. tut. l. 25. C. de admin. tutor. & ex l. 1. C. ſi ex cauſ. iudic.* atque etiam quia excuſandus eſt, qui obtemperauit magiſtratui *l. 1 ff. ſi quis magiſtr. non obtemp. l. 27. in fin. de leg. 3.* Rodriq. *de concurſu credit. par. 1. art. 6. num. 34.* Sanè depoſitum, quod ſolius deponentis gratia factum eſt, illius nutu reuocari & repeti poſſe nulla dubitatio eſt, vt *ex l. 1. §. ſi poſuero.* & aliis tradit Coſt. *loc. cit. n. 5.*

Denique illud obſeruandum eſt, ſi fortè obſignatio minus 47
rectè facta eſſe deprehenditur, veluti ſi non integræ quantitatis, aliam denuo fieri poſſe, cum in quacunque iudicij parte id permittatur *l. 9. in fin. ff. de pign. act.* eſt enim hæc quæſtio de bono, & æquo, vt dicebat Celſus *in d. l. ſi ſeruum 91. §. ſequitur. de verb. oblig.* vt iam dixi: & æquum eſt, vt debitor ſemper ſoluere poſſit, ita æquum eſt, vt offerendo, & obſignando moram purgare ei liceat, vt in ſpecie docent Corn. *in conſ. 81. num. 8. lib. 4.* Gabriel. *in conſ. 36. num. 67. lib. 1.* Menoch. *in d. caſ. 231. in fin.* & Gratian. *cap. 260. num. 24.* qui rectè monet omnia ex integro ritè peragenda eſſe. † Nam & creditor, qui num- 48
mos oblatos ſine iuſta cauſa noluit accipere, poteſt mutare ſententiam, & moram purgare in illis recipiendis admiſſam *l. Celſus & l. ſeq. de recept. arb. l. interdum in fin. de verb. oblig. & l. qui decem. ff. de ſolut.* & ruſſus interpellare debitorem, vt ſoluat *l. 7. ff. de vſur. verſ. quod ſi poſtea.* Roman. *in d. conſ. 287. num. 11* Surd. *in d. conſ. 385. num. 36.* Ioan. Bapt. Coſt *loc. cit. num. 4.* & Donel. *lib. 15. cap. 2.* vbi ait debitorem iterum interpellatum ruſſus moram facere, & iiſdem periculis ſubiici, quibus ante purgatam moram tenebatur. † Sanè etiam admonendi ſumus 49
per ſecundum depoſitum, quod minus ritè factum eſt, tolli & euerti primum, quod legitimè factum erat, vt reſpondit Alex *in conſ. 75 in fin. lib. 7.* ex gloſ. & Bart. *in l. Æmilius. ff. de minor.* quem ſequitur Catoc. *in d. lib. de depoſ. par. 2. quæſt. 105.* idémque dicere, ſi depoſito ritè facto, ex interuallo conditiones adiiciantur, quas creditor admittere non tenetur. Nã & ab initio depoſitum euertere receptũ, vt diximus *n. 42.* & multis relatis vt ſolet Marius Giurb. *in dec. 87.* Buratt. *in dec. 429. num. 1.* & Ferentill. *ad eund. num. 6.* quod iis contingere ſolet, qui nimium ſibi cauere ſtudent: & interdum culpa eſt curatorum litis, quos æquiſſimum eſſet hæc damna ſuis clientibus refundere.

His

Digitized by Google

His addendum, quod omiſeram, debitorem minoris ſummæ, à quo creditor maiorem petit, excuſari à mora, quamuis ſciat ſe partem debere, vt notat Imol. *in l. qui ſolidum in princ. de leg.2.* ſubiiciens creditorem, qui plus petiit, præbere debitori iuſtam cauſam litigandi, & negandi totum, quia præſumitur creditor, qui totum petit, non eſſe partem recepturus *ex l.inter. §.Lucius. de vſur.* quod probarunt Iaſon. *in l.1. §.ſi ſtipulanti in fin. de verb. oblig.* Caſtrenſ. Herculan. & alij apud Gabriel. *lib.2. tit.de expenſ. concl.2. num.4* vbi ait in hoc omnes conuenire. Idem ſenſit Theſaur. *in deciſ.231. n.2.* Hieron. de Laurent. *deciſ.35. n.4.* & Gizzarell. *dec.20. n.15.* vnde etiam proditum eſt debitorem, à quo plus petitur, non teneri ad intereſſe quanti plurimi, niſi creditor offerat ſe paratum deducere, quicquid conſtiterit ſolutum fuiſſe. Ita Alex. Cror. Plotus, & alij apud Munnoz. *de ratiocin. cap. 17. n 33.* & Gratian. *cap.42. num.41. & 42.* Addita enim illa clauſula, nempe creditorem paratum eſſe deducere, quicquid ſolutum eſt, receptum eſt debitorem, à quo plus petitur, in mora conſtitui pro eo, quod debet, niſi offerat, quod debet, vt declarant Bart. Caſtrenſ. Iaſ. Herculan. & alij apud Trentac. *lib.1. tit.de plus petit. n.9.* Rolan. *in conſ.71. num.41. lib.1.* & Anton. Gabriel. *loc. cit. n.8.* tametſi mihi congruentius videatur vtrumque ingenuè, & ex bona fide litem proſequi, vt ſcilicet actor deducat de ſuo credito id, quod illi iam numeratum eſt, & debitor fateatur quod debet, offeratque creditori. Alioqui quamuis Couart. *variar. reſol. lib.1. cap.2. n.3.* & Hieron. de Laurent. *loc. cit.* exiſtiment iuſtius eſſe debitorem à quo plus petitur, id quod debet confiteri, quam totum negare, mihi videtur magis imputandum eſſe creditori, qui plus petiit, potuit enim explorare quantum ſibi deberetur, debitor verò plerumque ex improuiſo reſpondere cogitur, vt in poſitionibus. Vnde puto congruere illum verſum, quem in re ſimili non inutilem dicit Quintilian. *lib.5. cap.12.*

Non malè reſpondit, malè enim prior ille rogarat.

Caueant igitur creditores, ne incidant in pœnam plus petentium, de qua diximus *quæſt.* 10. *n.*10 reliqua ab iis auctoribus petenda ſunt, quos memorauimus, & à Farin. *in fragm. lit. C. n.725. & ſeqq.* & Trentacinq. *loc. cit.*

QVÆSTIO LXXXV.

De reſcriptis moratoriis: & an pendente eorum dilatione intereſſe debeatur.

SVMMARIA.

1 *Princeps poteſt ex cauſa debitoribus inducias ad ſoluendum concedere.*
2 *Præſertim iis, qui naufragio, vel alio infortunio res ſuas amiſerunt.*
Incendium non liberat debitorem.
3 *Moratoria reſcripta etiam oppidis & incolis omnibus concedi poſſunt.*
Theodoricus Rex mercatoribus Supontinis dilationem duorum annorum conceſſit.
4 *Theodoſij, & Valent. edictum, ne ab Afris patria expulſis pecunia peterentur, donec in patriam redirent.*
Locupletes non debent vti excuſatione miſerorum.
5 *Aliud Theodoſij, & Valent. edictum, quo Afris domo expulſis permiſſum eſt aduocatione fungi.*
6 *Debitores ex cauſa depoſiti generalibus induciis non gaudent.*
7 *Item debitores ex cauſa dotis.*
Mulieres vt plurimùm nihil præter dotis habent.
8 *Dotis promiſſor non poteſt reſcriptis moratoriis vti.*
9 *Induciæ ad pretij rei emptæ non porriguntur.*
10 *Emptor, qui rei fructiferæ pretium ſoluere non potuit propter inopiam non excuſatur ab vſuris.*
11 *Induciæ generales penſiones non continent.*
12 *Annui reditus an induciis generalibus comprehendantur.*
13 *Auctoris diſtinctio.*
14 *Annui reditus pecuniæ conſtituti edictis moratoriis non continentur.*
15 *Niſi conſuetudine, vel lege aliud præſcriptum ſit.*
16 *Moratoria edicta debitoribus idoneis, & locupletibus prodeſſe non debent.*
17 *Moratorium reſcriptum ex falſis cauſis obtentum non prodeſt impetrantibus.*
18 *Vſuræ non debentur, cum earum curſus reſcripto inhibetur.*
19 *Princeps ob publicam vtilitatem poteſt debita remittere.*
Solon olim conſtituit, ne pecuniæ debitæ actio eſſet.
20 *Intereſſe pendente dilatione debetur, cum id reſcripto Principis expreſſum eſt.*
21 *Quod de vero intereſſe intelligendum eſt.*
22 *Vſuræ an currant pendente dilatione reſcripti moratorij, cum id expreſſum non eſt.*
23 *Heres iuſſus intra certum tempus non petere, non poteſt huius temporis vſuras exigere.*
24 *Tempus, quod duplicatur ei, à quo plus petitum eſt tempore immune eſt ab vſuris.*
25 L.vlt. C.de vſur. rei iudic. *explicatur.*
26 *Dilatio ſoluendi an vſurarum remiſſionem contineat.*
27 *Vſuræ nec ante, nec poſt reſcripta moratoria à Creditoribus exigi poſſunt.*
28 *Moratorium reſcriptum fauore debitoris, qui nondum fecerat moram, impedit curſum vſurarum.*
29 *Vſuræ quæ ex conuentione debentur non deſinunt currere pendente dilatione moratorij edicti.*
30 *Reditus annui pendente dilatione reſcripti, vel edicti non deſinunt currere.*
Quamuis eorum exactio differatur.
Hodie nummi ſunt ſteriles.
31 *Gaſparis Roderici doctrina quædam expenditur.*
32 *Dilationis à creditore conceſſæ tempus liberum eſt ab vſuris.*
33 *Dilatione data ad ſoluendum pretium, vel dotem vſuræ interim non debentur.*
34 *Niſi actum ſit, vt interim præſtentur vſuræ.*
35 *Conuentio, vt niſi ſua die pecunia ſoluatur, medij temporis ſoluantur vſuræ, valet.*
Quod tamen de intereſſe licito accipiendum eſt.

SOLENT Principes miſeris, & egenis debitoribus inducias ad ſoluendum concedere, vt interim reſpirare poſſint, & pecuniam redigere, & ſoluere, & ne interim carcerem pati, vel bonis cedere cogantur. Id verò Principem concedere poſſe compertum eſt. *ex l.2. & 5. C. de prec. Imper. offer.* & tradunt Theſaurus *in deciſ.* 186. *num.* 3. Lancell. Conrad. *in templ. omn. iudic. lib.1. cap.1. §.4.* Marc. Anton. Cuech. *de morat. reſcript. num.14.* Burg. *de laudem. par.3. inſpect.22. num.1.* Caroc. *de excuſſ. cap. vlt. num.1. & de except. cap. vlt. n.5.* vbi ait id Principem ſine cauſæ cognitione facere poſſe: & Galeott. *de remune. cont.2. cap.196. num.2.* Maſtrill. *in dec.16. n.1.* & aliis prætermiſſis Rebuff. *in tract. de lit. dilat. art. 1. gloſ. 1. numer. 6. & 7.* vbi nominatim ſcribit Duci Sabaudiæ id licere. 1

Præſertim verò iis hoc beneficium concedi poteſt, & debet, qui non luxu, & ludo, ſed fortunæ aſperitate aliena cum ſuis amiſerunt, vt ſi mercator in latrones inciderit, vel eius merces incendio, vel naufragio perierint, & ita reſpondit Alex. *in conſ.205. lib.2.* Benuen. *de decoctor. par.6. num.10.* Anton. Hering. *de fideiuſſ. cap.5. num.104.* & Paulus Bellon. *de poteſt. cor. quæ incont. fiunt lib. 2. cap.10. num. 1.* Nam licet incendium ære alieno non liberet debitorem *l.incendium. C. ſi cert. pet.* vt nec etiam naufragium, vel latronum vis *l.vlt. C. de naut. fœnor. & l.10. C. de iur. delib.* catenus tamen prodeſſe debet, vt exactio differatur. 2

Nec vni tantùm, vel duobus hoc indulgeri poteſt, ſed etiam omnibus incolis alicuius ciuitatis, oppidi, & prouinciæ bello, vel alia publica calamitate afflictis, vt ſcripſit Natta *in conſ.591. num.18.* Afflict. *in dec.371. in princ.* Rebuff. *in d. gloſ.1. n.13.* Roderic. *de ann. redit. lib.3. quæſt.9. n.26.* Carol. 3

Tap.

Tap. *iur. Regn.lib.4. tit.19. num.3.* & Præſes Faber. *d.tit. C.de precib. Imp. offer. def.18.* ſi in eam ſcilicet egeſtatem vniuerſitas ex temporum iniuria inciderit,vt ei ſubueniendum videatur. Et refert Caſſiodor. *lib. 2. cap. 38.* Theodoricum Gothorum regem mercatoribus Supontinis, quos hoſtes diripuerant, biennij dilationem conceſſiſſe.

4 Extátque etiam huius rei exemplum in edicto Theodoſ. & Valent. *de pecun. Afris credit. & de fideiuſſor.eor.* qui totius Africæ incolis, quos Vandali omnibus bonis ſpoliauerant, & ſuis ſedibus eiecerant, indultum eſt, ne à creditoribus cogerentur, donec in patriam reſtituti eſſent. In quo quidem multa notatu digna, ſed illud maximè, quod iubeantur creditores ſola ſorte contenti eſſe,& quod excipiantur locupletes, & idonei, qui vt conſtitutio ait, non debent vti excuſatione miſerorum.

5 Neque prætermittam hîc aliam eorund. Impp. conſtitutionem ad Albin. Præf. prætor. eodem tempore, & iiſdem conſulibus editam, qua licet certus eſſet in vnoquoque foro aduocatorum numerus, Afris qui in Italia profugi erant, iuris ciuilis doctrina imbutis conceſſum eſt, vt apud omnes iudices aduocatione fungi poſſent, vt obſeruat Cuiac. *lib.16. cap.22.* Neque piget verba conſtitutionis in gratiam legum ſtudioſorum referre, quæ ſunt huiuſmodi. *Ex adfectu publico conuenit, eorum neceſſitatibus ſubuenire, qui fatales miſerias inciderunt. Imperatoria ſiquidem vis maior laudis eſt aliqua decreta mollire, quando vis maior inopinata cladis fatale generauit incommodum Albine parens cariſſime, atque amantiſſime, vnde illuſtris, & præcelſa magnificentia tua pragmatici noſtri tenore comperto ſciat, Afros, qui infortunio hoſtilis cladis expulſi eiectique fortunis omnibus ſpem ſui actus, & conuerſationis ſolidæ perdiderunt, & imbuti ſtudiis literarum cauſas agere deſtinarunt, ſiue agere iam cœperunt, apud omnes iudices bis aduocationis copiam remoto legis vinculo eſſe permiſſam, vt ærumnis, in quibus nunc ſunt, tali poſſint remedio ſubleuare. Nec enim non eos oportet ſtudiis fauorabilibus adiuuari, quibus hoc ſolum remanſit, quod ſibi non poſſit vindicare captiuitas.* Et rectiſſimè M. Tullius *in orat. pro Arch. Poë.ait literarum ſtudia ſecundas res ornare, aduerſis perfugium, & ſolatium præbere nobiſcum peregrinari.*

6 Cæterùm quod diximus debitoribus inducias ad ſoluendum concedi poſſe, in omnibus cauſis, & negotiis admittendum non eſt, vt in cauſa depoſiti, quod ſine cunctatione, & mora reſtitui debet, vt conſtat *ex l.Lucius. ff.depoſ.& l.11. C.eod. tit.* & proinde meritò receptum eſt reſcripta moratoria, quæ Principes interdum concedunt non prodeſſe debitoribus, qui ex cauſa depoſiti conueniuntur, niſi hoc nominatim expreſſum ſit,vt docet Boër. *in dec.296. num 4.* & aliis auctoribus citatis dixi *quæſt 32. num.14.* vbi etiam dixi id de vero, & ſincero depoſito accipiendum eſſe, non de eo,quod in fraudem vſurarum factum fuiſſe deprehenditur, quia vt Cuiac. ait *in d.l. Lucius.* qui pecuniam ea lege deponunt, vt vſuras accipiant, fœneratores ſunt,non depoſitarij & proinde legitimi depoſiti priuilegiis vti non debent.

7 Idémque in cauſa dotis propria, & potiſſima ratio ſuadet, vt tractat idem Cucchus *eod.loc. num. 86.* Dos enim, inquit, valde priuilegiata eſt in hac dilationum materia, cùm non admittat compenſationem, nec retentionem vllam quouis prætextu *l.vn. §.taceat. C.de rei vxor. act.* Nec poſſit fieri pactum, vt reſtituatur mora longiore vltra tempus lege definitum *l.licet.& l Attilicinus. ff.de pact. dotal.* Quid igitur mirum ſi dixerimus literas concedentes inducias debitori ad debitum ex cauſa dotis non extendi, & addi poteſt,quod alio loco dixi, vt plurimùm mulieres nihil præter dotes habere, vnde ſe alere poſſint,vt eſt relatum *in l.aſſiduis. in princ. C.qui pot. in pign. hab.* & proinde rectiſſimè id docuit Vincent.de Franc. *in dec.219. num.2.* Surd. *in lib.de alim. tit. 8. priuil. 70. num.2.* Alex. Trentac. *variar. lib.3. tit. de ſolut. cap.1. num.22.*

8 Maſtrill. *loc. cit. num.17.* Caroc. *except. vlt. num. 35.* † Quod etiam retinendum eſt, cùm de dote ſoluenda agitur, quia æquum eſt,vt dos apud maritum ſit, qui vxorem alit,& onera matrimonij ſuſtinet *l.pro oneribus. C.de iur.dot.& l.ſi præter. §.vlt.ff.eod.* & ne mulier à viro forſitan expellatur, vt timet Iuſtinian. *in l. vlt. C.ad Velleian.* & ita in ſpecie adnotarunt Rebuff. *in d.gloſ.1.num.34.* & Præſes Faber. *in d.tit. de precib. imper.offer.def.20.n.11.*

Præterea non puto huiuſmodi generales inducias ad pretium rei emptæ, & traditæ pertinere, & cuius emptor percipit fructus. Ne illud durum occurrat,vt emptor eodem tempore re, & pretio fruatur, & venditor, neque rem, neque pretium habeat, quod iniquum eſſe conſtat *ex l. curabit.C.de act. empt. & l. Iulianus.§.ex venditio. ff.eod. & lib.2.C.de vſur.*& ſentit Rebuff. *loc.cit. num. 43.* Menoch. *de arbitr. caſ. 203. n. 25.* & Anton. Faber. *def.11. & 20. C.de prec. Imp.offer.* 9

Qua ratione dicimus emptorem domus, vel agri, ſi ob inopiam, & difficultatem ſoluendi ſua hodie, pretium non potuerit ſoluere, non excuſari, quin vſuras pro modo,& ratione fructuum præſtare debeat, vt ex omnium ſententia ſacrum Conſilium ſenſiſſe refert Afflict. *in d.dec.20. n.4.*& probauit Scac. *de commerc. §.1. ampl.8. num. 101.* quia hoc caſu debitor locupletaretur cum aliena iactura: & iniquum ſit eum lucrum facere in re, in qua fidem ſeruare non poſſit, quod addendum eſt iis, quæ diximus *quæſt præced.n 31.* 10

Illud etiam exploratum eſt huiuſmodi inducias ad penſiones domorum, & agrorum minimè porrigendas eſſe. Ita enim Boër. *in d.dec.296.num.6.* Marc. Anton. Cucchus *in d. tract. de morat. præſcr. num.100.* Caroc. *de loc.& conduct. tit.de verb.ſignif. quæſt.16. num.6.* Maſtrill. *ad indult.cap.46.num.16.* Bellon. *in d.cap.10. num.6.* Mauſon. *de cauſ.execut. lib.1.ampl. 40. limit. 6.num.54.* Farin. *quæſt. 39. num. 35.* & doctiſſimus Faber. *in d.def.20. num.5.* & rurſus *def.17.C.de diuerſ.reſcript.* ne ſcilicet, vt Præſes ait,illa iniquitas occurrat,vt conductor re, & pretio vtatur. Quod etiam notat Theſaur. filius *in addit. d.deciſ. 186.* 11

Sed illud non ſatis conſtat, an huiuſmodi induciæ, quas Principes concedere ſolent, ad reditus annuos porrigantur. Nam licet Bonius *in lib.de cenſib.art.75. num.108.*ſcribat Doctores omnes aſſirmare, reditus cenſuales iſtiuſmodi reſcriptis non comprehendi, id tamen impugnat Felician. *tom.2. lib.3.cap.5. num. 7.* quia inquit textus *in l. quoties. & in l.vniuerſa.* procedit ex communi conſenſu Doctorum in debito vſurario, & proinde obtinebit etiam in reditibus annuis,qui in locum vſurarum ſucceſſerunt, quæ apud Romanos frequentes erant. † Ego verò intereſſe puto, an reditus debeatur ratione rei, vt ſunt cenſus reſeruatiui; & penſiones emphyteuticæ, vel ratione fructuum,quos interim emptor conſequitur, donec pretium ſoluat, & puto huiuſmodi reditus generalibus iudiciis non contineri, iniquum enim eſt, debitorem re, & pretio frui, vt dictum eſt, & in vſuris pretij bonorum immobilium ſcribit Præſes Faber. *in d.def.20.* & Bellon. *in d.cap.10. num. 6.* idémque dicendum puto in legatis annuis, quæ præſtantur ratione legitimæ, vel donec dos ſoluatur. Hæc enim cùm cedant loco alimentorum, & in compenſationem fructuum,quos interim filia ex ſua legitima percepiſſet, huiuſmodi dilationibus ſubiici iniquiſſimum eſt, & ita ſenſit Cucchus *in d.tract. num. 90. & 95.* Surd. *d. tit.8. priuil.70. & dec.323. num.9.* & Bellon. *loc. cit.* vbi ait Senatum ita declaraſſe & ſentire videtur Menoch. *in d.caſ. 203. n.18. & 25. in fin.* 12 13

Vel quæritur de cenſibus impoſititiis, & pecunia conſtitutis, & in iis puto reſcripto locum eſſe ſecundum Feliciani ſententiam,quam ſequitur Auendan.*de cenſib.Hiſpan cap.110. num.5.* Neque tamen moueor ratione,qua Felicianus vtitur. Neque enim mihi vnquam placuit, quia conſtitutio reditus annui à ratione fœnoris remota eſt, ſed quia ceſſat illa ratio, ex qua dicimus in cenſibus reſeruatiuis,& emphyteuticis, & legatis annuis, donec dos, vel legitima ſoluatur, dilationi locum non eſſe, ne ſcilicet quis interim re, & pretio fruatur, & ex re aliena fructus percipiat, denique lucrum faciat ex re,quæ non alia ratione illi conceſſa eſt, niſi vt penſionem ſolueret, vt *in l.vlt. C. de pact. inter empt. & vendit.* quæ ratio ceſſat in cenſibus pecunia conſtitutis, quæ per ſe ſterilis eſt, nec fructus referre valet.† Quod tamen intelligo,niſi conſuetudine aliud inductum ſit, quia optima interpres legum eſt conſuetudo *l.37. ff.de legib.* & in ſpecie adnotarunt Rebuff. *in d gloſ.1. num.21.* Papon. *lib.10. tit.9. art.3.* & Felician. *loc.cit.* vel niſi aliter lege cautum ſit,vt apud Siculos ab Alphonſo Rege conſtitutum eſt *in pragmat. ſanct. de cenſib. anno 1452.* & proinde nihil mirum eſt, ſi ita ſentiunt Doctores Siculi, vt Petr. de Gregor.*in d. pragmat. de cenſib. quæſt.6.* 14 15

poſſent ob vſuratum cumulum, qui maior interim fieret in
perniciem debitoris.

15 Sed ad *d.l.vlt.C.de vſur.rei indic.* reſpondet Salic. *in d.l.quo-
ties, n.3.* Ita conſtitutum eſſe, quia vſuræ minores poſt qua-
tuor menſes à die ſententiæ, & condemnationis numeran-
das, vt loquitur *l.2.eiuſd.tit.C.de vſur.rei indic.* efficiuntur gra-
uiores, id eſt centeſimæ, & proinde cùm in hac ſpecie poſt
lapſum tempus induciarum vſuræ non augeantur, conſequens
eſt, vt pendente dilatione intermitti non debeant, quæ reſ-
ponſio Marc. Anton. Cucho placuit *loc.cit. n.* 148. Quæ ta-
men parum tuta eſſe videtur. Nam ſi detur dilatio ad ſoluen-
dum curſus vſurarum ſiſtitur, & intermittitur, etiamſi vſuræ
finita dilatione non augeantur, ceſſante ſcilicet huius tem-
poris mora vt conſtat *ex l.lecta. in fin. ff.ſi cert. pet. & l. Titia
Seia. §. vſuras, ff. de leg.* 2. & multi tradunt apud eund. Ma-
ſtrill. *in d.dec.16. num.* 6. & Roderic. *loc. cit. num.* 7. & nihil
referre videtur moram conſenſu, & voluntate creditoris re-
miſſam eſſe, vel iuſſu eius, cui creditor parere debet, vt in-
nuit *d.l.8 §.2. de liberat. leg.*

Quamobrem videtur mihi alia ratione reſponderi poſſe *ex
ead.l.vlt. C. de vſur.rei indic.* nimirum poſt ſententiam intra
quadrimeſtre vſuras, quæ ex primo contractu debebantur, ſi-
ſti, & intermitti, quia prior contractus quodammodo noua-
tur actione iudicati, & proinde deſinunt currere vſuræ, quæ
ex priore contractu deſcendunt, poſt lapſum tempus, intra
quod condemnatus ſoluere tenebatur, aliæ vſuræ incipiunt,
& procedunt ex actione iudicati, quæ alia eſt, & diuerſa ab
ea, quæ in iudicium deducta eſt, vt eleganter explicat Cuiac.
ad h. tit.de vſur. rei iudic. & verba legis hæc ſunt. *Si enim no-
uatur iudicati actione prior contractus, neceſſe eſt vſurarum qui-
dem, quæ anterioris contractus ſunt, curſum inhiberi: alias autem
vſuras id eſt, centeſimas ex iudicati actione procedere,* idem etiam
conſtat *ex l grege, §. etiam, l. ſi fundus, §. ſi paries, ff. de pignor.*
& ſcribit idem Cuiac *ad tit. C. etiam ob Chirograph.pecun.* vbi
differentias nouationis voluntariæ, & neceſſariæ refert. Sed
ex reſcripto, vel edicto Principis, quo debitorum exactio dif-
fertur, nulla fit nouatio, nec noua actio acquiritur creditori,
& proinde nihil hic iuris locus pertinere videtur ad Nattæ,
& aliorum ſententiam confirmandam.

16 Illud vero quod ait *ad l. non ſolum, 8. §.illud de liberat. leg.*
vitari poteſt ex doctrina ipſius Roderici *loc.cit. n.13. verſ.ali-
quando vero*, quo in loco quærens, an dilatio remiſſionem
vſurarum contineat, non eſſe difficile ait ex circunſtantiis di-
gnoſcere, quid actum ſit. In legatis enim, in quibus etiam
plenior, & benignior ſit interpretatio, congruenter naturæ
eorum, quæ ſemper donationem implicat, clarum eſt dila-
tionem concedi ad commodum debitoris: & proinde non po-
teſt hæres eius temporis petere vſuras, intra quod teſtator
eum vetuit petere ſortem, etiamſi id expreſſum non ſit, vt *in
d.l.non ſolum, § illud.* Aliud verò dicendum eſt, ſi dilatio ex re-
ſcripto, & edicto Principis concedatur. Hæc enim ita acci-
pienda ſunt, vt minus lædant iura creditorum, ideoque ſatis
eſt, ſi interim exactio vſurarum differatur, & licet Farin. *loc.
cit. n.* 59. tradat huiuſmodi reſcripta latiorem interpretatio-
nem recipere, loquitur tamen in præiudicium concedentis,
cum conceſſio facta à Principe neminem lædit.

Denique nihil obſtat, quod definit Heringius *in d.cap.22.*
tempus ſcilicet, quod duplicatur fauore debitorum, à quibus
ante tempus petitum eſt, immune eſſe ab vſuris, quia huiuſ-
modi tempus conceditur debitoribus in pœnam, & odio cre-
ditorum plus petentium tempore, quorum audacia nihil fe-
re plecteretur, ſi huius temporis vſuræ nihilominus curre-
rent, & tandem peti poſſent. Alia verò ratio eſt induciarum,
quæ ex edicto, vel reſcripto Principis conceſſæ ſunt, quia non
odio, & in pœnam creditorum conceduntur, ſed miſerationis
cauſa ob inopiam & calamitatem debitorum, quæ ad necem,
& incommodum creditorum trahi non debent *l. continuus,
§. illud, de verb. oblig. & l. ſi de bonis, C. de iur. delib.* tametſi
ſi quod Heringius affertex libris Baſilic. ſatis eius ſenten-
tiam mihi non probet. Quia verba hæc, *nullas vſuras inte-
rim accipientes*, vſurarum exactionem tantùm interim cohi-
bere videntur, & intra tempus induciarum, non autem vſu-
17 rarum curſum, & finito tempore exactionem impedire. † Sa-
nè hic, & aliis locis vbi excidit vſuras deberi, nomine vſura-
rum intelligo verum, & legitimum intereſſe. Nam ſi de vſu-
ris veris, & propriis res eſſet, conſtat illas nec ante nec poſt
reſcriptum deberi, nec exigi poſſe, vt in ſpecie notat Marc.
Anton. Cuch *loc.cit.* & Maſtrill. *in d.dec.16.n.* 10. niſi forſaſſe in
terminis præcedentis caſus nimirum ob præmium, & bene-
ficium dilationis, & quia hæc eſt veluti conditio, ſine qua de-
bitores reſcripto, vel edicto, quo id nominatim expreſſum
eſt, vti non poſſunt, & proinde videtur recedere à ratione vſu-
ræ, tametſi conſultius ſit ab hac exactione abſtinere, niſi
tantundem interſit, vt dictum eſt ex Coſta *loc. cit.*

Quartus caſus eſt, cùm nihil de vſuris præſtandis, vel re- 28
mittendis expreſſum eſt, & debitor nondum fecerat moram,
& hoc caſu vſuras non deberi dicendum eſt. Ita enim docet,
& diſtinguit Salic. *in d.l.2.n* 3. Cuch. *loc.cit.* Franciſc.de Cald.
d.cap.23. n.73. verſ.ſed nihilominus. Senator Bellon. *in d.c.10.
n.7.* & Maſtrill. *in d.dec.16. n.6. & 9.* vbi refert conſiſtorium
determinaſſe diſtinctionem Saliceti eſſe veram, & rurſus *in d.
cap.96. n.22.* idem ſentit Roderic. *in d.quæſt.9.n.21* qui tamen
ita obſcurè, & philoſophicè loquitur imbutus, vt ſuſpicor
à Molinæo, vt vix intelligas, an loquatur in terminis huius
concluſionis, quia *n.17.* quærit de eo, qui ante diem ſolu-
tionis obtinet reſcriptum à Principe, & interim rebus ſuis
cladem, & iacturam patitur, & proinde de eo qui nondum fe-
cerat moram, quamuis idem ſentiat etiam cùm mora facta
eſt, vt dixi. Et ratio noſtræ concluſionis eſt, quia hoc caſu re-
ſcriptum, & beneficium huiuſmodi non continet ſimplices
inducias exactionis, ſed veram dilationem ſortis, ideóque
impedit moram committi, perinde ac ſi creditor ipſe diem
prorogaſſet debitori, vt tradit Maſtrill. *in d. dec. 16. num.* 4.
Caldas *vbi ſuprà.* & Roderic. *loc. cit. n.* 21. & 22. & probat
d. l.lecta.40. ff. ſi cert. pet.

Declaratur tamen hic caſus, vt locum non habeat in vſu- 29
ris, quæ debentur ex conuentione, & ſine mora, licet enim id
reſcripto expreſſum non ſit, huiuſmodi tamen vſurarum cur-
ſum non inhiberi receptum eſt, vt docet Salic. *in d. l.2. n.3.*
Vrſill. ad Afflict. *in d.dec.5. n.4.* Vincent.Caroc. *de except.c.vlt.
n.21. & 22.* & Roderic. *in quæſt.9.n.16.* in iis ſcilicet caſibus,
in quibus licuit de certa annua quantitate paciſci pro eo
quod intereſt, vt in ſpecie *l. curabit, C.de act.empt. & cap. ſa-
lubriter, de vſur* & interdùm in pecuniis creditis ſecundùm ea,
quæ tractata ſunt *quæſt.72. n.5. & infra,* idem enim operatur
conuentio, quod mora, vt dixi ſæpius, & deinde animaduerti
egregiè probari *ex d. l.lecta in fin.* † Quamobrem non impe- 30
dit hæc dilatio curſum reditus annui, vt nominatim edicto
Sereniſſimi Ducis noſtri, cuius ſæpe mentionem fecimus
cautum eſt, vt notat idem Roderic. *eod. loc.* Auend. *de cenſib.
Hiſpan. c. 110. n. 5.* vbi ait dilationem hanc non extinguere
reditus, ſed ſuſpendere duntaxat, & tranſacto tempore peti
poſſe: & Felic. *in d. c.3.in fin.* Subiiciens etiam pendente di-
latione redituum quoque exactionem differendam eſſe. Sanè
quod Auendan. ſubiicit, *ſi ſors viuit, ergo vſuras producit*, ad-
mittendum non eſt, certum enim eſt, vſuras non ſemper, &
ex omni cauſa, & ex omni contractu, etiam iure ciuili de-
beri, & hodie nummos ſteriles eſſe, neque ex ſtipulatione,
vel mora alios nummos parere poſſe.

His conſequenter quærendum eſt, ſi creditor dilationem 31
conceſſerit debitori, an interim impediatur, vel cenſeatur re-
miſſa mora, & currant vſuræ, & Roder. *in d.q.9. n.4.* quatuor
ſpecies ſeparat, interdũ enim, inquit, ſimplices induciæ com-
pulſionis dantur, quandoque datur facultas purgandi moram
quandoque vera, & formalis dilatio, denique interdũ obliga-
tio principalis in totum, vel in parte extinguitur, quæ prolixè
proſequitur, dubius tamen, & obſcurè nimis, ita vt nec ſibi
ipſi ſatisfaciat, vt nec etiam mihi, quia mihi videntur hauſta
ex Molinæo, & Molinæi ſtylum, & doctrinam ſapere, & præ-
ſertim quæ ſcribit *n.10.* vbi diſtinguit inter fœnus negotiati-
uum, & fœnus incidens. Quæ quæſtio nunc omnino inutilis
eſt, quia conſtat hodie vſuram neque ex ſtipulatione, nec ex
mora deberi, & nunc omne genus fœnoris, & vſuræ pro-
hibitum eſſe, vt diſputatum eſt *q.3. & 4.* † Quamobrem ge- 32
neraliter & ſimpliciter conſtituendum eſſe videtur, ſi credi-
tor ſiue ab initio contractus, ſiue poſtea dilationem conce-
dat, vel proroget debitori, hoc dilationis tempus liberum eſ-
ſe ab vſuris, & eo quod intereſt, & acceſſionibus aliis, quæ

ptopter mpram non ſoluentium infliguntur. Id enim conſtat *ex d.l.lecta.ff ſi cert. pet.& d.l.8 §.illud de liber.leg.& aliis*, & oſtendi poteſt ex eo quod dicimus in obligationibus, & promiſſionibus tempus debitoris gratia adiectum cenſeri *ex l.eum qui de verb.oblig.l. quod quis eo ff.de oblig. & act. & l. cum tempus.17 de reg. iur* & tradit Surd.*in lib de alim. tit.1. q 42.n.50.* & Gabriel.*in conſ.57.n.1. lib.1.* idémque ſuaderi poteſt ex Synopſi Baſilicon *lib.23.*quæ extat apud Cuiac.*in l.ſi ita quis.135.de verb.oblig* cuius verba ſunt.*Cui enim ſoluendæ ſortis dilatio data eſt, vſuras non præſtat.* Nihil verò refert, an ab initio, vel ex interuallo dilatio concedatur.

33 Quod verum eſt in iis negotiis, in quibus æquiſſimum videtur vſuras præſtari, dum non ſoluitur, quod debetur, vt in terminis *l.curabit.C.de act.empt.* Nam ſi venditor concedat dilationem emptori ad ſoluendum pretium, non tenetur emptor vſuras pretij dependere, tametſi fructus rei interim percipiat, quia videtur venditor hoc ius fructuum remiſiſſe, vt docent Conarr. *variar.lib.3. cap 4.n 5* & alij paſſim, & tractatum eſt *q.27.n.21. & 30.* vt etiam in terminis *cap. ſalubriter.de vſur.* Si enim maritus dilationem dederit promiſſori dotis ad eam ſoluendã tempus dilationis immune erit ab vſuria, licet maritus onera matrimonij interim ſuſtineat, vt docet Surd. *in d q.42.n.50.& 51.* & nos alio loco diximus.

34 Quod tamen accipiendum eſt, niſi aliter inter partes actum ſit, quod duobus modis fieri poteſt. Et primùm quidem, cùm ab initio conuenit, vt dum dos, vel pretium rei non ſoluitur, præſtentur vſuræ, vt tractatum eſt *in d. q 27. & q 28.* quod etiam in pecuniis creditis iure ciuili receptum eſt, quo iure licuit ab initio ſtipulari vſuras, vt conſtat *ex d.l. lecta. l 4. in fin.de pact. l.24 ff. depoſ.* & aliis, & nunc etiam licitum eſſe diximus *quaſt.72. n 5.* non quaſi vſuras, ſed quia creditoris intereſſit.† Vel cùm agitur, vt niſi præſtituto tempore debitor ſol-
35 uerit, etiam medij temporis vſuras præſtare teneatur. Hoc enim caſu non ſoluta ad diem pecunia etiam præteriti temporis debentur vſuræ ex die ſtipulationis, vt definitum eſt *in d.l.lecta.in fin.& l.64 ff.de verb.oblig.* & hic Duarenus tradit, & Alciat.*num.4.*Cuiac.*in d.l.135* & Paul. Bellon.*de poteſt. eorum quæ incont lib.1. cap 194.num.12.* & conſtat etiam ex illo loco Synopſis apud Cuiacium, vbi id nominatim ſcriptum eſt. Cæterùm nomine vſurarum hic accipio id quod intereſt. Nam vſuras hodie prohibitas eſſe proximè dictum eſt. Ex quibus etiam multo magis verum eſſe videtur, quod dictum eſt eum, cui data eſt dilatio ad ſoluendum, huius temporis vſuras non debere. Et ſibi imputet creditor, qui ſibi non reſeruauit vſuras, ſeu id quod intereſt, poterat enim dilationi legem apertius dicere *l.veteribus. ff.de pact.l. quicquid. de verb. oblig. & l. Labeo. 2.ff. de contrah. empt.* denique ſtipulari id quod intereſt, donec pecunia redderetur, vel dilationem non concedere. Quod verò quærit Roderic *in d. quaſt. 9.* an ſublata actione principali acceſſiones etiam præteriti temporis, ſiue fructuum, ſiue vſurarum remiſſæ videantur, excedere videtur terminos quæſtionis, quæ propoſita eſt de dilatione à creditore conceſſa, quare id alio loco opportunius tractandum eſt.

QVÆSTIO LXXXVI.

An intereſſe alterius intereſſe debeatur.

SVMMARIA.

1 *Debitor poſt moram tenetur ad id quod creditoris intereſt.*
2 *Intereſſe præteritum eſt vice ſortis ex quibuſdam.*
3 *Nominis legatum vſuras continet.*
4 *Fructuum fructus debentur.*
5 *Socius tenetur ad intereſſe lucri quod in ſuos vſus conuertit.*
6 *Iudex debet adiudicare creditori id omne quod illius intereſt.*
7 *Acceſſionis non datur acceſſio.*
8 *Fructuum qui officio iudicis debentur, nullum debetur intereſſe.*
9 *Iacobi Menochij reſponſio quædam refellitur.*
10 *Terra fructus refert cum fœnore.*
11 *Vſuras vſurarum ſtipulari, & exigere non licuit.*
12 *Argumentum ab vſuris ad id quod intereſt; valet.*
13 *Intereſſe lucri ceſſantis pœna eſt.*
14 *Commoda commodorum peti non poſſunt.*
l.2.§.indemnitas.de admin.rer.ad ciuit.pert. *declaratur.*
15 *Cagnoli computatio immodica, nec reſpondet experientiæ.*
16 *Intereſſe alterius intereſſe admiſſo res in infinitum perduceretur, quod ius abhorret.*
17 *Iuſtinianus in taxando eo quod intereſt, in omnibus caſibus modum ſeruari iuſſit.*
Lucra proxima, & immediatè prouenientia admittenda ſunt, non longius accerſita.
18 *Hieronymi Cagnoli ſententia de intereſſe alterius intereſſe, iuri & æquitati naturali, & experientia contraria.*
19 *Mora non poteſt facere, vt intereſſe alterius intereſſe debeatur.*
20 *Pecunia fœneratoris ſolo capite interficit.*
21 *Sors ſubiectum eius quod intereſt.*
22 *Intereſſe non eſt ſors, ſed acceſſio ſortis.*
23 l.aurr.C de frumenr. vrb. Conſtant. *declaratur.*
24 *Actio redhibitoria venditionem in totum reſcindit.*
25 *Hæreditatis in petitione, veniunt partus partuum.*
26 *Lucrum ſocietatis ab aliis rebus communibus non diſtinguitur.*
27 *In æſtimatione eius quod intereſt, res in infinitum perduci non debet.*
28 *Hieronymi Cagnoli ſententia de intereſſe alterius intereſſe publicè pernicioſa.*
29 *Hartmanni Piſtor. de cambiis Francofurtenſibus ſententia.*
30 *Hæreditatis actione continentur fructus ante litem percepti.*
31 *Fructuũ ante petitam hæreditatem perceptorum debentur vſuræ, non eorum, qui poſt motam litem percipiuntur.*
32 *Penſiones rei locatæ non ſunt acceſſiones.*
33 *Penſionum poſt petitam hæreditatem perceptarum, vſuræ non debentur.*
34 *Fructuum vſuræ debentur, ſi venditi ſunt:*
Fructuum corpora non recipiunt vſuras.

QVAMVIS receptior ſentẽtia ſit intereſſe alterius intereſſe non deberi, nec peti poſſe, quia tamen contraria opinio multos doctiſſimos viros auctores habet, ſubiiciam argumenta eorum, qui contra ſentiunt, vt Cagnol.*in l.1.n.46.C.de ſenten.quæ pro eo.* Rot. Genuen. *in dec.68. num.16.* Villag.*de vſur. quaſt.18. concl 5.* Iacob.Betert. *conſ.25.* alij quidam, quos memorat Menoch.*de arbitr.caſ.179 n.18.* quam ſententiam etiam ſecutus eſt idem Menoch.*in conſ.1181.n.3.* Sigiſmund. Scace. *de commerc.§.7.gloſ.2.n.49.* Hieron.Leo.*dec.15.n.6.* & ex Theologis Salas *de vſur.dub.20.n.12.*

Prima igitur ratio eſt, quia in fine primi anni debitor non tantum eſt in mora ſoluendi ſortem, ſed etiam id quod creditoris intereſt, veluti ſeptem, vel octo vltra ſortem, ſi verè tantundem intereſt, ergo in ſequenti anno eorum quoque intereſſe æſtimandum eſt *l.vinum.ff.ſi cert. pet.l.2. in fin. de eo quod cert.loc.l.15.C.de act.empt.l.17.§.ſi pupillo ff.de vſur.* quibus conſtat debitores ob moram in ſolutione factam teneri ad id omne, quod intereſt. Cum ergo in fine primi anni ſors, & illa ſeptem, vel octo pro eo quod intereſt, æquè debeantur, & abſint creditori culpa debitoris, æquum eſt totius ſummæ intereſſe præſtari, ſiquidem illa ipſa ratio, quæ facit, vt ſortis intereſſe debeatur, ſuadet etiam, vt in ineunda ratione eius quod intereſt, lucrum æſtimandum ſit, quod ex lucro creditor facere potuiſſet, ſi ſors, & illa ſeptem, vel octo vltra ſortem illi reddita fuiſſent. Ita argumentatur Cagnol. & Menoch.*loc.cit.* Rota Genuenſ.*in d.dec.68.in fin.* 1

Secunda ratio eſt, quia illa ſeptem, vel octo, quæ lapſo primo anno verè creditoris intereſſunt, vice ſortis funguntur, vel fungi debent, illiúſque naturam induunt, & cenſentur ipſa ſors, vt ex ſententia quorundam, Baldi ſcilicet, Saliceti, Signoroli, Corſeti, iidem Cagnolus, & Menochius tradunt. Sed quando intereſſe vice ſortis fungitur, ex eo aliud intereſſe debetur *l.58.§.1.ff. de admin.tut. & aliis:* ergo in æſtimando 2

eo

eo quod creditoris intereſt, habenda eſt ratio illorum ſeptem,
3 vel octo, quæ debentur vltra ſortem. † Quæ ratio confirmatur à Roderico, quamuis nobiſcum ſentiat loco, quem citabimus, *ex l. nomen. 34. ff. de leg. 3. in princ.* ex qua conſtat legatum nominis vſuras etiam continere, & videri vniuerſam eius nominis obligationem legatam eſſe.

4 Tertia eſt ratio, quia fructus fructuum debentur, & peti poſſunt ex gloſ. *in l. cum autem. §. cum redhibetur. ff. de ædil. edict.* ergo & intereſſe, quod etiam fructuum appellatione continetur, vt ex Decio ſcribit Menoch. *in d. caſ. 119. n. 20.* Nam ſi vſuræ vicem fructuum obtinent *l. 34. ff. de vſur.* & ſunt veluti reditus pecuniæ *l. alumnæ. ff. de alim. leg.* multo magis id quod intereſt, eodem iure cenſeri debet.

5 Quarta ratio deducitur *ex l. ſocium 60. ff. pro ſoc.* qua cautum eſt *ſocium, qui in lucro reddendo moram adhibuit, vſuras quoque eum præſtare debere non quaſi vſuras, ſed quod ſocij intereſſit illum moram non adhibuiſſe.* Vt ergo ſocius qui in reddendo lucro moram facit, tenetur ſocio in id quod eius intereſt, ita prorſus debitor, qui in ſoluendo lucro primi anni moram adhibuit, lucrum quod ex illo creditor facere potuiſſet, refundere debet.

6 Denique Menochij, & aliorum ſententia videtur apertiſſimè probari *ex l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo.* qua conſtitutum eſt, *vt in caſibus, qui incerti eſſe videntur, iudices per ſuam ſubtilitatem requirant, vt hoc quod reuera inducitur damnum hoc reddatur.* cùm ergo creditor reuera amittat lucrum non ſolum ſortis, ſed etiam primi lucri, vt ſupponitur, conſequens eſt etiam huius lucri lucrum deberi, & licitè exigi poſſe.

Sed contraria ſententia nimirum intereſſe alterius intereſſe non deberi, eiúſque æſtimationem pro ſorte duntaxat faciendam eſſe, & pro modo, & ratione ſortis, pluribus placuit, & multis, validiſque argumentis probari poteſt.

7 Primò quia regula iuris ciuilis eſt acceſſionem acceſſionis non dari, quæ deducitur *ex l. vlt. C. de vſur. l. ſi non ſortem. in princ. ff. de condict. indeb. l. 2. §. ſi indemnitas ff. de adminiſ. rer. ad ciuit. pert. l. 15. & 18. ff. de vſur. l. vlt. de magiſtr. conuen.* Sed intereſſe de quo quæritur, eſt acceſſio, accedit enim ſorti, & ob moram in ea ſoluenda factam debetur, ergo illius alia acceſſio dari non poteſt. Quod argumentum, quod ego fortiſſimum puto, & innixum principiis iuris, auctores primæ ſententiæ diſſimulant excepto Cagnolo, qui reſpondit hoc primum intereſſe, quoad petentem acceſſionem non eſſe, ſed ſortem quod tamen Cagnolus probare non potuit, & ego poſt pauca oſtendam acceſſionem eſſe.

8 Secundo licet ex iure ciuili compertum ſit fructuum, & frugum mutuo datarum vſuras deberi, vt *in l. 12. & 23. C. de vſur. & l. 4. §. 1. ff. de pact. dot.* tamen cùm fructus acceſſorij ſunt, & officio iudicis reſtituendi, eorum vſuras præſtari non oportet, vt ait Paulus *in l. neque eorum. ff. de vſur.* & eleganter explicat Cuiac. *ad lib. 16. reſponſor. Pauli.* & Hotom. *lib. 1. de vſur. cap. 3.* Sed primum illud intereſſe venit acceſſoriè, & officio iudicis ob moram ſcilicet debitoris, vt manifeſtè probant *l. 8. & vlt. ff. de eo quod cert. loc. & l. 49. §. pretij. ff. de act. empt.* ergo illius intereſſe aliud intereſſe præſtare non oportet.

9 Verum reſpondit Menoch. *in d. caſ. 119. n. 24.* non eſſe ſimile, quia fructus naturâ ſuâ, & per ſe conſiderati, vt loquitur, alios fructus parere non poſſunt, aliud vero eſſe in pecunia, quæ adhibita hominis induſtria fructum, & vtilitatem parit. Sed hæc viri docti reſponſio per quam leuis eſt, quia fructibus, vt plurimùm ineſt vis quædam propagandi adhibita ſaltem hominis induſtria, vt eſt hordeum, triticum, milium & his ſimilia, & de tritico ſcribit Plinius nihil eſſe fertiliùs. Quod in pecunia non inuenitur, quæ natura ſua ſterilis eſt, neque poteſt referre fructus *l. 121. de verb. ſignif.* Denique ſi huius rei definitio petenda eſſet ex aptitudine rei, ſanè multo magis fructibus id congruit, qui ferè omnes vt dixi vim
10 gignendi, & propagandi habent, ſi terræ condantur. † Vnde Cicero quodam loco ait terram fruges, & fructus reddere cum fœnore, & tamen conſtitutum eſt eorum vſuras non deberi, cùm iudicis officio reſtituēdi ſint; vel quod negari non poteſt, non minus ſaltem fructus apti ſunt ad vtilitatem referendam quàm pecunia. Vt enim vir diligens, & induſtrius poteſt ex pecunia negotiando lucrum conſequi, ita ex fructibus id poteſt, vt conſtat apertiſſimè *ex l. 23. §. cum per venditorem. ff. de act. empt.* illis verbis *neque enim ſi potuit ex vino negotiari, & lucrum facere, id æſtimandum eſt* quamobrem reuulſa reſponſione Menochij firma eſt ratio, quam ſecundo loco adduximus.

Tertio vſuras vſurarum ſtipulari, & exigere non licet *l.* 11
placuit. ff. de vſur. l. 26. §. ſupra duplum. ff. de cond. indeb. l. vlt. C. de vſur. & l. 3. C. de vſur. rei iudic. & aliis locis plurimis: & Harmenop. *lib. 3. tit. 7. § 3.* ergo nec intereſſe alterius intereſſe peti poteſt.

Reſpondent iidem Cagnol. & Menoch. *loc. cit.* id in vſuria conſtitutum eſſe, quæ ab eo quod intereſt longè differt: nam vſura odioſa eſt, & illicita, & merum lucrum creditoris, cui nihil abeſt, intereſſe verè non odioſum eſt, ſed fauorabile, & omni iure licitum, & reſpicit vtilitatem, quæ prouenire poterat ex pecunia debita, & retenta, adhibita tamen induſtria creditoris. † Sed hæc reſponſio vim noſtræ argumentationis 12
non tollit, quia licet verum ſit vſuram, quæ eſt merū lucrum creditoris, differre ab eo quod intereſt, tamen cùm iure ciuili prohibitum ſit vſuras vſurarum capere, tametſi eo iure licitæ viderentur intra legitimum modum, id ſanè argumento eſt neque intereſſe alterius intereſſe peti poſſe, quia valet argumentum ab vſuris ad id quod intereſt, vt obſeruant Cuiac. *in d. l. 1. col. 5. C. de ſent. quæ pro eo.* Trentacinq. *variar. reſol. lib. 1. tit. de intereſſ. cap. 1. n. 38.* Hieron. de Laurent. *dec. 188. n. 5.* Marc. Anton. de Amat. *in dec. 142. n. 5.* & in terminis huius quæſtionis Ruin. *in conſ. 15. in fin. l. 2.* & Rouit. *in dec. 9. n. 15.* † Neque 13
verum eſt, quod Menochius ait intereſſe lucri ceſſantis eſſe fauorabile, quia conſtat potius pœnam eſſe reſpectu debitoris, vt indicant ſatis *d. l. vlt. ff. de eo quod cert. loc. l. traiectitia ff. de oblig. & act. & d. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo.* vbi id, quod intereſt pœna dicitur, vt obſeruat Berengar. *in d. l. vn. n. 275.* Plant. *in verb. in omnibus caſibus. n. 22.* & Cuiacius *in d. l. vlt.* quia inquit moræ coërcitio eſt: conſtat autem pœnas odioſas eſſe, & reſtringendas *l. factum. de reg. iur. l. interpretatione 42. ff. de pœn.* & quod noſtræ ſententiæ etiam argumentum eſt, pœnarum vſuras, & intereſſe non deberi *l. vlt. ff. de magiſtr. conuen. l. 1. C. de fisc. vſur.* Ruin. *conſ. 55. n. 17. l. 1.* Hieron. de Laurent. *cit. dec. 188. n. 6.* Roderic. *de ann. redit. lib. 1. q. 14. n. 3.* Molfeſ. *de contract. cap. 23. n. 37.* vbi refert ita fuiſſe iudicatum, & Ferrer. *ad conſtit. Cathal. ſolut. matrim. par. 3. declar. 12. n. 48.*

Quarto noſtra ſententia manifeſtè probari videtur *ex d. l.* 14
2. § ſi indemnitas. ff. de admin. rer. quæ definit, cum de indemnitate Reipublicæ agitur ob conuerſam in alios vſus frumentariam pecuniam, modum in computatione adhibendum eſſe, ne commoda commodorum incrementum faciant, id eſt, ne ex lucro quod reſpublica ex illa pecunia facere potuiſſet, ſi in vſum, in quem data fuerat, verſa fuiſſet, aliud lucrum percipiat. Et licet eodem loco Vlpianus ſtatuat vſuras vſurarum ex ea pecunia non deberi, non ideo tamen hic locus de vſuris tantum accipiendus eſt, quia ſiue agatur de vſuris, ſiue de lucro, quod Ciuitas amiſit ob interceptam frumentariam pecuniam, definit modum adhibere oportere, ne debitor lucrum lucri, & vſuras vſurarum præſtare cogatur. Et hunc iuris locum de ſolis vſuris accipiendum non eſſe ex eo colligitur, quia ibi de indemnitate Ciuitatis agitur, & de computatione, quæ fit, vt ciuitas ex hac cauſa nullum detrimētum patiatur, quod à ratione vſuræ alienum eſt, quæ eſt merum lucrum creditoris ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, vt Menochius fatetur. Reiicitur ergo hoc loco immodica computatio, ſiue illa lucri ceſſantis ſit, ſiue vſurarum, & definitum eſt, ne commodorum commoda & vſuræ vſurarum in rationibus rei frumentariæ computentur: quod multo magis in aliis negotiis obſeruandum eſt.

Quinto experientia rerum magiſtra ſatis oſtendit immodi- 15
cam eſſe illam Cagnoli computationem, quam tradit *n. 47.* cum non ſemper lucrum ex negotiationibus ſequatur: imo ſæpe damnum mercatores incurrunt vel naufragio, vel furto, vel quo alio caſu *l. cum duobus. § 2. § quidam.* illis verbis, *in latrones incidit, ſuámque pecuniam perdidit & l. ſocium 60. ff pro ſoc. l. 1. ff. ad l. Rhod. de iact.* & vix eſt, vt vno, & perpetuo tenore mercatorum negotiationes ita feliciter cadant, vt continuè, & ſine vlla viciſſitudine lucrum ex lucro proueniat. Neque videmus eos repentè diteſcere, & omnes, & ſemper. Quod profecto fieret, ſi ſecundum Cagnoli computationem lucrum

lucro accederet. Experimentis ergo rerum cognoſcimus illam reiiciendam eſſe.

16 Denique admiſſa contraria ſententia res in infinitum procederet, quod iura etiam in hac ſpecie non permittunt, vt ait Bologn. *in d.l.1.C.de ſent quæ pro eo num.*123.id confirmans *ex l.Neratius.§.ſi ſeruo ff.de ſer.corr.*quæ fortaſſe hoc non probat,ſed probatur apertiſſimè *ex ead.l.1.C.de ſent.quæ pro eo.*illis ſcilicet verbis. *Et non ex quibuſdam machinationibus, & immodicis peruerſionibus in circuitus inextricabiles redigatur, ne dum in infinitum computatio reducitur pro ſua impoſſibilitate cadat: cum ſciamus eſſe naturæ congruum, eas tantummodò pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur,vel à legibus certo fine concluſæ ſtatuuntur.*

Sed reſpondet Menoch. *n.*23. computationem in infinitum progredi,quando non conſtat de damno, vel lucro creditoris, aliud vero eſſe, quando de illo apparet, tunc enim quantumcunque eſt, præſtari debet, idque oſtendere verba illa conſtitutionis,*in illis autem caſibus, qui incerti eſſe videntur, iudices requirere, vt hoc quod reuera inducitur damnum, hoc red-*
17 *datur.* † Sed obſeruandum eſt hic Iuſtinianũ in negotiis certis,& quæ certam quantitatem,& naturam habent,definire id quod intereſt,& coarctare ad duplum. In caſibus vero incertis taxationem quidem permittere iudici, ita vt mihi obſtrictus legi vel taxationi poſſit æſtimare id omne quod intereſt, quia incertæ rei certa regula conſtitui non poteſt: in omnibus autem caſibus Iuſtinianum iubere modum ſeruari, quia, vt ſubiicit,eſt naturæ congruum,ne computatio in infinitum perducatur, ſed cum competenti moderamine fiat: & congruum naturæ idem eſt ac naturali æquitati, quæ vt notat Theodorus Græcus interpres,& Cuiacius *ad d.l.in fin.*moderationem deſiderat. Quamobrem ſiue certus,ſiue incertus caſus ſit,ſemper cauendum eſt,ne res longius perducatur,& ne immodica,& immanis computatio fiat: denique ne commoda commodorum incrementum faciant,vt Vlpianus *ait in l.2.de admin.rer. ad ciuit. pert.* Sed tantùm ſpectanda ſunt immediata, & proxima, & non ſecundaria, & longe quæſita, & aduentitia lucra,vt docet idem Cuiac.*loc.cit.*Munnez.*de ratiocin.cap.*15.*n.*14. Maſtrill.*in dec.*60.*n.*5. Gabriel. *lib.*3.*tit.de ſolut.concl.*10.*n.*5. Roderic. *lib.*3. *quæſt.*5. *n.*28. & alij, quos recenſui *quæſt.*90.*n.*87.

18 Ex quibus ni fallor manifeſtè apparet Cagnoli, & Menochij ſententiam iuri,& experimentis rerum,& naturali æquitati repugnare, & proinde hanc ſecundam opinionem retinendam eſſe,quæ conuenit cum iure ciuili,& congruit naturali æquitati,& placuit pluribus. Hanc enim ſecuti ſunt Dec. *in c.cum venerab.n.*65.*de except.*Benuen.Stracc.*de mercat. tit. de contract.n.*7.*l.*1.Ioann.Bapt.Lup. *de vſur.comm.*1.§.6.*n.*20. Bologn.*in d.l.*1.*n.*123.& Camil.Plaut.*in pr.d.l.n.*43. vbi ait contrariam ſententiam impiam eſſe:*ex verſ.etiam ex lucro.n.*37.*&* 43.Rebuff.*ad eand.in gloſ.dupli.n.*2.Petr.Greg.*de vſur.lib.*2.*c.*4. *n.*13. VVeſemb.*conſ.*72.*n.*5.*lib.*2. Fab. de Ann. *in conſ.*48. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem Roderic. *de ann. redit. lib.*3.*quæſt.*7.*n.*27.Morot.*conſ.*65. *n.*30. Trentac. *de reſ.*1.*n.*38. Felic. *de ſociet.cap.*24.*n.*61.Peregrin. *de iur. fiſc.lib.*6.*tit.*7.*n.*30. *& conſ.*85.*n.*18.*lib.*3.Honded.*in conſ.*50. *n.*28. Rota Auenion. *in d.dec.*188.*n.*5.Marc.Anton.de Amat.*dec.*142.*n.*7. Molfeſ.*de contract.cap.*7.*n.*113. Gratian. *diſcept.Forenſ.lib.*5.*cap.*987. *n.*2. Alphonſ. Narbon. *ad leges Hiſpan. lib.* 5. *tit.*18. *lib.*13. *gloſ.*2. *num.* 32. vbi refert hanc ſententiam lege Regia confirmatam eſſe. Idem ſentiunt Mart.Medic.*exam.*7.*num.*81.Giurb.*in dec.*24.*n.*14. Cenc. *de cenſib.quæſt.* 33. *n.*7. *&* 8. *ſecundum impreſſ.Taurin.* Ludouic.Bell. Auenion.*in conſ.*228. *n.*18 & Gait. *de cred.cap.*2. *num.*1487. & ita iudicare conſilium Neapolitanum refert Vincent. de Franch. *in dec.*254 *n.*14. & hanc ſententiam paſſim ſequi Senatum Taurinenſem teſtatur Præſes Bellonus præceptor meus *in conſ.*25. *n.* 7. ita vt Cagnolo vix credendum ſit, qui ſcribit contrarium ſæpe Senatum iudicaſſe: vt etiam Menochio, qui aſſerit contrariam opinionem magis receptam eſſe. Et notandum etiam eſt, quod de ſacro conſilio refert Vincent. de Franch. *loc. cit. ſed tamen;* inquit, *ſemper iudicauimus huiuſmodi intereſſe non deberi, & ſic in dies abſque difficultate facimus.* Denique ab hac ſententia nullum bonum Iuriſconſultum recedere nouiſſimè ſcribit Merend. *de camb.nundin.cap.*3.*n.*80.

Et hac opinione retenta, quæ communi praxi vbique re- 19
cepta eſt, non obſtant argumenta contrariæ ſententiæ. Et primo nihil mouet primum argumentum debitorem ſcilicet lapſo primo anno tam eſſe in mora ſoluendæ ſortis,quàm lucri, & ideo procedente mora lucrum vtriuſque id eſt tam ſortis, quam lucri refundere debere, quia reſpondeo moram operari vt debitor teneatur ad id quod intereſt pro modo,& ratione ſortis *l.ſi pro mutua. C.ſi cert.pet. l.*26.*in pr. ff.de cond. indeb.l.*1.*de in lit. iuran.& d.l.*8. *& vlt. de eo quod cert. loc.* non autem efficere poteſt,vt eius quod intereſt quod incertum eſt, aliud intereſſe debeatur. Hoc enim nullibi conſtitutum eſt, & repugnat regula iuris, quæ vetat acceſſionis acceſſionem dari,& commoda commodorum incrementum facere,vt di-
ctum eſt, & proinde non eſt eadem vtriuſque ratio. † Et vt 20
pecunia fœneratoris ſolo capite interficit, & ſaluo capite, quamuis reliqua eius pars attrita fuerit, ſerpit adhuc,& parit vſuras,vt dicebat D.Ambroſ. *in lib. de Tob. cap.*12. & quidam, neque enim poſt virum Sanctum illum nominare auſim, *de vſur.lib.*1.*cap.*3.vbi ait ſortis vſum eſſe veluti fontem, & radicem vſurarum: ita pecunia creditoris ſola ſorte parit id quod intereſt, ſi forte eius interfuit ſibi moram non fieri,
vt dictum eſt.† Quod etiam demonſtrari poteſt, quia ſoluta 21
ſorte non tantum vſuræ currere deſinunt in futurum, vt tradit Borcholt. *de vſur. cap.vlt. num.*2. *&* 4. vbi ait id etiam de acceptilatione ſortis accipiendum eſſe,ſed etiam nulla ſupereſt creditori petitio pro intereſſe præteriti temporis, vt conſtat *ex d.l.*49. *§.pretij. ff.de act.empt. & l. vlt. ff de eo quod cert. loc.* & inter alios tradit Duaren. *ad hunc tit. cap.*4. *in fin.* Coſta *de ration. rat. quæſt.*124. *n.*18. & qui varios caſus diſtinguit Mart.Medic. *inter ſuas dec. exam.* 8. & nos diximus *q.*9. vnde patet ſolam ſortem eſſe ſubiectum, ex quo accedente mora intereſſe prouenire poteſt.

Ad ſecundum reſpondeo falſum eſſe lucrum primi anni, 22
quod amiſit creditor, ſortem eſſe, & ſortis naturam aſſumere, quia veriùs eſt accedere ſorti, & acceſſionem eſſe,eamque extrinſecam,vt oſtendit ſatis *d.l.vlt.de eo quod cert.loc.* vbi nominatim ex pecunia, quæ pro eo quod intereſt à iudice infligitur,ſortem excedere,& accedere dicitur:& indicat etiam *l. ſi ſterilis. §.cum per venditorem. ff.de act. empt.* ex qua conſtat lucrum, & compendium negotiationis, quod ſcilicet creditor negotiando facere potuit, circa ipſam rem non conſiſtere, ſed eſſe extra rem, & extrinſecus aduenire. Denique cum in hac ſpecie, certa pecuniæ quantitas ab initio debeatur, & deinde debitoris augeatur obligatio ob eius moram, & ex eo, quod fortè creditoris interſit pecuniam ſua die ſolutam fuiſſe, vel loco conuento, quæ ſunt extra rem, & ex accidenti, ſanè fatendum eſt illud omne, quod debitum auget, & additur ſorti, accedere,& eius acceſſionem eſ-
ſe. † Neque huic tractatui congruit, quod ex Bartolo, & 23
Corſeto obiicitur lucrum ſcilicet aſſumere naturam capitalis, *vt in l. auri. C. de frum.Vrb. Conſtant.*quia hoc verum eſt, quoties verè illud lucrum, & corpus illius lucri ad manus alicuius peruenit, quia hoc caſu vnus, & idem aceruus, & cumulus efficitur: & ſi quid hoc modo accreuerit eodem iure cenſetur,& eandem induit naturam, vt ſatis indicat *d.l. auri.* qua cauetur, ne adminiſtratores pecuniam frumentariam in alios vſus conuertant, & ſi quid etiam ex ea lucri fecerint. In hac ſpecie, quia lucrum illud ad manus curatoris peruenit, capitale eſt, & capitalis vice fungitur, & proinde poteſt parere id quod intereſt, vt aduerſus tutores definitum eſt *in l.*7. §.12. *& l.*58. §.1. *&* §. *vlt. ff.de admin. tut.* & aduerſus procuratores *in l.*10.*§.ſi procurator. ff.mand.*& alios, vt *proxima quæſt.* dicam. Alia eſt ratio eius quod intereſt,quia non debetur ex eo quod ad debitorem peruenit, ſed ob eius moram, & quia tantundem creditoris intereſt ob culpam non ſoluentis, *vt in d.l.*17.*§.ſi pupillo. ff.de vſur. l.*3. *ff.de in lit. iuran.& aliis.*

Tertium quoque argumentum, quod Menochius ducit *ex* 24
*gloſ.in l.cum autem. §.cum redhibetur. ff de ædil.edict.*noſtræ diſputationi accommodari non poteſt. Nam cum redhibetur, & repoſcitur res, quæ natura ſua parit fructus,vt ſunt oues, & id genus, emptor fructus fructuum, & quicquid ex re vendita conſecutus eſt, reſtituere cogitur. Actio enim redhibitoria venditionem in totum reſcindit, reddita re vendita

cum acceſſionibus omnibus, & recepto pretio, cæteriſque omnibus reſtitutis in integrum, ita vt reſoluto contractu vterque nihil amplius conſequatur, quam haberet, ſi venditio facta non fuiſſet, vt definitum eſt *in d.l.cum autem*, §.1. & *l.quod ſi nolit*, §.*reſtitui*, *ff.de ædil.edict.* Oldendorp. *de act.claſſ.*4.
25 *act.*2. §.7. † Vt etiam in petitione hæreditatis receptum eſt, in qua ſi oues natæ ſunt, deinde ex his aliæ, omnes reſtitui debent à poſſeſſore, quia partus pecudum, & partus partuum augent hæreditatem, quam poſſeſſor reſtituere debet *l.* 26. & 27. *ff.de pet. hered.* ſed hæc diſſimilia ſunt, quia emptor, & poſſeſſor hæreditatis alienæ fructus fructuum ex rebus alienis perceperunt, & ideo nihil mirum, ſi hæc omnia reſtituenda ſint: ſed pecunia, quæ debetur, ſterilis eſt, & nihil præter ipſam ſortem ad debitorem peruenit. Nec enim ex eo, quod creditor damnum ſentiat, vel lucrum amittat, augetur quantitas, quam debitor habuit, & retinet, quamuis augeatur eius obligatio: & proinde hæc diuerſa ſunt, & diuerſam rationem habent; ex quibus non infertur *l.Papin.ff. de minor.*

26 Similiter nihil mouere debet, quod deducitur *ex l. ſocium*, 60 *ff.pro ſoc.* quia lucrum ſocietatis non debetur ex mora debitoris, neque illius obligatio fluit ab alia obligatione, ſed petitur æquè principaliter ex contractu ſocietatis, & actione pro ſocio, ſicut quælibet alia res communis: neque diſtinguitur ab aliis rebus ſocietatis, ſed inter eius corpora, & iura numeratur. At intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis petitur ob moram factam in ſolutione ſortis, & ſic acceſſoriè tantum, & iudicis officio, ideo non currit intereſſe alterius intereſſe etiam poſt moram, ne detur acceſſionis acceſſio. Ita egregiè Ruin. *in d.conſ.*55.*n.*18. vbi ait putare hoc veriſſimum, & non habere probabile dubium. Ita enim reſpondent Crauet. *in conſ.*433. *n.*30. & 31. Trentac. *loc.cit. n.*21. Roder. *d. quæſt.*7. *n.*28. Felic. *de ſociet. cap.*25. *n.*61. & Ludouic.Bell. *in d.conſ.* 228. *n.* 19. & iuuant quæ proximè dicta ſunt de lucro quod curator facit ex frumento publico, vt ſit eiuſdem iuris, & naturæ cum pecunia, quæ initio ad comparationem frumenti data eſt.

27 Denique nihil obſtat *d.l.*1.*C.de ſent.quæ pro eo*, quia hic potius immodica illa Cagnoli, & aliorum computatio damnatur, ſiquidem hac conſtitutione cautum eſt iudicem non debere metiri id quod intereſt ex quibuſdam machinationibus partium, & immodicis argutiis ad augendum id quod intereſt: neque admittere debere circuitus inextricabiles, ne res in infinitum perducatur, & debitores impoſſibili acceſſionum veluti mole opprimantur, quod admiſſa contraria ſententia ſequi auctores eius non negant, nec negari poteſt. Et Cagnolus teſtis eſt in illis cauſis, in quibus iudicatum refert intereſſe alterius intereſſe deberi, vix executionem rei iudicatæ obtineri potuiſſe, quod ne contingeret, voluit Iuſtinianus iudices hac in re modum adhibere, *ne dum*, inquit, *in infinitum computatio reducitur, pro ſua imbecillitate cadat.* Denique fatetur ſententiam ſuam rigidam eſſe, & cum ſibi, & alij magno viro, vt ait, cauſa à Principe commiſſa fuiſſet, concordes conueniſſe rem ad mediocritatem perducere, & ita exemplo ſuo alios admonet, ne eius ſententiam in foro ſequantur.

28 His omnibus addendum eſt Cagnoli, & Menochij ſententiam publicè pernicioſam eſſe, tum quia intereſt reipublicæ, ne negotia intermittantur, quod profectò, fieret, ſi tam immodica computatio permittatur, quia mercatores mallent ſuas pecunias credere alicui viro locupleti, & nummis indigenti, quam ex illis merces comparare. Cur enim maris, & latronum, & piratarum pericula ſubeant, ſi poſſunt domi deſides tam ingentem quæſtum facere, & breui tempore diteſcere? Atqui iniquum videtur creditorem ſine periculo, & labore plus ex mutuo conſequi, quam vir induſtrius, & diligens ex induſtria per tot maris, & terræ diſcrimina conſequatur.

29 † Atque etiam, quia ex contrario ſi fortè neceſſitate preſſi mercatores pecunias mutuo ab aliis accipiunt, vel merces emunt fide habita de pretio, ſi forte ſua die ſoluere non poſſunt, admiſſo hoc anarociſmo non tantum pecuniis, quæ mercaturæ nerui ſunt, ſed & bonis omnibus breui tempore ſpoliantur, & foro cedere coguntur, haud aliter quam hi, qui cambio pecunias accipiunt, vt aduerſus cambia Francofurtenſia grauiter ſcribit Hartman.Piſtor.*lib.*3.*q.*11.*n.*37.vbi ait hoc genus ſeu deterrimam peſtem à republica penitus exterminandam, & grauiſſimis pœnis coërcendam.

Præterea hæc quæ diximus confirmari poſſunt *ex l.heres*, 30
14. *ff. de pet. hered.* in qua Papinianus definit fructuum ante actionem hæreditatis illatam perceptorum vſuras deberi, quia ſcilicet hæreditatem augent, & ſunt pars, & portio hæreditatis, & continentur petitione hæreditatis, quæ eſt bonæ fidei §. *actionum*, *Inſtit.de act.* vnde cum non ſint acceſſiones, nihil mirum eſt, ſi eorum vſuræ deberentur ex iure ciuili; eorum autem qui poſt litem motam percipiuntur, vſuras non præſtari, quia non intelliguntur petiti iure actionis, ſed officio iudicis reſtitui debent, vt idem Papinianus ait *eod. loco*, & *in l. neque* 15. *ff. de vſur.* & notat Caſtrenſ. *in d. l. heres*, *verſ. alij aſſignant.* & Florian. *ibid.* Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 10. *n.*19. Lingleſ. *dec.*3. *quæſt.*3. *n.*5. Hotoman. *in diſp. de vſur. cap.*5. Donell. *eod. lib. circa fin.* & Cuiac. *in d. l.heres*,
§. *fructuum*, *ad Papin.* † Nam inquit, *ſi fructus percepti poſt* 31
petitam hæreditatem non auxerunt hæreditatem, ſequitur non fuiſſe deductos in petitionem hæreditatis, ſed veniſſe in iudicium officio iudicis, *etiam ait d. l. neque*, *ff. de vſur. eius autem quod iudicis officio accedit, alia acceſſio nulla eſſe poteſt, acceſſionis acceſſio non eſt, ne ſint infinitæ præſtationes. Denique vſura vſuræ, compendium compendij, commodium commodi non eſt*, vt ait l.2.§. indemnitas, ff. de admin. rer. ad ciuit. pert. *& conſtat ex multis aliis. Ita fructuum, qui vice acceſſionis officio iudicis veniunt, alia acceſſio veluti vſura, & quaſi fructuum fructus eſſe non poteſt.* Et poſt pauca. *Denique fructus percepti ante petitam hæreditatem petita hæreditate petiti intelliguntur, tanquam pars hæreditatis, & res principalis, & ideo facile accipiunt acceſſionem vſurarum. At fructus percepti poſt petitam hæreditatem, non intelliguntur petiti actione hæreditatis, itaque accedunt hæreditati officio iudicis, ex ex quo ſequitur huius acceſſionis acceſſionem non eſſe.* Quæ hic addere operæpretium fuit, quia auctoritate Cuiacij, id eſt auctoris grauiſſimi confirmatur id quod paulo ante aduerſus Cagnolum, & alios conſtitutum eſt eius quod intereſt aliud intereſſe non dari, neque recipiendum eſſe. Neque eſt diuerſum, ſi ex conuentione, & ſtipulatione debeatur, vt oſtendi *quæſt. ſeq. num.*14.

Sed obiici poteſt penſionem domorum, & aliorum præ- 32
diorum, quæ locantur, vſuras deberi *l.*2. & 17. *C. loc.* & *l. cum quidam*, §. 4. *ff. de vſur.* & tamen penſiones acceſſiones ſunt *l. vlt. C. de pet. hered.* & *l. merces*, *ff. eod. tit.* verum reſpondeo id obtinere in actione locati, cum ſcilicet actione locati agitur aduerſus conductorem, qui penſionem non ſoluit, vel hæredes eius. Hoc enim caſu penſio ipſa ſors eſt & proinde ex iure ciuili, ſi in ea præſtanda conductor moram fecerit, vſuræ penſionis vtpote ipſius ſortis veniunt poſt moram, vt in aliis contractibus bonæ fidei, quos certum eſt poſt moram vſuras admittere *l.*31. §.*in bonæ fidei*, *ff. de vſur. l.*2. *C.depoſ. l.*17. *C. loc.* Hotoman. *de vſur. lib.*1. *c.*3. *verſ. ſed fortaſſe*, & Griuell. *dec.* 103. *n.* 11. & nunc poſt moram venit id quod intereſt *l.* 3. *ff. de in lit. iuran* & *l.*1. *C. de ſent. quæ pro eo*, quæ nominatim loquitur in locationibus, & aliis auctoribus relatis diximus *q.* 36. *n.* 6. & ita nuper cenſuit Senatus pro D. Petro Capello referente D. de Vercellis
Senatore doctiſſimo, & integerrimo. † Diuerſum eſt, cum 33
verus hæres repetit hæreditatem à falſo hærede, quia hoc caſu poſt motam litem penſionum prædiorum, quæ in hæreditate ſunt, vſuræ non debentur non magis quàm fructuum, quia & penſiones in fructibus numerantur *l.*19. *ff. de vſur.* & inter legitima augmenta *in d. l. vlt. Cod. de pet. hered.* & ita docet Hotoman. *loc. cit.* Ex quibus multo magis palam eſt in iure ciuili acceſſionis acceſſionem non eſſe. Quod multo magis apparebit ex his quæ *ſequenti quæſtione* tractan-
da ſunt. † Et hoc vnum tantum admoneo, quod dixi *n.* 30. 34
& 31. fructuum vſuras, qui ante motam controuerſiam hæreditatis à poſſeſſore perceptæ ſunt, reſtituendas eſſe, intelligendum eſſe de fructibus venditis, & in pecuniam redactis, vt *in l.* 4. *ff. de pact. dotal.* & *l.* 8. *ff. de his quæ vt indig. aufer.* & tradunt Caſtrenſ. & Cuiac. *in d. l. heres*, qui ait corpora ipſa fructuum in iudiciis non recipere vſuras, ſed pretia tantum, & ſortem, quod nos diximus *quæſt.* 1. *num.* 5. & 6. & Donell. *loc. cit.*

QVÆSTIO LXXXVII.

De exceptionibus, in quibus intereſſe alterius intereſſe exigi poteſt.

SVMMARIA.

1 *Intereſſe quod fungitur vice ſortis, aliud intereſſe recipere poteſt.*
2 *Intereſſe quando fungatur vice ſortis.*
3 *Tutor tenetur ad intereſſe eius quod exegit.*
4 *Fructus, & vſuræ ante nuptias percepti augent dotem.*
Et eorum vſuræ debentur poſt moram.
5 *Procurator, qui ſortem cum vſuris exigit, ad earum quoque vſuras tenetur.*
6 *Adminiſtratores ciuitatum ad vſurarum exactarum vſuras tenentur.*
7 *Depoſitarius apud quem ſors cum vſuris depoſita eſt, ad intereſſe totius ſummæ tenetur poſt moram.*
8 *Socius vſuras lucri præſtat poſt moram.*
9 *Curatores annonæ publicæ tenentur ad intereſſe lucri, quod ſuis vſibus retinent.*
10 *Hæreditatis in petitione fructuum antè perceptorum vſuræ debentur.*
11 *Soluens pro alio ſortem cum vſuris, etiam pro vſuris agere poteſt ad intereſſe.*
12 *Edictum Sereniſſ. Ducis Sabaudiæ declaratur.*
13 *Intereſſe à iudice vel partibus taxatum, an aliud intereſſe parere poſſit.*
14 *Intereſſe liquidatum ſors non efficitur.*
15 *Pœnarum non debetur intereſſe licet in ſortem redacta ſint.*
16 *Carolus Eman. Dux Sabaudiæ Nicienſibus reſcripſit, ne intereſſe alterius intereſſe in ſortem redacti capere liceret.*
17 *In Germania, & Gallia in concurſu creditores ſola ſorte contenti eſſe coguntur.*
18 *Lucrum ſocietatis non eſt acceſſio, ſed pars ſocietatis.*
19 *Nouatione prior oblatio tollitur: & totius ſummæ intereſſe debetur.*
20 *Niſi in fraudem vſurarum id factum ſit.*
21 *Nouatio pactis impediri poteſt.*
Nouatio non fit, cum ceſſionarius ſit procurator in rem ſuam ad exigendum.
22 *Creditor ſecundus ſoluens priori ſortem cum vſuris non poteſt vſurarum vſuras exigere.*
23 *Intereſſe quanti plurimi an aliud intereſſe debeatur.*
Antonij Fabri ſententia, & diſtinctio.
24 *Quæ auctori non placet.*
25 *Fur ſemper moram facere videtur.*
Furis cauſa odioſa.
26 *Intereſſe alterius intereſſe non debetur etiam in locis, vbi intereſſe lucri ceſſantis mercatoribus adiudicari ſolet.*
27 *Alex.conſ.*8 *lib.*6.*declaratur.*
28 *Quod à Carolo Molinæo reiicitur.*
29 *Intereſſe alterius intereſſe non debetur, quamuis debitor illud exegerit.*
30 *In taxatione eius quod intereſt inſpicitur perſona creditoris.*
31 L.curabit.Cod.de act.empt. *æquitas, & ratio.*
32 *Damnum damni quatenus debeatur.*
33 *Damni emergentis intereſſe eſt extra rem.*
34 *Tutor an teneatur ad vſuras vſurarum.*
Ludouici Belli hac de re ſententia.
35 *Ciuitates non poſſunt intereſſe alterius intereſſe exigere.*
Ciuitates vtuntur iure minorum.
36 *Gaſp. Roderici de eadem re ſententia.*
37 *Tutor fructuum, & vſurarum exactarum vſuras præſtare cogitur.*
38 *Auenionenſe ſtatutum.*
39 *Quod declaratur multis modis.*
40 *Modicæ ſummæ intereſſe non debetur.*

QVod proxima præcedenti quæſtione dictum 1
eſt intereſſe alterius intereſſe non deberi, vtiliter declarandum eſt, vt non habeat locum, quando intereſſe ſeu vſuræ funguntur vice ſortis. Nam eodem iure cenſetur, quo ſors, & ex eo non minus intereſſe debetur, vt docent Trentacinq. *lib*1.. *cap.de inter. num.*21. Roderic. *de ann. redit. lib.*3. *quæſt.*7. *n.*28. Fabius de Ann. *in conſ.*48.*n.*25.Franciſc.Grimaud.*de contract. pign.lib.*1.*cap.*4.*in fin.*Milan.*in dec.*8.*n.*351.*lib.*1. Scipio Rouit. *in dec.*9.*n.*17.*&* 18.& Anton.Faber.*de erroribus pragmat. Decad.* 20.*cap.*1.*n.*7.† Dicuntur vero vſuræ,ſeu id quod intereſt, vi- 2
cem ſortis obtinere, cum quis nomine alterius ſortem cum vſuris, vel eo quod intereſt exegit, vel ſoluit, tunc enim quoad eum qui ſoluit,vel accepit,ſortis loco ſunt,& efficiunt ſortem *l.*58.§.1.*ff.de admin.tut.* illis verbis *cum id quod ab alio debitore nomine vſurarum cum ſorte datur ei qui accepit,totum ſortis vice fungitur,vel fungi debet.*

Huius rei exempla ſunt plurima in iure ciuili.Primum eſt 3
in tutore, & curatore, qui pecuniam pupillo debitam cum vſuris, ſeu intereſſe exegit, & in ea pecunia male officio ſuo functus eſt,veluti ſi in proprios vſus conuertit.Nam & intereſſe exacti intereſſe præſtare cogitur *d.l.*58.§.1.*& vlt.& l.tutor.*7.§.*ſi vſuras.ff.de admin.tut.* vbi Vlpianus ait, *parui referre vtrum ſortem pupillarem,an vſuras in vſus ſuos tutor conuerterit.* & ita notant Grimaud.& Faber *loc.cit.* & Roderic. *d.quæſt.*7. *n.*28.Montan.*de tut.& curat.cap.*32.*n.*177.& ante illos Bart.*in d.l.*58. Idémque dicendum puto ſi tutor, vel curator reditus annuos exegiſſet. Nam ſi in illis malè verſatus ſit,æquum eſt teneatur pupillo ad id quod intereſt *ex d.l.tutor.*& aliis citatis *& l.tutores. C.eod.*

Idem iuris eſſe puto in marito, cui nomen debitoris cum 4
vſuris præteritis ante nuptias in dotem datum eſt. Has enim vſuras dotem augere,& dotem fieri certiſſimum eſt,vt etiam fructus ante nuptias percepti *l.*7.§.1.*& l.cum poſt.*60.§.*mulier. l.*77.*ff.de iur.dot.l.ſi ante.*6.*ff.ſol.matrim.* proinde ſoluto matrimonio huiuſmodi vſuræ,& fructus reſtituendi ſunt,& vicem ſortis obtinent *l.*4.§.1.*ff.de pact. dotal.* & conſequenter poſt moram intereſſe recipere poſſunt dummodo probetur legitimis modis,& verè mulieris intereſſit ſibi moram fieri.

Aliud exemplum eſt in procuratore, qui ſortem cum vſu- 5
ris, vel vſuras exigit nec reſtituit domino.Nam & vſurarum vſuras poſt moram præſtare cogitur:*l.*10.§.*ſi procurator.in fin. ff.mand.* his verbis. *Denique Papinianus ait,etiamſi vſuras exegerit procurator, & in vſus ſuos conuertit, vſuras eum præſtare debere,* vſuras,id eſt,id quod intereſt.Nam quod attinet ad vſuras multis locis diximus hunc iuris locum abrogatum eſſe.

Idémque dicendum eſt in adminiſtratoribus ciuitatum,& 6
aliis omnibus, qui aliena negotia curant, qui ſi reditus, & vſuras exactas in ſuos vſus conuertunt, & in illis reddendis moram faciunt, ad id quod intereſt rectè conueniuntur. Neque enim hac in re ſeparantur à tutoribus *l.*38.*ff.de negot.geſt.* qui vſurarum exactarum vſuras præſtant, vt dictum eſt *ex d. l.*7.*&* 58.*de admin.tut.* Intereſſe enim, vt etiam dixi, quoad eum, qui exegit,fungitur vice ſortis.

Quamobrem etiam is, apud quem ſors cum intereſſe de- 7
poſita eſt iuxta legem *acceptam. C.de vſur.*ſi moram faciat in ea pecunia reſtituenda, totius ſummæ, id eſt,ſortis,& vſurarum depoſitarum intereſſe præſtare debet. Etenim cum vſuræ illæ,non minus quam ſors numeratæ ſint, tota illa pecunia ſortem facit,& proinde totius ſummæ intereſſe debetur poſt moram *l.*2.*&* 3.*C.depoſ.*& locus erit *l.nummis. ff.de in lit. iuram.*& iis,quæ tradit Caroc.*in tract.depoſ. par.*1. *hoc tit.n.*17. Idémque dicendum eſt, ſi quis ſortem indebitam cum vſuris ſoluit per errorem, vel ſententiã,quæ deinde reuocata eſt.Nã hic etiam vſuræ ſolutæ funguntur vice ſortis, & cum repetuntur,poſt moram intereſſe recipere poſſunt, vt ex Fabro,& Giuba tradit Fontan.*in dec.*204.*n.*17.*& dec.ſeq.n.*15. & probari poteſt *ex l.*26.*in princ.ff.de condict. indeb.* vbi vſuræ indebitè ſolutæ,quaſi ſors indebita repetuntur.

Socius etiam,qui moram adhibuit in loco reddendo, quod 8
ex ſocietate fecit, vſuras quoque huius lucri præſtare cogitur, vt definitum eſt *in l* 60. *in princip. ff.pro ſoc.* non quaſi vſuras, vt lex ait, ſed pro eo quod intereſt, quia hoc lucrum nõ eſt acceſſio,ſed ſors,vt reliquæ res ſocietatis;neque ab aliis rebus

rebus ſocietatis diſtinguitur: neque debetur ex aliqua mora, ſed ex principali contractu ſocietatis, & ideo obligatio reſtituendi iſtiuſmodi lucri æque principalis eſt, vt dixi ex Ruino, & Roderic. *queſt. præcedenti num.* 26. quod etiam ſcribit Trentacinq. *d. reſolut. de inter. numer.* 32. vbi ait hanc eſſe veram ſolutionem Ludouic. Bell. Auen. *in conſ.* 228. *num.* 19. & Felician. *de ſociet. cap.* 25. *num.* 61. † Quod rectiſſimè

9 trahi poteſt ad curatores rei frumentariæ, quia ſi lucrum ex venditione frumenti factum in ſuos vſus conuertunt, aut moram faciunt in eo reſtituendo, tenentur ciuitati ad id quod intereſt *argum. l.* 38. *ff. de neg. geſt. & d. l. auri, Cod. de frum. vrb. Conſtant.* neque erit locus *d. l.* 2. §. *ſi indemnitas, ff. de admin. rer. ad ciuitat. pert.* dum ait commoda commodorum ab adminiſtratoribus præſtanda non eſſe, quia id accipi debet de intereſſe alterius intereſſe, non autem de lucro, quod ad eorum manus peruenit, & ab illis retinetur.

10 Denique huius rei exemplum præbet *l. hæres* 14. §. *fructuum, ff. de pet. hered.* in qua Papinianus definit pretij fructuum ante actionem hæreditatis illatam perceptorum vſuras deberi, quia ſcilicet hi fructus hæreditatem augent, & ſunt pars, & portio hæreditatis, vnde cum petitione hæreditatis comprehendantur, & eadem actione, qua reliqua corpora hæreditatis petiti intelligantur, nihil mirum, ſi eorum vſuræ debeantur ex iure ciuili, eorum autem qui poſt litem motam percipiuntur, vſuras non præſtari, quia non comprehenduntur petitione hæreditatis, ſed officio iudicis reſtitui debent, vt idem Papinianus ait *eod. loc.* & Caſtrenſ. qui notat id contra omnem rationem videri, neque poſſe ſuſtineri, quia deterioris conditionis debet eſſe poſſeſſor poſt litem conteſtatam quàm antea, quod tamen explicat Cuiacius *ad hunc tit.* & Hotoman. *in diſp. de vſur. cap.* 3. Anton. Faber *tit. de vſur. defin.* 4. *n.* 6. & nos diximus *proxima queſt. n.* 30. *&* 31.

11 Ex contrario ſi quis pro alio ſortem, ſoluerit veluti ex cauſa tutelæ, mandati, vel negotiorum geſtorum, rectè etiam pro intereſſe quod ſoluit, agit ad id quod intereſt, dummodo eius verè interſit. Intereſſe enim ab eo pro alio vtiliter ſolutum, & numeratum ſortem efficit, & vice ſortis fungi debet: & ita rectè adnotauit gloſ. *in l. ſi prior.* §. *ſciendum, ff. qui potior. in pignor. hab.* & tradit Cuiac. *in l.* 22. *C. de pigner.* Vincent. de Franch. *in deciſ.* 254. *in fin.* Milan. *in dec.* 8. *num.* 351. qui loquitur in ceſſionario, qui ſortem, & vſuras ſoluit Menoch. *de arbitr. caſ.* 119. *num.* 28. Trentacinq. *loc. cit. num.* 37. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 6. *titul.* 7. *num.* 33. Roderic. *in d. queſt.* 7. *num.* 28. Præſes Faber. *in d. err.* 2. *num.* 7. *& in ſuo Cod. tit. de vſur. def.* 24. & Mainard. *in dec.* 33. *lib.* 2. vbi ita iudicatum refert, & Curiam cenſuiſſe, ne ea res in dubium ampliùs vocaretur. Vt enim vſuræ quoad eum, qui accepit, ſortis vicem obtinent *d. l.* 58. §. 1. *de admin. tut.* ita prorſus quod attinet ad eum, qui eas pro alio rectè ſoluit,

12 ſortem eſſe perſpicuum eſt. † Quamobrem quod edicto illo Sereniſſimi noſtri Ducis, cuius non vno loco mentionem fecimus, cautum eſt, ne intereſſe alterius intereſſe petere liceat, non habet locum in his caſibus, in quibus id quod intereſt fungitur vice ſortis ſecundum ea, quæ dicta ſunt, & ita in diſceptationibus cauſarum ſemper obſeruatum eſt: Hic enim etiam locum habet quod vulgo dicitur leges legibus regendas eſſe *ex l. quamuis, ff. de in ius vocan. & l. vt gradatim, ff. de munerib. & honor.* & quod ait Poëta quidam;

Sæpe etiam cupiunt leges, vt iure regantur.

13 Sed valde controuerſum eſt, an ſaltem illius intereſſe, quod ex conuentione partium liquidatum eſt, & additum ſorti, vel à iudice taxatum eſt, aliud intereſſe exigi poſſit. Et ſanè plerique exiſtimarunt deberi, & exigi poſſe. Nam inquiunt, quando aliqua quantitas licet ex intereſſe proueniat, principaliter promittitur, aliud intereſſe damni, vel lucri parere poteſt, quia principaliter, & non acceſſoriè debetur *d. l. ſocium, ff. pro ſoc. & d. l.* 58. §. *vltim. de admin. tut.* & quod dicitur acceſſionem acceſſionis non dari, accipiendum eſſe, quando acceſſiones non ſunt liquidæ neque calculatæ, ſed incertæ. Atque ita ſentiunt Bened. Bon. *in ſuo lib. de cenſib. art.* 11. *num.* 28. Borgnin: *in deciſ.* 21. *n.* 30. *lib.* 1. Auendan. *de cenſib. Hiſpan. cap.* 38. *n.* 11. Ioan. Bapt. Coſt. *de ration. rat. queſt.* 142. *num.* 13. Gait. *de cred. cap.* 2. *num.* 1496. vbi refert ita docere Fabium de Anna. *in conſ.* 48. *num.* 19. *lib.* 1. Sigiſmund. Scacc. *de commerc.* §. 7. *gloſ.* 2. *num.* 50. & Præſes Bellon. *in conſ.* 25. *num.* 9. & nouiſſimè Lartea *deciſ.* 84. *num.* 14. & hoc iure vtebamur ante promulgationem edicti: exiſtimabant enim Iudices intereſſe ex conuentione partium, vel ab ipſis taxatum, & liquidatum fieri ſortem, & ſortis vice fungi. Quod etiam quidam ſentiebant de intereſſe pretij non ſoluti conuento inter emptorem, & venditorem, vt refert Rouit. *in dec.* 9.

Sed magis eſt, vt dicamus etiam hoc caſu intereſſe alterius intereſſe non deberi, quia licet ex conuentione partium, vel decreto iudicis taxatum ſit, non efficitur ſors, ſed durat acceſſio ſortis. Poteſt enim conuentio, vel ſententia facere, vt iure actionis debeatur non autem, vt ſit ſors, & fungatur vice ſortis. Vt dicimus de vſuris, quæ quamuis in ſortem redigantur, & applicentur ſorti, ſemper vſuræ manent *l. vlt. C. de vſur.* Bald. *in l. vlt. num.* 1. *C. de vſur. rei iudic.* Cuiac. *obſer. lib.* 3. *cap.* 39. quarum exemplum porrectum eſt ad id quod intereſt, vt notat idem Cuiac. *in d. l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo.* Trentac. *vbi ſuprà n.* 78. & Præſes Rouit. *in d. deciſ.* 9. *n.* 15. Nec fieri poteſt quin intereſſe illud primum, quod ab initio acceſſio fuit, talis quoque perpetuo non maneat, vt ait Præſes Faber *in d. def.* 11. *tit. de vſur. & de error. pragm. Decad.* 20. *cap.* 1. *num.* 5. † Quod etiam ex eo conſtat, quia vt pœnarum vſuræ non debentur *l. vlt. ff. de magiſtr. conuent. l.* 1. *Cod. de fiſc. vſur.* etiam redactarum in ſortem, vt notant Bartol. & Ioan. de Plat. *in hac l.* 1. & Peregrin *de iur. fiſ. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 30. ita nec intereſſe illius intereſſe petere licet, quod ſorti additum eſt, vel à iudice æſtimatum. Nam & id quod intereſt, pœna eſt, qua coërcetur mora debitoris, vt dixi ſæpius *ex d. l.* 1. *Cod. de ſent. quæ pro eo, & l. vlt. ff. de eo quod cert. loc.* & ſecundum hanc ſententiam cenſuit Rota *diuerſor. dec.* 315. *part.* 3. & ipſe Borgnin. *in deciſ.* 26. *num.* 25. *part.* 3. quam ſequitur Alphonſ. Narbon. *ad leges Hiſpan. lib.* 5. *l.* 13. *gloſ.* 2. *num.* 34. *&* 37. Minad. *in deciſ.* 17. *num.* 4. Ludouic. Cenc. *de cenſib. quæſt.* 33. *num.* 8. *ſecundum impreſſ. Taurin.* Camill. Medic. *in conſ.* 155. *num.* 3. vbi refert ita iudicatum vt etiam Expill. *arreſt. cap.* 149. *n.* 5. & nouiſſimè aliis auctoribus relatis Merend. *de camb. Nundin. cap.* 3. *num.* 80. † Et licet edicto illo noſtro id expreſſum non eſſet, ſed ſimpliciter ſancitum, ne intereſſe alterius intereſſe capere liceat, & ideo non ſatis conſtaret, an edictum etiam hanc ſpeciem comprehenderet, clara tamen apparuit Principis mens ex reſponſionibus ad libellum Nicienſium, quem D. Ioannes Franciſcus Villatius, & ego Duci noſtro porreximus. Reſpondit enim de conſilio Procerum, inter quos eminebat idem Præſes Bellonus iubere ſe etiam in iſtiuſmodi intereſſe edictum obſeruari, & ita coram Delegatis pro executione edicti obſeruatum eſt. Quod quidem congruenter regulis iuris ciuilis reſcriptum eſt, vt conſtat ex his, quæ proximè dicta ſunt. Atque etiam quia ex libidine creditorum interuſuria in ſortem conuertebantur, & addebantur ſorti, ne ſterilia eſſent, donec debitorum ſubſtantias omnes exhaurirent. Quod etiam ſæpe fiebat in necem, & captionem poſteriorum creditorum, quibus nihil reliquum erat prioribus tempore vniuerſa bona debitoris hoc anatociſmo admiſſo, vt plurimum auferentibus. † Ex quo quibuſdam in regionibus vſu receptum eſt, vt in concurſu creditorum, cum bona non ſufficiunt, nulla habeatur ratio vſurarum, & intereſſe, & creditores ſola ſorte contenti eſſe cogantur, ne poſteriores ſortem amittant, & ita ſeruari in Germania refert. Vveſembec. *in conſ.* 50. *in fin.* & Ioan. Coppen. *lib.* 2. *obſeru.* 6. *num. vlt.* quod & in Gallia vſu forenſi receptum eſſe mihi relatum eſt.

Neque contrariam ſententiam iuuant *l. ſocium,* 60. *ff. pro ſoc. l.* 7. *&* 58. *ff. de admin. tut.* quia in his aliiſque ſimilibus locis, quibus conſtat debitorem etiam vſurarum vſuras præſtare debere, lucrum, & vſuræ ſortis vicem obtinent, vt quæ ad manus debitoris peruenerant, ex quibus non minus, quam ſorte debitor vtebatur. Sed intereſſe ab initio conuentum, vel inde liquidatum, & calculatum non debetur ex eo, quod illud debitor acceperit, illóque vtatur, & in

in ſuos vſus conuertat, ſed debetur ex mora adhibita in reſtituendo, vel ob vſum, & retentionem ſortis: neque liquidatio, aut calculatio facit, vel facere poteſt, quin ſit acceſſio ipſius ſortis *d. l. vlt. Cod. de vſur.* & proinde nullum aliud intereſſe parere poteſt, ne detur acceſſionis acceſſio, ſecundum ea, quæ dicta ſunt, & docet Ruin. *in d. conſ.* 55. *n.* 18. Peregrin. *in d. tit.* 7. *num.* 33. Milan. *in deciſ.* 8. *num.* 355. *lib.* 1. & Rouit. *loc. cit. num.* 8. & 40. vbi refert aduerſus maritum ita iudicatum fuiſſe, qui vſurarum dotalium certæ quantitatis in ſtipulationem deductarum vſuras petebat. Quamobrem ſtatuendum eſt intereſſe ſiue ab initio conuentum, ſiue poſtea inter partes calculatum, vel à iudice taxatum aliud intereſſe parere non poſſe.

Sanè edictum illud ceſſare puto, cum debitum ſortis, & eius quod verè & legitimè intereſt, & ſine fraude conſummatum eſt, vt loquitur Iuſtin. *in l. vlt. C. de vſur. rei iudic.* id eſt in vnam ſummam redactum, & per nouationem & delegationem in aliam obligationem transfunditur. Nam per nouationem ita noua obligatio conſtituitur, vt prior perimatur *l. 1. ff. de nouat. §. præterea. Inſtit. quib. mod. tollat. oblig.* & docet Cuiac. *ad tit. Cod. de nouat. circa princ.* Card. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 17. *titul.* 1. *num.* 5. & Rota *in quodam voto pro Magna Duciſſa Hetruria contra D. Zamettum, quod extat inter recentiſſ. deciſ.* 373. *num.* 42. ideóque quod ex noua cauſa debetur, petitur quaſi ſors, & veluti quantitas diſtincta à prima,, quæ per nouationem perempta eſt, vt colligitur *ex l. emptor. ff. de nouat.* & ibi hoc Bartolus notat, & Cæſar Manent. *de contract. libell. quæſt.* 5. *num.* 37. & 47. & hæc eſt veluti quædam exceptio eius, quod
20 diximus intereſſe alterius intereſſe non dari. † Quod tamen accipiendum eſt, niſi in fraudem vſurarum id fiat *argument. l. eos, in fin. Cod. de vſur.* & ex Baldo, & Salic. *in l. vlt. C. eod.* Intrigliol. *de cenſib. quæſt.* 48. *num.* 4. veluti ſi coaceruatis vſuris cum ſorte, & totius ſummæ liberatione facta debitor tantundem eadem die promittat creditori, quod enim hic aliud fit, niſi vt ſub nomine intereſſe vſuræ vſuras pariant, quod eſt illicitum etiam iure ciuili *dict. l. vlt. & l. placuit, ff. de vſur. l. Præſes, de re iudic.*

21 Vel niſi adſint pacta contraria, quæ nouationem impediant, vt docet Surd. *in deciſ.* 23. *num.* 7. *& ſequent.* Mangill. *de euict. quæſt.* 80. *n.* 22. & 23. & Sigiſmund. Scacc. *de comm. §.* 1. *gloſ.* 5. *num.* 286. Nam licet interdum extinctio prioris obligationis ſequatur ex neceſſitate actus, tamen impediri poteſt ex voluntate partium, quæ meliùs demonſtrari non poteſt, quam per pacta, & proteſtationes contrarias, vt tradit idem Surd. *in conſ.* 385. *num.* 20. & Rot. *inter recentiſſ. dec.* 509. *num.* 3. *part.* 1. & Præſes Faber *C. de nouat. def.* 11. *in fin.* vbi ait hac de re dubitandum non eſſe. Vt exempli gratia ſi in nouo contractu dictum ſit *ſine præiudicio priorum iurium, vel iura iuribus addendo,* vt fieri ſolet, quia his, & ſimilibus clauſulis additis nouatio intelligi non poteſt *l. vlt. C. de nouat.* Gratian. *in conſ.* 126. *n.* 7. *lib.* 1. Theſaur. *in dec.* 125. *num.* 5. Bertazz *clauſ.* 34. *gloſ.* 18. *num.* 3. Card. Mantic. *loc. cit. num.* 16. vbi refert ita iudicaſſe Rotam apud Card. Seraphin. anno 1585. & multis auctoribus citatis Mart. Medic. *inter ſuas dec. Senenſ. exam.* 41. *numer.* 13. inter quos Gratian. *cap.* 64. *num.* 26. *& cap.* 290. *num.* 25. vbi ait hoc caſu voluiſſe partes priorem contractum potius confirmare, quam nouare. Idémque eſt, ſi creditor faciat ceſſionarium procuratorem in rem ſuam ad exigendum, quia hæc eſt delegatio actionis non debitoris, vt tradit Cuiac. *ad d. tit. C. de leg. & nouat.* & ſecundum hanc ſententiam iudicauit Magiſtratus pro D. Felice Auda Iuriſconſulto Nicienſi, qui cauſam ſuam ita doctè, & prudenter egit, vt non ſemper verum ſit, quod dici ſolet, *in propria cauſa aduocatum quære.*

22 His conſequenter quæritur, ſi ſecundus creditor, vt ſibi confirmet pignus, offerat debitum priori creditori, & ſoluat ſortem cum vſuris, ſeu intereſſe an poſſit etiam vſurarum vſuras petere, & accipere, quod videtur dicendum, quia quoad eum qui ſoluit, vſuræ funguntur vice ſortis *d. l.* 10. *§. ſi procurator, in fin. ff. mand.* & tamen aliud in hac ſpecie conſtituendum eſt *ex d. l.* 22. *Cod. de pign. & l.* 12. *§. ſciendum, ff. qui pot. in pignor. hab.* quia creditor offerendo priori non alterius negotium gerit, ſed magis ſuum, vt hic Papinianus ait, & notat Cuiac. *in d. l.* 22. *Cod. de pignor.* Hotoman. *de vſur. lib.* 1. *cap.* 3. *in fin.* & Fabius Capit. *ad conſ.* 86. Camill. de Medic. *num.* 13. Quod & in ceſſionario dicendum eſt, qui ſortem & vſuras ſoluit creditori, & ceſſionem obtinuit. Nam & is magis negotium ſuum geſſit, & ſæpe in fraudem debitoris *l. pen. & vlt. C. mand.* & ita ſenſit Cuiac. *loc. cit.* & nos hoc iure vtimur, quamuis aliud ſentiat Milan. *in dec.* 8. *n.* 351. *lib.* 1.

At nunc quærendum eſt, an intereſſe quanti plurimi vſu- 23
ræ ſeu intereſſe debeatur ſaltem poſt moram. Et ſanè doctiſſimus Antonius Faber *in cit. de vſur. def.* 9. ſentit æſtimationem quanti plurimi non excludere acceſſionem vſurarum, quæ ratione pecuniæ debentur loco eius quod intereſt, quoties iudicium tale eſt, vt præſtationes eiuſmodi admittat vt in bonæ fidei iudiciis *l.* 32. *§. in bonæ fidei, ff. de vſur. l.* 3. *C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.* Nam inquit cum ea æſtimatio nihil aliud ſit quam res ipſa, quæ debetur tanti æſtimata *l.* 21. *ff. ad l. Aquil. l.* 8. *§.* 1. *ff. de cond. furt.* nihil prohibet vſuras eius æſtimationis deberi poſt moram, additque re accuratiſſimè diſputata ita Senatum pronunciaſſe. Quod diligentius tractat in Chiliade *de errorib. pragmat. Decad.* 17. *err.* 4. quo loco poſtquam *num.* 3. pragmaticos omnes hac in re ignoratione iuris euidenter cæcutire dixit tandem concludit ex eo demum æſtimationem quanti plurimi acceſſionem vſurarum recipere, quo poſt factam eius taxationem mora in ea præſtanda committitur, *quia*, inquit, *quanti plurimi fuerit merx, quæ ſolui debuit, ſciri nullo modo poteſt, ante taxationem, & conſequenter imputari non poteſt debitori, cur eam pecuniam, quæ nunc certa debetur, ante non ſoluerit. Quo igitur iure debebuntur vſuræ tanquam ex mora?* ita Faber his locis, idemque ſenſit *def.* 10. *eiuſd. tit. de vſur.*

Et nihilominus ego puto pragmaticos immeritò hac in re 24
à Fabro reprehendi, ſiue agatur de vſuris, ſiue de eo quod intereſt. Nam quod attinet ad vſuras, certum eſt illas in omnibus iudiciis prohibitas eſſe: & proinde fruſtra quæritur, an æſtimatio quanti plurimi admittat vſuras poſt moram. Certum enim eſt eas hodie, neque ex mora, neque ex ſtipulatione peti poſſe, vt multis locis diximus. Quæſtio igitur reducitur ad id quod intereſt, an ſcilicet taxatio quanti plurimi admittat acceſſionem eius quod creditoris intereſt ratione lucri, vel damni ob moram debitoris: & hoc caſu etiam dicendum eſt aliud intereſſe non deberi, quia quoties locus eſſe poteſt intereſſe quanti plurimi, vt ſi vinum, oleum, & aliæ huiuſmodi ſpecies debeantur, quarum pretia repente mutari ſolent, vt ait Plinius *lib.* 33. *cap. vlt.* & conſtat *ex l. pretia, in fin. ff. ad l. Falcid.* non habetur ratio eius quod intereſt extra rem, id eſt ratione lucri, vel damni, vt apertiſſimè definitum eſt *in l. ſi ſterilis* 21. *§. cùm per venditorem, ff. de act. empt.* cuius nuſquam meminit Faber *loc. cit.* & ex qua poſt alios ita docet Iaſ. *in l. nummis, num.* 3. *ff. de in lit. iuran.* vbi ait hanc communem eſſe ſententiam vt etiam Viuius *comm. opin.* 390. & 389. quam etiam ſequitur Cuiac. *in d. l.* 1. *Cod. de ſent. quæ pro eo.* Anton. de Amat. *in deciſ.* 142. *num.* 5. & 10. vbi refert reos abſolutos fuiſſe, & aliis auctoribus citatis Barboſ. *in leg.* 5. *num.* 31. *ff. ſolut. matrim.* & Syluian. *in conſ.* 10. *num.* 10. notans Bartolum, cuius auctoritas ſumma eſt, hanc rationem
fere vbique conſtituiſſe † Quare nec vſpiam in iure noſtro 25
conſtitutum eſt, furem, quem lex vult, ſi condictione furtiua conueniatur, condemnandum eſſe quanti plurimi res fuit, coërcendam etiam eſſe ad vſuras eius æſtimationis, tametſi non poſſit vllius debitoris odioſior eſſe cauſa quam furis, vt qui moram ſemper facere videatur, vt ait *l.* 8. *ff. de condict. furt. l. vlt. C. de condict. ob turp. cauſ.* & obſeruat ipſe Præſes *in d. err.* 4. *num.* 5. Quamobrem verius eſt intereſſe quanti plurimi aliam extrinſecam acceſſionem non admittere, vt reſpondit Peregrin. *in conſ.* 65. *in fin. lib.* 3. & cenſuit Rot. Auenion. apud Hieronym. de Lauren. *deciſ.* 188. *num.* 4. & 10. vbi refert reos abſolutos fuiſſe: & ita nuper iudicaui, cum hæc quæſtio in Auditorio Præfecturæ incidiſſet.

Sed exceptiones alias alij quidam adferunt, quas hic obi- 26
ter excutere operæpretium eſt. Prima eſt, quando ex more regionis

regionis creditoribus ſolitis negotiari præſtatur intereſſe lucri ceſſantis alterius intereſſe, ſiquidem in his locis Iudex rationem intereſſe alterius intereſſe habere poteſt, & ita reſpondit Berett. *in conſ.* 25. *n.* 5. quem refert, & ſequitur Menoch *in d.caſ.* 119. *n.*26. & Chriſtoph. Matt. Medic. *exam.*7. *n.*84.

Sed non placet hæc exceptio, quia licet ex vſu vel potius abuſu regionis mercatoribus, & ſolitis negotiari intereſſe alterius intereſſe ceſſantis lucri præſtari receptum eſſet, non tamen ſequitur licere modum excedere legibus ſtatutum, per quas non licet coacervare acceſſiones acceſſionum, & commoda commodorum exigere *d.l.*2.§. *indemnitas ff.de admin.rer.ad ciuit. pert.& d.l.*1.*C.de ſent. quæ pro eo.* Quod etiam indicat *l.* 1. *in princ. ff. de vſur.* vbi hoc nominatim in vſuris conſtitutum eſt his verbis *Cum iudicio bonæ fidei diſceptatur, arbitrio Iudicis vſurarum modus ex more regionis, vbi contractum eſt conſtituitur, ita tamen, vt legi non offendat.* Huius rei etiam argumentum eſt *l.eos.*26.*C. de vſur.vbi* §.1. cautum eſt non licere iudici taxationem vſurarum legibus ſtatutam excedere occaſione conſuetudinis, regionis, & ſæpius dixi valere argumentum ab vſuris ad id quod intereſt.

27 Neque obſtat Alex.*in conſ.*8.*lib.*6. reſpondit enim conuentiones initas cum quodam Hebræo, vt pecuniam fœnerare poſſet ſub certis vſuris, intelligi debere etiam ſub vſuris vſurarum, tametſi id minimè expreſſum fuiſſet, quia tempore conuentionis, Hebræus conſueuerat vſurarum vſuras exigere. Vnde videtur quidem confirmare id quod Beretta ait *loc. cit.* nimirum ita etiam intelligendam eſſe ſententiam arbitrorum, qui debitores condemnauerant in id quod intereſt ob regionis morem, in qua intereſſe alterius intereſſe præſtari conſuetum erat: ſed nihil iuuat ad oſtendendum ex more regionis intereſſe alterius intereſſe iuſtè exigi poſſe. Neque enim quærit Alexander, an Hebræus vſuras vſurarum iuſtè exigere poſſit, fatetur enim huiuſmodi conceſſiones non valere: ſed an conceſſio fœnerandi ſibi à quodam Principe conceſſa ita interpretanda eſſet, vt etiam ſub vſurarum vſuris ei fœnerari liceret, & reſpondit ex conſuetudine hominis, qui tempore conuentionis id factitare conſueuerat, conuentionem ita accipi debere, vt hoc ei permiſſum videretur ſecundum conſuetudinem, & obſeruantiam tunc vigentem *arg.l. licet.C.loc.& l.quod ſi nolit.§. qui aſſidua.ff.de ædil. edict. & aliis.*

28 ſed nos quærimus quid iuris, non quid de facto ſeruetur.† Et proinde Berettæ, & aliorum ſententiam, reſponſum Alexandri nihil iuuat, quod etiam à Carolo Molinæo, qui vſuris patrocinari ſolet in dubium reuocatur *in addit. ad eund.* vbi ait Alexandrum peſſimè conſuluiſſe, quia in conuentione facta cum Hebræo id non eſſet expreſſum, ideóque extendi non debet ad vſurarum vſuras, quod eſt improbum genus fœnoris, & ſemper cum infamia coniunctum. Quod etiam notat Manent. *in conſ.*248. *n.*41.

29 Altera exceptio eſt, ſi debitor alteri pecuniam mutuam dediſſet, & is à ſuo debitore intereſſe alterius intereſſe percepiſſet tunc enim æquum eſſe videtur, vt idem intereſſe ſuo creditori refundat, ne ex alieno lucrum ſentiat, & ne locupletetur cum aliena iactura *l.*14.*ff de condict. indeb.* Ita Beretta *loc.cit.* & Menoch. *d.caſ.*119. *num* 27.& ſenſit etiam Mart. Medic.*in d.exam.*7. *num.*85. ſed hæc exceptio prorſus incon-
30 grua eſt, & à iuris ratione aliena. † Nam cùm agitur de eo quod intereſt non eſt ſpectanda perſona debitoris, & ſi quid fortè ſuperlucratus eſt, id enim ſuæ fortunæ, & induſtriæ tribuendum eſt, cùm & illius periculum cedat negotio *l.ſi nauis. ff.de rei vindic.l. incendium.C.ſi cert.pet.* ſed inſpicienda eſt perſona creditoris, & quatenus eius intereſt, ſiue damnum ſenſerit in rebus ſuis aduerſarij culpa, ſiue amiſerit lucrum. Denique in hoc genere creditor ex perſona ſua ius metiri debet, vt d.xi ſæpe *ex l.*13.*ff.rem rat. hab.* aliiſque locis plurimis & præſertim *ex l.*70.§.1.*ff.de leg.*1. quam in hanc rem expendit Sarmient.*ſelect. interpr.lib.*7.*cap.*1.*num.*40. & ſcripſi *quæſt.*
31 78.*num.*14.† Neque eſt contrarium, quod dicitur *in l.curabit. C.de act.empt.* quia illic emptor percepit fructus ex re, quam venditor tradere non tenebatur, niſi recepto pretio, & proinde æquitas poſtulabat, vt emptor vſuras pretij præſtet pro modo, & ratione fructuum, quos venditor percepiſſet, vt in præcedentibus tractatum eſt, ſed in hac ſpecie debitor non conſequitur lucrum ex re fructifera, pecunia enim per ſe ſterilis eſt, ſed ex propria induſtria & fortuna, cui creditor inuidere non debet, vt inquit Sarmient.*loc.cit.*& cuius participem creditorem fieri non oportet *l.*4 §.*ſed ſi.ff.famil. hercíſ.l.*5 *ff. pro ſoc.* Neque verum eſt, quod inquiunt debitorem locupletari cum iactura creditoris, quia ſatis eſt, ſi recipiat id quod mutuum dedit, & quantum dedit, & ſi quid fortè eius ob hanc cauſam intereſt.

Tertia exceptio eſt, cùm agitur de damno emergenti, quod 32
creditor patitur aduerſarij culpa, quia hoc caſu etiam damnum damni æſtimandum eſt, & refundi debet, vt ex Rot. Genuenſ.*in deciſ.*87.*num.*9.Vrſil.ad Afflict.*deciſ.*291.*num.*6.Felic. *de ſociet. cap.*24.*num.*58.tradit idem Martius Medic.*d. exam.*7. *in fin.* ſubiiciens hoc indubitatum eſſe. Idémque docuit Menoch *loc.cit.num.*22.Alphonſ. Narbon.*in d.l.*13.*gloſ.*2.*num.*42. & Sigiſmund.Scacc. *de commerc.*§.7.*gloſ.*1.*num.*60.ſed ego hæreo, & ſubſiſto, ſiquidem fateor debitorem teneri ad intereſſe damni emergentis quantumcumque ſit, dummodo probetur legitimis modis & cum moderamine dictæ *l.*1.*C. de ſent. quæ pro eo*, vt ſi creditor culpa debitoris non ſoluentis cambia paſſus ſit, & ita ſentire puto Rotam Genuenſ. *in d. deciſ.*87.Virgin.de Boccat. *lib.de interd.vti poſſid. cap.*18. *num.*65. & Sigiſmund.Scacc. *loc.cit.* quia reſpectu ſortis, quam debitor debet totum hoc intereſſe vna acceſſio eſt. Non puto tamen huius totius intereſſe quamuis ex cauſa damni emergentis debeatur aliud intereſſe deberi, cum acceſſionis nulla acceſſio ſit, vt diximus.† Et certum eſt intereſſe damni emergentis acceſ- 33
ſionem eſſe, & quidem extra rem, vt oſtendit ſatis *d. l.* 21. §. *cùm per venditorem.ff.de act. empt.* & docet Roderic. *de ann.redit. lib.*3.*quæſt.*8 *in fin.* & Motor. *in d.conſ.*65.*num.*3.qui in ſpecie damni emergentis clarè reſpondit intereſſe alterius intereſſe non deberi. Quod etiam ſentit maxima pars eorum, quos recenſui *quæſt. præced. num* 18. Auctores etiam quibus Rota Genuenſis vtitur *in d.deciſ.*87. *in fin.* hoc tantum dicunt debitorem teneri ad cambia, quæ ob eius moram creditor paſſus eſt, vt Roman. *in conſ.* 101. vel teneri ad intereſſe damni emergentis, vt Afflict.*in deciſ.*22.*num.*2. & Rolan.*in conſ.*15. *lib.*1.vnde ſatis eſt, vt creditor vltra ſortem totum illud damnum, quod patitur, à ſuo debitore conſequatur nimirum concurrentibus iis, quæ neceſſaria ſunt, vt huius rei ratio habeatur. Et ita accipi debet, quod ſcribit Martius Medic.*in d.exam.* 7. *in fin.* vbi videtur tres iſtas exceptiones ſatis feſtinanter examinaſſe.

Quarta, & vltima exceptio eſt in tutore, vt multis argu- 34
mentis probat Ludouic. Bell. Auenion.*in conſ.*228. *in fin. &* 229.*num.*28.*&* 29 & rurſus in eadem cauſa *in conſ.* 230. *num.* 11.qui hac potiſſimum ratione mouetur, quia certum eſt tutorem, qui in ſuos vſus pecunias pupillares conuertit, teneri pupillo ad id omne quod conſecutus eſſet, ſi in emptionem redituum, aut prædiorum ea pecunia conuerſa fuiſſet ex Rot. apud Farin.*inter crimin. dec.*85.*num.*6. Gratian. *cap.*240. *num.*28. & alios quos citat *in d conſ.*229. *num.*29. & nos diximus *quæſt.*20. *num.*9. At verò ſi dictæ pecuniæ in emptionem cenſuum, vel prædiorum conuerſæ fuiſſent, quot annis reditus eorundem tutor percepiſſet, eoſque in emptionem aliorum prædiorum conuertere debuiſſet, ex quibus etiam fructus prouenire poterant: alioquin tutor ad intereſſe eorundem redituum condemnatus fuiſſet, vt ſancitum eſt *in l. vlt. C.de admin. tut.* & aliis locis, & ex Rodic. *de ann. redit. lib.*3. *quæſt.*10.*n.*19.*& ſequent.* ergo æquum eſt, vt tutor ad fructus fructuum, & intereſſe alterius intereſſe teneatur.

Sed ego hic etiam hæreo, nec facilè eius ſententiæ accedo. 35
Primum quia regula generalis eſt intereſſe alterius intereſſe non deberi, quæ deducitur *ex. l. vlt.* quæ nunc eſt *vigeſima octaua C. de vſur.* & aliis; à qua regula non videtur fauore pupilli recedendum eſſe. Secundo quia Iuſtinianus vetuit in ponenda ratione eius quod intereſt per circuitus, & immodicas computationes rem in infinitum perducere *in l.*1.*C. de ſent.quæ pro eo.* quæ in omnibus iudiciis, & actionibus locum habet. Denique quia ciuitates ab eorum adminiſtratoribus, qui publicam pecuniam in ſuos vſus conuertunt, commoda commodorum, & lucrum lucri exigere non poſſunt, vt in ſpecie cautum eſt *in d.l.*2.§.*ſi indemnitas.ff. de admin. rer ad ciuit. pert.* de cuius ſententia dixi *quæſt.proxima præced. num.*14.

Vt

Vt ergo ciuitas, quæ iure minorum viuunt *l. 4. C. ex quib. cauſ. maior.* à ſuis adminiſtratoribus intereſſe alterius intereſſe capere non poteſt, ita nec pupilli ab eorum tutoribus, qui in hoc tractatu ab adminiſtratoribus ciuitatum non ſeparantur, vt conſtat *ex l. 38. ff. de negot. geſt.* & notat Gothofr. *ad l. 10. ff. mand.* & in ſpecie cenſuit Hieron. de Laurent. *in deciſ. Auenion. 170. num. 4. & 6.* vbi refert concluſum fuiſſe ſimplex intereſſe deberi, quod miror ſcriptorem Auenionenſem non animaduertiſſe ita enim Weſember. *in conſ. 73. num. 10. lib. 1.* & cenſuit Ioan. Franc. Caſtill. *in dec. 22. n. 56. & 57.* vbi refert omnes fuiſſe concordes, & ſenſit Roderic.

36 *in d. quæſt. 10. num. 45.* † Cuius auctoritatem licet declinare contendat Bel. *in d. conſ. 230. num. 11.* de illius tamen ſententia ambigendum non eſt, ita enim poſt multa concludit eo loco *num. 54. & ſic concludo,* inquit, *quod quamuis ex eo, quod tutor pergat retinere pecunias, ſit iuſta cauſa, vt ſemper currant vſuræ etiam ſupra duplum, ne contingat quod idem tutor ſibi ex pecunia pupilli negotietur, quod eſſet abſurdum, & iniquum, non eſt ſufficiens ratio, vt vſurarum vſuræ currant.* Puto enim Rodericum nomine vſurarum intelligere id quod intereſt, quia non magis licet pupillo vſuras à tutore quàm ab aliis ſuis debitoribus percipere. Quod verò hîc Rodericus ait vſuras pupillares duplum excedere poſſe ad hanc quæſtionem non pertinet.

37 Neque mouet ſcriptoris Auenionenſis præcipua ratio, quod ſcilicet tutor teneatur fructus, & reditus pupilli in emptionem redituum conuertere: & ſi id neglexerit; vel ſi eam pecuniam in ſuos vſus dolo malo conuerterit, teneatur pupillo ad id quod intereſt, quia hoc accipiendum eſt de ea pecunia, quam tutor fructibus bonorum pupilli, aliiſque illius reditibus redegit. Hæc enim pecunia ſors eſt, & obtinet vicem ſortis: & proinde huius etiam pecuniæ vſuras, ſeu intereſſe præſtare cogitur, vt conſtat *ex l. 7. §. ſi vſuras, & d. l. qui negotiationem, 14. §. ex duobus, & vlt. de admin. tut.* & reſpondit Roderic. *loc. cit. num. 53.* & nos diximus *initio huius quæſt. num. 3.* non autem de pecunia, quæ ex fructibus fructuum, & reditibus redituum percipere potuiſſet. Hoc enim nullibi conſtitutum eſt, & obſtat quod diximus commoda commodorum non deberi etiam ciuitatibus, quæ iure minorum vtuntur: vnde nulla lex eſt, quæ tutoribus vſuras vſurarum infligat, niſi earum, quas tutor à debitoribus pupilli exegiſſet, quæ ſcilicet funguntur vice ſortis, vt dictum eſt. Neque eſt contrarium, quod ait *l. hæres, §. fructuum, de pet. hæred.* ex qua Bellus colligit in actione generali, qualis eſt tutela, fructuum vſuras deberi, quia id accipiendum eſt de fructibus à poſſeſſore perceptis, & venditis, vt dixi ex Caſtrenſi, & Cuiacio *quæſt. proxima præced. in fin.* quod multo magis noſtram ſententiam, & reſ-

38 ponſionem confirmat. † Et proinde congruenter iuri ciuili ſtatuto Auenionenſi, quod extat *lib. 1. rubr. 64. art. 2.* quæ ciuitas mihi altera patria eſt, in qua adoleſcens per quinquennium literis operam dedi, cuius ſtatuti mentionem facit Bellus *in d. conſ. 229. n. 31.* tutoribus, qui neglexerint, res mobiles nõ neceſſarias pupillo vendere, & pecunias inde redactas in emptionem redituum, vel prædiorum conuertere, infligitur quidem intereſſe ad rationẽ ſeptem pro centenario, non

39 tamen iubet huius intereſſe aliud intereſſe præſtari. † Quod quidem ſtatuti genus valere puto, ſed recipere moderamen à iure ciuili. Primum, vt non excedat conſtantem fructuum rationem, qui ex prædiis, vel cenſibus in prouincia percipi ſolent, vt in re ferè ſimili tradit Couarr. *lib. 3. cap. 1. num. 3.* & Roderic. *d. quæſt. 7. num. 60. verſ. aduertendum tamen.* Neque enim pupillus plus petere, aut conſequi poteſt, quàm conſecutus fuiſſet, ſi tutor eius pecunias in emptionem redituum, vel prædiorum collocaſſet. Alterum eſt, vt ita demum ſtatuto locus ſit, ſi ex parte pupilli doceatur reditus, & prædia venalia fuiſſe, quæ tutor comparare potuit. Neque enim id præſumitur, vt oſtendi poteſt *ex l. 24. Cod. de admin. tut.* & docet idem Roderic. *in d. quæſt. 10. n. 13.* Munnoz. *de ratiocin. cap. 14. n. 6.* & aliis auctoribus citatis diximus *quæſt. 18. num. 35. & quæſt. 20. num. 19* niſi forraſſe in iis locis, in quibus frequens eſt annuorum redituum venditio, quod excepimus iiſdem locis, & notat idem Bell. *in d. conſ. 229. in fin.* & Marc. Anton. de Amat. *in dec. 124. in fin.* Denique certiſſimum eſt huiuſmodi ſtatutum ad modicas ſummas non pertinere *l. 5. in princ. ff. de admin. tut.* Tiraq. *de indic. in reb. exig. verſ. vigeſimo primo.* Montan. *de tut. & curat. cap. 32. num. 203.* Roderic. & Munnoz. *loc. cit.* & in ſpecie Bell. *in d. conſ. vltim. circa fin.* & Marc. Anton. *in dict. deciſ. 124. num. 5.* & hæc addenda ſunt *quæſt. 79.* cui deeſſe videbantur. † Colligo tamen *ex d. l. 5. de admin. tut.* modicæ 40 ſummæ intereſſe non deberi etiam poſt moram. Nam cùm ex hac lege limitentur aliæ leges ſtatuentes tutorem debere pecuniam pupillarem collocare in emptionem prædiorum: quod ſi neglexerit teneri ad id quod intereſt, vt ſcilicet non obtineant, cùm pecunia pupilli modica eſt, notat Tiraquell. *loc. cit.* multo magis id in aliis creditoribus recipiendum eſt. Neque enim veriſimile videri poteſt ob modicam ſummam ſua die non reſtitutam creditorem damnum in rebus ſuis ſenſiſſe, aut amiſiſſe lucrum, quia modica ſumma facilè corradi poteſt. Et ita videtur ſenſiſſe Vrſill. ad Afflict. *in deciſ. 291. num. 3.* Quæ verò ſumma minima dicatur id iudicis arbitrio relictum eſt, vt dixi *in d. quæſt. 20. num. 20.* Et ita obſeruaui in Præfectura, neque procuratoribus diſplicuit, cùm antea etiam pro minimis ſummis intereſſe decerneretur.

QVÆSTIO LXXXVIII.

De reditibus redituum.

SVMMARIA.

1 *Intereſſe redituum poſt moram deberi quiſentiant.*
2 *Penſionis rei locatæ poſt moram debentur vſuræ.*
3 *Venditor ſi in re tradenda moram faciat, tenetur ad id quod intereſt.*
4 *Mora ſola non ſufficit, vt intereſſe debeatur.*
5 *Cenſus ex cenſibus creari, vel augeri non poteſt.*
6 *Libellus ex præteritis libellis conſtitui non poteſt.*
Cogitationes poſteriores meliores, ſed non ſemper.
7 *Pius V. cur prohibuerit, ne ex cenſibus præteritis cenſus creari poſſit.*
8 *Gabinia lege olim vetita verſura.*
9 *Vſura quando fieri dicatur.*
Verſura in cenſibus fieri non poteſt.
10 *Intereſſe redituum poſt moram an debeatur controuerſum eſt.*
11 *Feliciani interpretatio ad Bullam Pij V.*
12 *Pius V. prohibuit, ne reditibus intereſſe lucri ceſſantis exigeretur, & quare.*
13 *Feliciani interpretatio verbis bullæ Pij V. repugnat.*
14 *Expenſæ, quæ fiunt culpa debitoris cenſus, licitè exiguntur.*
15 *Leonardi Duardi dictum quoddam expenditur.*
16 *Gaſparis Roderici ratio cur reditus redituum non debeantur.*
17 *Fructus ſunt acceſſiones prædiorum.*
Ius cenſus diſtinctum eſt à penſionibus.
18 *Penſiones reditus annui inter mobilia cenſentur.*
19 *Cenſu perempto penſiones non currunt.*
20 *Cenſus eſt res fructifera.*
21 *Debitores redituum rectè tutoribus ſoluunt, & liberationem conſequuntur.*
22 *Reditus acceſſiones ſunt.*
23 *Leonardi Duardi ſolutio quædam reiicitur.*
24 *Cenſus in emptione non emuntur penſiones, ſed ius illas percipiendi.*
25 *Expenſarum exactio, quæ fiunt ob moram debitoris redituum, non eſt prohibita.*
26 L. ſi ſterilis, § cum per venditorem, *malè à quibuſdam percepta.*
27 *Damnum emergens ob moram in ſolutione redituum debetur ex multorum ſententia.*
28 *Intereſſe damni emergentis acceſſio eſt.*
Edicto Sereniſſ. Ducis Sabaudiæ prohibitum eſt damnum emergens petere ob moram in ſolutione redituum admiſſam.
29 *Soluens pro alio reditus annuos poteſt petere id quod eius intereſt.*

30 *Inter*

Digitized by Google

30 *Intereſſe intrinſecum ob moram etiam in cenſibus debetur.*
31 *Molina quædam ratio.*
32 *Quæ auctori non placet.*
33 *Ceſſio in incorporalibus vim traditionis obtinet.*
34 *Quanti plurimi æſtimatio eſt res ipſa, quæ debetur.*
35 *Pij V. conſtitutio de cenſibus non prohibet exactionem expenſarum.*
36 *Expenſæ minuunt dotem.*
37 *Pœnæ non ſolent repeti.*
38 *Ludouici Cencij exceptio quædam reiicitur.*
39 *Cenſus donatione conſtitui poteſt.*
40 *Cenſus donati non continentur bulla Pij V.*
Nec edicto Ducis Sabaudiæ de contract. corrigen.
41 *Negligentia creditorum ipſis, & debitoribus nocet.*
42 *Quinque annorum reditus tantum in Gallia exigi poſſunt, & aliis locis quibuſdam.*
43 *Quantitatem coacervatam ſoluere debitoribus oneroſum eſt.*

NOBILIS eſt quæſtio, an annuorum redi-
tuum intereſſe poſt moram peti, & exigi poſ-
1 ſit. † Et ſanè plerique exiſtimarunt, & præſer-
tim ſcriptores Neapolitani, & Siculi debitores
redituum ex mora teneri ad id quod intereſt. Ita
Vincent. de Franch. *in deciſ.* 254. *num.* 12. vbi refert ſacrum
Conſilium in dies condemnare debitores redituum poſt mo-
ram in id quod intereſt, quia ſcilicet huiuſmodi reditus
principaliter debentur non acceſſoriè, ſiquidem inquiunt
acceſſiones ſortis dici non debent, cùm in conſtitutionibus
redituum ſors non debeatur. Idem notat ad eund. Amend.
*in addit. num.*7. & Cæſar Vrſill. ad Afflict. *in deciſ.* 291. *n.* 5.
vbi ſcribit ita pluries in ſacro Conſilio fuiſſe iudicatum, hoc
tamen temperamento addito, ſi modo penſiones decurſæ
ſint notabilis quantitatis, veluti centum aureorum, vel ma-
ioris. Idem probauit Milan. *in deciſ.* 8. *num... lib.* 1. Scipio
Rouit. *in deciſ.* 9. *num.*5. *& deciſ.* 43. *num.* 1. *& in pragmat.*1.
de cenſib. num. 38. Trentacinq. *variar. lib.* 1. *tit. de intereſſe,*
cap. 1. *num.* 27. Sigiſmund. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 7.
part. 2. *ampl.* 8. *num.* 294. & ſecundùm hanc ſententiam iu-
dicatum refert Hieron. Leo *deciſ* 13. *num.* 10. & Ioan. Gri-
2 uell. *in deciſ.* 103. *num.* 5. *&* 11. vbi alia ratione mouetur. †
Nam inquit quemadmodum in penſionibus rei locatæ rece-
ptum eſt, ſi tardius ſoluantur, vſuras deberi *l. quæro, ff. loc.*
& l. Præſes, C. eod. Sic etiam videtur ex his reditibus qui in
Gallia penſiones vocantur, vſuras poſt moram peti poſſe.
Et quod valde mouere poteſt, idem ſenſit doctiſſimus An-
ton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 4. *titul. de pact. inter empt. & vend.*
*def.*13. *num.*15. *&* 16. Neque enim inquit acceſſio acceſſionis
3 dici poteſt, cùm tanquam res vendita debeatur. † Conſtat
autem venditorem, ſi rem venditam non tradat, teneri ad
id quod intereſt, vt definitum eſt *in l.*1. *& l. ex empt.* §. *idem*
ait, ff. de act. empt. quo argumento etiam vtitur Rouit. *in d.*
*dec.*9. *num.* 24. Quibus etiam conſentit, qui poſt hæc mea
prodiit Fontan. *in dec.* 205. *n.* 5. *&* 7. ob eandem ſcilicet ra-
tionem, quod reditus ſint ſors, & principaliter debeantur:
& contractus cenſus vera ſit emptio, & ideo hic adplicari
non poſſe, quod dicitur de prohibito anatociſmo, qui eſt
coniectio vſurarum cum vſuris.

Et nihilominus ex his quæ ſubiiciam perſpicuum eſſe pu-
to hanc ſententiam falſo, & fragili inniti fundamento, &
proinde reiiciendam eſſe, & iuri, & conſtitutioni D. Pij de
cenſibus magis congruere, quod edicto illo Seren. Ducis
noſtri, cuius ſæpe meminimus, ſancitum eſt, ne reditus re-
dituum exigere liceat.

4 Vel enim interuſuria cenſus non ſoluti ſuo tempore pe-
tuntur ob ſolam moram factam in penſionibus præſtandis,
etiamſi nihil creditoris interſit. Et hoc caſu perſpicuum eſt
nihil hoc titulo vltra reditus licitè exigere poſſe. Neque
enim ſola mora ſufficit, vt quid capere liceat, vltra quam
debeatur, quod memini me iam dixiſſe, & ſcripſiſſe multis
locis, & de pecunia credita docet Hadrian. *lib* 4 *ſentent. tit.*
de reſtit. verſ. quia cautum eſt, his verbis. *Sed quia nihil plus*
vtilitatis pecunia mutuata continet poſt moram quam ante: neque
magis intereſt hominis pecuniam de manibus debitorum excutere
quam eam ſeruare, dicunt communiter Theologi, & Canoniſtæ
quod ab initio in mutuo poteſt haberi ratio lucri ceſſantis, quoad
fuerit verum intereſſe mutuantis. Ita Hadrianus. Et Weſenbe-
cius quem nuper mihi correxit D. Iulius Thaonus Vicarius
generalis Nicienſis *ad tit. de vſur. num.*9. *Quotieſcunque in-*
quit creditoris nihil intereſt, ſciat toties ſe contra officium facere,
& abuti indulgentia legum, ſi ex officio mutuationis, vel ante vel
etiam poſt moram lucrum aucupatur. Idem docuit Peguera *in*
*deciſ.*32. *in fin. & in deciſ.* 145. *num.*8. Vgolin. *de vſur. cap.* 7.
§. 7. *in fin.* & in terminis Bologn. *in l.*1. *num.* 127. *C. de ſent.*
quæ pro eo, & Felician. *loc. cit. num.* 10. vbi ait creditorem,
qui reditus redituum percipit, vſuras vſurarum conſequi, &
improbum fœnus exercere, & in ſpecie vnus, quòd animad-
uerterim, docet Salon *in diſp. de cenſib. art.* 3. *controuerſ.* 16.
num. 1. † Quod mirum in modum congruit conſtitut. D. 5
Pij, ex qua vetitum eſt, ne ex penſionibus, & reditibus præ-
teritis, vel futuris in fauorem eiuſdem, vel alterius perſo-
næ ab eo ſuppoſitæ cenſus augeatur, & nouus creetur, vt
iam admonuimus; & notant Boccat. *de cenſib. part.* 1. *n.* 61.
Felician. *eod. lib.* 1. *cap.* 9. *numer.* 16. & alij apud Cencium
quæſt. 48. *num.* 16. *ſecundum vlt. impreſſionem Taurinen.* qua il-
lius opus in quæſtiones redactum eſt D. Camillo Richelmo
I. C. Nicienſi Doctiſſimo & Præſide Taurinenſi auctore, vt
difficultati citationis mederetur. His conſentiunt Ioan Ba-
ptiſt Scortia *ad ſelect. Pontific. conſtit Theor.*170. & Gudelin.
de iur. nouiſſ. lib. 3. *cap.* 3 *in fin* vbi ait ita ſæpe iudicatum.
Ita etiam docet Nauarr. *in comment. de vſur. num.* 94. Molin.
diſp. 390. *num.* 24. & Salas *de cenſib. dub.* 8. *circa fin.* ita vt
minimè ferendus ſit Auendanius ſaltem; vbi bulla Pij V.
recepta eſt qui id licitum eſſe contendit *in lib. de cenſib. c.* 30.
num. 13. † Et huc etiam pertinere videtur, quod ſcribit Pe- 6
regrin *de iur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 35. iudicatum aliquando
fuiſſe, cùm debitor ex penſionibus libellariis præteritis no-
uum libellum conſtituiſſet, nihil ex ea noua adiectione de-
beri: & huius rei caſum videri *in l.*1. *C. de fiſcal. vſur.* quam-
uis aliter deinde iudicatum fuiſſe memoret. Sed non ſemper
verum eſt quod M. Tullius ait *Philipp.* 12. poſteriores cogi-
tationes meliores eſſe ſolere cuius dicti meminit Eraſm. *in*
adag. cent. 3. vt non ſemper poſteriores ſententiæ meliores ſunt
l. 1. *ff. de appellat.* † Illud verò prudenter, & è Republica à 7
D. Pio V. conſtitutum eſſe puto, ne per redituum ſuper redi-
tibus incrementa debitor multiplici onere oppreſſus ad pau-
pertatem redigatur, vt expendunt Molin *in dict. clauſ.* 6.
num 10. *&* 14. Azor. *lib.* 10. *cap.* 14. & Scorr. *loc. cit.* & ele-
ganter Felician. *in d. cap.*9. *in fin.* Hanc inquit, conditionem
arbitror eſſe neceſſariam ex natura rei, & Reipublicæ Chri-
ſtianæ vtiliſſimam, tum quia ad ſubſtantiam, & validitatem
cenſus deſideratur vera, & realis pretij numeratio: tum
quia ſi cenſum augeri pro decurſis, vel futuris penſionibus
permitteretur, maxima redundarent in rempublicam incom-
moda, multorum patrimonia exhaurirentur, fieretque vt
breui temporis ſpatio debitores ſpoliati bonis mendicarent.
Quod quam ſit damnoſum Reipublicæ, vnuſquiſque poteſt
iudicare. † Et licèt Auendan. *loc. cit.* hanc rationem carpat, 8
quia debitor redituum maius damnum paſſurus eſt ex di-
ſtractione rerum ſuarum, quam ex impoſitione noui redi-
ditus, tamen experientia docet id tandem in perniciem de-
bitorum cedere, & vtilius eſſe partem patrimonij vendere,
quam vſuras, reditus pati. Qua ratione olim, ne debitores
à fœneratoribus diriperentur, lege Gabinia vetitum fuit ver-
ſuram facere, id eſt, fœnus fœnore diſſoluere; quod fit cùm
ab alio, vel ab eodem pecuniam accepimus, vt aliud æs alie-
num diſſoluamus. Vnde refert Cicero *lib.*6. ad Atticum Sa-
laminios cùm Romæ verſuram facere vellent, id ob legem
Gabiniam facere non potuiſſe: vetabat autem Gabinij lex
de pecunia ita ſumpta ius dici ſyngraphis, & cautionibus
hac in re extortis nullam vim in iudicio obtinentibus hac
de re extortis nullam vim in iudicio obtinentibus, vt me-
morat Zaſius *in catal. leg. antiquor. cap. de leg. Gabin.* Roſin.
*antiquit. Romanar. lib.*8. *cap.* 20. & Cuiac. *in l.* 1. *de vſur. ad*
Papin. vbi ait legem Gabiniam non pati, vt vſuræ commu-
tent vſuras, vt ſi ſumas ab aliquo pecuniam ſub vſuris, qua
ei debitas vſuras perſoluas, & hoc reprehenſione dignum
eſſe, quia hac ratione fit fraus regulæ iuris, quæ eſt vſuras
vſurarum non deberi, ſed tantùm ſortis. † Et notandum eſt 9
verſu

verſuram tunc fieri, cùm pecunia verè numeratur, & accipitur ad prius fœnus diſſoluendum, idque per legem Gabiniam fuiſſe prohibitum, ita vt nulla creditoris actio, & petitio eſſet, vt ex Zaſio, & aliis dictum eſt, & iterum notat Cuiac. ad African. *tract.* 4. ne vt ille ait inopes vſuris obruantur. Ex quo probabilis videtur eorum opinio, qui putant in reditibus annuis verſuram fieri non poſſe, id eſt, nouum cenſum conſtitui numerata, & præſenti pecunia ea lege, vt ex ea reditus præteriti diſſoluantur, vt ſenſit Intrigliol. *loc. cit. num.* 4. Hoc enim in fraudem conſtitutionis fieri videtur, quod nunc non attingo.

10 Vel cenſus cenſuum petuntur ratione lucri ceſſantis ex eo ſcilicet quod ſi penſiones ſua die ſolutæ fuiſſent creditor potuiſſet ex his merces comparare, & lucrari, vel alios cenſus, & prædia emere, & fructus percipere. Et hoc caſu licet in pecuniis ex alia cauſa debitis receptum ſit intereſſe lucri ceſſantis deberi poſt motam *ex l. C. de ſent. quæ pro eo, l.* 13. *ff. rem rat. hab. l.* 2. *§. vltim. ff. de eo quod cert. loc.* vt in præcedentibus tractatum eſt, & fatentur omnes tamen in annuis reditibus, an poſt moram debitoris quidquam capere liceat ratione lucri ceſſantis, non ſatis conſtat præſertim ob conſtitutionem D. Pij, qua improbantur pacta continentia debitorem cenſus poſt moram teneri ad intereſſe lucri ceſſantis. Nam ſunt, qui putant Diuum Pium prohibuiſſe duntaxat, ne lucrum ceſſans in pactum deduceretur, ideoque etiam nunc poſt motam creditores redituum rectè agere ad id quod eorum verè intereſt ob lucrum amiſſum culpa debitoris, vt Azor. *dict. lib.* 10. *cap.* 13. *quæſt.* 1. Salon *dict. controuerſ.* 16. *num.* 1. *verſ. poteſt ſecundo.* Rota poſt Cencium *in deciſ.* 147. *num.* 20. idem Cencius *de cenſib. part.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *artic.* 5. *num.* 9. *nunc poſt vltimam impreſſ. Taurin. quæſt.* 57. *n.* 10. *&* 11. Vincent. de Franch. *in dict. dec.* 254. *num* 11. Scaccia, Gratianus, & alij citati *n.* 1. Ioan. Baptiſt. Leonell. *ad bullam Pij V. gloſſ.* 15. *in fin.* Molſeſ. *de contract. cap.* 6. *num.* 100. & qui nuper editi ſunt Duardus *ad eandem conſtit.* §. 4. *quæſt.* 23. *num.* 11. & Scortia *Theorem.* 269. vbi ait non ſolùm intrinſecum, vt admittit Molina, ſed etiam extrinſecum reſarciendum eſſe, idque colligi *ex l. ſi ſterilis, §. cùm per venditorem, de act. empt.*

Sed conſtitutionem D. Pij aliter interpretati ſunt Nauar. *in comment. de vſuris num.* 93. Boninſign. *de cenſib. cap.* 10. *num.* 1. Molin. *diſp.* 350. *num.* 10. Virgin. de Boecat. *part.* 1. *num.* 9. Ioan. Franciſ. Leo *theſaur. forenſ. Eccleſ. part.* 2. *c.* 15. *num.* 38. Vgolin. *de vſur. cap.* 45. §. 11. *num.* 1. Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 8 *in fin.* Philipp. Fab. Fauentin. *diſp.* 47. *num.* 344. ſentientes ex hac cauſa lucrum ceſſans non deberi, nec exigi poſſe, quorum ſententiam ego ſequor.

11 Et licet Felician. *dict. cap.* 9. *num.* 14. ſubtiliter ſentiat ex conſtitutione Pij V. non prohiberi lucrum ceſſans modo legitimè probetur, ſed tantùm ne fiat pactio de certa quantitate præſtanda ratione lucri ceſſantis, vel iuramento creditoris liquidanda, nimirum quia huiuſmodi pacta ſuſpecta ſunt, neque carent ſuſpicione fœnoris, cuius ſenſum probarunt Scaccia *in dict. ampliat.* 8. *num.* 296. & Cencius *in dict. quæſt.* 57. *num.* 10. quod etiam videtur ſenſiſſe Leonell. *in d. gloſ.* 16. *in fin.* & in additionibus eiuſd. & Scott. *loc. cit.* vt ſcilicet minus derogetur iuri communi, quo cautum eſt, vt interueniente mora debitor teneatur ad id quod vel in lucro, vel in damno creditoris intereſt, vt omnibus notum
12 eſt *ex l.* 2. *§. vlt. de eo quod cert. loc.* & aliis locis. † Nihilominus probabilius puto ſenſiſſe Pontificem, ne creditor quicquam caperet hoc nomine vltra reditum, quia ſatis illius ſolutione oneratur: & ſatis lucratur emptor reditus, qui ex pecunia tradita in pretium cenſus plus exigit, & conſequitur, quam ſi domum, vel agrum comparaſſet, vt ait Virgin. *loc. cit.* & Vgolin. *in d.* §. 11. *num.* 10. Roderic. *in d. quæſt.* 8. *num.* 2. qui propterea ait definitionem D. Pij V. non fundari in incertitudine eius quod intereſt, vt putat Felicianus: ſed quia cenſus eſt acceſſio, & ideo non debere creditorem duplicem acceſſionem exigere penſionem ſcilicet, & intereſſe amiſſi lucri.

13 Deinde verba conſtitutionis interpretationi, quam Felicianus comminiſcitur, & quam amicam literæ dicit Cencius, repugnare videntur, quia conſtitutio ſimpliciter vetat, ne fiant pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambia, quod non eſt omiſſum, quando prohibet pacta, quibus ad ſalaria, & expenſas debitor obligatur: & proinde certiſſimum eſt Diuum Pium V. non tantum prohibuiſſe, ne de certa lucri quantitate conueniretur, ſed etiam ne ſub incerta quantitate, & ſimpliciter lucrum ceſſans in pactum deduceretur, vt rectè aduerſus Felicianum notant Azor. & Scacc. *loc. cit.* & Duard. *in d. quæſt.* 23. *num.* 8. *&* 9. & Roderic. *loc. cit.* vbi ait intellectum Feliciani, ſic enim loquitur, & ex ipſius motus proprij verbis facile conuinci. Obſeruandum enim eſt, vt dixi non iiſdem verbis in hac clauſula Diuum Pontificem vti dum prohibet pactum de præſtando id quod intereſt, & pactum de ſalariis, & expenſis reficiendis. Ait enim *Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, &c. ex toto*
irrita ſint, & nulla. † Quod ego ſapientiſſimum Pontificem 14
ſanxiſſe puto, quia ſalaria, & expenſæ, quæ fiunt culpa debitoris in exigendo reditu iure debentur, & licitè exiguntur, vt inter alios notant Molina *loc. cit. verſ. circa hæc obſer.* Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 85. Salas *d. dub.* 11. *num.* 1. *verſ. ſeptima vt non fiat*, & declarauit idem Diuus Pius ad expoſtulationem Siculorum in alia eius conſtitutione, cuius mentionem faciunt Scortia, & Cencius *loc. cit.* ſed quia ab initio poterant, & fortaſſe conſueuerant immodicè taxari ob auaritiam locupletiorum, & egeſtatem debitorum, qui vt habeant pecuniam, qua indigent, nihil creditoribus, & emptoribus redituum negare ſolent, quæ fraus antiqua eſt, vt conſtat *ex l. traiectitia, ff. de obligat. & act. & l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de verb. obligat.* Cuiac. ad African. *tract.* 7. ideo iuſſit Pontifex, ne certa, & definita quantitas expenſarum in pactum deducatur: ſed vt eæ tantum expenſæ repeti poſſent, quæ ex iuris diſpoſitione debentur, & mandato iudicis decernuntur. Diuerſum eſt in intereſſe lucri ceſſantis, quod quia ob moram in ſolutione redituum factam non debetur, ideo ſimpliciter vetuit illud in pactum deduci: alioqui fruſtra, & inutiliter D. Pius id prohibuiſſet, ſi tantum eſſet prohibitum de eo paciſci, vt Cencius, & Duardus, & alij putant, quia aperti iuris eſt poſt moram debitoris etiam ſine pacto dari actionem ad id quod intereſt, niſi aliud obſtet vt dixi *ex l.* 2. *in fin. de eo quod cert. loc. l. ſocium, in princ. ff. pro ſoc.* & aliis *quæſt.* 74. *num.* 8. & fatetur ipſe Leonell. *loc. cit.* & Cencius *in d. q.* 37. *num.* 1. Quamobrem ne inutilis ſit hæc prohibitio, dicendum eſt ſenſiſſe Pontificem non tantum, vt lucrum ceſſans in pactum non deducatur, ſed etiam, vt non exigatur.

Proinde quod ait Duardus *loc. cit. num.* 9. Pontificem prohibuiſſe pacta de intereſſe lucri ceſſantis ſub certa, vel incerta quantitate præſtando, vt tolleret occaſionem fœnerandi, verum quidem eſt in conuentione de certa quantitate ſoluenda pro eo quod intereſt; nam ſi huiuſmodi pacta admitterentur, poſſet creditor ex vi, & poteſtate ſolius conuentionis exigere vltra quam debeatur, quod eſt illicitum, & vſurarium: incongruum verò eſt cùm lucrum ceſſans ſub incerta quantitate, & nulla facta taxatione in pactum deducitur. Hic enim nulla fraus, aut occaſio fraudis deprehendi poſſet, ſiquidem non poſſet creditor virtute huiuſmodi pacti exigere niſi quod verè illius intereſt, & probabitur legitimis modis: & conuentio id tantùm continet, quod tacitè ineſt, & iure debetur, vt ipſe putat: exprimere verò id quod tacitè ex iure intelligitur, neque ſuſpectum eſt, nec eſſe debet *l.* 3. *Cod. de fideiuſſ.* Non ergo ita conſtituit Pontifex, vt occurreret fraudi, quæ nulla eſſe poterat, cùm ſimpliciter, & ſub incerta quantitate intereſſe in pactum deductum eſt, non magis quàm in aliis contractibus, in quibus id non eſt prohibitum: & proinde magis eſt, vt dicamus Diuum Pium voluiſſe, ne vltra reditum quidpiam ratione lucri ceſſantis exigi poſſet. Et congruentius eſt, quod ait Duardus hoc loco Diuum Pium ita conſtituiſſe, quo debitor cenſus minus oneribus grauaretur. At fruſtrà id conſtituiſſet, ſi nihilominus poſt moram vltra penſiones poſſet ſub prætextu ceſſantis conueniri. 15

Et huius rei fortiſſimum argumentum eſt, quia etiam 16 ſubducta

ſubducta conſtitutione D. Pij verius eſt ſecundùm regulas iuris ob moram factam in penſionibus præſtandis vſuras, ſeu intereſſe non deberi. Quod quidem Paradoxon quibuſdam videbitur, & tamen certiſſimum eſt. Quod vt oſtendam obſeruandum eſt Rodericum *loc. cit.* negare ea reditibus non ſolutis intereſſe lucri ceſſantis deberi poſt moram, quia penſio reditus annui eſt acceſſio ſortis, & ideo non debere creditorem, duplicem acceſſionem exigere penſionem ſcilicet, & intereſſe. Et licet ſors non debeatur, tamen inquit negari non poteſt reditum ratione ſortis deberi, & illius acceſſionem eſſe. Ex contrario Vincentius de Franchis, Gratianus, Griuellus, Rouitus, & nuperrimè Duardus, & alij iampridem contendunt intereſſe exigi poſſe, quia inquiunt, reditus annui non ſunt acceſſiones ſortis, quæ in cenſibus non debetur, nec repeti poteſt: & proinde cùm non ſint acceſſiones, ſed principaliter debeantur, vt etiam opinatur Duaren. *ad tit. de vſur. cap. 1. circa fin.* conſequens eſt illis ſua die non ſolutis poſt moram habendam eſſe rationem lucri ceſſantis. Itaque huius celebris quæſtionis definitio pendet ex alia, an ſcilicet penſiones, & præſtationes annuorum redituum ſint acceſſiones, & inter acceſſiones cenſeri debeant. Nam ſi inter illos conueniret eſſe vel non eſſe acceſſiones, vtique etiam in vnam conuenirent ſententiam: ſed quia ille ait acceſſiones eſſe, hi verò negant, ob id contraria ſentiunt, & maximè diſſentiunt. Ego pato pace eorum dixerim errare omnes, & decipi, Rodericum quidem, dum ait eſſe acceſſiones ſortis. Cùm enim non debeatur ſors, quæ ſcilicet fit venditoris, *l. 1. ff. de rerum permut.* non poſſunt penſiones acceſſiones eſſe eius rei, quæ non debetur *l. 4. Cod. depoſ. l. 11. §. pretij. ff. de act. empt. & arg. l. 41. ff. ſi cert. pet.* illos verò, dum negant acceſſiones eſſe, quod non ſint acceſſiones ſortis. Neque enim ex eo quod non ſunt acceſſiones ſortis, rectè colligitur acceſſiones non eſſe. Poſſunt enim acceſſiones eſſe alterius rei quàm ſortis, illius videlicet iuris, quod in conſtitutione cenſus emitur, idque multis modis probari poteſt.

17 Primùm, vt fructus ſunt acceſſiones prædiorum *l. 7. & l. cum quis, ff. de cond. cauſ. dat. l. ita tamen, §. heres, ff. ad Trebell. l. non eſt 9. C. fam. hercisc.* Anton. Fab. *in d. tit. de vſur. defin. 4. n. 2.* non autem pretij, quo res, & prædia comparantur: ita prorſus penſiones annuæ fructus ſunt illius iuris, quod pecunia emitur vt aliud agens tradit Sigiſm. Scacc. *§. 1. q. 7. n. 174.* & Ioan. Malder. *tract. 5. c. 5. dub. 2. verſ. verum iam ante*, & ſuſpicatus eſt Duardus *in d. quaeſt. 23. in fin.* Quod ius eſt diſtinctum, & ſeparatum ab ipſis fructibus, & penſionibus, quæ in pecunia, vel fructibus præſtari ſolent, vt tradit Ioan. de Medin. *de rebus per vſur. acquiſ. quaeſt. 11. & 12.* Molin *diſp. 383. n. 3* Rebell. *lib. 10. quaeſt. 1. n. 15. & 21.* Ioan. Aloyſ. *de ſeptim. ad Bullam Nicolai V. de cenſib. n. 23.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 107. n. 11.* Malder. *loc. cit.* & alij plurimi apud eundem Cencium *q. 30.*
18 *n. 26. & quaeſt. 45. n. 9.* † Quod etiam ex eo patet, quia licet ius iſtud inter immobilia cenſeatur, penſiones tamen ipſæ, & earum reliqua pro mobilibus habentur ex Aleiato *in l. monentium, n. 7. de verb. ſignif.* Ripa *in l. rem quæ n. 16. ff. de acquir. poſſeſſ.* & Tiraq *de retract. lib. 1. § 1. gloſ. 6. n. 16.* Gail. *lib. 2. obſ. 10. num. 2.* & alij apud Cencium *in d. quaeſt. 30. n. 25.* vel inter nomina debitorum, & alia, quæ tertium genus conſtituunt, vt tractat Linglesſ. *in deciſ. 15. quaeſt. 13. n. 4.* Differt igitur ius reditus ab ipſis reditibus, vt domus à penſionibus, nauis à vecturis, agri à fructibus perceptis ſeparantur: & proinde manifeſtum eſt reditus & penſiones acceſſiones eſſe, quo poſito conſequens eſt illis ſua die non ſolutis intereſſe non deberi, ne creditor duplicem acceſſionem exigat reditum ſcilicet, & id quod intereſt.

19 Deinde reditus acceſſiones eſſe ex eo diſcimus, quia per ſe conſiſtere non poſſunt *arg. l. nam, quod ff. de pen. leg.* pendent enim ex iure illo percipiendi reditum, quod cenſus, & ius cenſus dicitur, quo ſublato, vel perempto penſiones nullæ amplius debentur, neque conſiſtunt, vt omnibus notum eſt, & notat Caballin. *de eo quod intereſt n. 177.* & cenſuit Rota poſt tractatum Cencij & Duardi *in dec. 270. n. 4. dec. 495. n. 4.* & ipſe Cencius *initio part. 3.* vt euulſa arbore nulli amplius fructus prouenire poſſunt.

20 Præterea certiſſimum eſt cenſum inter res fructiferas cenſeri, quia ex eo certa fructuum quantitas ſingulis annis percipitur, vt ait idem Cencius *quaeſt 51. num. 6.* & proinde rectè ſuper illo tanquam ſuper re fructifera cenſum conſtitui, vt multi tradunt apud eundem Cenc. *loc. cit. n. 1.* & Maſtrill. ad Gregor. *de cenſib. quaeſt. 5. n. 116.* Caroc. *in dec. 103. in fin.* quibus conſenſit idem Duardus §. 1. *quaeſt 31. num 5.* nullius autem rei ferax eſt, quàm penſionum quæ cùm ſint fructus cenſus, vt ait idem Roder. *lib. 1. q. 12 n. 27.* neceſſe eſt acceſſiones eſſe, vt ſunt fructus aliorum prædiorum.

Quarto id ſubindicat *l. ſancimus, 25 Cod. de admin. tut.* 21
qua ſancitum eſt debitores redituum rectè ſine iudice tutori ſoluere: nec opus eſſe iuſſu, & mandato iudicis, vt liberationem conſequantur, quamuis in alijs cauſis aliud conſtitutum ſit, vt etiam notat Foller. *de contract. cenſuar. cap. vltim. num. 70.* Montan. *de tut. & curat. cap. 32. num 128.* & Cencius aduerſus Bonium *quaeſt. 64. num. 18.* & poſt Cencium, Duardum §. 3. *quaeſt. 18. num. 1.* ſanè clarè expreſſum eſt *in dict. l. ſancimus*, debitores redituum, ſi eos tutoribus ſoluerint, omnino liberari. Quod etiam ex eadem conſtitutione receptum eſt in penſionibus domorum, vecturis nauium, & iumentorum, & annonis ciuilibus, vt docet Cuiac. *ad h. titul. Cod. de admin. tut.* denique id locum habebat in vſuris, ſi quæ fortè erant debitæ pupillo iuxta modum *l. eos, Cod. de vſur.* nam & vſuræ acceſſiones ſunt, & reditus pecuniæ, vt ait Rodetic. *lib. 1. quaeſt. 1. num. 15.* & conſtat *ex l. alumna, ff de aliment. leg. & l. 88. §. qui ducerta, ad l. Falcid. & ex titul. de vſur.* qui ita conceptus eſt, *de vſuris, & fructibus, & cauſis, & omnibus acceſſionibus.*

Denique reditus acceſſiones eſſe conſtat apertiſſimè *ex l.* 22
vltim. Cod. de iure dot. in fin. illis verbis, *reditus, penſiones, vel vſuras, vel alias acceſſiones, & ex leg. vltim §. ſin autem, Cod. de bon. quæ lib.* illo loco *vel minime reditus, vel alias acceſſiones contineat,* conſtat igitur reditus inter acceſſiones numerari & proinde illorum aliam extrinſecam acceſſionem non dari ſecundum Roderici ſententiam, quam tamen ſatis probare non potuit. His tamen locis, vt hoc in tranſitu dicam, & *ex Nouell. 160.* apertiſſimè apparet conſtitutiones redituum vetuſtiſſimas eſſe.

Ex his etiam manifeſtum eſt Duardi ſolutionem *in dict.* 23
quaeſt. 23. in fin. non euertere noſtram ſententiam. Nam licet verum ſit penſiones non eſſe acceſſiones ſortis, non tamen ſequitur non eſſe acceſſiones, verè enim ſunt fructus, & acceſſiones illius iuris percipiendi reditus, quod diſtinctum eſt à penſionibus ſecundum ea, quæ dicta ſunt ex Molin. Rebell. & alijs *num. 17.* & meritò inter acceſſiones numerantur *in d. l. vltim. Cod. de iur. dot.* & aliis locis. † Qua ra- 24
tione etiam refellitur, quod poſt Fabrum cenſet Rouir. *in d. dec. 9. n. 24.* penſiones ſcilicet in conſtitutione cenſus principaliter emi, veluti quodlibet aliud corpus, quod in contractum emptionis, & venditionis deducitur, quia verius eſt in contractu cenſus non venire penſiones, ſed ius illud percipiendi, vt docent Rodetic. Auend. Azor. & alij apud Duardum *in §. 1. quaeſt. 9. n. 5.* & rurſus *quaeſt. 24. n. 5.* & Rota poſt eoſdem Cencium, & Duardum *in dec. 116. n. 9.* Vt ergo in emptione rei fructiferæ non emuntur fructus rei, ſed res veluti ager, domus, pecora, quorum fructus, & fœtus ſunt acceſſiones rei venditæ *l. 13. & 16. C. de act. empt.* vt diximus, niſi ex accidenti eùm pars rei ſunt, vt *in l. 13. §. ſi fructibus, ff. eod.* ita prorſus in emptione cenſus, qui res fructifera cenſetur, non emuntur penſiones, ſed ius, cuius fructus, & commoda ſunt penſiones, quæ inde ſucceſſu temporis proueniunt. Qua ratione etiam nihil obſtat, quod Fontanella ait *loc. cit.* contractum cenſus veram emptionem eſſe, & ideo non poſſe applicari, quod dicitur vſuras vſurarum non deberi, quia licet reditus non ſint vſuræ, fructus tamen ſunt, & acceſſiones illius iuris, quod pecunia emitur, vt diximus *ex l. vlt. C. de iur. dot.* & aliis, quæ auctoribus contrariæ opinionis non occurrerunt, & proinde aliam acceſſionem admittere non poſſunt, quia hæc eſſet immodica computatio *l. 2. §. 5. de admin. rer* & diximus ea aliis, tum ex Fabro *in d. def. 4. de vſur. n. 1. & 2. in alleg.* vbi ait omnes fructus acceſſiones eſſe vnde perperam Fontanella à ſui Senatus ſententia diſceſſit, qui potius tueri debuit.

Vt etiam nihil mouet conſtitutio declaratoria eiuſdem 25
Pontificis §. 7. qua mouetur Scottia *in dict. Theorem. 169.* quia Diuus Pius nihil hoc loco de intereſſe lucri ceſſantis reſcripſit:

ſcripſit : & tantum reſpondet exactionem expenſarum non eſſe prohibitam , quæ ex iuris diſpoſitione veniunt, & mandato iudicis adiudicantur : alia autem eſt ratio expenſarum, & eius quod intereſt, expenſæ enim non ſunt acceſſiones penſionum, ſed litis, vt ait Præſes Faber *de error. pragmat. Decad.* 20.*cap.* 1.*in fin.& indicat tit.C.de fruct.& lit.expenſ.* intereſſe verò lucri ceſſantis, ſi penſionibus accederet, eſſet acceſſio alterius acceſſionis nimirum redituum, quos acceſſiones eſſe ſatis demonſtratum eſt.

26 Denique nihil obſtat *d l.ſi ſterilis.§.cum per venditorem.ff. de act.empt.* ex qua Scortia, & Salas colligunt habendam eſſe rationem intereſſe etiam extrinſeci, quia potius contrarium hîc definitum eſt, vt verba demonſtrant, quæ ſunt huiuſmodi. *Neque enim ſi potuit ex vino negotiari, & lucrum facere, id æſtimandum eſt , non magis quam ſi triticum emerit, & ob eam rem quod non ſit traditum , familia eius fame laborauerit , nam pretium tritici non ſeruorum fame necatorum conſequitur.* Ex quo loco Syluan. *in conſ.* 10. & alij plerique contendunt lucri ceſſantis rationem habendam non eſſe , de cuius tamen ſententia dixi aduerſus Syluanum *quæſt.*71.*n.*13.& dicam *quæſt.*83.*num.*28. illud verò certiſſimum eſt hunc iuris locum nihil ad probandam eorum ſententiam pertinere. Statuamus igitur pro reditibus non ſolutis ex mora intereſſe lucri ceſſantis non deberi. Quod tamen duas exceptiones patitur, vt poſt pauca dicam.

27 Denique vel petuntur interuſuria redituum ob damnum, quod creditor patitur ob penſiones ſua die non ſolutas : & hoc caſu licet idem Rodericus *in d.q.*8.*in fin.* idem ſentire videatur , nihil ſcilicet in hac ſpecie ſub prætextu damni emergentis exigi poſſe etiam poſt moram , quia intereſſe damni emergentis etiam eſt acceſſio accidentalis , & extrinſeca , & ideo ne detur acceſſionis acceſſio contra principia iuris ciuilis, debitorem annuorum redituum non teneri ad huiuſmodi intereſſe magis quàm ad intereſſe lucri ceſſantis. Alij tamen ferè omnes ſentiunt intereſſe damni emergentis conſtitutione Diui Pij non excludi, & proinde licitè exigi poſſe, & ita ſentit Nauarr *in lib.de vſur.n.*93 Boniniſin *d. cap.*10.Vgolin. *de vſur. cap.*45.§ 1 *n.*12. Rebell.*lib.*10. *quæſt.*6.*n.*15 Salas *d.dub.*11.*n.*1. Rot.*in*. *collect.Farin par.*2. *dec.*69.*in fin.* Lupus, Felicianus, & alij , quos ſequitur Cencius *in d.q.*57. *n.* 1. His accedit nuperrimè Duardus *in d* §.4. *quæſt.*24.*n.*3. *&* 4.vbi ex ſententia multorum cõſtituit licitum etiam eſſe id in pactum deducere. Quare illicita quidem videri poteſt exactio lucri ceſſantis, vt dictum eſt, ſed alia ratio eſt illius, qui ob non ſolutas ſibi penſiones damnum verè patitur. Etenim is, cui reditus debetur, immodicum lucrum faceret, ſi penſionem annuam, & prætera intereſſe lucri ceſſantis perciperet *arg.l.*2.*§.ſi indemnitas.ff. de admin.rer.ad ciuit.pert.* vnde ſatis eſſe, ſi penſionem exigat: & ſatis lucratur ex pecunia, quam ne negotiationis periculo exponeret, in cenſuum emptionem conuertit. Is verò, qui damnum patitur: ne quidem ipſam penſioně exigeret, niſi debitor cenſus damnum illud refunderet, quod ob eius culpam creditor verè paſſus eſt, & reſpectu creditoris nulla fieri videtur acceſſio, cùm tantùm illi reſarciatur damnum, quod ſenſit culpa debitoris: & creditor, cui tantundem deceſſit, nihil reipſa habet vltra reditùm, & ideo videtur diuerſum in intereſſe damni emergentis conſtituendum eſſe.

28 Et nihilominus quia negari non poteſt id quod intereſt ratione damni emergentis , acceſſionem eſſe extra rem non minus quàm intereſſe lucri ceſsãtis *l.*2.*in fin.de eo quod cert.loc.* & *d l.ſi ſterilis.§.cum per venditor.* in quo, nec hoc nec illud intereſſe admittitur, vt dixi, verior eſt vnius Roderici ſententia, nempe ob moram in ſolutione redituũ factam intereſſe damni emergentis extrinſecum non deberi, ne detur acceſſionis acceſſio, vt dictum eſt. Quo fundamento iacto corruunt omnia, quæ in contrariũ adduci poſſunt, & nihil mouere debet conſtitutio illa Diui Pij ad Siculos §.*præterea.* quia tantùm loquitur de expenſis, quæ non ſunt acceſſiones pecuniæ debitæ ſed fructus ſeu potius damna litium, vt dixi ex Fabro *loc.cit.* & pœna temerè litigantium *l.non ignoraret.C de fruct.& lit.expenſ.* & §. *hæc autẽ.* Inſtit.*de pœn.temer.litig* & ita cõperi Cathalon Senatum paſſim indicare apud Fontan.*in dict.deciſ* 205.*num.*3 & 4. qui tamen id modeſtè quidem ſed immeritò carpit Et ſecundùm hanc ſententiam Sereniſſimus Dux noſter edicto ſuo cuius ſæpe mentionem fecimus, reditus redituum iuſſit abo-

leri, quos creditores ſine delectu exigebant. Et tamen in tranſitu huc referre licet illud D. Hieronymi *in epiſtol. Prouida, & ſeuera legis cautio, & tamen nec ſic refrænatur auaritia.*
Sed hæc concluſio, qua diximus poſt moram in ſoluendis 29
reditibus factam, neque lucri, neque damni rationem habendam eſſe, duas patitur exceptiones. Prima eſt, vt non habeat
locum , cum quis nomine alterius reditus exigit , vel ſoluit.
Hoc enim caſu funguntur vice ſortis , & proinde rectè recipiunt acceſſionem eius quod intereſt creditoris ratione lucri
vel damni, vt conſtat *ex l.*7.*§.ſi vſuras. & l.*58.*§.*1. *& vlt.ff. de admin. tutor. & l.*10.*§. ſi procurator.ff. mand.* & tradit Menoch.
caſ. 119. *in fin.* & nos diximus aliis auctoribus citatis initio
proximæ quæſt. præcedentis , quibus in ſpecie conſentiunt
Renat. Choppin.*de morib.Pariſienſ. lib.*3.*tit.*2.*n.*12.& Brodæus
ad Louët.*in lit.B.arreſt.*55. quod miror à Cencio *in dict.quæſt.*
57 poſt tot additiones prætermiſſum fuiſſe.
Altera exceptio eſt , vt non habeat locum in intereſſe in- 30
trinſeco, vt ſi fortè reditus non in pecunia, quæ ſemper eiuſdem poteſtatis eſt *l.*3.*ff.de in lit.iuran.* ſed in tritico, oleo, aliiſque ſimilibus ſpeciebus, quarum æſtimatio, & pretium in dies
variari ſolet, vt diximus *ex l.*3 *ff.de eo quod cert.loc. & l.*63.*in fin. ad l.Falcid.* vnde ſi fortè triticum vilius aut pretioſius factum
eſt poſt moram, vtilitatem, quæ circa rem ipſam conſiſtit, conſtitutio Pij V. non adimit: & proinde non prohibetur dominus cenſus petere æſtimationem tritici, quanti id veniit, vel
quanto pluris id hodie ſi haberet, vendere poſſet, & ita Theologi rectè ſentiunt Molin.*diſp* 390.*num.*10.Leſſ.*d.cap.*22.*num.*
85.Rebell.*d quæſt.*6. *num.*15.Scortia, & Salas *loc.cit.* idem docet Salon *tit.de cenſib.art.*3. *controuerſ.*16. *num.*1.& Cencius *in*
*d.quæſt.*57.*n* 7.† Cùm enim inquit Molina, qui primus id ad- 31
notaſſe videtur , cenſualis contractus ſit pars ſubiecta emptioni , & venditioni , ſolutio verò penſionis quaſi partialis
quædam traditio mercis emptæ : atque ex eo quod venditor
ſit in mora rei tradendæ, ſolum teneatur ad intereſſe intrinſecum merci , & non ad extrinſecum iure ciuili *dict.l.ſi ſterilis.§. cum per venditorem.* conſequens profectò eſt, vt ex natura cenſualis contractus non debeatur lucrum ceſſans extrinſecum, atque ideo , vt debeatur neceſſe eſt, id in pactum referre , quo Diuus Pius hoc loco nullum reddit quod etiam
Leſſius , & alij Theologi expendunt , & probant. † Mihi 32
vero non placet , quod Molina in ſolutione penſionis fieri
partialem traditionem rei emptæ. Neque enim in conſtitutione cenſus emitur penſio, vel emuntur fructus , qui in ſolutione penſionis præſtantur , ſed ius percipiendi reditum
annuum , vt diximus , & docet ipſe Molina *diſp.* 383. *num.*
3 & proinde cùm ſoluitur penſio , ſiue in pecunia , ſiue in
fructibus ea præſtari debeat , nulla ſit traditio rei emptæ,
& venditæ , ſed fructuum , † quia in contractu cenſus tra- 33
ditio iuris quod venditur , fit in ipſa conſtitutione cenſus,
cùm ſcilicet venditor rebus ſuis reditum imponit , & in
emptorem præſentem recepto pretio integro transfert ius
percipiendi illum ſingulis annis , vt in tranſitu docet Salon
de cenſibus art. 1. *controu.* 1. *num.* 4. & nos diximus *quæſt.* 48.
num. 28. quia cùm cenſus res incorporalis ſit cùm in iure
conſiſtat *l.*1.*§.*1. *ff. de diuiſ. rer. & qualit.* ceſſio locum obtinet veræ traditionis , vt docet Bald. *in l.*17. *n.*10. *C. de vſur.*
Menoch.*de retin.rem* 3.*n.*259. Gratian.*diſcept.forenſ.cap.*310.*n.*
1.& 2.& alij plurimi apud Poſtium *de mandat.manut.obſer.*55.
*n.*8.inter quos ipſe Cencius *quæſt.*92.*n.*9.& proinde cùm emptor penſiones recipit, non rei emptæ partem capit ſed illius
fructus, perinde ac ſi domum, vel nauim comparaſſet, & fructus perciperet, vt comperi deinde adnotaſſe Duardum *loc.cit.*
*n.*12. vnde aliam rationem adfero, & ni fallor huic rei valde
congruentẽ. † Nimirum quia nihil eſt aliud æſtimatio quanti 34
plurimi, quàm res ipſa quæ debetur, & in cuius locum præſtatur *l.in re furtiua.§.*1.*ff.de condict. furt.l. pen. & vlt.ff.de condict. tritic.* ex quibus id notat Anton.Faber *de error.pragmat. Decad.*
17.*cap.*4.*n.*4.Marc. Anton.de Amat.*deciſ.*24.*n.*17. & Gratian.
*diſcept.forenſ.cap.*243.*num.*67.*lib.*2.& in ſpecie videtur ſentire
Roderic *de ann. redit. lib.*1. *quæſt.*12. *n.*27. Quamobrem cùm
penſio præſtari debeat , meritò receptum eſt eius obligationem creſcere poſt moram , ſi fortè hodie pluris ſit triticum,
quia ſi datum eſſet , hoc creditor ſeu emptor haberet, vt ait
d. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem , conſtat *ex l. vinum. ſi*

cert.

cert.pet.& aliis. Has igitur exceptiones patitur conſtitutio D. Pij, quas etiam puto ad edictum Ducis noſtri pertinere.

35 Non puto tamen edictum impedimento eſſe, quo minus ſumptus, quos facit creditor pro penſionibus exigendis culpa aduerſarij, repeti poſſint. Hos enim ſumptus debitorem præſtare æquiſſimum videtur: neque Diuum Pium id prohibuiſſe certiſſimum eſt. Etenim conſtitutio prohibet duntaxat pactum de certis ſalariis præſtandis, vel liquidandis iuramento creditoris, vt docet Nauarr. *in d.comment. de vſur. n.93.* vbi ſcribit etiam poſt conſtitutionem Pij V. creditorem poſſe petere à debitore cenſus, ſi quos ſumptus paſſus eſt propter moram non ſoluentis. Quod etiam docent Salon *de contr.* 16. *num.2.* Anton. Gomez. *de cenſib. cap.3. n.6.* Eman. Rodriguez. *eod. tract. cond.6. dub.7. in fin.* Gutier. *canonic. quæſt. cap.39. num.4.* Vgolin. *de vſur. cap.45. §.11. num.12.* idem Roderic. *lib.2. quæſt. 6. num.9.* & declarauit Diuus Pius ad expoſtulationem Siculorum, vt dictum eſt his verbis. *Præterea exactionem illarum expenſarum prohiberi, quæ ex pacto, vel conuentione tantum inter contrahentes inita, & inſtrumento cenſus ſpecialiter appoſita refici promittuntur, non autem eas, quæ ex iuris diſpoſitione repetendæ veniunt, & mandato iudicis adiudicantur.* Hi enim ſumptus ſunt pluſquam damnum emergens, & ipſam penſionem quodam-
36 modo minuunt, niſi reficiantur.† Vt diximus expenſas in rebus dotalibus à marito factas minuere dotem *ex l.1. & 3. ff. de impenſ. in reb. dot. fact. & l.1. §. taceat. verſ. cum enim neceſſariæ. l. ſi is qui. §. quod dicitur. ff. de iur. dot.* & tract. Gatz. *de expenſ. & melior. cap.13.* Et litium expenſæ pœnæ ſunt contumaciæ litigantium & non ſoluentium, quæ ex iuris diſpoſitione debentur *d.l. non ignoret & §. hæc autem. Inſtit. de pœn. temer. litig.* denique non ſunt acceſſiones acceſſionis licet ſint acceſſiones litis, vt dicebat Præſes Faber *loc. cit.* vnde licet conſtitutum ſit in iure ciuili, ne vſuræ vſurarum exigerentur *l. vlt. C. de vſur.* neque fructus fructuum *l. neque eorum. ff. de vſur.* neque commoda commodorum *d.l.2. §. ſi indemnitas de admin. rer. ad ciuit. pert.* nullibi tamen conſtitutum eſt, ne ſumptus & expenſas, quas creditor licitarum vſurarum, vel fructuum ſubire coactus eſt in illis exigendis, & percipiendis ob moram, & temeritatem debitoris capere liceret. Quod etiam ex eo confirmari poteſt, quod definit idem Faber *d. tit. de vſur. def.12.* expenſarum litis poſt earum taxationẽ ex mora vſuras deberi, quia principale debitum conſtituunt quod rurſus tradit *in def.75. tit. de fruct. & lit. expenſ. & de error. pragmat. Decad.20. cap.1. in fin.* quod tamen ita demum verum eſſe puto, & admitti debere, ſi creditoris interſit. Quamobrem conſtat neque ex conſtitutione Diui Pij, neque ex edicto Sereniſſimi Ducis noſtri huiuſmodi expenſas petere, vel exigere prohibitum eſſe.

37 Qua ratione etiam nec ex edicto, ſi forte expenſæ ſolutæ ſunt debitores eas repetere poſſunt. Pœnæ enim ſemel depenſæ non ſolent repeti *l.35. & 42. ff. de condict. indeb. & l. id quod pœna. ff. de ſolut. & l.46. de reg. iur.* vbi Cuiacius id confirmat exẽplis *ex l.1. ff. ad l. Iul. de amb. & l.3. §. condemnatio. de tab. exhiben.* neque debito imputari *l. ſi pignore.22. in princ. ff. de pign. act.* & ita in diſceptationibus cauſarum obſeruatum eſt. Nam cum multæ ſententiæ virtute edicti reſciſſæ ſint, quibus debitores in expenſas condemnati fuerant, creditores aduerſus quos à Delegatis iudicatum eſt, huiuſmodi expenſas non amiſerunt. Quamobrem pars illa edicti, qua intereſſe, & cenſus cenſuum abolentur, de intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis intelligi debet, non autem de expenſis litis, & de ſumptibus, quos creditor in exigendis cenſibus facere cogitur.

38 Aliam exceptionem, ſeu declarationem addidit Cencius, quæ inſerta eſt *in nouiſſ. impreſſ. Taurin. d. quæſt.57. num.11. verſ. tertio poteſt declarari.* vt ſcilicet illa concluſio non procedat reſpectu intereſſe veriſimilis, veluti ad rationem quinque pro ſingulis centenis: hanc enim taxationem licitam eſſe ab initio, & in contractu cenſus etiam admittendam eſſe ad modum legitimum, qui ſcilicet cõcurrat cum pretio, & fructibus cenſuum, idque potiſſimùm ex Rota poſt *prim. conſ. Farin. dec.85. n.10. coram Orano,* & coram Cæſar. de Graſſ. *in deciſ.2. n.2. tit. de vſur.* Ego verò puto huiuſmodi exceptionem reiiciendam eſſe, quia repugnat manifeſtè conſtitutioni Pij V. quæ nominatim prohibet pacta continentia debitorem cenſus teneri ad intereſſe lucri ceſſantis poſt moram, & præſertim ſi de certa quantitate conuentum ſit, vt docet Felician. *in d. cap.9. n.14.* & ipſe Cencius *in ead. quæſt.57. n.8. & 10.* Vnde licet veriſſimum ſit taxationem veriſimilis lucri ab initio licitam eſſe, & admitti poſſe, vt docent Gabriel & alij auctores citati à Cencio, & nos diximus *quæſt.72. n.8. & ſequen.* id in mutuo, & aliis contractibus recipi poteſt, ex quibus aliqua pecuniæ quantitas debetur non autem in contractu cenſus, in quo huiuſmodi pactum improbatũ eſt, vt etiam docet Molin *in d. diſput.390. n.10. in fin.* alioqui nulla eſt hac in re differentia inter cenſum, & alios contractus, quod à mente Pontificis alienum eſt: & tota hæc conſtitutio interpretationibus, & declarationibus poſſet euerti, quod eſt abſurdum. Neque deciſio illa Rotæ coram Orano ad hanc ſpeciem trahi poteſt, ibi enim agitur de legato quantitatis quam teſtator iuſſerat in emptionem redituum, & locorum montium inueſtiri, & donec id fieret, vt hæredes ſex cum dimidio pro ſingulis centenariis legatario præſtarent: & reſpondit Rota hoc legatum valere, & taxationem hanc veluti veriſimilem, & concurrentem cum fructibus locorum, & cenſuum admittendam eſſe, quod à nobis probatum eſt *quæſt.18. n.34.* & à noſtra quæſtione alienũ eſt, in qua quæritur, an valeat pactum, vt non ſolutis ſua die cenſibus debitor præſtet intereſſe ad quinque pro centenario, quod Pius V. nominatim vetuit, vt dictum eſt, quamquam alia quoque ſit ratio improbandi pacti, ne detur acceſſio acceſſionis, vt etiam diximus. Debuit ergo Cencius ab hac additione abſtinere.

Quod etiam retinendum eſt in cenſibus donatione con- 39
ſtitutis: certum enim eſt reditum annuum titulo donationis transferri poſſe, vt aliis auctoribus citatis docet Frider. Martin. *de iur. cenſ. cap.3. n.2. & 3.* qui in probatione rei perſpicuæ laborare videtur, id enim conſtat apertiſſimè *ex l. ſancimus. in fin. & l. ſi quis argentum. §.1. C. de donat.* & pro comperto tradit Molin *de contract. diſp.289. num.1. & 11.* Roderic. *de ann. redit. lib.3. quæſt.6. num.3.* & Cencius *quæſt.45. num.1.* qui duo meritò
Felicianum reprehendunt aliud ſentientem.† Qui ſanè redi- 40
tus cum ex liberalitate donantis proueniat, qui vt poteſt fundos & agros donare, ita ex poſſeſſionibus ſuis certum reditum in alium transferre, vt oſtendi poteſt *ex d.l. ſi quis argentum.* illis verbis. *ſi verò reditum certum ex poſſeſſionibus donauerit.* ab omni ſuſpicione fœnoris immunis eſt, neque conſtitutione Diui Pij comprehenditur, vt rectiſſimè docet Nauarr. *in comment. de vſur. num 98. & 128.* Vgolin. *eod. lib. cap.48. num.1.* neque conſtitutione Principis noſtri continetur, quo contractus vſurarij corriguntur, vt multis locis dictum eſt. Etenim liberalitas nihil commune habet cùm vſura, quæ filia eſt auaritiæ. Cæterùm ſi in huiuſmodi reditu præſtando donator moram fecerit, non tamen ad id quod intereſt, vrgeri debet, tum ne detur acceſſionis acceſſio, vt dictum eſt, tum quia etiam mitius cum eis agendum eſt, qui ex liberalitate conueniuntur *l.33. ff. de iur. dot. l. Diuus Pius. ff. de reg. iur.* & in ſpecie oſtendi poteſt *ex l.16. ff. de vſur.* quæ ait. *liberalitatis vſuræ non exiguntur & l.22. ff. de donat.*

Quamobrem cum creditores redituum ex mora nihil vl- 41
tra reditus conſequi poſſint, etiamſi maximè ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, eorum interſit, illis conſulendum eſt, vt vrgeant debitores ad ſoluendum: ita enim etiam debitoribus conſulitur. Nam patientia, & conniuentia creditorum, & ipſis, & debitoribus damnoſa eſt, vt indicat *l. vlt. C. de deb. ciuit.* illi enim diligenter, & opportunè exigendo rebus ſuis conſulunt: hi verò facilius penſionem vnius quam plurium annorum ſoluere poſſunt, & ſi fortè ob negligẽtiam creditorum cumulum penſionum nutrierint, huic oneri ſæpe ſuccumbunt, & prædia vendere coguntur: vel eorum patri-
monia ab auaris creditoribus occupantur. † Et comperi de- 42
inde apud Rebuffum *ad conſtit. Reg.* in Gallia lege Ludouici XII. conſtitutum fuiſſe, vt non niſi quinque annorum reditus peti poſſent: & Chriſtianiſſimũ Regem, ita vt iuberet, mouiſſe ea mala, quæ mox recenſui & recenſet Rebuff. *in tract. de conſtit. redit. gloſ.3. & 4.* atque etiam *gloſ.5. & 6.* Dauten. *ad tit. de vſur. & fruct. cap.3.* & Mainard. *in dec.27. n.4. lib.2.* his verbis. *Cur ita? quia plerunque contingit, vt creditores non exigant reditus ſibi debitos, vt tandem miſeros debitores mergant, & eos poſſeſſionibus ſuis ſpolient.* Idémque apud Sequanos conſtitutum eſſe refert Ioann. Griuell. *in dec.124. num.2.* & refert etiam Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib.3. cap.3. in fin.* Regis Philippi conſtitutione cautum eſſe ne liceat vltra trium annorum penſiones petere.

Extat etiam hac de re conſtitutio apud Venetos, vt memini me legare, quamuis auctor exciderit. Et in Sabaudia huic rei quoque occurſum eſſe edicto Principis ſcribit Præſes Faber *in lib. de variis nummul. debit. ſolut. cap. 22.* vbi ait ſe referente
43 edictum hoc factum fuiſſe. † Denique huc maximè pertinet quod ait Theodoſius *in Nouell. de releuat. adarat. & donat. poſſeſſ. multo oneroſius eſſe ſimul & in aggere coaceruatam ſoluere quantitatem, quam particulatim reddere, quod debetur,* & quod ait *ad d. l. vlt. C. de debitor. ciuit. ipſis commodum eſſe cumulum debiti minimè nutriri.* Extat verò conſtitutio illa Regis Ludouici XII. *in C. Henric. lib. 6. tit. 14.* eiúſque etiam meminit Coraſ. *in centur. Senatuſcon. Curiæ Toloſ. cap. 45. in fin.* & Carol. Loyſ. Pariſienſ. *lib. 1. de redit. cap. 6. n. 11.*

QVÆSTIO LXXXIX.

De libellis libellorum, & aliarum acceſſionum acceſſionibus non exigendis.

SVMMARIA.

1 *Libellarius vetus contractus licitus eſt, & emphyteuſi ſimilis.*
2 *Cenſus reſeruatiuus licitus eſt.*
Nec comprehenditur conſtitutione Pij V.
3 *Libellarij contractus nouum genus apertè vſurarius ex Manento.*
4 *Et continetur Bulla Pij V. de cenſibus.*
5 *Pacta omnia à libellario contractu reiicienda, quæ prohibentur in cenſibus.*
6 *Quiſque poteſt traditioni rei ſuæ, quam vult legem dicere.*
7 *Principaliter quod agitur ſpectandum eſt.*
8 *Martæ contractus libellarij defenſio, & patrocinium* in conſ. 126. *aduerſus obiectiones Manenti.*
9 *Conſuetudo licitum contractum facit.*
10 *Æquum eſt eum, qui percepit fructus rei emptæ penſionem ſoluere.*
11 *Contractus ex conuentionibus partium legem accipiunt.*
12 *Emptor qui ſtatim reuendit, non præſumitur emere voluiſſe.*
13 *Marta obiicit Manento, quod multos auctores referat, neque legerit.*
14 *Pauli Comitoli Theologi de contractu libellario ſententia.*
15 *In contractu libellario non licet pretium ab inuito repetere.*
Vſura intelligi non poteſt, niſi vbi debetur ſors.
16 *Auctoris de contractu libellario ſententia.*
17 *Contractus ſuſpectus eſt fœnoris, cum penſio reſpondet pretio non fructibus.*
18 *Pactum redimendi, ſeu affrancandi præſumptionem facit fœnoris.*
Vt etiam eiuſdem rei eodem tempore venditio, & retentio.
19 *Iudex poteſt contractum venditionis apparentem ex coniecturis vſurarium pronuntiare.*
20 *Licitum quidpiam non eſt, quod ſit publicum.*
21 *Libelli libellorum non dantur.*
22 *Franciſci Burſat.* conſ. 68. *non probatur.*
23 *Sors radix intereſſe & vſurarum.*
24 *Libelli imputantur ſorti, ſi contractus eſt vſurarius.*
25 *Fructus cenſus malè conſtituti ſortem minuunt.*
26 *Penſionis emphyteuticæ intereſſe, non debetur.*
27 *Laudemij debetur intereſſe poſt moram.*
28 *Acceſſio reſpectu vnius poteſt eſſe ſors reſpectu alterius.*
29 *Decimarum intereſſe non debetur.*
30 *Niſi circa rem conſiſtat.*
31 *Debiti vſurarij nullum augmentum debetur.*
32 *Sors in contractibus vſurariis non amittitur.*
33 *Monetæ augmenti intereſſe debetur.*
34 *Monetæ augmentum eſt ſors, & pars ſortis.*
35 *Intereſſe etiam cum augmento monetæ decernendum, ſi verè tantundem interſit.*
36 *Pœnalis ſtipulationis non debentur vſuræ.*
37 *Et præſertim ſi pœna addita ſit quantitati.*
38 *Pœnæ quæ fungitur vice ſortis, vſuræ accedere poſſunt.*
39 *Pœnalis ſtipulatio, quæ quaſi nouat priorem obligationem vſuras recipere poteſt.*
40 *Recambia non debentur ob ſolam moram debitoris.*
41 *Debitor ex cambio non tenetur ad intereſſe alterius intereſſe.*
42 *Etiamſi actum ſit de intereſſe præſtando.*
43 *Lucrum cambij differt ab eo quod intereſt.*
44 *Lucrum lucri an in cambiis admittatur.*
45 *Recambia conſtitutione Pij IV. prohibita.*
46 *Et conſtitutione Pij V. & quibus verbis.*
Et dicta quadam D. de Turri reiecta.
47 *Incrementa cambiorum fœtus pecuniæ.*
48 *Commercia iniuſta non ſunt in Rep. permittenda.*
49 *Emptio vera in recambiis intelligi non poteſt.*
Continuationes cambiorum continuationes nominum.
50 *Cambium eſt illicitum, ſi campſor nouit accipientem non habiturum in loco ſolutionis, vnde ſoluat.*
51 *Bononienſium capitula de cambiis à Pio V. confirmata, quatenus eſſent licita.*
52 *Clauſula* licita, tamen, & honeſta *ex ſubiecta materia refertur ad expreſſa.*
53 *Pactum accipiendi cambio ab alio licitum eſt.*
54 *Pactum accipiendi cambio à ſe ipſo fauore creditoris non valet.*
55 *Reſponſa S. Congregationis non probant continuationes cambiorum inter eoſdem.*
56 *Extenſio D. Raphaël de Turri ad reſponſum vltimum Congregationis non placet.*
57 *Claudij Salmaſij hæretici obiectio quædam reiecta.*
58 *Campſoribus non licet lucra præcedentium cambiorum in ſortem redigere.*
Et argumenta auctoris pro hac ſententia.
59 *Cambiorum in continuationibus inter eoſdem offenduntur regulæ iuris naturalis gentium, & ciuilis, & conſtitutionum.*
60 *Pius V. anatociſmum in cenſibus cur prohibuit:*
61 *Lex optima quæ in cambiis anatociſmum prohiberet.*
62 *Princeps ſæcularis quatenus poteſt de vſuris, & contractibus vſurariis conſtituere.*

HÆc quæſtio facilè ex his quæ proximè dicta ſunt decidi poſſe videtur: & tamen occaſionem præbet, vt videamus, quod genus contractus libellarius, & an ſit licitus. Non enim id à noſtro tractatu alienum eſſe videri poteſt.

Et ſanè vetus, & vetus libellarius contractus, qui ſcilicet 1
fit re tradita certo exiguo pretio, & hoc amplius certa penſione conſtituta in ſingulos annos, & hac plerunque lege, vt ſtatuto, condictóque tempore contractus renouetur, etiam non mutato poſſeſſore data certa pecunia, vel quam bonus vir arbitratus fuerit, & cuius fit ſæpe mentio in libris Feudor. vt *lib. 1. tit. 8. lib. 2. tit. 9. lib. 4. titul. 3.* & apud Caſſiador. *variar. lib. 5.* per ſe licitus eſt, nec ad tractatum vſurarum pertinet. Eſt enim emphyteuſis vel emphyteuſi ſimilis, vt ait doctiſſimus Cuiac. *in lib. 1. feudor. titul. 2.* & Felician. *lib. 2. cap. 4. num. 23.* vbi prolixè quærit, in quibus contractus hic differat ab emphyteuſi, quod non eſt huius loci inſpicere. † Vel cenſui reſeruatiuo proximus, quod ge- 2
nus contractus etiam receptum eſt *ex l. vlt. Cod. de rer. permut.* quæ ait conuentionem hanc rei propriæ dictæ legis ſubſtantia muniri, & probatunt Socin. Iaſon. & alij plurimi apud Menoch. *de præſumpt. lib. 3. cap. 107. num. 4.* Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt. 35. num. 1.* Surd. *in conſ. 162. num. 5.* Auendan. *de cenſib. Hiſpan. cap. 15.* Fridet. Martin. *de iur. ann. redit. cap. 2. num. 18. & 19.* Molin. *de contract. diſp. 381. & 382.* & Sigiſmund. Scacc. *de commerc. §. 1. quæſt. 1. num. 200.* qui notat huiuſmodi cenſus conſtitutione Pij V. non comprehendi, quia in illis ceſſat omnis vſurariæ fraudis ſuſpicio.

Quæ licèt ita ſint, auaritia tamẽ, quæ ingenioſa eſt ad frau- 3
des, aliud libellarij contractus genus excogitauit, qui in Italia frequens eſt, nempe cùm agricola, vel alius quilibet pecunia indigens

indigens fundum ſuum alteri vendit pro certo pretio,& emptor ſtatim,vel paulo poſt eandem rem ei dimittit certa penſione in ſingulos annos impoſita cum lege prælationis,& cōmiſſi, aliiſque plerunque duriſſimis conditionibus additis in fauorem creditoris, & in perniciem accipientis pecuniam. Quod quidem genus cōtractus poſt Bartholomæum Cæpollam Veron. valdè vexatum eſt à Cæſare Manento Iuriſconſulto Mantuano, ſingulari hac de re libro edito,& præſertim *q.* 1. vbi oſtendit huiuſmodi contractus non ſolùm in fraudem vſurarum fieri, ſed etiam eſſe apertè vſurarios inſpecta intentione contrahentium. Neque enim eos vendere,& emere voluiſſe credendum eſt re dimiſſa,& ſtatim recepta *l. non videtur,ff. de reg. iur. l. qui ſic ſoluit,ff. de ſolut. & l.* 4. §. 1. *de manumiſ.* ſed potius de reditu pecuniario acquirendo, & conſtituendo
4 cogitaſſe. † Et proinde hoſce contractus Bulla D. Pij V. *de cenſib.* contineri,quod etiam ſenſit Blancard. *in not. ad Amed. à Ponte q* 41. & Card. Mant. *de tac. & ambig. conu. lib.* 22 *tit* 3. *n.* 4. vbi ait nihil à conſtitutione cenſus differre. Quid enim aliud in hoc negotio agit,& intendit emptor, quàm pro certo pretio ſibi reditum,& penſionem annuam,ſeu ius eam per-
5 cipiendi acquirere,qui eſt finis contractus cenſualis. † Ex quo illud conſequens fit, vt eadem regula huius contractus iuſtitia,& iniuſtitia metienda videatur,qua cenſus conſignatiuos, vt vocant,& pecunia emptos excutimus, & corrigimus: & illa omnia pacta ab his libellis reiicienda ſint,quæ conſtitutione D. Pij V. in cenſibus prohibentur, vt ni fallor ſenſit Card. Mantic. *loc. cit. num.* 7. & diſſerit Manent. *in d quæſt* 1. *n* 21. & 39. alioqui inuenta via eſt, qua prouida Sancti Pontificis conſtitutio eludatur.

6 Neque ex eo hoc genus commercij probari poteſt, quod primo loco prædium ematur certo pretio, & deinde in libellum concedatur ſub illis conditionibus, & pactis de quibus inter partes conuenit,& quod liceat vnicuique in traditione rei ſuæ eam quam vult legem dicere *l.* 48. *ff. de pact. l.* 6 & 8.
7 *C. de rer. permut.* Bec. *conſ.* 101. *n.* 25. Surd. *in dec.* 272. *n.* 20. † Etenim reſpondet Manent. *d. quæſt.* 1. *n.* 15. & *ſeq* emptiones rerum fieri ſolere,vt res perpetuò ſint penes emptorem,& proinde emptionem hanc,quæ fit ea lege,vt ſtatim res dimittatur venditori, ſpectandam non eſſe, ſed ipſam conceſſionem libellariam quæ principaliter agitur *arg. l. ſi quis nec cauſam,ff. ſi cert. pet.* & ex Abb. Socin Calcan. & aliis, quos citat, & præſertim ex Rot. Auenion. *in dec.* 18. *n.* 4. *verſ. ego autem*,& rurſus in re omnino ſimili *in d dec.* 94. *n.* 5. quam tamen Manentus non citat, & proinde hîc reuera nihil aliud agi, aut intendi, quàm pro pecunia reditum pecuniæ acquirere, & rem alienam ſubiicere oneri penſionis vniformis ſoluendæ annis ſingulis ſub periculo commiſſi, & aliis pactis, quæ conſtitutione Pij V. improbantur, vt latius proſequitur Manent. *loc. cit. n.* 21. & 24.

8 Ex contrario Marta *in conſ.* 126. iſtiuſmodi contractus aduerſus Manenti obiectiones defendere nititur. Primò quia venditio,quæ in hoc negotio interuenit,fit palam,& publicè numerato,& recepto pretio,& traditione rei verè transfertur dominium *l. nunquam,ff. de acquir. rer. domin l. traditionibus C. de pact.* & proinde ceſſare omnem illam ſimulationis præſumptionem,quæ ex celeritate dationis in libellum oritur apparente ſcilicet veritate contractus, quia præſumptiones plures tollunt vnam ex Crauetta, Riminaldo, & aliis, quos citat, & addere potuit,quod ait Paulus *in l.* 26 *ff. de reg. iur. imaginariam venditionem non eſſe pretio accedente*

9 Deinde quia hic contrahendi modus vbique fere receptus eſt, & ideo licitus cenſeri debet, conſuetudo enim licitum contractum facit *l. quæ ſeu.* 6. *apud Labeonem,ff. de ſer. fugit*,quo in loco ita docet Bart. & Oldrad *in conſ.* 207. *in fin.* Surd. *in conſ.* 327. *n.* 51. Neque obſtare *cap. vlt. de conſuet.* quo cautum eſt conſuetudinem iuri contrariam obſeruandam non eſſe, quia nullo iure cautum eſt iſtiuſmodi contractum vſurarium, & illicitum eſſe.

10 Denique quia venditor idémque libellarius percepturus eſt fructus ex re vendita, & ſibi in libellum tradita, & proinde æquiſſimum eſt, vt qui re fruitur, & percipit fructus, penſionem aliquam ſoluat concurrentem cum fructibus *l. curabit, C. de act. empt.* & hoc caſu licitum eſſe paciſci de certa annua quantitate pro modo fructuum ex Pariſ. *in conſ.* 60. *n.* 14. *lib.* 5. Couarr. *variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 5. & ita plures in Rota, & aliis tribunalibus fuiſſe iudicatum, & nos non vno loco diximus, & præſertim *quæſt.* 27.

Deinde Marta *num.* 22. reſpondet obiectionibus Manenti, 11
quatenus videbantur negotium facere cauſæ, cui patrocinabatur. Et primò ait non obſtare, quod in eiuſmodi contractibus quindecim pacta adhiberi ſoleant,quæ grauia, & iniqua ſunt venditori, & eius duriorem conditionem faciunt, quia non vbique huiuſmodi contractus eodem modo,& iiſdem pactis celebrantur,ſed ex conuentionibus partium variè legem accipiunt,vt ait *l. contractus, de reg. iur. l.* 1. §. *ſi conuenit. ff. depoſ. l. pacta conuenta,ff. de pact.* in re fere ſimili *in l.* 1. *C. de iur. emphyt.* & proinde non potuiſſe Manentum ex hoc capite hoc commercij genus in vniuerſum damnare, quoniam in omnibus huiuſmodi pacta non inſunt, neque ineſſe cenſentur. Et licèt his contractibus pacta illicita,& vſuraria adiecta eſſent,non idcirco totus contractus corrueret, ſed ſuſtineretur reiectis pactis *l. placuit, & l. pecunia. ff. de vſur.* quod in contractu cenſus receptum eſt, vt ſcilicet pacta illicita reiiciantur ſubſiſtente contractu.

Secundo ait Marta *n.* 27. non obſtare, quod ex breuitate 12
temporis videatur emptor non habuiſſe animum emendi,neque venditor alienandi, quo caſu contractus ſimulatus, & vſurarius eſſe præſumitur ex Gabriel. *conſ.* 74. *n.* 13. *lib.* 1 Menoch *de præſ. lib.* 3. *cap* 122. *n.* 42. & aliis,quia inquit emptio, & venditio,quæ in hoc negotio agitur, non principaliter intenditur à contrahentibus, ſed eſt præparatoria alterius contractus nimirum conceſſionis libelli, & proinde ceſſat omnis ſimulationis præſumptio ex Alex. *conſ.* 94. *n.* 2. *lib.* 3. & Crauet. *conſ.* 135. *n.* 14. cùm enim libellaria conceſſio fieri non poſſit, niſi ab eo qui rem aliquam habet, ideo contractum emptionis præcedere oportere, tanquam præparatorium conceſſionis libelli, & attendendum eſſe, quod principaliter agitur ex regula *l. quæritur, ff. de ſtat. homin.*

Denique ait Marta *num.* 34. Manentum multos auctores 13
referre, neque legiſſe *in d. tract. quæſt.* 1. *part.* 3. vt oſtendat penſionem ad rationem ſex pro centenario illicitam, & vſurariam eſſe, vt Ancharanum, Alexandrum, Ambroſium de Vign. Boſſium, & alios, neminem enim eorum id dicere,& contrarium verius eſſe, vt conſtare ait ex Rot. *deciſ.* 540. *inter nouiſſ.* quæ etiam extat poſt tractatum Cencij *dec.* 124. Ita ferè aduerſus Præſidem Manentum diſſerit Marta *in d. conſ.* 126.

Sed inter vtramque ſententiam Paulus Comitolus inſi- 14
gnis Theologus *reſponſ. moral. lib* 3. *quæſt.* 29. putat contractum libellarium,quo citerior Gallia vtitur, à contractu cenſus in multis differre, neque Bulla Pij V. contineri. Vnde quamuis in contractu libellario non ſeruentur ſolemnia legis Pontificiæ,neque eæ conditiones, quæ ſunt humani tantum iuris, modo cuſtodiantur iura diuina,naturalia, & gentium, exiſtimat valere in omni loco,& in omni iudicio. At cenſus realis, inquit, ſi careat iis conditionibus, quæ à Romano Pontifice præſcriptæ ſunt, cenſetur vſurarius, & nullam parit obligationem, neque in externo, neque in interno foro, ſi culpâ contrahentiũ prætermiſſæ ſunt,non minus tamen peccari in libello à contrahẽtibus,quàm in cenſu peccari ſoleat. Quare ſi penſio ex fructibus rei metiatur, & ſuis caſibus obnoxia ſit,non erit omnino hic contractus improbandus,dummodo res iuſto pretio empta ſit, & res ſeriò agatur. Hæc Comitolus. † Ex quibus mihi videtur huiuſmodi contractum non 15
eſſe in vniuerſum condemnandum. Nam illum probarunt Alex. de Neuo *in conſ.* 95. *n.* 11. & *ſeq.* Pariſ. *in conſ.* 77. *n.* 14. *lib.* 3. & latè aliis relatis Cyriac. *contr.* 68. pro cuius validitate adfero,quod ex Baldo notat Card. *d. tit.* 3. *n.* 6. vſuram in hoc negotio intelligi non poſſe, quia non licet pretium repetere ab initio, nec vllo caſu venditor obligatur ad illud reſtituendum, quo argumento vtuntur iuris auctores, vt oſtendant emptionem annui reditus licitam eſſe, vt aduerſus calumnias Hotomanni Frideric. Martin. *in d. lib de iur. cenſ. cap.* 3. *in fin.* Ita etiam Conrad. Sot. Tolet. Mercat. & alij Theologi apud Salas *lib. de cenſib. dub.* 7. *num.* 6. Purpurat. *conſ.* 458. *num.* 24. & Roderic. *de ann. redit. lib.* 1. Petrus Caball. *reſolut. criminib. caſ.* 276. *numer.* 9. & 10. *quæſt.* 4. *n.* 5. & *num.* 13. & 14. qui ait cùm vſura non ſit niſi quod

accedit ſorti, vſura intelligi non poteſt, niſi vbi debetur ſors,
16 quæ vſuris incrementum recipere poſſit. † Et proinde ſi quærimus, an hoc genus libellariæ conceſſionis licitum ſit, dicendum eſt, ſi bona fide, & iuſto pretio æquis, & iuſtis conditionibus celebratum ſit, valere & admitti poſſe ſecundum Card. Manticæ, Cyriaci, Comitoli, & Martæ ſententiam, quia hic non minus, quam in conſtitutione cenſus pretium fit accipientis, quod eſt proprium emptionis *l. 1. ff. de rer. permut. l. ex empto. § & in primis, ff. de act. emptor.* & Frideric. *d. lib. de iur. cenſ. cap. 6. n. 21.* Si verò iniquo pretio datis, & iniquis conditionibus in necem accipientis pecuniam, denique ſi ex coniecturis in fraudem vſurarum contractus hic factus deprehendatur, quod arbitrio iudicis æſtimandum eſt, vſurarius, & illicitus cenſeri debet, vt Manento placuit. Nam & emptiones aliarum rerum ex modicitate pretij, & pacto redimendi, & aliis fraudis, & fœnoris coniecturis illicitæ, & vſurariæ interdum pronunciantur, & corriguntur, vt *in cap. illo vos, de pignor. & cap. ad noſtram, de empt. & vendit.* & nos diximus *quæſt. 9. n. 2. & 3.* & in re fe-
17 re ſimili Rota Auenion. *in dict. deciſ. 38. circa fin.* † Inter quas illa non leuis eſſe videtur, quæ ex eo ducitur, quòd penſio non fructibus rei reſpondeat, ſed pecuniæ, & pretio rei venditæ, & ſtatim, vel paulo poſt dimiſſæ ipſi venditori, vt multis auctoribus citatis dixi *in dicta quæſt. 9. num. 13.* & multi docent apud Manent. *in dict. pact. 3. n. 1.* in quorum tamen citatione Marta ait illum errasse, & neminem eorum auctorum legiſſe. Sanè Natta *in conſ. 198. num. 14.* disertè poſt Anchatanum ſcribit contractum præſumi vſurarium, vbi ei qui conduxit prædium à ſe venditum conſtituta fuit penſio, quæ magis commenſuretur pretio, quàm redditibus rei, quod etiam reſpondit Purpur. *in conſ. 305. n. 4.* vt etiam Senator Sola *ad decret. antiq. Sabaud. de pact. inter empt. & vend. gloſ. 1. n. 14.* cuius tamen Marta nullam mentionem fecit. Et licèt Maſcardus *in concl. 447. in fin.* id non dicat, vt Marta notat, hoc tamen apertè ſcripſit *in concl. 448. in fin. impreſſ. Taurin.* iiſdem Nattæ verbis, quem citat *ex d. conſ. 198. n. 14.* Ex quibus videtur Marta in reprehendendo Manento parum ſincerè verſatus eſſe, & eius argumentum non animaduertiſſe, aut diſſimulaſſe. Nam licèt nominatim non dicant penſionem ad rationem quinque pro centenario vſurariam eſſe, omnes, tamen ſcribunt ex eo quod penſio reſpondet pretio non fructibus rei hinc duci coniecturam fœnoris, quod ſufficit Manento, vt hic contrahendi modus ſuſpectus videri poſſit.

18 Et quia huic coniecturæ aliæ quoque accedere ſolent, veluti pactum redimendi ſeu affrancandi, vt vocant, quod inter coniecturas fraudis, & fœnoris receptū eſt, vt docet Menoch. *lib. 3. præſ. 128. n. 19.* & Manent. *loc. cit.* & eiuſdem rei eodem tempore traditio, & retentio, quod etiam ſimulationis, & pignoris argumentum eſt, vt conſtat *ex l. ſicut, §. ſuperuacuum, ff. de diſtr. pign.* & diximus *in d. quæſt. 9. n. 21.* & tradit idem Purpur. *in conſ. 305. n. 4. & 5.* Menoch. *loc. cit. n. 110.* & aliis auctoribus relatis Farinat. *de falſ. & ſimulat. quæſt. 165. n. 228. & ſeq.* ex quibus, & aliis pactis per Manentum perpenſis iuſtitia huiuſmodi contractus in dubium reuocari poteſt: & cùm mens, & intentio numerantis pecuniam ſit non rem, ſed redditum annuum pecuniarium acquirere vt notat Hieron. de Laurent. *in d. dec. 94. n. 4.* & admittit Marta *loc. cit. n. 27.* exiſtimo tutius, & conſultiùs eſſe ad tollendas amaritudines, & lites, ab hoc genere contractus abſtinere, & alia ratione redditum ſibi comparare, ſeruatâ ſcilicet formâ conſtitutionis Pij V. quæ vbique terrarum recepta eſt, vel recipi debet.

19 Neque valde moueor, quod ait Marta primo loco in hoc contractu traditione rei, & pretij transferri dominium *l. tradit. C. de pact.* quia hoc verum eſt, ſi res ſeriò agatur. & Comitolus notat *loc. cit.* & niſi ex coniecturis fraudis, & fœnoris contractus ſimulatus appareat. Nam licet pecunia verè numeretur, & ſcriptura rei traditionem contineat, hæc tamen non faciunt, quo minus ex coniecturis fœnoris contractus in dubium reuocari poſſit, & quo minus iudex, cuius arbitrio hoc totum relictum eſt, multis, & grauibus coniecturis concurrentibus pignus, & fœnus verè actum fuiſſe, venditionem verò, & traditionem rei ſimulate conceptam fuiſſe valeat arbitrari, vt *in cap. illo vos, de pignor. & c. ad noſtram, de empt. & vend.* & in ſpecie Purpur. *d. conſ. 305. n. 3. & 4.* & Rot. Auenion. *in d. dec. 38. num. 4.* & aliis.

Et multo minus turbare debet, quod ait hoc genus contractus licitum cenſeri debere, quòd multis in locis vſitatus eſt, & publicè celebratur, quia reſponderi poteſt, quod ait D. Cyprian. *in epiſt. ad Donat. non propterea quidpiam licitum eſſe, quod ſit publicum* & quod ait D. Gregor. PP. *in diſt. 8. c. 5. ſi conſuetudinem fortaſſis opponas, aduertendum eſt, quod Dominus dicit. Ego ſum veritas, & vita, & non dixit. Ego ſum conſuetudo, ſed veritas.* quæ notat Grimaud. *de contr. pignerat. lib. 5. c. 10. n. 4.* vt oſtendat conſuetudinem in contractibus illicitis, & fœneratitiis non excuſare, quo minus contractus detecto vitio corrigi debeat, & nos alio loco diximus: & in ſpecie ſcribit Manent. *lib. cit. quæſt. 6. num. 1. & 2.* 20

Nunc verò poſita validitate huius contractus, ſi quærimus, quod initio propoſitum eſt, an ex libellis ſua die non ſolutis debeatur intereſſe poſt moram, reſpondeo non deberi, quia cùm huiuſmodi annuæ præſtationes ſint reditus, ſeu fructus, & acceſſiones iuris libellarij, ſiue traditione rei acquiſiti ſiue pecunia empti, & conſtituti non minus quàm penſiones cenſuum, vt probatum eſt *proxima quæſt. præcedent. ex l. vlt. C. de iur. dot. & l. vlt. §. ſin autem, C. de bon. quæ lib.* conſequens eſt ex illis intereſſe non deberi, ne contra regulas iuris, dentur commoda commodorum, & acceſſionis acceſſio, vt indicat *l. 2. § indemnitas, ff. de admin. rer. ad ciuit. pert. l. neque eorum, ff. de vſur.* & dicunt Cephal. *in conſ. 85. n. 9.* Cuiac. *in l. heres. §. fructuum, ff. de pet. hered.* Anton. Faber *in ſuo C. tit. de vſur. def. 4. & in alleg. eiuſd. n. 1.* Anton. Hering. *de fideiuſſ. cap. 4. n. 51. & 55.* & in ſpecie Peregrin *de iur. fiſc. lib. 6. tit. 7. n. 35.* & notauimus *quæſt. 88. n. 6.* & ſecundùm hanc ſententiam in cauſa D. Ioan. Baptiſtæ Fabri Nicienſis in qua agebatur de cenſibus prætetitis reſeruatis bis cauſa propoſita cenſuit Senatus noſter, referente D. Senatore Provana. 21

Neque mouere debet auctoritas Burſati, qui aliud ſenſiſſe videtur *in conſ. 68.* in quo reſpondit mercatori, qui prædium vendiderat pretio poſt aliquot annos ſoluendo ea lege, vt interim ratione libellorum, vt loquitur, quinque annua emptor præſtaret pro ſingulis centenis non tantùm pretij ſed etiam libellorum intereſſe deberi poſt moram. Nam licet veriſſimum ſit, quod Burſatus ait, & proſequitur *loc. cit. n. 5. & ſeq.* creditori & præſertim ſi ſolitus ſit negotiari, & ita actum ſit deberi intereſſe lucri ceſſantis poſt moram, dummodo probet ſua intereſſe legitimis modis, vt dixi *quæſt. 71. n. 6* & cum Burſato aduerſus Sylvanum, *n. 15. & ſeq.* tamen obſeruandum eſt in decernendo intereſſe, non ſolùm oportere, vt verè creditoris interſit culpa debitoris ratione damni vel lucri, ſed etiam, vt quantitas, quæ debetur ſit ſors, & debeatur vt ſors, non vt acceſſio ſortis. † Sors enim eſt radix, & veluti mater eius quod intereſt *l. 49. §. pretij ſorte. ff. de act. empt. & l. vlt. ff. de eo quod cert. loc.* vt etiam vſurarum *l. placuit. ff. de vſur. l. 26. in princ. ff. de condict. indeb.* & tradit eleganter Hotoman. *in diſp. de vſur. cap. 3.* vbi ait ſortis vſum eſſe radicem, vnde vſuræ tanquam rami propagantur. Quare cùm in ſpecie Burſati illa quinque annua pro centenario, dum pretium non ſoluebatur, præſtarentur ob vſum, & retentionem ſortis, & eſſent acceſſiones ſortis, dicendum eſt Burſati reſponſum hac in parte recipiendum non eſſe, ſed tantum pro pretio rei emptæ, quod eſt ſors, vt dixi *ex d. §. pretij ſorte*, pro quo ſi ſua die ſolutum non ſit, intereſſe etiam extrinſecum deberi veriſſimum eſt, vt dixi *in d. quæſt. 43.* & rectè reſpondit Burſatus *hoc loco.* 22 23

Sanè ſi fortè libellarios contractus in fraudem vſurarum initus deprehendatur, quod ex coniecturis detegendum eſt, & apud iudicem examinabitur, vt dixi, ſi quid nomine libellorum exactum eſt, id ſorti imputari debet, vel reſtitui, vt in cæteris contractibus vſurariis conſtitutum eſt *in c. 1. & 2. de vſur & c. 7. de iureiur.* & docent Laurent. Calcan. *in conſ. 84. in fin.* Rulan. *in conſ. 40. n. 51. lib. 2.* Surd. *in conſ. 327. n. 29. & 51.* Coſta *de rat. quæſt. 10.* & in ſpecie Manent. *in d. lib. de iure contract. libell. quæſt. 6. n. 3. & 37* & multo magis id dicendum eſt, ſi ob non ſolutos ſua die libellos aliquid ſuperexactum eſt ſub prætextu eius quod intereſt. quia ſuppoſita prauitate contractus libellarij hoc eſſet vſuras vſurarum exigere, quod eſt fœnus execrabile, & ab ipſis ciuilibus legi- 24

bus

bus improbatum, vt *in l. vn. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. Præſcr.*
25 *ff. de re iudic. l. vlt. C. de vſur. & aliis locis.* † Quod etiam procul dubio retinendum eſt in cenſibus conſtitutis non ſeruata forma conſtitutionis Pij V. Nam cum contractus ſub alia forma initus fœneratitios eſſe decernat, conſequens eſt hic mutuum potius contractum cenſeri, quod non recipit acceſſionem fructuum: & proinde ſi quid nomine redituum, & fructuum exactum eſt, id cedere debet in extinctionem ſortis, vel reſtitui debitori, vt notat Virgin. de Boccat. *lib. de cenſ. par. 2. n. 143.* Vgolin. *in lib. de vſur. cap. 47. num. 5* Rodetic. *de ann. redit. lib. 1. quæſt. 17. num. 80. & 86.* & cenſuit Rota coram Cardin. Seraphin. *dec. 1006. num. 4. & 6.* & poſt tractatum Cencij *in dec. 12. num. 8. dec. 31. num. 6. & dec. 227. n. 4.* vbi dicitur ita ſæpius in Magno illo Auditorio iudicatum fuiſſe. Denique ita docet Cencius *in lib. de cenſib. quæſt. 88. n. 4. & 5. vlt. impreſſ. Taurin.* qui nihil quod ad hunc tractatum pertineat, intactum reliquiſſe videtur.

26 His conſequenter dicendum eſt canonum emphyteuticorum, qui ſingulis annis præſtantur in recognitionem directi dominij propter moram intereſſe non deberi. Nam neque pro præſtationibus libellariis, & reditibus annuis debetur, *vt hac, & præced quæſt.* tractatum eſt. Sunt enim iſti quoque Canones ſeu ſeruitia fructus. & acceſſiones iuris emphyteutici, quibus propterea alia commoda, & incrementa accedere non poſſunt *d. l. 2. ff de admin. rer. ad ciuit. pertin. l. vlt. C. de vſur. rei iudic. l. 22. C. de pign.* & dixi ex Cuiacio, Fabro, & aliis *n. 21.* & probari poteſt, quia iſtæ præſtationes reditus etiam dicuntur, vt *in l. 2 C. de iur emphyt. & in § adeo.* Inſtit. *de locat. & conduct.* quos inter acceſſiones referri diximus *quæſt. præced. n. 17.* & probauimus *ex l. vlt. C. de iur. dot. & l. vlt. § fin autem. C. de bon quæ liber.*

27 Hæc cùm iamdudum ſcripſiſſem prodierunt deciſiones Ioann Petri Fontanellæ viri docti, & de iis, qui in foro verſantur bemeriti, qui *in dec. 205.* inter alia quærit, an ob moram in præſtatione laudemij factam intereſſe debeatur, quod ego omiſeram. Et quamuis vt ille ait, negari non poſſit, quin laudemia ſint fructus directi dominij, quæ eſt ratio, vt non ad dominum, ſed vſufructuarium pertineant *l. item ſi. ff. de vſufr.* & ipſe docuit *lib de pact. nuptial. clauſ. 6. gl. 3. par. 3. n. 40.* & tradunt ex noſtratibus ſcriptoribus Amed. à Pont. *de laudem. quæſt. 20. num. 3.* & Carol. Anton. Blancard. *in notis ad eund.* vbi notat hanc eſſe communem ſententiam, vt etiam ſcribit Franciſc. de Cald. *de vniu. iur. emphyt. lib 4. cap. 16. n. 40.* reſpondet Fontan. *loc. cit. n. 13. & 14.* cùm laudemium petatur per ſe, & nequaquam acceſſoriè ad aliud, vt loquitur, intereſſe etiam decernendum eſſe: & ita bis in Senatu fuiſſe iudicatum, quod tamen quia pleriſque nouum, & inauditum videbatur, vt *ibidem* refert, concludit his verbis. *Cogita igitur.*

Quamobrem ego cogitabam, an poſſit aliqua deprehendi diuerſitatis ratio inter penſiones, & reditus emphyteuticos, & præſtationem laudemij, & puto hoc intereſſe, quia reditus, ſeu canones emphyteutici quotannis redeunt, & renaſcuntur, & ideo propriè fructus dicuntur *l. diuortio. 8. § ſi vir. ff. ſolut. matr.* vt hic Barboſa ſcribit *num. 1. & 3.* & nos diximus *quæſt. 50. n. 20.* Laudemium vero non niſi ſemel à nouo emphyteuta præſtatur, vnde reſpectu illius fructus propriè dici non poteſt, ſed potius debitum quoddam principale ex contractu, vel quaſi contractu prouenieus propter conſenſum, & approbationem domini directi, & proinde acceſſionem
28 vſurarum, & intereſſe recipere poteſt. † Neque eſt nouum, vt quod reſpectu vnius eſt fructus, & acceſſio, reſpectu alterius ſit ſors, id enim compertum eſt in tutore, negotiorum geſtore, & aliis, qui alienas pecunias cum vſuris exegerunt, vt *in l. idémque. § ſi procurator. ff mand. & l. tutor. § ſi vſuras ff de adminiſt. tut.* & aliis locis: & congruentius demonſtrari poteſt exemplo penſionum prædiorum vrbanorum, quæ reſpectu domini fructus ſunt, vel pro fructibus habentur *l. mercedes. ff. de pet. hered. l. prædiorum. 36. ff. de vſur.* & reſpectu conductoris ſunt ſors, cui proinde vſura, & id quod intereſt, accedere poteſt *l. 17. § 4. ff. de vſur. l. 2. & 17. C. locat. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. profer.* & tradit Griuell. *dec. 103. num. 11.* & nos diximus *in fine quæſt. 86* ſiquidem locationi proximus eſt emphyteuticarius contractus, vt conſtat *ex d. § adeo. & l. 1. C. de iur. & emphyt.* ita vt ſpecies quædam locationis quibuſdam videatur, vt Alea & Crauettæ apud inclitæ mem. nr. Gardin. Manticam *de tac. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 2. n. 1.* qua ratione recipi poteſt Fontanellæ deciſio, dummodo intereſſe probetur legitimis modis Nam quidquid in Cathaloniæ tribunalibus ſeruetur, vſuras hic propter ſolam moram non ſoluentium Magiſtratus infligere non ſolent.

Quærit etiam Fontanella *loc. cit. num. 17.* qui de decimis, 29
primitiis, & aliis ſimilibus præſtationibus ſtatuendum ſit, & quia inquit, iſtiuſmodi fructus videntur redacti in ſortem, & vti ſors principaliter, & per ſe peti, reſpondet, *quid prohibebit, ne intereſſe etiam earundem petatur?* ego non intelligo quid hoc ſit, fructus ad ſortem redactos videri, & hac in re ab eo diſſentio, quia certum eſt huiuſmodi præſtationes fructus eſſe, quia quotannis recurrunt, & renaſcuntur *d. l. 8. § cum vir. ff ſolut. matrim.* & proueniunt ex iure percipiendi decimas, & primitias, vt fruges ex aliquo corpore *l. ſi nauis. de rei vendic. l. 121. de verb. ſignif.* neque deſinunt eſſe fructus, quod per ſe petantur, vt non deſinunt eſſe vſuræ, quod quis eas tantùm velit in iudicio petere *l 23 ff de except. rei iudic.* & regula iuris eſt acceſſionem acceſſionis præſtandam non eſſe, vt neque fructus fructuum, neque fructuum vſuras *l. 5. & 19. ff. de vſur.* & docent Gratian. *cap 987. num. 2.* & duo clariſſimi Præſides Bellon. *in conſ 55. num. 2 & 3.* & Fab. *in d. def. 4. de vſur. & in alleg. num. 1. & 8.* vbi ait omnes fructus acceſſiones eſſe, & ob id incrementa appellari. Quod probatur etiam *ex l. 14. C. de ſacroſ. Eccleſ.* vnde verius eſt huiuſmodi præſtationes additamentum vſurarum, & intereſſe
non admittere. † Excipio tamen intereſſe, quod circa rem 30
ipſam conſiſtit, vt ſi fortè ſpecies quæ debentur, poſt moram pluris ſint, vt *in l. ſi ſterilis § cum per venditorem. ff. de act. empt.* à quo tamen quælibet rationabilis cauſa excuſare ſolet, vt docent Bart. Dec. Curt & alij *in l. vinum. ff. ſi cert. pet.* & Senator Sola *ad decret. antiq. de cenſib. victual. par. 4. num. 5.* & cùm huiuſmodi primitiæ, & decimæ conſiſtunt in rebus, quæ natura ſuà fructus ferunt, vt ſunt oues, nam & partus partuum poſt moram etiam reſtitui debent *l. 16. & 27. ff de pet. hered 15. ff de condict. indeb. & l. quis 39. ff de vſur.* & tractat Munnoz. *de ratiocin. cap. 18. vbi num. 7.* ait rem hanc arbitrio boni viri temperandam eſſe. Porro hæc quærere ferè inutile eſſe videtur, quia Eccleſiaſtici viri, & Domini terrarum, quibus hæc plerunque debentur, ſuos habent exactores & collectores, qui ſuis quibúſque temporibus decimas, & alios ſimiles reditus diligenter colligere ſolent: neque ſinunt, vt hac de re apud iudices diſceptetur. Et ſanè id mihi hactenus inauditum eſt. Cæteræ quæſtiones, de quibus agit Fontan. *in cit. deciſ. 204. & 205.* ſuis locis à nobis iampridem inſertæ ſunt.

Præterea quærendum eſt, an augmenti monetæ in iis ca- 31
ſibus, in quibus decerni ſolet, intereſſe etiam debeatur. Et ſanè cùm debitum eſt vſurarium, vt cùm creditor vſuras ſtipulatus eſt, fruſtra quæri videtur, an etiam augmenti monetæ, ſi quod fortè contingit, intereſſe peti poſſit, quia multi ſentiunt hoc caſu nullum augmentum deberi, ne debitor duplici onere grauetur, augmenti ſcilicet, & vſurarum. Quæ fuit ſententia Pilei antiqui Doctoris, Parpal. Purpur. Bruni, & aliorum, quos refert, & ſequitur Præſes Theſaur. *in dec. 174 num. 2.* vbi ſcribit hanc receptiſſimam eſſe, & ita bis fuiſſe iudicatum: idémque ſenſit Theſaur. filius *in addit. ad eund & in lib. de augm. monet. par. 3. num. 51.* vbi ait non eſſe quærendum de augmento, quando pro mutuo ſoluitur vſura. Sanè Brunus *loc. per Theſaur. cit. id eſt, limit. 5. num. 2. & 3.* diuerſum ſentire videtur, ſortis ſcilicet augmentum deberi, quia inquit quando concurrit vetus, & noua præſtatio, ſolutio antiquæ facienda eſt ſecundum antiquam monetam, & nouæ ſecundum nouam.

Ego receptiſſimam ſententiam duos intolerabiles errores 32
continere exiſtimo. Primum quod crediti ſeu ſortis vſurariæ nullum augmentum monetæ deberi aſſerat. Alterum quod vſuras decernat creditori. Nam quoad vſuras attinet, certum eſt eas non deberi, & omni iure prohibitas eſſe. quod toto hoc opere executi ſumus. Et quoad ſortem exploratum etiam eſt ob illicitam ſtipulationem vſurarum eam non amitti, neque minui *l. placuit. & l. vſuras. ff. de vſur. & l. vlt. ff.*

de eo, quod met. cauſ. & tradunt Gaill. Coſta, & alij, quos retuli quæſt.10. num.1. & 23. Iuſtitia enim ſuum cuique tribuit l.bona fides.ff. depoſ. quod profectò non conſequeretur creditor, ſi ex deteriore moneta, quod ſupponitur, ſortem recipere cogeretur, non enim totum videtur ſoluere, qui deterius ſoluit, vt compertum eſt ex l. 3. ff. ſi cert. pet. & aliis. Proinde dicendum eſt vſuras quidem non deberi, & abiiciendas eſſe, ſortem verò in eadem moneta,& eiuſdem bonitatis vel ex noua ſecundum veteris æſtimationem reſtituendam eſſe, deducto tamen, ſi quod vſurarum nomine ſolutum eſt. Qua ratione fiet, vt quiſque ſuum habeat,& debitor duplici onere non grauabitur, ſed augmenti tantùm, quod ſecundùm iuris naturalis æquitatem, & iuſtitiæ commutatiuæ regulas debetur. Vt enim creditor cum debitoris iactura locupletari non debet, ita nec debitor cum iactura creditoris.

33 Sed ſi quæritur de debito vero, & ſincero, quod cum augmento debeatur, ne creditor ſit in damno iuxta doctrinam Theſaur. in d.dec.174. num.1. & communem praxim, ſi quærimus inquam, an huius augmenti etiam intereſſe debeatur, vt ſortis, dubium facit, quia augmentum huiuſmodi acceſſio quædam eſſe videtur, & proinde aliam acceſſionem recipere non poſſe ex l.vt nullo modo. 28. C.de vſur. l. heres.§. vlt. ff de pet. hared. l.vlt. de magiſtr. conuen. & tradunt paſſim iuris auctores, & præ cæteris Anton. Fab. d.def.4. de vſur.& lib.de var.debit.ſolut. cap.23.in fin.Et nihilominus ſentio iſtius augmenti etiam intereſſe deberi non minus, quàm veteris ſortis, dummodò probetur legitimis modis, idque ex Theſauro qui id docet in d.dec.174. num. 4. & ibi filius in addit. & probari poteſt ex l.ſocium.60. in pr. ff pro ſoc. quæ ait etiam lucri vſuras præſtandas eſſe, non quaſi vſuras ſed quod interſit, & hoc iure hîc vtimur.

34 Nec obſtat quod diximus acceſſionem acceſſionis præſtandam non eſſe, vt neque etiam commoda commodorum l.2. §.ſi indemnitas. ff.de admin. rer. ad ciuit. pet. quia augmentum hoc reuera non eſt acceſſio, ſed ſors, & pars ſortis, vt tradit idem Theſaur. filius in d.tract.de aug. mon.par.2. n.65. in fin. & idem Præſes Faber loc.cit.& def.30. & 45. num.2. C. de ſolut. & tit.de rei vxor. act. defin.9. in allegat. n.2. Neque eſt lucrum, & commodum creditoris, ſed pars, & portio eius, quod verè illi debetur, & ſuppletio, & compenſatio eius, quod deteriori, & nouæ monetæ deeſt, & proinde intereſſe recipere poteſt, dummodo verè creditoris interſit, & probetur legitimis modis, vt dictum eſt.

35 Neque eſt contrarium, quod definitum refert Fab. loc.cit. vſurarum aliarúmque ſimilium præſtationum augmentum monetæ nullum deberi, ne ea res materiam præbeat multiplicandarum litium, ſi in ſingula tempora & penè momenta, quibus vſuræ deberi incipiunt, noua eſſet ineunda ratio monetarum: atque etiam quia id nimis auarum eſſet. Quia hoc in vſuris recipi poteſt, quæ cùm omni iure prohibitæ ſint, fruſtrà quæritur, an cum augmento etiam exigi poſſint, cùm nec debeantur quidem arg. l.eius qui. ff de reb. cred. Sed nos quærimus de eo quod intereſt, quod omni iure debetur, & poteſt excedere legitimum modum vſurarum l.3.in fin. ff de eo quod cert.loc.& totum exigi poteſt, quod verè creditor paſſus eſt culpa aduerſarij l.ſi commiſſa. ff.rem rat. habet. & l.vn.C.de ſent.quæ pro eo.quæ ait, vt hoc quod reuera inducitur damnum, hoc reddatur. Intereſſe igitur etiam cum incremento monetæ decernendum eſt,ſi verè tantundem creditoris interſit,dummodò tamen in caſibus certis duplum non excedat,vt ibi à Iuſtiniano ſancitum eſt, & à nobis mediocri diligentia tractatum eſt quæſt.90. num.3. & ſeq.atque vtinam nihil exciderit, quod à veritate ſit alienum.Sanè interim dolendum eſt, quibuſdam in tribunalibus nimis facilè vſuras decerni.

36 Item quæſitum eſt de pœnalibus ſtipulationibus quantitatis, vt ſi quis aliquid facere promittat,quod ſi non fecerit, centum ſoluere pœnæ nomine an commiſſa pœna vſuræ etiam debeantur. Et doctiſſimus Faber. def.18. C.de vſur.exiſtimat non quidem à die, quo pœna commiſſa eſt ſed ab eo, quo petita eſt, vſuras deberi, non eſſe tamen ſine dubitatione, cùm generaliter conſtitutum ſit, vſuras pœnarum non deberi in d.l.vlt. ff.de magiſtr. conuen. Niſi vt ait hoc accipiendum ſit de pœnis iudicialibus, de quibus, in l.1. C. de fiſc. vſur. non autem de conuentionalibus, de quibus agitur. Et nihilominus ſentio vſuras hic admittendas non eſſe, quia quod dicitur vſuras pœnæ non deberi, locum etiam habet in pœnis, quæ ex contractu debentur, vt notat Gothofr. in d. l.1. Atque etiam quia vſura pœna eſt l.17. §.ſi cum pupillo. ff. de vſur. vt etiam id quod intereſt l.vlt. ff.de eo quod cert. loc. & pœna pœnæ eſſe non debet,vt dicit Cuiac. in d.l.1.C.de fiſcal. vſur. & Menoch. in conſ 94. n.46. proinde humanius eſt dicere vſuras ex hac cauſa non deberi. 37 Quod multo magis dicendum eſt, ſi pœna adiecta eſt quantitati, quia hæc pœna vſura eſt, vel vice vſurarum l.9. ff. de vſur. lib.13. §.ibidem Papin. ff. de act. empt. certum eſt vſuras vſurarum non deberi etiam iure ciuili d.l.26.§.1.ff.de condict.in d.l.Præſes.ff.de re iudic. & lib.20. C.ex quib. cauſ. infam. irrog. quod tamen nunc ſuperfluum eſt quærere, cùm nec pœna debeatur, niſi quatenus interſit ſecundùm iuriſperitorum, & in foro receptam ſententiam, de qua ſcripſimus q. 38. Neque aliud dicendum eſt, cùm pœna eſt vice eius, quod intereſt, quia intereſſe alterius intereſſe non recipitur, vt docent Dec.Stracc. Bologn. Bellon. Bellus, & alij quos ſecutus ſum q.86. n.18. 38 † niſi in iis caſibus,in quibus pœna fungitur vice ſortis,veluti ſi quis pœnam mihi debitam exegerit, vel mihi inflictam pro me exſoluerit arg.l. 10. §.ſi procurator. ff mandat. l.7. & 38. de admin. tut.& aliis, quibus conſtat vſuras quoad eum,qui exegit, vicem ſortis obtinere, & alias vſuras recipere poſſe, vt dixi q.5. in fin. & tractatum eſt tota quæſt. 87. 39 † Et niſi in iis caſibus,in quibus ſtipulatio quantitatis reſoluit, & quodammodo nouat priorem obligationem, vt ſi quis ſtipulatus ſit nauim ſibi dari vel fieri, & ſi non dederis, vel feceris,centum. Nam hæc poſterior ſtipulatio propriè pœnalis non eſt, ſed quaſi nouatio prioris obligationis, vt conſtat ex l.44.in fin.de oblig. & act. & Cuiac. in l.28. ff.de act. empt. vnde illa centum, quæ debentur poſt moram promiſſoris, non debentur veluti acceſſoriè ad priorem obligationem, ſed principaliter, & tanquam principale debitum, & conſequenter illis vſuræ, ſeu intereſſe accedere poteſt: & hoc egregiè tradit Præſes in d.def.18.in alleg. n.5.

Denique quærendum eſt de cambiis,an in iis lucrum lucri percipere liceat, & puto aliquas ſpecies ſeparandas eſſe.

Prima eſt, cùm is, qui cambio dedit ex eo tantùm, quòd ei pecunia ſuo loco ſoluta non eſt, nec eius aliunde intereſt, 40 cambia,& recambia petit: & hoc caſu certum eſt huiuſmodi compendia non deberi, neque exigi poſſe: non enim ratione eius quod intereſt, quia ſola mora non ſufficit,vt quid vltra ſortem capere liceat,vt multis oſtendit Sarmient.ſelect. interpr. lib.7. cap.2. num.5. & 7. & nos diximus quæſt.1. n.32. & aliis locis. & in ſpecie Alex. in conſ.61. num. 12. lib.2. Neque ratione noui cambij, quod quatenus liceret, nullum inter creditorem, & debitorem celebratum proponitur, vt cenſuit Rota apud Cardin. Mantic. deciſ.283. num. 5. & 6. Bertazzol.conſ.254. num.2. lib.2. Hartman. Piſtor. lib. 3. quæſt.2. num.30. Caualcan. dec.2. num.23. part.2. & Maſtrill.dec.305. n.9. & conſtat etiam ex his quæ diximus quæſt.25.num.69. & ſeqq. & hac in re puto conuenire omnes.

Secunda ſpecies eſt, cùm lucra cambiorum petuntur pro 41 eo quod creditoris verè intereſt, veluti ſi potuit negotiari in cambiis, & lucrari. Et hoc caſu debitorem qui ſuo loco, & tempore non ſoluit, teneri ad id quod intereſt, ſentiunt plurimi apud Cyriac. contr.526. n.43. & conſtat ex l.2. §.vlt.ff.de eo quod cert.loc. quæ in omni contractu locum habet, ex quo pecunia certo loco præſtari debet, vt indicat titulus, qui generaliter conceptus eſt de eo quod certo loco dari oportet. Et conſtat etiam ex l.1. Cod. de ſentent. quæ pro eo quod inter.quæ etiam in omnibus contractibus locum obtinet. Et in hac ſpecie, in qua nullum cambium inter contrahentes agitur, exiſtimo intereſſe alterius intereſſe non deberi, nam nec ex aliis contractibus debetur, ne detur acceſſionis acceſſio contra l.vlt. C. de vſur. & l.2. §.ſi idemnitas. ff.de admin. rer. ad ciuit. pertin. & ſecundum eam ſententiam, quam ſecutus ſum quæſt.86. num.18. & quæſt 87. num.13. & 32. & in ſpecie ſenſit Molfeſ. de contract. cap.7. num.113. Morl. in Empor.iur. tit. 18. quæſt.25. n.42. Larr.in dec.84.c.15. & nouiſſimè aliis citatis Merend. de camb.nundin.cap.3.n.78.

Et

Et licèt aliud ſentiat Cyriac *loc.cit.*& D.Raphaël.de Turr. *diſput.* 3. *quaſt.*9. *num.*68. *& in notis ad deciſ. Rot. Roman.*17.*in fin.* non poſſum tamen mutare ſententiam, quia cùm hoc intereſſe ſit extrinſecum, vt conſtat ex celebri illo §.*cum per venditorem. l.ſi ſterilis. ff.de act. empt.* & admittit idem D. Raphaël. *loc. cit. num.* 57. vbi ait eſſe omnino extrinſecum ſorti, non poteſt aliam acceſſionem recipere, neque debet diuerſo iure cenſeri ab eo, quod in aliis commerciis venit propter moram debitoris.

42 Neque aliud puto ſi fortè actum eſt, vt debitor in caſum moræ teneatur ad id quod intereſt. Nam licèt hoc caſu intereſſe alterius intereſſe decernendum ſentiant Rot. Gen. *in dec.*78. *num.*16. & ex Ruino idem D.Raphaël. *eiuſd.diſput.*3. *quaſt.*10. *num.*9. vbi ait hoc expeditiſſimum eſſe,mihi tamen ſaltem, cùm de lucro ceſſante agitur, verius videtur hanc computationem admittendam non eſſe, vt indicat *d.l. vlt.C. de vſur. & d.* §.*ſi indemnitas.* vbi Vlpian. ait huiuſmodi computationes illicitas eſſe: & quod diximus intereſſe etiam in ſortem redactum aliud intereſſe recipere non poſſe, & in ſpecie tradit Narbon. ad ll. Hiſpan. *lib.*5. *tit.*18.*l.*15.*num.*34. *&* 37. Molfeſ. *loc.cit.* & aliis relatis idem Merend.*in d.cap.*3. *num.*80. Nulla enim ratio eſt, cur id, quod aliis creditoribus denegatum eſt, campſoribus concedere debeamus. Neque mouere debet Ruini *conſ.* 103. *lib.*1. quo mouetur, tum quia contrarium reſpondit *in conſ.*55. *lib.* 2. & cogitationes poſteriores vt plurimùm ſunt meliores: atque etiam quia nihil conſtituit in pacto, & conuentione de præſtando intereſſe, ſed tantùm ait, quod dicitur de vſuris vſurarum, quæ illicitæ ſunt, ad intereſſe quod licitum eſt, non pertinere, quæ ratio communiter reiecta eſt, & refellitur *ex d.* §.*ſi indemnitas.* vbi de indemnitate agitur, & Vlpianus ait computationem, quæ commoda commodorum proſequitur illicitam eſſe.

Sanè ſi inter diuerſos res acta eſt, vt ſi quis iuſſu alterius cambia, & incrementa perſoluerit, certum eſt, illum totius ſummæ intereſſe, ſi vere eius intereſt, percipere poſſe. Hoc enim totum quod ſoluit ſors eſt, & fungitur vice ſortis, vt ex multorum ſententia diximus *quaſt.*5.*in fin & quaſt.*87.*n.*5. quibus nunc addo gloſ. *in l.*12. §.*ſciendum. ff.qui pot. in pign. habeant.* Idémque eſt, ſi quis ſortem cum incrementis cambiorum nomine alterius exegerit, quia etiam quo ad eum qui exegit, ſunt loco ſortis, & efficiunt ſortem, vt conſtat *ex l.*10.§.3.*ff.mandat.* Menoch. *de arbitr. caſ.*119. *num.*28. & alij, quos recenſui *in d.quaſt.*5.*num.*14. *&* 17.& in hac ſpecie reſpondit Surd. *in conſ.*540. *num.*42. & Narbon. *loc. cit. numer.*43.

43 Tertia & vltima ſpecies eſt, cùm agitur de lucro, & incremento cambiorum, quod ex eorum multiplicatione, & renouatione prouenit, quæ ſpecies diuerſa eſt à præcedenti, quia in illa ſupponitur cambia celebrata non fuiſſe, & ex eo quòd campſor ſuos nummos exercere non potuit culpa creditoris, lucrum amiſiſſe. Hæc verò ſpecies eſt de lucro,quod ex iteratione cambiorum,& eorum continuatione promanat, vt explicat D. Raphaël *in prologom. diſp.*3. *num.* 14. & rurſus *quaſt.*9. *num.*57. vbi ait *differre, quia lucrum intrinſecum eſt ipſi contractui, & quodammodo eſt ſubſtantia ipſius ſortis tanquam fœtus proueniens, & per illas conuerſiones generari conceptum quemdam à ſorte ipſa nequaquam ſeparatum, quo ſors ipſa verò augetur: intereſſe verò cambiorum eſſe ſortis omnino ſeparatum.* Neque enim qui obligatus eſt ad intereſſe cambiorum contraxit cambium, & recambium cum creditore vt in primo caſu, ſed vel mutuum, vel alium contractum, ex quo obligatus remanſit ad ſoluendam certam pecuniæ quantitatem, & cùm ſit in mora, primæ obligationi intereſſe cambiorum accedere. In hac igitur ſpecie, in qua lucra, & commoda cambiorum verè,& formaliter differunt ab eo quod intereſt, quæritur an liceat commoda commodorum percipere.Quod idem eſt ac quærere an liceat de eadem ſumma debita ſæpius cum eodem debitore cambium celebrare, & ex lucro prioris cambij lucrum etiam ſtipulari; Sanè hoc genus probarunt Surd. *in d.conſ.*540. *num.* 40. vbi ait conſuetudine receptum eſſe, vt lucrum efficiat ſortem in recambio. Raudenſ. *de Analog. cap.*12. *num.*36. Scaccia *de commerc.*§.1. *quaſt.*7. *par.*1. *num.*18. *&* §.7. *gloſ.*2. *num.*49. Naldus *in verbo, Cambium.n.*6 Anton. de S.Saluat. *tot.libr. de recurſ. & contin. cambior.* Gait. *de cred. tit.*7. *numer.* 1487. *&* 1492. *& ſequen.* & apertiſſimè P. Scortia *Theor.*289. quia inquit, ſemper eſt emptio, & venditio ſcutorum de marca tanquam mercis, dicique non debet intereſſe alterius intereſſe, ſed lucrum ſortis conuerſo iam priori lucro ſuperioris cambij in partem ſortis cambij ſubſequentis. Et Scortiam ſequitur Dian. *in tract.*8. *reſol.*5. & his omnibus conſentit D. Raph.de Turr. *tot.diſput.*3. & præſertim *quaſt.*3. *num.*8. & aduerſus Becium *quaſt.*11. *num.*5. *& ſeq. & num.*74. *&* 75. vbi ait lucra huiuſmodi poſt longam, & diuturnam cambiorum, & recambiorum circulationem, vt loquitur, non tantùm duplum, ſed etiam decuplum excedere poſſe, illudque integrum ſine moderatione vlla præſtandum eſſe. Quod verum putant ſubducto quocumque intereſſe, & licèt nihil etiam in vno obolo interſit eius qui cambio dedit, vt ſcribit idem D. Raphaël multis locis, & præſertim *diſput.*2. *quaſt.*24. *num.*43. vbi ait conſiderationem lucri ceſſantis, vel damni emergentis in hoc genere impertinentem eſſe,ſicut in aliis negotiationibus, in quibus verſatur induſtria mercatorum.

Sanè vt id obiter obſeruem, magnis Theologis viſum eſt non poſſe campſores paciſci cum debitore, vt ſi elapſo tempore non ſoluerit, teneatur eandem ſummam accipere ad recambium, niſi certo conſtet tantundem lucri illum amiſſurum, quantum ex recambio perciperet, & hanc rationem eſſe, quia non poteſt plus exigere ratione moræ, quàm æſtimationem lucri ceſſantis, & periculi ſortis. Ita enim Nauarr. de Graf. Leſſius, & alij apud Salas *de camb. dub.*22. *num.*2. qui deinde *num.*4. quærens an intereſſe poſſit adiici ſorti, reſpondet id fieri non poſſe, niſi campſor moraliter certus ſit, ſe potuiſſe illud aliis dare cambio, niſi enim ratione lucri ceſſantis illud ſorti addere poſſe ad augmentum cambij hinc concludens non deberi recambiorum vſum abſolutè damnari. Idémque ſenſit Molfeſ. *d.c.*7. *num.*66. & Emin. P. de Lug. *diſput.*28. *n.*121. & nouiſſimè P. Duard. §.2.*q.*4. *n.*4.

Sed ea ſententia, quæ nulla habita ratione eius quod intereſt admittit cambiorum verſuras, & iterationes, cuius aſſertores maximi ſunt Scortia, & D.de Turri *loc.cit.* probari videtur ex reſcripto Pij V. ad Bononienſes, quod ambo decretalem vocant, quo Bononienſibus conceſſum eſt, *che poſſa agni perſona dar denari a cambio, e far recapitar le lettere ſopra eſſi datori, e coſi tenerli ſopra li cambij finche ſaranno rimborſati da chi hauerà preſo il dinaro.* id eſt, *vt poſſit quilibet dare pecuniam cambio, & paciſci, vt litera cambij dirigantur ei, qui cambio dedit, & ita retinere pecunias ſuper cambiis, donec perſoluantur ab eo,qui ſumpſit cambio.* Quo loco maximè mittitur D.Raphaël *diſp.*3. *quaſt.*1. *num.*26. vbi ait Pium V. his verbis, quæ candidiſſimis lapillis imprimenda eſſe ait, ſic enim ſtudio huius commercij tuendi fertur, recambia approbare, concludens nullâ ratione negari poſſe, quin per hanc decretalem aliqua duplicia cambia approbentur ex illis etiam, in quibus per primi cambij debitorem dirigitur tracta ad correſpondentem creditoris, & quin permiſſum ſit continuare ſuper cambiis proprias pecunias ſola lucri intentione, cui ſententiæ etiam fauore videtur tertium reſponſum Sacræ Congregationis, vt etiam quintum, quod quartum eſt D. de Turri, qui quarti meminiſſe noluit, vt obſeruaui *quaſt.* 26. *num.*53. ex quibus videntur dari aliqua recambia, nullâ vſuratiâ labe infecta. vt ait idem D.Raph. *d.quaſt.*3.*num.*8. ſubiiciens temerarium eſſe contrarium aſſerere. Id ipſum docet P.Duard. *in lib. de camb.* §.2. *quaſt.*42. *num.*20. Denique videtur hæc ſententia probari poſſe *ex l.ſocium qui* 60. *ff.pro ſoc.* quam profert Gait. *loc.cit.* & de cuius ſententia diximus multis locis. 44

Cæterùm quia hæc dura, & difficilia videntur, multi contrariam ſententiam ſequuntur, vt Sot. Nauarr. Mercat. & Vega apud Salas *d.dub.*22. *num.* 4. Philiarch. *de offic. Sacerd. lib.*5. *cap.*23. *in fin.* Malder. *tract.*5. *cap.*3. *dub.*13. *verſ. mercatoribus. & cap.*4. *dub.*7. Menoch. *in conſ.*1181. *num.*3.*&* 4. Salon. *de camb. quaſt.*4. *art.*2. *contr.*14. *num.*10. Bonacin. *de contract.diſp.*3.*quaſt.*5. *par.*1. *num.*14. Benedict. *de ſept. pecc. lib.*3. *cap.*9. §.5. Hartmann. *in d.quaſt.* 2. *num.* 37. Morla *in d.quaſt.* 25. *num.*48. Narbon. *loc.cit.num.*32. Coſta *de ration.rat.quaſt.* 141. *num.*14. vbi ait hoc fieri contra bullas Sanctiſſimorum Pontificum

Pontificum. Idémque ſentiunt quotquot continuationes cambiorum improbarunt apud Iuſtinian. *quaſt.4.num 6.* Sanè ij auctores reſponſa S. Congregationis non viderant nondum edita. Sed illis non obſtantibus hunc cambiorum anatociſmum diſertiſſimè omnium vexauit Metenda *in ſuo lib. de camb. Nundin. cap.3.* vbi in principio obſeruat continuationes huiuſmodi tribus modis fieri; primò cum debitore cambij, ſecundò cum aliis campſoribus, tertiò cum ſeipſo, & quocumque modo fiant illicitas eſſe. Et primum ait continuationes quæ fiunt cum ipſo debitore improbandas eſſe, quia hæc continuatio conſtat ex pluribus cambiis *con la ricorſa*, ſæpius enim cogitur debitore ad creditorem recurrere, vt dilationem conſequatur: & prætereà obſtare euidentem demonſtrationem defectus pecuniæ in nundinis numerandæ, quem oſtendit patientia debitoris ſinentis ſuum patrimonium deuorari. Et cum hac ſententia reipſa conuenire Cardin. de Lug. *loc. cit.* Secundum verò genus etiam illicitum eſſe, quia conuentio illa, vt in caſu moræ liceat campſori pecuniam capere cambio ab aliis, additur cambiis fœneratitiis, hoc eſt iis, in quibus campſor putat non eſſe ſecuturam ſolutionem in loco, quo ſolui debet, & proinde irritam eſſe *l 7. Cod. de legib l pacta. C. de pact.* Addit deinde, quæ ratio eſt, vt liceat campſoribus ob breuiſſimam moram debitoris nouo iniquo cambio magnum illi damnum inferre, vt perſequitur *num.9. & ſeq.* Tertium denique genus, cùm ſcilicet ex pacto, & conuentione campſores accipiunt à ſe ipſis, & hac ratione multiplicant cambia, & recambia, illicitum eſſe, concludens *n.14.* labem vſurariam huius commercij luce meridiana clariorem eſſe.

Ego cum Becio, Iuſtiniano, Metenda, & aliis doctiſſimis viris exiſtimo continuationes, & verſuras cambiorum, quæ fiunt de eadem ſumma debita inter eoſdem, in quo poſita eſt ratio recambij, non valere, & illicitas eſſe.

45 Et me in primis mouet conſtitutio Pij IV. quæ in Bullario primum inter huius Pontificis conſtitutiones locum obtinet, in qua iubet eos, qui cambio dederunt, & debitores ad recambiandum adigunt, fœneratorum pœnis coërceri, & ſi quid hoc nomine exactum eſt, fiſco Cameræ Apoſtolicæ adplicari. Qua conſtitutione primus quod aduerterim, aduerſus vſitatas cambiorum continuationes vſus eſt Metenda *loc. cit. num.14.* & recambia prohiberi admittit ipſe D. Raphael. *loc. cit n.10.*

Neque mouere debet quod ait *eod. loc.* & repetit *d. quaſt.2. num.13.* hac conſtitutione non damnari recambia, vt recambia; ſed quia cùm recambium ſit cambium, cambia autem ob exceſſiua pretia vſuraria declarauit, multo magis declarare, & damnare recambia ex eadem ſcilicet pretij iniuſtitia. Etenim & hæc coniectura refellitur iiſdem verbis, ex quibus eruitur: ſiquidem eodem loco non tantùm condemnantur campſores, qui pecunias ſuas in recambiis exercent immodicis pretiis, ſed etiam illos, qui id faciunt eo pretio, quod retroactis temporibus toleratum fuerat, quia fortè modeſtum, & tolerabile videri poterat, & nullâ interueniente querelâ debitorum. Vnde verum quidem eſt immodicas iſtas, & exceſſiuas exactiones cauſam dediſſe conſtitutioni: ſed hæc occaſio fuit, vt non tantùm recambia, quæ ſub immodico lucro agitabantur, ſed etiam quæ ſub modico, & modeſto fœnore ad illa vſque tempora tolerata fuerant, & conſequenter omnia, & indiſtinctè inter eoſdem prohiberentur. Quod etiam ex eo colligitur, quia eodem loco conſtitutio iſtis mercatoribus obiicit præceptum illud Chriſtianæ, & Euangelicæ eruditionis, qua monemur indigentibus mutuum dare, nihil lucri inde ſperantes, quod ſatis alienum fuiſſet, ſi ſaltem ſub modicis, & honeſtis compendiis pecunias per recambia agitare permittere voluiſſet. Vt etiam leuis coniectura eſt, ex qua *eodem loc.* vir clariſſimus ait ſe verius putare Pium IV ea recambia prohibuiſſe, quorum formam refert Azor. *inſtit. lib.10. cap.11. quaſt.4.* quod per ea tempora, & dum hæc ſcriberet, Romæ floruerit, ſiquidem conſtat P. Azorium in Hiſpania Societatem ingreſſum fuiſſe anno 1559 quo exeunte Pius IV. Pontifex electus eſt Panuino auctore in illius vita. Et Azorij lucubrationes de cambiis, vt quæ *par.3.* continentur, poſt eius obitum, qui fuit anno 1603. editas fuiſſe ex biblioth. Patrum Societ. *fol.*

221. Accedit Azorium illud commercij genus non omnino improbaſſe: & proinde prorſus inueriſimile eſt illa recambia, de quibus agit, illa eſſe, quæ Pius IV. eâ conſtitutione ſeuerè repreſſit, cuius is auctor non meminit eo loco, ſed tantùm conſtitutionis Pij V. Et quidquid ſit, illud certum eſt Pium IV. recambia eiuſdem debiti inter eoſdem, quæ ſunt vera, & formalia recambia, prohibuiſſe. Quæ licèt nunc ſub aliis cautionibus fortaſſe reuoluuntur, vt ſcribit *ead. diſput.3. quaſt.4. num.20.* non ideo minus prohibita cenſeri debent, quia non minorem, imò maiorem aſperitatem, & captionem continent in necem debitorum quorum fauore cambiorum progreſſum, & anatociſmum prohibere voluit, vnde ſatis eſt, quod id fieri noluerit *l.29. & 30. ff. de legib. & l.28. ff. de pact.* quæ ait iura publicè vtile cautionibus, & pactis priuatorum euerti non poſſe.

Secundò iſti cambiorum anatociſmo repugnat Conſtitu- 46
tio D. Pij V. cùm ait, *pecunia denique cum intereſſe repoſcatur, vbi contractus fuerat celebratus: nam inter dantes, & recipientes vſque à principio ita conuenerat, vel ſaltem talis erat intentio: neque quiſquam eſt in nundinis aut locis ſupradictis, qui huiuſmodi literis receptis ſolutionem faciat.* Quam clauſulam admiſſâ hâc cambiorum reflexione, & renouatione inanem reddi oſtendit Merend. *loc. cit. num.14.* Sed apertius id ab eodem Pontifice prohiberi puto, dum vetat, ne cambia aliter quàm pro primis nundinis, vel primis terminis ineantur, hâc additâ clauſulâ, *abuſû illo prorſus reiecto, cambia pro ſecundis, & deinceps nundinis ſiue terminis exercendi,* quæ verba negari non poteſt conuenire vſurariis continuationibus cambiorum. Quid enim aliud eſt continuare cambia, quàm non tantum pro primis, quod permittitur, ſed etiam pro ſecundis, & aliis ſequentibus circa idem debitum cambia exercere, quod hîc eſt prohibitum? & præſertim perpensâ illa dictione *& deinceps*, quæ ſignificat gradus quoſdam, & in infinitum protenditur *§. licet. Inſtit. de adopt. & §. ſui inſtit. de hæred. qual. & differ.* & proinde etiam de centeſimis nundinis, vel terminis accipi poteſt. Vel certè oſtendendum eſt, quiſnam alius abuſus eſt, cui Pontifex occurrere voluit. Nam illum, quo longiores ſolutioni termini præfigebantur, quam diſtantia loci deſiderabat, in quo ſolui debuit, infrà idem Pontifex ſuſtulit, dum ſubiicit, *curandum autem erit, &c.*

Vt hunc ſcopulum vitet D. Raphaël. *eiuſd. diſp. quaſt.2. num.12. & quaſt.11. n.33.* reſpondet conſtitutionem Pij V. loqui de cambio ſimplici, neque ad cambia ritè & rectè multiplicata trahi debere. Nam loquit, licèt vetet ita rem agi, vt pecunia repoſcatur, vbi ſumpta eſt cambio, non tamen id abſolutè damnare, ſed ita demum, ſi nulla ſequatur ſolutio, vbi ſolui conuenit, vnde quamuis recambium ordinetur ad repetendas pecunias cum lucro, vbi primum numeratæ ſunt, cùm tamen iſta repetitio ordinetur mediâ ſolutione primi cambij verè, & realiter fienda in feria, nihil proponi quod ſit contra verba, vel mentem legiſlatoris: imò hanc ordinationem omnino conformem eſſe non minus verbis, quàm menti Pontificis. Verùm non videtur vir doctiſſimus hac ratione ſcopulum hunc vitare potuiſſe: Etenim conſtitutio ſimplicis cambia quidem probat, quæ ſcilicet pro primis nundinis, vel terminis ineuntur, ſed vlterius prouidè progreditur, cambiorum progreſſum, & reuolutiones prohibet, quæ pro ſecundis, & deinceps nundinis, vel terminis agitantur illis ſcilicet verbis, *abuſu illo prorſus reiecto, &c.* quæ ad hanc rem perpendunt Maldet. *d. dub.7.* Narbon. *in d.l.15. n.28.* & Becius *in d. conſ. 215. num.68.* & videtur D. de Turri, pace illius dixerim, diſſimulaſſe in diſputatione, quam aduerſus Becium inſtituit *in d. quaſt. 11.* Alioqui dicendum eſt conſtitutionem imperfectam eſſe neque illud definiuiſſe, & repreſſiſſe, vnde maius malum publicè imminebat, & ſuas fraudes auaritia poterat truculentius exercere. Deinde cùm conſtitutio apertiſſimè prohibeat, ne pecunia repoſcatur, vbi negotium cœptum eſt, & recambia ordinentur ad repetendas pecunias cum lucro, vbi datæ ſunt, vt fatetur D. de Turri, ſanè fateri cogitur hæc recambia etiam prohibita eſſe, quia cùm quid prohibitum eſt, prohibitum etiam cenſetur id, per quod ad illicitum peruenitur *l. oratio. ff. de ſponſ. l. cùm lex ff. de fideiuſſ.* & aliis apud Euerard. *in ſuis loc. legal. cap.128. num.3.* vbi notat regulam obtinere, licèt illud medium per ſe

Digitized by Google

ſe licitum ſit. Et præſertim quia conſtitutio ipſam intentionem coercet quæ ab hoc negotio, quod lucri causâ inſtituitur, nullo modo ſeparari poteſt. Vnde meritò hoc commento ſanctionem ſapientiſſimi Pontificis circumueniri tradit Metend. *in d.cap.2. num.53. & cap.3. num.14.* & P. Iuſtinian. *lib.de contin. cambior. quæſt.4. num.7.* vbi ait ne quidem ſaluis verbis id fieri. Quod ego etiam dixi *quæſt.26. num.28 & ſeqq.* vbi oſtendi ſolutionem hanc quam D. Raphael iactat, inanem, captioſam, & inhumanam eſſe, vt quæ debitorem non liberat, ſed magis irretit, & innectit eidem creditori.

47 Tertiò ne hoc commercij genus recipi debeat, multis argumentis oſtendi poſſe videtur, & primo quidem, quia hæc cambiorum incrementa ſunt fœtus quidam artificiales pecuniæ, vt dicit D.de Turri multis locis, & præſertim *diſp.1. quæſt.13. num.112. & 113.* vbi ait id accepto ferendum recentiorum induſtriæ, qua inuentus eſt modus, quo pecuniæ, præuiâ conuentione, quodammodo conciperet, & pareret fructus, & rurſus *q.24.in princ.* & denique *diſp.3.quæſt.9.n.57.* vbi ait per illas pecuniarum conuerſiones generari fœtum quemdam ſimilem ſorti, illique intrinſecum, quo ſors ipſa augetur, in quo lucrum cambij conſiſtit. Sed hæc eſt ipſa fœnoris natura, & deſcriptio, quam tradit Ariſtot. *Polit. lib.1. cap.7.* dum ait fœnus ſeipſum maius facere, & fœnus dici quoniam illa quæ pariuntur, ſimilia ſunt gignentibus, & in fœnore nummum parere nummum. Et congruenter Agell. *lib.16. cap.12.* ſcribit fœnus à fœtu dictum eſſe, & quaſi à fœtura quadam pecuniæ parientis, atque increſcentis, qua ratione Græci *τόκον* appellant. Vnde meritò hoc genus quæſtus turpe eſſe, & præter naturam concludit. Philoſophus, à quo nemo quod ſciam, excepto Salmaſio homine hæretico hactenus receſſit.

Et ſuauis eſt D Raphael dum *d. quæſt.11. n.112.* ait vſuras quidem in fructu non eſſe, quia non ſunt ex ipſo nummorum corpore, ſed ex alia cauſa, id eſt, noua obligatione *l. 121. ff. de verb. ſignif.* at lucrum ex cambio verè, & propriè non ex alia cauſa ſed ex corpore ipſo eſſe, & per conſequens ex eod. reſponſo Iuriſconſulti in fructu cenſeri, quod reprehendit, & deridet Metenda *in ſuo Antiraphaele cap.1. num.78. & 79. & cap.2. num.73.* & meritò. Neque enim magis intelligi poteſt incrementa cambiorum ex ipſo corpore nummorum promanare, quàm in fœnore, imò cum tam in cambio, quam in fœnore lucrum ex obligatione proueniat, vt de vſuris inquit Iuriſconſultus *in d.l.121.* & in cambio admittit D.Raphael *eod.loc.* dum ait pecuniam in cambio deductam præuia conuentione quodammodo parere, conſequens eſt vtrumque lucrum præter naturam eſſe, & ex ſententia Ariſtotelis improbari.

48 Altera ratio eſt quia omne commercium, in quo quis in lucro eſt & alter in damno, iniuſtum eſt, vt docet Ariſt. *Ethicor. lib.5. cap.4.* ſed admiſſo hoc multiplici cambio is, qui dedit cambio in lucro eſt, in damno qui accepit, ergo iniuſtum hoc commercium eſt, & nullo modo in Republica tolerandum *l.illicitas.in princ. ff de offic. Præſid.* Neque verò hic mihi laborandum eſſe puto, vt probem debitorem ex cambio, ex eius renouatione, & multiplicatione damnum pati, id omnibus compertum eſt, & colligitur ex doctrina D. Raphaël. *loc. cit.* vbi ait in huiuſmodi recambiis lucrum conſiſtere, & quidem vberius, quatenus pluries id fieret, illúdque ſine moderatione vlla integrum præſtandum eſſe. Id etiam conſtat ex formula, quam idem auctor exhibuit in prologum. *diſp. 3. num 9.* qua datur facultas creditori in caſum ſolutionis non factæ cambiandi, & recambiandi etiam in ſeipſum damno, & detrimento ipſius debitoris. Denique id nimium oſtendit experientia: debitores ſcilicet his verſuris facultatibus euerti, campſores verò ſuas augere copias, & ita ex aliorum ſpoliis locupletari, quod naturam non pati teſtis eſt Marc. Tull. *de offic. lib. 3. & l.14 ff. de cond. indeb.*

Ad hoc argumentum reſpondet D. Raphaël. *cit. quæſt. 2. num.10.* illud tantundem quod conſideratur in cambio ſimplici, non eſſe arithmeticum, ſed quid perfectius, & determinatum à circunſtantiis locorum, & temporis, & aliis. Vnde in vtroque cambio de per ſe conſiderato, ſeruari quidem religioſiſſime illud tantundem, quod eſt ingenitum huic celeberrimo contractui inter debitorem, & creditorem eiuſdem cambij, ſed cum illud pendeat à circunſtantiis, impoſſibile eſſe ſeruari omnino idem habito reſpectu ad diuerſa cambia. Vnde ſicuti in qualiber contractuum duplicitate poteſt reſultare lucrum abſque iniuſtitiæ labe, iniquum eſſe id cambio denegare. Et nihilominus cenſeo non ſatis hæc hoc negotium ab iniuſtitiæ labe defendere, cùm enim de iuſtitia alicuius negotij quæritur, inſpicienda omnia ſunt, quæ negotium attingunt *l. bona fides. ff. d. poſ.* vnde cum tandem iſte cambiorum circulus, & cumulus redeat ad eundem debitorem cum acceſſionibus, & incrementis, quæ ex recambiis proueniunt, verè, & cum effectu iſtud tantundem ad inæqualitatem tandem deuergit ipſo improbo fœnore lucratiorem. Neque eſt ſimile, quod ait de multiplicatione aliorum contractuum, circa quos verſatur induſtria mercatorum, vt dixi *quæſt.26. num.68.* quia ſi quod lucrum inde promanat, id non cedit in necem, & detrimentum eorum, cum quibus primum contractus celebratus eſt, vt ſi emi lanas à Titio iuſto pretio, ſi eaſdem deinde vendo Sempronio pretio quod fortaſſe auctum eſt, & conſequenter maiori quàm comparauerim, neque tamen iniuſto, ſolent enim pretia mercium ex variis cauſis mutari *l.3. ff. de eo quod cert. loc* in lucro quidem ſum, ſed ſine iniuria Titij, à quo primum habui. Hic vero quicquid accedit campſori, decreſcit, & detrahitur debitori, & conſequenter lucrum vnius, detrimentum alterius eſt, quod natura non patitur, vt dictum eſt. Neque tamen cenſeo quodcunque lucrum ex cambio illicitum, & iniuſtum eſſe, ſed illud tantum, quod ſine vlla opera campſoris, quæ mercedem mereatur, ex nuda conuentione, & obligatione venit, cuiuſmodi eſt illud, quod prouenit ex illa multiplicatione cambiorum. Hæc enim eſt natura vſurarum *d.l.121. de verb. oblig.* & Argentr. *ad conſuet. Britann. art.266.* Et verum eſt illicitum eſſe paciſci, vt datis decem vndecim recipiantur *l. ſi tibi ff. de pact. l.11. §. ſi tibi. ff ſi cert. pet.* niſi aliqua iuſta cauſa interueniat, ex qua illud quod ſuperexigitur, ex æquo compenſari, & refici poſſit, vt ex Baldo, & aliis auctoribus dixi *quæſt.75. num.40. & quæſt 79. num.5.* quæ nulla hic intelligi, vel excogitari poteſt, neque puto ſi rem ipſam, vt æquum eſt, inſpicimus, ſubtilitatibus, & formalitatibus inæqualitatem hanc excludi poſſe.

Tertiò hæc recambia ab eorum aſſertoribus ſuſtinentur 49 ex eo quòd ſint cambia ſeu emptiones, & venditiones ſcutorum *di marche,* vt dicunt Scortia, Diana, & D.Raphael. *loc. cit.* & alij paſſim, & proinde neceſſe eſt, vt in illis exercendis concurrant omnia, quæ neceſſaria ſunt ad ſubſtantiam emptionis, & inter cætera res quæ venit *l. nec emptio. ff de contr. empt. l.1. ff. de hæred. & act. vend.* Nunc quæro in iſtis recambiis, vel multiplicatis cambiis, vbi eſt res quæ venit. Quid quæritur emptori quod non habuit, quid venditor habere deſinit, quod ante habuit? Sanè impoſſibile eſt hoc hic agnoſcere recentâ praxi, quam refert Iuſtinian. *in d. quæſt.4. num.1.* ex qua conſtat pecuniam tantùm internenire in primo cambio: cætera calamo, charta, & ſcriptura fieri, & fingi: id eſt, nudis nouationibus, & verſuris, quæ extrema huius commercij ſiue emptio ſit, ſiue permutatio, ſupplere non poſſunt: & conſequenter hanc cambiorum molem ſua impoſſibilitate cadere: & rectè Iuſtinian. *loc. cit. num.18.* *Nunc,* inquit, *ſi ex his continuationibus auferas illud* di paſſar le partite, *quid ſupereſt? nihil: totum conſiſtit in directione nominum, & in literis: ſed hoc facere non poteſt, vt verè ſit cambium, quod non eſt cambium.* Et congruenter etiam Seneca lib.7. de benef. *video Singraphas, & cautiones, & vacua habendi ſimulacra vmbras quaſdam auaritiæ laborantis.* & poſt pauca. *Quid ſunt iſta tabulæ, quid computationes, & venale tempus, & ſanguinolenta centeſima? voluntaria mala ex conſtitutione noſtra pendentia, in quibus, nihil eſt, quod ſubiici oculis, quod teneri manu poſſit, inanis auaritiæ ſomnia* muta illud *centeſima,* & ſubſtitue *cambia* videtur Philoſophus hæc de cambiorum continuationibus prædixiſſe.

Et ſi dicant, ſi cætera deſunt, campſorem ipſum nummos ſubminiſtrare poſſe, vnde nomine debitoris cambium perfici poſſet, idque legitimè ex Bulla Bononienſium, vt P. Scortia *Theor.107.* & D.Raphaël *in d quæſt.11. n.41.* Non ergo deficere materiam ex parte venditoris id eſt, pecuniam, quæ in contractum deducta eſt, dicam non ideo magis hoc genus

conſiſtere

conſiſtere, quia cùm omnia vno contextu fiant, & ex facultate ſibi à debitore conceſſa, euidens eſt campſotem non babuiſſe animum emendi pecuniam ab eo, qui alis ratione non habet, quàm illo ſuppeditante, cum nihil amplius habiturus ſit, quàm ante haberet, vt oſtendit P. Duard *in d. quæſt.* 41. *num.* 35. & Merend. *loc. cit. num.* 49. vbi dicunt rem ludicram, & puerilem eſſe, & D. Iuſtin. *giuoco di fanciulli*, & conſtat etiam ex his, quæ dixi *quæſt.* 16. *num.* 45. & nunc hîc addo tantùm, quod congruenter noſtræ ſententiæ inquit idem Seneca lib. 5. de benef. *Non eſt dare, nec recipere in dexteram manum de ſiniſtra transferre Domi verſura ſit, & veluti luſorium nomen ſtatim tranſit. Neque enim alius dat quam qui accipit*, & poſt pauca, *Nunquid non demens non videbitur, qui aliquid vendidiſſe ſibi ſe dicet, quia venditio alienatio eſt, & iuris ſui, reique ſua in alium tranſlatio.* Denique hæc non eſſe vera cambia, ſed tantùm nominum, id eſt debitorum conſtare videtur ex inſcriptione tertiæ Theſis Genuenſium, qui in meo exemplo, & apud P. Duardum inſcripta eſt *Continuatione de debiti*, quaſi dicant debita tantum continuari non cambia, id eſt nominibus, & verſuris nominum agitari, tametſi in editione D. Raphaëlis inſcripta ſit *continuatione de cambij*, quod in eius ſententia videtur negari non poſſe. Senſit enim huiuſmodi contractus eſſe obligationes, & nomina debitorum, vt adnotabam *q.* 16. *n.* 48.

50 Denique huic generi maximè obſtare videtur illa inter Theologos, & Iuriſperitos recepta ſententia cambium ſcilicet non valere, ſi campſor nouerit accipientem cambio non habere, neque habiturum pecuniam in loco deſtinatæ ſolutionis, vnde cambium diſſoluere poſſit, quam Theologi plurimi ſequuntur apud Salas *de camb dub.* 14. Vbi ait omnes hanc etiam ſententiam ſequi, & Philiarch. *de offic. Sacerdot. lib.* 5. *cap* 22 vbi ait id eſſe iure naturæ neceſſarium. Quam nouiſſimè amplexus eſt Duard *in* § 1. *quæſt.* 28. *num* 7. & Hector. Capyc. *in deciſ.* 106. *num.* 46. & ego ſecutus ſum *d. quæſt* 16. *num.* 48 motus potiſſimùm, quia hoc caſu emptor non habet animum emendi, ſine quo emptio conſiſtere non poteſt *l.* 2. *&* 3. *ff. de obligat. & act.* & dicitur eſſe in dolo, qui reſiſtit contractibus bonæ fidei *l. domum, ff. de contrah. empt. l. in cauſa, ff. de minor. l. & eleganter, ff. de dol.* Quo argumento vtitur Merend. *cap.* 1. *num.* 101. *&* 105. *& n.* 117. & rurſus *cap.* 3. *num.* 17. *&* 81. vbi notat receptam hanc doctrinam ab vno D. Raphaële impugnari, & vt ait, *argumentis inanibus urgive.* Qui ſanè id ſuis recambiis obiici ægrè, & impatienter ferre viſus eſt, & præſertim *in d. quæſt.* 11. *num.* 57. *obtundant*, inquit, *mihi modo viri docti debitorem non habere pecunias in feriis, idémque ſcire, & ſcire debuiſſe creditorem, & propterea facta hac omnia in fraudem vſurarum, & tertio quoque verbo de boue vendito à ruſtico qui non habet, iactent frigidiſſimam cantilenam*, aſperius fortaſſe deinde admonens viros magnates, & Principes, vt potius ſuperfluam gazam, vel prædia, & caſtra diſtrahant, quàm acceptis pecuniis cambio mercatoribus, à quibus beneficium receperunt, ſub prætextu vſuræ fidem frangant. Et hoc quidem rectè illum admonere puto. Nam & hoc D. Ambroſius *in lib. de Tob.* D. Baſil. *in pſalm.* 14. & alij Patres monent, & Plutarch. *in opuſc. de non fœner.* ne ſcilicet Phinei modo Harpyas alere velint, & Alciatus, qui de cambiis loquitur *in d.l.* 121. *de verb. ſignif.* Quod verò D. Raphaël Principibus vitis memorat ab alienis abſtinendum eſſe, id etiam malis campſoribus prædicere potuit, vel debuit, quos P. Iuſtinianus *quæſt.* 5. *n.* 18. his verbis adpellat. *Perſpecta facti ſpecie negotiantes voco ante tribunal propria conſcientiæ, & quæro, an re vera illis videantur realia hæc cambia, vera huiuſmodi ſolutiones, & veri contractus, an potius nugæ, & ludi puerorum, ſi vnquam viderunt creditorem pecuniam ſuppeditare ſuo debitori, vt ſibi reddat quod debet, niſi in fraudem alicuius ſtatuti, vel legis? ſi putant contractum licitum eſſe ſuum cum ſuo permutare, & ſuis nummis proprios nummos comparare. Heu præbeant aures Apoſtolo, qui ſcribens ad Galatas exclamat, Deus non irridetur.* Hæc ſuis campſoribus P. Iuſtinianus, quorum cauſam tueri non poſſunt, quæ pro illis proferri ſolent.

51 Et primùm nihil mouet, quod capitula Bononienſium à S. Pontifice eorum tenore inſerto confirmata ſunt, quibus inter cætera continetur *che poſſa ogni perſona dar denari a cambio, o far che ſiano le lettere recapitare ſopra eſſi datori*, id eſt campſores, vt explicat Scortia *loc. cit. o coſi tenerli ſopra i cambij, finche ſaraño rimborſati, &c.* quibus verbis cambij genus, de quo agitur, & continuationes eorum probata contendunt, & præſertim P. Scortia, & D. Raphaël *loc. cit.* etenim animaduertendum eſt non ſimpliciter Diuum Pontificem hæc capitula approbaſſe, ſed quatenus licita eſſent, vt indicat illa diplomatis clauſula, *præinſerta capitula, ac prout illa concernunt omnia, & ſingula in inſtrumento, ſeu inſtrumentis, aut documentis, ſeu ſcripturis publicis aut priuatis deſuper confectis contenta, & inde ſecuta quacumque licita tamen, & honeſta, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, &c.* Quamobrem reſtricta eſt confirmatio ad licita, & prohibita ſunt contraria, vt in re ſimili ſenſit Rot. coram Emin. Lancell. iun. *inter collect. Farin. part.* 2. *dec.* 525. *n.* 8. & coram Buratt. *in dec.* 798. *in fin.* & in ſpecie primos obſeruauit Philiarch. *lib.* 5. *cap.* 24. *dub.* 6. vbi ait capitulum illud fuiſſe ab eis fraudulenter inſertum, vt cùm cætera confirmarentur, illud genus cambij à Theologis damnatum, approbatum videretur. Ita etiam reſpondent Iuſtinian. *quæſt.* 7. *num.* 1. *verſ. vendono in oltre.* Duard. *in d.* § 1. *quæſt* 42. *n.* 46. & Anton. Merend. *in d. tract. de camb. Nundin. cap.* 2. *num.* 76. vbi agens de cambio, quod Itali *con la ricorſa* vocant, ait Pium V. ea tantùm cambia approbaſſe, quæ fuerunt inita virtute huiuſmodi capitulorum, quatenus licitè id fiat: & proinde approbationem hanc oſtendere omnes quidem modos cambiendi contentos in his capitulis poſſe introducere cambia licita: non tamen probare omnia cambia, quæ trahuntur ad huiuſmodi modos, eſſe licita, quia ſcilicet ſub ipſis latebant illi abuſus, quibus deinde idem Pontifex ſua conſtitutione occurrere voluit: tametſi quicquid ſenſerit Merenda, mihi videatur S Pontifex capitula Bononienſium non aliter quàm ſub ea conditione, quatenus ſcilicet licita eſſent & honeſta, confirmare voluiſſe: & præſertim quia in huiuſmodi confirmationibus hæc clauſula ineſſe intelligitur, vt docet Bart. *in l.* 1. *num.* 1. *ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Roman. *in conſ.* 218. *num* 4. Alexand. *in conſ.* 59. *num.* 6. *lib.* 1. Iaſon. *in l. omnes populi, n.* 36. *ff. de iuſt. & iur.* Marſil. *in conſ.* 10. *n.* 53. *lib.* 1. & Mandoſ. *de ſignat. grat. tit. confirmationes, verſ. imo hæc clauſula.* Ripa *in reſpon.* 93. *num.* 18. *&* 19. & Gratian. *diſcept. cap.* 469. *n.* 19.

Hæc reſponſio multis impugnatur à P. Scortia *in dict. Theor.* 293. vbi ait illis verbis Pontificem capitula breui inſerta ſimpliciter confirmare: quæ verò inde virtute eorum, & in executionem fierent, dummodo licita, & honeſta eſſent: & ad hæc dumtaxat referri illa verba *licita tamen, & honeſta*, tum quia inquit ſi non confirmat capitula, niſi ſint honeſta, non ſatisfacit petitioni ſupplicantium, quos incertiores reliquiſſet: tum quia non ſatisfeciſſet ſuo muneri: eius enim erat declarare, an licita erant, & de hoc conſultus fuerat, vnde debuit ipſe rem hanc tanquam Eccleſiæ Paſtor, & cathedra definire, & non relinquere inferioribus iudicibus dirimendam: ideóque hæc verba ad ea tantùm pertinere, quæ in dictis capitulis expreſſa non fuerant ex Gabriel. *conſ.* 181. *num.* 20. *lib.* 2. & ita cenſuiſſe Menochium, quem virum clariſſimum meritò vocat, ita verò cenſuit *in conſ.* 1117. *num.* 7.

Et nihilominus probabilius arbitror hanc clauſulam *licita tamen & honeſta* ex ſubiecta materia etiam ad expreſſa in libello Bononienſium pertinere, ad ea ſcilicet, quæ dubiam patiuntur iuris interpretationem, & in quibus vitium latere potuit ex his quæ tradit Crauet. *in conſ.* 296. *num.* 2. Etenim animaduertendum eſt ciues, & mercatores Bononienſes ea principali intentione non audiuiſſe Pontificem, vt declararet, quænam cambia eſſent licita, vel illicita: ſed cùm inſtituiſſent in ciuitate Bononiæ nundinas cambiorum erigere, ex quibus fortaſſe montes aureos ſibi pollicebantur: & ob id capitula quædam inter ſe compoſuiſſet, & ſcirent etiam ius nundinarum à Principe impetrandum eſſe *de nundin.* & tradunt Theſaur. *in dec.* 264. *in fin.* & Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib.* 5. *cap.* 5. petierunt id à ſummo Romano Pontifice ſub cuius imperio ea vrbs eſt ſibi concedi, & capitula confirmari. Quod quidem Pius Pontifex illis pro publica, & priuata huius clariſſimæ vrbis vtilitate conceſſit, quia tamen 52

illis

illis petentibus, & vrgentibus id conceſſum eſt, & præſertim quia de re agebatur, in qua facilis poterat eſſe lapſus, ideo ne quid fortè Pontifex confirmaret, quod eſſet, vel videretur illicitum, cautè vt decebat Paſtorem omnium, addita eſt illa clauſula, *licita tamen & honeſta*, vt in ſimilibus conceſſionibus, & priuilegiis vſitatum eſt, & præſertim iis, quæ ad preces, & ex poſtulationem ſubditorum conceduntur, & in forma communi, & ordinaria expediri ſolent, cuius rei etiam exemplum eſt in illis deciſ. Rot. relatis *num.* 51. & apud Card. Seraphin. *in deciſ.* 775. & præcipuè in illa P. Burati, vbi aliæ ſimiles referuntur. Quod cautè, & prouidè factum videri poteſt, vel ob illam vnam clauſulam libello Bononienſium inſertam, *e poſſa ogni perſona dar denari a cambio, e far che ſiano recapitate le lettere ſopra eſſi datori, e coſi tenerli ſopra i cambij*, *&c.* Ambiguum enim erat, neque ſatis expreſſum an facultas illa *di ricapitar le lettere, &c.* quam poſtulabant, contineret mandatum accipiendi pecuniam ab alio, vel à ſeipſo, & an liceret campſori ſibi ex propriis pecuniis ſoluere pro debitore, quod putat Scottia *Theor.* 291. cæteri verò fere omnes improbarunt Sor. Salon, Molin. Comir. & alij apud Merendam in ſuo Antiraphële *cap.* 2. *num.* 56. & *n.* 140. & Inſtin. *quæſt.* 7. *num.* 7. vbi ait omnes in hoc conuenire, & ipſe D. Raphaël *d. diſput.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 26. Quamobrem mihi verius videtur D. Pium hic nihil hac de re conſtirnere voluiſſe, ſed dumtaxat Bononienſibus nundinarum licentiam concedere, & dicta capitula ſub illa conditione confirmare. Et ſanè prorſus improbabile eſt Pontificem diplomate illo Bononienſibus conceſſo legem condere voluiſſe, quæ in contractu frequentiſſimo quidem, ſed omnium periculoſiſſimo regula eſſet iuſti, & iniuſti, vt eſt natura legis ex Chryſippo *in l.* 2. *ff. de legib.* Nullum enim ibi huius rei veſtigium eſt: & non ſine ratione fuit à collectoribus in nouo, & veteri bullario prætermiſſum nihil refragantibus clauſulis *motu proprio*, & ſimilibus ex his quæ tradunt Socin. iun. *in conſ.* 77. *n.* 78. *lib.* 1. & ipſe Menoch. *conſ.* 1. *numer.* 417 & *ſeqq.* Quod multo certius cognoſcere quiſque poterit, ſi non pigeat diploma illud cum decretali poſtea hac de re ab eodem Pontifice edita conferre. Cui ſanè conſtitutioni, quæ & generalis eſt, & poſt Breue Bononienſium edita, potius ſtandum eſt *l. vlt. ff. de conſtit. princip. l.* 38. *ff. de legib.* Comit. *d. reſp.* 15. *num.* 10. & Iuſtinian. *loc. cit. num.* 1. in qua Diuus Pius, quod Bononienſes poſtulauerant vel prohibuit, vel correxit, dum inter cætera conſtituit, vt non niſi pro primis nundinis, vel pro primis terminis cambia celebrare liceret additis etiam his verbis, *abuſu illo prorſus reiecto cambia pro ſecundis, & deinceps nundinis ſiue terminis exercendi*, id eſt, vt ego interpretor, reiectâ verſurâ cambiorum cum eodem debitore. Hun[illegible] etiam abuſum Pium V. correxiſſe ſcribit Merenda qui aliis conſtitutionis verbis mouetur *cap.* 3. *n.* 14. Illud addidero Menochium, cuius auctoritate P. Scottia vtitur, recambia improbaſſe *in conſ.* 1181. vbi ſcribit violentum furti, & rapinæ genus eſſe, quo nomine illum laceſſit D. Raph. *in d. q.* 11 *n.* 107.

Et ne temerè dixiſſe videar multùm referre, an facultas illa *di ricapitar le lettere ſopra eſſi datori, e coſi tenerli ſopra li cambij*, *&c.* intelligenda ſit de facultate conceſſa creditori ſumendi cambio pecuniam ab alio, vt ſibi ſoluat, vel à ſeipſo, dicam
53 me admittere primum, hoc ſecundum non admittere. Nam quamuis D. Merenda illud etiam improbare videatur. *d. cap.* 3. *num.* 9. & mihi etiam ſuſpectum ſit ex his quæ tradit *eod. loc. num.* 23. & 24. & *numer.* 28. & 32. *in fin.* non puto tamen ſemper & abſolutè reiiciendum eſſe. Nihil enim vetat creditorem paciſci, ne ex mora debitoris damnum patiatur, cùm certum ſit etiam nullo intercedente pacto, ſi debitor ſuo loco non ſoluerit habendam eſſe rationem eius quod creditoris intereſt *ex d. l.* 2. § *vltim. de eo quod cert. loc.* Itaque puto hoc pactum recipi poſſe, dummodo bona fide exerceatur, vt ſentiunt Roman. *in conſ.* 101. Nauarr. *in conſ.* 30. *de vſur.* Garz. *de contract. cap* 37. *num.* 2. Bertazzol. *in conſ.* 164. *num.* 1. *lib.* 2. *crimin.* Bimius, Botta, Peregrinus, & alij apud Anton. de Amat. *in d. reſ.* 27. *num.* 6. Coſta *in d. conſ.* 48. *num.* 1. Granian. *diſcept. cap.* 851. *num.* 13. & 987. *num.* 9. & alij apud Merend. *loc. cit. num.* 25. qui dum exiguut cautiones aliquot, vt vſus huius facultatis legitimus ſit admittunt conſequenter non eſſe ſimpliciter, & abſolutè improbandum. Et ratio, & quidem euidens eſt, quia hoc inuoluit rationem damni emergentis, ratione ſcilicet cambiorum, vel vſurarum, quæ creditor alteri præſtare cogitur, quod omni iure repetere licet, vt ſæpius diximus, & in ſpecie Anton. *loc. cit. n.* 9. & Peregrin. *in conſ.* 85. *n.* 23. *lib* 3.

Si verò verba illa libelli Bononienſium accipienda ſunt 54
de facultate accipiendi cambio ſummam debitam à ſeipſo, illámque agitandi per cambia, donec ſibi ſatisfactum ſit, vt illi intellexiſſe videntur, & intelligit Anton. Saluat. *in tractat. de recurſ. par.* 3. *num.* 7. tametſi conuentionem hanc etiam in hac parte vſus mercatorum receperit, & tribunalia quædam, eamque aliis relatis probet Mura *in dec.* 32. *num.* 17. Antoniu. *in d. reſol.* 27. *num.* 25. Rouit. *in conſ.* 103. Saluat. & Scottia *loc. cit.* vt etiam D. Raphael *d. quæſt.* 11. *num.* 60. qui licet cautè vt ſolet, ibi omittat illud, *à ſeipſo*, id tamen etiam in hac circumſtantia & formula conuentionis ſentire puto ob auctores quos refert, inter quos Tapia *part.* 4. *iur. regn. rubr.* 4. *num.* 34. & Anton. de Amat. *loc. cit.* ſentio tamen admittendum non eſſe. Nam præterquam quod hoc genus commercij conſtitutionibus prohibitum eſt, vt dixi: & videntur obſtare quæ diximus. *num.* 48. & *in quæſt.* 75. *in fin.* hæc cambiorum verſura, & renouatio, quæ à campſore ipſo, inſtitoribúſve eius agitatur, ſua impoſſibilitate ruit, quia cùm hæc recambia ſint noua cambia, vt dicunt nullo modo celebrari cum ſeipſo poſſunt. Nam cùm nemo poſſit propriam pecuniam permutare, vel emere ab alio, vt conſtat *ex l.* 21. §. *ſi hi qui. ff mandat l.* 16. *ff de contr. empt. l.* 40 *ff. de pignor. act.* multo minus poterit à ſeipſo, vt dicit Bald. *in l. vn. num.* 5. *C. ſi ſeruus exter. ſe emi mandan.* vbi ait intellectum capere non poſſe, vt quis à ſeipſo emat, vel ſibi ipſi vendat. Quod aliis citatis ſcribit Mura *loc. cit. num.* 22. & multo magis dicendum eſt, ſi ſine vlla pecunia, & nudis adnotationibus, & litteris miniſterio campſoris, vel ſuorum res geritur; vt ſolent, deficiente ſcilicet materia veri cambij, ſine qua impoſſibile eſt illud in eſſe deducere *l.* 8 *ff. de contr. empt l.* 77. *ff eod.* quæ ait neminem vendere, quod quis duplicem perſonam gerere poſſit, vt putant auctores contrariæ ſententiæ, ſed neceſſe etiam eſt, vt verè res ſit, illáque aliena quam quis acquirere poſſit *d. l.* 40. *in princ. ff de pignor. act.* in qua vt in aliis, licet perſonæ distinctæ ſint non ideo magis emptio conſiſtere poteſt. Et vt ſi debitor creditori ſuo legauerit, quod debet inutile eſt legatum, quia nihil amplius creditor per legatum habet §. *ex contrario. Inſtit. de legat.* & *l. ſin autem* 29. *ff. de leg.* 1. ita prorſus inutilis eſt hæc pecuniarum permutatio, ex qua campſor nihil amplius per permutationem habet, neque habiturus eſt niſi nomen debitoris. Quare ita ſentiunt Sot. Molin. Rebell, & alij Theologi apud Duardum §. 1. *quæſt.* 42. *num.* 35. vbi ait hanc permutationem non eſſe, & ex Soto campſores nullo fuco huiuſmodi cambia incruſtare poſſe, quin ſint manifeſtè vſuraria. Idem ſentiunt Philiarch. *lib.* 5. *cap.* 24. *dub.* 5. Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 17. Garz. *loc. cit.* Fabron. apud Amat. *in dec.* 45. *num.* 62. Peguer. *in dec.* 33 *num.* 3. Maſtrill. *dec.* 303. *num.* 7. quæ repetita eſt inter dec. Caſtill. *lib.* 2. & diſertiſſimè Merenda in ſuo Antiraphaele *cap.* 3. *num.* 11. & 12. vbi ait mirari ſe quomodo hoc pactum tanquam iuri conſonum receptum fuerit, ſubiiciens etiam his rationibus victum D. Raphaelem *diſp.* 1. *quæſt.* 23. *num.* 9. & 10. non obſcurè coarctare hoc pactum ad facultatem accipiendi ab alio pecuniam ſub cambiis. Conſtat igitur creditorem, vt ſibi ſoluat non poſſe propriam pecuniam accipere cambio à ſeipſo, ex quo ſubuertitur omnis iſtiuſmodi cambiorum praxis, ipſo D. Raphaele teſte *quæſt.* 15. *num.* 13. & reiicienda ſunt quæ ſcribit Antonin. *loc. cit.* Quare cùm tanti interſit intelligere hoc vel illo modo illa verba *di ricapitar le lettere, e tener li denari ſopra i cambij*, *&c.* dicendum eſt prouide, & prudenter in confirmatione libelli Bononienſium additam eſſe illam clauſulam *licita tamen, & honeſta*, ne videri poſſet Pontifex eam cambiendi formam in vniuerſum approbaſſe, ſub qua tamen cambia illicita latere potuiſſent.

Et ſecundum hanc diſtinctionem intelligi debet tertium, 55
& quintum reſponſum Sacræ Congregationis ad Genuenſes ſcilicet de pecuniis acceptis ex mandato debitoris ab alio quàm creditore, vt notant Duard. *d. quæſt.* 42. *n.* 13. & 29 & *n.* 36. & *quæſt.* 60. *in fin.* & Merend. *d. cap.* 2. *num.* 50. & 51. &

idem D.Raphaël *ead.diſp.* 3. *quaſt.*8. *num.*28. Quod omnino repugnat continuationibus quæ fiunt inter eoſdem,& de pecuniis quas creditor accipit à ſeipſo. Diſſoluto enim primo cambio pecuniis, quæ non ſint creditoris, vt reſponſa exigunt, conſequens eſt recambio inter eoſdem locum eſſe non poſſe, quia exploratum eſt debitorem ſolutione eius quod debuit ſiue propriis, ſiue alienis nummis id fecerit, conſentiente ſcilicet eo, cuius ſunt, omnino liberari *l.*16.*&* 80.*ff.de ſolut. & Inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ.* idémque eſt ſi compenſatione primum cambium diſſoluatur,quia compenſatio eſt ſpecies ſolutionis *l.ſi debitor. ff.qui potior. in pign. habeant. l.*4. *C.de compenſ.* Maur.*de ſolut.cap.*2.*§.*5.*n.*5. *&* 6. & in ſpecie D.Turr. *eiuſd.diſp.quaſt.*3.*n.*16.*& quaſt.*5.*n.*30.& rurſus *quaſt.*8.*n.*36.*&* 37. vbi ait ceſſare rationem recambij,quoties per ſolutionem obligatio primi cambij funditus extincta eſt, & deficit ſubiectum nouæ obligationis. Quamobrem cùm reſponſa illud tantùm ſolutionis genus probent, quæ fit ex propriis, vel alienis pecuniis, quæ non ſint creditoris, & proinde nullum relinquit ſubiectum nouæ obligationis, conſequens eſt quicquid illi exciderit *in d. quaſt.* 11. *num.*41. *verſ. quando cateri.* quod ſupra notatum eſt, iiſdem reſponſis improbari illud recambij genus, in quo ſolutio fit ex pecunia creditoris, & quod idem eſt nouationibus, & verſuris. Quod Patres ſenſiſſe etiam ſatis indicat quod in reſponſo tertiæ theſis ſubiiciunt, *Non vero ſubſiſtere, dum cambia, qua continuantur ſiunt ſecundum modum in primo caſu propoſitum.* Huiúſque diſtinctionis ratio eſt quam dixi, quia cùm cambium alienis nummis diſſoluitur, contractus habet extrema veræ ſiue emptionis, ſiue permutationis pecuniæ: cùm verò ex propriis pecuniis creditoris res agitur, deficit ex vno latere materia contractus, id eſt res quæ venditur, vel permutatur, quia nemo poteſt rem ſuam emere ab alio. *l.*16. *ff.de contr.empt.* & aliis apud Merend. *d. cap.*3. *n.*11. & multo minus eam ſecum permutare,vel ſibi vendere.Quod extremum multo minus ſuppleri poteſt nudis adnotationibus,& verſuris, quas ſecum init ipſe campſor,vt manifeſtum eſt,& oſtendit idem Merend. *cap.*9. *num.*49.vbi ait rem hanc ludum exprimere puerilem.

Et licet vt idem D. de Turri refert, campſores Ligures reſponſo quinti caſus acquieuerint qui illi quartus eſt, non inde tamen continuationes cambiorum,quæ fiunt inter eoſdem probatas eſſe cenſeo, quia prætermiſſis iis, quæ tradit Merend *in d.c.*2.*n.*87. vbi late hunc caſum examinat hoc reſponſo illud genus tantùm probatum eſt,in quo ope,& miniſterio alterius, non ipſius campſoris inſtitorſve eius in loco ſolutionis res agitur,vt conſtat illis verbis, *e conuengono inſieme,che Pietro ne faccia la tratta ad Antonio perſona diſtinta,& di negotio,e di credito,* nempe quia hic non tantùm adeſt diuerſitas perſonarum Ioannis,& Antonij, ſed etiam diuerſitas negotiationis, & fidei, & conſequenter vera, & realis materia cambij inueniri poteſt,id eſt pecunia,quæ non ſit creditoris, quod Patres cenſuerunt requiri, vt negotium hoc conſiſtere poſſit.Et ita hunc caſum interpretati ſunt Duard. *de camb.* §. 1. *quaſt.*42.*n.*28.*verſ.in quinto caſu.*D.de Turr. *diſp.*3.*q.*8.*n.*20. Emin.P.de Lug. *in d.diſp.*28. *num.*82. & Merend.*loc.cit.*Vnde cùm in continuationibus, quæ fiunt inter eoſdem miniſterio ipſius campſoris vel inſtitoris eius dirigendo ſcilicet tractas cum remiſſis ſibi ipſi de Genua ad ſuum de feria, vt vſitatum eſt, campſor idémque creditor ſibi ipſi ex propria pecunia ſoluat, vel acceptum habeat, quod minus eſt, planè ſequitur reſponſum hoc non probare continuationes cambiorum, de quibus agitur, vt notat Duard, *in fin.quaſt.*60.qui licèt *in d.quaſt.*42. *n.*20. ex tertio reſponſo admittere videatur cambiorum renouationem abſolutè condemnandam non eſſe, id tamen intelligit dummodo cambia ſint vera, & realia, cuiuſmodi ipſo auctore cenſeri non debent quæ in primo,& quarto caſu exprimuntur, in quibus ita res agitur, vt ex pecunia campſoris fiat ſolutio, vel nudis adnotationibus, & verſuris vt ipſe ſe explicat *eod.loc. n.*35. *&* 36. *& d. quaſt.*60. *in fin.* & apertiſſime etiam *eiuſd. §.quaſt.*28. *n.*10. *& §.*2.*quaſt.* 4. *n.*2. *&* 3. conſtat igitur reſponſum hoc accipiendum eſſe de eo cambio, cuius ſolutio fit de pecunia propria ipſius exequentis non creditoris.

56 Et nihilominus D.de Turri *loc. cit. num.*24. exiſtimat locum habere, etiamſi idem Antonius identificaretur vt loquitur, quoad perſonarum cum aliquo ex mandantibus, atque ita cum creditore, dummodo concurrant requiſita ad inſtitoriam, id eſt, duplex negotiatio, idque probare verba illa *ad Antonio perſona diſtinta,e di negotio,e di credito.* Ex quibus inquit parere non exigi inter perſonas diſtinctionem numeralem, ſed negotiationis, ſubiiciens inſtitoriæ requiſitis ceſſantibus omnia in fictionem reſolui,nulla iuris adſiſtentia roboratam.Putat igitur cambium, de quo in dicta theſi,conſiſtere non tantùm cum Antonius perſona penitus extranea eſt,ſed etiam eùm eadem eſt,ſed ob duplicem negotiationem, ſeu menſam iuris fictione pro duplici perſona habetur:Hæc tamen parùm tuta eſſe videntur. Et in primis certum eſt extenſionem hanc egredi terminos dictæ theſis,vt admittit vir clariſſimus, reſtricta enim ad eum caſum,in quo ſolutio, & exactio directa eſt extraneo, qui poteſt propriam pecuniam adcommodare, & propriis nummis cambium diſſoluere. Vnde cùm Patres genus hoc poſt longam diſceptationem, vt ille etiam refert *in prologom. d. diſp. circa fin.* in his terminis vix iniri poſſe declarauerint,valde probabile eſt, illos caſum ad quem reſponſum hoc trahitur, cùm ſcilicet tracta, & remiſſa dirigitur Ioanni de Feria, id eſt, illi qui cambio dedit non fuiſſe probaturos. Etenim caſus eſſet in ſubſtantia omnino ſimilis quarto,quem iidem Patres declarauerunt non ſubſiſtere. Neque Ligures ſagax & ardens hominum genus id intactum reliquiſſent ſi ſpes fuiſſet illud obtinere, vt magno conatu nixi ſunt quarti declarationem conſequi, vt memorat Emin. P.de Lug. *d.diſp.*28.*n.*93 cuius D.Raphaël meminiſſe noluit. Cæterùm quicquid ſit de hac mea coniectura,non puto hanc duplicem negotiationem admittendam ex eo duntaxat, quod Ioannes de cambio Genuæ, & deinde proficiſcatur ad nundinas aſſumpto nomine Ioannis de feria, vt ſentire videtur D. Raphaël *loc. cit.* quia non poteſt hinc negotiationis diuerſitas induci, qualis deprehendi poteſt inter Titium vt Titum, & Titium vt ſocium, quia ſocietas alia perſona eſt, & in vno conſiſtere non poteſt *l.adeo.l.duo.& aliis,ff. pro ſoc.* & proinde non poteſt Ioannes hic pro duplici perſona haberi, vt notat D.Merend. *in d. cap.*2. *n.*93. vbi ait malè hic negotia ſeparari, cùm cambium Genuæ initum fuerit, vt in nundinis ſolueretur, & proinde illud ius, quod campſor habebat Genuæ in nundinis ſub eadem formalitate retinere, id eſt, tanquam dominum eiuſdem negotiationis, denique hunc caſum differre ab eo, in quo quis conſideratur vti ſocius,vel vti faciens aliquid circa res proprias,& proprio nomine:tunc enim mutari rationem formalitatis, & conſequenter effectus, quod nullo modo contingit in caſu noſtro, cùm ideo campſor eat ad nundinas,vt ad ſuam perfectionem deducat ea cambia,quæ iniuit Genuæ.Ita reſpondet Merend. *hoc loco.* Quibus addo admiſſa etiam duplici ratione,& menſa ſub prætextu huius Inſtitoriæ hoc genus ſuſtineri non poſſe, quia cum Titius de Genua ſit dominus vtriuſque, impoſſibile eſt eum ſui ipſius inſtitorem eſſe, vt non poteſt ſui tutor eſſe, procurator,negotiorum geſtor,villicus,libertus,ſeruus, ſocius, cliens, fideiuſſor. Hæc enim, & ſimilia ſpectant ad alios,& tanquam relatiua duos exigunt.Et cùm inſtitor operas præſtare teneatur domino,& illi rationem reddere,vt tradit Felic.*de ſociet. cap.*37. *num.*9. & ſancitum eſt Seren. Reip. Gen. *ſtatutor. lib.*4. *cap.* 12.*§.quilibet.* impoſſibile eſt aliquem ſui ipſius inſtitorem eſſe, etiamſi duplicem rationem, & negotiationem habeat, quia impoſſibile etiam eſt aliquem ſibi operas debere, vel obligatum eſſe *l.*21.*&* 71. *ff.de fideiuſſ.l.*7. *C.de pact.*Pancirol. *in conſ.*98. *num.*9.Cuiac. *in d.l.*21. *ad African. tract.* 7. Anton. Hering. *de fideiuſſ. cap.*20. *§.*16. *num.*12. *&* 13. vbi ait hoc inauditum eſſe. Vt etiam dicimus res noſtras nobis ſeruire non poſſe *l.*26. *ff de ſeruit. prædior. vrban. l.*33. *in fin.de ſeruit.ruſticor. l.*10. *ff.comm. præd.* quæ ait neminem ſibi ipſi ſeruitutem debere,& Vlpianus *in l.*45.*de reg.iur.* Neque pignus neque depoſitum,neque precarium,neque emptionem rei ſuæ conſiſtere poſſe:Et Seneca congruenter d.lib. 5. de benef. *Hoc verbum* debere *non habet niſi inter duos locum, quomodo igitur in vno conſiſtit, qui ſe obligando liberat, non poteſt quidquam amittere, quia quod detrahitur, nihilominus tibi acquiritur, intra te ipſum orbis agitur, accipiendo das, dando accipis,* & quæ inſtitoriam hanc maximè conuellere videntur poſt pauca

beneficium

beneficium eſt aliquid præſtitiſſe vtiliter, verbum autem præſtitiſſe *ad alios expectat, dat nemo niſi alteri, debet nemo niſi alteri. Id intra vnum non poteſt fieri, quod toties exigit duos.* Denique cùm ponamus Ioanem vtriuſque menſæ dominum eſſe ſemper recurrunt, quæ diximus neminem poſſe res ſuas emere, vel ex propria pecunia ſibi ſoluere. Quod ſi fiat liberationem fictam, & apparentem eſſe, *l* 22. §. *ſi mandauerim*, *ff. mandati.* imo inhumanam, & captioſam, quam prudentum interpretatio fregit, vt Vlpianus loquitur *in l* 5 *de tranſact.* & rectiſſimè docent Molin. Mercat. & alij quos recenſui *quaeſt.* 26. *num.* 28. & aliis citatis Merenda *d. cap.* 2. *num.* 45. *&* 51. vbi ait hæc mera figmenta eſſe, & hanc doctrinam PP. Congregationis clarè comprobaſſe. Ex quibus tandem conſtituendum eſt continuationes cambiorum, quæ fiunt inter eoſdem, ſiue nudis adnotationibus fiant, ſiue ex pecunia ipſius creditoris nullo bono iure defendi poſſe. Cætera à d. Merenda petenda ſunt, tametſi quædam etiam huc pertinentia ſcripſerim *d. quaeſt.* 26. *& quaeſt.* 75. *in fin.* & nunc tantum adiicio conſtitutionibus Pij IV. & V. parendum eſſe, quorum profectò mens fuit cambiorum verſuras, & immanes iſtas exactiones cohibere. Illud verò omittendum non eſſe cenſeo D. de Turri non omnino diſſentire, admittit enim per ſimplicem adnotationem, & directionem ſcripturæ ſolutionem non ſequi, ſed opus eſſe, vt adſit pecunia parata ſolutioni, vt ipſe ſe explicat *in d. q.* 8. *n.* 31. *&* 32. vbi carpit mercatores, qui ex eo, quòd in aliquibus caſibus, & cum debitis circunſtantiis poſſit quis ſoluere ſibi ipſi inimico homine ſuperſeminante zizania hoc ius abſolutè, & indiſtinctè ſibi arrogarunt ſplendido prætextu euitandi circuitus inanes re vera, ne incertæ fidei aliorum propter eas credant pecunias, & vt prouiſiones, & alias expenſas ſibi lucrari poſſint. Et quod magis eſt, neque Theologis parcit, ſubiicit enim *Sacri verò Theologi his, & aliis huiuſmodi tanquam ex aliena penu depromptis vtentes, quod ſemel verum cognoſcunt, ſemper verum exiſtimantes, quod ipſis familiare in cauſis rerum verſantibus, hac prætereunt; ex quibus ſe, & alios in plures difficultates induunt.*

57 Interea incidi in librum Salmaſij de Trapezitico fœnore: & comperi eum *lib.* 3. *fol.* 574. ſcribere Pontifices Trapezitarum munus pro ea parte ſuſtuliſſe, qua fœnus publicè exercebant: pro ea autem parte, qua nummos permutabant, & vendebant permiſiſſe. Neque tamen hoc pacto Trapeziticas vſuras exterminaſſe. Nam inquit, illi ipſi, qui nunc menſam ad cambium publicam habent, tam immodestè fœnus agitant, vt ſub prætextu huius negotiationis pro vſura ſingulorum internundiniorum, quæ trimeſtria ſunt, quatuor cum ſemiſſe vulgo exigunt, quæ eſt vſura ſexquicenteſima id eſt, octodecim in centum. Sed hæc Salmaſius immeritò obiicit. Nam ſummi Pontifices cambia vera & realia quibus ſcilicet pecunia, verè permutatur, vel in gratiam alterius traiicitur etiam cum modeſto lucro non improbarunt, quia diſtant à mutuo, & publicè vtilia ſunt, ſi bona fide exerceantur. Vſuras verò veluti per ſe malas meritò prohibuerunt, & illas etiam, quæ ſub prætextu cambij de nundinis ad nundinas agitabantur. Quod genus doctores Catholici vnanimes improbarunt, & ex veteribus Hoſtienſis *in tit. de vſur. num.* 8. *circa fin.* vbi ait ſe hanc vſuram execrabilem iudicare, quamuis ſub ſpecie venditionis, vel permutationis, vel alterius cõtractus veletur: & damnatum eſt conſtitutionibus Pij IV. & V. vt dictum eſt. Quas ſibi campſores alicubi contemnunt, eorum culpa eſt, atque etiam quorumdam Iudicum, qui ad comprobandas iſtas cambiorum verſuras procliniores fuerunt, vt notat Merend. *d. cap.* 3. *num.* 20. Qui ſanè prudenter dixiſſe videtur agens de cambio, quod vocant recurſæ *cap.* 2. *num* 61. eo admiſſo occaſionem dari hæreticis, qualis eſt Salmaſius, exprobrandi nobis, quod fœnus quidem verbis damnemus, re autem ipſa grauius admittamus quàm fit illud quod Æthnici ſub infamiæ nota prohibuerunt.

58 Et licitè ſuperfluum omnino videatur quærere, an liceat campſoribus conuertere acceſſiones in ſortem, & ex integra ſumma lucrum captare, damnatâ enim vſitatâ cambiorum multiplicatione, cuius prætextu hæc compendia adplicantur ſorti, neceſſariò ſequitur id quoque illicitum eſſe, verum quia campſores hoc ius quoque ſibi vendicarunt, oſtendere conabor hoc eis permittendum non eſſe. Neque tamen vtar ea ratione quòd non liceat intereſſe lucri ceſſantis in ſortem conuertere, & ex vniuerſa ſumma lucrum conſequi, vt ſentiunt Ruin. Bologn. Motor. & alij apud Merend. *loc. cit. num* 8. Subiiciens in fine nullum bonum Iuriſconſultum ab hac ſententia recedere. quam ego ab obiectionibus Menochij clariſſimi viri defendi *quaeſt.* 86. quia ſtatim replicari poſſet hæc lucra differre ab eo quod intereſt, vt tradit ipſe D. Raphael *diſp.* 3. *quaeſt.* 9. *n.* 56. Sed aliis argumentis vtar, quæ ni fallor vtrumque titulum excludere videntur. Et primùm moueor *ex d. l.* 2. §. 5. *ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* vbi Vlpian. agens de indemnitate præſtanda Reipublicæ ob defectum frumentariæ pecuniæ ait computationem, in qua commoda commodorum incrementum faciunt, immodicam & illicitam eſſe. Ergo multo minus id campſoribus licet. Secundò id ſuadet quod *in l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo*, ſancitum eſt in ponenda ratione eius quod intereſt, modum eſſe ſeruandum, ne ex immodicis peruerſionibus, & conuerſionibus computatio in immenſum perducatur, ergo id etiam in cambiis ſeruandum eſt, quia vtrumque pœna eſt non ſoluentis. Tertiò facit doctrina Ariſt. *Polit. lib.* 1. *cap.* 6. vbi improbat nummulariam quod ſit infinita, & nullum finem habeat acquirendi, ſed hoc cambiis admiſſo eorum anatociſmo meritò obiici poteſt. Quartò hæc cambiorum incrementa non proueniunt ex ipſo nummorum corpore, qui ſteriles ſunt, ſed ex conuentione tantùm, vt compertum eſt, ſunt enim veluti quidam fœtus pecuniæ præuia conuentione parientis, vt dicit D. de Turri *diſp.* 1. *q.* 13. *num.* 813. *& diſp.* 3. *quaeſt.* 9. *num.* 57. in quo omnino congruunt cum vſuris, quæ non ſunt ex nummorum corpore, ſed ex obligatione *l.* 121. *ff. de verb. ſignif.* proinde quod in vſuris receptum eſt, ne alias vſuras parere poſſint, tametſi adplicentur ſorti *l. vlt. C. de vſur.* id etiam in cambiis accipiendum eſt, quæ ipſius vſuris ſunt truculentoria. Quintò facit quod aliis locis dixi verſuram apud Æthnicos vetitam fuiſſe, ne ciues facultatibus ſuis euerterentur Vnde memorat M Tull *lib.* 5. *ad Attic.* Salaminios, cùm Romæ verſurã facere vellent, non potuiſſe, quia id lex Gabinia vetaret: & cùm tentaſſet rem inter illos, & Scaptium eorum creditorem componere, exclamaſſe omnes, qui aderant nihil impudentius Scaptio, qui centeſimis cum anatociſmo contentus non eſſet. Hoc velim perpendere eos, qui ſcribunt inter Chriſtianos quibus præcipitur mutuum dare, & nihil lucri inde ſperare, vt ait Paulus IV. initio dictæ ſuæ conſtitutionis ſicitum eſſe eſſe decies, & pluries cambia. & ſemper cum anatociſmo repetere, vt Nald. *loc. cit* & D. Raphael multis locis, & præſertim *in d. quaeſt.* 9. *num.* 64. *& q.* 11. *num.* 75. vbi ait decuplum ſortis excedere poſſe. Denique D. Baſilius *in pſalm.* 14. & alij Patres vſuras vſurarum maximè execrantur. & illas leporibus comparant, quas ferunt ſimul parere, lactare, & ſuperfœtare, vt dixi *ead quaeſt.* 5. ſed cambiis admiſſo eorum anatociſmo, hoc etiam meritò obiici poteſt, & proinde vt in vſuris id vetitum fuit, ita & in cambiis permitti non debet. Ex his conſtat commoda commodorum captare etiam in cambiis illicitum & inhumanum eſſe.

Neque obſtat quod definitum eſt *in d. l. ſocium, ff. pro ſoc.* 59
qua mouetur Gait. *loc. cit.* quia non eſt ſimile, ſiquidem lucrum ſocietatis verè, & realiter non diſtinguitur ab aliis rebus ſocietatis, & eſt eius pars: & efficit vnum corpus cum aliis rebus communibus, vnde nihil mirum, ſi ſocius, qui in eo reddendo moram fecit, teneatur ad id quod intereſt, vt explicat Ruin. *in d. conſ.* 55. *num.* 18. *lib.* 1. & aliis citatis diximus *quaeſt* 1. *num* 17. *& quaeſt.* 87. *num.* 8. Fontanell. *deciſ.* 204. *num.* 11. neque nouo contractu opus eſt, neque vlla lex, aut iuris ciuilis regula offenditur. Sed in hac renouatione, & multiplicatione cambiorum de eadem ſumma repetuntur, & renouantur contractus non bis, ter, ſed octies in anno, & nudis plerunque adnotationibus res agitur, incurriturque in conſtitutiones Sanctiſſimorum Pontificum, vt ait Coſta *loc. cit* nimirum Pij IV. & V. quæ id fieri vetant, vt diximus. Et offenditur ius naturæ, quæ non patitur res ſteriles fructus referre, & nummum parere, vt docuit Ariſtot. *d. l. cap.* 7. & quæ moderationem aliquam deſiderat, vt indicat *d.* §. *ſi indemnitas & d. l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo* & ibi Cuiacius notat. Et præterea offenditur ius gentiũ id eſt præuertitur finis, quo iure gentium emptio, & venditio inducta eſt, cùm finis emptio-

nis ſit ea nobis quærere, quæ nobis ſunt neceſſaria, vel vtilia, vt etiam permutationis *l.1. de contr. empt. l.1. de rer. permut.* Seneca *d. lib.5. de benefic.* & Franciſc. de Cald. *lib. de empt. & vendit. cap.*18. *num.*18. ſed in hoc commercio, qui nummos habet, nummos emit, qui non habet, vendit. Denique offenditur ius ciuile, quod non admittit commoda commodorum, vt dictum eſt. Conſtat igitur *d.l.ſocium.* qui vnicus locus eſt pro alia ſententia, ad hanc ſpeciem trahendam non eſſe.

60 Atque ex his multo magis exiſtimo D. Pium continuationes cambiorum inter eoſdem prohibuiſſe, dum iuſſit, vt non niſi pro primis nundinis, vel terminis inirentur, vt obſeruarunt tres doctiſſimi viri Decius, Narbona, & Malderus *loc. cit.* & P. Iuſtinian. *q.9. n.1. verſ. negat. nihilominus.* Nam & ab eodem Pontifice ſancitum eſt in contractu cenſus, ne ex penſionibus præteriti cenſus augeatur, vel nouus creetur, ne per cenſuum incrementa debitores ad egeſtatem redigantur, vt ex Molina Azor. Salon. Salas, & aliis tradit idem P. Scortia *Theor.*170. & Emin. Cardin. de Lug. *diſp.* 27. *n.*98. & nos diximus *quæſt.*61. *num.* 22. Vnde multo magis veriſimile eſt eundem Pontificem id in cambiis prohibuiſſe, quæ cenſibus ſunt grauiora, & videtur iuſtius tolerari potuiſſe. Id enim inſpecto iure naturæ licitum erat, vt obſeruat Duard. *in d.quæſt.*42. *n.*26 & nos diximus *d.quæſt.*61. *num.*23. & iudicatum refert. Ioan. Bapt. de Thoro *in ſupplem. dec. verbo intereſſe ann. redit. fol.*304.

61 Et ſaltem hæc quæ diximus ſuadere videntur bonum & æquum eſſe, & publicè expedire ſuperfœtationes in cambiis prohibere, & conſtituere, ne in illis lucrum lucri percipiatur, vt valde ſuadent Lupus, Becius, Comitolus, Salon, & quotquot continuationes cambiorum improbarunt apud P. Iuſtinian. *quæſt.*4. *n.*12. Menoch. *in d. conſ.* 1188. Mercat. *de camb. cap.*11. *n.*4. Lopez. *lib.*2. *cap.*12. *in fin.* Hartman. *in dict. quæſt.*2. *n.*37. Ioann. Bapt. Cauat. apud Merend. *in dicto cap.*3. *num.*114. Scaccia *loc. cit. num.*88. & Duard. *in d. quæſt.* 42. *num.*27. *verſ. eſt etiam* & Philiarchus, qui grauiter hac de re conqueritur *d.cap.*24. *in fin.* & in Hiſpania lege Philippi II. ſancitum eſt, quæ extat apud Narbonam *loc. cit.* quæ quia digna mihi viſa eſt, quam alij Principes imitentur Latinis verbis ſubiicio. *Præterea*, inquit, *declaramus cambium ſiccum, & pœnis aduerſus vſurarios ſtatutis coërcendum, quoties ij, qui cambio ſumunt, non habebunt pecuniam, aut creditum, aut correſpondentem ſuum proprium in plateis, & locis pro quibus cambio acceperunt: & in quo conuentum eſt tempore quo pecunia cambio accepta eſt, vt poſſit agitari per aliquas nundinas ad damnum eorum, qui ſumpſerunt: & vt lucrum primæ feriæ ingrediatur ſortem principalem, vt aliud intereſſe pariat in ſecunda, & illud ſecunda in tertia, & ſic deinceps.* Quibus paucis verbis tria malis campſoribus inimica iura ſancita ſunt. Primum cambium ſiccum eſſe, quoties is, qui cambio accepit non habiturus eſt in loco deſtinatæ ſolutionis propriam pecuniam neque creditum, neque correſpondentem proprium, vt lex ait *Suyo proprio*, vnde cambium diſſoluere poſſit. Alterum eſt cùm agitur, vt poſſit creditor continuare, & retinere pecunias ſuper cambiis per aliquot nundinas, donec ſolutio ſequatur. Tertium denique ſi conueniat, vt liceat lucrum ſorti addere, vt inde aliud lucrum proueniat. Quæ omnia puto congruere conſtitutioni Diui Pij V. Sanè congruunt noſtræ ſententiæ.

62 Hinc verò obiter in dubium reuocari poteſt, quod tradit idem D. Raphaël *diſput.*1. *quæſt.*13. *num.*87. non poſſe Principem ſæcularem conſtituere hunc vel illum contractum eſſe vſurarium, & nullum Catholicum id aſſerere. Quod ipſum niſi me coniectura fallit, duplici ex cauſa dixiſſe puto. Primùm, vt poſſit ſua cambia, & præſertim iam labantes eorum continuationes tutiùs ſuſtinere eo argumento quòd nullo canone, vel conciliorum decreto prohibeantur. Alterum eſt, vt ſi qua fortè lex à Principibus lata eſt aduerſus ſuas opiniones, vt eſt illa quam proximè memorauimus, illi obiectâ nullitate ob defectum poteſtatis in legiſlatore occurrere poſſet. Ego hac in re etiam à D. Raphaële diſſentio, & ſentio Reges, & Principes de re fœnebri legem condere poſſe, quod probo, primùm multis legibus de re vſuraria prolatis nimirum *l. vltim. Cod. de pact. pignor. l.*20. *Cod. ex quib. cauſ. infam. l.*1. *Cod. de pignor. act. l.*42. §. *vſuras.* & *l.*69. §. *in domum. ff. de iur. dot.* & *nouell.* 160. quarum validitatem nemo vnquam in dubium reuocauit. Atque etiam quia certum eſt poſſe Principem contractum iuſtum declarare. Alioqui dicendum eſt legem condere non poſſe, cùm ſit regula iuſtorum, & iniuſtorum *l.*2. *ff. de legib.* Ergo, & decernere hoc vel illud commercij genus vſurarium eſſe, vel licitum. Quid enim aliud eſt vſurarius contractus, quàm ſpecies iniuſtæ, & illicitæ conuentionis? Præterea exploratum eſt Principes ſæculares poſſe de vſuris cognoſcere. Nam & eorum Magiſtratus de illis nunc ius dicere compertum eſt, ergo etiam Principes de vſuris conſtituere poſſunt, quia ad eandem poteſtatem pertinet ſtatuere, & cognoſcere, vt admittit Caſtrenſ. *conſ.*310. *num.*1. *lib.*2. Denique quia principes in ea poſſeſſione ſunt, vt conſtat multis legibus, & conſtitutionibus vbique locorum in Europa editis, vt ipſe D. Raphaël ait *n.*85. à qua non ſunt ſine rationabili cauſa deiiciendi. Etenim pro poſſeſſore præſumitur *l. circa. ff. de probat. l. libertis.* §. *vlt. ff. de liber. cau.* Coraſ. *in l. naturaliter.* §. *nihil commune. num.*18. *ff. de acq. poſſeſſ.* Sanè cùm dico hoc Principibus ius eſſe, id intelligo dummodò ex veris, & iſtis cauſis moueantur ad condendas leges. Nam ſi vellent contractus verè vſurarios lege confirmare, & fœneratitiam tanquam licitam permittere, vel aliquid contra ſacros canones, & reſponſa Summorum Pontificum in hoc genere conſtituere, fateor hoc eis non licere, & ſi tale quid conſtituerent, leges irritas eſſe, vt multis locis dictum eſt. Sed ſi fortè ſpecies quædam contractus inualuerit, vt ſæpe contingit, ſub qua verè fœnus lateat, velut anguis in herba, vel impudenter fœnus ſe probat declarare hoc genus illicitum eſſe, & ne in ſuis ditionibus agitetur, edicto cauere, non tantùm Principem poſſe, vt tradit Marta *de iuriſd. part.*2. *cap.*7. *num.*25. & 26. Sed etiam debere exiſtimo, idque ad illius curam, & ſollicitudinem maximè pertinere non minus quàm curare, ne furta fiant, ad quod præceptum vſuram pertinere receptum eſt, & ne quis alterum circumueniat, & locupletetur cum aliena iactura, vt *in l. illicitas. ff. de offic. præſ.* & *l.*6. *in fin. ff. de iur. dot.* Quod non tantùm confirmari poteſt ex illa Philippi II. prudentiſſimi Regis conſtitutione, & ex ordinat. Luſitaniæ de cambiis quarum meminit Molin. *in dict. diſput.*504. & Salas *dub.*14. ſed etiam ex conſtitutionibus Maximiliani I. Caroli V. & aliorum Imperatorum, quæ extant poſt tractatum Caniſij *de vſur.* & Frideric. Martini *de iur. ann. redit.* cuius rei etiam exemplum eſt apud Papon. *lib.*12. *tit.*7. *vlt. edit. latin.* & *conſiliar.* Tap. *lib.*4. *iur. regn. Neapol. titul.*6. & cum indagarem auctorem aliquem pro hac ſententia, comperi ita ſentire Nattam *in conſ.*369. *numer.* 4. & 9. Conrad. *in quæſt.*39. *verſ. quarta eſt.* Fortun. *de vltim. fin. iur. ciuil. illat.*5. *prope fin.* Couarr. *in epit. de ſponſal.*2. *part. cap.*6. *num.*19. Ioann. Baptiſta Lup. *in præfat. commentar.* 4. *de vſur. num.*19. & 20. Binsfeld. *in cap. cùm diœceſi. de vſur. quæſt.* 6. *concluſ.*7. meritiſſimus Senator Taurin. *ad decret. antiq. Sabaud. de vſur. gloſ.*1. *num.* 3. vbi ait hac de re dubitandum non eſſe Marta *loc. cit.* Petr. Caball. *crimin. reſolut. caſ.* 188. *num.*2. & 8. vbi memorat leges quaſdam Hetruriæ his de rebus editas, quas ait eſſe in viridi obſeruantia. Similes pragmaticas regni Neapolit. refert Muſcat. *de cognit. delict. tit. de vſur. num.*23. & 24. & Tap. *loc. cit.* Vnde ſi Sereniſſima Reſpublica Genuenſis, quæ iura imperij, & poteſtatem condendæ legis habet, lege ſuâ tanquam illicitum prohiberet illud contractus genus, in quo debitor dat facultatem creditori ſuo, vt in ſatisfactionem ſui crediti tantundem pecuniæ à ſe ipſo accipiat, illámque viâ cambij, & recambij, ſeu ſuper cambiis, & recambiis ſecum ipſe retineat, donec illi à debitore integrè ſatisfactum ſit de credito cum omnibus intereſſibus cambiorum, & recambiorum, vt loquuntur, legem validam eſſe cenſerem, & campſores Ligures illi obtemperare debere.

QVÆSTIO XC.

De caſibus in quibus intereſſe duplum excedere poteſt, vel non.

SVMMARIA.

1 *Intereſſe triplex conuentum, commune, & ſingulare.*
2 *Intereſſe diuiſio in conuentum commune, & ſingulare à recentioribus improbatur.*
3 *Intereſſe in caſibus certis duplum excedere non poteſt.*
4 *Duplo ineſt ſimplum in taxando id quod intereſt.*
5 *Intereſſe in venditionibus duplum excedere non poteſt*, & numer. 6.
7 *Cagnoli interpretatio ad* l. Titius. & l. ſeq. de act. empt. *auctori non probatur.*
Euictionis nomine olim duplum ſtipulari vſitatum.
8 *Intereſſe in actione venditi, qua petitur pretium id quod intereſt, duplum non excedit.*
9 *Intereſſe etiam quantitatibus accedere poteſt.*
10 *Conductor cui re frui non licet, agit ad id quod intereſt.*
11 *Conductor ad biennium eo lapſo non poteſt petere, vt per idem tempus illi fundo frui liceat, ſed tantum agere ad id quod intereſt.*
12 *Locatori debetur intereſſe pro penſionibus ſua die non ſolutis.*
13 *Intereſſe in locationibus, & conductionibus duplum excedere non poteſt.*
14 *Intereſſe in caſibus, qui certam quantitatem habent, non excedit duplum.*
15 *Idemque eſt in caſibus, qui certam naturam habent.*
16 *Intereſſe in caſibus, qui certam naturam, & quantitatem habent, quomodo taxandum.*
17 *Intereſſe in caſibus, qui certam naturam habent, & nulla interuenit pecunia, non poteſt excedere duplum communis æſtimationis rei.*
18 *In caſibus certis iuramentum in litem duplum excedere non poteſt.*
19 *Creditor non poteſt iurare ſua intereſſe vltra duplum.*
20 *Iuſtinianus non iuſſit intereſſe ſemper taxari vſque ad duplum, ſed ne duplum excedere poſſet.*
21 *Intereſſe in pecunia nautica duplum excedere poteſt ex Cuiacio.*
Quod auctori non placet.
22 *Actionibus in arbitrariis intereſſe non excedit duplum.*
23 *Doli mali cauſa non continetur* l. 1. C. de ſent. quæ pro eo.
24 *Venditor malæ fidei tenetur ad intereſſe vltra duplum.*
25 *Intereſſe etiam multorum annorum duplum excedere non poteſt.*
26 *Mangilij ſententia quodam reiicitur.*
27 *Promiſſio de præſtando id quod intereſt in caſibus certis intelligitur vſque ad duplum.*
28 L. [illegible]o. C. de ſenteot. quæ pro eo. *non pertinet ad intereſſe conuentum.*
29 *Alter alteri ſtipulari non poteſt, niſi eius interſit.*
30 L. vlt. d[illegible] præetor. ſtipulat. *explicatur* ex l. 6. eodem tit.
Leges legib[illegible] explicare cautius eſt.
31 L. 2. in fine. [illegible]ui ſatiſd. cogant. *explicata.*
32 L. vni. C. de ſe[illegible], quæ pro eo. *non comprehendit intereſſe, quod ex conue[illegible]ione debetur.*
33 *Venditor euictionis nomine poteſt ſe obligare etiam ſupra duplum.*
34 *Intereſſe conuentum additum quantitati non admittitur, niſi quatenus vere intereſt.*
35 *Intereſſe certum lege deſiniri non poteſt, & Rebuffi contraria ſententia reiecta.*
36 *Conuentio de certo intereſſe non valet, ſi vis, metus, dolus, vel error interuenıat.*
37 *Contrahentes poſſunt de certo intereſſe paciſci, dummodo ex bono, & æquo illud conſtituant, & abſit læſio.*
Iudices poſſunt pacta iniqua corrigere, & ad æquitatem reducere.
38 *Pœna adiecta pro eo quod intereſt, non committitur, niſi quatenus intereſt.*
39 *Baldi ſententia intereſſe conuentum non deberi, niſi interſit, defenditur.*
Intereſſe ceſſante actor dolo facit, qui intereſſe conuentum petit.
40 *Conuentio de certa ſumma loco intereſſe, emptio quædam eſt.*
41 *Conuentio de certo futuro intereſſe valet, dummodo æquale ſit periculum contrahentium.*
Summum ius ſumma iniuria.
42 *Intereſſe quantiplurimi creſcit vſque ad executionem ſententiæ.*
43 *Æſtimatio frumenti tandiu creſcit, quandiù durare præſumitur.*
Frumentum ſi in ſpecie debetur eius valor intra triennium tantum ſpectatur, ſi in genere etiam poſt triennium.
44 *Munnos Eſcubar mala cuiuſdam citationis arguitur.*
Auctores vel legendi, vel ab eorum citatione abſtinendum.
45 *Intereſſe quantiplurimi duplum excedere poteſt, & argumenta huius ſententiæ.*
46 *In caſibus certis intereſſe quantiplurimi duplum non excedit.*
47 L. 3. & l. 21. §. vlt. *reſtringuntur* l. vlt. C. de ſenten. quæ pro eo.
48 L. 1. ff. de act. empt. in princip. *ſententia.*
49 *Intereſſe quantiplurimi ab ipſa re diſtinguitur.*
50 *Intereſſe quantiplurimi an totum debeatur.*
Auctoris ſententia, & diſtinctio.
51 *Intereſſe ſingulare affectionis reiicitur.*
52 *Intereſſe ſingulare vtilitatis quodnam ſit:*
53 *Et an duplum poſſit excedere.*
54 *Sigiſmundi Scacc. ratiocinatio, & diſtinctio.*
55 *Quæ reiicitur.*
56 *Intereſſe pendet à futuro euentu, & ſemper eſt incertum.*
Caſum certum, & incertum eſſe ſunt repugnantia.
57 *Cambiorum intereſſe an duplum poſſit excedere.*
58 *Annui reditus moderationi Iuſtiniani non ſubiiciuntur.*
59 *Venditor cui pretio mora facta eſt, non poteſt vſuras, vel intereſſe ſupra duplum exigere.*
60 *Venditor poteſt fructus recompenſatiuos exigere; & quandiu emptor re, & pretio fruitur.*
61 *Præſtationes ex æquitate* l. curabit. C. de act. empt. *differunt ab vſuris.*
62 *Et ab eo quod intereſt ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis.*
63 *Maritus poteſt vſuras dotis exigere etiam ſupra duplum, quandiu ſuſtinet onera matrimonij.*
Maritus eſt ſimilis emptori.
64 *Caſus incerti qui dicuntur.*
65 *In caſibus incertis intereſſe pro rei veritate taxandum eſt.*
66 *In interdicto vti poſſidetis, & vnde vi venit id omne quod intereſt.*
67 *Operis reſtitutio caſus incertus, & in ea venit id omne quod intereſt.*
68 *Facti cauſa incerta.*
69 *Cautio nomen iuris, & inter caſus incertos.*
70 *Venditor qui ſciens tignum vitioſum, vel pecus morboſum vendidit, tenetur ad omne quod emptoris intereſt, etiam ſupra duplum.*
71 *Mora in re tradenda vindicatur præſtatione venditoris eius quod intereſt, circa rem: dolus, & reticentia præſtatione omnis detrimenti etiam extra rem.*
M. Catonis ſententia venditorem, qui tacuit, damnum omne præſtare debere.
72 *Vendens, vel locans vas vitioſum etiam ignorans tenetur ad omne quod intereſt.*
73 *Sigiſmundi Scacc. ratio quædam refellitur.*
74 L. 6. §. ſi vas ff. de act. empt. *ſententia.*
75 *Commodans non tenetur, de vitio rei, niſi dolo malo commodantis, & quare.*

76 *Intereſſe in damnis iniuria datis ſupra duplum admittitur.*
Quod tamen ex communi æſtimatione taxandum eſt, non ex affectu cuiuſquam.
77 *Canem gregis cuſtodem interficiens tenetur ad damnum gregi à lupis illatum.*
78 *Intereſſe in maleficijs duplum excedere poteſt.*
79 *Maleficia, & delicta caſus incerti.*
Fachinei ſententia l. vn. *ſolum in contractibus locum habere, reijcitur.*
80 *Conſtitutio Iuſtiniani de eo quod intereſt, quas leges corrigat, vel non.*
81 *Iuſtiniano interpretes immerito conuitiati ob obſcuritatem* l. vn. C. de ſent. quæ pro eo.
Interpretes ſuis diſtinctionibus, & argutiis l. vn. C. de ſent. quæ pro eo *obſcuriorem reddiderunt.*
82 *Summa conſtitutionis* d. l. vn.
In caſibus omnibus ſiue certis, ſiue incertis intereſſe cum competenti moderamine taxari debet.
83 *Conductor non poteſt petere lucrum quod ex negotiatione fructuum facere potuiſſet.*
84 *Vt etiam is, cui fundi poſſeſſio erepta eſt.*
85 *Pecuniæ debitor tenetur ad intereſſe lucri quod creditor ex negotiatione facere potuiſſet.*
86 L. 21. §. cum per venditorem. *non habet locum in pecunia.*
87 *Creditor non eſt audiendus ſi intereſſe alterius intereſſe petere velit.*
88 *Mercatori an lucrum primi anni tantum debeatur: vel etiam ſequentium annorum.*
89 *Decius, & alij auctores declarantur.*
90 *Intereſſe ex Theologorum ſententia vltra duplum in foro conſcientiæ debetur.*

1 SOLENT iuris auctores, qui hanc quæſtionem aggreſſi ſunt, initio dinidere intereſſe in conuentum, commune, & ſingulare, & de ſingulis quærere, an duplum excedere poſſit. Conuentum ex eorum ſententia eſt certa quantitas, quæ promiſſionibus inſeritur pro eo quod intereſt, ſi non ſit factum, vel ſolutum, quod fieri, vel ſolui conuenit, idque colligunt *ex l. 6. & vlt. ff. de præt. ſtipul. & aliis* Commune eſt, quod æqualiter, & æquali ratione cuiuſque intereſt, cuiuſmodi eſt intereſſe quoniplurimi. Cum enim ex communi æſtimatione metiri debeat *l. 3. §. vlt. & l. 21. §. cum per venditorem. ff. de act. empt. l. 33. ff. ad leg. aquil.* conſequens eſt æqualiter vniuſcuiuſque intereſſe, neque pluris vnius, quam alterius intereſſe poſſe. Singulare vero eſt, quod vel ex affectu cuiuſque ducitur, vt *in l. 64. ff. de iudic.* vel inſpecta cuiuſque perſona æſtimatur, vt *in l. a. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc.* & fuſius proſequuntur interpretes *ad h. tit. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer.* & præſertim Bologn. *n. 75. & 77.* & Petr. Greg. *ſyntag. iuris lib. 21. c. 10. num. 6. & 4.* † Quæ tamen diui-
2 ſio à recentioribus ita acriter reprehenſa eſt, vt Cuiacius vir. doctiſſimus auſus ſit hoc inter Acentſij deliria referre *ad l. 1. ff. de act. empt.* hanc enim inquit diuiſionem pretij eſſe, non eius quod intereſt, cuius vna eſt, & eadem ratio, vtpote quæ in omnibus iudiciis ita ducatur, ſicut Iuſtinianus ſanxit, vt *in l. vn. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer.* vt hoc quod reuera damnum datum eſt, hoc reddatur Et ſanè licet non auſim receptas noſtrorum traditiones reprehendere, animaduerti tamen, dum aliorum ſcripta ſedulò perlegi, diuiſionem hanc multis inutilibus quæſtionibus, & argutiis cauſam dediſſe. Cùm enim, vt quidem puto, debuiſſent potius hac in re Iuſtiniani regula vti, qui *in d. l. vn.* accuratiſſima diſtinctione, vt quæ ſpecies omnes cõplecteretur, modum iudicibus præſcripſit, quẽ in ponenda ratione eius quod intereſt, ſequi deberent, ſuis diſtinctionibus, & diuiſionibus vti maluerunt, quibus rem hanc ſatis perſpicuam, & ſatis *in d. l. vn.* definitam difficilem, obſcuramque reddiderũt Cæterùm quia veterum auctorum diuiſiones, & definitiones ita animos iudicum, & pragmaticorum inuaſerunt, vt inutilis in foro fere meus futurus ſit labor, ſi à vulgari docendi ſemita omnino recederẽ, mediã viam ſequar, & Cuiacio potiſſimùm duce, & auctore huic in foro frequenti quæſtioni lucem aliquã adferre conabor.

Obſeruandum igitur eſt Iuſtinianum, vt veterum ambiguitates tolleret in taxando eo quod intereſt, nam quod licitè peti, & exigi poſſet tam in damno, quàm in lucro receptum, & exploratum erat, tum ex *d. l. 2. §. vlt. & l. 4 de eo quod cert. loc. l. 33 ff. ad l. Aquil. l. 1. ff. de act. empt. l. 33. ff. loc.* & aliis innumeris locis tum ex ipſa Iuſtiniani conſtitutione illis verbis, *& hoc non ſolum in damno, ſed etiam in lucro noſtra complectitur conſtitutio, quia ex eo veteres id quod intereſt ſtatuerunt*, duas veluti regu- 3
las conſtituere, & caſus certos ab incertos ſeparare. † Et 4
in omnibus caſibus certis, quæ prima regula eſt, & de qua primo loco agam, id quod intereſt non poſſe duplũ excedere. *Sancimus* ait, *in omnibus caſibus, qui certã habent quantitatẽ, vel naturã, veluti in venditionibus, locationibus, & omnibus contractibus id quod intereſt dupli quantitatem minimè excedere.* Id eſt in caſibus certis id quod intereſt ſupra ſortem, vel communẽ rei æſtimationem progredi non poſſe, etiamſi pluris interſit, duplo enim ſimplũ ineſt, vt ſentiunt Alciat. *in d. l. vn. c. 5. n. 6. & lib. 6. parerg. c. 15.* Donell *comm. iur. ciuil lib. 26. c. 20.* Lup. *de vſur. comm. 1. §. 6. n. 20.* Grimaud. *de contract. pign. lib. 1. c. 4. n. 2.* Petr. Fab. *in l. quatenus. de reg. iur.* & alij ferè omnes: nimirum ea ratione qua dicimus vſuras ſupra duplum non deberi, & vbi æquauerint ſortem non amplius currere *ex l. pen. C. de vſur. l. ſi non ſortem. §. ſupra duplum. ff. de condict. indeb.* in quo etiam ſors, ſeu ſimplum computatur, vt oſtendit *l. vſura. C. de vſur.* & tradit Borcholt. *lib. de vſur. c. vlt. n. 19.* voluit igitur Iuſtinianus in caſibus certis intereſſe ſortem æquare poſſe, excedere non poſſe. † Et po- 5
nit exemplum primo loco in venditionibus, quæ certam quantitatem id eſt, certum pretium habent *l. 1. C. de rerum perm. §. pretium* Inſt. *de emp.* & proinde ſi per venditorem mora fiat, quo minus rem tradat, & res empta ſit decem, emptor actione empti conſequetur quanti eius intereſt rem habere *d. l. 1. de act. empt.* id eſt, decem, quæ pretij nomine numerauit, & alia decẽ pro eo quod intereſt, etiamſi fortè eius pluris interſit, vt rectiſſimè explicat Cuiac *in d. l. vn. col. 4.* Poteſt igitur id quod intereſt in venditionibus interdum rei pretium egredi, vt ait *d. l. 1.* & Harmenop. *lib. 2. tit. 3.* non poteſt tamen duplum excedere, etiamſi pluris interſit. † Quod etiam alia ra- 6
tione oſtendit Cuiac. Finge, inquit ſeruum emptum decem, & traditum, & emptorẽ in ſeruo erudiendo impendiſſe triginta, deinde fuiſſe euictũ, non poterit emptor actione ex empto cõſequi quadraginta, licèt tantudẽ eius interſit, ſed viginti tantũ, quæ eſt ſpecies *l. Titius, in fin & l. ſeq. ff. de act. empt.* † Et licèt 7
Cagnol. *in d. l. vn. n. 75.* putet caſum *d. l. Titius.* ſingulariſſimum eſſe, neq; ad alias ſpecies pertinere. Primo enim inquit ſeruus ille minimo pretio venit: ſecundo pretiũ eius in immenſum exceſſit: tertio venditor mediocrium facultatum erat. His concurrentibus veriſimile non eſſe venditorem voluiſſe in tantam ſummam obligari, & ideo hic definitum eſſe, ne ſupra duplũ pretij conuenti intereſſe deberetur, his verò minimè concurrẽtibus aliud dicendũ eſſe; magis tamen eſt, vt dicamus etiam his circumſtantiis non concurrentibus id quod intereſt in venditionibus duplum excedere non poſſe, nam quod ait Cagnolus ſeruum minimo pretio veniſſe, & deinde ſumptibus emptoris in immenſum pretium exceſſiſſe, nihil ad rem facere videtur, quia non poteſt in venditione hæc incidere ſpecies, niſi ſupra duplum ſerui æſtimatio aucta ſit. Cæterum enim quæreretur, an ſupra duplum venditor teneretur. Quod verò illis locis dicitur vẽditoris tenues facultates fuiſſe, non exigitur tanquam conditio, & qualitas neceſſaria, ſed vt oſtendatur maximè id locum habere, cùm venditor habet mediocre patrimoniũ, vt indicãt verba *d. l. 44. cum & forte idẽ mediocrium facultatũ ſit.* dixiſſet enim, *dummodo venditor mediocrium facultatum ſit*, vt notat Camill. Plat. *in h. l. vn. verb. ſancimus. n. 9.* Ratio igitur eſt, quia moris erat, eo nomine duplam ſtipulari, vt conſtat *ex l. 72. ff. de euict. empt. l. 2. & 14. ff. de euict. l. ex empto. § Caſſius. ff. de act. empt* & quæ moris ſunt, in contractibus bonæ fidei, qualis eſt venditio, ineſſe cenſentur, vt definitum eſt *in l. quod ſi nolit. § quia aſſidua ff de ædil. edict.* & in ſpecie docet Bologn. *in d. l. vn. n. 24.* vbi contra Decium, & Cagnol. ponderans illa eadem verba, *cum & fortè*, ait denotare contingentiã facti: & Cuiac. *ad l. ſi duorũ 42. ff. de empt.* & ratio eſt, inquit in actione ex empto, cur in ea æſtimatio eius quod intereſt, nõ excedat duplũ, quia moris erat ex cauſa euictionis cauere tantũ duplũ, & quod moris eſt, ineſſe intelligitur bonæ fidei

Digitized by Google

fidei iudicio, idémque docet *ad l. 44. eod. titul. ad African.*
tract. 8. quæ ratio cùm locum habeat, ſiue venditor locu-
ples ſit, ſiue mediocrium facultatum, dicendum eſt intereſſe
ex cauſa euictionis ſupra duplum excurrere non poſſe, &
præſertim poſt conſtitutionem Iuſtiniani, qua ſancitum eſt
id quod intereſt in venditionibus duplum minimè excedere,
neque diſtinguitur, an vendito diues ſit, vel mediocris pa-
8 trimonij. † Idémque dicendum eſt, ſi venditor agat ex ven-
dito ad pretium. Nam certum eſt in hac actione in primis
venire pretium *ex l. 8. & 9. ff. de contrah. empt. & l. 13. §. ex*
vendito, de act. empt. & poſt moram id etiam quod intereſt ra-
tione damni, vel lucri *d. l. vn.* & ſecundum ea, quæ dixi-
mus *quæſt. 71. num. 6. & 16.* & cùm hic caſus certus ſit, non
poteſt venditor ex mora conſequi vltra duplum pretij con-
uenti pro eo quod intereſt: vnde ſi pretium ſit decem, non
poteſt venditor conſequi vltra decem, pro eo quod intereſt,
etiamſi pluris eius intereſſe probet, & ſolutis viginti libera-
tur emptor à ſorte, & vſuris, & extinguitur actio pretij, vt
ſcribit Alciat. *d. cap.* 15. Roderic. *de annuis redit. lib. 3. q. 4.*
9 *num.* 32. & Cuiac. *in d. l. vn. & tract.* 8. *ad African.* † A quo
tamen diſſentio, dum ait id quod intereſt eſſe acceſſionem
rei, vel corporis, quia quantitatibus etiam accedere poteſt,
vt *in l. nummis, ff. de in lit. iuran. & in d. l. 2. §. vltim. de eo*
quod cert. loc. l. ſocium, ff. pro ſoc. & oſtendi poteſt *ex l. vltim.*
ff. de peric. & commun rei vend. fruſtra enim hic Iuriſconſul-
tus quæreret, an venditor, cui facta mora eſt in ſolutione
pretij, agere poſſit ad id quod intereſt ſibi moram fieri, ſi
quantitatibus accedere non poſſet. Præterea Cuiac. *ex d. l.*
ſocium, ait vſuram, quæ propter moram infligitur, non eſſe
fœnus, ſed id quod intereſt, & *in d. l. 44. ad African.* ſcribit
in traiectitia pecunia id quod intereſt, non ſeruare rationem
dupli, quod infra examinabitur. Denique opinio Cuiacij
manifeſtè refellitur *ex d. l. vn. C de ſent. quæ pro eo quod inter.*
in qua Iuſtinianus ſanxit in caſibus, qui certam quantita-
tem habent, vt in venditionibus, id quod intereſt dupli
quantitatem minimè excedere, & proinde in actione ven-
diti, in qua venit, & petitur pretium, vt dictum eſt intereſ-
ſe ſupra dupli quantitatem non deberi, niſi dicamus Iuſti-
nianum id tantùm in actione empti, & ex parte emptoris
conſtituiſſe, quod videtur abſurdum.
10 Præterea Iuſtinianus dat exemplum in locatione, quæ &
ipſa certam quantitam habet, id eſt, certam mercedem in pe-
cunia *l. 25. ff. locati, Inſt. de loc. in princ.* Anton. Gomez. *va-*
riar. lib. 2. cap. 3. n. 3. Card. Mant. *de tac. & ambig. conuent.*
lib. 5. titul. 1. num. 5. & iiſdem regulis conſiſtit, quibus em-
ptio, & venditio *l. 2. ff. loc.* in quo iudicio venire etiam, quod
intereſt certiſſimum eſt, ſiue conductor, cui re conducta
frui non licuit facto locatoris, vel eius, cui prohibere po-
tuit, agat ex conducto ad id quod intereſt, vt illi licet *ex*
l. 24. §. colonus, & l. 33. ff. eod. tit. quæ ait locatorem tantùm
præſtare, quanti coloni interfuerit, & aliis auctoribus cita-
tis dixi *quæſt. 36. numer. 10. & 11.* idémque eſt, ſi ſuc-
ceſſor in iis caſibus, quibus locationi ſtare tenetur, colo-
num, vel inquilinum expulerit, vel alia ratione fuerit im-
pedimento, quo minus colonus re conducta frueretur. Nam,
& hoc caſu tenetur ſucceſſor ad id quod coloni intereſt.
11 † Neque enim agere poteſt, vt tantundem temporis ſibi re-
ſtituatur ad vtendum re conducta, quanto impeditus fuit fa-
cto locatoris, vel ſucceſſoris eius, quia non eſt conſtans ratio
fructuum, & reditus annorum æquales eſſe non ſolent, alij
enim aliis vberiores ſunt: denique tempus præteritum irreuo-
cabile eſt, vt Poëta ait, & ideo repeti non poteſt, ſed tantùm
competit actio ad id quod intereſt, vt cenſuit Aluar. Valaſc.
conſ. 173. *num.* 15. Vincent. de Franch. *in dec.* 451. & Rot.
inter recentiſ. dec. 56 num. 3. & dec. 364. num. 3. part. 1. exemplo
vſusfructus, qui ſi ad biennium legatus ſit, & biennium præ-
terierit, non poteſt legatarius petere, vt per tantundem
temporis re vti frui illi liceat, ſed tantum agere ad id quod
intereſt, vt conſtat *ex l. 6. ff. de vſufruct. leg.* vbi hæc adduci-
tur ratio, *quia alius futurus ſit.* Quod etiam nouiſſimè ſcripſit
12 Fontanell. *in dec. 137. num. 15. & 17.* † Siue locator agat ad-
uerſus inquilinum, & colonum pro penſionibus ſua die non
ſolutis. Vt enim olim ex mora veniebant vſuræ *l. 17. §. ex*
locato. ff. de vſur. l. 2. & 12. Cod. de locat. vt in aliis iudiciis
bonæ fidei: ita nunc receptum eſt venire id quod intereſt,
vt conſtat *ex l. 2. §. vltim. ff. de eo quod cert. loc. & l. 7. eod.* in
qua Gothofr. notat in iudiciis bonæ fidei actionem arbitra-
riam non competere, quia in illis conſequimur id quod in-
tereſt ex natura earum actionum. Et oſtendi etiam poteſt
ex d. l. vn. quæ vt ſæpius dixi in omnibus contractibus lo-
cum habet, vt dixi etiam *in d. quæſt. 36. num. 6.* † Porro ſiue 13
conductor, ſiue locator agat ad id quod intereſt, duplum
penſionis excedere non poteſt, vt conſtat apertiſſimè *ex d. l.*
vn. in qua Iuſtinianus ſecundo loco ponit exemplum in lo-
cationibus, vt dictum eſt, & ita comperi docere Cuiacium
in d. l. 33. ad African. tract. 8. niſi in ſpecie *l. 6. §. ſi vas ali-*
quod, ff. de act. empt. & l. 19. §. 1. ff. loc. quæ ad caſus incertos
pertinet, vt infra dicam. Et niſi agatur de penſionibus ip-
ſis, quia proculdubio duplum excedere poſſunt, ſi fortè con-
ductam habuit, vt penſiones rei æſtimationem excedant.
Quod in locationibus rerum mobilium præſertim equorum,
& mularum ſæpe contingit. Huiuſmodi præſtationes non
coarctantur ad finem dupli, ſed tandiu debentur, quamdiu
ſtetit locatio, vt docet Fontanell. *in dec. 537. in fin.*
Et generaliter conſtituendum eſt in aliis caſibus, & con- 14
tractibus omnibus, qui certam quantitatem habent, hunc
eſſe modum eius quod intereſt, ne ſupra duplum admittatur.
Ita enim docent Ioan. Bapt. Lup. *de commerc. illic. comment.* 1.
§. 6. num. 20. Roderic. *in d. quæſt. 4. n.* 84. Surd. *in conſ.* 389.
num. 14. Mainar. *quæſt. 27. lib. 2.* Grimald. *de vſur. & contract.*
pign. lib. 1. cap. 4. num. 2. Vincent. Carroc. *de depoſ. tit. de in*
litem iur. n. 62. Grat. *diſcept. forenſ. c. 987. n. 6.* Matt. Medic.
exam. 7. n. 81. & dec. 14. n. 33. Gamma *in dec. 110. n. 29.* Seacc.
de commerc. §. 7. gloſ. 2. n. 69. & in tranſitu notat doctiſſimus
Faber *in ſuo, C. tit. de ſent. quæ pro eo def. 5.*
Denique ad hanc regulam pertinent caſus omnes, qui 15
certam naturam habent, id eſt, in quibus principaliter agi-
tur de ſpecie certa, vt fundus, nauis, & his ſimilia, quæ
communi hominum vſu, ac iudicio certam æſtimationem
recipiunt, cum quo id quod intereſt, conferri poteſt, & ad
cuius rationem duplum conſtituatur, vt poſt Barr. & alios
explicat Cagnol. *loc. cit. num. 94. & 95.* vbi refert hanc in-
terpretationem receptam eſſe, quam etiam probat Donell.
d. l. 26. cap. 17. vt enim inquit eos caſus certos eſſe Iuſti-
nianus dixit, qui certam quantitatem habent, ita prorſus
cùm alia res, quam quantitas in obligationem deducta eſt,
conſentaneum eſt ibi quoque certitudinem caſus ex reipſa
nos metiri, quæ communi hominum iudicio certam reci-
piat æſtimationem, & pretium. In his igitur caſibus inter-
eſſe duplum eius æſtimationis egredi non poteſt, ſiue in
damno, ſiue in lucro, quia vtrumque complectitur conſti-
tutio.
Illud verò quæritur in illis caſibus, qui certam quantita- 16
tem, & rem certam habent, vt in venditione, quæ & pre-
tium certum habet, & rem certam *l. nec emptio. ff. de contrah.*
empt. an in ponenda ratione eius quod intereſt inſpiciendum
ſit pretium, vel communis rei æſtimatio. Et quidem Cuia-
cius putat ad pretium conuentum taxationem referendam
eſſe, quæ ſententia etiam fuit Decij, & Cagnoli *in d. l. vn.*
num. 57. qui refert communem eſſe Sebaſtian. Sapiæ *n.* 64.
Alciat. *loc. cit. cap. 5. num. 4.* Ant. Fumæ. *eod. lib. de eo quod in-*
tereſt num. 53. Plaut. *verb. dupli quantitatem, num. 7. & 11.* &
aliorum, quos ſequitur Fachin. *lib. 1. cap.* 48. ait enim con-
ſtitutio iubet in caſibus, qui certam quantitatem habent, in-
tereſſe duplum excedere non poſſe, vnde neceſſariò id refe-
rendum eſt ad æſtimationem in contractum deductam, quæ
certa eſt, & definita, non autem ad communem æſtimatio-
nem, quæ incerta eſt, & varia eſſe poteſt. Hiſque conſentit
Donell. *d. lib. 26. cap.* 20. † Ex quo fit, vt in caſibus, in qui- 17
bus nulla interuenit pecunia, & nihilominus certi ſunt, quia
certam naturam habent, in quibus ſcilicet principaliter agi-
tur de ſpecie certa, & de corpore certæ rei, intereſſe com-
menſurandum ſit communi eius æſtimationi, quam proinde
excedere non poteſt, etiamſi fortaſſe pluris interſit actoris,
vt ſi fundum mihi dari certo die, vel præſtari ſtipulatus ſim,
& mihi mora fiat, certum eſt venire id quod intereſt *l. ſi*
traditio, Cod. de act. emptio. l. ſi fundum, 114. ff. de verb. oblig.
id quidem conſequar, quod mea intereſt: non tamen vl-

tra veram rei æſtimationem aliquid conſecuturus ſum nomine eius quod intereſt, tametſi pluris mea interſit rem habere.

18 His conſequenter dicendum videtur, cùm fortè iuratur in litem de eo quod intereſt, vt *in l. 3. ff. de in lit. iuran.* tametſi in infinitum iurare liceat *l. 4. §. deferre, hoc tit.* debere tamen iudicem in caſibus certis modum ſtatuere, ne actor duplum excedat veræ, & communis æſtimationis rei. Nam ſi non poteſt id quod intereſt in caſibus certis duplum excedere, quando verè probatum eſt *ex d. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo*, multo minus cùm res iuramento actoris committitur. Quæ eſt ſententia Barr. *in d. l. vn. num.* 20. Sebaſt. Sap. *n.* 67. & Berengar. Paulae. *num.* 237. Alexand. *in d. §. deferre, n.* 2. & Iaſon. *num.* 4. Decian. *in l. in actionibus* 5. *num.* 8. Zaſ. *n.* 16. & Bologn. *num.* 35. *ff. eod.* Rebuff. *in ead. l. vn. gloſ.* 1. *n* 89. Mancin. *de iuram. part.* 2. *art.* 7. *num* 20. *& art.* 9. *num.* 15. & Maſcard. *de probat. concl.* 935. *num.* 33. vbi ex Rebuffo refert hanc eſſe communem ſententiam, & in praxi ſeruari. Quam etiam ſecutus eſt Farin. *in ſuis fragm. part.* 2. *num.* 1058. Neque obſtat quod dicitur *in d. §. deferre,* licere iurare in infinitum, quia hoc correctum eſt *in d. l. vn.* in qua Iuſtinianus ſanxit, ne in caſibus certis id quod intereſt duplum excederé poſſit. Et nouiſſimè Camil. Borrel. *part.* 1. *ſumm. dec. tit.* 52. *n* 71. vbi ait hoc obſeruatione dignum.

Cæterùm diſſentiunt Alciat. *in lib. de eo quod intereſt cap.* 6. *num.* 15 Duaren. *in d. l. in actionibus, num.* 27. *&* 28. Petrus Loriot. *in l. quatenus, verſ. primus in iuramento de regul. iur.* Plautius *loc. cit. num.* 25. *&* 26. *& verſ. etiam ex lucro, n.* 29. & alij, quos refert, & ſequitur Phanut. *in lib. de in lit. iuran. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 8. quorum ſententiam veriorem eſſe ſcribit Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 2. *tit. de intereſſe reſolut.* 1. *num.* 81. *in fin.* ſubiiciens tamen durum eſſe contra communem obtinere.

Ego hic valere obſeruandum eſſe cenſeo, cuius rei gratia iuſiurandum in litem deferatur. Poteſt enim hoc iuſiurandum deferri vel rei, quæ iniuſtè retinetur, neque reſtituitur, æſtimandæ gratia, vt *in l. qui reſtituere,* 68. *& l. nec quaſi* 70. *ff. de rei vindic. lib.* 9. *ff. rer. amot.* vel vt æſtimetur id quod intereſt, vt *in l. 3. ff. de in lit. iuran. & d. l. ſemper, §. ſed quod interfuit, ff. quod vi aut clam.* & nos diximus *quæſt.* 76. *num.* 1. *&* 2. & docet ex antiquis Fulgoſ. *in d. l. 3. num.* 1. Proinde ſi quæritur, cùm iuſiurandum defertur rei æſtimandæ gratia, an liceat duplum excedere communis æſtimationis, & locus ſit dictæ conſtitutioni *de ſentent. quæ pro eo*, exiſtimo conſtitutionem ad hanc rem non pertinere, ſed licere actori rem æſtimare ex affectu, & quanti voluerit, quia iniquum eſt quempiam cogi inuitum rem ſuam iuſto pretio vendere *dict. l.* 7. *de rei vindic.* quæ ait id rapinam eſſe *l. tutor.* 8. *ff. de in lit. iuran.* Duaren. *loc. cit. num.* 17. & Præſes Fab. *de error. pragmat. decad.* 17. *cap.* 8. *num.* 3. poſſe tamen, & debere iudicem præfinire certam ſummam ad quam vſque iuretur arbitrio ſcilicet boni viri *d. l.* 5. *§. iurare*, quæ ait hoc arbitrio bonæ fidei iudicis congruere, *& l.* 18. *in princ. ff. de dolo,* vel poſtquam iuratum eſt, iuſiurandum moderari, & minoris condemnare, vel abſoluere *d. l.* 4. *&* 5. *de in lit. iuran.* Borcholt. *hoc tractat. cap. vlt. num.* 2. *&* 3. & idem Faber. *conieſt. lib.* 16. *cap.* 13. quæ ſpecies non pertinet *ad d. l. vn. Cod. de ſent. quæ pro eo*, vt notant Alciat. *loc. cit.* & Duaren. *in d. l.* 5. *num.* 28. quia conſtitutio eſt de eo quod intereſt, æſtimatio verò rei res alia eſt, vt conſtat *ex l.* 64. *ff. de iudic.* quæ ait à iudice doli æſtimationem non fieri ex eo quod intereſt, ſed ex eo quod in litem iuratur. Quod etiam probatur *ex l.* 179. *& l.* 193. *de verb. ſignif.* & notant Alciat. & Duaren. *loc. cit.* Charond. *veriſimil. lib.* 1. *cap* 8. Parlador. *different.* 118. *n.* 4. *&* 5. vnde conſtitutio Iuſtiniani modum ſtatuit ei quod intereſt, rem verò, & dolum non reſtituentis non taxat, quæ ſunt diuerſa, vt dictum eſt. In hac ergo ſpecie, cùm agitur de æſtimatione rei, iudex non vtitur regula dupli, ſed ex circumſtantiis rerum, & perſonarum, & prout æquum videbitur, certam ſummam præfinire debet vſque quam iuretur *d. l.* 18. *ff. de dol.* nam & poteſt, ſi nulla taxatione facta iuratum ſit, minoris condemnare, atque etiam ex magna cauſa reum abſoluere *d. l.* 4. *&* 5. *de in lit. iuran.* quod nullo modo pertinet *ad d. l. vn.* in qua iudex in caſibus certis duplum excedere non poteſt, in incertis id quod verè intereſt etiam vltra duplum decernere cogitur, nec eius arbitrio rem moderari poteſt, vt illi licet, cùm de æſtimatione rei agitur iuramento actoris, vt dictum eſt.

Cùm verò iuramentum in litem defertur de eo quod intereſt, quæ ſpecies videtur trahi poſſe *ad d. l.* 1. *Cod. de ſent. quæ pro eo*, difficilis etiam mihi videtur communis opinio, quia etiam valde difficile eſt intelligere huic iuramento in litem locum eſſe, & caſum eſſe certum, & conſequenter regula dupli coërceri, nam cùm non poſſit eſſe locus iuramento in litem pro eo quod intereſt, niſi ob dolum, & delictum aduerſarij *d. l.* 5. *§. ſed in his omnibus, d. l. ſemper, quod vi aut clam. & l. ſi quando, C. unde vi,* & multi docent apud Mancin. *loc. cit. art.* 8. *num.* 3. vel ſaltem ob latam culpam, quæ & ipſa dolus eſt, vt quibuſdam videtur apud eundem Marcin. *dict. art.* 8. *num.* 14. conſequens eſſe ad hos caſus regulam dupli non pertinere; vt indicat *l.* 13. *in princ. ff. de act. empt. l.* 6. *&* 19. *§.* 1. *ff. loc. & l. ſi quando, Cod. vnde vi,* & nos diximus *infrà num.* 70. & in ſpecie notant Petr. Loriot. *de eo quod intereſt axiom.* 35. & Phanut. *loc. cit. verſ. quin fortius dico.* Alciat. *d. lib. de eo quod intereſt cap.* 10. *in fin.* Oliban. *in §. præterea, num.* 40. *Inſtit. de act.* & Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 16. Etenim dolus, vel culpa, quæ dolo proxima eſt, delicta, & maleficia neque certam naturam, nec quantitatem habent, ex qua regula dupli contineri, & æſtimari poſſint. Proinde verius eſt in iis caſibus, in quibus ob dolum, & maleficium aduerſarij iuratur in litem, ſiue de æſtimatione rei agatur, ſiue de eo quod intereſt, iudicem regula dupli non adligari, ſed ex circumſtantia rerum, & perſonarum, & arbitrio boni viri certam ſummam præfinire, ad quam vſque iuretur, vt *in cap. vlt. de his, quæ vi, metúſve cauſ. & d. l.* 5. *& d. l. ſi quando, Cod. vnde vi, & d. l.* 18. *de dol.* vbi eleganter Paulus ait ex officio iudicis taxatione iuſiurandum refrænari debere. Poteritque iudex, ſi res id poſtulat, duplum excedere, nec in hac re faciet contra conſtitutionem quæ non edita eſt ad æſtimandum dolum, vt dictum eſt, & quia ob dolum, & maleficium rei caſus incertus eſt, in quibus regula dupli non obtinet ex eadem Iuſtiniani conſtitutione, vt docent Alciat. & Phanut. *loc. cit.* & nos *infra n.* 70. ita tamen vt infra potius modum ſtatuat, quàm vltra, vt potius ſequatur medium, quàm ſummum, denique, vt etiam in grauioribus cauſis rem cum competenti moderamine definiat, vt hic Iuſtinianus ait, vel vt de pœnis dicitur *in leg. perſpiciendum, ff. de pœn. cum aliquo temperamento benignitatis.*

Qua ratione ſi conueniat, vt ſtetur dicto, vel iuramento 19
creditoris de eo quod intereſt, quod genus conuentionis receptum eſſe diximus *quæſt.* 75. & latè Iaſon *in l. iuſiurandum quod ex conuentione, ff. de iureiur.* hæc conuentio in caſibus certis hanc conditionem recipit, ne duplum excedere poſſit, quia partes cenſentur conueniſſe quatenus diſponit ius commune *l.* 2. *ff. de pact. dot. l. quidam, de verb. obligat. & argum. l.* 1. *§. ſi quis ſub conditione, ff. vt legat. nom. caueat.* & tradit in ſpecie Cagnol. *in d. l. vn. num.* 114. cùm de intereſſe ſingulari agitur: aliud verò eſſe cùm de communi, quod ex eius ſententia ad duplum non reſtringitur, quod infra examinabitur. Ex quo fit, vt ſi caſibus incertis hæc conuentio addita ſit, duplum excedere poſſit, quia ita conſtitutum eſt *in d. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo,* vt dictum eſt.

Illud verò hic etiam notandum eſt intereſſe à Iuſtiniano 20
non ita ad duplum quantitatis, vel æſtimationis rei coarctari, vt illud ſemper, & promiſcuè vſque ad duplum admitti debeat: ſed metam, & terminum præfigi, ne in caſibus certis duplum poſſit excedere, poteſt enim minus intereſſe, & interdum etiam nihil *l. ſi quis, ff. de re iudic. l.* 112. *§.* 1. *ff. de verb. obligat. & l. quatenus, de reg. iur.* & proinde agens ad intereſſe illud probare debet, & quatenus illius intereſt, vt tractatum eſt *quæſt.* 70. *in princ.* & ſatis indicat dicta conſtitutio, dum ait *vt hoc quod reuera damnum datum eſt, hoc reddatur,* & ita comperi adnotaſſe Alciat. *in d. c.* 5. *in fin. & in d. l. vn.* Bologn. *n.* 29. & Cagnol. *num. etiam* 29. Rebuff. *not.* 6. *n.* 1. *&* 2. & Berengar. Paulac. *in ead. l. vn. n.* 251. Lorior. *in d. l. quatenus, verſ. ego itaque, de reg. iur.* & Plaut. *verſ. du, li quantitatem, num.* 1. vbi ait, *hoc non habet dubium.*

Sed

21 Sed licèt definitio Iuſtiniani generalis ſit, & ſine exceptione, Cuiacius tamen duos excipit caſus. Primus eſt in pecunia nautica, quæ ſub fœnore nautico periculo creditoris traiicitur. In ea non ſeruari dupli rationem, ſi agatur pro eo quod intereſt propter moram debitoris, quia inquit certum eſt vſuras nauticæ pecuniæ ſupra duplum deberi *l. 2. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc.* ergo in nautica pecunia debebitur id omne quod intereſt, etiam immodicum, quia exemplum vſurarum porrectum eſt ad id quod intereſt. Quod etiam repetit *in l. 33. ff. locat. ad African. tract.* 8.

Sed hæc exceptio mihi non placet, & puto non probari *ex d. §. vlt.* quia licet ibi Iuriſconſultus ponat exemplum in pecunia traiectitia, generaliter tamen agit de pecunia, qua certo loco ſolui debet, quæ poteſt eſſe ſine periculo creditoris, vt aduerſus Cuiacium, & Fachineum oſtendi *queſt. 71. num. 8. & 9.* quibus nunc addo id manifeſtè probari *ex l. 3. & 4. eiuſd. tit.* quæ ſunt pars, & appendix *ex d. §. vlt.* & cum eo coniungendæ. In his enim locis agitur etiam de pecunia, quæ Epheſi ſolui debuit, vt oſtendunt verba *d. l. 4.* quæ ait. *Quod ſi Epheſi petetur, ipſa ſola ſumma petetur, nec amplius quid, niſi ſi quid ſtipulatus eſſet, vel ſi temporis vtilitas interuenerit.* Nam ſi ſolam ſummam Epheſi petere oportet, conſequens eſt non eſſe nauticam pecuniam, quæ cum fœnore peti poteſt, cùm id creditor ſtipulatus ſit. Ex quo euidens eſt in his locis non tantùm de pecunia nautica agi, ſed generaliter de ea, quæ certo loco ſolui debet. Præterea licèt pecunia ſub vſuris nauticis, & periculo creditoris accepta ſit, poſtquam Epheſi peti poteſt, periculum deſiit eſſe creditoris, quo ceſſante pecunia eodem iure cenſetur quoad vſuras, ac alia pecunia, quæ ſine periculo creditoris accepta eſt, vt conſtat *ex l. nihil intereſt* 4. & ibi Cuiac. *de naut. fœn.* ergo etiam cùm agitur de eo quod intereſt. Et deinde *in d. §. vltim.* non dicitur intereſſe nauticæ pecuniæ ſupra duplum deberi, ſed tantùm commiſſa mora in ſolutione pecuniæ, quæ certo loco ſolui debuit, venire intereſſe etiam vltra legitimum modum vſurarum, id eſt, vltra centeſimam, quæ olim maxima, legitima fuit vſura, vt conſtat *ex d. l. nihil intereſt, ff. de naut. fœn. l. 1. & 2. Cod. Theodoſ. de vſur.* & aliis locis, quos refert Ioann. Borcholt. *d. lib. de vſur. cap. 4. num. 3.* & tradit ipſe Cuiac. *in l. 20. Cod. de vſur. in princ. & in l. 8. ff. ſi cert. pet.* & in ſpecie ita dictum §. *vlt.* interpretatus eſt Bologn. *loc. cit. num. 25.* nimirum intereſſe quod venit in actionem arbitrariam, non debere taxari ad exemplum vſurarum, id eſt, duodecim pro centenario, ſed præſtandum eſſe ad rationem viginti, & amplius, ſi fortè creditoris tanti intereſt ſibi moram factam fuiſſe: & ita etiam hunc locum intelligit Roderic. *lib. 3. queſt. 3. num* 84. Denique certum eſt hodie vſuras nauticas ſupra duplum exigi non poſſe, vt admittit idem Cuiac. *in d. l. nihil intereſt. ad Papinian.* & tradit Donell. *lib. de nautico fœn. verſ. quamuis enim*, & oſtendi poteſt *ex d. l. penult. Cod. de vſur.* in qua generaliter Iuſtinianus ſanxit, ne vſuræ ſupra duplum procederent in caſibus omnibus in quibus exiguntur: & proinde cum vſurarum exemplum porrectum ſit ad id quod intereſt, vt Cuiacius ait, conſequens eſt, vt neque etiam pecuniæ nauticæ intereſſe vltra duplum exigere liceat.

22 Sanè *ex ead. lege 2. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc.* quidam putant in actionibus arbitrariis id quod intereſt duplum excedere poſſe, vt Æmil. Ferett. *ad d. l. vn. num. 21.* quem refert, & ſequitur Plautius *ad eand. l. verſ. dupli quantitatem, num. 27.* ſubiiciens hanc ſententiam fauorabilem eſſe mercatoribus. Sed veriùs eſt etiam in huiuſmodi actionibus id quod intereſt conſtitutionem locum habere, vt ſenſit gloſ. *in verbo contractibus*, & Dec. *hic num. 69.* vbi refert hanc communem eſſe ſententiam. Neque obſtat, quod ait *d. l. 2. §. vlt.* in haſce actiones venire id quod intereſt, & quidem vltra legitimum modum vſurarum, quia hoc accipiendum de modo, qui datus eſt vſuris *in l. eos, Cod. de vſur.* vt proximè dixi ex Bologn. & Roderic. *loc. cit.* Hunc modum id quod intereſt, quod incertum eſt, excedere poteſt. Nam & minus intereſſe poteſt, & interdum etiam nihil *l. 112. in fin. ff. de verb. obligat.* Non autem id accipiendum eſt de curſu, & fine vſurarum, quaſi in actionibus arbitrariis in æſtimatione eius quod intereſt vſurarum metam id eſt, duplum excedere liceat. Hæc enim diuerſa eſſe conſtat *ex l. pen. Cod. de vſur.* & quicquid ſit de iure veteri, conſtitutio generaliter loquitur, & in omnibus caſibus, qui certam quantitatem habent, vt eſt is, in quo certo loco certa pecunia ſolui debet, reſtringit intereſſe ad finem dupli, vt notant Cagnol. *num. 3. Andeg. fol. 120. verſ. ſecundo obiicitur*, & ipſe Plaut. multis locis, vt *in praeſ. num. 4. in princ. num. 36. in verſ. etiam ex lucro, n. 21. & aliis locis*, vbi ait textum hunc omnes caſus reſtringere. Quamobrem puto Plautij exceptionem admittendam non eſſe.

Alium caſum excipit Cuiac. *in d. l. vn.* cauſam ſcilicet do- 23
li mali, vt ſi quis ſciens pecus morboſum, aut tignum vitioſum vendiderit. Hoc enim caſu venditor, qui emptorem decepit, præſtare cogitur quicquid emptoris intereſt etiam ſupra rem, nec ſeruabitur, ratio dupli *l. Labeo, 45. de contrah. empt. & l. 19. in princ. ff. de act. empt.* vt hic idem Cuiac. notat. Etenim inquit ſcientia, & dolus venditoris vendicatur præſtatione cuiuſcunque detrimenti, quod ex eo contractu aliis rebus emptoris extrinſecus acciderit, vt ſi ædes vitio tigni corruerint, vel contagione morboſi pecoris totus grex perierit, vel ſi quod aliud damnum ex ea emptione emptor ſenſerit, hæc detrimenta omnia venditor præſtare cogitur. Quod etiam ſenſit Donell. *d. l. 26. cap. 19.* & generaliter in debitore doloſo ſcribit Roderic. *d. lib. 3. queſt. 7. num. 16.* & aliis auctoribus citatis Treniac. *loc. cit. num. 23.* & Scacc. *in d. §. 7. gloſ. 2. n. 94.*

Hinc quod diximus venditorem euictionis nomine vltra 24
duplum non teneri, accipiendum eſt in venditore bonæ fidei. Nam ſi ſciens rem alienam eſſe, vel fideicommiſſo ſuppoſitam, aduerſus eum datur perſecutio omnium ſumptuum, & melioramentorum, etiamſi retentione emptor aduerſus dominum vti noluerit, quod tamen poterat *ex l. ſumptus, de rei vendic. & aliis*, id enim in venditore bonæ fidei tantum receptum eſt, vt teneatur ad ſumptus, quos emptor retinere potuit: & datur emptori actio aduerſus venditorem etiam vltra duplum, quia decepit emptorem, & gratia plectendæ reticentiæ, & fraudis, vt definit idem Paulus *in l. 45.* in qua proſequitur ea, quæ propoſuerat *in d. l. Titius*, vt notat Cuiac. *ad hanc l.* & ſentit Bologn. *loc. cit.* & nouiſſimè Mangil. *de euict. q. 154. in fin.* vbi ait dolum venditoris præponderare, fraus ergo, & deceptio venditoris coërcetur præſtatione eius quod intereſt etiam vltra duplum, nec diſtinguitur, an emptor ſumptus potuerit retinere. Quæ tamen ad incertos caſus pertinere videntur.

Tertius à quibuſdam excipitur caſus cùm agitur de inter- 25
eſſe multorum annorum, illud enim putant labentibus annis duplum excedere poſſe, vt Cagnol. *in d. l. vn. num. 45. & 46.* vbi quandam ſententiam memorat Taurini latam, qua pronuntiatum eſt ſummam aur. mil. ſpatio 25. annor. ad viginti, & amplius millia aſcendiſſe: & Bologn. *loc. cit.* Surd. *in conſ. 485. num. 6.* & Mangil. *d. lib. de euict. q. 180. num. 2. & 3.* idque certiſſimum eſſe, ſi in ſtipulationem deductum ſit, & ſi non fuerit per ſingulos annos taxatum, vt ſentit idem Surd. *loc. cit.* & Ludou. Bell. Aueniouen. *in conſ. 169. num. 7. & conſ. 229. num. 26.*

Sed contraria ſententia verior eſt, & magis congruit verbis *dict. l. vn.* quæ generaliter prohibet id quod intereſt in caſibus certis duplum excedere. Atque etiam quia vſuræ, quarum exemplum porrectum eſt ad id quod intereſt, vt ex Cuiacio diximus, vbi æquauerint ſortem, quod non niſi multorum annorum ſpatio fieri poteſt, deſinunt currere, vt notum eſt *ex d. l. ſi non ſortem, §. ſupra duplum, l. 27. Cod. de vſur. & Nouell. 121.* & proinde intereſſe etiam multorum annorum duplum minimè excedere poſſe, & ſibi creditorem imputare debere, qui tandiu petere diſtulerit, rectiſſimè docent Alciat. & Cuiac. *loc. citat.* Berengar. Paul. *in d. l. vn. num. 243.* quia inquit vna eſt quantitas, quæ debetur, & vna mora: & acriter Plautius *in eadem l. verſ. quod reuera, num. 4.* vbi ſententiam illam, cuius meminit Cagnol. *loc. cit.* impiam, & barbaram appellat: & rurſus aduerſus eund. Cagnolum *in verſ. etiam in lucro, num. 34. & 43.* Idem ſentiunt Manent. *in conſ. 148. num. 24.* Virgin. de Boccat. *lib. de interd. retin. cap. 18. num. 74.* Roderic. *d. q. 4. num. 32.* Scaccia *de commerc. §. 7. gloſ. 2. n. 63. & 64.* & Gamma *in d. dec. 110. num. 31.*

numer. 51. qui congruenter notat dictam conſtitutionem præcipuè editam fuiſſe, ne intereſſe plurium annorum in immenſum excurreret, & hoc iure nos in foro noſtro vtimur, paſſim enim magiſtratus noſtri condemnant debitores in ſortem, & id quod intereſt, hac clauſula addita, *dummodo non excedat ſortem, niſi poſt litem motam*, quoniam poſt cœptam litem nihil creditori imputandum eſt, quæ praxis fortaſſe deducta eſt *ex l.3. §.1. ff. de vſur.* & aliis: quibus conſtat ex tempore litis conteſtatæ omnem cauſam præſtandam eſſe, vt cumperi ſenſiſſe Plautium *verſ. dupli. num.* 21. *vel ex l. 35. ff. eod.* quæ ait lite conteſtata vſuras currere. Ex qua Ioann. Zanger. *lib. de except. part. 3. cap. 25. numer.* 35. infert vſuras poſt litem conteſtatam duplum excedere poſſe. Quod in intereſſe recipi poteſt, non in vſuris, quæ
26 omni iure prohibitæ ſunt. + Quod verò Maugilius ait *loc. citat. num.* 6. quod dici ſolet, vſuras duplum excedere non poſſe, de vſuris vnius anni accipiendum eſſe, iampridem explosum eſt, conſtat enim vſuram centeſimam maximam fuiſſe, quæ duodecim tantùm referebat ſingulis annis pro centenis ſingulis, vnde non niſi centeſimo menſe æquabat ſortem, & ita octauo quoque anno, & menſibus quatuor, & ex Harmenopulo, & Budæo, & aliis auctoribus dictum eſt *quæſt. 4. num.* 41. vbi etiam dixi, Surdum, cuius auctoritate Maugilius maximè vtitur, errasſe in re manifeſta.

27 Neque aliud dicendum puto, ſi debitor ſimpliciter promiſit ſoluere certo die ſub refectione eius quod intereſt, vt eſt vſitatum, quia hæc promiſſio accipienda eſt iuxta terminos *d. l. vn. Cod. de ſentent. quæ pro eo*, ita vt in caſibus certis duplum non excedat, ita enim tradit *in d. l. vn.* Dec. *num.* 75. Bereng Paulae. *num.* 242. Cagnol. *num.* 115. & 113. Bulogn. *eod. loc. num. 66. verſ. quod tamen debet.* Virgin. *in d. cap.* 18. *num.* 89. & Alex. Trentacinq. *loc. cit. num.* 68. & ſecundùm hanc ſententiam cenſuit nuper Senatus referente D. Senatore Vercellis. Nam & vſuræ, quæ non niſi regulariter ex ſtipulatione debentur, hunc terminum habent, vt dictum eſt, & oſtendi etiam poteſt *argum l. 4. ff. de vſur.* illis verbis, quia non eſt veriſimile plus venditorem promiſiſſe, quàm iudicio empti præſtare compelleretur. *& argum. dict. l. 1. § ſi quis, ff. vt leg. nom. caueat, & l. ſi prior. ff. ſol. matr.* aliis, quæ adferunt Cagnol. Bereng. & Bulogn. *loc. cit.* Syluan. *in conſ.* 10. *num.* 41. & Gothofr. *ad d. l. 4. de vſur.* vbi inter cætera notat verba ſecundum naturam contractus reſtringenda eſſe.

28 His conſequenter quærendum eſt, an intereſſe, quod conuentum vocant, id eſt, cùm certa quantitas promittitur, pro eo quod intereſt, reſtringatur ad terminos *d. l. vn.* vel potius totum admittendum ſit. Et quidem plerique putauerunt, conſtitutionem ad huiuſmodi intereſſe non pertinere, & quantumcunque ſit exigi, & adiudicari poſſe. Ita enim Innoc. & Cardin. *in cap. Sacroſ. de ſent. excomm.* Barth. & alij, quos refert, & ſequitur Rebuff. *in d. l. vn. in gloſ. dupli, n.* 2. ſubiiciens in fine quoſdam tenere contrarium propter rationes in aëre fundatas, quod in Molinæum dictum puto, quem initio, comment. arrogantiæ arguit, & acriter pungit. His conſentiunt Decius *in ead. l. vn. num.* 71. & Bologn *num.* 66. Cagnol. *num.* 108. qui teſtatur id receptum eſſe. Plaut. *dict. verſ. dupli quantitatem, n. 33. & verſ. in omnibus caſibus n.* 24. vbi hoc omnes admittere, Surd. *in dec.* 260. *num.* 23. Trentacinq. *loc. cit. num.* 67. & Rota inter recentiſſ. *dec. 7. num. 3. part.* 1. Quæ ſententia probatur à Rebuffo, & Plautio *loc. cit.* multis legibus & præſertim *ex l. ſtipulatio iſta, §. alteri. de verb. oblig & §. alteri, qui ex ead. l. deſumptus eſt. Inſtit. de inut. ſtipul. l. 2. §. vlt. ff. qui ſatiſd. cogant*, illis verbis, *niſi pro certa quantitate acceſſit, l. vlt. ff de præt. ſtipul. & l. ſi dictum in princip. & l. ſi plus 74. ff. de euict.* & aliis.

26 Sed animaduerti his legibus non ſatis receptam ſententiam probari. Nam *in dd. §. § alteri*, duo deciduntur. Primum eſt neminem alteri ſtipulari poſſe, quia quod alij detur, nihil intereſt ſtipulatoris, id eſt quia ex ea ſtipulatione nullum commodum, nullam vtilitatem ſtipulator conſequitur, ſtipulationem inutilem eſſe, quod nihil ad hanc quæſtionem pertinet, in qua quæritur de eo quod intereſt aduerſarij facto, vel culpa. Alterum eſt, vt ſi quis velit alteri ſtipulari, pœnam adiiciat ſtipulationi, niſi placita fiant: vt niſi ita factum ſit, pœna committatur etiam fauore eius, cuius nihil intereſt. Pœnam enim cum ſtipulatur quis, non illud inſpicitur, quod eius interſit, ſed quæ ſit quantitas inſerta ſtipulationi. Ex quibus perſpicuum eſt his locis agi de pœna, quæ committitur etiamſi nihil interſit, & proinde diuerſa eſt ab eo quod intereſt, vt obſeruat idem Bologn. *num.* 66.

Vt etiam nihil mouere debet *l. vlt. ff. de præt. ſtipul.* qua maximè nititur communis ſententia, quia obſeruandum eſt hic agi de prætoriis ſtipulationibus, quæ incertum continent, quanti nimirum ea res erit, quod quia plerunque difficilis probationis eſt, ideo obtinuit, vt pœnæ nomine certa ſumma ſtipulationi inſeratur, vt conſtat *ex l. 6. ff. eod.* & explicat Weſembec. *ad hunc tit. num.* 4. hic verò quæritur de caſibus, qui certam quantitatem, vel naturam habent, in quibus id quod intereſt, duplum excedere non poteſt. Et præterea non erit incongruum dicere *d. l. vlt.* loqui de pœna, quæ committitur etiamſi nihil vel minus interſit, vnde Iuriſconſultus, ne ſit probandum id quod intereſt, ait conſultius eſſe, certam ſummam ſtipulationi inſerere pœnæ nomine, vt indicat *d. l. 6.* cuius verba ſunt. *In omnibus prætoriis ſtipulationibus, in quibus primo fieri aliquid, deinde ſi factum non ſit, pœnam inſerimus, pœna nomine ſtipulatio committitur.* Neque enim tutius, & vtilius leges explicare poſſumus, quàm legibus. 30

Vt etiam nihil facere videtur *d. l. 2. in fin. qui ſatiſd. cogant.* quia hic etiam de pœna agitur, vt notat Bologn. *eod. loc.* & Vlpianus hic tantum ait fideiuſſorem iudicio ſiſti in veram quantitatem teneri, niſi acceſſerit pro certa quantitate; Quod verò fideiuſſor vltra duplum obligari poſſit nomine eius quod intereſt, non attingit, neque decidit, & proinde hic locus nihil ad hanc quæſtionem pertinere videtur. Et præterea fideiuſſio *iudicio ſiſti* incertum continet *l. 3. ff. de re iud. l. 2. in fin. qui ſatiſd. cogant*, & proinde ad caſus certos non pertinet, de quibus quærimus. 31

Denique quod dicitur *ex d. l. ſi dictum, & l. 74. ff. de euict.* quæ probant contrahentes euictionis nomine poſſe cauere non duplum tantum, ſed triplum, & quadruplum nihil ad hanc rem facere videtur, quia in euictionibus nulla pœna finita eſt, nullâve taxata quantitas certa, & vbi lex deficit, vel arbitrium iudicis, contrahentibus licet ſummam certam comprehendere *d. l. 6. & vlt. de præt. ſtipul. l. 4. in fin. ff. ſi quis cautiou.* & obſeruat Cuiac. *lib. 16. cap.* 39. ei verò quod intereſt certus modus lege conſtitutus eſt. Proinde neque etiam hoc loco communis ſententia probari videtur.

Et nihilominus placet communem ſententiam ſequi, quam etiam ſecutus eſt Ioan. Igneus *in l. quatenus, num.* 70. *verſ. vnum tamen dico de reg. iur.* & Cuiac. *in d. l. vn. in fin. & in d. cap. 39.* vbi ex verbo *proferuntur*, quod eſt verbum tituli, notat nos de his conſtitutionem accipere debere, quæ proferuntur ſententia iudicis, non de his, quæ ex conuentione ſibi quiſque cauit: atque etiam, quia contractus ex conuentione legem accipiunt *l. 1. §. ſi conuen. ff. depoſ. l. 24. ff. de reg. iur.* quo argumento maximè vtuntur Cagnol. Surd. & Trentacinq. *loc. cit.* ex quibus conſtituendum eſt licere contrahentibus ſe obligare in id omne quod intereſt, etiam ſupra duplum, & conuentioni ſtandum eſſe. 32

Hinc quod diximus *num.* 7. venditorem euictionis nomine vltra duplum non teneri *ex d. l. cum & ſorte, ff. de act. empt.* accipiendum eſt, niſi aliud conuenerit. Poteſt enim venditor hoc nomine ſe obligare in id omne quod intereſt etiam ſupra duplum, & admittitur conuentio, vt conſtat *ex l. ſi dictum, ff. de euict. & l. ſi procurator, ff de iur. fiſc.* & tradit Cuiac. *tract. 8. ad African.* & cenſuit Rot. *inter recentiſſ. in d. dec. 7. num.* 3. Quod tamen intelligi oportet, ſi certa quantitas promiſſa ſit, vt eſt conuentio tripli, vel quadrupli, de qua loquitur *d. l. ſi dictum, & d. l. ſi procurator, ff. de iur. fiſc.* & Cuiac. *loc. cit.* vel verba ita effuſa ſint, vt perſpicuum ſit voluiſſe venditorem ſe in id omne quod intereſt, hoc nomine obligare. Aliud verò dicendum eſt, ſi ſimpliciter euictio promiſſa ſit ſub refectione damnorum, & eius quod intereſt, quia tunc ſtipulatio recipit interpretationem de iure communi, & reſtringitur ad terminos *d. l. vn.* vt diximus *n.* 27. & ſenſit Bologn. *loc. citat. verſ. vel niſi verba eſſent prægnantia.* 33

&

& alias nihil operarentur, vt etiam Plautius *verſ. etiam ex lucro num.*60.

34 Sed quod diximus intereſſe conuentum quantumcumque ſit, admittendum eſſe, aliquot modis reſtringitur, & declaratur. Et primo quidem non obtinet hæc concluſio, quando huiuſmodi conuentio adiicitur quantitati, vt ſi inter contrahentes actum ſit, vt non ſoluta ad diem pecunia certa quantitas præſtetur pro eo quod intereſt. Hæc enim conuentio hodie inutilis eſt, neque admittitur, niſi quatenus appareat verè intereſſe creditoris, vt *argum. l. cum allegas, C. de vſur.* & aliis auctoribus relatis dixi *quæſt.*38. *num.*13. quibus nunc adiicio Alex. *in conſ.*15. *lib.* 2. Cagnol. *in d. l. vn. num.* 116. & Bologn. *num.* 67. Plautium *in ead. l. verſ. dupli quantitatem, num.*37. *&* 38. Trentacinq. *in d. reſolut. de inter. num.* 69. Cardinal. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 14. *titul.* 37. *num.* 7. & qui rem hanc diligenter proſequitur Rebuff. *in ead. l.* 1. *gloſ.* 1. *num.*57. vbi refert hanc ſententiam communem eſſe. 35 † A quo tamen cauendum puto dum *num.* 7. ſecutus ſententiam Baldi *in conſ.* 166. *lib.* 1. putat ſtatutum, ſeu legem valere, qua fingitur intereſſe creditoris poſt moram veluti ad rationem duorum ſolidorum pro libra. Etenim id quod intereſt intereſt in facto conſiſtit Vulg. *l. quatenus, de reg. iur.* & plus modo minus eſt, & interdum etiam nihil, vt multoties dixi *ex l.*13. *de re iud. & l.*112. *in fin. de verb. oblig.* & proinde non poteſt vlla certa lege definiri, quatenus cuiuſque interſit *argum. l. mora, in princip. ff. de vſur. l.*3. *§. eiuſdem, ff de teſtibus l. Neſennius, de neg. geſt.* & aperiretur via fœnori, quod illicitum eſt, & publicè pernicioſum, vt fuſius executus ſum *quæſt.*79. *num.* 8. vbi Baldi argumentis ſatisfeciſſe puto.

36 Secundo declaratur communis ſententia, vt locum non habeat, ſi dolus, vis, metus, aut error interuenerit, vt conſtat *ex l. illicitas, de off. præſid. & d. l.*4. *in fin. ff. ſi quis caution. in iud. ſiſt.* & proſequitur idem Rebuff. *in d. gloſ. dupli num.* 5. *&* 6. & Bologn. *loc. cit. num.* 69. rectè ſubiiciens conuentionem hanc admittendam non eſſe in caſibus, in quibus contractus, & conuentiones annullari, & reſcindi, vel corrigi ſolent ex aliqua iuſta cauſa, eáſque ſuperfluè Rebuff. *d. loco* enumerate. 37 † Quamobrem puto idem dicendum eſſe, ſi immodica deceptio, & læſio reipſa interuenerit, vt ſi nihil vel longè minus interſit, hoc enim caſu non eſſe ſtandum conuentioni, ſed iudicem rem ad æquitatem deducere debere, vt oſtendi poteſt *ex d. l. illicitas, & l. ſi quis cùm aliter,* 36. *de verb. obligat. l.* 55. *C. de dolo,* & ſentiunt Roman. *in conſ.* 510. *num.* 9. Menoch. *de arbitr. iud. caſ.* 260. *num.* 18. *verſ. aut loquimur*, & ille auctor *comment. analytici num.* 162. & ſentire videtur Cuiac. *in d. cap.* 34 *in fin.* vbi ait licere quidem contrahentibus de ſumma certa paciſci pro eo quod intereſt, dummodo quod æquum, & bonum eſt arbitrati ſint, id etiam oſtendi poteſt *ex d. l.* 1. quæ modum aliquem in pœnis ſeruari iubet, idque naturali æquitati congruere, vt notat Plautius *loc. cit. num.* 35. Et prætcrea id ſuaderi poteſt *ex l. cum quidam, in princ. ff. de vſur.* ex qua Theſaur. *in dec.*216. *num.*6. ait poſſe iudicem conuentiones, & pacta, ſi iniquitatem contineant, corrigere, & ad æquitatem reducere, & hanc eſſe ſingularem, & mirabilem facultatem iudicibus conceſſam. Denique id etiam conſtat ex his, quæ diximus *dict. quæſt.* 38. *num.* 20. pœnam ſcilicet contractibus additam, ſi immodica ſit iudicis arbitrio ex bono, & æquo temperandam eſſe. Et licet quidam ſentiant hac in re competens moderamen eſſe quadruplum, vt Decius, Cagnolus, & alij apud Plaut. *loc. citat.* mihi videtur ex his, quæ dixi *num.* 31. *verſic. denique*, illud eſſe, quod iudex arbitrabitur.

38 Et licèt in pœnis inſpiciendum non ſit, an ſtipulatoris interſit, ſed quæ ſit quantitas inſerta ſtipulationi *d. l. ſtipul. §. alteri, & l. prædia, ff. de act. empt.* hoc tamen intelligitur, niſi pœna ſit adiecta pro eo quod intereſt, & loco eius quod intereſt, quia hoc caſu admitti non debet, niſi quatenus interſit, vt ſenſit gloſ. Bald. & alij *in l. vltim. ff. ſi quis in ius voc.* Soc. ſen. *in conſ.* 253. *num.*12. *lib.*1. *& ad tit. Cod. de ſent. quæ pro eo, num.*135. vbi ait intereſſe conuentum non eſſe intereſſe, niſi verè interſit. Decian. *in conſ.* 489. *num.* 81. Donell. *d. lib.* 26. *cap. vltim. in fin.* & Cardin. Mantic. *loc. cit. num.* 41. Alioqui dicendum eſt huiuſmodi intereſſe nihil differre à pœna, & conſequenter inutiliter laborare interpretes, vt ſuadeant hoc genus intereſſe admittendum eſſe. Quis enim neget certam pœnam contractibus addi poſſe? 39 † Quod etiam confirmare licet ex his, quæ diximus *d. quæſt.* 79. *n.* 2. & ex doctrina Baldi *in d. l.* 1. *num.* 19. vbi ait intereſſe conuentum non deberi, niſi interſit, hac ratione addita, quia cauſa finalis eſt falſa, perinde enim eſt dicere promitto centum nomine intereſſe, vel dicere quia intereſt: & proinde ſi nihil interſit, obſtare exceptionem doli mali *ex l.* 2. *§. circa, ff. de dol. mal. except. & d. l. ſi quis cum aliter, de verb. obligat.* Quod Baldi dictum licet Cagnolus refellere tentet, & poſt Cagnolum Surdus *in d. dec.* 260. *num.* 22. quia cauſa non ſit falſa conuentione partium intercedente ad ſummam certam taxantium id quod intereſt abſque fraude: & ſcribat Andegauenſ. *in hac l. vn. §. quinto principaliter, fol.* 186. Baldum hac in re ſibi contradicere, illius tamen deciſio retinenda eſt, quia poſſunt quidem contrahentes munire pacta, & contractus adiectione pœnæ, & hoc caſu ſatis eſt ita conuenire, & paciſci, nec opus eſt, vt ſtipulatoris interſit, vt dictum eſt *ex d. §§. alteri.* Aliud verò dicendum eſt, ſi certa ſumma adiiciatur pro eo quod intereſt etiam bona fide, quia ceſſante intereſſe actor dolo facere videtur, dum nihilominus petit *dict. l. ſi quis,* 36. *de verb. obligat.* & ſatis eſt ex euentu apparere nunc nullam iuſtam cauſam petendi eſſe, vt Vlpian. ait *in d. l.* 2. & oſtendi poteſt *ex l.* 3. *&* 4. *ff. de condict. ſine cau.* ex quibus conſtat promiſſorem ſi ex poſt facto appareat nullam eſſe cauſam obligationis, vel minorem quam ſuſceperit, poſſe agere, vt obligatione in totum, vel pro parte liberetur. † Denique dici poteſt in hoc genere veluti emptio- 40
nem, & venditionem quandam agitari, eius ſcilicet quod intereſt pro pretio certo *argum. l. periculi pretium, ff. de nautico fœn.* ideoque ſi nihil intereſt, conuentio hæc conſiſtere non poteſt, & conſequenter nulla erit actio ad intereſſe conuentum. Nam nec emptio, nec venditio ſine re, quæ væneat intelligi poteſt *l.* 8. *de contrah. empt. l.* 7. *&* 8. *de hered. vel action. vend. & argum. l.* 1. *in fin. ff. de condition. & demonſtr.*
† Niſi fortaſſe ex circumſtantiis perſonarum, & rerum vi- 41
deantur contrahentes ex bono, & æquo tranſegiſſe de eo quod intereſſe poterat, & ſe æquali diſcrimine expoſuiſſe, quod plus, vel minus probabiliter intereſſe potuiſſet. Hoc enim caſu admitti poteſt hæc conuentio, etiamſi nihil ſtipulatoris interſit. Nam & emptio interdum ſine re contrahitur, veluti cùm quaſi alea emitur *d. l.* 8. *§.* 1 *& l.* 5. *de naut. fœn. l.*11. *de hered. vel act. vend. l.*23. *ff. famil. herciſc.* & ita accipiendum eſt, quod poſt Decium tradit Cagnol. *in d. l. vn. num.* 119. & Surd. *in d. deciſ.* 260. *num.* 53. huiuſmodi conuentionem ſuper incerto futuro intereſſe valere, quia videntur contrahentes tranſegiſſe de eo quod intereſt, cùm ſcilicet tranſactio ita facta eſt, vt æqua ſit vtriuſque conditio arbitratu boni viri. Aliud verò dicendum eſt, ſi iniquè, & immodicè contrahentes arbitrati ſint hoc enim caſu iudex iniquitatem taxationis corrigere debet, vt in re ferè ſimili ait Paulus *in l.*69. *ff. pro ſoc.* & oſtendi poteſt *ex l.* 2. *Cod. de reſcind. vend. & d. l. cùm quidam, in princ. ff. de vſur.* poteſt igitur quantitas conuenta pro eo quod intereſt, duplum excedere, dummodò verè ſupra duplum interſit, & in hoc ſenſu Baldus ait ſolidum deberi: cui proinde immeritò obiicitur ſibi contradicere. Alioqui ſi dicimus intereſſe conuentum duplum excedere poſſe, etiam cùm nihil intereſt, locus erit prouerbio, *ſummum ius ſumma iniuria.*

Tranſgrediamur nunc ad aliud genus intereſſe, quod 42
commune vocant, & eſt id quod cuiuslibet æquali ratione interfuiſſet poſt moram, vt initio dictum eſt: & quæramus, an duplum excedere poſſit. Et quia in ſpeciebus debitis hæc quæſtio potiſſimum incidit, in primis obſeruandum eſt debitorem vini, vel tritici, vel alterius ſpeciei, quæ functionem recipit, & cuius æſtimatio variari poteſt, vt rerum pretia mutari ſolent *l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid. & §. ſi quis agens. Inſtit. de action.* & ibi Theophilus, qui ait id quod intereſt in mercibus, vt in vino, oleo, frumento, maximam recipere differentiam, quia per ſingulas regiones diuerſa pretia habent, debitorem inquam harum rerum teneri ad id quod intereſt poſt moram, & in taxando ſpectari tempus, quo

Digitized by Google

quo res poſt moram pluris fuit, vt definitum eſt *in l. 3. §. 3. & l.11. §. cùm per venditorem, de action. empt. & l.8. §.penult. de eandict. furt.* Cuiac. *in d. l. 3.* Trentacinq. *loc. cit. num.* 55. Roderic. Suarez *in l. poſt rem iudicatam, verſ. quæritur vlterius, num.* 2. vbi ait creſcere vſque ad execuitionem ſententiæ, & alij quidam apud Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 243. *num.* 77. Anton. Faber. *tit. de vſur. & mor. defin.*39. & aliis auctoribus
43 relatis Anton. de Amat. *reſol.*43. *num.*49. † In quo tamen illud etiam obſeruandum eſt æſtimationem earum tandiu creſcere, quandiu extant, vel extare præſumuntur: & quia non eiuſdem durationis eſſe conſtat, ideo proditum eſt plurimum intereſſe, an frumentum in ſpecie debeatur, veluti decem modij ex tali meſſe ex illo acetun, vel in genere ſine deſignatione agri, vel loci. Nam ſi in ſpecie debeantur in taxando eo quod intereſt ſolummodo ſpectandum eſt, quo pluris per triennium frumentum fuit, quia triennio tantum frumentum durare præſumitur, & rei peremptæ æſtimatio creſcere non poteſt, niſi ex circunſtantia regionis aliud dicendum ſit, ſunt enim loci quidam, in quibus frumenta diutius conſeruari ſolent. Si verò in genere debeantur, quia genus ſemper idem eſt, & perire non poteſt *l. incendium, C. ſi cert. pet.* frumenti æſtimatio etiam vltra triennium creſcere poteſt, ideóque debitor tenetur ad æſtimationem, quæ toto tempore maior fuit. Ita diſtinguunt Alex. Curt. Sen. & Iun. & alij apud Trentacinq. *d. reſol. num.*55. Canalcan. *de tut. & curat. num.* 232. & 233. Barboſ. *in l. diuortio, §. ob donationes, num.* 21. *ſolut. matrim.* Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *quæſt.* 19. *n.* 26. & ſecundum hanc ſententiam iudicatum refert Surd. *in dec.*81. *num.* 3. quamuis ipſe ſolus exiſtimaret nihil diſtinguendum eſſe, & ſiue in ſpecie, ſiue in genere frumentum debeatur, æſtimationem eius non niſi intra triennium creſcere poſſe, quia inquit non debet creditor plus conſequi, quàm ſi ei mora facta non fuiſſet. Et Surdi ſententiam probarunt Munnoz. *de ratiocin. cap.* 17. *num.* 11. & Gratian. *loc. cit. num.*79. & Hodiern. ad Surd. *in d. deciſ.* 81. *num.*1. Quibus conſequenter dicendum eſt, ſi frumentum vetus, & corruptioni proximum venditum ſit, veluti ſi ſit frumentum duorum annorum, eius æſtimationem per annum tantum creſcere poſſe, quia illud triennium incipit à die perceptionis, quod neminem animaduerti eorum auctorum adnotaſſe.

44 Et licet hîc non vacet Surdi ſententiam excutere, id tantùm adnotare placet Munnoz. qui Surdum ſecutus eſt *loc. cit. cit. num.*13. *verſ. ſed pro concordia,* adferre Rolandum à Valle pro hac ſententia *in conſ.*99. *num.*10. *lib.*1. vbi tamen, & toto illo conſilio nihil eſt, quod ad hanc quæſtionem pertineat. Gratianus etiam, qui Surdum ſecutus eſt, deceptus à Munnoz. & ſub illius fide auctoritate Rolandi vſus eſt, quem tamen neuter viderat, dum ſcilicet multa ſcribere feſtinant, & ingentes edere libros. Mihi verò ſemper placuit, vel attentè legere auctores, vel eorum allegationibus abſtinere. Hodierna etiam *loc. cit.* pro ſua ſententia adfert Alex. Trentac. *lib.*1. *variar. reſol. tit. de alim. reſ.* 11. *num.* 41. quem locum inuenire non potui: & fortaſſe mendum irrepſit tam in prima, quam ſecunda impreſſione. Illud certum eſt Trentacinquium communem diſtinctionem probaſſe *in d. reſ. de intereſſ. num.* 55. Giurba etiam, quem Hodierna citat, non ſimpliciter tenet huiuſmodi intereſſe triennio finiri, ſed diſtinctionem adhibet *num.* 3. *&* 4. an in genere frumentum debeatur, & hoc caſu durare eius æſtimationem etiam vltra triennium: vel in ſpecie, aut genere ſubalterno veluti talis indictionis, & hoc caſu eius æſtimationem vltra triennium à die recollectionis non creſcere & ita illius mentem, & quidem congruentius interpretatus eſt Anton. de Amat. *loc. cit. num.* 52.

45 Sed retenta nunc communi ſententia quam multi probant apud eundem Giurbam *in d. deciſ.* 115. *num.* 1. *&* 3. vbi refert Conſiſtorium ita diſtinguendum cenſuiſſe, ſiue agatur ad id omne, quo res pluris fuit intra triennium, cùm frumentum ex tali agro, vel area in ſpecie venditum eſt, vel toto tempore ſecundùm receptam diſtinctionem, ſi quærimus, an intereſſe quanti plurimi duplum excedere poſſit, communis opinio eſt in huiuſmodi intereſſe æſtimando dupli rationem ſeruandam non eſſe, vt tractatur Rebuff. *in dict. gloſ. dupli, num.* 13. *&* 14. vbi etiam refert ita in foro ſeruari, & Cagnol. *in d. l. vn. num.* 58. *&* 59. vbi ait ab hac opinione recedendum non eſſe. Hanc etiam acriter tuetur. Bologn. *loc. cit. num...* Scaccia *de commerc. §. 7. gloſ.* 2. *num.* 38. & Trentacinq. *in d. reſolut.* 1. *num.*41. Qui mouentur primò per textum, quem ineuitabilem Cagnolus vocat *loc. cit. in d. §. cùm per venditorem,* illis ſcilicet verbis, *omnis vtilitas emptoris in æſtimationem venit, quæ modo circa rem ipſam conſiſtit.* Sed ſi reſtringeretur ad duplum pretij conuenti, non veniret omnis vtilitas emptoris, vt hîc definitum eſt, ergo æſtimatio quantacumque eſt, præſtari debet. Secundò probatur hæc opinio *ex d. l.3. §.3. de act. empt.* Quæ ait *venditorem vini poſt moram condemnandum eſſe vtro tempore pluris fuit.* Sed ſi reduceretur ad duplum, non oporteret eum condemnari, quo tempore vinum pluris fuit, quod non eſt dicendum. Tertiò mouentur *ex l.1. eod. tit. de act. empt.* quæ ait intereſſe emptoris interdum egredi rei pretium, ſi pluris intereſt, quàm ſit valor, vel pretium, ex quo Trentacinquius ait optimè hanc opinionem probari. Quartò pro hac ſententia ita argumentatur Cagnolus. Si in hac ſpecie taxatio eius, quod intereſt, redigeretur ad duplum, minus emptor conſequeretur quàm fuiſſet venditum, vel promiſſum *d. §. cum per venditorem, in fin.* his verbis. *Nec enim maior fit obligatio, quòd tardius agitur, quamuis æſtimatio creſcat, quia ſiue datum eſſet, hoc haberet emptor, ſiue non, quoniam ſaltem hodie dandum eſt, quod iam olim dari oportuit,* & conſequenter inquit niſi omnis æſtimatio veniret, etiamſi excederit duplum pretij, minus haberet emptor, quàm emiſſet, quod eſt abſurdum. Denique vterque ait. Hæc æſtimatio quanti plurimi ſuccedit in locum vini, tritici, vel alterius ſpeciei in contractum deductæ *d. §. cum per venditorem* Vnde ſicut res vendita in totum debetur, ita etiam omnis eius æſtimatio poſt moram præſtari debet.

Sed nihilominus contrariam ſententiam viri doctiſſimi amplexi ſunt, vt Decius, Curtius Iunior, Alciat. *in d. l. vn.* & Camil. Plaut. *in princip. num.*46. *& verſ. dupli quantitatem num.*20. Caball. *de eo quod inter. num.*201. Gabr. Mudæus *ad tit. de act. empt. cap. vlt. num.*27. Cuiac. *loc. cit. colum.* 4. *verſ. & poſtea.* Gamma *in d. deciſ.*110. *num.* 34. & Donell. *in dict. lib.* 26. *cap.* 19. qui mouentur *ex d. l. vn.* in qua ſancitum eſt intereſſe in caſibus certis dupli quantitatem minimè excedere, vnde cùm hic caſus certus ſit, vt qui certam quantitatem habeat, fateri cogimur in hoc intereſſe æſtimando dupli rationem ſeruandam eſſe. 46

Neque mouet *d. l. 3. §.3. & d. §. cùm per venditorem,* quibus definitum eſt, omnem vtilitatem emptoris venire, quia reſponderi poteſt id accipiendum eſſe, dummodo duplum non excedat, vt à Iuſtiniano ſancitum eſt *in d. l. vn.* vbi ne cui dubitandi occaſio eſſet, ponit primo loco exemplum in venditionibus, de quibus agitur *d. locis.* Neque nouum eſt, quod generaliter vno in loco definitum eſt, id aliis legibus, & præſertim poſterioribus corrigi, vel reſtringi *l.* 26. *&* 27. *ff. de legib.* & in ſpecie conſtat *ex d. l. Titius, in fin. & l. cum & ferrè, de act. empt.* Nam quod Paulus dixerat venire omne quod intereſt emptoris ſeruum non eunuchi, reſtringitur ab Africano ad duplum *in d. l. ſeq.* ex qua Iuſtinianus occaſionem ſumpſit in aliis caſibus omnibus, qui certi ſunt, idem conſtituere, vt notat Cuiac. *in d.l.vn. & lib.*5. *quæſt.* Paul. & ipſe Cagnol. *in d. l. vn. n.* 28. & ita ferè reſpondet Plaut. *in verſ. quod reuera, n.* 23. *&* 24. 47

Neque obſtat *l. 1. de act. empt.* quæ ait id quod intereſt quandoque pretium rei excedere, quia non huius loci hic ſenſus eſt, vt id quod intereſt ſupra duplum pretij debeatur, ita emptor, cui res non traditur, poſſit pretium petere, & præterea id quod intereſt quod egrediatur pretium rei, veluti ſi domus, vel nauis centum empta ſit, neque tradita fuerit, & velit emptor conſequi pretium, & præterea centum, & viginti pro eo quod intereſt, ſed hic ſenſus eſt, ſi res non tradatur, poſſe agere emptorem ad id quod intereſt rem habere, etiamſi interdum pluris interſit, quàm res valeat, vel empta ſit, vt ſi fortaſſe intereſt centum, & decem rem habere, poteſt emptor centum, & decem petere, in quibus pretium continetur, vt explicat Cuiac. *in d. l.1.* & Ioan. Igneus *in l. quatenus, num.* 41. *ff. de regul. iur.* & ſenſit Innoc. *in cap. ſacra.* 48

Digitized by Google

ſacro.n.9.de ſent.excomm.& Balgo ſ.*in ead.l.1.n.19.*dum ait venditorem præſtando intereſſe ipſum pretium præſtare, & alij multi docent apud Gratian. *cap.224. n. 49. & 50.* & non ait Vlpianus hoc intereſſe duplum pretij veri, vel conuenti excedere poſſe, quod quærimus, vnde hic locus nihil ad hanc quæſtionem pertinere videtur.

49 Et quod vltimo loco dicitur æſtimationem ſuccedere loco rei, ideóque vt res tota debetur, ita, & omnis eius æſtimatio, ne emptor minus conſequatur, quàm emerit, non puto admittendum eſſe, quia verius eſt hoc intereſſe quanti plurimi id eſt, id quod poſt moram res pluris fuit, ab ipſa re diſtinctum eſſe. Quod probatur apertiſſimè *ex d.§.cùm per vendit.* ex quo conſtat vtilitatem hanc circa rem conſiſtere. Secundò quia ſi fortè creditor, vel emptor vinum, vel triticum recipiat poſt moram, cùm pluris eſſe deſinit, & valor decreuit, illa maior æſtimatio ad quam peruenerat remiſſa intelligitur, vt docet Curtius Iunior *in l.vinum, n 7. ff.ſi cert.pet.* Menoch. *lib.4. præſumpt.45. n.17.* Gratian.*d.cap.243. n.47.* & nos diximus *quæſt.ſeq. n.5.* Tertiò quia huiuſmodi intereſſe, quod debetur ex mora, non eſt in obligatione, ſed officio iudicis debetur, vt tradit idem Trentac. *var. lib. 3. c.9.n.6.* ſed ſi hoc intereſſe eſſet loco rei, & ſuccederet in locum ipſius rei, vt res eſt in obligatione, ita & intereſſe, quod falſum eſt. Neque huic rationi obſtat, ſi dicas ſæpe inter contrahentes agi, vt ſi res vendita non tradatur, venditor teneatur ad id omne quod intereſt, quia hic non agimus de intereſſe conuento, de quo in ſuperioribus actum eſt: & deinde ſi ponimus de eo conuentum eſſe, alia erit actio eius ab actione ipſius rei, vt conſtat *ex l.8. & l.vlt.ff.de eo quod cert. loc.* ex quo palam eſt non vnam, & eandem rem eſſe. Denique quia cùm agitur ad traditionem rei, & id quod intereſt, reus condemnatur ad rem, & id quod pluris res fuit à tempore moræ, vt docet Bart.*in d.l. vinum, n.16.* & Bologn.*in d.l.vn.n.172.* Scaccia *loc. cit. n.104.* quod intereſſe in pecuniam redigitur *l.13.in fin. ff. de rei vindic.* & iidem auctores notant, & Petrus Greg.*Syntagm.lib.21.c.10. n.4.* quod argumentum eſt huiuſmodi intereſſe ab ipſa re diſtinctum eſſe. Quamobrem ita mihi videbatur argumentis cõmunis ſententiæ reſponderi poſſe, & nihilominus mecum agitanit rem hanc ſeparatione duarum ſpecierum definire.

50 Prima ſpecies eſt, cùm frumentum venditum tempore petitionis, & ſolutionis pluris eſt, quàm vnquam fuerit, & hoc caſu res cuiuſcunque æſtimationis eſt, tradi debet, vt innuit *d.§.cum per venditorem, in fin.* illis verbis, *ſaltem hodie dandum eſſe, quod ſanè olim dari oportuit*, ne venditor minus præſtet, quàm vendiderit, & emptor minus conſequatur, quàm ipſe emerit, vt inquiunt Cagnol & Trentac.*loc.cit.* Venditur enim id ipſum quod vendidit præſtare cogitur, & tantundem quam vendidit actione empti *l.11.§ 1.de act. empt.* & tradunt Caſtr. & Cuiac.*in d.l.1.loc.cit.* qui etiam notat ita Paulum apertiſſimè definiuiſſe *lib. 2. ſentent. tit. 13.* & Faber *in ration. ad d. §. cum per venditorem*, & in hac ſpecie, in qua accidere non poteſt, quod Cagnol. & Trentacinq. obiiciunt, emptorem ſcilicet minus conſecuturum, quàm emerit, recipi poteſt communis ſententia.

Alia ſpecies eſt, cùm vini, & tritici, vel alterius ſpeciei, quæ functionem recipiat, æſtimatio poſt moram creuit, & decreuit, idcóque in condemnationem venit res, & præterea id, quo pluris fuit in pecunia, vt proximè dixi ex Bartol. *in d. l. vinum*, & aliis, & hoc caſu quia huiuſmodi intereſſe diſtinctũ eſt ab ipſa re, & accedit ipſi rei, quamuis conſiſtat circa ipſam rem dicendum eſt duplum pretij non excedere, vt ſancitum *in d.l.vn.* quæ nominatim in venditionibus, & omnibus contractibus locum habet: & in hac ſpecie procedere Curtij, Decij, Cuiac. & aliorum ſententiam, quos recenſui *num. 46.* quam deinde comperi tenere Virgin. de Boccat. *in d. lib. de interd. retin. cap.18. num. 84.* & Plautium *loc. cit.* & rurſus *in verſ. quod reuera, n 20.*

51 Nunc quærendum eſt de intereſſe ſingulari, an duplum excedere poſſit, & obſeruandum eſt me non admittere illud genus intereſſe, quod ex affectu cuiuſque ducitur, ſecutus Cuiac. *in d. l.1. ff de act. empt.* vbi hoc inter delitia Accurſij refert, vt initio dixi: & *in d.l.vn.C.de ſent.quæ pro eo*, ait nullum eſſe, quod Doctores vocant intereſſe ſingulare, id eſt quod interſit pro affectu cuiuſquam: quod æſtimetur affectu, non pretio, ſed vel pretio vero, vel conuento: id enim quod cuiuſque affectus facit, non æſtimari, vt ait *d.l.pretia, ad l Falcid.* & oſtendi etiam poteſt *ex l.ſi ſeruum, ff.ad l Aquil. & l.vlt ff.de oper.ſer.* Quod etiam docet Plautius *in h.l.vn.in præfat. n.49. & in princ.n.39.* & rurſus *in verſ.hoc quod intereſt, n.1.* vbi ait huius intereſſe nullam apud tribunalia rationem haberi, & grauiter Dunell. *d l.26. c. 15.* ſcribit hæc eſſe inaudita iuris auctoribus nomina: ibidémque notat id ſatis apertè Iuſtinianum ſignificaſſe, cùm in lege ſua ita conſtituit, vt quod reuera inducitur damnum, id reddatur: & poſt quædam, *id enim intereſt cuiuſque, quod reuera ſeu ſe habet, non quod cuiquam priuatim ex affectu ita videatur.* Admittitur ergo intereſſe verum, non quod quiſque ſibi fingit, & imaginatur: ficti, & imaginarij intereſſe, vt vani timoris, nulla habenda eſt ratio, & proinde fruſtra quæritur, an iſtud intereſſe, quod affectionis vocant, duplum excedere poſſit.

Sed quia aliud intereſſe ſingulare apud auctores receptum 52
eſt, quod commodum pecuniarium, & vtilitatem continet, & quod inſpecta vniuſcuiuſque perſona priuatim conſideratur non omnium, cui in eadem re, vel facto mora facta fuiſſet, vt ſi mihi certo loco pecunia ſolui debuit, veluti Genuæ, vbi ſub pœna, vel cambiis debebam pecuniam, vel vbi merces comparare cõſtitueram, cùm mercator eſſem, & ſolitus merces emere, & quia mihi pecunia ſoluta non eſt, pœnam, vel cambia pati coactus ſui, vel amiſi lucrum, quod ex mercibus facere potuiſſem, vt *in l.3. de in lit.iuran.& l.2.§.vlt.de eo quod cert. loc.* hoc intereſſe ſingulare dici poteſt, vt quod ex mea perſona metiendum ſit, non vniuſcuiuſque. Nam ſi fortè ea pecunia alteri debita fuiſſet, is in pœnã non incidiſſet, neque cambia ſufferre coactus fuiſſet, quia fortaſſe nihil debebat ſub pœna, vel cambiis: aut nullum lucrum amiſiſſet, quia merces comparare non conſueuerat. Et hoc intereſſe ſingulare differt à communi, quia ſingulare æſtimatur inſpecta perſona creditoris, & ſtipulatoris, quia non tanti alterius cuiuſque interfuiſſet: commune vero in omnibus æqualiter, & æquali ratione admittendum eſt, vt diximus. Et in hoc ſenſu intereſſe hoc, quod ſibi interpretes faciliori doctrinæ gratia confinxerunt, retineri poteſt. † De quo ſi quærimus, an 53
duplum excedere poſſit recepta ſententia eſt in eo dupli rationem ſeruandam eſſe, vt docet Accurſ.*in d.l.1 ff de act.empt. & in d.l.vn.* Cagnol.*n.62.* Rebuff.*in d.gloſ.dupli n.16.* & Trentac. *loc.cit. n.72.* vbi ait Doctores communiter dicere. Et ad hoc genus referri poteſt intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, quod ſingulare dici poteſt, non quod ex affectu cuiuſquam æſtimandum ſit, ſed quia in eo decernendo inſpicienda ſit perſona creditoris, vt multis locis dictum eſt, & & præſertim *q.19.n.13.* & proſequitur Plaut.*in d præfat.n.50. & 55.* quod proinde certum eſt duplum excedere non poſſe, vt ex multorum ſententia diximus *n.14.*

Quod licèt exploratum ſit, in dubium tamen reuocari po- 54
teſt ex his, quæ ſcripſit Sigiſm. Scacc.*in gloſ.2.n.88. & n.101.* vbi imbutus ab auctore comment. analyt. *de eo quod intereſt*, diſtinguit in hunc ferè modum. Vel mora inquit, ſeu culpa non habuit tempore contractus aliud ſpecificum obiectum, quàm rem ipſam ſeu quantitatem certam: & hoc caſu id quod intereſt, non excedit duplum. Vel habuit pro ſpecifico obiecto lucrum ceſſans, vel damnum emergens, quæ ſunt incerta, & pendent à futuro euentu, & tunc intereſſe intra dupli metas non conſiſtere, modò probetur. Sed hæc diſtinctio, & ratiocinatio ſuo auctori relinquenda eſt, tum quia obſcura nimis, & imperfecta eſt, neque enim explicat quid ſit moram, vel culpam tempore contractus habere pro ſpecifico obiecto rem, & quantitatem certam, vel lucrum ceſſans, & damnum emergens, & proinde nos incertiores reddit. † Et 55
deinde ſi ex eo quod mora reſpiciat lucrum ceſſans, & damnum emergens, & hæc incerta ſint, id quod intereſt, duplum excedere poſſit, ſequeretur in omnibus caſibus, in quibus mora ſit, duplum excedere, quia certum eſt hunc effectum eſſe moræ, & eo tendere, vt debitor, qui non ſoluit, vel tradit, quod promiſit, teneatur ad id quod intereſt ſtipulatoris, ſiue in damno, ſiue in lucro, vt diximus *ex d.l 2. §.vlt. de eo quod cert.loc. & ex d. l vn. & d l.1. de act. empt.* & aliis, quod quidem ſemper incertum eſt, cùm ex futuro euentu pendeat *l. vlt.de præt. ſtipul l.quatenus, de reg.iur.§.vlt.Inſt. de inut.ſtipul.*

l. 13. *de re iudic. gloſ. in l.* 21. *C. mand.* Cuiac. *in d. l. vn. in princ.* Roderic. *in d. quæſt* 4. *num.* 87. Anton. Fabet. *coniect. lib.* 15. *c.* 2. vbi ait nihil incertius eſſe, & ipſe Sigiſmund. Scacc. *dict. n.* 101. & tamen certum eſt in caſibus certis intereſſe duplum
56 excedere non poſſe *ex d. l. vn.* cui parendum eſt. † Præterea admiſſa hac Analytici auctoris doctrina, ſequeretur caſum, de quo agit Sigiſmund. *loc. cit.* certum, & incertum eſſe, & in eo id quod intereſt duplum excedere, & non excedere, quæ ſunt inuicem pugnantia. Nam quærit de eo, qui vt ipſe loquitur, tenetur ſoluere ſcutos centum, & eſt moroſus, qui ſanè caſus certus eſt, quia continet certam quantitatem, vt nominatim ſcriptum eſt *in d. l. vn.* & conſequenter in eo dupli rationem ſeruandam eſſe. Incertus verò eſſet, quia ex Scaccia habet pro ſpecifico obiecto rem incertam, & ex futuro euentu pendentem, nempe id quod creditoris intereſt, quod incertum eſſe probauimus, ideóque hîc intra fines dupli non conſiſtere, quæ ſunt inter ſe contraria, & conſequenter non recipienda. Denique hæc Sigiſmund. Scacciæ, & illius, à quo profecit, diſtinctio ſuperflua, & inutilis eſt, quia tutius eſt ſpecies omnes, quæ incidunt in taxatione eius quod intereſt ad caſus certos, & incertos reducere, & ad hanc normam taxare id quod intereſt, vt *in d. l. vn.* præſcriptum eſt, nulla enim ſpecies eſt, quæ his duobus caſibus non contineatur.

57 Sed an idem in cambiis ſtatuendum ſit, controuerſum eſt, nam idem Scaccia *eod. loc. num.* 101. docet ſi debitor cambiorum, qui cum mercatore ſolito negotiari in cambiis, & recambiis contraxit, moram faciat in ſoluendo, teneri vltra duplum totius pecuniæ acceptæ cambio, quia inquit ab initio ex qualitate contractus, & creditoris caſus habet ſpecificum obiectum lucri ceſſantis, & damni emergentis, quæ ſunt incerta, & pendent à futuro euentu, & de quibus contrahentes ſenſerant, & ideo intereſſe poteſt excedere duplum. Quod etiam ſuppreſſo Scacciæ nomine ſcribit Mangil. *d. quæſt.* 180. *n.* 25. ſed hæc ratio à nobis proximè profligata eſt, quia inſpiciendum eſt, an caſus certam quantitatem contineat, & iuxta hanc normam definire id quod intereſt. Vnde congruentius videtur, quod Scaccia ſcribit *eod. loc. n.* 51. *& ſeq.* cambia non deberi propter moram, & impropriè huiuſmodi lucrum intereſſe dici, cùm potius ſit lucrum emptionis, & pars integralis mercis emptæ: & cùm in quolibet foro admittatur ſolutio etiam per ſcripturam, vt alio loco docuit, & ſemper renouetur contractus, conſequens eſſe videtur totum effici capitale, neque huiuſmodi lucra quantaecunque ſint, ad finem dupli coarctari debere.

Sed contrarium docent Ioan. Bapt. Lup. *de commerc. illic. comment.* 1. §. 6. *n.* 20. *in fin.* Cæſar Manent. *in conſ.* 148. *n.* 34. & ante illos Alciat. *lib.* 6. *parerg. cap.* 15. *in fin.* vbi poſtquam docuit intereſſe duplum excedere non poſſe, & imputandum eſſe creditori, qui tandiu executionem diſtulit, refert cum idem caſus in ſyngraphis cambij contigiſſet, ſe reſpondiſſe non vltra duplum ſortis quidquam peti poſſe, & repetitas ſyngraphas non obſtare. Et ſanè ſi huiuſmodi cambia petuntur pro eo quod intereſt, & ob moram debitoris, vt ſcribit Scaccia *d. num.* 1. cum caſus certus ſit, conſequens eſt intereſſe cambiorum duplum excedere non poſſe *d. l. vn. Cod. de ſent. quæ pro eo*, quæ vt dixi multis locis, in omnibus contractibus locum habet. Et hoc caſu vera eſt Alciati, & aliorum ſententia, quam comperi deinde ſequi D. de Turri *diſp.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 68. vbi ait hoc verum eſſe, licet mora ſit mille annorum.

Quod etiam docet Merend. *in lib. de camb. nundin. cap.* 3. *num* 90. *&* 99. Obſerua tamen quod dixi ob moram debitoris. Nam ſi intereſſe cambiorum debetur ex conuentione, ſub incerta tamen quantitate, & iuxta ea, quæ diximus ſupra *n.* 33. *verſ. vel verba, & quæſt.* 25. *n.* 52. *&* 53. exiſtimo duplum excedere poſſe, & quantumcumque illud ſit, præſtandum eſſe, dummodo verè tantundem creditoris interſit, & nihil ei imputari poſſit, cur ſortem non exegerit, quia conſtitutio ad intereſſe conuentum non pertinet, vt dixi ex recepta ſententia *n.* 28. *&* 32. Neque puto campſoribus denegandum eſſe, quod aliis creditoribus eſt permiſſum. Et hac in re aſſentior D. de Turri, quem puto idem ſenſiſſe *eiuſd. diſp.* 3. *quæſt.* 10. *n.* 3. *&* 4. ſed ſi quæritur de incrementis cambiorum, quæ ex eorum iteratione, & multiplicatione proueniunt, & differunt ab eo quod intereſt, licet Scaccia *loc. cit.* & D. de Turri *ind. quæſt.* 9. *n.* 64. ſentiant illa duplo non coarctari, tamen quia ſupponunt continuationes cambiorum cum eodem debitore etiam ſubducto omni intereſſe licitas eſſe, quod ego admittendum non eſſe dixi *quæſt. prox. preced. circa fin.* puto non tantum hæc compendia vltra duplum non deberi, ſed nec deberi quidem, & quid hoc nomine exigitur minuere ſortem. Neque obſtare quas iactant multiplices emptiones, quia iampridem oſtendi hic emptionem intelligi non poſſe, deficiente ſcilicet propoſito emendi, & materia veræ commutationis *l.* 1. *& l. nec emptio, de contr. empt. l.* 1. *ff. de hered. & act. vend.* quod executus ſum *quæſt.* 26. *n.* 22. reſpondit Merend. *loc. cit. num.* 100. vbi ait hic mutui materiam tantum ſubeſſe, ex quo ſubducto intereſſe lucri, vel damni nihil vltra ſortem capere licet: & repugnantibus conſtitutionibus Pij I V. & V. vt dixi *ead. quæſt. proxima preced. n.* 45. *&* 46. quibus puto recambia inter eoſdem prohiberi.

Sanè illud compertum eſt reditus annuos moderationi Iuſtiniani non ſubeſſe, ſed vltra duplum excurrere, & exigi poſſe, donec cenſus redimatur. Neque enim ſunt vſura vel id quod intereſt, ſed fructus rei emptæ. Vnde qua ratione fructus fundi lapſu temporis poſſunt excedere illius pretium, & in infinitum exigi poſſunt ita & cenſus continuò currit, donec redimatur, quamuis ſucceſſu temporis futurum ſit, vt penſiones longè ſuperent pretium, quo cenſus conſtitutus eſt. Ita ſentiunt Molin. Theolog. *diſp.* 385. *n.* 17. *&* 18. Cuiac. *in Nouell.* 121. Petr. Gregor. *lib.* 2. *de vſur. cap.* 3. *num.* 17. Roderic. *d. lib.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 8. Grimaud. *de contract. pignor. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 39. Anton. Robert. *rer. iudicat. lib.* 2. *cap.* 8. Berlich. *dec.* 30. *n.* 5. & Sigiſmund. *in d. gloſ.* 2. *n.* 100. & ita ab ipſo Iuſtiniano definitum eſt in Nouell. 160. vbi nominatim ait conſtitutionem, quæ iubet, ne vſuræ ſupra duplum exigantur, ad reditus annuos non pertinere. 58

His conſequenter quærendum eſt, an intereſſe pretij non ſoluti duplum excedere poſſit. Et ſanè ſi venditor agat ad id quod ſua intereſt ratione lucri quod amiſit, vel damni quod paſſus eſt ex eo quod pretium ſua die emptor non ſoluerit ſecundum ea, quæ aduerſus Syluanum dicta ſunt *q.* 71. *n.* 15. dicendum eſt dupli rationem ſeruandam eſſe, vt ex Alciat. & Cuiac. dixi *num.* 8. idémque omnino in vſuris retinendum eſt, quas conſtat etiam ex iure ciuili duplum excedere non poſſe *ex l.* 27. *Cod. de vſur.* & aliis, & in ſpecie idem Cuiac. *in dict. l. vnic.* 59

Sed ſi de vſuris fructuum recompenſatiuis agatur, veluti cùm res vendita fructifera eſt, & emptor re, & pretio fruitur, quo caſu emptorem ad vſuras pretij teneri pro modo, & ratione fructuum receptum eſt ex æquitate *l. curabit, C. de act. empt.* & tractatum eſt *q.* 27. puto dictam conſtitutionem ad hanc ſpeciem trahendam non eſſe. Æquum enim eſt, vt quandiu emptor re, & pretio fruitur, & percipit fructus, tandiu etiam vſuras ſoluat, ne locupletetur cum aliena iactura *l.* 11. §. *veniunt, de act. empt.* vbi Iulianus ait id æquiſſimum eſſe. 60

Neque exemplum vſurarum, & eius quod intereſt ad huiuſmodi exactionem pertinere videtur. Non enim hæc præſtatio vſura, & fœnus verè dici poteſt, quia vſura, vel ex ſola mora, vt in contractibus bonæ fidei *l.* 54. *ff. loc. l.* 2. *C. depoſ.* & aliis, vel ex ſola obligatione debetur iure ciuili, vt conſtat *ex l. vſura, de verb. ſignif. l. lecta, ſi cert. pet. l. vlt. de eo quod cert. loc.* iſtius verò generis acceſſiones veniunt non ob moram, tametſi etiam mora interueniente debeantur, ſed ob perceptionem fructuum, & quia non minus emptor conſequitur ex fructibus rei, vnde impropriè, & per abuſionem vſuræ dicuntur. 61

Neque etiam hæc res ſimilis eſt ei, quod intereſt ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, de quo loquitur conſtitutio *d. l. vn.* quia id quod intereſt, ſiue in damno, ſiue in lucro, non debetur ex eo quod debitor ex pecunia lucrum fecerit, quia hæc non eſt iuſta cauſa percipiendi aliquid vltra ſortem vt docet Sarmient. *lib.* 7. *c.* 1. *n.* 40. & nos diximus *q.* 3. *n.* 5. ſed ex eo tantùm, quòd rebus ſuis detrimentum ſenſit, vel amiſit lucrum debitoris culpa. Cùm igitur huius præſtationis ratio 62

ratio diuerſa ſit, & ex æquitate, & quadam veluti compenſatione proueniat, dicendum eſt tandiu huic æquitati locum eſſe, quandiu emptor pretio vtitur, & percepit fructus. Quod exploratiſſimum habeo, ſi nominatim inter partes conuentum eſt, vt donec pretium reddatur, emptor eius vſuras præſtet ratione fructuum, vt vſitatum eſt. Et ita puto ſenſiſſe Ant. Fab. *def. 9. C. de preſcript. 30. vel 40. ann.* & comperi deinde docuiſſe Bereng. *in d. l. vn. n. 239.* & Roder. *de annuis red. lib. 3. q. 20. n. 59.* qui multis argumentis id probat, ego meis vtor id etiam probauit Lud. Bell. *conſil. 228. n. 14.*

63 Et quia maritus eſt ſimilis emptori propter onera matrimonij *l. ex promiſſione 18. ff. de act. & oblig. l. ſicut, § ſed ſi ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu. l. 9. §. vlt. ff. qui pot. in pign. & l. 16. ff. de iur. dot.* & notat Tiraq. *de vtroque retr. lib. 2. in fin. n. 69.* & Petr. Barboſ. *in l. 5. n. 12. ff. ſol. matr.* & re non tradita poſſit emptor, qui pretium ſoluit, rei fructus petere, vel vſuras pro modo, & ratione fructuum *l. 3. §. 1. in fin. ff. de act. empt. & l. 13. C. eod. tit.* Io. Bapt. Coſt. *de ration. rat. q. 91. n. 8.* & diximus *in ead. q. 27. n. 54.* conſequens eſt maritum tandiu fructus, & vſuras dotis percipere poſſe, quandiu ſuſtinet onera matrimonij, neque moderationi *d. l. vn.* obnoxias eſſe. Neque enim iſtiuſmodi vſuræ propriæ vſuræ ſunt, cùm licitè exigantur etiam iure canonum propter onera matrimonij, vt ſæpius diximus *ex c. ſalubriter, ff. de vſur.* Nec etiam propriè ad intereſſe lucri ceſſantis vel damni emergentis reduci poſſunt, quia ex eo tantùm debentur, quod maritus idémque creditor dotis onera matrimonij ſubit, quæ debitor dotis ſuſtinere debet iuxta naturam dotis, quæ eſt, vt qui dotem habet, & retinet, mulierem alat, vt diximus *q. 28.* quod videtur à ratione eius quod intereſt ſiue in lucro ſiue in damno remotum eſſe. Denique quia vſuræ dotis, & pretij eodem iure apud omnes cenſentur propter identitatem rationis, vt notat Fontan. *de pact. nupt. clauſ. 6. gl. 2. p. 6. n. 49.* vnde congruenter his, quæ de venditore proximè dixi, puto maritum tandiu vſuras dotis exigere poſſe, quandiu vxorem alit, tametſi tandem labentibus annis duplum dotis excedant. Et ſecundùm hanc ſententiam cenſuit Senatus noſter pro D. Aduocato Rubeo referente Illuſtr. D. Senatore Prouana: & comperi reſpondiſſe Lud. Bell. *in conſ. 169. n. 2.* qui tamen laborare videtur, vt reſpondeat *d. l. vn.* quæ huic ſententiæ maximè obſtare videtur. Ait enim hoc intereſſe commune eſſe, cùm omnibus maritis id competat: conſtitutionem verò ad intereſſe commune non pertinere: & quod dicitur intereſſe duplum excedere non poſſe, accipiendum eſſe de intereſſe vnius anni, & ſemel æſtimando, non autem de ſucceſſiuo, & quod per varios annos currit, hoc enim duplum excedere poſſe ex Cagnol. *loc. cit. n. 45.* quæ tamen difficilia ſunt, & ego probare non potui, ſiquidem verius eſt intereſſe etiam, quod commune vocant, & licet ſit multorum annorum, in caſibus certis duplum excedere non poſſe, vt dixi *n. 25. & 42.* vnde tutius eſt dicere huiuſmodi præſtationes differre ab eo quod intereſt, & ideo conſtitutione Iuſtiniani non coërceri. Atque hæc de caſibus certis dixiſſe ſufficiat.

64 Sed in caſibus incertis alia regula, quàm dupli vtendum eſt. Quod vt intelligamus primo loco quærendum eſt, qui dicantur caſus incerti. Et puto hoc nomine Iuſtinianum intellexiſſe ea negotia, quæ neque quantitatem certam, neque certam rem, finitamque continent, in quibus neque certa quantitas, neque certa ſpecies, finitáque verſatur: denique quæ id quod principaliter continent, neque quantitate, neque ſpecie certum eſt, ad cuius ſimplum id quod intereſt conferri, & taxari poſſit, vt fere ſunt, quæ in intellectu ſolo conſiſtunt, vt eſt poſſeſſio cautio operis, dolus, vis, deceptio, iniuria, facta, & maleficia omnia, quæ incerta ſunt, neque certum pretium, vel æſtimationem recipiunt, vt indicant *l. ait lex, ad l. Aquil. l. qui vas, & l. inficiando, §. 1. ff. de furt. l. ſi quis ab alio, ff. de re iudic. l. 22. §. vlt. qui ſatiſd. cogant. l. 4. §. vlt. ff. de aqua. & pluu.* & aliis, quæ proſequitur Andegauenſ. *in d. l. vn. fol. 189. verſ. tertio finge* Plaut. *in verſ. certam quantitatem, in fin. & verſ. in omnibus, caſib. n. 8. & 16.* Cuiac. *in d. l. vn. verſ. nunc ſequitur.* & Donell. *d. l. 26. c. 18.* qui etiam ad hoc genus refert obligationes mandati, tutelæ, negotiorum geſtorum *ex l. ſi procuratorem, §. mandati, ff. mandati. leg. 1. ff. de tutor. & rat. diſtract. l. 2. ff. de negot. geſt.* & generaliter caſus omnes, in quibus id quod intereſt, ſolum, & principaliter obligatione ſuſtinetur. † In his igitur caſibus Iuſtinianus non taxauit ad finem 65 dupli id quod intereſt, neque enim poterat, vt in caſibus certis, ſed eius taxationem reliquit iudici, vt nulli obſtrictus taxationi ipſe poſſit æſtimare id omne, quod reuera actoris intereſt. *In omnibus,* inquit, *aliis caſibus, qui incerti eſſe videntur, ſancimus iudices per ſuam ſubtilitatem requirere, vt hoc quod reuera inducitur damnum, hoc reddatur.* Quod quidem quibuſdam exemplis perſpicuum erit, quæ ex Cuiacio, qui conſtitutionem hanc congruenter menti Iuſtiniani interpretatus eſt, & iiſdem verbis ſubiiciam. † In caſibus incertis, inquit, officium 66 iudicis taxat id quod intereſt, vt ſi agatur de fundi poſſeſſione, quæ res eſt incerta, quia poſſeſſio, neque quantitate, neque corpore certo conſtat, quanti interſit officio iudicis æſtimatur, ſiue agatur interdicto *vti poſſidetis*, quanti interſit poſſeſſionem retineri, quam inturbabat alius: ſiue agatur interdicto *unde vi*, quanti interſit poſſeſſionem ereptam non eſſe. In quo iudicio etiam venit omnis vtilitas, id eſt omne quod intereſt actoris æſtimandum, ſiue taxandum arbitrio iudicis *l. 1. §. ſi ex die, ff. de vi, & vi arm.* † Item ſi agatur de reſtitutio- 67 ne operis, *quod vi aut clam* factum eſt, quia reſtitutionis vtpote facti cauſa incerta eſt, quanti interſit reſtitutionem operis fieri officio iudicis æſtimatur, vt eſt nominatim ſcriptum *in l. ſemper, § in hoc interdicto, ff. quod vi aut clam.* & æſtimatur ex rei veritate, vt ait *l. 4. § vlt. ff de aq. & aq. pluu.* † Idémque 68 eſt, ſi agatur de eo qui promiſit ſe opus facturum, vt ſe domum ædificaturum, neque fecit, quia facti cauſa incerta eſt ob id ipſum quod facta non ſunt, antequam perfecta ſint, ſed intellectu tantùm abſtrahuntur, & quæcunque in intellectu ſolo, quæcunque in iure conſiſtunt, incerta ſunt, & immanifeſta. Hoc igitur caſu etiam ceſſante promiſſore fiet condemnatio in pecuniam numeratam in id quod intereſt arbitrio iudicis *l. ſi quis ab alio, in fin. ff. de re iudic. l. ſtipulationes non diuiduntur de verb. oblig.* † Idem eſt ſi agatur de cautione præ- 69 ſtanda, quia cautio nomen eſt iuris, non corporis, & res incerta agitur, vt ſi quis promiſerit ſe ſatiſdaturum creditori pro Titio debitore eius, nec ſatiſdet, & conueniatur ex ſtipulatu, quanti reuera interſit ſatiſdari, & caueri ſibi eo nomine, officio iudicis æſtimabitur, *d. l. ſi quis ab alio, & l. 12. §. vlt. qui ſatiſd. cogant.* His exemplis vſus eſt Cuiacius, vt oſtendat in caſibus incertis id quod intereſt pro rei veritate taxandum eſſe arbitrio iudicis. Quibus alia adiiciam, quæ ad hanc conſtitutionis partem pertinere videntur.

Primum eſt eius qui ſciens tignum vitioſum, vel pecus 70 morboſum vendidit, & emptorem decepit. Is in id omne condemnabitur, quod emptoris ex hac cauſa intereſſe probabitur, vt ſi vitio tigni ædes corruerint, vel ſi ex contactu infecti pecoris totus grex perierit, tenebitur præſtare æſtimationem ædium, & gregis etiam vltra duplum pretij, ita definitum eſt *in l. 13. in princ. ff. de act. empt.* & notat idem Cuiac. *ad h. l.* & Caſtrenſ. *in l. 6. eod. tit.* Alciat. *in d. l. vn. c. 9. in fin. & c. 10. n. 1.* Plaut. *loc. cit. n. 8. & 11.* Donell. *in d. c. 19.* & etiam diximus *n. 23.* Anton. Cont. *in d. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, verſ. ſed aduerſus fol. 495.*

Nec huic ſententiæ obſtat *d. l. 1.* quæ nominatim ſancit, ne in venditionibus id quod intereſt duplum excedere poſſit, quia in hac ſpecie non inſpicitur res, quæ veniit, ſed dolus, & fraus venditoris, quæ incerta eſt, & in hac materia præualet: & proinde hic in taxando eo quod intereſt, vti oportet regula, quam caſibus incertis Iuſtinianus conſtituit, vt omne detrimentum, quod verè datum eſt, vel lucrum, quod amiſſum eſt, hoc reddatur.

Neque etiam obſtat *d. l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem,* quia 71 in hoc §. non agitur de dolo, & calliditate venditoris, qui decepit emptorem, ſed de mora facta à venditore in re tradenda, quæ quidem mora vindicatur præſtatione eius quod intereſt circa rem, vt ſi fortè hodie rei pretium creuit. At fraus, & dolus venditoris hoc amplius punitur præſtatione cuiuſcunque detrimenti, quod ex ea emptione emptor accepit etiam extrinſecus, vt *in d. l. 13. & in l. Labeo, 45. de contrah. empt.* & Cuiac. *in princip. d. l. 13. ad fin.* Hæc igitur eſt pœna reticentiæ, & fraudis, quam ex veteribus etiam Iuriſconſultis conſtitutam eſſe ſcribit Marcus Tull. *lib. 3. offic.* vbi etiam refert ſententiam M. Catonis, qui ex hac cauſa emptori damnum

damnum præſtari pronunciauit: Cuius loci meminit Cuiac. *loc.cit* Petr. Ærod.*rerum indic.lib.*4.& Mangil.*d.lib.de euict q.*1. *in fin.*

72 Aliud exemplum eſt in eo qui vas, aut dolium vendidit, vel locauit, etiamſi non adfirmauerit integrum eſſe, & neſciuerit eſſe contaminatum, vel fractum, tenetur emptori, & conductori in id omne quod intereſt, etiam extra rem, vt ſi vinum, vel oleum effuſum eſt, vel corruptum non quanto minoris, vt conſtat *ex l.6.§.ſi vas aliquod. ff. de act. empt. & l.* 19.§.1.*ff. loc.* quibus in locis id Caſtrenſis notat. Neque ſeruabitur ratio dupli, quia hic non res, quæ in contractum deducta eſt, vel pretium inſpicitur, ſed culpa venditoris, & locatoris, quæ incerta res eſt, & vindicatur præſtatione eius quod intereſt, etiam vltra duplum pretij, vt notat idem Cuiac. *in princ.d.l.*13.vbi ait huius ſpecialis caſus rationem hanc eſſe videri, quia hæc eſt intolerabilis, & inexcuſabilis ignorantia. Idem docet Virgin.de Boccat.*d.c.*18.*n.*52.& Scacc.*loc.cit. n.*96.*&* 97. ſed alia ratione, quam habuit ex eodem auctore commentatij analytici, quia ſcilicet culpa artificis, & venditoris dolij vel vaſis non reſpicit ipſum corpus dolij, vel vaſis, ſed periculum ab initio præuiſum, quod aliis rebus
73 emptoris, vel conductoris contingere poterat.† Quæ tamen ratio non tantùm inanis eſt, & inutilis, quia ſatis eſt dicere inexcuſabilem hanc ignorantiam, & culpam rem incertam eſſe, vel hunc caſum incertum eſſe, vt ait Virgin.*loc. cit.* ſed etiam repugnat *d.§.ſi vas.* in quo venditor etiam ignorans tenetur præſtare damna omnia, quæ ex hac cauſa emptor accepit. Non ergo neceſſe eſt, vt venditor damna iſta præuiderit, & reſpexerit, quia ignorantia, & præuidentia inter ſe pu-
74 gnant, & ſunt contraria. † Vt etiam à ſententia *d. l.* remotum eſt, quod Scaccia ex eod. fonte opinatur oportere venditorem, vel conductorem vaſis vitioſi eſſe artificem, vel ſaltem negotiatorem harum rerum, vt teneatur ex vitio vaſis, quia *d.l.6.§.ſi vas,* ſimpliciter ait, *ſi vas mihi vendideris,* neque exigit venditorem artificem eſſe, vel negotiatorem vaſorum, & doliorum, & ita hunc locum Bart & Caſtr.& alij interpretes acceperunt, & Alciat. *in d.l.vn.c.9. n.9.*& Cuiac.*loc.cit.* & initio *d.l.*13. *de act.empt.* vbi rurſus notat intolerabilem hanc eſſe ignorantiam, quia patresfam. debent in doliis ſeruandis adhibere curam, & diligentiam, ſcrutando ſæpius, an rimas faciant, vel vitium aliud contraxerint, vt non poſſint vitiorum prætendere ignorantiam. Excipitur tamen, niſi in contrarium aliud nominatim actum ſit, vt ſi venditor, vel locator ſpecialiter proteſtatus eſt, ſe nolle teneri de vitio vaſis, vt *in d. §.ſi vas,* nominatim exceptum eſt. Hoc enim caſu emptor, & conductor damnum ſi quod ſenſit, ſibi debet imputare *l. quod quis, de reg.iur.& l.nemo videtur eod. tit.*

75 Neque ſententiæ *d.§.ſi vas,* repugnat, quod vaſis commodatis recepta ſit diſtinctio inter ſcientem, & ignorantem *ex l. in reb.§.pen.ff. commod.* quia vt verbis eiuſdem Cuiacij vtar, commodatum gratuitum eſt, & ſpecies beneficij. Proinde commodatarius æqui, bonique conſulere debet beneficium quod accipit ab eo, qui illud in eum contulit bona fide, bonóque animo neſciens eſſe vitioſa, etiamſi res aliter ſe habuerit. At emptionis, & conductionis alia eſt ratio, quia cùm emptori, vel conductori pretium abſit, nullum à venditore, vel locatore beneficium accipere videtur, quia beneficio contraria eſt merces *l.1. §.1.ff mand.* vnde æquum eſt, vt vaſis commodatis dominus ex eorum vitio non teneatur, niſi ſciens, & dolo malo vitioſa commodauerit, *vt in d.§. penult.* definitum eſt.

76 Præterea non ſeruatur ratio dupli in damnis iniuria datis, vt ſi quis ſeruum, alienum bouem, & alia id genus dolo malo interfecerit, non tantùm ad æſtimationem corporis occiſi tenetur, ſed etiam reficere quicquid præterea damni illatum eſt, puta ſi ſeruus hæres inſtitutus ſit, & antequam adire iuſſus fuerit, occidatur, non ſolum venit æſtimatio ſerui, ſed etiam hæreditatis, vel ſi ex pari mularum, boumque vnus, aut ex quadrigis equorum vnus interfectus fuerit, non ſolùm perempti corporis pretium æſtimandum eſt, ſed eius quoque ratio habenda eſt, quo valor aliorum diminutus eſt: denique æſtimabitur id omne quod intereſt *l. 21. in fin.* quæ ait, *& hoc iure vtimur, vt eius quod intereſt fiat aſtimatio l. 22. & 23. ff. ad l. Aquil.* & non tantùm quod nobis abeſt, ſed & conſequi potuimus *dict. l.*23.§. *in ſumma*, quod tamen ex communi æſtimatione non pro ſingulorum affectione æſtimabitur *l.*33. *eod. tit. & d.l.pretia, ad l.Falcid.* & tradit Weſemb. *in d. tit.& ad l.Aquil. n.*6. Oldendorp.*de action. claſ.6. act.* 12. *n.*6.Plot.*de in lit.iur.*§.41.*n.*13.Alciat.*ad d.l.vn.c.9.n.*3.Paulac. *n.*148. *verſ.præterea.* Plaut.*in præfat.n.*25. & Donell.*in d. c.*18. *circa fin.*† Et comperi deinde ſcriptum eſſe apud Harmenop. 77
*lib.*6.*tit.*6.interfectorem canis gregatij non tantùm canis pretium, ſed etiam ſi lupus ouili inſidiatus eſt, & ouibus nocuerit, damnum gregi illatum præſtare debere. Neque in his ſeruabitur ratio dupli, vt notant Alciat.& Donell.*loc.cit.* quia iniuria res incerta eſt, & proinde ad eam partem conſtitutionis pertinet, quæ incertis caſibus regulam, & methodum præſcribit in taxando eius quod intereſt.

Denique generaliter idem in maleficiis ſtatuendum eſt. 87
Nam licet Bartolus, & alij quidam exiſtimauerint in maleficiis id quod intereſt duplum non excedere, vt ſi vas furto ſubtractum ſit, & tunc fortè dominus detrimentum aliquod ſenſit, intereſſe hoc vaſis æſtimationem excedere non poſſe quia caſus hic certus eſſe videtur, in quo de certo corpore agitur, & ad illam partem conſtitutionis pertinere, quæ modum adhibuit caſibus certis, quam ſententiam ſequitur Berengar. *loc.cit.n.*235. contraria tamen ſententia verior eſt, & quæ probatur *ex d.l.*13. *in princ.de act.empt.l.ſemper, §. hoc interdicto, ff.quod vi aut clam.& d.l.*21. *&* 23. *ad l.Aquil. l. item, § ſi quis, ff.de iniur.l.qui nomine, ad l.Cornel.de falſ. l. vlt. de his qui deiecer.* quibus in locis dolus, vis, & iniuria vindicatur præſtatione eius quod intereſt, etiam extra rem, & probatur etiam apertiſſimè *ex d.l.inficiando, §.*1.*ff.de furt.* quæ ait, *ſi tibi ſurreptum eſt, quod niſi certa die dediſſes pœnam promiſiſti, ideóque ſufferre eam neceſſe fuit, furti actione hoc quoque æſtimabitur.* Ex quibus ita ſenſit Alciat. *loc.cit.c.*10. Lotiot.*in d.l.quatenus,verſ.ſi vero,id col.*12.*& verſ.ex ſupraſcriptis,col.*21.& Petr. Fab.*ad eand. l.in fin.*Bologn. *in d.l.vn. n.*95. Gomez.*var. reſol. lib.*3. *c.* 6. *n.* 9. Donell. *in d. c.* 18. vbi ait hac ſententia nihil æquius eſſe, contraria nihil iniquius.† Ita etiam docuit Fa- 79
chin. *lib.*1. *c.*49. vbi reſponſiones quaſdam Rebuffi *ad d.l.inficiando*, refellit. Malè tamen Fachineus videtur admittere delicta, & maleficia ad caſus certos pertinere, quia hoc admiſſo conſequens eſt in maleficiis, quibus res certa intercepta eſt, intereſſe duplum excedere non poſſe. Neque enim verum eſt, quod poſt Alciatum putat, conſtitutionem in contractibus tantùm accipiendum eſſe, quia lex ait, *in omnibus caſibus* quod latiſſimè patet. Vera igitur ratio eſt, quia in iis caſibus maleficia vindicantur, quæ incerta ſunt, & proinde ad ſecundam Iuſtiniani regulam referri debent, in quibus id omne quod reuera intereſt præſtari debet, & rectiùs Alciat. *loc. cit. in fin. Poteſt tamen dici,* inquit, *delicta ratione doli mali incerta eſſe, & idcirco ſecundum conſtitutionis caſum attendi, vt quicquid ſit, quod intereſt refundatur: & hoc ſe probare, nec aliter Iacobum Paulum, Petrum, Cinum, Albericum, Martinum, Bulgarum ſenſiſſe, & communiter fere teneri, ſi ita declarauimus.* Qua ratione etiam, quoties propter dolum aduerſarij iuratur in litem, dici poteſt regulam dupli ſeruandam non eſſe, quia ſcilicet dolus res incerta eſt, vt proximè diximus, & notat Phanut *in d.c.*1. *n.*8 *verſ. præterea.* & Loriot.*loc.cit.*ſub competenti tamen moderamine arbitrio iudicis, vt diximus *n.*18.

Atque ex his perſpicuum eſt *l.6.§.ſi vas, de act.empt.& l.*13. 90
*ff.eod.l.*21. *&* 23. *ad l. Aquil.* & alias omnes, quibus cautum eſt in caſibus incertis omne detrimentum, & intereſſe præſtandum eſſe, hodie non eſſe correctas, ſed obtinere adhuc, & congruere conſtitutioni *d.l. vn.* & illa tantùm eas leges corrigi, & declarari, quibus cautum videbatur in caſibus, qui certam quantitatem, vel naturam habent, omnem vtilitatem & omne id quod intereſt præſtandum eſſe, vt *in d.§.cum per venditorem,* & aliis ſimilibus: & in illis id quod intereſt ad duplum reſtringere vt notat Plaut. *loc. cit. n.* 21. *& verſic. quod reuera, n.*24.

Et ex his etiam facilè apparet ita accuratam eſſe Iuſtiniani diuiſionem *in d. l.vn.* vt nulla incidere poſſit ſpecies de taxatione eius quod intereſt, quam ex illius conſtitutionis præſcripto iudices facilè decidere, & terminare non poſſint eam ad primam, vel ſecundam regulam redigendo: & meritò in fine dictæ conſtitutionis Iuſtinianum ſubiicere, *& ſic omnibus*

ſecundum

ſecundum quod dictum eſt finis antiquæ prolixitatis huius conſtitu-
tionis recitatio. Et ex contrario iuris interpretes immeritò hoc
nomine de Iuſtiniano queri, illique obſtrepere, & conuicia-
ri, quoniam ſi quid obſcuritatis, & perplexitatis in hac ma-
teria irrepſit, id potius ex eorum argutiis, & inutilibus di-
ſtinctionibus proceſſit, quibus animis iudicum tenebras of-
fuderunt, cùm potius debuiſſent, vt vnus Cuiacius præſtitit,
Iuſtiniani diſtinctione vti, & ex regula certorum, & incerto-
rum, præter quæ nihil eſt, huius rei definitionem petere, &
82 cohærere verbis, & ſententiæ dictæ conſtitutionis. † Cuius,
vt concludamus hæc ſumma eſt. In caſibus certis, qui certam
quantitatem vel naturam habent, vt explicatum eſt *n.3.& 15.*
id quod intereſt duplum ſortis, vel æſtimationis rei excedere
non poteſt. In caſibus verò incertis æſtimatio permittitur, &
committitur iudici, vt ipſe perquirat, quod cuiuſque verè in-
terſit, & nulli taxationi obſtrictus æſtimare poſſit id omne
quòd pro rei veritate actoris intereſt. In omnibus tamen ca-
ſibus, ſiue certis, ſiue incertis, quod ſupereſt, vt diximus, iu-
bet conſtitutio iudices modum aliquem adhibere, & cum
competenti moderamine taxare id quod intereſt: id non de-
bere metiri ex vanis allegationibus partium, & computa-
tionibus immodicis, & coaceruatis, & longius accerſitis
lucris, quæ vt Seneca ait, ſunt auaritiæ ſomnia, ſed ex iu-
83 ſtis, veris, proximis, & efficacibus cauſis. † Et in ca-
ſibus certis adferri poteſt exemplum in colono, & con-
ductore, cui facto locatoris fundo frui non licuit, velu-
ti ſi dicat ſe tot fructus ex agro percepturum fuiſſe, eo-
que ad celebre aliquod emptorium perlaturum, & ex eo-
rum venditione ingens lucrum facere potuiſſe. Iudex non
ſpectabit huiuſmodi lucra, ſed fructus tantum, quos ex
agro percipere potuit deductis ſumptibus, vt ſenſit Maſtril.
in dec. 60. num. 5. qui loquitur de conductore, qui ſacca-
rum, cuius Sicilia nunc ferax eſt: Nam tempore Plinij illud
non tuliſſe veriſimile eſt, cùm *lib.12. c. 8.* tantum ſcribat in
Arabia. & India naſci, dicebat ſe perlaturum fuiſſe ad nun-
dinas Salerni, ideóque in ponenda ratione eius quod intereſt
petebat huius exteræ negotiationis rationem haberi, quod
84 admittendum non eſſe Maſtrillus cenſuit. † Et eodem ferè
modo Cuiac. *loc. cit.* vtitur exemplo interdicti *Vnde vi*, qui ca-
ſus incertus eſt, vt diximus. In hoc enim inquit, non audietur
actor, ſi rem producat in infinitum, fortè allegans, ſi poſſeſ-
ſio ſibi erepta non fuiſſet, ſaturum ſe fuiſſe fundum, & fru-
ctus ex eo perceptos perlaturum in exteras regiones, quæ his
maximè indigent, & ex ea negotiatione facturum ingentem
quæſtum. Nam iudex non expectat compendium illius ex-
teræ negotiationis: idque generaliter verum eſſe, ſiue ſint
caſus certi, ſiue incerti, vt in ponenda ratione eius quod in-
tereſt, non obſeruemus extranea, & aduentitia lucra, non
compendia negotiationis, neque fatalem caſum, vt ſi ſerui
fame perierint, ſed quæ, vel ex re ipſa, vel circa rem ſunt com-
muniter æſtimari *d. l. 21. §. cùm per venditorem, de act. empt.*
85 idque rurſus docuit *in d.l.33. ff loc. tract. 8. ad African.* † Quod
tamen non ita effusè accipiendum eſt, vt nunquam lucri, &
quæſtus negotiationis, vel damni emergentis extrinſeci ra-
tio haberi debeat, ſiquidem receptum eſt aduerſus debito-
rem, qui certo loco, vel die pecuniam ſoluere promiſit, ne-
que ſoluit, lucri ceſſantis, & damni emergentis rationem ha-
bendam eſſe, id enim conſtat apertiſſimè *ex l. 3. de in lit. iur.*
l.2. §. vlt. de eo quod cert. loc. & l. ſi commiſſa, ff. rem rat. haberi,
86 & multis locis diximus, & præſertim *quæſt. 71.* † Neque mo-
net *d. §. cum per venditorem*, quo mouetur Cuiacius, quia hic
agitur de venditore tritici, vel ſimilium ſpecierum, quarum
pretium creſcere, & mutari ſolet, vnde meritò hic defini-
tum eſt non ſpectari compendium negotiationis, & indu-
ſtriæ, neque damnum, quod rebus ſuis emptor ſenſit ob mo-
ram venditoris: ſed tantùm venire vtilitatem, quæ conſi-
ſtit circa rem, id eſt quanti res pluris fuit poſt moram, ſi-
quidem in hac ſpecie intereſſe circa rem proximum eſt, &
immediatum, & cohærens rei: intereſſe verò extra rem in-
teriectione eius quod eſt circa rem, remotum eſt, & ſecun-
darium, & ideo eius ratio haberi non debet ex Roder. *lib. 3.*
quæſt. 7. num. 27. aliud verò eſt cùm debitor pecuniæ, cuius
vna, & certa æſtimatio eſt *d. l. nummis, de in lit. iur.* & pro-
inde admittit intereſſe negotiationis, & induſtriæ, & damni,
quod creditor in ſuis rebus paſſus eſt culpa debitoris, vt aliis
auctoribus relatis *q. 71. n. 6.* & ipſe Cuiac. *in l. centum Capuæ,*
ad African. tract. 3. Quibus alij conſentiunt apud Merlin.
controu. iur. cap. 75. n. 15. † Sanè ferendus non eſt creditor, ſi 87
res in immenſum producere tentet, veluti ſi dicat ſe ex lucro
lucrum facere potuiſſe, ſi pecunia ei ſoluta fuiſſet; id enim
admittendum non eſſe diximus *ex l. 2. §. ſi indemnitas, ff. de ad-*
miniſtr. rer. ad ciuit. pertin. & aliis *q. 86. n. 7. & ſeq.* & congruit
valde conſtitutioni Iuſtiniani, quæ vult, ne res hæc immodi-
cis peruerſionibus, & computationibus in circuitus inextri-
cabiles redigatur. Sed potius iudices in hac re modum ſerua-
re, & cum competenti moderamine inire rationem eius quod
intereſt, *Cùm ſciamus*, inquit, *eſſe naturæ congruum eas tantum-*
modo pœnas exigi, quæ cum competenti moderamine proferuntur,
vel à legibus certo fine concluſæ ſtatuuntur.

Ex quibus non immeritò dubitat, & quærit Curt. Iun. *in* 88
h. l. vn. n. 55. an in iis caſibus in quibus intereſſe lucri ceſſan-
tis mercatoribus debetur, illud pro primo tantum anno, vel
etiam pro ſequentibus annis, quibus debitor ſolutionem dif-
fert, debeatur, & exigi poſſit: & reſpondit primi tantùm an-
ni, ſeu primæ negotiationis intereſſe deberi, quia inquit res
in infinitum procederet, quod conſtitutio vetat, maturius ta-
men cogitandum eſſe. Et Curtium apertiſſimè ſecutus eſt
Berengar. *ad eand. l. n. 309.* & ratione confirmat, quia lucrum
ſequentium annorum valde remotum eſt, cùm ex pecunia
promiſſa immediatè non perueniat, ſed ex pecuniis exactis,
& mercibus inde comparatis, & conſequenter intermediis
multis emptionibus, & negotiationibus, ideóque tanquam
valde extra rem non deberi *argum. d. §. cum per venditorem*, &
reſpondet *ad l. 18 ff. rem rat. hab* quæ contrarium probare vi-
detur, & cui Curtius non reſpondit quia in ſpecie *d. l. 18.* om-
nes cauſæ intereſſe pendent æqualiter ab eo, quod ratum ha-
bitum non fuit: ſed in ſpecie de qua quæritur, intereſſe, ſe-
quentium annorum non pendet immediatè ex mora debito-
ris, ſed ex multiplicatione negotiationis, & vt ait trahendo
negotium ex negotio.

Sed his non obſtantibus magis placet etiam pro ſequenti-
bus annis intereſſe lucri ceſſantis deberi, quod creditor ami-
ſit debitoris culpa. Primò exemplo vſurarum, quæ currunt,
quandiu debitor moram facit *l. 1. in fin. l. 17. §. ſi pupillo, ff. de*
vſur. & l. 23. §. 1 ff. de except. rei iudic. Secundò *ex d. l. 18. ff. rem*
rat. hab. in qua toties committitur ſtipulatio, quoties, & prout
actoris intereſt. Tertiò quia fruſtrà, & inutiliter Iuſtinianus
conſtituiſſet, ne intereſſe lucri ceſſantis, quod etiam eius com-
plectitur conſtitutio, duplum excedere poſſet. Denique quia
hoc vſu iudiciorum receptum eſt, & in praxi ſeruatur, paſſim
enim etiam ſequentium annorum intereſſe decernimus, ne
fruſtratio debitoris illi proſit, quæ potius eo magis coërceri
debet *l. 5. §. vlt. de vſur.* Et ita aduerſus Curtium docet Cagnol.
in d. l. vn. n. 45. Plaut. *verſ. etiam ex lucro n. 33* Bologn. *ibid. n. 122,*
in fin. Ioan. Bapt. Lup. *in l. curabit, §. 6. n. 19.* Alphonſ. Villagut.
de vſur. q. 18. n. 34. & Scacc. *de commerc §. 7. gloſ. 2. n. 21. & ſeq.*
Anton. de Gamm. *in dec. 110. n. 31. verſ. ad hoc reſpondeo.* Neque
monet, quod hoc admiſſo res in infinitum protenditur, vt
Curtius ait, quia huic rei occurrit conſtitutio, dum vetat in-
tereſſe in caſibus certis duplum excedere, quæ locum habet
etiam in intereſſe plurium annorum, vt tradit Plaut. *loc. cit.*
n. 34. & aliis relatis diximus *num. 25.* inter quos ipſe Beren-
gar. *in d. l. vn. n. 243.* qui dum quærit, an intereſſe plurium an-
norum duplum excedere poſſit, ſanè ſupponit illud deberi, &
peti poſſe, vnde videtur vir doctus hac in re parum cohæren-
tia docuiſſe. Vt etiam mouere non debet, quod Berengarius
obiicit lucrum ſequentium annorum non eſſe proximum,
ſed remotum, & non pendere immediatè ex mora, ſed ex va-
riis, & multiplicatis intermediis negotiationibus, quia verius
eſt tam primi, quàm ſequentium annorum intereſſe deſcen-
dere immediatè ex mora non ſoluentis, nulla enim hic in-
termedia negotiatio intelligi poteſt, cum ponamus debito-
rem nunquam ſoluiſſe, & ſemper eſſe in mora, quæ vt impedit
mercatorem à lucro primi anni: ita etiam illi lucrum aufert
annorum ſequentium, ideoque multò minus impunita eſſe de-
bet *d. l. 3. de vſur. & d. l. 18. ff. rem rat. hab.* illis verbis, *& ideò ſæ-*
pius ex illa ſtipulatione agi poteſt, prout intersit agentis. Et ra-
tio, & ratiocinatio Berengarij tantùm oſtendit lucrum

lucri admittendum non eſſe, vt ſi creditor diceret in primo anno merces comparare potuiſſe, & lucrari centum, & ſequenti anno ex his alias merces emere, & rurſus ex his alias, & ita lucrum ex lucro facere potuiſſe: hæc immodica com-
89 putatio non admittitur, vt dictum eſt *num.* 82. *&* 87. † Et ita accipi debet, quod ſcribunt Decian. *in cap. cum venerabilis, num.*61. *de except.* Benuen. Stracc. *de mercat. tit. de contract. mercat. num.*4. & Rota Genuenſ. *in dec.*87. *num.*9. primum duntaxat, & immediatum lucrum deberi, quod Curtij, & Berengarij ſententiæ fauere videtur, vt ſcilicet accipiendum ſit de primo, & proximo intereſſe etiam multorum annorum, non autem vt intereſſe alterius intereſſe, & lucrum lucri debeatur, vt explicat Scacc. *loc. cit. num.* 23. & Rot. Genuenſ. *in d. deciſ.* 87. *in fin.* quam abſurdum eſt dicere ſenſiſſe intereſſe duntaxat primi anni mercatoribus deberi.

90 Denique non puto prætermittendum Theologos frequentius exiſtimare in foro interno omne quod intereſt deberi etiam vltra duplum, inter quos ita tradit Medin. *C.de vſur. quæſt.* 3. *verſ. neque obſtat.* Salon. *quæſt.* 78. *artic.* 2. *controu.* 9. & Salas *lib. de vſur. dub.*10. *num.*12. *verſ. ſimiliter in foro interno*, vbi ait meritò omnes Theologos & iuriſperitos id tenere. Quod etiam ſequitur Malder. *tract.* 5. *cap.*3. *dub.*12. qui deinde ſubiicit hanc clauſulam. *Eſt tamen verum* l. vn.C. de ſent. quæ pro eo. *Iuſtinianum ſtatuiſſe id quod intereſt duplum non excedere: ſed aliud eſt præſumptio fori, aliud veritas conſcientia. hac enim verum intereſſe abſolutè admittit: illa ne in eo, quando dubitatur, æſtimando iudices excedant, modum ponit.* Idem ferè Salas *loc.cit.*ſed certè Iuſtinianus etiam cùm verè probatum eſt plus intereſſe, hunc modum in caſibus certis ſeruari iuſſit. Id enim naturæ congruum eſſe, id eſt naturali æquitati cenſuit. Vnde Plautius *in verſ. etiam ex lucro, n.*48. illam Theologorum ſententiam duram eſſe putat, & aduerſam ſocietati humanæ. Quidquid ſit nos hoc moderamine in caſibus certis ſine ſcrupulo in foro vtimur, tenemur enim in iudicando leges ſequi *lib.* 40. *de iudic. & inſtit. de offic. in princ.* Atque hæc pauca de eo quod intereſt, ſcripſi haud immemor me initio *quæſt.* 71. dixiſſe huius rei tractatum aggredi nolle deterritus difficultate quæſtionis, cui ſi quid lucis mea tenuitas attulit, Deo Opt. Maxim. ſit gloria. Sanè hic referre iuuat excellent. D. Ioan. Iacobum Ferraris Primum Rationalium Præſidem meritiſſimum hoc anno 1646. dum Taurini eſſem, hanc quæſtionem, quæ eius fuit humanitas legiſſe, & probaſſe. Cuius iudicio, id eſt viri doctiſſimi animoſior factus ſum, vt hæc mea tandem ederem, & in manus hominum venire permitterem.

QVÆSTIO XCI.

Recepta ſorte, an & quando vſura, & alia acceſſiones peti poſſunt.

SVMMARIA.

1 *Creditor non tenetur ſortem ſine vſuris licitis recipere.*
2 *Sorte recepta acceſſiones eius remiſſa intelliguntur ex neceſſitate iuris.*
3 *Recepta ſorte vſura amplius peti non poſſunt.*
Vſura omnium acceſſionum odioſiſſima.
4 *Sorte recepta intereſſe remiſſum cenſetur.*
5 *Sorte recepta intereſſe quanti plurimi intelligitur remiſſum.*
6 *Principali negotio tranſacto, vel finito pœna non amplius peti poſſunt.*
7 *Pœna tam iudiciales, quàm conuentionales tranſacto negotio principali non exiguntur, niſi contrarium actum ſit.*
8 *Dominus recipiens canonem rei commiſſa gratiam caducitatis facere videtur.*
9 *Lite terminata ſumptus peti non poſſunt, nec de his alia lis inſtitui.*
Expenſa litis pœna temeritatis, & calumnia.
10 *Expenſa an debeantur ex contumacia, vel officio iudicis, quid interſit.*
11 *Fructus qui debentur officio iudicis re reſtituta, amplius peti non poſſunt.*
12 *Etiam in iudiciis vniuerſalibus ex auctoris ſententia.*
13 *Pretij vſura eo recepto non debentur,* & n.17.
14 *Dotis vſura ea recepta non amplius peti poſſunt.*
15 *Magonij Florent.*deciſ.81. *excutitur, & reiicitur.*
16 L. ſi merito, §. ſi fundum, ff. ſol. matrim. *explicatur.*
18 *Vſura dotis officio iudicis debentur ex Alciato.*
19 *Iudex ſi in ſortem tantum condemnat, id quod intereſt amplius peti non poteſt.*
20 *Niſi à ſententia appellatum ſit.*
21 *Vſura, & intereſſe quod creditor ſtipulatus eſt, etiam recepta ſorte peti poſſunt.*
22 *Dotis vſura, qua in ſtipulationem deducta ſunt, etiam recepta ſorte rectè petuntur.*
23 *Vt etiam vſura pretij.*
24 *Fructus præteriti recepto pretio cenſus peti poſſunt.*
25 *Iuramentum facit, vt recepta ſorte intereſſe adhuc peti poſſit ex quorundam ſententia.*
26 *Iuramento inſunt exceptiones, qua natura ſua inſunt actui, cui adiicitur.*
27 *Iuſiurandum actionem non parit, niſi in iudicio delatum ſit.*
28 L. 5. §. idem Iulianus, *de eo quod cert. loc. communis interpretatio.*
29 *Qua auctori non ſatis probatur.*
30 *Totum petere quando liceat, vt partem conſequatur.*
31 *Sortis ſolutio facta adiecto non impedit creditorem agere ad id quod intereſt.*
32 *Creditor qui alio loco recipit ſortem, non poteſt agere ad id quod intereſt.*
33 *Item ſi illius iuſſu adiecto ſolutio facta ſit.*
34 *Creditor cum proteſtatione ſortis recipiens intereſſe petere poteſt.*
35 *Proteſtatio conſeruat ius petendi id quod intereſt, tacente debitore.*
36 *Quod in dubium reuocatur ex Surdo.*
37 *Proteſtatio nihil prodeſt in iis, qua pendent à iure.*
38 *Bartoli diſtinctio* in l. vlt. de eo quod cert. loco *quam auctor non probat.*
39 *Creditor recipiens ſortem, ius petendi intereſſe amittit, ſiue liberet, ſiue non liberet debitorem.*
40 *Debitor tacens non videtur proteſtationi conſentire.*
41 *Proteſtatio conſeruat ius petendi id quod intereſt, ſi debitor proteſtationi expreſſè conſentiat.*
42 *Pœna non intelligitur remiſſa, ſi creditor ſine præiudicio rem recipiat.*
43 *Creditor compulſus recipere ſortem poteſt nihilominus agere ad id quod intereſt.*
44 *Minor poteſt reſtitui aduerſus receptionem ſortis ſine intereſſe.*
Reſtitutio in integrum loco actionis eſt.
45 *Sortis petitio non excludit petitionem eius quod intereſt.*
46 *Sortis parte recepta ſupereſt ius agendi ad id quod intereſt pro reſiduo.*
47 *Dote recepta datur actio negot. geſtor. aduerſus ſocerum pro alimentis præſtitis vxori.*
48 *Hieronymi Gabr. contraria ſententia, & argumenta eius.*
49 *Qua auctor excutit, & refellit.*
50 *Maritus, qui ſine dote vxorem alit, poteſt alimenta repetere, licet vxor in illius obſequio ſit.*
51 *Obſequia mulieris non penſant alimenta, ſeu vſuras dotis.*
52 *Alimenta cùm repetuntur actione negot. geſtor. æſtimantur pro modo ſumptuum, quos pater domi feciſſet in alenda filia.*
53 *Alimenta præſtita vxori non cenſentur remiſſa, niſi ex coniecturis.*
54 *Qua in arbitrio iudicis poſita ſunt.*
55 *Coniectura, qua remiſſionem alimentorum excludant.*
56 *Dotis finis, & natura eſt, vt ex eius fructibus vir onera matrimonij ſuſtineat.*

QVIA

QVIA in præcedenti quæſtione tractatum eſt, quæ ſit meta eius, quod intereſt, non omnino hic alienum eſt quærere, quando ex receptione ſortis vſuræ, & aliæ acceſſiones remiſſæ intelligantur.

1 Et quidem in primis conſtituendum eſt creditorem, cui ſors aliqua debetur, & acceſſiones eius, non teneri recipere ſolutionem ſortis duntaxat, ſed debitorem ſortem cum vſuris licitis offerre debere *l. acceptam. C. de vſur. l. tutor. §. Lucius. ff. eod. l. qui ſolidum. ff. de leg. 2.* & aliis citatis Maur. *de ſolut. cap. 30. num* 8. nam cùm ſors, & legitimæ acceſſiones vnam ſummam efficiant *l. vlt. ff. de eo quod cert. loc. l. Lucius. ff. qui pot. in pign. hab. l. 48. ff. de ſolut.* Peregr. *conſ. 99. num. 2. lib. 1.* Rota *inter recentiſſ. dec. 367. num. 3. par. 1.* non tenetur creditor recipere ſolutiones partium *d. § Lucius & l. planè. ff. fam. herciſc. l. 99. ff. de ſolut.* & Sord. *in dec.* 186. *num. 2.* & Maur. *loc. cit.*

2 Sed ſi creditor non ſeuerus, nec ſui iuris tenax ſortem ſine vſuris, vel id quod intereſt receperit, huiuſmodi vſuræ & acceſſiones aliæ, quæ præſtantur officio iudicis remiſſæ cenſentur, neque amplius peti poſſunt, quod probatur *ex d. l. vlt. de eo quod cert. loc. l. 49. §. pretij. ff. de act. empt. & l. 4. C. depoſiti. & aliis locis*: remiſſæ non ex pacto tacito, & ſponte, ſed ex neceſſitate iuris, vt ait Flamin. Chartar. *in deciſ.* 38. *n. 12.* & Gratian. *diſcept. lib. 2. c. 244. n. 30.* Nam cum huiuſmodi acceſſiones non ſint in obligatione, ob ſolutionem ſortis nulla amplius actio, nullùmque officium iudicis ſupereſt quo iſtiuſmodi acceſſiones repetantur, ſiquidem iudicis officium per ſe ſolum non exhibetur, ſed certis actionibus inſeruit, & proinde ceſſante actione officium quoque iudicis ceſſare dicitur *l. 25. §. item ſciendum. ff. de ædil. edict.* & Cuiac. *in d. l. 49 § pretij, ff. de action. empti.*

3 Quæ iuris definitio primùm in vſuris locum habet, vt conſtat *ex l. 8. & vlt. de eo quod cert. loc. & l. 4. C. depoſ.* & tradunt Roman. *in conſ. 143. num. 2.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. cap. 123. n. 1. & 2.* Maſcard. *in concluſ. 983. num. 14.* quod quidem immeritò receptum eſt, nam cùm acceſſiones multiplices ſint, omnium odioſiſſima eſt cauſa vſurarum, vnde etiam ex iure ciuili, quæ intra legitimum modum licitæ videbantur, faciliùs remiſſæ intelliguntur, vt notat Præſes Faber *de error. pragmat. decad. 1 cap. 1 n. 21.*

4 Secundò non tantùm in vſuris id recipiendum eſt, quorum cauſa odioſa eſt, vt dixi, ſed etiam in eo, quod intereſt, quod omni iure debetur. Ita enim docent Bald. & Iaſon. *in l. vlt. de eo quod cert. loc.* idem Iaſ. *in l. 1. num 3. C. de iudic.* Bald. *in l. 4. C. depoſ.* Surd. *in conſ. 293. num. 25.* Duaren. *ad tit. de eo quod cert. loc. cap. 4. in fin.* Mynſing. *cent 4. obſeru. 48. in fin.* & Ioan. Baptiſt. Coſta *de rat. rat. quæſt. 124. num. 18.* & indicat manifeſtè *d. l. vlt. de eo quod cert. loc.* his verbis. *tanto magis, quod creditor accipiendo pecuniam etiam remiſiſſe pœnam videtur.* pœnam id eſt id quod intereſt, quia etiam pœna dicitur, vt *in l. vn. C. de ſent. quæ pro eo.* vbi congruenter Cuiacius notat pœnam eſſe quicquid vltra ſortem exigitur, vt etiam Duaren. *loc. cit.*

5 Tertiò locum habet illa definitio etiam in intereſſe quanti plurimi. Nam quamuis hoc genus intereſſe conſiſtat circa rem, vt loquitur *l. ſi ſterilis. §. 3. ff. de act. empt.* & ſit quodammodò ipſius rei pars. *l. penult. & vlt. ff. de condict. tritic.* Gratian. *diſcept. lib. 2. cap 243. num. 64.* recepta tamen ſpecie, quæ debetur, & eſt in obligatione, creditor illud remiſiſſe dicitur, nec aliud quicquam petere poteſt, vt docent *in l. vinum. ff. ſi cert. pet.* Dec. *num. 4* Bologn. *num. 21.* Curt. Iun. *num. 7.* Munnoz. Eſcubar. *de ratiocin. cap. 17. num. 22.* Trentac. *variar. l. 3. cap. 9. n. 6.* & Menoch. *lib. 3. præſumpt. 45. num. 17.* vbi huius rei rationem quærit, nec inuenire potuit. Vera enim huius rei ratio eſt ducenda ex eo quod dicimus huiuſmodi intereſſe officio iudicis deberi, vt indicat *d. l. ſi ſterilis. § 3.* & proinde ſublata actione ſortis ex receptione rei debitæ nulla amplius actio ſupereſt, quo creditor æſtimationem hanc perſequi valeat, vt perpendit Trentac. *loc. cit.*

6 Quartò hoc multo magis recipiendum eſt in pœnis, quæ ob non ſeruatam promiſſorum fidem committuntur. Nam ſi negotium, propter quod pœna promiſſa eſt, fuerit tranſactum, aut alia ratione terminatum, pœna remiſſa cenſetur, nec amplius peti poteſt, vt probat *l. 2. in princ. ff. ſi quis caut. in iudic.* & vbi Vlpianus ait, *quis enim de pœna promiſſa laborat poſt negotium tranſactum?* Et licet pœna hæc ſit in obligatione, tamen quia conſequenter alicui negotio principali promiſſa eſt, placuit negotio principali perempto, nullam dari perſecutionem pœnæ, & ita docent interpretes *in d. l. 2.* & præſertim Iaſon, qui multis argumentis id confirmat & præcipuè *ex l. 4. C. de iudic. l. eos. C. de vſur. & l. ſi quis. § ſi ancillam. ff. de except. rei iudic.* & egregiè probare potuit *ex l. ſi cum dies in fin. & l. Celſus. 23. in princip. ff. de recept. arbit.* in qua Vlpianus ait, *ſin autem oblatum accepit, pœnam petere non poſſe. & ex d. l. vlt. de eo quod cert. loc.* & hanc eſſe doctrinam omnium refert Burſat. *in conſ. 72. num. 2.* & Paul. Gallerat. *de renunciat. lib. 5. cap. 6. n. 8.* quia ſcilicet hæc mens accipientis eſſe intelligitur.

Et licet quidam diſtinguant inter pœnas iudiciales, & 7
conuentionales, & rurſus an pœna per ſtipulationem promiſſa ſit, & per ſe debeatur, vel in defectum alterius rei, vt Trentac. *loc. cit. num. 4. & 5.* mihi nihil diſtinguendum videtur, & puto pœnam etiam per ſtipulationem promiſſam, niſi detur quod dari conuenit, peti non poſſe, ſi ea commiſſa creditor oblatum accepit, id enim ſatis indicat *d. l. 2. ff. ſi quis caut. iudic. ſiſt. & d. l. ſi cum dies & l. Celſ. de recep. arb.* in quibus agitur de pœna per ſtipulationem promiſſa, & tamen creditor tranſigens ſuper negotio principali, vel accipiens id, quod reus dare debuit, pœnam remiſiſſe dicitur, nec illam amplius petere poſſe, hac duntaxat exceptione addita, *niſi contrarium ſpecialiter partibus placuerit*, vt ait Vlpianus *in d. lib. 2.*

Huius quoque rei argumentum eſt, quod dicimus domi- 8
num rei emphyteuticæ, ſi poſtquam res commiſſa eſt, canones præteritos nulla facta proteſtatione recipiat pœnam caducitatis cenſeri remiſiſſe, vt docent Iaſon. *in l. 2. num. 124. C. de iur. emphyt.* vbi teſtatur eſſe communem ſententiam, quod etiam ſcribit Clarus *in §. emphyteuſis. quæſt. 10.* Menoch. *in conſ. 355. num. 12. lib. 4.* & rurſus *in d. præſumpt. 45. num. 8.* & Galler. *de renunt. cent. 2. ren. 114. num. 27.* & probatur ſatis *ex d. l. Celſus de recept. arb.* & tamen vtrumque ex contractu debetur, & dominus vtrumque petere poteſt, id eſt rem, quæ cecidit in commiſſum, & canones præteriti temporis, cùm ea cauſis diuerſis debeantur, pœna ſcilicet ob moram, & contumaciam ſoluendi canonis, penſiones verò propter fructus, & tradit Surd. *in dec. 317. n. 27. & 28.*

Quintò locum habet hæc iuris conſtitutio in expenſis li- 9
tis, & ideo finito negotio principali, vel per tranſactionem, vel per ſententiam, ſi de expenſis nihil actum ſit, nulla earum actio, petitioue datur, cùm incongruum ſit ea materia litis primæ aliam contingere *l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ.* & Ita ſentiunt Iaſon *in l. 1. num. 4. C. de iudic.* Guid. Pap. *in dec. 55. verſ. licet in contrarium.* & notat Ranchin. *ad eand. eod. loc.* Mynſing. *cent. 4. obſ. 48. num. 1.* & Trentac. *in d. reſol. 9 num. 6.* Quid enim aliud expenſæ ſunt quam pœna temerè litigantium, pœna calumniæ *l. eum quem temerè. ff. de iudic. l. properandum. § ſine autem. C. eod. Inſtit. de pœnis temerè litigant. §. 1.* Griuell. *dec. 10. num. 13.* † Sanè Mynſing. Rauelin & 10
alij putant aliud eſſe cùm expenſæ debentur ratione contumaciæ, quaſi huiuſmodi expenſæ non officio iudicis præſtentur, ſed repetantur actione in factum ex edicto *l. 1. ff. ſi quis iudic. non obtemp.* & proinde etiam finito negotio, vel tranſactione, vel ſententia peti poſſe. Nam inquiunt regula eſt expenſas, quæ ſpeciali actione veniunt, etiam finito iudicio peti poſſe *l. ſi mulier. §. ſi rem. ff. de leg. 3.* ſed hæc exceptio, quæ communis eſt, mihi non placet. Nam licet pœna, quæ committitur ex eo quod quis cautionibus de iudicio ſiſti non obtemperauerit, debeatur ratione contumaciæ, vt etiam pœna, quæ committitur in ſpecie *d. l. Celſus. in princ.* nempe ex eo quod iuſſus intra Kalendas Septembris dare non dederat, & huiuſmodi pœnæ ex ſtipulatu debeantur, tamen ſi negotium tranſactum ſit, vel ſi res accepta eſt poſt moram, is qui tranſegit, vel rem accepit, pœnam amplius petere non poteſt, vt dictum eſt. Et *d. l. ſi mulier. § ſi rem.* nihil ad hanc rem pertinet, & puto Mynſingerum virum doctum eam non legiſſe, ſed nimium credidiſſe additioni incerti auctoris ad Guid. Pap. *in d. quæſt. 55.* ea qua tota illius obſeruatio 48 ex-

Digitized by Google

cerpta videtur, quod plerunque noſtri ſcriptores faciunt, dum abori parcunt.

11 Sextò idem dicendum eſt in fructibus, qui iudicis officio & ex mora præſtantur, vt in contractibus bonæ fidei *l. videamus. 38. §. ex cauſa. ff. de vſur. & fruct. legat. l. fructus. C. eod.* & in legatis & fideicommiſſis. *l. 1. & vlt. C. de vſur. & fruct. legat. l. vſura ff. de vſur.* ideóque re reſtituta, & recepta, aut tranſacto negotio principali, non poteſt amplius de fructibus quæſtio agitari, *l. eos. in princip. C. de vſur.* Iaſon. *in l. 1. num. 9. C. de iudic.* Angel. & Alex. *in l. ſi marito §. vlt. ſol. matrim.* Gabr. *in conſ. 35. num. 12. lib. 2.* & Maur. *de ſolut. cap. 16. num. 21.* & licet Iaſon, & alij fere omnes hac in re ſeparent actiones vniuerſales à particularibus, vt etiam Surd. *in conſ. 293. num. 2.* quia inquiunt actiones vniuerſales augmentum, & diminutionem recipiant, fructus verò rem ſingularem non augent, tamen mihi videtur nulla hac in re adhibenda diſtinctio.

12 † Nam etiam in iudiciis vniuerſalibus fructus quandoque veniunt officio iudicis, vt poſt petitam hæreditatem *l. heres. §. fructuum. ff. hoc tit. l. neque. ff. de vſur.* & Cuiac. *in d. §. fructus.* quare cùm fructus non ſemper augeant rem, neque ſint pars rei etiam in iudiciis vniuerſalibus, ſed quandoque vice acceſſionis officio iudicis veniant, ſanè conſequens eſt etiam in vniuerſalibus iudiciis tranſacto negotio principali, fructus qui in iudicium venerant, iudicis officio non magis quàm in actionibus particularibus peti poſſe: & hoc modo accipiendum eſſe, quod Iaſon, & alij docuere.

13 Septimò quod diximus ex receptione ſortis vſuras amplius peti non poſſe, locum habet in vſuris quæ poſt rem traditam venditori debentur, tametſi, iſtiuſmodi vſuræ fauorabiles ſint, & ratione fructuum debeantur, ita vt neque iure Pontificio improbentur, vt Accurſius notauit ex Azone *in l. curabit. C. de act. empt.* & Cuiac. *in l. Iulianus. §. poſſeſſionem. in fin. ff. eod.* & iudicio Rotæ Romanæ, quæ inter omnia mundi tribunalia maxime fœnus abhorret, licitè exigantur, vt conſtat ex eius *dec. 370. 397. & 414. par. 1.* quæ ſunt de eadem cauſa, & inter recentiſſimas hoc anno prodiere Lugduni impreſſæ. Hæ igitur vſuræ quantuncunque fauorabiles ſint, & ſumma æquitate debeantur poſt moram pretio ſoluto, & recepto amplius peti non poſſunt, vt conſtitutum eſt *in l. 49 in fin. ff. de act. empt.* cuius verba ſunt. *pretij ſorte licet poſt moram ſoluta, vſura peti non poſſunt, cùm hæ non ſint in obligatione, ſed officio iudicis præſtentur,* & hic notat Cuiac. & Anton. Gomez *ad l. 50. Taur. n. 50. in fin.* vbi ait idem eſſe in quolibet alio contractu Surd. *in lib. de aliment tit. 1 quæſt. 43. num. 11.* & Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 2. par. 3. num. 42.* & puto neminem contradicere.

14 Denique idem eſt in marito, qui licet dotis vſuras licitè exigere poſſit propter onera matrimonij, quæ ſuſtinet, idque etiam iure canonico receptum ſit, vt conſtat *ex cap. ſalubriter. de vſur.* tamen cum dotem ſine vſuris recepit, videtur eas remiſiſſe, vt docent Bald. & Alex. *in d. l. marito. §. vlt.* Alciat. *reg. 1. præſumpt. 32. num. 7.* Campeg. *in lib de dot par. 2. q. 5.* Cephal. *in conſ. 85. num. 11. lib. 1.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 15.* Trentac. *d. reſol. 9. num. 6. in fin.* Sigiſm. Scaccia *de commer. §. 1. quæſt. 7. ampliat. 8. num. 297.* Anton. Gomez. *loc. cit.* Gabriel. *in conſ. 145. lib. 2.* vbi ait pro hac ſententia eſſe leges claras, & hanc eſſe doctrinam receptiſſimam, & clariſſimam opinionem. Hanc etiam ſequitur Surd. *in d. quæſt. 43. num. 11.* vbi ait hanc ſententiam veriorem videri, & plures auctores habere Gratian. *cap. 465. num. 27.* Chriſtoph. Mart. Medic. *deciſ. 16. num. 21.* & Franciſc. Merlin. *controuerſ. forenſ. cap. 28. numer. 11.*

15 Sed contra Gabrielis, & aliorum ſententiam extat Magonij Florent. *dec. 83.* vbi contendit acerrimè vſuras dotis, æquè principaliter deberi, & maritum recepta dote eas petere poſſe, & pro ſua ſententia eſſe caſum ſingularem *in d. l. ſi marito. §. vlt.* & tandem *num. 10.* concludit, etiam omni alia ratione ceſſante huiuſmodi vſuras ſaltem ex æquitate deberi. Quæ deciſio placuit Ioan. Bapt. Coſtæ *in lib. de ration. rat. quæſt. 124. num. 8.* Fontanell. etiam *in d. par. 6. num. 45. & ſequent.* hoc Gabrielis, & Magonij diſſidium referens, non audet à Magonij ſententia recedere, & tandem *num. 49.* aliis quæſtionem hanc definiendam relinquit. Ego qui non arbitror boni ſcriptoris eſſe quæſtiones attingere, nec definire quia hoc eſt potius tenebras animis lectorum offundere, & perturbare ius ciuile, ſentio Gabrielis ſententiam, quæ communis eſt, magis congruere regulis iuris, conſtat enim huiuſmodi vſuras acceſſiones eſſe, & acceſſoriè deberi, & propter moram *l. vlt. in fin. C. de iur. dot.* & proinde venire officio iudicis, quod ceſſat ſublata obligatione ſortis, vt dictum eſt, & in hac ſpecie ſentiunt Bald. & alij apud Surdum *loc. cit.*

16 Neque Magonij ſententiam iuuat *d. l. ſi marito. §. ſi fundum.* quia hic locus eſt de fructibus rei dotalis à marito perceptis, dum mulier nupta non fuit, quos etiam recepto fundo mulier repetere poteſt, quia augent dotem, & ſunt pars dotis, vt conſtat ex illis Vlpiani Verbis. *hoc enim ad dotis augmentum pertinet.* hîc verò quæritur non de fructibus rei dotalis, quos vxor petit, ſed de vſuris, quas petit maritus propter dilatam ſolutionem dotis, & quæ iudicis officio præſtantur, vt expendit Surd. *loc. cit.* & Gabriel. *in d. conſ. 145. num. 1.* & aliis auctoribus citatis. Anton. de Amat. *reſol. 47. num. 57.* quæ dotem maiorem non faciunt, neque pertinent ad augmentum dotis: ſed acceſſoriè debentur ad dotem, qua recepta nulla alia actio ſupereſt, qua iſtiuſmodi vſuræ repetantur, vnde non immeritò Merlin. *loc. cit.* notat Magonium contra iuris principia loqui.

17 Neque etiam ſub prætextu æquitatis recedendum eſt ab hac ſententia, alioquin id etiam venditori indulgendum eſſet, cuius cauſa non minorem rationem, & æquitatem habet aduerſus emptorem, qui eodem tempore rem, & pretium habuit, & tamen placuit recepto pretio vſuras pretij petere non poſſe *d. l. 49. §. pretij. ff. de act. empt.* Imò iuſtior videtur cauſa venditoris. Maritus enim licet dotem non habeat, opera tamen vxoris vtitur, & eius corpore fungitur, vt loquitur *l. 12. C. qui pot. in pign hab.* venditor verò re, & pretio, & fructibus rei caret.

18 † Et interim notanda eſt Magonij incutantia, dum ſcribit *num 9. verſ. neque enim facit.* Alciatum *in d. præſumpt. 32. num. 7.* non agere, an per receptionem dotis fructus peti poſſint, ſed tantum quærere, an per lapſum decem annorum vſuræ dotis à marito non petitæ remiſſæ cenſeantur, quia Alciatus ſtatim notat huiuſmodi vſuras non deberi iure obligationis, ſed ſolummodo officio iudicis ex Petro, & Baldo *in d. l. vlt. § præterea. C. de iur. dot.* & deinde ſubiicit hanc clauſulam; *vnde ſi maritus reciperet ſortem ſine illo intereſſe, non poſſet amplius illud petere, quia cùm ſit odioſum, extinguitur ſoluto principali,* ſicut diximus *de aliis vſuris l. 4. C. depoſ.* ex quibus ſatis conſtat Alciatum ſtare pro noſtra ſententia; & Magonium non toto Alciato perſpecto illud ſcripſiſſe.

19 Sed quod diximus recepta ſorte nullam amplius actionem eſſe pro vſuris, & aliis obuentionibus repetendis, etiam obtinet, cum iudex, apud quem agitur, in ſortem tantum reum condemnat, & acceſſionum nullam rationem habuit, vt definitum eſt *in d. l. 4. C. depoſ. & l. 13. C. de vſur.* & docet Cuiac. *in d. §. pretij.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 10. tit. 6. num. 2. & 3.* Aluar. Valaſc. *conſult. 107. num. 13.* & Gratian. *diſcept. lib. 2. cap. 244. num. 35.* huiuſque rei eadem eſt ratio, qua initio vſi ſumus, & ducitur *ex d. l. 46. depoſ.* quæ ait. *Non enim duæ ſunt actiones, alia ſortis, alia vſurarum, ſed vna, ex qua condemnatione facta, iterata actio rei iudicata exceptione repellitur.* Et facit etiam ratio iuris, ne ex primæ litis materia altera inſtituatur, vt diximus *ex l. 3. C. de fruct. & lit. expenſ.*

20 † Quod tamen accipiendum eſt, cùm ſententia parit exceptionem rei iudicatæ, vt indicat *d. l. 4.* illis verbis. *iterata actio rei iudicata exceptione repellitur.* nam ſi ab ea ſententia appellatum ſit, poteſt iudex appellationis ſupplere, quod à primo iudice omiſſum eſt, vt conſtat *ex l. 13. C. de vſur.* & rectiſſimè tradit Alex. *in d. l. 1. num. 7.* & Iaſ. *num. 5. & 6. C. de iudic.* vbi declarat hoc ita demum verum eſſe, cum huiuſmodi acceſſiones petitæ ſunt in primo iudicio, & iudex omiſit de illis in ſententia iudicare aliud vero eſſe, ſi pars non petiiſſet, ſubiiciens hunc caſum frequentem eſſe, & malè declaratum, idémque ſenſit Surdus *in conſ. 293. num. 27.*

21 Cæterùm quod initio pro regula conſtitutum eſt, quaſdam patitur exceptiones, quæ licet propriè exceptiones non ſunt, vna aut altera excepta, exceptiones tamen appellabimus.

mus. Quid enim de nominibus laborandum eſt, dummodò
rem teneamus.
Prima igitur exceptio eſt, niſi vſuræ, intereſſe, & aliæ
huiuſmodi acceſſiones in ſtipulationem deductæ ſint. Hoc
enim caſu, quia officio iudicis non præſtantur, ſed ſunt in
obligatione recepta ſorte, etiam ſine proteſtatione adhuc peti
poſſunt, vt indicat *l.8. ff.de eo quod cert.loc.d.l.1. C.de iudic. l.
quia dicitur.32. ff.de euict.* Etenim hîc duæ ſunt actiones, vna
ſortis, ſeu rei principalis, alia acceſſionum, & proinde per-
empta obligatione ſortis, alia ſupereſt, qua id quod inte-
reſt, & reliquæ acceſſiones repeti poſſunt, vt docet Bart. *in
d.l.vlt. num.3. ff.de eo quod cert. loc.* Iaſ. *in d. l.1. num. 4. C.de
iudic.* Hieron. de Laurent. *dec.*101. Ioan. Sichard. *eod.loc.n.7.*
Flamin. Chartar. *in dec.38. num.6.* Hering. *de fideiuſſ.cap.*24.
*num.*245. Præſes de Francb. *in dec.*21. *num.* 4. *&* 5. Surd. *in
dec.*345. *num.*11. Præſes Faber *def.5.C.de vſur.* & aliis aucto-
ribus citatis. Trentac. *in d. reſol.9. n.6.* & Antonin. de Amat.
d. reſol. 43. *num.* 71. & puto communem eſſe ſententiam.
Quod etiam obtinet, cum in inſtrumento addita eſt vulgaris
illa clauſula, *ſub refectione damnorum, & intereſſe*: hoc enim
caſu vſuræ iure actionis quoque debentur, & proinde etiam
recepta ſorte peti poſſunt, vt multis auctoribus citatis tradit
idem Antonin. de Amat. *loc. cit. num.* 75. quamuis indagans
auctores quos citat, vix vnum, aut alterum inuenerim, qui
id dicat, hoc tamen etiam ſenſit Camill. Medic. *in conſ.*72.
22 *num.*20. † Qua ratione ſi inter maritum, & debitorem dotis
ab initio de certa annua quantitate conuentum ſit, dum dif-
fertur ſolutio dotis, quod fieri poſſe certiſſimum eſt, & alio
loco diximus, etiam recepta dote poterit maritus illas in
iudicio petere, neque ſubmonebitur exceptione receptæ do-
tis, hoc enim caſu duæ actiones ſunt, vna dotis, alia vſura-
rum. Et ita iidem auctores fere tradunt, & Nicol. Bellon. *in
conſ.23. num.6.* Surd. *in d. quæſt.43. num. 26. & tit.6. quæſt.3.
num.*37. & Gratian. *lib.2.cap.294. num.*39. vbi ait idem eſſe, ſi
ex aliqua conſuetudine, ſeu ſtatuto intra certum modum
vſuræ debeantur quia lex vim conuentionis habet *l.2. ff.de
legib.* Franciſc. Merlin. *loc.cit. num.*11. *&* 12. & Antonin. de
23 Amat. *d.reſol.43. n.72.* † Ex conſequenter his puto, ſi vendi-
tor re tradita certam annuam quantitatem ſtipulatus eſt ra-
tione fructuum, donec pretium ſoluatur, quod fieri poſſe
conſtat *ex l. curabit. C.de act.empt.* & omnibus notum eſt re-
cepta ſimpliciter pretij ſorte, ei actionem eſſe ad huiuſmodi
vſuras conſequendas, quia ſcilicet ex alia obligatione deben-
tur, & iure conuentionis præſtantur non officio iudicis *l.1.
C.de iudic. & l.neque eorum. ff.de vſur.* & ita coërcendum eſt,
quod dicitur *in d.§.*pretij ſorte recepta pretij vſuras peti non
poſſe, vt ibi Cuiac. notat, vt ſcilicet locum non habeat, cum
24 ex ſtipulatione debentur. † Ex quibus illud quoque ſequi
arbitror, vt ſi dominus cenſus pretium eius recipiat, reditus
decorſos non prohibeatur petere, quia licet acceſſiones ſint,
& fructus cenſus, tamen ex conuentione, & ex ſtipulatu de-
bentur, non officio iudicis, ideoque ſublata obligatione pre-
tij, & cenſu extincto adhuc reditus præteriti debentur, &
peti poſſunt, vt ſatis indicat *l.8.de eo quod cert.loc.l.4. C.depoſ.
& d.l.1. C.de iudic.*& quod generaliter definiunt auctores ci-
tati *num.*21. Idémque in libellis, & aliis huius generis obuen-
tionibus, & præſtationibus dicendum eſt.
25 Secunda exceptio eſt, niſi contractui, & obligationi iuſ-
iurandum acceſſerit, hoc enim caſu creditor etiam recepta
ſorte poteſt agere ad id quod intereſt, & ita ex Alex. & Natta
ſcribit Gratian. *in d.cap.*143. *num.* 17. & rurſus *in d. cap.*144.
num. 40. quia inquit iuſiurandum habet vim clauſulæ *rata
manente pacto*, cuius vigore quis per receptionem ſortis non
renuntiat facultati agendi ad intereſſe. Et Gratianum ſecutus
eſt Gaitus *in lib.de credito. cap.3.tit.1. num.*78. idem ante illos
ſcripſerunt Bart. *in l.cum proponas. C.de tranſact.* Borgniu. *in
dec.*35. *num.*10. & Felician. *in proœm. lib.1.de cenſib. n.*27. vbi
ait iuramentum impedire tacitam intereſſe remiſſionem, quæ
26 promanat ex receptione ſortis. † Sed hæc exceptio parum
tuta eſſe videtur. Nam certum eſt iuſiurandum eas omnes
conditiones, proprietates, & exceptiones recipere, quæ na-
tura ſua inſunt, & conueniunt contractui, cui adiicitur *cap.
quemadmodum. de iureiurand. & l.vlt. C.de non num.pec.* & ele-
ganter tradit idem Felician. *eod.loc.* rectè ſubiiciens *num.*28.
iuramentum iiſdem finibus circumſcribi, quibus actus prin-
cipalis intercluditur, vnde verius fortaſſe eſt etiam in iis con-
tractibus, quibus iuramentum additum eſt, ſorte recepta, &
id quod intereſt peti non poſſe. Neque enim iuſiurandum
facit, quo minus intereſſe iudicis officio debeatur, quod ſu-
blata obligatione euaneſcere dictum eſt. Neque ea iuriſiurãdi
vis eſt, vt ſine actione quis poſſit experiri. † Imò receptum 27
eſt iuramentum nullam actionem patere eo excepto, quod
in iudicio delatum eſt, vt docet Iaſon. *in l.ait prætor. §.ſi peti-
tor. ff.de iureiur.* & Mancin. *de iuram. par 1. quæſt. 11. num.*1.
Quamobrem cùm vna tantùm hic ſit actio, licet iuramen-
tum additum ſit, illa perempta ex receptione ſortis nulla alia
ſupereſt, qua quis in iudicio agere poſſit. Nec facit negotium,
quod iuramentum vim habeat clauſulæ, *rato manente pacto*,
quia in hac ſpecie nullum pactum, nulla conuentio adhibita
eſt de intereſſe, & vſuris præſtandis, agimus enim de in-
tereſſe, quod ex mora, & officio iudicis præſtari debet non
ex pacto, & conuentione, & proinde non poteſt iuſiuran-
dum facere, vt maneat pactum, quod non eſt, poteſt qui-
dem iuſiurandum vim, & efficaciam addere iis, quæ geſta
ſunt, & facere, vt rata maneant, non poteſt tamen addere,
& ſupplere, quæ contrahentes omiſerunt.
Tertia exceptio eſt, niſi adiecto ſolutio facta ſit alio lo- 28
co, quàm fieri debuit, hoc enim caſu, etiamſi ſors ſoluta ſit,
ſupereſt actio creditori ad id quod intereſt, pecuniam ſuo lo-
co ſolui vt nominatim definitum eſt *in l.3. §.idem. Iulianus.ff.
de eo quod cert. loc.* quam communi ferè omnium ſententia
ita interpretes acceperunt, vt ex ſolutione ſortis adiecto fa-
cta loco alio, quàm fieri debuit, liberatio ſortis contingat,
ſed propter intereſſe loci creditor ſortem petere poſſit, non
vt ſortem conſequatur, ſed id tantum quod ſua intereſt, ra-
tione loci, idque aiunt pro libelli conceptione valde notan-
dum eſſe. Neque enim nouum in iure eſt, vt vnum peta-
tur, & aliud obtineatur, id enim interdum fieri conſtat *ex
l. etiam. ff.de ſolut.* & in materia adiecti *ex l. Iulianus. §.qui
fundum. ff.de verb. oblig.* vbi Alex.Caſtr. & Iaſon. id notant, &
Benuen. Stracca *in lib. de adiecto. part. 2. numer. 61. & 63.*
† Verùm hic communis ſenſus manifeſtè refellitur ex vlti- 29
mis verbis *d. §.idem Iulianus.* Poſtquam enim hic Vlpia-
nus Iuliani, & Marcelli inter ſe diſſidentium ſententias re-
tulit, Iulianus enim exiſtimabat liberationem non contigiſ-
ſe, atque ideo peti poſſe, quod intereſt: Marcellus verò ſu-
pereſſe petitionem integræ ſummæ, vtriuſque opinionem
improbans Vlpianus clare ait, ſibi videri id quod intereſt
ſolum petendum, vt rectè explicat Fulgoſius, qui deinde
ſubiicit, *ridiculum quippe foret petere decem, vt duo conſequamur.*
argumento. *l. ſi cui fundus. de leg.2.& l.ſi fundum. ff.ad l. Fal-
cid.* Hæc igitur duo tantùm petentur; & hoc hic Iuriſcon-
ſultus vult ſolùm id quod intereſt petendum eſſe, quod etiam
tradit Duaren. *in d.l. Iulianus de verb. oblig.* † Neque ſunt ſi- 30
milia, quæ definiuntur *in d. l. etiam.* & aliis locis à Benuen.
prolatis, quia ſunt de reliquis actionum, quæ per conſe-
quentias ſunt propria actionum de his, quæ iure actionis,
& eadem actione continentur, vt eſt euictio, quæ ſequi-
tur emptionem, vt *in l.5. ff.de act. empt.* & eadem actione
petuntur, quaſi rei ſolutæ aliquid deſit, vt *in d.l. Iulianus.
de verb. oblig. & l.27. de ſolut.* & fateor his locis cautum
eſſe vt quandiu de iuribus, & conſequentiis rei aliquid
deeſt promiſſor non videatur liberatus, & proinde rem
adhuc peti poſſe, vt quod deeſt conſequamur, vt expli-
cant Duaren. *loc. cit.* & Cuiac. *in d. l.5. ff.de act. empt.* Sed
in ſpecie *d. §.idem. Iulianus.* integra ſors ſoluta eſt, neque
vlla illius pars, aut ius deſideratur, ſed tantùm id quod in-
tereſt creditoris ſolutionem alio loco factam eſſe quod non
eſt ius, neque pars ipſius pecuniæ debitæ, ſed quid extrinſe-
cum, & extra rem *l. ſi ſterilis. §.cum per venditorem. ff de act.
empt.* & proinde *d. l.5. eod. tit. & l.27. de ſolut.* & alia iura
à Benuen. prolata ad hanc rem non pertinent, & malè quòd
illis caſibus receptum eſt, trahitur ad hanc ſpeciem in qua
clare definitum eſt ſolum quod intereſt petendum eſſe. † Sed 31
his prætermiſſis illud certum eſt ſoluta ſorte adiecto alio
loco, quam ſolui debuit, id quod intereſt peti poſſe, vt di-
ctum eſt. Neque eſt contrarium quod diximus perempta
per ſolutionem obligatione ſortis intereſſe peti non poſſe,
ex

Digitized by Google

ex *d. l.49. §. pretij, de act. empt. & d. l. 4. Cod. depoſ.* quia hic vna tantum erat actio, qua ſublata per ſolutionem ſortis nulla alia ſupereſt, ea qua creditor vſuras ſeu id quod intereſt petere poſſit, vt dictum eſt. Sed quoties adiecto alibi ſoluitur, licet contingat liberatio ſortis, tamen quia certam formam, & conuentionem contractus habuit, quæ ſeruata per debitorem, non fuit, ea hac ſolutione, quæ contra legem contractus facta eſt, oritur quædam actio arbitraria ad id quod intereſt *l. 4. in princ. ff. de eo quod cert. loc.* vel actio in factum *l. 1. in fin. l. quoties, ff. de præſcrip. verb.* qua creditor poteſt experiri ad id quod intereſt, nimirum ad coërcendam malitiam debitoris non exhibentis fidem, & alio in loco ſoluentis inſcio creditore, & cum illius iactura, quod videtur ſentire Fulgoſ. *in d. §. idem Iulianus*, & Coiac. ad African.
32 *tract. 3. col. 7.* † Sanè aliud dicendum eſt, ſi proponatur ſolutionem ipſi creditori licet alio loco factam fuiſſe. Nam & liberatio contingit, & nulla actio ad id quod intereſt competit creditori, qui non poterat cogi recipere *l. pen. & l. 8. de eo quod cert. loc.* & conſtat etiam *ex d. § idem Iulianus*, illis verbis, *& ſi mihi alibi ſoluatur, poſſe dici liberationem contigiſſe, quamuis inuitus accipere non cogar.* & ratio diuerſitatis in promptu eſt, quia fauori ſuo quilibet poteſt renunciare *l. pen. Cod. de pact.* adiectus verò ſolutioni adijcitur ad commodum creditoris, vnde non poteſt illius conditionem facere deteriorem *l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de verb. oblig.* Renuntiatio, & remiſſio eſt tacita quædam conuentio, ſed adiectus non poteſt conuenire, vel paciſci *l. 10. ff. de ſolut.* & Coiac. *loc. cit.* quod creditor facere poteſt, veluti rerum ſua-
33 rum moderator, & arbiter *l. 21. C. mandati.* † Ex quo etiam illud fieri puto, vt ſi iuſſu creditoris ſolutio alio loco fiat adiecto, vel procuratori eius, ceſſet actio ad id quod intereſt, quia perinde eſt, ac ſi ipſimet ſolutio facta fuiſſet *l. 49. ff. de ſolut. l. 4. C. eod. l. 1. §. ſi, iuſſerim. de acquir. poſſeſſ. & l. 80. de reg. iur.* quæ ait *quod iuſſu alterius ſoluitur, pro eo eſt, quaſi ipſi ſolutum eſſet*, & ita comperi deinde ſentire Chriſtoph. Matt. Medic. *in ſuis deciſ. exam. 8. n. 73.* quæ his iamdudum ſcriptæ editæ ſunt.

34 Quarta exceptio eſt, niſi creditor ſortem recipiens proteſtatus ſit ſibi ius ſaluum eſſe repetendi vſuras, ſeu id quod intereſt. Hoc enim caſu etiam recepta ſorte id quod intereſt peti poteſt, vt Bart. Caſtr. Iaſon. & alij docent *in d. l. vlt. de eo quod cert. loc.* & ex Decio, & Curtio conſtituit Menoch. *in d. præſ. 45. num. 19.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de ſolut. cap. 9. num. 6.* Surd. *in d. quæſt. 3. num. 39. & 50.* Fontan. *in lib. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 6. num. 50. & infra.* Flamin. Chartar. *in dec. 38. num. 5.* Scaccia *de commerc. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampl. 8. num. 299.* Gratian. *in d. cap. 244. num. 37. & 38.* &
35 Gait. *de credit. cap. 3. tit. 1. num. 68.* † Inter quos tamen non ſatis conuenit, an ſatis ſit debitorem tacuiſſe, & non contradixiſſe proteſtationi, an verò opus ſit, vt debitor expreſſè conſentiat quibuſdam etiam exiſtimantibus fruſtra debitorem contradicere. Sanè Surd. *loc. cit.* apertè ſenſit tacitum conſenſum debitoris ſufficere, vt noua quædam conuentio facta intelligatur, qua creditor acceſſiones huiuſmodi poteſt repetere. Ait enim Surdus, *ſi ſoluens non contradicit proteſtationi, poteſt intereſſe noua actione peti, ac ſi foret ex noua cauſa promiſſum, atque ita tanquam iure actionis debitum. Nam cum recipiens proteſtatur velle conſequi intereſſe, & ſoluens conſenſit proteſtationi non contradicendo, tunc intereſſe, quod erat acceſſorium, & debebatur officio iudicis, transfunditur in alium contractum, & incipit deberi ex noua cauſa. Nec nouum eſt, vt ex conſenſu partium debitum ex vna cauſa, vel contracta transfundatur in alium ſublato primo, vt receptum eſt in l. ſingularia*
36 *ff. ſi certum pet.* † Cæterùm vereor valdè, ne Surdi ſententiam, quam Menoch. ſequitur, & Gratianus amplexus eſt, & Gait. communem eſſe refert *loc. cit.* & Medices tutiorem eſſe ait *d. exam 8. num. 38.* & alij plerique ſequuntur, reijcere cogamur ex his, quæ ipſemet Surd. tradit *ead. quæſt. 3. num. 43.* Nam, poſtquam docuit marito, qui dotem ſine vſuris cum proteſtatione recepit, ius eſſe ad eas repetendas, hanc ſuam concluſionem declarat, his ferè verbis, *& ſanè prædicta procedunt, quando petitio alimentorum dote ſimpliciter recepta prohiberetur ea ſola ratione, quod videantur remiſſa per receptionem ſortis. Sed videtur alia quoque ſubeſſe ratio, quod ſcilicet alimenta ſint acceſſoria ad dotem, & ideo ſtare non poſſunt abſque principali: & pro eis detur ſolum iudicis officium, ſuper quo non poteſt conſiſtere iudicium*, & deinde poſt pauca, *ſtante autem ſecunda illa ratione infertur, quod reſeruatio, ſeu proteſtatio nihil poteſt operari recipienti. Quia proteſtatio nihil prodeſt in iis, quæ non pendent ab animo proteſtantis, ſed à iure l. alimenta, C. de neg. geſt. At petitio alimentorum, ſublata iam principali actione per ſolutionem dotis pendet non à voluntate creditoris recipientis, ſed à neceſſitate iuris, vt probatur in l. centum Capuæ, de eo quod cert. loc. & dicitur in l. 4. Cod. depoſ. Iudicis officium mercenarium actioni interueniens tolli de neceſſitate iuris. Idem dicunt Caſtr. & Iaſon in d. l. fin.* Dec. & Cort. *in d. l. vinum, & proteſtatio ſeu declaratio nihil operatur.* † Atque ita ratiocinatur 37
Surdus, ex cuius doctrina, cùm intereſſe hoc recepta ſorte remiſſum cenſeatur ex neceſſitate iuris, conſequens eſſe videtur ex ſola declaratione, & proteſtatione creditoris non illius eſſe ad huiuſmodi vſuras repetendas. Cùm non ſit ea proteſtationis vis, quæ ab vno tantùm interponitur, vt quis poſſit ſine actione experiri, vel vt vim pacti, & conuentionis habeat. Et hæc dubiam faciunt definitionem Surdi, dum deinde ait, & conſtituit ex eo tantùm quòd debitor non contradixit proteſtationi, ius eſſe creditori ad hoc intereſſe petendum, quaſi ex nouo contractu, & obligatione debeatur. Et multo magis dubia redditur eorum opinio, qui putant etiam contradicente debitore proteſtationem conſeruare ius creditoris, quam ſequuntur Bologn. *in dicta l. vinum, num. 24.* & Menoch. *in d. præſ. 45. num. 28.* & valde defendit Trentacinq. *loc. cit. num. 6. circa fin.* vbi concludit ab hac opinione non eſſe diſcedendum. Quomodo enim hic noua conuentio intelligi poteſt, quæ non niſi inter conſentientes contrahi poteſt *l. 1. ff. de pact. & l. 30. ff. de obligat. & act.*
† Quam difficultatem ſentiens Fontan. *loc. cit. num. 51.* & 38
admittens ius petendi intereſſe non tolli ea tacita renontiatione, vt Menochio ſine neceſſaria diſcuſſione rem tractanti placuiſſe ait, ſed ex neceſſitate iuris, vt ſentiunt omnes, quos ante retulerat, hoc poſito fatetur nihil proteſtationem, & animi declarationem prodeſſe, & cogitur confugere ad celebrem illam diſtinctionem Bartoli *in dict. l. vlt. num. 4. ff. de eo quod cert. loc.* quam minimè contemnendam eſſe ait, & eſſe qui eam ſequuntur, vt Aret. & Rube. Alex. verè eam ſequitur Rota Genuenſ. *in deciſ. 87. num. 6.* & rurſus apud Chartar. *in dict. dec. 38. in fin.* & nouiſſimè Anton. de Amat. *dicta reſol. 43. num. 63.* Ait enim Bartol. loc. cit. *mihi videtur dicendum, ſi recipiens expreſſè liberaret ſoluentem à ſorte proteſtando ſibi remanere ſaluum ius petendi intereſſe, quod tunc Petrus dicat verum, id eſt, nihil prodeſſe proteſtationem, ſed ſi non liberaret, ſed ſimpliciter ſortem reciperet cum illa proteſtatione, tunc proteſtationem prodeſſe, nimirum, vt non videatur debitor liberatus à ſorte, ſed remaneat petitio ſortis propter intereſſe. Et hoc probari ex l. 3. §. idem Iulianus, ff. eod. vbi inquit ſolutio ſortis facta adiecto non liberat à ſorte propter intereſſe, quia defuit conſenſus creditoris.* Elegans ſanè diſtinctio, ac notatu digniſſima, & vt ait Fontanella minimè contemnenda. Quis enim doctrinam Bartoli contemnet? & nihilominus plerique eam improbarunt, & quod veriſſimum puto, non probatur *ex dicto § idem Iulianus.* Hîc enim agitur de ſolutione facta adiecto alio in loco, quàm fieri debuit, & quærebatur, an creditori ius eſſet petendi id quod intereſt, & Vlpianus cenſet ſolum id quod intereſt petendum eſſe. Vnde hic nihil diſtinguitur, an creditor ſimpliciter ſortem receperit, vel debitorem expreſſè liberauerit, neque vllum hic huius rei veſtigium eſt, ſed tantùm diſtinguitur inter ſolutionem factam creditori, vel adiecto alibi, quàm fuerat conuentum. Nos verò quærimus de ſolutione facta ipſi creditori, vel marito: vnde palam eſt *d. §. idem Iulianus*, nihil ad hanc rem pertinere, vt notat Paul. Caſtr. *in dict. l. vlt. num. 7.* & Iaſon *num. 4.* vbi dicunt hunc iuris locum ineptè à Bartolo allegari, quod etiam obſeruauit Bereng. Paolac. *in dict. l. vn. Cod. de ſement. quæ pro eo quod inter. num. 37.* † Nihil enim refert, neque 39
mutatur ratio iuris, ſi ſimpliciter ſors recepta ſit, vel debitor etiam expreſſè liberatus fuerit, ſiquidem etiam ſi nulla facta ſit liberatio ab ipſo creditore, ſatis ob vim, & poteſtatem ſolutionis debitor liberatus eſſe intelligitur, vt conſtat *ex l. 12. de ſolut. & Inſtit. quib. mod. toll. obligat. in princ. & ex eod.*

eod. §.idem Iulianus, hia verbis, *& ſi mihi alibi ſoluatur, liberationem contigiſſe*. Et impoſſibile eſt ſolutionem rectè, & ritè factam, vt illa eſt, quæ ſit ipſi creditori vbicunque fiat, non parere liberationem, cùm & alio ſoluente, ſiue ignorante debitore, vel eo inuito liberatio contingat *l.39 de neg.geſt.& Inſtit.loc. cit.* ita vt prorſus inanis, & commentitia ſit illa diſtinctio inter vnum, & eundem creditorem ſimpliciter ſortem recipientem vel liberantem debitorem, quoniam non minus debitor liberatus cenſetur ex vi, & poteſtate ſolutionia. Et comperi deinde Surdum poſt alios quoſdam hanc Bartoli diſtinctionem velut verbalem reieciſſe *in d. quaeſt*. 3. *num.*63. Berengar. *loc.cit.* Scaccia *d. ampl.* 8. *num.*306. Chriſtoph. Matt. Medic. *loc. cit. num.* 47. Quare non ex hac diſtinctione hæc quæſtio dirimenda eſt, vtroque enim caſu ſiue creditor ſimpliciter ſortem recipiat, ſiue liberet debitorem, vt tollitur obligatio ſortis, ita prorſus nulla ſupereſt actio, qua vſuræ peti poſſint, nimirum ob eam rationem, de qua ſæpius dictum eſt, quia non ſunt in obligatione, ſed iudicis officio præſtantur *l. 49. §. pretij, ff. de act.empt. & l.fructus, C.eod. & aliis locis.*

40 Neque tutum eſt, quod Surd. ait & Berengar. *loc. cit.* ait *num.* 39. qui monetur *ex l. ſi fideiuſſor.* §. 1. *& gloſ. in verbo, recuſare, ff. qui ſatiſd. cogant*, & Chriſtoph. Matt. Medic. & Anton. *loc. cit.* & Fontanell. etiam *num.*56. ex eo quod debitor præſens proteſtationi non contradixit, conſentire videri, & intereſſe ex noua cauſa peti poſſe, quia hoc verum eſt, ſi ita inter partes ſpecialiter conueniat. Nam cum in conuentionibus, & contractibus lex exigit vtriuſque partis conſenſum, id regulariter de expreſſo accipiendum eſt, vt tradit Conſtant. Roger. *lib. de proteſt. quaeſt.* 3. *num.* 36. & in hac ſpecie conſtat apertiſſimè *ex d. l. ſingularia*, illis verbis, *& cum cauſa mandati, pecuniam mihi debeas, & conueniat, vt crediti nomine eam retineas*, & ex *l. 9. in fin. eod. tit.* cuius verba ſunt. *Depoſui apud te decem, poſtea permiſi tibi vti,* & *l.*32. *eod. tit.* vbi Celſus ait, *hoc enim niſi inter conſentientes fieri poteſt.* Sed hic nulla expreſſa conuentio adhibetur. Neque ex ſola taciturnitate debitoria elici poteſt, quia qui tacet, non vtique fatetur, vel conſentit *l.*5. *ff. de ſeruit. vrban. prædior. l.* 42. *de regulis iuris.* Imò diſſentire videtur in hia ſcilicet cauſia, in quibus expreſſus conſenſus exigitur, vt notat Cuiac. *ad h. l.*42. & Galerat. *de renunt. lib.*5. *cap.*11. *num.*56. Neque remouere debet *d.l.ſi fideiuſſor.* & gloſ. *in verb. recuſare*, qua mouetur Berengar. *loc. cit.* quia ibi agitur de priuilegio, quod facilè tollitur, vnde nihil mirum ſi proteſtatio facta præſenti, & tacenti vim renuntiationis habeat. Aliud verò eſt, quando agitur de inducenda obligatione, vel tollendo iure communi, tunc enim tacuiſſe non ſufficit, ſed expreſſus conſenſus exigitur, vt docet gloſ. *in l.vlt.* § *ſi prædixerit, ff. naut. caupon. ſtabul.* & ibi Bart. & Iaſ. *in d l.ſi fideiuſſor. num.*2. Neque noſtrum eſt ſine lege tacitas obligationea, & conuen-

41 tiones inducere. † Quamobrem cùm hic omnia lubrica ſint, & inter Scyllam, & Charibdim, nauigandum ſit, tutius videtur in eam ire ſentétiam, vt ita demum proteſtatio conſeruet iua petendi id quod intereſt, ſi debitor expreſsè proteſtationi conſentiat. Hoc enim caſu ex noua obligatione, & nono contractu rectè debitor conueniri poteſt: verùm eo tacente, aut contradicente nullam ſupereſſe actionem, qua huiuſmodi acceſſoria peti poſſint. Neque enim fieri poteſt, vt quod ex vna cauſa debetur, ex alia debeatur, niſi ſpecialiter hoc inter partes conueniat, vt indicant *d. l.ſingularia, & l.9. in fin. ff.ſi cert. pet. l.* 31 *ff. eod. tit.* quarum verba paulo ante protulimus, quod etiam aliquantulum probat *d.l.*5. *de ſeruit. vrban. præd.* Quod ſi dicas debitoris conſenſum neceſſarium non eſſe, vt putat Trentac. *loc.cit.* & Fontan. *num.*57. iam illud abſurdiſſimum ſequitur, vt quis ſine actione agere poſſit. Nam cùm in hoc negotio vna tantùm ſit actio, vt diximus *ex d. l.4. C. depoſ. & l.8. de eo quod cert. loc.* illis verbis, *hic autem vna pecunia credita eſt*, perempta obligatione ſortis per illius ſolutionem iam nulla alia ſupereſt, ex qua creditor agere poſſit, quamuis millies proteſtetur. Neque enim vnius proteſtatio poteſt facere, vt quod non erat in obligatione, ſed tantùm officio iudicis debebatur, incipiat in obligatione eſſe, quæ non niſi conſentientibus partibus contrahi poteſt *l.1. ff.de pact. & l.70. & 59. ff. de obligat. & act. & aliis locis proximè citatis.*

Neque eſt contrarium, quod dicimus ex receptione rei debitæ pœnam non videri remiſſam, quando creditor proteſtatur velle ſibi ius eſſe eam repetédi, vt docent iuris Pontificij interpretes *in c. potuit, de loc. & conduc.* & Alex. *in l.a. num.*5. *ff. ſi quis caut.* & Iaſon. *eod. loc. num.* 3. & de domino recipiente canonem ſaluo iure caducitatis Menoch. *lib.* 3. *de præſ.* 112. *num.* 18. quia huiuſmodi pœnæ ſunt in obligatione, & ex conuentione debentur & ideo cum creditor recipit ſortem ſine præiudicio pœnæ, pœna adhuc peti poteſt, quia cùm hoc pendeat ex voluntate recipientis proteſtatio facit, ne remiſſa videatur. Aliud verò eſſe in intereſſe, quod debetur officio iudicis, de quo quærimus, quia cùm non ſit in obligatione, & proinde iure actionis non debeatur, quamuis creditor reſeruet ſibi ius illud petendi, dum recipit ſortem, ea recepta agere non poteſt, quia proteſtatio poteſt quidem ſeruare iua quod quis habet, ſed non tribuit ius, quod non habet. Quare cum creditor ante proteſtationem nullam haberet actionem ad id quod intereſt, nec etiam habebit recepta ſorte, tametſi iterum atque iterum interponat proteſtationem, vt dictum eſt, & in hunc ferè modum reſpondent Beroïus *in conſ.*100 *num.*19 *lib.*1. Rot. Ganuenſ. apud Bellon. *in dec.* 61. *num.* 2. & Flamin. Chartar. *in d. dec.* 38. *num.* 10. *& ſeq.* qui hanc ſententiam ſequuntur: & his iam dudum ſcriptia D. Raphaël de Turri *in tract.de camb. diſp.*2. *quaeſt.*13. *num* 32.

Quinta exceptio eſt, niſi dolo malo ab ignorante ſibi intereſſe deberi, vel per vim receptio ſortia ſine intereſſe extorta ſit quia hoc caſu datur actio de dolo, & metus cauſa, vel in factum ad acceptilationem, & liberationem reſcindendam, ne quis ex ſuo dolo lucrum ſentiat *l.1. in princ ff.de dolo.l.9 §.volenti, & §.hoc.edicto, ff.de eo quod met.cauſ.* & ita puto ſentire Bart. *in l. vlt. num.*3. *ff. de eo quod cert. loc.* & *ibidem* Caſtr. *num* 5. & de eo qui ſortem recipere coactus fuit, ſcribit Surdus *in dec.*345. *num.*12. tametſi in ſpecie, de qua quæritur apud Surd. *in d. dec.* 345. non puto hanc exceptionem recipiendam eſſe. Agit enim Surdus eo loco de eo creditore, qui fecit, quod potuit, vt pecuniam debitam exigeret, & tandem ſortem per partes recepit, quod non exiſtimo ſatia eſſe, niſi vis, aut dolus à debitore adhibitus ſit, quia potuit creditor niſi deceptus, aut vi compulſus fuit, ſolutiones ſibi factas prius accipere in id quod intereſt, & quod reſiduum erat in ſortem *l.*5. *in fin. & l.6. ff. de ſolut. l.ſi vſuras, Cod. de vſur.* Ioan. Bapt. Coſt. *de ratione rat. quaeſt* 124. *num.* 2. *&* 23. & proinde neceſſe eſt, vt is dolus, vel metus interceſſerit, ob quam reſtitutioni, vel reſciſſioni locus ſit. Non ergo quilibet metua ſufficit, quia vani timoris nulla habenda eſt ratio *l.vani.de reg.iur. l.6. ff.de eo quod met.cauſ* & multis exemplis probat Duaren. *ad h.tit. cap.*1.

Sexta exceptio eſt niſi is, qui ſortem ſine vſuris vel eo quod intereſt recipit, minor ſit. Nam reſtitui poteſt aduerſus liberationem à ſe factam *l.*27. *§.ſi minor. ff.de minor. gloſ. in l. vltim. de condict. indeb.* & Sfort. Odd. *de reſtitut. in integ. quaeſt.*54. *art.*10. *num.* 46. & receptum eſt in quocunque negotio minor captus ſit, ei ſuccurrendum eſſe *l.* 1. *&* 7. *in princ. eod. tit.* quod etiam obſeruandum eſt in iis omnibus qui iure minorum vtuntur, vt ſcilicet aduerſus hanc ſolutionem reſtituantur, & hac ratione conſequi valeant, etiam id quod intereſt. Et comperi deinde ita docere Iaſon. *in d. l.*1. *num.*4. *C.de iudic.* vbi huius rei rationem adfert quia inquit hoc caſu iudicia officium loco actionis eſt, & ideo perinde eſſe, ac ſi acceſſiones illæ iure actionis deberentur, & Iaſonem ſequitur Trentacinq. *in dict, reſolut.* 9. *num.* 8. *de ſolut.*

Septima exceptio eſt. Niſi creditor ſortem duntaxat in iudicio petierit. Nam ex ſola petitione ſortis non perimitur obligatio, & proinde ea durante creditor ante ſententiam poteſt agere ad id quod intereſt *l.*4. *Cod. depoſ.* & ex multorum ſententia tradit Surd *in dict. quaeſt.* 43. *num.* 19. *& in d. quaeſt.*3. *num.*61. vbi Iaſonis contrarium ſentientis argumenta refellit. Chriſtoph. Matt. Medic. *in dec. Senenſ. d.exam.*8. *n.*57. Idémque ſenſit Trentac. *in d. reſol.*9. *num.*12. Nec enim inquit per litis conteſtationem conditio creditoria deterior fieri debet *l. aliam. de nouat. l. non ſolet. de reg. iur.* Quamuis deinde

Digitized by Google

deinde videatur is auctor hærere, & nutare, & in Iaſonis ſententiam ire, quæ tamen validis argumentis à Surdo profligata eſt *loc. cit.* vt proximè dictum eſt.

46 Octaua exceptio eſt. Niſi pars tantùm ſortis, vel dotis accepta ſit. Nam pro ea parte, quæ ſupereſt, ad iudicis officium pertinet æſtimare quanti creditoris intereſt, vt docet Duaren. *ad tit. de eo quod cert. loc. cap.* 4. & idem Surdus iiſdem locis, nimirum *in d. quæſt.*43. *num.*41. *& d. quæſt.*5. *n.*53. in hac exceptione confirmanda fruſtra laborans, quæ ſcilicet manifeſtè probatur *ex d. l. centum in fin. de eo quod cert. loc.* vt notat Gabriel. *in conſ.* 145. *num.* 23. hoc etiam probarunt Gratian. *in d. cap.*244. *num.*41. Matt. Medic. *loc. cit. num.* 60. & Gait *cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 72. Et huius rei vera eſt ratio non ea, quam Surdus, & poſt Surdum Gratian. proferunt, ſed quia cùm ſuperſit actio, qua creditor reſiduum in iudicio perſequi poteſt, Iudex habet, vnde ſuas partes interponat, & ſuo munere fungatur: & pro modo ſortis habeat rationem eius quod intereſt, iuxta *l.* 2. *§. nunc de officio, ff. de eo quod cert. loc.* Denique nihil refert, an ab initio decem debeantur tantùm, vel quindecim ex quibus quinque ſoluta ſint, quia non minus pro iſtis decem, quæ ſuperſunt, id quod intereſt peti poteſt, quàm pro illis, quæ ab initio tantùm credita ſunt, quantitas enim recipit diuiſionem *l.* 10. *de ann. & menſtr. leg.* & quinque ſolutis eadem quantitas eſt. Neque melior debeat eſſe conditio eius, qui decem tantùm, quàm illius, qui quindecim mutua dedit, & quinque accepit ſine vllo intereſſe *argum. l. ſi ventri. §. in bonis, ff. de priuileg. credit.*

47 Nona, & vltima exceptio eſt. Niſi agatur aduerſus ſocerum actione negotiorum geſtorum propter alimenta præſtita vxori eo tempore, quo vir dotem non habuit, & vxorem exhibuit, nec enim exceptione receptæ dotis ſummouebitur, quia licet actio dotis ſublata ſit, alia ſupereſt, qua huiuſmodi ſumptus perſequatur *l.* 15. *ff. de negot. geſt. l.* 7. *§.* 12. *&* 13. *& l.* 17. *ad Senat. Macedon. l.* 7. *in fin. & l.* 8. *ff. de in rem verſ.* Et licet fortè de hac re actio *de in rem verſo,* ſaltem vtilis competat, tamen ex hac cauſa dari actionem negotiorum geſtorum aduerſus ſocerum receptum eſt. Ita enim docent Bald. *in l. in inſulam, §. vſuras, ff. ſol. matrim.* Alexand. Ruin. Fortun. & Didacus Couar. apud eundem Surd. *eod. titul.* 5. *quæſt.*42. *num.* 16. *&* 17. qui tamen exceptionem omiſit *locis citat.* quæ quidem actio, ſiue negotiorum geſtorum ſit ſiue de in rem verſo per ſe ſubſiſtit. Nam ſi nullum eſſet matrimonium, is qui alimenta præſtitit, illa repetere poſſet *l.* 34. *ff. de negot. geſt.* Et ideo hæc actio non pendet ex contractu dotis, nec eſt officium iudicis, ſed propria, & principalis actio, quam maritus intendere poteſt etiam recepta ſorte, vt indicat *dict. l. centum,* illis verbis, *ibi enim dat, de eo quod cert. loc.* Et hac ratione recipi, & defendi poteſt Magonij deciſio, ita vt mirum ſit id à Fontanella prætermiſſum.

48 Sed hæc exceptio durum habet aduerſarium. Illam enim in dubium reuocat Gabriel. *in d. conſ.* 145. *num.* 52. *lib.* 2. Nam inquit quod dicitur poſſe maritum petere alimenta vxori præſtita, actione negot. geſtorum, quaſi geſſerit negotium ſoceri, qui filiam alere tenebatur, verum non eſt, ſiquidem pater non tenetur alere filiam, poſtquam nuptui tradita eſt, & manet in ſeruitio viri. Ita vt neque etiam dotem filia à patre petere poſſit, *l. ſi pro te, Cod. de dot. promiſſ.* idcirco maritum non poſſe aſſerere, ſe negotium ſoceri geſſiſſe vxorem alendo, quam in ſuo ſeruitio retinebat, ſed potius ſuum, & ita ſentire Abb. Roman. & alios quoſdam. Cùm igitur pater non teneatur filiam alere, neque filia alimenta petere poſſit, donec in ſeruitio mariti manebat, quæ debentur, attenta qualitate perſonæ, & patrimonij in domo patris, ſed ſolùm teneatur ſocer ſoluere dotem & intereſſe pro quantitate dotis non ſolutæ iuxta *cap. ſalubriter, de vſur. & d. l. in inſulam. §. vſuras.* Impoſſibile eſt, vt marito pro alimentis præteriti competat actio negotiorum geſtorum contra ſocerum, vt DD. prædictos declarare ait, & in terminis Romanum *in d. §. vſuras, num.* 14. *& in conſ.* 517. & quamuis ſi maritus velit, poſſit dimittere vxorem alendam patri, tamen ſi eius obſequio vtatur, non poteſt repetere alimenta, ſed tantùm intereſſe ſibi debitum, propter moram acceſſoriè ad dotem pro ea tantùm quantitate, quæ ſoluta non fuit *d. l. centum Capua, in fin.* & ita communiter ſentire interpretes, dum diſputant, vtrum huiuſmodi intereſſe poſſit excedere onera, cùm vir non eſt ſolitus negotiari. Nam ſi actione negotiorum geſtorum repeti poſſent alimenta, cùm pro eorum æſtimatione hoc intereſſe taxetur, inanis prorſus eſſet hæc diſputatio. Denique licet admitteretur hæc alimenta præſtita vxori, quæ in obſequio mariti fuit, actione negotiorum geſtorum peti poſſe, verius, & receptius eſſe cenſeri præſtita affectione maritali, & propter obſequia, & non animo repetendi *l. quod in vxorem, C. de negot. geſt.* & conſequenter actionem negotiorum geſtorum contra ſocerum, vel hæredes eius non competere. Ita differit Hieronymus *loc. cit. à num.* 17. † Ego verò hîc ſubſiſto, & 49
me valdè mouet, quod receptum eſt maritum non recepta dote non teneri vxorem alere, vt ex Surdo *in d. tit.* 1. *quæſt.*42. & aliis auctoribus alio loco dictum eſt, & proinde non ſuum, ſed ſoceri negotium agere videtur, vt indicant *d. l.* 15. *de neg. geſt. l.* 7. *§.* 13. *ad Senat. Maced.* & alia iura proximè citata, quibus ſatis conſtat illum, qui ſumptus fecit, quos alius facere tenebatur, eos repetere poſſe. Sed ſocer ab onere alendi filiam liberatus non intelligitur, niſi ſoluta dote, cuius proprium eſt, vt illius fructus oneribus matrimonij inſeruiant *l.* 7. *& l.* 76. *in fin. ff. de iur. dot.* & proinde humanior videtur ſententia, quæ marito actionem negotiorum geſtorum concedit pro ſumptibus alimentorum conſequendis pro ea quantitate, quam pater, vel fratres domi impendiſſent *l.* 25. *de neg. geſt. & l. creditor, §. ſi inter. ff. mand.* niſi ex coniecturis remiſſa videantur. † Et quamuis maritus vxo- 50
rem alere teneretur quam domi retinet, & cuius operis vtitur, vt Hieronymo videtur, poteſt tamen alimenta à patre repetere, apud quem dos eſſe proponitur, vt tractat Surdus *in d. quæſt.* 3. *num.* 74. *& in quæſt.* 4. *eiuſd. tit.* vbi conſtituit maritum, qui vxorem indotatam duxit, & exhibuit alimenta non repetere, quia, inquit, mulier perſonam ſuam dediſſe videtur loco dotis, aliud ſentiens, ſi dote cauta, & non numerata eam domi aluit, quia hoc caſu non maritali officio, & pietate alimenta præſtitiſſe præſumitur, ſed animo potius repetendi ab eo, qui dotem habet. Eo enim ipſo quod ſibi cauit dotem exſolui, ſatis indicat non eo animo eſſe, vt ſuis ſumptibus matrimonij onera velit ſuſtinere.
† Denique ſi verum eſt, quod Gabriel. ait maritum non poſ- 51
ſe repetere alimenta ex eo quod mulierem in obſequio habuit, & illius operis functus eſt, quaſi videatur proprium debitum non alienum præſtitiſſe, dum vxorem exhibuit, & quaſi ſibi ſatisfactum intelligatur ex operis mulieris, quod latius ſcribit Surd. *in d. quæſt.*4. *num.* 2. *&* 3. conſequens fieret, vt nec vſuras dotis petere poſſet, quod incongruum eſt, & contra omnium, & ipſius Surdi, & Gabrielis ſententiam. Cedo enim in quam cauſam iſtiuſmodi vſuræ cedant. Neque enim pro oneribus matrimonij, & in compenſationem eorum illas capere fas eſſet, ſi ſecundum Gabrielis, & Surdi ſententiam iſtis ſumptibus, ex operis, & obſequiis ab vxore præſtitis ſatisfactum eſſet: ſi operæ mulieris compenſarent ſumptus mariti. Neque enim bona fides patitur vt bis idem exigatur, quòd hic fieri neceſſe eſt, ſiquidem maritus pro ſumptibus & operas mulieris reciperet, & præterea vſuras dotis. Nec eadem ſolutio, & præſtatio debet parere obligationem, & inducere repetitionem *l. cum his, § ſi fideiuſſor. ff. de condict. indeb. l. hominem, §. vlt. ff. de ſolut.* Salicet. *in l.* 1. *&* 4. *C. de neg. geſt.* Quæ cum ſcripſiſſem memini me rem hanc fuſiùs tractaſſe aduerſus eundem Surdum, & Fontanel. *q.* 28. *num.* 53. & hic tantum adiiciam non inde ſequi inanem, & inutilem eſſe diſputationem, an intereſſe dotis poſſit excedere onera matrimonij, vt obiicit Gabriel. quia hoc nihil commune habet cum quæſtione de qua agitur, ſiue enim poſſint, vel non poſſint excedere, non ideo magis, vel minus competit actio negotiorum geſtorum, vel de in rem ſuam verſo, vt dictum eſt. † Illud ſanè intereſſe puto, quia 52
cùm agitur ad vſuras dotis pro oneribus, quæ maritus ſuſtinuit, intereſſe æſtimandum eſt pro modo ſumptuum, quos vir fecit in exhibenda vxore etiamſi excedant ſumptus, quos mulier in domo patris feciſſet, vt ait Gabriel. *in d. conſ.* 145. *num.* 23. quod tamen accipi debet ſecundum ea, quæ diximus *in dict. quæſt.* 28. *num.* 75. quando verò agitur actione

negotiorum geſtorum ex hac cauſa id tantùm repeti poſſe, quod pater, vel hæredes eius domi impendiſſent, vt dixi *ex l.25. de neg.geſt. & l. creditor, ff.mandat.* quibus conſentiunt *l.7. in fin.ff.de in rem verſo. & l.5. §.ſi filius, ff. de iur. dot.* illis verbis, *hactenus, quatenus auus eſſet donaturus neptem,id in rem aui videri verſum,* & videtur ſentire Gabriel. *loc. cit. num.* 19. hoc enim huius actionis proprium eſt.

53 Cæterùm obſeruandum eſt, quod dixi,*n.*50. niſi ex coniecturis alimenta remiſſa videantur. Interdum enim pietas, affectio, amicitia, officium excludit negotiorum geſtorum actionem,ita vt alimenta, & ſumptus facti cenſeâtur non repetendi animo, ſed iure pietate cogente, vt *in l. 34. de negot. geſt.* iure amicitiæ *l.44. eod. tit.* munere pietatis, & affectione domeſtica *l.* 1. intuitu pietatis *leg.* 2. exigente materna pietate, materna liberalitate *l.* 11. paterno affectu *l.* 15. *C. eod. tit.* cauſa pietatis, vt *in leg.* 32. *§. mulier. de condict. indeb.* & aliis locis. Nam quod Gabrielius putat *in dict. conſ.* 145. *n. vlt.* alimenta vxori præſtita, dum eſt in obſequio viri, cenſeri præſtita affectione maritali, omnino falſum eſt, ſaltem
54 in eo, qui dotem ſibi dari ſtipulatus eſt. † Niſi coniecturæ aliud ſuadeant arbitrio iudicis, vt palam eſt *in l. Neſennius,* 34. *ff. de neg. geſt.* illis verbis, *hæc diſceptatio in factum conſiſtit,* & proinde eſt in æſtimatione iudicis *l. virum,* 47. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* nec poteſt certa regula definiri, vt reliquæ quæſtiones facti *l.mora. ff.de vſur. l.3. §.einſdem ff.de teſt.l.2. C plus valer. quod agit.* Itaque hoc æſtimandum eſt ex circunſtantiis rerum, & perſonarum ex coniecturis, & aliis indiciis veritatis. Inter quæ maximè proderit ad inducendam remiſſionem coniunctio ſanguinis, vt ſi mater, vel auia eſt,quæ impendit, ſi amicus *l.1. & 11. C.de neg.geſt.l.44. ff.eod. tit.* ſi maritus, *l.quod in vxorem C. eod.* ſi ſæpiùs rationes initæ ſunt, & nunquam huiuſmodi impenſæ imputatæ ſunt, vt *in l. procula, 29. ff. de probat.* ſi nec quidem in rationem relatæ ſunt, & deſcriptæ, vt *in d. l.Neſennius* Denique ſi quis diu tacuit, *l.cum quidam, §.diuus, de vſur.* aut nunquam petiit, vt taxarentur alimenta *d. l. Neſennius*, 34. Hæc & alia iudicis animum mouere poſſunt, vt putet has impenſas animo donandi, & ex cauſa pietatis erogatas fuiſſe, & nullam earum repetitionem eſſe.
55 † Ex contrario remiſſionem excludent, ſi in rationem impenſarum alimenta relata ſunt, ſi petiit alimenta à iudice, vel affinibus decerni, ſi proteſtatus eſt animo repetendi hæc impendere, ſi pro his iudicem adiit, & eum quem aluit, vel tutores eius conuenit, vt *in ead. l. Neſennius*, ſi extraneus, ſi mediocrium facultatum, ſi minimè liberalis, & impenſæ magnæ ſunt, ſi nulla ſanguinis coniunctio, aut amicitia cum eo, aut eius patre intercedat, & eleganter Celſ. *in d. l.47. de donat. inter vir. & vxor.* coniecturam huius rei ex modo, & ex genere impenſæ non difficilem eſſe. His, & aliis, aut eorum quibuſdam concurrentibus iudex æſtimare poteſt dandam eſſe negotiorum geſtorum actionem, & ſumptus repeti poſſe, & præſertim quia nemo iactare ſuum præſumitur animus donandi *l. Campan. de operis libertat. leg. cum de indebito. de probat.* & notat Cuiac. *ad dict. l. Neſennius, columm.* 3. & cùm de marito agitur dotis ſtipulatio ſatis arguit eum noluiſſe ſuis ſumptibus
56 vxorem alere, quicquid tentet Gabriel. *loc. cit.* † Quia dotis natura, & finis eſt, vt ex eius fructibus onera matrimonij ſuſtineantur, & proprium dotis eſt, vt eam onera matrimonij ſequantur *l.7. & 56.§. de iur.dot. l. pro onerib. C. eod.* Neque mouet, quod ait *l. quod in vxorem,* 13. *C. de neg. geſt.* maritum ſumptus, quos in vxorem ægram erogauit à ſocero non repetere, ſed affectioni ſuæ debere expendere, quia in ſpecie huius legis vir dotem receperat, vt indicat quod ſequitur *in funus ſanè eius*, ſi quid eo nomine quaſi recepturus erogaſti patrem apud quem dos redit iure conuenis & ideo nihil mirum ſi illos ſumptus pro vxore infirma factos vir de ſuo præſtare teneatur, vt tractat Surd. *lib. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 33. vbi tamen docet hoc perpetuum non eſſe. Quamobrem cùm de marito quæritur, qui dotem ſibi dari ſtipulatus eſt, & ea nondum ſoluta vxorem alit, ſola affectio maritalis non ſufficit, vt huiuſmodi impenſæ donatæ, & remiſſæ videantur, ſed aliis coniecturis, & præſumptionibus opus eſt, & præſertim quia donationes inter virum, & vxorem ſunt prohibitæ *l.* 1. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* etiam vſurarum dotis, vt conſtat *ex l.21. in fin. & l. vir vſuras, eod. tit.* tractat Barboſ. *in l.quæ dotis,* 34. *n.* 50. *&* 52. *ff. ſolut. matrim.*

QVÆSTIO XCII.

An ex longo ſilentio vſuræ remiſſæ intelligantur.

SVMMARIA

1 *Vſuræ, quas creditor diu diſtulit petere, remiſſæ videntur.*
2 *Remiſſio vſurarum etiam à fideiuſſoribus obiici poteſt.*
Harmenopuli locus declaratur.
3 *Dotis vſuræ an ex ſilentio longi temporis remiſſæ cenſeantur.*
4 *Maritus, qui non toto decennio tacuit, vſuras dotis remiſiſſe non intelligitur.*
5 *Niſi ex coniecturis aliud iudici videatur.*
6 *Maritus, qui per decennium vſuras dotis non petiit, eas donaſſe intelligitur.*
7 *Vſurarum remiſſio à voluntate creditoris pendet.*
8 *Vſurarum remiſſio probabilior in marito, quàm in alio extraneo creditore.*
9 *Socer in id quod facere poteſt, conuenitur etiam ex cauſa dotis.*
10. L. vir vſuras, ff.de donat.inter vir.& vxor. *ſententia.*
11 *Barboſæ reſponſiones* ad l. vir vſuras, *referuntur, & refelluntur.*
12 *Vſuræ ex iure ciuili regulariter non debentur niſi in ſtipulationem deducta ſint.*
13 *Donatio vſurarum facta vxori eſt inualida, niſi morte viri confirmetur.*
14 *Barboſa malè retorquet* d. l. vir vſuras, *& contra expreſſa illius verba.*
15 *Donationis confirmatio eam ſupponit.*
16 *Vſuræ faciliùs remittuntur, quam ſors.*
17 *Marij Medices reſponſio quædam excutitur.*
18 *Longi temporis ſilentium arguit remiſſionem vſurarum pro præterito tempore, non autem pro futuro.*
19 *Silentium viginti annorum inter abſentes exigitur, vt inducatur remiſſio vſurarum.*
20 *Ignorans ius ſuum remittere non intelligitur.*
21 *Coniecturæ excludunt vſurarum remiſſionem.*
22 *Maritus, qui per omne tempus matrimonij vſuras non petiit, eas donaſſe præſumitur.*
23 *Etiamſi minus decennio matrimonium ſteterit,*
24 *Vſuræ dotis ex ſilentio longi temporis cenſentur remiſſæ, etiamſi eas maritus ſtipulatus ſit,*
25 *Vſuræ dotis ex longa taciturnitate remiſſæ non videntur, ſi debitor abſens ſit.*
26 *Præſumptio remiſſionis vſurarum ceſſat, ſi de contraria voluntate mariti conſtet.*
27 *Filiusfamilias donare non poteſt,*
28 *Præſumptio remiſſionis vſurarum ceſſat, ſi ſuperſint filij.*
29 *Filij, qui viuunt tempore donationis factæ à patre, illam non reuocant.*
30 L. vir vſuras, *an locum habeat, cum matrimonium morte mulieris ſolutum eſt.*
31 *Mortua vxore maritus non prohibetur petere vſuras, quas ab ea ſtipulatus eſt.*
32 *Maritus mortua vxore non poteſt vſuras dotis petere, ſi diù ſtetit matrimonium.*
33 *Maritus ſi minus decennio matrimonium ſtetit, poteſt defuncta vxore vſuras dotis petere.*
34 *Menochij caſus à quæſtione alienus.*
35 *Taciturnitas creditoris quando inducat probationem liberationis.*
Intereſſe pœnæ genus.
36 *Iniquum eſt eum, qui per viginti annos petiit, vſuras etiam poſtulare.*

Iudices procliues eſſe non debent ad infligendas vſuras longi temporis.

QVÆ inter coniecturas remiſſionis vſurarum præcedenti proxima quæſtione *n.* 54. ea relata eſt, quæ ex ſilentio longi temporis elicitur, nunc opportunè quærendum eſt, an ſilentium decem annorum ſufficiat, vt creditor vſuras, &
1 id quod intereſt remiſiſſe cenſeatur. † Et ſanè vſuras ea iure ciuili remiſſas videri, quas creditor diù diſtulit petere, definitum eſt *in l. cùm quidam, §. diuus, ff. de vſuris*, cuius verba ſunt. *Parum iuſtè vſuras præteritas petis, quas omiſiſſe te longi temporis interuallum indicat, qui eas à debitore tuo, vt gratior apud eum videlicet eſſes, petendas non putaſtis*. Idem ſcribit Harmen. *lib. 3. tit. 7.* his verbis. *Qui ex liberalitate vſuras diù non petiit, haud rectè ſuperioris temporis vſuras exigit*. Id etiam docent Bart. & Fulgoſ. *in l. cùm de in rem verſo. n. 7. de vſur.* Et licet hoc videatur conſtitutum, quia creditor captabat gratiam debitoris, & ideo cenſeatur tandiù omiſiſſe petitionem vſurarum, non tamen inde fit, vt hæc mens, & intentio creditoris probari debeat, ex eo enim, quod diu diſtulit vſuras petere, lex præſumit id creditorem voluiſſe, vt gratiam conſequeretur debitoris, rectè explicat Barboſ. *in l. quæ dotis, 54. num. 48. ff. ſol. matr.* & Rouit. *in dec. 43. n. 4.* & ideo non eſſe ferendum creditorē, ſi repentè mutata voluntate vſuras præteriti temporis petat, & earum mole debitorem opprimere velit, qui ſingulis annis per partes faciliùs eas ſoluere potuiſſet. Et ita intelligi debet, quod Harmenopulus ait, *qui ex liberalitate vſuras diù non petiit*, ſcilicet ex diuturno ſilentio cenſeatur creditor ex liberalitate remiſiſſe, alioquin ſi aliunde liberalitas probanda eſt, nihil opus eſt, vt probatur eum
2 diù non petiiſſe. † Quæ tacita remiſſio non tantum ab ipſo debitore obiici poteſt, ſed & ab hærede eius, & fideiuſſoribus, & poſſeſſoribus bonorum, vt oſtendi poteſt *ex l. omnes, 19. ff. de except.* Hering. *de fideiuſſor. cap. 3. part 4.* & iudicatum refert Rouit *in d. dec. 43. in fin.* tametſi in ſpecie dictæ dec. in qua agebatur de intereſſe annuorum redituum alia vrgebat ratio, quia reditus annui, veluti acceſſiones aliam acceſſionem non admittunt ſecundum noſtram ſententiam, & proinde ſuperfluum videbatur quærere, an ex longo ſilentio huiuſmodi intereſſe remiſſum videretur.

3 Sed an hoc etiam in vſuris dotis recipiendum ſit, ardua quæſtio eſt ob diſſidentes auctorum ſententias. Quidam etiam exiſtimauerunt remiſſas videri, ſi per decennij interuallum maritus eas petere neglexerit. Inter quos Baldus, vel quidam Dionyſius inter conſilia Baldi *conſ. 474. lib. 3.* Alex. *conſ. 74. num. 8. lib. 5.* Catellian. *in ſuis memor. verbo dos. ſolut. matrim. in fin.* Alciat. qui acriter hanc tuetur *lib. de præſumpt. reg. 1. cap. 32. num. 4* & aliis auctoribus relatis. Menoch. *lib. 3. præſumpt. 15. num. 2. & 3.* quæ ſententia potiſſimum vtitur *d. l. cùm quidam, §. diuus, ff. de vſur & l. vir vſuras, de donat. inter vir & vxor.*

Sed contrarium probant alij, inter quos Natta *in conſ. 495.* Ozaſc. *in dec. 132. num. 19.* Surd. *de alim. tit. 1. quæſt. 42. n. 90. & 110.* vbi refert ita per Senatum Montis ferrati fuiſſe iudicatum. Valaſc. *conſult. 8. num 9.* Barboſ. *in d. l. quæ dotis, n. 46.* vbi ait Baldi ſententiam falſam eſſe, & communiter reprobari Roderic. *de ann. redit. lib. 3. quæſt. 7. num. 65.* Gratian. *diſcept. cap. 143. num. 16.* Maſtrill. *dec. 252. num. 34.* Fontan. *de pactis, dot. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 6. num. 21.* & aliis auctoribus citatis Antonin. de Amat. *variar. reſol. cap. 43. num. 20*, qui potiſſimùm mouentur *ex l. libertis, 18. §. 1. ff. de alim. & cib. legat.* ex qua conſtat alimenta, etiamſi hæres annis quatuordecim interpellatus non ſit, à legatariis peti poſſe, tam præteriti temporis quam futuri. Nec obſtare *d. l. cùm quidam, §. diuus*, quia inquiunt, hic locus accipi debet de vſuris lucratiuis, & ſic odioſis, & quæ idcirco faciliùs remiſſæ videntur, & proinde trahi non debet ad vſuras dotis, quæ non infliguntur propter lucrum, ſed pro oneribus matrimonij compenſandis. Has igitur vſuras non cenſeri remiſſas quantocunque longo tempore non fuerint petitæ ſecundum definitionem *ad d. l. libertis, §. 1.* neque eſſe contrarium, quod definit *d. l. vir vſuras*, quia reſpondet Barboſ. *n. 50.* hic agi de vſuris in ſtipulationem deductis, & quæ erant in obligatione, quarum remiſſio ex longo tempore non præſumitur, & hoc Alciat. & Menoch. admittere locis citatis: ſed quia negari non poteſt ea his locis valde colligi vſuras ex ſilentio tam longi temporis remiſſas videri, & horum Hiſpanorum reſponſiones parum tutas eſſe ea his, quæ Alciatus, & Menochius tractant *loc. cit.* & ex his, quæ proximè dicam, tutius arbitror Menochij viri docti veſtigia ſequi, qui in hoc genere aliquot caſus diſtinguit, quibus aliquid contribuere conabor.

Primus igitur Menochij caſus eſt, cùm minus tempus, 4
quàm decennium lapſum eſt, veluti ſi vir quinque vel ſex annis non interpellauit debitorem, vt vſuras dotis ſolueret, & hoc caſu inter omnes conuenit remiſſas non videri, & ſatis hoc probare *d. §. diuus*, qui longi temporis interuallum exigit, & proinde curſus minoris temporis non ſufficiet. Ita Menoch. *loc. cit. n. 1.* & Roderic. *in d. q. 7. n. 61.* Fontan. & Amat. *loc. cit. n. 18.* & Mart. Medic. *exam. 27. num. 6.* & puto neminem contradicere.

Declaratur hic caſus, niſi ex coniecturis aliud iudici vi- 5
deatur. Nam poſſunt coniecturæ ſupplere id quod tempori deeſt, & tot tamq́ue in vno negotio concurrere, vt iudex arbitretur remiſſas videri, vt conſtat *ex l. Procula, de probat. & d. l. vir vſuras, de donat.* & cùm in aliis cauſis receptum ſit ex coniecturis donationem factam præſumi, vt aliis auctoribus citatis tradit idem Menoch *de arbitr. iudic. caſ. 88. n. 8.* vbi ait in arbitrio iudicis poſitas eſſe, id multò magis in vſuris dotis recipiendum eſt, quæ cum acceſſiones ſint, & reditus dotis, faciliùs remiſſæ intelliguntur. Denique ſi ſola cauſa pietatis, & affectionis interdum id poteſt, vt *in d. l. 1. C. de neg. geſt.* & aliis locis, ergo multò magis in hac ſpecie aliis coniecturis concurrentibus dicendum eſt poſſe iudicem arbitrari vſuras iſtas ex liberalitate remiſſas fuiſſe.

Secundus Menochij caſus eſt, ſi toto decennio maritus 6
dotis debitorem non interpellauerit ad vſuras ſoluendas, cùm interim onera matrimonij ſuſtineret, & vxorem aleret. Hoc enim caſu ex multorum ſententia cenſet vſuras huiuſmodi remiſſas videri. Et hanc ſententiam iuuat *d. l. cùm quidam, §. diuus, de vſur.* quæ cum in vſuris id generaliter definiat, in vſuris dotis etiam obtinere debet, quæ etiam vſuræ dicuntur *l. in inſulam, §. vſuras, ff ſolut. matrim. l. cùm poſt. ff. de iur. dot.* & paſſim alibi, & leue eſt, quod Hiſpani ſcriptores reſpondent, vt etiam Mart. Medic. *loc. cit. num. 70. d. §. diuus*, loqui de vſuris lucratiuis, quæ veluti odioſæ faciliùs remittuntur, hic verò quæri de vſuris, quæ penſant onera matrimonij, & quarum proinde longè fauorabilior cauſa eſſe
videtur. † Quia hic agitur de tacita remiſſione vſurarum, 7
quæ pendet ea ſola voluntate, & liberalitate creditoris, & proinde nihil refert, ex qua cauſa debeantur: ſed ſolùm ſpectandum eſt, an ex circunſtantiis coniicere liceat creditorem eas remiſiſſe. Quod cùm non minus colligatur ex ſilentio longi temporis in vſuris dotis, quàm in aliis cauſis, conſequens eſt idem omnino ſtatuendum eſſe. Nulla enim eſt ratio qua dicamus creditorem, qui lucri cauſa vſuras pecuniæ creditæ ſtipulatus eſt, nam de ea loquitur *d. §. diuus*, eas ex ſilentio longi temporis remittere voluiſſe, potius quam maritus, qui vxorem domi in obſequio retinet vi-
tæ ſociam & ſocerum loco parentis habet. † Ex quo ten- 8
tari poteſt vſuras dotis facilius remiſſas videri, quia in hoc genere cum interuallo longi temporis concurrit amor, & affinitas, ex quibus remiſſio & donatio magis inducitur *d. l. procula, de probat. l. 32. §. mulier. de condict. indeb. & l. 1. & 13. Cod. de neg. geſt. & l. 38. de donat. inter vir. & vxor.* & cùm præſumatur creditor, qui vſuras ſtipulatus eſt, petitionem earum tandiù diſtuliſſe, vt gratiam captaret debitoris, vt *in d. §. diuus*. Sanè hæc præſumptio faciliùs inter ſocerum, & generum recipi debuit ob mutuum amorem, & obſequia, atque etiam, vt viri gratiores ſint apud vxores, quæ ægrè ferrè ſolent parentes pro earum doti-
bus à coniugibus vexari. † Et mouet etiam, quia mitius 9
cum ſocero agitur, etiamſi ex cauſa dotis conueniatur. Conſtat enim ſocerum non niſi in quantum facere poteſt conueniri, etiam tùm mulier repetit dotem *leg. 15. in fin. & l. 16. ff. ſolut. matrim.* vel ex promiſſione dotis conuenitur *lib. 21. ff. de re iudic.* quia parentis locum ſocer

obtinet

obtinet *l.16.ff.ſolut.matr.*ergo mitius etiam cum eo agendum
eſt, cùm de vſuris, & fructibus dotis agitur. Denique licet
nunc odioſior cauſa ſit vſurarum, quas creditor ex pecu-
niis creditis ſtipulatur, & captat, tamen ex iure ciuili vſu-
ſæ eiuſmodi intra ſtatutum legibus modum licitæ videban-
tur, & earum actio, & petitio fuit, non minu quam vſura-
rum dotis, vel pretij, quæ nunc non improbantur, vt dictum
eſt, ita vt mihi ariolari videbantur, qui dicunt Diuum
Pium, cùm reſpondit ex ſilentio longi temporis vſuras re-
miſſas videri, id de vſuris pecuniæ creditæ, ſeu lucratiuis, vt
loquuntur duntaxat conſtituiſſe, congruentius enim eſt iuri
ciuili, vt dicamus id generaliter de omnibus ſanxiſſe, & etiam
vſuras dotis remiſſas videri, nimirum, vt vir gratior eſſet
apud ſocerum, vel hæredes eius. Quamobrem etiam mari-
to obiici poteſt, quod Imperator reſcripſit. *Parum iuſtè præ-
teritas vſuras petis, quas omiſiſſe te longi temporis interuallum in-
dicat, &c.*

10 Præterea hanc ſententiam valde iuuat definitio *d. l. vir
vſuras, ff. de donat. inter vir. & vxor.* cuius verba ſunt, *vir vſu-
ras promiſſæ dotis in ſtipulatum deduxerat, eáſque non petierat,
cùm per omne tempus matrimonij ſuis ſumptibus vxorem, & eius
familiam vir exhiberet, dote prælegata, ſed & donationibus ver-
bis fideicommiſſi confirmatis: legato quidem dotis vſuras non con-
tineri videbatur, ſed titulo donationis remiſſas.* Siquidem hu-
ius reſponſi hæc eſt ſententia ex Cuiacio ad Papinianum
*maritum generali capite confirmatarum donationum verbis fidei-
commiſſi confirmare vſurarum donationem, & remiſſionem taci-
tam, quam arguit longum ſilentium, quoniam ponitur vir per
omne tempus matrimonij ſoluiſſe, nec exegiſſe vſuras dotis.* Ita
Cuiac. *ad hanc l. in fin.* quæ interpretatio etiam eſt veterum,
vt Bartoli, & Salicet. *ad hanc l.* Roman. *in d. conſ. 517. n.16.*
& aliorum quorundam, quos recenſet Barboſ. *loc. cit. n.49.*

11 † Qui animaduertens ex hoc loco Baldi ſententiam egregiè
confirmari, ait hunc intellectum, vt loquitur, minimè ve-
rum eſſe. Verùm excutiamus rationes, quibus id perſuadere
conatur. Primo inquit *d.l.vir vſuras,* loquitur de vſuris dedu-
ctis in ſtipulationem, & ſic debitis iure actionis, quarum re-
miſſio non præſumitur ex eo, quòd longo tempore non fue-
rint petitæ *l.16. §.1. ff.de alim.& cib. leg.* & admittunt Alciat.
& Menoch. *loc. cit.* ſed hæc reſponſio manifeſtè refellitur
ex ead. l. vir. vſuras, quæ ait titulo donationis videri remiſ-
ſas. Idémque indicat *d. l. cùm quidam, §. diuus*, quæ etiam
de vſuris accipi debet, quæ in ſtipulatum deductæ ſunt,
12 & quæ iure actionis debentur. † Primò quia vſuræ regulati-
riter ex iure ciuili non debentur, niſi illas creditor ſtipula-
tus ſit *l.quamuis, C.de vſur.l.Titius, ff.de præſcr. verb.* Harme-
nop. *lib. 3. tit. 7. §. 1.* Paulus *2. ſententiar. tit. 14.* vbi ait pa-
ctum nudum de vſuris præſtandis nullius momenti eſſe, quia
ex nudo pacto inter ciues Romanos actio non naſcitur, &
proinde magis eſt, vt dicamus hic de vſuris etiam quæri,
quæ in ſtipulationem fuerant deductæ, & præſertim in ſpe-
cie dicti reſponſi vſuras ex iure actionis debitas fuiſſe ſa-
tis colligitur ex eo, quod ait creditorem petere noluiſſe, vt
gratioſior eſſet apud debitorem. Nam cùm in facultate eius
poſitum eſſet eas petere, conſequens eſt habuiſſe actionem
ad eas, & tamen hic manifeſtè definitum eſt ex ſilentio lon-
gi temporis cenſeri remiſſas. Denique ſi hic locus eſt de
vſuris, quæ debentu officio iudicis ex mora, & non de vſu-
ris quæ ſunt in obligatione, & in ſtipulationem deductæ,
euertitur ferè reſponſum diui Pij, quia in vſuris, quæ de-
bentur ex mora, & officio iudicis in contractibus quibuſ-
dam, & fideicommiſſis, ceſſat illa coniectura remiſſionis,
iam enim clarum eſt creditorem noluiſſe eas remittere, qui
interpellauit debitorem ad ſoluendum, nec poteſt reſcrip-
tum diui Pij congruere ei, qui petit quod ſibi debetur, cum
de eo tantum loquatur, qui longi temporis interuallo omi-
ſit petere, vt gratior eſſet debitori. Niſi dicat Barboſa de
eo accipiendum eſſe, qui petiit quidem, & interpellauit
debitorem, ſed deinde per longi temporis interuallum omi-
ſit debitum repetere, & moram remiſit, quod nemo ſani
capitis dicat, quia hoc eſt ariolari, & deinde, quia nimis re-
ſtringeretur reſcriptum D.Pij, qui ſimpliciter ait creditorem
qui diù vſuras petere omiſit eas remiſiſſe videri. Falſum igi-
tur eſt, & duobus apertis locis refellitur, quod doctor Luſi-
tanus ait vſuras, quæ ex ſtipulatione debentur, ex ſilentio
longi temporis remiſſas non cenſeri.

Secundò ait Barboſa ex illa præſumpta vſurarum remiſſio- 13
ne reſultaret quædam donatio, quæ inter virum, & vxorem
prohibita eſt *l.ſi quis, §.vlt.ff de donat.inter vir.& vxor.* Quod
igitur expreſsè maritus validè facere non poteſt, præſumi
non debet tacitè facere voluiſſe. Et ita poſt Alex. docere
Barbum *in lib. de præſcript.* Sed hæc reſponſio etiam manife-
ſtè refellitur *ex ead. l. vir vſuras*, in qua Papinianus ait ver-
bis fideicommiſſi à marito facti confirmatam fuiſſe vſura-
rum donationem, & illas titulo donationis fuiſſe remiſſas.
Et fateor quidem donationem hanc illicitam fuiſſe, & irri-
tam, niſi fideicommiſſo confirmata fuiſſet, conſtat enim
donationes inter virum, & vxorem non valere *l. 1. & l. ſi
quis pro vxore, §.1. de donat.inter vir.& vxor.* Sed hic non quæ-
ritur, an donatio ſit valida, vel inualida, ſed tantùm an ex
ſilentio longi temporis tacita vſurarum donatio colligatur,
& licet in ſpecie reſponſi Papiniani donatio eſſet illicita ex
circunſtantia perſonæ, tamen ſatis oſtendit id, quod quæ-
rimus, hinc donationem, & remiſſionem vſurarum ar-
gui: ſatis indicat maritum, qui tanto tempore omiſit pete-
re, eas donare voluiſſe, & proinde cum res eſt cum eo, cui
non eſt prohibitum donare, tacitam hanc remiſſionem vim
donationis habere. Cùm enim de vno quæritur, cætera con-
grua eſſe ſupponuntur, *l.20. ff. qui teſt. facer. poſſ. & l. Titius,
de obſeq. præſtand.* Card.Mantic. *de coniecturis vlt.volunt. lib.1.
tit.13. num.19.* ait hoc eſſe tritum.

Tertiò ait Barboſa hunc locum poſſe retorqueri. Nam in- 14
quit, Iuriſconſultus vult, ſi maritus non petiit vſuras dotis,
dum conſtitit matrimonium, & moriens dotem prælegauit
vxori, vſuras dotis legato non contineri, & ideo ſentit non
videri remiſſas, & conſequenter hæredes mariti poſt mor-
tem eius eas petere poſſe, & ita notare Corneum *in conſ.145.
n.25. lib. 2.* Dec. *in conſ. 171. in fin.* ſed hæc reſponſio etiam
verbis Papiniani repugnat, ait enim *legato quidem dotis vſuras
non contineri, ſed titulo donationis remiſſas,* vſuræ dotis non con-
tinentur legato dotis, quia non ſunt pars dotis, ſed fru-
ctus, & reditus dotis, vt hic Accurſius, & Cuiacius notat.
Sed nos de hoc non agimus quærimus enim, an ex eo quod
toto tempore matrimonij vir vſuras non petiit, eas donaſ-
ſe videatur, & Papinianus ait confirmatis fideicommiſſo
donationibus eas titulo donationis videri remiſſas: ex quo
fit, vt hæredes viri eas petere non poſſint. Nam licèt lega-
to dotis non contineantur vſuræ, repelluntur tamen hære-
des, quia titulo confirmatæ donationis remiſſæ videntur,
ita vt mirum ſit hæc Barboſæ excidiſſe, qui aliorum ſenten-
tias carpere, & vellicare ſolet.

Tandem ad veram ſententiam *d.l.vir.vſuras,* obſeruandum 15
eſſe ait maritum, qui conſtante matrimonio non petiit vſu-
ras non ſolùm prælegaſſe dotem vxori, ſed & confirmaſſe
donationes illi factas verbis fideicommiſſi, & confirmatio-
nem referri ad donationes inualidas *l.ſi quando, 112. de leg.1.*
& quia non conſtabat de aliqua donatione inualida, vt con-
firmatio aliquid operetur, ex ea coniectura deducitur, quod
maritus non petendo vſuras dotis voluit eas remittere. Ex
qua remiſſione reſultat donatio inualida *d. l. 22. in fin.de do-
nat. inter vir, & vxor.* quæ valebit ob confirmationem teſta-
toris, vt *in l.5. C. de donat.* ideóque ſi non interueniſſet con-
firmatio, ex qua donationis coniectura ducitur, potuiſſent
hæredes mariti vſuras petere, quaſi nullo modo fuiſſent re-
miſſæ. Sed hæc potius iuuant noſtram ſententiam, quia ſi
confirmatio eſt coniectura, & argumentum donationis, vt
Barboſa ait, & repetit *loc. cit.* neceſſe eſt donationem præ-
ceſſiſſe. Neque enim confirmari poteſt donatio, niſi iam
facta ſit *lib. 36. §. ſponſus, hoc tit.* Quod verò præceſſerit do-
natio, colligitur ex eo tantum quod ponit Papinianus ma-
ritum vſuras ſtipulatum fuiſſe, neque eas petiiſſe, vt *in d.
l. cum quidam, §. diuus*, & conſequenter ex ſilentio mariti
per tempus matrimonij vſuras remiſſas videri, de quo tan-
tum quæritur.

Provt etiam nihil monet *d. l.libertis, §. 1. ff. de aliment. &* 16
cib. leg. qua Barboſa maximè vtitur, vt etiam Mart. *loc. cit.* &
auctores contrariæ ſententiæ, quia hic locus eſt de ipſis le-
gatis, de re ipſa legata, non autem de acceſſionibus, & vſuris

legatorum. Acceſſiones autem faciliùs remiſſæ intelliguntur, quam ſors, vt indicat ſatis *d. l. cum quidam, §. diuus*, in quo vſuræ duntaxat ex ſilentio longi temporis remiſſæ intelliguntur,& ſors adhuc ſalua manet creditori. Proinde licet ex eo quod quis per longi temporis interuallum non petierit legatum, non videtur illud remiſiſſe,vt etiam is,qui pro alio ſumptus fecit, longo tempore non excluditur *l. 8. C. de neg. geſt.* non tamen ſequitur idem eſſe in fructibus,& vſuris aliiſque acceſſionibus. Non enim par cauſa eſt acceſſionum, & ſortis, vt conſtat *ex l. 10. §. 2. eod. tit. de alim. & cib. leg. l. mulier. §. ſi hæres, ff. ad Trebell. l. 15. §. vlt. & l. 17. ff. de donat. inter vir. & vxor* & nominatim in ſpecie, de qua quæritur *ex d. §. diuus*, quamobrem nihil à Barboſa proponitur, vt mutemus ſententiam,

17 Denique non mouet, quod obiicit Mart. Medic. *in dec. 60. num. 15. nimirum in d. l. vir vſuras*, non fuiſſe quæſitum, an vſuræ dotis, quas maritus non petierat, viderentur ex donatione remiſſæ,ſed potius an prælegata dote vſuræ legato continerentur, & iuriſconſultum reſpondiſſe titulo donationis eſſe remiſſas, & hunc eſſe germanum intellectum, vt loquitur,huius loci,& probari ex illis verbis *dote prælegata, ſed & donationibus confirmatis*: & rurſus ex eo quod reſpondet non contineri ſub legato, ſed ſub titulo donationis. Primo quia verius eſt hic etiam quæſitum fuiſſe,an vſuræ dotis,quas vir non petierat, comprehenſæ eſſent ſub generali capite confirmatarum donationum. Nam qui ad vſuras dotis conueniebatur,duplici ratione ſe tuebatur. Primo quia dos vxori prælegata fuerat. Altera quia maritus donationes factas vxori verbis fideicommiſſi confirmauerat. Et Papinianus reſpondit vſuras non contineri quidem prælegato dotis, ſed titulo donationis eſſe remiſſas. Quare cum mos ſit iuriſconſultis reſpondere ſecundum ea, quæ proponuntur,magis eſt,vt dicamus hic quæri, an vſuræ quas maritus non petierat,donatæ viderentur, vt definitio videlicet quæſtioni reſpondeat: & proinde immerito Ozaſchus noſter à Martio reprehenditur. Deinde cum lex aliqua ad alicuius rei fidem inducitur, nihil aut parum refert,an de ea re dubium eſſet, ſed illud inſpiciendum eſt, an probet id de quo quæritur, neque enim nouum eſt, vt leges inducantur ad probandum id de quo ibi non dubitabatur, vnde cum hæc lex probet vſuras quas maritus non petiit,donatas videri vt demonſtratum eſt,& Martius non negat, nec negare potuit, ſatis eſt ad noſtram, id eſt Baldi, & Menochij ſententiam retinendam.

18 Cæterùm hic Menochij caſus,quaſdam recipit declarationes, quas vir doctus omiſit Prima eſt, vt locum non habeat in vſuris futuri temporis, ſiquidem remiſſæ tantum intelliguntur in præteritum, & pro eo tempore, quo creditor omiſit eas petere, ait enim Diuus Pius. *Parùm iuſtè vſuras præteritas petis*, & congruenter Harmenop. *loc. cit. qui ex liberalitate vſuras diu non petiit haud rectè vſuras ſuperioris temporis exigit.*

19 Secunda exceptio eſt,niſi inter abſentes agatur. Hoc enim caſu ſilentium viginti annorum requiritur,vt iſtiuſmodi vſuræ remiſſæ intelligantur. Nam cum *d. l. cum quidam, §. diuus.* interuallum longi temporis exigat, conſequens eſt, vt inter abſentes non niſi viceennio hæc præſcriptio locum habeat, quia inter abſentes longum tempus viceennium eſt. *Inſtit. de vſucap. & long. temp. præſcr. in princ.* Paulus *lib. 5. ſentent. cap. 2. § 5.* in re fere ſimili Cuiac. *in l. cum poſt. in princ. ff. de iur. dot.* & ita ſentire videtur doctiſſimus Faber *de error. pragmat. decad. 1. cap. 3. num. 21.* quamuis non probem quod addit in ſpecie *d. l. diuus*, conſanguinitatem, & longi temporis taciturnitatem interuenire, cum ſola longi temporis ratio ſufficiat, ad huiuſmodi vſurarum remiſſionem inducendam neque vllum prorſus ibi conſanguinitatis, vel affinitatis veſtigium appareat.

20 Tertia declaratio eſt, niſi maritus eas ſibi deberi ignorauerit. Nemo enim ignorans intelligitur ius ſuum remittere *l. 26. §. 1. ff. de fideic. libert. l. mater. ff. de inoff. teſt. l. tres fratres, 45 ff. de pact.* & ita reſpondit Cort. *in conſ. vlt. in fin. libri.* Menoch. *in d. præſ. 15. n. 11.* Roder. *de ann. red. lib. 3. q. 1. n. 70.* quæ tamen ignorantia probabilis eſſe debet, non ſupina,& nimium ſecura,& negligentis hominis *l. 6. & 9. §. ſed facti, ff. de iur. & fact. ignor.* & proinde hæc exceptio raro accipienda eſt.

Quarta,& vltima declaratio eſt. Niſi ex aliis facti,& perſonarum circunſtantiis aliud iudici videatur, id eſt non animo donandi, & ex liberalitate omiſſam fuiſſe vſurarum,ſeu intereſſe petitionem, ſed ex alia cauſa. Ita ſentit Menoch. *in d. præſumpt. 25. n. 12.* dum ait ſimiles cauſas conſiderari poſſe,& Facbin. *controu. iur. lib. 3. cap. vlt.* qui quod magis,eſt hoc totum in arbitrio iudicis poſitum eſſe exiſtimauit. Quæ ſententia probari poteſt *ex l. Neſennius. ff. de neg. geſt. & l. virum, ff. de don. inter vir. & vxor.* & ex his quæ diximus *quæſt. præced. et n. 55.* & ſanè facile admittam hac in re plurimum dominari arbitrium iudicis, qui proinde ex coniecturis poterit recedere ab illa præſumptione, quæ ex longo ſilentio proficiſcitur, & hactenus vera eſt Magiſtri ſententia. 21

Tertius Menochij caſus eſt,cum maritus per omne tempus matrimonij ſiluit, neque vſuras dotis petiuit. Hoc enim caſu vſuræ remiſſæ cenſentur, neque mariti hæredes eas repetere poſſunt,vt à Papiniano definitum eſt *in d. l. vir vſuras*, & apud Faber. *in tit. de iur. dot. definit. vlt.* & ſentiunt Bart. Cephal. & alij quidam apud eundem Menoch. *eod. loc.* Surd. *in d. quæſt. 42. n. 112. & 118.* Fontanell. *loc. cit. n. 25. & 28.* vbi ait hanc eſſe communem ſententiam, & apud ſuprema tribunalia receptam. † Quod recipiendum eſt, etiamſi tempus, quo matrimonium ſtetit, ſit minus decennio,ſatis enim eſt maritum toto tempore matrimonij ſiluiſſe, nec petiiſſe vſuras, vt rectiſſimè notat Alciat. *in d. præſ. 32. in fin.* Menoch. *loc. cit.* vbi reprehendit Ozaſcum aliud ſentientem Barboſ. *in d. l. quæ dotis, n. 50.* & Fontan. *vbi ſupra n. 30. vbi ait d. l. vir vſuras*, nullum tempus præfigere. Videtur enim etiam hoc caſu maritus in ea voluntate deceſſiſſe, vt quod ipſe viuens non fecit, neque hæredes eius faciant. Quod etiam probat Anton. de Amat *loc. cit. num. 25.* 22 23

Sed placuit etiam hunc caſum quaſdam recipere exceptiones. Prima eſt, niſi huiuſmodi vſuræ pacto expreſſo debeantur. Ita Alciat. *loc. cit. n. 6.* Barboſ. *ad l. 34. n. 50. ff. ſolut. matr.* & Menoch. *in dict. præſ. 25. n. 10.* vbi tamen ait ſe hac de re valde dubitare Sed ego puto omnino reiiciendum eſſe,ſiquidem *d. l. vſuras*, nominatim loquitur de vſuris, quas maritus ſtipulatus fuerat ait enim *vir vſuras dotis promiſſa in ſtipulatum deduxerat*, vt à nobis proximè adnotatum eſt. 24

Secunda exceptio eſt,niſi debitor dotis abſens fuit,nec erat quem maritus conueniret, hoc enim caſu non videtur animo donandi vſurarum petitionem omiſiſſe, quia certum eſt hoc caſu moram in rem fieri *l. 23. ff. de vſur. & l. 45. §. 2. de verb. obligat.* & præſertim ſi creditor idipſum proteſtatione complexus ſit, id eſt ſi proteſtatus eſt ſe ideo non petere, quia nemo eſt, ex parte debitoris interpellari poſſit, Id enim pro petitione eſt *l. 2. ff. de naut. fœn.* & proteſtatio hæc animum donandi excludit *d. l. Neſennius*, & puto exceptionem hanc ad caſum præcedentem poſſe pertinere. 25

Tertia exceptio eſt, niſi ex aliis indiciis conſtaret de contraria voluntate mariti,vt ſi proteſtatus eſt; ſi huiuſmodi vſuras in rationes retulerat, veluti ſibi debitas, *d. l. Neſennius*, ſi teſtamento condito eas alteri legauit, ſi tam paruo tempore matrimonium conſtitit, vt veriſimilius ſit maritum morte præuentum non petiiſſe: denique ſi aliis coniecturis conſtat cum donandi animum non habuiſſe *l. 12. C. de donat. inter vir. & vxor.* Surd. *in conſ. 290. n. 55.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 7. n. 15.* Præſes Fab. *in d. def. vlt.* & Fontan. *loc. cit. n. 31.* vbi ait hoc non habere difficultatem, neque nouum eſſe,vt præſumptio præſumptionibus elidatur, Quod cum in facto conſiſtat,& nulla lege definitum ſit iudicis arbitrio & prudentiæ relictum eſt *d. l. Neſennius*, *& l. virum, 47 de donat. inter vir. & vxor.* Iudex ergo ex ſententia animi ſui æſtimare debet, quæ coniecturæ ſufficiant ad iſtius tacitæ donationis præſumptionem excludendam. 26

Quarta exceptio eſt, niſi maritus filiusfamilias ſit, quia filiusfamilias donare non poteſt,nec etiam mortis cauſa,ſine conſenſu patris *l. filiusfamilias, 7. in princ. & §. 4. ff. de donat. l. 32. §. ſimilee, de donat. inter vir & vxor.* & docet Clar. *in §. donatio. quæſt. 6.* ſed hæc vſurarum remiſſio donatio eſt, *d. l. vir vſuras, ff. de donat. inter vir & vxor. l. pro oneribus, C. de iur. dot.* & ideo irrita eſt hæc donatio, niſi deinde confirmetur. 27

Quinta exceptio eſt, niſi filij ſuperſint, quia etiam ex hac cauſa expreſsè donationes reuocantur *l. ſi vnquam, Cod. de* 28

reuoc.

Digitized by Google

reuoc. donat. quæ in donationibus præſumptis etiam locum habet, vt docet Tiraq. *ad eand. in verbo. donatione largitus. n.* 151. Nec veriſimile eſt patrem compendium hoc propria ſoboli auferre voluiſſe, & ita ſentit Ioan. Bapt. Lupus *in tract. de vſur. comm.* 1. §. 4. *n.* 82. vbi refert ita in Rota Florentina fuiſſe deciſum, & in hanc ſententiam propendit Fontanell. *loc. cit. num.* 32. vbi ait hanc magnam limitationem eſſe, concludens tamen, *tu ipſe videris.* Quam probarunt Chriſtoph. Matt. *d. deciſ.* 60. *num.* 27. Merlin. *d. cap.* 28. *num.* 9. & Anton. de Amat. *d. dec.* 43. *num.* 33. qui duo auctores poſt hæc à me vtcunque ſcripta prodiere. Ego vero puto exiſtentiam filiorum non ſufficere, niſi aliæ coniecturæ concurrant, Nam Papinianus generaliter ex eo, quod maritus per totum matrimonij tempus omiſit vſuras petere, arguit remiſſionem earum, nec diſtinguit, an ſuperſint liberi, & præſertim quia admiſſa hac exceptione rarò huic definitioni locus eſſet, cum ex nuptiis frequentius liberi ſuſcipiantur. Denique cum hæc donatio ex eo præſumatur, quod vir per omne matrimonij tempus vſuras dotis non petiit, & ex morte mariti potiſſimum confirmetur, quia nulla interpoſita contrariæ voluntatis proteſtatione defunctus eſt, tametſi liberos haberet, dicendum eſt ex hac circunſtantia remiſſionem hanc non ex-
29 cludi. † Quia etiam compertum eſt filios exiſtentes tempore donationis, quod donans habere minimè ignorabat, nec reuocare donationem *ex d. l. ſi vnquam*, vt docet Tiraquell. *ad eand. l. in verb. filios non habens, num.* 17. vbi ait rem hanc adeo apertam, & manifeſtam eſſe, vt teſtimonio, aut auctoritate non indigeat. Quare cum maritus ſciens ſe habere liberos nullum contrariæ voluntatis indicium reliquerit, magis eſt vt dicamus remiſſioni locum eſſe, niſi aliæ quoque coniecturæ concurrant, vt proximè dictum eſt. Inter quas etiam referri poteſt exiſtentia filiorum. Neque enim faciles ſunt ad donandum, qui liberos habent, quamuis ad excludendam hanc remiſſionem hæc coniectura ſola non ſufficiat, ſecundum noſtram ſententiam.

30 Sexta, & vltima exceptio eſt, niſi morte mulieris matrimonium ſolutum ſit. Nam eo per mortem mulieris dirempto, poteſt vir ſuperſtes vſuras petere, nec habet locum *d. l. vir vſuras.* Et ſecundum hanc ſententiam reſpondit Aluar. Valaſc. *in d. conſ.* 84. *n.* 3. vbi notat Papinianum, qui reſpondit vſuras videri remiſſas, cum matrimonium morte mariti ſolutum eſt, non idem fuiſſe reſponſurum in caſu, quo maritus ſuperuixit. Et ſanè in ſpecie *d. l. vir vſuras*, morte mariti matrimonium ſolutum erat, & ipſe moriens generali capite donationum confirmatarum tacitam hanc vſurarum donationem confirmauerat. Et iuuat hanc ſententiam, quod noſter Ozaſc. ait *in d. dec.* 132. *n.* 19. vſuras tacitè donatas non videri, cum de contraria ipſius mariti viuentis voluntate apparet, quæ omnem donationis præſumptionem excludit. Et hæc etiam magna limitatio eſt, quæ videlicet nobis Papiniani reſponſum dimidiatum relinquit, cum non magis morte viri, quam mulieris matrimonium diſſoluatur. Cæterùm ego hæreo, & ſubſiſto, nam licet in ſpecie reſponſi Papiniani opus fuit donationem hanc morte mariti confirmari, quæ alioqui veluti inter virum, & vxorem irrita fuiſſet *l.* 33. *&* 48. *de donat. inter vir. & vxor.* nihil tamen hoc ad arguendam donationem pertinere videtur, imo ex eo quod donatio confirmata eſt, neceſſariò præſupponere debemus vſuras fuiſſe remiſſas, vt expendit Ozaſc. *loc. cit. num.* 20. argumentum ergo donationis hic ducitur ex eo, quod maritus per omne matrimonij tempus omiſit vſurarum petitionem, quo cum vtroque caſu contingat, ſiue morte viri, ſiue mulieris matrimonium diſſoluatur, ponimus enim maritum toto matrimonij tempore vſuras dotis non petiiſſe, magis eſſe videtur, vt vtrumque caſum Papiniani definitio complectatur.
31 † Quamobrem cum morte mulieris matrimonium ſolutum eſt, ego ſic conſtituendum puto. Vel enim maritus vſuras ab vxore ſtipulatus eſt, quam aluit, & familiam eius, & hoc caſu matrimonio morte mulieris dirempto vir ſuperſtes non prohibetur vſuras ab hæredibus mulieris petere, tametſi per omne tempus matrimonij eas non petierit, quia licet ex hoc ſilentio donatio argui poſſit, hæc tamen donatio veluti inter coniuges irrita fuit *l.* 1. *& l. ſi quis,* 21. §. *ſi vxor. ff. de donat. inter vir. & vxor. l.* 32. §. *ſi diuortium, eod. tit. l. pro onerib. C. de iur. dot.* & ſatis indicat *d. l. vir vſuras*, dum demonſtrat eam indigere confirmatione, vt hic Cuiacius notat; vel ab alio vir dotem, & vſuras dotis ſtipulatus fuit, & tunc cenſeo multum intereſſe, an matrimonium diu ſtetit, vel minoris
temporis interuallo. † Si diu conſtitit matrimonium, etiam 32
eo per mortem mulieris ſoluto puto maritum vſuras petere non poſſe, quas per omne matrimoni tempus petere omiſit, vt ſatis indicat *d. l. cum quidam*, §. *diuus*, in quo creditor, qui lõgo tempore vſurarum petitionem omiſerat, dicitur parum iuſtè eas petere, & tamen hic creditor ipſe vſuras petebat & contendebat ſe illas non remiſiſſe. Intempeſtiua hæc declaratio creditoris poſt ſilentium tam longi temporis non admittitur, vt ſuperiùs tractatum eſt *n.* 6. quia diuturna hæc taciturnitas mariti tacita quædam pactio eſt, ne peterentur vſuræ, vt in re ferè ſimili dicitur *in d. l. cum poſt. in princ. ff. de*
iur. dot. illis verbis, *conueniſſe tacitè videtur.* † Vel minus decen- 33
nio matrimonium ſterit, & hoc caſu puto virum ſuperſtitem vſuras dotis petere. Nam & extraneus quilibet eas petere poſſe, nec maritus deterioris conditionis eſſe debet, & præſertim quia ponimus maritum per omne matrimonij tempus vxorem exhibuiſſe. Niſi enim vir matrimonij onera ſuſtineat, fruſtra quæritur, an vſuræ dotis remiſſæ, ſeu donatæ videantur, cum nec debeantur quidem. Nam explorati iuris eſt ſtipulationi vſurarum dotis hanc conditionem ineſſe, *ſi vir ſuſtinuerit onera matrimonij*, vt conſtat *ex l. cum poſt, §. in domum, de iur. dot. l.* 21. §. *vlt. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. in inſulam*, §. *vſuras, ſolut. matrim.* & nos non ſemel diximus ſuis locis, & ita recipi poteſt Aluari ſententia.

Quartus Menochij caſus eſt, cùm maritus ſortem ſine 34
vſuris recipit; hoc enim caſu eas etiam remiſiſſe dicitur, vt aliis auctoribus citatis probat *num.* 13. *&* 14. & tractat Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 43. *num.* 11. Sed hic caſus nimium excurrit, quandoquidem agimus de remiſſione vſurarum, quæ ex longi temporis ſilentio, & ex tacita quadam donatione inducitur; at cum de remiſſione vſurarum agitur, quæ ex receptione ſortis prætenditur, nihil refert, an diu, vel modico tempore eas creditor petere omiſit, & an habuerit animum donandi, cum etiam eo inuito recepta ſorte nulla vſurarum petitio competere poſſit, vt mediocri diligentia tractatum eſt *quæſt. præced.*

Sed ea quæ diximus valde confirmari poſſunt ex doctrina 35
Bart. *in d. l. cùm de in rem verſo. n.* 7. *ff. de vſur.* vbi docet ex diuturna creditoris negligentia, & taciturnitate decem annorum præſumi titulum liberationis lucri odioſi, vt *d. l. cum quidam*, §. *diuus, ff. de vſur. & d. l. cum poſt. in princ. ff. de iur. dot.* tametſi aliud ſit, quando agitur de liberatione lucri non odioſi, quia tunc ex ſola patientia longi temporis non præſumitur, vt *l. libertis*, §. 1. *ff. de alim. & cib. leg.* & innuunt leges omnes, quæ dicunt in actionibus perſonalibus non niſi ſpatio triginta annorum præſcribi, niſi aliæ concurrant coniecturæ, vt *in caſu l. procula, de probat.* ita Bart. *loc. cit.* & Fulgoſ. *eod. loc. n.* 7. *& in d. l. cum poſt. ff. de iur. dot.* vbi ait ſilentium longi temporis inducere titulum liberationis, & remiſſionis lucri odioſi, cuiuſmodi eſt lucrum vſurarum, vt etiam pœnæ, & eius quod intereſt, quod pœna dicitur *in d. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo*, quia vt hic Cuiac. ait, pœna eſt, quicquid infligitur vltra ſortem, pœna ſcilicet fruſtrationis, & moræ, vt *l.* 3. *ff. de vſur. & l. qui ſine de neg. geſt. l. vlt. ff. de eo quod cert. loc.* & hic Duarenus notat,

Denique ad hanc quæſtionem valde pertinet, quod ait 36
Marcellus *in l.* 29. *ff. de adminiſtr. tut. periniquum eſſe eum, cui forte poſt viginti annos, vel amplius in mentem venit tutelam repoſcere, etiam vſuras poſtulare.* Nam licet Marcellus dicat poſt viginti annos, dici tamen poteſt idem eſſe, ſi poſt decem annos creditor, qui præſens fuit, & tandiu tacuit, ſortem, & vſuras repoſcat *ex dict. l. cum quidam*, §. *diuus, & d. l. cum poſt. ff. de iur. dot.* vbi Bald. notat ſilentium decem annorum taciti pacti exceptionem inducere. Ex quibus omnibus colligere licet iniquum eſſe creditores ſaltem poſt viginti annos, vel amplius ſortem petere, & intereſſe etiam poſtulare. Quod iudices maximè obſeruare velim, ne proclines ſint ad infligendos tam longi temporis vſuras. Ego enim hac in re libenter locum darem arbitrio, & æquitati iudicis,

QVÆSTIO XCIII.

Solutio vſurarum quomodo probetur, vel præſumatur.

SVMMARIA

1 *Vſura neque minuunt ſortem, nec obligant ad reſtitutionem, niſi exigantur.*
2 *Vſurarum ſolutio non præſumitur.*
3 *Mutuum eſt vſurarium, in quo creditor plus ſtipulatur, quam dedit.*
4 *Solutio vſurarum probari debet teſtibus, vel aliis probationum generibus.*
5 *Vſura per acceptilationem, aut nouationem ſoluta non obligant ad reſtitutionem.*
6 *Creditor exigens nomen ſibi in ſolutionem vſurarum ceſſum, tenetur imputare ſorti, quod exegit.*
7 *Fœnerator negligens in exigendo nomine ſibi in ſolutum ceſſo, tenetur illud imputare ſorti.*
8 *Fœnerator, cui nomen ceſſum eſt in ſolutionem vſurarum, liberatur cedendo actionem, ſi nihil ei imputari poteſt, cur non exegerit.*
9 *Vſurarij libros rationum edere tenentur.*
10 *Argentarij olim edere tenebantur etiam acturis aduerſus ipſos.*
11 *Hæredes vſurarij ad edendum cogi poſſunt.*
12 *Item is, cui vſurarius calendarium legauit, ſi illud ab hærede habuit.*
13 *Vſurarij quibus modis cogantur edere.*
14 *Vſurarius rationes non edens tenetur ad id quod intereſt.*
15 *Rationes probant contra ſcribentem.*
16 *Rationes an probent aduerſus eum, qui petit ſibi edi.*
17 *Rationum liber an probet contra eum, qui edi deſiderat, multum pendet ab arbitrio iudicis*
18 *Cum ſtandum eſt libris rationum, contrarium probari poteſt.*
19 *Rationibus vſurarij maior fides danda, cum ab eo ſponte exhibentur.*
20 *Rationibus fœneratoris pro eo ſtandum eſt, cum aduerſarius diu tacuit, & nihil oppoſuit.*
21 *Explicatur* l. ſi filius ad Macedon.
22 *Qui tacet, non vtique fatetur.*
23 *Verbum* (continuò) *in d.l. ſi filius, accipiendum eſt cum ſpatio aliquo.*
24 *Solutio vſurarum probatur libro rationum eius qui ſoluit, concurrentibus coniecturis.*
25 *Rationes defuncti maiorem fidem merentur.*
26 *Libris officialium, & Syndicorum vniuerſitatis adhibenda eſt fides.*
27 *Ad probandam ſolutionem vſurarum duo teſtes ſufficiunt.*
28 *Vni teſti non eſt credendum licet ſit Senator.*
Vni teſti neque Catoni credendum.
29 *Xenocratis iniuratum teſtimonium dixit Athenis.*
30 *Princeps conſtituere poteſt, vt in cauſa vſurarum vni teſti credatur.*
31 *Et quibuſdam in cauſis aliis.*
32 *In cauſis vſurarum proxenetæ teſtimonium admittitur.*
33 *Proxenetæ, & intercesſores negotiorum non recipiuntur in teſtes, niſi vtraque pars conſentiat & quare.*
34 *Proxenetarum libri validè iuuant ad detegendum fœnus.*
35 *Sorte ab vſurario recepta, an vſuras etiam accepiſſe cenſeatur.*
36 *Catonis, & Phauorini ſententia quædam, quæ in iudiciis non admittitur.*
37 *Sorte non ſoluta vſurarum ſolutio non præſumitur.*
38 *Si conſuetudo exigendi vſuras inconſtans eſt, ex receptione ſortis vſurarum ſolutio non præſumitur.*
39 *Præſumptio ſolutionis vſurarum, quæ ex receptione ſortis oritur, probationem in contrarium admittit.*
40 *Coniectura coniecturis eliditur.*
41 *Soluens quid pro reſiduo vſurarum omnes ſoluiſſe intelligitur.*
42 *Petitio reſidui arguit nihil amplius deberi.*
43 *Niſi probetur contrarium.*
Solutio pro reſiduo certæ quantitatis non arguit ſolutionem aliarum.
44 *Si debitor quid pro reſiduo ſe debere dicat, creditor non prohibetur integram ſummam petere.*
45 *An ex dilatione conceſſa ad ſoluendum mutuum vſura ſoluta, vel ſubducta intelligatur.*
Fœnerator non præſumitur iactare vſuras medij temporis.
46 *Fœneratores perfidi, & ſoliti exigere cautiones maioris quantitatis quam vere mutuent ex Plutarcho.*
47 *Præſumptio quæ oritur ex dilatione, allegari debet.*
48 *Conſuetudo creditoris, vt ex ea arguatur vſuras ſubduxiſſe, conſtans eſſe debet.*
49 *Præſumptio ſolutionis vſurarum ceſſat, ſi aliæ in contrarium vrgeant coniecturæ arbitrio iudicis.*
50 *Natio, & conſuetudo regionis magnam coniecturam facit in in quæſtione vſurarum.*
51 *Quæ vno tempore fiunt, ab eadem voluntate proficiſci cenſentur.*
52 *Tractatus procedens, quando faciat coniecturam fœnoris.*
53 *Coniectura ex tractatu leuis.*
54 *Franciſci Zoanneti in fœneratores opinio.*
55 *Si non eadem vſura in regione frequentantur, ſequendum quod magis fieri ſolet.*
Vel quod eſt minimum.
56 *Ex perſona proxenetæ, & notarij vſuræ præſumptio ducitur.*
57 *Præſumptio fœnoris excluditur ex qualitate perſonæ.*
58 *Auaritia docuit etiam Philoſophos fœnerari.*
59 *Ex conſuetudine regionis fœnus excluditur.*
60 *Vſuræ præſumptio excluditur ſi negotium ſit alienum.*
61 *Dummodo is, qui alieno nomine contraxit, vir bonus ſit.*
62 L. qoicuoque, Cod. de apoc. public. *locum habet in debitis annuis.*
63 *Et in ſolutionibus vſurarum.*
64 *Conſtito de ſolutione vſurarum quantitas iuramento debitoris probari poteſt.*
65 *Poſitionibus criminoſis nemo reſpondere cogitur.*
66 *Vſurarius tenetur reſpondere poſitionibus ſuper exactione vſurarum.*
67 *Iuſiurandum ſuper ſolutione vſurarum deferri poteſt.*
68 *In actione furti, & aliis famoſis iudiciis iuſiurandum rectè defertur.*
69 *Vt in actione iniuriarum.*
70 *Olim improbum fuit vſuras vltra legitimum modum capere, nunc etiam leuiores exigere.*
71 *Criminales cauſæ non deciduntur iuramento, ſed ciuiles tantum.*
72 L. 17. de ioiuriis, & l. 6. de his qoi not. Infam. *intelliguntur, cùm ciuiliter agitur.*
73 *In iis caſibus, in quibus remittitur iurandi neceſſitas, in his ſuper vſurarum exactione nemo iurare cogitur.*
74 *Iuramentum in cauſis vſurariis in ſupplementum probationis deferri poteſt.*
Vſura his, quibus extorta ſunt, vel pauperibus reſtituenda ſunt iuſſu Epiſcopi.

QVIA ſæpius diximus vſuras minuere ſortem,
vel reſtituendas eſſe, tandem qoærendum eſt, 1
quomodo ſolutio vſurarum probari poſſit.
Nec coim ſortem minuere, vel ad reſtitutionem poſſunt obligare creditorem, niſi verè illas exegerit, & extorſerit, tametſi illas maximè ſtipulatus ſit, & ſperauerit *l. his ſolis, ff. de reb. cred.* Angel. *inter conſ. Baldi conſ.*405. *num.* 1. *lib.* 1. Nauarr. *in comm. de vſur. n.* 12. Ioan. Bapt. Lup. *in comm.*4. *§.*2. *n.*5. *in fin.* Molin. *diſp.* 306. *num.*1. vbi ait hoc eſſe notiſſimum, & Vgolin. *in lib. de vſur. cap.*1. *§.*3. *num.*7. *& cap.*24. *§.*2. quia oon ſpes vel ſtipulatio facit reſtituendi reum, ſed exactio.

Et ſanè, vt nemo vſurarius præſumitur *l. merito, ff. pro ſoc.* 2
Alciat.

Digitized by Google

Alciat, *de praeſ. reg.*3. *cap.*1. *in fin.* ita compertum eſt ſolutionem vſurarum non præſumi, & ideo qui ait vſuras ſibi extortas eſſe, id probare debere *l.*1. *Cod. de probat. l.* 1. *Cod. de ſolut.* & nominatim ſcribunt Cyn. & Bald. *in d. l.* 1. *de probat.* Paulus de Caſtr. *in conſ.* 114. *n.*4. *lib.* 2. & Mancin. *de iuram. part.*4. *effect.* 167. *num.*3. & regula eſt, vt ſolutionem alleganti onus probationis incumbat, vt tractat Maſcard. *concl.* 1324. & Menoch. *praeſ.* 325. *lib.* 3. & Pyrrus Maurus *lib. de*
3 *ſolut. cap.* 3. † Vnde licet ſi pluſquam numeratum eſt, promiſſum fuit, mutui datio fœneratitia intelligitur, etiamſi creditor non ſit ſolitus fœnerari, quia res ipſa loquitur, & in re clara non eſt opus coniecturis, vt docent Alberic. *in l. iubemus, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Decius *in d. l. rogaſti, §. ſi tibi, n.*4. *ſi cert. pet. & in conſ.* 123. *num.* 1. Alciat. *in eod. §. ſi tibi, n.* 9. *&* 10. & Menoch. *praeſumpt.* 123. *num.*6. *lib.*3. non tamen ſa-
4 tis inde conſtat vſuras extortas fuiſſe. † Quamobrem ſolutio vſurarum probanda eſt teſtibus, qui non tantum deponant creditorem ſub vſuris pecuniam credidiſſe, ſed etiam illas exegiſſe, vel ſubduxiſſe tempore contractus ex pecunia credita, vel inſtrumentis, apochis, libris rationum, aliiſque probationum generibus *cap. ad noſtram, & cap. ex literis, de iureiur.* quod nulla certa regula definiri poteſt, ſed iudicis arbitrio, & religioni commiſſum eſt, vt ipſe æſtimet, quid aut credat, aut parum probatum ſibi opinetur, vt in reliquis cauſis receptum eſt *ex l.* 3. *§. eiuſdem, ff. de teſtibus*, ex qua etiam conſtat non ad vnam probationis ſpeciem iudicis cognitionem alligari. Quibuſcunque igitur argumentis, & probationibus iudici conſtiterit vſuras verè numeratas fuiſſe, vel ceſſione, compenſatione, delegatione, vel quacunque alia ratione hoc nomine fœneratori ſatisfactum eſſe, ſatis conſtat vſuras, vel ſortem minuere, vel reſtituendas eſſe, idque iudicem decernere debere. Habenda eſt enim in hoc genere ratio non tantum propriæ, & naturalis ſolutionis, quæ pecuniæ numerationem exigit *l.* 49. *de ſolut. l. vlt. Cod. de exhib.* ſed etiam impropriæ, quæ tantundem præſtet, & eandem ferat vtilitatem *l.* 9. *§. omnis, ff. de pignor. act. l.* 1. *in fin. & l.* 3. *ff. de calumn.*

5 Sanè ſi fortè fœnerator nuda conuentione, & acceptilatione vſuras remiſerit, quod vix credendum eſt, vel donatione facta liberauerit debitorem, tametſi his caſibus vſuræ ſolutæ videantur, quia ſoluiſſe etiam dicitur, qui quoquo modo obligatione liberatus eſt *l.* 52. *&* 54. *ff. de ſolut. l. amplius, ff. rem rat. hab. l.* 17. *ff. de donat. & d. l.* 9. *§. omnis, de pign. act.* non puto tamen creditorem iſtiuſmodi vſuras reddere debere, quas neque abſtulit, neque exegit, ſed eas tantum, quæ numeratione pecuniæ, vel datione alterius rei ſolutæ ſunt. Quamuis enim ſolutionis verbum ad omnem liberationem pertineat quoquo modo factam, hic complectitur tantum naturalem præſtationem pecuniæ, vel alterius rei, quæ recipit æſtimationem; denique id tantum minuit ſortem, vel reſtituendum eſt, quod hoc nomine debitori ablatum eſt, & abeſt, ſiue illud pecunia ſit, ſiue alia res æſtimabilis pecunia: ita tamen vt ſi fortè alio reo dato, vel noua obligatione debitor ab vſuris liberatus eſt, & reus liberaretur, & noua obligatio veluti per impreſſionem, & ex iniuſta cauſa extorta reſcindi vel accepto ferri debeat *argum. l.* 9. *§. ex hoc edicto. & l. vlt. §. ſi fœnerator. ff. de eo quod met. cauſ.* Et huc pertinet elegans deciſio Baldi *in l. vlt. in fin. C. de vſur.* vbi docet vſuras, quas ſibi oblatas fœnerator pro receptis habuit, & donauit debitori, repeti non poſſe, ſed reſtitutas cenſeri, licet creditor non ſit vſus verbo reſtitutionis *ex l. ſi vno, §. ſed ſi verbo, ff. loc.* quam dicit *ad hoc notabilem.*

6 Sed ſi nomen debitoris in ſolutionem vſurarum ceſſum, & datum eſt, an poterit debitor vſuras repetere perinde ac ſi eas numeraſſet, vel imputare ſorti? Et ſanè ſi fœnerator nomen illud exegit, non dubito eum teneri, vel ſorti imputare, ſi nondum ſoluta eſt, vel reſtituere, non minus quam ſi tantundem ab ipſo ſuo debitore accepiſſet. Hoc enim ad eum ſiue cauſa, vel ex iniuſta cauſa peruenit, ideo condici poteſt *l.* 14. *&* 65. *ff. de condict. indeb. l.* 1. *ff. de condict.*
7 *ob turp. cauſ.* † Sed ſi nihil exegit, intereſſe puto, an fœnerator negligens fuerit in exigenda pecunia, vt ſi fortè accipiendo vſuras diſtulit exigere, & interim, vt ſæpè euenit, nomen deterius factum eſt ob inopiam debitoris, & hoc caſu puto fœneratorem teneri perinde ac ſi exegiſſet *l.* 35 *ff. de reb. cred. l.* 44. *ff. mand. l.* 71. *ff. de iur. dot. l.* 37. *§.* 1. *ff. de negot.*
geſt. Barz. *deciſ.* 72. & Cyriac. *controu.* 110. *num.*7. † Vel nihil imputari poteſt fœneratori, quod non exegerit, & hoc 8
caſu fortaſſe verius eſt illum neque ſorti imputare, neque reddere cogendum eſſe, ſed tantum actionem cedere debitori. Videtur enim hoc caſu ex eo tantum obligari, quia actionem habet, & compertum eſt eos, qui idcirco tenentur, quia actionem habent, cedendo actione liberari *l. quod debetur, ff. de pecul. l.* 3. *§. idem Labeo, ff. de in rem verſo, & aliis locis*, & hoc quidem æquiſſimum eſſe videtur.

Cæterùm quia vix eſt, vt ſolutio vſurarum teſtibus pro- 9
bari poſſit, aut inſtrumentis, aut apochis, quia neque teſtes adhiberi ſolent, cum vſuræ ſoluuntur, neque facilè vſurarij receptionem vſurarum cautionibus, & apochis committunt, meritò conſtitutum eſt, vt libros rationum edere teneantur, & ſcripturas omnes ad hanc improbam negotiationem pertinentes, ita enim ſancitum eſt *in clement.* 1. *de de vſur.* Cæterum ait Pontifex, *quia fœneratores ſic vt plurimum contractus vſurarios occultè ineunt, & dolosè, quod vix conuinci poſſunt de vſuraria prauitate, ad exhibendum cum de vſuris agitur, ſuarum codices rationum cenſura ipſos decernimus Eccleſiaſtica compellendos.* † Vt enim olim aduerſus argentarios 10
neceſſe fuit edicto Prætoris propriam actionem dari, vt edere tenerentur etiam actutis aduerſus ipſos, vt obſeruat Cuiac. *lib.* 10. *obſeru.* 14. tametſi publicè vtiles viderentur, & eorum miniſterium publicam cauſam haberet, vt conſtat *ex Nouell.* 136. & edicto Iuſtiniani 7. *& l.* 10. *in princ. ff. de eden.* ita placuit fœneratores, qui non publicè vtiles ſunt, ſed perniciosi, dum tamen de vſuris controuerſia ſit, cogendos eſſe, vt rationes edant etiam vſuras repetentibus, quod adnotarunt Alex. Iaſ. & alij omnes *in l.* 1. *Cod. de eden.* & Alciat. *num.*15. Ioan. Bapt. Lup. *in praefat. comment.* 4. *num.* 17. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1414. *num.*23. Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.* 499. *num.* 21. Philip. Maſſin. *diſtinct.* 31. *num.* 1. *&* 10 *centur.* 1. & Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent.*
*lib.*8. *tit.* 17. *num.* 7. † Quo iure etiam vtimur aduerſus eum, 11
qui deſiit fœnerari, neque vſuras reſtituit, vt iidem auctores tradunt *in d. l.* 1. *Cod. de eden.* Fuluius Pacian. *de probat. lib.*1. *cap* 62. *num.* 71. & Menoch. *d. caſ.* 499. *num.* 27. qui *num.* 34. aliud eſſe ait, cum fœnerator de vſuris reddendis cautionem præſtitit, quod non probo, quamuis enim deſinat dici fœnerator, quia tamen talis fuit, & vſuras nondum reſtituit, conſequens eſt, vt librum edere teneatur, vnde appareat, quid hoc nomine extortum ſit. Nam illud aduerſus vſurarij hæredes etiam receptum eſt, vt notat gloſſ. *in dict. clem.* 1. *§. caeterùm de vſur.* Iaſon. *in d. l.* 1. *num.* 9. *C. de edendo.* idem Pacian. *loc. cit. num.*67. & Vgolin. *de vſur. cap.* 23. *§.*2. *num.* 2. quia cum in ius, & defuncti locum ſuccedant, eius partibus fungi debent. Sed ſi plures hæredes ſint, & vnus rationes habeat, ſolus ad editionem compelli debet. Nam ſi plures argentarij, & nummularij hæredes erant, & vnus habebat, ſolus rationes edere cogebantur *l.* 6. *§.* 1. *& l. quidam, §. nihil intereſt, ff. de eden.* † Nec tantum hæredes edere 12
coguntur, ſed is etiam, cui fœnerator calendarium, id eſt, librum, & rationes creditæ pecuniæ legauit, illas ab hærede habuit. Nam ſi apud hæredem ſunt, ipſe tenebitur non legatarius *argum. dict. l. quadam, §. ſed nec haeres*, nec enim quis edere tenetur, quod non habet, vt nec exhibere *l.* 7. *§. ſi quis, & l.*8. *ff. ad exhib.* Mantic. *deciſ.* 298. *num.* 1. vbi refert id in Rota ſæpiſſimè fuiſſe reſolutum. † Coguntur ve- 13
rò codicem pecuniæ fœnebris proferre captis pignoribus, mulctæ indictione, cenſuris, & aliis modis, quos recenſet Purpur. *in conſ.* 266. & poſt illum Anton. Sola *ad nou. conſt. Sabaud. tit. de lib. mercat. gloſ.* 2. *num.* 44. inter quos ille eſt egregius, & ſingularis, vt vſurarius pro confeſſo habeatur in iis rebus, quas actor veriſimiliter probare potuiſſet ex ſcripturis, & codice rationum, quem reus edere tenebatur,
& dolo malo non exhibuit. † Quamobrem puto hoc totum 14
in arbitrio iudicis poſitum eſſe, qui ex dolo, & pertinacia non exhibentis, & ex aliis facti, & perſonarum circunſtantiis æſtimare poterit, quid hac in re ſibi æquum, & veriſimile

Digitized by Google

videbitur. Et illud quidem probo, vt ſi obſtinatè fœnerator rationes fœnebris pecuniæ ſupprimat, vnde actor victus eſt eo quod rationes non habuerit, ſi deinde teſtibus, aut inſtrumentis, aut aliis argumentis, quibus tunc vti non potuit, probare poteſt ſe vincere potuiſſe, ſi rationes ſibi editæ fuiſſent, id ipſum quod obtinere non potuit, conſequi debeat, & quanti eius interſit. Nam & hoc de argentariis cautum eſt *in d.l.10. § cum autem, ff. de edendo.*

15 Sed licet compertum ſit huiuſmodi rationes, quamuis priuatæ ſint, probare contra ſcribentem *ex l. generaliter, Cod. de non num. pecun. l. Publia. § vlt. ff. depoſ. & l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab.* & in hac ſpecie tradunt iidem Maſcard. *in concl. 977. num. 14. & rurſus in d. concl. 1414. num. 24.* & doctiſſ. Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 235. num. 30.* non tamen apud omnes conuenit, an aduerſus editionem petentem fidem quoque faciant. Ita quidem ſentit Vgolin. *in d. § 2. in fin.* quia is, qui ſibi edi poſtulat, ſi exhibeantur, ipſe producere videtur, & approbare, vt inquiunt Crauet. *in conſ. 275. num. 2.* Rot. Genuenſ. *in dec. 49.* Surd. *dec. 119. num. 6.* & Anton. Sola *loc. cit. num. 17.* qui tamen hac in re valde hæret: *& eod. loc num. 21.* ait Alciati, & aliorum ſententiam ſibi non placere, quia inquit magna reſultaret iniquitas, ſi cen-
16 ſeretur approbare id, cuius adhuc ignarus eſt. † Sed Benuen. Stracc. *in adnotat.* ad Crauet. *in d. conſ. 175. num. 2.* apertè ait non eſſe admittendum, quod hic Crauetta tradit, ex ſimplici ſcilicet petitione exhibitionis librorum maximè tutelæ rationes probatas cenſeri, & Crauettam lapſum eſſe, quia inquit tutor tenetur librum rationum conficere, & iudicio tutelæ exhibere *l. 1. §. ſufficit, ff. de tut. & rat. diſtra.* vnde non ſequitur, petit quis libros ſibi edi, ergo approbat, id enim petere poteſt, vt inſtruatur iuxta *l. 10. §. 1. de eden.* qua cauetur, vt non totum rationum codicem inſpiciendi, & deſcribendi cuique poteſtas fiat, ſed vt ea ſola pars, quæ ad inſtruendum aliquem pertineat, inſpiciatur, & deſcribatur: & hoc ius in ciuitate Anconæ receptum ait, & argumenta
17 ab Aimone propoſita diſſimilia eſſe. † Quamobrem ego cenſeo non temerè libris rationum in commodum ſcribentium credendum eſſe, & præſertim fœneratorum, quos ſcilicet vt plurimum callidos, & perfidos eſſe conſtat, & hac in re plurimum dominari etiam iudicis arbitrium, qui ex tempore, & ex quantitatis, & perſonarum circunſtantiis, & aliis adminiculis veritatis æſtimare debet, quod aut parum, vel ſatis hac in re ſibi probatum opinetur *d. l. 3. ff. de teſtib. l. Publia. in fin. ff. depoſ.* & Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 93. n. 14. & 18.* vbi iudicem monet, vt in primis perpendat, an concurrat aliqua coniectura, ea qua fides adhiberi non debeat huic libro ad commodum ſcribentis, vel quia vir improbus ſit, & auarus, & malæ famæ, vel quia liber veriſimilem cauſam, vel ſummam non contineat, in quo etiam temporis valde ratio habenda eſt, an ſcilicet ſine die, vel parum congruo data, & accepta in codice deſcripta ſunt; ſi verò nulla in contrarium vrgeat coniectura, rectè iudicem iudicaturum librum etiam pro ſcribente fidem facere, ſi eo aduerſarius
18 vti velit. † Nam cum fides huiuſmodi rationibus ex vtraque parte danda eſt, contrarium eius quod ſcriptum eſt, probari poteſt, vt indicat *l. Aurelius, §. idem, de liberat. leg. & l. 24. C. de tranſact.* & docet Iaſon. *in l. admonendi, num. 305. & ſeq.* Ozaſc. *in dec. 72. num. 11.* idem Antonius Sol. *in antiq. conſt. Sabaud. tit. de minor. & ration. diſtrah. gloſ. 3. num. 28. & 29.* & rurſus *loc. citat. num. 12.* & Menoch. *d. caſ. 93. num. 33. & 35.*

19 Perſpiciendum quoque eſt, an fœnerator ſponte, & nemine petente calendarium exhibeat, nimirum pœnitentia ductus, vt iis à quibus vſuras extorſit, ſatisfaciat, cum nec ab Epiſcopo, nec ab aliis vrgeretur ad edendum, eo quod vſuras repetere non curarent, vt multi faciunt, qui cum forte locupletes ſint, vel ex pecunia etiam ſub vſuris acceptam ſtuducrum fecerint, indignum quodam modo putant creditoribus moleſtiam inferre. Hoc enim caſu puto libris rationum valde credendum eſſe, cum hic nemo cogat fœneratorem mentiri.

20 Et præſertim libris rationum etiam pro fœneratoribus ſtandum eſt, cum poſt editionem aduerſarius diu tacuit, nec contradixit, tametſi iterum, atque iterum rationes viderit, contrectauerit, & perſcrutatus ſit, ſiquidem hoc ſilentium rationum fidem maximè confirmat, vt tractat Surd. *in d. dec. 199. num. 7. & ſeq.* Vbi congruenter huic rei adfert textum *in l. ſi filius, 16. ff. ad Macedon.* ex quo receptum eſt illum, qui literas recipit, in quibus aſſeritur debitor, cenſeri fateri debitum, ſi non contradicat, vt cenſet Rota *inter recentiſſimas dec. 14. num. 5. part. 2.* quæ ait hoc indubitati iuris eſſe, & *in deciſ. 361. num. 2.* multi ducunt apud Surdum, qui ſubiicit neminem ita fatuum eſſe, vt non ſtatim contradicat, ſi quid aduerſus ſe contra rei geſtæ veritatem libris ra-
rionum contineatur. † Quamuis videatur longè alia eſſe 21
ſententia *d. l. ſi filius familias, ad Macedon* hic enim non de veritate crediti agebatur, ſed an pater actum filij ratum habuerit: ait enim Paulus *ſi filius-familias abſente patre, quaſi ex mandato eius pecuniam acciperet, cauit: & ad patrem literas miſit, vt eam pecuniam in prouincia ſolueret, debet pater, ſi actum filij ſui improbat, continuo teſtatione interponere contraria voluntatis.* Itaque illud vnum quærebatur, an pater ratum habuiſſet, quod a filio, quaſi ex eius mandato geſtum eſt, quod facilius præſumitur, & ex eo tantùm, quod acceptis literis continuò proteſtationem non interpoſuit, vt hic conſtitutum eſt, & in re ferè ſimili *in clem. 1. de procurat.* Alia verò cauſa eſſe videtur eius, qui acceptis literis tacuit. Nec enim magis fateri videtur, qui acceptis literis, in quibus debitor eſſe ſcribitur, non ſtatim palam proteſtatus ſe nihil debere, quàm ſi idipſum, qui literas miſit, palam dixiſſet eo præſente, & tacente, quia non figura literarum obligamur, ſed oratione,
quam literæ exprimunt *l. 38. ff. de act. & obligat.* † Et regula 22
iuris eſt tacentem non vtique fateri *l. 142. ff. de reg. iur.* Vnde Ripa *in d. l. admonendi, num. 137.* rectè obſeruat *d. l. ſi filius,* communem ſententiam non probare, qui tamen male eodem loco ait patrem in ſpecie *dict. l.* non cenſeri fateri mutuum reuera factum fuiſſe, niſi probetur, quia tantum hic quærebatur, an pater acceptis literis, & tacens actum filij ratum habere credatur, nec de veritate acceptæ per filium pecuniæ ambigi poterat, quia literæ non erant creditoris, ſed filij, qui cauerat creditori, & ad patrem ſcripſerat, vt illam pecuniam in prouincia ſolueret, & proinde nihil dubij erat in ſpecie *d. l.* pecuniam creditam fuiſſe. Ex quo aliud quoque deducitur argumentum communis ſententiæ improbandæ, quia, vt proximè dictum eſt, hic literæ non erant creditoris, ſed filij, vt oſtendunt illa verba, *& ad patrem literas emiſit,* interpretes verò hunc locum trahunt ad ipſum creditorem, qui ſuo debitori literas miſit, quem pro confeſſo habendum eſſe cenſent, niſi ſtatim acceptis, & lectis literis proteſtetur ſe nihil debere, vt eſt apud Menoch. *de arbitr. caſ. 21. num. 1. & 2.* vbi refert hanc eſſe probatam ab omnibus cautelam, cum tamen diuerſa ſit ratio literarum filij, & alterius cuiuſlibet: nam literæ filij potiores erunt apud patrem, vt illis fidem adhibeat, quàm ſint literæ alterius, quas fortè is, qui accepit, contemnet, & negliget ſciens ſe nihil debere, & interdum etiam tacere potuit modeſtiæ cauſa, ne ſcribentem cum quo illi fortè amicitia, & neceſſitudo eſt, mendacij arguat, eiúſque æſtimationem lædat; denique pater facilius ratum habet, quæ à filio geſta ſunt, quaſi ex eius mandato, quàm ſe alterius extranei debitorem fatentur, quare hæc cautela non cautio, ſed captio dicenda eſt, qua viro bono, & nihil tale cogitanti negotium fieri po-
teſt. † Sanè quod Paulus ait *in d. l. ſi filius,* accipientem lite- 23
ras continuò teſtationem interponere debere contrariæ voluntatis, accipiendum eſt cum ſpatio aliquo temporis *l. ratum, ff. de ſolut.* Cuiac. *ad hanc, l. ſi filius in fin.* ſcilicet arbitrio iudicis, vt rectè docent Alciat. *in l. deteſtatio, num. 51. de verb. ſignif.* Anchar. Regien. *quæſt. 18. num. 6.* & Menoch. *loc. cit. in fin.* debet ergo aliquod ſpatium intercedere, antequam pater ratum habere cenſeatur, quod filius fecit: vel ſi placet vulgaris illa cautela, antequam accipiant literas, & tacens fateri videatur.

Cæterùm vſurarum ſolutio non tantum probatur libris 24
ipſius vſurarij, quod certiſſimum eſt, ſed etiam rationibus debitoris concurrentibus tamen coniecturis arbitrio iudicis. Nam cum hoc in cæteris cauſis receptum ſit, *ex l. Publia. in fin. ff. depoſ.* Surd. *in d. dec. 199.* Maſcard. *in conclus. 976. n. 82.* & Barz. *in dec. 24. num. 4.* Id multò magis odio fœneratorum

recipien

recipiendum eſt, qui diligentes eſſe ſolent, in vſuris redigendis, nec impunitam eſſe ſinunt tardiorem ſortis ſolutionem. Cuius quidem rei nulla certa regula dari poteſt, cum pendeat ex circunſtantiis, quæ incertæ ſunt, & variæ; & quarum nulla certa eſt definitio: illas tamen conſtantes, & graues eſſe oportet, vt ei ſcripturæ etiam aduerſus alium credatur, quam quiſque annotatione propria ſibi fecit, quod exemplo pernicioſum eſſe dicitur *in l. 7. Cod. de probat.* & nuper cum D. Ioanne Baptiſta Cacchiardo aduocato noſtri fori præſtantiſſimo deprehendi cuiuſdam Lantuſcani rationes falſas eſſe, qui vſuras creditori ſuo ſoluiſſe ſingulis annis certis, & ſtatis temporibus in ſuo libro rationum ſcripſerat, non intercedente veritate, incredibile enim iudicauimus quempiam per decem, & amplius annos eodem die ſuo creditori, qui diuerſi fori erat, vſuras præſtitiſſe. † Sanè licet
25 rationes defuncti ad fidem pro eo faciendam ſolæ non ſufficiant, tametſi in bonis eius inueniantur, vt oſtendit *l. 6. Cod. eod.* illud tamen receptum eſt rationibus defunctorum maiorem fidem adhibendam eſſe, quia mors non parum fidei addit rationibus defunctorum, vt ex Bartolo, & Baldo, & aliis auctoribus tradit Munnoz. de Eſcubar. *lib. de ratiocin. admin. cap. 10. num. 60. & 61.* & multa ſunt huc pertinentia apud Munnoz. & Maſcard. *de probat. d. concluſ. 576.* Vnde cætera peti poſſunt. Non enim omnibus datum eſt ingentes tractatus edere.

26 Sed pene exciderat quærere, an rationibus Syndicorum, & adminiſtratorum vrbium, & pagorum, quæ vſurarum ſolutiones continent, fides adhiberi debeat, & puto illis plurimam fidem dandam eſſe, quia cum ex publico deputati ſint, & rationem adminiſtrationis reddere teneantur, eorum libri, & rationes publicam quodammodo fidem mereri videntur exemplo argentariorum, quorum munus olim publicum fuit, & ſcripturæ publicæ *l. 10. in princ. ff. de eden.* Cuiac. *ad l. 1. in fin. Cod. de teſtib.* & Menoch. *de arbit. iud. caſ. 91. num. 12. & 14.* & præſertim ſi finito officio rationes eorum excuſſæ ſint, vt ſolet, & inter data, & accepta huiuſmodi vſurarum ſolutiones ab auditoribus admiſſæ proponantur, & ſint veriſimiles arbitrio iudicis ex his, quæ docet Crauet. *de antiq. tempor. part. 1. §. quarto limitatur, num. 35. & 62. & §. ſeq. num. 24.* vbi notat hoc totum iudicis arbitrio relinquendum eſſe. Ex quibus apparet nihil durius à Duce noſtro conſtitutum fuiſſe, dum iuſſit, vt rationibus officialium defunctorum fides adhibeatur, dummodo probetur illos boni nominis, & vitæ integræ fuiſſe. Et ſanè reipſa compertum eſt in diſceptationibus cauſarum libros illos nihil hac in parte à veritate alienum continere.

27 Sed ſi teſtibus vſurarum extorſio detegenda eſt, certum puto duos teſtes ſufficere. Nam cum numerus teſtium in hoc negotio, nulla lege definitus ſit, ſatis eſt ſi duo conſentiant, vt in reliquis cauſis *cap. in omni. & cap. licet. 23. de teſtib. & l. vbi num. 12. ff. eod.* & tractat Madalen. *lib. de num. teſt. cap. 1. in princ.* vbi ait id non tantum iure humano, ſed
28 etiam diuino noui, & veteris teſtamenti receptum eſſe. † Sed quid ſi vnus tantum ſolutioni interfuit? Non puto id ſatis eſſe. Nam dictum vnius dictum nullius, id eſt vnus teſtis nihil probat. Quintus Scæuola in Rep. Romana vir magnæ auctoritatis, cum teſtis in reum quemdam productus teſtimonium dixiſſet, diſcedens adiecit, ita ſibi credi oportere, ſi & alij idem aſſeueraſſent, quoniam vnius teſtimonio credere peſſimi exempli eſſet, vt auctor eſt Valer. Max. *lib. 4. cap. 1.* & hoc more maiorum comparatum eſſe ſcribit Cicero pro Roſcio Amerino, vnde refert Paulus *in l. 20. ff. de quæſtionib.* Imperatorem in quadam appellationis cauſa pronunciaſſe *vnius teſtimonio credendum non eſſe.* Quo deinde à Conſtantino manifeſtiùs ſancitum eſt, etiamſi teſtis Senator ſit, vel alia fulgeat dignitate, vt conſtat *ex l. 9. C. de teſtib.* Harmenop. *tit. 6. lib. 1.* Diuus etiam Hieronymus *lib. 1.* contra Ruffinum ait, *vni neque Catoni credendum eſſe*, vt obſeruat Coraſ. *Senatuſc. Toleſ. cap. 8. num. 2.* qui ex Plutarcho refert id ab oratore quodam in concione prius dictum fuiſſe, & Quintilian. *in declam.* quod neque Scipioni, vt notat Cuiac. *in d. cap. licet.* & obſerua quod lex ait *in quacunque cauſa.* Et quod ab Alexand. III. reſcriptum eſt *in d. cap. licet. 23. de teſtib.* nullam eſſe cauſam, quæ vnius teſtimonio, quamuis legitimo terminetur. † Et licet Xenocrati tantum Athenienſes tribuerent, vt cum iniurati nullius teſtimonium admitterent. Quod etiam Romanis legibus conſtitutum eſſe conſtat *ex l. 9. Cod de teſtib.* huic iniurato crederent, vt referunt Laërtius, & Suidas, non tamen proditum eſt, quod ſciam, illos ſolius teſtimonium admiſiſſe; quare quantocunque odio fœneratores digni ſunt, puto etiam in hac cauſa vnius teſtimonio credendum non eſſe. 29

Sed opportunè quæritur, an Princeps conſtituere poſſit, vt vnus teſtis aduerſus vſurarios admittatur. Mouet quod dicebat id exemplo pernicioſum, & quod ſubiicit Valer. Max. *eod. loc.* illum communi vtilitati ſalubre conſilium dediſſe, atque etiam quod multi docent id Epiſcopis non licere, ad quorum officium maximè pertinet curare, ne in ſuis diocœſibus fœnus exerceatur. Denique valde vrget illud dominicum. *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.* Ego puto in vniuerſum quidem conſtitui non poſſe, vt vni teſti credatur, & aduerſus omnes, & in omnibus cauſis, ſed facilè patiar ita aduerſus fœneratores Principem ſancire, vt vnius teſtimonium admittatur, dummodo idoneus ſit, & probatæ vitæ, & fidelis conuerſationis, vt loquitur Pontifex *in d. cap. 23. de teſtib.* vel vt ait Papinianus *in l. 13. ff. eod. tit.* integræ frontis. † Nam ſi id in quibuſdam cauſis Principibus licet, vt docent Tiraquell. *de iudic. in reb. exig. num. 3.* Madalen. *d. lib. de num. teſtib. cap. 31.* & Farinat. *quæſt. 63. num. 12.* & aliis relatis Rodolf. *de abſolut. Princip. poteſt. cap. 6. num. 27.* Sanè id maximè recipiendum eſſe videtur aduerſus fœneratores, vt obuiam eatur fraudibus, quæ vt plurimum ob inopiam probationum latent, & impunitæ manent. Sanè periculoſum eſt in re graui vni teſti credere. 30 31

Præterea ob eandem probationis difficultatem factum eſt, vt in cauſis vſurarum proxenetæ teſtimonium admittatur, vt multi docent apud Farinat. *quæſt. 60. num. 430.* & præſertim Stracca *in lib. de proxenet. part. 4. quæſt. 14. n. 31.* Ozaſc. *in dec. 72. num. 2. & 3.* & Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 18. num. 8.* quamuis vt plurimum teſtis eſſe non poſſit in eo negotio, in quo officio functus eſt, niſi vtraque pars conſentiat, vt ſenſit Fernand. Vaſq. *controuerſ. vſufrequent. lib. 5. cap. 33. num. 2. & 3.* & aliis citatis tradit Farin. *eod. loc. num. 408.* vbi ait hanc receptam eſſe ſententiam. Quam iuuat, vt hoc etiam in tranſitu dicam auctoritas Harmenop. *lib. 1. tit. 6.* vbi ita ait. *Qui intermedium, & velut interceſſorem aliquibus in re aliqua exhibuit, non poſſet ipſis in eodem negotio teſtimonium ferre, apud alium ſcilicet iudicem, niſi vtraque pars in eius teſtimonium conſenſerit*, quod deſumptum eſt *ex Nouella 90. cap. 8.* & quamuis hic locus non ad proxenetas, ſed ad arbitros honorarios, & interceſſores pacis pertineat, qui longè à proxenetis differunt, vt tradit Ioan. Baptiſt. Peruſ. *in tract. de arbitr. lib. 1. cap. 3. num. 2.* Cuiac. *ad d. nouell. 70.* & Benuenut. *in d. lib. de proxenet. part. 1. num. 6.* vbi ait id non poſſe in dubium reuocari, commode tamen ad proxenetas porrigitur. † Vt enim indignum eſt mediatorem pacis, & diſſidij depoſita arbitri, & amici perſona ex vna parte in iudicio conſiſtere: ita incongruum eſt, vt proxeneta in iis negotiis, in quibus interuenit, inuita altera parte teſtimonium dicat, ſiquidem hac ratione vtrique ſe ſuſpectum facit, non fideliter opera functum eſſe, ſed in conciliando negotio, & contractu propenſiorem in eum fuiſſe, pro quo teſtimonium dicere non veretur, tametſi ego proxenetæ teſtimonium admitterem, dummodo non ſponte, ſed citatus teſtimonium dicat, & hoc iure vtimur. Cæterùm licet ſecundum multorum ſententiam proxenetæ teſtimonium, niſi vtraque parte conſentiente regulariter non admittatur in eo negotio, in quo interuenit, placuit tamen, vt in cauſa vſurarum recipi poſſit ob probationis difficultatem, vt dictum eſt. † Et proinde licet libri proxenetarum fidem publicam non mereantur, niſi lege municipali, vel conſuetudine aliud præſcriptum ſit, tamen cum agitur ad detegendum fœnus, plurimum proderunt ad rei geſtæ fidem, vt tradit idem Benuen. *in d. part. 4, quæſt. 15. num. 3. & 4.* licet aliud videatur Surdo *in conſ. 327. num. 44.* quem puto hic ſeruire cauſæ. Quare poterit iudex confirmare motum animi ſui ex proxenetæ teſtimonio, quatenus negotij naturæ conuenite, & veritati proximum eſſe compererit in hoc enim 32 33 34

enim genere, vt in reliquis cauſis arbitrium iudicis plurimum dominatur.

35 Sanè vetus eſt quæſtio, an recepta ſorte, & reddito pignore ab eo qui ſolitus eſt fœnerari, ſatis probatum videatur vſuras etiam eius pecuniæ recepiſſe, & multi putant repetenti vſuras ſatis eſſe, ſi probet reddidiſſe ſortem, & creditorem ſolitum eſſe vſuras priùs, vel ſimul recipere, ita Ioan. Andr. *in cap. ex literis, de iureiur.* Petrus Anchar. *in cap. vlt. de vſur. num.* 4. *lib.* 6. Philipp. Franc. *eod. loc. in verbo, cæterum*, vbi ait opinionem Ioan. Andr. communem eſſe Laurent. de Rodulf. *in lib. de vſur. quæſt* 85. Paul. de Caſtr. *in l.* 1. *num.* 7. *Cod. de probat.* Crauet. *in conſ.* 73. *num* 8. & 9. qui eiuſdem ſententiæ refert Geminianum *in conſ.* 49. *lib.* 1. Stracca *in addit. ad eund.* Crauet *in d. conſ.* 73. & Vrſill. ad Afflict. *in dec.* 91. *num.* 10. cuius ſententiæ fundamentum eſt, quia ſpectanda eſt conſuetudo creditoris, ſecundum quam in re dubia iudicare oportet *l. ſi ſeruus*, §. *vltim. de leg.* 2. & *l.* 13. *in fin. ff. de vſur.* cùm nemo ſibi perſuadere poſſit fœnerari ſolitum pecuniam gratuitam credere. Et ſanè id prodigio, & miraculo proximum eſſet.

Sed contraria ſententia placuit Cino, Baldo, & Saliceto *in d. l.* 1 *Cod. de probat.* Caſtrenſ. *in conſ.* 26. *num.* 3. & 4. Roman *in ſing.* 364. vbi tamen hæret, & ait ſe neſcire, quid conſulat, & *in conſ.* 419. *in fin.* Ioan. Bapt. Lup. *in comm.* 4. §. 2. *num.* 6. *in fin.* & Ioan. Sichard. *in d. l.* 1. *num.* 7. qui mouentur ex eo, quod licet ab aliis vſuras exegerit, potuiſſet tamen ab eo, qui repetit, non exigere: ideóque incertum eſſe hoc probationis genus, & illi ſtandum non eſſe *l. natales, C. de probat.* Nec veriſimile videtur, vt qui ſortis liberationem obtinuit, eodem tempore de vſuris ſibi non cauerit, ſi verè eas numerauit creditori. Nullus enim metus hic conſiderari poteſt. Fœneratores terribiles ſunt iis, qui non habent vnde ſoluant, quibus præterea nulla vox funeſtior eſſe poteſt, quàm cùm dicitur, *Solue quod debes.* Sed in hac ſpecie debitor habuit, vnde ſortem cum vſuris exolueret, nec timere potuit, vt ad ſortis reſtitutionem vrgeretur, cum eam paratam haberet, quare ſibi imputare debuit, ſi non vſurarum liberationem ſibi in ſcriptis fieri curauit, aut ſolutionem earum aliunde probare. 36 † Neque in iudiciis admittitur Catonis, & Phauorini ſententia, qui exiſtimabant iudicem, ſi probationes deficerent, ſecundum eum iudicare debere, qui melior eſſet, vt auctor eſt A. Gellius *lib.* 14. *cap.* 2. & proinde quamuis fœneratores peſſimum hominum genus ſint, non tanti tamen eſt vitæ alterius integritas, vt ei de lucro ipſius, & in perniciem fœneratoris credi debeat ex his quæ docet Dec. *in l. qui accuſare, num.* 6. *Cod. de eden.* & Purpur. *num.* 13. & valdè iuuat hanc ſententiam, quod ait *l.* 11. §. *pretij, ff. de act. empt.* recepta ſorte vſuras peti non poſſe, quia iudicis officio præſtantur, non quod exactæ præſumantur, & tamen tunc temporis vſuræ palam exigebantur, cùm licitæ viderentur.

37 Sed ſi ſequimur priorem ſententiam, quam receptam eſſe refert Franc. *in d. cap. vlt. de vſur.* illa tribus modis declaranda eſt. Primus eſt, vt locum duntaxat habeat, quando ſors reſtituta eſt, quia non ſoluta ſorte vſurarum ſolutio non præſumitur, vt ait Paulus de Caſtro *in conſ.* 26. *num.* 3. *lib.* 2. niſi fortè ex aliis facti circunſtantiis ita iudici videatur, vt ſi forte creditor ſæpius diem ad ſoluendum prorogauit, & conſtat eum dilationes huiuſmodi gratis non concedere, & niſi priùs receptis vſuris, vt quidam faciunt. Nam quod dicimus ſolutionem indiciis, & præſumptionibus etiam probari poſſe, vt tractat Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 135. & Surd. *in dec.* 105. *num.* 10. id multò magis in vſuris recipiendum eſt, vſuræ enim quandóque præſtantur, vt ſortis ſolutio differatur, *l.* 57. *ff. de pact.* & *l.* 2. §. *non male, ff. de dol. mal. except.* & tradit Anton. de Roſell. *in lib. de vſur. num.* 17. quare ex circunſtantia perſonarum, & more regionis, ex quantitate pecuniæ creditæ, & ex tempore tardæ ſolutionis, aliiſque indiciis, & argumentis iudex æſtimare poteſt, an ſolutione ſortis vſurarum ſolutio facta videatur, *argum. d. l.* 3. §. *eiuſdem, ff. de teſtib.* & ſentire videtur Vrſill. ad Afflict. *in d. dec.* 91.

38 Declaratur ſecundo, vt ceſſet illa ſolutionis præſumptio ex receptione ſortis, ſi conſuetudo fœneratoris exigendi vſuras non probatur conſentiens, & vniformis, vt ſi conſtat creditorem ab aliquibus vſuras extorſiſſe, ab aliis nihil hoc nomine exegiſſe, & ſola ſorte contentum fuiſſe. Hinc enim redditur dubia hæc præſumptio *argum. d. l.* 3. §. 2. & *l.* 14. *C. de fid. inſtrum.* ideóque durum eſſet in tam ancipiti coniectura veritatis damnare creditorem: & ita docet Filipp. Franc. *in d. cap. vlt. de vſur.* Clarius Paul. Caſtrenſ. *in d. l.* 1. *in fin. C. de probat*, illo videlicet obſeruando, vt pro fœneratore non admittantur teſtes, quos ille ſuis pecuniis obnoxios, & allegatos habet, ſiquidem his, vel nihil, vel parùm credendum eſſe arbitror, ſunt enim veluti ſerui, vt ait Alciat. *in l.* 1. *n.* 7. *ff. ſi cert. pet.*

Denique declaratur hæc concluſio, & locum non habet, 39 ſi creditor teſtibus, confeſſione aduerſarij, vel aliis probationibus docet ſibi nihil vſurarum titulo numeratum eſſe, & ſolam ſortem exigiſſe *l. ſi Chirographum, ff. de probat, l. quicunque in fin. Cod. de apoch. public.* Franc. *loc. cit.* Caſtrenſ. *in conſ.* 26. *num.* 1. & 54. *num.* 1. *lib.* 2. & Laurent. de Rodulph. *in d. quæſt.* 85. Porro quod de confeſſione debitoris dixi, intelligo de confeſſione libera, & quæ poſt diſſolutam ſortem facta eſt. Alioqui ſi debitor fateatur nihil nomine vſurarum ſoluiſſe, dum obligationis vinculis innexus eſt, confeſſionem hanc nihil vel parum prodeſſe arbitror ad excuſandum fœneratorem. † Nec tantùm probationibus hæc præ- 40 ſumptio eliditur, ſed etiam aliis in contrarium vrgentibus coniecturis, veluti ſi inter creditorem, & debitorem magna intercedebat amicitia, propter quam potuiſſet gratis mutuare, vt expendit Caſtrenſ. *loc. cit.* Quia vt probationes validiores elidunt, & eludunt minus efficaces *l. ob carmen, ff. de teſtib.* & Harmenop. *lib.* 1. *tit.* 6. Menoch. *de retin. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 719. ita prorſus præſumptiones, & indicia inuicem ſe tollunt, & collidunt, ita vt leuiores grauioribus cedant *l. diuus, ff. de in integr. reſtit. l. ob carmen.* § *vlt. ff. de teſtib.* & Maſcard. *de probat. concl.* 1230. *num.* 11. quæ omnia cum ex varietate negotiorum, & circunſtantiarum ducantur, multò magis ſentio hoc totum boni, & prudentis iudicis arbitrio committendum eſſe.

Sanè ſi debitor teſtibus, vel apochis, vel alio probatio- 41 nis genere probat pro reliquo, ſeu reſiduo vſurarum decem, vel aliam pecuniæ quantitatem fœneratori ſoluiſſe, ſatis conſtat vſuras totius temporis depenſas fuiſſe. Nam cùm creditor confeſſus eſt decem, aut viginti pro reſiduo accepiſſe, ſatis conſtat integrum debitum eſſe ſolutum, neque creditorem aliud quicquam petere poſſe, etiamſi ei plus deberetur *l. ex pluribus, ff. de ſolut.* Decius *in l. creditori. num.* 6. & 7. *ff. de pact.* Iaſon. *in l.* 2. *num.* 6. *C. de hæred. inſtit.* Corn. *in conſ.* 33. *num.* 24. *lib.* 2. & alij quidam apud Rotam. Genuenſ. *in dec.* 60. *num.* 6. & Maurus *de ſolut. cap.* 16. *num.* 1. † Idémque eſt, ſiquis in iudicio certum aliquid petat, putà 42 decem, vel vndecim pro reſiduo, quia præſumitur nihil aliud ſibi deberi, quamuis obligatio ſit maioris quantitatis, vt tradunt Guid. Pap. *quæſt.* 177. *num.* 8. Munnoz. Eſcubar. *de ratiocin. cap.* 37. *num.* 3. & Grat. *diſcept. forenſ. lib.* 1. *cap.* 2. & 3. His auctoribus conſentit Rebuff. *in l. poteſt.* 95. *de verb. ſignif.* vbi duo prudenter monet. † Primum eſt hæc locum habere, 43 niſi probetur contrarium, & per errorem minus petitum eſſe *l.* 20. *ff. de except. rei iudic.* poteſt enim error calculi probari *l.* 1. *Cod. de error. calculi. l.* 5. & 7. *Cod. de iur. & fact. ignor.* quæ ait *errorem facti nemini nocere.* Alterum eſt, ſi fortè cautio loquitur pro reſiduo certæ pecuniæ, non extendi ad debita ex aliis cauſis, niſi generaliter cautum eſſet pro reſiduo omnium, & ita refert in praxi obſeruatum fuiſſe, & conſtat *ex d. l. ex pluribus, ff. de ſolut.* † Denique quod dici- 44 tur ex petitione reſidui, ſeu certæ quantitatis pro reſiduo præſumi nihil deberi, id in perſona creditoris recipitur. Aliud verò eſt in debitore, qui certam quantitatem, quaſi ſolam ſe debere confeſſus eſt, creditor enim tam eam, quam reſiduam debiti partem petere poteſt, vt ait *l. ſi quidam,* 24. *Cod. de tranſact.* & *l. quidam,* 21. *ff. ſi cert. pet.* & memini me legere apud Gratian. *lib.* 1. tametſi caput citare non poſſim Viellis, quò me peſtis impulit, & vbi hæc ſine libris adiecimus operi iam ad finem perducto, quod tamen accipiendum eſt, niſi creditor expreſsè conſenſerit, perinde enim eſt, ac ſi ipſe id tantum ſibi deberi fateretur. † Hic verò etiam quæ- 45 rendum

rendum eſſet, ſi in inſtrumento, vel chyrographo debitor confeſſus eſt accepiſſe mutuo aureos centum, & illos intra annum, vel amplius ſoluere promiſit, an ex hac dilatione præſumatur creditor vſuras huius temporis ſubduxiſſe, vel minus numeraſſe. Sed memini me reſpondiſſe *quæſt.45.n.21.* ſi conſtet creditorem fœneratorem eſſe, & id facere conſueuiſſe, præſumi etiam id inter eos factum fuiſſe, neque enim credendum eſt interuſurium medij temporis iactare voluiſſe ex Baldo *in conſ.* 209. *num.* 3. *lib.*2. Anchar. Caſtrenſ. Crauet. & aliis. Quod etiam auctoritate Plutarchi confirmauimus
46 *in opuſc. de non fœneran.* cuius verba nunc ſubiicio. † *Vel potius vt vera dicam, fœneratores ſibi obnoxios mala fide decipiunt, debitor enim, qui minus accipit, quam cautione continetur, per ſummum nefas decipitur. Mentiri Perſa ſecundum delictum dicunt, primum æs alienum conflare, quod crebro quoque mentiri debitores ſolent. Cæterùm plus mentiuntur fœneratores, & perfidiùs agunt, qui in ſuis aduerſariis ſcribunt tantundem numeraſſe, cum numerent minus.* Et memini etiam quodam loco adnotaſſe hanc fraudem à veteribus fœneratoribus agitatam fuiſſe ex Cuiac. *obſeru. lib.*21. *cap.*9. & id etiam pleróſque hodie factitare. Quod etiam teſtatur Valaſc. *in d. conſ.* 56. *num.* 1. *verſ. nec probatur*, ſubiiciens per iſtas confeſſiones de recepto, vt loquitur, ſolere vſuras, & alios illicitos contractus celebrari, vt quotidie videmus, quia hac ratione enunciant id quod non eſt, celant, & occultant id quod eſt, quod à
47 nobis diligentiùs tractatum eſt *in d. quæſt.*45. † Puto tamen id accipiendum eſſe, cùm debitor id allegat, & obiicit ſibi minus numeratum fuiſſe, vel ex pecunia credita fœneratorem vſuras illius temporis retinuiſſe, alioqui præſumptionem hanc in foro nihil ſuffragari, neque iudicem id ſupplere poſſe *ex l. adulterium, §. idem. Pollioni, ff. de adult.* & Bart. *in l. cum quid. circa fin. ff. ſi cert. pet.* & Menoch. *de præſumpt. lib.*1. *quæſt.*48. *num.* 44. & in ſpecie Caſtrenſ. *in conſ.*94. *n.*1. *lib.* 2. propè enim eſt, vt debitor fateri videatur totam ſummam accepiſſe, qui non excipit ſibi minus numeratum fuiſſe, aut ex ſorte vſuras eodem tempore creditorem ſubduxiſſe.

48 Rurſus quia hæc definitio maximè innititur conſuetudine creditoris, neceſſe eſt, vt illa probetur conſtans, & conſentiens iuxta *l.* 3. §. 2. *de teſtib.* & ſecundum ea quæ diximus *num.* 38. non enim ex re incerta, & varia certum aliquid colligi poteſt, vt docet Quintilian. *inſtitut. lib.* 5. *c.* 10. & Bald. & alij *in rubrica, Cod. de probat.* vbi docent ea, quæ dubia ſunt, per ea quæ certa ſunt confirmari, & Ant. Fab. *cod. tit. def.*51.

49 Denique perſpiciendum eſt, an aliæ in contrarium vrgeant coniecturæ, poteſt enim iudex hanc præſumptionem non ſequi, ſi ex aliis probabilior, & grauibus argumentis, & indiciis veritatis aliud ſibi videatur, ſecundum ea, quæ proximè dicta ſunt & docet Surd. *in d. conſ.*327. Nec enim negari poteſt hac in re plurimùm dominari arbitrium iudicis, vt tradit Alex. aut quiſquis ille ſit inter conſilia Alex. *conſ.*119. *n.*6. *lib.*4.

50 Sed inter coniecturas iudex plurimùm conſtituere poteſt ad confirmandum motum animi ſui in natione creditoris, & conſuetudine regionis, vbi contractum eſt *l.* 1. *in princ. ff. de vſur. l. ſemper.* 34. *de reg. iur. l. quod ſi* 31. §. *qui mancipia, ff. de ædil. edict.* Bald. *in d. conſ.* 229. *num.*4. *lib.*2. vbi ait hac in re inſpiciendam etiam eſſe generalem conſuetudinem fœneratorum ciuitatis, qui faciunt ſimile exercitium *argum. l. cum de lanionis*, §. 1. *ff. de fund. inſtruct.* idem notat incertus ille auctor apud Alexand. *in d. conſ.* 119. *in fin.* Cepoll. *in lib. de ſimulat. contract. num.*113. Caroc. *de locat. tit. de vſur. n.* 24. & alij plures apud Fatin. *de falſit. & ſimulat. quæſt.*161. *part.*3. *num.* 214. His accedit Franciſc. Zuan. *lib. de empt. & vendit.*
51 *ſub pacto retrouendendi num.*63. † Vbi poſtquam prolixè quæſiuit, an emptio, & venditio ob pactum retrouendendi, & modicitatem pretij ſimulata, & in fraudem vſurarum facta præſumatur, an aliæ quoque coniecturæ, & indicia fœnoris deſiderentur, concludit tandem ſi probetur tractatus de mutuo contrahendo præceſſiſſe, contractum emptionis paulo poſt ſecutum ſimulatum videri *arg. l. quamuis. §. cum eſſem. ff. ad Vellei.* quæ enim vno temporis tractu aguntur, dicuntur ab eadem voluntate proficiſci *l. quod ait lex. §. vlt. ff. ad l. Iul. de adult.* † Et ſanè tractatus de mutuo contrahendo re- 52
cenſetur à multis inter coniecturas fœnoris, vt apud Dec. *in conſ.*62. *num.*23. *lib.*3. & Fatin. *loc. cit. num.*216. tametſi ego in his tractatibus parùm conſtituendum eſſe putem, niſi reſtes deponant creditorem etiam in mutuum conſenſiſſe. Quid enim ſi dum venditur mutuum rogat, noluit ille emptor mutuum gerere, ſed tantùm emere velle dixit, ſi quod prædium venale illi erat? Sanè hinc potius excluditur mutui præſumptio, quod non niſi inter conſentientes contrahi
poteſt *l.* 15. *& l.* 19. *ff. ſi cert. pet.* † Denique inter contrahen- 53
dum multa dicuntur, & iactantur, quæ non fiunt, ſed nudo ſermone finiuntur, vt ait Vlpian. *in l. ſciendum.* §. 1. *ff. de ædil. edict.* quare leuiſſima eſt coniectura, quæ ex tractatu deducitur, niſi etiam doceatur inter partes actum, & conſtitutum fuiſſe, vt ſub nomine emptionis, vel alterius contractus, mutuum, & fœnus contraherent. Hoc enim caſu plus valet quod actum eſt, quàm quod ſcriptum *l.* 3. *Cod. plus valer. quod. agit.* & ſatis conſtat contractum vſurarium eſſe, licet tabellio, & teſtes inſtrumenti nihil ſciant, vt docet Innocent. *in cap. grauis, de pig.* & Vital. de Cambau. *in lib. de clauſ. tit. qualit. ſimulat. probat. num.* 8. vbi notat in his multùm poſſe iudicis arbitrium, quod nos in hoc genere mo-
nuimus ſæpè, † nec puto Zoannetum aliud ſentire. Qui de- 54
inde ſubiicit hanc clauſulam, *aut in propoſita quæſtione nihil conſtat de præcedenti tractatu, tunc ſi contractus fuit celebratus in loco, vbi communiter ſolent fieri tales contractus, & exerceri vſuræ, quemadmodum hodiè plurimis in locis pernicioſo exemplo fieri ſcimus, & dolemus, & emptor ſit indigena, vel incola, iudicabo contractum ob eam infamatam nationem ſimulatum d. leg. quod ſi nolit §. ſi mancipia ff. de ædil. edict. & multis graſſantibus in regione aliqua ſeueriore cenſura delicta coërceri debent*, & poſt pauca quædam, *aut in loco contractus non fiunt communiter huiuſmodi imaginarij contractus, neque exercetur communiter fœnus, tunc aut emptor eſt fœnerator, & contractus illicitos facere conſueuit, & hoc caſu præſumam contractum ſimulatum eſſe cap. illo vos, de pignor. facilè enim aduerſus fœneratores eſt præſumendum, quia ſunt peſſimum hominum genus. Quare cùm improbi adeo ſint vſurarij, mirabere minus, quod in illos acerbiores ſimus exemplo Iuriſconſulti Vlpiani in l. & ita, §. miratur igitur, ff. naut. caup. ſtabul.* Atque in hunc modum ex coniectura nationum, & ex qualitate creditoris conicit contractum vſurarium eſſe. Et ita etiam in quæſtione, de qua quæſitum eſt, ex circumſtantia regionis, & conſuetudine mutuantis arguere poſſumus minus fuiſſe numeratum, vel vſuras pro ratione tem-
poris, quo differtur ſolutio, prorogatas fuiſſe. † Sed ſi mos 55
regionis varius eſt, & ſi non eædem vſuræ frequentantur, vel ſi conſuetudo hominis varia fuit, id eſt, ſi continuo quidem, ſed nunc leuiores, nunc grauiores vſuras exegit ſequendum eſt id quod erat ei magis conſuetum, *argum. l. quæritur, ff. de ſtat. hom. & l.* 55. § *ſi vnus, ff. de leg.* 3. Bald. *in d. conſ.*129. *num.* 2. *in fin.* vel ad id quod minimum eſt, vſurarum quantitas redigi debet *l. ſemper.* 34. *de reg. iur. l. inter, §. ex cæteris, ff. de adminiſt. tut. gloſ. in d. l.* 1. *verbo, ex more regionis, ff. de vſur. l. vlt. ff. de pretor. ſtipul.*

Illud etiam ſcire intereſt non tantùm ex perſona credito- 56
ris, qui vſuras exercere conſueuit, fœnoris coniecturam duci, ſed etiam ex perſona proxenetæ, vel notarij, qui contractibus illicitis, & vſurariis operam dare ſoliti ſunt, vt tradit Veron. *in d. tractat. de ſimulat. contract. num.* 71. Nam inquit ſæpiſſime huiuſmodi contractus illiciti contrahuntur culpa proxenetarum, qui ob ſpem modici lucri omnia velamenta excogitant, & partes inducunt ad illicita pacta, & improbos contractus ineundos: & deinde monet contrahentes, & mercatores, vt ab hoc genere hominum tanquam à peſtifero veneno caueant, idemque in notariis obſeruandum eſſe, denique ait factum à malo malum præſumi. Et proinde cùm quæritur, an obligatio ſit maioris quantitatis, quam re vera numeratum ſit, proxenetæ, & notarij perſonæ coniecturam fraudis præbere poſſunt, ſi in huiuſmodi fraudibus conciliandis ſe interponere ſolent, & hic etiam locum habet, quod dicitur, *mali corui malum ouum.*

Sed ex eo quod diximus qualitatem perſonæ quæ ſolita 57
eſt fœnerari, & conſuetudinem regionis, in qua publicè fœnus exercetur, magnam coniecturam facere vſurariæ

praoitais

Digitized by Google

prauitatis, dicimus etiam ex circunſtantia perſonæ, & prouinciæ fœnoris præſumptionem excludi, & minui, & proinde vt contractus celebratus ab eo, qui fœnerari conſueuit, in re dubia ſecundum omnium ſententiam fœneratitius eſſe præſumitur, ita ex contrario contractus ab eo initus, qui integer vitæ eſt, & inculpatæ exiſtimationis, in dubio licitus videri, debet, vt adnotarunt Bald. *in l. qui ſemiſſes, §. quæſitum, ff de vſur.* Anchar. Tiraq. Dec. Menoch. apud Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 8. *tit.* 23. *n* 3 ex quo infert in egregiis, & nobilibus viris, clericis, & Eccleſiaſticis perſonis, item in ruſticis, & mulieribus & militibus fœno-
58 ris ſuſpicionem ceſſare. † Cæterùm auaritia etiam nobiles docuit, & milites, ruſticos, & mulieres fœnerari, imo & Philoſophos, vt de Menippo Cynico refert Diogenes *lib.* 6. quod eorum profeſſioni valde repugnat *l.* 6. *Cod. de munerib. patrim.* & clericis etiam crebro interdum eſt, ne fœnerent *c.* 1. *de vſur.* & aliis locis, vnde hoc argumentum leue eſt ad exludendum fœnus.

59 Pari ratione, vt mos regionis, in qua vſuræ frequentantur magnum indicium eſt fœnoris: ita ſi contractus, eo in loco, & inter homines illius nationis celebratus eſt, quæ fœnus abhorret, vt olim Perſæ, & Germani, & alij quidam populi, quos recenſet Alexand. ab Alexandro *Genial. lib.* 1. *cap.* 7. dicam in re dubia contractum ab vſuraria prauitate alienum eſſe, vt ſentit Zoann. *vbi ſupra*, & Cardin. *d. tit.* 25. *num.* 20. & quod idem fere eſt contractus, qui in prouincia apud honeſtos, & graues viros eſt in vſu, & communiter ab omnibus cenſetur licitus in dubio vſurarius non præſumitur, vt docet Bald. *in l.* 1. *num.* 39. *C. de his qui pœna nom.* Roland. *in conſ.* 96. *num.* 26. *lib.* 2. Natta *in conſ.* 458. *n.* 26. Surd. *in d. conſ.* 327. *num.* 52. vbi ait coniecturas hoc caſu degenerare, & in meliorem partem torqueri debere. Idem tradit Card. *loc. cit.* qui deinde reliquas coniecturas exequitur, quibus fœnoris præſumptio excludi videtur ego miſ-
60 ſas facio. † Et hoc tantùm ſubiicio. quod ille omiſit, præſumptionem vſuræ minui, quando negotium eſt alienum, vt ſi tutor, vel procurator contraxerit. Nam ſi ſuſpicio fœnoris reiicitur, ſi lucrum non ſit proprium, ſed commune, vt videtur Corneo *in conſ.* 4. *num.* 12. *lib.* 1. Alciat. *in conſ.* 3. *num.* 20. *lib.* 1. & idem Mantic. *eod. loc. num.* 31. multò magis excludi dicendum eſt, ſi negotium omnino ad alium pertinet. Neque enim veriſimile eſt virum bonum pro alterius lucro voluiſſe improbum fœnus exercere, & ſine vlla vtilitate detrimentum animæ ſuæ pati, atque etiam ſe obnoxium
61 reſtitutioni reddere. † Obſerua tamen quod dixi virum bonum, nam ſi is qui contraxit alieno nomine vir ſordidus eſt, & infamia fœnoris laborat, contractus malè olet, & locum habet quod dicit Veronen. *loc. cit.* factum à malo malum præſumi: denique in iure noſtro multi loci ſunt eorum, qui alieno nomine fœnerantur vt *in leg.* 37. §. *ſi pecunia, ff. de neg. geſt.* & ego ſcio virum quendam nobilem nomine generi à ſui à muliere extorſiſſe obligationem quingentorum, & quinquaginta aureorum, cum quingentos tantum numeraſſet, dilatione vnius anni conceſſa ad ſoluendum, vterque enim ſolebat agitare fœnus.

62 Præterea ad hunc tractatum valde pertinet definitio *leg. quicunque, Cod. de apoch. publ.* qua cauetur eum, qui tribus productis apochis oſtendit trium ſibi cohærentium annorum tributa præſtitiſſe, præſumi etiam pro præterito tempore ſoluiſſe. Quod rectè ab interpretibus trahitur ad emphyteutam, colonum cenſuarium, denique ad omnes debitores annuarum penſitationum, quos ſi conſtat tribus porlatis apochis trium ſequentium annorum canonem, & annuam penſionem præſtitiſſe in præteritum etiam ſoluiſſe præſumuntur, vt tractant Anton. Padill. *in lib.* 1. *Cod. de fideicomm.* Anton. Gomez *ad l. Tauri.* 68. *in fin.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *cap.* 139. Andr. Fachin *controu. lib.* 13. *cap.* 89. & aliis citatis Paulus Bellon. *de poteſt. cor. & cap. lib.* 1. *c.* 97. *num.* 16. & Marcel. Conuerſan. *in notis ad Intrigliol. quæſt.* 5. qui *in eadem quæſt. num.* 47. nominatim ait præſumptionem *d. l. quicunque*, in redditibus annuis, & debitis cenſualibus
63 locum habere. † Et proinde id etiam in vſuris, quæ reditus pecuniæ dicuntur *l.* 30. *ff. de admin. leg. l.* 87. §. *vlt. ff. ad leg. Falc. d.* retinendum puto, vnde ſi debitor probet tribus prolatis apochis tribus continuis annis vſuras ſortis præſtitiſſe, præſumitur etiam pro præterito tempore illas ſoluiſſe, cùm nulla inter hunc, & illas adferri poſſit diſcriminis ratio, & vſurarius maiore odio dignus ſit, vt facilius credamus illum prioris temporis vſuras extorſiſſe.

Sed ſimpliciter vſurarius confeſſus eſt, vel alio modo con- 64
uictus vſuras recepiſſe, non conſtat quales exegerit, an ſemiſſes, an beſſes, aut grauiores recurrendum eſt ad conſuetudinem regionis, vel creditoris, vt diximus *num.* 56. vel poterit iuſiurandum iudex deferre debitori vſuras repetenti *cap. ex literis, de iureiur.* Burſat. *in conſ.* 226. *num.* 108. *lib.* 5. & Mancin. *de iuram. offic.* 167. *num.* 1. quia in omnibus cauſis ob inopiam probationum cauſa cognita res iureiurando decidi debet *l.* 3. *Cod. de reb. cred.* & Harmenop. *lib.* 1. *tit.* 7. qui ait iuſiurandum à iudicibus deferri in iis actionibus, quæ aliunde veritatem apertam, certámque non habeat. Obſerua tamen quod lex ait *cauſa cognita*, nec enim iudex temere hoc remedio vti debet.

Opportunè etiam quæritur, an vſurarius teneatur reſpon- 65
dere poſitionibus, quæ exactionem vſurarum contineant. Et videtur reiici eas oportere, quia reſpondentis turpitudinem continent, & nemo poſitioni criminoſæ reſpondere tenetur, ne ſe prodat, vt docent Bald. & Salicet. *in l.* 2. §. *quod obſeruari, Cod. de iureiur. propter calumn.* Curtius *in tract. de poſit. num.* 45. Mancin. *part.* 2. *art.* 2. *num.* 14. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1182. *num.* 60. vbi refert hanc eſſe communem ſententiam, & Blaſius Michalor. *in lib. de poſit. cap.* 18. *n.* 7. vbi ait veriorem eſſe. † Sed his non obſtantibus verius eſt 66
in hac ſpecie poſitiones admittendas eſſe, quia quoties agitur, ne reus locupletetur cum aliena iactura, & res alienas iniuſtè retineat, poſitionibus reſpondere tenetur, etiamſi eius turpitudinem, & delictum contineant. Ita enim docet Bart. *in l. Marcellus, §. qui rerum num.* 2. *ff. rerum amot.* Dec. *in l. vlt. num.* 6. *Cod. de eden.* & reſpondit Franc. de Argent. *inter conſilia matrim. conſ.* 22. *num.* 16. & 17. Grauat. ad Veſtrium, *lib* 5. *cap.* 14. *n.* 18. Petrus Pechius *ad reg. iur. reg.* 32. *num.* 8. qui communem eſſe ait. Anton. Sola *ad nou. conſtit. Sabaud. tit. de poſit. gloſ.* 11. *num.* 2. vbi refert deciſionem Senatus, & Mancin. *loc. cit.* Sed hîc agitur, vt illicitum lucrum auferatur creditori, & ne is, cui vſuræ extortæ ſunt, rerum ſuarum iacturam patiatur, ergo poſitiones admitti debent. Neque mouet ratio Baldi *loc. cit. num.* 23. Quod hæc poſitio captionem contineat, vel infamiæ ſi fatetur, vel periurij ſi neget, quia ſi falſo obiicitur illum vſuras extorſiſſe, ei negare licet, & negando nec infamiam, neque periurium incurrit, ſi verò eas verè extorſit, debet eas reddere, & liti cedere. Quod ſi iniuſtè litigare mauult, ſibi imputare debet, nec ei ſubueniendum eſt, qui in foueam incidit, quam ſibi fecit.

Denique quæſitum eſt, an ſuper ſolutione vſurarum is, 67
qui ſoluiſſe ait, nec aliunde probare poteſt iuſiurandum creditori deferre poſſit, & an creditor illud ſubire, vel referre teneatur. Et puto creditorem iurare debere, vel referre, niſi aliud obſtet. Et moueor primo loco *ex l. eos, §. ſuper, Cod. de vſur.* illis ſcilicet verbis. *In quo caſu ſacramenti etiam illationem locum habere ſancimus.* Deinde *ex d. cap.* 32. *de iureiur.* ex quo conſtat in cauſis vſurarum iudicem in inopia probationum exigere poſſe iuſiurandum de veritate dicenda, vt Albas, & Cuiacius notant, cùm enim id iudici liceat, nihil vetat partes inter ſe in iſtiuſmodi cauſis iuſiurandum deferre, vel referre. † Denique ſi in actione furti, & aliis famoſis iudiciis 68
actor iuſiurandum deferre poteſt, vt indicat *l. furti.* 6. §. *ſed ſi. ff. de his qui not. infam. l. vlt.* §. *licentia, Cod. de iur. delib. l.* 9. §. *ſi damnetur, & l.* 13. §. *idem Iulianus, ff. de iureiur.* & multis oſtendit Borcholt. *de iureiur. cap.* 5. *num.* 7. & 8. *num.* 10. Vt etiam in actione rerum amotarum quæ pendet ex furto, vt ait Paulus *in l.* 21. *in fin. ff. de act. rer. amot.* iuſiurandum rectè defertur, quamuis non poſſit referri, vt definitum eſt *in l.* 11. §. *qui rerum, & l.* 14. *ff. eod. tit.* & tradit Hartman. Piſtor. *lib.* 4. *quæſt.* 13. *num.* 35. cur non etiam in receptione vſurarum iuſiurandum deferre liceat, quoniam nunc vſura furtum eſt, vel proxima furto. Et ita comperi in ſpecie docere Baldum, *in dict. §. quod obſeruari, num.* 23. *verſu conclude ergo*, tametſi diuerſum ſentiat in poſitionibus, vt dictum eſt.

Nec

69 Nec mouet quod hæc res delictum creditoris contineta
videatur, quo caſu is, cui iuſiurandum deſertur, iurare non
cogitur, vt placuit Antoo. Solæ *ad non. conſtit. Sabaud. tit. de*
iureiuran. gloſ. 2. in fin. quia hoc manifeſtè refellitur *ex d. l. 6.*
§. ſed. & ſi. ff. de his qui not. infam. & d. l. vltim. §. licentia. C.
de iur. delib. l. 3. §. 1. ff. de iureiurand. & ex l. 5. §. hac lege ff. de
iniur. vbi Vlpian. ait, *hac lege permittitur actori iuſiurandum*
deferri, vt reus iuret iniuriam ſe non feciſſe. Vel locum non ha-
bet, cùm de ea re agitur, quæ ſi celaretur, faceret aduerſa-
rium locupletari cum aliena iactura, quo caſu diximus po-
ſitionibus crimen continentibus reſpondendum eſſe. Vel
denique dicam in cauſis vſurarum locum non habere, in
quibus iurandum eſſe etiamſi fœneratoris turpitudinem hæc
res contineat, conſtat apertiſſimè *ex d. cap. ex literis. de iure-*
70 *iur. & d. l. cot. in fin. Cod. de vſur.* † Nec facit negotium ſi
dicas vſuras iure ciuili licitas olim fuiſſe, & proinde nihil
mirum, ſi ſuper ſolutione, & actione vſurarum olim iuſ-
iurandum ſubire oportuit, nunc verò aliud eſſe, cùm vſu-
ra omnis illicita ſit, & turpis. Nam reſpondeo Iuſtinianum
eo loco ſanaiſſe iuramento locum eſſe etiam in ea re, quæ
dolum, & improbitatem creditoris contineret, nimirum
aduerſus eos creditores, qui per ſ, vel interpoſitam per-
ſonam maiores vſuras ſtipulati eſſent, quam conſtitutione
illa definitum fuit, & per legem licebat accipere. Et proin-
de, vt licuit olim iuſiurandum deferre creditoribus, qui
grauiores vſuras, extorſerant, vel aliquid ex pecunia credita
detraxerant, aut retinuerant ſiliquatum, & ſportularum no-
mine, quod ea conſtitutione valde prohibitum eſt, ita nunc
poſtquam nullus eſt modus, intra quem vſura licita ſit, iura-
mento locus eſt, quamuis hæc res fœneratoris turpitudinem,
71 & fraudem continere videatur. † Obſerua tamen quod dixi
niſi aliud obſtet. Nec enim quod dicitur *in l. 38. de iureiur.*
manifeſtæ turpitudinis, & confeſſionis eſſe non iurare, nec
iuſiurandum referre perpetuum eſt. Quamobrem quia in ci-
uili iudicio duntaxat iuſiurandum hoc referri ſolet: nec vl-
lum reperiri poteſt exemplum apud veteres iuriſiurādi delati
in iudicio criminali, ſaltem quo lis decideretur, vt obſeruat
Duaren *ad tit. de iureiur. c. 9. in fin.* & Cuiac. *in lib. 2. ſent.* Paul.
tit. 1. & ratio publicæ vtilitatis exigit, certis probationibus
criminales controuerſias finiri magis, quàm iureiurando. *l.*
ſciant. C. de probat. Ideò ſi de vſuris criminaliter agatur, quod
fieri poſſe magis communiter receptum eſt, vt refert Alciat.
in c. 1. n. 26. de offic. ordin. & Clar. *in §. vſurar. verſ. ex hoc infertur.*
& nos diximus *q. vlt. n. 54.* reus iurare non cogitur, vel iuſio-
randum referre. Nam nec in ſupplementum probationis iuſ-
iurandum deferri poteſt, cùm de vſuris criminaliter quæritur,
vt notat Socin. *reg. 204. fallent. 15.* & Fachio. *controu. lib. 1. c. 15.*
in fin. vbi ait verba illa d. l. in bonæ fidei 3. C. de reb. credit. *&*
in cæteris cauſis, de ſimilibus cauſis pecuniariis accipienda
72 eſſe. † Et proinde quod ait Vlpian. *in d. l. 13. §. idem Iulianus. de*
iureiur. & in d. l. 6. § ſed & ſi ff. de his qui not. infam innocentiam
rei iuramento quodammodo probari, de iudicio ciuili, id eſt,
cùm de furto ciuiliter agitur, intelligendum eſt, non autem de
iudicio criminali, inſtituta ſcilicet actione ad publicam vin-
dictam, vt verba quæ præcedunt, oſtendunt ſatis, & ſentire
videtur Baldus *in d. l. 2. § quod obſeruari nu. 23.* & docet idem
Duaren. *loc. cit.* vnde non caſu ſed conſulto Paulus *d. lib. 1. tit.*
1. ait in pecuniariis cauſis, ſi alter ex litigatoribus iuſiuran-
dum offerat, audiendum eſſe, quo loco congruenter Cuiac.
73 notat litem criminalem iureiurando non decidi. † Denique
in iis caſibus omnibus, in quibus in cæteris cauſis remit-
tenda eſt iuriſiurandi neceſſitas, quos ſanè difficile eſt defini-
re, cùm tota hæc res in æquitate conſiſtat, quæ nullis certis
finibus coërceri poteſt *l. 14. in princ. ff. de diuerſ. temp. præſcript.*
l. ſed & ſi §. vlt. ex quib. cauſ. maior. in iiſdem caſibus in mate-
ria vſuraria iuſiurandum reiici, & remitti debere dicendum
eſt.
74 Et hæc valde confirmari poſſunt ea ſententia multorum,
qui putant cùm coniecturæ non adeò efficaces ſunt, vt ad
pronuntiandum contractum vſurarium ſatis ſufficere vi-
deantur, actori iuramentum in ſupplementum probationis
deferri non poſſe, cùm criminaliter agitur, vt vſurarius pu-
niatur, aliud verò eſſe cùm ciuiliter agitur ad repetitionem
vſurarum, ita enim ſentiunt Ioan. Andr. Lanfranc. Pariſ. Cor.
& alij apud inclytæ memoriæ Card. Mantic. *d. lib. 8 tit. 19. n. 29.* quod etiam ſentire videtur Seraphin. *de priuileg. iuram. c. 33. n. 128.* & probari poteſt *ex d. c. ex literis. 32 de iureiur.* Quod tamen ita accipiendum non eſt, vt ex qualibet leui coniectura, liceat etiam cum ciuiliter agitur, rem hanc iuramento actoris committere, ſed ita demum iuſiurandum hoc deferri poſſet, ſi coniecturæ fœnoris huiuſmodi ſint, vt ferè ſufficiant iudici, vt opinetur contractum vſurarium eſſe: & præterea velit ad magis confirmandum motum animi ſui hoc iuſiurandum deferre, quod in aliis cauſis receptum eſt *ex l. 31. ff. de iureiur.* quæ ait ſolere iudices in dubiis cauſis hoc iuſiurandum exigere.

His igitur, & aliis modis probata exactione vſurarum, curandum eſt, vt reſtituantur iis, quibus extortæ ſunt, vel hæredibus eorum, vt ſancitum eſt *in c. 2. & 3. de vſur.* vel iis deficientibus, vt in pauperes diſtribuantur, vt reſcriptum eſt *in c. cum tu. eod. tit.* manu ſcilicet hæredis, & iuſſu, & conſilio Epiſcopi, qui pauperum pater eſt, vt docuit Panorm. *in d. c. cum tu. n. 5.* Couarr. *in cap. 3 n 8 de teſtam.* & cenſuit Rota *inter recentiſſ. p. 2 in quaſ iam Trident. vſurar. dec. 152. n. 6.* quod in locis, vbi nullus Epiſcopus eſt, vel qui eius vices ſuppleat, iudicem ſæcularem facere poſſe arbitror, nam & hic pauperum parens eſt, vel eſſe debet. Qua verò actione, & à quibus vſuræ repetantur, quæſtione ſequenti tractandum eſt.

QVÆSTIO XCIV.

Vſuræ qua actione repetantur, & à quibus.

SVMMARIA.

1 *Debitor poſtquam ex fructibus rei creditori integrè ſatiſfactum eſt, poteſt pignus repetere.*
2 *Et poſſeſſionem rei ſuæ recuperare.*
3 *Creditor cui ex fructibus ſolutum eſt, non poteſt ſe præſcriptione tueri.*
Poſſeſſio creditoris prodeſt debitori ad præſcriptionem.
4 *Creditor contra ius imputandi fructus in ſortem nunquam præſcribit.*
5 *Vſuræ condictione indebiti repeti poſſunt.*
6 *Hodie vſuræ condictione furtiua repetuntur.*
Vſura furtum eſt, & vſurarij fures.
7 *Actio qua vſuræ repetuntur, in hæredes tranſit.*
8 *Hæredes vſurarij in vtroque foro vſuras reddere coguntur, non ſecus ac hæredes furis.*
9 *Iudices ſæculares compellere poſſunt hæredes vſurarij, vt vſuras reſtituant.*
Vſuræ cognitio, & coërctio eſt mixti fori.
10 *Hæredes etiam extranei vſuras reſtituere tenentur.*
11 *Quod attinet ad reſtitutionem nihil refert quis occulto, vel publico fœnore extorſerit aliena.*
12 *Hæres tenetur vſuras reddere, licet defunctus impœnitens decedat.*
13 *Et quamuis vetet vſuras reſtitui.*
14 *Hæredes vſurarij vſuras reddere tenentur, licet non petantur,*
Et licet cum defuncto lis conteſtata non ſit.
15 *Et licet ex vſuris nihil ad hæreditatem peruenerit.*
16 *Hæredes iure Pontif. actione rei perſecutoria ex delicto defuncti, poſſunt conueniri, licet ad eos nihil peruenerit.*
17 *Didaci Couarruuiæ interpretatio* ad §. his autem verbis. Inſtit. de leg. Aquil.
18 *Franciſci de Caldas interpretatio* ad l. vn. C. ex delict. defunct.
19 *Actiones quæ rem, & pœnam perſequuntur, non dantur in hæredem, niſi in id quod ad eum ex facto peruenit.*
20 *Actiones ex delicto, licèt rem perſequantur, non dantur in hæredem, niſi in id quod ad eum peruenit.*
21 *Diſcrimen inter ius Pontific. & ciuile circa actiones ex delicto defuncti dandas aduerſus hæredes.*
22 *Didaci interpretatio* ad §. his autem verbis. *reiicitur.*

23 *Franciſci de Caldas ſenſus* ad l. vn ex delict. defunct. *non congruit verbis legis.*
24 *Verba* in quantum ad eos peruenit, *quomodo intelligenda.*
25 *Pontificio iure hæres tenetur ex delicto defuncti, quatenus eius facultates patiuntur.*
Hæres vſurary, hæres furis.
26 *Hæres ex delicto defuncti tenetur, quatenus ex eo pinguier hæreditas ad eum peruenit.*
27 *Hæres vſuras reſtituere tenetur, quatenus patiuntur vires hæreditatis*
28 *Quod receptum eſt etiam nullo facto inuentario.*
29 *Ius canonicum vltra facultates defuncti hæredem non obligat ad reſtituendum.*
Actio fœneris ex delicto deſcendit.
30 *Vſurary hæredes pro portionibus hæreditariis ad reſtitutionem vſurarum tenentur.*
31 *Cohæredes tenentur ad vſurarum reſtitutionem proportione eius, qui non eſt ſoluendo, quouſque portiones ſuas exhauriunt.*
32 *Niſi culpa creditoris cohæres factus ſit non ſoluendo.*
33 *Cohæres in ſolidum conuenitur, ſi res ad eum peruenit.*
34 *Cohæres qui rem pignori datam poſſidet, ad illius reſtitutionem ſolus conuenitur.*
35 *Non minus iniuſtus eſt, qui alieno ſcelere vtitur, quam qui facit.*
36 *Craſſi, & Hortenſij auaritia, & turpitudo à Marco Tullio reprehenſa.*
37 *Creditor qui vſuras à ſuo debitore exegit ex eo, quod illas fœneratori ſolueret, tenetur illas reſtituere, ſi eas à fœneratore deinde recuperauerit.*
38 *Sententia non tollit condictionem ſine cauſa.*
39 *Quoties cauſa ſententiæ redit ad non cauſam, non obſtat exceptio rei iudicatæ.*
40 *Aluari Valaſci inutilis quædam cautio.*
41 *Opem ferentes fœneratoribus ad reſtitutionem quoque tenentur.*
42 *Iudices, & Magiſtratus, qui vſuras ſolui iubent, reſtituendi rei ſunt.*
43 *Iudices ex iniuſta ſententia obligantur.*
44 *Idemque eſt in iudicibus delegatis, & arbitris ex compromiſſo ſumptis.*
45 *Aduocati, & cauſidici, qui fœneratorum cauſas agunt, reſtituere tenentur.*
46 *Aduocati non minus Reipublicæ vtiles quam milites.*
Orator ex Marco Catone vir bonus dicendi peritus.
47 *Domini quatenus vſuras permittere poſſint.*
48 *Operam præſtantes vſurario quatenus, & quomodo obligentur.*
49 *Notarius ad reſtitutionem tenetur, cum ex eius inſtrumento ſimulato debitor vſuras præſtare cogitur.*
Niſi partes agat debitoris.
50 *Notarius cum verè, & ſincere ſcribit, quod inter partes geritur, ad nihilum tenetur.*
Niſi in regionibus, in quibus peſſimo more vſuræ exiguntur.
51 *Notarius non tenetur vbi neceſſariò vſuræ tolerantur.*
52 *Proxenetæ quatenus ad reſtitutionem vſurarum obligentur.*
53 *Proxenetæ vtiles ciuitatibus.*
54 *Proxeneta non tenetur, quamuis debitor non ſit idoneus.*
55 *Platonis lex, vt proxenetæ de euictione teneantur.*
56 *Proxeneta qui dolo circumuenit creditorem, de dolo tenetur.*
57 *Benuenuti Stracchæ diſtinctio quædam reucitur.*
58 *Conſulens alium fœnerare ad reſtitutionem obligatur.*
59 *Verbo*, ope, conſilio *ſeparatim accipiuntur.*
60 *Nemo ex conſilio obligatur ei, cui conſilium dedit.*
61 *Conſulens ad reſtitutionem non tenetur, cum is, cui conſilium dedit, alias facturus fuit.*
62 *Conſilium ipſum interdum punitur, nec inſpicimus, an delictum ſequatur.*
63 *Cùm agitur ex delicto, quod poſt conſilium perpetratum eſt, adhibetur diſtinctio, an is, qui fecit, facturus erat, vel non.*
64 *Perſuadens fœneratori, vt grauioribus vſuris fœneret, ad id tantum tenetur, quod amplius extortum eſt.*
65 *Conſulens, vt modeſtius fœnus quis exerceat, non tenetur.*
Loth filias ſuas obtulit ad fœdiorem libidinem vitandam.
66 *Corruptor non tenetur, ſi quis in criminis perſeuerat.*
67 *Dantes operam vſurariis non excuſantur, quod alij eandem operam præſtitiſſent.*
68 *Aduocati, notarij, & alij qui fœneratoribus opem præſtant, in ſubſidium tenentur.*
69 *Vgolinus excipit tutores, & curatores, quod quatenus verum ſit.*
70 *Pupillus ad vſurarum reſtitutionem tenetur, ſi illas à tutore exegit.*
Dominus ſi vſuras eius nomine exactas à procuratore accipiat, illas reddere adſtringitur.
71 *Cùm plures ſunt rei debendi, is primo loco conueniendus eſt, ad quem pecunia peruenit.*
72 *Socius primùm conueniri debet, penes quem communis pecunia eſt.*
73 *Proxenetæ, qui vſurariis contractibus interueniunt, non niſi in ſubſidium obligantur.*
74 *Defungi opera quid ſit.*
75 *Debitor ſoluens vſuras creditori vſurarij, an illas ab eo repetere poſſit.*
Leonardi Leſſij, & Cardinal. de Lug. ſententia.
76 *Debitor vſurarum iuſſus eas alteri ſoluere exceptione ſe tueri poteſt, & non ſoluere.*
77 *Debitor vſurarum, ſi mandato vſurarij eas eius creditori ſponte ſoluat, non poteſt eas à creditore repetere.*
78 *Debitor qui exceptionem habebat, promittens alteri ſoluere exceptionem remittere videtur.*
79 *Niſi ſit mulier, vel minor.*

NVNC vero opportunum eſt quærere, qua actione vſuræ ſolutæ repetantur, & quidem ſi fundus pignori datus ſit, ex cuius fructibus integre creditori ſatisfactum eſt, poteſt debitor pignoratitiam actionem exercere aduerſus creditorem, vt pignus reddat cum fructibus, qui excedant rationem debitæ pecuniæ *cap. 1. & 2. de vſur. l. debitor. §. vlt. l. ſi pignore. §. ſi prædio. ff. de pignor. act. l. 2. & 2. C. eod. tit.* Harmenop. *lib. 3. tit. 5.* & Cuiac. *obſer. lib. 11. cap. 31. & in cap. illo vos. & cap. ſignificante. de pignor.* † Quod verum eſt etiamſi creditor pignus poſſideat auctore prætore. Nam & hoc caſu etiam ex perceptione fructuum debitum extinguitur ex natura pignoris, & hypothecæ, quæ eſt, vt fructus extenuent ſortem, qua ſoluta debet creditor de poſſeſſione diſcedere, & debitor cui res ablata eſt, ad rei poſſeſſionem reintegrari, vt indicat *l. 40. de ſolut.* & cenſuit Rota *in recentiſſ. deciſ. 749. par. 1.* † Et quod valde notandum eſt, creditor longi temporis præſcriptione ſe tueri non poteſt *l. vlt. C. eod. tit. de pign. act.* quæ ait *creditorem quo minus habita ratione fructuum, quos ex rebus obligatis accepit, pignora debitori reſtituat, nullo ſpatio longi temporis defendi.* Et non tantum inutilis eſt decem annorum præſcriptio, ſed etiam triennij, quia ſcilicet creditor pignus pro alieno poſſidet, non pro ſuo, ideoque non poteſt iuuari vſucapione, vel præſcriptione temporis. Qua ratione enim conductor aduerſus dominum agentem in rem non poteſt ſe tueri præſcriptione 30. vel 40. annorum; eadem ratione nec creditor eam obiicere poteſt. Denique creditoris poſſeſſio, quæ prodeſt debitori ad præſcriptionem *l. qui pignoris. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 7. §. ſed cum illud. C. de præſcript. 30. annor.* ei nocere non debet, quo minus in rem agat, vel ipſam luat, vt docet idem Cuiac. *ad d. l. 10. C. de pign. act.* & aliis auctoribus citatis Argentr. *art. 266. cap. 6. num. 23.* vbi ait creditorem nullis ſæculis præſcribere, & rurſus *art. 273. num. 8.* † Et rectiſſimè etiam Ioann. Coppen. *in deciſ. 1. num. 7.* notat creditorem contra ius imputandi fructus in ſortem nunquam præſcribere *argum. l. Titia. 48 ff. de ſolut.* quæ ait. *pro ſoluto magis habendum eſſe quod ex ea cauſa creditor percepit.* & certum eſt id quod ſoluitur non præſcribi, ſed ipſo iure liberare debitorem. Quod etiam ſenſit Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. lib. 11. tit. 8. n. 7.*

1 (margin, first paragraph line 2); 2 (margin, at "ſignificante. de pignor. † Quod verum"); 3 (margin, at "par. 1. † Et"); 4 (margin, at "etiam Ioann. Coppen.")

Sed ſi nullum pignus contractum proponitur, ius eſt debitori, qui ſoluit vſuras, vel hæredi eius eas repetere condictione indebiti, quæ actio eſt ſtricti iuris. Quod placuit Bart. *in l. 1. in 3. ff. de priuat. delict.* quem alij ferè ſequūtur Phanut *de*

vuent.

Google

inuent. part.7. n.78. & Trentac. *variar. reſol. lib.1. tit. de vſur. cap. 1. n.5.* & Farin. *q.10. num.66.* vbi ait Doctores ita communiter tenere, & nos ſcripſimus *q.11. n.25.* Et videtur probari poſſe *ex d.l.26. in princip. ff.de condict. indeb.* illis verbis, *vſuræ ſupra legitimum modum ſolutæ quaſi ſors indebita repetuntur.* Vt enim vſuræ ſupra legitimum modum extortæ veluti indebitæ condici poſſunt ex iure ciuili, ita & nunc poſtquam nullus eſt legitimus modus vſurarum,& vſuræ omnino prohibitæ ſunt, etiam in vno nummo, vt notiſſimum eſt, vſuræ omnes indebiti condictione repeti poſſunt.

6 Sed huic ſententiæ valde obſtat, quod definitum eſt *in l. 1. ff. de cond. indeb.* nimirum ceſſare repetitionem, ſi quis ſciens indebitum ſoluerit, & proinde quia nunc debitor ſcienter indebitè vſuras ſoluit,quis enim ignorat vſuras nunc indebitas eſſe? condictio indebiti non videtur omnino huic negotio congruere, vt ſentit Fulgoſ. *in d. l. ſi non ſortem, 26, n.4.* Couarr. *var. lib. 3. cap. 3. n. 6.* Ioan. Bapt. Lup. *de vſur. & commerc. illicit. comment. 4. §.3. n. 6.* & Binsfeld. *in cap. tua nos, de vſur q.1. in fin.* vbi ait non magis hoc caſu competere condictionem indebiti, quàm cùm quis per vim, & metum indebitum ſoluit. Et deinde poſt Didacum concludit, ſi in hoc negotio indebiti condictio datur, eam extraordinariam, & irregularem eſſe potius ex delicto,quàm ex contractu deſcendentem, quemadmodum ſæpe contingit aliquid recipi indebitum ob iuris diuini, & humani prohibitionem ab eo, qui ſcienter ſoluit, & proinde fortaſſe verius eſt hodie vſuras condictione furtiua repeti poſſe, quæ eſt ſententia Baldi *in d.l. 1. num.13. C.ex delict. defunct. in quantum hæred. conuen.* Nam & vſura furtum eſt,vt diximus, & delictum furti,& iniuſtitiæ vt ait Aragon. *quæſt.78. art. 3. verſ. & cum non ſit,* & vſurarios inter fures numerant Menoch. *de arbit. iudic. caſ. 396.* vt olim Cato *in lib. de re ruſtica,* & ſanè vſura eſt ablatio rei alienæ inuito, & ingemiſcente domino. Denique huic rei accommodari poteſt condictio ſine cauſa, vel ob turpem, & iniuſtam cauſam *ex l.1. ff.de condict.ſine cauſ.in fin.* quæ interdum concurrit cum condictione furtiua, vt *in l.vlt. C.de condict. ob turp. cauſ.*& notat Oldendorp. *de act. claſſ. 6. action.7.* & huc etiam valde pertinet, quod ait *l.6 ff. de donat. inter vir. & vxor. Quod ex non conceſſo contractu retinetur, id aut ſine cauſa, aut ex iniuſta cauſa retineri intelligitur: ex quibus cauſis condictio naſci ſolet.* Hæc igitur actio pluſquam condictio indebiti eſt.

7 Cæterùm hæc actio ſiue ex delicto, ſiue ex quodam veluti contractu, & pro mutuo deſcendat, non tantum in creditorem, qui vſuras extorſit, quod certiſſimum eſt, ſed, & in hæredes eius competit, idque fatentur omnes, vt refert Couarr. *in d. cap.3. n.7.* Petr.Gregor. *lib.3. c.5. n.1. verſ.tertio vt non tantum.* Anton. Sola *ad decret. de vſur. gloſ. 2. in fin.* & Vgolin. *in lib. de vſur. cap. 14. n. 1.* vbi ait hac de re dubitandum non eſſe. Hæredes enim hæreditariis actionibus obligari exploratum eſt *ex l.vlt. C.de hæredit.action. l.45. ff.de act. & oblig. & l.ex qua perſona de reg. iur.* & Petr.Gregor. *loc. cit. verſ. nec alienum,* quæ iuris conſtitutio latè patet, & ampliatur multis modis.

8 Primò quidem, vt non tantùm id obtineat in interno foro,in quo non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum iuxta D.Auguſtini ſententiam,*& cap.cum tu.de vſur.*ſed etiam in foro externo, & in iudiciis.Poſſunt enim in vtroque foro hæredes cogi ad reſtituendas vſuras, non ſecus ac hæredes furis, vt conſtat *ex d. cap.cum tu. de vſur.* & tradunt Abulenſ. *Matth 1. q.165.* Molin. *diſp.337. num.2.* Rebell. *lib. 8. c.16. num. 3.* & aliis auctoribus citatis. Salas *lib. de vſur. dub. 47. num. 1.* vbi ait id etiam locum habere in omni damno temporali iniuſtè alteri illato.

9 Secundò id recipiendum eſt non tantùm in foro conſcientiæ, & Eccleſiaſtico, ſed etiam ſæculari. Nam etiam iudices ſæculares, & Magiſtratus poſſunt compellere hæredes, vt vſuras à defuncto ablatas reſtituant, ſiquidem huius ſceleris cognitio, & coërctio etiam ad iudices, & Magiſtratus ciuiles pertinet, non minus quam furti, & alterius damni iniuria dati, ſiue de iure, ſiue de facto quæratur, vt differit Couarr. *var. lib.3. n.1.* Molin. *diſp.335.* Eman. Sà *verb.vſura, num.16.* & Salas *eod. lib.de vſur. cap.45.* & qui eſt inſtar omnium Roderic. *de ann. redit, lib. 3. quæſt. 4. numer. 124.* vbi multorum auctoritate, & multis argumentis oſtendit cauſas vſurarias mixti fori eſſe. Porrò cum huius criminis cognitio non minus ad ſæculares iudices pertineat,conſequens eſt non tantum vſurarios ipſos coërcere poſſe, ſed & aduerſus hæredes de contractibus vſurariis à defuncto initis ius dicere, illóſque compellere, vt fœnore extorta reſtituant. Et qua ratione ciuiles iudices iubent hæredes æs alienum diſſoluere, & res alienas reddere, eadem prorſus ratione compellere poſſunt, vt vſuras reſtituant, poſtquam enim veritas oborta eſt, & huius rei turpitudo detecta, ius ciuile etiam non patitur hæredes alieno ſcelere ditari *l.1. ff. ex delict. defunct. l. 16. in fin. ff.quod met. cauſ. l. 44. ff. de regul. iur.* & hæc turpia lucra hæredibus aufert *l.5. in princ. ff. de calumn. l.4. & l.12. ff. ad l. Corn. de falſis,* vbi Papinianus ait. *Quod ſcelere quæſitum eſt, hæredi non relinquitur.* Denique ſiue condictione indebiti, ſiue condictione furtiua, vel ob turpem, & iniuſtam cauſam vſuræ repetantur ſecundum ea, quæ initio dicta ſunt, conſtat ex iure ciuili hæredes his actionibus poſſe conueniri *lib. 7. §. vltim. ff. de condict. furt.*

Tertiò id non tantum in filiis verum eſt, ſed & in hæredibus extraneis, qui nullo ſanguinis vinculo coniuncti ſunt defuncto, quamuis enim filij teneantur ad refundendas vſuras à parentibus extortas, quibus ſucceſſerunt, vt qui magis de ſalute parentum ſoliciti eſſe debent; tamen hac obligatione etiam extranei hæredes tenentur, vt qui etiam in vniuerſum ius defuncti ſuccedant: & ita reſcriptum eſt ab Alexand. III. *in cap. tua nos, de vſur.* his ſcilicet verbis. *Tuæ igitur quæſtioni reſpondemus, quod filij ad reſtituendas vſuras ea ſunt diſtrictione cogendi, qua parentes ſui, ſi viuerent, cogerentur id ipſum etiam contra hæredes extraneos credimus exercendum.* Et ita in ſpecie adnotarunt Petr. Gregor. *loc. cit.* Vgolin. *in d. cap.14. num.1.* Petrus de Nauar. *de reſtit. lib.3.cap.2. num.413.* & Lælius Zech. *de vſur. cap.4. num. 2.* tametſi ſuperfluum ſit in re non dubia teſtibus vti. 10

Quartò locum habet concluſio etiam in hærede vſurarij 11 non manifeſti, nam & illius hæres vſuras reddere cogitur, vt ſcribit Godofr. à Bauo Allobr. *lib.de reat. quæſt. 27. n. 35.* & nemo eſt, qui contradicat exemplo hæredis furis, qui ad reſtitutionem tenetur, ſiue manifeſtus, ſiue nec manifeſtus fuerit. Et quod attinet ad reſtitutionem, nihil refert, quis occulto, vel publico fœnore aliena extorſerit.

Quintò protenditur concluſio, etiamſi defunctus impœ- 12 nitens deceſſerit, & nihil mandauerit de vſuris reſtituendis, vt ſcribit Phanut. *de inuent. part.7. ſeu impreſſ. Taurin. quæſt.244. num.77.* & multi docent apud Farin. *in d. quæſt. 10. num. 60.* quibus conſentiunt Vgolin. *loc. cit.* Trentac. *d. reſol. 1. n. 6.* & Binsfeld. *in d. cap. tua nos, quæſt.1. concl. 2.* Non enim inquit aliter tenentur hæredes vſurarij, quàm furis, & raptoris, aut alterius rem alienam iniuſtè poſſidentis, qui profecto tenentur ad damni illati reparationem, etiamſi defunctus impœnitens deceſſerit.

Sextò obtinet, quod dictum eſt, quamuis defunctus vetet 13 vſuras reſtitui, nihil enim poteſt teſtatoris iuſſus contra vim legum, & auctoritatem publici iuris *l. ſi quis, 112. §. 3. ff. de leg. 2.* non ſecus ac ſi mandaſſet æs alienum non ſolui. Et propterea certum eſt improba, & turpia defunctorum præcepta ſeruari non oportere, ita enim conſtitutum eſt *in §.vlt. Inſtit. de leg. & l.1. in princ. ff.de leg. 1. & l. vn. in fin. C. de his quæ pœn. nom.* Et vt inutile eſt præceptum teſtatoris de vſuris præſtandis, vt ait Franciſc. de Cald. *in lib. de empt. & vendit. cap.29. num. 34.* ita multò magis de vſuris non reſtituendis contemni debet. Denique non poteſt teſtator ius creditoris deterius facere *l. 1. Cod. debit. venditione pign. l. 1. Cod.de litig. l.filiusfamilias, §.diui, ff.de leg. 1.* illis verbis. *Sed hæc neque creditoribus, neque fiſco fraudi eſſe,* & *l. qui ſolidum, § vlt. de leg. 2.*

Septimò hæredes vſurarij vſuras reſtituere tenentur, 14 etiamſi nemo ſit, qui petat, dummodo ex rationibus defuncti,vel aliunde nouerint illum vſuras extorſiſſe,vt notat gloſ. *in c. quia fruſtra,de vſur.* & reſpondit Ioan.Bapt. Cotrad. *caſ. conſcient. quæſt. 233.* & Vgolin. *d. cap. 14. §. 4.* ſatis enim eos conſcientia vrget, ne reſtitutionem differant in necem eorum, quibus vſuræ extortæ ſunt, vel hæredum eorum, niſi

forte etiam nouerint illas animo liberali remiſſas fuiſſe. In qua tamen re ordo ſeruandus eſt, vt primum ei qui ſoluit, & eo defuncto hæredibus eius reſtitutio fieri debeat, vel his deficientibus vſuræ pauperibus erogandæ ſint, vt docet Coſmus Philiare. *de offic Sacerd. lib. 6. c. 27.* Petrus Gregor. *de vſur. lib. 3. c. 13.* & in tranſitu diximus *quæſt. præced. in fin. ex cap. cum tu. de vſur.* vbi gloſ. notat, quouſque fieri poteſt reſtitutio ei, qui ſoluit, pecuniam illam in pauperes erogandam non eſſe. Idémque puto, ſi adſint creditores eius qui ſoluit, magis enim quiſque tenetur æs alienum ſoluere, quam eleemoſynam facere. Et hic valdè pertinet, quod S. Pontifex ait *in c. 21. de iureiur. onus non remitti, ſed augeri, cum cuiquam improuidè ſoluitur, quod alij ex debito eſt præſtandum.*

Octauò ampliatur hæc iuris diſtinctio, etiamſi cum defuncto lis conteſtata non fuerit, vt multi docent apud Farinat. *in d. quæſt. 10. num. 60. & 66.* refert ſententiam hanc communem eſſe, & maiorem. Denique ita ſentire omnem ſcholam Canoniſtarum, & legiſtarum, vt loquitur. His conſentiunt Ioan. Bapt. Lup. *in d. comment. 4. §. 3. num. 6.* Petr. Gregor. *in d. cap. 5. n. 1. verſ. nec alienum.* Franciſc. de Cald. *in d. l. 1. part. 4. n. 1.* & Vgolin *d. cap. 14. in princ* Hoc enim caſu non tam iuris ciuilis rationem, quam ſacrorum Canonum prouidentiam ſequimur, vt defuncti anima expiari, & à pœnis peccati liberari valeat.

15 Denique extenditur concluſio, vt procedat, etiamſi nihil ex vſuris ad hæredem peruenerit *arg. l. ſi pro fure, §. vlt ff. de condict. furt. & § vlt. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.* vt enim in hæredes furis datur condictio furtiua, tametſi res furto ſubtracta perierit viuente fure; ita prorſus hæres vſurarij vſuras refundere debet, quamuis nihil ex iis ad ipſum peruenerit, quia tenetur reparare damnum à defuncto alteri illatum, vt iidem auctores docent, & præſertim Couarr. *d. cap. 3. n. 7.* Petrus Gregor. *d. cap. 5. num. 2.* & Farin. *loc. cit.* idemque tradit Cauiſ. *lib. de vſur. cap. 7. n. 4.* omnibúſque notum eſt *ex cap. tua nos, de ſepult.*

16 Neque obſtat *d. l. 1. C. ex delict. defunct.* quia quod ait ex delicto defuncti hæredem eius, ſi lis conteſtata non ſit, teneri duntaxat, in quantum ad eum peruenit, alioquin nullam actionem in eum dari, accipiendum eſt, quoad actiones pœnales, quæ in hæredes tranſire non ſolent iuxta *l. 1. ff. de priuat. delict. l. pupillum, § in hæredes, & l. ſicuti. de reg. iur.* non autem quoad damni illati reparationem, & perſecutionem, vt reſpondet Vgolin. *in dict. cap. 14. num. 1. in fin.* Actione enim perſecutoria rei, & damni illati conueniri hæredem propter crimen defuncti, etiamſi nihil ad eum peruenerit, & lis non fuerit conteſtata, ſaltem iure Pontificio receptiſſimum eſt, vt refert Farin. *in dict. quæſt. 10. num. 50.* & quod magis eſt, id verius eſſe etiam ex iure ciuili adnotauit quidam ad Decium *in d. §. in hæredes*, & Couarr. *in d. cap. 3. num. 7.* vbi ait pro hac ſententia textum eſſe ſingularem *in dict. §. his autem verbis. Inſtit. de leg. Aquil.* Quia Iuſtinianus hoc loco poſtquam definiuit pœnalem eſſe huius legis actionem, quia non ſolum tanti quiſque damnatur, quantum damnum dederit, ſed aliquando longe pluris, deinde ſubiicit. *Idémque conſtat in hæredem eam actionem non tranſire, quæ tranſitura fuiſſet, ſi vltra damnum nunquam lis*

17 *æſtimaretur.* † Vnde infert Didacus probari actionem ex delicto rei perſecutoriam omnino in hæredem competere. Idémque probari *ex dict. l. ſi pro fure, de condict. furt. & §. vlt. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* quibus apparet aduerſus hæredem furis dari condictionem furtiuam, etiamſi res furto ablata perierit viuente fure, nec ad hæredem peruenerit. Et licet omnium conſenſu receptum ſit ſpeciale eſſe in condictione furtiua, & contra hæredem furis detur, ait ſe non videre congruam rationem differentiæ inter damnum illatum furti crimine, & illatum incendio, rapina, ſimilive ſcelere, quantum ad ipſius damni reparationem, & proinde idem eſſe in hærede vſurarij, furis, raptoris, in-

18 cendiarij, agrorum depopulatoris, & ſimilium. † Et hæc Didaci ſententia placuit Franciſc. de Cald *loc. cit. num. 12, & 17.* vbi concludit ex vltimis verbis *dict. §. his autem*, generalem quandam regulam conſtitutam eſſe omnibus accommodatam, vt ſemper aduerſus hæredes actio, quæ pœnalis non ſit, ſed damni illati tantum perſecutoria, concedi debeat, & proinde ad ſolam legis Aquiliæ actionem verba generaliter prolata ab Imperatore reſtringi non debere. Et deinde ait nihil obſtare *d. l. vn. C. ex delict. defunct.* quia verba illa, *in quantum ad eos peruenerit*, referri debent ad defuncti hæreditatem, vt ſit ſenſus, quod hæredes teneantur ſatisfacere, in quantum vires hæreditatis patiuntur, non vero de eo, quod ad eos peruenit ex eo delicto, vt hactenus creditum eſt, fore intelligenda.

Sed hæc virorum doctiſſimorum traditio ſpecioſa quidem 19
continet, & quæ apparentem rationem habere videntur, aduerſatur tamen multis apertiſſimis iuris locis. Conſtat enim actiones ex delicto deſcendentes non tranſire in hæredes ex iure ciuili, & ſi rem nudam perſequantur, niſi in quantum ad eos peruenerit, vt actio, *Quod iudicij mutandi cauſa, &c.* quæ rem tantum perſequitur, non datur tamen in hæredem niſi in id quod ad eum peruenerit, quia ex delicto eſſe videtur *l. 8 ff. de alien. iudic. mut. cauſ. fact.* Et condictio rerum amotarum non datur in hæredem, niſi in id quod ad eum peruenit *l. ſi mulier. §. hæc actio. ff. rer. amot. & l. 3. Cod. eod.* Item actio de dolo, quæ etiam perſequitur tantum id quod
intereſt *l. ſi plures, l. in hærede, ff. de dolo.* † Actiones etiam, 20
quæ vtrunque, id eſt, quæ rem, & pœnam perſequuntur in hæredem non dantur, niſi in id quod ad eum peruenit, vt actio ſerui corrupti, quæ eſt mixta: actio arborum furtim cæſarum, actio legis Aquiliæ, quod metus cauſa, item actio ex edicto de incendio, &c *l. 5. ff. de ſeru. corrupt. leg. quod diximus, ff. quod metus cauſa, l. Padius, §. vltim. ff. de incend. ruin. naufr.* & in actione legis Aquiliæ conſtat apertiſſimè *ex l. inde Neratius, § hanc actionem ff. ad l. Aquil.* nimirum illis verbis. *Niſi fortè ex damno locupletior hæres factus ſit.*
† Et proinde rectè aliter ſentiunt, nimirum ex iure ciuili ex 21
delicto defuncti actionem non dari, niſi quatenus ad eum ex delicto peruenit: & diſcrimen hoc inter ius Pontificium, & ciuile agnoſcunt Bald. *in dict. l. 1, num. 13.* Ioan. Faber *in §. pœnalis, Inſtitut. de perpet. & tempor. act. num. 3.* Ioan. Papon. *lib. 24. tit. 11. arr. 3.* Phanot. *de inuentar. part. 7. num. 7.* Boſſ. *in tract. crimin. titul. de pœnis, num. 34.* & alij quidam apud Farinac. *in ead. quæſt. 10. num. 59. & 60.* vbi teſtatur hanc eſſe communem ſententiam. His conſentiunt Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. num. 316.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 4. titul. 5. num. 37.* Renat. Choppin. *de priuileg. ruſtic. lib. 3. part. 2. cap. 1. num. 5.* Cauiſ. *de vſur. cap. 7. num. 4.* & recens auctor Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque for. in verbo. hæreditas, diff. 6. num. 1. & 2.* & optimè omnium Cuiacius *in l. 38. de reg. iur.* & rurſus *ad d. titul. Cod. ex delict. defunct.* vbi tandem ait ex delictis in hæredem actiones non dari, niſi in id quod ad eum peruenit, ſi ſit actio mixta, vel rei perſecutoria excepta conditione furtiua, quæ in hæredem datur, & ſi nihil ad eum peruenerit: idémque dicendum eſſe in quaſi delictis *l. Iulianus, ff. de iudic. l. vltim. §. hæc iudicia, ff. naut. caup. ſtabul. l. 1. §. hæc autem, ff. de his, qui deiecer. vel effud.* Ita Cuiac. & licet videatur Didaco nullam probabilem differentiæ rationem adferri poſſe inter damnum furto illatum, vel alio ſcelere, quod etiam indagans idem Cuiac. *in obſer. lib. 7. c. 37.* nec inueniens cogitor ad tempus, vt ait, ſubſiſtere, ita tamen conſtitutum eſt, & ſatis eſt dicere non eſſe aduerſus hæredem ex factis illis datam actionem ex iure ciuili, niſi in quantum ad eum peruenit, quæ tamen conceſſa eſt in furto.

Nec Didacum mouere, & commouere debuit, *d. §. his* 22
autem verbis, ſiquidem planè conſtat actionem legis Aquiliæ in hæredem non dari, niſi hæres ex eo locupletior factus ſit *d. l. inde Neratius, §. hanc actionem*, quæ non deſinit eſſe pœnalis ex eo, quod interdum ſolam æſtimationem rei proſequamur, quia propriam, & primæuam naturam inſpicimus, vt notat gloſ. & Mynſing. *in d. § his autem*, & comperi deinde docuiſſe Anton. Fabrum virum doctiſ. *de error. pragmat. Decad. 76. cap. 8. in princ.* & proinde verba illa, *ideoque conſtat, in hæredem actionem non tranſire, quæ tranſitura fuiſſet, ſi vltra damnum nunquam lis æſtimaretur.* Non eum ſenſum habent, vt ſi fortè quis rei æſtimationem tantum proſequitur, actio legis Aquiliæ in hæredem tranſeat, vt exiſtimauerunt Didacus, & Franciſc. *locis citat.* quia non deſinit eſſe pœnalis, & proinde retinet naturam

ſua n,

Digitized by Google

ſuam, quæ eſt vt non tranſeat ad hæredes, niſi in quantum ad eos peruenerit: ſed horum verborum mens eſt actionem hanc in hæredes tranſitutam, ſi ſemper rei tantum perſecutionem contineret: ſed quia interdum plus continet, quam ſit æſtimatio damni iniuria dati, ideo actionem hanc pœnalem eſſe, & proinde in hæredes non dari, etiam cum nihil amplius proſequitur, quam quod nobis abeſt aduerſarij facto.

23 Nec verba illa d. l. vo. *in quantum ad eos peruenit* eum ferunt ſenſum, quem inſinuat Cald. *dict. num.* 13. nimirum vt accipi debeant de eo, quod ad hæredem ex bonis, & patrimonio defuncti peruenit, quia repugnant proximè citata iura, quæ ita demum lite non conteſtata in hæredem actionem dant ex delictis defunctorum, ſi ex illis hæres locupletior factus eſt, vel ſi quid ad eum ex delicto peruenit, & quatenus peruenit. Nec ab Impp. hæc immutata ſunt, ſed ius quod erat & obtinebat, confirmarunt, & veluti regulam iuris conſtituerunt, vt indicant verba illa conſtitutionis, *iuris abſolutiſſimi eſt*, id eſt recepti, & de quo non am-
24 bigitur. † Imò ex eiuſdem conſtitutionis verbis Franciſci interpretatio manifeſtè exploditur, quia poſtquam generaliter conſtitutum eſt poſt litis conteſtationem hæredes eius, qui deliquit, in ſolidum teneri, alioquin in quantum ad eos peruenit, conueniri, ratio addita eſt his verbis, *ne alieno ſcelere ditentur*, quæ ſatis euincunt id quod dictum eſt, *in quantum ad eos peruenit* accipiendum eſſe de eo, quod ex ſcelere, & facto defuncti ad eos peruenit, & in quo hæredes locupletiores facti ſunt ex delicto defuncti, vt *dict. l. inde Neratius, ad l. Aquil.* illis verbis, *niſi fortè ex damno locupletior factus ſit*. Idem conſtat *ex lib. 27. ff. de dol.* vbi Caius explicans hæc eadem verba, *in hæredem*, inquit, *eatenus daturum ſe actionem Proconſul pollicetur, quatenus ad eum peruenit, id eſt quatenus ex ea re locupletior ad eum hæreditas peruenit*, & ex l. ſicuti, de reg. iur. ibi, *niſi quid ex ea re ad eum perueniſſet*, & aliis locis, quos memorat idem Anton. Faber *d. tit. ex delict. defunct. def.* 5. *in fin.* & proinde verba illa *in quantum ad eos peruenit*, intelligenda ſunt de eo dumtaxat, quod ex maleficio, & facto defuncti ad hæredes peruenit, vt deinde clarè reſoluit idem Caldas *loc. cit. num.* 25. vt animaduerti poſtquam hæc aduerſus illum ſcripſeram, nec tamen delenda putaui, quia oſtendunt prudenter illum mutaſſe ſententiam; & prior ille, quæ male ſcripſerat, delere debuit. † Itaque verius eſt ex iure ciuili actio-
25 nem ex delicto defuncti non tranſire ad hæredes, niſi lis conteſtata ſit, vel aliquid ad eos ex facto defuncti peruenerit, & quatenus peruenit: & proinde hac in re retinendam eſſe differentiam inter ius ciuile & Pontificium, quo quidem conſtitutum eſt, vt hæres teneatur pro facto, vel ſcelere defuncti, etiamſi nihil ex ea re, ad eum peruenerit, prout facultates defuncti patiuntur, vt conſtat *ex cap. vltim. de ſepult. cap. vlt. de rapt. & cap. ſi Epiſcopum*, 16. *quæſt.* 6. & aliis locis, quos recenſet Farin. *in d. quæſt.* 30. *n.* 6. Ioan. Valer. *in d. differ.* 6 *n.* 5. & Renatus Choppin. *in d. cap.* 1. *n.* 5. vbi refert vetus placitum Senatus Pariſienſis huic definitioni omnino conſentiens. Quæ tamen inueſtigatio, & diſputatio in quæſtione vſurarum inutilis eſſe videtur, quia cùm pro illis nunc detur condictio furtiua, vt dixi, certum eſt eam in hæredem dari, etiamſi nihil ex ea re ad eum peruenerit *d. l. ſi pro fure, § vlt. & Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. in fin.* Vaſquez *quæſt. illuſtr. lib.* 3. *cap.* 96. *num.* 24 & Caldas *in dict. part.* 4. *num.* 26. ſiquidem nunc vere dicere poſſumus defuncti vſurarij ſucceſſorem eſſe hæredem furis. Ita vt non valde gloriari debeant, qui magna patrimonia vſuris coaceruata poſſident.

26 Sanè quod diximus hæredem ex delicto defuncti teneri, in quantum ad eum ex delicto peruenit, non tantum accipiendum eſt, ſi res ipſæ, & corpora ipſa ad hæredem peruenerint, & in illius vtilitatem verſa ſint, ſed etiam ſi ea eo defunctus locupletior factus eſt, & eius hæreditas pinguior, quam fuiſſet, ſi defunctus non deliquiſſet: ne ſcilicet ex alieno ſcelere hæres ditetur, & ita rectiſſimè notant Vaſquius *in d. cap.* 96. *num.* 36. *in fin.* & Franciſc. de Caldas *loc. cit. num.* 7. qui tamen in probanda hac concluſione laborat, & tamen probatur apertiſſime, quia peruenire intelligitur etiam id, quo locupletior hæreditas facta eſt, & quod in corpus patrimonij defuncti verſum eſt, vt conſtat *ex dict. l.* 27. *ff. de dol.* illis verbis, *id eſt quatenus ex ea re locupletior ad eum hæreditas peruenit*, & *ex l.* 18. & 20 *ff. quod met. cauſ.* & aliis locis. Hoc etiam docuit, & probat Ioan. Sichard. *in ead. l.* 1. *num.* 21. *Cod. ex delict. defunct.* quæ eſt elegans & notabilis huius conſtitutionis amplatio, vt ait Cald. *eod. loc.*

Sed quod dixi actionem de vſuris repetendis in hæredem dari, declarandum eſt vt obtineat, quatenus vires hæreditatis patiuntur, ita vt non teneatur hæres vltra quam verè ad eum peruenit ex bonis, & patrimonio defuncti. Et quidem conſentiunt omnes, ſi inuentarium hæres confecerit, vt ait Mulin. *diſput.* 332. *num.* 3. ſiue enim ex delicto ſiue ex contractu ea actio deſcendat, certum eſt inuentarium legitime factum ſuum effectum operari, ne hæres vltra vires hæreditatis conueniatur. Et quamuis in obligationibus, quæ ex delictis aliis dantur quam furti, ineptum ſit id quærere, quia certum eſt actiones huiuſmodi in hæredes non dari ex iure ciuili, niſi in quantum ad eos peruenit, & proinde omiſſio inuentarij non prodeſt creditoribus ex cauſa delicti, qui actionem non habent, vt obſeruat Farin. *loc. cit. num* 66. ſubiiciens rationem hanc prorſus ceſſare in crimine vſurarum, quia pro illis hæres non conuenitur ex delicto, vt putat, ſed condictione indebiti, vt initio di- 27
ctum eſt. † Quando vero hæreditas adita eſt nullo facto in- 28
uentario, multis diſſentientibus receptum eſt hæredem ad reſtitutionem vſurarum vltra vires hæreditatis non obligari. Ita enim reſpondit Federic. de Sen. *in conſ.* 21. *num.* 5. Ancharan. *in conſ.* 411. & docent Couarr. & alij apud Binsfeld. *in dict. cap. tua nos, de vſur. quæſt.* 1. *in fin.* His accedunt Ioan. Bapt. Lup. *in d. §.* 3. *num.* 6. Roland. à Vall. *in lib. de inuentar. quæſt* 209. *ſecundum impreſſ. Taurin. num.* 3. Sebaſt. Mantic. *eod. tract. de inuent. quæſt.* 228. *num.* 29. Trentacinq. *d. reſol.* 1. *num.* 7. M. Mant. Bonauit. *dialog.* 99. *verſ. bare qui.* Rebell. *lib.* 8 *quæſt.* 16. *num.* 5. Card. Tuſch. *lit. V. concl.* 349. *num.* 18. Caniſ. *in d. cap.* 7. *num.* 4 & hanc communem eſſe ſententiam refert Ruin. *conſ.* 20. *lib.* 4. & Couarr. *loc. cit.* Quæ probatur potiſſimum ex *cap. quanquam, de vſur. lib.* 6. quo præcipitur vſuras reſtitui *prout vires vſurariorum patiuntur*. Et quamuis ſecundum exactam iuris diſputationem contraria ſententia defendi poſſe videatur, quam tenuit Abb. *in cap. ex litteris, de raptor.* Aretin. & Paul de Caſtrenſ. *in rubric. de acquir. hæred. num* 4. Alexand. de Næuo *in conſ.* 98. *num.* 8. Phanut. *d. part.* 7. *num.* 79. vbi diſtinguit, an vſuræ coram iudice Eccleſiaſtico repetantur, vel ciuili, & alij quidam apud Farin. *dict. quæſt.* 10. *numer.* 66. Vgolin. *de vſur. cap.* 14. *§.* 4. *in fin.* & Molin. *in dict. diſput.* 332. *numer.* 3. quia vt quidam ex illis aiunt, damni proximo illati emendatio, & reſtitutio inter æs alienum, & debita hæreditaria recenſeri debet, vel vt ait Farinatius, quia vſuræ condictione indebiti repetuntur *dict. leg. ſi non ſortem, de condict. indeb.* quæ actio hæreditaria eſt, & in hæredes tranſit, vt apud omnes conuenit; & proinde omiſſio inuentarij hæredi nocere debet, vt vltra vires hæreditarias vſuras reſtituere teneatur. Nihilominus ait Didacus, communem ſententiam ſequor propter textum *in cap. tua nos, & cap. quamquam, de vſur. & in dict. cap. ex literis*, quibus hæc ſatisfactio iniungitur hæredibus, iuxta facultates defunctorum. † Siquidem in hiſce caſibus ex delicto defuncti 29
potius quam ex contractu conueniuntur, vnde æquum fuit conſtituere, ne tenerentur vltra quam ex hæreditate ad eos peruenit, & ita rigorem hunc aliqua æquitate temperare. Et cum condictio hæc ex iure Pontificio contra regulas iuris ciuilis inducta ſit aduerſus hæredes, eodem iure regi & coërceri debet, ne contra hæredes exerceri valeat, niſi quatenus ad eos ex patrimonio defuncti peruenit. Quod eleganter etiam oſtendit Ancharan. *in d. conſ.* 411. *num.* 6. dum tradit obligationem hanc eſſe ex mero iure Pontificio inductam contra hæredem, vt delicto defuncti omnino teneatur, non debere vltra defuncti facultates extendi, quia vltra eas non obligant canonicæ conſtitutiones, quod etiam obſeruat Roland. *loc. cit. num.* 6. nec mouet quod Farinatius ait in crimine

Digitized by Google

vſurarum non dari actiooem ex delicto pro vſuris repetendis, quia cum vſura nunc furtum ſit, & illicita extorſio, vt ſæpius diximus *ex cap. ſi quis*, 14. *quæſt.* 1. denique crimen ſit, vt fatetur Proſper, impoſſibile eſt actionem, quæ ex vſurarum extorſione proficiſcitur, non deſcendere ex delicto. Neque obſtat *d. l.* 26. *in princ. de condict. indeb.* qua Fatin. & alij mouentur, quia cum de vſuris agitur, ius Pontificium ſequimur, non ciuile: & canones præualent legibus, vt multis locis dictum eſt. Ex quo ſequitur diſtinctionem Phanutij, quam Farinatius ſequitur ſequendam noo eſſe, quia etiam in foro ſæculari hac in re canonicis ſanctionibus vtimur, ſecuodum quas hæres tantum tenetur vſuras reſtituere, quatenus facultates defuncti patiantur, vt conſtat ex *d. cap. quamquam, de vſur. lib.* 6. Et nos in hoc genere canones ſequi manifeſtum eſt, quia ex iure ciuili vſuræ tantum condici poſſunt, quæ ſupra duplum, vel legitimom modum ſolutæ ſunt *dicta l.* 26. *in princ. & l.* 1. *&* 29. *ff. de vſur.* intra quem licitum erat vſuras ſtipulari, & petere. Nunc verò vſura delictum eſt, & omnis vſura illicita eſt, & quicquid hoc nomine exigitur vel ſortem minuit, vel repeti poteſt, vt tractatum eſt *quæſt.* 2. *&* 3 & aliis locis. Non eſt igitur à recepta ſententia recedeodum.

30 Secundo quod dixi hæredes ex cauſa vſuraria conueniri poſſe, accipiendum eſt pro portiooibus hæreditariis, vt enim in diuiſione hæreditatis bona, & iura defuncti in portiones hæreditarias ex lege duodecim tabularum diuiduntur *l.* 6. *&* 11. *Cod. famil. hercisc.* ita in eodem iure actiones, quæ aduerſus defunctum erant, & reliqua onera hæreditatis diuidi cooſtitutum eſt *in l.* 6. *ff. ſi pars heredit. petat. l.* 2. *& vlt. Cod. de heredit. act. l.* 6. *Cod. de pact. l.* 3. *§. heres, ff. commod.* & ita iidem auctores tradunt, & Salas *d. dub.* 43. *num.* 2. Vgolin. *d. cap.* 14. *§.* 2. *num.* 1. & probat *l.* 9. *de condict. furt.* his verbis, *in condictione ex cauſa furtiua non pro parte, qua peruenit, ſed in ſolidum tenemur, dum ſoli heredes ſumus: pro parte autem heres, pro ea parte, qua heres eſt tenetur.* At vero vſuras condictione ex cauſa furtiua nunc repeti poſſe verius eſt.

31 Sed valde controuerſum eſt, an ſi vnus eorum efficiatur non ſoluendo, aut alia ratione non reſtituat, reliqui cohæredes teneantur ſaltem quouſque portiones ſuas exhauriant. Et ſanè plurimi exiſtimatunt non teneri ſed ſatis eſſe, ſi quiſque partem ſuam agnoſcat, ita enim ſentit Ioan. Medio. *de reb. per vſuram acquiſitis quæſt.* 4. Didac. Couarr. *in d. cap* 3. *num.* 8. Binsfeld. *in d. cap. tua nos, quæſt.* 1. *concluſ.* 3. Petrus à Nauarr. *de reſtitut. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 13. citans Salonium, & alios Theologos. His accedit Molin. *in d. diſp.* 332. *in fin.* & videtur accedere Rebell. *in d. quæſt.* 3. *num.* 5. dicens ſententiam hanc ex ſtricta iuris ratione veriorem eſſe: & nouiſſimè omnium Cardin. de Lug. *in d. diſp.* 25. *num.* 137. *verſ. ſecunda erga*, & ex Iuriſconſultis Trentacinq. *in d. reſolut.* 1. *de vſur. num.* 12. cum enim inquit hæredes teneantur ex contractu, vt putat, quiſque pro portione hæreditaria duntaxat conueniri poteſt iuxta regulam *l.* 1. *&* 2. *C. de heredit. act.* Sed diſſentiunt plurimi, iidémque auctores grauiſſimi, vt Abulenſ. Matth. *cap* 25. *quæſt.* 268. Nauar. Vega, Lopez, & alij Theologi Hiſpani apud Salas *in d. dub.* 43. *num.* 3. vbi ait hanc ſententiam eſſe probabilem: & magis communem, & veriorem eſſe fatetur Rebell. *d. quæſt.* 16. *num.* 5. Hanc etiam Petrus Gregor. *loc. cit. num.* 3. Lælius Zechius *de vſur. cap* 4. *num.* 2. & Vgolin. *in d. cap.* 14. *§.* 3. Qui mouetur potiſſimum *ex cap. cùm tu, de vſur.* quo cautum eſt, vt vendantur poſſeſſiones vſurarij, quoad ſatisfiat creditoribus: nec diſtinguitur, an hæredum alter habeat, vel non habeat,

32 vnde ſoluat. † Excipit tamen Vgolinus, niſi ei qui vſuras ſoluit, & repetit, culpa obiici poteſt, quod diſtulerit repetere vſuras, & interim vnus ex cohæredibus facultatibus lapſus eſt, & portionem ſuam abligurijt, & abiit, quia ille hoc caſu damnum huiuſmodi ſua culpa patitur, & proinde ſibi illud imputare debere non aliis cohæredibus nocere, & moleſtum eſſe. Quæ exceptio rationem habere videtur. Quamobrem placet hic etiam diſcrimen agnoſcere inter ius ciuile, & Pontificium, nimirum vt ex iure ciuili quiſque pro portione hæreditaria conueniri debeat: ex iure vero Pontificio in ſubſidium alij teneantur, quatenus bona hæreditatis patiuntur: & id maximè expoſtulare animam eius, qui defunctus eſt, ſcilicet vſuras omnino reſtitui, quatenus eius facultates patiuntur, apud quemcunque hæredem inueniantur. Et licet Cardin. de Lug. *loc. cit.* dicat contrariam ſententiam in naturali æquitate fundari, mihi multo æquius videtur id ex voluntate defuncti definire, quæ profecto eſt, vt ex eius bonis huic oneri ſatisfiat, vt dictum eſt.

Illud ſanè inter omnes conuenit, ſi res ipſæ, & corpora 33 ipſa per vſuram extorta ad vnum ex cohæredibus perueniant, illa ipſa reſtitui debere, vt indicat *d. l.* 3. *§. heres, ff. commod.* quæ ait hoc boni iudicis arbitrio conuenire. Quod iidem Leſſius, & Rebellus tradunt apud Bonacin. *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 3. *punct.* 15. *num.* 19. Cardin. Tolet. *inſtruct. Sacerd. lib.* 5. *cap.* 35. *num.* 7. & Petrus à Nauarr. *dict. cap.* 7. *num.* 114. vbi ait hoc ſatis notum eſſe, & nos alibi diximus. Et certum eſt hoc caſu quod illi, ni fallor, omiſerunt, euro ad exhibendum actione teneri *d. l.* 1. *ff. de priuil. delict.* & cum dominium non ſit tranſlatum, rei vendicationem dari aduerſus poſſeſſorem *§. vlt. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. & l.* 5. *in fin. &* 35. *ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. vlt. C. rer. amot.* illis verbis. *Quod ſi res extent, dominij vendicatione vti non prohiberis.* † Idemque iuris eſt, ſi fortè pro vſuris re- 34 ſtituendis pignus, vel hypotheca interceſſerit, tunc enim poſſeſſor rei obligatæ in ſolidum conueniri poteſt, vt vel totum debitum reddat, vel pignore, quod detinet, cedat *d. l.* 2. *C. de heredit. act. l.* 1. *&* 2. *Cod. ſi vnus ex plurib. hered. conuen.* quo caſu is, cui res auſertur, poteſt agere aduerſus cohæredes, vt quiſque pro portione hæreditaria refundat, quod euictum eſt, vt notat idem Card. Tolet. *loc. cit.* & Vgolin. *in dict. cap.* 14. *§.* 2. & probatur apertiſſimè *ex l. ſi fratres, Cod. commun. vtriuſq. iudic. l. ſi cum venditor.* 66. *ff. de euict. l. heredes,* 26. *§. vlt. ff. famil. hercisc. & l. familiæ, Cod. eod. tit.* Nam & diuiſio hæreditatis emptio, & venditio quædam eſt, vt conſtat *ex l.* 1. *Cod. commun. vtriuſq. iudic.* Gomez. *variar. reſolut. tom* 2. *cap.* 2. *num.* 35. Quamobrem vt in reliquis cauſis hæredes proportionibus hæreditariis conueniendi ſunt, niſi res ipſæ vendicentur, vel pignus, & hypotheca intercedat: ita prorſus in cauſa vſuraria dicendum eſt, vt hæredes pro portionibus hæreditariis conueniri debeant, niſi in ſubſidium, vt dictum eſt.

Sed hic interea hæredes admonendi ſunt non minus eos 35 peccare, dum de vſuris defunctorum diſſimulant, & earum reſtitutionem differunt, quam ſi ipſi illas extorſiſſent, niſi ſciant illas remiſſas fuiſſe. Neque enim minus iniuſtus eſt, qui alieno ſcelere vtitur ad quæſtum, quam qui ſcelus facit: & proinde lucrum ex ſcelere alieno etiam turpe eſt, & non minus auferri debet, vt dixi *ex l.* 1. *Cod. ex delict. defunct. l.* 4. *&* 12. *ad l. Cornel. de falſ. & l.* 3. *ff. quando ex fact. tutor. curat.* † Quod in re quidem diſſimili, ſed quæ valde huic diſputa- 36 tioni congruens eſt, oſtendit M. Tull. *offic. lib.* 3. vbi M. Craſſum, & Q. Hortenſium principes in Repub. viros iniuſtitiæ arguit, quod in quodam falſo teſtamento hæredes cum aliis ſcripti, quamuis illud falſum eſſe ſuſpicarentur, ſua tamen auctoritate & potentia aliorum ſceleri patrocinati ſunt. Porro placet verba ipſa ſubiicere, quibus rem hanc refert diſertiſſimus Romuli nepotum, vt illum Catullus vocat. *Lucij Baſilij locupletis hominis falſum teſtimonium quidam è Græcia Romam attulerunt. Quod quo facilius obtinerent, ſcripſerunt heredes ſecum M. Craſſum, & Q. Hortenſium homines eiuſdem ciuitatis potentiſſimos, qui cum illud falſum ſuſpicarentur, ſibi autem nullius eſſent conſcij culpæ, alieni facinoris munuſculum non repudiauerunt. Quid ergo? ſatis-ne hoc eſt, ut non deliquiſſe videantur? mihi quidem non videtur, &c. Etenim ſi is qui non defendit iniuriam, neque propulſat à ſuis, cum poteſt, iniuſtè facit, qualis habendus eſt is, qui non modo non repellit, ſed etiam adiuuat iniuriam: mihi quidem vera hereditates non honeſtæ videntur, ſi ſunt malicioſis blanditiis officiorum, non veritate ſed ſimulatione quæſitæ.*

Denique ad hanc quæſtionem pertinet, quod his die- 37 bus agitatum eſt, an creditor qui à debitore ſuo eas vſuras exegerat, quas fœneratori ſoluere coactus fuit, illas debitori ſuo reſtituere teneatur, cum poſt ſententiam euenerit, vt creditor illas à fœneratore recuperauerit; & dicendum eſt

debito

debitorem, qui ſoluit, condictione ſine cauſa eas repetere
poſſe. Nam quamuis ab initio creditor ex iuſta cauſa eas ac-
ceperit nimirum ob vſuras, quas paſſus erat moram debito-
ris, atque ita ratione damni emergentis licite potuerit tan-
tundem à debitore ſuo percipere *l. 52. §. ſi verò, ff. mand. &*
l. 1. Cod. de ſentent. quæ pro eo, tamen cum ponamus credito-
rem illas à fœneratore recuperaſſe, cauſa illa rediit ad non
cauſam, & ideo illas debitori ſuo reddere tenetur *l. 1. §. vlt. ff.*
de condict. ſine cauſ. l. 17. §. vlt. ff. commod. & l. 21. ff. eod. l. ex empt.
§. is qui. ff. de act. empt. alioqui locupletaretur cum aliena ia-
38 ctura, quod ius non patitur *l. 43. ff. de condict. indeb.* † Neque
creditori prodeſt ſententia, quia qui condicit, non nititur
aduerſus ſententiam, ſed fatetur iuſtè condemnatum, & tan-
tum ait cauſam ſententiæ deueniſſe ad non cauſam, & id-
eo nihil obſtante ſententia condictioni locum eſſe, vt con-
ſtat *ex l. 2. ff. eodem titul. de condict. ſine cauſ.* & ibi docent
Bart. *num. 5.* & Paulus Caſtrenſ. *num. 8.* Iaſon *in l. Iulianus,*
num. 12. & 17. ff. de condict. indeb. & Surd. *in conſ.* 268. *n. 16.*
& ita cenſuit Magiſtratus me patrocinante pro D. Ioanne
Ludouico Villario Thoeti domino aduerſus incolas Vallis
39 Blotæ hoc anno 1634. † Et regula eſt vt quoties cauſa ſen-
tentiæ redit ad non cauſam, non noceat exceptio rei indica-
tæ *l. 9. 17. & 18. ff. de except. rei iudic. l. 1. C. de re iudic.* Surd.
loc. cit. & in lib. de alim. tit. 1. quæſt. 124. *num. 7. & 8.* Valaſc.
conſult. 56. in fin. Barz. *in dict. deciſ. 27. num. 3. & 13.* & Ioan.
40 Baptiſta Coſta *de remed. ſubſid. cap. 10. num. 5.* † Et valde
notandum videtur, quod ſcribit Valaſcus *loc. cit.* poſtquam
ſententia tranſiuit in rem iudicatam, condictione indebiti
repeti non poſſe, quod ſolutum eſt, ſed condictione ſine
cauſa agendum eſſe non ad id quod ſolutum eſt, ſed ad tan-
tundem, quia cauſa propter quam ſolutio facta eſt redit ad
non cauſam detecta & probata vſura ex gloſ. *in l. Iulianus,*
ff. de condict. indeb. & Iaſon *eod. loc. num.* 10. vnde monet cau-
tè agendum eſſe, vt aliud tantundem petatur, aliàs obſtaret
exceptio rei iudicatæ, quod fatetur, difficile eſſe iudicibus
imperitis perſuadere. Sed vereor ne hæc inanis, & ridicula
ſit cautio. Nam cum in cauſis vſurariis ſententia nunquam
tranſeat in rem iudicatam, & exceptio rei iudicatæ nun-
quam obſtet repetenti vſuras, vt aliis auctoribus citatis tra-
dit Felician. *de cenſib. lib. 2. cap. 1. num.* 24. & alibi diximus,
conſequens eſt rei iudicatæ exceptionem non nocere, ſiue
id quod ſolutum eſt, ſiue tantundem repetatur, cum illud
ipſum quod extortum eſt, ſi extat, poſſit vendicari, quia
non tranſit in dominium creditoris, vt dixi *num. 31. ex l. vlt.*
Cod. rer. amot. & aliis locis. Denique exploratum eſt condi-
ctione indebiti aut ipſum, aut tantundem repeti poſſe *l. 7.*
hoc tit. Quod & in condictione ſine cauſa veriſſimum puto
ex l. 1. in fin. & l. 15. illis verbis, *an eandem repetere poſſit, ff.*
de condict. ſine cauſ.

41 Ex quoniam in hunc incidimus locum, ſciendum eſt
non tantum fœneratores, & hæredes eorum reſtitutioni
vſurarum obnoxios eſſe, ſed & alios omnes, qui cum fœ-
neratoribus concurrunt, & cauſam dant huic iniuſtæ & il-
licitæ exactioni, etiamſi nihil ad eos peruenerit, vt indicant
l. 27. §. ſi quis, ff. ad l. Aquil. & conſtituit Coſmus Phyliarch.
de offic. Sacerd. lib. 6. cap. 26. Couarr. *in reg. peccatum, part. 2.*
§. 12. & Theologi omnes, qui hanc quæſtionem attigerunt,
& Petr. Gregor. Tholoſ. *de vſur. lib. 3. cap. 56.*

42 Quamobrem iudices & Magiſtratus ſiue Eccleſiaſtici, ſi-
ue ciuiles ad reſtitutionem vſurarum in ſolidum tenentur,
ſi vel eas ſoluendas eſſe iudicent, & ad earum præſtationem
debitores compellant: vel ſi coram ipſis vſuræ repetantur,
neque iubeant eas reſtitui, quæ eſt ſententia Soti *lib. 6. de*
iuſtit. & iur. quæſt. 1. artic. 4. in fin. Nauarr. *in Enchyrid. cap 17.*
num. 275. Leſſius *cap. 20. dub. 21. num.* 179. Reginald. *lib. 10.*
cap. 56. num 408. Molin. *diſp. 331. num. 4.* & aliis Theologis
citatis Salas *in lib. de vſur. cap. 44. num. 6.* Bonacin. *dicta*
diſput. 3. quæſt. 3. punct. 15. num. 12. & Cardin. Toletus *lib. 5.*
cap. 36. num. 1. vbi ait Principes etiam hoc nomine teneri, &
Malderus *tract. 5. cap. 3. dub. 24. in princ.* His conſentiunt in-
ter Iuriſperitos Menochius *in conſ. 300. num.* 85. Ioan. Bapt.
Lup. *in tract. de commerc. illicit. comment. 3. §. 1, num.* 54. &
Vgolin. *de vſur. cap. 16. §. 2. num. 8.*

43 Et ſanè cum vſuræ iure diuino, & pontificio prohibitæ
ſint, dicendum eſt iudices, qui contra Dei legem, & ius
Pontificium apertiſſimum iudicant, dum vſuras ſoluendas
eſſe pronuntiant, vel earum receptionem reiiciunt, teneri
ad ſarciendum damnum ei, qui iniuſta eorum ſententia læ-
ſus eſt argument. *l. vlt. ff. de extraordin. cognit. l. ſi filiusfamilias,*
ff. de iudic. & l. vlt. Cod. de pœn. iudic. qui malè iudic. & tradit
Medin. *de reb. per vſur. acquiſ. quæſt. 4. in fin.* Etenim tenentur
æquè omnes ſecundum ius canonicum iudicare.

Idémque eſt in iudicibus delegatis ex gloſſ. *in dict. l. vlt. de* 44
extraordin. cognit. Nicaſ. *in §. 1. num. 6. Inſtit. de obligat. quæ*
ex quaſ. delict. naſc. & in arbitris compromiſſariis *l. ſi quis, 29.*
in fin. C. de pact. & ibi notant Iaſon *num. 9.* & Curtius Iun.
num. 11. Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 339. num. 6.* Simoncell.
& alij quidam apud Farin. *de var. & diuerſ. criminib. quæſt. 111.*
artic. 16. num. 450. & proinde ſi iudices dati vel recepti ex
compromiſſo in vſuras condemnant, vel cum repetuntur,
& probantur extortæ, earum repetitionem reiiciunt, &
impediunt, non minus quam iudices ordinarij ad earum
reſtitutionem obligantur, ſcilicet cum ſententia nocuit, ſiue
arbitri, ſiue iudicis *l. 53. §. neque verbo, ff. de furt. l. ſæpe, in*
fin. ff. de verb. ſignific.

Idem omnino in aduocatis & cauſidicis retinendum eſt, 45
qui fœneratorum cauſas agunt, & tuentur, quorum ſcili-
cet ope, & conſilio fit, vt fœneratores vſuras exigant, vel
extortas non reſtituant: denique qui docent contractus
ſimulatè, & in fraudem vſurarum concipere, & quorum
arte, & argutiis contractus verè illiciti, & vſurarij pro veris
& licitis habentur. Nam & hi ad vſurarum reſtitutionem
adſtringuntur, cum efficaciter influant in perniciem debito-
rum: atque ita iidem auctores ferè tradunt *loc. citat.* & Leſ-
ſius *cap. 20. num.* 179. Rebellus *lib 8. quæſt. 16. ſect. 4. num. 16.*
Petrus Gregorius *dict. cap. 7. num. 4.* & Binsfeld. *in cap. tua*
nos, de vſur. quæſt 5. concluſ. 7. & generaliter aduerſus aduo-
catos, qui pro furibus, latronibus, piratis, & aliis huiuſmo-
di apud iudices, vel Principes interueniunt, ne male ablata
dominis reſtituant, ſcribit Petr. de Nauarr. *lib. 3. cap. 3. n. 38.*
vbi ait aduocatos hoc paſſim facere ſolere.

Sed parcius hæc obiicere, & bonos excipere debuit. 46
Sunt enim in hac ciuitate, qui à malis cauſis abſtinent. Et
honorificentius de toto aduocatorum ordine Impp. *in l. 14.*
C. de aduocat. diuerſ. iudicior. inquiunt illos non minus prodeſſe
Reipubl. quam milites: & laborantium ſpem, vitam, & po-
ſteros defendere, & Anaſtaſius Auguſtus *in l. 1. C. de aduocat.*
diuerſ. iudic. illos viris clariſſimis merito connumerat. De-
nique Quintilian. *lib. 15. cap. 7.* illorum ſtudium honeſtiſſi-
mum laborem vocat, & nullam ſcribit iuſtiorem acquiren-
di rationem eſſe. Optandum ſanè eſſet vt definitio oratoris,
quam poſuit M. Cato, vt ſcilicet ſit vir bonus dicendi peri-
tus, aduocatis quoque conueniret. Nam ſi iuris ſcientia ma-
litiam forte inſtruit, quod de eloquentia ait Quintilian.
lib. 12. cap. 1. nihil publicis priuatiſque rebus pernicioſius
eſt iuriſprudentia. Quare eos de Republ. malè meritos pu-
to, qui latroni hæc arma permittunt, non militi. Quod ex
Maximo Tirio, D. Cypriano, & Sancto Bernardo grauiter
conqueritur Theophilus Rainaudus Theologus Nicienſis *in*
diſp. de verit. cap. 26. num. 10. eo damnabiliorem eſſe in-
quiens, qui inſigne Dei donum, vim ſcilicet facultatém-
que dicendi in tam peruerſum, turpémque vſum con-
uertit.

His tamen omittendum non eſt, quod docet Leſſius *loc.* 47
cit. dub. 21. ſi alicubi videatur expedire Reipublicæ, vt fœ-
nus permittatur ad maiora mala vitanda, poſſe Principem
permittere, imo conſtituere, vt iudices inferiores denegent
actionem repetentibus vſuras, vt in aliis quibuſdam cauſis
receptum eſt, vt cum quis in emptione & venditione dece-
ptus eſt citra dimidiam iuſti pretij. Itaque ob publicum bo-
num ambigendum non eſſe, quin hæc actio de vſuris repe-
tendis denegari poſſit: & ita deprehendiſſe ſe poſtea ſentire
Azorium, & Nauarrum, qui quod magis, eſt, vt refert, abſ-
solutè docent ſupremum Principem poſſe repetentibus vſu-
ras actionem denegare. Addit tamen Leſſius *circa fin.* non
idcirco vſurarios in conſcientia à reſtitutione liberos eſſe,
neque minus ab Eccleſia iuxta canones puniri poſſe, aut ab
eis vſuras in foro Eccleſiaſtico repeti. Quibus congruenter

Eminent. Pater de Lugo *in d. diſp.* 25. *num.* 220. tradit interdum Principes, & magiſtratus, tametſi cogant ſubditos ſuos vſuras conuentas ſoluere, ad reſtitutionem non obligari, quia licet mutuans ſub vſuris peccet contra iuſtitiam, & peccent etiam, qui eius partes agunt inuito debitore, ſuperior tamen Eccleſiaſticus, ſiue ſæcularis ex magnis cauſis, & ad vitanda maiora mala in republica poteſt præcipere ſubditis, vt iuſtitiam aliquam patiantur, & ſoluant, quod non debent. Neque hac in re Principes, & magiſtratus agere partes vſurarij, ſed regere ſubditum, prout in his circunſtantiis ad maius illius bonum regi debet, qui licet cogatur ſoluere vſuras, non abdicat tamen à ſe ius quod habet, vt illi vſurarius, quod iniuſtè extorſit, aliquando reſtituat. Duo tamen viri præſtantiſſimi his locis tradiderunt, quæ mihi non omnino probantur, niſi aliter explicentur. Vnum eſt Cardinalis, dum ait in hoc ſtatu Reipublicæ non tantum fœneratorem peccare contra iuſtitiam, & ad reſtitutionem teneri, ſed etiam eos, qui illius partes agunt inuito mutuatario. Etenim ſentio in his Reipublicæ anguſtiis non tantum iudices, qui vſuras præſtandas eſſe decernunt, ſed aduocatos etiam, & cauſidicos, qui fœneratorum cauſas agunt, neque peccare, neque reſtituendi reos eſſe, dummodo debitores non compellantur ſoluere vſuras vti debitas, ſed quia expedit bono publico eas præſtari licet indebitas. Nam ſi in hoc ſtatu rerum actio ſoluendi vſuras non tantum licita, & honeſta, ſed etiam neceſſaria æſtimari poteſt, vt Cardinalis ait, & conſequenter lex quæ iubet vſuras præſtari, & præceptum, quo iniunguntur vſuræ, rationabile, & neceſſarium ſit, dicendum eſt iudices, & aduocatos, & cauſidicos, qui operam præſtant, vt huic legi pareatur, & cui ſubditi in hoc ſtatu rerum parere tenentur *l.* 3. *&* 9. *Cod. de legib.* excuſandos eſſe, quia non tam agunt partes fœneratorum, quam Reipublicæ, cuius ſtatus exigit, vt hæc exactio fiat, & nulla detur vſurarum ſolutarum repetitio. Alioqui dicendum eſt nec ſuperiores excuſari poſſe, imò maius peccatum habere, in quorum ſcilicet manu eſt prohibere, ne hæc actio, & exactio ſequatur, & ita puto temperandum eſſe, quod de iudicibus, & aduocatis proximè dictum eſt *num.* 42. *&* 45. ſane fœneratores, qui vſuras exigunt, nulla lege vel tolerantia excuſari certiſſimum eſt, quin fœnore extorta reddere teneantur, quamuis non ſit, quo iudice repeti poſſint, vt ſentiunt Leſſ. & Cardin. *loc. cit.* Malderic. *tract.* 5. *cap.* 3. *dub.* 3. *verſ. notandum.* Rot. *inter nouiſſ. omn. dec.* 301. *num.* 19. Salas *dict. dub.* 44. *num.* 6. *in fin.* & nos diximus *quæſt.* 79. *n.* 1.

Alterum eſt, quod inquit Leſſius non ideo minus in foro Eccleſiæ iuxta canones vſurarios poſſe ad vſurarum reſtitutionem compelli, quia hoc intelligi debet, quando vſuræ in foro ciuili ſine iuſta & magna cauſa decernuntur, & nulla earum repetitio datur. Aliud verò dicendum eſt, quando neceſſitas, quæ eſt lex temporis, vt Seneca ait, & commune Reipubl. bonum prudenter expoſtulare videtur, vt fœneratitia toleretur, tunc enim puto nec in foro Eccleſiæ vſuras repeti poſſe, ſed iudices Eccleſiaſticos etiam de fœnore eorum, qui iniquiſſimam hanc artem exercent, diſſimulare debere, quia etiam huic legi, id eſt neceſſitati temporum parere debent propter maius Reipubl. bonum, & turpiora, & maiora mala vitanda, exemplo boni medici, qui leuioris mali curam permittit, quando ex eo periculum imminet grauioris, vt congruenter huic rei poſt Conradum inquit Malderus *tract.* 5. *cap.* 3. *dub.* 24. *verſ. adde ex Conrado.* Quod Cardinalem ſenſiſſe puto, dum ait ſuperiorem, vel Eccleſiaſticum, vel ſæcularem in his circunſtantiis præcipere poſſe ſubditis, vt vſuras ſoluant, ſiquidem incongruum eſſet magiſtratum Eccleſiaſticum præcipere ſubditis, vt vſuras ſoluant, ſi deinde apud eoſdem earum repetitio daretur: Non enim puto ad hanc ſpeciem pertinere, quod *in cap.* 6. *de iureiurand.* definitum eſt, debitores ſcilicet, qui vſuras ſoluere iurauerint, cogendos eſſe iuramentum Deo reddere, creditores vero ad vſuras poſtea reſtituendas compellendos eſſe, quia huic & aliis canonicis ſanctionibus, quibus vſurarij ad vſurarum reſtitutionem cogendi ſunt, præualet ſæua neceſſitas, quæ vt vulgò dicitur, legem non habet, & vt Quintilianus ait *in declam.* contra iuſtitiam plurimum valet: cuius denique leges amariſſimæ ſunt, & truculentiſſima imperia, vt ſcribit Valer. Maxim. *lib.* 7. *tit.* 6. & congruenter etiam Tacit. *lib.* 1. *neceſſitas interdum multa fieri iubet bono magis exemplo quam conceſſo iure.*

Sed iis in locis, in quibus huic abominandæ neceſſitati, 48
ſic enim eam vocat Valerian. Maxim. *loc. cit.* cedendum non eſt, non tantum iudices, & cauſarum patroni, & curatores ſed etiam tabelliones, & alij, qui fœneratoribus, opem, & operam præſtant, reſtituendi periculo ſubiiciuntur. Quod quia perpetuum non eſt, diſtinctio vulgaris eſt eos, qui ſe tenent ex parte fœneratoris obligari ad reſtitutionem, qui verò ſtant ex parte accipientis mutuum, non obligari. Qua regula vtuntur Molina *in dict. diſput.* 331. Leſſ. *loc. cit.* & alij alij apud Salas *dict. dub.* 44. *in principio*, ſed comperi deinde eam, niſi aliter explicetur, diſplicuiſſe Eminentiſſ. Pater de Lug. *in dicta diſp.* 25. *num.* 214. qui proinde ita dicendum eſſe putat, nimirum eos peccare contra iuſtitiam, & obligari ad reſtitutionem, qui eam opem fœneratori præſtant, circa quam debitor grauiter eſt inuitus; eos autem non peccare contra iuſtitiam, neque reſtituendi reos eſſe, quorum opera non diſplicet debitori, quia inquit nemo poteſt peccare contra iuſtitiam, niſi inferat iniuriam: ſed ſcienti, & volenti non poteſt inferri iniuria, ideo quidquid iſti faciant non peccare contra iuſtitiam, ſi id non diſplicet mutuum accipienti, neque eſt illi vllo modo inuoluntarium. Hæc ferè vir doctiſſimus, quæ tamen non videntur à communi tramite valde diſtare. Idem enim eſſe videtur ſe tenere ex parte debitoris, quos ad reſtitutionem non teneri Theologi ſcribunt apud Salas *loc. cit.* vel operam præſtare creditori, quæ non diſpliceat ei, qui mutuum rogat, quos etiam ab hoc onere immunes eſſe Cardin. docet. Quare ex ſententia illius, & aliorum ſic mihi ſtatuendum eſſe videtur, eos, qui vſurarij partes tantum agunt in damnum, & perniciem debitoris, ad reſtituendum obligari: eos verò qui partes agunt accipientis, vel vtriuſque, id eſt, & dantis, & accipientis mutuum, non obligari, quia hoc ſatis eſt, ne damnum iniuria dediſſe videantur, quæ vt Cardinalis ait, volenti & conſentienti inferri non poteſt, vt conſtat *ex l.* 1. §. *&* ſi *fortè, ff. de iniur. & l.* 34. *C. de tranſact.*

His conſequenter quærendum eſt de Notario, qui inſtru- 49
mentum mutui vſurarij confecit, quatenus ad reſtitutionem vſurarum teneatur. Et duo caſus ſeparari ſolent. Primus eſt, cum notarius inſtrumentum conficit, in quo vſura non apparet, neque contractus vſurarius apertè agitur: & hoc caſu, ſi quod damnum debitor patitur, id notarius refundere debet. Ita communiter Theologi apud Salas *loc. cit. num.* 7. Ioan. Bapt. Lup. *comment.* 3. §. 1. *num.* 25. Peguer. *in deciſ.* 23. *num.* 5. Petrus Gregorius *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 5. & Vgolin. *dict.* §. 2. *num.* 7. vbi ponit exemplum illius notarij, qui cum ſciat & videat centum tantum numerari ſcribit centum, & decem numerata fuiſſe: vel cum ſciat pignus vere contrahi, honeſtum venditionis nomen ſimulate concipit, cum enim ob ſuam ſcripturam; quæ in iudicio vim probationis habere ſolet, cauſa efficax ſit damni, quod debitor patitur, merito receptum eſt illum hoc caſu ad vſurarum reſtitutionem obligari.

Declaratur hic caſus, vt locum non habeat, ſi fortè ad petitionem rogantis mutuum, & quaſi illius partes agens inſtrumentum ſimulate concipiat. Nam licet in hoc poſteriori euentu interdum in officio ſuo delinquat, debet enim ab his contractibus abſtinere non tamen reſtituere tenetur, quia ſcienti & conſentienti non fit iniuria *d. l.* 1. *ff. de iniur.* neque dolus *l.* 34. *Cod. de tranſact.* neque furtum *l.* 46. §. *recte, & l.* 76. *ff. de furt.* & nemo volens iniuſtum patitur, vt docent Nauarr. *de reſtit. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 420. Filliuc. *tract.* 34. *part.* 2. *cap.* 7. *num.* 137. Salas Vgolin. *loc. cit.* & nouiſſimè Eminentiſſ. de Lugo *diſp.* 41. *num.* 20. *verſ. & circa primam,* tametſi ad boni notarij officium pertinere exiſtimem admonere rogantem mutuum, vt potius gemmas, equos, & ſi quid aliud habet minus neceſſarium, vendere velit, quàm vſuras, vel cambia pati, quæ ipſis vſuris, vt nunc agitari ſolent, ſunt truculentiora, vt multorum exempla commonent: vel ſi id non poteſt, admonere fœneratorem, ne proximum ſuum ſtrangulet, & eius neceſſitate abutatur,

abutatur, vel ſaltem vt contentus ſit leuioribus vſuris.

50 Secundus caſus eſt, cum notarius ſcribit id quod verè inter partes actum eſt, & nudum miniſterium præbet ad probationem contractus, qui verè agitur. Et hoc caſu notarium ad reſtitutionem non obligari receptum eſt. Ita enim docent Leſſ. *dict. dub.*21. Philiarch. *de offic. Sacerdot. lib.*6. *c.*26. Zecch. *de vſur. cap.*4. *num.*4. Molin. *in dicta diſp.*331. *num.*6. & alij apud Salas *dicto dub.*44. *num.*7. *verſ. ſi tamen inſtrumentum*, quia inquit vi huius inſtrumenti cogi non poteſt præſtare vſuras. Quod tamen non accipiendum eſſe putant, niſi fortè in regione ſtatuto, vel conſuetudine inductum ſit, vt debitores compellantur ſoluere, notarius reſtituendi reus eſt, tametſi rem ipſam, vt verè geſta eſt, deſcripſiſſe dicatur, vt ſentiunt iidem Theologi apud Salas *loc. citat.* Nauarr. *in man. cap.*17. *num.*276. Nauarra *dict. cap.*2. *num.*433. Toletus *lib.*5. *cap.*61. Reginald. *dict. cap.* 26. *num.* 405. Vgolinus *loc. cit.* & Eminentiſſ. Pater de Lugo *in dict. diſp.*41. *num.*21. vbi refert hanc communem eſſe ſententiam. Quæ tamen accipienda eſt, cum notarius agit partes mutuantis aliud enim proculdubio dicendum eſt, ſi in gratiam debitoris, & vt illi morem gereret, inſtrumentum fecerit, quia hoc caſu non tenetur nec quidem cum inſtrumentum ſimulate concipitur, vt proximè dictum eſt, & ſentiunt Nauarr. & Tolet. *loc. cit.* & alij omnes. Idémque dicendum puto, ſi in gratiam vtriuſque, vt plerumque euenit, inſtrumentum fecerit ſecundum ea, quæ dixi *num.*48.

51 Idémque etiam ſecundum meam ſententiam dicendum eſt iis in locis, in quibus publica neceſſitas cogit Principes aliquorum fœnus putà Iudæorum tolerare, & cogere ſubditos, vt vſuras promiſſas ſoluant, quæ eſt ſententia Aragon. & Medin. apud Salas *loc. cit.* quia cum in hoc Reipublicæ ſtatu actus ſoluendi vſuras, non tantum honeſtus ſit, ſed etiam neceſſarius, vt dixi *num.* 47. conſequens eſt notarium obligationi reſtitutionis ſubiiciendum non eſſe, qui huic rei operam præſtat. Nam licèt hic vel ille iniuſtitiam patiantur, præualet tamen commune Reipublicæ bonum, quia hæc referenda ſunt ad prima iuſtitiæ fundamenta, inter quæ illud ſummum eſt, vt communi vtilitati ſeruiatur, vt docet M. Tullius *de offic. lib.* 1. Et licet Salas *loc. cit.* & Cardin. de Lug. *in diſp.* 41. *n.* 22. *verſ. vnde obiter*, exiſtiment ita demum oneri reſtitutionis notarium eximendum eſſe, niſi etiam cogatur inſtrumentum hac de re conficere, ego puto ſatis eſſe, ſi iuſtè poſſit cogi, quia illius officium publicum eſt: & qui cogi poteſt, expectare non debet, vt cogatur. Sanè hæc quæſtio inutilis eſt, ſi ponimus inſtrumentum in gratiam accipientis mutuum, vel eo conſentiente factum fuiſſe, quia hoc ſatis eſt, qualecunque inſtrumentum fiat ſiue verum, ſiue ſimulatum, vt damnum iniuria dediſſe non videatur, vt dictum eſt. Vnde quia non niſi rogantibus partibus inſtrumenta fieri ſolent, rectè notat Leſſ. *dict. dub.* 21. *num.* 180. ratò vſu venire, vt notarius reſtituere teneatur.

52 Eadem ferè eſt conditio proxenetarum. Nam ſi vſurariorum partes fouent, & quærunt, qui ſub vſuris, & cambiis illicitis pecuniam accipiant, & fœneratorum iuſſu nominum faciendorum cauſa ſe interponunt, vſuras, & quidquid illicitè extortum eſt, reſtituere tenentur, ſi verò precibus debitoris pecunia indigentis conciliant illi fœneratorem, qui pecuniam indigenti, & roganti credere velit, quamuis ſub fœnore, nullam contrahant obligationem reſtituendi. Ita Bannez, & alij Theologi apud Bonacin. *dict. punct.*15. *n.*12. Azor. *part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 18. *quæſt.* 8. Iacob. de Graff. *lib.* 2. *cap.*127. *num.*2. & 3. Petr. Nauarr. *dict. cap.*2. *num.* 420. Petrus Gregorius *de vſur. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 3. Vgolin. *eod. lib. cap.*16. §. 2. *num.*5. & alij apud Salas *loc. cit. num.* 15. Idémque eſt in noſtra ſententia, ſi vtriuſque partes agant, id eſt, dantis, & accipientis mutuum ſub vſuris, quia ſatis eſt, vt eorum opera accipienti moleſta non fuerit, ſed potius grata, & neceſſaria ad inueniendam pecuniam. Etenim hoc caſu etiam obtinet, quod diximus volenti, & conſentienti iniuriam non fieri ex *dicta l.*1. *ff. de iniur.* Quod ſenſiſſe puto Eminentiſſ. Patr. de Lugo *in dict. diſput.* 25. *num.* 214. & 221. vnde vix eſt vt proxenetæ hoc nomine teneantur, cum non niſi inter conſentientes mutuum contrahi poſſit *l.* 1. *ff. de pact. l.* 3. *ff. de obligat. & act.* Sanè ſi ſe
etiam interponant, vt vſuræ poſtea exigantur, inter omnes
conuenit eos obligari. quia hoc non niſi durum & moleſtum
futurum eſt debitori, vt notat idem Cardin. *loc. citat.*
Atque etiam quia hoc egreditur fines officij eorum, & proinde
eo modo tenentur, quo inſtitores, & præpoſiti, ad relegendam
fœnebrem pecuniam, quos ad reſtitutionem teneri
compertum eſt ex Nauarr. *cap.*17. *num.*267. Salonio, &
aliis apud Salas *loc. cit. num.*11. Vgolin. *de vſur. cap* 16. §.2.
num. 4. & P. Duard. *de cambiis* §. 1. *quæſt* 73. *num.* 11. officium
enim eorum proculdubio graue, & moleſtum eſt debitoribus,
vel Plutarcho teſte, qui in opuſcul *non eſſe fœnerand.*
illos barbatos, & immanes vocat, & ſimiles iis quos,
Plato ait pœnarum exactores inſtare impiis, ſiquidem inquit
hi forum faciunt impiorum ſedem miſeris debitoribus.

Sunt ſanè proxenetæ in ciuitatibus, & præſertim in ma- 53
gnis emporiis vtiles, quorum ſcilicet beneficio, & interceſſione
negotia contrahuntur, & præſertim cum aduenis,
& hominibus exteræ gentis, & proinde iure licito petunt
proxenetica pro modo quantitatis, & negotij, in quo opera
iſta defuncti ſunt *l.* 1. *&* 3. *ff. de proxenet.* vbi Vlpianus ait,
Proxenetas viles eſſe, qui ſe commerciis, & contractibus licitis exhibent.
Odioſum ergo illorum munus eſt, & publicè perniciosum,
cum adulteriis, & aliis delictis perpetrandis, vel
conciliandis illicitis contractibus operam accommodant, &
fere iiſdem pœnis coërcentur, vt *in l. auxil.* 38. *in fin ff. de min.*
l. 2. *ff. de adult. l.* 1. *C. de rap. virg. & nov.* 134. §. *ſi quando*, & aliis
locis plurimis: & proinde ſi interuenerint nominis vſurarij
faciendi cauſa, vt multi ſolent merito ad vſurarum, quas
ſcilicet fœnerator extorſit, reſtitutionem obligantur ſecundum
relatam Theologorum diſtinctionem, & præterea puniuntur
à iudice, vt tradit Cæpoll. *in l. iuſtiſſime*, §. *proponitur*,
ff. ædilil. edict. & vt ego puto eius arbitrio ſecundum
facti, & negotij qualitatem, & prout admiſerint.

Sanè hoc valde notandum puto, quod licet proxeneta 54
interueniat mutui dationibus, vel venditionibus mercium,
non tenetur tamen mandati, nec ex locato conueniri poteſt
à creditore, vel venditore, ſi forte emptor, vel debitor non
ſit idoneus, quamuis aliquid phylantropij nomine, id eſt
mercedulam aliquam acceperit, vt definit Vlpian. *in l.* 2. *eod.*
tit. de proxenet. & Ræuard. *in l. conſ.* 47. *de reg. iur.* quia vt
idem Vlpianus ait, hic monſtrat magis nomen; quod Seneca
in epiſt. lib. 21. vocat iactare nomen his verbis. *Æs alienum
facias oportet, ſed male per intercеſſores mutueris, nolo proxenetæ
nomen tuum iactent.* Non ergo creditoribus proxeneta
tenetur, ſi forte debitor non ſit idoneus, quamuis laudet,
& iactet nomen. † Plato quidem *lib.* 12. *de legibus.* velle vi- 55
detur, vt non minus quam venditor euictionis nomine proxeneta
teneatur. Sed hoc ius non obtinet, niſi etiam ei
mandatum ſit, vt excuteret vires futuri debitoris, & renunciauerit
idoneum eſſe: tunc enim actione mandati conueniri
poteſt *l.* 42. *ff. mandat.* & notat Ræuard. *loc. cit.* vel niſi
cum creditor alicui viro honeſto pecuniam vel merces credere
vellet, proxeneta alium ſubiecit egenum, quaſi eſſet locuples,
& cum eo nummos, vel merces diuiſit. Hoc enim
caſu furti tenetur, quaſi illius ope, & conſilio furtum factum
ſit *l.*27. §. *ſi quis de manu. ad l. Aquil. & l. ſi quis*, 52. §. *cum
Titio, ff. de furt.* † Denique niſi etiam dolo & calliditate cir- 56
cumuenerit creditorem, hoc enim caſu actione de dolo tenetur
*dict. l.*2. *in fin.* Ræuard. *loc. cit.* Weſembec. *ad hunc tit.
de proxenet. num.* 1. & Farin. *de var. crimin. quæſt.* 11. *n.* 456.
& proinde ſi fortè lucri cauſa affirmat aliquem, qui mutuum
rogat, vel merces ſine pretio, idoneum eſſe, quem tamen
ſcit non eſſe idoneum, ſed facultatibus lapſum, vel aliis creditoribus
obnoxium, & his artibus creditorem decipit, in
eum de dolo malo actio datur *l. quod ſi.* 8. *ff. de dol.* & tradit
Benuen. Stracca *in tract. de decoctor. part. vltima part.* 2. *n.*34.
vbi ait hoc eſſe vſitatiſſimum, & pulcherrimum genus fraudis,
quod nominatim definit Vlpianus *in dict. l.* 2. *de proxenet.*
& Benuen. *loc. cit.* ad quem hac in re confugiendum eſt. Ex
quibus etiam conſtat non ſatis eſſe, ſi quid mercedis nomine
proxenetæ accipiant, qui aliquem idoneum falsò affirmauerint,
vt de dolo teneantur. † Quod etiam indicat *l.* 7. 57

in

in fin. eod. tit. de dolo, vbi idem Vlpianus ex Pomponio, etiam & Vlpianus ex aliis Iuriſconſultorum libris ſuos contexuit, vt nos facimus, Vlpianus inquam refert Cæcilianum Prætorem non dediſſe de dolo actionem aduerſus eum, qui affirmauerat idoneum eſſe eum, cui mutua pecunia dabatur, ſubiiciens id verum eſſe hac ratione addita. *Nam niſi ex magna & euidenti calliditate non debet de dolo actio dari.* Et licet Benuen *loc. cit. num. 16.* ſentiat diſtinguendum eſſe inter proxenetam, qui laudat, & eum qui affirmat. Nam laudantem, & aliquid proxenetici nomine accipientem de dolo non teneri putat, affirmantem vero & ſalarium recipientem teneri, & diſtinctionem hanc probari *ex dict. l. 8. ff. de dol.* Quaſi egrediatur proxeneta officij ſui fines affirmando. Hæc tamen diſtinctio non placet, quia laudare pluſquam affirmare eſt, qui enim laudat nomen, affirmat idoneum eſſe. Neque mouet *d. l. 8.* quia locum habet eum affirmans ſciebat debitorem facultatibus labi, & non eſſe idoneum, vt conſtat ex illis verbis. *Quod ſi eum ſcires facultatibus labi*, & rurſus illis, *enim mei decipiendi gratia.* Et proinde inanis eſt diſtinctio inter laudantem & affirmantem ex eadem *l. quod ſi 8.* in qua Iuriſconſultus vtroque verbo promiſcuè vtitur. Et verum eſt non ſatis eſſe ſi proxeneta laudet nomen, vel affirmet, & proxeneticum accipiat, vt de dolo conueniri poſſit, ſed etiam neceſſe eſt, vt ſciat eum, quem laudat, facultatibus labi. Neque enim ex modica mercedula, ſeu proxenetico præſumitur illum decipiendi gratia nomen iactaſſe *d. l. 2. ff. hoc titul. de proxenet. & d. l. 7. in fin. de dol.* quæ magnam, & euidentem calliditatem exigit, vt quis de dolo conueniatur.

58 Nunc quærendum eſt, an conſulens, & perſuadens alteri, pecuniam ſuam fœneret, reſtitutionem teneatur, & hic etiam duo caſus ſeparandi ſunt. Primus eſt, cum quis aliàs nolentem ſuo conſilio, vel impetio ad fœnerandum impulit, & hoc caſu cum efficaciter influat in damnum debitoris, illud refundere debet, vt docent Sot. Nauarr. Molin & alij Theologi apud Salas *de vſur. dub. 44. num. 3.* non ſecus ac ſi latroni, vel furi conſilium dediſſet. *l. qui ſeruo. 36. in princ. ff. de furt.* Placa *in epit. delict. cap. 17. n. 18. & 19.* Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 351. num. 18.* Bonifac. *de furt. § contractio, num. 118.*

59 Et licet *ex d. l. qui ſeruo*, videatur ex ſolo conſilio neminem obligari, ſed auxilium etiam requiri, vt quis teneatur, illis verbis, *furti tenebitur is, qui perſuaſit, quaſi ope, conſilio eius furtum factum ſit.* Hæc tamen verba *ope, conſilio* ſeparatim accipiuntur, & ſatis eſt, vt quis furti teneatur, quod eius ope, vel conſilio furtum factum fuerit *l. 52. in princ. ff. de furt. l. 53. in fin. ff. de verb. ſignific.* & apud Iulium Paulum *ſentent. lib. 2. tit. 32. §. opera aut conſilio, & lib. 5. titul. 4. §. 19.* cuius ope conſiliòve, & docet eleganter Cuiacius *in lib. 28. eodem tit.* & proinde ſatis eſt, vt quis ad reſtitutionem vſurarum teneatur, ſi ex eius conſilio alter motus eſt ad fœnerandum, & damnum illud inferendum, & vere cauſa fuit

60 huius illicitæ extorſionis. † Neque eſt contrarium, quod dicitur neminem ex conſilio obligari *ex dict. l. 2. ff. mandat.* hoc enim accipimus vt non teneatur ei, cui conſilium dedit *conſ. 47. de reg. iur.* quia vnicuique liberum eſt explorare, an expediat ſibi conſilium *dict. l. 2. ff. mand.* & ita ſentiunt Petrus Nauarr. *lib. 3. cap. 4. num. 22.* & Azor. *inſtitut. moral. part. 3. lib.... cap. 11. quæſt. 7.* tenetur tamen ei, in cuius necem & perniciem conſilium dedit *l. 1. §. incidit, ff. ad Senat. Turpill.* & notat gloſ. *in dict. l. 2. in fin.* Decius *in dict. l. conſilij num. 2.* & Cagnol. *num. 9.* Andreas Kohl. *de ſeruit. feud. part. 4. num. 16.* & Bonifac. *§. citato num. 117.* Qua ratione etiam vtimur in mandatis. Nam licet rei turpis, & nefariæ nullum mandatum ſit, & nulla contrahatur obligatio, denique is, qui mandatum ſuſcipit, nihil ab eo, qui mandatum dedit conſequi poſſit propter turpitudinem mandati *l. 6. §. rei turpis, l. 22. §. qui adem, ff. mandat. l. à reo, §. vltim. ff. de fideiuſſor.* Petrus Gregor. *dict. cap. 7. numer. 3.* datur tamen actio ei, qui læſus eſt aduerſus mandantem, & palam eſt *ex l. non ſolum, §. ſi mandatur, ff. de iniur. & §. illud. Inſtit. eodem tit. l furtum, ff arbor. furtim cæſar* & notat Anton. Gomez. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 3. num. 39.* Sanè quod proximè diximus conſulentem teneri, declarandum eſt, vt locum non habeat, ſi id fecerit in gratiam debitoris, nemo enim damnum refundere tenetur, niſi damnum iniuria fecerit *l. 3. & 4. ff ad l. Aquil.* ſed volenti non fit iniuria *l. quamuis, ff de in ius voc. l. 1. ff. de iniur.* neque dolus *l. 34. Cod. de tranſact.* neque furtum *dict. l. 76. ff. de furt.* & ita communiter ſentiunt Theologi apud Salas *dict. dub. 44. num. 2.* in quo ſufficit, vt conſilium non diſpliceat quærenti, & roganti mutuum, vt docet Card. *loc. cit. n. 216.* rectè ſubiiciens aliud eſſe, ſi conſulens æquè poſſet perſuadere mutuum gratis, quia ſi conſilium dat, vt det mutuum ſub vſuris, damnum iniuria infert, quia id merito graue, & lugubre eſt debitori. Idémque dicendum eſt, ſi eum poſſit perſuadere, vt ſub leuioribus vſuris pecuniam fœneret, ſuadet vt ſub grauioribus credat, quia etiam circa hoc conſilium, quatenus grauioribus vſuris obligatur, merito debitor eſt inuitus & ingemiſcit.

Secundus caſus eſt, cum is, cui conſilium datum eſt, erat 61
etiam abſque conſilio fœneraturus pecuniam, & hoc caſu conſultor ad reſtitutionem non tenetur, nec enim illius conſilium cauſa eſt illicitæ extorſionis, cum vſurarius ſuum, non alienum conſilium ſequatur; nihilque magis conſulens conferat huic iniuſtæ & illicitæ acceptioni, quam ſi conſilium & deſiderium de fœneratione aliena in animo retineret: & ita videntur ſentire Reginaldus, Bonacin. Salas, & alij Theologi *locis citatis*, & clarè ſentit Villag. *lib. de vſur. quæſt. 33. num. 14.* & Petrus de Nauarr. *dict. cap. 4. num. 7. & 26.* Nam & in reliquis damnis iniuria datis hæc diſtinctio admittitur. Et proinde ſi is, cui conſilium datum eſt, paratus erat rem aggredi abſque alterius conſilio, perſuadens hoc caſu damnum reficere non tenetur, cum non ſit cauſa efficax damni, neque impulerit creditorem ad fœnerandum, vt ex Rebello, & aliis Theologis tradit idem Bonacin. *diſp. 1. quæſt. 2. punct. 7. num. 3.* & Petrus à Placa *loc. cit.* vbi ait hac in re, quod attinet ad ſatisfactionem damni illati, potiſſimum ſpectandum eſſe, an conſilium mouerit alterum ad delinquendum. Et probari videtur hæc ſententia *ex dict. leg. 26. in princ. ff. de furt. & dicta leg. non ſolum, §. ſi mandatur, ff. de iniur.*

Neque eſt contrarium, quod Vlpianus ait *in l. 1. §. ſed verum, ff. de ſeru. corrupt.* nempe eum qui ſeruum impulit ad 62
delinquendum, incidere in edictum, tametſi fuerat ſeruus omnino fugiturus, vel facturus furtum, quia hoc verum eſt, cum agitur de ipſo conſilio exercendo. Etenim perſuadere, inſtigare, hortari alium, vt delinquat, vel inſtruere quemadmodum faciat, delictum eſt, & animaduerſione dignum. Et interdum eadem pœna, interdum mitiori punitur arbitrio iudicis, vt tractant Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 351.* Schrader. *de feud. part 9. cap. 2. ampliat. 2.* Petrus à Placa *in dict. cap. 17.* & qui eſt inſtar omnium Farinac. *in quæſt. 129. num. 23. & num. 107.* Nec diſtinguitur, an ille cui conſilium datum eſt, alias erat facturus, vel non: neque inſpicimus an delictum ſequatur, vt tradit Farinac. *loc. cit. num. 83. & num. 121.* Riminaldo, Decian. & aliis auctoribus citatis, & conſtat in actione ſerui corrupti *ex §. ſed ſi credas. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* & Theophil. *hoc eodem titul. §. 8.*
† Aliud vero eſt, cum agitur ex delicto, & de pœna delicti, 63
quod poſt conſilium fuit perpetratum. Hoc enim caſu adhibetur diſtinctio, an is, qui fecit, erat alias facturus, vel non, vt notat Accurſius *in dicta l. 1. in verbo furtum facturus, ff. de ſeru. corrupt.* & conſtat *ex dicta l. non ſolum, §. Proculus, & §. Atilicinus, ff. de iniur. & dicta l. qui ſeruo. 26. de furt.* idémque eſt cum ex delicto agitur ad ſatisfactionem damni illati. Nam vt quis ex conſilio teneatur ad reſtitutionem, neceſſe eſt, vt eius impulſu, & conſilio damnum datum ſit, & proinde in propoſita quæſtione vſurarum rectè Theologi diſtinguunt, an quis omnino erat pecuniam fœneraturus: & conſtituunt eatenus perſuadentem, & conſulentem reſtituendi reum eſſe, quatenus illius conſilio, & perſuaſionibus damnum illatum eſt, & inclinatur animus ad fœnerandum: Denique quatenus concurrit cum illicita acceptione vſurarum, vt inter alios clarè exprimit Molin. *in dicta diſp. 331. num. 3.* † Ex quo fit vt ſi quis omnimodo fœnera- 64
turo vſuris quincuncibus, vel ſemiſſibus perſuadeat, vt grauioribus fœneret, in id tantum teneatur, quod amplius vſu-

rarum

Digitized by Google

rarum nomine extortum eſt, vt tradunt Coſmus Phyliarch. *lib.6. cap. 26. verſ. omnes.* Vllag. *in dicta quaſt.3. num.* 24. & Petrus à Placa *loc. cit. num.*21. concludens conſulenti totum damnum imputandum non eſſe.

65 Et ex contrario ſi quis alteri perſuadeat, qui pecuniam ſuam ponere decreuerat ſub vſuris maioribus, vt modeſtius fœnus exerceat, & leuiores vſuras ſtipuletur, & exigat, dicendum eſt ad reſtitutionem non obligari. Hoc enim non eſt malum ſuadere, ſed à maiori malo delinquentem retrahere, vt ait Boniſac. *loc. cit. num.*127. exemplo Loth viri iuſti, qui filias ſuas obtulit, vt maius ſcelus auerteret: Geneſis 19. quamuis, licet verum ſit, quod Bonifacius ait, factum tamen Loth viri doctiſſimi non ſatis probent apud Salas *de*

66 *vſur. dub.* 49. *num.* 6. † Illudque etiam conſequens eſt, vt ſi fortè conſuetudine peccandi poſtea ab aliis, vel ab eodem vſuras alias extorſerit, dicendum eſt corruptorem earum nomine non teneri *l. Neratius.*11.§ *ſi ſeruo. ff. de ſeru. corrupt.* Camill. Plaut. *in l.vn. C. de ſent. quæ pro eo. verſ. etiam ex lucro. num* 39. & Petr. à Plac. *d.cap.*17.*num.*13. videtur enim vſurarius propriam malitiam ſequi. Niſi fortaſſe cum quis filio, vel amico deliberanti, aut aliud cogitanti initio perſuaſit, vt hanc potius rei faciendæ rationem ſequeretur, & ad hanc illicitam negotiationem ſe conuerteret. Hoc enim caſu cum conſilium feratur in omnes, nec in vna fœneratione conſiſtat, quicquid deinde ab vſurario illicite capitur, conſulenti adſcribendum videtur, quæ eſt, ni fallor, ſententia Soti *in d. art.* 4. *circa fin.* non minus, quam ſi quis alteri perſuaderet, vt quoſque obuios expoliaret, aut cæderet. Et ſanè conſultius eſt, vt is, qui primùm alium ad fœnerandum impulit, & videt in hoc turpi quæſtu perſeuerantem, illum admoneat, & quantum poteſt ab hac illicita negotiatione remouere conetur.

67 Sunt & aliæ huius illicitæ mercaturæ adminiſtri, vt famuli, & amanuenſes, qui rationes conficiunt, qui quatenus teneantur, tradunt Theologi locis citatis & præſertim Salas *d. dub.* 44. *num.* 12. & 14. & Eminent. P. de Lug. *in d. diſp.* 25. *num.* 123. *& ſeq.* ſed quia in foro vix eſt, vt aduerſus hoc genus hominum hæc actio detur, ſubiiciam tantum iudices, aduocatos, notarios, & alios, quos diximus interdum ad reſtitutionem vſurarum teneri, non excuſari ex eo, quod non defuiſſent alij, qui eandem operam fœneratoribus præſtitiſſent. Satis enim eſt, vt illorum opera, conſilio, & miniſterio damnum illatum ſit; & ita docent Couarr. *in d.* § 12. *num.*1. Philiarch. *d.cap.*26. Iacob. de Graff. *in d. cap.* 127. *n.* 3. Petrus à Nauarr. *loc. cit. n.* 421. *& lib.* 3. *cap.* 4. *num.*5. *&* 19. Salas *in d. dub.* 44. *num.* 15. *verſ. id au-*

68 *tem.* † Illo videlicet ſemper obſeruando eos in ſubſidium tantum teneri, & conueniri poſſe. Non enim tenentur niſi vſurario non reſtituente, vel eius hæredibus, quæ eſt ſententia Soti *loc. cit.* Reginald. *d.cap.*26. *num.* 414. Rebell. *q.* 16. *num.* 16. Facbin. *controu. iur. lib.* 2. *cap.* 55. vbi ait hoc congruere iuris, & æquitatis regulis Peguer. *in dec.*33. *num* 7. Salas *vbi ſupra num.*3. *&* 9. vbi de notariis id ſcribit, *& num.*11. Petrus Gregorius *lib.*3. *de vſur.cap.*7. *num.*3. *&* 4. Molin. *in d. diſp.* 331. *in fin.* & Vgolin. *in d.* §. 2. *num.* 4. qui proinde rectiſſimè notat *num.*10. eos, qui opem, conſilium vſurariis exhibent in agitando fœnore vſurarios propriè dici non poſſe. Neque enim hi verè fœnus exercent, licet vſurariis contractibus conciliandis, & vſurarum exactioni operam accommodent.

69 Excipit Vgolin. *loc. cit.* tutores, curatores, & procuratores, qui nomine alieno pecunias fœnerant, quos ad vſurarum reſtitutionem teneri diximus. Hos enim quia verè fœnus exercent, quamuis non ſuo nomine, putat primum, & principaliter ad vſurarum reſtitutionem conueniri poſſe, & procuratores præſertim, ſi ſimpliciter ad omnia negotia conſtituti ſunt. Neque enim mandatum cenſetur, vt indebitum exigant *l.6.* §. *idem Labeo. & l.*57. §. *creditor. ff de condict. indeb. l.* 16. *in princ. ff. rem. rat. hab.* & multo minus vt alios diripiant fœnore. Quamuis ſint, qui putent illos in ſubſidium tantum teneri, vt Abb. *in c. cum Michael. de vſur. in fin.* Gregor. & Fachin. *locis cit.* & Theologi quidam apud Salas *d. dub.*44.

70 *num.* 11. † Et ſanè cum vſuræ à tutore vel curatore extortæ rationibus pupilli, vel minoris illatæ ſunt, & in rem minoris verſæ, certum eſt vſuras pupillo, & minori condici poſſe, neque enim debent alieno ſcelere ditari *l.* 3. *in fin. ff. quando ex fact. tut. l. ſi minoribus ff. de administr. tut.* Vgolin. *in d.* §. 2. *num.* 2. & præſertim quia ſi tutor vſuras nomine pupilli acceptas reſtituere cogeretur, illas ab ipſo pupillo, vel minore repeteret, ne cum iactura aliena locupletior fiat, quod Ius non patitur. Idémque in procuratore recipiendum puto, cum dominus ratum habuit, veluti cum illi vſuras eius nomine extortas numerauit *arg. l.*3. §. *ſi procurator ff. quod quiſque iur.* Hæc enim actio ex bono, & æquo introducta eſt, vt quæ alterius apud alterũ ſine cauſa, vel iniuſte eſſe deprehenduntur, illi auferãtur *l.66. de condict. indeb.* & proinde cum ponamus vſuras in rem pupilli verſas, vel ad mandantem perueniſſe ab illis primo loco repeti debent, poteritque tutor, vel procurator excipere, vt minoris, & domini facultates primum excutiantur. Quod probari poſſe videtur. † Nam 71
cum plures ſunt rei debendi, & pecunia ad vnum tantum peruenit, alij loco fideiuſſoris haberi debent, & excuſſionis, aliiſque fideiuſſorum beneficiis gaudent, vt docet Bart. *in l. item ſi filiusfam.* §. *idem ait &* §. *item ſi duo. & in l.* 3. §. 1. *quaſt.*7. *ff. de duob. reis* Roman. *in conſ.*114. *num.*1. Crauet. *in conſ.*91. *num.*2. & alij apud Gabriel. *de fideiuſſ. concl.*1. *num* 1. *&* 3. vbi ait hoc æquitate quadam receptum eſſe. Rurſus ſi debitor duos fideiuſſores dedit, & diſceſſurus debitam pecuniam vni eorum relinquat, quam creditori ſolueret, neque tamen ſoluit, poteſt fideiuſſor, qui pecuniam non habuit, contra creditorem excipere, vt primo agat contra eum, qui pecuniam accepit, illiuſque patrimonium excutiat, quæ eſt ſententia Bartoli *in d. l.* 3. §. *vlt.* Hypolit de Marſil. *in rubr. de fideiuſſ. n.* 65. Laurenol. *conſ.*36. *n.*1. & alij apud Antonium Hering *de fideiuſſ. cap* 27. *num.*161. † Denique idem 72
eſt inter ſocios, nam ſi quid ſocietas habet, primo loco cum eo agendum eſt, penes quem pecunia communis inuenitur *l. actione* 65 §. *ſi communis ff. pro ſocio.* vbi Albericus ait hunc iuris locum notabilem eſſe Fulgoſ. *eod. loc* & Caroc. *in lib. de excuſſ. q.* 2. *par.* 2. *num.* 4 vbi notat æquitatem hic rigori iuris præualere. Qua ratione etiam videtur, vt cum nihil penes tutorem, vel procuratorem remanſit, illi primo loco conueniantur, apud quos vſuræ repetiuntur, & in quorum patrimonium verſæ ſunt.

Excepit etiam Benuen. *d. lib. de decoct. par.*2. *num* 35. proxe- 73
netas, quos non minus quam procuratores, & inſtitores in ſolidum, & principaliter obligari putat, & vſurarios cenſeri, quod non probo, & falſum eſſe exiſtimo. Vt enim non niſi ineptè dicas proxenetam, qui in ſponſalibus, & matrimoniis contrahendis interuenit, ſponſalia, & matrimonium contraxiſſe, ita prorſus abſurdum eſt dicere eum, qui operam ſuam contractui vſurario accommodat, mutuum contraxiſſe & fœnus agitaſſe, & proinde proxenetæ eodem loco ponendi ſunt, quo cauſidici, notarij, & alij, quos in ſubſidium tantum conueniri receptum eſt, vt præter citatos auctores ſentiunt Alex. *in d. l.* 3. §. *ſi procurator.* & Dec. *numer.* 18. *ff. quod quiſq. iur.* & Petrus Gregorius *diſp. cap.* 7. *num.* 3.

Neque Benuenuti viri docti ſententiam iuuat *l. vlt. ff. de* 74
proxenet. illis verbis, *opernla iſta defuncti ſunt.* quem locum ſingularem ad ſuam opinionem comprobandam eſſe ait, & ad hunc articulum valde notandum. Licet enim proxeneta vere dicatur opera ſua defungi, cum in aliquo contractu vſurario miniſterium ſuum accommodat, non tamen ſequitur eum fœnus exercere, & vſurarium eſſe. Dicitur enim ſua opera defungi, non magis quam aduocatus, cauſidicus, notarius, qui fœnerantibus adſiſtunt, quos non niſi ineptiſſimè dixeris fœnus contrahere in iis contractibus, in quibus fœneratorum partes aguntur, & miniſterium exhibent. Neque illum iuuat auctoritas Budei, qua mouetur, exiſtimantis *in l. emptore. ff. de act. empt. verbum defungi* idem eſſe ac liberari, & explicari negotio aliquo, & ei finem imponere, quia hoc quidem interdum verum eſt ſecundum ſubiectam materiam, vt in locis à Budeo relatis, & apud M. Tull. pro Sextio, vt *omni populari concitatione defungerer. ſed in d. l. vlt.* quod dicitur proxeneta opera ſua defungi, nihil aliud eſt quam in aliquo negotio conciliando interuenire, & quale quale miniſterium accommodare in contractibus explicandis,

Digitized by Google

dis, vt conſtat apertiſſimè *ex eadem l.* & indicat vox illa *ope-*
rula, quæ ad ipſum contractum & negotium principale non
pertinet. Vt ergo proxeneta, qui in contrahenda emptione,
ſocietate, permutatione opera ſua defunctus eſt, non dicitur
emptionem, ſocietatem, & permutationem contraxiſſe, neque
emptor, ſocius, vel permutator eſt: ita is, qui faciendi nomi-
nis vſurarij cauſa interuenit, neque fœnus contrahit, neque
fœnerator dici poteſt: & ideo Benuenutus neque dictæ legis,
neque Budei ſententiam videtur aſſecutus.

75 Denique prætermiſſis aliis quæſtionibus, neque enim va-
cat omnia excutere, quærendum eſt de creditore, cui vſura-
rius illius debitor adſignat, ſeu delegat debitorem ſuum ex
cauſa vſuratum, an poſſit ab iſto debitore creditum ſuum exi-
gere, & retinere. Idem de cambiis illicitis quod frequentius
fit, quæri poteſt. Et multis argomentis Leſſ. *in d. cap. 10. dub.*
24. oſtendit non poſſe exigere & ſi exegerit, ad reſtitutionem
obligari. Nam inquit, & vſuratius, & eius famulus reſtituere
tenerentur, ergo & creditor, qui non plus iuris habet, quam
vſuratius & iure vſurarij vtitur. Deinde quia qui ſoluit vſu-
ras creditori vſurarij, poteſt ſolutum repetere, vel occulta
compenſatione vti. Idemque docet Malder. *tract. 5. cap. 3. dub.*
24. *verſ. vnde vlterius.* apud Eminent. P de Lug. *in d. diſp. 25. nu.*
226. *& ſeq.* qui admittit creditorem hunc non poſſe exigere
cogendo debitorem, vt ei ſoluat, quia inquit ſine titulo id fa-
cit, & argumenta Leſſij hoc probare. Fatetur etiam ſi abſque
coactione petat tanquam ex adſignatione ſibi facta obno-
xium quoque eſſe reſtitutioni, & debitorem poſſe id quod
ſoluit ab eo repetere, aut occulte compenſare, quod ſoluit,
cum ei nihil deberet. Cæterùm ſi ceſſionarius neque cogat,
neque etiam exigat, vt ſibi ſoluendum, ſed ſolum mandatum
fœneratoris referat, vt pecuniam, quam illi ſoluturus erat, ſi-
bi ſoluere velit; & debitor pecuniam numeret ipſi adſigna-
tario, qui nomine vſuratij accipiat non ſuo, & poſtea eam
ſibi applicet non veluti acceptam à debitore, ſed ab ipſo vſu-
rario, creditorem ad reſtitutionem obligandum non eſſe,
manente in vſurario obligatione reſtituendi ei, qui ſoluit. Ita
Cardin. *loc. cit.* cuius tamen doctrina mihi difficilis eſſe vide-
tur. Nam & difficile eſt creditores, qui vt plurimum negotia-
tores ſunt, vt obſeruat Leſſ. *num.* 198. tot cautionibus vti: at-
que etiam quia reipſa idem eſt ſuo, vel nomine vſuratij ani-
mo retinendi exigere, & retinere. Denique quia ſupponit fœ-
nebris pecuniæ dominium in vſuratium transferri, quod
Leſſ. *loc. cit.* & alij frequentius negant. Quamobrem mea te-
nuitas id ex iure ciuili duabus concluſionibus definire cona-
bitur.

76 Prima eſt debitori, cui fœnerator mandat, vt ſuo credito-
ri vſuras, vel illicita cambia ſoluat, liberum eſſe non ſoluere,
& poſſe doli, & vſurariæ prauitatis exceptione ceſſionarium
repellere, quia nemo cogitur indebitum ſoluere *l. illicitas, ff.*
de offic. præſid. d. l. 6. ff. de condict. indeb. neque donare *l. 1. ff. de donat.*
l. nec emere. C. de iur. delib. & regula eſt exceptiones, quæ rei
cohærent, & quæ competunt aduerſus cedentem, competere
etiam aduerſus eius ceſſionarium, & ſucceſſorem, quæ dedu-
citur *ex l. ads ff. de exceptione rei vend. l. 28. ff. de except. rei iudic. l.*
idemque. § vlt. ff. pro ſoc. l. in omnibus. in fin. de reg. iur. & aliis, quas
in hanc rem adfert Bart. *in l. doli exceptio. 19. nu* 10 *ff. de nouat.*
& delegat. Gabriel. *in conſ. 10. num. 7. & conſ. 155. numer* 1. *lib. 1.*
Menoch. *d. conſ. 300. num.* 48 & alij apud Montan. ad Oliban.
de act. par. 2. *lib. 1. cap. 4. numer.* 24. & hoc puto negare nemi-
nem.

77 Secunda concluſio eſt debitorem, qui iuſſu & mandato
fœneratoris creditori illius ſponte ſoluit, vel promiſit ſolue-
re, non poſſe repetere, ſi ſoluit, neque exceptione vti, ſi con-
ueniatur, vt ſoluat. quia ſoluendo, vel promittendo huic ex-
ceptioni renunciaſſe cenſetur. Cuius concluſionis prima pars
probatur primo *ex l 44. ff. de condict. indeb.* cuius verba ſunt.
Repetitio nulla eſt ab eo, qui ſuum recepit, tametſi ab alio quam ve-
ro debitore ſolutum eſt. Secundo probatur ex *l. 12 ff. de nou. & de-*
legat. illis verbis. *nulla quidem exceptione aduerſus creditorem vti*
poterit, quia ille ſuum recepit. & in fine *& ideo cum ipſe præſtite-*
rit pecuniam, aget mandati iudicio. ſcilicet aduerſus mandãtem.
Denique probatur hæc ſententia *ex l. 2. C. de condict. indeb.* Al-
tera concluſionis pars probatur *hac ead. l. in princ. & l. ſi non*
debitorem. 13. eod. tit. l. apud Celſum. §. item quæritur. & l. pure. §. ſi
eum. ff. de doli mal. except. quæ eadem ratione vtitur, *quoniam,*
inquit, *creditor ſuum petit l. 9 § vlt. ff. de condict. cauſ. dat.* quæ ait
creditorem decipiendum non eſſe & apertiſſimè *in l. doli ex-*
ceptio. 19. de tit. de nouat. vbi Paulus huius rei rationem adfert
his verbis. *Ideo autem denegantur exceptiones aduerſus ſecundum*
creditorem, quia in priuatis contractibus, & pactionibus non facilè
ſcire petitor poteſt, quid inter eum, qui delegatus eſt, & debitorem
actum eſt, aut ſi ſciat, diſſimulare debet, ne curioſus videatur: & ideo
merito denegandum eſt aduerſus eum exceptionem ex perſona debi-
toris. Ex quibus perſpicuum eſt debitorem, qui non coactus
ſoluit, neque repetere poſſe, quod ſoluit, neque exceptione ſe
tueri poſſe aduerſus eum agere poſſe, qui mandauit, vt defi-
nitum eſt in *d. l. 12. & 13. ff. de nouat. & d. l. 2. C. de condict. indeb.*
& tradit Theſaur. ſi ius *q. 111. n. 1. & 2. lib. 3.*

Neque obſtat, ſi dicat iis locis agi de exceptione doli ma-
li, quæ diuerſa eſſe videtur, quia generaliter id de quacun-
que exceptione definitum eſt, quæ competebat debitori ad-
uerſus mandantem, vt conſtat illis verbis, *nulla quidem excep-*
tione vti poterit. & in d. l. 19. illis verbis *idemque eſt & in cæteris*
ſimilibus exceptionibus. Qua ratione etiam nihil obſtat, ſi dicas
debitorem inuoluntariè ſoluere, vel promittere, & proinde
repetere poteſt ab vſurario ſi ei ſoluiſſet, vel exceptione ad-
uerſus eum ſe tueri, ita poterit repetere à creditore, vel ex-
cipere. Etenim illud inuoluntarium, quod ſufficit aduerſus
fœneratorem, non ſufficit aduerſus creditorem, qui ſuum re-
cepit, quod patet, quia non ſufficit ſi per ignorantiam ſoluat,
vel promittat ſoluere, imo nec ſi à delegante dolo circum-
uentus ſit, quia nihilominus tenetur ſoluere ſecundo credi-
tori *d. l. 12. ff. de nouat. & delegat. & l. 4. §. 20 ff. de doli mali except.*
illis verbis. *cum non ego te circumuenerim.* Quæ ſanè multo ma-
gis conſenſum excludunt: & vt dixi, dicta iura locum ha-
bent in omnibus exceptionibus, & in ſpecie in exceptione
quod metus cauſa, vt nominatim ſcribit Bart. *in d. l. 19. num. 6.*
& Cuiac. *eod. loc.* quia agitur, & exigitur pecunia ex nouo
conſenſu, & noua promiſſione, quæ dolo, & metu caret.

Vt etiam nihil mouent argumenta Leſſij, quia quod ait
eum, qui vſuras ſoluit creditori vſurarij, poſſe eas repetere,
vel ſi nulla alia ratio ſupereſt, occulta compenſatione retine-
re, hoc probandum fuit. Hoc enim eſt quod quæritur, & nos
negamus, cum tanquam debitor vſuratij, & illius iuſſu
ſponte vero creditori ſoluit. Quod vero obiiciunt de ipſo
vſurario & famulo eius titulo vſurarum nihil debetur: ne-
que ſuum recipiunt, ſed alienum, vnde merito ad reſtitutio-
nem obligantur. Hic vero creditor ſuum recepit, vel ſtipula-
tus eſt, qui curioſus eſſe non debuit, ex qua cauſa debitor
ſoluat vel promittat ſoluere, cum etiam à non debitore iuſtè
exigere poſſit *d. l. 12. ff de nouat. l. 1 ff. de conſtit. pec.* & aliis lo-
cis, ideoque ſibi imputare debet debitor, qui non coactus
ſoluit, cum potuiſſet non ſoluere: vel promiſit ſoluere, cum
potuiſſet exceptione vti. Vt etiam non eſt ſimile exem-
plum Tyranni opprimentis rempublicam, quia ſub eo nulla
eſt ſpes boni iuris, & leges vi, & armis oppreſſæ ſilent: aduer-
ſus vero fœneratores hodie ius dicitur tam in foro Eccleſia-
ſtico, quam ſæculari, vnde potuit debitor ſine metu maioris
mali exceptione fœnoris ſe tueri, & petitorem ſummouere.
† Ex quo etiam ſequitur verum non eſſe, quod dicunt illum 78
non habere alium titulum, quam fœneratoria, quia habet ta-
citam donationem, & remiſſionem huius exceptionis, vt con-
ſtat *ex d. l. 12. de nouat.* in qua Paulus ait. *ſi quis delegauerit debi-*
torem, qui doli mali exceptione tueri ſe poſſe ſciebat, ſimilis videtur
ei, qui donat, quoniam remittere exceptionem videtur. qui titulus
ſufficit, vt quod exegit etiam ab eo, qui nihil debuit, retinere
poſſit *d. l. 44. de condict. indeb. & d. l. 12. de nouat.* Quod multo
magis recipiendum eſt, debitor ſpopondit ſoluere, tunc enim
ex propria obligatione conueniri poteſt, vt notat Bart. *loc. cit.*
neque verum eſt deficere titulum, quo conueniatur, vt is qui
cum nihil deberet, conſtituit ſe pro alio ſoluturum *l. 1. ff. de*
conſtit. pec. quæ ait, *graue eſt fidem fallere.*

Sanè *in d. l. 19. de nouat.* duo caſus excipiuntur, in quibus 79
exceptiones dantur aduerſus creditorem, cui delegatio facta
eſt. Primus eſt mulieris, quæ fauore alicuius interceſſit. Nam
ſi is eam ſuo creditori delegauerit, cui promiſit ſoluere, po-
teſt aduerſus ſecundum creditorem exceptione Senatuſcon-
ſulti Velleiani ſe tueri, quia & in ſecunda promiſſione inter-
ceſſio

Digitized by Google

ceſſio eſt,vt hic Paulus ait, & Cuiacius *ad h.l.circa fin.*qui ait id confirmari *l.quamuis §.ſi mulier.ff.ad SC.Velleian.* ex quo infero,ſi mulier fœnebrem pecuniam ſumpſerit , & fœnerator vſuras ſuo creditori cedat,cui mulier ſoluit,vel promiſit ſoluere,exceptione vti poſſe,vel ſolutum repetere,quia eum vſuras non deberet,hæc promiſſio quaſi interceſſio quædam eſt, & ideo Velleiano vti poteſt *d.l.19.& l.3.ff.de fideiuſſ.l.1.ff.ad SC.Velleian.*Bart.*in d.l.19.num.6.*& quod hoc nomine deinde ſoluit,repetere *l.quamuis.C.eod.*& Heting.*de fideiuſſ. cap.7.numer.393.*

Alius caſus eſt in minore , qui cum poſſet ſe exceptione tueri,vel nihil deberet,ei cui delegatus eſt promiſit ſoluere , quia etiam in hac ſecunda promiſſione circumuenitur, & & ideo exceptio,quæ ei competebat aduerſus primum creditorem,competit etiam aduerſus ſecundum , ſi cum adhuc minor eſſet,ei delegatus ſit, & promiſerit ſoluere, vt etiam tractat idem Cuiac.*eod.loc.*Quod nunc non attingo, & tantum ſubiicio hinc multo magis apparere in aliis diuerſum ius eſſe. Quod ego ſequor quia admiſſa contraria ſententia multæ excitarentur lites,& multi,qui bona fide ſuum receperunt & ob id ſuos debitores liberauerunt acceptilatione , & aliis modis,ſi tenerentur reſtituere,ſuum amitterent, quod durum videtur,quia niſi debitor ſponte ſoluiſſet,id à ſuis debitoribus,qui forte deinde facultatibus lapſi ſunt, facile conſecuti fuiſſent. Æquius igitur eſt id ſoluenti,& non excipienti nocere quam creditori,qui ſuum recepit. Sanè ſi is , cui aſſignatio facta eſt,non eſſet verus creditor aſſignantis,& is,qui aſſignatus eſt,pecuniam,quam ſe debere exiſtimabat,promiſit,doli mali exceptione petentem repellere poteſt, & agere, vt eum liberet *l. Iulianus.7.ff.de dol.& met.except.l. qui ſine.ff.de condict.ſine cauſ.l.hactenus.ff.de conſtit.pec.*Bald.*in l.9. in fin. nu. 5.ff.de condict.cauſ.dat.*quia hìc ceſſat ratio,quare leges denegant condictionem,quæ eſt,quia creditor ſuum petit, vel recepit,vt *in d.l.pure.§ ſi eum.eod.tit.& d.l.12.ff. de nouat.* in quo poſita eſt æquitas noſtræ ſententiæ , quam tamen ſubiicio Theologorum iudicio.Aliam etiam exceptionem tradit Theſaur.*in d.quæſt.111.in fin.* quando ſcilicet debitor delegatus à iudice coactus fuit alteri ſoluere,quod non videtur ad tractatum noſtrum pertinere.

QVÆSTIO XCV.

De dominio rerum per vſuram non acquirendo.

SVMMARIA.

1 *Datio in ſolutum vicem emptionis obtinet.*
2 *Fructus illius ſunt , qui rem in ſolutum accepit.*
3 *Fructus rei adiudicatæ in ſolutum auctoritate iudicis , fiunt creditoris.*
4 *Vſura non eſt legitimus modus acquirendi dominij.*
5 *Rerum etiam,quæ vſu conſumuntur , dominium non acquiritur fœnore.*
6 *Pecunia aliena ſi immiſceatur vt diſcerni non poſſit , fit accipientis.*
7 *Pecunia vel aliis rebus conſumptis , quæ functionem recipiunt vſurarius tantundem reddere tenetur.*
8 *In condictione furtiua æſtimatio fit, quo res plurimi fuit.*
9 *Frumenti dominium per mixtionem non transfertur.*
10 L. 38.de ſolut.*declaratur.*
11 *Res duorum ſi confuſæ ſunt,vt ſeparari non poſſint,illis inuitis fiunt communes.*
12 *Fructus rei fœnore extortæ reſtitui debent.*
13 *Fructus fructuum fœnerator reſtituere cogitur.*
14 *In æſtimandis fructuum fructibus arbitrium iudicis plurimum dominatur.*
15 *Fructus ex ſemine alieno percepti,non reſtituuntur , ſed eius ſunt,cuius eſt ſolum.*
16 *Vſurarius reſtituit fructus deductis ſumptibus.*
17 L. ſi ſeruus. §. oliuam. ad l. Aquil. *explicatur.*
18 *Prædones deducunt ſumptus , qui gratia colligendorum fructuum fiunt.*
19 *Malæ fidei poſſeſſor improbus,improbior, & improbiſſimus ex Baldo.*
20 *Improbiſſimi poſſeſſores deducunt ſumptus aduerſus Ioan.Garſiam.*
21 *Vlpiani reſponſum in d.§.ſi oliuam. ad fœneratorem non pertinet.*
Prædo tenetur agrum colere.
22 *Malæ fidei poſſeſſor de fructibus tenetur,quos percipere potuit.*
23 *Malæ fidei poſſeſſor non tenetur reſtituere fructus , quos non percepit , nec dominus erat percepturus ſed contra,n. 24.*
24 *Cùm de fructibus percipiendis agitur , inſpicitur perſona poſſeſſoris.*
25 *Vnuſquiſque poteſt res ſuas negligere, non alienas.*
26 *Poſſeſſor malæ fidei tenetur ad fructus , qui communi diligentia ex re percipi poſſunt.*
27 L.56. de petit. hæredit. *explicatur.*
28 *In deductione ſumptuum an ſit habenda ratio operarum vſurarij.*
Et Ioannis de Salas Theologi ſententia , quæ reiicitur.
29 *Poſſeſſor deducit æſtimationem proprij laboris, quem in colendo agro fecit.*
30 *Etiamſi ſit prædo.*
31 *Malæ fidei poſſeſſor non poteſt petere dimidiam partem fructuum , perinde ac ſi eſſet colonus partiarius.*
32 *Res per vſuram extorta poteſt à quocunque poſſeſſore vindicari.*
33 *Emens rem furtiuam tenetur eam domino reddere ſine pretio.*
Idem in eo,qui rem fœnore extortam emit.
34 *Etiamſi ſit, quæ recipiat functionem.*
35 *Emens rem furtiuam,ſtatim ac ſcit eſſe alienam,illam reddere tenetur.*
36 *Niſi fur æſtimationem domino præſtiterit.*
37 *Emptor rei furtiuæ repetit pretium quibuſdam caſibus.*
Et primum cum à Piratis rem redimit.
38 *Capta in bello poſtliminio non redeunt.*
39 *Emens rem à fure eo animo , vt domino reddat repetit pretium.*
40 *Naue à Piratis redempta omnes conferre debent.*
41 *Iudicis arbitrio relinquitur,vt arbitretur , qua intentione quis rem furtiuam emerit.*
42 *Emptor rei furtiuæ poteſt repetere , quantum dominus pro rei recuperatione probabiliter impendiſſet.*
43 *Expenſas neceſſarias etiam Prædo recuperat.*
44 *Statutum vel priuilegium cuidam corpori conceſſum, vt res furtiuæ emptæ non reſtituantur niſi ſoluto pretio, valet.*
45 *Quo tamen exteri non tenentur.*
Piratæ hoſtes publici.
46 *Emptor rei furtiuæ ſi dolo malo emit, tenetur rem ſine pretio reddere non obſtante ſtatuto,vel priuilegio.*
Furtum iure naturali prohibitum.
47 *Dominus rei fœnebris præfertur omnibus creditoribus etiam priuilegiatis, & hypothecam habentibus.*
48 *Aliena res pignori dari non poteſt.*
49 *Hebræi,& fœneratores,qui pecunias fœnori dant,& res furtiuas pignori accipiunt,tenentur eas dominis reddere ſine pretio.*
Niſi aliud ex priuilegio illis conceſſum ſit.
50 *Rebus fœnore extortis permixtis dominus reliquis creditoribus potior eſt pro ea portione,quæ in aceruum collata eſt.*
51 *Niſi ad alium peruenerint , & bona fide aliis ſimilibus rebus permixtæ ſint.*
52 *Is,ad quem res fœnebris peruenit,ea bona fide conſumpta tenetur tantum reddere id,in quo locupletior factus eſt.*
53 *Hæreditatis bonæ fidei poſſeſſor id tantum reſtituit, in quo locupletior factus eſt.*
Nec tenetur ſi quid prodegit, vel amiſit.
54 *Emens rem furtiuam bona fide,& iterum vendens,eodem, vel minore pretio,nihil reſtituere tenetur.*
55 *Poſſeſſor malæ fidei tenetur pretium rei venditæ reddere,quamuis non ſit factus locupletior.*
56 *Res furtiua,vel fœnore extorta domino reſtituenda eſt , non vſurario,vel furi.*

57 *Quid ſi res titulo oneroſo, & bona fide quaſita ſit.*
58 *Argumenta Petri à Nauarra Theologi, quibus probat emptorem poſſe rem reddere furi, vt ſeruet pretium.*
59 *Argumenta Theologorum pro contraria ſententia.*
60 *Argumenta auctoris pro eadem.*
61 *Argumenta Petri à Nauarra refelluntur.*
Nemo poteſt vtilitati propria conſulere cum alterius iactura.
62 *Qui cum alio contrabit, non debet eſſe ignarus conditionis eius.*
63 *Poſſeſſor rei aliena non poteſt eam deducere in peiorem ſtatum ſui commodi cauſa.*
64 *Rei vindicatio aduerſus poſſeſſorem tantum datur, vel eum qui dolo deſiit poſſidere.*
65 *Rei aliena reſtitutio differri non poteſt ſub pratextu pretij recuperandi.*
66 *Creditori etiam vero bis non ſoluitur.*
Bona fides non patitur, vt bis idem ab eodem exigatur.
67 *Prado ſua poſſeſſione deiectus reſtituendus eſt.*
68 *Prado reſtituitur aduerſus eum, qui deiecit, non autem aduerſus dominum.*
Depoſitum domino reddendum eſt, non furi.
69 *Depoſiti actio datur pradoni, quia tenetur domino.* L. bona ff. depoſ. *declaratur.*
70 *Merces alienas in mare proiiciens, vt ſuas ſeruet, non tenetur Aquilia.*
Sed tantum contribuere pro portione ſuarum mercium ad iacturam ſarciendam.
71 *Aliquorum Theologorum obiectiones ſoluuntur.*
72 *Emptor rei furtiua, ſi nullum periculum domino imminet, poteſt rem furi reddere, vt pretium ſeruet.*

1 QVAMVIS certum ſit dationem in ſolutum vicem emptionis obtinere *l.4.C. de euict. l. eleganter. ff de pignor. act.* & ideo iuſtum, & legitimum contractum eſſe & iuriſgentium *l.5. ff. de iuſtit. & iur. l. 1. in fin.ff.de contrab. empt.* & proinde fructus rei in ſolutum datæ non minuere ſortem, vt docent Aret.*in conſ.159.num 14.*vbi ait ſuperfluum eſſe id paciſci, & Cardin.Mantic.*de tacit. & ambig.conuent.lib.* 11.*tit.* 8.
2 *n.*28.vbi ait hoc carere omni dubitatione. † Quia cum ex datione in ſolutum veluti ex iuſto, & legitimo contractu res fiat creditoris *d l.4.C.de euict.l.46.§.1.ff.de ſolut.& l. vlt. ff. ex quib.cauſ.in poſſeſſ.eat.*& notat Bart.*in l.1.§.cum prædium. ff. de pignor.*& Decian.*in d.conſ.35.nu.42.*fructus illius ſunt, qui rem in ſolutum accepit tanquam ex re propria percepti *l. qui ſcit.*
3 *ff.de vſur.l.ex diuerſo ff.de rei vendic.* Afflict. *in dec.87.n.6.*Ioan. Cop.*de fruct.lib.2.tit.1 cap.*1.Surd.& Mantic.*locis cit.*† Neque diuerſum ſit, ſi creditori res in ſolutum à iudice data ſit Hoc enim caſu etiam fructus creditoris ſunt, neque extenuant ſortem, cùm dominium quoque in eum transferatur *l.penult. §.1.ff.de except.rei iudic.l.1.C.ſi in cauſ.iudic.pign.* quæ ait in vicem iuſtæ obligationis ſuccedere auctoritatem iuſdicentis. Quod etiam indicat *l.à Diuo Pio.§.ſi pignora.ff.de re iudic.* & docet Surd.*in dec.*194.*n.*& oſtendi poteſt *ex d.l. qui ſcit. ff. de*
4 *vſur.*quæ ait fructus dominium ſequi. † Tamen cum hodie exploratum ſit vſuras non deberi aut exigi poſſe conſequens eſt dominium rei per vſuram, & vſurarios contractus acceptæ in creditorem non transferri, non tam quia hæc traditio inuoluntaria eſt, & per impreſſionem extorta: ſed quia nuda eſt, id eſt omni iuſtitia deſtituta, cum nulla iuſta cauſa præcedat, propter quam traditio ſequeretur. Quam ſententiam pro indubitata ſupponit D.Thomas *q.78.art.3.* vt hic Caietanus notat ad eund.& eſt inter eius diſcipulos communis, vt refert Salon *q.78.art.3.contr.1.num.* 2. & Theologorum fere omnium, quos recenſet Salas *tract.de vſur.dub.38.n.* 3.Quibus addo Rebellum *de oblig.iuſtit.par.2.lib.8.q.14.n.2.*Malder. *tract.5.c.3.dub.21.*Binsfeld *in c.cum tu.q.1.concl.* 3. Pirr. Sicul. *in ſuo ſpeculo diſp.16.q.100.n.3.*vbi ait antiquam quæſtionem eſſe: Turrian.*diſp.62.dub.2.n.2* Layman.*de iuſt.lib.3.tract.4.cap.14.n.7* & Theoph.Raynaud.*de virtut.& vit.lib.3.ſect.3.nu.159.* quorum plerique aſſerunt communiorem, & veriorem eſſe. Quæ probari ſolet *l.nunquam.ff.de acq. rer. domin.* & probari poteſt *l.24.C.de rei vindic.*quæ adferri non ſolet, & congruenter ait, *nullo iuſto titulo præcedente poſſidenti ratio iuris quærere dominium prohibet.*Illam etiam hoc argumento probat Richard. *diſt.15.*Quicumque eſt dominus alicuius rei aliquo iure non iniuria eſt dominus eius: ſed rei fœnebris vſurarius non eſt dominus aliquo iure. Non enim iure emptionis, nec iure liberalis donationis, neque iure locationis, neque iure permutationis, neque iure mutui, quia accipere plus pro mutuo non eſt ius, ſed iniuria. Ergo vſurarius neque iure diuino, neq; iure canonico eſt dominus rei, quam acquiſiuit fœnerando. Et huc fere rediguntur rationes, quibus vtitur Salas *loc. cit.* qui tandem ait vſurarium in iure furem, & raptorem cenſeri *c.ſi quis.14.q.4.*ſed fur & raptor rei ſubtractæ dominium non comparat, vt certiſſimum eſt, cùm ab eo res condici poſſit, & à quocunque poſſeſſore vindicari *l.ſi pro fure 7.§. 1.ff. de condict.furtiu.l.incivilem.C.de furt.*Ergo neque vſurarium dominium rei in cauſa vſurarum acceptæ acquirere dicendum eſt. Quam ſententiam Iuriſperiti etiam ſequuntur, vt Couarruuias *variar.lib 3.cap.3.num.6.*Menoch.*in conſ.300.nu. 1. & ſeq.* Rota *inter recentiſ.dec.177.num.1.par.1.*Vgolin.*de vſur.cap.12. in princ.*& Sigiſmund.Scacc.*de commerc.§.1.q.1.nu.537.& q.7. ampliat.19.nu.69.*† Nec diſtinguitur inter res vſu conſumptibiles & illas, quæ vſu non conſumuntur, quia de vtriſque rebus eadem eſt ratio: & quandiu res vſu conſumptibiles extant, & repetiuntur, earum dominium apud debitorem perſeuerat, vt tradit Menoch.*in d.conſ.300.n.26.& 31.*& Vgolin. *in d.cap.12.§.1.n.4.*Molin.*diſp.326.nu. 7.* Salas *d dub. 38 n.6.*& Leonard.Leſſ.*lib 2.cap.20.n.158.*& conſtat *ex l.13.& 19.in fin. ff de reb.cred.& l.5.de rei vindic.*& aliis locis. 5

Et quamuis his iamdudum ſcriptis compererim aliud ſentire Eminent.Cardin.de Lug.*in diſp.25.nu.206.* nolui tamen mutare ſententiam, quia & ipſe Cardinalis admittit dominium, quod in eius ſententia in vſurarium transfertur, eſſe debile, & cum omnimoda obligatione reſtituendi quicquid accepit: hoc dominium ita obſtrictum eſſe, vt non poſſit vſurarius de re licitè diſponere: imò illam ipſam rem reſtituere teneri cum fructibus, ſi fortè ſit fructifera, ſaltem iis, quos debitor percepturus erat: Denique quia ſupponit animum transferendi dominium in debitore, quo ceſſante ait certum eſſe non transferri: qui animus an interuenerit, vel defuerit, pendet ex facto, & nulla certa ratione conſtitui poteſt, & probabilius eſt vt plurimùm ceſſare, quia cùm non teneatur illud transferre, hoc eſſet donare, quod non præſumitur. Et ideo magis placet quod docet idem Eminent.vir.*diſp.22.ſect.7.n.119.in fin.* ideo in vſurarium non transferri dominium, quia qui vſuras ſoluit, non intendit donare, ſed ſoluere, quare cum nullum ſit debitum, nihil agi, quia vſurarius neque rem accipit ex donatione, cum deficiat animus donandi, neque ex debito, cum nullum ſit debitum.

Neque eſt ſimile, quod dicunt ex contractu per vim, & metum extorto dominium in accipientem transferri, quamuis reſcindi poſſit *l.3.& l.21.§.ſi metu.ff.de eo quod met.cauſ.& aliis*, quia hic aliquis eſt titulus ſufficiens ſummo iure ad transferendum dominium, cum rem tradens vere velit, vel donare gratis, quando metu coactus donat, vel vendere, cum coactus vendit. Hic enim aliqua interuenit vel donatio vel venditio, quæ proinde reſcindi debent *d.l.3.& l. vlt. C. de his quæ vi, metuſue.*Aliud verò eſt, cùm quis indebitum ſoluit, quia hic nulla intelligi poteſt ſolutio enim exigit extrema, vt compenſatio, quæ intelligi non poteſt, niſi vtrinque debeatur *l.1.ff.de compenſat.*Quare hic nullus eſt titulus, ex quo dominium transferri poſſit. Quod adeo verum eſt, vt ſi pro ſorte, & vſuris fundus in ſolutum datus ſit, neque etiam pro modo ſortis dominium transferatur, ſed totus fundus repeti poteſt, tametſi retineri poſſit, donec ſors debita ſoluatur, vt conſtat *ex l.26 §.ſi centum.ff.de condict.indeb.*quem locum expendi aduerſus Præſidem Argentr.*q.40.num.17.* Quare adhæreo communi ſententiæ, dominium ſcilicet in vſurarium non transferri.

Quod ſi fortè res huiuſmodi nomine vſuræ acceptæ ita rebus vſurarij, vel alterius ſimilibus miſceantur, vt ab eis diſtingui, & ſeparari non poſſint? Et quidem ſi de pecunia agatur, eam hoc caſu accipientis fieri certiſſimum videtur *ex l.38.ff.de ſolut.*in qua Iabolenus ait *ſi alieni nummi inſcio, vel inuito domino ſoluti ſunt.manent eius cuius fuerunt: ſi mixti eſſent, ita vt diſcerni non poſſint, eius fieri, qui accepit.*Idémq; multo magis dicendum

dicendum eſt, ſi nummi conſumpti ſunt, vt indicat *l. ſi is ff.*
eod. & l. 13. ff. de reb. cred. in reliquis verò ſpeciebus ita de-
mum dominium transferri ſi ex voluntate domini confuſæ,
vel permixtæ fuerint *l. idem Pomponius ff. de rei vindic. & § ſi*
duorum. Inſtit. de rer. diuiſ. & ita videtur ſenſiſſe Menoch. *in*
7 *d. conſ. 300. num. 32. & 33.* † Ego verò hac in re nihil diſcri-
mines inter pecuniam, & vinum, & oleum, frumentum, &
alias ſpecies conſtituo. Et proinde ſi pecunia, vel frumen-
tum: aut vinum, & reliqua huius generis conſumpta ſunt, fru-
ſtrà quæret de dominio eorum ſiue pecuniæ, ſiue ſpecierum,
cum enim non extent, vel neſciatur vbinam ſint, fruſtrà
agitur de dominio earum, ſed tenetur vſurarius tantundem
reſtituere, vt ſentire Theologos, & iuris Pontificij, & ciui-
lis interpretes ſcribit Menoch. *in d. conſ. 300. n. 35.* Mercat.
de vſur. cap. 11. num. 6. & Vgolin. *in d. cap. 12. § 2. num. 7.* &
8 conſtat euidenter *ex l. in re furtiua. 8. ff. de condict. furtiua.* †
In qua etiam illud definitum eſt, vt eius temporis æſtimatio
fiat; quo res vnquam plurimi fuerunt. Quod etiam oſten-
dunt *l. 29. ff. de act. rer. amot. & l. 51. ff. de furt.* quod licet
aduerſus fures conſtitutum ſit, nimirum quorum cauſa
odioſa eſt, vt qui ſemper moram facere videantur *d. l. 8. &*
l. vlt. ff. de condict. furtiu. id tamen etiam ad vſurarios perti-
nere puto, quorum cauſa non minus odioſa eſt, quam fu-
rum, & quibus congruit, quod ait d. l. vlt. de condict. furt.
quia videtur qui primo inuito domino rem contrectauerit ſemper in
reſtituenda ea, quam nec debuit auferre, moram facere. & proin-
de earum ſpecierum æſtimatio odio fœneratorum creſcere
debet, quod tamen in nummis locum non habet, cùm cer-
ta ſit nummorum æſtimatio, vt ait *l. 3 ff. de in lit. iuran. & l.*
9 *42. in fin. ff. de fideiuſſ.* † Si verò ex his rebus aceruus factus
ſit, & adhuc ſuperſint, hoc caſu quia ſingula corpora in ſua
ſubſtantia durant, vt frumentum, & his ſimilia, dominium
per mixtionem in vſurarium non transfertur, neque com-
munes fiunt, neque aceruus ille communis eſt, vt conſtat
ex l. 5. ff. de rei vindic. in qua Pomponius ait competere ſin-
gulis in rem actionem ad id, in quantum apparet in illo
aceruo cuiuſque eſſe. Idémque conſtituit Iuſtinianus *in d. §.*
ſi duorum. in fin. cuius verba ſunt. *Quod ſi caſu id mixtum fue-*
rit, vel Titius id miſcuerit ſine tua voluntate, non videtur com-
mune eſſe, quia ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant: nec ma-
gis iſtis caſibus commune fit frumentum, quam grex intelligitur
eſſe communis, ſi pecora Titij tuis pecoribus mixta fuerint. Sed ſi
ab alterutro veſtrum totum id frumentum retineatur, in rem qui-
dem actio pro modo frumenti cuiuſque competit: arbitrio autem iu-
dicis continetur, vt ipſe æſtimet quale cuiuſque frumentum fuerit.
Ita etiam ſcribit Theophilus *eod. tit. de rer. diuiſ. § 28.* & ex-
plicat Cuiac. ad Paulum *in l. 2. ff. de rei vindic.* qui propte-
rea docet neutrum poſſe aceruum, aut partem acerui vindi-
care, ſed quantum apparet in illo aceruo cuiuſque eſſe, vt
etiam non grex, aut pars dimidia gregis, ſed ſingula capita
10 cuique ſua vindicanda ſunt. † Et licet in pecunia aliud ſua-
dere videatur *d. l. 38. ff. de ſolut.* quæ ait nummos eius fieri, qui
accepit, vt ſentiunt gloſ. *in d. §. ſi duorum.* & Menoch. *in d.*
conſ. 300. num. 31. vbi poſt alios inquit hoc eſſe ſpeciale in pe-
cunia, tamen quod dicitur *in d. l. 38* accipiendum eſt de cre-
ditore, qui in ſolutum eius, quod ſibi deberur bona fide num-
mos alienos accepit, & proinde ſi ita permixti ſint, vt diſcer-
ni non poſſint, eius fiunt, neque aduerſus eum datur actio
domino, quia quoad eum nummi conſumpti ſunt, etiamſi
apud accipientem adhuc nummi extent, id eſt permixti aliis,
vt diximus. Sed eſt illi actio aduerſus vſurarium, ſcilicet con-
dictio furtiua, & actio ad exhibendum *ex l. 11. § vlt. ff. ad exhi-*
bend. l. 1. ff. de priu. del. & ex Cuiac. *in obſeruat. lib. 13. cap. 28.* re-
ctè ſubiiciens nummos hac in re non eſſe ſeparandos à fru-
11 mẽto. † Denique vel ſpecies ita confuſæ, & permixtæ ſunt, vt
ſeparari non poſſint, vt ſi vinum, oleum, mel, & huiuſmodi li-
quamina confuſa ſint: vel ſi argentum vtriuſque in maſſam re-
dactum eſt, & hoc caſu etiam inuitis nobis hæc cõmunia fie-
ri dicendum eſt, ſed debitor pro rata quantitatis & ponderis
vindicare poteſt *d. §. ſi duorum. & l. 3. §. Pomponius ff. de rei vin-*
dic. & d. l. 5. §. ſi plumbum. eod. tit. vbi idem Pomponius ait. *Sed ſi*
deduci non poſſit, vt puta ſi æs, & aurum mixtum fuerit, pro parte eſſe
vendicandam. & ita recte docet Vgolin. *in d. § 2. n. 7.* Ex quibus
multa vtiliter deduci poſſunt, ſed pauca quædam ſubiiciam;
quæ noſtro tractatui potiſſimum conuenire videntur.

Primum eſt non tantum res ipſas, & ipſa corpora, ſi ex- 12
tent, reſtituenda eſſe, quod certiſſimum eſt *ex c. tua nos de vſur.*
& l. 8. in princ. ff. de condict. furt. l. 20 in fin. ff. de petit hæred & l. 8.
ff. rer. amot. ſed etiam fructus, ſi forte res ſua natura ſit fru-
ctifera, tanquam ex re aliena perceptos. Hæc eſt ſententia
Diui Thomæ *2. 2. q. 78. art. 3.* vbi ait, ſi quis domum, vel agrum
per vſuram extorſerit non ſolum tenetur reſtituere domum,
vel agrum, ſed etiam fructus inde perceptos, qui ſunt fructus
rerum, quarum alius eſt dominus, & ideo ei debentur. Quod
probarunt Theologi fere omnes, Sot. Medin. Bannes, Molin.
& alij plurimi apud Salas *de vſur. dub. 39. num. 2.* quibus ad-
do Leſſ. *d. cap. 20. n. 160.* Rebell. *q. 15. n. 15.* Reginal. *lib. 10. cap.*
26. n. 396. Turrian. *de iuſtit. diſp. 61. dub. 2. n. 3.* & Binsfeld. *in d.*
cap. cum tu. q. 2. concl. 4. vbi refert hac in re communiter Do-
ctores conſentire. Quam ſententiam ex Iuriſperitis ſequun-
tur Couarr. *variar. lib. 3. cap. 3. n. 6.* Menoch. *in d. conſ. 300. n 4.*
Petrus Gregor. *eod lib. 3. c 9. n. 5.* Vgolin. *d. cap. 12. n. 3.* Trentac.
variar. lib. 1. tit de vſur. reſol. 1. n. 16. & Ioan. Bap. Lup. *de vſur. &*
commerc. illic. comment. 4. § 3. n. 5. vbi ait hanc veriorem, & re-
ceptiorem eſſe ſententiam. Quæ probatur primo *ex l. 29. 30. &*
39. §. fructus. ff. de petit. hæred. ex quibus conſtat poſſeſſorem
hæreditatis alienæ non tantum res, ſed etiam fructus rerum
reſtituere debere. Secundo id probat *l. 38. ff. de vſur.* in qua
Paul. ait ſi indebitum fundum ſolui, & repeto: fructus quo-
que repetere debeo. Tertio *ex l. 15 ff. de condict. indeb.* cuius
verba ſunt. *indebiti ſoluti condictio naturalis eſt, & ideo etiam*
quod rei ſoluta acceſſit, venit in condictionem, vt puta partus, qui ex
ancilla nati ſunt, vel fructus, quos is, cui ſolutum eſt, bona fide
percepit. Denique id manifeſtè oſtendit *d. l. 8 in fin. de condict.*
furt. ex qua conſtat etiam fructus in hac actione venire, qua
vſurarium veluti furem conueniri poſſe receptum eſt.

Et puto etiam fœneratorem, ſi forte pecora, vel vaccas, & 13
alia animalia, quæ pariunt & faciunt fructus, per fœnus
extorſerit, fructus fructuum reſtituere debere, exemplo eius,
qui alienam hæreditatem inuaſit, & poſſidet, quem partus
partuum reſtituere debere conſtat *ex d. l. 19 ff. de petit. hæredit.*
cuius verba ſunt. *quod ſi oues natæ ſunt, deinde ex his aliæ, eæ quo-*
que reſtitui debent, & ex l. illud. §. prædo. ff. eod. tit. Nam, & fœne-
rator prædo eſt. Idem quoque probat *l. cum fundus ff. ſi cert pet.*
& l. ſed & partus. ff. quod met. cauſ. & alia iura. quæ paſſim iu-
bent rem à malæ fidei poſſeſſore cum omni cauſa reſtituen-
dam eſſe. Id enim inter cætera ſignificat clauſula hæc omnis
omnis cauſa, vt notat Ioann. Garz. *de expenſ. cap. 23. num. 47.*
Laderch. *conſ. 99 n. 11.* Duaren. *ad tit. de vſur. cap. 5.* Cuiac. *ad tit.*
de part pign. & omn. cauſ. Hotoman *ad d. tit. de vſur fructib. &c.*
num. 51. & Munnoz de Eſcubar. *de ratiocin. cap. 18. num. 3.* &
huius rei ratio eſt, quam diximus nimirum quia fructus ſe-
quuntur dominium *d. l. ex diuerſo. de rei vendic l. adeo. §. vlt. & l.*
qua ratione. de acquir. rer. domin. l. 25. in princ. de vſur. & Hoto-
man. *loc. cit. n. 47.* Et æquum eſt, ne poſſeſſor lucrum faciat ex
re aliena *l. ſi poſſeſſor. §. 1. & l. ſi rem. 15. ff de petit. hæred.* vbi
Paulus refert orationem Diui Hadriani huic rei maximè
congruentem. Et cùm primi partus ſint debitoris, conſe-
quens eſt, vt eius etiam ſint partus, & fœtus alij, quæ ex 14
illis proueniunt. † In quo tamen valde arbitrium iudicis
verſatur, qui ex varietate locorum, & temporum rem hanc
ad mediocritatem aliquam perducere poteſt, vt innuit *l. 1.*
C. de ſent. quæ pro eo. & notat idem Munnoz. *loc. cit. num. 7. & 8.*
& ante illum Garſias *in d. cap. 23. num. 48.* vbi ait id ex æquo,
& bono conſtituendum eſſe. † Sanè diuerſum eſt, ſi fœnera- 15
tor triticum, vel alias ſpecies extorſerit ad ſeminandum
idoneas. Nam ſi hæc ab vſurario terræ mandantur, & ex iis
alij fructus proueniunt, non propterea fructus ex his per-
cepti reſtituendi ſunt, vt ſentiunt Theologi apud Salas *de*
vſur. dub. 39. num. 4. quia fructus non iure ſeminis, ſed iure
ſoli percipiuntur, vt ait Iulianus *in d. l. 25. in princ. de vſur.* &
Anton. Faber *tit. de rei vindicat defin. 8. n 8* & Hotoman. *loc. cit.*

Præterea quòd dicitur vſurarium fructus etiam reſtituere 16
debere, accipiendum eſt deductis ſumptibus, qui ſcilicet
quærendorum, & colligendorum fructuum gratia fiunt, &
quos poſſeſſorem quemlibet etiam prædonem deducere con-
ſtat *ex l fundus. ff. famil. hercſc. & l. 7. ff. ſolut matrim. & d. l. 30 in*
princ. de petit. hæred. vbi dicitur id non ſolum in bonæ fidei

Digitized by Google

poſſeſſoribus naturalem rationem expoſtulare, verùm etiam in prædonibus. & tradit Bero. *in c. nauiganti. num.* 76. Ioan. Garſias *in d.lib.de expenſ.& meliorum.cap.*1.*num.*11.Ioan.Cop. *de fructibus.lib.*1.*tit.*1.*cap.*6.Munnoz.*in d.cap.*18.*num.*7.& in vſuratiis admittunt Theologi ferè omnes apud Salas *loc. cit. num.*2.& probat Caniſ *in lib.de vſur.cap.*5.*num.*8. neque enim vſurarius pluſquam prædo eſt.

17 Sed huic concluſioni obſtare videtur *l ſi ſeruus.§.ſi oliuam. ff.ad Aquil.* ex qua conſtat ceſſare Aquiliam, ſi quis ſegetem, vel vuas maturas in alieno prædio deſecuerit, nec ſubtraxerit, hac ratione addita, quia nulla iniuria eſt, cùm & impenſas etiam donauerit, quæ in collectionem huiuſmodi fructuum impenduntur: ex quo loco conſtat eum, qui pendentes fructus alienæ rei inuaſit, & intercepit, impenſas in illis colligendis factas non repetere, quod videtur ad fœneratorem porrigendum eſſe. Nam & fœnerator fur eſt, & deterior fure. Et proinde vt fur expenſas in collectione fructuum, factas non repetit, quod etiam indicat *l.*1.*C.de infan.expoſ.* ita prorſus fœneratorem ſumptus iſtos non deducere dicendum videtur. Et ſanè bene eruditus Garzias *in d.cap.*1.*num.*13. notat hinc difficilem eſſe deciſionem *d.l fundus.*51.*ff. famil. herciſc.* vbi generaliter conſtitutum eſt nullum caſum interuenire poſſe, qui hoc genus deductionis impediat; & ægrè ſuſtineri, cùm contrarius caſus ab Vlpiano referatur *in d. §.ſi oliuam.* ſed aduertendum eſt diuerſam eſſe ſpeciem huius loci, quia Vlpianus *in d.§ ſi oliuam.* de eo quærit, qui cùm agrum non poſſideret, fructus iam maturos in fundo alieno decerpſerit, aut ſecuerit, nec intercepit, ſed in ipſo fundo reliquerit, & reſpondet illum expenſas donare videri, & proinde ceſſare Aquiliam, ſed ſi collecta interceperit furti teneri. †

18 At verò Iulianus *in d l ſi fundus.* & Paulus *in d. l. ſi à domino* 36.§.*fructus. de pet.hæred.* de eo quærunt, qui rem alienam poſſidet, quem ſi mala fide poſſideat, prædonem vocant, & definiunt poſſeſſorem ſiue bonæ, ſiue malæ fidei ſumptus deducere, qui quærendorum, colligendorum, & conſeruandorum fructuum gratia fiunt. Multum enim intereſt inter malam fidem iniuſti poſſeſſoris, & furis, etiamſi vterque malæ fidei ſit, vt rectè obſeruauit Cuiac. *lib.*10. *cap.* 1. & ſcripſit Garſias *eod.loc.* ex ſingulari doctrina Baldi *in l. mala fide. num.*
19 3.*C.de condict.ex leg.* † vbi triplicem conſtituit malæ fidei poſſeſſorem, improbum ſcilicet, improbiorem, & improbiſſimum, & hunc eſſe eum, vt refert Garſias *loc. cit.* quem ob delictum, & facinus iura expenſis priuant, qualis eſt is, qui ex alieno agro fructus maturos intercepit, & furatur, vt ibi Vlpianus reſpondit: tametſi Baldus hoc loco non dicat improbiſſimum hunc poſſeſſorem amiſſione ſumptuum mulctandum eſſe, neque huius rei mentionem faciat, ſed tantum dicat improbiſſimum poſſeſſorem eſſe qui ſine vllo poſſidendi colore rem alienam retinet, vt eſt fur, inuaſor, colonus, & poſſeſſionis interuerſor, & creditor, qui poſtquam ei ſatisfactum eſt, celandi animo retinet pignus, & tenetur furti *l. ſi*
20 *quis vxori.§.cùm creditorem.ff.de furt.* † Et proinde verius eſt, quicquid tenet Garſias, etiam improbiſſimos poſſeſſores ſumptus huiuſmodi deducere, vt ſunt inuaſores, & qui poſſeſſionem interuertunt, & alij huiuſmodi. Neque enim Vlpianus *in d.§.ſi oliuam.* ait eum qui fructus maturos in alieno agro collegit, & intercepit, non deducere ſumptus, ſed tantum eum, qui fructus maturos deſecuit, Aquilia non teneri. *Nulla enim iniuria eſt*, inquit, *cum tibi etiam impenſas donauerit, quæ in collectionem impenduntur*, quæ donationis coniectura ab inuaſore, & fure procul abeſt, cùm potius lucri faciendi gratia id ſcelus admittat *l.*1 *in fin. ff. de furt.* quare magis puto etiam improbiſſimos poſſeſſores impenſas non amittere, quæ in colligendis fructibus fiunt, neque hanc exceptionem pati, quod Iulianus ait *in d.l. fundus. famil. hereiſc.* nullum caſum interuenire poſſe, qui hoc genus deductionis impendiat, vt comperi deinde ſentire Gilken. *in lib.de impenſ.p.*2.*cap.*7.*num.* 26. Quis enim dicat colonum, & creditorem, qui poſſeſſionem interuertit quibus exemplis vtitur Baldus, hoc genus ſumptuum non deducere, cum id prædonibus conceſſum ſit *d.l.*56.*in fin.& l.*38.*ff.de petit.hæred* quæ ait hoc benignius eſſe, neque debere petitorem ex aliena iactura lucrum facere, & proinde cum pœnis legum contenti eſſe debeamus, ſatis eſt, ſi furti pœna conueniri poſſint. Neque Garſiæ ſententiam iuuat, ſi dicas non debuiſſe furem, & inuaſorem iſtiuſmodi ſumptus facere in agro alieno, quia, & hoc prædonibus, & poſſeſſoribus malæ fidei obiici poteſt, qui ſcienter in rem alienam impendunt, & tamen etiam in illorum perſona receptum eſt, rationem impenſarum habendam eſſe *d. l. planè.* 38.*de petit.hæred* naturalis enim ratio, quæ ſuperior eſt, non patitur quempiam ex alieno damno locupletari *l.*14.*ff.de condict.indeb.* † Sanè illud certiſſimum eſt, quod Vlpianus reſ- 21
pondit *in d.§.ſi oliuam.* de eo qui ſumptus donaſſe videtur ad fœneratorem non pertinere, qui agrum, vel vineam pro vſuris extorſit. Quamuis enim malæ fidei poſſeſſor ſit, & prædo, agrum tamen poſſidet, ideóque illum colere debuit, & niſi fecerit, culpæ huius rationem reddere tenetur *l.*31.*§. ſicut. & l* 54.*in fin.ff.de pet.hæred.* proinde æquum eſt illum ex fructibus deducere, quæ in iis colligendis impendit. Nam licet iniuſtè agrum poſſideat, & retineat, iuſtè tamen agrum conſeruit, & coluit. † Cuius rei etiam argumentum eſt, quia ma- 22
læ fidei poſſeſſor de fructibus tenetur non tantum perceptis, ſed etiam percipiendis, vt conſtat *ex §.*2.*inſtit.de offic.iudic.l ſi nauis.ff.de rei vendic.l.*25.*§.*4.*ff.de petit.hæred.l.*1.*Cod.de fide. & iur.haſt.fiſc.* & tradit eleganter Cuiac. *in l.vſura* 121 *ff.de verb. ſignif.* quod & in vſurario à noſtris auctoribus receptum eſt, vt docet Medin.Didac. & alij quidam, quos refert, & ſequitur Villag. *in lib.de vſur.quæſt.*27.*num.*10. quibus conſentiunt Molin. *in diſput.*327.*n.*4.& alij apud Salas *d.dub.*39.*nu.*2. *in fin.* & Vgolin. *de vſur.cap.*17.*n.*4. Quamobrem æquum eſt malæ fidei poſſeſſorem, & fœneratorem iſtiuſmodi impenſas deducere, id ſcilicet expoſtulante ratione naturali, quæ non patitur, vt quis locupletetur cum aliena iactura, vt dictum eſt. *ex d.l* 36.*in fin.de petit.hæred.& l.*14 *de condict. indeb.*

Illud vero notandum eſt, quod Molina, & Salas docent 23
locis cit. vſurarium non teneri reſtituere fructus, quos non percepit, nec dominus erat percepturus, quia nec ratione rei acceptæ, nec ratione iniuſtæ acceptionis ſeu illati damni tenetur. Cui ſententiæ fauere videntur quidam iuris loci, quibus definitum eſt malæ fidei poſſeſſorem teneri ad fructus, quos petitor percipere potuit, aut percepturus fuit, vt *in l.*20. *ff.de rei vindic.* quæ ait non ſufficere corpus ipſum reſtitui, ſed opus eſſe vt & cauſa rei reſtituatur, id eſt, vt omne habeat petitor, quod habiturus foret: *& in l. ſi nauis.* 62. *eod. tit.* animaduerti debere non an malæ fidei poſſeſſor fruiturus ſit, ſed an petitor frui potuerit. Ad actoris quoque perſonam reſpexit *l.cum fundus.ff.ſi cert. petat. l.ſed & partus, ff. quod met. cauſ.l.*78.*de reg.iur.* & Schol.ad Harmenop. *libro* 2.*titul.*4.*§.qui bona.* & apertiſſimè Accurſius, & Cuiacius *ad d.l.nauis.in fin.*

Sed hæc in re inſpiciendam eſſe perſonam poſſeſſoris, vt 24
ſcilicet teneatur ad eos fructus, quos percipere potuit, & debuit non minus ſuadent alij iuris loci, vt *in d.§.*2.*Inſtit.de offic. iudic.l.*5.*Cod.de rei vendic.l.*10.*§.& fructus ff. quæ in fraud. credit.& l.*25.*§.*4.*de petit.hæred.* & Theoph. *eodem tit.de offic.iudic.§.*2. qui ſic ait. *illorum autem fructuum nomine, quos culpa ſua ex rebus hæreditariis poſſeſſor non percepit, condemnandus eſt. ſi mala fide poſſidet.* ex quibus magis videtur malæ fidei poſſeſſores inter quos vſurarij cenſentur, teneri ad reſtitutionem fructuum, quos ipſi percipere potuerunt, tametſi dominus ob eius negligentiam, vel abſentiam, vel alio caſu nihil fortaſſe erat percepturus. Nam & creditor, qui pignus poſſidet, tenetur referre in ſortem fructus, quos percipere debuit *l.* 3. *Cod. de pignor. act.* Harmenop. *lib.*3.*titul.*5.*§.fructus.* Ioan. Sichard. *in l.*1.*Cod.eodem titul. de pignor. act.* & alibi diximus. † Et licet 25
quis poſſit res ſuas negligere *l.*21.*Cod.mandat.l.*31.*§. ſicut. ff. de petit.hæred.* quæ ait negligentiam in rebus propriis nulli querelæ ſubiectam eſſe, in rebus tamen alienis diligenter verſari debemus, & vt bonum patremfamilias oportet, vt conſtat *ex dict.l.*21.*Cod.mand.& l.*31.*§ ſicut.de petit.hæred. l.ſi pupilli.in fin.de negot.geſt.l.*14.*de pignor.actione.* Proinde licet vſurarius nec ratione rei acceptæ, nec ratione illati damni teneatur, vt viri Theologi dicunt, tenetur tamen ratione culpæ, & negligentiæ *dict l.*31.*§.ſicut.de petit.hæred.& dict.§.*2. Inſtit. *de offic. indic.* nec tantum fructus, quos percipere debuit; reſtituere tenetur, ſed etiam ſi culpa eius res deterior facta eſt *l.* 54. *§. cum prædia. de petit. hæred. l.* 7. *C. de pignor. act. l. non ſolum.* 13. *ff. de rei vendic.* † Non exigimus tamen in poſſeſ- 26
ſore induſtriam exactiſſimam, & ſingularem, ſed honeſtam,

&

& mediocrem,& quam vir diligens in rebus ſuis adhibere ſolet. Nam doctrina, quæ tribuitur Bartolo *in d.l. domum.C. de rei vendic.* recepta eſt, poſſeſſorem ſcilicet malæ fidei ad eos fructus tantum teneri, qui communiter ex re percipi poſſunt,& ideo nihil referre an perſona poſſeſſoris,vel petitoris inſpiciatur, quia hoc caſu iidem fructus ſunt, quos petitor,& quos poſſeſſor percipere potuit, vt notant Bald. *in dict.l.domum.num.5.* qui ait Bartoli ſententiam eſſe veriorem Salicet.& Caſtrenſ.*eodem loc.* Dec.*in l. generalia. numer.8. de reg.iur.* Boer.*in deciſ.268.*& alij quos ſequitur Garſias *in d. cap.23.num.50.* Vnde non videtur diſtinguendum, an actor eſſet percepturus, vel non, quia ſemper malæ fidei poſſeſſor tenetur ad fructus, quos ager aut vinea mediocri cultura, & cura referre potuit. Et ſibi imputet poſſeſſor, qui cum teneatur agrum colere,cum neque coluit, neque inſeruit,ſed ſterilem eſſe paſſus eſt.

27 Sed huic ſententiæ obſtare videtur *l.56.de petit.hæred* quæ ait,*cum hæreditas petita ſit, eos fructus quos poſſeſſor percepit, omni modo reſtituendos, etſi petitor eos percepturus non fuerat.* Nam cum Iuriſconſultus hic definiat fructus perceptos reſtituendos eſſe, tametſi petitor eos non erat percepturus, innuere videtur percipiendorum aliam eſſe rationem, ideóque in eos poſſeſſorem condemnandum non eſſe, ſi petitor eos percepturus non fuit, vt ſentit Accurſius *in dict. l. ſi nauis. in fin.* Sed reſpondeo Africanum hoc loco de bonæ fidei poſſeſſore loqui, vt hic Angelus notat, & indicat *l. 55.* quæ præcedit *eodem titul.* quæ eſt de poſſeſſore bonæ fidei, in qua etiam adfertur ratio, quæ ad hanc quæ ſequitur, pertinet, quæ eſt de fructibus reſtituendis,& expendit Cuiacius ad African. *tractat.4. in princip.* Ait ergo Africanus fructus perceptos etiam à poſſeſſore bonæ fidei reſtituendos eſſe, & ſi eos dominus non erat percepturus, quia omne lucrum tam bonæ fidei poſſeſſori, quam prædoni auferendum eſt *l. 28.& dict. l. 55.eodem titul.* non quærit verò Africanus, an malæ fidei poſſeſſor teneatur ad fructus perceptos, quos dominus non erat percepturus, quia huius rei inquit Angelus, nulla eſt dubitatio, cum nedum perceptos,ſed & qui percipi potuerunt reſtituere teneatur.

28 Putat enim Salas illo eodem loco nullam habendam eſſe rationem proprij laboris,& induſtriæ fœneratoris, quia inquit dominus non tenetur labores vſurarij emere,& compenſare: & proinde ſententiam Ricardi,& aliorum quorundam,qui contrà ſentiunt, nimirum vſurarij labores eſſe deducendos,falſam eſſe. Verum illos immeritò reprehendi puto,quia nihil refert conducta aliorum opera, vel ſuis manibus agrum colere, vt rectiſſimè notat Barboſa *in l. fructus. 7. num.15.ff.ſolut.matrim.*& ſemper æquum eſt tantundem deduci ex fructibus, quantum dominus impendiſſet, cum non debeat cum aliena iactura locupletari *l. 38.ff.de petit.hæred. l.*

29 *14.ff.de condict. indeb.* † Et ſanè proprij laboris, & induſtriæ eius qui agrum coluit, & fructus reddere debet, æſtimationem debere tradit Abb. *in cap. ad noſtram. num. 8. in fin.de rebus Eccleſ. non alien.* Bald. *in l.ſi quis ſciens.nu.1.* & Salic.*in fin. Cod.de rei vindic.* Vbi tamen Baldus notat nos hac de re expreſſam legem non habere. Idem ſenſit Paulus de Caſtr. *in l.diuortio.§.impendi.n.4.ff.ſolut.matrim.*quia inquit,eadem ratio æquitatis vertitur,Tiraq.*de retract.lib.1.§ 15.gloſ.1.nu.30.* Couarr.*variar.lib.1.cap.3.num.3.* Bacc.*de decim. tutor.cap.2.numer.28.* Petrus Nauarr.*de reſtit.lib.3.cap.4.num.190.* Garſias *in d. c. 1.num.14.* vbi ait contra naturalem æquitatem eſſe alterius operam,& laborem intercipere cum illius damno, idem docuit Barboſa *loc.cit.* Azor *lib.4.cap.2.quæſt.4.* Bonacin. *de contract.diſp.1.quæſt.3.§.2. num. 1.* & quidam Gallus *in lib. de eo quod intereſt numer. 216.* vbi ait pretium operæ, & induſtriæ fructuum quærendorum,& conſeruandorum cauſa adhibitæ deduci debere, & eos minuere ipſo iure.

30 † Et licet ex iis auctoribus quidam loquantur in poſſeſſore bonæ fidei,idem tamen in prædone, & malæ fidei poſſeſſore recipi debet *ex d.l.ſi à domino.in fin.& l.planè de petit. hæred.* & Baldus, Salicet. Caſtrenſ.& Tiraquell.*locis citatis* notant;& prædoni tantum rectè dicitur non debuiſſe in alienam rem ſuperuacuas impenſas facere *l. 39.eodem titul.* Denique Baldus *in dict. l. ſi quis ſciens. numer. 1.* notat pretium operarum loco ſumptuum

31 eſſe. † Sanè ſi fœnerator, vel alius malæ fidei poſſeſſor dimidiam partem fructuum poſtulat pro cultura, & ſumptibus, audiendus non eſt: id enim in colono partiario recipitur,cui cum domino quædam quaſi ſocietas eſt *l. 25.§. vis maior ff.loc.*& malæ fidei poſſeſſor tanquam colonus partiarius non admittitur, quia cum eo iſte contractus non eſt celebratus, & proinde ſumptus duntaxat, & pretium ſui laboris ex fructibus deducere poteſt,vt docent iidem Baldus & Salicet.*loc.cit.*

Secundo ex eo quod diximus dominium in vſurarium non 32 transferri, ſequitur rem pro vſuris traditam,& acceptam non tantum ab ipſo vſurario repeti poſſe, ſed etiam à quocumque alio poſſeſſore vendicari, quocunque titulo ad eum peruenerit. Cum enim fœnerator non eſſet dominus, vt ſuprà conſtitutum eſt, non potuit in alium transferre dominium, quod non habuit *l.nemo.plus iuris.de reg.iur.l.traditio.de acquir. rer.domin.l.1.ff.rer.permut.*& ita omnes ſentiunt, & Theologi plurimi Caietan. Sylueſter.Medin.& alij quidam apud Vgolin. *in dict. cap.12. num. 3.* † Vnde vt is, qui rem furtiuam 33 emit, vel pignori accepit,eam reddere tenetur, nec pretium à domino repetere poteſt *l.inciuilem.Cod.de furt. l.ſuper empti. Cod.de euict.l.mancipium.Cod.de rei vindic.* Harmenop.*epit.libro 3.titul.3.& lib.6.titul.5.* etiamſi eam bona fide emerit,vt tradunt Alciat. *reg.3.præſumpt.29 numero decimo octauo.* Boniface. *de furt.§.3 nu.92.* Maſcardus *de probat conclus 831.nu.18.*& Farinac.*quæſt 177.num.29* ita prorſus poſſeſſor rei per vſuram extortæ,ſiue eam pignori acceperit, ſiue eam optima fide emerit, vel alio titulo acquiſierit, illam domino reſtituere tenetur, nec poteſt petere, vt non prius rem dimittat,quam pecunia, vel pretium ſibi à domino reddatur, vt rectè notat idem Vgolin.*eodem loco*,& ante illum Couarruuias *in reg. peccatum.parte 3.in princip.numer. 3.* fœneratores enim eodem loco ponuntur quo fures. † Quod etiam verum eſt in iis re- 34 bus, quæ functionem recipiunt, & vſu conſumuntur, ſiquidem dominium earum ſubſtantia durante, apud dominum à quo extortæ ſunt, perſeuerat, & ideo ad alios transferri non potuit ſecundum ea,quæ paulò ante dicta ſunt, & ſcribit Couarruuias *loc.citat.*& Trentacinq.*variar.reſol.libro 1. titul.de vſur.cap.1.num.17.* vbi ait obtinere, licet vſurarius ſoluendo eſſet. Quod verum eſt in ipſis nummis, qui proinde poterunt vendicari,ſi extant,vt indicat *l.11.in fine.& l.13.ff.de rebus cred.* & notat etiam Petrus à Nauarra *dict. cap. 4. numer 214.*

Præterea is qui bona fide ab vſurario rem fœnebrem ha- 35 buit, cum primum nouit eſſe alienam, tenetur illam domino reſtituere etiam non petenti, alioqui eam retinens fur eſt, & furti tenetur *l. quis. §. ſi ego tibi. ff. de furt. l. hæreditatum. in fine. ff. ad. l. Falcid. l. Pomponius. in fin. ff. de acquir. rer. domin.* & Boniſac. *in dict. §. 3. numero tertio*, iniuſta enim retentio tantundem eſt ac iniuſta acceptio, & non minus fur eſt, qui retinet, quam qui accipit rem alienam inuito domino *l. 16. ff. de condict. furt. l. 22. §. petitam. de petit. hæred.* & ita ſentit Didac. *loc. citat. numero ſecundo.* Petrus Nauarra *dict. cap. 4. numer. 101.* Bonacin. *de contract. diſputat. 1. quæſt. 2. punct. 1. numer. 4.* Plotus *de in lit. iuran. §. 14 numero quinto & §.18. numer. 2.* & Vgolin. *dict. cap. 12. num. 3. verſ. hæc autem regula.* † Qui rectè ex- 36 cipit ſi modo ab vſurario rei domino ſatisfactum non ſit. Nam ſi fœnerator æſtimationem rei, vel tantundem debitori reſtituit, is qui rem ab vſurario habuit, non tenetur reddere. Neque enim bona fides patitur, vt bis idem exigatur *l.85. de reg. iur. & l. 17. §. rem. & l. 21. in princip. ff. commod. & l. qui hominem. §. ſi prædo. ff. de ſolut. & l. ſed & ſi. 25. §. item ſi. de petit. hæred.* Idémque ſi dominus libere, & ex animi ſententia vſuras fœneratori remiſerit, tunc enim conciliatur titulus, & dominium eius, qui rem ab vſurario habuit, vt docet Cuiac. *lib. 13. cap. vigeſim. octau. in fin.*

Rurſus quod dixi eum, qui rem furtiuam emit pretium 37 repetere non poſſe *ex d.l. inciuilem. C. de furt.* & aliis iuribus citatis quaſdam patitur exceptiones. Prima eſt, ſi eam emptor ab hoſtibus, vel Piratis, & latronibus redemerit. Hoc enim caſu non tenetur eam reddere ſine pretio *l. mulier. 6.& l.12.§.ſi quis ſeruum.ff.de captiuis, & poſtlim. reuerſ.* Iaſon. *in l. ſi pretium. in fin. Cod. de procurat.* Simon. de Præt. *de interpr.*

interpr. vltim volum.lib.3. ſol.3.num 4.quos memorat,& ſequitur Boniſac.*in d.lib de furt* § *contrectatio.n.*96. Ioann. Sichard. *in d.l.inciuilem. num.* 5. & aliis auctoribus citatis Farinat.*in d. quæſt.*177.*num* 40.Et id quidem in hoſtibus exploratum eſt,
38 vt cenſuit Rota Genuenſ *in deciſ.*101.*num.* 1. *&* 3. † Si quid enim in bello captum eſt,in præda eſt, neque poſtliminio redit,vt ait Labeo *in l.*28 *ff de capt & poſtlim.reuerſ.* In piratis verò,& latronibus ita demum retinendum eſt,ſi ſint exteræ gentis,eum qua bellum eſt, vel publicè, vel tacitè indictum, & cum qua nullum fœdus erat,vt indicat *d. l. mulier.* illis verbis.*& deinde à latrunculis extera gentis capta, & iure commercij vendita,& redempta.* Et colligitur etiam *ex d.l.*11.§. *ſiquis ſeruum.* cuius verba ſunt. *Si quis ſeruum captum ab hoſtibus redemerit, protinus eſt redimentis, quamuis ſciens alienum fuiſſe.* Et ita ſentiunt Benuenutus Stracca *in lib. de nautibus, parte* 2.*num.*18.Gianeſt.*ſuper em.*24.*num.*4. Hieronym. de Laurent. *in deciſ.* 30.*num* 6. Beninten. *in deciſ* 34.*num.*2. & indicatum refert Theſaurus filius *lib.*2.*quæſt* 98.in qua quærebatur de naui à Pirata Hollando cuidam Hiſpano capta, inter quos nunc bellum eſt,& iura belli ſeruantur, vnde porrigendum non eſt ad eos,qui res emunt à Piratis, & prædonibus eiuſdem gentis. Hi enim ſine pretio res reſtituere tenentur,veluti à furibus,& latronibus emptas non redemptas iuxta definitionem *d l. inciuilem.& l. ſi mancipium.C.de rei vendic. & arg.l.*19.§.*à piratis ff.de capt.* vt iidem auctores ſentiunt, & Peregrin *in conſ.*101 *n.*1.*lib.*4.& Hugo Grotius *de iure belli libro* 3.*cap* 9.*num.*16.

39 Altera exceptio eſt. Niſi emptor modicò pretio res furtiuas à furibus,& militibus redemerit eo animo,vt vero domino redderet,qui alioquin eas non habuiſſet. Hoc enim caſu pretium repetere poteſt à domino. quaſi eius negotium vtiliter geſtum ſit,quæ eſt ſententia Hoſtienſis, quam multi ſequuntur apud Couarr *d.parte* 3.*in princip.num.* 5. qui id confirmat auctoritate Diui Ambroſij *in cap.rapinam.*15.*quæſt.* 5. vbi ait rapinam emere non licet,niſi ea intentione, vt cui eſt ablata reſtituatur. Et tandem ſubiicit, ſi de ea intentione conſtat, admittendam eſſe in vtroque foro hanc ſententiam, & dominum condemnandum eſſe ad reſtitutionem pretij, ſi rem redhibere velit,ſiquidem negari non poteſt emptionem hanc factam fuiſſe in illius vtilitatem, & ideo actione negotiorum geſtorum teneri pretium emptori reddere iuxta Hoſtienſis ſententiam, quam magis communem eſſe ait: & mihi cum illis circunſtantiis videtur æquiſſima, & placet etiam Petro à Nauarra *d.cap.*4.*num.*202.Reginald.*lib.* 10.*cap.* 4.*num.*26. Menoch.*lib.*5.*præſumpt.*29.*num* 17. Binsfeld. *in cap. cum tu.quæſt.*3.*concluſ.*3.Malder. Epiſcop.Antuerpienſ. *tractat.* 4.*cap* 3.*dub.*2.*verſ.quæres.*& probare videtur Boniſac.*loco cita-*
40 *to num.*98. † Et puto hanc ſententiam commode probari *ex l.* 2 §.*ſi nauis.ff.ad l.Rhod.de iact.* quo cautum eſt, ſi nauis cum ſuo onere à Piratis redempta eſt, omnes conferre debere, quia redemptio ſeruauit omnium merces, vt hic Cuiacius notat. Et ſanè etiam eorum intereſt, quibus res ablatæ ſunt, vt hoc nomine aduerſus eos actio detur. Quis enim vellet res abſentis à militibus, & Piratis propria pecunia redimere, niſi liceret ei pretium repetere,& ſi quid aliud forte in hanc
41 rem vtiliter impenſum eſt. † In quo tamen genere maximè perſpiciendum eſt, qua intentione emptor ſpolia redemerit, & an ſibi potius, & deprædandi animo hoc negotium geſſerit, quod cum ex circunſtantiis rerum, & perſonarum pendeat, quæ incertæ ſunt, & nullo certo modo ſatis definiri poſſit, conſequens eſt id totum iudicis arbitrio, & prudentiæ commiſſum eſſe, qui non minus, quam in reliquia cauſis ex ſententia animi ſui æſtimare poterit, an parum,vel ſatis hac in re ſibi probatum opinetur *ex l.* 3. §. *eiuſdem.ff de teſtibus,* inter quas coniecturas proteſtatio redimentis referri debet, quæ vt ſola non ſufficit, ita concurrentibus aliis plurimum prodeſt ad hanc intentionem detegendam, vt diſſerit Menochius *.loco citato.*

42 Aliam quoque exceptionem addit idem Grotius *lib.*21. *cap.*10 *num.*9 niſi quatenus dominus rei ſuæ poſſeſſionem recipere ſine impendio aliquo probabiliter non potuit, vt ſi res apud Piratas fuit: tunc enim putat deducendum, quantum dominus libenter impendiſſet, neque hic neceſſe eſt, vt redempta ſit res eo animo, vt domino reſtitueretur, quia eatenus dominus locupletior factus cenſetur, quo caſu actio eſt aduerſus dominum ad id,in quo locupletior factus eſt quamuis quis lucri ſui cauſa rem redemerit *l.*6.§.*ſed & ſi ff.de neg.geſt.* ita is auctor *loco citato,*& ruſus *lib* 3.*cap.*9. *numer.*16. *& cap.*10.*in fin.* Nullus enim caſus interuenire poteſt, in quo quis locupletari debeat cum aliena iactura. † Cuius rei etiam 43
argumentum eſt, quod diximus etiam prædones expenſas vtiles, & neceſſarias conſequi debere *ex l. plane. de petit. hæred.& aliis.& arg.l.* 5. *&* 6.*ff qui potior.in pignor. hab. & ſimilibus.* Et proinde cum is, qui rem à latronibus, vel Piratis redemit, eam rem ſaluam fecerit, tametſi non animo gerendi alienum negotium id fecerit, ex æquitate illi repetitio danda eſt, quatenus vtiliter in rem alterius verſum eſſe iudex arbitrabitur,

Quarta exceptio eſt,niſi ex priuilegio, vel lege municipij 44
aliud conſtitutum ſit.Valet enim ſtatutum, & priuilegium cuidam corpori conceſſum puta artificum, & Iudæorum, vt non niſi refuſa pecunia res ab ipſis bona fide emptas, vel pignori acceptas reddere teneantur,vt ſcribunt Alciat.Baiard. Menoch.& alij apud Farinac.*in d.quæſt.*177.*numer.*3. vbi multis modis, vt ſolet,hanc exceptionem reſtringit, & declarat.
† Et præſertim, vt huiuſmodi ſtatuta, & priuilegia nihil 45
obſtent clericis,& Eccleſiæ,& hominibus exteræ gentis, quo minus res ſuas ſine pretio vindicent, vt iidem auctores notant,& Marſil. *in l.aliam nu.*118 *de iuriſdict. omn.iudic* Decian. *in tractat.crimin.lib.*5.*cap.*12.*num.*19.Ex quo fit, vt quamuis lege ciuili conſtitui poſſit naues à Piratis captas eorum eſſe, qui eas piratis eripiunt,vt lege Hiſpanica ſancitum eſſe ſcribit Didac.*in d.parte* 2 §.11.*num.* 8 poſſint tamen ea non obſtante homines exteræ gentis res ſuas repetere,vt qui illa lege minimè teneantur,vt tradit Grotius *d.lib.* 3.*cap.*9.*num.*17. quos tamen æquum eſt præſtare arbitrio boni viri mercedem aliquam iis,qui Piratis ſpolia,& naues detraxerunt, vt notat Leon. Duardus *in bulla Cœna Dom.lib.*2.*canon.*3.*quæſt.*6.*num.*5. ſiue per vim,ſiue ſubtili arte res piratis auferant, nam cum Piratæ publici hoſtes ſint, aduerſus illos locum habet,quod ait Virgil.

Dolus an virtus quis in hoſte requirat.

tametſi maiori præmio, & laude digni ſint, qui vi armata illos expugnant,& diripiunt. In quorum perſonam ſumptuum etiam rationem habendam eſſe puto. † Obſerua tamen, 46
quod dixi *bona fide,* nam ſi quis ſciens rem furtiuam eſſe eam à fure emat,aut pignori accipiat,prætextu huius priuilegij, ſeu ſtatuti ſe tueri non poteſt, quo minus rem ſine pretio reſtituat,quia cum hoc caſu emptor furti particeps ſit, & furti teneatur *l* 3 *C.depoſ.l.*1.§ *vlt.& l* 40.*ff.de furt. l.* 54. §. 1. *ff.eod.tit.l* 36.*ff de condict.indeb.*& Maſcard.*d.concluſ.* 831.*nu.*18. non poteſt ſtatutum ad hanc ſpeciem trahi, vt rectè notant poſt alios Boniſac.*de furt.*§. 2.*num.*61.& alij apud Farinat.*loc. citat.num.*35 alioqui iniquum eſſet priuilegium, & iuri naturali contrarium, vt ait *d. l.*1.*in fin.ff de furt.l.*42. *ff.de verb. ſignif.*& eleganter oſtendit Antonius Auguſtinus *emend. lib.* 4. *cap.*4 & Gotoft.*in not.ad l.*1.*de furt.* vbi congruenter huic rei docent iniquas aliquarum gentium leges, vt olim Ægyptiorum,& Lacedæmoniorum,apud quos furta impunita erant, ius naturale euertere,& mutare non poſſe, & in ſpecie Malder.*loc.citat.* vbi ait hoc ſtatutum non obligare.Alij alias exceptiones proſequuntur.

Tertio ex eo quod diximus dominium rei fœnebris non 47
tranſire in vſurarium, deducitur eleganter, ſi ea res ad aliquem perueniat,qui multis creditoribus obnoxius ſit,& onuſtus ære alieno,dominum rei omnibus aliis creditoribus præferri,quamuis priuilegiati ſint, & hypothecam habeant in bonis debitoris,vt ſenſit Molin.*in diſput.*326.*num* 11. & ſentiunt alij Theologi quidam apud Salas *de vſur.dub.*36.*nu* 5. Menoch *in d.conſ.*300.*num.*6.& Vgolin.*eodem cap.* 12. *num.*3. Nam generale eſt,vt qui dominium intendunt,omnibus creditoribus hypothecariis præferantur *l.ſi ventri.*§ *in bonis.ff.de priuileg.credit l.ſed ſi dedi ff.de tribut.act.l depoſiti ff. de pecul. l. in reb.*& ibi Bald *num.*2.*C de iur dot.* Ripa *in d.*§.*in bonis.num.* 10.vbi ait rei vindicationem eſſe ſuper omnes perſonales actiones, & hypothecarias. Negotiant. *de pignor. parte* … *membr.* 1. *numer.*40. Benuenut.*de decoct.par vlt. num.*2. Cardinal.*de tacit.& ambig. lib.* 10. *tit.*7.*num.*8.& Gait. *de credit. in append.*

48 *append. cap.4.num.*126.† Et præterea quia aliena res pignori dari non poteſt, quamuis vendi, & alienari poſſit, vt puto me iam adnotaſſe *ex l. 1. & vltim. Cod. ſi res alien. pign. dat. ſit. l. qui filios. Cod. quæ res pign.* in qua dicitur manifeſtum eſſe obligationem pignoris non conſiſtere niſi in his, quæ quis de bonis ſuis facit obnoxia. & tradunt Mozzius *de contract. tit. de rebus quæ pignor. dari poſſint num. 2.* Nicolaus Intrigliol. *lib. de cenſib. quæſt.* 34. *num.* 18. & Neguzant. *loc. citat.* & proinde inutiliter creditores cum domino concurrere tentant etiam hypothecarij, cum nihil iuris habeant in re, quæ ſit alterius,
49 quam debitoris. † Ex quo illud quoque conſequitur Hebræos, & fœneratores, qui pecunias fœnori dant, & res furtiuas in pignus accipiunt, illas dominis, quibus ſubreptæ ſunt, non recepta pecunia reddere debere, etiamſi ignorent eſſe alienas, & fortè bona fide emerint, niſi aliud ex lege ciuitatis, vel priuilegio obſeruetur, vt præter citatos auctores *num.* 36. ſentiunt Menoch. *d. præſumpt.* 29. *num.* 11. Maſcard. *d. concluſ.* 835. *num.* 18. Ioann. Sicchard. *in d. l. inciuilem. num.* 1. & probat *l. ſeruus. 36. ff. de condict. indeb.* ex qua etiam conſtat, ignorantiam ei, qui pignori accepit, hactenus prodeſſe, ne ſit fur, & ne pœnali furti actione conueniatur.

50 Sed quæſitum eſt, ſi forte res per vſuram extorta aliis ſimilibus rebus vſurarij, vel alterius, qui ab vſurario eas habuit, admixtæ ſunt, ita vt diſcerni non poſſint, an liceat domino eas vindicare, & quæſtionem hanc decidit Leſſius *loc. citat. num. 156. & 157.* his verbis. *Valde tamen credibile eſt, quandiu cumulus iſte extat aliquo modo idem permanens, ſiue apud vſurarium, ſiue apud alium, eum cuius res ibi permixta eſt, habere ius in re, vt ante illos omnes ei ex illo ſatisfiat: imo eum poſſe ex illo occulte accipere, quantum è re ſua ibi permixtum eſſe nouit, quia & ſi cùm miſceo alterius frumentum meo frumento, abſque voluntate domini, aceruus ille ex vtroque reſultans non fiat communis ſicut cum vtriuſque conſenſu permiſcetur, tamen illi competit actio in rem, vt* Inſtit. de rerum diuiſ. §. ſi duorum. *Quod eſt valde conſentaneum iuri naturali.* & poſt pauca id confirmat *ex l. 3. §. ſi Pomponius, ff. de rei vendic.* vbi Iuriſconſultus ait. *Si quid quod eiuſdem naturæ eſt, ita confuſum eſt, & mixtum, vt ſeparari nequeat, pro parte eſſe vindicandum.* hanc eandem ſententiam ſecutus eſt Molin. *in d. diſputat. 326. num. 12. verſ. arbitror. tamen.* Reginald. *d. lib. 10. cap. 76. num.* 415. Laymann. *in d. cap. 16. num.* 7. & Salas *dub.* 38. *num.* 10. & proinde docent eum, qui vſuras ſoluit ius habere in dicto aceruo, in quantum apparet eius eſſe, & pro ea parte aliis creditoribus præferendum eſſe. †
51 Sed hæc quidem vera ſunt, ſi res extant penes vſurarium. Sed ſi fœnerator res huiuſmodi creditori ſuo dedit, ſiue nummos, ſiue frumentum, & is qui accepit, ita ſuo frumento, vel nummis miſcuit, vt diſcerni, & ſeparari non poſſint, multum intereſt, an id bona, vel mala fide factum ſit. Nam ſi quis ſciens nummos alienos eſſe, illos dolo malo miſcuerit ſuis, vel ſi frumentum alterius, & ſuum confuderit mala fide, domino aduerſus eum actio ſupereſt in rem, & ad exhibendum. Si verò is qui accepit frumentum, vel nummos, eos bona fide rebus ſuis immiſcuit, vt diſcerni non poſſint, puta cum eſſet creditor fœneratoris ex illis nummis, vel frumento ſibi ſolutum eſt. hoc caſu ex commixtione, pecunia, & frumentum fit accipientis, & domino conſumpta eſſe intelliguntur, & nulla illi actio ſupereſt aduerſus eum, qui accepit. Sed tantum experiri poteſt actione furti, vel condictione furtiua aduerſus vſurarium, qui dedit *l. 17. & 78. ff. de ſolut. l. 11. §. vlt. & l. cum fundus. §. 1. ff. de rebus cred.* & ita diſtinguere ſolent iuris interpretes *in d. l. 11. §. vlt.* inter quos Iaſon. *num* 4. Didac. Couarr. *in d. 3. parte num. 2.* & aliis citatis Surd. *in conſ. 4. num. 10. & 43.* Gratian. *diſcept. cap. 649. num. 7. & 8.* Ita etiam docet Duaren. *ad tit. ſi cert. pet. cap. 2. circa fin.* & Cuiac. *in l. pater filiæ. 81. de iur. dot. ad Papinian. & in d. l. 13. cap. 28.* vbi ait nummos à frumento, & ſimilibus ſpeciebus non eſſe ſeparandos, vt iam dictum eſt. Quare conſumptis, vel permixtis nummis, vel frumento bona fide, vt diſcerni non poſſint, atque ita amiſſo dominio nulla priori domino actio ſupereſt aduerſus accipientem, neque ex illo aceruo quicquam accipere licet, cum totus alienus ſit.

52 † Quarto ex eodem principio deſcendit, vt is ad quem ab vſurario res per vſuram extortas perueniſſe conſtat, illis bona fide, & ſine fraude conſumptis id domino reſtituere debeat, in quo factus eſt locupletior, ne ſcilicet locupletetur cum aliena iactura, quod iura abhorrent *l. iure naturæ. de reg. iur. l. nam hoc natura. de condict. indeb. & l. ſi me, & Titium. 32. in fin. ff. ſi cert. pet.* in qua iuriſconſultus ait. *bonum, & æquum eſſe, quia pecunia mea ad te peruenit, eam mihi ad te reddi,* quod probatur etiam exemplo eius, qui bona fide alienam hæreditatem poſſedit. † Is enim dumtaxat tenetur in id in quo locu- 53
pletior factus eſt, vt conſtat *ex l. vtrum. 26. & 28. §. conſuluit. ff. de pet. hæredit.* cuius verba ſubiiciam, quia hinc multa confirmari poſſunt, quæ Theologi tradunt, neque probant ex iure ciuili. Ait ergo Vlpianus. *conſuluit Senatus bonæ fidei poſſeſſoribus, ne in totum damno afficiantur, ſed in id dumtaxat teneantur, in quo locupletiores facti ſunt. Quemcumque igitur fecerunt ſumptum ex hæreditate, ſiue quid dilapidauerunt, ſiue perdiderunt, dum re ſua ſe vti putant non præſtabunt, nec ſi donauerint locupletiores facti videbuntur, quamuis ad remunerandum ſibi aliquem naturaliter obligauerunt. plane ſi antidora acceperunt, dicendum eſt eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt, & velut genus quoddam hoc eſſe permutationis.* Et poſt pauca quærens vtrum ſaltem locupletior dici debeat in eo, quod alias erogaturus fuit, ait. *Et quidem ſi quid lautiùs contemplatione hæreditatis impendit in hoc non videatur factus locupletior: in ſtatutis vero eius ſumptibus videatur factus locupletior, vtique enim etſi non tam lautè erogaſſet, aliquid tamen victum quotidianum erogaſſet.* Quamobrem ſi is, qui ab vſurario res fœnore extortas accepit, ex iis aliquid prodegit, aut ludo amiſit, aut donauit: ſi quid illius culpa, vel negligentia diminutum eſt, & perditum, vel viliori pretio venditum: ſi quid caſu aliquo periit, id poſſeſſor bonæ fidei reſtituere non tenetur, ſiquidem poteſt quiſque rebus ſuis abuti ſaltem, vt reſtituere non teneatur *d. l. 25. §. conſuluit. & l. 31. §. ſicut. eod. tit. l. 21. C. mand.* ſi vero rem ſuam auxit ex re aliena, aut ob hanc non diminuit ſuam, vt ſi debito liberatus eſt, quo caſu etiam locupletior factus intelligitur *l. 50. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. 66. ff. de ſolut.* ſi ædes faciendas curauit, ſi fœnum pro alendis pecoribus emit, ſi familiam exhibuit, denique quocunque modo vtiliter, vel neceſſario conuertit in rem ſuam, & in corpus ſui patrimonij, eouſque reſtituere tenetur, vt tradit Vgolin. *in d. c. 12. §. 1. n. 5. &* 6. Martin Bonacin. *in d. diſputat. 1. quæſt. 2. num. 5.*

Proinde ſi quis rem à fure, vel vſurario bona fide emptam 54
iterum vendit eodem, vel minori pretio, nihil reſtituere tenetur. non enim locupletior factus intelligitur. Quæ eſt ſententia Couarr. *in d. par. 3. in princ. nu. 3. verſ. quarto hinc procedit.* Clarus *in §. furtum. num. 17.* Vgolin. & Bonacin. *loc. cit.* Molin. *diſp. 380. num. 2.* Reginald. *lib. 10. cap. 4. num. 28.* & Farinac. *in d. q. 177. num. 49.* vbi ſcribunt hanc ſententiam frequentiſſimo conſenſu receptam eſſe. Sed ſi maiori pretio rem vendidit hoc caſu id quod ſuperlucratus eſt, reſtituere cogitur deductis ſumptibus, niſi illud lucrum ex ſua induſtria proueniat, vt iidem auctores fere docent, & alij quidam apud Salas *lib. de empt. & vendit. dub. 48. num. 3. & 4.* Tolet. *lib. 5. cap. 17. num. 6.* & Sigiſmund. Scacc. *de commerc. §. 1. q. 7. ampliat. 19. num.* 82. Atque hæc quidem in bonæ fidei poſſeſſore obtinent, cum nec ratione rei, quam non amplius habet, nec ratione iniu-
ſtæ acceptionis teneatur. † Plane malæ fidei poſſeſſor, & qui 55
ſciebat rem eſſe alienam, licet locupletior factus non ſit, ad reſtitutionem nihilominus tenetur, & verum pretium reddere. Ita Caietan. Palud. Sot. Nauarr. & alij Theologi, & Couarr. apud Petrum à Nauarr. *d. cap. 4. num. 185. & 186.* vbi ait omnes in hanc rem conuenire Vgolin. *loc. cit. num. 6.* Sigiſmund. *d. ampliat. 19. num. 82.* & probatur exemplo eorum, qui cum ſcirent hæreditatem ad ſe non pertinere, inuaſerunt bona, vel cum initio ſe hæredes quidem exiſtimarent, poſtea vero ſciuerunt hæreditatem alienam eſſe, nihilominus hæreditariis bonis incubuerunt, quos leges prædones vocant, hi enim pretia rerum diſtractarum reſtituere debent, vt conſtat *ex l. 20. in fin. de pet. hæred.* ex qua etiam receptum eſt aduerſus eos iurari in litem, vt tractat Plotus *de in lit. iurand. §. 14. num. 1. & 2.* & aliis auctoribus relatis. Boniſac. *de furt. §. 3. num.* 100. Quod & in fœneratore obſeruandum eſt, eſt enim malæ fidei poſſeſſor, & nihil refert, an furto, vel fœnore res extorta ſit. Cæterum hic meminiſſe oportet liberum eſſe domino res ſuas, ſi extant, à quocumque poſſeſſore vindicare, etiam ſi à bonæ fidei poſſeſſore diſtractæ ſint, & licet

AA a 4 per

per multos ambulauerit poſſeſſio, vt conſtitutum eſt *in d. l. 20. in fin. & l. ſed & ſi. §. proinde. & §. item ſi ff. de pet. hæred. & arg. l. 24. & 25. ff. de act. rer. amot.* & hoc omni dubitatione caret.

56 Denique ex eo quod diximus dominium rei per vſuram extortæ in vſurarium non transferri, conſequens eſt, vt is, qui illam ab vſurario habuit, eam domino reſtituere debeat, non vſurario, vel furi. Quod quidem cum titulo lucratiuo res tradita eſt, nullam dubitationem habet, ſiquidem hac in re omnes conueniunt, vt teſtatur Petrus à Nauarr. *in d. cap. 4. num.* 194. & Malder. *loc. cit.* & videtur probari *ex l. bona fides ff. depoſiti.* Vt etiam omnes fatentur eum, qui rem alienam ſcienter emit, non poſſe eam furi reddere, vt pretium recipiat, niſi certò ſciret rem domino reſtituendam à fure ſine iurgio, & ſumptibus, vt refert idem Petrus à Nauarr. *eod. loc. nu.* 100. & probat Couatr. *loc. cit. num.* 3. & qui his ſcriptis prodiit doctiſſimus Theophilus Rainaudus Nicienſis *in opuſcul. de monit. Eccleſiaſt. part. 1. cap. 2. quæſt. 10.*

57 Sed magis anceps quæſtio eſt, cum titulo emptionis, vel alio oneroſo res ad poſſeſſorem bona fide peruenit. Sunt enim qui putant poſſeſſorem, poſtquam ſciuit rem furto vel fœnore ablatam, poſſe ſuæ indemnitati conſulere, & reſciſſo contractu rem furi, vel fœneratori reddere, vt pretium redhibeat. Quam ſententiam ſequuntur plurimi, iidemque grauiſſimi auctores Nauarra, Vaſq. Tolet. Salon. Aragon. & Leſſius apud Bonac. *diſp. 14. quæſt. 4. punct. 2. num. 1.* & Salas *in lib. de empt. dub. 48. nu. 6.* Sayrus *lib. 10. tract. 2. cap. 2. num. 16. & 17.* Turrian. *de iuſtit. diſp. 13. dub. 2. nu. 3. 7. &* 8. Malder *loc. cit.* Philipp. Fab. *lib. 4. q. 50 nu. 86.* Sigiſmund. Scacc. *in d. ampliat. 19. num.* 82. & alij quidam apud Lazarium *de monit. ſect. 4. q. 2.* vbi ait hanc ſententiam ſibi æquiorem, & veriorem videri Mangil. *de euict. quæſt. 31. num. 30. & 36.* & valde probabilem cenſet P. Theoph. Rainaudus *d. par. 1. quæſt. 10.* & probabiliorẽ dicit Eminen. de Lug. *diſp. 17. ſect. 2. nu. 29.* veriorem, & æquiorem Sayr. *loc. cit.* † Denique illam acriter tuetur Petrus à Nauarr. *in d. cap. 4. num. 194.* Mouetur verò vir Theologus primò, quia in pari caſu innocentiæ quiſque ſibi potius quàm alteri conſulere poteſt: at ſi dominus rem amiſit ſine culpa, æquè etiam poſſeſſor pretium ſine culpa amitteret, non ergo eſt obligandus, vt pretij iacturam faciat, vt alterum ſeruet indemnem. Secundò emptor bonæ fidei rem reſtituens ei, à quo habuit non eam retinet, ſed in eum ſtatum reponit, in quo erat antequam emeret; ergo nihil iniuſtum, aut contra iuſtitiam facit, cùm nullo iure teneatur eam in meliorem ſtatum reducere, cum graui ſuo incommodo, & damno. Tertiò poſſeſſor domus, qui eandem ſciuit eſſe alienam, non tenetur eam domino reſtituere, ſi ſcit alium de eadem ſibi litem excitaturum, eámque euicturum, ne bis id ipſum reſtituere cogatur, id igitur & in noſtro caſu dicendum eſt. Quartò vt bona fides non patitur, vt bis idem exigatur *l. 58. de reg. iur.* ita vt bis idem reſtituatur. Sed in hac ſpecie res ſemel reſtituta eſt, cùm pretium numeratum eſt venditori, & iterum reſtitueretur domino, ergo non debet iterum ei reſtitui non recepto pretio. Quintò ſecundum ius etiam prædo reſtituendus eſt ex reſcripto Alexandri III. *in C. in litem de reſtit. ſpoliat. & l. 1. §. qui à me. ff. de vi & vi arm.* ergo poteſt emptor rei poſſeſſionem furi, & vſurario, à quo habuit reſtituere. Præterea Sigiſmundus hanc opinionem probat *ex l. 14. in princ. ff. de præſcript. verb.* ex qua conſtat eum, qui ſeruandarum ſuarum mercium cauſa alienas merces in mare proiecit, nulla actione teneri, & proinde iuſtè poterit emptor ſui pretij ſeruandi cauſa rem furi, vel vſurario reſtituere. Septimò Malder. *loc. cit.* ſi tu, inquit, haberes pecuniam tuam, & dominus rem ſuam, non tenereris facere iacturam pecuniæ tuæ, vt dominus rem ſuam ſeruaret: ergo quando neque tu pecuniam habes, neque dominus rem ſuam, non teneris præterita recuperatione tuæ pecuniæ efficere, vt dominus rem ſuam recuperet. In pari enim cauſa nemo tenetur nocere ſibi, vt alteri proſit. Hanc etiam huius ſententiæ rationem eſſe ſcribit P. Theophilus *loc. cit.* quia emptor bonæ fidei nec ex charitate, nec ex iuſtitia tenetur cum rerum ſuarum diſpendio, & iactura agere alterius procuratorem: & probare potuit *ex l. poſtulante. in fin. ad Trebell.* Denique Eminent. de Lug. *loc. cit.* illam probat exemplo eius, qui bouem ereptum furi ducit ad dominum, & in via animaduertit cornu ferire, quem proinde relinquere poteſt rediturum ad domum furis, vt damnum vitet, aliiſque ſimilibus exemplis vtitur, quibus ait hanc opinionem probari poſſe.

Sed contrariam ſententiam, nimirum in pari periculo amittendæ rei, vel pretij rem domino reſtituendam eſſe amplexi ſunt Caiet. Sot. Ioan. & Bartolom. Medin. Mercat. Leſſiu. Angleſ. locis, quos memorat idem Petrus à Nauarra *in d. cap. 4. num. 191. & 197.* Couar. *variar lib. 1. cap. 3. num.* 6. Ludouic. Molin. *tractat. 2. diſput. 722.* Grotius *de iure belli lib. 2. cap. 10. num. 10.* Paul. Layman. *tract. 4. cap. 17. num. 24.* & Reginald. *d. lib. 10. c. 5. num. 40* qui ſummatim huius ſententiæ argumenta his fere verbis refert. Si dominus rei ſciat eam eſſe apud poſſeſſorem bonæ fidei, poteſt prohibere, ne eam latroni tradat, & cogere eum, vt rem ſibi reſtituat. Cùm ergo ex natura rei dominus iſtud ius habeat, præſumendúmque ſit, dum ignorat ſtatum rei ſuæ, quòd velit reſtitutionem ſibi fieri, non furi: vtique poſſeſſor faceret contra ius, ſi ei rem ſuam non redderet. Et certe ſi dum res in eo ſtatu eſt, poſſeſſor habet ius illam reddendi furi ad pretium recuperandum, neque rei dominus, neque iudex poſſet poſſeſſorem ipſum ex ea parte prohibere, ac ſuo illo iure ſpoliare. Deinde res in eo ſtatu exiſtens debetur domino, non autem furi, ideóque poſſeſſor non poteſt illam huic tradere ad recuperandum pretium, quod fur tenetur ei reddere. Denique periculum pretij amittendi non aliunde imminet quàm ex dolo, & malitia furis, cui vt obſiſtatur, non licet ponere rem alienam in peiore ſtatu, quam ſit ille, in quo de facto conſtituta eſt. Ita fere Reginaldus eo loco, qui profecit ex Molina, qui hanc ſententiam tuetur acerrime *in d. diſp. 722.* ſubiiciens præterea poſſeſſorem, ſicut non poteſt rem alteri vendere, vt ſe ſeruet indemnem, ita non poſſe illam tradere furi, vt recuperet pretium, quia ſcilicet traderet, & venderet rem alienam, & alteri debitam ex iuſtitia, quæ iubet ſuum cuique tribuere. 59

Cæterùm licet prima opinio probabilis ſit, & grauiſſimos habeat auctores, contraria tamen ſententia mihi verior, & tutior eſſe videtur, & me valde mouet ratio, quæ ducitur *ex d. l. bona fides. ff. depoſ.* ex qua monentur Iudices inſpiciendam eſſe rei totius æquitatem, quæ ex omnibus perſonis negotium attingentibus impletur, & illis perſpectis rem illi reſtituendam eſſe, cuius iuſtior eſt petitio. Sed in hoc negotio, in quo concurrunt dominus, poſſeſſor, & latro, & in quo, vel dominum, vel emptorem detrimentum pati neceſſe eſt, potior eſt cauſa domini, nullus enim alius eſt, qui iuſtiorem petitionem habeat, vt ait Accurſ. *in d. l. bona fides.* Ergo illi potiùs reſtituenda eſt, quàm furi. Et vt ſi fur vellet rem redhibere refuſo pretio, & dominus rem repeteret eodem tempore, domino potius res reſtitui deberet, ita neutro repetente magis eſt, vt domino reſtituatur, ne rem ſuam amittat. Præterea ſi licet rem furi reddere, vt pretium ſeruet, liceret etiam ſi fur abeſſet, rem retinere, ne pretij iacturam faceret, quod tamen non licet, vt iidem auctores contrariæ ſententiæ fatentur, & ipſe Petrus à Nauarr. *eod. loco num.* 201. denique detrimentum hoc quod vtrique imminet amittendæ rei, vel pretij, prouenit ex facto, & malitia furis: & proinde ſi eodem tempore fur, & rem, & pecuniam abſtuliſſet non poſſet rei dominus pecuniam alterius retinere, vt ſe indemnem conſeruaret *l. qui vaſa. in fin. ff. de furt.* neque dominus pecuniæ rem capere, ne ſit in damno, ſed quiſque id, quod ſuum eſt, vendicare deberet, ita prorſus in hoc negotio ſtatuendum eſt; vt res quidem ſuo domino reſtituatur, emptor verò pecuniam ſibi per fraudem ablatam in iudicio proſequatur. His addere licet contrariæ ſententiæ aſſertores, contraria, & inter ſe pugnantia, aut ſaltem vix inter ſe cohærentia docere. Nam ſi ius emptori eſt, ne damnum pretij faciat, rem reddere furi, vel fœneratori, vt ipſi tradunt, ergo licebit eidem rem alteri vendere, vel retinere abſente, & non comparente fure, quod iidem negant. Si enim in his anguſtiis poſito, ius eſt indemnitati ſuæ conſulere, non eſt maior ratio, cur potius illa ratione ei id concedamus, quàm rem retinendo, vel vendendo. 60

Nec tanti ponderis ſunt argumenta Petri à Nauarra, pro communem ſententiam. Nam quod primo loco ait in pari caſu innocentiæ ſibi potius vnumquemque conſulere debere, quam 61

quam alteri, nullam vim habet. Primo quia non poteſt quis ſuæ vtilitati conſulere cum alterius detrimento, & iactura, alioquin liceret in extrema fame cibũ alteri auferre, quod eſt iniquum, & contra naturam, vt oſtendit M. Tullius *lib. 3. de offic.* vbi ait contra naturam eſſe hominem homini detrahere ſui commodi cauſa. Quod profectò hic fieret, quia rem furi tradere, nihil aliud eſt, quàm lucri ſui cauſa illam domino ſuo auferre. Deinde in hoc genere non tam innocentia cuiuſque ſpectanda eſt, quàm ius quod quis habet: ſed in re de qua agitur, dominus maius ius habet, vt qui poteſt rem vindicare ab ipſo poſſeſſore *l. 9. in fin. ff. ſi cert. pet. l. ſed & ſi, §. item ſi. de pet. hæred.* imo rem ipſam habere videtur, quia nulla poteſt exceptione repelli, vt explicat Cuiac. *in l. 15. de reg. iur.* cuius verba ſunt, *is qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur.* Ergo non poteſt emptor, qui nullum ius in re habet, illa vti & abuti in perniciem veri domini, illamque illi quodammodo auferre, & detrahere ſui commodi cauſa. † Denique non eſt par cauſa vtrinſque, ſiquidem domino, cui res furto ſubtracta eſt, nihil obiici poteſt, ne quidem quod rem ſuam negligentius cuſtodierit *l. quod Nerua. ff. depoſ. l. 31. §. ſicut. de pet. hæred. & l. etiam. ff. ſolut. matrim.* emptor verò animaduertere debuit, cum quo contraxit. Etenim qui cum alio contrahit vel eſt, vel eſſe debet non ignarus conditionis, & morum eius, cum quo contrahit, *l. 19. ff. de reg. iur.* habet enim is, qui ſponte contrahit, tempus pleniùs deliberandi, *l. 1. ff. de exerc. act. l. ſicut. C. de oblig. & act.* Sibi igitur imputare debet emptor, qui non exploratis moribus illius, cum quo contraxit, rem furtiuam emit, vt indicat *d. l. inciuilem. C. de furt.* his verbis. *curate igitur cautius negotiari, ne non tantùm in damna huiuſmodi, ſed etiam in criminis ſuſpicionem incidatis.* tametſi in hoc genere non tam innocentia, vel culpa cuiuſque attendenda eſt, quàm iuſtitia, & ius, quod quiſque habet, vt dictum eſt, dominum autem iuſtitia potiorem eſſe certiſſimum eſt.

63 Ad ſecundum argumentum dicendum eſt quod Molina *in d. diſp. 722. num. 3.* non teneri quidem poſſeſſorem, poſtquam ſciuit rem eſſe alienam, cum ſua iactura, & incommodo eam reducere ad meliorem ſtatum, quàm ſit is, in quo erat tempore emptionis, non poſſe tamen deducere eam ad peiorem ſtatum, quam ſit is, ad quem deuenit, & in quo iam eſt, in damnum, & perniciem veri domini, & ſui commodi cauſa, quia deducere illam ad manus furis, à quo res illa nullo modo recipi poteſt, iniurioſum eſt, & illicitum, ſiquidem ſtatim ac poſſeſſor eo animo rem alienam inuito domino contrectat, furtum admittit *l. Pomponius, ff. de acquir. rer. domin. l. qui iumenta. & l. qui vaſ. in princ. ff. de furt.* Quod iure naturali prohibitum eſt, vt dixi *ex l. 1. in fin. ff. eod. tit.* & Theophylus *in §. 1. inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.* & inuitum hic accipimus etiam, qui ignorat *d. l. qui vaſ. & Inſtit. de rerum diuiſ. §. vltim. & l. quod ſeruum, depoſ.*

Ad tertium argumentum reſpondeo contingere non poſſe, quod is auctor obiicit. Nam ſi poſſeſſor bonæ fidei poſtquam verè ſcit rem eſſe alienam, illam vero domino reſtituit, vt ex iuſtitia tenetur etiam ſine pretio *l. 3. & 23. C. de rei vindic. l. ſuper empti. 16. C. de euict.* non poteſt ab alio conueni-
64 ri ratione rei, quam non habet, nec dolo deſiit poſſidere. † Siquidem actio in rem aduerſus eum tantum competit, qui rem poſſidet *l. actionum, ff. de oblig. & action. & l. 9. in princ. ff. de rei vindic.* in qua Vlpianus ſcribit iudicis officium in ea actione eſſe, vt inſpiciat, an reus poſſideat. Et licet interdum rei vindicatio detur etiam aduerſus eum, qui non poſſidet, hoc tamen accipimus, cum is dolo malo deſiit poſſidere, dolus enim pro poſſeſſione eſt, *l. qui dolo. & l. qui parem. de reg. iur. & l. ſin autem, §. ſed & ſi quis, ff. de rei vindic.* & docet Oliban. *de action. part. 2. lib. 1. cap. 3. num. 10. & cap. 15. num. 9.* hic vero nullus dolus argui non poteſt, fingamus rem vero domino reſtitui, quo præſtito fruſtra timetur ne poſſeſſor iterum rem reddere compellatur, nec enim actionem in rem pati compellimur, quia cuique dicere licet ſe non poſſidere, vt ait *l. vlt. ff. de rei vind.* & ita euitare iudicium, vt idem Oli-
65 ban. docet *eod. loc.* † Neque tantum huius argumenti propoſitio inepta eſt, ſed & concluſio falſa. Nuſquam enim inuenies in iure ciuili amiſſionem pretij tanti eſſe, vt illius intuitu is, qui à non domino emit, reſtitutionem rei alienæ morari debeat, imò inciuilem hanc exceptionem dici, & pretium ab auctore repetendum eſſe non à domino, vt *in d. l. inciuilem, C. de furt. l. 3. & 23. C. de rei vindic. & l. 66. C. de euict.* eſt enim hæc veluti pœna incautæ, & temerariæ negotiationis, vt in præcedentibus dictum eſt. Ex quibus patet hoc argumentum nullius momenti eſſe.

Ad quartum verò facilis reſponſio eſt. Nam quod dicitur 66
bonam fidem non pati, vt bis idem exigatur, & reſtituatur, hunc ſenſum habet, vt debitor, qui ſemel ſoluit, vel reſtituit vero domino, vel creditori, non cogatur iterum idipſum domino, vel creditori ſoluere, id enim bona fides non patitur, *l. 57. de reg. iur.* ſed in hac ſpecie nihil contra bonam fidem rei dominus facit, qui ſemel tantum rem ſuam recipit. Nec poteſt poſſeſſor iuſte queri, quod non oblato pretio res ei auferatur *d. l. 3. C. de rei vindic.* & quod iam pretium furi ſoluerit non magis quàm is, qui alij quàm ſuo creditori ſoluit, quia, vt ſolutio hæc non liberat ſoluentem *l. 34 §. ſi nullo l. ſolutam 47. ff. de ſolut. & l. inuito, C. eod.* ita emptor ſoluens furi, & fugitiuo à domino non liberatur, vt nominatim ait *d. l. 47. §. & cum.* his verbis, *& cum fugitiuus qui pro libero ſe gerebat, rem vendidiſſet, reſponſum eſt emptores fugitiuo ſoluentes à domino liberatos non eſſe*, qui locus noſtram ſententiam egregiè probat.

Denique nihil ad hanc ſpeciem pertinet, quod vltimo lo- 67
co ait etiam prædonem reſtituendum eſſe, quia id accipimus in prædone, vel fure, qui ſua poſſeſſione deiectus eſt, hunc enim iura reſtitui iubẽt, vt *in l. 1. §. 3. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. 1. & l. cum fundum, ff. de vi, & vi arm.* & tractat diligenter Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed. 1. num. 110. & ſeq.* in hoc verò negotio fur, vel fœnerator, nec vi nec clam ex poſſeſſione deiectus eſt, & proinde illi interdictum non datur, neque hæc iuris conſtitutio ad hunc caſum porrigi debet, in quo fur, vel fœnerator facto ſuo, id eſt, per venditionem ſua poſſeſſione cecidit, vt aliis auctoribus citatis tradit Gabriel. *de reſtit. ſpoliat. concluſ. 5. num. 26.* Surd. *in conſ. 28. num. 12.* Menoch. *de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 280* Gratian *diſcept. forenſ. cap. 503. num. 27.* & tractat Ludouicus Poſtius *de man-*
dat. manuten. obſer. 57. num 1. & ſeq. † Denique quod dicitur 68
etiam prædonem reſtituendum eſſe, id intelligitur aduerſus eum, qui deiecit *l. 1. in princ. ff. de vi & vi arm.* vel qui depoſitum furi, vel prædoni negat *l. 1. §. ſi prædo ff. depoſ.* non autem aduerſus dominum, qui repetit, quod ſuum eſt, neque deiecit, & apud quem nihil depoſitum eſt, tametſi ſi res apud dominum deponatur, non teneatur reddere, vt conſtat *ex d. l. bona fides, ff. eod.* & docet Caroc. *in lib. de depoſito. quæſt. 3. num. 8. & 9.* Quamobrem ſi dominus veniat ad rem ſuam repetendam, illi res, & poſſeſſio reſtituenda eſt non latroni, vel furi, quamuis poſſeſſione ſpoliatus ſit, vt *ex d. l. bona fide* tradunt Bero *in cap. in literis in fin. de reſtit. ſpoliat.* & alij apud Menoch. *in d. remed. 1. num. 381.* Et ſanè qua fronte fur, vel fœnerator auderet in iudicio conſiſtere aduerſus eum, quem veris, & liquidis probationibus apparet dominum eſſe, & furto, vel alio improbo facto rei ſuæ poſſeſſionem amiſiſſe.
† Et obſeruandum etiam eſt, quod ait *d. §. ſi prædo.* furem, vel 69
prædonem agere depoſiti, quia eorum intereſt, quod alteri teneantur, domino ſcilicet rem ablatam reddere, ita vt ſemper iuſtior, & potior ſit cauſa domini, quàm alterius cuiuſque, vt notat gloſ. *in d. l. bona fides, & in l. officium, ff. de rei vindic. in fin.* ex quibus certiſſimum eſt concurrentibus domino, & fure rem domino potius reſtituendam eſſe. Et licet *in d. l. bona fides*, conſtitutum ſit rem latroni, & furi reſtituendam eſſe, ſi dominus ad eam petendam non veniat, & proinde multo magis videatur licitum eſſe, emptori rem furi, vel fœneratori reddere, vt pretium recuperet ſaltem, antequam dominus ad eam repetendam venerit, quod argumentum fortiſſimum eſt pro aliorum ſententia, non eſt tamen eadem ratio, quia is, qui à fure, vel latrone depoſitum accepit, tenetur actione depoſiti *l. 1. §. ſi prædo hoc tit.* Vnde ſi conueniatur, tenetur rem reddere, ne fidem fallat, & ne locupletetur cum aliena iactura, vt ait Oldendorp. *in d. l. bona fides.* is verò, qui rem à fure emit, nulla actione, aut obligatione adſtringitur erga furem, neque illi fidem dedit reddendæ rei, ſed ſi reddit ſponte id facit, & commodi ſui cauſa, quod non licet, vt dictum eſt. Et prætereà quod dicitur rem depoſitam

furi

Digitized by Google

furi reddendam eſſe, id intelligitur eum ſine omni culpa res redditur *l.1. ff. depoſ.* & proinde ſi is, qui rem accepit à fure, commodè dominum admonere poteſt, vt ad rem ſuam recipiendam veniat, id facere debet *argum. l.1. §.licet, ff.de peric. & commod. rei vend.* vnde vt excuſandus non eſt qui rem furi, vel latroni reddit, cùm ſcit rem alienam eſſe, & commodè id domino nuntiare poteſt, ita prorſus is, qui emit rem à fure, culpa vacuus dici non debet, ſi rem furi reddat, vt pretium recuperet, cùm non plus iuris in ea re habeat, quàm
70 is, qui à fure, & latrone rem depoſitam habuit. † Vt etiam nihil mouet, quòd obiicit Sigiſmundus *ex d. l.14. in princ. ff. de praſcr. verb.* in qua is, qui alienas merces in mare proiecit, vt ſuas ſeruaret, nulla actione teneri dicitur, quia non inde ſequitur licere emptori rei furtiuæ eam furi reddere in perniciem domini. Hæc enim longè diſſimilia ſunt. Nam in ſpecie *d.l.14.* tam proiicientis, quàm alterius, merces in eadem naui erant, & iiſdem fluctibus iactabantur, & proinde potuit alienas merces in mare proiicere, vt ſuas ſeruaret; nec lege Aquilia directa, nec vtili poteſt conueniri. Nam quamuis damnum datum ſit, non iniuriæ tamen gratiâ datum eſt, ſed ſuarum mercium conſeruandarum cauſa. Sed licet hac actione non teneatur, iactura tamen ſarcienda eſt contributione omnium, qui merces in naui habent, & qui alienas proiecit, ipſe etiam pro ſua portione conferet *l.1. & 2. ad l. Rhod. de iact.* Harmenop. *lib.2.tit.11. de reb. nautic. in fin.* & Cuiac. ad Paulum *in d.l.14 ff. de praſcr.verb.* Hic verò res penes emptorem eſt, & tutiſſimo loco, & proinde non poteſt rei emptor ſeruandi pretij gratia, quod iam amiſſum eſt, eam proiicere furi, non magis quam alteri vendere, vel retinere in perniciem domini, cui ſine pretio res reſtitui debet, vt dictum eſt *ex d.l 3.C.de rei vindic. l.16. C. de euict. & aliis locis.* Denique vt non longè diſcedamus ab exemplo *d. l.14.* quemadmodum ſi quis alterius merces, quæ tuto nauigabant in mare vel litus proiiceret, vt ſuas eidem naui imponeret, & eas ſeruaret, quæ periclitabantur, tenetur domino mercium actione in factum, ita prorſus rei emptor ſi eam in manibus furis reponat, vt pretium ſeruet, domino rei tenebitur, ſi illa à fure ſeruari non poteſt. Quid enim aliud agit emptor quam ſuæ rei ſeruandæ cauſa alienam rem ex loco tuto in deteriorem proiicere, id eſt, in manus furis, vel latronis?

71 Ex his etiam facilè ſoluitur, quod obiicit P.Turrian. *loc. cit. num.3.* reddentem rem latroni, vt pretium recuperet, non cooperari iniuſtæ detentioni rei, & proinde ad reſtitutionem non obligari, quia cum faciat, vt latro rurſus contrectet rem alienam inuito domino, quod iure naturæ illicitum eſt *l.1. ff. de furt.* perſpicuum eſt illum iniuſtæ detentionis cauſam eſſe, & conſequenter ad reſtitutionem obligari. Et quod reſpondet *num.7.* emptorem poſſe rem dimittere latroni, à quo paſſus eſt iniuſtitiam, vt pretium recuperet non poſſe verò rem alteri vendere, à quo nullam iniuſtitiam paſſus eſt, facilè refellitur, quia hæc iniuſtitia furis illi hactenus ius tribuit, vt quantum illi nocuit, tantundem de bonis furis detrahendum ſit, vt res ad æqualitatem reducatur, vt docet Ariſtot. *Ethicor. lib 5. cap.4. & 5.* vel ſecundùm ius ciuile, vt re euicta aduerſus venditorem de euictione, & de eo, quod illius intereſt, agere poſſit *l.1. & tot.tit.ff. de euict.l.vlt. C. de comm. rer. alien.* non autem illi ius tribuit, vt damnum quod ex iniuſto facto furis ſenſit, ex bonis alterius, qui nullam illi iniuſtitiam intulit, reſarcire ſibi liceat, vt manifeſtum eſt. Nam neque ei ob eam cauſam rem emptam retinere licet *d l.2. C. de furt.* quod concedunt auctores contrariæ ſententiæ: vt nec quamlibet aliam rem eiuſdem domini retinere poteſt.

Argumentum vero Reuerendiſſimi Malderi iam ſolutum eſt *num.61.* in reſponſione primi argumenti Petri à Nauarra, quod idem eſt, vel ferè idem, & eadem ratione nititur: ſed ne quid moueat auctoritas tanti viri, reſpondeo negando conſequentiam. Nam quamuis non tenearis tuæ pecuniæ iacturam facere, vt rem meam ſaluam facias, non potes tamen, quando rem meam habes, ex re mea pecuniam tuam quam amiſiſti, ſaluam facere. Alioqui ſi rem apud te depoſuiſſem, & fur tibi nummos abſtuliſſet, liceret tibi re mea furi dimiſſa nummos tuos recuperare, neque reſtituendi reus eſſes, quod nemo dixerit. Hoc enim factum improbum eſt, & grauiter legibus vindicatur, infamia ſcilicet, & pœna furti *l.1 ff. de his qui notant l.1. ff. de fur. l.3. C. depoſ.* Nihil verò refert, an hoc vel illo modo res mea ad te peruenerit, quia non plus iuris in ea habes, quòd eam à latrone emeris, vel fure. Nam dominium eius ſemper apud me perſeuerat, & quidem liberum, & omni obligatione ſolutum, ita vt nec retentio concedatur, vt dictum eſt. Denique licet vetum ſit in pari cauſa neminem teneri nocere ſibi, vt alteri proſit, vt Malderus ſubiicit, vetum etiam eſt neminem alteri nocere poſſe, vt ſibi proſit. Hoc enim repugnat primis iuſtitiæ præceptis, inter quæ eſt alterum non lædere *l.10. de iuſt. & iur.*

Vt etiam nihil me mouet ratio noſtri P. Raynaudi *loc. cit.* quia fateor neminem teneri alterius procuratorem agere, & multo minus cum iactura rerum, quia ſuſcipere mandatum officij eſt, quod nemo inuitus ſuſcipere cogitur *l.27. §.2. ff. mand. l 44. in fin. ad Trebell.* ſed nego illum procuratorem domini egiſſe, dum contraxit cùm fure, ſibi enim emit, & negotium ſuum geſſit, non domini, vnde illi nulla competit actio ad pretium recuperandum. Vt etiam rem ſuo domino reddere amiſſo pretio non eſt alterius procuratorem conſtitui, ſed officio boni viri defungi, & facere id, quod quiſque ex iuſtitia facere tenetur, id eſt, rem ſuam cuique tribuere *d.l.10.de iuſt. & iur. & d.l.bona fides, ff. depoſ.* Sanè ſi eo animo ſpolia redemiſſet, vt illa domino redderet, non nego illum pretium repetere poſſe, vt dictum eſt *numer 39.* vt etiam ſi quid vtiliter in eam rem impendit, vt ſi nauim refecit, vel pabula animali præbuit ex Surdo, qui alios citat *lib. de alim. titul.8. prin 62. num.3. & 4.* ſed hoc egreditur fines propoſitæ quæſtionis.

Denique nihil mouet exemplum bouis, quo vtitur Catdin. *loc. cit.* & ante illum Epiſcop. Antuerp. *d. dub.2.* quia in caſu huius exempli bos adhuc erat in via, & ſubducendus, vt loquitur Malderus: & damnum erat futurum, cui nemo ſe exponere tenetur, vt rem alterius ſaluam faciat. Hic verò res iam tuto loco repoſita erat, id eſt penes virum bonum, & pretium erat amiſſum. Vnde videtur hoc exemplum alios torqueri poſſe. Nam quemadmodum is, qui bouem alienum ſubduxit furi, vt amici rem gereret, & illum in propria tecta reduxit non poteſt bouem ſub prætextu, quod cornibus petat, iterum ad præſepe furis reducere, cuius iam manus euaſerat: ſed tenetur illum cuſtodire, & reddere domino, alioqui negotiorum geſtorum iudicio poſſet hoc nomine condemnari, neque enim rem domini gereret, vt oportet *l. 2. ff.de neg.geſt.* Ita prorſus poſtquam res furtiua ad manus tuas peruenit, id eſt, ad manus boni, & iuſti viri, & conſcientiæ ſuæ ſollicit: & res in tuto poſita eſt, non poteſt illam dimittere latroni tui commodi cauſa: ſed teneris eam ſuo domino reddere, deducto tamen ſi quid neceſſariò in eam rem impenſum eſt, vt dixi. Præterea is, qui bouem ſubducebat furi, id nomini amici gerebat, & animo illum adiuuandi, & ideo non tenetur cum ſuo periculo rem capiam gerere, quia officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum *l.7 ff. quemadm. teſt aper. l.61 §. quod vero, ff de furt.* ſed emptor, de quo quæritur, non mei contemplatione, ſed lucri ſui cauſa rem emit. Denique ſubducens bouem nullum negotium geſſit cum fure: emptor vero cum eo contraxit, cuius conditionem prius explorare debuit, *l.19.ff.de reg.iur.* & cautius negotiari *d.l 2. C.de furt.* non eſt ergo ſimile, vt etiam alia exempla, quibus Cardinalis vtitur eodem loco, quæ ſimili modo reiici poſſunt, & ex his, quæ diximus *num.60. & 61.* Ex quibus ita diſputatis adhæreo meæ ſententiæ, & præſertim quia in foro conſcientiæ tutior eſt, & congruit iuri ciuili, vt admittit P.Turrianus *loc.citato.*

Sanè ſubiiciam conuenire inter omnes, cum nullum domino periculum imminet rei amittendæ, vel quia fur ſponte eam domino redditurus eſt, vel dominus à fure facili negotio recuperaturus eſt. poſſe emptorem rem furi dimittere, vt pretium ſeruet, vt obſeruat Molin. *diſput.722. in princ.* Philipp. Fab. *loc. cit. num 83.* & Reginald. *in dicto cap.5. num.41.* vbi etiam notat conuenire inter omnes emptorem teneri rem domino reſtituere, quando poteſt alia ratione pretium conſequi à fure, vt etiam docet Nauarra *loc.cit. numer.201.*

Gregor, Sayr. *dicto cap.2.num.*17. & Malder. *dict. dub.2.verſ. hinc patet*, qui etiam poſt pauca tradit eum quoque, qui dubitans rem eſſe alienam eam emit, teneri domino rem reſtituere etiam cum iactura pretij: vt etiam eum, qui initio bona fide emit, ſi aliquandiu rem retineat, poſtquam nouit eſſe furtiuam, cùm potuit ſine detrimento ſuo rem domino reddere veluti ſocium furis reſtituendi reum eſſe. Denique admittunt non poſſe emptorem, poſtquam nouit rem eſſe alienam, ea alteri vendere, vt ſeruet pretium, vel ob eam cauſam retinere.

QVÆSTIO XCVI.

An fœnerator ſuper lucrum reddere teneatur.

SVMMARIA.

1 *Res ex pecunia fœnebri empta fiunt vſurarij.*
2 *Vſurarius facit fructus ſuos eius rei, quam ex pecunia fœnore extorta comparauit.*
3 *Vſurarius vendens agrum fœnore extortum nummos ſuos facit.*
4 *Emptor tenetur nummos facere venditoris.*
5 *Lucrum ex negotiatione pecunia fœnebris queſitum eſt fœneratoris, neque reſtituitur.*
6 *Nemo ex re aliena lucrum conſequi debet.*
7 *Depoſitarius vtens pecunia depoſitata tenetur tantum ad illius reſtitutionem, & ad id quod intereſt.*
8 L. qui ſine de negot. geſt. *explicatur.*
9 *Fœnerator an vſuras ex aliena pecunia acceptas reddere teneatur.*
10 *Bona fidei iudicium non continet præſtationes, quæ ſunt contra bonos mores.*
11 *Fœnerator vſuras ex pecunia fœnebri extortas non tenetur reddere ei, cuius fuit pecunia.*
12 *Nemo debet alieno ſcelere ditari.*
Vſura non veniunt in condictione indebiti, ſed tantum acceſſiones naturales, vt fructus, & partus.
13 *Vſura accepta à poſſeſſore nunc non veniunt in petitionem hereditatis.*
14 *Vſura ex pecunia hæreditaria percepta olim augebant hæreditatem.*
Quæſtus etiam inhoneſti poſſeſſori hæreditatis auferri debent.
15 *In petitione hæreditatis non venit, quod indebitum exactum eſt.*
Accurſij ſententia in l. ſi nauis, ff. de rei vindic. *probatur, ſed noua ratione.*
16 *Locare fœneratoribus domos quatenus liceat.*
17 *Vſurarius pro vſuris extortis an teneatur ad id quod intereſt.*
In condictione indebiti, & ob turpem cauſam fructus veniunt.
18 *In condictione furtiua non veniunt vſura.*
19 *Vſurarius tenetur non tantum ad rationem vſurarum, ſed etiam ad id quod intereſt.*
20 *Fur, & fœnerator moram ſemper facere intelliguntur.*
21 *Qui ex obligatione iuſtitia reſtituendi reus eſt, id ſtatim facere debet ex Theologorum ſententia.*
22 *Vſura à fœneratore extorta funguntur vice ſortis.*
23 *Vſura natura non proueniunt, ſed obligatione.*
Vſura in ſtricti iuris iudiciis non debentur, niſi in ſtipulationem deducta ſint.
24 *Nec ſufficit pactum etiam contractui additum.*
25 *Niſi quibuſdam caſibus.*
Argentariis indultum eſt, vt ex pacto illis vſura debeantur.
26 *In contractibus bona fidei vſura debentur poſt moram ex iure ciuili.*
Et ex ſimplici pacto ſine ſtipulatione.
27 *In condictionibus non veniunt vſura, ſed fructus.*
28 *Intereſſe debetur poſt moram etiam in contractibus ſtricti iuris.*
Et in contractibus bona fidei.
29 *In condictione furtiua, & actione rerum amotarum venit id quod intereſt.*
30 *Vſurarius tenetur ei, cui vſuras abſtulit ad id quod intereſt, modo probetur legitimis modis.*
31 *Debitor vini, aut alterius ſimilis rei tenetur poſt moram ad id quod intereſt circa rem.*
32 *Niſi ex maleficio conueniatur.*
33 *Vſurarius, qui vinum, vel triticum fœnore abſtulit, tenetur ad intereſſe etiam extra rem.*
34 *Venditor, qui rem non tradit, tenetur tantum ad intereſſe circa rem.*
35 *Barboſa ſententia* ad §. cum venditorem.
36 *Venditor vini, & tritici ex conuentione tenetur ad intereſſe extra rem.*
37 L. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, *declaratur, vt non habeat locum, ſi frumentum certo loco præſtari debuit.*
38 *Intereſſe extrinſecum locum non habere, cum locus eſt intrinſeco, declaratur.*
39 *Intereſſe extrinſecum cum debetur, de proximo intelligendum eſt.*
40 *Roderici ſententia quadam declaratur.*
41 *Alciati ſingularis ſententia* in d. §. cum per venditorem, *reijcitur.*
L. videamus verſ. præterea de vſur. *declaratur.*
42 *Emptor, & venditor non ſemper eodem iure cenſentur.*
43 *Intereſſe diuiſio in intrinſecum, & extrinſecum immerito à quibuſdam reprehenſa.*
44 *Operæpretium nullum eſt de vocibus altercari.*
45 *Ioan. Coraſius, & Ioachim Hoppetus libros de iuris arte ediderunt.*
Nicolai Vigelij methodus iuris ciuilis.
46 *Quamplurimis intereſſe creſcit vſque ad executionem ſententia.*

SED licet fœnerator non conſequatur dominium earum rerum, quas fœnore extorſit, ſiue mobiles ſint, ſiue immobiles, & ne earum quidem, quæ pondere, numero, & menſura conſiſtunt, quas idcirco ſi extant, dominus vendicare poteſt, vt diximus, & conſtat *ex l.11. & 13. ff. de reb. cred.* & aliis locis, & tradit Menoch *in conſil.300.num 64.* multis tamen modis contingere poteſt, vt ex his rebus, quas fœnore extorſit, lucrum, & commodum ſentiat; nec illud reſtituere teneatur. 1

Et primùm quidem ſi fœnerator ex pecunia fœnore extorta aliquid emit, dominium eius rei, ſi illi poſſeſſio tradita eſt, & venditor dominus fuit, ſibi acquirere certiſſimum eſt. Id enim conſtat *ex l.6.C.de rei vend.l.1.& 8.C.ſi quis alter. vel ſibi, l.quamuis* 17.*C.de pignor. l.3.C.arbitr. tut.* quas in hanc rem profert Salas *lib de vſur dub.*39.*num* 3. quibus addo *l.*20. §.1.*de petit. hæred & l. ſi quis ff. pro ſoc.* denique id ſatis indicat, *c.cum in. de vſur.* vbi Alex. III. Pontifex Maximus iubet poſſeſſiones ex pecunia fœnebri emptas diſtrahi debere, & pretium earum numerari iis, quibus vſuræ extortæ ſunt: nec præcipit res ipſas, & fructus dimitti debitoribus, qui vſuras præſtiterunt, vt expendunt Reginald. *lib.*10 *cap.*26.*num.*417. Salas *loc.cit.* Binsfeld. *in eod. cap. cum tu. quaſt.2.concluſ.*3. rectè ſubiiciens pretia earum rerum reſtituenda eſſe ſecundum quantitatem vſuræ acceptæ. Ex quibus hanc ſententiam ferè omnes ſequuntur. Ita enim docent D. Thomas, & alij apud Villag. *de vſur. quaſt.*27. *concl.*10. & auctores proximè citati Didac. Couarr. *variar. lib.*3. *cap.*3. *numer.*6. Menoch. *d. conſil.*300 *num.*34. Argentr. *conſult.*3 *num.*13. & 14. & Vgolin. *de vſur. cap.*17. §.1. *numer.*2. Hiſque conſequenter dicendum eſt, nec fructus earum rerum reſtituendos eſſe veluti ex rebus propriis perceptos, vt ex iiſdem locis planè conſtat, & in ſpecie notat Angel. Peruſ. *in quaſt.*1. *num.*13. & Reginald. *loc. cit.* & certiſſimum eſt fructus dominium ſequi, vt ſæpius dixi *ex l.*25. *in princ. ff. de vſur. l. qua ratione, & l. adeo, ff. de acqui. rer. domin.* & Ioannes Andreas Georg. *alleg.*14. 2

Præterea ſi fœnerator domum, vel agrum, aut aliam rem quamlibet fœnore extortam vendat, nummorum ex pretio redactorum dominium acquirit, nec poteſt dominus res illas intercipere 3

Digitized by Google

intercipere clam, aut per vim extorquere, quin furti teneatur. Nam, & id in re furtiua definitum eſt, cuius pretium, ſi dominus rei intercipiat, furtum feciſſe reſponſum eſt *in l. qui vas §. vltim. ff. de furt.* vbi Vlpianus ait. *Quod ex re furtiua redigitur, furtiuum non eſſe.* Quamuis fœnerator, vel fur dominium eius rei in emptorem non transferat, quod videtur iniquum. Vt enim dominium rei fœnebris, & furtiuæ in emptorem non transfertur, perſeuerat enim apud eum, cui fœnore, vel furto ſubtracta eſt, vt initio, & in fine præcedentis quæſtionis tractatum eſt: ita etiam nummorum dominium in fœneratorem, vel furem, qui rem alienam vendidit, transire non deberet. Ne ſcilicet melior ſit conditio fu-
4 ris, & fœneratoris, quàm emptoris. † Sed ita iure ciuili conſtitutum eſt, vt venditor rem tradere teneatur, quæ ſi fortè aliena eſt, euictionis nomine obſtringitur: emptor autem nummos venditoris facere cogatur, vt ſancitum eſt *l. 11. §. & in primis ff. de act. empt. & l. 1. ff. de rer. permut.* & ita variè conſtitutum eſt, quia emptor eſt debitor quantitatis, venditor vero certum corpus plerunque debet, & certi corporis non eſt æquè facilè dominium transferre in accipientem, atque certæ quantitatis. Quam rationem ponit Accurſius *in d. §. & in primis,* & probat Cuiac. *in l. 1. in princ. ff. de act. empt. & in d. l. 1. de rer. permut.* Idémque tradit Paulus Caſtrenſ. *in d. l. 11. de act. empt.* ſubiiciens eleganter id potius eſſe ex natura generis, quam contractus.

5 Pari ratione ſi ex pecunia fœnore extorta fœnerator merces emit, & ex negotiatione lucrum facit, non tenetur ſuper lucrum reddere, quia periculo eius pecunia agitatur, & exponitur *l. ſi nauis ff. de rei vindic.* atque etiam quia lucrum, & compendium negotiationis induſtriæ, & labori eius tribuendum eſt. Vt enim arte facta, tametſi alieno inſtrumento, ſunt ipſius artificis, ita quæſita ex negotiatione fœnebris pecuniæ eſſe fœneratoris dicendum eſt. Et ita ſentiunt Diuus Thomas, Scotus, & alij Theologi quidam apud Binsfeld. *loc. cit.* Hadrian. 4. *ſentent. tit. de reſtitut.* Quia, inquit, lucrum ex pecunia proueniens non eſt fructus pecuniæ, ſed humanæ induſtriæ. Ioan. de Medin. *tit. de reb. per vſur. acquiſ. quæſt.* 4. Abulenſ. *Matthæi cap. 25. quæſt. 269. verſ. dicendum.* Couarr. *d. cap. 3. num. 6.* Cardin. Tolet. *lib. 5. cap. 22. num.* 4. Petrus Nauarr. *de reſtit. lib. 4. cap. 1. numer. 6. & 61.* Molin. *diſput. 327. num. 5.* Reginald. *d. cap. 26. num.* 417. Petrus Gregor. *de vſur. lib. 3. cap. 9. num. 7.* Trentac. *variar. lib... tit. de vſur. cap. 1. num. 15.* & aliis Theologis citatis Salas *d. dub. 39. num. 3.* vbi ait Theologos communiter idem tenere de depoſitario, & fure: & Villag. *d. quæſt. 27. numer. 21.* qui ait huius concluſionis veritatem luce meridiana clariorem eſſe. Neque mouere debet, quod Altiſiodorenſis obiiciebat, *ſi radix infecta, ergo & rami.* Quia induſtria, & labor, qui in re licita verſatur, vt eſt negotiatio, bonus eſt, & pretium meretur, *l. in naue, ff. loc. l. 5. § 5. ff. de iur. immun.* quæ ait *remuneranda eſſe negotiatorum pericula.*

6 Sed hæc communis, & luce meridiana clarior, ſententia, vt Villagutus ait, in dubium reuocatur ob auctoritatem Baldi ſummi ingenij viri, qui *in l. 1. num. 12. C. pro ſoc.* docuit campſorem, qui pecunia depoſita vſus eſt, & in negotiationes conuertit, omne lucrum, quod ex ea pecunia fecit, reſtituere debere, quia inquit ex re alterius locupletior factus eſt *l. qui ſine, ff. de neg. geſt.* cuius ſententiam probat Dec. *in l. certi condictio, §. vlt. num. 3.* quæ confirmari videtur *ex l. 28. & 30. ff. de pet. hæred.* quibus cautum eſt, etiam bonæ fidei poſſeſſori omne lucrum auferendum eſſe, & *ex l. 5. de leg. commiſ.* quæ ait, *nihil penes eum reſidere oportere ex re, in qua fidem fefelliſſet.*

7 Sed non ideò minus retinenda eſt communis ſententia, quia quod Baldus ait campſorem, qui contra fidem contractus pecuniam depoſitam exercuit, teneri reſtituere lucrum, quod ex ea pecunia fecit, falſum eſt, & contra textum *d. l. 6. C. de rei vindic.* vt quidam notat ad Decium *loc. cit.* tenetur enim tantùm ad reſtitutionem pecuniæ depoſitæ, vt ait Sotus *de iuſt. & iur. lib. 6. quæſt. 1. art. 4. circa princ.* & olim quidem poſt moram ad vſuras legitimas *l. 3. C. depoſ. & l. 24. in fin. ff. eod.* nunc verò ad id quod intereſt *l. ſocium, ff. pro ſoc. l. nummis, de in lit. iurand.* Plotus *hoc tract. de in lit. iurand. §. 10. numer. 15.* tametſi etiam furti actione obnoxius ſit *d. l. 3. C. depoſ. l. 29 ff. eod.* extátque apud Agell. *lib. 7. cap. 15.* Scæuolæ hac de re grauis ſententia, & apud Azor. *part. 3. lib. 7. cap. 9.*

Neque Baldi ſententiam iuuat *d. l. qui ſine de negot. geſt.* quia 8
eſt de tutore, & procuratore, & iis qui vel rempublicam, vel aliena negotia gerunt, quos idcirco lex ait integram, & abſtinentem omni lucro fidem præſtare debere, & ſi rebus alienis abutantur, vice cuiuſdam pœnæ vſuris ſubiici, quod poſtremum nunc abrogatum eſt, cum loco vſurarum præſtent dumtaxat id quod intereſt, vt hic Paulus notat *num. 2.* Sed hæc ad fœneratorem, vel furem non pertinent, quia fœnerator, vel fur non gerit negotia eius, cui pecuniam abſtulit, nec fidem vllam illi præſtare cogitur, vt notat Rodericus *de ann. reddit. lib. 3. quæſt. 11. num. 17.* ſed tantùm reddere, quod ſubtraxit, & extorſit, & ſi quid fortè alterius intereſt, vt Theologi docent apud eundem Salas *d. dub. 39. n. 3. & 4.* poſt pauca quædam diligentiùs à nobis tractatum eſt. Denique quod dicitur *ex d. l. 5. ff. de leg. commiſſ.* de fructibus rei accipiendum eſt: pecunia autem res ſterilis eſt, & fructus referre non poteſt.

Sed hic opportunè quæritur, ſi fœnerator nummos, quos 9
fœnore extorſit, iterum collocauit fœnori, & vſuras accepit, an nummos cum vſuris reddere cogendus ſit. Et videtur vſuras etiam quas accepit, præſtare debere. Neque enim melioris conditionis eſſe debet, quàm is, qui alienam hæreditatem poſſidet, & pecuniam locauit fœnori, qui non tantùm ſortem, ſed etiam vſuras, quas percepit, præſtare cogitur *d. l. 30. ff. de pet. hæred. l. 1. C. eod.* & generaliter dicitur omne lucrum auferendum eſſe malæ fidei poſſeſſori *l. 28. eod. tit.* & aduerſus Accurſium docet Cuiacius ad Papin. *in l. ſi nauis, ff.*
de rei vendic. † Neque mouet, ſi dicas vſuras turpes, & illici- 10
tas eſſe, & bonam fidem non pati præſtationes, quæ contra bonos mores deſiderantur *l. 5. ff. de vſur.* denique fructus eos tantùm æſtimandos eſſe, qui honeſtè percipi potuerunt, vt ait Paulus *in l. fructus 33. ff. de rei vindic.* quia poſſeſſori etiam inhoneſti quæſtus auferuntur, quos ex aliena hæreditate fecit, veluti ſi quid redegit ex locatione lupanaris, *l. 27. ff. de petit. hæredit. Ne* (vt inquit *l. 92. eod. tit.*) *honeſta interpretatio non honeſto quæſtui lucrum poſſeſſori faciat*, & ſemper æquius eſt huiuſmodi lucrum quamuis inhoneſtum, innocentem, quam nocentem habere, vt tradit idem Cuiac. ad Paulum *in d. l. 28.*

Sed tamen puto fœneratorem vſuras ex nummis alienis 11
perceptas præſtare non debere ei, à quo nummos extorſit, quia ſuo periculo nummos alienos fœnori dedit *arg. d. l. ſi nauis, ff. de rei vindic. l. 67. §. pro ſoc.* & iniquum eſt ex ea re lucrum quærere, cuius æquè damnum, & periculum ad nos non pertinet *l. 55. & 67. ff. pro ſoc.* & deinde quia fœnerator iſtiuſmodi vſuras ſecundo debitori reddere tenetur. Vſuræ enim illis reſtitui debent, quibus extortæ ſunt *c. cum tu.*
de vſur. l. ſi non ſortem, in princ. ff. de condict. indeb. † Denique 12
quia nemo debet alieno ſcelere ditari *l. 16. ff. quod met. cauſ. l. 1. C. ex delict. defunct. in quant. hæred. conuen. l. vlt. C. de reb. credit. l. 28. ff. de reg. iur.* & proinde etiam pupillis dolo, & ſcelere tutoris, parta auferuntur *l. 3. ff. quando ex fact. tutor.* alioqui illud futurum eſt, vt primus qui vſuras ſoluit, vſuras licitè accipere poſſit, quod non minus abſurdum, quam ridiculum eſt, vt ait Vgolin. *de vſur. cap. 17. §. 1. numer. 2.* & contra *l. 1. Cod. de condict. indeb.* quæ ait eius quantitatis, quæ indebitè ſoluta eſt, vſuras non deberi. Proinde non tenetur vſuratius vſuras ab alio acceptas primo debitori reddere, ſed id tantùm quod illicitè exegit, & ſi quid fortè intereſt, ſecundum ea quæ dicta ſunt, tametſi etiam iſtiuſmodi vſuras ſecundo debitori reſtituere debeat, à quo ſcilicet extortæ ſunt, & ita reddere vnicuique, quod ſuum eſt.

Neque eſt contrarium, quod dixi poſſeſſorem hæredita- 13
tis teneri reddere ſortem, & vſuras eius, ſi & vſuras percepiſſet, quia cùm vſuræ licitæ viderentur intra modum legibus præſtitutum, augebant hæreditatem non minus quam pecorum partus, & penſiones, quæ ex locationibus prædiorum percipiuntur *l. 26. & 27. de petit. hæredit.* Ideoque vſuræ ex pecunia hæreditatis perceptæ ex iure ciuili in petitionem hæreditatis veniunt, ſed condictio qua vſuræ repetuntur, ſtricti iuris eſt, & huiuſmodi augmenta non recipit *d. l. 1. C. de condict. indeb. l. 4. C. de condict. ob turp. cauſ.* Sed acceſſiones

ſiones

acceſſiones naturales tantum, & quæ ex ipſo corpore proue-
niunt, vt ſunt fructus, & partus pecudum, & ancillarum *l.15.*
& l.65.§.ei cui.ff. eod.tit. & penſiones prædiorum, & vecturæ
nauium, aut iumentorum, quia ſunt loco fructuum, & veluti
ex quodam corpore *l.29.ff.de petit.hæred.l.55.ff.de condict indeb.*
Denique poſſeſſor, qui ex pecunia hæreditaria vſuras accepa-
rat, non tenebatur eas reſtituere à quo acceperat, & ideo hæres
eas repetere potuit, ſed nunc in propoſita quæſtione vſurarius
illas alteri reddere debet, nimirum ei, qui ſoluit, & proinde ni-
hil mouet, quod diximus etiam inhoneſtum lucrum auferen-
dum eſſe, quia non nego vſuras acceptas fœneratori auferen-
das eſſe, ſed dico illi reſtituendas non eſſe, cuius erat pecunia,
quæ ſecũdo debitori credita eſt ſub vſuris, ſed vnicuique red-
14 dendum eſſe, quod ab vnoquoque extortum eſt.† Ex quibus
puto nunc poſſeſſorem malæ fidei, qui pecuniam in hæredi-
tate repertam fœnori dedit, & vſuras percepit, non præſtare
eas domino, cuius hæreditas eſt, quia tenetur eas reddere de-
bitori, à quo extortæ ſunt, ne bis idem ſoluere compellatur.
Neque mouet quod ait *l.52.ff.de petit.hæred.* etiam inhoneſtos
quæſtus poſſeſſorem reſtituere debere, vt ſi in domo hæredi-
tatis lupanaria exercuit, aut locauit proſtibula, quia licet hi
quæſtus turpes, & inhoneſti ſint, & parùm honeſtè percipian-
tur, non tamen repeti, aut condici poſſunt ab eo qui ſoluit *arg.*
l.4.ff.de condict.ob turp.cauſ. vnde huiuſmodi lucrum dominus
hæreditatis rectiſſimè auferr, quia iuſtius eſt, vt illud dominus
habeat, quam is, qui turpiter locauit, & vt dicit Cuiac. *ad d.l.*
28.de petit.hæred. æquius eſt huiuſmodi quæſtus innocentem,
quam nocentem habere. Sed vſurarum alia cauſa eſt, quia ei
reſtituendæ ſunt, qui eas ſoluit *d.c.cum tu.de vſur.* & proinde in
petitione hæreditatis non venient, quod perſpicuo argumen-
15 to demonſtratur.† In petitionem hæreditatis non venit, quod
indebitum ſolutum eſt *l.item veniunt.20.§.ſed & ſi Senatus.ff.de*
petit.hæred.l.2.§.ſolet.ff.de hæred.vend. ſed vſuræ nunc indebitè
ſoluuntur, & exiguntur. Ergo nunc non veniunt in petitio-
nem hæreditatis. Et proinde vera eſt ſententia Accurſij *in d.l.*
ſi nauis.ff.de rei vindic poſſeſſorem vſuras eius pecuniæ, quam
fœnori dedit, non præſtare, ſed non ea ratione, quod pecunia
periculo dantis fœneretur, ſed alia, quia ſcilicet vſuræ nunc
illicitæ ſunt, & indebitè exiguntur.

16 Sanè ex eo quod Vlpianus ait *in d.l.28.ff. de petit. hæred.* in
multorum honeſtorum virorum prædiis lupanaria exerceri,
vt inferri poteſt licere meretricibus domos locare, quod ad-
mittunt ex rationabili cauſa veluti vtilitatis, aut neceſſitatis
Valent.& Salon apud Dian.*moral.p.3.tract.6.reſol.45.* Abulenſ.
ad c.19.Geneſ.q.6. Rebell.*p.2.l.14.quæſt.17.n.8.* ita inferri poſ-
ſe videtur honeſtè etiam, & ſine crimine vllo, vſurariis do-
mos locari poſſe. Quod licet Nauarr. *in Enchirid.c.1 n 195.* &
alij negent, putant enim dominum domus ex hac cauſa reſti-
tuendi reum eſſe *ex c.1.de vſur.in 6.* vbi excommunicantur, qui
fœneratoribus alienigenis domos locant ad exercendum fœ-
nus; verior tamen, & receptior ſententia eſt id contra iuſti-
tiam non eſſe, & ideo nulla obligatione reſtituendi locatorem
adſtringi, vt docent Valent. Azor.& Sanchez apud Eminent.
P.de Lug.*diſp.25.n.221.* Salas *l.de emp & vendit.dub.47.n.8.&*
9.& Rebell *loc.cit.* quia locare domum vſurario valde remo-
tum eſt ab extorſione vſurarum. Alioquin etiam iniuſtum, &
illicitum eſt eos excipere hoſpitio, & vendere illis, quæ ad vi-
ctum ſunt neceſſaria, quod durum eſt dicere. Nam cùm co-
gnationem quandam inter homines natura conſtituerit, lici-
tum videtur etiam homini malo, & flagitioſo benefacere, non
vt malo, ſed vt homini, qui poteſt aliquando ſapere, & vſuras
reſtituere. Neque mouet quod *in dicto cap.1.* ſancitum eſt, ne
alienigenis domus locentur, quia idem etiam concilium con-
ſtituiſſet, quoad indigenas, ſi locatio per ſe illicita eſſet vt reſ-
pondit Rebell.*loc cit.* & Emin.de Lug. *in d.diſp.25.n.222.* qui
addit mutuatarium nullo modo inuitum eſſe circa locatio-
nem, ideóque nullam inde illi iniuriam fieri: oporteret verò
intentionem rectam eſſe. Nam ſi eo animo dominus ædem
locaret, vt in ea fœnus exerceatur, & ob id, quia fortaſſe com-
modo loco poſita eſt, maiorem penſionem perciperet, exiſti-
mo eum culpæ, & iniuſtitiæ reum eſſe. Hoc enim eſt in hoc
ſcelus coire, & huius fraudis participem eſſe: & ita videtur
ſentire Rebell.*loc.cit.verſ.imo etiam.* Molin. *diſput.500.n.1.* & ſe
explicare Nauarr.*in conſ.1.de Iud.& Saracen.num.11.verſ.tertio*
quod prædicti. Vt etiam lucrum eorum, qui meretricibus do-
mos locant, vt inde maiorem penſionem percipiant, turpe
eſt, & valdè deteſtabile, & præſertim in iis, qui Reipublicæ
præſunt, quod ex Nicephoro tradit Nauarr.*loc.cit.* & conſtat
etiam ex Nouell. Theodoſ de Lenon. vbi Florentij P.P. muni-
ficentiam laudat, qui, vt aboleretur vectigal, quod fiſco ex
meretricibus inferebatur, proprias poſſeſſiones obtulit, ex
quibus fiſcus tantundem percipere poſſet. Non puto tamen
eos, qui meretricibus domos locant: vt plus inde percipiant,
ad reſtitutionem teneri. Nam neque meretrices tenentur, vt
iidem docent, & conſtat *ex l.4 §.ſed quod.ff.de cond.ob turp.cauſ.*

Nunc quærendum eſt, an fœnerator, qui alterius pecuniam 17
fœnore extortam retinuit, teneatur non tantum nummos ip-
ſos, ſeu ſortem reſtituere, ſed id etiam, quod illius intereſt, qui
vſuras ſoluit ſibi hanc pecuniam ablatam non fuiſſe, vel ſibi
reddi ratione lucri, vel damni. Et dubium facit, quia ex quo-
rundam ſententia vſuræ condictione indebiti repetuntur *l.*
26.in princ ff.de condict.indeb l.indebitas.C.de vſur. in qua actio-
ne vſuras non venire conſtat *ex d.l.1.C.de condict.indeb.* vbi di-
citur *Vſuras autem eius ſummæ præſtare tibi fruſtrà deſideras, actio-*
ne enim condictionis ea ſola quantitas repetitur, quæ indebitè ſoluta
eſt. Sed veniunt acceſſiones naturales tantùm, vt dictum eſt, vt
ſunt fructus, & fœtus *l.indebiti.15.& l.65.§. ei cui.ff. de condict.*
indeb.l.38.§.2.de vſur. quod etiam receptum eſt in condictio-
ne ob turpem cauſam, vt conſtat *ex l.4.C.de condict.ob turp.cauſ.*
& l.vlt. vbi id gloſ. notat *in verbo duntaxat.ff. eod.tit.* Quod &
in actione furtiua receptum eſt, vt conſtat *ex l 8. in fin. ff de*
condict. furt. † Imò licet valdè odioſa ſit cauſa furis, ſi forte 18
pecunia furto intercepta ſit, & condicatur, nuſquam in iure
noſtro proditum eſt, quod animaduertere potuerim, furem
vſuras eius pecuniæ præſtare debere, ſed rei fructus tantùm
d.l.8.de condict. furt. & proinde ſiue condictione indebiti, vel
ob turpem cauſam, ſiue condictione furtiua vſuræ repetan-
tur, videtur dicendum eam ſolam quantitatem reddendam
eſſe, quæ extorta eſt, non autem intereſſe lucri ceſſantis, aut
damni emergentis, quia hæc acceſſio naturalis non eſt, neque
accedit rei, vt ſunt fructus prædiorum, & partus pecorum,
ſed eſt acceſſio extrinſeca, & extra rem, vt ſæpiùs dictum eſt,
ex l.ſi ſterilis §. cum per venditorem.ff. de act. empt. Roderic. *de*
ann.redditib. lib.3. q.7. n.11. & hoc argumento nuper vſus eſt
dominus N. aduocatus noſtri fori, nec obtinuit. † Quia pla- 19
cuit vſurariũ teneri etiam ad id quod intereſt pro ea pecunia,
quã fœnore extorſit, vt ſenſit Ancharan. *in regula, peccatum.n.*
24. Philip Franch.*in d.c.quamquam, verſ.ſed quæritur.de vſur.l.6.* &
ſecundũ Theologorum ſententiam, qui ita docent ferè omnes
apud Salas *lib.de vſur.dub.39.n.3.* & Villag.*in d q.27. concl 10.*
idémque docuit Binsfeld.*in d.q.2.concl.5.* Molin. *loc.cit.* Petr.
Arag.*q.78.art.3. verſ.infero tertio.* Regin.*l.10.c.26.n.396.* Merc.
de mut.& vſur.c.11.n.9. Filliuc.*tract.34.n.117.* Bonacin.*de contract.*
d.3.q.3.punct.14.in fin. Rebell.*l.11. q.10.n.4.* & alij quidã apud
Vgolin.*l.de vſur c.17. §.1. n.2.* vbi ait de hoc dubitandũ non
eſſe. Idem ex noſtris recentioribus auctoribus cẽſent P.Greg.
d.c.9.n.6. Roderic.*de ann.reddit.l.3.q.11.n.14.* & Marius Giurb.
ad conſuet. Meſſan.c.2.gloſ.7.p.1.n.5. vnde videtur hoc commu-
niter receptũ eſſe † Et huius rei ratio eſt, quia vt fur & raptor, 20
& qui alienas res inuaſit ſemper moram facere videtur *l.vlt.de*
condict.furt.l.merito.ff.de vi & vi.arm & ideo tenetur ad id quod
actoris intereſt, vt conſtat & alibi dixi *ex l.3. eod.tit.de condict.*
furt.l.38.§.in interdicto ff.de vſur.l 60.& 67.§.l.ff. de furt.& l.1.§.
non ſolum d.tit.de vi & l.15 ff.eod. ita proſſus fœnerator, qui in-
ter fures cẽſetur, & ex delicto conuenitur, quod non eſt aliud
quam furti, & iniuſtitiæ ſpecies, vt inquit Aragon.*loc.cit.verſ.*
& cùm non ſit aliud. morã ſemper facere intelligitur, & proin-
de non tantùm pecuniam fœnore extortam, ſed etiam quanti
eius intereſt, qui vſuras ſoluit, præſtare debet.† Et generaliter 21
qui ex obligatione iuſtitiæ reſtituere tenetur, id ſtatim reddere
debet, niſi voluntas creditoris, & domini, vel alia iuſta cauſa in-
terueniat differendæ reſtitutionis, vt iidẽ Theologi docent, &
Regin.*d.c.26. n.222.& n.415.* vbi ait, cũ ius diuinũ, & humanũ
vſuræ reſiſtat, obligationẽ imponere ſine mora reſtituẽdi, quod
iniuſtè acceptum eſt, neque pati, vt illud retineatur, ſicut nec
illud, quod extorſit latro. Et Mercat.*loc.cit.* ſubiicit hãc clau-
ſulam, *quamobrem ſecundum rationem hanc tam publici, & infa-*
mes, quam occulti, & honeſti fœneratores, vt ſunt mercatores, & cã-

pſores,inuenient,quod licet ex pecuniis fœnore extortis magnũ quæſtum faciant, tandem obligati manent ad reſtitutionem ſortis, & eius quod intereſt,cum teneatur refundere quicquid detrimenti eorũ culpa debitores paſſi ſunt,aut poterant lucrari,cum etiam miſeri putent ſibi ingenium,& induſtriam eſſe ad negotiandum,& faciendũ
22 lucrum. † Et obſeruandum eſt vſuras à fœneratore acceptas ſortem eſſe, & vice ſortis fungi, non ſecus ac ſi alio iniuſto titulo, puta ex furto, vel alia iniuſta cauſa pecunia ad eius manus perueniſſet, & proinde iſtiuſmodi vſuræ, quæ ſortis loco ſunt,& ſortem efficiunt l.26.in princ.ff.de cond.indeb. recipere poſſunt acceſſionem eius quod intereſt ex l.18. §.1.ff. de adminiſtr.tut.l.60.ff.pro ſoc. l.10.§.ſi procurator. ff.mandat. & ex Trentac.variar.reſol.lib.1.tit.de intereſſe n.21. Ant. Faber de error.pragm.decad.20.e.1.n.7.& aliis, quorum auctoritate vſus ſum q.87.n.1.quo loco quædam huic rei congruentia à nobis diſputata ſunt.

23 Neque mouet,quod dicitur in condictione indebiti,& ob turpem cauſam, & condictione furtiua non præſtari vſuras etiam poſt moram, quia hoc in vſuris conſtitutum eſt, quæ cùm naturâ non proueniant ex ipſa pecunia l.121. ff. de verb. ſign.ideoque legibus odioſæ eſſent,placuit eas non paſſim,neque ſemper,neque ex quacunque cauſa,& obligatione deberi, ſed earum exactio, & præſtatio quibuſdam veluti finibus coërcita eſt etiam iure ciuili Hinc in contractibus ſtricti iuris non deberi probatum eſt, niſi in ſtipulationem deductæ eſſent etiam poſt moram l.3. C.de vſur. l.7.ff.de negot. geſt. & conſtat etiam arg.l.58.§.ſi actionem, ff.de vſur. & ex Harmen.
24 lib.3.tit.7. & notat gloſ. in d.l.1. C.de condict.indeb. † Ita vt ne quidem ex pacto incontinenti contractui ſtricti iuris addito peti poſſent l.idémque,§.ſi quis Titio. ff.mand.l.10.§ ſed vtrum, ff.de in rem verſ.l.Titius,de praſcr.verb. ſed ſeruari duntaxat per retentionem pignoris, ſi pignus etiam in vſuris acceptũ fuit l.per retentionem,& l.pign.C.de vſur.Harmen.loc.cit.& Roderic. de ann.redit.lib.1.q.18.n.24. Borcholt. de vſur.c.3.n.45. † Niſi
25 quibuſdam caſibus,vt in vſuris frumenti,olei,& aliarum ſpecierum,& in pecunia nautica,vel ciuitatis,vel argentarij,quæ credita fuit ſub vſuris l.frumẽti,C.eod.l.1.ff.de naut.fœnor.l.etiã, ff.de vſur.& Nouell.136. vbi hoc argentariis indultum eſt; vt illis ex pacto nudo vſuræ pecuniarum creditarum deberentur,vt obſeruat Cuiac.in l.38.ff.de oblig. & act. Nicol. Vigel.
26 methodi iur.ciu. lib.15 c.7.& Borcholt.loc.cit.† Quãuis in actionibus bonæ fidei conſtitutum ſit vſuras ex mora deberi, nimirũ mulctandæ moræ gratia l.2.& 4.C.depoſ.l.13.C. de vſur. & l.mora,§.in bonæ fidei,ff.eod. & ex ſimplici pacto interpoſito initio obligationis contrahendæ l. Lucius in fin.& l.Publia.§. 1.ff.depoſ.l.34.in princ.ff.mandat.l.initio. C. de pact.inter empt. & vendit.& tradit gloſſ.in d.l.3. C.de vſur. & Cuiac.ad African. tract.8.& ad tit.C.de vſur.& rurſus in obſeru.lib.19.c.27.& nos multis locis diximus,& præſertim q.1.n 8.† Hinc etiam iure
27 ciuili conſtitutum eſt,ne in condictionibus, quæ ex bono, & æquo inductæ ſunt, & quæ rei perſecutoriæ ſunt, vſuræ debeantur d.l.4. C.de condict.ob turp. cauſ.l 1.C.de condict.indeb.l. ait prætor. §.præterea, ff.quæ in fraud. credit. l.19. ff.de iur.fiſc.id enim natura actionis non expoſcit, quia cum huiuſmodi actiones rei perſecutoriæ ſint, & ipſorum corporum,vt dixi, & reuocent res,quæ ad alterum ſine cauſa,vel ex iniuſta cauſa peruenerunt l.8.ff.de condict.furt.l.56.ff.de condict.indeb.l.54. §.cum furti.ff.de furt.l.19 ff.de iur fiſc.l.2. Cod.de condict.ob cauſ. conſequens eſt illas tantum acceſſiones venire, quæ ex ipſis rebus proueniunt, vt ſunt fructus,& partus d.l.8.in fin.de condict.furt.l.7.§. ſi fundus, ff. de condict.cauſ.dat. & l.15.in princ. ff.de condict.indeb.vt enim æquum eſt rem profectam ex bonis meis,quæ ſine cauſa apud te detinetur,reſtitui mihi,ſic etiam eius rei fructus,& acceſſiones,quia & ad te ſine cauſa peruenerunt.Vſuras autem præſtari,ſi fortè pecunia condicitur,vel alia res,quæ vſu cõſumitur,neque æquum,neque bonum eſt, quia vſuræ ex ipſa pecunia, & ex ipſo nummorum corpore naturâ non proueniũt d.l.ſi nauis.ff.de rei vindic.Sed iure obligationis tantum, quæ nulla in his negotiis pro vſuris præſtandis contracta intelligi poteſt. Ita ergo, & quidem variè circa vſuras iuris ciuilis diſciplina conſtituit.

28 Sed alia eſt ratio eius quod intereſt,debetur enim ex mora etiam in contractibus ſtricti iuris l.114. ff. de verb. oblig. l.13 ff.rem rat. haber.l.11. ff.de re iudic. l.naturalis, §.& ſi do. ff. de præſcript. verb. & in actionibus arbitrariis l. arbitrio in princ. ff. de dolo l.3. in fin.ff. de eo quod cert. loc. Denique ex quacunque cauſa debeatur, & in caſibus omnibus, vt conſtat ex l.1. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. & ex Vgolin. de vſur. cap.8. §.50. num.3. & Cardin. Tuſco lit.I. concl. 303. num.1. & 2. Nam præſtatio eius quod intereſt, non tantum ſecundum ſtrictam iuris ciuilis rationem, quam ex bono, & æquo definienda eſt, & ex quodam iure naturali, vt indicat d.l.1.C.de ſent.quæ pro eo. & notat Roder.in d. quæſt.7.num.23. & Ioan.Franciſc. de Pont.de poteſt.Proreg. tit.4. §.4. num.25. vt inquit Salon in diſp.de lucro ceſſante, num.9.ex regulis iuris non tam poſitiui,quam naturalis:nimirum ne quis ex mora, & dolo aduerſarij damnum patiatur,vel aliquid amittat. Et proinde cùm creditor non minus ex pecunia intercepta, vel credita,ſi mora facta eſt,damnum facere,vel lucrum amittere poſſit,quàm ſi ei ex depoſito,mandata,vel alia actione bonæ fidei debeatur, dicendum eſt in omnibus habendam eſſe rationem eius quod intereſt, idque ratio naturalis, ad quam hæc reuocanda ſunt,expoſtulare videtur. † Quod & in condictionibus obſeruandum eſt, & in perſecutionibus etiam, 29
quæ ex delicto naſcuntur,vt condictione furtiua nominatim definitum eſt in l.3.hoc tit.& in actione furti in l.67.ff.de furt. & in actione rerum amotarum, quæ etiam ex delicto naſcitur in l.21. § rerum, ff.de actione rer.amot.l.52.ff.de re iudic. & aliis plurimis. Et proinde cùm fœnerator ſemper moram facere videatur,vt exemplo furis proximè dictum eſt ex l.8. §. ſi ex cauſa, & l.vlt. ff.de condict. furt. Quacunque condictione vſuræ ab vſurario repetantur,dicendum eſt eum id etiã quod intereſt præſtare debere, & imperfectam eſſe reſtitutionem, ſi vſuræ tantum reſtituantur. Neque aliud dicendum eſt ex eo,quod canones tantum dicunt vſurarium ad vſuratum reſtitutionem cogendum eſſe,vt in c.6.de iureiur.& aliis,quia ſatis eſt illum generalibus reſtitutionis regulis teneri, vt poſt alios dicit Bonac.in loc.cit.& præſertim quia ita aduerſus fures,& illos,qui res alienas amouent, conſtitutum eſt, vt dixi ex d.l.3.ff.de condict.furt.& l.21.ff.de act.rer.amot.quæ in fin.ait, id pendere ex furto.Conſtat autem prohibitionem vſurarum ex conſenſu omnium ad illud præceptum pertinere. Non furtum facies.† Quod tamen accipiendum eſt,cùm is,qui vſuras 30
ſoluit,docet legitimis modis,ex dilata earum reſtitutione dãnum ſenſiſſe, vel amiſiſſe lucrum, vt animaduertit Binsfeld. loc.cit.& Vgolin.d.c.17.§.2.n.2.& 3.Hoc enim perpetuum eſt, vt agens ad id quod intereſt,id probare debeat l.vlt.ff.de prær. ſtipul.§.non ſolum,Inſtit.de verb. oblig. Camill Plaut.in l.vn.C. de ſent.quæ pro eo verſ.per ſuam ſubtilitatem, n.4. Surd.in dec.69. n.9.& in præcedentibus tractatum eſt. Alioqui deficientibus probationibus vſuras dumtaxat ſibi extortas in iudicio repetere poteſt,non ſecus ac alij creditores ſortem tantùm repetunt,quæ illis debetur,cùm nihil eorũ intereſt. Ne dum vſurarium ad vſuratum reſtitutionem compellimus, repetẽtem vſuras vſurarium faciamus.Et ſanè Theologi,ac alij qui tradunt fœneratorem, & furem teneri etiam ad id quod intereſt,ſupponunt eum,cui res extorta eſt,verè damnum pati,vel lucrum amittere ob iniuſtam ſuarum pecuniarũ retentionẽ.

Et licèt receptum ſit,cùm vinum, triticum,& alia ſimilis 31
ſpecies debetur,& in ea tradenda mora facta eſt,non eſſe habendam rationem eius quod intereſt extra rem, vt ſi potuit emptor ex vino negotiari,& lucrum facere,vel ſi ex eo quod non ſit traditum, damnum aliquod paſſus ſit,ſed venire vtilitatem duntaxat, quæ conſiſtit circa rem ipſam, vt ſi fortè res pluris fuit poſt moram,quia id haberet creditor,ſi ei mora facta non fuiſſet,ita enim ex l.ſi ſterilis 21.§.cum per venditorem,docent Baldus,Curt.& alij apud Barboſ. in l.5. n.30. & 31.ff.ſol.matrim. & alij quidam,quos recenſui q.83.n.29.Quibus accedit doctiſſimus Cuiacius in d. §. cùm per venditorem. † Hæc tamẽ definitio locũ non habet,cùm vinũ,frumentũ,& alia ſpecies huiuſmodi ex furto,vel alio maleficio,debentur, hoc enim caſu receptum eſt venire id omne quod intereſt, etiam extra rem, vt docent Cynus in d.l.1.num.11.verſ.iuxta hoc quæro,& Decius num.61.C. de ſent.quæ pro eo,Camill.Plaut. ad eandem l.in verbo etiam ex lucro, num.30. & 31.Fulgoſ. in l. Iulianus 13. num.12. ff. de act. empt. Siluan. in conſil.50. num. 25. Barboſ. loc. cit. num.41. & Plot. de in lit. iuran. §.10.num. 27. vbi ſubiicit etiam de hoc intereſſe in litem iurari poſſe,

&

& confirmari poteſt *ex d.l. Iulianus in princ. & l. inficiando,* §.1. *ff. de furt.* & aliis, ex quibus diximus *quæſt.90. num.78.* in his caſibus rationem dupli ſeruandam non eſſe.

33 Proinde his conſequenter dicendum eſt, ſi fortè fœnerator vinum, oleum, & ſimiles ſpecies extorſerit, teneri ad intereſſe etiam extra rem, vt ſi fortè debitor ex vino, vel frumento negotiari potuit, & lucrum facere: vel quia fœnerator frumentum abſtulit, agros ſuos ſeminare non potuit, & familia eius fame, & inopia laborauit, huius lucri, vel damni rationem habendam eſſe æquiſſimum eſt, conſtat enim hodie vſuram delictum eſſe, vt tradit Clar. *in §. vſura.* Maranta *quæſt.15. numer.17.* Maſcard, *in lib. de Iudæis, p.2. cap.11. numer.7. & 8.* Decian. *in tract. crimin. lib.4. cap.26. num. 3.* Cuiac. *in c.7. extra de iureiuran.* vbi ait eſſe crimen deteſtabile, & nos diximus *q. vlt. n.55.* intereſſe Reipublicæ hoc quoque delictum coërceri.

34 Neque huic ſententiæ repugnat, quod dicitur *in d. §. cum per venditorem*, vino non tradito æſtimandum non eſſe, ſi fortè emptor potuit ex vino negotiari, & lucrum facere: vel rebus ſuis damnum ſenſerit, vt ſi ſerui eius fame perierint, quia hic agitur de ſimplici mora debitoris, vt indicant verba illa, *cùm per venditorem ſteterit, quominus rem tradat,* quæ tantum vendicatur præſtatione eius quod intereſt circa rem, vt docet Cuiac. *in l.13. in princ. ff. de act. empt.* & dixi *num.31.* aliud verò dicendum eſt, quando debitor ex maleficio, & dolo ſuo conuenitur, hoc enim caſu venit intereſſe etiam extra rem *d. l.13. in princ. & l. inficiando, §.1. ff. de furt.* & in ſpecie docent Decius, Plautus, alij relati *num.32.* & Cuiac. *in d. §. cum per venditorem,* & reſpondit Bero. *in conſ.193. num.29. lib. 1.* quem refert, & ſequitur Cyriac. *controuerſ.165. num.30.* fœneratorem verò eſſe in dolo, & ex delicto ſuo conueniri, vt alij omnes, qui res alienas euertunt, & intercipiunt inuito domino compertum eſt, pendet enim hæc res ex furto, vt in re ſimili dicit Paulus *in d.l.21. in fin. ff. de act. rer. amot.*

35 Hic verò non prætermiſero mihi valde ſuſpectum eſſe, quod ſcribit Petr. Barboſ. *in d.l.5. num.32. verſ. inde infertur,* ſi ex qualitate perſonarum, vel negotij conſtat contrahentes cogitaſſe etiam de intereſſe extrinſeco, eius etiam rationem habendam eſſe, & ita docere Carol. *in d.l.1. n.97.* & Mudæum *in tit. de act. empt. cap. vlt. num.26.* Balduin. *de re iudic. col.3. circa fin.* Veluti cùm inter contrahentes tractatum eſt, cui vſui emptor parabat frumentum puta ad negotiandum, vel alendam familiam, & hoc caſu declarari *d. §. cum per venditorem,* vt ſcilicet non procedat, quando intereſſe extrinſecum fuit à partibus præuiſum, & de eo partes cogitarunt, vt diſſerit, & proſequitur hunc, & illum carpens *num 34. & 35.* quod tamen vt dixi mihi ſuſpectum eſt: Etenim vix fieri poteſt, vt ex circunſtantia perſonarum, & rerum hac de rè cogitatum non videatur, & proinde nunquam, vel ferè nunquam huic definitioni locus eſſet. Finge ſtabularium magnam quantitatem fœni emere, vel mercatorem magnam quantitatem olei, vel frumenti, ſanè ſtultum eſſet negare non fuiſſe per partes præuiſum ideò fœnum, & frumentum emptum fuiſſe, vt ex fœno poſſet ſtabularius aduenarum equos, & iumenta paſcere, mercator ex frumento negotiari, & lucrum facere, & tamen Paulus *in d. §. cùm per venditorem*, ait huius lucri ratio-
36 nem habendam non eſſe. † Proinde puto non ſufficere, vt de hoc lucro, vel damno, ex circunſtantia, & qualitate perſonarum cogitatum videatur, vt definitio *d. §. cùm per venditorem,* locum non habeat, potuerunt enim partes hac de re cogitaſſe, & tamen ſe huic periculo ſubiicere noluiſſe *l. ſciendum, §. dictum, ff. de ædil. edict.* ſed neceſſe eſt, vt id nominatim actum ſit, quia contractus ex conuentionibus legem accipiunt *l.1. § ſi conuenerit, ff. depoſ. l.52. de verb. oblig. l.24. de reg. iur.* illis verbis, *ſed hæc ita, niſi ſi quid nominatim conuenit, vel plus, vel minus in ſingulis contractibus*, & confirmari poteſt ex his, quæ diximus *d. quæſt.71. num.18. & in d. quæſt.90. num.32.* & ex Theologis ita ſenſit Salon. *quæſt.78. art.2. contr.9. num.9.* & in re ferè ſimili Burſat. *in conſil.68. num.5.* & Franciſc. de Caldas *in lib. de empt. cap.23. n.18. & cap.29. n.47.*

37 Rurſus cogitabam definitionem *d. §. cum per venditorem,* reſtringi poſſe, cùm actum eſt, vt vinum, vel triticum certo loco; vel tempore præſtari debeat, quia adiectio loci, vel temporis facit, vt iudex vtilitatem loci, vel temporis æſtimare poſſit, vt conſtat *ex l.2. §. vlt. & l.6. ff. de eo quod cert. loc. l.7. ff. commod. & l. nummis, ff. de in lit. iuran.* & tradunt duo doctiſſimi viri Cuiac. ad African *tract.3.* & Anton. Faber *de error. pragmat. decad.17. cap.9. num.8. & decad.91. cap.1.* & hoc caſu recipi poſſe Mudæi, & aliorum ſententiam. Videtur enim inter partes de intereſſe extra rem eo ipſo cogitatum, quod dies, vel locus additus eſt. Cur enim dies, vel locus promiſſioni additur, niſi vt temporis, & loci ratio habeatur. Et hac ratione conciliari poſſunt multa iura, quæ adhuc torquent noſtrorum auctorum ingenia. Nam ſi certa die, vel loco ſolui, & tradi debuit, ſiue vinum, ſiue pecunia, vtilitas omnis actoris veniet etiam extra rem, vt ſi damnum paſſus ſit, vel amiſerit lucrum, vt *in d.l. nummis, & d.l.2. §. vlt. de eo quod cert. loc.* Si verò neque dies, neque locus interuenerit, lucri ceſſantis, & damni emergentis ratio nulla habenda ſit, ſiue pecunia, ſiue vinum debeatur, vt conſtat *ex d.l. vlt. ff. de per. & comm. rei vend. & ex d. §. cùm per venditorem*, in quibus neque dies neque locus ſolutioni adiectus fuit. Quod memini etiam me adnotaſſe *quæſt.71. num.10.* & deinde comperi docuiſſe Iacob. de Beluiſ. *in d. l.1.* vt refert Iacob. Renald. *in ead. l. cap.* [illegible] *verſ. tertio limitatur*, vbi ait ſolum de Beluiſ. id optimè tradidiſſe. Et hac ratione memini conciliaſſe *d. l.2. §. nunc de officio de eo quod cert. loc.* quæ ait, *& d.l vlt. de peric. & comm. rei vendit.* quæ negat habendam eſſe rationem lucri ceſſantis, quæ maximè pugnare videntur, & vix alia ratione conciliari poſſe.

Quibus conſequenter, quod receptum eſt intereſſe ex- 38
trinſecum non venire, quoties locus eſt intrinſeco, temperari poteſt, vt locum non habeat, cum vinum, frumentum, & res ſimiles, quarum pretia variari ſolent, certo loco tradi debent, & traditione earum facta eſt mora iuxta *d. §. nunc de officio.* Id enim ſatis indicat *l.3. eiuſd. tit.* quæ nominatim de vino, & frumento loquitur: & oſtendit etiam titulus, qui conceptus eſt *de eo quod certo loco dari oportet,* non de pecunia, quam certo loco ſolui oportet. Denique id probari poteſt *l.5. ff. commod.* cuius verba ſunt. *Si vt certo loco, vel tempore reddatur commodatum, conuenit, officio iudicis ineſt, vt rationem, loci vel temporis habeat.* Proinde quod dicitur *in d. §. nunc de officio,* in hanc arbitrariam venire id quod intereſt etiam extra rem, non tantùm locum habet in pecunia, ſed etiam in vino, oleo, frumento, & ſimilibus quæ certo loco præſtari conuenit. Et ita coërceri poteſt definito *d. § cùm per venditorem,* quam duram Fulgoſius, & Iaſon eſſe fatentur *in d. l.3. de in lit. iur.* & Alciatus impugnat *in d. tract. de eo quod inter. cap.9. num.4. & 5.* vt etiam Phanurius eius diſcipulus *in lib. de in lit. iuran. c.4. num.17. & 18.* & grauiſſimi auctores putant in foro conſcientiæ ſeruandum non eſſe, vt Adrianus apud Barboſam *in d l.5. num.33.* Cagnol. *in rubr. d.l. vn. num.22.* Syluester, & alij, quos refert Plot. *de in lit. iuran. § 10. num.28.* Salas *de vſur. dub.20. num.12. verſ. deinde in foro,* & cui ſe non acquieſcere dicit Franciſc. de Cald. *lib. de empt. cap.29. num.47. in fin.* & apertiſſimè Salon *d. contr.9. num.8.* differentiam hanc intrinſeci, & extrinſeci intereſſe reiiciendam eſſe cenſet, & intereſſe lucri, & damni eadem omnino ratione in vino, oleo, frumento & cæteris rebus, & contractibus admittendum eſſe, *quia,* inquit, *ſi in mutuo pecuniæ licet exigere lucrum ceſſans, & damnum emergens, id certè non licet ratione pecuniæ, ſed ratione ipſius damni accepti, vel lucri ceſſantis*, &c. *ſiue ex mutuo ſiue ex mora illud accidat, vbicunque illud occurret ex mutuo, vel mora ſolutionis, in quocunque genere contractus iſta accidant ſiue in vino, ſiue in quacunque alia re earum, circa quas contractus mutui, & venditionis, aut alios ſimiles celebrari contigerit, eodem iure æquitatis licebit ducere in pactum, & exigere damnum illud verè paſſum, vel lucrum verè illi ceſſans in beneficium alterius.* Hæc vir Theologus: ſed quia nobis licèt à iure ſcripto diſcedere, quamuis durum videatur *l. proſpexit, ff. qui & à quib.* ſatis eſt definitionem *d. §. cùm per venditorem*, ita ex aliis iuribus interpretemur, vt locum non habeat, quando vinum, oleum, & res huiuſmodi certo loco dari debent. Hoc enim caſu locus erit *d. §. nunc de officio*, ſiue actio ſit arbitraria, quod certiſſimum eſt, ſiue bonæ fidei, cui vis, & poteſtas arbitrariæ ineſt *d. l. ſi vt certo, ff. comm. l.7. ff. de eo quod cert. loc.* & ibi aliis citatis tradit Iaſon *num.1.* & Cuiacius *eod. loc.* Et hanc ratione non minus facili quàm vera hic §. *cum de officio*, conciliatur cum

d. §. cum per venditorem, qui noſtrorum ingenia exercuit, & exercet adhuc, ita vt Cyriacus vir doctus *in d. contr. 165. n. 33.* ingenuè fateatur ſe nondum eius ſenſum, & conciliationem penetraſſe.

39 Sanè quod diximus, cùm vinum, oleum, & res huiuſmodi certo loco præſtari oportet venire id quod intereſt etiam extra rem, vt ſi pignora vili pretio diſtracta ſint, & aliis modis creditor damnum ſenſerit culpa debitoris iuxta *d. §. vltim.* accipiendum eſſe ſentio de proximo, & immediato intereſſe ſiue lucri, ſiue damni, non autem de remoto, & longius quæſito, & coacervato lucro, vel damno Et proinde non eſt audiendus creditor, cui Genuæ frumentum tradi debuit, ſi dicat ſe ea frumenti pretio quod illic vendidiſſet, alias merces comparare potuiſſe, & ex earum venditione rurſum lucrum facere, quia huius longius accerſiti lucri nulla habenda eſt ratio, ſed illius tantum, quod ex venditione illius frumenti eo loco facere potuit. Vt etiam non audietur actor ſi dicat ſe frumentum debuiſſe Genuæ ſub pœna, vel pignore, & quia debitor non ſoluit, incurriſſe in pœnam, & pignus diſtractum eſſe, & proinde velit vtilitatem omnem quam ex iuſto pretio pignoris facere potuiſſet, vel ex negotiatione pecuniæ, quam nomine pœnæ coactus fuit ſoluere: ſed id tãtùm conſequi debet quòd eius intereſt pignus diſtractum fuiſſe, vel ſoluiſſe nomine pœnæ, ne immodicis computationibus res in infinitum perducatur *d. l. vn. C. de ſen. quæ pro eo, & l. 2. §. ſi indemnitas, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. & argum. l. Neratius, ff. de ſer. corr.* & ita docent Dec. *in cap. cum venerabilis, num. 61. de except.* Ruin. *in conſil. 55. num.... lib. 2.* Bologn. *in d. l. vn. num. 113. & 181.* & nos diximus *in dicta q. 90. circa fin.*

Et licet Bolognetus *loc. cit. in fin. d. num. 121.* ſubiiciat, ſi merces deberent præſtari certo loco nundinarum, poſſe venire ſecundùm lucrum, ſcilicet mercium debitarum, quas conſtituerat vendere, & lucrum aliarum mercium quas ea pretio aliarum emere decreuerat, & aliò transferre: non poto tamen id admittendum eſſe, quia hoc eſſet intereſſe alterius intereſſe, & commoda commodorum ſectari, quod eſt illicitum, vt dicitur *in d. §. ſi indemnitas*, & aduerſus Cagnolum docet ipſe Bologn. *eod. loc. num. 123.* tametſi poſt pauca *num. 126.* in eandem opinionem relabi videatur. Vbi licet admittat id non probari *ex d. §. vltim.* diſtinguit tamen, an actum ſit vt merces quocunque loco vel domi præſtari debeant, & hoc caſu non venire lucrum lucri, & hoc modo intelligi poſſe dictum *§. vltim.* & concordari cum *d. §. cum per venditorem, & d. l. vltim. de per. & comm. rei vend.* quæ tamen diſtinctio reiicienda eſt ex his, quæ diximus: atque etiam, quia nulla eſt ratio cur dicamus minus vno caſu quàm alio actum videri, vt mercator ex pretio mercium debitarum alias merces emere debeat, & ex iis lucrari: quærit enim de mercatore, qui ſiue domi, ſiue in nundinis merces habeat, illas venales exhibet, vt illis diſtractis alias coëmat: quibus negotiari poſſit, & ex lucro viuere, & facultates ſuas augere. Imò multo minus ea coniectura in eo recipienda eſt, qui merces ad nundinas defert. Nam qui merces ad emporia, & nundinas deferunt; illas vt plurimùm exportant, & transferunt animo duntaxat vendendi, & plerunque fidem de pretio habent, vt inueniant emptores, & merces diſtrahere poſſint, vt experientia & vſus nundinarum docet; non animo emendi alias merces in nundinis, aut ſaltem rarò, & ex accidenti, vt ſi ſe offerret occaſio rem bene gerendi: & proinde neque hoc caſu puto lucrum lucri admittendum eſſe. Vt etiam inanis eſt illa quam adfert dictarum legum conciliatio. Neque enim pugnant inter ſe, quòd lucrum lucri concedant, vel negent creditori, ſed quia *in d. §. vltim.* reſponſum eſt, habendam eſſe rationem lucri ceſſantis, & damni emergentis: *in d. l. vltim. & in d. §. cum per venditorem*, habendam non eſſe, quæ maximè pugnare videntur, & concilianda ſunt, vt diximus, vel aliis modis, quos auctores comminiſcuntur, & ego probare non potui, quia diuinant omnes, & literam torquent.

40 Ex his etiam videtur non ferendum eſſe, quod confidenter nimis ſcribit Roderic. *de redit. ann. lib. 3. quæſt. 5. num. 27.* nihil referre quod attinet ad id quod intereſt tam ratione lucri quàm damni, an nummi crediti ſint, vel vinum, & ſimiles ſpecies debeantur: & proinde quod dicitur *in dict. l. 2. §. vltim. de eo quod cert. loc.* debitorem pecuniæ, ſi ſuo loco non ſoluit, teneri ad omne intereſſe, quod illius culpa creditor paſſus eſt ſiue in damno, vt ſi in pœnam incidit, vel eius pignora vili diſtracta ſint: ſiue in lucro, vt ſi merces ſolebat comparare, idem dicendum eſſe in vino, oleo, frumento, & aliis rebus ſimilibus: & in hoc valde erraſſe quamplures, dum nudam paucorum legum literam magis quàm ſenſum omnium, & naturalem rationem ſequuti reſtrinxerunt *d. l. nummis, & dict. l. 2. §. vltim. de eo quod cert. loc.* ad nummos, ſeu pecuniam ſtrictiſſimè ſumptam contra æquitatem, & mentem iuris. Etenim hæc & alia quæ is auctor hic effundit contra receptam illam intereſſe diuiſionem, manifeſtè refelluntur *ex dicto §. cum per venditorem*, in quo apertiſſimè definitum eſt, ſi per venditorem ſteterit, quo minus vinum, vel triticum tradatur, venire duntaxat id quod intereſt circa rem, id eſt pretium, & æſtimationem rei, quantumuis augeatur non verò ſi quid emptor ex vino lucrari potuit, vel ſi quod damnum paſſus eſt, vt ſi familia fame laborauerat, quæ proculdubio ſunt extra rem, pendent enim ex induſtria creditoris, & ſtatu rerum ſuarum, & aliis circumſtantiis, ex quibus quando illi pecunia debetur, cùm intereſſe lucri vel damni decerui receptum ſit *ex dict. l. nummis, & d. l. 2. §. vltim. de eo quod cert. loc.* planè conſtat regulariter plurimùm referre an nummi, vel vinum, & eiuſmodi ſpecies debeantur. Quam differentiam poſt Bartolum admittunt ferè omnes, vt conſtat ex Iaſone *in d. l. nummis, num. 3.* Plaut. *in d. l. vn. verſ. etiam ex lucro, num. 45.* Molin. *diſput. 368. num. 10.* Barbot. *in d. l. 5. num. 30.* Burſ. *tot. conſil. 68.* & alij apud Vgolin. *de vſur. cap. 8. §. 5. num. 4.* & Cyrиac. *loc. cit.* conſtat igitur ob moram in traditione harum ſpecierum factam non venire id quod intereſt extra rem, niſi id nominatim actum ſit, vel certo loco præſtandum ſit, quod debetur ſecundum meam ſententiam, vel niſi ex maleficio, & dolo reus conueniatur, vt dictum eſt *numer. 38. & 33.* ex quo difficilis eſſe videtur mirabilis illa in practica deciſio, vt illam vocat Iaſon *loc. cit. num. 4.* quod ſi depoſui penes te centum modios frumenti reſtituendos mihi tali menſe, quo volebam eos ſoluere pro canone cuidam Eccleſiæ, & quia depoſitum non reddidiſti ſua die, & non potui ſoluere, prædium emphyteuticum commiſſum eſt Eccleſiæ, non liceat mihi hoc damnum petere, ſed tantùm ſi valor frumenti decreuiſſet, conſequi id, quod frumentum pluris fuit *ex d. §. cum per venditorem.* Etenim declaranda mihi eſſe videtur, vt locum non habeat, quando is, qui frumentum ſuſcepit, illud inuito domino ſciens prudénſque in vſus ſuos conuertit, vel celandi animo intercepit, quia cùm hoc caſu furti delicto teneatur, vt conſtat *ex l. 3. C. depoſ. l. 29. ff. eod. & l. 1. ff. de furt.* ſuccedit illa exceptio, quam ſuprà poſui *num. 38. & 33.* cum ſcilicet qui ex delicto tenetur, obligari etiam ad intereſſe extra rem, & hoc caſu recipi poteſt Fulgoſij, & Alciati ſententia; non reperi tamen quempiam id animaduertiſſe, quod mirum videtur.

Præterea probare non poſſum, quod idem Alciatus ſcripſit *loco citato num. 7.* definitionem *d. §. cum per venditorem*, in ſolo contractu emptionis, & venditionis recipiendam eſſe, quod etiam ſenſit P. Turrianus *diſp. 60. dub. 8. num. 3.* & ſentire videtur Roderic. *loco citato*, quia verius eſt ad alios etiam contractus, ex quibus idem genus debetur, id porrigendum eſſe. Nulla enim ratio eſt, vt quod emptori denegatum eſt, aliis creditoribus concedatur. Etenim emptio & venditio eſt inter contractus bonæ fidei, quibus venit id omne, quod alterum alteri ex bono, & æquo præſtare oportet, etiamſi expreſſum non fuerit *l. 7. ff. de neg. geſt. l. 54. ff. locat. & l. 2. in fin. ff. de oblig. & act.* & M. Tullius, à quo Iuriſconſulti id didicerunt, vt puto *lib. . de offic.* Quare cum in iudicio empti, quo vinum, frumentum, & id genus petitur, non poſſit iudex ex ſimplici mora venditori condemnare illum in id quod emptoris intereſt extra rem, vt ſi fortè potuit ex vino negotiari, vel ex eo quod triticum traditum non fuit, illud magno emere coactus fuit, vt apertiſſimè definitum eſt *in d. §. cum per venditorem*, & Alciatus admittit, multo minus in mutuo, & aliis contractibus ſtricti iuris id creditori concedendum eſt, in quibus iudicis poteſtas, officiumque arctioribus 41

Digitized by Google

ctioribus finibus continetur *dict. l. 7. de neg. geſt. l. 99. ff. de verb. oblig.* Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 9. n. 9. & 21.* vnde merito receptum eſt id in quocunque contractu procedere teſte Rebuffo *in verb. dupli. n. 31.* Plot. *in d. §. 10. n. 26.* & Barboſ. *loc. cit. n. 34.*

Neque obſtat *l. videamus 19. §. præterea de vſur.* qua vtitur Alciat. *n. 5.* & in qua I. C. ait, *ſi veſtimenta aut ſcyphus petita ſint, in fructu hæc numeranda eſſe, quod locata ea re mercedis nomine capi potuerit*, quia hic locus nihil ad hãc quæſtionem hanc pertinet, ſiquidem quæſtio eſt de intereſſe lucri ceſſantis, vel dãni emergentis ex eo, quod res non fuit tradita: ibi verò de fructibus rei petitæ, vt ibidem Angelus ait, & Florianus notat rectè ſubiiciens hanc legem pertinere ad eam partem rubricæ, quæ eſt de fructibus, quæ ſunt diuerſa: fructus enim ex ipſa re proueniunt, vel ex vſu rei *l. ſi nauis 62. ff. de rei vind.* id verò quod extrinſecus intereſt ratione damni vel lucri, pendet ex ſtatu rerum, & conditione ipſius creditoris, cuius interdum nihil intereſt *l. 112. in fin. ff. de verb. oblig.* & quatenus fructus inducerent rationem eius quod intereſt, illud eſſet intereſſe circa rem, vt reſpondit Soci. *in conſ. 156. n. 11. lib. 2.* non intereſſe extrinſecum, vt Alciatus putat. Præterea nulla ibi quæſtio erat de æſtimatione rei, vt malè etiam Alciatus ſupponit: ſed veſtimenta & ſcyphus petita ſunt, quæ extabant, & quorum pretium variari non ſolet, niſi rarò, & in modico, & non niſi longo tempore, & quod ad veſtimenta attinet vſu potius conſumi, & minui *l. 3. §. ſi res ff. commod.* Alia eſt conditio vini, & tritici, & aliarum ſpecierum, quæ ad annonam pertinent, & de quibus loquitur *d. §. cum per venditorem.* Harum enim rerum pretia creſcere, & decreſcere ſolent, & magnam varietatem ex vbertate vel ſterilitate annorum recipere *l. 63. in fin. ad l. Falcid. l. 3. de eo quod cert. loc.* & conſtat ex Plinio *lib. 33. cap. 4.* vnde plerumque experimur, vt tritici modius, qui tempore meſſis quatuor, vel quinque libris conſtat, in hyeme, vel vere non niſi ſeptem vel octo comparari poſſit. Idem de vino dici poteſt, conſtat enim tempore vindemiæ vt plurimum vilius eſſe. Vnde quod reſponſum eſt *in d. §. cum venditorem*, de tritico, oleo, & vino, & ſimilibus ſpeciebus, quæ functionem recipiunt, accipiendum eſt, quarum ſcilicet pretia non mediocriter augeri ſolent, & proinde æquum viſum eſt, vt creditor id tantum conſequeretur, quod res pluris fuit, pœnæ enim cum competenti moderamine proferri debent *d. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo.* & nominatim *in d. §. cum per venditorem*, definitum eſt. Quare cum *in d. l. videamus*, quæreretur de veſtimentis, & ſcyphis, quæ illam varietatem recipere non ſolent, & de illorum fructibus, quod vino, frumento, oleo non congruit, conſtat enim vini, olei, frumenti, nullum fructum eſſe, perſpicuum eſt nihil hinc deduci poſſe aduerſus noſtram ſententiam, vt ferè reſpondit Rebuff. *loc. cit.* vbi reliquas Alciati argutias refellit. Sanè quod dicitur *in d. l. videamus*, in fructu numerandum eſſe, quod ex locatione veſtimentorum, & ſcyphi percipi potuit, explicandum eſſe cenſeo ex *d. l. 62. ff. de rei vind.* vt accipiendum ſit de veſtimentis, & argento, quæ locari ſolent.

42 Vt etiam nihil mouere debet, quod Alciatus ait *num. 7.* id ſpecialiter in contractu emptionis & venditionis conſtitutum fuiſſe, quia emptor & venditor ſimili iure cenſeri debent *l. 2. C. de Cupreſſ. lib. 11.* & proinde cùm ſtatutum ſit, vt emptor, ſi pretium non ſolueret, in legitimis vſuris ſolum condemnaretur *d. l. vlt. ff. de per. & comm. rei vend.* æquum etiam fuit, vt venditoris quoque mora nihilo durius puniretur, vnde ſi rem venditam non tradit ſolum in eo quod, intrinſecus intereſt damnatur: id enim quod extra rem verſatur, excedere legitimum modum vſurarum. Hæc inquam nihil mouere debent, quia quod ait emptorem, & venditorem eodem iure cenſeri non ſemper verum eſt, quod patet, quia venditor non tenetur rem emptoris facere, emptor verò nummos venditoris facere obligatur *l. ex empto in princ. ff. de act. empt. l. 1. ff. de rer. perm.* Cuiac. *in l. 1. ff. de act. empt. in fin.* & multa alia poſſent adferri ad oſtendendum non promiſcuè eodem iure cenſeri. Et proximè rei, de qua quæritur, ſi eadem debuit hac in re eſſe emptoris, & venditoris conditio, ſequeretur, vt quemadmodum emptor, qui poſt rem traditam pretium non ſoluit, tenetur ad vſuras pretij *ex d. l. vlt. & l. 2. C. de vſur.* ita etiam venditor olei, vel frumenti ſi in eo tradendo moram fecit, vſuras etiam præſtare cogendus ſit ex iure ciuili, certum enim eſt hoc iure vſuras recipere poſſe *l. frumenti, & l. oleo, C. de vſur.* & Roderic. *lib. 3. quæſt. 7. num. 14.* Quod tamen nullo iuris ciuilis loco cautum eſt: & tantum Paulus *in d. §. cum per venditorem*, reſpondit *vtilitatem emptoris in æſtimationem venire, quæ modo circa ipſam rem conſiſtit.* Vnde minus probabile videtur, quod Alciatus ait id receptum eſſe, vt emptoris venditoriſque par eſſet conditio. Conſtat enim hac in re diuerſo iure cenſeri, venditor enim ſi rem non tradat, tenetur ad id quod intereſt *l. 1. ff. de act. empt.* etiamſi ſit ex his, quæ functionem recipiunt, vt vinum, & frumentum *d. §. cum per venditorem*, & vſuras in eadem materia admittere poſſunt vt dictum eſt. At verò emptor ſi pretium non ſoluit, poſt rem traditam vſuras pretij ex iure ciuili præſtare cogitur *l. Iulianus, §. ex vendito, ff. eod. & l. 2. Cod. de vſur.* non autem id quod intereſt *d. l. vlt. ff. de per. & comm. rei vend.* quod nunc abrogatum eſt, niſi quatenus patitur ratio fructuum, vt aliis locis tractatum eſt. Quamobrem verius puto Hermogenianum *in dict. l. vltim.* reſpondiſſe venire vſuras non autem id quod intereſt inſpecta natura contractus, in quo cùm ſit bonæ fidei, vſuræ veniebant ex mora *l. 32. §. in bonæ fidei, ff. de vſur. l. 2. Cod. depoſ.* idque actum videbatur inter contrahentes *l. cum quid, ff. de reb. credit.* Bald. *in l. ſi repetendi, num. 2. Cod. de condict. ob cauſ. & in conſil. 330. num. 2. lib. 3.* & alij apud Cardin. Mantic. *de tacit. & amb. conuent. lib. 1. tit. 13. num. 15.* quod tamen nunc iure Pontificio totum abrogatum eſt, vt dixi, & notat idem Cardin. *eod. lib. 1. tit. 9. num. 10.* Quamobrem cùm nulla ſit ratio, cur magis aduerſus emptorem conſtitutum ſit, vt intereſſe quod eſt circa rem in hiſce rebus duntaxat conſequi poſſit, dicendum eſt hoc etiam ad alios creditores pertinere, quibus ex aliis contractibus idem genus debetur. Quod multo certius retinendum eſt in iis contractibus, qui ſunt proximi emptioni, vt permutatio *l. 2. ff. de rer. permut.* & locatio *l. 2. ff. loc.* quæ ait iiſdem regulis conſiſtere, & in ſpecie tradit Plot. *loco citato n. 16.*

Denique ferendum non eſt, quod Rodericus ait *loc. citato num. 28.* diuiſionem illam intereſſe intrinſeci, & extrinſeci eſſe contra mentem iuris, quia manifeſtè hæc diuiſio colligitur *in d. §. cum per venditorem*, in quo cùm Paulus dicat emptoris, omnem vtilitatem venire, quæ modo circa rem ipſam conſiſtit, neget vero æſtimandum eſſe ſi fortè potuit ex vino negotiari, & lucrum facere, vel ob frumentum non traditum eius familia fame periit, cuius tamen lucri vel damni vt plurimùm ratio habenda eſt, vt *in d. l. 3. de in lit. iur. l. 2. § vlt. de eo quod cert. loc.* perſpicuum eſt illum duplex intereſſe conſtituere, vnum quod verſatur circa rem, & eſt id, quod res pluris fuit poſt moram, quod ait æſtimandum eſſe: aliud quod non conſiſtit circa rem, ſed ex induſtria creditoris pendet, vt ſi merces comparare ſolet, vel ex ſtatu rerum ſuarum, vt ſi pecuniam ſub vſuris accepit, vel eius pignora diſtracta ſunt, quæ ſanè ſunt extra rem, neque ſequuntur rem, ſed perſonam creditoris, cuius interdum nihil intereſt, vt diximus. Meritò igitur hæc diſtinctio ab omnibus aliis recepta eſt, inter veteres illam probauit Cynus *in d. l. vn. n. 11. verſ. eſt ſecunda diuiſio* & Bartol. *n. 18.* & alij apud Cagnol. *in rubr. circa fin.* & Bolugn. *eod. loc. n. 93.* Plautius *in præfat.* Cuiac. *in d. §. cum per venditorem* Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 119. n. 25.* Vgolin. *in d. §. 5. num. 4.* vbi ait Doctores communiter id probare, Tuſch. *in litera I. concl. 297. n. 15.* & aliis relatis Cyriac. *contr. 165. num. 25.* Merlin. *reſ. 77. n. 12. & 13.* Ozaſc *in deciſ. 129. n. 12.* & nouiſſimè D. Raph. de Turri *in tract. de camb. diſp. 3. q. 9. num. 18.* Aſperè igitur dixiſſe videtur P. Salon loc. cit. num. 8. *hæc eſſe mera figmenta, & reiicienda potius, quam explicanda*, tum quia figmentum non eſt quod lege ſancitum eſt: tum etiam quia ità conſtitui rationis eſſe videtur, ne debitor ob ſimplicem moram, in quam plerumque ob inopiam & iniquitatem temporum incidit, immodicè obruatur, & licèt Salon maximè eo principio nitatur, quod vocem quandam naturæ appellat, neminem ſcilicet alteri prodeſſe teneri cum iactura rerum ſuarum, vt repetit multis locis, iuris tamen auctoribus etiam naturæ congruum eſſe videtur modum aliquem hac in re adhibere, & pœnam hanc, intereſſe enim pœna eſt non ſoluentis, vt inquit Plautius *verſ. in omnibus caſibus n. 12.* cum competenti moderamine proferre, vt ait Iuſtinianus *in d. l. vn.* 43

Digitized by Google

de ſent.quæ pro eo quod inter. & hic Cuiac. *in fin.* vbi adfert illud Theodori Græci interpretis *naturalis æquitas complectitur moderationem*, quod duplex intereſſe non alia ratione melius iudicio meo explicari potuit,quam ſi illud quod eſt intra vel circa rem,intrinſecum,illud vero quod eſt extra rem,extrinſecum nuncupemus.Sanè aduerbio *extrinſecus* probati auctores vtuntur Cicero,Seneca, Varro, vt etiam Florentinus *in l.*
44 *quæ extrinſecus 65. de verb. oblig.* † & quidquid ſit, nullum pretium operæ eſſe puto de vocibus altercari, & potius veteres interpretes laudandos eſſe,qui vtcunque res ceſſerit,ſuis diuiſionibus, & partitionibus ius ciuile enucleare conati ſunt, & ita iuris cognitionem in artem quandam redigere. Nam M.Tullius, qui de iure ciuili in artem redigendo librum ſcripſit, vt refert Gellius *lib.1. Noct. Atticar.* non alia ratione id fieri debere ſcribit *lib.1.de Orat.* quàm ſi ius ciuile in ſua genera ſuáſque diuiſiones reuocetur, & omnia quæ ſunt vel generum, vel partium nomina definitionibus exprimantur, vt obſeruat Budæus in adnot.*ad l.1. de iuſt. & iur.*
45 † Quod quidem conati ſunt Ioann. Coraſius, & Ioachimus Hopperus editis de iuris arte libellis,qui ad manus omnium peruenerunt.Vigelius etiam methodum vniuerſi iuris ciuilis nobis reliquit. Quod facere aliquando Ciceronem cogitaſſe obſeruat,& valde cupiebat Bud.*in annot.l.1. de iuſt.& iur.*

46 Sed vt reuertamur, vnde digreſſi ſumus, conſtat ex his quæ diximus fœneratores, ad vtrumque teneri id eſt ad intereſſe intrinſecum,& extrinſecum, quia hoc pendet ex maleficio, & furto, vt dictum eſt. † Quod quidem intrinſecum intereſſe, ſeu circa rem, debitoris odio creſcit vſque ad executionem ſententiæ, vt in tranſitu quibuſdam relatis dixi *q.90.n.42.* quibus nũc addo Maſtrill.*in dec.16.n.*8.Card.Tuſc. *in lit.I.concl.*307. *n.*18.Hieron.de Laurent.*deciſ.*187.*n.*7.Merlin.*contr.forenſ.cap.*77.*num.*8. & hanc communem concluſionem eſſe teſtis eſt Curt.iun. *in l.vinum, num.27. ff. ſi cert. pet.* quæ probari poteſt multis iuris locis, vt *l.in hac, ff. de condict. triticar. l.2. ff. de priu.delict. l.pen. ff. de act.rer.amot. & l.8.ff.de condict.furt.* illis verbis, *placet tamen illud tempus ſpectandum, quo res vnquam plurimi fuit.* Quod tamen accipiendum eſt cum illa diſtinctione, quam ſecutus ſum *in d. quæſt 90. num.* 43.& ſequitur Curtius *in d.l.vinum,num.*28. à qua tamen receſſit Tuſc.*loc.cit.num.*10.& alij multi apud Giurbam *in deciſ.* 115.*num.*2.& de qua dubitatum eſt apud Cardinal. Seraphin. *in deciſ.*1252.

QVÆSTIO XCVII.

An bona fœneratoris pro vſurarum reſtitutione tacitè obligata cenſeantur.

SVMMARIA.

1 *Bona fœneratoris non ſunt tacitè obligata pro reſtitutione vſurarum.*
2 *Bona ex vſuris quæſita an ſint pro earum reſtitutione obligata pignori.*
Cardinalis Mantica ſententia.
3 *Mutua pecunia fit accipientis.*
4 *Res empta ex pecunia pupilli tacitè pupillo obligata intelligitur.*
5 C.cum tu.de vſuris *ſententia.*
6 *Hæredes ad reficienda damna per defunctum illata ex iure canonico obligantur,quatenus facultates defuncti patiuntur.*
7 *Neguzantij ſententia quadam reprehenditur.*
8 *Baldi,& Saliceti traditio* in l.furti. C.de furt. *declaratur.*
9 *Argentarij tacitam habent hypothecam contra res debitorum ex edicto quodam Iuſtiniani.*
10 *Bona vſurarij an in ſubſidium reuocari poſſint,vt ex his vſuræ reddantur.*
Alexandri Trentacinquij hac de re reſolutio.
11 *Agens aduerſus tertium pro repetitione vſurarum vti debet edicto* de his quæ in fraudem.
Edictum de his,quæ in fraudem *generale eſt.*
12 *Is cuius pecunia res empta eſt, non maius in ea re ius habet, quam reliqui creditores.*
13 *Res empta pecunia militis poteſt ab eo vtili rei vendicatione peti.*
Quod & pupillis,& Eccleſiæ conceſſum eſt.
14 *Res empta ex vſuris militi, Eccleſiæ,& pupillo extortis,poſſunt ab illis in ſubſidium vindicari.*
15 *Actio qua reuocatur, quæ in fraudem creditorum geſta ſunt, eſt ſubſidiaria.*
In actione reuocatoria excuſſio eſt neceſſaria.
16 *Res teſtatoris pro legatis tacitè obligantur pignori.*
17 *Teſtator poteſt pignus teſtamento conſtituere.*
18 *Vel remittere.*
19 *Hypotheca,quæ tacitè pro legatis inducitur,diuidua eſt.*
20 *Niſi vnus tantùm hæres ſit.*
21 *Hypotheca tacita, quæ pro legatis datur, etiam aduerſus tertios competit.*
22 *Pro portione tamen hæreditaria.*
23 *Hypotheca datur in ſolidum contra hæredes, cùm nondum hæreditas diuiſa eſt.*
24 *Et cùm bona omnia ad vnum peruenerunt.*
25 *Item ſi fundus ſpecialiter pignori obligatus ſit.*
26 *Item ſi teſtator generaliter bona ſua obligaſſet pro legatis præſtandis.*
27 *Hypotheca pro legato dotis indiuidua eſt ex Surdo.*
28 L.vn.§.& vt plenius,C.de rei vxor. act. *declaratur.*
Hæres ſi legatum dotis promittat mulieri,aut marito,bona eius tacitè obligantur pro ſolutione dotis.
29 *Antichreſis nunc teſtamento inſtitui non poteſt.*
30 *Teſtator non poteſt iubere, vt quoad legatum certa quantitatis non ſoluitur, vſuræ eius ab hærede præſtentur.*

PRÆTEREA quæſitum eſt, an bona fœneratoris tacitè hypothecæ ſuppoſita ſint pro reſtitutione vſurarum, ita vt cum hoc onere tranſeant in quemcũque poſſeſſorem. † Et in hanc 1
ſententiam itum eſt, vt minime obligata cenſeantur. Nullibi enim iure ciuili vel Pontificio conſtitutum eſt tacitè pignus,& hypothecam hîc contractam eſſe.Et regula iuris eſt tacitam hypothecam in iis tantùm caſibus ineſſe,in quibus nominatim ius pignoris inductum eſt,vt *arg. l.ante omnia,ff.de probat.* & ex Baldo, & Fulgoſio, & aliis auctoribus citatis reſpondit Crauetta *in conſ.*692.*num.*2.& docet Aleiat.*in l.1.in princ.n.18.ff.de acquir.poſſeſſ.* & alij apud Cardin.Mantic.*de tacit.& ambig.conuent.lib.11.tit.12.n.1.* Et proinde bona fœneratoris pro vſuris reſtituendis non eſſe tacitè obligata pignori rectiſſimè ſentiunt Theologi ferè omnes Caiet.Sot.Nauar.Tolet.Salon.& alij plurimi apud Salas *lib. de vſur.dub.41.n.2.*quibus conſentit Emin.P.de Lug. *diſp.25. ſect.11.n.212.*& inter Iuriſperitos Couarr.*variar.lib.3.c.3.n.6.* Neguzant.*de pign.p.2.memb.4.n.155.*Ioan.Bapt.Lup.*comment.* 4.§.3.*n.3.impreſſ.Venet.in tractatib.*Viuius *commun.opin.lib.3.tit.* 53.*n.*13.Trentac.*variar.reſolut.lib.1.tit.de vſur.cap.1.n.3.* Rota *inter recentiſſ.part.2.deciſ.*177.*n.*2.Cardin.Mantic.*d.tit.*12.*n.*12. quibus in locis teſtatur hanc eſſe communem opinionem.Et hæc quidem definitio in bonis aliunde, quam ex vſura quæſitis ſine controuerſia eſt.

Cæterùm quidam exiſtimarunt ſaltem res emptas ex vſuris in ſubſidium tacitè pro earum reſtitutione obligatas eſſe: 2
Quam ſententiam ex auctoritate quorundam probat Cardi. Mantic.*loc. citat. num.*13. vbi etiam refert in ſacro Rotæ Auditorio ita fuiſſe iudicatum. Et virum conſultiſſimum in hãc ſententiam traxit, quod definitum eſt *in cap. cum tu. de vſur.* poſſeſſiones,quæ de vſuris comparatæ ſunt, vendi debere,& ipſarum pretia his, à quibus vſuræ extortæ ſunt, reſtitui. Nam inquit, ſi prædia ex vſuris empta diſtrahi debent, & pretia iis à quibus vſuræ extortæ ſunt, reſtitui, negari non poteſt,quin in ſubſidium tacitè obligata cenſeantur, quia illud verbum *debent*, ſecundum propriam ſignificationem neceſſitatem inducit, quibuſdam auctoribus citatis ſimiliter probat *num.*14. Sed Caietanus,& alij communiter affirmant nullum diſcrimen hac in re conſtituendum eſſe inter bona fœnebri pecunia empta,& alia vſurarij bona,& aliũde quæſita,obſeruat Salas *loc.cit.* & probat Caniſ.*eod.lib.cap.7.in fin.* Petr.Greg. *eod.tract.lib.3.cap.5.n.5.in fin.* quod magis placet.

†Nec

3 † Nec enim is,à quo vſuræ extortæ ſunt , plus iuris habet ,
quàm alius quilibet,ex cuius pecunia res aliqua ab altero
empta e ', cui actio tantùm competit ad pecuniam repeten-
dam *l. 1.& 8.C.ſi quis alt.vel ſibi.l.16.& 17.C.de pignor.* cuius
verba ſunt. *Quamuis ex pecunia,quam à te mutuo frater tuus ac-
cepit,comparaueris prædium,tamen niſi ſpecialiter , vel generaliter
hoc tibi obligauerit sua pecunia numeratio in cauſam pignoris non
deduxit ſane perſonali actione debitum petere non prohiberis.* Et li-
cet hæc conſtitutio ſit de pecunia credita , & conſequenter
de pecunia illius,cui credita eſt *l.2.§.2.ff.de reb.cred.* idem ta-
men eſt,ſi pecunia ex alia cauſa debeatur,vel ſit aliena , quia
nec illius numeratio ab alio ſuo nomine in emptionem rei
facta pignoris obligationem quærere poteſt ei, cuius eſt pe-
cunia,vt indicat *d.l.8.C.ſi quis alt.vel ſibi* , quæ ait hoc caſu
4 nullam in rem actionem competere. † Et ab hac lege pupil-
lum excipimus,cuius pecunia res ab alio empta tacitè pupil-
lo pignori obligata eſt ex conſtitutione Seueri,& Antonini
l.penult.C.de ſeru.pign.dat.manum.& l.3.ff de reb.eor. qui ſub tut.
& notat Cuiac.*ad d.l.17.C.de pignor.*& ipſe Cardinal.Mantic.
eod.lib.11.tit.14.nu.1. Quod argumentum eſt hoc ius omni-
bus conceſſum non eſſe:neque temerè dandam eſſe actionem
hypothecariam ſine lege certa,quæ id conſtituat.Et veriùs eſt
ſecundum principia iuris res ex pecunia fœnebri emptas ta-
citè pignori obligatas non eſſe , niſi pecunia pupilli ſit , vel
alterius,qui eodem iure vtatur.

5 Neque mouet *cap.cùm tu de vſur.* quia non loquitur de bo-
nis ab vſurario diſtractis, ſed de illis,quæ in illius dominio,
vel hæredis perſeuerant,& hæc illa bona ſunt, quæ diſtrahi
debent,vt expendit Molin. *diſp.319.n.7.*& ex eo colligitur ,
quia Pontifex non iubet illa bona tertiis poſſeſſoribus au-
ferri,ſed diſtrahi tantùm,vt ex pecunia ex illorum venditio-
ne redacta vſuræ reſtituantur,& abſoluatur vſurarius à pec-
cato,quod vſuras extorquendo commiſit. Sed remiſſio pecca-
ti proficiſci non poteſt ex venditione earum rerum , quæ in
ius,& dominium alterius ex iuſto,& legitimo titulo perue-
nerunt,ſatisfactio enim ex propriis rebus facienda eſt , non
alienis. Alioqui dum hac ratione vno crimine vſurarius ab-
ſoluitur,alio obligari neceſſe eſt,nimirum ei,cui res euinci-
tur,& aufertur ſaltem cum titulo venditionis,aut alio onero-
6 ſo,& ſine omni fraude res ad eum peruenit. † Quod etiam
ex eo colligi poteſt,quia conſtitutiones Pontificum, quibus
præcipitur,vt ex bonis defunctorum reparentur damna ab
illis,furto,incendio,vel alio ſcelere illata, perpetuò iubent ,
vt hæredes ad quos bona peruenerunt , iuxta defunctorum
facultates, & prout eorum facultates patiuntur ad ſatisfa-
ctionem compellantur, vt *in cap.vlt.de ſepult.& in c.in literis.
de raptor. Mandamus*,inquit,*vt hæredes eius moneas,& compellas,
vt his quibus defunctus per incendium,vel alio modo damna contra
iuſtitiam irrogauerat.iuxta facultates ſuas condignè ſatisfaciant, vt
ſic à peccato valeat liberari.* Ita etiam quod iubet conſtitutio
Diui Gregorij X. *in cap.quamquam. de vſur. lib. 6.* vt ſcilicet
manifeſtis vſurariis defunctis Eccleſiaſtica ſepultura dene-
getur,donec iis,quibus reſtitutio fieri debet, idoneè cautum
ſit,vel de vſuris ſatisfactum,prout eorum facultates patiun-
tur,accipiendum eſt de bonis propriis,quæ defunctus habuit
& in patrimonio,& hæreditate reliquit, non autem de his ,
quæ ab eo diſtracta ſunt,& in bonis eius non adnumerantur
& ab extraneo iure dominij,& iuſto titulo poſſidentur. Et
ſubiiciam etiam Didaco , quem Cardinalis profert pro ſua
ſententia nihil tale excidiſſe,& Sotum etiam,quem perperam
citat,perſpicuè noſtram ſequi ſententiam *eod. loc.* id eſt *lib. 6.
quæſt.1.art.4.verſ.ſed ſunt aliæ res.*

7 Ex quibus etiam omnino reiicienda eſt opinio Neguzan-
tij *eod.membr.4.n.124.*& Gratian.*diſcept.forenſ.cap.935.n. 2. &
ſeq.* qui ex auctoritate quorundam exiſtimant bona furis , vel
alterius delinquentis tacitè obligata cenſeri pro reſtitutione
rei ablatæ,& ſatisfactione damni illati , & cum hoc onere
tranſire ad hæredes, & ad alios quoſcunque,quia nullo iure
ciuili,vel Pontificio id conſtitutum eſt. Neque illius ſen-
tentiam iuuat *d.cap.vlt.de ſepult.* quia hæc conſtitutio tantùm
iubet hæredes,& propinquos ad quos defuncti bona poſt il-
lius obitum peruenerunt,cenſura Eccleſiaſtica compellendos
eſſe,vt pro defuncto ſatisfaciant,vt proximè dictum eſt , &
ideo perperam trahitur ad bona, quæ ab eo dum viueret,
alienata ſunt,& ab extraneo,non pro hærede, ſed alio titulo
poſſidentur.† Neque aliud Baldum,& Salicetum ſenſiſſe pu- 8
to *in l furt.C.de furt* quos Neguzantius, & Gratianus citant
pro ſua ſententia,quia nihil conſtituunt de tertio poſſeſſore,
ad quem bona delinquentis eo viuo ex iuſto titulo peruene-
runt;ſed tantùm quærunt,an hæres teneatur ex delicto de-
functi,cùm nihil ad eum peruenit,& reſpondent ex iure ca-
nonico vſque ad vires hæreditatis teneri *ex d. cap.quamquam.
de vſur.lib.6.*& licèt rationem addant , quia hoc iure omnia
bona delinquentis ſunt tacitè obligata pro ſatisfactione
damni iniuria dati,id tamen impropriè accipiendum eſt , &
de bonis tantum,quæ delinquens in ſuo patrimonio,& hære-
ditate reliquit,& peruenerunt ad hæredes , quibus ob id eo
iure præcipitur,vt iuxta defuncti facultates,& prout eius bo-
na patiuntur,pro defuncto ſatisfaciant : & proinde videntur
iſtiuſmodi bona, quæ defunctus in bonis reliquit, hoc onus
habere,vt ex illis vſuræ,& reliqua damna reficiantur, & hoc
ſenſu inquiunt bona tacite pro reſtitutione rerum ablatarum
& ſatisfactione obligata eſſe. Alioqui res bona fide quæſitas
ſine conuentione vlla,& ſine certa lege poſſeſſoribus aufer-
re, per quam iniurioſum eſt.Et comperi deinde idem ſenſiſ-
ſe Ioann.Bapt.Coſtam *lib.de ration.rat.quæſt. 56. n. 6.* vbi ele-
ganter ait Baldi traditionem *in d l.furti* ad quandam obliga-
tionem anomalam,& impropriam pertinere. Et obſeruan-
dum etiam Baldum non omnino id affirmare, ſed ſubſiſtere,
& hærere,vt notat Cardin Mantic.*d.lib.11.tit.14.num.11.* vbi
merito improbat Neguzantij ſententiam.Quamobrem con-
ſtituendum eſt,neque fœneratoris bona pro rebus furto, aut
fœnore ablatis reſtituendis tacitè pignori obligari,neque ad-
uerſus tertios poſſeſſores hypothecariam actionem dandam
eſſe iis, quibus,vel furto,vel fœnore nocitum eſt:ſed hære-
des tantùm conueniendos eſſe, quatenus ad eos ex defuncti
hæreditate peruenit. † Et ſubiiciam etiam ad confirmanda
ea, quæ diximus , quod argentariis reſcripſit Iuſtinianus *in* 9
Nouel.136.ca.5. Nam cùm apud eum argentarij expoſcerent,
vt priuatæ cautiones ab iis ſuſcriptæ,quibus pecunias crede-
rent,exinde hypothecam haberent , reſpondit ſe non temerè
hypothecam daturum his,qui de ea pactum non fecerint, ne
legum in vniuerſum naturam perturbaret,quamuis deinde il-
lis Iuſtinianus indulſerit,vt in bonis debitorum tacitam hy-
pothecam haberent,& alia priuilegia quædam *edicto 7.cap.3.*
quæ recenſet Cuiac.*in dict.nouell.136.*

Sed an ſaltem in ſubſidium,id eſt,cùm vſurarius non eſt 10
ſoluendo,pro vſuris reſtituendis detur actio aduerſus tertium
poſſeſſorem ad reuocanda ea,quæ alienata ſunt,hoc caſu ſi ti-
tulo oneroſo bona vſurarij ad eum peruenerint,plurimi ſen-
tiunt,& conſentiunt,nullam actionem eſſe ei,qui vſuras ſol-
uit,quia cùm vterque agat de damno vitando, melior eſt cō-
ditio poſſidentis,vel vt loquitur Paulus,occupantis. *l. 5 a.ff.
de pecul.* ſi verò titulo lucratiuo ad eum bona tranſlata ſint ,
aduerſus eum actionem eſſe in ſubſidium *arg. l. ſi me, & Ti-
tium.ff.ſi cert. pet.* Nam & condictio indebiti datur contra
eum,cui ſolutio ex cauſa lucratiua proficit , vt docent gloſ.
Bart.& Iaſon.*in l.bus ſolu.ff.de condict. indeb.* & Oldendorp. *de
act.claſſ.6.act.6.verſ.3* & ita reſoluit Treotacinq.*loc.cit.nu.57.*
† Ego verò cui ſpecies *d.l.ſi me,& Titium.* ſatis ab hoc tracta- 11
to aliena eſſe videtur tametſi hæc lex inter remedia ſubſidia-
ria cenſeatur,vt eſt apud Ioan.Bapt. Coſtam *de remed. ſubſid.
rem.15.* quæſtionem hanc definiendam eſſe puto ex edicto *de
his,quæ in fraudem creditorum facta ſunt,vt reſtituantur*,vt ſenſit
Sotus *de iuſt.& iure lib.6.art.4.* circa medium *verſ.ſi tamen ven-
dat.* Molin. *in d. diſp.319. nu. 5.& 8.in fin.*& Molinæ ſequax
Salas *in d.dub.41.n.4.* edictum enim generale eſt, & omnibus
creditoribus propoſitum, & ad coërcendas fraudes , & ma-
chinationes debitorum *l.5.ff.quæ in fraud.credit.&c.* Nec ſepa-
randi ſunt creditores ob vſuras indebitè ſolutas ab illis , quā
alio modo indebitum ſoluerūt,& quibus ex alia cauſa debe-
tur.Et proinde in iis caſibus,in quibus alij creditores reuo-
cant ea,quæ in eorum fraudem facta ſunt , in iiſdem vſuras
iuſtas repetentibus etiam eſſe conſultum.In caſibus verò, in
quibus ceſſat edictum,nullam ſupereſſe actionem iis,qui vſu-
ras repetunt aduerſus eos,qui cum vſurario contraxerunt, &
illius bona poſſident, cùm nec ab aliis creditoribus poſſint
conueniri. † Nec diſtinguitur,an res,quæ alienata proponi- 12

Digitized by Google

tit, ex pecunia creditoris empta ſit. Nihil enim plus iuris habet is,cuius fuit pecunia,& indebitum ſoluit, quàm quod illius pecuniæ creditor eſt eius,qui eam in ſuos vſus conuertit,& non niſi de pecunia actionem habet,vt dixi *ex l.1.& 6. C.ſi quis alteri,vel ſibi.& l.8.C.eod* vbi Impp. Diocletianus, & Maximianus cuidam mulieri reſcripſerunt his verbis. *de tua pecunia hanc commendo facies conſultius. Nam in rem de rebus ab eo comparatis tibi contra eum petitio non competit.* idem conſtat *ex l.17.C.de pignor.l.12.C.de iur.dot & l.procuratoris. §. planè.ff. de tribut.act.*

15 † Niſi fortè pecunia militis ſit *l.ſi vt proponis. C. de rei vindic.* vel pupilli & adoleſcentis *l.3.C arbitr.tutela.l 52. § planè.ff.de pecul.& l.2.C.quando ex fact.tut.* vel Eccleſiæ, vt notat Accurſius *in d.l.ſi vt proponis.C.de rei vindic.*& aliis auctoribus citatis tradit Borgnius *lib.de tut.cap.7.nu.* 252. His enim vtilis rei vindicatio competit, vel indiſtinctè, vel in ſubſidium: indiſtinctè quidem ſi eorum procuratores, & tutores,& negotiorum geſtores ſibi quid emant eorum pecuniâ. Hoc enim caſu actio in rem illis conceſſa eſt, ſiue tutores & adminiſtratores ſoluendi ſint, ſiue non *d.l.ſi vt proponis* In ſubſidium verò, cùm extraneus emit, id eſt is, qui eorum res non gerit, vt explicat Cuiac.*ad tit.C.ſi quis alteri, vel ſibi.* Sed hæc obtentu militiæ, ætatis, & religionis, & iure ſingulari recepta ſunt, & proinde hocius ad alios creditores non porrigitur, qui nullum ius idcirco habent in rebus eorum pecunia emptis neque dominij, neque pignoris

14 Ex quibus illud conſequens eſt, ſi forte ex vſuris à milite, vel pupillo, vel Eccleſia extortis fœnerator aliquid emerit, militem, & qui eodem iure vtuntur, rem hanc vtili rei vindicatione in ſubſidium à quocunque poſſeſſore repetere poſſe, & creditores alios, quamuis priores tempore repellere, quia vt dixi ſæpiſſimè, dominij cauſa potior eſt, & qui dominium habet, omnibus creditoribus etiam hypothecam habentibus præfertur *l.in rebus C.de iur.dot.l.ſi ventri. § in bo is. ff.de priu.credit.*& tradit Neguzant.*de pignor.par.5.membr. 2. n.* 40. de aliis vero rebus, quæ ab vſurario alienatæ ſunt, iis tantùm caſibus in poſſeſſorem actionem eſſe, in quibus locum habet prætoris edictum *de reuocandis his, quæ in fraudem creditorum facta ſunt,* ſecundum ea quæ proximè diximus, & tractant Molina.& Salas *locis citatis,* & diligenter Oliban. *de Act. par.2.lib.1. c.* 18. † Vbi *num.* 37. ait hanc reuocatoriam actionem in ſubſidium dari, quod indicat ſatis *l.10. §. hoc eit.* illis verbis. *ſi euentum fraus habuit.* & quod receptum eſt prius excutienda eſſe bona debitoris, vt conſtat *ex l.1.C. eod. tit.*& docet Bart.*in l.nomen.nu.*8 *C.quæ res pign.oblig.poſſ.* Corn. *in conſ.46.in princ.lib.2.*& alij, quos refert Catoc. *de excuſſion. par.2.quæſt.6.n.2.* Gomez.*in §.item.ſi quis in fraudem Inſtit. de act.num* 38.& Mynſing.*n.*18 Oliban.*loc.cit.n.* 26. Vbi teſtatur hanc eſſe communem ſententiam, & Villalob. *comm. opin. verbo reuocatoria.* & Montan.*in addit.ad Oliban.d.cap.18.nu.2.* & proinde potuit hæc actio inter remedia ſubſidiaria connumerari.

16 Sed quod dictum eſt bona vſurarij non eſſe tacite pro vſuris pignori obligata, hanc exceptionem fortaſſe patitur, niſi pœnitentia ductus eas leget iis, quibus extortæ ſunt. veluti ſi Titio centum leget, quæ illi fœnore abſtulit, vel ſi ſimpliciter damnet hæredem vſuras reſtituere: conſtat enim pro legatis res teſtatoris pignori obligari *ex l.1.& vlt. C. comm. de leg.& §.noſtra autem.Inſtit.de leg.* & Theophil. *eod.loc.* Et licet inutile legatum videatur, cum nihil amplius ſit in legato, quam legatariis debetur. *§.ex contrario.Inſtit.de leg. & l. 28. & 29.de leg.1 & l.82.de leg.2.& l.legati.de liberat. leg.* hic tamen plus in legato eſt ratione hypothecæ, quam creditores conſequuntur in bonis, quæ defunctus habuit. Hoc enim ſatis eſt, vt legatum factum creditori valeat, vt indicat *d. l. 38. de leg.1.& l.11.de liberat.legat.*& tradunt Bart.& Bald.*in d. l.* 38. Ioann.Calder.*conſ.1.de vſur.* quem refert Lup. *loc. cit. verſ. & quod.* Ioannes Fab.*in d.§.ex contrario.num.* 1. & Eman. Soares ad Gomez *lib.1.cap.*12. vbi ait hanc ſententiam iuri conſentaneam eſſe Quod licet valde controuerſum ſit, in propoſito tamen, in quo de ſalute animæ agitur, illud facilè admiſerim quo facilius voluntati defuncti pareatur. Quid enim aliud voluit teſtator, cùm vſuras reſtitui iubet, niſi, vt modis omnibus hæres voluntati eius obtemperet. Quæ fuit cauſa inſtituendæ actionis hypothecariæ contra res teſtatoris, vt ait Iuſtinianus *in d.l.1.* his verbis. *ſi enim teſtator ideo legata reliquit, vt omnimodo perſona ab eo honorata ea percipiat, apparet ex eius voluntate præfatas actiones contra res teſtatoris eſſe inſtituendas, vt omnibus modis voluntati eius ſatisfiat, & præcipuè cùm talia ſint legata, vel fideicommiſſa, quæ piis actibus ſunt deputata.*

Illud verò certi iuris eſt poſſe teſtatorem res ſuas pignori obligare pro reſtitutione vſurarum, & ſolutione æris alieni, 17
ita enim conſtat *ex l.26. ff. de pign.act.& ex d.l.1.C.comm. de leg.* quæ nominatim ait licere teſtatori hypothecam rerum ſuarum in teſtamento, quibus voluerit, dare Non tantùm ergo poteſt teſtator bona ſua pignori ſubiicere pro legatis, & fideicommiſſis, ſed etiam pro ſolutione æris alieni, & abſentibus etiam, & ignorantibus creditoribus. Quamuis enim contractus nonniſi inter conſentientes fieri poſſint *l.2.ff. de pact. l. 32.ff.de rebus cred.l.30.ff.de act.& oblig & Inſtit.de oblig.ex conſenſu.* in teſtamentis tamen ſola voluntate teſtatoris pignus conſtitui poteſt certarum rerum, vel omnium. Etenim poteſt quiſque rebus ſuis eam quam vult legem dicere *l.21.ff. mandat.l.vlt.C.de rer.permut.* præſertim in teſtamentis, in quibus teſtatoris voluntas, quæ legitima eſt, dominatur *l.23.in fin.C. de leg.*† Quamobrem poterit teſtator ius pignoris, quod legatariis, & fideicommiſſariis datum eſt *in d.l.1.C.comm.de leg.* 18
expreſsè remittere, id eſt cauere, ne bona ſua pro legatis, & fideicommiſſis ſint oppoſita pignori, vt innuit *l.2.C. vt in poſſeſſ.legat.&* 1.& ibi gloſ. Bart. Bald. Salicet. & alij notant, & docet Neguzant.*loc.cit.num.* 161 Ripa, Clarus, Craſſus, & alij apud Statil.Pacific *de Salmano interdict.inſpect.3.cap.4.nu.*274. Surd.*in deciſ.28.n.9.*& Cardin.Mantic. *de tacit. & ambig. conuent.lib.11 tit.17.n.17.* Hoc enim ad ius priuatum pertinet, non publicum, quod priuatorum cautionibus mutari non poteſt *l.ius publicum.ff.de pact.l 6 ff.de admin.tut.l.3.C.de teſtam.*

Sed circa hanc actionem hypothecariam, quæ legatis, & 19
fideicommiſſis data eſt, ſingularia quædam recepta ſunt. Inter quæ illud notandum eſt actionem hanc diuiduam eſſe, & inter plures teſtatoris hæredes diuidi ipſo iure ad exemplum actionis perſonalis, ideoque pro portione hæreditaria tantum competit aduerſus quemlibet hæredem, & poſſeſſorem, vt placuit Iuſtiniano *in d.l.1.in fin.* dum ait *in tantum, & hypothecaria vnumquemque conueniri volumus, in quantum perſonalis actio aduerſus eum competit.* Ius ergo hoc ſingulare hic conſtitutum eſt contra naturam actionis hypothecariæ, quæ aliàs indiuidua eſt, & contra quemlibet poſſeſſorem in ſolidum exerceri poteſt *l 68 ff.de euict.l.reſiduum.& l.quamdiu.C.de diſtract. pign.l.8.ff.eod.*& obſeruat Neguzant *loc.citat.nu.*160. Vincent. de Franch.*in deciſ.*203 *n.*1. Cardin.Mantic.*in d.tit.17.n.* 14. & 15 Præſes Faber.*ad d.tit.comm.de leg def.1.n.1.& de error.pragmat.deciſ 48.cap.9.n.6.* Coſta *de ration.rat.quæſt.105.nu.1. & 2.* Chriſtoph.Mart.Medic.*inter deciſ.Senenſ.exam* a 3.*num.* 30. & Statil.Pacific.*in d.c.4.n.*280 quod tamen multis modis declarari poteſt.

Et in primis quidem cùm vnus tantùm hæres eſt, hoc 20
enim caſu, cùm actio perſonalis eum in ſolidum ſequatur, & actio hypothecaria, quæ legatis data eſt, perſonalem imitetur & in tantum competat in quantum competit perſonalis, vt *d l.1.* cautum eſt, conſequens eſt aduerſus hæredem, & poſſeſſorem bonorum, quæ ad hæredem ex ſubſtantia defuncti peruenerunt, in ſolidum exerceri poſſe †Neque mouet, quod 21
contendit Præſes *in d.cap.9.num.2.* actionem hanc aduerſus ſolos hæredes competere, non autem contra tertium poſſeſſorem dari, vbi ait ſe neſcire, an quiſquam id ante illum dixerit, tametſi id ante eum dixerit Cephal. *in conſ. 98.num.*15. perpendens eadem verba *d. l.* 1. quibus mouetur Præſes, & putat hoc eſſe veriſſimum, licet non audeat affirmare, quia non habet certum auctorem, & Surd. *in conſ.191.n.9.* vbi tamen ait ſe non habere hoc pro abſoluto, quamuis auctorem haberet Cephalum *loc.cit.* Non mouet inquam, quia verius eſt actionem hanc etiam aduerſus tertios poſſeſſores dari, ad quos bona teſtatoris peruenerint, vt oſtendit Cardin. Mantic.*d.tit.17.nu.5.& 6.* Et vel hac ratione demonſtratur, quia hypotheca hæc in bonis ipſius teſtatoris conſtituitur, quæ cùm ſemel fuerint hoc onere affecta, non propterea ſoluitur, quod ab hæredibus ad alios peruenerint, actio enim hypothecaria realis eſt, & ſequitur rem ad quemcunque poſſeſſorem peruenerit *l.17.ff.de pign.& hypoth.l.14.& 15.C.eod.l.27. C.*

de

Digitized by Google

d. diſtract. pign. & *l. vlt. C. comm. de leg.* Verius ergo eſt etiam
22 aduerſus tertium poſſeſſorem actionem hanc competere.† Ita tamen, vt in tantum conueniri poſſit, in quantum hæres potuit conueniri, à quo cauſam habuit. Fac enim tres eſſe hæredes, & facta diuiſione hæreditaris vnum ex iis bona, quæ illi contigerunt, alienaſſe, ſanè non poterit tertius ille poſſeſſor pro legatis in ſolidum conueniri, ſed pro hæreditatis portione tantùm, id eſt, pro tertia parte legatorum, quia cùm hæc actio imitetur perſonalem, & perſonalis pro partibus hæreditariis tantum hæredes adſtringat *l. 2. C. de hered. act.* conſequens eſt actionem hanc hypothecariam non niſi pro portione hæreditaria aduerſus poſſeſſorem, qui cauſam habuit ab vno ex hæredibus, exerceri poſſe, quod veriſſimum eſſe puto, licet Coſt *in d. quæſt. 105. n. 10.* contrarium ſentiat, & male, nulla enim ratio eſt, vt actio hypothecaria, quæ ſemel inter cohæredes diuiſa eſt, indiuidua fiat in damnum tertij poſſeſſoris, qui ab vno ex cohæredibus rem habuit: & proinde iure ſui auctoris vti poteſt, ne in ſolidum conueniatur.

23 Secundo loco declaratur, quod dixi hypothecariam hanc actionem aduerſus hæredes dari duntaxat pro portione hæreditaria, vt locum non habeat, ſi nondum inter cohæredes diuiſa ſit hæreditas. Hoc enim caſu nec fieri poteſt, vt hypotheca diuiſa intelligatur, ideóque poterit legatarius aduerſus res teſtatoris in ſolidum agere, vt legatum conſequatur, quia quamdiu inter cohæredes hæreditas indiuiſa eſt, nihil eorum intereſt, ſi quid ex hæreditate iure pignoris capiatur. Ita docet Faber *d. tit. C. comm. de leg. def. 7. num. 4.*

24 Tertiò declaratur non procedere, quando ad vnum ex cohæredibus res omnes teſtatoris peruenerunt, vel maior earum pars, quia hoc caſu aduerſus illum omnia, vel ferè omnia bona poſſidentem actio in ſolidum datur pro legatis conſequendis: Nimirum ne via inueniatur, qua voluntates defunctorum irritæ fiant, & eludantur: ita tradit Alb. *in conſ. 236. n. 5. li. 2.* Anton. Lanat. *conſ. 10. n. 4.* Coſt *loc. cit. n. 7.* & Chriſtoph. Mart. Medic. *d. exam. 23. n. 38.* cùm potiùs ius hoc taciti pignoris à Iuſtiniano inductum ſit, vt voluntas teſtatoris facilius effectum ſortiatur, vt ipſe ait *in d. l. 1.* & dicunt Surd. *in dict. deciſ. 28. n. 8.* Mantic. *loco citato n. 9.*

25 Quartò declaratur, ſi teſtator fundum quemdam ſpecialiter pro legatis pignori obligaſſet, quod proculdubio fieri poteſt, vt *in l. cum hi §. ſi vni. ff. de tranſact. l. Lucius. 12. ff. de alim. & cib. leg.* Nam ſi is fundus ex diuiſione ad vnum ex cohæredibus integer perueniat, hypotheca hoc caſu non diuiditur, ne offendatur voluntas teſtatoris, cuius conſeruandæ gratia ius tacitæ hypothecæ inſtitutum eſt *in d. l. 1.* vt dictum eſt, & ita definitum eſſe refert idem Anton. Faber. *in def. 8. C. comm. de leg.* & ſanè hæc mens fuiſſe teſtatoris arguitur, dum fundum quẽdam expreſsè pignori obligat pro legato, vt hoc pignus tantùm legatarius proſequatur, ſi illi in præſtando legato ab hæredibus mora facta ſit: alioqui inutilis eſſet huius pignoris conſtitutio, ſi nihilominus hypothecariam actionem diuidere legatarius deberet, quia licet teſtator nullum fundum obligaſſet, habebat legatarius ius hypothecæ in bonis defuncti *ex d. l. 1.* pro hæreditariis partibus, vt dictum eſt *num. 19.*

26 Quintò, & vltimo declaratur, quod diximus hypothecam tacitam pro legatis diuiduam eſſe, vt non obtineat in hypotheca expreſſa, quam teſtator legati, aut fideicommiſſi nomine generaliter in teſtamento conſtituit, quod fieri poſſe conſtat *ex d. l. non eſt mirum 26. ff. de pign. act.* & proinde ſi vnus ex cohæredibus rem obligatam poſſideat, in ſolidum hypothecaria conueniri poteſt, vt definitum refert idem Præſes *in def. 1. & 8. eod. tit.* Quia inquit, res expreſſim obligata, ſi ex diuiſione ad vnum perueniat, non poteſt non in ſolidum manere obligata *l. 6. §. ſi fundus. ff. comm. divid. & l. 7. in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* & ne alioqui inutilis ſit hæc teſtatoris prouiſio, vt dictum eſt, ex quo conſequens eſt, vt etiam aduerſus tertium poſſeſſorem expreſſa hypothecaria in ſolidum competat. Suppoſita enim Præſidis ſententia hoc caſu hypothecam indiuiduam eſſe, dum res apud hæredes manent, ſanè non deſinit eſſe talis ex eo, quod ad alium res peruenerint. Debitor enim res alteri obligatas alienans non poteſt deteriorem facere creditoris conditionem *l. 15. C. de pignor. & hypoth.* Quamobrem ſi teſtator omnia bona ſua obligat pro reſtitutione vſurarum, poterunt ij, quibus extortæ ſunt, niſi aliud obſtet, in ſolidum hypothecaria agere aduerſus poſſidentes res defuncti, perinde ac ſi teſtator in aliquo contractu bona ſua pignori obligaſſet, quo caſu certum eſt hypothecam indiuiduam eſſe, vt dictum eſt.

Sextò declaratur, quod diximus hypothecam legatorum 27
diuidi pro portionibus hæreditariis, vt non habeat locum, ſi pro dote legatum factum ſit, vt reſpondit Surd. *in conſ. 209. nu. 10.* quia inquit hoc caſu non ſolum competit hypotheca, quæ data eſt legatis, ſed etiam ea, quæ doti conceſſa eſt *in l. 1. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act.* quæ ſanè retinet naturam ſuam, & ideo indiuidua eſt, & competit in ſolidum ad vnumquodque corpus, & contra vnumquemque hæredem, & poſſeſſorem. Nihil enim vetat ex duplici cauſa res obligari. Ita diſſerit Surdus: ſed ſurdis auribus hæc dicit, quia hic vna tantum cauſa taciti pignoris intercedit, quæ prouenit ex eo, quod legatis hypotheca data eſt.† Nam quod dicitur pro do- 28
te tacitam hypothecam dari, id accipimus inter contrahentes, & cum dos ex contractu conſtituta eſt, & hoc caſu verum eſt bona vtriuſque contrahentium, id eſt, tam promittentis, quam recipientis dotem tacitè obligari, vt ſatis indicat *d. §. & vt plenius.* illis verbis *Ita & in huiuſmodi actione damus ex vtroque latere hypothecam ſiue ex parte mariti pro reſtitutione dotis, ſiue ex parte mulieris pro ipſa dote præſtanda.* & rurſus his verbis in fin. *Nihil enim prohibet, etſi ſine ſcriptis dos, vel detur, vel promittatur, vel ſuſcipiatur, ſimili modo intelligi factam ſtipulationem, & hypothecam ex vtraque parte, quaſi fuerit ſcripta.* Ex quibus ſatis conſtat hunc locum ad legatum dotis non pertinere. Proinde pro legato dotis nulla alia in bonis defuncti hypotheca competit, quam quæ legatis conceſſa eſt *in l. 1. C. comm. de leg.* Quæ proinde eiuſdem naturæ eſt, & eiuſdem iuris, cuius eſt hypotheca aliorum legatorum. Sanè ſi vnus ex hæredibus tempore matrimonij dotem legatam promitteret, non tantum res, quæ ad eum à teſtatore peruenerint, ſed etiã res eius proprias tacitè obligatas eſſe puto. Nam ſiue ipſæ principales perſonæ, ſiue extranei dotem promiſerint, bona promiſſoris tacitè obligata ſunt pro dote, vt *in d. §. & vt plenius.* & tradunt Neguz. *loc. cit. num. 25.* & Mantic. *d. lib. 11. tit. 19. num. 1.* Sed hæc ad tractatum noſtrum nihil ferè pertinent.

Illud verò valde pertinet, quod definit Præſes *eod. tit. def.* 29
2. ſi teſtator legati nomine agrum, vel domum pignori obligauerit, vt eius rei fructibus in vicem vſurarum, quaſi in antichreſim legatarius frueretur, fructus ex eo pignore perceptos non imputare in ſortem, cum id teſtator vetuit, quos alioqui imputaret, ſi tacitè duntaxat hypothecæ priuilegio rem retineret, ſecundum ius quod obtinuit in pignoribus, vt fructus imputentur in ſortem *l. 1. C. de pignorat. act.* Sed & antichreſim à teſtatore conſtitutam priuilegium illud habere, vt quærendum non ſit, an fructus excedant legitimum modum vſurarum, necne. Quanticunque enim ſunt, cedere lucro legatarij ex iudicio teſtatoris, qui eos voluit eſſe in legato. Quod non ſimiliter euenit facta antichreſi per contractum propter ſuſpicionem ſimulationis excogitatæ in fraudem vſurarum. Ita diſſerit Præſes. Ego verò qui antichreſim conuentionem vſurariam eſſe ſentio aduerſus Præſidem, & omne omnino iure Pontificio prohibitam, vt oſtendi *quæſt. 5.* hic hæreo, & ſubſiſto. Poteſt quidem teſtator alicui certam quantitatem legare, & quoad præſtetur in ſingulos annos vſuras quincunces, vel ſemiſſes, vt conſtat *ex l. 3. in fin. ff. de ann. & menſtr. leg.* & proinde poteſt etiam antichreſim conſtituere, id eſt, iubere, vt quoad legata pecunia non ſoluitur legatarius agrum vel domum pignori habeat, & fructus percipiat non imputandos in ſortem, vt ait Præſes *ex l. Lucius. ff. de alim. & cibar. leg.* ſed hæc ex iure ciuili recepta ſunt, quo vſuræ licitæ videbantur, nec vetita erat antichreſis: aliud verò nunc dicendum
eſt † Vt enim non poteſt nunc teſtator iubere, vt donec quã- 30
titas legata non ſoluitur, vſuræ præſtentur, vt docet Conarr. *variar. lib. 3. cap. 1. n. 9.* Roderic. *de ann. redit. lib. 3. quæſt. 6. nu. 16.* Caniſ. *de vſur. cap. 1. n. 25.* & alij, quos recenſui *quæſt. 18. n. 2. & 9. & ſeq.* & tenuit Rota poſt Statil. Pacif. *in deciſ. 59. in princip.* ita non poteſt nunc antichreſim in teſtamento conſtituere. Neque enim poteſt teſtator rem illicitam licitam facere. Pacta autem ſunt iubere, vt vſuræ præſtentur, donec legatum

ſoluatur,

Digitized by Google

ſoluatur,& vt fructus pignoris legatarius habeat, nec imputet in ſortem. Et quamuis videatur legatarius fructus pignoris capere ex voluntate,& iudicio teſtatoris,& conſequenter huiuſmodi fructus eſſe in legato, vt putat Præſes, non tamen hinc ratio fœnoris excluditur, nec deſinit eſſe vſura, quod vltra ſortem percipitur, vt conſtat *ex d.l.3. in fin. de ann. & menſtr.leg.* alioqui etiam dicendum eſt vſuras etiam in hac ſpecie licitas eſſe, cum non minus ex iudicio teſtatoris percipiantur,& ſint in legato, quod tamen frequentiori calculo,& meritò improbatum eſt. Nam legatarius, qui poteſt ſortem petere,& exigere,& potiùs pignus poſſidet, & percipit fructus, non tam eos capit iudicio teſtatoris, quam ſuo, poteſt enim vrgere hæredem, vt ſoluat, ideóque fructus pignoris ex ſorte deducendi ſunt, niſi quibuſdam caſibus, qui à nobis conſtituti ſunt *in d.quæſt.*18. vel niſi tantundem legatarij interſit, ſecundum quæ, Præſidis definitio recipi, vel reiici debet.

QVÆSTIO XCVIII.

De excuſationibus creditorum.

SVMMARIA.

1 *Sors acceſſionibus non ſemper minuitur.*
2 *Caſus in quibus aliquid vltra ſortem capere licet, auctoris verſibus comprehenſi.*
3 *Dominus feudi pignoris feudalis fructus non imputat ſorti.*
4 *Creditor rei feudalis fructus ſorti imputare cogitur.*
5 *Maritus fructus pignoris non imputat ſorti propter onera matrimonij.*
6 *Lectio vulgaris* in c.ſalubriter. *retenta aduerſus Cuiacium.*
7 *Caniſij lectio,& interpretatio,* ad c.ſalubriter *refellitur.*
8 *Vſura pretij rei venditæ non minuunt ſortem quo modo, & ratione fructuum.*
9 *Venditor poteſt rem locare pro penſione certa, donec pretium ſoluatur.*
10 *Pretij vſuræ debentur ratione fructuum, etiamſi nominatim id non conuenerit.*
Rota Romana maximè fœnus abhorret.
11 *Fideiuſſor ſortem,& vſuras ſolutas rectè repetere poteſt.*
12 *Fideiuſſor ſolutarum vſurarum etiam intereſſe petere poteſt.*
Vſuræ quas fideiuſſor cogitur ſoluere funguntur vice ſortis.
13 *Pro officio fideiuſſionis aliquid accipere vſura non eſt, tametſi iniuſtum eſſe poſſit.*
14 *Contrahentibus pœnam ſtipulari licet.*
15 *Pœna adiecta quantitati non admittenda niſi interſit.*
16 *Hoſtibus licitum eſt fœnerari.*
17 *Couarruuiæ, & aliorum quorundam ſententia ad D. Ambroſij locum de vſuris ab hoſtibus exigendis.*
18 *Vſuræ quæ ab hoſtibus exiguntur non ſunt vſuræ.*
19 *Vſura non magis iure naturali prohibita, quàm furari, & rapere.*
Præda in bello iuſto eſt victoris, & capientis.
20 *Dolus an virtus non requiritur in hoſte.*
21 *Beneficium non eſt pecuniam ſub vſuris credere.*
22 *Hoſtibus legitimis, vi & inſidiis nocere licet.*
Eraſmi, & Lutheri error.
23 *Indis, & infidelibus cum quibus nullum bellum eſt fœnerari illicitum.*
24 *Hoſtibus fœnerari non licet, cum quibus eſt ius aſyli.*
25 *Locus Deut.cap* 23. non fœnerabis fratri tuo *explicatur.*
26 *Fœnore licet ſuum, vel ſibi debitum recuperare.*
27 *Obligare debitorem vltra id quod mutuo datur, an & quatenus liceat.*
Obligationes naturales quædam, quædam naturales, & ciuiles.
28 *Pignoris fructus non minuunt ſortem pro ea quantitate, quæ aliunde debetur.*
Furari tantundem licet ei, qui aliter ſuum recuperare non poteſt.
29 *In quo tamen cautiones aliquot adhibendæ.*
30 *Pecunia ex locatione merces aliqua iuſtè percipitur.*
31 *Locatio proxima eſt venditori.*
32 *Liberalitas iuſta cauſa eſt recipiendi aliquid vltra ſortem.*
33 *Antichreſis ex liberalitate debitoris licita.*
34 *Datum ex liberalitate quando intelligatur.*
35 *Teſtes in foro interno in propria cauſa admittuntur.*
36 *Creditor ſperans aliquid ex liberalitate debitoris non admittit vſuram.*
37 *Nemo volens patitur iniuſtum.*
38 *Principis munificentiam mutui datione prouocans non intelligitur vſurarius.*
39 *Sperans à Principe propter mutuum vltra ſortem vſuram admittit.*
40 *P. Marius Clemens Baratta Societ. Ieſ. doctrina inſignis.*
41 *Vendens merces pluris quam ſit earum pretium ob dilatam illius ſolutionem quando non committat vſuram.*
42 *Vidua cui dos non ſoluitur poteſt interim alimenta percipere.*
43 *Intereſſe ſortem non minuit.*
44 *Vſuræ ſub prætextu eius quod intereſt non ſunt exigendæ.*
45 *Pignoris fructus non minuunt ſortem quando conuenit, vt percipiantur pro eo quod intereſt.*
46 *Antichreſis olim licita, nunc prohibita niſi creditoris interſit.*
47 *Fructus pignoris primum in id quod intereſt imputantur, tametſi id actum non ſit.*
48 *Pignoris prætorij fructus cedunt primum in id quod intereſt.*
49 *Neguzant. & Cardinal. Mantica declaratur.*
50 *Creditor ſi fructus pignoris non æquant id quod intereſt, reſiduum petere poteſt.*
51 *Pactum vt fructus cedant in id omne quod intereſt, valet, etiamſi minus ſit in fructibus, quam interſit.*
52 *Fructus quatenus excedunt intereſſe minuunt ſortem.*
53 *Creditor nihil vltra ſortem exigere poteſt ob labores in quærenda pecunia factos.*
54 *Creditor pro cuſtodia pignoris, quatenus fructus faciat ſuos.*
55 *Diſtinctio quorundam quæ non placet.*
56 *Incertitudo ſuſtinet contractum.*
57 *Creditor poteſt vltra ſortem aliquid exigere ex vi iuſti contractus concurrentis cum mutuo.*
58 *Vſura excluditur, cùm viciſſim æquale aliquid præſtari debet.*

QVOD in præcedentibus paſſim dictum eſt fructus pignorum,& qui accedunt ſorti, vel reſtitui debere iis, à quibus extorta ſunt, perpetuò non obtinet. † Sunt enim quidam caſus, in quibus creditores excuſantur, qui propriè ad vſuram non pertinent, ſed vel ad iuſtam negotiationem, rationémque eius, quod intereſt, vel ad aliam iuſtam cauſam, vt notat Petr. Gregorius *Syntagm.iur.ciuil.part.3.lib.22.cap.3. num.21. & in tract.de vſur.lib.2.cap.11.num.7.* quos veteres inuito Apolline verſibus complexi ſunt, qui extant tam apud eundem Gregorium *loc. cit.* tum apud alios. † Quamobrem ego, qui ab adoleſcentia Muſis deditus fui, id aliis verſibus comprehendere conatus ſum, quos hic ad vſum aliorum ſubiiciam.

Qui dominus feudi eſt; ſumptus qui ſuſtinet omnes
Coniugij: pretio qui ſine vendit agrum.
Quique fideiuſſor ſoluens cum fœnore ſortem.
Demens alterius nomine damna tulit.
Qui pœnam rectè ſtipulatur; & hoſtis ab hoſte.
Lædere quem belli iura, vicéſque ſinunt.
Quique dat ad pompam ſignata numiſmata amico:
Et qui non aliter ſperat habere ſuum.
Cui mora dat damnum, cui lucrum debitor auferet:
Et qui oblata ſibi munera ſponte capit.
Qui pluris vendit dubio ſub tempore merces:
Orba viro & mulier, ſeque, ſuóſque vt alat.
Qui patitur varios ſumptus, magnúmque laborem,
Vt domino ſeruet pignora tuta ſuo.
His impune aliquid vera licet addere ſorti.
Reddere ſed reliquos fœnore parta iube.

Et nunc operæ pretium duxi ſingulas exceptiones, ſeu excuſationes

cuſationes percurrere, & memoriæ cauſas totius operis quandam veluti ſynopſim contexere.

3 Prima igitur excuſatio creditorum accipientium aliquid vltra ſortem continetur his verbis. *Qui dominus feudi eſt.* Hoc enim caſu etiam iure Pontificio fructus à domino ex pignore feudali percepti non imputantur ſorti, dummodò Vaſallo ſeruitium interim remittat, ad quod ratione feudi illi obſtringitur. Ita enim apertiſſimè definitum eſt *in cap.8.de vſur. & cap.1.de feud.* vbi hoc Cuiacius notat, & Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.11.tit.8.num.*30. Caniſ *in tract. de vſur. cap.6.num.3.* & omiſſis aliis Salas *eodem tract. dub.31.nu.1.* vbi ait hac in re omnes Theologos, & iuriſperitos conuenire, &
4 nos diximus *quæſt.14.num.1.*† Obſerua tamen quod dixi, *qui dominus feudi eſt.* nam ſi alteri quàm domino feudum pignori datum ſit, creditor non ſeparatur ab aliis creditoribus, qui hac excuſatione non vtuntur, ſed tenentur fructus imputare ſorti, niſi alia iuſta cauſa intercedat, vt conſtat *ex cap. contra. & cap. illo vos. de pignor. & cap.2. de vſur. l.2. & vlt. Cod. de pignor. act. & l. ſi dominum. C. de pignor. & aliis*, & nos diximus *qu. 11. num.1. & 2.* Nam & hoc caſu vaſallus à ſeruitio non eximitur, cenſetur enim adhuc feudum poſſidere, & fructus percipere non minus quàm ſi creditori feudum locaſſet *l. ſi colonus 31. & l. qui pignori. 36. ff. de acquir. poſſ. l. 7. §. ſed cum iſtud. C. de praeſcrip. 30. ann. & argum. l. 14. Cod. de vſur.*

5 Secunda exceptio eſt in marito, qui non recepta dote vxorem alit, & onera matrimonij ſuſtinet. Is enim vſuras dotis rectè percipit, neque imputat ſorti. Quod iure ciuili certiſſimum eſt *ex l. 2. de dot. promiſſ. l. in inſulam. §. vſuras. ff. ſol. matrim. l. 4. in fin. de pact. dot. & l. ſi quis. 21. §. vlt. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi Vlpianus ait, *ſi vxor viro dotem promiſerit, & dotis vſuras, ſine dubio dicendum eſt peti vſuras poſſe, quia non eſt iſta donatio, cum pro oneribus matrimonij petantur.* quem locum valde notabilem dicit Chaſſan. ad conſuet. Burg. *rub.* 4. § 23. *nu.* 11. Nec id iure Pontificio improbatum eſt, quia non quaſi vſuras eas maritus capit, quæ ex ſolo tēpore tardæ ſolutionis exigūtur, ſed propter onera matrimonij, quæ ſuſtinet, vt Vlpian. ait *in d. l. 21.* & docet Chaſſan. *loc. cit.* Cou. *var. lib. 3. c.1. n.3.* & aliis auctoribus relatis dixi *q.28. n.2.* & proinde nec fructus pignorum, quæ pro dote non numerata tradita ſunt, dotem minuere certum eſt *ex cap. ſalubriter. de vſur.* vt iidem auctores notant, & Felician. *de cenſibus lib.2. c.5. n.20.* Cardin. Mantic. *d. tit. 8. num.* 19. Franciſc. Clapper. *cauſ. 98. quæſt. 1. num. 7. verſ. nam in pleriſque.* vbi ait hoc caſu antichreſim licitam eſſe: & qui nunc erit inſtar omnium Cuiac. *in dict. §. vſuras. &*
6 *in dict. cap. 1. de feud.*† vbi etiam notat *in dict. cap. ſalubriter.* legendum eſſe, *pro dote numeranda*, & non *pro dote numerata*, vt nunc legitur. Nam, inquit, dos numerata non deſiderat pignus. Sed Caniſius *in dict. lib. de vſur. cap. 6. numer. 6.* ait verba illa, *pro numerata dote*, accipienda eſſe pro promiſſa, vt interpretatur Hoſtienſis, & alij omnes quos ſibi videre licuit, niſi textum ſupplere velimus hoc modo pro numerata dote, & rurſus recepta à ſocero, eiúſque nomine aſſignatis genero poſſeſſionibus, idque proprius ſibi videri, ne à propria verborum ſignificatione temerè diſcedamus *argum. l. 63. de leg. 3.* Mihi probabilius éſſe videtur, nihil mutandum, aut ſupplendum eſſe, & verba illa *pro numerata dote* accipienda eſſe loco numeratæ dotis, quæ eſt vulgaris huius dictionis, *pro*, ſignificatio, vt *in l. venditionibus. §. inde quæritur ff. de contr. empt. l. ſi oſſa, § ſi locus, ff. de relig.* & notat Rebuff. *in l. 29. ff. de verbor. ſignif.* quod miror viros doctos non animaduertiſſe. Sed omiſſis his, quia res in idem recidit, ſiue retineamus vulgarem lectionem, vt magis puto, ſiue dicamus pro dote numeranda, vt Cuiacio videtur, nam ſuppletionem Caniſij nullo modo probare poſſum, exceptionem hanc probant Theologi, & iuriſperiti omnes, vt dicit Salas *de vſur. dub. 29. num. 1.* &
7 ego diligenter executus ſum *quæſt. 28.* † Et aliunde etiam Caniſij interpretatio reiicienda eſt, qua ſi maritus dote recepta eam ipſam pecuniam Socero mutuam det, non poteſt amplius de certa quantitate paciſci, donec pecunia reddatur, niſi eius aliunde interſit, vt docet Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. parte 15. num. 42.* vbi ait hoc nullam admittere dubitationem, & aliis auctoribus citatis dixi *quæſtione 3. in fin.* quibus nunc addo Surd. *in conſ. 269. num. 18.* & Manent. *de contract. libell. quæſt. 5. numer. 33. & 34.* & probari poteſt *ex lege emptor. ff. de nouat.*

Tertia exceptio eſt, ſi quis agrum, vel domum vendat, 8
vel aliam rem fructiferam, & emptori tradat non recepto pretio. Hoc enim caſu excuſatur creditor, ſi ratione fructuum aliquid vltra ſortem recipiat, neque tenetur id de pretio deducere, dummodo præſtatio hæc rationem fructuum non excedat. Quod ſanè iuriſperitis æquiſſimum videtur, vt Vlpiano *in l. Iulianus. §. ex vendito, ff. de act. empt.* Seuero, & Anton. *in l. 2. Cod. de vſur.* & Diocletiano, & Maximiniano *in l. 5. Cod. eodem titul. Cod. de act. empt.* ex qua conſtat ratione fructuum perceptorum huiuſmodi vſuras deberi, quæ proinde propriæ vſuræ non ſunt, ſed vicem fructuum obtinent, quos venditor ex re ſua percipere potuiſſet.

Quod verum eſt non tantùm, cùm id nominatim actum 9
eſt, vt docet Couaruuias *variar. lib. 3. cap. 4. num. 1.* & alij quos retuli *quæſt. 27. num. 2.* poteſt enim venditor fundum eo vſque locare emptori pro penſione certa, donec ſibi pretium ſoluatur *l. 20. & 21. ff. loc. l. 16. ff. de peric. & comm. rei vendit.* Alex. *in conſil. 121. num. 1. & 2. lib. 5.* Roderic. *de ann. redit. lib. 3. cap. 7. num. 73.* & aliis auctoribus citatis tradit Catoc. *lib. de locat. parte 1. titul. de lucro ceſſan. quæſt. 4. num. 31.* &
nos diximus *quæſt. 27. num. 10.* † Sed etiam cùm nihil actum 10
eſt de vſuris pretij præſtandis, quia res miniſterio legis in emptorem cum hoc onere transfertur, vt præſtentur vſuræ loco fructuum, donec pretium ſoluatur, niſi certa dilatio data ſit ad ſoluendum pretium, vel alia ratione hoc ius fructuum venditor abdicauerit. Atque ita diſſidentibus multis Theologis iuriſperiti conſtanter ſentiunt inter quos hanc ſententiam acerrimè tuentur Ruin. *in conſil. 73. lib. 1.* Didac. Couarru. *variar. d. cap. 4. num. 1.* Fachin. *controu. iur. lib. 2. cap. 31.* Felician. *de cenſibus lib. 2. cap. 1. num. 38.* Roderic. *dict. cap. 7. num. 91.* Eminent. Mantic. *de tacit. lib. 4. tit. 24. num. 15.* & quod hac in re magnum pondus habet, hanc ſententiam conſtanter ſequitur Rota Romana, quæ maximè fœnus abhorret, vt conſtat ex multis deciſionibus, & inter alias *ex deciſ. 370. 397. & 424. inter recentiſſ. impreſſas Lugduni parte 1.* & apud Emin. Ludouiſium, quem deinde Dei prouidentia omnibus eminere voluit *in deciſ. 297. & deciſ. 347. num. 3.* & inter omnium nouiſſimas *deciſ. 13 num. 1. 4. & 7.* Non eſt igitur amplius hac de re diſceptandum. Et tantum iis, quæ ſcripſimus *d. q. 27.* adiicio inſignem locum Baldi *in §. negotium tale eſt tit. ſi de feud. vaſall. interpr.* vbi docet valere conuentionem qua quis alteri aureos mille dat ea lege, vt ex illis prædia emat, & quinquaginta annua illi præſtet comparatis enim prædiis ex illa pecunia iuxta mandatum eius, qui pecuniam dedit, poteſt debitor ex illis tantundem percipere, & conſequenter fructuum perceptorum ratio hunc reditum ſuſtinere *ex d. l. 5. C. de act. empt.* Quod verum putat, tametſi is, qui pecuniam accepit, non emat prædia, quia actione mandati tenetur ad id quod intereſt *l. 17. C. mand.* tantundem enim illius intereſt, qui pecuniam dedit: ſubiicit tamen Baldus, *conſidera ſuper hac cautela, & conſidera, ne per iſtas cauillationes lædas conſcientiam tuam*, & meritò, quia ſi ſciret creditor, vel probabiliter dubitaret accipientem pecuniam non empturum prædia, ſed aliis vſibus pecuniam petere, color eſſet quæſitus fœnori exemplo eius, qui nomine ſocietatis pecuniam alteri dat, quem ſcit merces non empturum, qui proinde non poteſt aliquid vltra ſortem capere compendij nomine, vt diximus *q. 31. n. 16.*

Quarta exceptio continetur his verſibus.

Quique fideiuſſor ſoluens cum fœnore ſortem 11
Alterius demens nomine damna tulit.

Poteſt enim fideiuſſor non tantùm ſortem, ſed etiam vſuras vnà cum ſorte ſolutas licitè repetere, ne ex officio ſuo damnum patiatur *cap. 2. de fideiuſſ. & l. ſi vero, §. ſi mihi l. 20. & 27. §. impendia, ff. mandat. l. 1. Cod. eodem*, & tradit Petr. Gregor. *in d. cap. 11. num. 5.* vbi rectè notat in ſpecie dicti *cap. 2. de fideiuſſ.* fideiuſſorem non repetere vſuras ſolutas creditori tanquam vſuras, quia nullum lucrum ipſe conſequitur, ſed pro eo quod intereſt, & tanquam damnum quod paſſus eſt, quod omni iure repeti poteſt *l. vn. C. de ſent. quæ pro eo, & l. ſi commiſſa, ff. rem rat. hab.* & probatur *ex d. §. ſi mihi, in fin.* Sanè hæc intelligenda ſunt ſecundum ea, quæ diximus *quæſt. 33. n. 16. & 17.*

Neque

12 Neque tantùm vſuras ſolutas repetere poteſt, ſed & vſurarum intereſſe, dummodò probetur legitimis modis, ſiquidem hoc caſu vſuræ funguntur vice ſortis, vt tradunt Menoch. *de arbitr. caſ.* 119. *in fin.* & aliis citatis Roderic. *de ann. redit. lib. 3. quæſt. 7. num. 18.* & nos diximus *quæſt. 5. in fin. & quæſt. 87. num. 1.* quibus conſentit Reginald *lib. 25. de ratione iudican. cap. 12. num. 218. verſ. altero modo*, vbi notat fideiuſſorem vltra id quod ſoluit, accipere poſſe id omne quod eius intereſt ex eo quod ſoluit: poſſe tamen eo ſolo titulo quod pro alio ſoluit aliquid capere vltra id, quod ſoluit, quia id vſura eſſet, cùm huiuſmodi ſolutio rationem mutui habere videatur.

13 Neque omittendum eſt quoſdam alio modo huius exceptionis exemplum ponere nempe in eo, qui aliquid capit, vel paciſcitur pro officio fideiuſſionis, quod licitum eſſe receptum eſt, vt refert Reginald. *loc. cit.* & abſolutè, & ſine limitatione ſuſtinet Alphonſ. Reg. *caſ.* 32. *num.* 2. & nos cum magno moderamine, & benè perpenſis periculi circunſtantiis recipiendum eſſe diximus *quæſt. 23. num. 34.* & tamen quia in hac ſpecie iniuſtitia quidem admitti poteſt, cùm ſcilicet periculum fingitur, aut pretium fideiuſſionis longè excedit probabilem æſtimationem periculi, non autem vſura, quæ intelligi non poteſt, niſi ſors ſit, cui accedere poſſit, vt multis locis dictum eſt, quæ nulla in his terminis fideiuſſori debetur, hæc exceptio incongrua eſt, neque ad hanc quæſtionem pertinet, quia fideiuſſor non id capit quia aliquid numerauit, vel ſoluit, ſed ex eo quod fideiuſſit, & alienam ſuſcepit obligationem, quod ab omni fœnore alienum eſt, tametſi iniuſtum eſſe poſſit, vt dictum eſt.

14 Quinta excuſatio creditorum eſt, ſi dicant aliquid exegiſſe pœnæ nomine, certum enim eſt licere contrahentibus pœnam ſtipulari *ex l. prædia, & l. Lucius, ff. de act. empt. l. ſi pacto, 14. Cod. de pact. l. 37. Cod. de tranſact. & l. 38. §. alteri, ff. de verb. oblig.* vbi Vlpianus ait committi ſtipulationem etiam ei, cuius nihil intereſt; & exceptionem hanc etiam in mutuo Theologi omnes ferè probant apud Salas *de vſur dub. 21. n. 2.* quibus accedit Filliucc *tract. 34. par. 2. num. 104.* Turrian. *diſp. 61. dub. 3. num. 8.* & nouiſſimè Emin. P. de Lug. *diſp. 22. ſect. 15. & diſp. 25. ſect. 6.* ſed cum tot cautionibus, vt vix huic excu-
15 ſationi hoc eſſe poſſit. † Vnde tutior fortaſſe eſt iuriſperitorum ſententia, pœnas ſcilicet quantitati adiectas admittendas non eſſe, niſi creditoris interſit, & probatur apertiſſimè *ex l. 9. ff. de vſur. & l. 13. §. ibid ff. de act. empt.* & aliis quibus definitum eſt id in fraudem legum adiectum videri, quod excedit legitimum modum vſurarum, vt latius à nobis tractatum eſt *quæſt. 38. num. 6. & 7.* vnde hæc excuſatio in foro creditoribus nihil prodeſſe poteſt, niſi verè eorum interſit.

19 Sexta exceptio eſt, niſi ab hoſte vſuræ extortæ ſint, quod his verbis expreſſimus.

———*& hoſtis ab hoſte,*
Lædere quem belli iura viceſque ſinunt.

Nam cùm iure belli, & gentium hoſtes ſpoliare, & diripere liceat, ergo & hac ratione illis nocere, & eorum vires conterere eodem iure conceſſum eſt. Deducta verò eſt hæc exceptio ex D. Ambroſio *lib. de Tob. cap.* 19 quod relatum eſt apud Gratian. 14. *quæſt.* 4. his verbis, *ab illo vſurarum exige, cui meritò nocere deſideras: cui iure inferuntur arma, huic legitimè indicantur vſuræ: quem bello facilè vincere non potes, de hoc citò potes centeſima te vindicare, ab hoc vſuram exige, quem non ſit crimen occidere, ſine ferro dimicat, qui vſuram flagitat, ſine gladio ſe de hoſte vlciſcitur, qui fuerit vſurarius exactor inimici; ergo vbi ius belli, ibi etiam ius vſura.*

1 Sed licet huius canonis clara ſint verba, & perſpicua D. Ambroſij ſententia, ſunt tamen, qui putant malè hinc colligi licere vſuras ab hoſtibus capere, vt Couar. *lib. 3. cap. 1. n. 7.* Nam inquit tametſi liceat bellum inferre, & capta in bello efficiantur capientium, non tamen licet contractum cum hoſte inire, qui naturæ lege reprobatus ſit, præſertim quia conuentiones iſtæ iam non fiunt cum hoſte iure belli, ſed iure pacis, & commerciorum. Et huic interpretationi congruenter Petrus Gregorius *partit. iur. canon. libro 3. titul. 5. cap. 5.* ait non licere à quoquam vſuras accipere etiam ab hoſte; neque obſtare quod permiſſum ſit à barbaris, & hoſtibus ſubtili ingenio aurum extorquere *l. 2. C. de comm. & mercat. l. 1. §. nō fuit, ff. de dol.* nec enim id de mutuo intelligi poteſt, quòd non hoſtibus, & barbaris, ſed amicis, & amico animo dari ſoleat. Quod idem auctor repetit *d. tract. de vſur. lib. 2. c. 15. n. 1.* vbi ait non licere mutuum dare hoſtibus, quia hoc eſſet illos beneficio adiuuare, quod eſt prohibitum: & hanc ſententiam poſt alios ſecuti ſunt Vgolin. *in lib. de vſur. c. 10. §. 2. n. 1.* & Felician. *de cenſib. lib. 1. c. 5. n. 17.*

Aliis verò videntur ita perſpicua eſſe D. Ambroſij verba, 18
vt in diuerſum ſenſum trahi non debeant, quid enim clarius, & apertius dici poteſt his verbis, *cui iure inferuntur arma, huic legitimè indicantur vſuræ*, & rurſus, *ergo vbi ius belli, ibi etiam ius vſura*, & ſanè cùm conſtet licitum eſſe bellum indicere hoſtibus ex iuſta cauſa, & illis arma, & vim inferre, quod vel hic Diui Ambroſij locus indicat, planè fit, vt liceat fœnore damnum inferre iis, cum quibus bellum iuſtè gerimus, vt inter alios docet Abulenſ. *Matth. cap. 25. quæſt. 214.* & Ioann. de Medin. *de reb. per vſur. acquiſ. quæſt. 2. §. ad ea vero*, rectè ſubiiciens hoc caſu vſuras non exigi ob mutui dationis officium, ſed ob ius, quod hoſtis habet in hoſtem; & ideo huiuſmodi vſuras impropias eſſe, nec habere rationem fœnoris. Quam ſententiam magis probo, & puto eos, qui contra ſentiunt, inniti contra apertam D. Ambroſij, & d. canonis ſententiam.

Neque mouet, quod dicitur vſura iure naturali eſſe prohi- 19
bita, quia non magis prohibita eſt, quàm furari, rapere, abigere, inſidiari, & occidere, quæ conſtat iure naturali eſſe prohibita *ex l. 1. ff. de furt. & l. probrum 42. de verb. ſignif.* hæc autem omnia in bello licent, vnde Papinius.

Non querimur caſos: hæc bellica iura, viceſque
Armorum.

Et Liuius lib. 26. *eſſe quædam belli iura, quæ vt facere, ita pati ſit fas, ſata exuri, dirui tecta: prædas hominum, pecorumque agi*, & aliis locis citatis tradit eleganter ſcriptor Hollandicus Vgo Grot. *de iure belli lib. 3. cap. 9. num. 1. & cap. 6. num. 2.* & à Ponte *de poteſt. Prorex. lib. 11. num....* & quæ iuſto bello, de hoc enim quæritur, capiuntur, capientium fiunt iure gentium, *l. ſi quid, ff. de capt. & l. naturalem, §. vlt. de acq. rer. domin.* Harmenop. *lib. 2. tit. 1.* & tradit ipſe Petr. Gregor. *ſyntagm. lib. 20. cap. 4. num. 1.* vbi ex Xenophonte notat hanc perpetuam eſſe legem inter homines. Quod etiam docet Molin. *tom. 1. diſp. 117. n. 4.* ſubiiciens illud D. Ambroſij, *prædam victoris eſſe, atque capientis*, vt ergo iure belli fas eſt hoſtibus bona ſubtrahere, & opes, & vires eorum comminuere, imò illos ferro interficere: ita & fœnore eorum res auferre, illóſque vſuris trucidare conceſſum eſt.

Neque etiam turbat, quod dicunt conuentiones iſtas non 20
fieri velut inter hoſtes, & iure belli, ſed iure pacis, & commerciorum, quia inter hoſtes nulla pax, nullum commercium eſt: & ſuppoſito iuſto bello, non minus licet hac arte res hoſtium infringere, quàm aperta vi. Nam vt Virgilius ait.

Dolus, an virtus quis in hoſte requirat?

† Vt etiam nihil mouere debet, quod Petrus Gregorius in- 21
quit non licere pecuniam mutuam hoſtibus dare, ne illos potius beneficio adficiamus, quia hoc verum eſſet, ſi gratuita pecunia crederetur, ſed cùm ſub fœnore creditur, & exiguntur vſuræ, hoc non eſt adiuuare hoſtes, ſed illorum vires, & facultates atterere, & dimicare ſine ferro, vt D. Ambroſius ait *loc. cit.* & nos alibi diximus beneficia fœneratorum beneficia non eſſe. Sanè in hac re ſuppono creditorem ita caute rem agere, vt ſortem cum vſuris ſit recepturus, alioqui ſtultitia eſt credere non redditurо.

Denique nihil obſtat, quod Vgolinus ait *loc. cit.* nobis in 22
mandatis datum eſſe inimicos diligere, quia hoc de priuatis inimicis accipiendum eſt, quibus ex priuato odio nocere non licet: aliud verò eſt, cùm de publicis, & legitimis hoſtibus agitur, quibus vi, vel inſidiis damnum inferre licet, vt dictum eſt, & conſequenter illis fœnore, & vſuris nocere, alioqui nec bellum inferre vnquam liceat, nec armis ſuum repetere, nec aliud quidpiam moliri in hoſtem, cùm tamen inter omnes conueniat bellum ex iuſtis cauſis indictum licitum eſſe, & contrarium aſſerere error eſt Eraſmi, & Lutheri, quem grauiter refellit Ioann. Arbor. Theoſoph *lib. 2. c. 14.* & Molin. *diſp. 99. n. 3. & 9.* vbi ait hoc Lutheri deliramentum eſſe, vel

potius

potius callidam, nequitiam, qua immanis hæc bellua vineam domini demoliri conatus eſt. Quod ergo dicitur inimicos diligendus eſſe, non eum ſenſum habet, vt iis, cum quibus iuſtum bellum eſt nocere non liceat. Hoc enim non priuata, ſed publica auctoritas licitum facit, vt pax, & ſecuritas publica ſequetur, quæ finis belli eſt, vel eſſe debet.

23 Illud ſanè probo illicitum eſſe vſuras ab Indis, & aliis barbaris, & à Iudæis extorquere, cum quibus nullū nobis bellum eſt, vt docet Abulēſ. *loc. cit. q. 215. verſ. de Saracenis*, ſicut nec ab hoſtibus induciarum tempore, vt docet Medin. *loc. cit.* & Vgolin. *in d. §. 1. n. 5.* Sunt enim Induciæ conuentio per quam bello manente bellicis actibus ad aliquod tempus abſtinendum eſt, vt definit Grot. *lib. 3 cap. 21. num. 1.* & colligitur *ex l. 19. §. 1. ff. de capt. & poſtlim.* & proinde cùm hoc tempore inuicem ſibi nocere non liceat, ius vſuræ etiam ceſſare dicendum eſt. Idémque in obſidibus eſſe puto, quia nec obſidibus vim, & iniuriam inferre licet.

24 Et his conſequenter exiſtimo, ſi fortè inter hoſtes Ius aſyli & commercij eſt, vt ſi fortè aſylum aliquod inſtitutum ſit, in quo aduenis omnibus etiam hoſtibus ſecuritas conceſſa eſt, & Ius commercij, ab his qui ad hæc emporia conueniunt, quamuis exteræ, & inimicæ gentis vſuras exigere eſſe illicitum, cum his enim iure non iniuria contrahendum eſt, & ſeruandum ius naturæ, & gentium, ex quo non licet fœnerari, vt nec etiam ſpoliare, & rapere, & ex aliorum ſpoliis locupletari, *l. 14. de condict. indeb.* & Marcus Tullius *de offic. lib. 3.*

25 Neque huic ſententiæ obſtat quod ſcripturæ dicant *non fæneraberis fratri tuo, ſed alieno.* Deut. cap. 23. quia vel id accipiendum eſt de alieno, cum quo bellum eſt, & cui iure belli nocere licet, vt clarè interpretatus eſt D. Ambroſius *in d. cap. 15. in fin.* his verbis *fratri tuo*, inquit, *non fænerabis ad vſuram, ſed ab alienigena exiges. Quis erat tunc alienigena, niſi Amalech, niſi Amorræus, niſi hoſtis*, ibi inquit, *vſuram exige, cui iure inferuntur arma*, & ita etiam hunc locum interpretatus eſt Molin. *de contract. diſp. 304. num. 18.* vel accipiendum eſt, vt permiſſum eſſet Hebræis vſuras cū alienigenis exercere ne ſe inuicē dilaniarent fœnore, vt ſentiunt Theologi ferè omnes apud Salas *dub. 3. n. 6.* quibus conſentiunt Petr. Greg. *d. cap. 15. num. 1.* & Ioan. Azor. *lib. 19. cap. 7.* qui his verbis id explicat. Non ita prohibet fratri ſcilicet Iudæo & fideli, fœnus cum alieno. Nam dare ad vſuram, ſiue Iudæo, ſiue gentili eſt illicitum, & contra naturam: ſed addita eſt hæc particula *alieno*, vt permiſſum eſſet Iudæo fœnerare alieno ad vſuram: hæc igitur erat permiſſio mali ad vitandum maios, ne Hebræos grauarent vſuris: multa enim permittuntur quæ non ſunt licita, &c. His etiam conſentit Felician. *loc. cit.* qui poſtquam multis oſtendit non eſſe recipiendam D. Ambroſij interpretationem ad illum Deuteronomij, locum, tum quia lex Deuteronomij in omne tempus lata fuiſſe videtur, & non pro eo tempore dumtaxat, quo cum illis gentibus bellum eſſet, tum etiam quia generaliter ille locus oſtendit populo Iſraëlis aduerſus omnes exteros Deum permiſiſſe exactionem vſurarum, tandem communem amplectitur ſenſum Deum ſcilicet hac lege permiſiſſe Hebræis facere mala, ne facerent peiora, quod & nos probauimus aduerſus Heigium *q. 3. n. 14.* non ergo licet cum alienigenis, & exteris hominibus, cum quibus nullum bellum eſt, fœnus exercere.

26 Huic proxima eſt ſeptima exceptio.

Et qui non aliter ſperat habere ſuum.

Hoc enim caſu tantundem ſub ſpecie fœnoris extorquere licet, & ita ſubtili ingenio res ſuas recuperare, & indemnitati ſuæ conſulere, quia hic creditor nihil accipit vltra ſortem, quod ſit debitoris, ſed vel ſuum, vel ſibi debitum, & ita ſentiunt Sot *de iuſtit. & iur. lib. 6. q. 1. art. 4. in fin.* Couarr. *loc. cit. num. 7* Sic explicans ſententiam D. Ambroſij, *in d. cap. vlt. 14. quæſt. 4.* Vgolin. *de vſur. cap. 11. §. 2. num. 1.* Tolet. *Inſtruct. lib. 5. c. 54 num. 6.* Philiarch. *de offic. Sacerd lib. 5. cap. 6.* Rebell. *de oblig. iuſtit. lib. 8 q. 2. n. 4. & 10.* Turrian. *diſp 67. dub. 9. num. 11.* Nald. *verſ. vſur. n. 11.* & Felician *loc. cit.* vbi ait communi voto id omnes admittere, & hoc caſu licitam eſſe acceptionem vſuræ, quæ tamen propriè vſura dici non poteſt.

27 Hic verò quæritur an vſura ſit vltra id quod numeratum eſt, ſtipulari, quod ex alia cauſa debetur. Et inter omnes conuenit vſuram non eſſe vltra eam pecuniam, quæ mutua data eſt, ſtipulari id quod ex alia iuſta cauſa, & ſine exceptione debetur. Hoc enim non eſt ſtipulari, & captare aliquid vltra ſortem, ſed ſuum, & ſibi debitum recipere, & ſuæ indemnitati conſulere, quod licet, vt indicat, *d. c. 1. de vſur.* & tradunt hic Abbas, & Beru. *n. 111.* Ioan. Medin. *de reb. per vſur. acquiſ. q. 5. & proinde* Couarr. *in d. c. 1. n. 2. verſ. vſura igitur.* Caietan. Conrad. & alij apud Vgolin. *in d. c. 11. §. 2. n. 1. & 3.* Molin. *diſp. 309. n. 1.* Regin. *lib. 25. n. 191.* Rebell. *lib. 8. q. 4 n. 6.* vbi ait communem eſſe ſententiam Filliucc. *tract. 34. c. 1. n. 5. & 9. & c. 3. n. 42.* & Fauſt. *in ſuo ſpec. diſput. 16. q. 38. n. 1.* Hoc etiam apud omnes receptum eſt vſuram eſſe virtute mutui extorquere promiſſionem debiti re vera controuerſi, vel quod legitimas patitur exceptiones, quia mutuans hac ratione lucrum ex mutuo conſequitur, quod eſt illicitum, vt notant Lud. Lop. *inſtr. conſt. par. 2. c. 55. q. 4. verſ. ſi autem* Molina, & Fauſt. *loc. cit.* & Filliucc. *n. 95.* & puto ſenſiſſe Vgolin. *in d. §. 1. verſ. quæ diximus*, vbi cōgruenter notat vſurā eſſe ſtipulari id quod ſub conditione, vel certo die debetur, vt ante diem, vel conditionis euentum ſoluatur. Illud etiam inter omnes conuenit vſuram eſſe adigere mutuatarium, vt præſter quod debet ex gratitudine dumtaxat, & lege charitatis, quia hîc etiam creditor lucrum ex mutuo conſequitur, vt docent Lup. *de vſur. comment. 3. §. 1. in fin.* Medin. *loc. cit. verſ. reſpondetur*, & alij apud Vgolin. *loc. cit. num. 2. verſ. contrariam opinionem* Bonac. *diſp. 3. punct. 3. num. 15.* Azor. *lib. 7. cap. 7. q. 5.* Rebell. *d. n. 6.* & Filliucc. *loc. cit. n. 42.* vbi ait hoc caſu accipienti mutuum obligationē imponi æſtimabilem pretio, & Fauſt. *dict. diſp. 16. q. 38. n. 3.*

Illud tantùm videtur controuerſum, an liceat vltra id, quod mutuum datur, extorquere obligationem eius quod naturâ tantùm debetur, veluti ex pacto nudo, vel ex minus ſolemni teſtamento, vel fideiuſſione pro filiofamilias, *l. 9. ff. ad Sen. Maced.* vel aliis modis, quibus naturalis tantùm naſcitur obligatio, quæ licet magis adſtringere videatur, quàm illa, quæ ex gratitudine quadam, & honeſtate prouenit, veluti vt benefacienti benefaciamus, quæ antidotalis dicitur *in l. 25. §. conſuluit, ff. de pet. hæred.* & quam proximè diximus in obligationem ciuilem deducere illicitum eſſe, non tamen ſufficit ad agendum, vt conſtat *ex l. 10. ff. de obli. & act.* vbi Cuiacius notat ex naturali ſola nunquam actionem naſci. Sanè hæc ſpecies diuerſa eſt ab ea, in qua quæritur, an licitum ſit mutuum dare eo pacto, vt debitor alium contractum cum creditore ineat, puta vt eidem mutuo det, vel aliquid emat, vendat, locet, conducat, vel denique aliquid præſtet ad quod non tenetur, de qua tractatum eſt *q. 16.* quod perùm ſeparate videtur Diana *tract 8. reſol 59.* Hic enim quæritur, an liceat obligationem naturalem aliunde prouenientem, vt in ſpecie *d. l. 9. ad Sen. Maced.* qua iam quis tenebatur, mutui dationi adiicere. Et videtur dicendum id licere, quia licet ex hac obligatione actio non naſcatur, neque vlla iuris neceſſitas ſoluendi inde proueniat, habet tamen hæc naturalis obligatio plurimus, eoſdémque notabiles effectus. Etenim facit, vt quod ſolutum eſt, repeti non poſſit, vt conſtat *ex l. Iulianus, ff. de cond. indeb. l. 1. §. vt id quod natura, ff. ad l. Falcid. l. ſi is cui, § Fabius. ff. de ſolut.* & ſufficit ad compenſationem, quæ eſt ſpecies ſolutionis, *l. etiam, ff. de compenſ.* Deinde ſatis eſt ad nouandum, *l. 1. in fin. ff. de nouat.* vt etiam ad conſtituendum, *l. 1. §. debitum, ff. de conſtit pec.* præterea, vt accedat fideiuſſor *l. 6. in fin. & l. 7. ff. de fideiuſſ. l. 16. §. 3. ff. eod.* Denique, vt accipiatur pignus, *l. naturaliter, ff. de cond. indeb.* l. *quæſitum, in fin. de pignor.* Quamobrem cùm tanta ſit huius obligationis poteſtas, vt ſoluti repetitionem impediat, & faciat ceſſare indebiti condictionem, & qui ab huiuſmodi debitoribus ſolutionem recipiunt, intelligantur ſibi debitum recepiſſe, vt ait *d. l. 16. § naturales, ff. de fideiuſſ.* & valeat conuentio qua quis conſtituit ſe ſoluturum, quod ipſe vel alius naturaliter debet, licitum etiam eſſe videtur in mutuo ſtipulari etiam id quod naturaliter tantùm debebatur, quia vt is qui recipit, ſuum recipere videtur *d. §. naturales*, ita etiam qui ſtipulatur, ſibi debitum ſtipulari dicendum eſt, quod non eſt illicitum, vt proximè diximus. Et nihilominus ſentio hanc promiſſionem ex mutuo extorquere illicitum, & vſurarium eſſe, quia exploratum eſt omnem conuentioné additam mutuo illicitā cenſeri, ex qua creditor lucrū conſequitur, & deterior fit conditio debitoris. Sed in hoc genere ſuppoſita validitate conuentionis, creditor lucrū conſequitur,

Digitized by Google

ſequitur, id eſt, actioné, virtute cuius poteſt ab inuito exigere, quod ſibi debetur, *Inſtit. de act. in princ.* quod ante facere nõ poterat, & proinde hanc ciuilem obligationé, quæ grauior, & potentior eſt, in datione mutui extorquere illicitũ eſt. Neque obſtat quod dixi etiam quod natura tãtùm debetur, conſtitui poſſe *ex dict. l. 1. ff. de conſtit. pecun.* quia hoc verum eſt, ſi liberè, & ſponte fiat: aliud verò eſt, ſi non voluntariè id exprimatur, vt ex mutuo, non minus quàm ſi adigatur debitor aliquid vltra ſortem promittere, quod illicitum eſſe explorati iuris eſt, vnde puto tutius eſſe hanc ſententiam ſequi.

28 Illud verò exploratum eſt poſſe creditorem paciſci de fructibus ſorti non imputandis, ſi res quæ pignori opponitur ſit ipſius creditoris, & illi iniuſtè ab eo detinetur, qui mutuum rogat, vt definitum eſt *in d. cap. 1. de vſur.* & tradit hic Bero. *num.* 112. Petrus Gregor. *de vſur. lib. 2. c. 11. num. 1. & 2.* & Vgolin. *loc. cit.* qui refert hoc Doctores communiter ſequi, & Fillinec. *in d. cap. 4. num. 94.* Nam & hoc caſu creditor conuenire, & paciſci poteſt, vt res ipſa ſibi reſtituatur qua ratione etiam licitum eſt paciſci de fructibus non imputandis, donec ſibi pecunia ſoluatur, & in ea exactione perſeuerare, donec ex fructibus ſibi ſatisfactum ſit, etiam pro ea quantitate, quæ ſibi aliunde debetur, quod colligitur manifeſtè *ex cap. 1. de vſur. in fin.* & Notant Petr. Nauarr. *de reſtit. lib. 3. cap. 2. num. 347.* & Caniſ. *de vſur. cap. 6. num. 1.* vbi ait hoc caſu Antichreſim licitam eſſe. Quod ex eo confirmari poteſt, quia in iiſdem anguſtiis poſito tantundem furari licet, vt docet idem Couarr. *variar. lib. 1. cap. 2. num. 15.* vbi refert communem eſſe ſententiam, quam ſequuntur Aleiat. Cagnol. Flor. Clarus, Gomez. & alij apud Farin. *quæſt. 174 par. 1. num. 75.* inter quos Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 516. n. 7.* vbi etiam Theologos refert idem ſentientes, vt ergo fas eſt furto res ſuas, vel tantundem ſubtrahere, ita & fœnore id licitum eſſe dicendum eſt, quod eſt veluti quædam ſpecies furti.

29 Sanè vt hoc licitè fiat, cautiones aliquot adhibendæ ſunt. Prima eſt, vt tantundem verè debeatur, nec poſſit aliqua exceptione ſubmoueri, vel in dubium iuſtè reuocari. Secunda vt nulla creditori ſpes ſit rem iudicio repetendi, vt ſi probationes deficiant, vel debitor is ſit, cuius potentiam iudices perhorreſcant: vel denique ſi res in iudicium delata magnis ſumptibus, & laboribus indiget. Tertia quod non inde veriſimile ſit infamiam propriam vel damnum ſequi, quia iudices huiuſmodi furta ſi probentur, coërcere ſolent, & rarò huiuſmodi excuſationes admittunt. Quarta quod non inde ſcandalum, vel damnum alteri immineat, quod ſaltem ex lege charitatis vitare tenetur. Quinta, vt conſcientia creditoris, qui hac arte ſibi conſulit, ſana ſit, non læſa, ſcilicet vt putet id ſibi licere, quia vt ait M. Tullius *l. 1. de offic.* dubitatio cogitationem habet iniuriæ. Sexta, vt probabiliter opinetur ad recuperandum, quod ſibi debetur, nihil profuturum id à debitore repetere. His concurrentibus poteſt creditor ſibi ius dicere, & ex alienis ſatisfacere, vt poſt alios docet Medin. *loc. cit.* cuius verbis fere vſus ſum. Nauarr. *cap. 17. n. 112.* & Petr. de Nauarr. *d. l. 3. c. 1. n. 393. & n. 400.* vbi aliam conditionem addit, vt is ſcilicet, qui ſibi ſoluit, admoneat debitorem, vel hæredes eius iam debitum eſſe ſolutum, ne bis ſoluant, vel aliud damnum ſentiant, quæ cautiones etiam adhibendæ ſunt, cùm quis ſub ſpecie fœnoris res ſuas perſequitur, & indemnitati ſuæ tentat hac ratione conſulere, vſura enim ſpecies furti eſt, vt ſæpius diximus.

30 Octaua exceptio eſt, niſi ex locatione pecuniæ merces aliqua percipiatur. Nam vt pecunia ad pompam, & oſtentationem, vel faciendæ numerationis gratia commodari poteſt *l. 3. in fin. & l. 4. ff. commod.* ita & locari poſſe pro mercede certa, quæ proinde quantitatem pecuniæ locatæ non minuit, ſed licitè exigitur, vt ex locationibus aliarũ rerum, & ita ſentiunt Bald. *in l. ſi nauis. ff. de rei vendic.* Alphonſ. Narbon. *de camb. & campſor. l. 13. gloſ. 5. num. 10* & alij, quos recenſui *quæſt. 34. num. 9.* vbi oſtendi nummos veluti corpus quoddam locari poſſe pro

31 mercede aliqua, nec illicitum eſſe contractum.† Quibus addo id recipiendum eſſe, cùm arbitrio boni viri merces conſtituta eſt, nam ſi immodica, & iniuſta eſt, corrigenda eſt eo iure, quo locationes, & venditiones, in quibus immodica læſio interuenit, corrigendas eſſe receptum eſt *ex l. 2. C. de reſcind. vend.* quæ in locatione etiam locum habet, quæ ſcilicet proxima eſt emptioni, & iiſdem regulis conſiſtit *leg. 2. ff. loc.* & in ſpecie tradunt gloſ. *in l. ſi ea pactione C. de vſur.* Bald. Angel. Salic. Caſtrenſ. & alij apud Gabriel. *ſuar. concluſ. lib. 1. tit. de empt. & vendit. concluſ. 1. num. 30.* quibus conſentiunt Arius Pinell. *in comment. d. lib. 2. par. 1. num. 17.* & alij ſanè plurimi apud Caroc. *de locat. par. 1. tit. de reſc. locat. num. 2.* vbi ait hanc eſſe communem ſententiam. Cæterùm reliqua ad hanc exceptionem pertinentia, vel *ex d. q. 34.* vel ab aliis petenda ſunt.

Nona cauſa aliquid vltra ſortem accipiendi ſine fœnoris 32
labe eſt liberalitas debitoris. Nam cùm debitor, vt proponitur, non ob pretium mutui, nec veluti ratione mutui debitum id largiatur, ſed ſponte, & ex animi ſententia, & quo ſe gratum accepti beneficij oſtendat, quod natura ipſa dictat *l. etſi §. conſuluit. ff. de pet. hared.* conſequens eſt exactionem hanc à fœnoris ratione remotam eſſe, & creditorem ad id quod donatum eſt, reſtituendum non obligari. Alioqui nec ei, à quo mutuum accepimus, mutuum dare, neque officium vllum gratitudinis conferre liceret, quod eſt abſurdum. Denique ſi licet ei, cuius in nos nullum beneficium extat aliquid dono dare, & benefacere, multo magis ei licere dicendum eſt, à quo iam beneficium accepimus, vt eleganter Conrado, Nauarro, & aliis auctoribus citatis tradit Vgolin. *d. lib. de vſur. cap. 8. §. 2. num. 1.* vbi ait hanc eſſe communem ſententiam, & ſanè id etiam ſentiunt Petr. de Nauarr. *d. lib. 3. c. 2. num. 315.* Philiarch. *d. lib. 5. cap. 5.* Reginald. *d. lib. 25. cap. 12. num. 233.* Lælius Zecch. *de vſur cap. 5. num. 2.* Roderic. *de ann. redit. lib. 7. cap. 4. num. 101.* Rebell. *de oblig. iuſtitia, lib. 8. quæſt. 3. num. 1.* & Cardin. Tolet. *d. lib. 5. cap. 28. num. 6.* Qua ratione Antichreſis 33
licita videri poteſt, cùm ſcilicet non contemplatione mutui, ſed ex liberalitate, & ſponte quis rei ſuæ vſum ei concedit, à quo mutui beneficium accepit. Nam poteſt quis rei ſuæ vſumfructum alteri gratis dare *l. 17. ff. de præſcr. verb. l. Aquilius. 27. ff. de donat. l. 1. & 3. ff. de precar.* & in ſpecie notat idem Petrus Greg. *in d. tract. de vſur. lib. 2. cap. 10. num. 6.* ne deterioris conditionis ſit, qui alium adiuuit beneficio.

In hoc tamen genere valde cauendum eſt, ne ſub nomine 34
donationis vſuræ exigantur, & retineantur, ſiquidem neceſſe eſt, vt ſponte omnino, & ex animi ſententia hæc liberalitas proficiſcatur, quia vt ait Iulianus *in l. 1. ff. de donat.* ea propria donatio eſt, quæ propter nullam aliam cauſam fit, quàm vt munificentia, & liberalitas exerceatur. Vnde quærit Vgolin. *in d. cap. 8. §. 1. & 2.* quando ex liberalitate, & gratitudinis gratia quid datum eſſe cenſeatur, vel vt pretium mutui, & pro mutuo debitum, & poſt alios diſtinguit. Aut pactum interuenit expreſſum, vel tacitum, vt quid vltra ſortem præſtaretur: & hoc caſu donationem extortam iudicabimus, & quicquid datum eſt, veluti in cauſam vſuræ acceptum illicitè retineri: nihilque referre, quòd nomine donationis id præſtetur, quia rem ſpectamus non verba *l. 6. de præſcr. verb. l. 5. & 6. C. ſi quis alt. vel ſibi l. 1. C. plus val. quod agit.* & D. Ambroſius *in l. de Tob. cap. 14.* qui ait quodcunque ſorti accedit, quod velis ei nomen imponas, vſuram eſſe. Quod præſertim recipi poteſt, ſi ſors adhuc debeatur, vt tractauimus *q. ſeq. n. 22.* Aut nullum interuenit pactum, neque tacitum, neque expreſſum, & hoc caſu ad coniecturas confugiendum eſſe, quæ cùm incertæ ſint, quia ex facto pendent, & ex circunſtantiis rerum, & perſonarum, ita vt nulla certa regula definiri poſſint, vt dicitur *in l. 32. ff. de vſur. & l. 3. ff. de teſt.* iudi- 35
cis arbitrio relictum eſſe puto, an hæc donatio ſponte facta, an extorta videatur, & obtinendi, vel retinendi mutui gratia *arg. d. l. 3. §. eiuſdẽ ff. de teſtib. & l. Neſennius de neg. geſt. & aliis.*† Vt etiã in foro animæ, in quo admittũtur teſtes in cauſa propria, vt notat Vgolin. *loc. cit.* & Petr. Gregor. *eod. tract. l. 1. c. 4. in fin. & l. 2. c. 19 n. 2.* arbitrio prudentis confeſſarij, & conſcientiæ pœnitentis committitur, vt tradit Petr. Nauarr. *loc. cit.* qui tamen maximè cauere debet, ne ſibi nimium cupiẽs ſeipſum, ni, & arbitrum conſcientiæ ſuæ decipiat. Poteſt igitur creditor ſponte oblata, & animo liberali capere, & retinere.

Imò tametſi creditor ea ſpe, & intentione mutuum dederit, vt quid vltra ſortem ex liberalitate, & beneuolentia 36
debitoris conſequatur, & licet non fuiſſet mutuam pecuniam daturus, niſi huiuſmodi commodum ſperaret, nulla tamen vſuræ labe inquinatur, nec quod hoc nomine accepit, reſtituere cogitur, vt maxima pars Theologorum cenſet Sot.

Va-

Almain. Villag. Nauarr. Aragon. Salon, Molina, & alij quidam apud Salas *lib. de vſur. dub.* 5. *num.* 5. quibus conſentiunt Rebell. in *d. q.* 3. *num.* 1. & Paul. Layman. *de iuſt. & iur. tract.* 4. *cap.* 16. *num.* 4. & ex auctoribus iuris Ioann. Bapt. Lup. *in lib. de vſur. commem.* 4. §. 2. *num.* 7. & Vgolin. *loc. cit. num.* 2. vbi concludit creditorem non incidere in vſuram quoties nihil ſperat à debitore tanquam debitum, & veluti pretium mutui, ſed ex illius gratitudine, & liberalitate, idque pro regu-
37 la tenendum eſſe, † & vel hoc vno argumento hæc ſententia probari poteſt, quia accipere alienum ex libera voluntate domini non eſt iniuſtitia, quia nemo volens iniuſtum patitur, vt Theologi dicunt, vel vt aiunt iuris auctores, volenti non fit iniuria *l.* 1. §. *vſque adeo, ff. de iniur. l. inter omnes,* 46. §. *vlt. & l.* 48. §. *qui ex voluntate, ff. de furt.* vbi Vlpianus ait. Quis enim voluntatem domini habens fur dici poteſt? Eſt conſtat etiam donationem iuſtum eſſe titulum acquirendi dominij *ex l.* 1 *ff. pro donat.* ergo neque voluntas, & deſiderium aliquid hoc titulo accipiendi iniuſtum eſt, & conſequenter quod hoc modo acquiritur, non eſt obnoxium reſtitutioni.

38 Ex quo etiam admitti poteſt vſurarium reſtituere non teneri, quod mente vſuraria percepit vltra ſortem, ſi ex parte debitoris verè fuit animus donandi. Id enim ſatis videtur probari *d.* §. *qui ex voluntate, & l. inter omnes,* 46. *in fin. eodem tit. &* §. 8. *Inſtit. de oblig. qui ex del. naſc.* & ſentiunt ex iuris, & legum auctoribus Lancell. Conrad. *in templo omn. iud. lib.* 1. *cap.* 1 §. 3. Surd. Felician. Roderic. & alij apud Barboſ. *in d. c. conſuluit, num.* 2. & inter Theologos eximius Turrian. *diſp.* 62. *dub.* 1. qui hanc rationem adfert, quia cenſetur vſurarius huic iuſto titulo conſentire. Idem docet Paul. Layman. *loc. cit.* & Epiſcop. Malder. *d cap.* 3. *dub.* 10. *verſ. dico tertio,* & infra, vbi notat non eſſe recipiendum, quod quidam docent id pauperibus reſtituendum eſſe, quia inquit huius rei neque rationem, neque conſtitutionem vllam habent. Illud verò certiſſimum eſt, quod ei liberalitatis gratia dedit, reſtituendum non eſſe, quia cenſetur eo animo dediſſe, ne vnquam ad ſe reuerti velit *l.* 1. *ff. de donat.*

His congruenter Theologi docent, ſi quis ſciens Principem pecunia indigere, vt fere omnes his temporibus ſolent, ſperánſque eum gratum, & liberalem erga ſe futurum Principis liberalitatem hac ratione prouocans illi pecuniam mutuam daret alioqui non crediturus, hunc neque vſurarium eſſe, neque reum reſtituendi, ſi quid fortè vltra ſortem Princeps illi contulerit, ſiue munus illud ſit, ſiue officium, ſiue aliud quidpiam, modò is, qui mutuam pecuniam dedit ex Principis munificentia, & liberalitate id ſperet, & intendat, & ex probabilibus coniecturis opinetur Principem id ex liberalitate conferre, inter quos Molin. *diſp.* 305. *num* 4. & Salas *loc. cit. n.* 5. *verſ. ex quibus* vbi ait alios Theologos idem
39 ſentire. Et ex contrario eum vſuræ vitio inuolui, qui mutuam dat pecuniam Principi, vel alteri cuique ſperans lucrum non ex Principis liberalitate & gratitudine, ſed tanquam pretium mutui, & pro mutuo debitum: neque diſtinguendum eſſe, an ea intentio principalis ſit, ſiue minus principalis, & ſiue quis eſſet mutuaturus ſine ſpe lucri, ſiue non eſſet mutuaturus, vt iidem auctores docent *loc. cit.* & præſertim Molin. *in d. diſp.* 305. *n.* 5. & Salas *in d. dub.* 5. *n.* 7. Vgolin. *cap.* 7. §. 4. *num.* 1. & ex Graff. Salon. & aliis Bonac. *diſp.* 3. *q.* 3. *punct.* 2. *n.* 9. & ita interpretantur conſtitutionem Vrbani III. *in c. conſuluit de vſur.* vbi reſcripſit illum vſurarium iudicandum eſſe, qui non aliàs mutuo daturus, eo animo pecuniam credidit, vt licet omni conuentione ceſſante plus tamen ſorte recipiat: & ad ea, quæ hoc modo vltra ſortem accepta ſunt, reſtituenda in animarum iudicio eſſe compellendum. Sed quia hic locus ad vſuram, quam mentalem vocant, pertinet, ideo in hoc genere diſputationis ad Theologos confugiendum eſt, qui hæc accuratiſſimè tractant, & præſertim Aragon. ad D. Thomam *q.* 78. *art.* 2. *verſ. ſuppoſito iam.* Mald. *d. cap.* 2. *dub.* 10. *&* 19. & Salas *d. dub.* 5. 6. 7. *&* 8 quibus locis etiam docet quatenus hoc genus
40 vſuræ obliget ad reſtitutionem. † Quod dico in gratiam D. Patris Marij Clementis Barattæ Societatis IESV Theologi inſignis, qui has meas qualeſcunque lucubrationes legere, & probare dignatus eſt, eum quo ſæpius altercatus ſum, quòd ille cùm de contractibus. & iuſtitia eorum agitur, ad Theologos eundum eſſe exiſtimaret, ego ad iuriſperitos: quiſque ſuas partes tuebatur. Quis melius iuſtitiam cuiuſque contractus ſtatuere poteſt, quàm perfectus iuriſconſultus, qui ius, id eſt, artem boni & æqui, iuſti & iniuſti ſcientiam profitetur: & cuius proprium, & præcipuum munus eſt æquum ab iniquo, licitum ab illicito diſcernere, vt ait Vlpianus *in l.* 1 *ff. de iuſt. & iur.* niſi dicamus Theologum iuriſconſultum, & iuriſconſultum Theologum iſtiuſmodi quæſtiones perfectè diſſimere poſſe.

Decima exceptio eſt incertitudo valoris rei venditæ, quæ 41
nondum venialis erat. Nam licèt vſura ſit merces carius vendere ob dilatam pretij ſolutionem, vt tractatum eſt *q.* 14. ſi tamen veriſimiliter dubitatur rem plus vel minus valituram tēpore ſolutionis, neque venditor ante illum diem erat venditurus: his duabus circunſtantiis concurrentibus licita erit venditio, tametſi pluris res vendantur, quàm ſit communis eius valor tempore contractus, vt conſtat *ex c. in ciuitate, & c. nauiganti, in fin. de vſur.* & aliis auctoribus relatis dixi *eadem q.* 24. *n.* 29. quibus nunc addo Petr. Nauarr. *in d. cap.* 2. *n.* 129. *& ſeq.* Iacob. de Graff. *par.* 2 *lib.* 1. *c.* 115. *n.* 2. Salon. *q.* 78. *art.* 2. *controu.* 21. *n.* 1. vbi ait hac in re concordem eſſe omnium ſententiam. Reginald. *in d. c.* 12. *n.* 227. Aragon. ad D. Thom. *q.* 77. *art.* 4. *verſ. circa quinam cauſam,* & Petr. Gregor. *de vſur. lib.* 2. *c.* 16: vbi tamen ait periculoſos animæ eſſe iſtos contractus propter communem conſequendi, quod plus eſt, auiditatem: & proinde inquit melius facerent mercatores, ſi ab his negotiationibus abſtinerent, vt dicitur *in d. c. in ciuit. in fin.*

Hinc P. Salon *loc cit. n.* 5. conditiones refert, quibus ſeruatis hoc genus commercij recipi poteſt, nimirum vt res eius naturæ ſit, vt poſſit in illud tempus ſeruari: vt venditor animū ſeruandi in illud tempus verè habeat: & vt in conſtituendo pretio habeatur ratio ſumptuum, laborum, & periculi. Has conditiones probat etiam Vgolin. *in lib de vſur. c.* 39. §. 1. *n.* 4. *verſ. hoc primum igitur.* Præterea exigit Salon, vt venditor non propria ſponte ſed rogatus ſaltem virtualiter vendat: vt admoneat emptorem de augmento pretij tunc currentis ratione lucri, quod amiſſurus eſt vēdendo merces eo tempore vel loco: denique vt taxatio pretij, quòd creduntur merces illæ valituræ eo tempore, in quod vēditor illas ſeruare inſtituerat proinde fiat, ac ſi res illæ antea venditæ non fuiſſent, ſed ſeruatæ vſque ad illud tempus. Quæ doctiſſimus Theologus latiùs ibi proſequitur, & probat: & prætermiſit Vgolin. *loc. cit.* & ego etiam prætermitto, quia in externo foro, cui ſcribimus, ſatis eſſe videtur, ſi duæ illæ circunſtantiæ concurrant, id eſt, incertitudo valoris, & venditionis feſtinatio. In dubio enim præſumitur venditor merces ſuas ſeruaturus fuiſſe, vt in ſpecie tradit Crau. *in conſ.* 145. *n.* 23. & Vgolin. *loc. cit.* & procliuiores eſſe debemus ad comprobandum contractum *l. merito, ff. pro ſoc. l. cum hic ſtatus,* §. 4. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* Quod tamen intelligo, niſi ex teſtibus, vel aliis probabilibus argumentis aliud iudici videatur, vt ſi merces venales erant, & maximam earum partem minori præſenti pretio diſtraxit, vel ſi res erant, quæ vſque ad illud tempus ſeruari non poterant, vel ſi id in iudicio confitetur, vel ſi denique alia ratione conſtaret non habuiſſe animū ſeruandi vſque ad tempus, in quod differtur ſolutio, quod apud iudicem examinabitur.

Sanè quod inter cætera exigit Salon *eod. loc.* vt venditor rogatus vendat, neque ſe ipſum ingerat vel offerat, quæ illi quinta conditio eſt, non puto ad iuſtitiam huius contractus neceſſarium eſſe. Nam in negotiis contrahentis id tantùm inſpicitur, an ex diuerſis animi motibus contrahentes in vnum conuenerint, *l.* 1. *ff. de pact. l.* 55. *ff. de oblig. & act. l.* 8. *C. de reſc. vend.* proinde nihil refert ad validitatem, & iuſtitiam contractus an quis prior roget vel rogetur, dummodò partes liberè conſentiant, & ſeruetur æqualitas inter contrahentes. Alioqui id etiam in aliis commerciis, & commutationibus rerum inſpiciendum eſſet, à quibus etiam omnis captio, & inæqualitas remoueri debet. Et valde in mea ſententia confirmor, quia etiam ille, qui ſponte amico ſuo indigenti ſuas pecunias mutuas offert, licitè ſtipulari poteſt, quod ſua intereſt ratione lucri ceſſantis, vt ex Molina, Nauarro, & aliis dixi *quæſt.* 74. *numer.* 7. inter quos ipſe Salon *in d. art.* 2. *controu.* 9. *concluſ.* 7. vbi hanc rationem adfert. *Quia,* inquit, *iuſtitia huius contractus, qui eſt vendere lucrum ceſſans, id eſt, illam proximam potentiam ad lucrum, non ſumitur*

ex eo, quod aliquis rogatus, vel propria ſponte mutuet: ſed ex eo quòd verè mutuanti lucrum ceſſet ratione mutui in alterius commodum exhibiti: cùm tota iuſtitia huius contractus nitatur illi principio & iuri naturali: Neminem debere ſuo incommodo alteri prodeſſe. Et deinde congruenter iis, quæ proximè diximus *ex d.l.1.de pact.* & aliis. *Quemadmodum parùm refert ad iuſtitiam venditionis, vendátne quis rem ſuam rogatus vel propria ſponte, modò pretio iuſto rem ſanam vendat: ita quoque parum refert rogatus vel propria ſponte quis mutuet pecuniam, modò verè illam à negotio lucratiuo ſeparet, & lucro illo ſe priuet in vtilitatem alterius.* Quare cum ipſomet Salon teſte hæc cautio in mutui dationibus non ſit neceſſaria, multo minus eam in venditionibus exigere debuit: & præſertim quia ea admiſſa tanquam neceſſaria multorum charitas reſtringeretur, qui fortè amico indigenti triticum, vinum, & alias res ad alendam familiam neceſſarias offerrent fide de pretio habita, ſi putarent licitè poſſe illud ipſum lucrum conſequi, quod ex dilata venditione, vt inſtituerant, facere potuiſſent. Videtur verò hac in re P. Salon parùm congruentia docuiſſe, niſi dicamus aliquid latere ſub illis verbis, *vt rogatus vendat ſaltem virtualiter*, vnde hæc conciliari poſſint, quod ſi ita eſt, debuit pace illius dixerim, ſententiam ſuam apertius dicere.

Sanè illud placet, quod obſeruat *ead. controu.21. num.6.* huiuſmodi commercium duobus modis agitari poſſe. Primo nullo præſtituto pretio tempore contractus, quo res traditur: ſed eo incerto relicto vſque ad tempus, in quo venditor res illas inſtituebat vendere. In quo etiam bifariam rem geri poſſe vel deſignando certum diem, vt ſi conueniant de pretio, quod erit primo, vel ſecundo die Maij: vel committendo pretium toti menſi. Quod ſi certum diem elegerint, illi ſtandum eſſe, neque licere contrahentibus variare ex Scoto *in 4. diſt.15. quæſt.2. art.2. in fin.* Si verò pretium toti menſi commiſſum fuit, medium & mediocrè eligendum eſſe non ſummum, vel infimum, quia incertum eſt, quo die venditor ſpecies illas venditurus fuit. Secundo modo hoc negotium geri poſſe certo conſtituto pretio arbitrio boni viri, ita vt vterque contrahentium æquè ſe exponat damno vel lucro, periculo ſcilicet maioris, vel minoris pretij vt ſors tulerit. Conſtat enim pretia mercium incerta eſſe, & ex variis cauſis repente mutari, *l.3. ff. de eo quod cert. loc. & §. ſi quis agens. Inſtit. de action.* idem ferè tradunt Couarr. *variar. lib.2. cap.3. num.6. verſ. quibus quidem*, & Molin. *de contract. diſp.355. num.6.* cætera petenda ſunt *ex d. quæſt.24.* vel potius ex Salon. Molin. & aliis Patribus, qui hac de re doctiùs, & diligentiùs ſcripſerunt.

42 Vndecima cauſa eſt fauore viduæ, cui dos non ſoluitur, ſiue ab eo, qui dotem illi conſtituit, ſiue ab hæredibus viri, qui eam exegit. Nam poteſt interim alimenta, vel annuam quantitatem percipere, vt ſe, & familiam decenter alat pro modo, & quantitate dotis, cuius ſcilicet natura eſt, vt qui eam habet, mulierem alere teneatur ſecundum eam ſententiam, quam probauimus *quæſt.30. num.41.* cui acceſſit Reginald. *loc. cit. num.238.* vbi ait mulierem poſſe illud annuum loco alimentorum percipere, etiamſi nullum intereſſe patiatur: & debere hæredes viri, quod magis dubium videbatur, vel dotem reſtituere, vel mulierem exhibere. Quod etiam docuit Nauarr. *in comment. de vſur. num.67. & 68.* Lopez *in ſuo inſtruct. par.2. cap.60. circa med.* & latiſſimè Salon *in d. art.2. controu.15. num.3. verſ. vnde ſit concluſio*, quia inquit, cùm pecunia dotalis eiuſdem naturæ ſit, in quemcunque tranſeat, debet cum onere illi coniuncto tranſire, nempe alendi mulierem, & familiam, cùm ſit velut patrimonium fœminæ, ex quo hæc ſuſtinenda ſunt. Ex quo poſt pauca infert valida eſſe ſtatuta, quibus viduis decernitur certa annua quantitas ad alimenta neceſſaria, quandiu illi dos non ſoluitur. Idem cenſuit Aragon. ad D. Thom. *quæſt.78. art.2. circa fin. verſ. infero tertio.* Ioann. Bapt. Corrad. *reſp. par.1. quæſt.230.* Valent. Villag. & alij Theologi apud Salas *de vſur. dub.10. num.9* Pirrh. Sicul. *diſput.16. quæſt.98. numer.3.* Vnde videtur hæc inter Theologos recepta ſententia. Quam etiam ſequuntur Theſaur. *in dec.44. num.4.* & Gratian. *in dec.126. numer.7. & 8.* Ioann. Bapt. de Thor. *in compend. deciſ. Neap. par.3. verſ. intereſſe dot. ſoluto matrimon. fol.585.* vbi refert ita pluries fuiſſe iudicatum, vbi etiam notat huiuſmodi ſtatuta valida eſſe. Quod nos probauimus *quæſt.79. num.44. & 48.* vbi dixi ſtatuta hæc recipi poſſe, quatenus honeſtum modum alimentorum non excedunt. Eadem probarunt Molin. *de rit. nuptiar. lib.3. quæſt.39. num.71. & 74.* Franciſc. Ferrer. *ad conſtit.1. Cathal. ſolut. matrim. temp.3. num.27. & ſeq.* idem Corrad. *d. par.1. reſp.238. verſ. iuſtum enim* & alij tum Theologi, tum Iuriſconſulti apud Salas *loc. cit. num.10.* & Marium Giurb. *ad conſuet. Meſſan. cap.15. gloſ.15. num.36.* quod magnum præbet argumentum noſtræ ſententiæ. Hinc enim perſpicuum eſt ſingulare aliquid ineſſe doti: & debitum dotis cum debitis ex alia cauſa diuerſo iure cenſeri. Alioqui validæ eſſent leges, quæ ex mora debitoris promiſcuè aliquid annuum vltra ſortem decernerent creditoribus, quod conſtat eſſe prohibitum *in clem. de vſur.*

Et valde congruit noſtræ ſententiæ, quod receptum eſt vergente marito ad inopiam mulierem petere poſſe, vt ſibi pro concurrente quantitate dotis etiam in pecunia conſiſtentis tot mariti bona adſignentur, ex quorum fructibus ſalua dote virum, & liberos alere poſſit *ex l. vbi adhuc 29. C. de iur. dot. l. ſi cum dotem 22. §. ſin autem & l. ſi conſtante 23. in princ. ff. ſolut. matrim.* & hic Bart. *num.88.* vbi ait non licere creditoribus dotem offerre. Quod etiam ſenſit Alberic *in d.l. vbi adhuc num.14. & 15.* Socin. Sen. *in conſ.111. lib.3.* Ozaſc. *in deciſ.155. num.11. & 12.* quia inquit mulieris intereſt bona immobilia mariti potius habere, ex quorum fructibus ſe, & ſuos alere poſſit, quàm pecuniam, quæ ſterilis eſt, & facilè prodigi poteſt. Ita etiam tradunt Gail. *practicar. lib.2. obſ.83. numer.2. & 17. & obſeru.92. num.6. & 10.* vbi ait hanc ſententiam veriorem eſſe, & fauori dotium magis conſentaneam. Muſcat. *in pract. appell. par.3. num.53. & 83.* vbi refert ita in omnibus tribunalibus obſeruari Motor. *de iur. offer. num.9. verſ. alteram vero.* Aſin. *de exec. §.7. cap.109.* Rot. *inter collect. Farin. dec.259. num.1. & 2. par.1.* Barboſ. *in d.l. ſi conſtante num.42.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.7. gloſſ.2. par.3. numer.44. & 47.* & Coſta *de rem. ſubſid. remed.1. num.2. & 4.* & aliis prætermiſſis Anton. Faber *in ſuo C. tit. de iur. dot. def.2.* vbi *num.6.* notat pecuniam rem fragilem eſſe. Quod cùm aliis creditoribus conceſſum non ſit, inde apparet, quod dicebam ſingularia multa fauore dotium recepta eſſe, ne mulieribus minuantur. Vt ergo dum dos eſt in cauſa reſtitutionis, conſtante matrimonio ex perceptione fructuum non minuitur, qui inſeruiunt alimentis mulieris viri, & liberorum: ita prorſus ſoluto matrimonio, & nondum ea reſtituta, minui non debet, ſi quid modicum annuum mulier percipiat, vnde ſe ſuóſque parcè alere poſſit.

Neque obſtat vulgaris obiectio ſoluto matrimonio titulum dotis extinctum eſſe, & ideo ceſſare eius priuilegia, quam poſt Ancharanum obiiciunt Capic. *in deciſ.65. num.13.* Roland. *in conſ.55. num.1. & 3. lib.2.* Surd. *de alim. tit.1. quæſt.45. num.5.* & alij apud Cardin. Mantic. *in d.171. numer.4.* & Molin. *de rit. nuptiar. lib.3. quæſt.39. numer.29.* quia facilè refellitur *ex d.l.1. ff. ſol. matr.* quæ ait dotis cauſam ſemper, & vbique præcipuam eſſe: & *ex l.1. & 12. ff. de fund. dot.* vbi Cuiacius notat dotis iura durare, quoad reſtituta ſit, & quandiu eſt in cauſa reſtitutionis: & nos diximus aliis auctoribus relatis *in d. quæſt.30. num.44.* inter quos, quod notandum eſt ipſe Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.12. tit.1. numer.14.* vbi ait ſoluto matrimonio, & dote non reſtituta tunc maximè eius priuilegia locum habere. Prout etiam nihil mouere debet, quod reſpondet Merend. *lib.2. cap.40. num.5.* quod repetit *in tract. de camb. nundin. cap.13.* non poſſe vſuras admitti ex natura dotis, quia dos, de qua quæritur, in pecunia conſiſtat: & propterea mulier, ſi ei dos ſoluta fuiſſet, non potuiſſet ex eius reditu ſe alere. Etenim admiſſa hac ratione neque etiam marito conſtante matrimonio vſuræ dotis deberentur, quia ſi illi dos ſoluta eſſet, non potuiſſet ex eius fructibus ſe, & vxorem alere, cùm pecunia ſemper ſterilis ſit, & fructus referre non valeat: denique in abuſu conſiſtat; neque minus vſu tollatur, quod in cauſam dotis exacta fuerit, *l. res in dotem, 42. ff de iur. dot.* Proinde vt marito conceſſum eſt aliquid annuum percipere, dum dos illi non ſoluitur, vt vxorem alere poſſit, ita etiam id mulieri licere debet, quandiu illi dos retinetur, vt ſe alat ſalua dote, ex qua iterum nubere poſſit.

Et

Et licèt poſtea comperterim aliud ſentire Emin. P. de Lug. *diſp. 25. num. 172.* & multa obiicere, vt etiam Merenda *loc. cit.* illis tamē reſponderi poſſe videtur ex his, quæ aduerſus Barboſam diximus *in d. q. 30.* quia ſcilicet onus alendi mulierem annexum eſt doti: & intereſt Reipublicæ dotem mulieribus ſaluam eſſe *l. 2. ff. de iur. dot. l. intereſt, ff. de priuil. credit.* etiam dirempto matrimonio *d. l. 1. ff. ſol. matrim.* quod aliis creditoribus non eſt tributum, ex quo perſpicuum eſt non eſſe ſimile, quod de aliis, creditoribus obiiciunt, vt dictum eſt. Et cùm Cardinalis hoc ius concedat viduæ aduerſus, eum qui conſtituit dotem, & hæredes eius, id etiam ei concedere debuit aduerſus hæredes mariti, qui dotem habuit, cùm vidua non minus ſe alere cogatur; neque illius conditio deterior eſſe debeat, quòd vir dotem exegerit, eiuſque hæredes eam retineant, neque denique minus Reipublicæ interſit mulierem dotem ſaluam habere. Et iuuat noſtram ſententiam, quod ait *l. 64. ff. de cond. & dem. legem vtilem reipublicè ſobolis ſcilicet procreandæ cauſa latam adiuuandam eſſe interpretatione.* Quamobrem adiuuemus extenſione conſtitutionem Pontificis *in d. cap. ſalubriter,* vt fauore viduæ etiam locum habeat ſecundum Nauarri & aliorum ſententiam, quæ mihi verior, & vtilior Reipublicæ eſſe videtur. Alioqui nulla eſt ratio probandi ſtatuta, quæ fauore mulierum in magnis & Chriſtianis vrbibus conſtat recepta eſſe, & obſeruari, vt memorat Ferrer. *loc. cit. n. 40.* & nos alio loco memorauimus, & probat ipſe Cardin. de Lug. *eod. loc. n. 173.* In hoc tamen mulieribus maximè cauendum eſt, ne dulcedine vſurarum debitum dotis in mutuum conuertant, vt dixi *in d. q. 30. n. 51. & 57.* & ne putent ſibi licere dotem ipſis reſtitutam alteri ea lege mutuam dare, vt ſibi ſalua ſorte ſex, vel ſeptem annua præſtet pro centenis ſingulis. Hoc enim proculdubio illicitum eſt, niſi verè tantundem interſit, vt notat idem Salon *loc. cit. verſ. dixi.* Quod addendum eſt *d. q. 30. in fin.*

Vndecima cauſa accipiendi aliquid vltra ſortem eſt id quod intereſt, de qua inter Theologos, & iuriſperitos conuenit, & continetur hoc verſu,

Cui mora dat damnum, ei lucrum debitor aufert.

Et ex iure ciuili habendam eſſe rationem eius, quod intereſt ratione damni, quod patimur, vel lucri quod amittimus culpa debitoris compertum eſt *ex l. 2. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc. & l. 1. C. de ſent. quæ pro eo,* & nos multis locis diximus: & apud gentes omnes receptum eſſe *quæſt. 71. num. 4.* In quo tamen cauendum eſt, ne intereſſe quod licitum eſt, ſit prætextus rei illicitæ, id eſt vſurarum, vt monet Caniſ. *de vſur cap. 1. num. 9.* & Grimaud. *de contract. pignor. lib. 1. cap. 8. num. 5.* qui ait id ſæpe fieri. Quare iuris auctores docent nullum intereſſe in iudiciis decerni oportere, niſi probetur legitimis modis, quia id quod intereſt in facto conſiſtit *l. quatenus de reg. iur.* quod non præſumitur. Et Theologi, qui hanc etiam partem attingunt, vt intereſſe damni vel lucri tuta conſcientia percipere liceat, cautiones quaſdam exigunt, de quibus etiam, vt iuris ciuilis ſtudioſum, & inter pragmaticos decet, diximus ſuis locis, & præſertim *quæſt. 74. & 75.* quibus duo tantùm, quæ prætermiſeram, hîc addere conſtitui.

44 Primum eſt conditionem illam, quam circa intereſſe lucri ceſſantis poſuit Conrad. *quæſt. 30.* & Syluest. *verb. vſur. numer. 19.* oportere ſcilicet, vt mutuans malit negotiari, quàm ſub refectione lucri ceſſantis pecuniam mutuam dare, mihi neceſſariam non videri: & meritò illam reiicere Nauarr. *in enchir. cap. 17. n. 212. & in comm. de vſur. n. 53.* quia vt ait, iuſtum & iniuſtum non in bonitate, vel prauitate intentionis contrahentium, ſed in æqualitate, & inæqualitate rerum conſiſtit, vt docet Ariſt. *2. & 5. Ethic.* & D. Thom. *2. 2. q. 58. art. 10. & quæſt. 59. art. 2.* & Duard. *de camb. §. 1. quæſt. 54. num. 6.*

Et licet deinde comperterim Merendam magni nominis Iuriſconſultum *controu. lib. 9. cap. 13. & in tract. de camb. Nundin. cap. 3. num. 46.* aduerſus hanc Nauarri doctrinam acriter inſurgere: & aſſerere latiſſimam vſuris ianuam dediſſe, non potui tamen mutare ſententiam, tum ob rationes Nauarri, quibus Merenda non videtur ſatisfeciſſe: tum quia obſeruaui illum illis locis perpetuò ſupponere in ſententia Nauarri creditorem nummos ſuos ex proxima lucri faciendi potentia abſolutè, & ſimpliciter ſubducere, & depoſito omnino animo vtiliter exercendæ pecuniæ eam deinde alteri mutuam dare ſub pacto lucri ceſſantis, denique nullo alio titulo, quàm propter dilationem percipere aliquid vltra ſortem, vt conſtat ex his, quæ ſcripſit *in dicto cap. 3. num. 48. & 49. & in d. cap. 13. num. 59.* quod Nauarrus numquam admiſit, neque ij, qui eum ſequuntur. Omnes enim vnanimes docent oportere, vt intereſſe ſit verum, id eſt, vt mutui datio, vel retentio ſit cauſa amiſſionis lucri, & in ſpecie Nauarr. *eod. loc. num. 52. & 54. & in d. cap. 17. num. 212. verſ. ſecunda,* & hunc eſſe illius ſenſum conſtat ex Petro de Aragon. *ad d. quæſt. 78. art. 2. verſ. ſed quoniam,* vbi ſic ait. *Cæterùm mihi placet opinio Nauarri. Nempe quod ſiue precibus alterius, ſiue ſua ſponte, ſiue affectu charitatis ſe offerat, ſiue lucri, non peccat contra iuſtitiam, vel peccato vſuræ, etiamſi magis inclinatus ſit ad certum lucrum ex mutuo quàm ex negotiatione. Dummodo mutuans firmiter decreuerit negotiari, & ſolùm cauſa alterius extrahat ex negotiatione pecunias. Et ratio eſt manifeſta. Nam cùm hoc intereſſe amiſſum ſit pretio æſtimabile, non obſtat, an hoc vel illo animo faciat. Iuſtitia enim commutatiua non ex hac vel illa intentione, ſed ex æqualitate rei datæ, & acceptæ eſt attendenda. Siue ergo rogatus ſiue ſponte, ſiue principaliter ex charitate vel ex neceſſitate proximi; ſiue ex amore lucri aliquis mutuet, quantum ad iuſtitiam idem eſt iudicium.* Idem ſcribit, & iiſdem verbis Petr. Nauarr. *lib. 3. de reſtit. cap. 2. num. 300.* Supponit ergo Nauarrus, & qui eum ſequuntur, mutuantem ſemper retinere intentionem exercendæ pecuniæ, & non niſi ſub ſpe, & conditione lucri ceſſantis in mutuum conſentire; & conſequenter mutui dationem eſſe cauſam amiſſionis lucris. Quo poſito, & ſuppoſito commercium ab vſura remotum eſt, quia hæc præſtatio relationem, & conformitatem habet ad aliud, quod cauſa alterius abeſt creditori nimirum ad lucrum, quod conſecutus eſſet, niſi mutuum dediſſet, quod rationem vſuræ excludit, quæ nullam relationem habet ad aliud, quòd compenſationem mercatur, ſed in ſola obligatione conſiſtit *l. 8. ff. de eo quod cert. loc. l. 121. ff. de verb. ſignif.* Ioan. Franciſc. de Pont. *de poteſt. Proreg. tit. 4 § 3. n. 84.*

Neque obſtat, quod perpetuò obiicit creditorem, qui mauult mutuum dare, quàm negotiari, nummis ſuis proximam illam lucrandi potentiam adimere proprij commodi cauſa, quia obſeruandum eſt dupliciter quem poſſe nummos ſuos negotiationi vtili ſubducere. Primùm eùm abſolutè, & ſimpliciter decreuit non amplius negotiari. Hoc caſu & hoc propoſito retento illicitum eſt mutuanti aliquid ſtipulari vltra ſortem ſub prætextu eius quod intereſt: & hoc caſu prætextus lucri ceſſantis eſt prætextus vſurarum, quia in his terminis nullum lucrum ceſſat creditori, quia negotiaturus non fuit, vel rem vtilem comparaturus, vt multi docent apud Salas *de vſur. dub. 20. num. 2.* inter quos ipſum Nauarrum cenſet, qui ita docuit *in lib. de camb. num. 35.* & nouiſſimè Duard. *in d. quæſt. 64. num. 13.* Secundò poteſt quis nummos ſuos negotiationi ſubtrahere non ſimpliciter & abſolutè ſed conditionaliter, & ſub ſpe, & conditione lucri ceſſantis, ſine qua pecuniam non ſubtraxiſſet negotio vtili: & hoc caſu quia creditor retinet propoſitum vtiliter collocandæ pecuniæ, donec eam alteri det mutuam, & proinde is, qui mutuum accipit, cauſa eſt amiſſionis lucri, quod creditor facturus fuit, niſi mutuum dediſſet, vt ſupponimus, in hoc inquam ſenſu, & in hoc ſtatu, in quo verè pecuniæ ſubeſt induſtriæ mercatoris, verius eſt creditorem lucrum, quod ſibi ceſſat propter mutuum, licitè ſtipulari, & exigere poſſe, quæcunque illius fuerit intentio ſecundum Nauarri ſententiam, quam multi ſequuntur apud Salas *loc. cit. numer. 4.* & ſecuti ſunt Petr. Nauarr. & Aragon. *locis cit.* Valent. *diſput. 5. quæſt. 20. de empt. & vend. par. 2.* Rebell. *lib. 8. quæſt. 6. num. 6.* Azor. *par. 3. lib. 5. cap. 5.* Leſſ. *de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 10. dub. 11.* Reginald. *lib. 23. cap. 8. num. 8.* Malder. *tract. 5. cap. 3. dub. 13.* Lælius Zecch. *de vſur. cap. 5. num. 8.* Bonacin. *in diſputat. de mut. punct. 4. numer. 13.* Fauſt. *in ſuo ſpec. diſputat. 16. quæſt. 87.* Nald. *in ſumm. verb. intereſſe, numer. 1. & in verb. mutuum, num. 18.* Trullench. *ſuper Decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 9. numer. 9.* Turrian. *diſput. 61. dub. 2. numer. 11.* Cardin. de Lug. *diſp. 25. num. 108.* & Duard. *in d. quæſt. 54. numer. 4. & 5.* quem malè Merenda profert pro ſua ſententia

in d.cap.3. num.55. denique Nauarrum omnes fere recentiores ſequi refert Salon *in d.q.78. art.2. contr.9. circa fin.* quem malè etiam pro ſua opinione cenſet Merend. *in d.cap.13. num.* 24. Ex quo mihi perſuadeo auctores illos, quos longa ſerie aduerſus Nauarrum recenſet duobus, vel tribus exceptis, & Philiarcho *l.5.c.5.& 7.* quem miror à Merenda prætermiſſum vel diuerſa ſcripſiſſe, vel cum Nauarro ſentire. Nam Iuſtinian. *in lib. de contin. camb. quæſt.8. num.14. verſ. al che riſpondo.* apertiſſimè admittit creditorem ad reſtitutionem non obligari: vt etiam Maldet. *loc. cit.*

Et vt Lector ab vno diſcat omnes, de ſingulis enim quærere mihi non vacat, alius fortaſſe id faciet, cui Deus plus otij dabit, ſubijciam verba ipſius Salon. *loc. cit.* vbi poſtquam Syluestri, & Conradi opinionem, & eorum argumenta retulit, ſic ait. *Nauarrus* in comment. de vſur. num. 54. *ſenſit conditionem hanc non eſſe neceſſariam, & meritò. Primò quia nulla lege vel ratione conſtat, vt aliquis lucrandi modus, qui ſecundùm ſe iuſtus eſt, reddatur iniuſtus propterea quod voluntas lucrantis magis feratur in illum quàm in alterum. Secundò quia iuſtitia iſtius contractus in eo tantum conſiſtit, vt mutuans verè, & realiter haberet illam pecuniam dicatam negotio probabiliter lucratiuo, & vt ab iſta ſpe, & proxima potentia lucrandi pecuniam ſuam ſeparet, ſeque ipſum priuet in vtilitatem mutuatarij: quæ duo ſi verè exiſtunt, quod hoc vel illud malit, erit per accidens, & extrinſecum, vnde nec mutabit, neque vitiabit iuſtitiam contractus.* Ita vir Theologus, qui deinde refellit argumenta Conradi, & Syluestri, & ait illa imbecilla eſſe. Non eſt igitur de illius ſententia ambigendum. Et mirum etiam videri poteſt Merendam *loc. cit. num.* 38. dicere non licere iis, qui coacti mutuant pecunias Principi, aliquid vltra ſortem recipere, niſi eorum intentio principalis ſit ſubuenire Principi: & ita declarare Salicetum, Caſtrenſem, & alios, quos refert, quia auctores illi duntaxat dicunt id eis licere, quia non habent animum fœnerandi, quod diuerſum eſt ab eo, quod illis Merenda imponit: & nos diximus *quæſt.* 74. *num.* 12. admittendum non eſſe, niſi eorum interſit, cùm hæc coactio vim tantùm habeat moræ, quæ ſola non ſufficit, vt aliquid vltra ſortem capere liceat. Quod etiam patet ex Molin. *diſp.* 315. *num.* 1. *&* 2. dum id probat exemplo furis, qui ſi mercatori pecuniam paratam negotiationi ſubtraxerit, tenetur non tantùm pecuniam ei reſtituere, ſed etiam lucrum, quod ſuo iniuſto facto illi abſtulit, & æſtimabitur arbitrio boni viri: & nemo dixerit oportere, vt principalis intentio mercatoris ſit ſubuenire furi, quod tamen ſecundum Merendæ doctrinam neceſſarium eſſet. Sentio igitur Merendam parciùs & modeſtiùs de Nauarro, & aliis præſtantiſſimis Patribus ſcribere debuiſſe. Quod ego prolixius exequi, & excutere operæpretium non arbitror, quia in foro hæc quæſtio ferè inutilis eſt, in quo de intentione creditoris, & quo animo in creditum iuerit, inquirere non ſolemus, ſed tantùm inueſtigare, an intereſſe creditoris probatum ſit ſiue in damno ſiue in lucro, iuxta *l. 1. C. de ſent. quæ pro eo.* & præſertim ſi creditor, vt frequentius euenit, ex mora debitoris id, quod ſua intereſt, in iudicio perſequatur.

Alterum quod omiſeram, eſt oportere lucrum illud, quod ceſſare dicitur, licitum eſſe, & iuſtis, & licitis modis quæri potuiſſe: ſin minus actori denegandum eſſe. Quid enim ſi creditor dicat potuiſſe illam pecuniam dare fœnori, vel cum illa ſocietatem inire cum Hebræis, vel Piratis, & lucrari? Sanè huius illiciti lucri nulla habenda eſt ratio, vt indicat *l.4. §. Marcellus, de dol. mal. except. l.12. §.1. de furt.* quæ ait neminem de ſua improbitate conſequi actionem. Ex qua ita docuit Bartol. *in d. l. vn. C. de ſentent. quæ pro eo, quod inter. num.* 23. & Alciat. *in fin.* Rebuff. *gloſ. vlt. n.16.* & Bereng. Paulac. *n.* 62. & Bertazzol. *in conſ.255. num.16. lib.2.* Quod etiam Theologi docent, vt Conrad. *de contract. quæſt.30. circa fin. verſ. tertio arguitur.* Salon *d. art.2. contr.9. verſ. obſeruandum eſt.* Salas *de vſur. dub.19. num.3. verſ. propter hac.* vbi ait, quod dicitur creditori lucrum ceſſans deberi, accipiendum eſſe de lucro iuſto, ſecus de iniuſto, cuiuſmodi eſt id, quod habendum eſt per iniquos, & vſurarios contractus. Id ipſum tradunt Iuſtinian. *d. l. de camb. quæſt.8. n.2.* Nald. *loc. cit. n.3.* & nouiſſimè Eminent. Cardin. de Lug. *d. diſp.25. num.86.* vbi ait hoc extra controuerſiam eſſe. Hinc aliquando putabam audiendum non eſſe creditorem, qui aleator erat, & dicebat ſe alea ludere potuiſſe, & lucrari, quia vetita eſt legibus alea, vt inquit Horat. *carm. l.3.* & conſtat *ex l.1. & 2. C. de aleat. l.1. & vlt. ff. eod. & l. vlt. ff. quar. rer. act. non det.* atque etiam quia lucrum ceſſans debet eſſe certum, vel ſaltem veriſimile, vt eius ratio haberi poſſit *l.2. §. vlt. ff. de eo quod cert.* alea verò res incertiſſima eſt, & fallaciſſima, *l. 8. ff. de contr. empt.* non minùs quàm captus piſcium, quorum proinde nulla ſit æſtimatio *l.29. §. item Labeo ff. ad l. Aquil.* quia vt ait, incertum eſt, an caperentur.

Porrò ex hac cauſa deſcendit, vt quod dicimus fructus pignoris minuere ſortem, non habeat locum, quando actum 45
eſt, vt creditor fructus percipiat loco eius, quod reuera illius intereſt fructus enim hoc caſu primo loco cedunt in id quod intereſt, neque minuunt ſortem, niſi quatenus excederent rationem eius quod intereſt: & ita docet Bald. *in l.1. in fin. C. de diſtract. pign.* Ozaſc. *in dec.143. num.2.* Theſaur. *in dec.* 78. *num.2. & 3.* Cardin. Manric. *de tac. & ambig. conuent. lib.11. tit.8. num.22.* Pacifie. *de Saluian. interd. inſpect. 4. cap.1. num.* 47. *& 102.* Eſcob. *de ratiocin comput. 14. num. 1. & 20. in fin.* & Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſ. 3. par.7. num. 3. & in dec. 208. num. 13.* & Theologi apud Salas *de vſur. dub. 28.*
num. 2. † Olim quidem vt alio loco diximus iure ciuili licita fuit Antichreſis, quia vſuræ licitæ videbantur: nunc 46
tamen improba eſt hæc conuentio, & illicita, niſi aliunde creditoris tantundem interſit ratione lucri vel damni, vt rectè ſentiunt Sebaſt. Medic. *de compenſ. part.1. quæſt. 9. num.* 9. Theſaur. *in d. deciſ. 78. num. 4.* Horoman. *in diſp. de fœnor. cap. 4.* Cardinal. Mantic. *loc. cit.* Surd. *in conſ. 194. num. 14.* & alij auctores citati *quæſt.11. num.7.* vnde recipiendum non eſt, quod ait Præſes Faber *in notis defin.1. Cod. de ſentent. quæ pro eo, quod inter.* fructus pignoris ſorti imputari, præterquam ſi ſit contracta Antichreſis, quia verius eſt etiam ea contracta fructus minuere ſortem, niſi quatenus creditoris interſit.

Præterea quod proximè dixi fructus primum imputandos 47
in id quod verè intereſt, recipiendum puto, licet hac de re nihil actum ſit, dummodo cætera concurrant, quæ neceſſaria ſunt, vt intereſſe debeatur. Ita enim ſatis apertè colligitur *ex l. minor. 40. ff. de minor. l. cum venditor. 8. ff. in quib. cauſ. pignor. tac. contra. l. illud. ff. de ædil. edict. l. vtere. & l. ſi prædium. C. de præd. minor. & l. pen. §. vlt. ff. de reb. eor.* & tradunt Iacob. Renald. Andeg. *in d. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo. cap. 6. verſ. rurſum aduertendum. fol. 107.* Rebuff. & Iaſ. apud Ozaſc. *in deciſ. 160. num. 16.* vbi refert ita fuiſſe iudicatum. Couarr. *variar. lib.3. cap.1. num.3. verſ. ego ſanè non inficior.* Gabriel. *in conſ. 151. num. 7. & 8.* Menoch. *in conſ. 110. num. 55.* Statil. Pacific. *in d. inſpect. 1. num. 101.* Rebell. *de oblig. iuſtit. lib.8. quæſt.11. num.2.* & Vgolin. *de vſur. cap.63 §.1. num.5.* idem ſenſit Fontan. *in cit. deciſ. 208. num.16.* vbi ait hoc etiam in mutuo locum habere.

Idémque proculdubio dicendum eſt, ſi pignus per hypothecariam captum ſit auctore Prætore, vt indicat *l.48. ff. de* 48
ſolut. quæ eſt de prætorio pignore, vt hic Gotofredus notat, in qua Marcellus ait ita computandum eſſe, prout quidque ad creditorem peruenit, non ex vniuerſa ſumma decedat, ſed prius in eam quantitatem, quam vſurarum nomine creditorem conſequi oportet: & ita ſenſit Ozaſc. *in d. dec. 160. n. 16. & 17.* Gabriel. *in d. conſ. 151. n.3. & 7.* Pacific. *loc. cit. n.101.* Anton. Fab. *lib. 8. C. de diſtract. pignor. defin.32.* & aliis relatis Giurb. *in deciſ. 105. n. 10.* & nouiſſimè Fontan. *in deci. 205. n.15.* Neque etiam apprehenſio, & retentio pignoris curſum ſiſtit
veri, & legitimi intereſſe. † Quamobrem quod docet Ne- 49
guzant. *de pignor. part. 5. membr. 5. num.4.* & cenſuit Rota poſt eund. Statil. *in deciſ. 101. n.10.* fructus ſcilicet pignoris prætorij ſorti eſſe imputandos, ita accipiendum eſt, vt locum non habeat, quando tantundem creditoris intereſt, quia quatenus intereſt fructus non minuunt ſortem: & ita etiam accipiendum eſt, quod poſt Bartolum docet Cardin. *in d. tit. 11. n.14.* non valere conſuetudinem, vt fructus pignoris iudicialis non computentur in ſortem, vt quæ repugnet iuri diuino, & legibus Pontificum, quia id accipiendum eſt, niſi verè tantundem creditoris interſit, quod omni iure permittitur.

His

50 His conſequenter dicendum eſt, vt ſit minus ſit in fructibus, quàm creditoris intereſt; id quod deeſt, aliunde vel ex ipſo pignore conſequi debeat, *l. emptor* 65. *ff. de rei vendic.* Nam ſi res ſterilis, & omnino infructuoſa pignori data eſt, vt ſunt ſtragula, gemmæ, vaſa aurea,& argentea, vel ſi nullum omnino pignus acceptum eſt, non ideo minus creditor vltra ſortem conſequi debet quod reuera eius intereſt ſibi pecuniam ſolui. Neque enim acceptio pignoris creditori nocere ſolet, vel debet, cui etiam nullo accepto pignore intereſſe præſtari æquiſſimum eſt *ex d.l.2.§.vlt.ff.de eo quod cert. loc. & l.ſi vero.§.ſi mihi. ff. mand.& aliis.* Quod cùm certiſſimum ſit, mirabar aliud excidiſſe Fontanellæ *in d.dec.* 208. *num.*9. niſi animaduertiſſem illum paulo poſt ſe correxiſſe, & noſtram ſententiam ſequi *in deciſ.* 210.*num.* 14.*&* 15. vbi
51 tamen aliquid ſuæ prioris opinionis retinere videtur. † Sanè ſi prædium pignori acceptum ſit ea lege, vt creditor fructus percipiat pro eo omni, quod intereſt, vel vice eius quod intereſt, non poteſt creditor reſiduum intereſſe petere, ſed fructibus contentus eſſe debet, quia hæc conuentio valet fauore debitoris, vt cenſuit Rota inter collect.Farin.*par.* 2.*deciſ.*331.*num.*4. & rurſus in ead.cauſa *deciſ.*372.*num.*9. & nos diximus *quæſt.* 72.*num.*12. quod puto verum etiamſi tacitè id actum ſit, vt in antichreſi, videtur enim creditor his fructibus contentus eſſe:& ita recipi poteſt, quod tradit Fontan.*in d.deciſ.*208.*num.* 9. quando ſcilicet tacitè vel expreſsè actum eſt, vt fructus cedant in in omne quod in-
52 tereſt, poteſt enim creditor hoc ius ſuum remittere. † Cæterùm ſi fructus excedant rationem eius quod intereſt, id quod ſupereſt, minuit & extenuat ſortem non obſtante conuentione tacita vel expreſſa *l.2.C.de pact.pign.l.5.§.2.ff. de ſolut.l.ſi non ſortem.* 26 *ff.de condict. indeb.*Ozaſc.*in d.dec.* 260.*in fin.* Gabriel.*in d.conſ.*151.*num.* 3. *&* 8. Caniſ. *de vſur. cap.*5.*num.*9.*in fine*, & Vgolin.*in d.cap.*63.*§.*1.*num.*5. Neque enim hac in re eadem eſt cauſa creditoris, & debitoris propter metum vſurarum, quarum dulcedo interdum homines tranſuerſos agit. Nam poteſt creditor minus ſtipulari, quàm dederit, non autem in plus obligare debitorem, quam ipſe acceperit *l.*11.*§.ſi tibi, ff. ſi cert.pet.l.ſi tibi, ff.de pact. & l. cum vltra C. de non num. pecun.* niſi fortaſſe cum omni fraude ceſſante quaſi alea empta eſt ob incertum euentum fructuum & æſtimationem eorum *arg.l.*17.*C.de vſur. & l.nec emptio,* §.1.*ff. de contr.empt.*quæ ait ſpei quoque emptionem eſſe: & ex his, quæ diximus *in d. q.*72.*n.*15. *& ſeq.*

53 Porrò ſunt, qui putant, cùm quæritur de fructibus ſorti imputandis, inſpiciendum eſſe, an creditor ratione creditæ pecuniæ notabiles labores ſuſtinuerit: & hoc caſu creditorem lucrari fructus, neque imputare ſorti,quæ fuit ſententia Hoſtienſis *tit.de vſur.§.in aliquo circa fin.* qui mouetur *ex cap. ad noſtram* 11. *de rebus Eccleſ. non alien.* quem ſequuntur Roman.Abb.Socin.Bero & Boërius apud Lupum *in d.§.*6. *n.*15. *ſecundum impreſſ.Venet.in tractat.* Negunzant.*loc.cit.numer.*13. Trentacinq.*lib.*3.*tit.de pignor.reſolut.*2.*num.*10. & Gabriel.Sarain.ad Roman.*in ſingul.*542. qui eam tribuit Didaco Couar. *variar.reſol.lib.*3.*cap.*3.*numer.*2.*verſ.erit igitur.* Ego tamen hæreo, & ſubſiſto. Nulla enim probabilis ratio adferri poteſt, cur debitor refundere debeat labores ſeu æſtimationem eorum, quos creditor,antequam pecuniam mutuam daret,pro ea redigenda ſubire coactus fuit, & proinde ſub prætextu horum laborum fructus auferat alienos,& non imputet ſorti.Neque mouere debet conſtitutio Innocentij *in d.cap.ad noſtram*, quia non eſt de re pignori data, ſed conceſſa in feudum, cuius proprium eſt, vt fructus ſint accipientis pro fide, & ſeruitio, quod domino præſtare cogitur, quod mirum eſt auctores illos non animaduertiſſe Et Didacus *loc.cit.* non ait creditorem ob labores in redigenda pecunia factos fructus ſuos facere: ſed eum, cui res aufertur per in integrum reſtitutionem, eos conſequi pro mercede laboris in eis colligendis,& in ipſius rei cura,& adminiſtratione, quæ ſunt ipſa viri docti verba. Quamobrem quod attinet ad acquiſitionem fructuum rei pignore acceptæ, parum referre puto, an pecunia parta ſit labore, vel relicta, aut aliquo beneficio fortunæ inuenta, vt comperi deinde docere Petrum Royz. *deciſ. Lituan.*5.*num.*358. qui etiam notat *d. c. ad noſtram,* nihil ad probandam Hoſtienſis ſententiam pertinere, & proinde vel explicanda eſt de laboribus, quos creditor in tuendis & cuſtodiendis rebus pignori acceptis ſuſtinere cogitur, vt ſenſit Didacus *loc. cit.* & infra dicam, vel reiicienda eſt, niſi fortè creditor qui mutuum date promiſit,vt pecuniam illam redigere poſſet,& debitori roganti numerare, ſumptus, & labores pati coactus fuit in gratiam ipſius debitoris iuxta *l. Lucius Titius, ff. de act.empt.*de cuius ſententia dictum eſt *quæſt.* 27.*in fin.*& explicat Bero.*in cap.*1.*de vſur.num.*38. & Roman. *in conſ.*94. qua ratione accipi poteſt Hoſtienſis, & aliorum opinio,& Regin. *lib.*25.*n.*245.

Sanè ſi creditor pro cuſtodia, & tuitione rei pignori ac- 54
ceptæ magnos ſumptus,& labores ſuſtineat, vt ſi ciuitas vel caſtrum pignori oppoſitum ſit, cui onus iuriſdicendi,& populi regendi, & tuendi inhærent: hoc caſu fructus non minuunt ſortem,quæ decima tertia, & nunc vltima eſt excuſatio creditorum,quam expreſſimus his verbis,

Qui patitur varios ſumptus, magnóſque labores;
Vt domino ſeruet pignora tuta ſuo.

Quod probari poteſt *arg. d.cap. ad noſtram,* & probatur Raphaël Cuman.*in conſ.*19. *num.*3. Crauet. *in conſ.*408. *num* 12. Didac.Couarr.*loc.cit.* Boër.*in dec.*44. *num.*24. & alij quidam, quos recenſet & ſequitur,inclytæ mem. Cardin.Mantic. *in d. tit.*8.*num.*27. & Theologi plurimi apud Salas *de vſur.dub.*28. *num.*3.quibus accedunt Molfeſ. *de contract. cap.*18. *numer.*58. Georg. *alleg.*1. *num* 29. & Valer. Reginald. *d.lib.*25. *cap.*10. *num.*241. vbi ait creditorem licitè fructus percipere propter onus exercendæ iuſtitiæ, & prouidendi publicis neceſſitatibus, propter quæ reditus à ſubditis præſtari ſolent.

Neque tamen prætermittendum eſt quoſdam diſtinguere 55
inter fructus, qui ex tributis, & vectigalibus, & aliis reditibus iuriſdictionis rediguntur, & eos, qui percipiuntur ex re priuata Principis, vt ſunt fundi, ſyluæ, paſcua, & alia huiuſmodi, de quibus *in l.*3. *& 4. Cod. de fund. rei priuil. & ſaltib. dom.* & de quibus Surd.*in conſ.*47. *num.*38. *& in dec.*1. *n.*10. fructus enim primi generis non eſſe ſorti imputandos, cùm ſint veluti pretium,& merces laborum, & ſumptuum, quos creditorem præſtare,& ſuſtinere oportet: fructus verò alterius generis minuere ſortem, quia bona, ex quibus proueniunt, eodem loco ſunt, quo pignora priuatorum. Ita Salas ex aliorum ſententia *loc.cit. num.*4. quæ tamen diſtinctio mihi ratione carere videtur. Nam in hoc genere habenda eſt ratio onerum, & ſolicitudinis, & laborum, quæ poſſeſſor ſubit pro tuitione,& regimine ciuitatis, & quorum æſtimatio incerta eſt, & multa ſæpe repente emergunt, quæ breui tempore multorum annorum fructus, & vtilitatem auferunt, vt ſi caſtrum vel ciuitas munienda eſt aduerſus hoſtes.
† Et proinde cuiuſcunque generis fructus ſint, incertitudo 56
ſuſtinet pactum *l.*14. *& 17.C.de vſur.*Menoch.*in conſ.*110. *numer.*53. quia huic contractui admiſcetur contractus *do vt facias,*id eſt,*do tibi reditus ciuitatis, vt populum regas,& tuearis,*in quem non cadere vſuram dixi ex Mantica, Gratiano, & aliis *quæſt.*16. *num.*10. vnde nihil refert, an fructus ex tributis & vectigalibus, vel ex fundis rei priuatæ Principis proueniant. Et illud tantùm in hoc genere cauendum eſt, ne habita etiam ratione dubij euentus inæqualitas intercedat, & captio in necem debitoris, vt ſi fortè fructus, qualeſcunque ſunt, longè excedunt ſumptus, & æſtimationem laborum, & aliorum onerum, quæ cohærent pignori,& illud ſequuntur. Etenim hoc caſu contractus non tantum iniuſtus eſt, ſed & vſurarius videri poteſt propter mixturam mutui, quod principaliter agitur,& ex quo lucrum conſequi eſt illicitum. Quamobrem pars fructuum, & commodorum, quæ onera excedit, ſortem minuit. Et hic etiam locum habet, quod definitum eſt *in cap.*1. *de vſur. & in l.*1. *& 7. C.de pign. act.* & aliis,quibus conſtat fructus pignoris minuere ſortem deductis ſumptibus, vt in ſpecie docet Caietan.*in d.art.*2. *in reſponſ.ad* 6. *verſ. ciuitates autem*, & Mercat. *de contract. lib.* 2. *cap.* 7. *in fin.* neque diſtinguunt inter fructus iſtius vel alterius generis. Sanè ſi non pignus,ſed aliud commercij genus contractum proponatur,videnda ſunt,quæ de hac re ſcripſimus *q.*15.*n.*23.

Et tantùm ad confirmationem eorum, quæ mox diximus 57
aduerſus eam diſtinctionem, quam adfert Salas *loc.cit.* notandum eſt, quod generaliter Valer. Reginald. *in d. cap.*12.

*num.*146.*in fin.*quoties mutui dationis officio admiſcetur aliquid ex parte dantis quod præmium, & mercedem mereatur, hanc eſſe iuſtam cauſam exigendi aliquid vltra ſortem ſecundum eam quantitatem, quam vir prudens arbitrabitur. Etenim hæcquantitas non eſt æſtimanda ex mutuo, & veluti præmium, & pretium mutui, ratione cuius nihil planè exigi poteſt vltra ſortem: ſed ex cauſa, quæ mutui dationis officio coniuncta eſt: vel vt eleganter ait Valent.*in quæſt.de vſur.punct.*1.*verſ.ſecundo quæritur.* ex vi alterius iuſti contractus concurrentis cum mutuo, cuius intuitu licet aliquid vltra ſortem percipere, definiendum arbitrio boni viri, & perpenſa illius cauſæ grauitate, & aliis circunſtantiis,
58 ita vt æqualitas inter contrahentes ſeruetur. † Quibus congruenter plerique Doctorum iuris docent vſuram non eſſe, quoties creditor pro vſuris ſibi à debitore præſtandis æquale aliquod onus viciſſim ſuſcipit in gratiam debitoris, & hanc potius mutuam compenſationem videri. Id enim pro regula conſtituit Barb.*in l.*1.*num.*33.*C.de ſumm.Trinit.* quam probarunt *in l.petens.C.de pact.*Salicetus, Decius, Iaſon *n.*16. Curtius Iun. *num.* 34. & Alciat. *num.* 10. & nouiſſimè Auguſt. Barboſ.*in collect.ad h.l.num.*6. Alex.*in conſ.*221.*num.*6.*lib.*2. & *in conſ.*51.*n.*5.*lib.*6.Tiraq.*in l.ſi vnquam verb. donatione largitus n.*62.Chaſſan.*in conſuet.Burgund.tit.*4.§.23.*n.*30.Burſatt.*deciſ.*310.*num.*60.Menoch.*in conſ.*1002.*n.*52.& Franciſc.de Clapper.*cauſ.*98.*quæſt.*1.*num.*7. Qua regula vſus ſum *in quæſt.*79. *num.*5.& aliis locis.& multoties vſui eſſe poteſt ad excludendam vſuram, dummodò ſeruetur æqualitas arbitrio boni, & prudentis viri, vt dictum eſt. Nam quod Salicetus addit, & poſt Salicetum ſcribunt Chaſſanæus, & Menochius *loc.cit.*ſufficere, ſi æqualitas interueniat vſque ad dimidiam præſtationis vſurarum *ex l.*2.*C.de reſc. vend.* quaſi hic quædam vluti emptio contrahatur, non puto admittendum eſſe, ne hac ratione fiat fraus ſacris conſtitutionibus, quæ vſuras vetant: & proinde, verius eſt præſtationes, & onera æqualia eſſe debere, vt relati Theologi docent, & comperi deinde aduerſus Salicetum docere Decium *in d. l. petens,num.*17.vbi refert communem opinionem eſſe contra Salicetum, & Iaſon. *eod. loc.* qui ait Saliceti deciſionem eſſe falſam, & Alciat. *loc. cit.* qui ſcribit illum hac in re meritò ab aliis confutari. Non puto tamen propter modicum exceſſum contractum reprehendendum eſſe ex his, quæ ex eod. Decio, Cagnolò, & aliis dixi *quæſt.* 37. *num.*49. Neque enim facta, & operæ, quæ vice vſurarum præſtari debent, certam habent æſtimationem vt pecunia *l.* 3. *ff. de in lit. iur. l. ideo, ff. de eo, quod cert. loc. l.* 26. *§. libertus, ff. de condict. indeb. & l.*31 *ff.de ſolut.*quæ ait *inter artifices longam eſſe differentiam, & naturæ, & ingenij, & doctrinæ, & inſtitutionis.* Atque hæc ferè cauſæ ſunt, ex quibus adhibitis cautionibus, quas attigimus, & ſuis locis fuſius executi ſumus,& ceſſante fraude creditoribus aliquid vltra, ſortem ſtipulari, & exigere licet.

QVÆSTIO XCIX.

De Excuſationibus fœneratorum.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo licitos contractus facit.*
2 *Publicum quod eſt, non ideo licitum.*
Veritas, & ratio conſuetudinem vincit.
3 *Conſuetudo etiam totius orbis vſuras licitas facere non poteſt.*
4 *Conſuetudo fœnerandi, licèt excuſet à pœna, non excuſat à reſtitutione vſurarum.*
5 *Conſuetudo quatenus contractus ſuſtinere poteſt.*
Conſuetudo fœnerandi non ſuſtinet eos contractus, in quibus vſura eſt patens.
6 *Bonæ fidei poſſeſſor quoad fructus loco domini eſt.*
7 *Mutuum naturâ ſuâ ſterile.*
8 *Contractus non deſinit eſſe fœneratitius, quamuis abſit animus fœnerandi.*
9 *Contractum illicitum faciens putans eſſe licitum, an poſſit lucrum illud conſequi, quod ex contractu licito facere potuiſſet.*
Iudices cogitationes hominum videre non poſſunt.
10 *Debitor obtentâ veniâ iuriſiurandi non cogitur vſuras ſoluere.*
Iuramentum etiam rei illicitæ Deo reddendum.
11 *Heres non tenetur vſuras ſoluere, quas defunctus ſoluere iurauit.*
12 *Obligatio vſurarum iuramento non confirmatur.*
Contractus vſurarij ſententia confirmari non poſſunt.
13 *Cenſus illiciti non confirmantur ſententia.*
14 *Sententia, quæ iubet vſuras præſtari, nunquam tranſit in rem iudicatam.*
15 *Exceptio vſuræ etiam poſt ſententiam obijci poteſt.*
16 *Reus, qui vitium vſuræ probare non potuit, & victus eſt, non poteſt eandem quæſtionem aggredi.*
17 *Creditor abſolutus à petitione vſurarum non ideo minus vſuras reſtituere tenetur.*
Deo nihil occultum.
18 *Sententia in cauſa vſuraria ex noui teſtibus, & inſtrumentis ſemper reſcindi, & corrigi poteſt.*
Æquitas in cauſis vſurarijs ſtricti iuris regulis eſt præferenda.
19 *Fœneratores neque arbitri ſententia, neque tranſactionibus excuſantur.*
20 *Vſuræ liberè remitti poſſunt.*
21 *Remiſſio vſurarum, niſi libera ſit non eximit ab earum reſtitutione.*
22 *Remiſſio vſurarum dum adhuc ſors debetur, non præſumitur libera.*
23 *Idémque eſt, ſi debitor ex alia cauſa fœnerari obnoxius fuerit.*
24 *Donatio debitoris facta creditori: dum mutuam pecuniam accipit, non valet.*
25 *Donatio facta à Principe mercatoribus mutuum dantibus non valet.*
Fœneratores etiam Regibus terribiles.
26 *Ioannis Medinæ diſtinctio quædam reijcitur.*
27 *Confeſſio debitoris vſuras ſibi reſtitutas fuiſſe, dum adhuc ſortis eſt debitor, non valet.*
28 *Debitores quibuſdam veluti vinculis adligantur.*
Debitores creditoribus ſeruiunt..
29 *Vſuræ futuræ neque remitti, neque donari poſſunt.*
30 *Mutui in dationibus non ſtatur aſſertionibus partium.*
31 *Remiſſio vſurarum ex circumſtantijs libera cenſeri poteſt.*
Iudex ex coniecturis arbitrari poteſt donationem pendente mutuo liberam eſſe.
32 *Liberatio vſurarum parte earum recepta valet ſi ſors iam ſoluto ſit.*
33 *Liberatio vſurarum parte recepta non liberat vſurarium pro reſiduo, ſi per metum extorta ſit.*
Debitum malo debitori remiſſum, vt pars eius ſoluatur, quandocumque repeti poteſt.
34 *Reditus vſurarius præſcribi non poteſt.*
35 *Reditus exacti an præſcribi poſſint.*
36 *Res fœnore extortæ, an præſcribi poſſint.*
Hæredi mala fides defuncti non nocet.
37 *Fœneratores excuſat inopia.*
Malè parta malè dilabuntur.
38 *Vſurarius manifeſtus non poteſt eſſe idoneus fideiuſſor.*

NVNC conſequens eſt, vt fœneratorum excuſationes excutiamus, quibus ſibi blandiri ſolent, ne ablata reſtituant, eas ſcilicet de quibus in iudiciis interdum diſceptatur. Nam quæ in foro animæ agitari ſolent, Theologis relinquenda eſſe duxi, tum quia iam feſſus ſum laboribus, & curis; tum etiam ne quis mihi meritò illud Apellis obiiciat, *ne ſutor vltra crepidam.*

Et primùm quidem prætexere ſolent conſuetudinem fœnerandi, quæ quibuſdam in locis inualuit. Nam magna eſt 1
vis conſuetudinis, vt quæ derogat legibus *l.*32. *ff.de legib.* & vim legis habet *l.*33.& 35. *eodem tit. & vlt. de conſuet.* Anger. Matthæac.*de via, & ration. iur. lib.*2. *cap.*1. *num.*6. & contractus, quorum iuſtitia dubia eſt, licitos facit, vt ſentit Bart. *in*

in liquid ſit *fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de edil.edict.*& Rolan.
*conſ.*58.*num.*20.*lib.*4.Gratian.*diſcept.lib.*1.*cap.*14.*num.*12.& in
vſuris attendenda eſt conſuetudo, vt ſcribit Hering. *de
fideiuſſ. cap.*26. *num.*98.

2 Sed his obiicio, quod ait D. Cyprian. *in epiſt. ad Donat.*
non propterea quidpiam eſſe licitum, quod ſit publicum:&
quod ait D. Gregor. *in cap.*5.*diſt.*8. ſi conſuetudinem fortaſ-
ſis opponat aduertendum eſt, quod Dominus dixit *ego ſum
veritas*,& non dixit *ego ſum conſuetudo,ſed veritas*,& D. Auguſt.
*ead.diſt.cap.*6.*cùm Chriſtus veritas ſit, magis veritatem ſequi de-
bemus, quia ratio, & veritas conſuetudinem ſemper excludit.*Con-
gruenter etiam Cuiac. *in l.*2.*Cod. quæ ſit long. conſuet.* ait con-
ſuetudinem, quæ non ratione, ſed errore conſtat, non ha-
3 bere vim legis, & neminem obligare.† & in ſpecie huiuſ-
modi conſuetudines irritas eſſe, neque ſuffragari conſtat *ex
clem. vn. de vſur.* & oſtendi poteſt *ex cap. quia in omnibus de
vſur.* vbi Berous *num.*3.*&* 4. congruenter notat id quod tur-
pe, & illicitum eſt iure Diuino, vt ſunt vſuræ, licitum, &
honeſtum ob generalem conſuetudinem totius orbis fieri
non poſſe. Ita enim Petr. Gregor. *lib* 2.*cap.*8.*num.*3.& gene-
raliter in vſuris conſuetudinem nihil fœneratoribus prodeſ-
ſe,quo minus ablata reſtituant, tradit idem Bero.*tot.conſ.*167.
*lib.*1. Petr. Binsfeld. *in cap.nauiganti.de vſur.concluſ.*4. Lælius
Zecch. *de vſur. cap.*15. *in fin.* Vgolin. *eodem tract. cap.*1. §.1.
Manent *de contract. libell.* 6. *num.*1. *&* 6. vbi ait communem
vſum non facere licitam vſurarum extorſionem; & tracta-
tum eſt Romæ apud Farinac. *in conſ.*15.*num.*74. & apud Ro-
tam coram Reuerend. P. D. Martino *int. nouiſſ. omnium deciſ.*
301.*num.*23.*&* 24. & nos diximus aduerſus Hering. *quæſtione*
33. *num.*18.

4 Et licèt conſuetudo excuſet à pœna, quæ fœneratoribus
infligitur, non tamen contractum vſurarium licitum facere
poteſt, neque excuſare creditores à reſtitutione, vt reſpondit
Natta *in conſ.*488 *num.*26. Rolan. *in conſ.*75 *num.*47.*lib.*1.Bero.
Binsfeld. & Vgolin. *locis citatis.* Menoch. *lib.*3. *præſ.*122.*num.*
97.Manent.*d.quæſt.*6.*num.*36.Lop.*de vſur.comm. vlt.§.vlt.num.*
7.Caualc.*in dec.*2.*num.*4 *par.*2. Farin.*in prax. quæſt* 95. *num.*8.
& Gratian. *dicto cap.*14. *num.*12.*&* 13. & in cenſibus in qui-
bus neglecta eſt forma conſtitutionis Diui Pij V. & ſocieta-
tibus vſurariis cenſuit Rot.poſt tract.Cenc. in *deciſ.*11.*&* 155.
*& deciſ.*227.*num.*3. & aliis Caſtracan. *de ſociet. ſuper offic. cap.*
4.*num.*22.*&* 23.*& cap.*5.*num.*23.*&* 25.Zacch *eod.tract.n.*155.
& Rot.*poſt eund.d.*28.*in fin.*

5 Neque mouet, quod dicitur ex Bartolo, & aliis conſuetu-
dinem contractus licitos facere,quia hoc recipi poteſt,quan-
do dubia, & controuerſa eſt iniuſtitia contractus, quia in
dubio frequentia actuum inter viros bonos, & conſuetudo
regioni ſuſtinet contractum, ita vt non tantùm contrahen-
tes excuſentur à pœna, ſed etiam contractus licitus, & iu-
ſtus habeatur, vt docuit Bald. *in l.*1. *num.*39. *Cod. de his quæ
pœn.nomen.* Natta *in conſ.*498.*num.*26. Alciat. *in conſ* 45. Seraph.
de priuil. iur. cap. 132. *num.* 20. Surd. *in conſ.* 327. *num.* 52. &
Gratian. *in d.cap.*14.*num.*14. nam & in dubio contractus lici-
tus præſumitur, vt inquit Surd. *loc. cit.* & oſtendit *l. cùm hic
ſtatus.§.*4.*ff.de donat. inter vir. & vxor.*vbi Vlpianus eleganter
ait, ſi in obſcuro ſit, procliuior eſſe debet iudex ad compro-
bandum contractum. Aliud verò dicendum eſt; cùm vitium
vſuræ patens eſt; neque probabiliter de eo controuerti po-
teſt, tunc enim conſuetudo nihil operatur ad ſuſtinendum
contractum, neque à malè ablatorum reſtitutione eximere
poteſt, vt tradunt Berous, & alij auctores citati *num.*3. Sta-
tuamus igitur iudices, quorum ea notio eſt, nulla prauæ
huius conſuetudinis habita ratione iubere debere, vt vſuræ,
vel imputentur ſorti, vel reſtituantur. Nec aliud dicendum
eſt,ſi fortè huiuſmodi conſuetudines ſcriptæ ſunt, vt conſtat
*ex Clem.*1.*de vſur.*ex qua conſuetudines, & leges omnes, &
ſtatuta terrarum vſuras permittentia penitus abolentur.

6 Neque etiam quicquam creditoribus prodeſſe poteſt, ſi
dicant bona fide contraxiſſe, & reditus vſurarios percepiſſe,
quia licet bonæ fidei poſſeſſor faciat fructus ſuos, quia
quod attinet ad fructus loco domini eſt *l.* 48. *in princip.& §.
vltim.ff.de acquir. rer. domin.l.*25.*§.in alieno.ff. de vſur.& l.*25.*§.
ſcire. de pet.hæred.* id tamen accipiendum eſt in rebus quæ na-
turâ ſua fructus ferunt, vt ſunt domus, agri, & his ſimilia.
Nam iſtiuſmodi rerum poſſeſſores,dum bona fide putant eas
ad ſe pertinere, fructus ſuos faciunt, quamuis titulus inuti-
lis ſit, quia vt Vlpianus ait *in dicto §. ſcire* prædonis loco
habendus non eſt, qui dolo caret, quamuis erret in iure.† Sed 7
in mutuo, & aliis contractibus vſurariis, in quibus etiam
mutuum latet, id locum obtinere non poteſt, quia mutuum
naturà ſuâ ſterile eſt, neque recipit acceſſiones fructuum:&
proinde in his neque ignorantia, neque bona fides aliquid
operatur, vt docet Virgin. de Boccat. *in lib. de cenſib parte* 2.
*num.*143. Bonacin.*de contract. diſput.*3. *quæſt.*3.*punct* 15.*num.*9.
Roderic. *de ann.redit.lib.*1. *cap.*17. *num* 53. Rot poſt eundem
Cencium *in deciſ.*31.*n.*6.7.*& in deciſ.*119. *num.*5.& ipſe Cenc.
in dict. quæſtione 88. *num.*12.† Et cùm contractus verè fœne- 8
ratitius eſt, non deſinit eſſe talis, ex eo quod non eſſet ani-
mus fœnerandi,vt reſpondit Alex.*in conſ.*121.*in fin.lib.*4.Me-
noch. *dicto lib.*3.*præſ.*123.*num.*9. Hector. Felic.*de ſociet.cap.*18.
*num.*71. & Virgin.*loco citato*, & proinde quod ſuperexactum
eſt, cedere omnino debet in extinctionem ſortis *Cod.* 1. *de
vſur.* & tradit Alex. *in dicto conſ.*121.*num.*14. & in ſpecie cen-
ſus fœneratitij Rot. *in dict. deciſ.*119. *num.* 4. *&* 5. Seraph. *in
deciſ.* 1006. *num.* 12. Duard *ad eandem conſtitut. Diui Pij* §.3.
*quæſt.*20.*num.*5.*& ſeq* Roderic. *de ann.redit.lib.*1.*quæſt.*17.*n.*80.
& 86.& nominatim edicto Sereniſſimi Ducis noſtri conſtitu-
tum eſt.

Neque tamen hic prætermittendum eſt quoſdam Theo- 9
logos ſane doctus affirmare eum, qui bona fide fecit con-
tractum vſurarium,quem ſi talem eſſe ſciuiſſet alium iuſtum,
poſſe veritate comperta retinere, quod ex contractu illo iu-
ſto lucraturus fuiſſet. Etenim qui putat contractum eſſe
iuſtum non intendens niſi iuſtè contrahere, videtur in ſub-
ſidium accerſere omnes titulos iuſtos, qui contractu illo
poſſunt contineri, & conſequenter etiam titulum lucri,
quod illi ceſſat ex alio contractu quem feciſſet, niſi hunc
contractum iuſtum eſſe putaſſet, & ita eorum ſententiam
explicat Leſſius *lib.*2.*de iuſtit.cap.*20.*dub.*12.*num.*102. *&* 105.
vbi ſcribit ſententiam hanc non videri improbabilem in iis
negotiis, in quibus contrahentes cenſentur in eundem titu-
lum conſentire. ita vt is cum quo contrahitur, intendat da-
re lucrum alteri omni eo titulo, quo illud iuſtè accipere in-
tendit. Et cùm contrahentes exprimunt velle contrahere
omni meliori modo quo poſſunt, id quoque admittit, &
probat Bonacin.*loc.cit.* quod mihi non videtur neceſſarium,
puto enim ſatis eſſe, ſi implicitè, & in genere conſentiant
in eum titulum, quo iuſtè lucrum illud cedi, & acquiri po-
teſt, vt conſtat ex ſeparatione caſuum, quos ſtatuit Leſſius
loc. cit. cuius auctoritate Bonacina vtitur, & cuius ſenten-
tiam non ſatis percepiſſe videtur. Quod quidem multorum
conſcientias ſedare poteſt, ſed in forenſibus diſceptationi-
bus nihil proderit allegare. Neque enim iudices mentem,
& cogitationes contrahentium introſpicere poſſunt: ſed ſi
ex figura contractus, vel ex probabilibus coniecturis appa-
reat vſurarium, & fœneratitium eſſe, illum corrigere de-
bent eo modo, quo proximè diximus *num.*7. & aliis locis
plurimis, & præſertim *quæſt.* 10. *num.*27.*&* 29. *& quæſt.*11.
Sanè interdum habenda eſt ratio eius quod intereſt credito-
ris ſecundum ea, quæ ſcripſimus *quæſt.*80.

Neque ad ſuſtinendum contractum, & illicitam vſura- 10
riam exactioné proderit iuſiurandum promiſſioni addidiſſe.
Nam quamuis magna ſit vis iuriſiurandi ad confirmandam
rerum contractarum fidem, vt ait Marcus Tullius *lib.*1. *de
offic.*& proinde is qui contractum fœneratitium ſeruare, vel
vſuras ſoluere promiſit, non debeat propria auctoritate
contemnere iuſiurandum, ſed ſtare contractui, & ſoluere,
vt conſtat apertiſſimè *ex cap.*6.*&* 8.*de iureiur.*& ſcribit Man-
cin. *de iuram. par.*1.*quæſt.*6.*num* 4. & Cuiac. *in d.cap.*6. vbi ait
rei illicitæ iuſiurandum Deo reddendum eſſe, ſatis tamen
eſt veniam iuriſiurandi impetrari: illa enim obtenta debi-
tor ab vſurarum præſtatione liberabitur, vt docet Franciſc.
de Cald.*in lib.de empt. & vend.cap.*26.*num.*38. Vgolin.*d.lib.de
vſur.cap.*20.*num.*2.Gregor.*eod.tract.lib.*3.*cap.*12.*num.*7.& Ma-
rius Mattius *in* 15.*conſ.* Farin. *num.*73. vbi etiam teſtis eſt in
Sacro Rotæ Romanæ auditorio inutiles iſtos circuitus non
admitti.† In quo etiam illud obſeruandum eſt hæredes eius, 11
qui vſuras ſoluere promiſit, contractum reſcindere, & im-

pugnare

pugnare poſſe, non obſtante iuramento defuncti, & nulla petita abſolutione, quia cùm iuſiurandum vſurarum promiſſionem non confirmet, ſed tantùm obliget iurantem, vt Deo illud reddat *dicto cap.6 de iureiur.* conſequens eſt eo defuncto obligationem nullam, & inualidam remanere, & hæredes contractum infringere, & vſuras repetere poſſe, vt poſt Bald. & Alex. tradit Gratian *in dict. cap.14.num.18.& 19.* & Anton. Corn. *de abſol.iuram.par.3. quæſt. 14.num.27. & par.4.caſ.9.num.27.& 28.* vbi ait idem eſſe, ſi quis pro ſe, & ſuis hæredibus contractui ſtare addito iuramento promiſerit.

12 Et qua ratione contractus vſurarius, & obligatio vſurarum iureiurando non confirmatur, ita nec ſententiâ iudicis confirmari poteſt, vt ſentit Alberic. *in rubr. Cod. de vſur. in fin.* Bald. *in l.cum allegas.num.7.Cod.eod.* & alij quidam apud Tiraquel *de retract.lib.2.§.1.gloſ.2.num.26.* Carell. Cotta *in ſuis memor.verb. ſententia, quæ lata.* Ioann. Bapt. Lug. *de vſur. comment. 2.§.3.num.3.* Menoch.*conſ.300.num.94.& conſ.182. num.18.* Argentr.*ad conſuet.Britann.art.266.cap.6.num.5. & 7.*
13 & Vincent. Caroc.*de remed. contra ſentent.exc.66.num.9.* † Et proinde cenſus illicite conſtitutos ſententia non confirmari tradunt, Roderic. *de ann.redit.lib.1.quæſt.16.num.1.* Auendan. *de cenſib.Hiſpan. cap.41. num.2.* Argentr. *loc.cit.* & Grimaud. *de contract. pignor. lib.1.cap.25. n.3.* & cenſuit Rot. poſt Cenc. *in deciſ.155. in fin.* vbi ait id in poteſtate iudicis non eſſe: & ita cenſuit Senatus noſter ad relationem Illuſtriſſimi Dni. Equitis, & Senatoris Viualdi:& Magiſtratus ſæpiſſimè referentibus Illuſtriſſimis DD. Senatoribus Caiſſoto, & Gerar-
14 do. † Et ſententia qua contractus fœneratitij comprobantur, nunquam tranſit in rem iudicatam, vt iidem auctores tradunt, & Bald. *in conſ.279. num.1.lib.2.* & Alberic. *in tit.C. de vſur.num 9.* Iaſ. *in l.1. §.ſi procurator num.13. ff. ſi quis iudic. non obtemp.* Felician *lib.2.cap.1.num.24.* Auendan.*de exeq. mandat.par.2.c.29.num.8.* Caroc.*d.except.66.num.9.* Ann.Robert. *rer.indicat.lib.4.cap.18.* Sfort.Odd. *de reſtit.in integr. quæſt.35. num 14.* Vgolin.*de vſur.cap.3. §.1. num.4.* & Roderic. *loc. cit.*
15 *num.4. & 5.* vbi tres caſus diſtinguit. † Primus eſt inquit, quando ante ſententiam,à qua non fuit appellatum,nec amplius appellari poteſt, non fuit actum nec cognitum de vſura, & hoc caſu certum eſſe non adferre præiudicium quæſtioni prauitatis vſurariæ, non retardata tamen executione ſententiæ, niſi vſura ſit patens, & manifeſta, vel probationes in promptu adferantur: idque multi docent apud Caroc. *loc. cit. num.23.* Secundus caſus eſt,quando ante ſententiam oppoſita eſt exceptio vſuræ, & probatum eſt contractum vſurarium eſſe:ſiquidem ſententiam continet errorem expreſſum, & hoc caſu nullam eſſe veluti contra ius prolatam *l.2 C.quand.prouoc.non eſt nec.* Si verò non continet errorem expreſſum, tamen non tranſire in rem iudicatam propter rei turpitudinem, & periculum animæ, & propter ma-
16 nifeſtam iniquitatem, vt quæ ex actis colligatur. † Tertius Roderici caſus eſt,quando appoſita quidem eſt hæc exceptio, ſed debitor non potuit probare vitium vſuræ,& hoc caſu licet ſententia propter peccatum continuum non tranſeat in rem iudicatam, tamen ſi præcluſa ſit via probationibus, vt quia iam teſtes auditi ſint, & eorum teſtimonia publicata, ait ſtandum eſſe ſententiæ, nec iterum reum audiendum eſſe, qui per teſtes,& alias probationes eandem quæſtionem aggreditur, alioqui nullus eſſet litium finis, & præſertim ſi obiicitur vitium, de quo iuriſperiti diſſentiunt. Ita Rodericus, idémque ferè Grimaud. *in d. q.25. n.4. & 7.* qui ex Molinæo profecerunt, quem ob metum cenſuratum non legimus.

17 Cæterùm hunc tertium caſum duobus modis reſtringendum,& declarandum eſſe puto. Primus eſt etiam deficientibus probationibus fœnoris, ſi verè contractus vitium vſuræ habet,creditorem non obſtante ſententia ex obligatione iuſtitiæ ad reſtitutionem teneri, neque ſe coram Deo,cui nihil occultum eſt,ea ſententia tueri poſſe *arg. l.28. de condict. indeb. & l. Iulianus 60.ff. eod. tit.* vbi Accurſius notat ſententiam non facere ius, vt qui debitor eſt, debitor eſſe deſinat: & ex Nauarr. *conſil.11. num.2.de vſur.* & ita puto ſentire Roderic. *loc. cit.* dum ait ſententiam non tranſire in rem iudicatam, & tamen illi ſtandum eſſe, quæ videntur contraria.

† Secundo modo id declarandum puto, ſi noui teſtes,& no- 18
ua inſtrumenta de nouo reperta proferantur,vel ſi quas alias nouas probationes victus in promptu exhibeat, hoc enim caſu exiſtimarem iterum reum audiendum eſſe, quia licet ſententia regulariter ob teſtes,& inſtrumenta nouiter reperta retractari non debeat, *l.ſub ſpecie Cod.de re iudic. l.Imperatores,ff eod.& l.27.in fin ff.de except.rei iudic.* Harmenop. *lib.1.tit.4.* ſubiiciens id exemplo graue eſſe, & Fachin. *controuerſ.lib.1. cap.51.* hoc tamen locum non habet in iis ſententiis, quæ nunquam in rem iudicatam tranſeunt, vt quidam tradunt *in l.admonendi,ff de iureiur.* quos memorat Sfort.Odd.*de reſtit. in integr.quæſt.73. num.11.* inter quas eam refert, quæ lata eſt in cauſa vſuraria, vt nos proximè diximus *num.14.*& ne fiant extorſiones illicitæ,vt docet in terminis Alberic. *loc.cit.verſ. ego autem puto,*& idem Sfort.*eod.loc.*ſubiiciens hac in re æquitatem ſtricti iuris regulis eſſe præferendam.

Ex his ſequitur fœneratores, neque ſententia arbitri, ne- 19
que tranſactionibus ſe excuſare poſſe. Receptum enim eſt, neque ſententia arbitri,neque tranſactione contractum vſurarium confirmari, vt docent Ioan. Bapt. Petus *in lib.de arbitr.cap.14.*& Roderic. *in d.quæſt.16.num.21.* cùm enim vſuræ naturali,& diuino iure prohibeantur,non poſſunt partes ſuo conſenſu, vel tranſactione vſurarum prohibitionem tollere, & contractum illicitum,& vſurarium licitum facere.Nam ſi tranſactio,& conſenſus aliquid hac in re iuris haberet, ſatis fuiſſet ab initio conſenſiſſe, & conueniſſe, vt conſtat ex Baldo *d. l.cum allegas num.7.* & Tiraq.*de retract.lib.2.ad fin. num. 152.*& Manent.*de iure contract.libell. quæſt.4. in fin.* nec poteſt emendari, & corrigi vitium prioris contractus ſententia arbitri,& tranſactione, in qua eadem fraus, & iniuſtitia reperitur,vt egregiè ait Bald.*in conſ.125.num.2.lib.2.*& Argentr.*in d.art.266.num.5.* qui ſubiicit nullo conſenſu ſiue tacito, ſiue expreſſo, nulla ratificatione hoc vitium purgari, cùm idem ſemper vitium influat in actum ratificantem.Denique fraus, & dolus,quo magis iteratur,& reperitur, grauior eſt, neque confirmat actum, ſed magis polluit, & labefactat, ideoque grauius coërceri,& corrigi debet.

Sed hæc ita accipienda non ſunt, vt de vſuris præteritis 20
paciſci, & tranſigere non liceat.Etenim exploratum eſt vſuras exactas liberè, & ſponte remitti poſſe, vt ſentiunt Anchar.Couarr. & alij apud Ioann.Bapt. Lup. *comment.4. §.4.in princ.* vbi ait hanc veram, & communem eſſe ſententiam, quam multis ſuis argumentis probat Villag. *eod. lib. de vſur. quæſt.31.concl.7.* & ante illos docuit Bald.*in l.rogaſti, §.ſi tibi, ff.ſi cert.pet.*Angel.*in conſ.160. n.2.* Salic. *in auth. ad hæc n.23. Cod.de vſur.* Ozaſc. *in deciſ.143. num.1.* & oſtendi poteſt ex *l.7. §. ſi paciſcar. & l. ſi vnus, §. pacta, ff. de pact.* quibus conſtat dolum præteritum pacto,& tranſactione remitti poſſe.

Sanè neceſſe eſt, vt hæc remiſſio ſponte, & liberè fiat, 21
vt dixi, quia ſi per metum, & inuoluntariè facta eſt, inutilis eſt, nec à reſtitutione liberat creditorem, vt notant Laurent. de Rodulf.*in tit.de vſur. quæſt. 62.* Abulenſ.*Matthæi cap.25.quæſt.272 verſ dicendum.* Villag.*loc.cit.num.27.verſ præterea.* Læl. Zecch. *eodem tract. cap.15.num.4. verſ. tertium remedium eſt.*Cardin. Tolet.*lib.5.cap.26.num.2.& 3.* Cardin.de Lug.*diſp.21.ſect.4.num.46.& 47.*vbi docet non opus eſſe, vt pecunia offeratur: & hanc communem eſſe ſententiam, & Vgolin.*vbi ſuprà num. 2.* vbi rectiſſimè docet id in arbitrio
iudicis poſitum eſſe.† In quo valde obſeruandum eſt, an 22
remiſſio facta ſit ante, vel poſt reſtitutionem ſortis. Nam ſi adhuc debetur ſors, non videtur debitor vſuras liberè remiſiſſe, ſed potius ne cogeretur ſortem reddere, & ita plurimi rectè ſentiunt, inter quos idem Laurent. de Rodulf.*loc. cit. quæſt.78. verſ.ego alias.* Bald.*in l.ab Anaſtaſio.num.4.Cod.mandat.* Caſtrenſ. *in d. §.ſi tibi.in fine.* & Purpur. *n.57.* Ludouic. Peguer.*in deciſ.33.n.7.* Menoch *in conſ.441.in fin.& conſ.1183. num.11.* Iacob.de Graff. *par.1. lib.2.cap.104.num.31.* † Idémque eſt, ſi debitor ex aliis cauſis creditori obligatus manet, ex quibus illum ad ſolutionem creditor vrgere poteſt. Hoc enim caſu etiam remiſſio libera non præſumitur, ſed extorta metu, ne ſcilicet pro aliis debitis reus vexaretur: vt reſpondit idem Menoch.*in d.conſ.1183.num.9.* Quis enim dum neceſſitate æris alieni premitur, ſuū remittere vlle creditur.

24 Qua ratione ſi inſtrumento obligationis continetur debitorem, qui mutuum accepit, donare creditori quinquaginta, vel fructus pignorum, vel aliud quidpiam hæc pactio, & donatio tanquam per impreſſionem extorta non ſubſiſtit, quia licèt oſtendatur titulus, & nomen donationis, vſura tamen eſt, & color quæſitus fœnori, vt ſenſit idem Bald. *loc.cit.* Alex.*in conſ.*80. *num.*13.*lib.*3. Surd.*in deciſ.*328. *num.*3. Cardin. Mantic. *de tac.& ambig.conuent. lib.*8.*tit.*20. *num.*40. Paguer.*loc.cit.*& inter Theogos Malder. *tract.*5.*cap.*3.*dub.*19. & Salas *de vſur.dub.*28. *num.*6. In hoc enim genere res ſpectanda eſt, non verba, quibus contrahentes vtuntur, vt in aliis cauſis *l.*6.*ff.de praſcr.verb.l.*17.& 46.*ff.loc.* Et licet hîc fœneratoribus obiicere, quod D. Ambroſius ait *lib. de Tob. c.*14. *Si alienum eſt, cur vocabulum refugis? cur velamen obtexis? Si illicitum eſt, cur incrementum requiris?* Notat tamen Salas *loc.cit.* id in foro externo accipiendum eſſe.

25 Quid ſi Rex vel Princeps ſit, qui hanc donationem facit camptoribus, & mercatoribus ei mutuam pecuniam dantibus? Et adhuc dicendum eſt donationem hanc fœnore extortam videri, quia hæc donatio, & liberalitas, cauſa eſt mutui, & mutuum cauſa donationis. Neque enim aliter mercatores pecunias mutuas darent, neque princeps donationem faceret, niſi mutuum ſequeretur, & ita docet Medin. *dicto lib. de reb. per vſur.acq.quæſt.*3.*verſ.hinc apparet.*& Sigiſm. Scacc.*de commerc.*§.1.*quæſtione* 7.*part.*2.*ampl.*10.*num.* 65.& 67. vbi notat fœneratores etiam regibus metum iniicere: & rurſus *in ead. quæſt.*7. *parte* 3.*lim.*20. *num.*5. vbi de
26 cambiis illicitis, & vſurariis idem ſcribit. † Non placet tamen quod Medina diſtinguit, an Princeps neceſſitate æris alieni prematur ad tuendum regnum, vel familiam, an verò ad augendum imperium, & ad alios voluntarios ſumptus indigeat pecunia, tametſi id probet Valer.Reginald.*d cap.* 12.*num.*236.verius enim eſt vtroque caſu mercatores fœnus agere, & reos reſtituendi eſſe, quia ſemper hæc donatio eſt cauſa mutui, & mutuum eſt cauſa donationis: vnde meritò illud ſenſit Vgolin.*dict.lib.de vſur.cap* 13.§.3.*in fin.* niſi noua donatio ſequatur, quæ in principe faciliùs præſumitur, quàm in priuatis.

27 Rurſus eadem cautio adhibenda eſt, cùm debitor fatetur ſibi vſuras reſtitutas fuiſſe, & promittit eas non petere. Nam ſi ſors iam ſoluta eſt, nihil proponitur, cur confeſſioni ſtandum non ſit, vt reſpondit Angel. *in dicto conſil.*100. *num.*2. ſorte verò nondum ſoluta dicendum eſt confeſſionem hanc per metum, & fraudem extortam, & inuoluntariam eſſe, quibuſcunque verbis concepta ſit, vt ſenſit Laurent.de Rodulph. *quæſt.*28. *num.*30. nimium ob facilitatem debitoris, qui ne cogatur iniquo tempore mutuum reddere, quicquid creditor voluerit, facilè confitebitur. Et licèt contrarium ſentiat Vgolin. *loc. cit.* nobiſcum tamen ſentit etiam Paul. de Caſtr. *in conſ.*105.*num.*1.*lib.*1. & Crauet.*in conſ.*470.*num.*13.qua ratione etiam præſumitur remiſſio non libera, quandiu ſors
28 debetur, ita & confeſſio. † Nam quandiù debitores pecuniam alienam retinent, quibuſdam veluti vinculis adligantur, quibus creditores illos tanquam feras catenis onuſtas, vel tanquam captiuos, & ſeruos ducunt, & trahunt quocunque volunt. Nam & debitores ſuis creditoribus ſeruire ſcribit Plutarch.*in opuſc.de non fœner.*& qui ſe fœneratori obligat illius ſeruum fieri grauiter oſtendit idem Diuus Ambroſius *eodem lib.de Tob.cap.*8. *venditur,* inquit, *qui obligatus fœneratori fuerit: & venditur non vno pretio, ſed quotidiano,* & deinde, *ergo qui ſe fœneratori obligat, ipſe ſe vendit, & quod peius eſt, vendit ſe non ære, ſed culpa,* vt ergo inter dominum, & ſeruum contractus liberè geſtus non præſumitur, cùm potius ſeruus imperio Domini parere cogatur *l.*4.*de reg.iur.* ita conuentiones, & tranſactiones inter fœneratores, & debitores initæ, in quibus vſuræ remittuntur, vel reſtitutæ dicuntur, quandiu ſors debetur inuoluntariæ, & per impreſſionem extortæ præſumuntur, neque creditores excuſant, quo minus id quod ho nomine exactum eſt, ſorti imputare teneantur.

29 Et multo magis dicendum eſt vſuras futuras nec remitti, nec donari poſſe, vt tradit idem Lupus *in dicto* §.4. *num.*4. Ozaſc.*in deciſ.*145. *num.*2. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. rem.*15. *num.*158. Lælius Zecch. *loc. citat.num.*4.*verſ.tertium remedium eſt:in fin.* & Vgolin. *in dicto* §.13.*num.*3.vt diximus non valere pactum de vſur. vel fructibus pignoris in ſortem non computandis ex Surdo *in conſ.*194.*num.*4.Statil.Pacif.*de Saluian.interd.inſpect.*4.*cap.*1. *num.*46 & aliis, quos recenſui *quæſtione* 11.*num.*2. & Schrader. *de feud.parte* 10.*ſect.*6. *numer.*65. Hæc enim pacta nunc contra ius, & ſacros canones fiunt non minus, quàm ſi paciſcar, ne furti agam, ſi feceris, & proinde non valent, *dict.l.ſi vnus §.pact.a.ff.de pact.& l.*6. *Cod.eod.*

† Denique huc pertinet, quod ſæpe diximus in mutuo, & 30
rebus creditis tanquam in materia ſuſpecta, quod attinet ad vſuras, vel id quod intereſt, non ſtari aſſertionibus, & confeſſionibus partium, durante ſuſpicionis cauſa, quandiu ſcilicet pecunia debita non ſoluitur, vt inter alios docet Bald. *in d.* §. *ſi tibi.n.*4. Bart.& Paul.de Caſtr.*in l per diuerſas.C.mand.* & alij apud Roderic.*in d.quæſt.*5.*num.*40.*lib.*3.

Sanè quod diximus ſorte nondum reddita remiſſionem 31
vſurarum inuoluntariam videri, neque excuſare fœneratorem, non ita amarè accipiendum eſt, quin ex coniecturis aliter iudici videri poſſit. Quid enim ſi is qui mutuum accepit, vir liberalis eſt, & diues, & beneficiorum memor, ſi ex pecunia credita ingentes quæſtus facit, ſi vſuræ modicæ ſunt, & modici temporis: ſi creditor non auarus, nec ſordidus? Sanè hoc caſu iudex, id eſt, vir bonus vſuras ex liberalitate remiſſas facilè poterit arbitrari. Vt etiam ſi quid fortè debitor dederit creditori, dum ſors adhuc debetur, ex iiſdem, & aliis coniecturis poteſt iudex æſtimare, an id ex liberalitate, vel in pretium mutui, & pro mutuo datum ſit, cùm enim totum ex coniecturis pendeat, quæ incertæ ſunt, conſequens eſt id arbitrio, & prudentis iudicis relictum eſſe, vt docet Vgolin .*de vſur. cap.*8.§.2.& *cap.*13.§.13.*num.*2. & Reuerendiſſimus Malder.*loc.cit.*& ita accipiendum eſt, quod diximus *num.*24.

Quæſitum verò eſt, an reddita ſorte cum vſuris, ſi deinde is, qui vſuras ſoluit, parte earum recepta pro reſiduo 32
liberet fœneratorem, hæc remiſſio libera cenſeri debeat, ita vt rata ſit, nec reuocari poſſit. Et ſanè cùm proponatur ſors eſſe reſtituta, nec amplius deberi, dicendum eſt, liberationem valere. Nam potuiſſet totum remittere, vt diximus *num.*20. ceſſátque ſuſpicionis cauſa, cùm ſors amplius non debeatur. † Excipio tamen niſi per fraudem, & metum 33
hæc liberatio extorta ſit, vt ſi fortè is, cui remiſſio facta eſt, metum iniiciat alteri minitando, ſe nihil omnino ſoluturum, niſi parte vſurarum recepta, cum omnino liberet, vel ſi alia ratione illi terribilis ſit. Hoc enim caſu remiſſio hæc non liberat debitorem pro reſiduo, vt docet Syluest.*in verbo reſtitutio.*7. *quæſt.*1. & Lælius Zecch. *de vſur.cap.*5. *num.*2. Nam, debitum malo debitori remiſſum, vt pars eius aliqua ſoluatur, condictione ob turpem cauſam repeti poſſe docent Alex.& Iaſ. *in l.vlt.ff.de cond.ob turp.cauſ.* Hypol. *ſing.*432 & alij quos ſequitur Schrader.*de feud.p.*9.*cap.*6. *n.*9. Plot. *de in lit.iuran.* §.4.*num.*65.& Bonif.*de furt.*§.1.*num.*84. idémque ex Theologis docet Cardin. Tolet.*lib.*5.*cap.*26.*num.* 2. Bonacin. *de contract.diſp.*1.*q.vlt. punct.*2.*num.*1.& 3. & Card.de Lug.*cit. num.*46.vbi ait non eſſe tutos in conſcientia mercatores, qui ſub prætextu impotentiæ remiſſionem partis debiti à ſuis creditoribus extorquent, cùm reuera poſſunt plus ſoluere, & id totum, quod illis ſupereſt, ſibi retinent alienum. In quo tamen, quod ad forum attinet recurrendum eſt *ad l.*7.*in fin. & ſeq & l.intra illum.*41.*ff.de pact.*& ibi Cuiacium, & ad Benuen. Stracc.*de decoct. p.*6. quæ non eſt huius loci excutere.

Denique videndum eſt, an fœneratores ſe præſcriptione tueri poſſint, & facilioris doctrinæ gratia puto tres ſpecies 34
ſeparandas eſſe. Prima cùm agitur de præſcribendo ius reditus annui aduerſus debitorem. vel eius hæredes, & hoc caſu ſi conſtat contractum fœneratitium eſſe, receptum eſt nulla præſcriptione acquiri poſſe, etiam triginta annorum, vel longioris temporis, quia lex continuè reſiſtit præſcriptioni vſurarum, & proinde detecto quandocumque vitio conſtitutionis quaſi poſſeſſio exigendi, quæ vitioſo illo titulo nititur, quotidie magis inficitur, & quocumque lapſu temporis, vel quaſi poſſeſſione non obſtante reditus nullus eſt, & reus ab eius præſtatione abſolui debet. Et ita ſentiunt Curt.iun.*in l.petens.n.*4.*C.de pact.* Alex.*in conſ.*121.*n.*11. *lib.*4.& poſt Decium, & Purpur. Anton.Gabr.*lib.*3.*tit.de præſcript.concluſ.*6.*numer.*12. Ioann. Bapt.Lup. *de vſur. comment.*2. §.3.

§.3.*in fin. d.* Roderic. *quæſt.*17. *num.*4. *&* 7. qui rem hanc ex Molinæi traditionibus latè proſecutus eſt, & Grimaud. *de contract.pignor.lib.*1.*cap.*24.*num.*6. & elegantiſſimè Argentr. *in conſuet.Britann. art.*266.*cap.*6. *num.*11. *&* 25. & rurſus *conſ.*3. *num.*2 *&* 3. vbi concludit ex titulo vſurario præſcriptionem non procedere, nec vllo temporis lapſu ex vitioſa reditus conſtitutione debitorem ad ſolutionem cogi, proinde nec conſenſu vllo quamuis repetito, non ſententia, non arreſto ſuſtineri vitioſam conſtitutionis originem poſſe, vt ex ea detur actio ad annuorum redituum exactionem. Et in hoc omnes conuenire videntur.

36 Altera ſpecies eſt, cùm quæritur de reditibus, ſeu penſionibus ex contractu vſurario perceptis, & dicendum eſt conditionem earum longiſſimo tempore præſcribi poſſe, non minùs quam actio furti, & condictio indebiti eo tempore Roderic. *loc.cit.num.*79. Gabriel.Pereyr. *deciſ.*6.*n.*10. Fontan. *deciſ.*442.*num.*17. Grimaud.*loc.cit.num.*7.*in fin.*& Ferret.*in addit.Guid.Pap. quæſt.*199. *& quæſt.*416. vbi ait ex iure ciuili ab initio in præſcriptione actionum perſonalium bonam fidem neceſſariam non eſſe; quia ſola negligentia non petentis attenditur, *l.ſequitur,§.ſi viam de vſurpat.& l.*1.*§.ad hæc C.de ann. except.tollen.* Neque ius canonicum hac in re corrigere ius ciuile, & hoc in Gallia obtinere, vt ipſe refert *eod.loc.* Argentr. *loc. cit.& art.*266.*in fin.* vt etiam Papon.*tit.de præſcript. arr.*23. & Ranchin. *ad eand. quæſt. in fin.* vbi notat huiuſmodi actiones propriè non præſcribi, ſed lapſo tanto tempore interire. Aliud tamen ſentire videtur Roderic. *loc.cit.num.*81. dum ait vſurarium quandiu viuit præſcribere non poſſe, quod ſemper fuit in mala fide, ſed hæredem eius ex propria perſona præſcribere poſſe, dummodo ignorauerit qualitatem contractus, quia ſcientia, & mala fides defuncti hæredi non nocet, quin ex propria perſona præſcribere poſſit, quæ eſt ſententia Alex. *in conſ.*110.*num.*7. *lib.*1. Seraphin. *de iuram. priuil.*51.*num.*10. Couarr. *ad cap.poſſeſſor.par.*2.*§.*9.*num.*4. Roderic. *loc.cit.n.*81. & Theſaur.*quæſt.forenſ.lib.*1.*quæſt.*41.*num.*11. vbi refert Senatum hanc opinionem ſequi. Et quod attinet ad fœneratorem, tutior ea ſententia eſt, quæ iubet illum ablata reſtituere, & nulla præſcriptione ſe tueri poſſe.

36 Tertia, & vltima ſpecies eſt de rebus fœnore quæſitis, vt ſi debitor pro ſorte, & vſuris fundum in ſolutum dederit, vel ſub ſpecie venditionis ſimulatæ, & vſurariæ. Et hoc caſu Grimaud.*loc.cit.* putat præſcriptione longiſſimi temporis poſſeſſorem ſecurum eſſe, quia inquit poſſeſſio huius temporis pleniſſimam præſtat ſecuritatem, *l.vltim.§.vlt. Cod.de edict. Diui Adrian.toll.* Sed Rodericus *loc.cit.num.*96. eadem diſtinctione vtitur. Vel enim agitur aduerſus ipſum creditorem, & hunc nulla præſcriptione ſe tueri poſſe veluti poſſeſſorem improbum, & malæ fidei *cap.*3.*& vlt.de præſcr. & cap.poſſeſſor.de reg. iur. in* 6. ſi verò dominus tandiu rem vindicare diſtulit, vt cœperit bona fide iure, & opinione domini triginta annis ab hærede, vel ſingulari ſucceſſore vſurarij poſſideri, tunc præſcriptum eſſe vendicationi, & condictioni, quemadmodum & condictioni furtiuæ præſcriptum eſſet: & ita intelligendum eſſe, quod reſpondit Baldus *in conſ.*272.*lib.*3. nimirum ſecutus opinionem illam Didaci Couarruuias malam fidem defuncti non nocere hæredi, quin ex propria perſona præſcribere poſſit. Quæ hic diutiùs excutere non vacat ob curas, quibus animus meus agitatur. Sanè ſi res veræ venditionis titulo dimiſſa ſit, & in partem pretij debitum vſuris conflatum venditor receperit, non ideo minus dominium tranſlatum eſſe dicendum eſt, quamuis id quod indebitum fuit ab emptore ſupplendum ſit, vt tractat idem Argentr. *loc. cit.* & nos diximus *q.*40.*n.*10. *&* 23.

37 Cæterùm ex his, quæ diximus, conſtat fœneratores vix aliqua excuſatione ſe tueri poſſe, quin fœnore extorta reſtituant, niſi fortaſſe in ea inopia poſiti ſint, vt reſtitutionem facere non poſſint, vt tradit Petr. Gregor. *dict. lib.*3.*cap.*6.*in princip.* Ioan Bapt.Lup. *in dict.comment.*4 *§.vltim. num.*5. Leſſ. *lib.*2. *cap.*16.*quæſt.*16.*num.*2. Lælius Zecch.*de vſur.cap.*15.*num.*4.*verſ.quartum remedium eſt.* Vgolin.*eodem libro cap.*13. *§.*2.*numer.*1. Hos enim nota paupertatis euidenter excuſat, vt ait Pontifex *in cap.cùm tu de vſur.* vbi etiam ſancitum eſt, id in hæredibus vſurarij obſeruandum eſſe, ſi fortè etiam in bonis non habeant, vnde vſuris ſatisfaciant, vt ſæpe euenit miris, & occultis modis iuxta illud diuinum oraculum, *domus impiorum delebitur*, & illud Ciceronis, *malè parta, malè dilabuntur.* Vt de Menippo Philoſopho ex Laërtio ſcripſimus *q.*23.*n.*4. & de quodam caupone Lugdunenſi ſcribit Bidermann. *epigramm. lib.*3. † Qua ratione non immeritò quibuſdam pla- 38
cuit vſurarium manifeſtum idoneum fideiuſſorem non eſſe, vt inter alios tradit Ripa *in c.cùm M.num.*117. *de conſtit.* Rebuff.*in tractat.de ſent.execut.gloſ.*16. *num.*26. & Pyrrhus Maurus Aretin.*in lib.de fideiuſſ.p.*2.*ſect.*7.*cap.*3.*num.*22. vbi ex aliis hanc rationem affert, quia licèt ſit diues, nihilominus eius diuitiæ diu durare non poſſunt. Quibus congruenter Capiſtran.*in lib.de vſur.in fin.* ait fœneratorum diuitias eſſe ſimiles aranearum telis, quæ facilè diſſipantur. Quod inter illorum pœna recenſeri poteſt, de quibus *quæſt. ſeq.* dicendum eſt.

QVÆSTIO C.

De pœnis fœneratorum.

SVMMARIA.

1 *Fœneratores vel occulti, vel manifeſti.*
2 *Manifeſtus vſurarius, qui palam & publicè fœnus exercet.*
3 *Alphius celebris fœnerator.*
4 *Fœneratores olim ante templum Iani ſedebant.*
5 *Hollandiæ argentarij, qui menſas à ciuitatibus conducunt, publici fœneratores.*
6 *Manifeſtus vſurarius an ſit, qui ſemel pecuniam publicè fœnori collocauit.*
7 L. palam. de rit.nupt. *explicatur.*
8 *Solutus fœnerari quis dicatur.*
9 *Vendentes res carius iuſto pretio poſtea ſoluendo: an inter manifeſtos vſurarios cenſeri debeant?*
10 *Vſurarius manifeſtus, qui vſuram exercuiſſe in iudicio confeſſus eſt.*
11 *Vſurarius manifeſtus, vt quis ex confeſſione intelligatur, an ſatis ſit, ſi ſimpliciter ſe vſurarium confeſſus ſit.*
12 *Vgolini ratio quædam reijcitur.*
13 *Confeſſus coram pluribus extra iudicium an publicus vſurarius cenſeri debeat,* & n.15.
Confeſſio extraiudicialis non ſufficit, vt quis publicus vſurarius cenſeatur.
14 Cod. ſuper quibuſdam. de verb.ſignif. *declaratur.*
15 *Confeſſio extraiudicialis quibus concurrentibus probat quem manifeſtum vſurarium.*
Memoria defunctorum non eſt temere damnanda.
16 *Vſurarius manifeſtus teſtibus probari poteſt in iudicio producti.*
Teſtibus non teſtimoniis iudicandum.
17 *Teſtes ſingulares an probent aliquem manifeſtum vſurarium.*
18 *Inſtrumentis publicus vſurarius probari poteſt.*
Inſtrumenta non minorem vim habent quam depoſitiones teſtium.
19 *Vſurarius manifeſtus ex ipſius libro rationum deprehenditur.*
Kalendarium liber fœneratorum.
20 *Vgolini ſententia, quæ reijcitur.*
Vſurarius manifeſtus, vt quis cenſeatur, ſatis eſt, vt in iudicio legitimis probationibus conuincatur.
21 *Fama an ſufficiat ad probandum quem manifeſtum vſurarium eſſe.*
Fama non facit notorium ſed quaſi.
22 *Condemnatus de vſura eſt manifeſtus vſurarius.*
23 *Condemnatus intelligitur, qui ſeruato iuris ordine condemnatus eſt.*
Condemnatus, qui appellauit, publicus vſurarius cenſeri non debet.
24 *Vſurarius publicus: an quis ante ſententiam cenſeri poſſit?*
Crimen manifeſtum eſt, quod manifeſtis probationibus probatur.

Maſcardus

Maſcardus in concluſ.1414. in fin. *declaratur.*

25 *Probationes quando inducunt notorium.*

26 *Vſurarius non manifeſtus quis dicatur.*

Occulti vſurarij quibus pœnis obnoxij.

27 *Vſurarij quoquo modo manifeſti fiant, an pœnis omnibus contra vſurarios manifeſtos prolatis ſubiiciantur.*

Et hac de re Dicadi Couarr. diſtinctio.

28 *Qua auctori non placet.*

Vſurarij quomodocumque manifeſti omnibus pœnis obnoxij.

29 *Vſurarij publici ſacris ordinibus inſigniri non debent.*

Neque ad Eccleſiaſtica beneficia promoueri.

30 *Vſurarius ab officio, & beneficio ſuſpendi poteſt.*

Clericus admonitus niſi ab vſuris deſiſtat ab officio, & beneficio deiicitur.

31 *Vſurarij poſſunt excommunicari: etiam clerici.*

Hebrai qui immoderatas vſuras à Chriſtianis exigunt, Chriſtianorum conſortio, & commercio ſegregandi ſunt.

32 *Hebraorum fœnus illicitum.*

Hebrais non licet Chriſtianis, & infidelibus fœnerare.

33 *Vſurarij manifeſti neque ad communionem altaris, neque ad ſacramentum pœnitentia admittuntur.*

Hominibus publice criminoſis ſacris intereſſe interdicitur.

34 *Oblationes vſurarij manifeſti in eccleſia non recipiuntur.*

35 *Vſurarij manifeſti carent Eccleſiaſtica ſepultura. Pœna eſt ſepultura priuari.*

36 *Officiales, qui ſtatuta, vſuras permittentia dictant, & ſecundum illa iudicant, neque cum poſſunt, intra tres menſes delent, excommunicationem incurrunt.*

37 *Iudices, qui ſecundum leges ciuiles iudicant vſuras deberi, an ſint excommunicati.*

38 *Officiales, qui de vſuris ius dicunt Hebrais, vbi illis fœnerari permittitur, excommunicationem non incurrunt.*

Iudices excommunicationem non incurrunt cum adiudicant intereſſe minus legitime probatum.

39 *P. Theſauri Theologi, & I C. ſententia expenditur.*

Pauli Caſtrenſis cautela à Cardin. Tuſco reprehenſa.

Iudices, & poteſtates terrarum ex ſola tolerantia vſurarum excommunicationem non incurrunt.

40 *Vſurarij infamia notantur.*

Auguſtus fœneratores quoſdam infamia notauit.

41 *Vſurarij infames ipſo iure.*

Licet fœnus exerceant intra modum ciuilibus legibus permiſſum.

42 *Vſurarij manifeſti à dignitatibus ſubmouentur.*

Genuenſis Reipublica lex aduerſus nobiles vſuras exercentes.

Vſurarius non poteſt eſſe teſtis.

43 *Vſurarius repetens vſuras repellitur, donec ipſe aliis extortas prius reddiderit.*

Niſi alieno nomine agat.

44 *Vſurarij librum rationum edere tenentur.*

Quod procedit, cum ciuiliter ad reſtitutionem vſurarum agitur.

45 *Vſurariis appellationis ſubterfugium denegetur.*

Appellationes fruſtratoria admitti non debent.

46 *Appellatio reis grauiſſimorum criminum non denegatur.*

47 *Vſurarij manifeſti teſtamentum ipſo iure irritum eſt.*

Vt etiam alia omnes vltima voluntates.

48 *Diuiſio parentis vſurarij inter liberos non valet.*

49 *Princeps ſacularis non poteſt conſtituere vt vſurarij manifeſti teſtamentum valeat.*

50 *Teſtamentum eius qui pecuniam dedit ſub vſuris, neque exegit ſuſtinetur.*

51 *Teſtamentum vſurarij qui tot vſuras non exegit, qua totam ſortem aquent, valet.*

52 *Vſurarius poteſt extra ordinem puniri.*

Fœneratores quidam olim Roma ab Ædilibus Curulibus bonis mulctati.

Vſura delictum eſt, quod impunitum eſſe non debet.

53 *Hebrai ſi vſuras exerceant criminaliter puniri poſſunt, niſi hoc illis conceſſum ſit ab habentibus poteſtatem.*

54 *Vſuras extorquentes nunc ex maleficio obligantur.*

55 *Conſuetudo celebrandi contractus fœneratitios excuſat à pœna delicti.*

56 *Conſuetudo regionis excuſat à pœna etiamſi vſura ſit manifeſta, & patens.*

Multitudo delinquentium interdum facit, vt delictum impunitum maneat.

57 *Ruſticus à praſumpta fraude vſurarum excuſatur.*

58 *Niſi ſit callidus & ſagax.*

59 *Et niſi fœnus apertum ſit, & manifeſtum.*

60 *Ruſticus à reſtitutione vſurarum, & nullitate contractus nunquam excuſatur.*

61 *Mulieres ab vſuris excuſantur.*

62 *Quod tamen in muliere ſagaci, & in manifeſto fœnere locum non habet.*

Simplicitas prodeſſe non debet, vt quis alienum retinere poſſit.

63 *Contractum vſurarium celebrans dolo malo puniri poteſt, licet nihil exegerit.*

Cogitationis pœnam nemo patitur.

Voluntates nuda non ſunt obnoxia pœnis.

64 *Delicta etiam imperfecta puniuntur.*

65 *Pœna nullitatis teſtamenti, vel priuationis Chriſtiana ſepultura non infligitur vſurariis, qui vſuras nondum exegerunt.*

66 *Fœnus imperfectum, vel propter aliquam neceſſitatem mitius puniendum.*

Contractum illicitum ſponte corrigenti parcendum.

67 *Fœnore quid modicum extorquens criminali iudicio non punitur.*

Furtum fit rei minima.

Nemo ſine dolo deliquiſſe intelligitur.

68 *Furti actio criminalis non datur pro re minima.*

In vſura datur paruitas materia.

69 *Vſura delictum praſcriptione tollitur.*

Et morte.

70 *Teſtamentum vſurarij an ſit nullum, ſi poſt mortem probetur fuiſſe vſurarium.*

71 *Nemo poteſt alienigenis domos locare ad exercendum fœnus.*

72 *Fœneratores vrbibus eiiciendi.*

Fœneratores expulſi ab Ageſilao, & aliis

Philippus Rex Galliarum campſores exteros regno expulit.

73 *Fœneratores in odium Dei, & hominum incurrunt.*

Portitores qui.

Portitor quidam gratis Platonem trans flumen traiecit.

74 *Franciſci Petrarcha locus aduerſus fœneratores.*

75 *Fœnerator, qui bonis ceſſit, an in poſtea acquiſitis habeat beneficium ne egeat.*

76 *Accipiens fœnore non punitur.*

77 *Accipiens fœnore quando peccet vel non.*

78 *Iudices ſaculares nunc de vſuris cognoſcunt ſiue ſit quaſtio iuris ſiue facti.*

79 *Cardin. de Lugo hac in re diſtinctio quadam expenditur.*

80 *Amedei Ducis Sabaudia conſtitutio prohibens vſuras.*

81 *Auctoris gratiarum actio Deo, & ſuperis: & proteſtatio.*

TANDEM ſupereſt, vt de pœnis fœneratorum diſſeramus, vt quos Dei timor, & proximi charitas ab hoc illicito quæſtu non remouet, ſaltem metus pœnarum deterreat. † Quæ quia neque omnes, neque ſemper, neque omnibus vſurariis infliguntur, ideo in primis obſeruandum eſt, vt ſunt duo genera furum, alij enim manifeſti ſunt, quidam non manifeſti *l. 2. & 3. ff. de furt. & Inſtit. de obligat. qua ex delict. naſc. §. 1.* ita & vſurariorum, qui & ipſi inter fures recenſentur, duplex genus eſſe: vel enim occulti ſunt, vel manifeſti, quos veluti peſſimum hominum genus, & vrbibus exitiale ius canonicũ diris execrationibus perſequitur, vt *in c. quia in omnibus. de vſur. c. 1. & 2. eod. tit. lib. 6.* in quibus de vſurariis manifeſtis agitur, vt obſeruauit Petrus Gregor. *de vſur. lib. 3. c. 10. n. 3.* & Caniſ. *eod. tract. c. 8. n. 2. & 3.* 1

Et in primis vſurarij manifeſti cenſendi ſunt, qui palam & publice in foro, vel domi fœnus ſeu fœneratitiam artem exercent, vt conſtat *ex d. c. 1. de vſur lib. 6.* illis verbis, *publicè pecuniam fœnebrem exercentes.* & ex *c. 8. & vlt. de cohabit. cleric. & mulier.* his verbis, *aut per euidentiam rei, qua tergiuerſatione* 2

Digitized by Google

aliqua celari non poſſit. & docet Bart. in d.l.3. ff. de furt. vbi ait illum manifeſtum vſurarium eſſe, qui ſtat publicè paratus ad vſuras exercendas, vt meretrix in proſtibulo. Angel. quæſt.7. num.1. qui menſam illius altare diaboli vocat, & Bald. in conſ. 458. num.3. lib.4. Couarr. lib.3. cap.3. num.4. vbi ait hac in re conuenire omnes Clar. in §. vſura num.15. Menoch de arbitr. iudic. caſ.235. num.10. & omiſſis aliis Maſcard. de probat. concl. 1425. num.3. & 4. Quod verum eſt etiamſi per alios veluti ſeruos, vel inſtitores fœnus exerceant, vt arg. l. hac verba, ff. de adult. l.1. §. deieciſſe de vi & vi arm. l. non ſolum §. ſi mandato ff. de vſur. tradit Angel. loc. cit. num.1. & probari poteſt ex l.5. §. labeo ff. de inſtit. act. l.1. C. de contract. iudic. & l. vlt. C. mand. l.5. §.3. illis verbis, *videtur enim geſſiſſe, qui per alium geſſit*, de adminiſtr. tutor. & hic Fulgoſius notat. & Vgolin. lib. de vſur. cap.24. §.8. num.1. verſic. id quod locum habet. Quod feciſſe verrem refert M. Tullius lib.4. in eundem, & veteres fœneratores feciſſe conſtat ex Plutarch. in opuſcul. de non fœner.† Inter quos celebris eſt Thucidides, qui vt refert Author vitæ illius, omnes Æginetas fœnore expoliauit, inter quos quoque memoratur Alphius, cuius celebre dictum eſt, bona nomina non adpellando mala fieri, vt refert Columella lib.1. cap.7. & cuius etiam meminit Horat. Epod. od.2. verbis

Hac cum audiſſet fœnerator Alphius
Mox mox futurus ruſticus.
Omnem relegit idibus pecuniam,
Quærit calendis ponere.

nempe dulcedine lucri ad ingenium ſuum rediens, vt hic interpres notat.† Et tales etiam erant, qui Romæ ad medium Ianum, ſedebant. Quo in loco vt nunc in foro campſores, & nummularij in magnis ciuitatibus tabernas & menſas habent ita olim fœneratores, & argentarij proſtabant pecuniam rogantibus ſub fœnore daturi, vt refert M. Tullius lib.2. de off. in fin. & Philipic.6. Vnde Damaſippus quidam apud eundem Horat. ſermon. lib.2. ſat.3. ita loquitur,

——poſtquam omnis res mea Ianum
Ad medium fracta eſt, aliena negotia curo.

ad quem ſcilicet veluti ad ſcopulos & ſyrtes multorum facultates adlidebantur verſuris ſcilicet, & fœnore, vt hoc loco idem Lambinus eius interpres adnotauit.† Tales etiam fuerunt veteres argentarij, quorum inter cætera ars fuit pecunias proprias vel alienas occupare fœnori, vt tradit Corol. Sigon. de antiq. iur. Roman. lib.2. cap.11. & Cuiac. in l.8. ff. depoſ. ad Papinian. vbi ob id publicos fœneratores fuiſſe ait, & tabernam apertam habuiſſe volentibus nummos ſub vſuris accipere. Denique hoc ordine nunc habendi ſunt ij, qui in quibuſdam fœderati Belgij oppidis menſas ad fœnerandum à magiſtratibus certa annua mercede conducunt, & pluſquam centeſimo fœnore pecunias exercent, & pluſquam centeſimo fœnore pecunias exercent, & locant, vt refert eorum patronus Claudius Salmaſ. lib. de Trapez. fœnor. circa fin. Illi igitur qui publicè fœnus exercent, & menſam paratam habent ad fœnerandum ſiue domi, ſiue in foro, publici, & manifeſti vſurarij cenſentur, quorum ſcilicet fœnus ita patens, & notorium eſt, vt nullum velamen aut excuſationē habeat, vt inquit Couarr. loc. cit. & Salas de vſur. dub.26. n.4. & hac in re ſcriptores omnes conuenire.

6 Illud verò controuerſum eſt, an ſufficiat pecuniam ſemel fœnori publicè collocaſſe, vt quis manifeſtus vſurarius cenſeri debeat, & pœnis vſurarij manifeſti ſubiiciatur. Et ſanè Menoch. d. caſ.235. num.6. & 20. putat vnicum actum fœnerandi non ſufficere, cùm verbale nomen in vno ſolo actu non verificetur, & ita inquit docere omnes in c.1. & ibi Ripam n.96 de iudic. vt de meretrice, mercatore; & calumniatore dicimus, & ſimilibus, qui ex vnico actu hæc nomina non ſortiuntur, ſed ex pluribus. Quam ſententiam apud eund. Menochium ex veteribus ſequuti ſunt Bart. in d. l. 3. num. 13. ff. de furt. Salicet. in l. falſus colum.7. C. eod. Ioann. de Anan. in d. cap. quia in omnibus. Angel. in diſput. de Aſtenſi milite n.1. & ex recentioribus Villag. de vſur. queſt.35. n.4. Turrian. diſp.63. dub.4. n.4 Salas loc. cit. verſ. ſed in omnibus Muſcat de cognit. delict. tit. de vſur. n.45. & nouiſſimè Carol. Anton. Theſaur. de pœnis canon. lib.2. verbo, vſura cap.1. verſ. vſurarius vero, & c.7. vbi inter alios refert Mantic. de tacit. & ambig. l.8. tit.24. num.13. ſubiiciens neque duos actus ſufficere: Et confirmari ſolet ex l.43. §.1. de rit. nupt. vbi dicitur illa, quæ cum vno & altero pecunia accepta ſe immiſcuit non videri palam quæſtum facere.

Sed contrariam ſententiam, nimirum ſufficere ſemel pecuniam fœnori collocaſſe, dummodo id publicè, & palàm factum ſit, amplexi ſunt Vgolin. d.c.24. §.8. n.1. verſ. *imo vel bis aut ſemel publicè ſub vſuris mutuet.* & ita ait ſenſiſſe Cardin. in conſ.81. & Bart. in proœm. digeſt. per text. in l. Athletas §. calumniator. ff. de iis qui not. infam. & Crottum in d.c. quia in omnibus n.45. Id etiā ſenſit Berous ibid. in fin. Angel. in diſp.1. n.3. in fin. Iacob. de Graff. p.1. l.2. c.103. n.3. & 4. & aduerſus Menochium Caniſ. loc. cit. n.5. & ex Theologis Molin. diſp.333. n.2. Reginald. l.23. c.9. n.194. Scort. Theorem.368. in fin. Pirrh. Sicul. in ſuo ſpeculo diſp.16. q.131. n.1. & videtur ſentire Turrian. dub. cit. n.2. Quæ ſententia licèt ſeuerior, verior mihi videtur ex text. in c.1. 14. q.3. quem adfert Caniſius, vbi fœnerator dicitur, qui vel ſemel mutuam pecuniam ſub vſuris dederit: & ex textu in c. inter dilectos de exceſſ. prælat. illis verbis. *Nos igitur atteſtationibus vtriuſque partis inuenimus eſſe probatum eundem publicum aleatorem, & vſurarium manifeſtum, vtpote qui vndecim denarios pro duodecim mutuauerit in ludo.* & addit Caniſ. loc. cit ſic & calumniatorem dici eum, qui vel ſemel calumniatus eſt d.l. Athletas §. calumniator. & l. ſi per alium. 5. §.1. ff. ne quis eum &c. Cur non ſimiliter igitur & is vſurarius dicetur, qui vel ſemel ſub vſuris pecuniam credidit? Hæc Caniſius, quibus addo illum furem rectè dici, qui ſemel furtum commiſit, vt conſtat ex l.225. de verb. ſignif. & Harmenop. l.6. tit.5. §. fures vt etiam graſſator dicitur, qui ſemel graſſatus eſt l.28. §.10. ff. de pœn. Conſtat igitur illum vſurarium eſſe, qui vel ſemel fœnus exercuit, & quidem manifeſtum, ſi publicè & palam id factum eſſe conſtiterit.

Neque obſtat d.l. palam. de rit. nupt. quia non negat hîc Vl- 7
pianus illam palā quæſtum feciſſe, quæ ſemel in lupanario ſe primo aduenienti, & ſine delectu proſtituit, ſufficit enim ſemel vicem proſtitutæ ſuſtinuiſſe: ſed tantùm ait illam non videri palàm quæſtum facere, quæ cum adulteris vel ſtupratoribus, ſe committit, vel cum vno, & altero etiam accepta pecunia ſe immiſcuit, cuius ſcilicet oſtium non omnibus patet, ſed cum delectu, vt hic Accurſius notat, vel cum diſtinctione perſonarum, vt Bartolus, imò, vt mulier adultera, vel fornicatrix rectè dicitur, quæ ſemel adulteris & ſtupratoribus ſe committit. l.29. §. quæſtum ad l. Iul. de adulter. atque etiam meretrix, ſi ſemel primo aduenienti & ignoto in proſtibulo ſe immiſcuit, vt indicant verba illa, *Quæ vicem proſtitutæ ſuſtinet.* & illud Ouid. libro 1. amor.

Ignoto meretrix corpus iunctura quiriti.

ita prorſus vſurarius dicendus eſt, qui ſemel fœnus exercuit, & quidem publicus, ſi palàm id feciſſe compertum fuerit. Denique quia Vlpianus hoc loco, cùm vetitum eſſet ingenuis nuptias cum ea cōtrahere, quæ palam quæſtum facere, & eam duntaxat id facere ait, quæ in lupanario, vel caupona, & taberna cauponaria omnibus paſſim & ſine delectu ſe proſtituit. Huic tam vili, & deploratæ mulieri ingenuum hominem ſe coniungere indignum, & inhoneſtū viſum eſt, ideoque ne id fieret, iure ciuili prohibitum. Pœnæ verò quæ iure canonico vſurariis præſcriptæ ſunt publicam & ciuilem quandam honeſtatem non reſpiciunt, ſed vt qui vſuras captant, eas reſtituant, & ſuarum animarum ſaluti conſulant. Quod cùm in eo etiam, qui ſemel pecuniā fœneratus eſt, certum ſit Eccleſia intendere, verius eſt dicere etiā eum, qui ſemel pecuniā fœnebrem publicè exercuit, his legibus obnoxium eſſe. Alioqui dicendum eſt mulierculam, vel ruſticum qui paruulos nummos bis, vel ter ſub fœnore palàm exercuit, & tres, vel quatuor obolos non vno fœnore extorſit, pœnis vſurarij manifeſti adligari: mercatorem verò, vel locupletem alium qui vnica tantum mutui, vel ſicci cambij datione magnam pecuniæ quantitatem à quodam magnate vel ciuitate extorſit, his legibus ſolutum eſſe, quod videtur à mente & fine canonum alienum eſſe.

Neque mouet auctoritas Manticæ, qua P. Theſaurus vti- 8
tur ex d. lib.8. tit.24. n.13. quia Cardinalis hîc quærit quemadmodum ex perſona emptoris vel creditoris fœnoris coniectura duci poſſit: & quia conſuetudo creditoris iudicio omnium magnum huius rei argumentum præſtat, vt deducitur ex

cap.

cillo vos de pignor. illis verbis *præſertim cùm vſuras conſueuerit exercere*, rectè docet ex Iaſone, Menochio, & aliis ex vnico actu non probari quem ſolitum eſſe fœnerari, ſed probandum eſſe illum frequenter pecuniam fœnebtem agitaſſe, & plures contractus fœneratitios feciſſe. Vnde fateor ad probandum quem ſolitum eſſe fœnerari, vnum actum non ſufficere, vt multi docent apud Carol. de Graſſis *except.*28. *n.*42. inter quos Mantieam refert *loc.cit.* ſed dico diuerſum eſſe manifeſtum vſurarium eſſe, & ſolitum fœnerari, vt diuerſum eſt furem, vel calumniatorem eſſe, & eſſe ſolitum furari, vel calumniari: Illud vnico actu quis meretur: hoc non niſi ex pluribus imprimi, & obiici poteſt. At verò canones non ſolùm ſolitos fœnerari coërcent, ſed & manifeſtos. Vnde magis placet, quod idem auctor ſcribit *eod.loc.* ſufficere vnicum actum exprimentem intentionem exercendi fœnus, veluti menſam proponendo.

Imò in ſpecie *d.cap.*1.*de vſur.in* 6. ſufficit voluntas publicè exercendi fœnus externis ſignis, & verbis expreſſa abſque vllo actu vſuræ, vt patet ex his conſtitutionis verbis, *aut exercere volentes*, & rectè docet Vgolin apud Suarez *de cenſur.diſput.*31. *ſect.*5.*num.*13. & ipſe Theſaur. *loco cit verſ.imo ad pœnas.*

9 Illud etiam comperi ab omnibus fere proditum eſſe non oportere, vt quis vſurarius manifeſtus dicatur, illum formali & aperto mutuo vſuram exercuiſſe, ſed ſatis eſſe ſi virtuali id publicè præſtiterit, veluti vendendo merces carius iuſto pretio ob dilatam pretij ſolutionem. Ita enim Panorm. *conſ.*22. & ex Nauarro, Syluestro, & aliis docent Molin. *in d.diſp.*333. *n.*2. & Salas *loc.cit.n.*1. Iacob. de Graff. *in d.c.*103. *n.*2. Vgolin. *d.*§.8.*n.*1.*in fin.* Binsfeld. *in d.c.cum in diœceſi q.*1.*concl.*2. Caniſ. *loc.cit.n.*4.*ver.imò etſi* Duard. *de Cambiis* §. 3.*q.*3. *n.*5. & Eminent. P. de Lugo *diſp.*25. *n.*238. quod tamen mihi durum, & difficile eſſe videtur quia canones eam facti euidentiam exigere videntur, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari, vel negari. At hi, qui hæc negotia agitant, poſſunt multis modis excuſari, vel ratione eius quod intereſt, quod in mercatoribus probabile eſt, vel ratione incertitudinis pretij, & aliis modis. Deinde ſemper incertũ eſt, an iniuſtitia tantùm interueniat, quæ facilius præſumenda eſt quàm vſura, & ideo puto id non ſufficere: ſed opus eſſe, vt vel confeſſione eius, vel aliis argumentis illius vſura detegatur, vt comperi deinde docuiſſe Caſtrenſem, Decium, & Iaſonem apud Benuen. Strace. *de mercat. p.*1 *n.*34. Ioann. Baptiſt. Lup. *in d.præfat.comment.*4.*in fin.* vbi ait contrariam ſententiam falſam eſſe. Idem ſenſit Socin. iun. *in conſ.*83.*n.*3.*& ſeq* Ioann. Harpreẽt. ad Clarum *in* §.*teſtamentum q.*26. *n.*7. & puto ſenſiſſe Vgolinum *loc.cit.* & probari poteſt *ex c.*9.*de vſur.* vbi dicitur hoc genus commercij ex tali forma non poſſe cenſeri nomine vſurarum. Quod maximè perpendit Socin. *loc.cit. n.*7. Verius igitur eſt ita contrahentes ſtatim inter vſurarios manifeſtos cenſendos non eſſe, niſi alia fœnoris indicia, & argumenta concurrant. Excipio tamen niſi contractus, licet ſub alio nomine, quàm mutui celebratus, euidentem & manifeſtam vſuram contineat, vt nulla excuſatione negari poſſit, vt ſenſit Vgolin. *loc.cit.* vt ſi fortè antichreſis contrahatur. Denique excipio campſores, qui illicita cambia agitant propter conſtitutionem D. Pij de Cambiis §.*quicunque* vbi hoc nominatim ſancitum eſt, vt notat Duard. *loc.citat.n.*5.

10 Secundo is etiam manifeſtus vſurarius eſſe intelligitur, qui hoc ipſum crimen in iudicio confeſſus eſt, ſiquidem pro iudicato habetur *l.*1.*&* 3.*in fin.ff.de confeſſ.l.*25.*ff ad l. Aquil.* & hæc confeſſio notorium facit *d.cap. vlt.de cohabit. cleric. & mulier.* illis verbis. *niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam ſiue confeſſionem factam in iure & cap. cùm olim. de verb. ſignif.* Alberic. *in dictionar. in verbo, notorium iuris.* & Maſcard. *in concluſ.*1107.*num.*2. & in ſpecie gloſ. *in d.cap.*1. *verbo, manifeſtos.* quam omnes ibi ſequuntur. Dec. *in l.*1. *num.*17. *C.de edend.* Barthol. Socin. *in conſil.*127.*num.*1. vbi ait nullam dubitationem eſſe. Couarruu. *loc. cit.verſ.eſt etiam* Clar. *in d.*§.*vſur.n.*15. Menoch. *d.caſ.*235. *num.*20. Maſcard. *in d. concluſ.*1425. *n.*8. Salas *dub.*46.*num.*4. Barboſ. *in not.ad d.cap.*1.*num.*9. & P. Theſaur. *in d.c.*7.*verſ.item manifeſtus*, & puto hac in re conuenire omnes.

11 Illud tamen controuerſum eſt, an ſufficiat quempiam in iudicio ſimpliciter cõfiteri vſurariũ eſſe, vel vſuras extorſiſſe, vel neceſſe ſit cõfeſſioni addere qualitatẽ manifeſti, vel quod palàm & publicè fœnus exercuit. Et quidem idem Menoch. *loc.cit.n.*20. docet ſimplicem confeſſionem non ſufficere, ſed opus eſſe, vt fateatur publicè fœnus exercuiſſe. Idem ſenſit Ioan. Bapt. Lup. *loc.cit. num.*23. & aliis relatis Maſcard. *in d. concluſ.*1425.*n.*10. Quod etiam placuit Vgolino *in d.* §8. *n.*2. *verſ.non autem.* vbi ait oportere, vt fateatur etiam ſe vſurarium manifeſtum eſſe, & hanc ſententiam tribuit Couarruu. *loc.cit.verſ.at ſi tractetur.* & quam hac ſolidiſſima vt ait ratione confirmat. Quia ſi is qui non addita illa qualitate confeſſus eſt ſe vſurarium eſſe, vel conuictus in iudicio pro vſurario iudicatus eſt non addita ſententiæ qualitate illa manifeſti, pro manifeſto habendus eſt, ſequeretur omnes manifeſtos eſſe, & fruſtrà canones, quibus hoc genus hominum variis pœnis coërcetur, huius qualitatis mentionem feciſſent.

Sed contrariam ſententiam amplexus eſt Couarruu. *loc.cit. n.*4. cui proinde Vgolinus malè primam opinionem tribuit. Ait enim *& ideo manifeſtus vſurarius dicetur is qui apud iudicem confitetur ſe vſurarium eſſe, etiamſi ſimplex confeſſio ſit, neque profiteatur ſe manifeſtum eſſe*, vt in ſpecie explicat Francus *in d. cap.*1.*ſuper. gloſ.manifeſtos* Abbas, Anan. & alij *in d.cap quia in omnibus.* Idem & iiſdem verbis Villag. *d. quæſt.* 35.*num.* 2. *verſ.etiamſi ſimplex*, Socin. *in d.con.*127.*num.*2. & Salas *loco cit. num.*4.*verſic.ſecundum eſt.* Anton Gabriel. *lib.*7. *conſ* 29. *num* 7. idem Menoch. *ſupra num.*21. qui videtur ſibi ipſi contrarius eſſe. Reginald. *lib.*23 *cap.*9. *num.*94. & Caniſ. *d. cap.*8. *num.*5. *verſ.quare propius.* Et hæc ſententia mihi verior eſſe videtur, quam comperi deinde ſequi Scacc. *lib.*2.*de iudic. cap.*9 *n.*150. *&* 170. Nam cùm propria confeſſione nulla certior ſit probatio etiam in criminalibus cauſis *l.*16. *&* 18.*C.de pœn.* crimen quod erat occultum, poſt confeſſionem in iudicio factam fit publicum *d.c.veſtra.& c.vlt.de cohabit.cleric.& mulier. & c.ſuper.quibuſdam.de verb.ſignif.* vbi Innocent. III. inter hæreticos manifeſtos eos cenſet, qui coram Prælatis ſuis id crimen confeſſi ſunt.

Neque obſtat ratio, qua mouetur Vgolin. *loc.cit.* hinc ſcilicet ſequi vſurarios omnes manifeſtos eſſe, quia admiſſo ex confeſſione in iure facta vſurarium manifeſtum fieri, non inde ſequitur vſurarios omnes tales eſſe, remanent enim hi quorũ fœnus occultum eſt, & quorum magnus eſt numerus, qui ſcilicet neque rei euidentia, neque confeſſione propria neque alia ratione conuicti ſunt fœnus exercuiſſe: & proinde non inutiliter ſacri canones vſurarios manifeſtos perſequuntur, ne exemplo noceant, vt dictum eſt. Vnde apparet rationem quam ſolidiſſimã Vgolinus vocat, nullius momenti eſſe. 12

Imò ſunt qui putant illum manifeſtum vſurarium cenſeri, qui publicè coram pluribus hoc ſcelus confeſſus eſt etiam extra iudicium, vt Didac. *loc.cit.* Menoch. *in d.caſ.*231.*num.*21. Anton. Gabriel. *d.concluſ.*20.*num.*7. Maſcard. *citat.concluſ.*1425 *n.*11. Iacob. de Graff. *d.cap.*103.*num.*9. Sal. *d.dub.*46.*num.*3.*&* 4. Caniſ. *in d.cap.*8.*num.*7. ſubiiciens hanc ſententiam iuuari *ex d.c.ſuper quibuſdam.* vbi ſummus Pontifex inter manifeſtos hæreticos numerat qui publicè errores ſuos prædicant, & profitentur. Et præſertim ſi coram Sacerdote hæc confeſſio facta ſit admixtis aliis teſtibus, ita vt in plurimorum notitiam deuenerit, vt docet Salas *loc. citat.* & cum Syluestro, Nauarro, & aliis Filliuc. *tract.*34.*par.*2.*c.*8.*num.*158. quod videtur receptum eſſe auctore Socin. *in d.conſ.*127.*num.*1.*lib.*3. Couar. *loc.cit.verſ.tertio licet.* iiſdémque verbis Villag. *in d.quæſt.* 36.*num.*1. vel coram notario, & teſtibus, quia videntur notarius & Sacerdos eiuſdem poteſtatis, vt *in d.c. quamquam.* & Angel *d.diſp.*1.*n.*3.

Mihi vero videtur confeſſionem hanc etiam coram magna multitudine populi non ſufficere, niſi aliis argumentis & probationibus adiuuetur. Et mouet me, quod ait *l.*1.§.*Diuus Seuerus.ff. de quæſt.* confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat, & quod poſt Baldum & Caſtrenſem reſpondit Crauet. *in conſ.*48. *num.*7. confeſſionem ſuper vſuris non nocere, niſi aliunde de veritate appareat, quod etiam dixit Lup. *loc.cit.num.*31. Foller. *in praxi crimin.verbo, & ſi confitebuntur. par.*1. *num.*116. & Maſcard. *in d.concluſ.*1425.*n.*13. atque etiam quia confeſſiones extra iudicium ſæpe inconſultè & ſine animi deliberatione & interdum ioci, & iactantiæ cauſa emittuntur, vt prudentiſſimè conſiderat Rota in quadã 13

pecuniaria 4. *Mart.* 1613. *inter recentiſſimas deciſ.* 466. *n.* 4. *p.* 1. vbi monet in iſtis confeſſionibus extraiudicialibus cautè, & circumſpectè procedendum eſſe. Denique quia Diui Pontifices, cùm definiunt crimen ex confeſſione manifeſtum fieri, id conſtituunt de confeſſione quæ fit in iudicio, vt *in d. c. vlt. de cohab. cleric. & mulier. & in d. cap ſuper quibuſdam. de verb. ſignif.* illis verbis, *vel qui coram prælatis ſuis conuicti ſunt, vel confeſſi.* Quod argumentum eſt ſolam confeſſionem extraiudicialem non ſufficere, vt ſentiunt Angel. *in d. diſp.* 1 *num.* 4. vbi ait confeſſionem extraiudicialem non inducere notorium iuris, nec facti Molin. *in d. diſp.* 333. *num.* 4. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 185. Valer. Reginald. *lib.* 23. *cap.* 11. *num.* 94. Bonacin. *diſp.* 3. *quæſt.* 7. *in fin.* Pyrrh. Sicolus *in ſpecul. diſput.* 16. *quæſt.* 132. & ſenſit proculdubio Vgolin. *loc. cit.*

14 Neque mouet *d. cap. ſuper quibuſdam.* quod obiicit Caniſ. *loc. cit.* quia publicè prædicare, & profiteri, & defendere errores hæreticorum non eſt fateri delictum, ſed delinquere: nos verò de confeſſione delicti agimus. Quod verò ibi ſubiicitur, *vel qui coram prælatis ſuis confeſſi ſunt,* id de confeſſione facta in iure, & coram ſuo iudice intelligendum eſt, ex quo multo magis conſtare videtur confeſſionem extraiudicialem non ſufficere.

15 Et tantum ea confeſſio recipi poteſt, cum quis ad exonerandam conſcientiam coram Sacerdote, & teſtibus in articulo mortis confeſſus eſt ſe eſſe vſurarium, & iubet vſuras reſtitui, & librum rationum, vel potius furtorum reſignat. His circonſtantiis concurrentibus ſatis videtur apparere hominem hunc vſuras exercuiſſe, vt notat gloſ. *in cap.* 2. *de vſura. in* 6. quam ſic declarat veram Federic. *conſ.* 8. & Panorm. *in c.* 3. *num.* 11. *de vſur.* quos adfert Petr. Gregor. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 25. Bero. *in d. cap.* 3. *num.* 67. Reginald. *loco citato, verſ. intelligatur tertio.* Idem ſenſit Socin. *in d. conſ.* 127. *num.* 1. vbi loquitur de confeſſione facta coram Epiſcopo, & tribus teſtibus, & Maſcard. *in concluſ.* 350. *num.* 25. Farinac *quæſt.* 71. *num.* 15. vbi docet confeſſionem ad exonerationem conſcientiæ factam valere etiam extra iudicium, & abſente parte, & probare crimen, vt ſi fateatur aliquid in depoſitum habuiſſe, vel vſuras extorſiſſe. Qui tamen non ſimpliciter id admittere videntur, ſed modo confeſſio hæc ſit ſpecifica, & nominatim recenſeantur perſonæ, à quibus vſuras extorſit, Quod non puto neceſſarium, quis enim ab eo, qui in articulo mortis conſtitutus eſt, hanc enumerationem exigere poteſt, vel debet, & præſertim ſi librum rationum exhibeat, vbi nomina eorum, quibus vſuras extorſit, & quæ extorſit, deſcripta ſunt. Vnde puto hac in re plurimum arbitrium boni viri, cuius ea notio eſt, dominari, qui ex confeſſione hominis, ex perſeuerantia, ex libro rationum, ex fama, & aliis indiciis veritatis in vnum conſpirantibus & concordantibus finem æſtimare poterit, an ſatis ex ſententia animi ſui ſibi probatum videatur illum manifeſtum vſurarium eſſe iuxta *l.* 3. § *ideòque ff de teſtib. & l. qui ſententiam. C. de pœn.* Neque enim temere memoriam defuncti damnandam eſſe arbitror. Et hac in plurimùm iudicis arbitrium verſari tradit Menoch *loc. cit. n.* 3 & Baiard ad Clar. *in* §. *vſura. in fin.*

16 Tertio probari poteſt aliquem manifeſtum vſurarium eſſe teſtibus, qui deponant vidiſſe illum fœnus exercentem, dummodò nihil commodi ex eorum teſtimoniis ſint conſecuti, vt docent Abbas *in conſ* 81. *lib.* 1 *num.* 1. Angel. *diſput.* 1. *num* 3. Crauet *in conſ.* 73. *num.* 29. Couarr. *ſupra.* 5. *verſ. verum quoties.* Menoch *loc. cit. num* 22. & 23. Maſcard. *in concl.* 1434. *num.* 14 & 15. Lælius Zecch. *de vſur. cap.* 15. *num.* 1. *verſ. tertio ſi per teſtes.* Card. Mantic *de tacit & ambig. convent. lib.* 18. *tit.* 19. *num.* 7. teſtibus inquam in iudicio productis *d. l.* 3. §. 3. *ff de teſtibus.* Angel. in ſpecie *in d. q.* 7. *num.* 3. *verſ. ratio eſt.* probatur etiam *ex d. c.* 8. *de cohabit. cleric. & mulier.* vbi Cuiacius rectè notat non teſtimoniis ſed teſtibus præſentibus eſſe iudicandum: & indica etiam quod dicitur *in d. c. ſuper quibuſdam, vel qui coram prælatis ſuis conuicti ſunt,* teſtibus ſcilicet, vel aliis probationibus, quæ totondem præſtent.

17 Illud verò quæri ſolet, an in hoc genere teſtes ſingulares ſufficiant, & receptum eſt, ſi quæratur de aliqua extorſione vſuraria, vel contractu, teſtes ſingulares non ſufficere; ſi verò generaliter quæritur, an quis fœnus exerceat, vel ſit vſurarius in genere, teſtes ſingulares probare, quamuis in actibus particularibus ſint ſingulares, vt docet Crauet. *in conſ.* 73. *num.* 32. qui dicit communem opinionem eſſe. *& de antiq. temp. par* 4 §. *ſed enim, num.* 11. Couarr. *loc. cit. num.* 5. vbi alios refert, quos ſequitur Lupus *in præfat. d. comment.* 4. *num.* 27. Maſcard *in d. concluſ.* 1424. *num.* 13. Oſaſch. *in deciſ.* 72. *in fin.* de Graff. *in d. c.* 103. *num.* 6. Bero *in d. c. licet cauſam. n.* 40. *de probat.* Cardin. Mantic. *loc. cit.* & Cardin. Tuſch. *in verbo, vſurarius. concl.* 341. *n.* 11. Molfeſ. *de contract. c.* 23. *n.* 139. & innumeris relatis Stephan. Lamberteng *in tract. de contractib. eorum quibus, &c. gloſ.* 12. *n.* 15. & *n.* 26. & alij multi apud Farinac. *de teſtib. q.* 64. *n.* 195. & 198. vbi ait hanc ſententiam magis communem videri. Quam tamen declarat, vt accipienda ſit in ciuilibus cauſis, veluti ad diminuendam fidem teſtis, non verò cùm criminaliter agitur, vt de fœnore puniatur: & ita ſentire Clarum §. *vlt. quæſt.* 53. *n.* 19. & Petram. *de fideicom. q.* 12. *n.* 662. & alios, quos recenſui *eod. loc. n.* 156. Verùm licèt magna ſit Clari, & Farinacij auctoritas, puto tamen, quicquid ſit, cùm criminaliter agitur ad puniendum huius criminis reum extra ordinem, & ad vindictam publicam inſtante fiſco, vt putant Burſat. *in conſ* 320. *n.* 16. & 36. vbi de communi, verius eſſe per teſtes ſingulares dummodò plures ſint, & alioqui fide digni, & integræ exiſtimationis, probari quem vſurarium eſſe in genere, vt poſſit ab Eccleſia corrigi, & coërceri, idque Didacum, & alios auctores proximè relatos ſentire. Et quod attinet ad Petram, cuius auctoritate Farinac. vtitur, etiam Caball. *reſolut. crimin caſ.* 393 *n.* 28. magis eſt vt dicamus illum in eorum ſententiam abiiſſe, qui docent teſtes ſingulares in actibus ſingularibus coniungi, vt probent genus tam in ciuilibus cauſis, quàm criminalibus, vt docet *citata quæſt* 12. *n.* 538. & 539. vbi refert pro hac ſententia pluſquam quadragenos auctores: & licet deinde referat, qui contrà ſentiunt, & aliorum argumenta. *n.* 683. *verſ. ſi tamen.* ait affirmatiuam opinionem maiore momento auctoritatum fulcitam eſſe: & quod magis eſt poſt pauca. *n.* 713. illam Clari, & Farinacij diſtinctionem veram non eſſe, & eſſe gloſſam *cerebrinam*, vt loquitur, contrariam textui, id eſt, dictæ concluſioni affirmatiuæ, quæ loquitur de probatione plena, & ad effectum iudicandi, & condemnandi. Vnde paret Farinacium ſcriptorem noræ diligentiæ, vt etiam Caball. *loc. cit.* totum Petram non inſpexiſſe, vel ex eo id tantum ſumere voluiſſe, quod ſuæ ſententiæ conueniret. Puto tamen hac in re plurimum arbitrio iudicis tribuendum eſſe, qui ex numero & dignitate teſtium, ex fama, & aliis indiciis in vnum finem conſpirantibus æſtimare poterit, an ſatis ſibi probatum eſſe videatur.

Præterea poteſt quis vſurarius probari, ſi plura inſtrumēta proferantur, ex quibus conſtet hominem vſuras & illicita cambia agitaſſe, vt multi in magnis ciuitatibus faciunt, ſiquidem certū eſt non minorem vim obtinere inſtrumenta quàm depoſitiones teſtium *ex l.* 15. *C. de fide inſtrum. l.* 2. *C. quor. appell. non recip.* & ita in ſpecie Bero. *in cap. at ſi clerico. n.* 14. *de iud.* Angel. *in l. fin. ff. de furt.* Clar. *in* §. *vltim. quæſt.* 14. *verſ. quæro nunquid.* & aliis citatis Farin. *quæſt.* 84 *num.* 12. & Vgolin. *de vſur. cap.* 27. §. 3. *n.* 5. & ante illos Federic. *d. conſ.* 8. *num.* 1. & oſtendi poteſt ex his, quæ tradit Maſcard *in concluſ.* 461. *n.* 15. & *concluſ.* 500. *num.* 6. quibus in locis ex ſententia multorum docet delictum, quod committitur contrahendo, inſtrumentis probari poſſe, quod etiam ſcribit Farinac. *loco citato, num.* 7. 18

Sed non tantùm teſtibus, & inſtrumentis vſurarios deprehendi poteſt, ſed ex ipſius etiam rationum libro. Nam ſi ex eo appareat illum fœnus exercuiſſe, ſatis conſtabit vſurarium eſſe, quia certum eſt huiuſmodi librum probare contra ſcribentem *l. quidam.* §. *nummularios ff. de eden. l. publia.* §. *vlt ff. depoſ & l.* 7. *C. de probat.* & ita in ſpecie ſenſit Bald. *in d. conſ.* 479. *num.* 8. & 10. & docent Ozaſch. *in d. deciſ.* 72. *n.* 3. Menoch. *loc. cit. num.* 30. Lup. *in d. præfat. comment.* 4. *num.* 31. Maſcard. *in concluſ.* 977. *n.* 14. & rurſus *in d. concluſ.* 1425. *n* 14. Vgolin. *de vſur. cap.* 27. §. 3. *num.* 9 *verſ. poſtremò.* Cardin. Tuſch. *in dict. concluſ.* 341. *num.* 3. Cardin. Mantic. *loc. cit. num.* 9. & 10. vbi ait etiam priuata ſcriptura conuinci poſſe Molfeſ. *ſupra. num.* 138. & Pet. Greg. *de vſur. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 13. & 14. vbi notat hanc praxim eſſe, vt quando quis de hoc crimine ſuſpectus eſt, capiantur eius libri, ne occultandi detur facultas: & poſſe 19

iudices

Digitized by Google

iudices etiam ſæculares ſine iniuria illorum domum ingredi,& hac indagatione in promptu vti. Nec vt arbitror, vlla eſt certior & expeditior ratio huius ſceleris inueſtigandi.

Et præſertim,vt hoc in tranſitu ſubiiciam, quia veteribus fœneratoribus vſitatum fuit huiuſmodi commercia in librum referre,qui calendarium dicebatur,in quo deſcribebant nomina debitorum, & quantum, & ſub quibus vſuris pecuniam accepiſſent,& quo die ſoluere eas deberent. Quæ quia ex pacto calendis cedere ſolebant, quamuis idibus exigerentur,vt conſtat ex illo Horatij loco, quem ſuprà adduximus, & ibi Lambinus notat, & Gotofred. *ad l.41.de reb.credit.* & Connanus *lib.7.cap.1.circa medium*, calendarium dicebatur, cuius Iuriſ-conſulti mentionem ſæpe faciunt, vt *in d.l.41.& l.64.de leg.3.l.28.de probat.* & Seneca multis locis, & aſperè reprehendit, vt *lib.7.de benefic.* *Quid* (inquit) *calendarium & vſura niſi humanæ cupiditatis extra naturam quæſita nomina*; & in epiſt.87.in fin. *Diutem illum putas,quia in omnibus prouinciis arat,quia illi magnus calendarij liber voluitur?* Et hic notat Iuſtus Lypſius hunc eſſe pecuniæ fœnebris librũ, in quo nomina, & pecuniæ ſub vſuris creditæ per calendas ſcribebantur. Illud tamen dixero parcius libris noſtrorum fœneratorum credendum eſſe. Nam cùm omnibus olim fœnus exercere liceret, vt conſtat *ex l.33.& 34.ff.de reb.cred.* exceptis iis,qui prouinciis præerant *l.3.C.ſi cert.petat.* veriſimile eſt veteres fœneratores quidquid illis nomine vſurarum numerabatur,& ſub quibus vſuris mutuaſſent, apertè,& ſine fuco vllo in libros ſuos retuliſſe. Nunc verò quia fœnerandi ars omnino vetita eſt,& qui hanc artem exercent,inter viles & peſſimos habentur,& malè extorta reſtituere compelluntur,non ſolent id quod nomine vſurarum exegerint,vel de ſorte deduxerint in ſuis libris ſcribere, ſed nomina tantùm debitorum, & quandoque pluſquam dederint,& minus quàm acceperint. Sanè ſi ex illius libro deprehendi poteſt,quia vt dici ſolet,peccatum conſilium non habet, illum vſuras extorſiſſe,ſatis conſtabit illum vſurarium eſſe,& inter vſurarios cenſeri debere.

20 Cæterùm Vgolinus, qui vt fateor egregiè,& diligenter de vſuris ſcripſit,opinatus eſt *in d. § 8.& d.cap.17.§.3.* his modis ſcilicet,confeſſione,teſtibus, inſtrumentis,& libris rationum vſurarium quidem probari,non tamen id ſatis eſſe,vt manifeſtus cenſeatur.Inquit enim,in prædictis omnibus animaduertẽdum eſt diuerſum eſſe probare quem vſurarium tantùm,& probare quem manifeſtum vſurarium eſſe. Nam quoad primum ſatis erit probare vſuram exercuiſſe : quoad ſecundam verò neceſſe erit vno ex dictis modis probare palam & publicè aut in foro vel domi fœnus exercuiſſe, quia non frequens vſura, ſed manifeſta vſurarium manifeſtum facit. Denique ait propriè manifeſta dici,vbi facto talis eſt,impropriè vbi alia ratione vſurarius eſſe depræhenditur:ita diſſerit Vgolinus. Ego congruenter his,quæ aduerſus illum dixi ſupra *n.11.* puto ſatis eſſe,vt manifeſtus vſurarius quis cenſeatur,ſi per teſtes,vel libros & inſtrumenta,vel alias legitimas,& indubitatas probationes in iudicio conuictus ſit vſuras exercuiſſe. His enim modis plenè, & perfectè eius ſcelere detecto id quod erat occultum,emergit,& fit publicum,quod ſufficit,vt inter vſurarios manifeſtos referri debeat *argum. d.c.vlt.de cohabit. cleric.& mulier.& d.c.cum olim.de verb ſignif.* alioqui dicendum eſt eos, qui de hæreſi in iudicio teſtibus,vel aliis legitimis modis conuicti ſunt, vel confeſſi hæreticos quidem probari,ſed non manifeſtos,cuius contrarium apertiſſimè definitum eſt *in d.c.ſuper quibuſdam eod.tit.* illis verbis,*ſuper quo tibi duximus reſpondendum illos intelligendos eſſe manifeſtos hæreticos,&c. qui coram Prælatis ſuis conuicti ſunt, vel confeſſi.* Quod etiam docet Farin *in d.q.88.n.77.& 78.* & quod ait illum,qui illis modis vſurarius detegitur, manifeſtatum verè dici non manifeſtum,leuiſſimum eſt,quia ſtatim ac manifeſtatus eſt legitimis probationibus, & argumentis, manifeſtus efficitur. Hæc enim qualitas manifeſti perfectas probationes ſequitur, & ex illis ſtatim fluit,vt lux & dies ex ſole.

21 Præterea probari poteſt quem vſurarium manifeſtum eſſe ex fama,& communi hominum opinione,vt quidam docent apud eund. Menoch.*in d.caſ.235.n.27.* & Lup. *loc.cit. n.30.* & probari videtur *ex c. 32. de iureiuran.* ſed verius eſt ſolam famam,& vulgi opinionem non ſufficere, ita enim tradit Lup. *loc.cit.* Petr. Gregor. *in d.c.10. n.19.& 22.& lib.3.partit. iur. canon. tit.6.c.6.in addit.in fin.* Molin. *loc.cit. n.2.verſ. eſto autem* Leſſ.*lib.2.cap.20.num.145.*& aliis citatis Bonacin. *diſp.3.q.3. in fin.* Maſcard *in d.concluſ.1424. n.30.* & oſtendi poteſt *ex d. cap.8.de cohabit. cleric.& mulier.* illis verbis, *ſi verò publicum eſt non ex euidentia ſed ex fama,eo caſu ad condemnationem eorum ſola teſtimonia non ſufficiunt,cum non ſit teſtimoniis,ſed teſtibus iudicandum*,vt notat hic Cuiacius ſubiiciens ex Quintiliano fraude inimicorum falſa vulgantium ſæpe famam nocere etiam innocentibus. Vnde Seneca.

Contemne famam, fama vix vero fauet.

Sanè ſi ſuſpectus erit reus,hinc bona erit occaſio diligentius de illius crimine inquirendi, vt innuit *d.cap.8.* illis verbis, *ſed ſi de clericis ipſis talis habeatur ſuſpicio,vt ex ea ſcandalum generetur in populo,&c.* Neque obſtat *d. cap.32. de iureiur.* quia non dicit famam facere notorium, ſed quaſi notorium quæ ſunt diuerſa,vt notat idem Cuiac.*in d.c.8.* ſubiiciens illo articulo *quaſi* multas in vtroque iure diſſolui difficultates. Et huc pertinet, quod multi docent notorium in factis recentibus ſolâ famâ non probari apud Maſcard.*in concluſ.1106.n.10.*

Illud verò receptum eſſe videtur inter manifeſtos vſurarios 22
eum cenſeri, qui ſententia iudicis hoc nomine damnatus eſt. Quod probatur *ex d.c.vlt.de cohabit. cleric.& mulier.& d.c.ſuper quibuſdam de verb.ſignif.& ex gloſ.in d.c.1.de vſur.in 6.verbo manifeſtos* quam dicit communiter receptam Didac.*in d.cap.3. num.4.*Clar.*loc.cit.*Maſcard.*in d.concl.1425.num.7.*Petr.Gregor. *d. c.10. n.13.* & Caniſ. *ſupra n.5.verſ. idem eſt in eo* & Barboſ. *in d.c.1. num.9.* Quod etiam Theologi vnanimes tradiderunt Tolet.*lib.5.cap.36.n.5.*Reginald.*l.23.n.94.*Molin.*in d.diſp.333 num.2.* Binsfeld.*in d.c.cum in diœceſi quæſt.1. concl.5.* Salas *in d. dub.49. num.4.* Bonacin. & Pyrrh.*locis cit.* Theſaur.*in d.cap.7. verſ.item manifeſtus.*& Emin. P.de Lug. *diſp.25.num.239.*& alij paſſim.† Condemnatum verò cum accipio,qui rite id eſt ſer- 23
uato iuris ordine, & à iudice competenti condemnatus eſt *l.5.§. condemnatum ff. de re iudic.& lib.1. in fin.ad S.C. Tertull.* illis verbis,*ab eo cui iudicandi ius fuit.*& indicat ſatis *d.cap.veſtra & d.c. ſuper quibuſdam* illis verbis, *coram Prælatis ſuis.* Et dummodo appellatio non fuerit interpoſita,quæ ſcilicet ſententiam quodammodo extinguit,vt Vlpianus ait *in l.1. in fin. ff ad Turpil.& in lib.6. §.1.ff.de his qui not.infam.* Et dummodo iudex pronunciet illum publicum vſurarium eſſe ex ſententia Vgolini *in d.cap.8* quod non puto neceſſarium,ſatis enim eſt,ſi fœnoris condemnetur,vt indicat *d.cap.veſtra & d.c.ſuper quibuſdam.* ex quibus conſtat crimen per ſententiam publicum, & manifeſtum fieri,& tamen ibi nulla huius qualitatis fit mentio,& ratio eſt,quia poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, crimen quod occultum erat,fit manifeſtum, ita vt nulla tergiuerſatione negari poſſit.

Quod vt magis appareat, quærendum eſt, an ſi conſtiterit aliquo ex prædictis modis quempiam vſurarium eſſe,ne- 24
ceſſe ſit, vt iudex illum manifeſtum eſſe pronunciet. Et id neceſſarium eſſe, negante pronunciationem iudicis inter manifeſtos vſurarios habendum eſſe contendit Vgolin.*loc. citat.* ſecutus Menoch.*in d.caſ.235.* qui duos caſus diſtinguit. Primus eſt cùm quis palam, & publice fœnus exercet; & hoc caſu requiri ſaltem quandam iudicis pronunciationem, quæ non ſententia, ſed potius pœnæ executio dicitur ex Innocent.Roman.& Grammat.locis ab eo relatis *n.12.* Secundo caſu, cùm vſurarium fœneratitiam artem domi exercere conſtat, manifeſtum quidem eſſe ob ipſam actuum ſerquentiam ex Bart.& aliis quos citat *n.16.& 19.* verũ ſuper hoc crimine procedendum eſſe ſeruato iuris ordine,& ferendam eſſe ſententiam,vt quis manifeſtus dici poſſit,& apertius *n.31.* *Probationibus*, inquit, *ita receptis debet iudex pronunciare hunc vſurarium manifeſtum eſſe.* & poſt pauca *n.32.* *hinc etiam rectè cenſuerunt Doctores noſtri vſurarium illum dici non poſſe ante ſententiam,& declarationem prolatam*:& ita reſponderunt Federic. de Senis *in conſ.62.in fin.* Abbas *in conſ.2.n.1.verſ.tertio dicit.*& tradit Didac.*in d.cap.3.n.4 verſ.quarto etiam.* Hanc ſententiam hîc Didacus tribuit Iaſoni *in conſ.78.n.3.lib.3.*& ſequutus eſt Anton. Gabr.*d. concl.20. num.9.* qui tamen excipit eum, qui confeſſus eſt. Et hanc Menochij doctrinam ſequuntur etiam Lup. *in d.præfat. num.23.*& Vgolin.*loco cit.& c.23.§.3.num.5. verſ.probato igitur.* Salzed. ad Dias *cap.92.*& videtur probare Maſcard. *in dicto concluſ.1424. in fin.* Quibus congruenter

multi docent non ſufficere quempiam conuictum eſſe, niſi à iudice condemnetur, vt ſentiunt Abb. Federic. Iaſon, Couarruuias, & Menochius apud Salzed. *loc. cit.* quod alij quidam ſequuntur apud Salas *d. dub. 46. num. 4.* Binsfeld. *in d. c. cum in diœceſi quaeſt. 1. in fin.* & Theſaur. *loco cit verſ. non tamen ſufficeret,* vbi ait hanc probabiliorem eſſe ſententiam. Denique Angel. *in d. quaeſt. 7. num. 3.* eam pronunciationem neceſſariam tantùm eſſe putat, quoties quis occultè fœnus agitat, & teſtibus aliiſque probationibus conuincitur vſurarius eſſe, quæ interlocutoria, vt ait, inducit notorium iuris *l. emptorem in princ. ff. de act. empt.* quod etiam tradit *num. 4. in fin.* ſubiiciens id quod inducit notorietas exercitij, illud idem inducere publicationis ſententiam.

Ego magis probo pronunciationem, vel ſententiam neceſſariam non eſſe, vt quis manifeſti vſurarij loco haberi debeat, dummodò vel teſtibus, aliiſque probationibus in iudicio conuictus ſit, vel confeſſus: manifeſtum quidem eſſe, qui à ſuo iudice talis iudicatus eſt *d. l. emptorem*, manifeſtos tamen etiam eos eſſe, quos aliunde in iudicio conſtat fœnus exercuiſſe. Non puto tamen quæſtionem circa eos verſari, qui publicè menſam fœneratitiam exercent, quos ſcilicet ita facti euidentia conuincit, vt ipſi quod commiſerunt negare non poſſint. Hi enim ipſo facto & re ipſa inter manifeſtos & manifeſtorum iure cenſeri debent *d. c. vlt. de cohab. cleric.* & in eos non ſententia ferenda eſt, ſed pœnæ canonum exercendæ, *d. c. cum in diœceſi de vſur.* ſed quæſtio tantùm eſſe poteſt de iis, qui domi clam vſuras exercuerunt, & tamen in iudicio teſtibus vel aliis legitimis probationibus, aut propria confeſſione conuicti ſunt vſuras exercuiſſe: & hos etiam puto manifeſtorum loco habendos eſſe etiam ante ſententiam. Et moueor primò *ex d. cap. inter dilectos de exceſſ. Prælat.* in quo Innoc. III. eum manifeſtum vſurarium eſſe pronuntiat, quem probatum fuerat pecuniam ſub vſuris mutuaſſe. Secundò id conſtat etiam *ex d. cap. cum in diœceſi*, vbi idem Pontifex ait vſurarios quoſdam manifeſtos eſſe, etiamſi nemo illos accuſet, neque ſint per ſententiam condemnati, & in illos pœnam in Lateranenſi Concilio contra vſurarios ſtatutam libere exerceri poſſe. Tertiò ſequeretur vnum tantùm modum eſſe probandi quem vſurarium manifeſtum eſſe, per ſententiam ſcilicet, quod eſt contra mentem auctorum omnium, & canonum. Etenim aliud conſtat *ex d. c. inter dilectos, & c. cum in diœceſi,* illis verbis, *ſi tamen illos conſtiterit aliis argumentis vſurarios manifeſtos eſſe.* Quartò quia conſtat aliis modis quàm per ſententiam alia crimina manifeſta fieri, & dici poſſe, vt *in c. 7. & 8. & d. cap. vlt. de cohabit. cleric* & præſertim illis verbis, *niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam, ſeu confeſſionem factam in iure, aut per euidentiam rei.* Denique idem conſtat *ex d. c. cùm olim, & c. ſuper quibuſdam de verb. ſign.* vbi idem Innocentius Pontifex conſultus, quis manifeſtus hæreticus cenſeatur, reſpondit eos tales habendos eſſe, qui vel publicè hæreticorum errores profitentur, & defendunt, vel in iudicio conuicti aut confeſſi, vel ſententia condemnati ſunt ſuper hæretica prauitate. Ita etiam *in l. 4. C. Theodoſ.* crimen manifeſtum dicitur, quod manifeſtis probationibus probatum eſt: conſtat igitur non tantùm eos, qui ſententiam paſſi ſunt, ſed illos etiam, qui fœnus palam exercent, quod certiſſimum eſt, & eos quoque, qui vel ſua confeſſione in iudicio facta, vel legitimis probationibus de hoc crimine coram competenti iudice conuicti ſunt, vſurarios manifeſtos rectè cenſeri, & pœnis canonum obnoxios eſſe etiam nullà ſequutà iudicis ſententià.

Et multo magis in hac confirmor opinione, quia explorans auctores, quibus potiſſimùm contraria opinio ſuſtinetur, inter quos eſt Panorm. *in d. conſ. 2. lib. 1.* comperi illum ſecundum noſtram ſententiam apertiſſimè reſpondiſſe. Etenim *eod. loc. num. 3.* excutiens opinionem Federici de Senis, & Hoſtienſis, qui exiſtimabant vſurarium manifeſtum neminem cenſeri niſi poſt ſententiam, & ita interpretabantur, *d. c. cum in diœceſi*, ſic ait; *attamen iudicio meo iſte intellectus torquet literam illius c. cum in diœceſi. Nam bene ſciuiſſet Papa dicere, quod deberent prius publicari arg. cap.* cùm ad audientiam *de dec. ſed ſimpliciter dixit, quod ſi conſtiterit eos eſſe vſurarios manifeſtos per famam, & alia argumenta, pœnis in Concilio Lateranenſi ſtatutis coërceantur. Vnde pondero illud verbum* ſi conſtiterit; *conſtet igitur iudici de publicato per famam, & alia argumenta: non autem hoc eſt manifeſtandum per ſententiam, vt dixit Hoſtienſis.* Ex quibus perſpicuum eſt Abbatem pro noſtra ſtare ſententia, qui idem docuit *in d. cap. cum in diœceſi num. 6.* Idémque fatetur Iaſon *in d. conſ. 78.* & præſertim *num. 8.* vbi ait vſurarium manifeſtum deprehendi vel ex euidentia facti, veluti ſi palam pecuniam fœneratur: vel ex diſpoſitione iuris, vt in condemnato, confeſſo, vel conuicto *ex d. cap. cùm olim,* quod repetit *eod. loc. num. 22.* & apertiſſimè Federic. de Sen. *in conſ. 8. n. 1.* alios modos probandi vſurarium manifeſtum admittit, quam per publicationem iudicis; *& in d. conſil. 64.* loquitur de eo, qui in teſtamento iuſſit vſuras reſtitui iis, qui probarent illi vſuras ſoluiſſe, & multis oſtendit ex hac confeſſione ſola vſurarium manifeſtum dici non poſſe. Angelus etiam *in d. diſput. 1. num. 3. & 4.* docet publicationem non eſſe neceſſariam, quando vſurarius confeſſione propria in iudicio facta conuictus eſt, etiamſi hæc confeſſio coram iudice ſæculari facta proponatur. Et Maſcardus *loco citato*, loquitur de eo, qui fama, & aliis indiciis de hoc ſcelere arguitur, & ait Epiſcopum poſſe illum pro vſurario pronunciare, & ante publicationem vſurarium manifeſtum dici non poſſe, & hoc ſenſiſſe Menochium, & alios quoſdam. Quod in his terminis, id eſt, cum rumoribus & præſumptionibus tantum reus ſuſpectus eſt, recipi poteſt, quia vt Maſcard. docuit *eod. loco num. 30.* fama non ſufficit, vt quis vſurarius manifeſtus cenſeatur. Idémque fateor, licet multi teſtes deponant illum vſuras exercuiſſe, dummodò reus ſuam innocentiam in iudicio defendat, neque ſe teſtibus ſuperatum eſſe contendat. † Hoc 25
enim caſu puto expectandam eſſe ſententiam: & rationem eſſe, quia lis rem dubiam facit, *l. quod debetur, ff. de pecul. l. ſeruus, ff. de ſtat. homin.* Surd. *in deciſ. 22. num. 10.* Menoch. *conſ. 479. n. 19.* & acta, & probationes non inducunt notorium, quando ſaltem probabiliter impugnantur Hoſtienſ. Abb. Dec. & alij apud Maſcard. *d. conclu. 1107. num. 26.* Aliud verò meo iudicio dicendum eſt, quando ex propria confeſſione in iure facta, & cui nihil opponitur, reus conuincitur, ſiquidem pro iudicato habetur, & quidem ſua quodammodo ſententia *d. l. 1. ff. de confeſſ.* ideoque dicimus nullas eſſe iudicis partes iudicandi in confitentes *l. proinde 25. ff. ad l. Aquil.* Vel cùm teſtibus & legitimis probationibus ita obruitur, vt crimen ipſe negare non poſſit, nec audeat, quia ſcilicet probationes in iudicio factæ ſaltem, quandiu nihil opponitur, notorium faciunt, vt docet idem Maſcard. *loc. citat. num. 11. & 25.* Vel denique quando publicè erecto altari fœnoris, vt Angelus loquitur palam & publicè, & ſine pudore vllo fœnus exercuit. His caſibus verius eſt hominem confeſſione, vel probationibus, vel rei euidentia conuictum inter vſurarios manifeſtos habendum eſſe, etiam ante ſententiam & pronunciationem: & publicationem iudicis expectandam non eſſe, vt mihi manifeſtè probat *d. cap. cùm in diœceſi de vſur. & dict. cap. inter dilectos de exceſſ. Prælat.* & ſentiunt Abb. *loc. cit. in d. cap. cùm in diœceſi num. 6. verſ. ſed dubito.* Laurent. de Rodulph. *de vſur. quaeſt. 88. numer. 15. & 16.* Ioan. Capiſtran. *eod. tractat. parte 1. num. 78.* Molin. *d. diſp. 333. num. 2. verſ. deinde notorij*, vbi alios refert. Sà apud Salas *loc. cit. num. 4.* Viuius *in deciſ. 378. num. 9.* Gutierr. *canon. quaeſt lib. 2. cap. 19. num. 10.* & Emin. P. de Lug. *diſp. 25. num. 239.* vbi refert hanc communem eſſe ſententiam. Quod comperi deinde ſentire P. Theſaurum *in d. cap. 1. in fin.* dum ait declarationem iudicis, vel ſententiam ſolùm requiri, quando ratio notorij poteſt eſſe dubia ex eod. Maſcard. *conclu. 1106. num. 11.* Neque obſtare extrauag. *ad euitanda*, quæ extat apud Nauarr. *cap. 27. num. 35.* quia inquit eſt de iis, qui vitandi ſunt ratione ſententiæ, ſeu cenſuræ non autem de vitandis ratione criminis notorij, & ita tenere Syluest. Nauarr. Armill. Molin. Filliuc. Viuald. & alios, quibus addere licet Card. de Lug. *loc. cit. num. 245.* ſed quod ad rem meam attinet, certum eſt dictam extrauagantem nihil fœneratoribus, de quorum pœnis agimus, vt nec aliis reis ſuffragari, vt conſtat illis verbis, *Per hoc tamen non intendimus, &c.* & tradit Couarr. *in cap. alma mater p. 1. §. 2. n. 11.*

Ex quibus omnibus ſtatuendum eſt non tantùm eum ma- 26
nifeſti vſurarij loco habendum eſſe, qui ſententiam, & publicationem paſſus eſt, ſed illum etiam, qui vel per euidentiam rei, vel ex propria confeſſione iudicio facta, vel teſtibus, &

aliis

aliis legitimis probationibus iudicialiter receptis de vſuraria prauitate conuictus eſt, conuictus & coactus iudicio veritatis, vt loquitur Cicero *lib.2. academic. quæſt.* & cuius ſcelus manifeſtis probationibus probatum eſt, vt ait *d.l.4.C.Theodoſ. quor.appell.non recip.* & qui ita in hoc ſcelere deprehenſus eſt, vt vix ipſe id quod commiſit negare ſufficiat, vt inquit *d.l. qui ſententiam in fin. C. de pœn.* & proinde ſaltem in eum pœnas Concilij Lateranenſis exerceri poſſe etiam nulla ſecuta ſententia, vt *in d.c.cum in diœceſi* ſancitum eſt. Ex contrario illum non manifeſtum vſurarium eſſe, qui neque ſententia iudicis, neque eius confeſſione, neque legitimis probationibus fœnus conuincitur exercuiſſe. Qui proinde neque pœnis vſurarij manifeſti ſubiicitur, ſed tantùm pœnas incurrit iuris diuini, & naturalis, quæ ſunt reſtitutionis, & æterni ſupplicij, niſi reſtituat, & pœnitentiam agat, vt tradunt Reginald. *d.lib. 23. num 92.* & Lælius Zecch. *d.cap.15. num.2.* Caniſ. *de vſur. cap.7. num.3.* & Vgolin. *cap.21.* quibus omnis vſurarius ſiue manifeſtus, ſiue nõ manifeſtus obnoxius eſt. Quomodo verò cum vſurariis occultis agendum ſit, tradit Nauarr. *cap.17. num.280.* Molin. *diſp.334. num.5.* Salas *d.dub.47. num.9.* & ex Syluestr. Pyrr. Sicul. *in d.quæſt.130.* & ego omitto, quia admonuit me nuper R.P. Scotus Societatis IESV Theologus, vt à caſibus conſcientiæ abſtinerem.

27 Denique illud controuerſum eſſe videtur, an pœnæ aduerſus publicos fœneratores conſtitutæ infligantur omnibus, ſiue ex euidentia facti, ſiue aliis modis pro manifeſtis habeantur ſecundum ea, quæ dicta ſunt. Et hac de re celebris eſt doctiſſimi Couarruuiæ diſtinctio *in d. cap.3. num.3. verſ. tandem quo*, vbi in hunc ferè modum diſtinguit. Vel agitur de pœnis ſtatutis *in c.quia in omnibus*, ne ſcilicet vſurarij manifeſti ad oblationes, neque ad altaris communionem admittantur, & ne Chriſtianam accipiant ſepulturam ad incurrendas has pœnas ſufficere, ſi quis vel propria confeſſione, vel aliis probationibus huius criminis reus pronunciatus fuerit. Vel agitur de pœnis ſtatutis *in c.quamquam de vſur.lib.6.* & in illas eum tantùm incurrere, qui palam, & publicè fœnus exercuit: ſiquidem inquit, non eſt veriſimile ſummum Pontificem tam graues pœnas ſtatuiſſe aduerſus eum qui ſemel mutuum dederit ſub vſuris, licet id confeſſus fuerit in iudicio, vel publicè extra iudicium, vel hoc nomine ſententia iudicis damnatus ſit. Nec item eum, qui clam contractus vſurarios iniuit, qui deinde fœneratitij eius confeſſione, vel probationibus in iudiciis deprehenſi ſunt: nam in his caſibus non poteſt iuſtè iudex illum manifeſtum pronunciare. Et licet confeſſio, aut ſententia illum faciat manifeſtum, id tamen non ſufficere ad pœnas *d. c. quamquam*, in quo manifeſtatio facti, non iuris exigitur. Ita ferè Couar. & iiſdem verbis Villag. *loc.cit.* Lup. *in d.præſ.it.* & Binsfeld. *in d.c.cum in diœceſi q.2.*

27 Sed hæc diſtinctio non probatur Molinæ *in d. diſput.333. num.10.* tum quia *d.c.quamquam* id non colligitur, & vbi textus non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus: tum etiam quia cæteri Doctores id non dicunt. Denique quia ille textus etiam loquitur de prohibitione Eccleſiaſticæ ſepulturæ, quæ etiam *in d.c.quia in omnibus*, continetur. Putat igitur Molina nihil diſtinguendum eſſe: ſed pœnas omnes in vſurarios manifeſtos, quacunque ratione eorum ſcelus publicè notum factum ſit, exerceri poſſe. Quod etiam aduerſus Nauarrum, & Binsfeldium docet Caniſ. *loc.cit. n.5. verſ.mihi verò minimè probatur*, vbi poſt pauca. *Nec video*, inquit, *cur non de omnibus exaudiri debeat, cum etiam in quouis crimine confeſſio in iure tanti valeat, vt quis ex ea iuſtè condemnetur ad pœnam etiam grauiſſimam d.l. qui ſententiam, C. de pœn. Idem igitur iuris cenſeo in eo, qui crimen ſuum in iure confeſſus eſt, vel eo nomine condemnatus: ac ſi re ipſa palam vſuras exercuiſſet ad eum effectum, vt vſuras reſtituat, vel de iis reſtituendis idoneè caueat, &c. præſertim cum hæc non tam in pœnam vſurariorum ſtatuta ſunt, quàm in medicinam ſiue remedium animarum ſuarum, vt eo magis adigantur vſurarij ad reſtitutionem vſurarum.* Et ego Molinæ, & Caniſij ſententiam ſequor. Nam Vgolinus *loc. cit.* quamuis Didaci diſtinctionem non probet, non ſatis tamen ſe explicare videtur. Salas verò, licet in arguenda doctrina Couarruuiæ adhæreat Molinæ, quem totum refert *d.dub.46.num.4. verſ.quod merito impugnat*, in aliam tamen abiit ſententiam, ſenſit enim, ni fallor, eum tantùm in pœnas aduerſus vſurarios manifeſtos ſtatutas incurrere, qui palam, & publicè fœnus exercuit, vt meretrix in proſtibulo ex Bart. *in l.2.num.3.ff.de furt.* quia cùm pœna inquit debeat reſpondere culpæ *l. proſpiciendum, ff. de pœn.* ſi culpa vſurarij leuis ſit, vel rara, vel in re modica, æquum non eſt, vt tot pœnarum reus ſit in interno, vel externo foro. Quod probarunt Turrian *diſp.63 dub.4.n.4.* & Duard. *de camb. §.2. quæſt.11. num.20.* & probabile videtur Cardin. *loc.cit.num.148.* & ego probare non poſſum, quia videtur hæc opinio eos tãtùm vſurarios pœnis canonum ſubiicere, qui palam quæſtum faciunt, cùm tamen certum ſit in hoc genere etiam eos manifeſtos vſurarios eſſe, qui de hoc crimine aliis modis publicè conuicti ſunt, vt ipſe Salas, & alij tradunt, vnde hac in re parùm congruentia docere videntur. Theſaurus verò *loc.cit.* refert alios diſtinguere, quod declaratoria non requiratur ad incurrendas pœnas *d.c. quia in omnibus.* Sed bene ad incurrendas pœnas *c.quamquam*, vt Couarr. *d.cap.3. num.5.* ſed rectè refutari ab Vgolino, quia non adſignant rationem differentiæ. Sed puto Couarruuiam differentiam non conſtituiſſe ex eo, quòd pronunciatio ſecuta ſit, vel non, ſed duntaxat diſtinguere inter euidentiam facti, vel iuris, vt conſtat illis verbis, *at ſi tractetur de pœnis ſtatutis in c. quamquam, &c. ego manifeſtum vſurarium quoad has pœnas eum tantùm exiſtimo, qui ita palam & publicè vſuras exercuit, &c.* Itaque conſtat Molinam, Vgolinum, Salas, & alios vnanimes Couarruuiæ diſtinctionem reiicere, neque tamen omnino inter ſe conuenire. Ego puto vſurarium quocunque modo manifeſtus eſſe deprehendatur, pœnis omnibus obnoxium eſſe, ſecundum Caniſij ſententiam, niſi aliud obſtet, veluti ſi vſuras tantum ſtipulatus ſit, vt inferius dicam, excipio tamen etiam, quod conſtitutum eſt *in d. cap.1. de vſur.* quia hæc conſtitutio in eos tantum lata eſt, qui palàm fœneratitiam exercent, & per modum publicæ negotiationis, vt notat magnus Suarez *de cenſur diſp.31.ſect.5.num.13.* & Vgol. *de vſur.c.25.n.5.verſ.ne autem pœna*, & conſtat illis verbis, *publicè pecuniam fœnebrem exercentes, vel exercere volentes.*

His ergo ita conſtitutis, & non ſine labore diſputatis, ſi quærimus tandem quænam pœnæ aduerſus manifeſtos vſurarios ſtatutæ ſunt, earum duplex genus conſtituo. Primum eſt earum, quæ ex iure Pontificio proditæ ſunt, & ad Eccleſiaſticum tribunal tantummodò pertinent. Alterum eſt earum, quæ licet à iure Pontificio pleræque proueniant, à iudicibus ſæcularibus etiam exercentur: de his igitur ex ordine dicendum eſt. 28

Primi generis prima eſt, vt non poſſit manifeſtus vſurarius ordinibus ſacris inſigniri, neque ad officia, & beneficia Eccleſiaſtica promoueri, vt colligitur *ex c. infames 6.q.1.c.8. diſt.25. & d. c. inter dilectos de exceſſ. prælat.* & tradunt Petr. Gregor. *de vſur.lib.3.cap.1.n.3. & partit.iur. canon.lib.3. tit.5.c. vlt.n.4.* Vgolin. *c.26.n.7.* Molin. *diſp.334.n.2.* Lælius Zecch. *d.c.15.n.2.* Diaz *in ſua praxi c.91.n.1.* Salas *in d.dub.46. num.2.* Peguera *deciſ.31.n.15.* Paul. Layman. *tract.4.cap.16.num.21.* & nouiſſimè Barboſ. *de offic.& poteſt.Epiſc. alleg.43. n.3. & 4.* & Viuian. *in prax.iur.patron.lib.6.c.5. n.110.* & puto communem eſſe ſententiam. 29

Secunda pœna eſt, vt ſi iam ſacris ordinibus donatus ſit, & beneficium conſecutus fuit, ab officio, & beneficio ſuſpendatur. Ita etiam conſtitutum eſt *in c.7. de vſur.* illis verbis, *vt ſi clerici ſint ab officio & beneficio ſuſpendas*, & tradunt Diaz *loc.cit.n.2.* Vgolin. *c.23 n.1.* Salas *dub.47.n.3.* Duard. *in d.q.11. n.15.* Gregor. *loc.cit.* & Caniſ. *d.c.8 n.1.* vbi rectè notat ſuſpenſionem hanc non ipſo iure incurri ſed per ſententiam iudicis Eccleſiaſtici. Quod etiam adnotarunt Salas, Vgolinus, & Duardus *loc.cit.* & Eminent. P. de Lugo *d.diſp.25. num.242.* & oſtendi poteſt ex verbo *ſuſpendas, adſtringas*, quo vtitur ſummus Pontifex *in d.c.7. de vſur.* 30

Tertia pœna eſt, vt ſi clericus admonitus adhuc in vſuris exercẽdis perſeuerat, quod tamen vix credendum eſt, ab officio, & beneficio deiiciatur, vt ſtatutum eſt *in c.1. de vſur. in fin.* cuius verba ſunt. *Quod ſi poſt huiuſmodi conſtitutum in clero quiſquam extiterit, qui deteſtandis vſurarum lucris inſiſtat, Eccleſiaſtici officij periculum patiatur.* Idem ſtatutum eſt *in c.1. & 2. diſt.47. & in c.ſi quis, & c.quoniam 14. q.3.* & aliis multis locis apud Anton. Auguſt. *Epit.iur. Pontific.veter.lib.35.tit.6.* & aliis

apud Petr.Greg.*in d.c.1.*Couarr.*loc.cit.* & Molin. *d. diſp.*334. vbi ait, quod licèt canones ordinem his pœnis non præſcripſerint, æquum tamen eſſe, vt prius ſuſpenſio imponatur, & deinde deponatur. Quod etiam probat Salas *loc.cit. numer.*4. Diaz *cap.*91.*num.*2. Peguera *d.dec.*31.*n.*15. & Farin. *in fragm. criminal. verbo. clericus num.*117. vbi ait clericum vſurarium, ſed non manifeſtum hac pœna adficiendum eſſe. Ego verò puto multo magis in clericum vſurarium manifeſtum hanc pœnam exercendam eſſe: quod verò dicunt prius ſuſpendendum eſſe, deinde ordine deiiciendum, non puto hanc iudici, cuius ea notio eſt, impoſitam eſſe neceſſitatem, ſed poſſe illum deiicere à clero, ſi ex frequentia & inhumanitate hominis, & ex diuturnitate in hoc flagirio perpenſo iudicio ſibi videbitur à grauiore pœna incipiendum eſſe, vt ſentit Abb. *in c.præterea in fin.* Vgolin.*c.*25.*num.*2. Molin. & Salas *loc. cit.* & Caniſ. *in d.c.*8.*n.*1. vbi ait hoc in arbitrio iudicis poſitum eſſe.

31 Quarta pœna eſt, vt admoniti, ne vſuras exerceant, ſi parere contempſerint, excommunicari poſſint, & fidelium conſortio prohiberi, vt cautum eſt *in d.c.præterea, & c.*13. *eod.tit. de vſur.* & apud Anton. Auguſt. *d.tit.*6. *c.*7. & 12. & Marant. *q.*5.*num.*3. & 11. & Vgol.*loc.cit.num.*3. Caniſ. *in d.cap.*8.*n.*1. & Petr.Greg. *d.lib.*3.*cap.*3.*num.*1. qui ait hanc pœnam etiam clericis communem eſſe, quod etiam ſcripſit *Partit. canon lib.*3.*tit.*5.*c.*6. Villagut. *q.*35.*num.*21. malè tamen Gregorius ait hanc excommunicationem ipſo facto incurri, quia verius eſt id nullo canonico iure cautum eſſe, vt notant Vgolin. & Caniſ.*loc.cit.* & conſtat *ex clem. eos de ſepult.* in qua vſurarij ab excommunicatis ſeparantur: & indicat etiam quod dicitur *in d.c.*13.*de vſur.* monitionem præmittendam eſſe.

Et præterea aduerſus Iudæos etiam ſtatutum eſt, vt ſi quocunque prætextu graues, & immoderatas vſuras à Chriſtianis extorſerint, Chriſtianorum conſortium eis ſubtrahatur, donec de immoderata hac exactione ſatisfecerint, Chriſtianis ſi opus fuerit, cenſuris Eccleſiaſticis ab eorum conſortio & commercio cohibendis, vt ſancitum eſt *in c. poſt miſerabilem* 12. & *c. quanto* 18.*de vſur.* & apud eund. Anton. Auguſt. *d.tit.*6. *c.*4. & tradunt Petr. Gregor. *in notis d.c.*6. & *d. lib.*3. *c.*14. *n.*11. *in fin.* & aliis citatis Vgolin. *de vſur. c.*2. *in princ. n.*3. quibus conſentit Villag. *eod. tract. q.*11. *num.*1. Cardin. Tuſch.*lib.*5. *concl.*349. *n.*20. & Binsfeld. *in d. c. poſt miſerabilem*, vbi ait poſſe ex hac cauſa contractibus ciuilibus coërce-
32 ri. † Etenim certum eſt Hebræorum vſuras turpes, & illicitas eſſe: neque illis fas eſſe abſque crimine eas à Chriſtianis exigere, vt tradit Bald. *in conſ.*449.*n.*12. *lib.*3. Molin. *d.diſp.*304.*n.*16. Guid.Pap. *in tract.de vſur.n.*41. Villag.*loc.cit.* & aliis auctoribus relatis Rota inter nouiſſim. omnium *dec.*301. *in fin.* & *n.*31. vbi ait hallucinari Hebræos dum putant impiam ipſorum exactionem vſurarum à Chriſtianis tueri poſſe ex Deuteronom. *c.*23. de cuius loci ſententia alibi dictum eſt. His conſentiunt Vgolin. *loc.cit.* & alij plures apud Farin.*in fragm.lit.I.n.*667. inter quos Maſcard. *de Iudæ. & aliis infidel. lib.c.*11.*n.*3. vbi ait Theologos omnes aſſentiri, & *n.*6. & 7. veriſſimam concluſionem eſſe vſuras omni iure etiam Iudæi, prohibitas eſſe: neque illis licere Chriſtianis, vel infidelibus fœnerare.

33 Quinta pœna eſt, vt vſurarij manifeſti ad pœnitentiæ ſacramentum non admittantur *d. c. vlt. §.vlt. de vſur. lib.*6. & Vgolin.*cap.*24.*num.*1. Petr.Greg.*lib.*3.*c.*4.*num.*2. Et vt à communione altaris, id eſt, ſacræ Euchariſtiæ perceptione arceantur. Ità enim decreto Lateranenſis Concilij ſancitum eſt *cap.*25. & *d. c.*3. *de vſur.* & multi Theologi docent apud Salas *loc.cit. num.*8. Bero. *in d.c.quia in omnib.*3. *num.*11. vbi ait hoc non habere dubium, Couar. *d.c.*3 *num.*5. Marant. *d.diſp.*5.*num.*8. Petr.Greg. *d.lib.*3.*de vſur.c.*4.*num.*1. & Caniſ. *loc.cit.n.*3. & aliis relatis idem Vgolin. *d.c.*24.*n.*3. & *n.*5. vbi ait neque etiam in Eccleſia admittendos eſſe, cùm diuina celebrantur: & licèt id nullo antiquo iure canonum cautum ſit, in hanc tamen ſententiam ire ex decreto Concil.Trid.*ſeſſ.*22. quo homines notoriè & publicè criminoſos ſacris intereſſe interdicitur. Qua ratione multo magis illis interdictum eſt Miſſæ miniſtrare, vt obſeruat P.Theſaur. *loc. cit. verſ. ſecunda pœna*, vbi ſubiicit aliis diuinis officiis aſſiſtere non prohiberi ex Soto, Syluestro, Toleto & aliis, & ita intelligi debet Vgolin.*loc.cit.* cùm ait illos in Eccleſia non admittendos, dum diuina celebrantur.

34 Sexta pœna eſt, vt eorum oblationes in Eccleſia à Sacerdotibus non recipiantur, vt ſtatutum eſt *in d.c.*3. & ibi notat Abbas *num.*5. & Bero.*n.*22. Caniſ. *d.c.*8.*n.*1. Greg.*d.c.*4.*n.*7. & aliis prætermiſſis Marian.Socin.*de oblat.c.*4.*num.*2. & Theſaur.*loc.cit. verſ.tertia eſt.* Hoc enim indignum & indecorum viſum eſt, pœna etiam conſtituta aduerſus Eccleſiaſticos viros, qui huiuſmodi oblationes receperint, vt ſcilicet accepta reſtituant, & ab officio ſuſpenſi ſint donec arbitrio Epiſcopi ſatisfecerint, vt conſtat *ex eod.cap. quia in omnibus*, Lup. *in d. præfat.n.*17. Maiol. *de irregular. lib.*2. *cap.*27. *n.*7. Salas, *loc. cit. n.*7. Molfeſ.*de contract.cap.*23.*n.*151. & Gregor.*d.c.*4.*n.*7. & 8. vbi rationes adfert, quare huiuſmodi oblationes ab Eccleſia reiiciantur. Porrò hæc prohibitio accipienda eſt de oblationibus, quæ publicè fiunt in Eccleſia ad Altare, vel ad manum Sacerdotis, vt ſcribit idem Socin.*loc.cit.* & Vgolin.*citat. cap.*24. §.1. *n.*1. & 3. Et proinde non porrigitur ad eas, quæ impropriæ dicuntur, cuiuſmodi ſunt, quæ offeruntur ex quodam veluti contractu oneroſo, vt pro Miſſis celebrandis, vel in eleemoſynam, & ſubſidium miniſtrorum Eccleſiæ, vt pauperes ſunt. Nam huiuſmodi oblationes, quæ impropriæ dicuntur, recipere non eſt prohibitum, dummodò illis ſuperſit, vnde poſſint vſuras reſtituere, vt docet Suarez *de cenſur. diſp.*31.*q.*2.*n.*7. & 8. Filliuc. *tract.*17. *c.*6. *n.*100. & *tract.*34. *c.*8. *n* 161. Salas, & Theſaur. *loc. cit.* tametſi tutius ſit ab illis etiam abſtinere, niſi extrema ſit inopia, & præſertim ſi huiuſmodi largitiones modum excedant oblationis. Proinde darem hic prouerbio locum *neque omnia*, neque quouis tempore, neque ab omnibus, cuius in re ſimili meminit Vlpian.*in l.ſolent de offic.Proconſ.*

35 Septima pœna eſt, vt ſi vſurarij manifeſti in hoc ſcelere deceſſerint, Eccleſiaſticâ careant ſepulturâ, vt ſancitum eſt *in eod. c. quia in omnibus*, illis verbis, *nec Chriſtianam ſi in hoc delicto deceſſerint, accipiant ſepulturam, & in c. quamquam de vſur. lib.*6. & *in clement.*1. *de ſepult.* & tradit Petr. Gregor. *d. cap.*4.*n.*3. Iacob. Sbrozz. *de offic. Vicar. lib.*2. *cap.*169. & aliis relatis Molfeſ. *in d.cap.*23.*n.*161. Vgolin. *cit.cap.*24.§.1. & 4. & Salas *in d.dub.*47. *n.*8. & 9. vbi multa obſeruat huc pertinentia, quibus tantùm adiicio, quod notat idem Petr. Greg. *Syntagm.iur.ciuil.lib.*33.*cap.*23. *n.*32. & rurſus *in d.cap.*4. *n.*6. inter pœnas eáſque graues cenſeri ſepulturâ priuari: quod etiam adnotauit Maſcard. *in d. lib. de Iudæ. cap.*3. *num.*19. & congruenter notat Gotofr.*in l.*1.*ff.de cadauer.punit.* ſepulturæ rationem habendam eſſe. Id etiam indicare videtur, quod etiam ab Ethnicis de religioſis & ſumptibus funerum ſtatutum eſt *l.*1. & *tot.tit.de religioſ. & ſumptibus funer.* & *tit. ſequenti, de mort. infer.* & quod ſeuerè conſtitutum eſt aduerſus ſepulchrorum violatores *in l.*1. & 8.*ff.de ſepulc.violat.* quibus conſtat crimen hoc infamiam irrogare, & *ad l. Iuliam* de vi publica interdum pertinere, & *in l.vlt eod.tit.* qua humiliores ſummo ſupplicio afficiuntur, honeſtiores in inſulam deportantur. Et iuuat etiam, quod à Conſtantino, & Anaſtaſio ſtatutum eſt *in Nouell.*59. & quæ ibi à Iuſtiniano ſancita ſunt de ſumptibus funerum. Obſerua tamen quod dixi, *ſi in hoc delicto deceſſerint.* Nam ſi vſurarius antequam diem ſuum obiret, pœnitentiæ ſigna dederit, poterit inferri, dummodo per ſe vel per alium ſeruet, quæ *in d.c.quamquam* præſcripta ſunt, vt explicant Vgolin. & Salas *loc.cit.* & P.Theſaur.*in d.c.*1.*ver. aduerte.* & ego Parochis relinquo.

36 Octaua pœna eſt, quæ tamen potius in eos prolata eſt, qui vſurariis fauent, vt magiſtratus, Iudices, poteſtates, & communitatum rectores, conſules, conſiliarij, aut alij quicunque, qui munus & officium publicum gerunt, qui condiderint, ſcripſerint, vel dictauerint ſtatuta, quibus vſuras exigere liceat, aut debitores eas præſtare cōpellantur, vel earū repetitio impediatur, vel qui ſcienter iudicare præſumpſerint vſuras ſoluendas eſſe, vel vt ſolutæ cùm repetuntur, non reſtituantur, & huiuſmodi ſtatuta, & conſuetudines ſeruat: neque illa intra tres menſes, cùm poſſunt ex libris communitatum deleuerint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant. Ita definitum eſt *in clem.*1.*de vſur.* & tradunt intèr alios Villag.*q.*33.*concl.*1. Molin. *diſp.*334.*n.*18. Salaz.*dub.*47. *n.*12. Duard.ad Bullam Cœn.Domin.*lib.*1.*c.*4.*q.*6.*n.*63. Aug.Barbo.

ad

ad d.clem.vn.n.1.& 2.de offic. & poteſt.Epiſc.alleg.50.num.229. Suat.*de cenſur. diſp.23.n.28.*Filiuc.*tract.14. n.170.* & Vgolin. *de vſur. c.25. §.1.n.1.* vbi rectè notat conſtitutionem hanc ad
37 priuatas perſonas non pertinere. † Quod verò ſubiicit eos, qui iudicant vſuras præſtari, vbi huiuſmodi ſtatuta non extant, huic pœnæ obnoxios non eſſe, mihi non ſatis tutum eſt, quia verba conſtitutionis hanc declarationem reiicere videntur, & innuere ſatis eſſe, ſi quis ſcienter vſuras præſtandas eſſe decernat, vel cùm repetuntur, condictioni locum non eſſe, vt indicant verba illa, *aut quod ſoluantur vſuræ, vel quod ſolutæ cum repetuntur, non reſtituantur plenè ac liberè ſcienter iudicare præſumpſerit*, nec additum eſt ſecundum ſtatuta, & conſuetudines regionis, vel loci. Nihil enim refert, an quis ſecundum ſtatuta, & conſuetudines locorum ſcienter vſuras adiudicet creditori, vel poſtquam ſolutæ ſunt, repetitionem earum impediat, & neget, aut id faciat ſecundum leges ciuiles illicitum hunc quæſtum permittentes, quippe quæ non minus improbæ, & irritæ ſunt, vt diſſerit Capiſtran. *de vſur. p.1.n.81.*Fortun.*de vlt.fin.n.62.*Alciat.*lib.6.Parerg.c.20.*& Roderic.*de ann.redit.lib.3.q.4. num.66.* & de quibus conqueritur D.Auguſt.*in c. quid dicam 14.q.4.*& in ſpecie deinde animaduerti docuiſſe Suar.*loc.cit.n.28.*Filliuc. *tract.14.cap.10. n.171.* vbi ait iudicium per ſe prohiberi, & Bonac. apud Barboſ. *ad d.clem.n.3.*

38 Et licet d.conſtitutio etiam ad ea ſtatuta pertineat, quibus Hebræis fœnerari conceſſum eſt, vt aliis auctoribus relatis reſpondit Corn.*in conſil.19. in fin. lib.3.* in iis tamen locis, & regionibus in quibus Hebræis intra quoſdam limites fœnus exercere permiſſum eſt à principe, qui ex magnis, & neceſſariis cauſis id poteſt ſaltem tacita, vel expreſſa conceſſione Pontificis, iudex, & Magiſtratus poteſt abſque incurſu excommunicationis vel alterius pœnæ illis de vſuris ius dicere, & debitoribus vſque ad eum modum, qui permiſſus eſt, vſuras infligere, & ita docuit Campeg.*de dot.p.1.q.49.* Socin. iun.*conſil.108.n.2.lib.3.* Cephal. *conſil.549. n.98. & 102.* Nauarr.*in conſil.33.n.7.de vſur.* Sà *in verbo.vſur.n.15.*Pyrrh.Sicul. *diſp.16.q.vlt.*& alij apud P.Theſau.*d.verbo,vſur.c.6.verſ.contra tamen,* inter quos Vgolin. *eod. lib.c.2. §.4.num.1.& 2.*vbi ait hoc caſu ad vſurarum reſtitutionem cogi non debere. Et hoc iure in Prouinciis Ducis Sabaudiæ, in quibus ex diplomate Sixti V. Hebræis fœnus exercere permittitur, iudices eorum, quos conſeruatores vocant, ſine ſcrupulo vti videmus, vt etiam Romæ, Anconæ, Auenione teſte Nauarr. *in d.conſi.33,* & Malder.*tract.1.c.3 dub.24.*

Puto etiam iudices, & magiſtratus in hanc excommunicationem non incidere quoties intereſſe adiudicant creditori, cùm verè nihil illius intereſt, & tamen ex qualitate creditoris, & aliis circunſtantiis opinantur tantundem illius intereſſe, tametſi probationes minùs legitimæ ad huiuſmodi intereſſe decernendum alteri iudici videri poſſent, ſiquidem conſtitutio iudices & magiſtratus irretitur, qui liberè & ſcienter vſuras decernere præſumunt, non verò eos, qui per imperitiam iudicant, vel quorum religio falſis allegationibus circumuenitur. Idémque dicendum de iis, qui contractus, in quibus verè fœnus latet, deficientibus probationibus, ſententiis ſuis confirmant.

39 Hîc tamen prætermittendum non puto P.Theſaur. *loc.cit.* mediam quandam viam ſequi, & eam tutiorem eſſe dicere, ſcilicet licere poteſtati ſeu Principi ſæculari ſaltem ex conſuetudine immemorabili à ſummo Pontifice tolerata, vel eius conceſſione expreſſa permittere Iudæis mutuare ſub vſuris pignore accepto, & non concedendo actionem illis ad vſuras exigendas, ſed retentionem tantùm, denegando repetitionem coram ſuo tribunali. Vnde ſi Iudæus pecuniam credit ſine pignore vel accepto pignore minoris valoris, non poterit in iudicio vſuras petere; neque illi concedetur exactio; & ita docere Azor. *par.1.lib.5.cap.11.dub.3.* Caſtren. *in conſ.295.n.4. & 5.lib.2* & Angel. de Caſtr.eius filium *in ſeq.* & Iaſon *in l.cunctos populos n.58.* ſi verò Princeps concederet Iudæis actionem ad vſuras, ſeu coactionem, incurrere pœnam *d.clem.1.* quia facilius concedi poteſt exceptio quàm actio ex Caſtrenſ. *in d. conſil.295. n.4.* & Azor.*loc.cit.*idémque eſſet ſi faceret ſtatutum ſeu legem, qua auferret Chriſtiano vſurarum repetitionem ab Hebræo in iudicio ſæculari, ſecus ſi tantùm denegaret audientiam repetenti abſque lege, ſed ſola conſuetudine, & de facto. Ego tamen hæreo & ſubſiſto, & tutius puto id ex ineuitabilis neceſſitatis trutina definiendum eſſe ſecundum ea, quæ dixi *q.95. num 47.* quæ ſi tanta eſt, vt nulla alia ratione maiora mala vitari poſſint, vt ſunt furta, adulteria, ſtupra, lenocinia, ad quæ egeſtas impellere ſolet, in hoc miſero ſtatu rerum liceat Principi modicum fœnus Iudæis permittere, illiſque actionem dare pro conſequendis vſuris à debitoribus: ſi verò nulla populi neceſſitas id expoſtulet, vel ſi ei alia ratione ſuccurri poteſt, non tantùm actionem vſurariis pro vſuris concedere, ſed etiam poſtquam ſolutæ ſunt, repetentibus ius denegare, & ſubhaſtationibus adſiſtere, vt ex diſtractione pignorum vſuræ ab Hebræis retineantur, illicitum eſſe puto, quia tenentur poteſtates ex officio ſubditis iuſtitiam facere, & curare, ne illicitæ exactiones fiant *l. illicitas in princ.ff.de offi. Præſid.* vt illis nominatim mandatum eſt *in cap.18. de vſur.* & Malder. *tract.5. cap.3.dub.24.*& incidi deinde in Cardin. Tuſchum, qui *d.l.V. concl.338. num.9.& 10.* hanc Caſtrenſis doctrinam peſſimam & pudendam cautelam vocat, & hoc nomine illum grauiter reprehendit, *& certè,* inquit *Caſtrenſis etiam in aliis ſimilibus ſolitus fuit dare ſimiles pudendas cautelas, quibus per alios Deum timentes reſpondetur.* Didacus etiam *in d. cap.1. num.8. in fin.* Caſtrenſis reſponſum improbat, id enim eſſet, vt ait, tacitè & per indirectum vſuras permittere. Subducta igitur illa magna & ineuitabili neceſſitate, cui iure naturæ parendum eſt, vt quidem puto, non ſolùm vſurarum perſecutionem, ſed etiam earum retentionem permittere & repetentibus ius & iuſtitiam denegare illicitum eſſe puto: fateor tamen ex ſola illa diſſimulatione, & tolerantia, & recuſatione iuſtitiæ poteſtates ſententiam excommunicationis non incurrere; quia d.conſtitutio hac in re factum exigit, ſcilicet, legem, vel iudicium, vt indicant verba illa *facere, ſcribere, dictare, obſeruare, iudicare,*& hoc puto ſenſiſſe Azor.*loc.cit.* Sanè quod attinet ad eam partem conſtitutionis, quia iubentur huiuſmodi ſtatuta intra tres menſes delere, cum hoc illis liceat, ex ſola omiſſione in hanc partem inciderent, vt conſtat illis verbis. *Eandem etiam ſententiam incurſuri niſi ſtatuta huiuſmodi de libris communitatum ipſarum, ſi ſuper hoc poteſtatem habuerint, intra tres menſes deleuerint.* Cætera à viris Theologis petenda ſunt, & ex Barboſ.*loc.cit.*

Tranſgrediamur nunc ad aliud pœnarum genus, quæ in 40
foro etiam ſæculari receptæ ſunt, & quibus etiam à ſæcularibus poteſtatibus vſurarij coërcentur: Inter quas prima eſt, vt noteutur infamiâ ex celebri conſtitutione Diocletiani, & Maximiani *in l.20. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* cuius verba ſunt, *improbum fœnus exercentibus & vſuras vſurarum exigentibus infamia macula irroganda eſt.* Quod etiam extat apud Harmenop.*lib.3.tit.7. & lib.6. tit.15. in fin.* Refertque Sueton. *in Auguſto* illum quoſdam notaſſe, qui leuioribus vſuris mutuati ſub grauioribus aliis fœneraſſent, *Etenim,* inquit, *apparere non neceſſitate, non inopia, aut iuſto commercio, ſed ſordida nundinatione & auaritia hoc genus lucri agitare, nec ſua pecunia tantum, ſed ex aliena lucrum quærere;* vt etiam refert Petrus Ærod. *rer.iudicat.lib.3.tit.11.cap.4.* quæ pœna etiam iure Pontificio recepta eſt, vt conſtat *ex d.c.inter dilectos de exceſſib. Prælat. & cap 2. in fin.3.q.7.*& ex Innoc.II. *in Synod.Roman.cap.13.*cuius verba, vt extant apud Anton.Auguſt. *d.tit.6.cap.8.* ſubiiciam, quia pertinent ad ea, quæ diximus, *Inſatiabilem fœneratorum rapacitatem damnamus, & ab omni Eccleſiaſtica conſolatione ſequeſtramus præcipientes, vt nullus Archiepiſcopus, nullus Epiſcopus, vel cuiuſlibet ordinis Abbas, vel quiuis in ordine vel clero niſi cum ſumma cautela vſurarios recipere præſumat: ſed in tota vita infames habeantur, & niſi reſipuerint, Chriſtiana ſepultura priuentur.* † Ex his verò duobus iuris Pontificij locis conſtat, quod erat valde controuerſum, in hanc infamiæ notam ipſo facto fœneratores incurrere, vt *in d. l. improbum* plerique docuerunt, & teſtatur Couarr. *in d.cap.3. num.2.* Lup. *in præfat. d. comment.4.num 6.*Vant.*de nullitatib.9.num.51.*Diaz *in prax.cap. 91.num.1.*& aliis citatis & Vgolin. *de vſur. cap.26. num.1.* vbi ait etiam clericos huic pœnæ obnoxios eſſe: Idemque notat Petr.Gregor. *eod.lib.3.c.2.in princ.* vbi ait non poſſe clericos vti excuſatione permiſſionis Principis ſæcularis, cùm eius fori non ſint, & negotiationibus ſe immiſcere non debeant,

ſic

vt *tot.tit.ne cleric.vel Monach.* & præſertim à ſordidis, & turpibus lucris iubeantur abſtinere *cap. quoniam* 14. *q.*4. & aliis *& cap.*15. apud Anton. Auguſt. *loc. cit.* idemque aliis relatis Farin. *in d.q.*85.*n.*119.*&* 120.

Et notandum eſt id quoque admittendum eſſe aduerſus eos, qui fœnus exercent intra modum ciuilibus legibus permiſſum. Nam quamuis veriſſimum ſit ex Diocletiani & Maximiani conſtitutione eos tantùm notati, qui vel grauioribus vſuris fœneraſſent, vel vſuras vſurarum exegiſſent: tamen quia vſuræ nunc nullum modum habent, vt inquit Bald. quodam loco, cuius nunc non memini, & leges ciuiles etiam intra illos fines fœnus permittentes irritæ ſunt, & iure Pontificio abrogatæ, vt multis locis diximus, dicendum eſt hodie fœneratores, etiamſi intra illos fines ſe contineant, ipſo iure infames eſſe, & inter infames cenſeri: leges enim in hac materia ſilent, & iuri Pontificio cedunt, quod vſuras magnis, crebriſque exectationibus inſectatur. Ideo hanc ſententiam amplexi ſunt Salic. *in d.l.improbum num.*2. & alij apud Couarr. *loc. cit.* & iiſdem fere verbis Peguera *in d. deciſ.*31. *num.*1. *verſ. & licet dubitari.* Lup. *in d. præfat. num.*2. Petr. Gregor. *loc.cit* Binsfeld. *in d.c.cum in diœceſi quæſt.*6. *concluſ.*3. Menoch. *d. caſ.*398. *num.*30. Villag. *quæſt.*35. *concluſ.*5. Clar. *in d §.vſur.num.*15. & Salas *d.dub.*47. *num.*1. *verſ. ſed an hac pœna*, vbi refert hanc ſententiam communiorem & veriorem eſſe, & Roderic. *de ann. redit. lib.*3. *quæſt.*4. *n.*116. vbi ait id iure Regio ſancitum eſſe: & nouiſſimè Barboſ. *in dict. l.*20. *n.*4.

42 Ex quo inter cætera illud conſequens eſt, vt quemadmodum diximus publicos fœneratores neque ſacris ordinibus inſigniri, neque ad officia & beneficia Eccleſiaſtica promoueri debere *ex d.cap.inter dilectos*, & aliis: ita prorſus à dignitatibus arceantur *l.*2.*&* 6.*C.de dignit.* quæ prohibent eos, qui turpibus lucris paſcuntur, aliqua dignitate frui: & in ſpecie Iaſon *in l. Barbarius num.*18. *de offi. Præf.* Petr. Greg. *in d.c.*2. *num.*3. Peguer. *loc.cit. num.*2. Scacc. *de ſent.& re iudic.c.*1.*gloſſ.* 4.*q.*2. *num.*22. & Vgolin. *d.c.*26. *n.*4. Vnde non immeritò in Republica Genuenſi conſtitutum eſt, vt nobiles conuicti contractus fœneratitios & illicita cambia exercuiſſe, omnibus magiſtratibus & dignitatibus ipſo iure priuentur, & ab adminiſtratione Reipublicæ ſubmoueantur vltra alias pœnas à iure inflictas, vt conſtat *nouar.leg.eius Republicæ cap.* 3. qua ratione etiam receptum eſt, vt publici fœneratores veluti infames ad dicendum teſtimonium minimè admittantur, vt conſtat *ex l.*3. *&* 5. *ff. de teſtib.* illis verbis, *propter notam & infamiam vitæ*, & Quintil. *Inſtit. lib.*1.*cap.*7. vbi ait teſtes infamia criminum deſtrui: & in ſpecie tradunt Bald. & Salic. *in d l.improbum*, & alij plures apud Lancellot. Conrad. *de offi. Prat. in cauſ.ciuil. tit de perſon. teſt.num.*20. Clar. *in d.§. vſur. num.*6. & Camill. Borrel. *in ſumm. deciſ. par.*2.*tit.*15.*numer.*210. idem aliis relatis ſcribit Farin. *de teſtib. q.*56. *n.*352. *&* 353. vbi ait prorſus inhabiles eſſe. In quo tamen ego darem aliquid arbitrio iudicis, illóſque in ſubſidium admitterem, non vt integros teſtes, ſed vt dubiæ & incertæ fidei ex his, quæ tradit idem Farin. *ead.quæſt.*56.*num.*50. Sanè ſi quis nondum eius fœnore detecto in teſtamento teſtis adhibitus ſit, teſtamentum valere meritò receptum eſt, id enim indicat *l.*1 *C.de teſtam. & §. teſtis verſ.ſed cum aliquis. Inſtit. de teſtam.* & tradunt gloſ. *in l.*36.*in fin.ff. qui teſtam. fac.poſſunt.* Syluestr. *eod* 9. *quæſt* 21. Vgolin. *d.cap.*26. *num.*5. Farin. *ead. quæſt.*56. *num.*355. & Craſſ. *in §. teſtamentum quæſt.*57. *num.*17. vbi ait ſufficere teſtes tempore teſtamenti communi hominum opinione idoneos eſſe.

43 Secunda pœna eſt, vt ſi vſurarius vſuras alteri præſtitit, neque illi, neque hæredibus eius repetitio concedatur, donec ipſe, vel hæredes eius vſuras extortas reddiderint, vt cautum eſt *in cap.*14. *&* 17. *de vſur.* hac ratione addita, *quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem*, quæ deſumpta eſt *ex l.auxilium, ff. de minor. & l.iſte quidem, ff. quod met. cauſ.* & aliis: & ita tradunt Molin. *d.diſp.*334. *num.*19. Salas *dub.cit in fin.* Petr Gregor. *eod.lib.*3. *cap.*12. *num.*4. Molfeſ. *d. cap.*23 *num.*163. Vgolin. *d.cap.*23. §.1. idemque eſt, ſi fortè pignus dedit & fructus ſorti imputandos eſſe petat, nam & à limine iudicij repellendus eſt, donec vſuras, vel fructus alteri extortos reſtituat, vel imputet ſorti, vt conſtat *ex eod. c. quia fruſtra*, illis verbis, *vel fructibus computandis in ſortem.* Quia nihil refert vſuras exigere, vel fructus pignoris percipere, & illos non imputare in ſortem, vt innuit *cap.*1. *de vſur. & cap.illo vos de pignor.* & in ſpecie tradit Vgolin. *loc. cit. verſ. tertio locum habet.* Vſurarius ergo vſuras repetens, vel fructus pignoris ſibi in ſortem referri poſtulans hac exceptione repellitur, niſi prius ipſe reſtituat, ſi quas aliquando ipſe vel pater eius vſuras vel fructus loco vſurarum extorſit. Quod ſummam videtur habere æquitatem, vt quod iuris in alium ſibi conſtitui poſtulat, hoc ius prior ipſe ſibi dicat, & ſeruet *argum.l.*1.*ff quod quiſq. iur.* quod verò canon ait, *vel pater eius*, accipiendum eſt de quocunque alio, cuius repetens vſuras hæres eſt, vt ibi Doctores notãt, Greg & Vgolin. *loc.cit.* Quod tamen declarandum eſt, vt locum non habeat, ſi quis alieno nomine ad vſurarum reſtitutionem agat, vt ſi fortè tutor, vel curator datus eſt, vel alterius negotia gerit, hoc enim caſu ceſſat exceptio, vt tradunt Abb. *in d.cap.*17. *num.*3. Molin. & Salas *loc.cit. in fin.* & Molfeſ. *de cap.*23.*num.*163. & nouiſſimè Emin.P.de Lug. *diſp.*25. *num.*248. & Vgolin. *loc.cit.verſ. poſtremo excipitur*, à quo cætera petenda ſunt.

Tertia pœna eſt, vt cùm de vſuris agitur, vſurarij libros 44
rationum & calendarium edere teneantur, & ſcripturas omnes ad hoc commercium pertinentes, vt tradunt Alex. *in l.*1. *num.*5. Iaſ. *num.*9. & Purpur. *num.*19. *C. de eden.* Petr. Greg. *eod.lib.cap.*11.*num.*14. Andr. Gail. *obſeru.lib.*1. *cap.*106.*num.*12. Lælius Zecch. *d. cap.*15. *num.*2. & Vgolin. *in d.cap.*23.§.7. & conſtat *ex clem.*1.*de vſur.* §.*cæterum*, vbi hoc nominatim ſancitum eſt. Cætera ab eod. Vgolino petenda ſunt: & tantùm adiicio vſurarios manifeſtos ad editionem à iudicibus Eccleſiaſticis cenſuris cogendos eſſe, vt ait Pontifex *in d.§.cæterum*, & Molin. *loc. cit. num.*19. *in fin.* à magiſtratibus verò mulcta, & pignoribus captis, aliiſque modis, quos recenſet Senator Sola ad nouellam conſtitutionem Sabaudiæ *de lib. mercat.gloſſ.*2.*num.*49. & nos quædam diximus *quæſt.*93. *n....* quibus addendum eſt, quod tradit idem Sola *eod.loc.num.*18. *&* 46. id obtinere, cùm ciuiliter agitur ad reſtitutionem vſurarum, & ad exonerandam conſcientiam vſurarij: non ſi ad publicam vindictam criminaliter agatur inſtante fiſco, & ita in quadam cauſa Senatum cenſuiſſe, quæ ſententia confirmari poteſt *ex l.*2. §.*item Diui fratres, ff. de iur. fiſc.* vbi priuilegium, quod habet fiſcus, vt ſibi editio fieri debeat in re nummaria tantùm locum habet, non ſi criminaliter agatur, vt ex Baldo, Alexandro, & aliis tradit Gail. *loc.cit. num.*11. & Peregr. *de iur. fiſc. lib.*7. *tit.*3. *num.*23. & aliis citatis Farin. *in fragm. lit.F. num.*174. vbi refert communem eſſe ſententiam & *num.*175. vbi ait id procedere etiamſi agatur de pœna pecuniaria infligenda reiecta opinione Decij & Peregrini aliud ſentientiam.

Quarta pœna eſt, vt iuſſi per ſententiam vſuras reſtituere 45
non poſſint appellationis ſubterfugio vti, ita enim ſancitum eſt *in cap.*11.*de vſur.* his verbis. *Mandamus quatenus manifeſtos vſurarios maximè quos vſuris publicè renuntiaſſe conſtiterit, cum aliquis eos conuenerit de vſuris, nullius permittatis appellationis ſubterfugio ſe tueri.* Quod hic Abbas, & alij tradiderunt, & Lup. *in d.præfat.num.*15. Caualcan. *deciſ.*2.*num.*44. *& deciſ.*32. *num.*80. *par.*2. & Vgolin. *lib.de vſur.cap.*24.§.7. Quod tamen ex bono & æquo interpretationem patitur, ne ſummum ius ſumma ſit iniuria, vt eſt in prouerbio. Et proinde id accipiendum eſt, cum appellatio manifeſtè friuola eſt, & interpoſita ad ſubterfugiendam executionem ſententiæ, & reſtitutionem vſurarum, vt indicant illa verba, *appellationis ſubterfugio*, veluti ſi cùm conuictus ſit teſtibus, vel confeſſione propria vſuras extorſiſſe, contendat tamen eas reſtituere non teneri *arg l* 2 *C.quor appell.non recip. & l.*1. *C. Theodoſ. eod.tit.* quæ ait fruſtratorias non tam appellationes quàm ludificationes admitti non oportere; *& l.*7. *eod. tit.* Aliud vero dicendum eſt, ſi appellatio iuſtam cauſam habeat, veluti ſi exciperet nullas exegiſſe vſuras ab eo, qui petit, neque actor id ſatis probaret, & tamen condemnatus eſt eas reddere: vel ſi cogeretur maiorem quantitatem reddere, quàm verè exegerit, & extorſerit: denique vbicunque iuſta & probabilis cauſa interuenerit, non eſt illi appellationis remedium denegandum, vt docent Abb. & alij *in d. cap* 11. *de vſur.* & Binsfeld. *hic verſ. alia tamen ratio eſt.* Subiiciens hic nihil ſingulare

late aduerſus vſurarios eſſe conſtitutum. Idem notant. Caualcan. & Vgolin. *loc.cit.* & Petr.Gregor. *d. cap.*12. *num.*13. † Nam neque reis aliorum criminum appellatio denegatur *l.*6.*§.*1.*ff.de his qui not. infam. & l.*1. *ad Turpil. in fin.* etiam raptoribus *cap. in literis de reſtit. ſpoliat.* & in capitalibus cauſis *l.*6.*§.ſuper & l.*30.*in fin. ff. de appell.* quæ ait etiam in capitali ſupplicio,& fortunarum diſpendio prouocationem eſſe conceſſam:*& l.*29.*C.eod.*ex qua conſtat addictis ſupplicio,& pro criminum immanitate damnatis prouocationis copiam negandam non eſſe. Idem ergo in hoc ſcelere dicendum eſt præſertim ſi criminaliter actum ſit,niſi differendi,& protrahendi negotij cauſa conſtiterit illos prouocaſſe,vt definitum eſt *in d.c.*11.*de vſur.* & puto neminem contradicere.

47 Quinta pœna eſt,vt manifeſtorum vſurariorum teſtamenta,niſi vſuras reſtituerint, vel de illis reſtituendis pro patrimonij viribus idoneè cauerint, irrita ſint ipſo iure,vt ſancitum eſt *in d.c. quamquam in fin.* ex quo etiam niſi illa præſtiterint,omnibus prohibitum eſt eorum teſtamentis intereſſe. Quod etiam ad donationem cauſâ mortis, & alias vltimas voluntates porrigendum eſſe receptum eſt,ne ſcilicet hac ratione Sacri Canones eludantur. Et ita reſpondit Bald.*tot.conſil.*294.*lib.*2.Socin. *in conſil..* *lib.* 3. & ſentiunt Alex. *in l. diſcretio C.qui teſtam facer. poſſ.* Natta *in l.hac conſultiſſima*, *§.ex imperfecto num.*45. *C. de teſtam.* Couarruu. *in d. cap.* 3. *num.*9. Clar. *in §. donatio quæſt.*7.Molin. *d.diſp.*334.*num.*11.Fernand. Vaſq. *de ſucceſſ. lib.*1. *§.*1. *num.*179. vbi ait nec etiam fauore piæ cauſæ teſtari poſſe. Petr. Gregor. *d. lib.*3.*cap.*14. *num.*1. vbi ait omnes ita conſentire.Lup.*in d.tractat.*4.*§.*1.*num.*7. *&* 8. Lælius Zecch. *de vſur. cap.*15. *num.*2. Peguer. *d.deciſ.*31. *num.*6.Cardin.Tuſch *lit.V.concluſ.*342.*num.*17.*& ſeq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*79. *num.*17. & Michaël Craſſ. *in §. donatio quæſt.*5. vbi etiam refert hanc communem eſſe ſententiam Martha *de ſucceſſ.legal.par.*3. *quæſt.*14.*art.*6. *num.*20. *&* 21.& nouiſſimè Barboſ. *in not. d. cap.quamquam num.*8. *&* 9. & his iamdudum ſcriptis duo clariſſimi Patres Societatis IESV Theſaur. *in d. cap.*1. *verſ. amplia in codicillis.* Et Eminent. de Lug. *diſput.*24. *num.*70. Hanc etiam ſequitur Viuius in ſuis commun. opin.*lit.V. verbo vſurarius*,qui illam probat *argum.l.*
48 *Senatus in prin.ff.de donat.cauſ. mort.* † Quod adeo verum eſt, vt non poſſit pater manifeſtus vſurarius inter liberos teſtamentum facere non præſtita cautione iuxta *d.c.quamquam*,vt ſentiunt Baldus, Butrius & alij apud Nattam *loc.cit num.*47. Quibus conſequenter dicendum eſt, ſi pater vſurarius in filios bona diuiſit,& onera æris alieni diſtribuit,vt *in l.*20.*§.ſi pater,ff.famil. hercisc.* de cuius ſententia nuper in Senatu noſtro in cauſa N. Thomæ Peire, & DD. ſororum Detad. Nicienſ.diſſeruit diſertiſſimus D.Senator Viualdus, hanc diſpoſitionem irritam eſſe, quia non eſt ſimplex donatio, ſed potius ſupremi iudicij diuiſio, vt Papinianus ait, & Ozaſch. *in deciſ.*125. *num.*1. Vnde cùm receptum ſit diſpoſitionem *d. c. quamquam*,ad omnes vltimas voluntates pertinere,vt dictum eſt, conſequens eſt diuiſionem hanc in his terminis etiam irritam eſſe, niſi vſuræ reſtitutæ ſint,vel præſtita cautio,perinde ac ſi in teſtamento hæc diuiſio facta fuiſſet. Quamobrem omiſſa cauſa teſtamenti ſucceſſio eius venientibus ab inteſtato defertur,vt tradit idem Vgolin. *d cap.*24. *§.*6. *verſ. verum*, qui tamen melius facient, ſi ab hac hæreditate abſtineant.

49 Quod ſi ita verum eſt, vt non poſſit Princeps contraria lege ſtatuere, vt non reſtitutis vſuris, vel non præſtita de illis reſtituendis idonea cautione ad formam dictæ conſtitutionis teſtamenta iſtius generis hominum ſubſiſtant, vt reſpondit Bald.*in conſil.*334.*lib.*2. & probarunt Natta *in d. §. ex imperfecto num.*47.*verſ.quinto adduco*.Couarruu.*loc.cit.* Lup.*in d. §.*1.*num.*1.Villag. *eod.tract. de vſur. quæſt.*35. *concl.*8. Peguer. *cit.deciſ.*31. *num.*10 Vgolin *d. cap.*24. *§.*5.*verſ.idem de laico.* Molfeſ. *d.cap.*23.*num.*159.Cardin.Tuſch. *dict.concl.*342.*n.*38. & nouiſſimè Mart. *loc.cit.* non enim Reges, & Principes, & multo minus ciuitates,& municipia leges Pontificum ad ſalutem animarum latas abrogare poſſunt, & contra Sacros Canones quidquam ſtatuere, vt docuit idem Bald. *in l. conſulta num.*1.*Cod.de teſtament.* vbi notat maiorem in his rebus eſſe poteſtatem D.Papæ, quàm cuiuſuis ciuitatis vel Imperatoris. Quod etiam tradunt Natta, Peguer. & Molfeſ. *loc. cit.* & Salas *d.dub.*47. *num.*10. *in fin.*Vnde ſi alicubi fortè ſtatuto municipali cautum eſſet vt teſtamentum publici vſurarij valeat, & iudex ſeu magiſtratus illud comprobare, & exequi velit, poteſt Eccleſiaſticus iudex ſe interponere, & iudici ſæculari ſub pœna excommunicationis præcipere, ne illud exequatur; vt docet idem Bald. *loc. proximè cit* Laurent. de Rodulph.Bertach.*par.*2.*n.*134.Bertach.*de Epiſc.lib.*4.*par.*5.*tit. de poteſt. Epiſc.circa Iudæ.n.*66.Iacob.Sbrozz.*d.lib.*2.*q.*148.*n.*5. & Vgol.*loc.cit.*

Excipio tamen eum, qui licèt pecuniam palàm fœnori 50
dediſſe conuincitur, nondum tamen exegit vſuras, quia cùm hoc caſu non ſit opus ſatisfactione,vel cautione,conſequens eſt conſtitutioni locum non eſſe, & teſtamentum, aliáſque eius vltimas diſpoſitiones valere, vt ſentiunt *ex l.*1.*§. ſi debitori,ff.vt in poſſeſſ.leg.cauſa eſſe lic.*Bald. *in l.rogaſti*, *§.ſi tibi n.*9. *ff. ſi cert. pet.* Francus, Ancharan. Geminian. & alij *in d. cap. quamquam*, Lup. *loc. cit.* Baiard.ad Clar.*in d. §.vſura num.*32. Reginald. *lib.*23.*num.*97.*verſ.aduerte*, Iacob.de Graff. *d. cap.*103.*in fin.*Binsfeld.*in cap.cùm in diœceſi,quæſt.*3.*concl.*12.Caniſ. *d.cap.*8.*num.*5.*in fin.* & Vgolin. *loc.cit.verſ.tertio excipitur.* Hîc verò ſatisfactione vel cautione opus non eſſe, quam qui non faciunt, vel non præſtant, inteſtabiles efficiuntur,ex eo manifeſtum eſt, quia ſatisfactio ſupponit iniuſtam acceptionem, vt dixi *quæſt.*93. *num.*1. & cautio ſupponit obligationem, cui accedere poſſit *l.cum lex, & l.qui contra, ff.de fideiuſſ. l.*1.*§.debitum ff.de conſtit.pecun.* Surd. *in dec.*118. *num.*10. Alexand.Raudenſ. *de analog.lib.*1.*c.*34.*num.*21. Hering.*de fideiuſſ. cap.*10. *num.*18. & congruenter Papinianus *in l. poſtquam in prin.ff.vt legat. nom. caueat.* reſpondit fideiuſſores non teneri, cùm neque ius, neque perſona eſt,ad quam verba ſtipulationis redigi poſſint. † Idemque prorſus dicendum eſt, ſi vſuras quidem exegit,vel fructus pignoris percepit,ſed nondum ex vſuris, vel fructibus ſortem recepit, hoc enim caſu cùm fœnerator nihil debeat,imò vſuris, vel fructibus ex ſorte deductis,adhuc creditor ſit,vt conſtat *ex cap.*1.*de vſur.*perſpicuum eſt,neque reſtitutionem neceſſariam eſſe,neque cauere oportere, & conſequenter dictam conſtitutionem ad hanc ſpeciem non pertinere. Quod miror à nemine aduerſum fuiſſe. Alia quædam ſunt apud Vgolinum, & Salas, quæ prætermitto.

Sexta pœna eſt, vt extra ordinem puniri poſſint arbitrio 51
iudicis *arg.l.*1.*§.expilatores,ff. de effract. & l. hodie, ff. de pœn.* & ita docet Bald *in conſil.*184. *num.*1. *lib.*1. Clar. *loc. cit. verſ. ſed quæro*, & Baiard. *ad eund. numer.*27. Bero. *in conſil.*206. *numer.*22. *lib.*3. vbi refert eſſe communem ſententiam Peguera *in d. deciſ.*31. *in fin.* Petr. Gregor. *d. lib.*3. *cap. vltim. num.*4. Caniſ. *in eod. tract. cap.*8. *num.*12. Marant. *in d. quæſt.*5. *numer.*22. Decian. *in tract. crimin. lib.*4. *cap.*26. *numer.*3. Hieronym. de Laurent. *deciſ.*48. *num.*4 & Menoch. *in d. caſ.*398. *numer.*41. vbi ait cùm leges inſtitutæ ſint, vt homines cogantur benè, & honeſtè viuere, & ius canonicum declarauerit eſſe contra ius diuinum & naturale fœnus exercere; conſequens eſſe illum, qui in hoc ſcelere deprehenditur, à ſuo iudice puniri poſſe. Quod etiam docet Stracc. *ad Cranet. conſil.*6. *num.*16. & Vgolin. *cap.*26. *§.*1. *n.*1. vbi ait id magis communiter receptum eſſe.

Et hoc iure antiquos Romanos vſos fuiſſe conſtat ex Li- 52
uio *lib.*10. vbi refert ædiles curules quibuſdam fœneratoribus diem dixiſſe, & bonis multaſſe, & ex illis viam quandam quarto lapide ſtrauiſſe,vt etiam ſcripſit Petr. Erod. *rer. iudicat.lib.*4. *tit.*10. *cap.*1. *in fin.* & Carol. Sigon. *de antiq. iur. Roman. lib.*2. *cap.*11. & Cato *initio lib.de re ruſtic.* refert à maioribus damnatum furem dupli, fœneratorem quadrupli. Quod ius poſtea immutatum eſt, & ſenſim creſcente auaritiâ & abrogatâ lege Genutiâ, ne fœnerare liceret permiſſum eſt intra quoſdam fines fœnus exercere, vt memorat idem Sigon.*loc.cit.* & Zaſius *in catalog.leg.antiq.* & conſtat *ex l. eos* 26. *C. de vſur.* quod totum poſtea iure Pontificio abrogatum eſt, & omnino vetita vſura, multiſque Pontificum & Chriſtianorum Principum legibus huic fraudi obuiam itum eſt, vt aliis locis memorauimus, & cœpit fœnus inter delicta numerari, viſumque eſt publicè intereſſe, ne impunitum maneret; vt Reipublicæ intereſt cætera delicta puniri *l.*51. *§. quod ſi quis, ff. ad l. Aquil. & l.*14. *C. de pœn.* Marant. *in d. quæſt.*5.

*quæſt.*5. *num.*18. & 19. † Et ſecundum hanc ſententiam reſpondit Corn. *in d. conſ.*19. *lib.*3. Iudæos etiam criminaliter puniri poſſe, ſi fœnus exerceant abſque indultu eius, qui hoc illis permittere poteſt. Quod etiam docuit Clar. *loc. cit. num.*7. & aliis relatis Farin. *in fragm. lit.I. num.*667. quibus addo Baiard. ad Clar. *vbi ſuprà num.*20. & Maſcard. *in d.cap.* 11. *num.*7. & 8. vbi ex Corn. obſeruat pœnam hanc eſſe propriam, & naturalem huius delicti, cæteras verò pœnas, quæ imponuntur à Concilio Lateranenſi *in d. cap. quia in omnibus*, & aliis locis, non eſſe propriam & naturalem pœnam huius delicti, quæ ad publicam vindictam, & pro vindicanda iniuria illata Reipublicæ inferatur: ſed tantùm medicinam, vt fœneratores ablata reſtituant, & ab hoc illicito quæſtu abſtineant, idémque notat Marant. *loc. cit. num.* 54 22. † Ex quo in tranſitu notandum eſt errare Bero. *in d. cap. quia in omnibus*, 29. *de vſur.* & alios, qui putant hodie vſuras repeti indebiti condictione. Nam cùm fœnus hodie delictum ſit, vſurarij, qui vſuras extorquent, ex maleficio obligantur, vt ij qui ex furto, & damno ex rapina tenentur, ex his enim obligationes naſci compertum eſt *ex l.*1. & 4. *ff. de oblig. & act. & Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. in prin.* vbi dicuntur vnius generis eſſe, & *l.*1. & *ſeq. ff. de cond. furt.* Petr. Aragon. ad D. Thomam *quæſt.*78. *art.*3. *col.*4. conſtat ergo actionem, qua vſuræ repetuntur, pluſquam indebiti condictionem eſſe, & ideo corruere fundamentum, quo mouetur Bero. *loc. cit.* vt aduerſus receptam ſententiam opinetur rerum fœnore extortarum dominium vſurario acquiri.

55 Sanè excipiuntur quidam caſus, in quibus hæc pœna locum non habet. Et in primis, cùm palam, & publicè hoc genus illiciti commercij in regione frequentatur. Nam licèt conſuetudo contractum vſurarium validum facere non poſſit, cùm verè fœneratitius eſt, neque à reſtitutione eius, quod illicitè extortum eſt, excuſare valeat, hactenus tamen prodeſt, vt qui ita contraxit, dimittendus ſit, nec extra ordinem puniri debeat, vt multis probat Natt. *in conſil.*498. *num.*25. & *conſil.*586. *num.*9. Bero. *in conſil.*207. *num.*53. *lib.* 3. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.*91. *num.*9. Cauale. *deciſ.*2. *num.*40. *lib.*2. Roland. *in conſil.*75. *num.*47. *lib.*1. Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*122. *num.*97. & alij plurimi apud Farin. *quæſt.*95. *num.*5. & Vgolin. *in d. cap.*26. §.1. *num.*2. & nos diximus proxima *quæſt. præced. num.*4.

56 Et licet Peguera *in dec.*34. *num.*2. & *ſeq.* aliud ſentiat, conſuetudinem ſcilicet fœnerandi in loco non excuſare à pœna temporali huius delicti, vt obſeruat Farin. *loc. cit. num.*6. id tamen recipiendum eſſe multi putant, cùm vſura patens, & manifeſta eſt, vt ſi quis centeſimo fœnore exerceret, vt Dec. *in conſil.*170. *num...* Lup. *in d. comment.*4. §. *vlt. num.*7. Natt. *in d. conſil.*586. *num.*10. Riminald. & alij apud Baiard. *loc. cit. num.*31. idem Farin. *in d. quæſt.*95. *num.*7. & Centolin. ad Farin. *in conſil.*15. *in fin.* Ego verò puto ſuppoſitâ hac conſuetudine criminaliter aduerſus vſurarios agi non debere, ſed dimittendos eſſe, quia conſuetudo etiam iniuſta in foro contentioſo excuſat à pœna, vt multi docent apud Tiraq. *de pœn. temper. cauſ.*42. *num.*1. & 2. & in ſpecie Bero. *loc. cit. num.*8. & *in d. conſil.*207. *num.*54. & Marſil. Dec. Iaſ. Crauet. & alij apud Petr. Caball. *reſol. crimin. caſ.*276. *numer.*11. & 12. & ipſe Farin. *loc. cit. num.*38. Catol. de Graſſ. *except.*28. *num.*75. & magis magiſtratibus, & iudicibus imputandum eſt, vt etiam procuratoribus fiſci, qui tandiu de hoc ſcelere diſſimularunt, alioquin eorum negligentia ſibi prodeſſet, & verteretur in prædam. Proinde puto ſatis eſſe, ſi per edictum admoneantur, ne id poſt hac facere audeant, tranſgreſſoribus in futurum pœnâ imminente. Quod quibuſdam exemplis confirmat Tiraquel *loc. cit.* & iuuat etiam, quia ſuppoſita hac publica conſuetudine, neque enim priuata hominis conſuetudo quidquam prodeſſet, vt quæ potius delictum auget, & grauiorem pœnam expoſcit *l. nemo C. de Epiſc. audient.* & ſimilibus, neceſſe eſt à multis id admitti, & proinde multitudo delinquentium in re, quæ atrox non videtur, facere poteſt, vt pro admiſſis præteritis non puniantur, vt reſpondit Bero. *in conſil.*209. *in fin. lib.*3. & docet idem Tiraquell. *eod. lib. cauſ.*47. *in prin.* afferens vulgarem illum verſum,

Ob populum multum crimen pertranſit inultum.

Illud verò certiſſimum eſt ſaltem hoc caſu non niſi leuiſſima pœna afficiendos eſſe.

Secundus caſus eſt in ruſticis, quibus ignoſcitur quoad 57 pœnam, quia ab illis dolus abeſſe creditur, vt ſcribit Iaſ. *in l. ſi quis id quod num.*32. *verſ. ſimiliter ruſticus ff. de Iuriſd. omn. iudic.* Natt. *in dict. conſil.*586. *num.*6. Bertazz. *in conſil.*182. *numer.*46. *lib.*1. Menoch. *d. præſ.*122. *num.*40. & *arbitr. Iudic. caſ.* 149. *numer.*47. & alij apud diligentiſſimum Farin. *quæſt.*98. *num.*27. Vgolin. *loc. cit. num.*2. *verſ. ſecundo excipitur*, & Renat. Choppinus, qui hoc inter ruſticorum priuilegia cenſet *lib.*1. *par.*1. *c.*4. *n.*3.

Sed hic caſus duas patitur declarationes. † Prima eſt, vt 58 non excuſandus ſit ruſticus, ſi callidus ſit, & ſagax, quod arbitrio iudicis relinquitur. Ita enim declarant Iaſ. *loc. cit.* idem Natt. *in conſil.*497. *numer.*9. Ioan. Bapt. Lup. *d. lib. de vſur. comment.*2. §.1. *num.*9. Menoch. *d. præſ.*122. *num.*40. & 41. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*8. *tit.*25. *num.*18. & Farin. *in d. quæſt.*98. *numer.*28. & 32. & rurſus *quæſt.*162. *num.*45. refert tamen ruſticorum patronus *ead. par.*2. *cap.*6. eorum priſcam fidem, & integritatem conſenuiſſe.

Altera exceptio eſt in euidenti, & aperto fœnore, in euidenti 59 & aperta iniquitate contractus. Hoc enim caſu puto ruſticum impunitum abire non oportere. Etenim Natta, Menochius, & alij apud Farin. *loc. cit.* tantùm ſcribunt ruſticum à præſumpta fraude vſuræ excuſari: aliud ergo ſentiunt, ſi vſura euidens eſt, & manifeſta: & proinde verius eſt ruſticitatem hîc nihil, vel parùm prodeſſe, vt ſenſit Choppin. *d. c.*4. *n.*2. & Ioſeph. de Seſſ. *in dec.*110. *n.*30. quia in re clara non eſt locus coniecturis.

Illud ſanè certiſſimum eſt ruſticitatem licet interdum ſub- 60 trahat pœnæ, vt dictum eſt à reſciſſione & nullitate contractus, & reſtitutione vſurarum non excuſare, vt Natta, & Lupus ſentiunt apud Farin. *in d. q.*98. *n.*28. & ſenſit Vgol. *in d.* §.1. *n.*2. dum ait ruſticis ignoſci quoad pœnam, innuens nihilominus reſtituendi reos eſſe.

Tertius caſus eſt in muliere, quam etiam ſexum, & igno- 61 rantiam iuris excuſare tradunt Bald. Fulgoſ. & alij apud Bertazzol. *in d. conſil.*182. *num.*17. & Vgol. *loc. cit.* & ideo ſi emat paruo pretio cum pacto retrouendendi, non poteſt vſurariæ prauitatis argui, quia non dolo, ſed ſimplicitate ita contraxiſſe præſumitur, vt aliis relatis, vt ſolet, tradit Tiraquell. *de retract. conuent. in præfat. num.*34. Couarruu. *variar. lib.*3. *cap.*8. *num* 4. *in fin.* Menoch. *in d. præſ.*122. *num.*40. vbi ait mulieres facilè excuſari, ne fœnus admiſiſſe videantur. Eminent. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*8. *tit.*25. *numer.*14. & Farin. *in d. quæſt.*98. *num.*4. † Quod tamen iiſdem modis de- 62 clarandum eſt, vt ſcilicet locum nô habeat in muliere ſagaci, vt notat idem Natt. *in d. conſil.*497. *num.*9. Curt. ſenior *in l. venia numer.*4. *C. de in ius voc.* Cardin. *loc. cit. numer.*18. atque etiam vt non procedat in aperto, & manifeſto fœnore. Nam, & auctores citati illud ſentiunt in præſumpta fraude vſurarum, & ponunt exemplum in muliere, quæ emit modico pretio cum pacto retrouendendi, vt notat Ioſeph de Seſſe *loc. cit.* vbi ait à dolo vero non excuſari. Denique vt hæc cauſa nihil proſit quoad nullitatem contractus, & reſtitutionem vſurarum, vt in ſpecie docet Lupus *in d.* §.1. *num.*4. & 5. Seſſe, & Farin. *locis citatis*, & Cardin. Seraph. *in deciſ.*1006. *num.*7. vbi loquitur de cenſu vſurario, & Cencius *in tract. de cenſib. quæſt.*88. *num.*12. *Impreſſ. vltim. Taurin.* Neque enim ſimplicitas, & imperitia iuris efficere poſſunt, vt quis alienum retinere poſſit *l.*3. *ff. quand. ex fact. tutor.*

Quartus caſus eſt, cùm quis vſuras tantùm ſtipulatus eſt, 63 neque exegit. Hoc enim caſu extra ordinem puniri non debere, neque criminali iudicio vexari ſcribunt Bero. *in d. conſil.*207. *num.*22. & *conſil.*208. *numer.* 6. *lib.*3. quia inquit, in exactione tantùm dolus committitur, Caluacan. *deciſ.*13. *numer.*78. *lib.*2. Ripa *in d. reſponſ.*116. *numer.*2. Cardin. Tuſch. *d. lit. V. concluſ.*354. *num.*9. Cyriac. *controuerſ.*169. *num.*26. & ſentire videtur Lupus *in d. præfat. num.*28. & alij apud Maſcard. *in d. concluſ.*1415. *num.*5. dum docent non ſatis eſſe vt quis manifeſtus vſurarius probetur, ſi teſtes dicant eum frequenter, & aſſiduè ſub vſuris pecuniam mutuam dediſſe, niſi addant & vſuras exegiſſe. Denique quia cogitationis pœnam

nemo

nemo patitur *l. 18. ff. de pœn.* & Cato apud A.Gell. noct. Attic. lib. 7. cap. 3. *facta ſola cenſenda eſſe ait, atque in iudicium vocanda, voluntates nudas inanéſque negligendas, neque pœnis fieri obnoxias.* Et ſecundum hanc ſententiam iudicatum refert Hieronym. de Laurent. *in deciſ. 48. in fin.*

Et tamen verius videtur, quod attinet ad hanc pœnam, eum qui illicitas vſuras ſtipulatus eſt, vel ſub ſpecie illiciti contractus fœnus dolo malo, & ſcienter contraxit, tametſi vſuras nondum exegerit extra ordinem puniri poſſe arbitrio iudicis, & poſt Ioann. de Anan & Anton de Burg. tradit Baiard ad Clarum *loc. cit. num. 32.* Ioann. de Anan. *ſup. g. 46.* Menoch. *de arbitr. Iudic. caſ. 360. num. 87.* Felician. *de cenſib. lib. 1. cap. 7. n. 4. par. 2.* referens id legibus Hiſpaniæ ſancitum eſſe. Scacc. *de commerc. quæſt. 7. ampl. 20. num. 30.* Hieron. de Laurent *d. deciſ. 48. num. 5.* Gait. *de credit. cap. 2. tit. 7. num. 1534.* & Vgolinus dubius tamen *in d. cap. 6. §. 1. verſ. tertio excipitur.* & nouiſſimè P. Duard. *de camb. §. 1. quæſt 46. num. 26. & 27 & quæſt. ſeq. num. 10.* & probari poteſt *ex cap. quoniam. 14. quæſt. 4.* vbi non tantùm qui exegerint, ſed etiam qui pecuniam ad vſuram dederint, puniri cautum eſt, & inter alia indicant hæc verba, *omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæſtum deijciatur à clero, &c.*

64 Neque repugnat huic ſententiæ, quod dicitur *in d. l. 18. ff. de pœn.* cogitationis pœnam neminem pati, quia hoc intelligendum eſt de nuda, & ſimplici voluntate, vt loquitur A. Gell. *loc. cit.* & ſola animi propoſitione, vt in *l. 225. de verb. ſignif.* & de vſura, quam mentalem vocant, vt reſpondit Ripa *in conſ. 116. num. 2.* Aliud verò dicendum eſt, quando voluntas vlterius progreſſa iam ſcelus ipſum aggreditur vt *in l. 8. C. de ſicar & aliis locis*: & tradit ex Theologis doctiſſimus P. Theoph. Rainaud *moralis diſcipl. diſt 4. quæſt 4 num. 463.* & ex noſtris auctoribus idem Menoch. *in d. caſ. 360. num. 14.* Theſaur. filius *quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 25. num. 1.* Ann. Robert. *rerum iudicat. lib. 1. cap 6 in fin.* & doctiſſimus Cuiac. *in obſeru. lib. 15. cap. 25.* vbi probat etiam cœptum, needum perfectum flagitium puniendum eſſe; & in ſpecie Felician. *loc. cit.* & Duard. *in d. quæſt. 46. num. 27.*

65 † Prout etiam mouere non debent, quæ pro cliente ſuo adfert Bero. *loc. cit.* quia etiam dolus eſt vſuras illicitas ſtipulari, qui proinde coërceri, & puniri debet, vt etiam nihil obſtat auctoritas Lupi, Maſcardi & aliorum, qui dicunt oportere, vt conſtet etiam fœneratorem vſuras exegiſſe, quia intelligendi ſunt de pœnis, quæ infliguntur vſurariis, vt malè ablata reſtituant. Vnde Philipp. Francus *in d. c. quamquam in princ.* Ancharan. Geminian. & alij, qui à Lupo & Naſcardo allegantur loquuntur tantùm cùm de nullitate teſtamenti quæritur, vel de priuatione Eccleſiaſticæ ſepulturæ ob non factam vſurarum reſtitutionem, vel non præſtitam cautionem de illis reſtituendis iuxta formam *d. c. quamquam.* Quibus pœnis vt locus ſit, neceſſe eſt, vt conſtet vſurarium vſuras exegiſſe, vt explicat ipſe Bero. *in d. conſ. 207. num. 38.* & Vgolin. multis locis, & nos diximus *num 50.* † Sanè placet quod ait *loc. cit.* mitius hoc caſu fœneratorem puniendum eſſe. Nam & imperfecta delicta vt plurimùm mitius puniuntur *l. 1. in fin. ff. de*

66 *extraord. crimin.* & Gomez. *variar. lib. 3. cap. 3. num. 30.* & placet etiam quod ait Conrad. *in fin. quæſt 16.* leuius puniri debere exercêtem fœnus ob ſuam neceſſitatem, quàm qui ex cupiditate diuitiarum fœneratitiam exercet, exemplo furis, qui ex ea cauſa mitius puniri ſolet tametſi non videatur eſſe ſimile, quia qui dat pecuniam fœnori habet aliquid, vnde ſuæ neceſſitati ſubuenire poſſit, poteſt tamen in fœnerante aliqua neceſſitas conſiderari, ſi non præſens, ſaltem ineuitabiliter futura. Ego etiam illi parcerem, qui nondum deprehenſus in fœnore, ſponte pœnituit, & contractum correxit *arg. l. vlt. ff. de condict. ſin. cauſ. l. 3. in fin C. de Apoſtat. l. 28. C. de appellat.* & aliis, quæ dicunt pœnitentibus parcendum eſſe. Denique puto non eſſe pœnæ locum, ſi contractus aliqua ratione defendi poteſt, ita vt probabiliter dubitari poſſit, an ſub eo fœnus deliteſcat, vt in caſu Ripæ *d. conſ 116.* & multo magis ſi in regione palam, & publicè ſimiles contractus frequentantur, vt dixi *n. 55.*

67 Illud verò hic etiam quærendum eſt, an is qui rem modicam fœnore extorſit, extra ordinem puniri poſſit. Et videtur pœnæ locum eſſe, quia vſura pendet ex furto, & eſt proxima furto. Porro exploratum eſt etiam rei minimæ furtum fieri, vt apum & faui mellis, fructuum, & ſimilium rerum *l. 26. & 37. ff. de furt. l. 1. in fin. ff. de vi bonor. raptor.* denique vnius oui, vt notat gloſſ *in §. gallinarum. Inſtit. de rer. diuiſ.* & pro his etiam actionem furti dari *d. l. 37. ff. de furt* & tradit Theophil *in d. §. gallinarum* & Petr. Greg. *Syntag. iur. ciuil. lib. 37. cap. 1. num. 6.* & nihilominus Vgolinus *loc. cit. verſ. poſtremò excipitur.* tradit aduerſus eum, qui rem minimam fœnore extorſit, criminaliter agendum non eſſe. Quæ ſententia rationem habere videtur, quia modicitas rei dolum excludit *l. 9. in fin. de dol.* ſine quo nemo delinquere intelligitur, vt probat *l. 1. Cod. de ſicar & l. qui iniuriæ. ff. de furt.* & multis oſtendit Decian *in tract. crimin. lib. 1. cap. 4. num. 9.* Quæ ratio licèt congruens non videatur, quia etiam in re minima furtum committitur, vt dixi, deinde tamen comperi id in ſpecie docuiſſe Ripam *in d. conſ. 116. num. 6.* & Zecchum *in d. cap. 15. num 3. in fin.* Anton. Scapp. *de iur. non ſcripto lib 5. c. 159. n. 7.* Quos Vgolinus citare potuit.

Neque obſtat, quod diximus etiam pro vno ouo actionem furti competere, & conſequenter etiam in re minima dolum committi, quia hoc intelligitur, dum ciuiliter agitur, non autem cùm criminaliter inſtante fiſco, vt ſenſit Marſil. *in ſingul. 378 in fin.* quo loco inuehitur in iudices, qui puniunt fures pro re minima. Weſembec *eod. tit. de furt. num. 10* & Boniſac. *de furt. §. animo lucri faciendi num. 102.* Non igitur pro furto, & dolo in re minima admiſſo actio criminalis inſtitui debet. Quod multo magis in vſura accipiendum videtur, quæ magis voluntaria eſt, quàm furtum, & in qua faciliùs admitti, & tolerari poteſt paruitas materiæ, vt docet Cardin. de Lug. *d. diſp. 25. in fin.* 68

His omnibus addendum eſt delictum vſuræ præſcriptione tolli, & extingui, vt cætera crimina, ſpatio ſcilicet viginti annorum, quia vt dixi ſcelus hoc pendet ex furto, quod huius temporis ſpatio præſcribi receptum eſt *ex l 3. ff. de requir. reis. & l querela. C. ad l. Cornel. de falſ.* Anton Gomez. *de delict. cap. 1. num. 5* & Boniſac. *de furt. §. vlt. num. 80.* quibus addo, quod ait *l. 3. C. ad l. Iul. de adult. præſcriptiones reo datas auferri non oportere.* Id tamen intelligo de pœna de qua agitur, non autem de aliis, quæ iure Pontificio conſtitutæ ſunt, illis enim vſurarius obnoxius eſt, donec malè ablata reſtituat, & in foro etiam externo quandocunque hoc nomine ab iis, qui læſi ſunt, poterit conueniri, vt docet Petr. Gregor *d. lib. 3. cap 12. num. 11.* & nos diximus *quæſt. præced. num 4* vbi etiam ex ſententia multorum diximus contractum vſurarium nulla præſcriptione licitum fieri poſſe. Quibus auctoribus nunc addo Carolum de Graſſ. *d. except. 28. num. 80.* & Guazzin. *in tract. ad defenſ. cap. 2. n. 92.* Quibus conſequens eſt, vt quamadmodum vſuræ crimen præſcriptione tollitur, ita etiam morte finiatur, vt cætera crimina, quæ morte finiri conſtat *ex l. 1. ff. de priuat. delict. l. defuncta ff. de public. Iudic. & l. ſi pœna ff. de pœn.* Decian. *conſ. 76 num. 45. lib. 4.* Marta *in conſ. 172. n. 12 & 13.* & generaliter conſtitutum eſt, ne hæredes pœnalibus actionibus conueniri poſſint *l. 1. C. ne ex delict. defunct. & §. non autem. Inſtit. de perpet. & tempor. act* vbi textus ait hanc eſſe certiſſimam regulam iuris, quam variè coërcet Farin *quæſt. 10. num. 36. & ſeq.* Quod etiam intelligo de pœna, quæ ipſi vſurario infligitur inſtante fiſco. Sunt enim aliæ quædam pœnæ, quæ ex iure canonico proueniunt, quæ etiam poſt mortem exerceri poſſunt, vt eſt nullitas teſtamenti, & priuatio Eccleſiaſticæ ſepulturæ, de quibus iam quædam diximus. Hæredes etiam ad reſtitutionem vſurarum teneri indubitatum eſt. Interdum etiam huius delicti reos fieri poſſe arbitror ſi fortè ex illicito contractu per defunctum inito vſuras ſcienter extorſerint, quia cùm ſciant vſuras indebitas eſſe, illas exigendo furtum committunt *c. ſi quis vſuram. 14. quæſt. 4. l. quoniam. ff. de condict. furt. & l. 43. in princ ff. de furt.* vnde ex proprio delicto tenentur, quod puniri publicè etiam intereſt. Obſerua tamen quod dixi, ſi ſcienter extorſerint, nam certum eſt iuſtâ & probabili ignorantiâ ſe tueri poſſe. 69

Nunc quæro hic quod omiſeram an ſi quis nondum infamia fœnoris laborans condito teſtamento ex hac vita deceſſerit, & poſt eius mortem teſtibus, vel aliis modis detegatur fœnebrem pecuniam exercuiſſe, eius teſtamentum valeat. Sanè Panormit. *in conſ. 12.* reſpondit irritum eſſe, quia inquit manifeſtum erat delictum, quod poterat probari, quoſdam etiam referens pro hac ſententia, quam ſequi videtur Petr. Gregor. 70

d. lib. 3. cap. 14. num. 3. & num. 10. & ſequitur Cardin. Seraphin. *in deciſ. 393. num 4.* Card. Tuſch. *in d. concluſ. 343. num 2.* & Molfeſ. *d. cap. 23. num. 162.*

Contrarium ſentiunt Bald. *tot. conſ. 447. lib. 5.* vbi *in fin.* ait *inſpiciendum eſſe tempus mortis ex l. 2. ff. de regul.* Caton. Angel de Peruſ. *conſ. 10. num. 10.* Iaſ. *in conſ. 78. num. 9. & 15.* Anton. Gabriel. *d. conclu. 10. n. 10.* Vgol. *de vſur. cap. 24 §. 5. in fin.* Molin. *in d. diſp. 334. num. 10.* Reginald *loc. cit. num. 97. in fin* Salas *in d. dub. 47. num. 9.* & nouiſſimè Anſald. *de iuriſdict. par. 2. tit. 9. cap. 5. n. 96* . vnde videtur hæc communis ſententia, cui fauere videtur illa verba *Nullus manifeſtorum vſurariorum teſtamentis interſit.* quæ expendit Angel. *loc. cit* illámque multis argumentis probat Bald. *in d. conſ. 447. vbi num. 10.* ſic concludit, *Dico quod attentis probationibus, ſiue teſtium, ſiue inſtrumentorum, ſiue omnibus ſimul iunctis non eſt probatum, quod iſte fuerit in vita vſurarius manifeſtus, licet poſt mortem eius contra memoriam multa ſint probata, quæ tamen non ſufficiunt ad pronunciandum, quod ipſe in vita fuerit manifeſtus vſurarius.* Et addi poteſt quod in *l. 5. ff. quemad. teſtam. aperiant.* publicè intereſſe ſuprema hominum iudicia exitum habere, vt conſiderat Molin. *loc. cit.* & præſertim quia non ideo minus hæredes vſuras reſtituere, & defuncti animam exonerare tenentur, quòd ex teſtamento ſuccedant, imò multo magis, quia magis defuncto obligantur. Et recipi poteſt prima ſententia, ſi ex teſtibus & aliis probationibus licet poſt mortem factis conſtaret teſtatorem dum viueret, manifeſtum vſurarium fuiſſe, veluti ſi teſtibus probaretur illum dum viueret, palam & publicè fœneratitiam exercuiſſe. Et hanc puto fuiſſe Baldi ſententiam.

71 Septima pœna eſt *ex cap. 1. de vſur. in 6.* ne collegia, vniuerſitates, aut perſona aliqua ſingularis cuiuſcunque ſtatus & conditionis ſit, alienigenis, & aduenis, qui publicè fœnus exercent, vel exercere volunt, domos locent, vel alio titulo concedant, vt in illis hanc artem exerceant, vel conductas habere ſinant, aut habitare in eorum territis: ſed vt intra tres menſes eos expellant, in poſterum nunquam admiſſuri ſub pœnis *in d. cap. 1.* ſtatutis, interdicti ſcilicet ſuſpenſionis, vel excommunicationis, vt explicat Vgolin. *d. c. 25.* & nouiſſimè P. Theſaur. *d. verbo vſura. cap. 7.*

72 Et licèt hæc pœna ad iudicem Eccleſiaſticum pertineat, & inter pœnas primi generis referri debeat hinc tamen alia deſcendit, vt ſcilicet fœneratores eiiciantur vrbibus, vt monet Ripa *in lib de peſte. cap. 5 num. 247.* Luc de Penn. *in l. vlt. num 6. C. de ſpectat. & in l. deuotum num. 3. C. de metat.* vbi ait populum aduerſus fœneratores inſurgere poſſe, & illos ab vrbe expellere. Eiiciendos etiam ex vrbibus veluti perniciosum hominum genus tradit Iacob. de Aluar. *inter conſil. feudal. Bruni conſ. 59. in fin.* & poſt Scotum, & Baldum, Bonifac. *d. lib. de furt. §. 4. num. 37.* Beuuen. Strace. ad Crauet. *con. 6. num. 16.* Ioan. Benedict. *in ſumm. lib. 3. cap. 9 § 2.* & Maſtrill. *de magiſtrat. lib 3 cap. 4. num. 236.* qui non diſtingunt inter aduenas, & indigenas. Quod Catonem & Ageſilaum feciſſe diximus *quæſt. 2. in fin.* & ſanxiſſe Lucullum, cùm Aſiæ præeſſet, ſcribit Bonifac. *loc. cit.* poteſtque oſtendi *ex l. 13. ff. de off. præſid.* quæ ait congruere bono & graui iudici malis hominibus purgare prouinciam. Cæterùm, cur id ſingulariter aduerſus fœneratores exteræ gentis Gregorius X. conſtituerit varias rationes adfert gloſſ. *in d. cap. 1. verbo alienigenis.* vt etiam Suar. *loc. cit. num. 14.* quibus addi poteſt, quia alienigenæ congeſtis vndique fœnore nummis in patriam redire ſolent, & regionem, in qua fœnus exercuerunt, pecunia exhauſtam relinquere, quod publicè perniciosum eſt, vt conſiderat Petr. Gregor. *d. cap. 15. num. 1.* qua ratione permotus Philippus VI. Galliarum Rex campſores omnes, quos Lombardos vulgus vocabat, regno ſuo diſcedere iuſſit, vt refert Philibert. Bugnon. *de legib. abrog. lib. 2. cap. 3.* vbi illos Amelechitas vocat, id eſt, vt interpretatur, lugentes ſanguinem. Id ipſum refert, & valde ſuadet Ioann Benedict. *d. cap. 9. 4. 5.*

73 Octaua & vltima fœneratorum pœna eſt, quia in odium hominum incurrunt, vt notat Sigon. *loc. cit.* Balduin. *ad l. 5. XII. tab. num. 14.* Platin. *lib. 2. de Optimo ciu. circa med.* Hotoman. *de vſur. lib. 2. cap. 1.* Argentr. *art. 266. cap. 6. num. 10.* Bonifac. *in d. §. 4. num. 47.* & ante illos Ariſtot. *Politic. lib. 1. cap. 7.* vbi ait meritò odio haberi: & Plaut. *in moſtellar.* qui ſcribit nullum eſſe genus hominum tetrius & M. Tull. *lib. 1. de offic.* differens de artibus, & quæſtibus liberalibus, vel ſordidis, ita ait. *Improbantur ij quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum, fœneratorum.* Portitores ſunt ex Valla, qui portoria, ſeu vectigalia in portu exigunt, quorum temeritas, & audacia ſuſpecta eſt teſte Vlpiano *in l. quanta. ff de public.* & ex Liuio, & aliis aucturibus apud Petr. Erodium *rer. iudicat. lib. 7. tit. 16. cap. 4. & 7.* & ex M Tullio *ad. Q. fratrem.* vel qui ad vlteriorem ripam fluminis cymbâ traiiciunt, qui immites viatoribus eſſe ſolent, & ſemper aliquid plus exigere: tametſi referat Seneca *lib. 6. de benefic.* Platonem aliquando à quodam portitore gratis trans flumen traiectum fuiſſe, idque habuiſſe beneficij, & honoris loco. Cæterùm longè odioſior ſemper habita eſt cauſa fœneratorum, qui non tantum in odia hominum incurrunt, ſed etiam Dei, vt conſtat *Ezech. 18. & Pſalm. 14.* & aliis locis. Placet vero nunc ad finem properanti hic tantùm ſubiicere, quæ grauiter aduerſum fœneratorem ſcribit Petrarc. *lib. 1. de remed. vtriuſq fortunæ.* vbi iactantem benè fœnore collocaſſe pecuniam ſic reprimit † *An nulla artium erat cui ſtuderes; an erant multæ, ſed huic aptius erat ingenium? an quid res eſt, vt huic vni animum applicares, quo neſcio an aliud vſquam fœdius inuenire potueris, aut illius, aut tam miſeri* 74
prorſus & deiecti animi, tamque inertis indicium; tot vndique patent artes, tot viuendi viæ, peſſimam omnium elegiſti, quod quietior viſa eſt: ſedere ſcilicet, & numerare dies, ac velociſſimi finem menſis expectare: non intelligens, tibi quoque horas, dieſque, & menſes, & annos currere: & vt nexis tuis ſic & tibi terminum inſtare, ſicut inquam, illis vt tibi, ſic tibi ve naturæ debitum ſoluas. Extorques ergo à pauperibus, quo ignores dites, & futuri ſemper metuens iudicij, obſcena interim non dominus, ſed pauidus cuſtos rapinæ fame preſſus, & infamia. Mirarer in vrbibus politicis huic flagicio locum eſſe: niſi eſſet & reliquis. Itaque cùm paulo ante hoc tempus fœneratores vt leproſi à conſortio hominum ſegregati agerent, nec tantum ad eos nullus accederet niſi egenus: ſed etiam vt malè olentes, & contagioſi ab obuiis vitarentur: nunc iam non modo cum populo, ſed cum principibus conuerſantur, & matrimonia contrahunt, & dignitates adipiſcuntur. Tanta eſt vis auri: imo quidem quod pro monſtro audias, ipſi Principes fœnerantur, tam leuis animi famæque iactura: tam ſuauis vndequaque quæſitæ pecuniæ odor eſt. Hæc inter cætera contra fœneratores diſertiſſimus ſcriptorum ſuæ ætatis Petrarcha.

Hinc apud auctores noſtros meritò odioſa ſemper viſa eſt cauſa fœneratorum, & multa ſingularia odio eorum recepta ſunt, quorum quædam in præcedentibus adnotauimus. Nunc 75
ſubiicio tantùm quoſdam exiſtimare tanto odio fœneratores dignos eſſe, vt ſi fortè bonis ceſſerint, & deinde ad pinguiorem fortunam deuenerint, non habeant ex bonis poſtea acquiſitis beneficium deducto ne egeant, quod aliis debitoribus poſt ceſſionem conceſſum eſt iure ciuili, vt *l. qui bonis. ff. de ceſſ. bonor. & §. fin. de act. l. in condemnatione. de reg. iur* Weſembec. *ad tit de ceſſ. bon. in fin.* Coſta *de remed. ſubſidiar. cap. 27. num. 2.* Molin. *de contract. diſp. 372. num. 9.* Quamobrem hoc beneficium fœneratoribus negant gloſſ. *in c. cum tu. de vſur.* Angel. & Syluestr. apud Reginald. *d cap. 9. in fin.* Molfeſ. *loc. cit. n. 164.* & Petr. Gregor *cap. 15. num. 3.*

Sed alia & contraria ſententia hoc beneficium etiam fœneratoribus concedit, quam ſequitur Bero. *in c. cum tu. n. 30. de vſur.* Couart. *variar. reſol. lib. 2. cap. 1. num. 6.* Brun. *de ceſſ. bon. quæſt. 18. quæſt. 4. princ. num. 1. & 2.* Lup. *de vſur. comment. 4. num. 64.* Surd. *de alim. tit. 8 priuil. 28. num. 6.* Vgolin. *d. tract. de vſur. cap. 13. § 2 num. 5.* & ipſe Petr. Gregor. *d. lib. 3. cap. 6. num. 9.* vbi ita ſe tandem putare in mitiorem ſententiam inclinandum eſſe.

Et licèt quidam putent diſtinguendum eſſe inter forum iudiciarium, & forum conſcientiæ, & in hoc foro vſurario nihil relinquendum eſſe etiam ex his, quæ poſt ceſſionem acquiſiuit, donec totum reddiderit, non puto diſtinctionem hanc recipiendam eſſe, quia in foro conſcientiæ creditores aſperiores eſſe non debent, imò mitiores, & multis proſequitur Bero. *in d. c. cum tu. num. 35. verſ. & quamuis. & n. 36. & 37.* & Brun *loc. cit. num. 4.* Surd. *in d. priuil. 8. n. 2. & 6.* vbi ait improbitatem hominis non efficere, vt fame necari debeat & Vgolin *loc. cit* Hoc etiam docuit Didac. *in d. cap 1. num. 6.* & rurſus *in regul. Peccatum. in princ. num. 2. verſ. hinc etiam.*

Neque obſtat quod fœnerator ex delicto conueniatur
ſecundum

Digitized by Google

ſecundum noſtram ſententiam, quia quidquid ſit, ſi quæſtio eſſet de vera & propria pœna ob hoc crimen applicanda fiſco, hic agitur de refectione damni illati alteri ob illicitam vſurarum exactionem, quod eſt debitum ciuile, & pecuniarium, quo caſu licet admixtum habeat maleficium, & ex maleficio pendeat, locus eſt ceſſioni bonorum, vt ſentiunt iidem Beroius, & Brun. *loc. cit.* Cuch. *in tract. de morat. præſcript. n.* 8. Menoch. *d. caſ.* 447. *n.* 26. vbi refert ita Senatum Mediolanenſem cenſuiſſe Peguer. *dec.* 6. *n.* 8. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de ſolut. cap.* 27. *num.* 26. *in fin.* Præſes Theſaur. *in dec.* 182. *num.* 4. & Theſaur. filius *in addit. ad eand.* & Præſes Faber. *in not. def.* 4. *num.* 3. *C. qui bon. ceder. poſſ.* & nouiſſimè Carol. de Graſſ. *except.* 17. *num.* 33. vbi ait à diſtinctione Theſauri recedendum non eſſe. Quæ ſententia confirmari poteſt ex conſtitutione quadam Iuſtiniani quæ ex Baſilicis poſita eſt à Contio *in fin. d. tit. C. de cuſtod. reor.* quæ ait in pecuniariis condemnationibus reos poteſtatem habere cedendi bonis. Et licet Theſaur. filius *loc. cit.* reſpondeat attendendam non eſſe in iudicando, cum non ſit in antiquis codicibus, negari tamen non poteſt magnum ſaltem præberè argumentum huius ſententiæ. In quam procliuiores iudices eſſe oportere exiſtimo, vt facilius vſurarij ad reſtitutionem adigantur, & vt poſt ceſſionem honeſtis artibus contendant ad pinguiorem fortunam peruenire, & creditoribus omnibus ſatisfacere. Alioqui ſi ſciant nihil ſibi reliquum futurum, vnde ſe ſuóſque alere poſſint, veriſimile eſt illos deſidem potius vitam, quam diligentem electuros, quod ipſis creditoribus damnoſum eſſe videtur. Vt etiam poſſent nolle acquirere, quæ ſibi relicta ſunt, id enim iure ciuili regulariter licet *l. quod autem* 6. *ff. quæ in fraud. credit. l. non fraudantur. de reg. iur.*

76 Nunc ſupereſt, vt quæramus, an quemadmodum illicitum eſt dare fœnori, ita etiam illicitum ſit ſumere. Et illud certiſſimum eſt in accipientem mutuum ſub vſuris, & illas ſoluentem nullam pœnam eſſe legibus conſtitutam: neque hoc nomine adnotari, & inquiri poſſe. Quod fortaſſe factum eſt, quia ſatis fœnore puniuntur, vt etiam ij, qui cambio accipiunt, & verſuram faciunt, vt experientia docet. Deinde quia ſtulti non puniuntur: ſtultitiæ autem quoddam genus eſt cum cambiis & vſuris certare fructibus prædiorum, vt alio loco diximus ex M. Tullio *orat. quadam in Catilinam.* Denique quia vnicuique licitum eſt ſua prodigere *l.* 29. *§.* 11. *ff. de petit. hæredit. l. in re mandata, C. mand.* Addi etiam poteſt accipientem fœnori nullam iniuſtitiam committere aduerſus vſurarium, cùm potius ipſe iniuriam patiatur. In qua re puto Theologos conuenire.

77 Illud ſanè quæri ſolet, an ſaltem peccati reus ſit, qui mutuum accipit ſub vſuris, eaſque promittit ſoluere creditori, quod videtur, quoniam præſtet alteri occaſionem peccandi, quod eſt illicitum. Niſi enim eſſent qui pecuniam fœnore ſumerent, nullus eſſet, qui daret. Quæſtionem hanc abſoluit D. Thomas *d. quæſt.* 78. *art.* 4. ait enim *nullo modo licet inducere aliquem ad mutuandum ſub vſuris: licet tamen ab eo, qui hoc paratus eſt facere accipere ſub vſuris propter aliquod bonum, quod eſt ſubuentio ſuæ neceſſitatis, vel alterius. Sicut etiam licet ei, qui incidit in latrones manifeſtare bona quæ habet: quæ latrones peccant diripiendo, ad hoc quod non occidatur: exemplo decem virorum, qui dixerunt ad Iſmaël, noli occidere nos, quia theſauros habemus in agro, vt dicitur Hierem.* 41. Quibus verbis videtur vir Sanctus duas conſtituere concluſiones. Prima eſt illicitum eſſe inducere alium ad mutuandum ſub vſuris. Altera eſt licitum eſſe ab eo, qui paratus eſt mutuum dare ſub vſuris, illud petere, & accipere, dummodo vrgeat propria neceſſitas, vel alterius. His conſentit quidam *lib.* 2. *de vſur. cap.* 3. vbi poſtquam aſſeruit eius rei, cuius improba eſt ſtipulatio improbam quoque eſſe promiſſionem, ſubiicit hanc clauſulam. *Quamquam illud quoque adiiciendum eſſe arbitramur nobis non videri bonorum virorum conſcientias tam anguſtè atque his quaſi vinculis conſtrictas teneri oportere, vt ſi quis in magnam aliquam atque acerbam difficultatem incurrerit, neque vlla emergendi poteſtas aliunde appareat, &c. non potius neceſſitati pareat quam magno aliquo detrimento afficiatur. Hunc enim ab ea, quam diximus, culpa liberat neceſſitas, vt vius iniuſtitiæ committendæ nullam occaſionem attulerit. Quid enim ſi quis à prædonibus, aut piratis captus magnam eis pecuniæ vim promittat, vt ſe inde eximat ac tandem etiam perſoluat, eóne dicenda eſt turpis pecuniæ promiſſio, quia eius exactio turpitudine non vacat?* Ita Hotoman. *hoc loc.* quæ addere volui, quia valde conueniunt Doctrinæ D. Thomæ, & exemplo, quo vtitur *loc. cit.* Cætera à viris Theologis petenda ſunt, & præſertim ab Emin. P. de Lugo, qui hoc totum genus explicat *cit. d. ſp.* 25. *num.* 228. *& ſeqq.* & ego tantùm attingere volui, ne viderer non animaduertiſſe quæſtionem hanc ad tractatum vſurarum pertinere.

78 Denique videndum, eſt an iudices ſæculares inter laicos de vſuris cognoſcere, & in vſurarios animaduertere poſſint. Sed quicquid olim veteribus viſum ſit, qui hoc in genere quæſtionem facti à quæſtione iuris ſeparabant, nunc exploratum eſt id eis licere, vt de furtis, rapinis, & aliis damnis iniuria datis, aliiſque maleficiis cognoſcunt, quæ non minus iure diuino, & naturali ratione prohibita ſunt, vt docet Didac. Couarr. *in d. cap.* 3. *num.* 1. Ozaſc. *in dec.* 137. *num.* 12. Molin. *diſp.* 333. *n.* 1. Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 114. *& ſeq.* Hieronym. de Lauten. *d. dec.* 48. *num.* 5. Caball. *reſolut. crimin. caſ.* 188. *n.* 2. Peguer. *in d. dec.* 30. *num.* 20. *& ſeqq.* & alij ſanè plurimi apud Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *part.* 13. *num.* 46. & nouiſſimè Merend. *lib.* 15. *cap.* 17. *num.* 7. & hoc iure Senatus noſter vtitur, ſiue ſit quæſtio iuris, ſiue facti. Neque enim apud nos ambigitur, an vſuræ prohibitæ ſint, & illicitæ tum propter ſacros canones, quibus paremus, tum propter conſtitutionem Amedæi VIII. Optimi Principis, qua vſuræ, & vſurarij contractus omnino prohibentur. 79 † Hanc ſententiam ſecutus eſt etiam Cardin. de Lug. *loc. cit. n.* 250. qui tamen hanc cautionem, & diſtinctionem adhibet, *vbi leges ciuiles vſuras non prohibent, eiuſmodi quæſtionem pertinere ad ſolum iudicem Eccleſiaſticum, cum ſolis legibus Eccleſiaſticis prohibeatur, nec poſſit iudex punire id quod leges ſui fori non puniunt, cum teneatur iuxta leges iudicare. Vbi autē leges ciuiles vſuras prohibēt, & puniunt, poſſe iudicem laicū de hoc crimine cognoſcere in vtraque quæſtione facti, & iuris ſicut de aliis criminibus furti, homicidij, &c. cognoſcit. niſi cōſuetudine cōtraria prohibeatur.* Quæ tamen viri Eminētiſſimi diſtinctio mihi omnino non probatur, quia etiam vbi nulla ciuili lege vſuræ prohibitæ ſunt, iudices de vſuris ius dicere, & vſurarios pœnis, quæ ad ſuum forū & iuriſdictionem pertinent, coërcere poſſe ſentio, ſufficit enim illas iure naturali prohibitas eſſe, vt furta *l.* 1. *in fin. ff. de furt.* atque etiam quia hac in re iudices ſunt executores Canonum, & Conciliorum, quæ vſuras veluti improbas damnant, & quibus iudices hac in re obtemperare tenentur. Et tantùm vera eſſe poteſt illius diſtinctio, ſi alicubi ius ciuile vſuras tanquam licitas exercere impune permitteret. Verùm cùm hoc ius nunc abrogatum ſit, & leges ciuiles, quibus olim fœnus exercere licuit, nunc irritæ ſint, non tenentur iudices ſecundum eas iudicare, ſed ſequi canones, & decreta Pontificum, quibus vſura omnis interdicta eſt: & proinde etſi nulla ciuilis lex eſſet, quæ vſuras damnaret, & fœneratores puniendos eſſe decerneret, poſſet iudex ſæcularis de vſuris, & contractibus vſurariis cognoſcere, eóſque corrigere, vt reliquos iniuſtos contractus corrigere, & reſcindere ei licet, & fœneratores extra ordinem coërcere. Nam cùm leges ciuiles permittētes vſuram nullæ ſint, vt dixi, non poſſunt impedimento eſſe, quo minus iudex ſæcularis contractus vſurarios reiiciat, & reos huius criminis pœna aliqua iuxta facti qualitatem punire poſſit, vt *arg. c. non præſtat, de reg. iur. lib.* 6. docuit Abbas *in cap. cùm ſit, num.* 17. *&* 18. *de for. compet.* & Natta *in conſ.* 369. *num.* 8. fateor quidem eſſe quaſdam huius criminis pœnas, quæ ad ſolum Eccleſiaſticum tribunal pertinent. Sanè ad noſtram de re vſuraria iuriſdictionem aſſerendam nos hæc ſolicitè indagare haud cogimur *ob d. conſtitutionem Amedei VIII.* quæ vſuras omnes, & contractus vſurarios omnino prohibuit. Neque contraria vlla conſuetudine, vel præſcriptione nobis prohibitum eſt de vſuris, & vſurariis ius dicere. 80 † Vt vero optimi Principis pietas & religio multo magis eluceſcat, ipſam conſtitutionem integram ſubiiciam *ex lib.* 3. *decretor. eiuſdem Ducis cap.* 34. & præſertim quia etiam aliquas fœneratorum pœnas refert, de quibus hoc capite dictum eſt. *Rem duram, inquit, & inhumanam, charitatique contrariam vſurarum rabiem atque voraginem in noſtra republica impiſſimam proſpeximus ſaluberrimo ſanare huius ſtatuti remedio. Nouimus enim famā publicā manifeſtante quod nonnulli noſtra ditioni ſubiecti, cupiditate miſerrimis eorum animis excreſcente ſic fuerunt, & ſunt auaritiæ omnium malorum radicis vinculis aſtricti, vt nec diuini humaníque iuris obedientia, præceptorum, & pœnarum*

diuinarum humanarúmque conſtitutionum terrore, aut fulgurantis haſtæ, & mucronis vibrati excommunicationis metu, vel diuinæ vltionis, & extremi iudicij formidine aut priuationis Eccleſiaſticæ ſepulturæ horrore ab vſuraria prauitate diſcedunt ſed velut diuinorum, & humanorum præceptorum contemptores, & in illa infeliciſſima vſurarum tyrannide perſeuerantes nouas ſemper ad damnatiſſimam vſurarum ſeueritatem celandam, & modis multifariis diſſimulandam deproperant edere formas variis, exquiſitiſque coloribus, ſimulatis, & velatis contractibus exquiſitis. Hoc igitur edicto perpetuo ſalutari vtriuſque iuris diuini, & humani imitatores, & executores vniuerſis, & ſingulis ſubditis noſtris, cuiuſcumque gradus & ſtatus Chriſtianis & Iudæis præſentibus, & futuris prohibemus & interdicimus deinceps exercere quoquo modo omne fœnus, omnémque ſpeciem vſuræ publicæ, vel occultæ, directè vel indirectè, nec non inire cum aliquo contractum aliquem vſurarium, nudum, aut quouis modo ſimulatum, fictitium & ſub aliqua alia forma conceptum ſeu quoduis pactum, vel conuentionem, ex qua poſſit deprehendi vſuram eſſe contractam, hoc eodem edicto caſſantes, irritantes, & penitus abolentes omnia & ſingula priuilegia, indulta, omnéſque libertates, ſi quæ generaliter vel ſpecialiter in contrarium huius edicti noſtri reperientur conceſſa quibuſcunque perſonis, aut vniuerſitatibus ſub quacunque verborum formula, vel expreſſione: decernentes huiuſmodi priuilegia, indulta, & libertates impetratoribus earum non prodeſſe velut ſubreptitia, & contra ius diuinum, & humanum emanatas. Ita magnus & pius Princeps, qui *lib. 1. cap. 15.* omnem fœnerandi licentiam Iudæis ſub pœna relegationis ademerat: nulla tamen pœna in hoc generali edicto aduerſus fœneratores conſtituta eſt, vt obſeruat ad hoc edictum meritiſſimus Senator Sola *in princ.* ſubiiciens tamen *num. 3.* illos veluti huius edicti tranſgreſſos à iudicibus ſæcularibus puniri poſſe. Porro hic ille Amedeus eſt, qui deinde ex heremo Ripalliæ, in quam ſeceſſerat, inuitus euocatus, ad eandem non inuitus rediit, & Nicolaum Pontificem agnouit tanta totius Chriſtiani orbis lætitia, vt omnes hunc verſum in ore haberent.

Lux fulſit mundo, ceſſit Felix Nicolao.

vt refert Abbas Boter. *in illius vita*, Theſaur. *in proœm. dec. n. 20* vbi illum Heroëm vocat, & ex Pingonio Senator Sola *in proœm. Decretor. Sabaud.*

Sed iam tempus eſt, vt huic operi finem imponam. Quare 81
humi procumbens Deo, & ſuperis, vtcunque poſſum, gratias ago: Deo quidem, qui ſapientiam præſtat paruulis: ſuperis verò, quos apud Deum patronos, & tutelares habui, & ſine quorum ſuffragiis hæc ad finem, vt quidem me credere iuſtum eſt, perducere non potuiſſem. Et tantùm adiicio, ſi quid fortè excidit, quod ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſanctionibus, & decretis repugnet, id me dictum, vel ſcriptum nolle eiuſque cenſuræ me ſubiicere quicquid hic aut vſpiam à me ſcriptum eſt, vel ſcribetur, tametſi nihil mediter amplius iam ſenex & ærumnis preſſus, expertúſque veriſſimum eſſe illud Martialis *librum ſcribere difficile eſt*: & addo rei familiari, & valetudini valde incommodum. Sed ſi in iure ciuili lapſus ſum, ſi minus legum ſenſum, & auctorum ſententias percepi, ſi denique interdum ab aliorum opinionibus audacius diſceſſiſſe videar: non valde, neque pertinaciter mea defendere conabor. Sciant omnes me non minùs libenter diſcere, quam dediſcere. Finio igitur hæc Senecæ verba vſurpans. *Non eſt leuitas à cognito, & damnato errore diſcedere: & ingenue fatendum eſt aliud putaui, deceptus ſum. Hoc verò peruerſæ ſtultitiæ perſeuerantia eſt, quod ſemel dixi, qualecunque eſt fixum ratúmque ſit. Non eſt turpe cum re mutare conſilium.*

INDEX

INDEX

Rerum, & Sententiarum, & Legum in hoc opere explicatarum.

A B

ABSOLVTIO iuriſiurandi non eſt neceſſaria cùm contractus omnino ſimulatus eſt. quæſt.7 n.40.pag.33

A C

Acceptilatio ſpecies ſolutionis. q.26.n.8.p.131
Acceptilatio omnem tollit obligationem. q 26.n.29.p.133
Acceptilatione non perficitur cambium, ſed ab eo receditur. q.26.n.54.p.139.
Acceſſio acceſſionis non datur. q.1.n.4.p.2.& q.86.n.7. p.483
Acceſſio reſpectu vnius, poteſt eſſe ſors reſpectu alterius. q 89.n.28.p.499
Accipiens fœnore non punitur. q.100.n.76.& an peccet. ibid. n.77.p.601.602
Acquiſitionis. ſpecies ab obligatione liberari q.16.n.5. p.68
Actiones bonæ fidei, & ſtricti iuris differunt quoad vſuras. q.1. n.8.p.2.
in Actione depoſiti ex iure ciuili veniunt vſuræ ex mora, vel ex pacto.q.8.n.15. p.36
Gaſparis Roderici doctrina ex Molinæo hauſta reiicitur. ibid.n.16.
in Actione depoſiti poſt moram venit id quod intereſt.ibi.n.17
Actio pignoratitia datur debitori, cùm ex fructibus pignoris debitum ſolutum eſt. q.13.n.1. p.55
Actio præſcriptis verbis inuenta ad tollendas controuerſias de nomine actionis.q.16.n.7. p.68
Actionibus in arbitrariis habetur ratio eius quod intereſt. q.25.n.53.p.126.
Actio de dote ex parte mariti eſt ſtricti iuris q.18.n.6. p.56
Actio rerum amotarum damna continet, & id quod intereſt. q 30.n.2.p.169.
in Actione pro ſocio hodie non veniunt vſuræ q.77.n.11.p.131
Actio nulla competit ex ſocietate aduerſus conſtitutionem Sixti V. factam. q.78.n.11.p.131
in Actione depoſiti veniunt vſuræ ex iure ciuili q.32.n.1.p.184
Quod nunc abrogatum eſt. ibi.n.2
Actio negotiorum datur, tametſi effectum non habeat. q.187. n.32.p.26
Actionum bonæ fidei natura eſt, vt ex eis conſequamur quod intereſt. q.89.n.11.p 133
Actio ex pacto non naſcitur. q.103.n.5.p.203
in Actionibus omnibus hodie venit id quod intereſt, quomodocumque mora facta ſit. q.37.n.24.p.405
Actiones titulo donationis transferri poſſunt q.39.n.28.p.212
Actione pro parte vendita, pro parte donata, id quod donatum eſt, cedit lucro debitoris. ibid.n.31
Actione minori pretio venditá neq; cedens, neque ceſſionarius pro reſiduo agere poteſt q.39.n.32.ibid.
Actiones diſtinguuntur à rebus, ad quas competunt. q 47.n.17 p.260
Actiones ad res immobilies non ſunt fructiferæ. ibid.n.18
Actio perſonalis in cenſu quatenus duret.q.48.n.39. p.267
Actionibus in factum præſcriptis verbis locus non eſt, quoties negotium ad contractus nominatos pertinet.q.49.n.32. p.272.
In Actionibus in rem, in litem iuratur.q.77.n.10. p 433
Et in Actione ex teſtamento, quando ad rē agitur. ibid.n.11.
in Actionibus ad exhibendum, in litem iuratur.q 77.n.12. ibid.
Actio ad exhibendum propter vendicationes. ibid.
in Actionibus bonæ fidei quando iuramentum affectionis deferatur.q.77.n.13. p.434
in Actionibus contrariis non iuratur in litem. ibid.
in Actionibus perſonalibus, quando iuramentum affectionis præſtari poteſt.q.77.n.14. ibid.
in Actionibus bonæ fidei pro nummis iuratur in litem, de eo quod intereſt, concurrente dolo debitoris q.77.n.45. p.437
in Actionibus bonæ fidei iuratur in litem pro intereſſe damni emergentis ob pecuniam non redditam, vel ſolutam. q 77. n.46. ibid.
Vt etiam iurari poteſt pro intereſſe lucri ceſſantis.ibid.n.47 ibid.
in Actionibus contrariis non iuratur in litem.num.48. ibid.
in Actione vendoti, & locati, in quibus agitur ad pretium, & ad penſionem, ob moram, non iuratur in litem. q.77.n.53 ibid.
Actio qua petitur id quod certo loco ſolui debet, eſt arbitraria. ibid.n.56.p.438
Actio inanis eſt, quam debitoris excludit inopia. q 84.n.36 p.476.
Actio ſemel extincta non reuiuiſcit.q.84.n 45. p.84
Actio redhibitoria venditionem in totum reſcindit. q.86.n.24 p.484.
Actio qua vſuræ repetuntur, in hæredes tranſit.q.94.n.7.p.543
Actiones, quæ rem, & pœnam perſequuntur, non dantur in hæredem, niſi in id, quod ad eum ex facto peruenit. q.94. n.19. p.544
Actiones ex delicto, licet rem perſequantur, non dantur in hæredem, niſi in id, quod ad eum peruenit.q.94.n.20. ibid.
Actio fœnoris ex delicto deſcendit.q.94.n.29. 545
Actio qua reuocatur, quæ in fraudem creditorum geſta ſunt, eſt ſubſidiaria.q.97.n.15. p.572
Actore non probante id quod intereſt, reus abſoluitur. q.78 n.21. p.441
Actus ab initio validus non poteſt ex ſuperueniente aliquo caſu infirmari.q.62.n.34. p.350

A D

Addictio pignoris, venditio quædam.q.40.n.40.p.283. p.221. & n.48.ibid.
Addictio pignorum ſuſtinetur tantùm pro portione debiti. ibi. n.54. p.222
Addictione publica transfertur dominium.q.40 n.66. p.223
Adigere debitorem, vt aliquid præſtet etiam iuſto pretio, vſura eſt.q.16.n.23.p.69.& n.23. p.71
Adiectio loci vel temporis inducit arbitrariam, in qua venit, id quod intereſt q.75.n.6. p.421
Adiectio temporis facit, vt in ſtipulationibus veniat id, quod intereſt quamuis id expreſſum non ſit.q.83.n.18. p.269
Adminiſtratores ex officio publico non tenentur ad vſuras, niſi eorum fraus arguatur.q 22.n.26. p.101
Vel niſi ex proprio contractu conueniantur.ib.n 27. p.101
Adminiſtrator, qui perperam rem alienat, etiam fructus refundere tenetur.q 35 n.21. p.196
Adminiſtratores ciuitatum, qui pecuniam publicam in ſuos vſus conuertunt, ipſo iure in mora conſtituuntur.q.82.n.29 p.464.
Et tenentur ad id, quod intereſt. ibid.

Adminiſtratores ciuitatum ad vſurarum exactarum vſuras non tenentur.q 87.n.6. p.486
Adnotationes non poſſunt ſupplere materiam veri cambij.q.26 n.55. p.139
Aduocati, & Cauſidici, qui fœneratorum cauſas agunt, reſtituere tenentur.q 94.n.45. p.547
Aduocati non minùs Reipublicæ vtiles, quàm milites. ibid. n.46. ibid.
Aduocati, notarij, & alij qui fœnerationibus opem præſtant in ſubſidium tenentur.q 94.n 68. p.551
Vgolinus excipit tutores, & curatores quod quatenus verum ſit.ibid.n.69. ibid.

Æ

Ædes ligneæ immobiles q.45.n.7. p.251
Ædificia ſunt res ſoli.q.45.n 4. p.251
Ægyptij ante ius Romanum conſtituerunt ne vſuræ duplum excederent.q.2.n.18. p.8
Æqualitas in omnibus contractibus ſeruanda.q.17 n.1. p.75
Æqualitas in cenſu inter pretium, & ius reditus perſpicienda, non inter pretium, & penſiones.q.43. in app.n.17. p.244
Æqualitas vt conſtituatur expendi debent omnia, quæ contractum attingunt q.42.n 46. p.251
Æquitas in cauſis vſurariis ſtricti iuris regulis eſt præferenda. q.99.n.18. p.586
Æquitas l.curabit præualet fictioni breuis manus. q.41.n.28. p.219.
Æquitas l. curabit habet locum etiam in rebus mobilibus fructiferis.q.47.n.14. p.260
Æquitas nulla lege definiri poteſt.q.82.n.1. p.462
Æquum eſt creditorem recuperare quod dedit, iniquum plus exigere.q.6.n.2. p.26
Æquum eſt quemque eo iure vti quod in alium conſtituit. q.12.n.2. p.100
Æquum eſt liberam eſſe vnicuique rerum ſuarum alienationem q.65.n.2. p.363
Æquum eſt eum, qui percipit fructus rei emptæ penſionem ſoluere,q 89.n.10. p.497
Æs alienum ventus horribilis, & peſtilens.q.12.n.12. p.53
Æſtimationis verbum proprium eius quod intereſt.q.1.n.21.p4
Æſtimatio nummorum certa eſt .q.6.n 8. p.26
Æſtimatio fructuum attendenda eſt, quæ fuit tempore quo conſumpti ſunt.q.11 n.40. p.52
Niſi fraus creditoris intercedat. ibid.
in Æſtimatione onerum matrimonij ratio habenda eſt, quæ ſumptibus,& pecunia expediuntur.q 28.n.66. p.164
Æſtimatio facit emptionem.q.31.n.18. p.178
Æſtimatio intereſſe certi,ab initio cur prohibita.q 72.n.9.p.406
in Æſtimando eo quod intereſt, res ad mediocrem ſummam deduci debet.q.72.n.47. p.409
in Æſtimando damno emergenti, cauendum eſt. ne plus creditor conſequatur quàm eius intereſt.q.75.num.6. p 422
in Æſtimando id, quod intereſt plurimùm poteſt. iudicis arbitrium.q.78.n.22. p.441
Accoramboni Rotæ Romanæ Præſidis votum de decernẽdo aliquo honeſto lucro ei, qui diligentiam adhibuit in repetendo debito.q.78.num.25. p.441
in Æſtimatione eius quod intereſt res in infinitum perduci non debet.q.86.n.27. p.485
Æſtimatio eius quod intereſt ad iudicem pertinet.q. 79 n.15 p.444
Æſtimatio in condictione furtiua fit, quo res plurimi fuit q 95.n.8. p.555
Æſtimatio frumenti randiu creſcit, durare præſumitur.q 90 n.45. p.516

A G

Agens id quod intereſt, id probare debet.q.74.num.1. p.413
Agens ad lucrum ceſſans probare cogitur illud fuiſſe certum ex Menochio.q.74.n.31. p.416
Et ex ſententia Rotæ.ibid.n.32. ibid.
Et huius ſententiæ argumenta.ibid.n.33. ibid
Agens ad id quod intereſt ratione damni, damnum probare debet q.75.n.8. p.421
Agens aduerſus tertium pro repetitione vſurarum vti debet edicto de his,quæ in fraudem.q.97.n.11. p.571
Agens ex delicto,quod per conſilium perpetratum eſt,adhibetur diſtinctio, an is, qui fecit, facturus erat, vel non q 94 n.95. p.550
Ager dari poteſt colono, vt ex fructibus onera ſoluat.q.16 n.10. p.69
Agris deſertis, & domibus ruinoſis, quæ habitari non poſſunt, cenſus iniri non poteſt.q.50.n.32. p.277
Agricolæ vrbibus neceſſarij.q.2.n.7. p.7
Agricolæ, & mercatores coguntur ſæpe pecuniam ſub vſuris accipere.q 1.n.10. p.7

A L

Alea venditio valet, licèt nihil incidat.q.72.n.33. p 408
in *Alienando* bona minorum iuſta cauſa abſque decreto non ſufficit.q.56.n.24. d.252
Alienatione prohibita, non ſemper prohibita eſt pignoratio. q.52.n.13. p.286
Alienandi nuda prohibitio ab hærede negligi poteſt.q.54 n.54. p.295
Aliena res vendi poteſt.q 55.n.1. p.298
Alienæ rei pignus non conſiſtit.ibid.n.7. ibid.
Alienæ rei venditio, illicita.q.55.n.9. p.299
Aliena res in cenſum dari poteſt, vt commodari,& vendi.q.55 n.15. p.300
Aliena res conſentiente domino cenſui ſubiugari poteſt.ibid. n.20. ibid
Alienationibus rerum validè adiicitur pactum, vt nulli alij quàm mihi vendas.q.65.n.3. p.363
Vt etiam in cenſibus reſeruatiuis, & emphyteuſi.q.65 n.4.& 9.ibid. p.364
Aliena res pignori dari non poteſt.q.95.num.48. p.559
Alimenta annua, & veſtiarium annuum poſſunt in futurum peti.q.21.n.35. p.98
Alimenta cùm repetuntur actione negotiorum geſtorum æſtimantur pro modo ſumptuum, quos pater domi feciſſet in alenda filia.q.91.52. p.528
Alimenta præſtita vxori non cenſentur remiſſa, niſi ex coniecturis.q.91.n.55. p.529
Quæ in arbitrio iudicis poſitæ ſunt.ibid.n.54. ibid
Alimentorum remiſſionem, quæ coniecturæ excludant.q.91 n.55. ibid.
Aliud credere, aliud deponere.q.7.n.15. p.31
Aliud pro inuito creditore non ſoluitur.q.24.num.4. p.115
Aloyſij Iuglaris Nicienſis elogia de paſſione Chriſti.q 49 n.45. p.273
Alphius celebris Antiquus fœnerator.q. 100.n.3. p.590
Eius dictum notabile.ibid.& q.23.n.39. p.109.& q.81 n.58. p.461
Alphonſi Regis ſententia in materia l.curabit.q.41.n.43. p.231
Eius argumẽta aduerſus Iuriſperitorum ſententiam quæ defenditur per totum ibid.n.44. ibid.
Alter alteri ſtipulari non poteſt, niſi eius intereſt.q.90.n.29 p.514

A M

Amedei Ducis Sabaudiæ conſtitutio vſuras prohibens.q.100 n.80. p. 578

A N

Anachoretæ magni Imperatoris milites.q.45.n.40. p.254
Anatociſmus omnino à Iuſtiniano prohibitus.q 5.num. 10.p.25
Anatociſmus à Carolo Emanuele Sabaudiæ Duce,ſua conſtitutione permiſſus.ibid.n.12. ibid
Anatociſmus legibus antiquis permiſſus.q.21.n.4. p.94
Animalia æſtimata dans ea lege, vt recipiens pretium reſtituat cum lucro. vſuram facit.q.31.n.7. p.178

Animalia

Index Rerum.

Animalia ſi æſtimata dentur, & æſtimatio reddenda ſit, emptio & venditio facta intelligitur.q.31.n.8 ibid.
Annua legata licita ſunt.q.18.n.3. p.81
Annuus reditus, donatione creari poteſt.q.18.n.4. ibid.
Annui reditus, etiam pro futuro tempore in iudicium deduci poſſunt.q.21.n.34. p.98
Annua penſio teſtamento relinqui poteſt.q.49.n.4. p.269
Annui reditus an induciis generalibus comprehendantur q.85.n.12. p.470
Auctoris diſtinctio. ibid.n.13
Annui reditus pecunia conſtituti edictis moratoriis non continentur. ibid.n.14
Niſi conſuetudine vel lege præſcriptum ſit. ibid.n.15
Annui reditus pendente dilatione reſcripti vel edicti non deſinunt currere.q 85.n.30. p.481
Quamuis eorum exactio differatur. ibid.
Annui reditus moderationi Iuſtiniani non ſubiiciuntur q.90.n.58. p.518
Antichreſis cum agricolis & colonis iure ciuili prohibita q.10.n.8. p.45
Antichreſis olim licita.q.11.n.4.p.48. & q.13.n.3. p.55
Antichreſis cum agricolis & colonis prohibita.q.11.n 5. p.48
Antichreſis cur olim cùm agrigolis prohibita. ibid.n.6.p.48
Antichreſis iure Pontificio improbata. ibid.n.7
Antichreſim non eſſe vſurariam, ex ſententia Antonij Fabri q.11.n.8. ibid.
Quæ refellitur, num.10. & ſeqq. ibid.n.9
Antichreſis modum legitimum vſurarum ſeruat cùm pignus à creditore locatum eſt.q 11.n.14. p.49
in Antichreſi locatio & conductio quædam contrahitur ibid. num.15.
Antichreſis improbandæ, maior ratio, quàm fœnoris q.11.n.19. ibid
Antichreſis expreſſa, non ſeruabat legitimum modum vſurarum. ibid.n.21
Antichreſis cùm contrahitur nullæ certæ vſuræ in ſtipulationem deducuntur.q.11.n.22. p.50
Præſidis Fabri defin.6. de pact. pignor. reprobatur. ibid.n.23
Antichreſi domus facta, creditor tenetur deducere, quanti domum conduxiſſet.q 11.n.24. ibid.
Antichreſi facta alicuius agri, creditor imputat fructus, quos percepit deductis ſumptibus.ibid num.32. p.51
Antichreſis rei feudalis inter dominum, & vaſallum non eſt prohibita.q.14.n.2. p.59
Antichreſis perpetua in contractu cenſus illicita. q.15.n.26. p.66
Vldarici Zaſij ſententia. ibid n.27
Auctores circa hunc contractum conſilium, & ſententia. ibid.n.28
Antichreſis temporaria eſt illicita aduerſus Molinæum, & alios.ibid.n.31. p.67
Eiuſdem Zaſij de Antichreſi ſententia reiecta.q.15.n.33. ibid
Andreæ Gail. de Antichreſi ſententia, refellitur. ibid.num.34
Antichreſis quibuſdam caſibus licita. ibid.
Antichreſis illicita,tamen ſi in ea conductio quædam contrahatur.q.16.n.32. p 72
Antichreſis licita etiam iure canonico, ſi dotis promiſſæ cauſa pignus datum ſit.q.28.n.39. p.160
q.98.n.5. p.575
Siue expreſsè, ſiue tacitè, id actum ſit.ibid.n.40. p.160
Antichreſis prohibendæ ratio.q.70.n.60. p.397
Antichreſis omnis ſiue expreſſa, ſiue tacita, nunc eſt prohibita.q.80.n.6. p.450
Sigiſmundi Scacciæ ſententia. ibid.num.7
Antichreſis,nunc teſtamento inſtitui non poteſt.q.97.29. p.573
Antichreſis ex liberalitate debitoris licita.q.98.n.33. p.578
Antipatri, & Diogenis Babilonij celebris controuerſia q.24.n.41. p.119
Diogenis ſententia à Theologis probatur. ibid
Antoninus Pius, vſuras trientes exercuit.q.22.n.21. p.101
& *Alexander Seuerus*. ibid.
Antonij Heringij doctrina quædam in libro de fideiuſſoribus reiicitur.q.33.n.18. 190
Antonij Fabri improbabilis coniectura ad l. nummis. de in lit. iurand.q.36.n.14. 200
Antonij Fabri definitio expenditur & declaratur. q.39.n.30. 212
Antonij Fabri definitio 22.C.mandat reiicitur.ibid.n.36. 213
Antonij Fabri obiectio, quod dicant pactum legis commiſſoriæ contra pragmaticos quæſt.69.n.4. p.385
Eiuſdem ſententia de formula huius conuentionis aduerſus pragmaticos.q.69.n.5. ibid.
Antoninus, Traianus, Seuerus, & alij Imperatores à veteribus Iuriſconſultis diui appellantur, & diuæ memoriæ Principes.q.43.n.44. p.241
D. Antonius Barellus aduocatus fiſci.q.58.num.47. p.323

A P

Appellationes fruſtratoriæ admitti non debent.q.100.n.45.p.598
Appellatio reis grauiſſimorum criminum non denegatur ibid.46. p.599
Appellare licet addictis ſupplicio. ibid.

A R

Aratores, & piſcatores, ſi in gratiam alterius operari deſinant, poſſunt paciſci de eo quod intereſt. q.74.n.38.p.417
Illud quoque petere, ſi à ſuis operis impediantur. ibid.
Arbitrium iudicis non leue eſt, in delatione iuramenti, ad probandum id, quod intereſt. q.76.n.36.p.431
in Arbitrio iudicis poſitum eſt deferre iuſiurandum in litem, vel non. q.77.n.38.p.436
Arbitrium iudicis plurimùm poteſt, in remiſſione moræ. q.81.n.25.p.457.
Arbores infructuoſæ, fructiferæ propter amœnitatem q.50.n.27.p.276.
Argentariorum veterum maior fides quam ſit nunc eorum, qui cambia exercent. q.24.n.49.p.120
Argentarij olim pecunias alienas fœnori dabant. q.25.n.65 p.127.
Argentarij olim edere tenebantur etiam actoris aduerſus ipſos.q.93.n.10. p.535
Argentariis indultum eſt, vt ex pacto illis vſuræ debeantur. q.96.n.25.p.566.
Argentarij tacitam habent hypothecam contra res debitorum, ex edicto quodam Iuſtiniani. q.97.n.9.p.571
Argentarij veteres publici fœneratores. q.100 n.5.p.590
Argumentum ab vſuris, ad id, quod intereſt recipitur q.72.n.27.& 30.p.407.408.
Argumentum à pacto, ad ſtatutum recipitur. q.79.n.29.p.445
Argumenta eorum, qui putant ex diei lapſu moram non fieri q.81.n.28.p.458.
Quæ refelluntur ex Cuiacio. ibid.n.29. & 30
Argumentum ab vſuris, ad id quod intereſt valet.q.86.n.12 p.483.
Arreſtum Curiæ Tholoſanæ de reſcindenda emptione lanarum, ab his qui non habent.q.24.n.47. p.120
Arrha venditionis argumentum, non fœnoris.24.n.31. p.118
Thaletis Mileſij factum. ibid.num.32

A S

Aſia, Athenæ, Roma à fœneratoribus vexatæ.q.2.n.14. p.8
Aſſecurationis contractus licitus.q.23.n.42. p.110
Aſſecuratio capitalis, & lucri in ſocietate, an nunc ſit prohibita.q.31.n.12. 178
Et Binſfeldij hac de re ſententia. ibid
Aſſecuratio capitalis, & lucri etiam nunc licita.q.31.n.13. 179
Aſſertionibus partium in materia ſuſpecta non creditur. q.39.n.26. p.212
Aſſertionibus partium, etiam iuramento interueniente, in materia ſuſpecta non ſtatur.q.72.n.10 p.406
Aſſertionibus partium etiam circa intereſſe, & cambia, ſtandum

dum non eſt.q.74.n.4. d.413
In quo tamen plurimum dominatur iudicis arbitrium. ibid.num.5
Aſſertio teſtatoris iurata non excludit vſuram, nec nocet hæredibus vſuras repetentibus.q.76.n 41. p.431
Aſſignatio certi fundi vim taxationis habet.q.49.n.9. p.269

A V

Auaritia, docuit fœnerare. quæſt.8.n.10. p.36
Auaritiæ proprium fraudem legi facere ibid.n.13. ibid.
Auaritia poteſt in omni credito vti fictione breuis manus q.24 n.12. p.116
Auaritia longas manus habet. ibid.
Auaritia interdum eos contractus polluit fœnore, qui ab initio ſine fœnore celebrati ſunt.q.32.n.6. p.185
Auaritia docuit etiam Philoſophos fœnerari.q.93.n.58. p 540
Auaritia Craſſi, & Hortenſij, & eorum turpitudo à Marco Tullio reprehenſa.q.94.n.36. p.546
Auaritia creditoris, qui legem commiſſoriam extorquet, non excuſatur tranſactione.q.70 n.79. p.399
Auaro & ſordido viro, iuramentum in litem deferri non debet q.76.n.11. p.429
Auctor legatione functus cum D. Flaminio Tonduto nobili Nicienſi.q.17.n.12. p.76
Auctor cauſam agit coram Sereniſſimo Duce Sabaudiæ q 13.n.43. p.110
Auctor Theologos magnifacit.e. p.74.
Auctores quidam, qui ſentiunt Bullam Pij V. non obligare in prouinciis, vbi publicata non fuit. quæſt.44.n.9. p.248
Auctoris gratiam actio Deo, & ſuperis, & proteſtatio q.100. in fin. p.560
Auctores, vel legendi, vel ab eorum citatione abſtinendum q.93.n.44. p.516
Auguſtus, & Tiberius pecuniam gratuitam ſub pignoribus crediderunt.q.22.n.23. p.101
Auguſtus quoſdam notauit, qui leuioribus vſuris pecuniam mutuati, ſub grauioribus collocauerant.q.22.n.46.q 104. & q 100.n.40. p.597
D. Auguſtinus merito conqueritur de legibus, quod vſuras approbarent.q 79 n.7. p.443
Auro creſcente, vel decreſcente augentur, vel minuuntur rerum pretia.q.17.n.17. p.77
Aurei valore diminuto, debitor plures reddere non tenetur, quam acceperit.q.17.n.17. p.78

B A

Baldi, & Saliceti traditio *in l. furti C. de furtis*. declaratur q 97.n.8. p.571
Baldi, & Aluari Valaſci locus, declaratur.q.41.n.13. p.228
Baldi regula, ad ſecernendum intereſſe, ab vſuris q.79.n.5 p.443.
Barboſa interpretatio *ad §. prætrea*.q.28.n.9. p.156
Quæ non placet auctori. ibid.n.10
Neque menti, & verbis conſtitutionis congruit ibid.
Bartoli Auctoritas inter Iuriſperitos, qualis Pythagoræ inter diſcipulos q.58.n.24. p.319
Bartholomeus Balduinus Aduocatus Fiſci vir magnæ eruditionis.q 53.n.15. p.289
Baſilicus aduerſus Zenonem rebellauit.q.77.n.63. p 459

B E

Belgij coniurati menſæ fœneratorum deteſtabiles.q.22.n.47 p.104.
Belli tempore, vel alterius publicæ neceſſitatis ſubditi cogi poſſunt mutuare pecuniam Principi, vel Reipublicæ q.74.n.10. p.414
Et hoc caſu moderatas vſuras capere licitum eſſe, ex quorundam ſententia. ibid.n 11
Quod alij, & Auctor non probant, niſi interſit. ibid.
Beneficia fœneratorum minus dare plus exigere.q.1.n.28. p.5
Beneficium *deducto ne egeat*, eſt perſonale, neque tranſit ad hæredes.q.71.n.26. p.405
Beneficia camporum non ſunt beneficia.q.75. in fin. p.417
Beneficium non eſt pecuniam ſub vſuris credere.q 98.n 21 576.
Bertrandi Argentrei ſententia quædam, de acquirendo rei dominio in ſolutum datæ pro debito, ex vſuris conflato q.40.n.17. p.218

B O

Bona in contractu cenſus vſurario, an maneant obligata pro reſtitutione ſortis.q.7.n.12. p.31
Bona ex contractu cenſus illiciti non manent obligata pro reſtitutione ſortis, cùm debitor ſimpliciter promiſit reditum ſoluere ſub obligatione bonorum.q.7.n.28. p.32
Bona confiſcata ſunt vſufructuarij, veluti fructus feudi. q 50.n.23 p.276
Bona nomina non appellando mala fiunt.q.100.n.3. q.590
Bona fideicommiſſi ab aſcendente relicti, poſſunt ex cauſa dotis alienari & obligari cenſibus.q.54.n.25. p.294
Quod accipiendum eſt in ſubſidium. ibidem num.26.
Et dummodo pretium in cauſam dotis conuertatur. q.54 n.27. ibid.
Bona fideicommiſſi ex cauſa dotis alienari non poſſunt, ſi ab extraneo,& collaterali relictum ſit.ibi.num.31. p.295
Bona fideicommiſſi liberè alienari poſſunt, & cenſibus onerari, cùm nullus ſupereſt, cui reſtitutio fieri debeat. q.54 n.33. ibid.
Niſi deinde ſupernaſcantur vocati ad fideicommiſſum.ibid.
Bona cenſui obnoxia viliora fiunt, ob ius retrahendi, quod competit domino cenſus,ſi bona alienentur.q.56.n.32.p.306
Bona æſtimata in dotem data poſſunt in ſubſidium à muliere vendicari q.79.n.55. p.448
Bona ſtabilia dotalia ſoluto matrimonio, ſtatim mulieri reſtitui debent cum fructibus. ibid.num.56.
Bona fides non patitur, vt bis idem ab eodem exigatur.q.95 n.66. p.561
Bona fœneratoris non ſunt tacitè obligata pro reſtitutione vſurarum.q.97.n.1. p.570
Bona ex vſuris quæſita, an ſint pro earum reſtitutione pignori obligata.q.97.n.1. ibid.
* Cardin.Mantic.ſententia.ibid.
Bona vſurarij an in ſubſidium reuocari poſſint, vt ex his vſuræ reddantur.q.97.n.10. p.571
Alexandri Trentacinq.hac de re reſolut. ibid.
Bonæ fidei contrarium,idem bis exigere.q.13.n.30. p.57
Bonæ fidei non congruit vſuras admittere.q.35.n.2. p.195
Bonæ fidei hæreditatis poſſeſſor id tantùm reſtituit, in quo locupletior factus eſt.quæſt.35.num.17. p.196
Bonæ fidei hæreditatis poſſeſſor, pecuniæ redactæ ex pretio rerum venditarum non præſtat vſuras.ibid.n.18.
Quas tamen ſoluit poſſeſſor malæ fidei. ibid.
Bonæ fidei in iudiciis, poſt moram veniunt vſuræ iure ciuili. q.37.n.2 p.202
Bonæ fidei in contractibus,alter alteri quod bonum,& æquum eſt præſtare debet.ibid.n.3.
Bonæ fidei in contractibus vſuræ debentur ex pacto.q.37 n.4. p.203
Bonæ fidei in contractibus hodie nec ex mora, neque ex conuentione, vſuræ debentur. ibidem num.6.
Bonæ fidei in contractibus vſuræ vicem fructuum obtinent.q 37.n.18. p.204
Harmenopuli hac de re locus, & eius auctoritas.ibid.n.19
Bonæ fidei in actionibus interdum venit id, quod intereſt etiam nullâ interueniente morâ.q.74.n.23. p.415
Bonæ fidei non congruit, vt quis de alieno lucrum ſentiat.q 82.n.38. p.465
in Bonæ fidei contractibus poſt moram veniunt vſuræ ex iure ciuili q 83.n.24. p.470
Bonæ fidei poſſeſſor, quoad fructus loco domini eſt.q.99 n.6. p.585
Bonis legatis teſtator poteſt grauare hæredem, vt reditum interim præſter loco fructuum.q.18.n.32. p.84

Index Rerum,

Bonis expreſſis non ſufficientibus, generalis adiectio bonorum cenſum non ſuſtinet.q.58.n.48. p.325

Bono publico vſucapio recepta.q.8.n.5. p.35

Bonorum incerta aſſignatio, & pro incerta quantitate non transfert dominium.q.40.n.6. p.217

Et fructus minuunt ſortem. ibid.

Borgnini Caualcant lapſus.q.18.n.36. p.160

B V

Bulla Pij V. nihil continet ex quo colligatur mens eius fuiſſe, vt ante promulgationem, & receptionem in prouinicijs obliget ex Val. Regiealdo.q.44.n.12. p.248

Bulla Pij V. quædam continet, quæ ad iuſtitiam contractus cenſualis non ſunt neceſſaria.q 44.n.18. p.249

Bulla Pij V. de cenſibus, Auentone non eſt vſu recepta.ibid n.19.

Cencij dictum quoddam declaratur, ibid.n.20.

Bulla Pij V. de cenſibus, vbi recepta eſt, obligat etiam in interno foro.q.44.n.21. p.250

Bulla Pij V. de cenſibus, congruit cenſibus realibus vitalitiis. q.49.n.33. p.272

Bulla Pij V. de cenſibus, dum ait re pro parte pereunte cenſum ad ratam perire, declaratur q.56 n.24. p.306

Bulla Pij V. non magis vnam ſpeciem probationis quàm aliam includit.q.58.n.20. p.318

Bulla Pij V. in ea parte, vbi de oneribus loquitur declaratur, q.64.n.35. p.362

Bulla Pij V. de cambiis.q.15.n.43. p.124

C A

Cagnoli computatio immodica non reſpondet experientiæ.q.86 n.15. p.483

Calendarium liber fœneratorum.q.4.n.19. p.23

Calendis vſuræ promittebātur, ſoluebātur idibus.q.4.n.40.p.23

Cambia ab vſura longè differunt.q.1.n.33 p.5

Cambia realia licita.q.14.n.48. & eorum vſus neceſſarius. ibid. p.120

Cambium literarum, an apud veteres vſitatum.q.15.n 4. p.121

Cambium ex neceſſitate commerciorum, & regnorum inuentum.ibid.n.5.

Cambium pecuniarium, à mutuo ſecernitur.q.25.n.7. ibid.

Cambium minutum differt à mutuo.ibid.num.10. ibid.

in Cambio minuto pecuniæ diuerſi generis exiguntur. q.25. n.13.p.122.

in Cambio minuto iniuſtitia quomodo committatur.ibid.n.15

Cambium quomodo fœnus recipere poteſt.q.25.n.17. ibid.

Cambium locale, & per literas, quomodo diſtinguatur à mutuo. ibid.n.18.

in Cambio locali tacitè ineſt tempus quo ad locum poſſit perueniri.q.25.n.21. p.122

in Cambio eadem pecunia reddi poteſt. ibid.n.23.

Cambium, vt mutuum datione vnius pecuniæ perficitur.q.25 n.24. p.123

Cambij contractus perfectus eſt, cùm campſor accipit, aut dat pecuniam cambio.q.25.n.26. ibid.

in Cambio quantum fieri poteſt, res ſimiles eſſe debent.q.25 n.27. ibid.

Cambium iuſtum eſt, quod eodem genere nummorum diſſoluitur.ibid.n.28. ibid.

in Cambio interdum ſors principalis minuitur. ibid.n.29

in Cambio locali pecunia eiuſdem qualitatis reddi poteſt, vt in mutuo. ibid.n.30

inter Cambium locale, & mutuum differentias tantum colorataa eſſe fatetur Sigiſmund.Scacc.q.25.n.33. ibid.

ad Cambium locale, & per literas pertinet *tit.de eo quod certo loco.* ibid.n.34

Cambium literarum antiquis notum, & vſitatum. ibid.n.35

in Cambio, quando mutuum contractum intelligatur. q.25. n.36. p.124

Cambia ſicca in quibus nulla fit tranſmiſſio pecuniarum, ſunt vſuraria.q.25.n.40.p.124.& huius rei ratio. ibid.n.41

de Cambiis conſtitutio D.Pij V.q.25.n.43. p.124

Cambia, in quibus ratione maioris temporis maius lucrum percipitur, ſunt illicita.ibid.n.45. p.125

in Cambiis de certa lucri quantitate paciſci, eſt illicitum.q.25 n.51. p.126

Cambia niſi pro primis nundinis contrahi debent. ibid.n.55

Cambia etiam pro ſecundis nundinis fieri poſſunt, dummodo nihil amplius exigatur.q.25.n.56. ibid

Cambia ad ſecundas nundinas rectè contrahuntur, cum proximè imminent.ibid.n.60. p.127

in Cambiis lucrum ex diſtantia locorum metiri debet.ib.n.63 ibid.

Cambia ſicca conſtitutione Pij V. damnata, & quibus modis agitentur.q.25.n.64. ibid.

Cambia per alios licitè exercentur. ibid.n.65

Cambium eſt ſiccum, cùm nullis datis literis pecunia cum lucro redditur, vbi numerata eſt.q.15.n.69. p.128

Niſi tantundem campſoris interſit. ibid.n.70

Cambium ſiccum eſt, in quo literæ quidem dantur, ſed non mittuntur.q.15.n.72. ibid.

Cambium ſiccum eſt, cùm literæ mittuntur ea mente, vt inanes redeant. ibid.n.73

In Luſitania ſub pœna amiſſionis pecuniæ prohibitum eſt, literas cambij mittere ea mente, vt inanes redeant. q.25.n. 74.ibid.

Cambiorum recentium formula ex variis auctoribus.q.26.n.1 p.130.

Argumenta aduerſus recentia cambia. ibid.n.2

Cambium recurſæ, qua ratione defenditur. ibid.n.6

Cambio recurſæ, conditio debitoris non eſt durior.q.26.n.11 p.131.

Et interdum melior. ibid.n.12

in Cambiis fictiones non ſunt reprehendendæ q.26.n.14. ibid.

in Cambio recurſæ non contrahitur emptio.q.26.n.15. ibid.

in Cambiis inſpiciendum eſt, quo titulo lucrum percipiatur.ibid.n.17. p.132

Cambiorum facilitas perniciosa debitoribus. ibid.n.18.D. Ambroſij locus. ibid.n.19

Cambium ſimplex, omne genus ſolutionis admittit.q.26.n.32 333.

Cambij iuſtitia non ex venditionis, & emptionis nomine, ſed aliunde petenda.ibid.n.35. p.134

in Cambio recurſæ creditor non cogitur pecuniam domum reducere.q.26.n.36. ibid.

in Cambio recurſæ, nullus ſumptus, nullus labor, qui mercedem mereatur.q.26.n.37. ibid.

in Cambiis, nummus nummum parit, vt in fœnore ibid.n.41 p.135.

in Cambiis recurſæ, fit fraus conſtitutioni Pij V.q.26.n.42 ibid.

Cambium recurſæ ad eundem campſorem, nouis ſacræ congregationis decretis damnatur.ibid.n.43. ibid.

Cambium, in quo campſor in nundinis ex pacto dat pecuniam ad extinguendum prius, an valeat.q.26.n.45. p.136

de Cambiis tractatus Raphaëlis de Turri. ibid.n.46

Cambium, in quo campſor ſcit debitorem non habere, neque habiturum pecuniam in loco ſolutionis, eſt illicitum q 26.n.46. ibid.

D.Raphaelis de Turri contraria ſententia, & eius argumenta.ibid.n.47. p.137

Cambij contractum eſſe quocunque alio iuſtiorem ex dicto D. de Turri.ibid.n.62. 141

in Cambio non eſt maior æqualitas; quàm in mutuo ibid.n.63. ibid.

in Cambio recurſæ ſemper eſt inæqualitas. q.16 n.68. 142

de Cambio nundinali tractatus recens D. Antonij Merendæ ibid.n.69. ibid

Nauarri ſententia quædam defenditur aduerſus D. Merendæ obiectiones q.26.n.70. p.143

Cambia nundinalia diſtantiam loci non ſeruant. ibid.

in materia Cambiorum caſus propoſiti à Genuenſibus, & reſponſa ſacræ congregationis ſub Vrbano VIII.q.26.n.1 p.143.

Lex optima quæ in cambiis anatociſmum prohiberet q.89.

q.89.n.61. p.508
Cambiorum intereſſe an duplum poſſit excedere.q.90.n.57 p.518.
Camillus Richelmus IC. Nicienſis, & Senatus Taurinenſis Præſes.q.49.n.10. p.269
Campſores iuſtè mercedem recipiunt, & quo titulo.q.25.n.12 p.121.
Campſor dum prius dat, vel accipit pecuniam, mutuum non contrahitur, ſi fraus abſit.q.25.n.37. p.124
Campſor ſui laboris & officij mercedem iuſtè exigit. ibid.n.38
Campſor, ſi plus exigit quàm ſit eius officium, non admittit fœnus, ſed iniuſtitiam.q.25.n.39. ibid.
Campſorum ob longius tempus plus capientium, excuſationes quædam.ibid.n.46. 125
Quæ parùm tamen tutæ quibuſdam videntur.ibid.n.47. ibid.
Nauarri ſententia campſoribus contraria. ibid.n.49.
Campſor alienas pecunias exercens non tenetur, ſi debitor erat idoneus.q.25.n.66. 127
Niſi illi imputetur quod non exegerit. ibid.n.67
Campſor poteſt ſuo periculo alienas pecunias agitare pro certo pretio.q.25.n.68. ibid.
Campſor, cui pecunia ſuo loco non ſoluitur, poteſt alibi repetere.ibid.n.79. p.129
Nimirum actione arbitraria ad id, quod intereſt. ibid. n.77. ibid.
Quæ etiam datur debitori, ſi eius interſit alio loco ſoluere. q.25.n.78. ibid.
Campſor dum ſibi ſoluit in nundinis, videtur id facere ex pecunia debitoris.q.26.n.13. p.131
Campſor probabiliter dubitans accipientem nón habiturum, vnde ſoluit, debet à cambio abſtinere.q.16.n.51. p.138
Campſori bona fide contrahenti debetur lucrum loco eius, quod intereſt.ibid.n.52.
Auctor conſtitutionem ſummi Pontificis deſiderat. ibid. n.53. ibid.
Campſores propria pecunia ſibi ſoluere non poſſunt.q.26 n.55. p.139
Canem gregis cuſtodem interficiens, tenetur ad damnum gregi à lupis illatum.q.90.num.77. p.520
Canon emphyteuticus, non minuitur, licèt pars fundi pereat. q.57.n.29. p.311
Capitalis amiſſio in ſocietate non præſumitur.q.31.n.23.p.180
Cap. quoniam diſtinct.47. declaratur aduerſus Donellum.q.3 n.12. p.14
Cap.1.de feud.ius ſingulare continet.q.14 n.18. p.61
C.1.de feud. ad ſingula feuda pertinet.ibid.n.19. ibid.
C.1.de feud. ad dominum Emphyteuſis non pertinet.ibid. n.23. p.61
C.1.de feud.non habet locum ex coniecturis.q.14.n.25. ibid.
C.ſi quis.& c.nullus.14.q.3. explicantur.p.17.n.7. p.75
C.olim. & c. cum canonici. de cenſibus ſententia.q.17 n.30. p.79
Molinæ Theologi concluſio expenditur. ibid.n.31. ibid.
C.Nauiganti de vſur.ſenſus ex Theologis.q.23.n.5. p.105
Qui tamen verbis parùm congruit.ibid. n.6. p.106
ad C.nauiganti.Adriani interpretatio.q.23.n.12. ibid
In qua ſingularem eſſe alij notant.ibid.n.13. ibid.
ad C.nauiganti. ſenſus Theologorum manifeſtè repugnat verbis conſtitutionis.q.23.n.19. p.107
Roderici diſtinctio.ibid.n.10. ibid.
In ſpecie c.nauignati. quicquid recipitur vltra ſortem,etiam minimum, eſt illicitum.q 23.n.21. ibid.
Hoſtienſis & Alexandri locus pro hac ſententia. ibid. n.22.ibid
C. nauiganti. deeſt negatio ex quibuſdam.q.23.n.24. 108
C. per veſtras. de donat. int. vir. & vxor.declaratur.q.28.n 51 p.162.
C. conſtitutus de fideiuſſor. explicatur.q.33.n.20. p.190
C. ſuam de pœn. declaratur.q 38.n.10. p.206
Cap. ſuper quibuſdam. de verb. ſignif. declaratur.q.100.n.14 p.592.
Capta in bello poſtliminio, non redeunt. q.95.n.38.p.558
Captio eadem ſiue lex commiſſoria ex interuallo, ſiue tempore contractus adiicitur.q.70.n.5. p.390
Captio etiam eſt,in venditionibus legem commiſſoriam pignorum abhibere.q.70.n.87. p.399
Gaſparis Roderici argumenta reiecta.ibid.n.88. ibid.
Cardin.de Lugo diſtinctio expenditur.q.100.n.79. p.602
Caroli Molinæi ſententia, vſuras moderatas licitas eſſe.q.3.n.1 p.12.
Quæ reiicitur. ibid.
Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis edictum, de obſeruanda conſtitutione Pij V. in emptionibus redituum. q.44.n.16.p.249
Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ aſylum mercatoribus omnibus Niceæ inſtituit.q.74.n.45. p.417
eiuſdem edictum, de viis ciuitatis purgandis. ibid.
Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ Nicienſibus reſcripſit, ne intereſſe alterius intereſſe capere liceret.q.87 n.16. p.487
Carrocij lapſus.q.36.n.24. p.201
Caſus fortuitos in contractibus ſuſcipere, regulariter licet. q.64.n.1. p.357
Caſus fortuitos in cenſibus ex pacto in eum recipere. qui ex natura contractus non tenetur, illicitum.q.64.n.2. ibid.
Caſibus fortuitis,qui rem ipſam attingunt renunciari non poteſt per venditorem cenſus.q.64.n.5. ibid
Caſum certum, & incertum eſſe ſunt repugnantia.q.90.n.56 p.518.
Caſus incerti qui dicuntur.q.90.n.64. p.519
Cato ex Sicilia, Lycurgus ex Spartha fœneratores expulerunt.q.2.n.44. p.12
Cato Cenſorius notatus, quòd fœnus nauticum exercuit,q.23 n.4. p.105
Catonis Senioris improba ſocietas, & fœnus.q.31.n.6. p.178
Catonis & Phauotini ſententia quædam, quæ in iudiciis non admittitur.q 93.n.36. p.528
Cauſa quid ſit.q.37.n.23. p.205
Cautiones in contractu cenſus adhibendæ paucis verſibus comprehenſæ.q.68.in fin. p.385
Cautiones in ludo ſeruandæ.q.23.n.52. p.111
plus Cautionis in re eſt, quàm in perſona.q.48.n.32. p.266
Martialis hac de re Epigramma. ibid
Cautio nomen iuris eſt, & inter caſus incertos. q.90.n.69. p.519.
Cautio ſupponit obligationem.q.100.n.50. p.599

C E.

Cecilius Claudius Iſidorus reliquit ſeruorum quatuor millia centum & ſexdecim:ex Plinio.q.47.n.6. p.308
Cedula bancaria habet vim realis numerationis in contractu cenſus q.59.n.39. p.332
Declaratio Cencij, & Duardi declaratur. ibid.n.40
Cedula Bancaria vt vim habeat realis numerationis,idonea eſſe debet.q.59.n.40. ibid.
Cencij doctrina,& definitio quædam notatur.q.42.n.27. p.236
Cencij diſtinctiones inutiles.q.43.n.27. p.239
Cencius malè imponit Couarruuiæ, quod videatur ſentire emptiones redituum, non valere.q.43.n.37. p.240
Vt etiam Leonardus Duardus.ibid.n.38. ibid.
Ludouicus Cencius, de cenſibus diligentiſſimè ſcripſit, & hoc nomine laudatur.q.51.n.1. p.277
Ludouicus Cencius arguitur parùm cohærentia docuiſſe q.51.n.11. p.278
Cenſus realis perpetuus ſuis caſibus obnoxius.q.43.in app.n.30 p.246.
Cenſus redimibiles minori pretio emuntur.q.3.n.27. p.16
ad Cenſum conſtituendum ſententia nihil refert, ex qua cauſa pecunia debeatur.q.21.n.16. p.96
Ludouici Auendani ſententia. ibid.n.17. quæ expenditur ibid.n.18. ibid.
Cenſus non poteſt à iudice inuito debitore, aut creditore creari.q.21.n.19. ibid.
Cenſus reſeruatiuus quomodo contrahatur.q.41.n.1. p.227
Cenſus ſimplex reſeruatiuus ab omni fœnore immunis. ibid.n.20. p.229
in Cenſu ſimplici reſeruatiuo iniuſtitia tantùm deprehendi poteſt,

poteſt, non fœnus.q.41.n.21. p.219
Cenſus reſeruatiuus perpetuus.ibid.n.22. ibid.
Cenſus reſeruatiuus redimibilis ab vſura alienus.ibid.n.23 ibid.
Cenſus, in quo pretij loco datur pretium rei venditæ non ſuſtinetur.q.41.n.26. ibid.
Niſi pro modo fructuum, qui ex fundo percipiuntur ibid.n.27. ibid.
Cenſus, in quo loco pretij dantur res mobiles æſtimatæ, eſt nullus.q.41.n.29. ibid.
Neque locum habet *l. curabit.* ſi res ſint infructuoſæ ibid.n.30 230
Aliud verò, ſi ſint fructiferæ.ibid.n.31. ibid.
Cenſus reſeruatiuus, an ſuper rebus mobilibus creari poſſit q.41.n.34. ibid.
Auctoris diſtinctio. ibid.
Cenſus reſeruatiuus ſuper rebus mobilibus fructiferis, conſtitui poteſt. ibid.n.35
Ludouici Auendani contraria ſententia, quæ reiicitur. ibidem n.36.
Cenſus reſeruatiuus, & conſignatiuus, quomodo ſecernantur q.42.n.1. p.232
Cenſus eſt ius percipiendi certum annuum reditum ſuper rebus alienis.ibid.n.2. p.233
Cenſus eſt percipiendi penſionem, non ipſa penſio q.42.n.3. ibid.
Cenſus ita conſtitui poteſt, vt penſio in fructibus ſoluatur ibid.n.4.
Cenſus conſignatiuus realis ſuper rebus alienis percipitur q.42.n.7. ibid.
Cenſus definitiones quorundam auctorum modeſtè reprehenſæ ibid.n.8.
Cenſus definitio à Cencio tradita, notatur. ibid.n.9. & 10
Cenſus definitio, vt ſit ius, &c. ab obiectionibus Feliciani defenditur.q.49.n.13. 234
Cenſus propriè non eſt contractus, ſed ius quod oritur ex contractu.q.42.n.14.& 15. ibid.
Cenſus definitio Feliciani carpitur.ibid.n.15.16. & 17.
Cenſus in conſtitutionibus Pontificum ſub ratione rei ſumitur, non contractus.q.42.n.16. ibid.
Cenſus definitio Feliciſni, non adæquatur definito.q.42.n.17 ibid.
Cenſus donatione conſtitutus eſt ſtricti iuris, & iiſdem regulis regitur, quibus donationes aliarum rerum.q.42.n.24. p.235
Cenſus ratione tituli, quo conſtituitur, variam naturam ſortitur. ibid.n.26
Cenſus iiſdem titulis acquiri poteſt, quibus aliarum rerum dominium acquiritur. quæſt.43.num.1. p.236
Cenſus titulo legati creari & relinqui poteſt.n.2. ibid.
Cenſus titulo legati relictus, ab omni vſura alienus. ibid.n.3 p.237.
Cenſus iure feudi dari poteſt. ibid.num.6
Cenſus ſententiâ iudicis conſtitui poteſt, ex Nauarri ſententia.q.43.n.8. ibid.
Cenſus an tranſactione conſtitui poſſit.q.43.n.9. ibid.
Cenſum tranſactione creari non poſſe Feliciani ſententia. ibid.n.11
Et argumenta eius, quæ refelluntur. ibid.
Cenſus tranſactione conſtitui poteſt, etiam poſt bullam Pij V.& quomodo.q.43.n.12 p.238
Cenſus adiudicatione in diuiſione, conſtitui poteſt ibid.n.14
Cenſus permutatione an conſtitui poſſit. ibid.n.17
Et Duardi hac de re ſententia. ibid.
Quæ excutitur, neque auctori omnino probatur. ibid.n.18
Cenſus poteſt cum prædio, quod traditur commutari.q.43 n.19. p.239
Cenſus cum mercibus, gemmis, & aliis rebus ſterilibus permutari non poteſt.quæſt.43.n.21. ibid.
Cenſus ex natura rei cum mercibus, gemmis, & ſimilibus rebus, commutari poteſt.q.43.num.23. ibid.
Cenſus, qui partim pro pecunia, partim pro mercibus inæſtimatis permutatur, nunc eſt irritus. ibid.n.41
Neque pro parte pecuniæ ſuſtineri poteſt. ibid.
Feliciſni doctrina refertur. ibid.n.25
Eius perpetuus error, cenſum non niſi venditionis titulo conſtitui poſſe. ibid.
Cenſus, cuius pretium partim in pecunia partim in mercibus ſoluitur, omnino irritus eſt, ſiue pecunia excedat merces vel merces excedant pecuniam.q.43 n.26. p.239
Cenſus, cuius pretium in pecunia, & ſpecie æſtimata ſoluitur, nunc eſt illicitus.ibid.n.28. p.240
Cenſus annuos pecuniâ emi poſſe nunc apud omnes receptum eſt.q.43.n.30. ibid
Cenſus conſtitutio pro certo pretio vera eſt emptio.ibid.n.35
Cenſus venditio non ſeruatâ formâ conſtitutionis Pij V. non ſubſiſtit.q.43.n.42 p.141
Et fructus in ſortem computantur. ibid. n.43
Cenſus contractus res politica, vt emptiones aliarum rerum. q.44.n.7 p.248
Cenſus ſuper agris, domibus, molendinis, & aliis huiuſmodi rectè collocatur.q.45.n.3. p.251
Cenſus ſuper ædibus ligneis conſtitui poteſt. ibid n.6
Cenſus ſuper inſulis fluctuantibus an conſtitui poſſit.q.45 n.11. ibid.
Cenſus ſuper molendinis fluuialibus conſtitui non poteſt ibid.n.14.
Cenſus ſuper molendinis, quæ in fluminibus iactis pilis poſita ſunt, conſtitui poteſt.q.45.num.17. p.252
Item in iis, ad quæ ſubditi accedere tenentur.q.45.n.18 p.252.
Cenſus in molendinis, quæ in ripis fluminum conſtructa ſunt, rectè collocantur.q.45.n.19. ibid.
Cenſus ſuper diuerticulis fluminum, conſtitui poteſt.ibid.n.33 p.253.
Cenſus ſuper rebus, quæ pro immobilibus habentur conſtitui poteſt.q.46.n.1. p.254
Cenſus ſuper portoriis, & vectigalibus iniici poteſt.q.46. n.2. p.255.
Et ſuper vectigalibus, quæ in ciuitatibus rebus venalibus imponuntur.ibid.n.3 & 5.
Cenſus vectigalibus rectè imponitur.ibid.n.5.
Cenſus ſuper tertagiis conſtitui poteſt.q.46.n 6. p.255
Cenſus ſuper oueribus ordinariis collocari poteſt. q.46.n.7 ibid.
Item ſuper tributis capitis.ibid.n.8.
Cenſus ſuper iuriſdictione conſtitui poteſt.q.46.n.21. p.256
Cenſus ſuper cenſu conſtitui poteſt.ibid.n.31. p.257
Conſultius eſt partem reditus annui emere, quàm ſuper illo cenſum conſtituere.q.46.n.32. ibid.
Cenſus ſuper rebus mobilibus conſtitui non poteſt.q.47.n.2 p.258.
Cenſus ſuper animalibus fructiferis imponi non poteſt ibid.n.2.
Neque ſuper armento; & grege; quæ reparari poſſunt ibid.n.3.
Cenſus ſuper ſeruis conſtitui non poteſt.q.47.n.5. ibid.
Cenſus ſuper nominibus debitorum, & actionibus perſonalibus conſtitui non poteſt.ibid.n.11. p.259
Cenſus ſuper actionibus ad res mobiles conſtitui non poteſt q.47.n.15. ibid.
Cenſum ſuper actionibus ad quid perpetuum vindicandum valere Auendani, & Duardi ſententia.q.47.n.16. ibid.
Quæ non probatur auctori.ibid.n.17. p.260
Cenſus ſuper fructibus pendentibus conſtitui non poteſt q.47.n.19. ibid.
Cenſus perſonalis nunc prohibitus, & illicitus. ibid.n.21
Cenſus ſuper rebus mobilibus fructiferis ex natura rei imponi poteſt ibid.n.22.
Cenſus perſonalis, an naturâ ſuâ licitus ſit, valde controuerſum.q.48.n.1. p.261
Cenſus ex contractu ius naſcitur, quod ſequitur poſſeſſorem ibid.n.4.
Cenſum perſonalem admittere, eſt admittere vſuras ſecundum Cencium.ibid.n.5.
Cenſus natura eſt, vt re perempta, cenſus quoque perimatur q.48.n.6. ibid.

contra

contra Cenſus perſonales argumenta Fernandi Rebelli. ibid. num.7.
Et Franciſci Sarmienti,ibid.n.8. p.262
Auctores, qui ſentiunt cenſus perſonales ex natura rei licitos eſſe,q.48.n.10.& 23. ibid.& 263
in Cenſu perſonali nulla eſt ſors,ibid.n.13. p.263
Cenſus perſonalis lege conſtitui poteſt,q.48.n.14. ibid.
Cenſus perſonalis, qua ratione à mutuo ſecernatur. ibid.n.15
Cenſus perſonales admittuntur ex nouella 160. ibid.n.16
Cenſus realis natura quæ q.48.n.19. p.263
Cenſus perſonalis perſonam ſequitur, ibid.n.21
Cenſum perire perempto fundo, ad cenſum realem pertinet, q.48.n.28. p.266
Cenſus perſonalis conſtitutionibus Martini, & Calixti non prohibetur, ibid.n.33
Cenſus perſonales additâ obligatione bonorum ex natura rei ſunt liciti,q.48 n.34. p.267
Cenſus perſonales nunc prohibiti, ibid.n.35
Cenſus perſonales prohibendi ratio potiſſima,ibid. n.40.p.268
Cenſus perſonalis ſpeciem habet vſuræ, ibid.
Cenſus realis vitalitius licitus eſt,q.49.n.1. p.268
in Cenſu vitalitio iuſtum pretium exigitur,ibid.n.6. p.269
Cenſus vitalitij pretium arbitrio boni viri ſtatuendum eſt. ibid.
Cenſus vitalitij pretium ita fit accipientis, vt nunquam repeti poſſit,q.49.n.7. ibid.
in Cenſu vitalitio reali, fructus prædij penſioni ſufficere debent,n.8. ibid.
Cenſus vitalitius iiſdem fere regulis regitur, quibus perpetuus, num.10. ibid.
Cenſus vitalitij hypothecâ, & aliis cautionibus muniri poſſunt,n.11. ibid.
Cenſus vitalitij domino interdictum Saluianum competit. ibid.
Cenſus vitalitij emptor clauſulam conſtituti exercere poteſt, ſi ei in præſtatione reditus mora facta ſit,q 49.n.12. p.269
Dominus cenſus non poteſt Saluiano vel conſtituto vti, niſi ſit creditor cenſuum præteritorum,n.13. ibid.
Cenſus vitalitius perſonalis ex natura rei licitus,n.19. p.270
Cenſus vitalitius ad vitam duorum, vel plurium ex ſententia quorundam licitus eſt,q.49.n.23. p.271
Cenſus ad vitam duorum conſtituti pretium maius eſſe debet, ibid. num.24.
Cenſus vitalitius perſonalis an nunc ſit licitus, ibid.n.25
Ludouici Lopez hac de re ſententia, ibid.n.26
Cenſus vitalitios perſonales nunc prohibitos eſſe,qui ſentiant, q.49.n.28. ibid.
Et huius ſententiæ fundamenta. ibid.
Cenſus vitalitius, qui pecuniâ conſtituitur, emptio eſt, q.49. num.30. p.272
Cenſus vitalitij ſpeciem aleæ continent. ibid.n.36
Cenſus vitalitij, vbi frequentantur, qua ratione liciti. ibid. num.39.
Cenſus vitalitius vſurarius eſt, cùm ſors repeti poteſt, & non amittitur,q.49.n.40. p.273
Cenſus an ſuper re fructiferâ conſtituendus ſit, olim valde controuerſum,q.50.n.1. p.273
Cenſus ex natura rei, niſi ſuper re fructifera ex quorundam ſententia imponi non poteſt. ibid.n.2
Cenſus realis dupliciter creari poteſt,ibid.n.3. p.274
Cenſus conſtitui poteſt in prædio, cuius fructus in amœnitate conſiſtunt.q.50.n.27. p.276
Cenſus ſuper re infructuoſa conſtitui non poteſt. ibid.num. 29.
Cenſum ſuper nuda proprietate conſtitui non poteſt, & auctores huius ſententiæ,q.51.n.4 p.278
Cenſus in venditione ius reale, & cohærens rei in emptorem transfertur,q.51.n.6. ibid.
Cenſus propriè ſeruitus non eſt,q 51.n.8. ibid.
Cenſum conſtituere non poteſt in re, qui ius percipiendi fructus, non habet,q.51.n.15. p.279
Cenſus ſuper vſufructu conſtitui non poteſt, ibid.n.24. p.280
Cenſus ſuper credito creari non poteſt,q.51.n.33. p.281
Cenſus ab vſufructuario conſtitutus,etiam ad illius vitam non ſuſtinetur,q.51.n.34. ibid.
Rector non poteſt res Eccleſiæ alienare, nec ſuper illis cenſum conſtituere,q.51.n.35. ibid.
Ati ij quibus beneficia collocata ſunt poſſint ſuper prædio Eccleſiæ ſuæ cenſum conſtituere.q.51.n.36. ibid.
Cenſus ſuper rebus Eccleſiæ ne quidem ad vitam Rectoris valet. ibid.n.37
Cenſus ſuper rebus Eccleſiæ tanquam vitalitius non poteſt ſuſtineri,q.51.n.38. p.282
Cenſus à marito in re dotali conſtitutus, tanquam vitalitius non ſuſtinetur,q.51.n.44. ibid.
Cenſum ſuis rebus quilibet imponere poteſt.q.52.n.1. p.284
Cenſus in venditione non alienatur res, ſed reditus, ibid. n.11. p.285.
Cenſus rei emphyteuticæ impoſitus, eſt realis, ibid. num.14. p.286.
Cenſus in re feudali conſtitui non poteſt inconſulto domino, q.53.n.2. p.288
Cenſus eſt onus reale. ibid.n 3
Cenſus ſuper re feudali imponi poteſt, vbi feuda ſunt inſtar patrimoniorum, vt in Gallia,q.53.n.8. ibid.
Cenſus an extinguatur re ad dominum feudi, vel emphyteuſi reuerſa,ibid.n.10. p.289
Cenſus aperto feudo ſuper meliorationibus ſuſtinetur, q.53. num.19 p.290
Cenſus ſuper re aliena imponi poteſt domino conſentiente, q.54.n.4. p.291
Cenſus in ipſo contractu conſtituitur, & venditur, ibid.n.11. p.292.
Cenſus an ſuper fructibus rei imponi poſſit,q.54.n.17. p.293
Auctoris ſententia non poſſe,ex forma conſtitutionis Pij V. ibid.n.18.& 20. ibid.
Cenſus niſi ſuper re immobili, creari non poteſt. ibid.n.20.ib.
Cenſus ab hærede grauato impoſitus, ſuſtinetur ſuper melioramentis,q.54.n.23. p.294
Cenſus in conſtitutione inſpicitur fructus rei, non valor.ibid. num.4.
Cenſus impoſitus ex cauſa dotis, vltra congruum modum,non reſcinditur in totum,q.54.n.29. p.295
Cenſus ſuper bonis alienari prohibitis validus eſt, ſi fideicommiſſarius conſenſerit, q.54.n.35. ibid.
Cenſus impoſitio ſuper re aliena non valet,ſed venditor tenetur ad intereſſe,ibid.n.47. p.297
Cenſum imponens tempore impoſitionis dominus rei eſſe debet. ibid.n.48
Cenſus non niſi à poſſidentibus imponi ſolet,q.54.n.50. ibid.
Cenſus impoſitus rei alienæ nullus.q.55.n.2. p.298
Cenſus conſtitutione onus reale rei imponitur. ibid.n.3
Cenſus rei alienæ impoſitus veluti ſine fundo conſiſtere non poteſt. ibid.n.5
Cenſus non eſt ſeruitus, licèt habeat ſpeciem ſeruitutis. ibid. num.8. p.299
Cenſus ſuper aliena re imponi non poteſt, etiam vbi conſtitutio Pij V. non ſeruatur. ibid.n.10
Cenſus ſuper re in cenſum tradita conſtitui non poteſt. ibid. num.12
Cenſus impoſitio in re aliena nulla, & fœneratitia, ibid.n.17. p.300
Cenſus validitas non pendet ex opinione, ſed ex iure, ibid. num.19
Cenſus ſuper re aliena ſuſtinetur, ſi dominus rei ratum habet, q.55.n.24. p.301
Cenſus rei alienæ, in qua quis ius habet, quatenus imponi poſſit. ibid.n.26
Cenſus rei communi imponi poteſt. ibid.n.27
Licet tota res in inſtrumento deſignata ſit. ibid.n.28
Cenſum reſeruatiuum habens poteſt cenſum in re conſtituere, ibid.n.29
Cenſus non niſi ſuper re libera conſtitui poteſt,q.56.n.4.p.303
Cenſus imponi non poteſt ſuper re alteri cenſui ſuppoſita, niſi fructus nouo cenſui ſufficiant,q.56.n.5. ibid.
Reiecta contraria ſententia Cencij. ibid.

Cenſum

Cenſum impoſitum prædio minus idoneo, ex Cencio ſuſtineri pro parte, quæ ex fructibus præſtari poteſt ibid. n. 18. p.305
Cenſus impoſitus ſuper fundo non ideo, eſt omnino nullus. q.56.n.19. ibid.
Cencij opinio ex eiuſdem Cencij fundamentis refellitur. ibid. n.20.& 23.
Cenſus cuius pretium partim in pecunia, partim in aliis rebus ſolutum eſt, eſt omnino nullus.q.56 n.23. ibid.
Cenſus licitè imponi poteſt ſuper re, cuius fructus longè ſuperant penſionem impoſitam.ibid.n.27. p.306
Cenſus in venditione, neque res emitur, neque fructus rei. ibid. n.28.
Cenſus plures ſuper vno fundo conſtitui poſſunt, dummodo fructus ſufficiant omnibus.q.56.n.29. ibid.
Cenſus conſtitui poteſt ſuper re, quæ vix perire poteſt. ibid. num.30.
Cenſui modico fundus magnus, vel plures fundi ſubiici non debent. ibid.n.31
in Cenſu non emuntur fructus rei.q 57.n.10. p.309
Cenſus conſtitutio ad eos contractus pertinet, quibus æris alieni vſum redimimus.q.57.n.18 p.310
Cenſus duobus prædiis impoſitus, vno pereunte ſuſtinetur in alio,ſi ſit capax integræ penſionis.ibid.n.25 p.311
Cenſus qua ratione prædio inhæreat. ibid.n.28
Cenſus re pereunte perit.ibid.n 42. p.312
Cenſus, ſi flumen mutato alueo per prædium fluat, extinguitur, nec reuiuiſcit, tametſi flumen recedat.q.57.n.43. ibid.
Cenſus ſuper domo deſtructa non reſtituitur, quamuis dominus eam reſtituat. ibid.n.44
Cenſus impoſitus vineæ, ſi vites pereunt, quoque perit. ibid. num.53. p.313
Niſi quatenus ex fructibus ſoli redigi poteſt.ibid.n.54.p.314
Cenſus perimitur re dolo, vel culpa debitoris perempta.ibid. n.56.
Sed conueniri poteſt ad id quod intereſt. ibid.n.57
Cenſus impoſitus ſuper fundo non expreſſis finibus eſt nullus. q.58.n.2. p.316
ad Cenſus validitatem ſufficit, ſi nomen loci, & duo confinia exprimantur. ibid.n.3
Cenſus impoſitus fundo nullis expreſſis finibus ex iure communi,valet. ibid.n 4
Cenſus validus eſt impoſitus rei eius ſingulari nomine expreſſo.q.58 n 7. p.317
Cenſus poſt conſtitutionem Martini, & Calixti valet, etiam finibus non expreſſis.q.58.n 8. ibid.
Cenſus etiam poſt bullam Pij V. non expreſſis finibus valet, dummodo aliis demonſtrationibus de fundo certum ſit ibid. num.9.
Cenſus impoſitus fundo nullis expreſſis finibus, ſi venditor eo in loco vnum tantum habuit,valet. ibid.n.10
Cenſus ſuper domo exiſtente in loco contractus impoſitus intelligitur.q.58.n.11. ibid.
Cenſus impoſitus ſuper quinquaginta iugeribus maioris agri ſuſtinetur,modò expreſſum ſit à quo latere incipiant. q.58. n.12. ibid.
Cenſus impoſitio aliis modis probari poteſt quàm per inſtrumentum.ibid.n.18. p.318
Cenſus impoſitio teſtibus, confeſſionibus, apochis probari poteſt. ibid.n.19
Cenſus validus eſt, de cuius fundo conſtat per relationem, ibid.n.25. p 319
Cenſus impoſitus ſuper re, de qua non conſtat, non valet. q.58.n.26. ibid.
Cenſum ſuper pluribus fundis certis, & deſignatis conſtitui poteſt. ibid.n.27
Cenſus pluribus fundis impoſitus, quomodo ſuper illis ſuſtineatur. ibid.n.28
Expenditur hac de re Cencij,& Duardi ſententia. ibid.n.29. & 30. p.319.& 320
Cenſus vno fundo perempto, in alio ſuſtinetur, ſi ſit capax penſionis. ibid.
Cenſu pluribus rebus impoſito, non eſt neceſſaria illius in ſingulis diſtributio. q.58.n.31. ibid.
Cenſus diſtributione facta poſſeſſores pro portione tantùm poſſunt conueniri. ibid.n.32
Cenſu impoſito ſuper pluribus fundis vnitis, ſufficit eos generalibus finibus deſignaſſe.q.58.n.33. ibid.
Cenſus ſuper toto aliquo territorio imponi poteſt. ibid.n.34
Cenſus ſuper montibus,& paſcuis montium rectè conſtituitur. q.58.n.36. ibid.
Cenſus impoſitus ſuper bonis ſitis in aliquo territorio expreſſis tantùm territorij finibus,non valet. ibid.n.37
Cenſus ſuper omnibus bonis,& vniuerſitate bonorum imponi non poteſt.ibid.n.38. p.321.
Quamuis ſecundum ſui naturam non ſit illicitus. ibid.numer.39.
Et Cencij contraria ſententia reiicitur. ibid.
Cenſus omnibus rebus impoſitus natura ſua ſuſpectus eſt q.58 num.41. p.322
Cencij argumentum ſupponit id, de quo quæritur. ibid.n.42
Cencius parum cohærentia docet. ibid.
Cenſus ſuper fundo deſignato an valeat, ſi additum ſit, *& ſuper aliis bonis venditoris*.q.58.n.43. ibid.
Cardinal.Mantic. deciſ. valere. ibid.n44
Auctoris ſententia,hoc genus cenſus valere. ibid.n.45
Cenſibus rectè adiicitur generalis obligatio bonorum, pro tutiori exactione penſionis.q 58.n.46. ibid.
Sed hæc ratio parum iuuat ad hanc formulam cenſus ſuſtinendam. ibid.n.47
Cenſus ſuper re certa conſtitutus addito etiam *& ſuper aliis bonis* nullus eſt, ſi apparet contrahentes omnibus bonis cenſum imponere voluiſſe.q.58.n.49. p.323
Cenſus rei certæ idoneæ,& deinde aliis rebus impoſitus,addita proteſtatione ſuſtinetur. ibid.n 51
Cenſus impoſitio ſuper re certa, & ſuper tanta illius quantitate,quæ penſioni ſufficiat,valet.q.58.n.52. ibid.
Cenſus impoſitus ſuper aliqua re eligenda nullus eſt, ſi nulla fiat electio. ibid.n.53
Cenſus impoſitus ſuper molendinis, quæ vniuerſitas habet, & habitura eſt, valet.ibid.n.58. p.324
Cenſus ex vno fundo in alium transferri poteſt. q.58.num.59. ibid.
in Cenſu non eſt prohibitum cautionibus vti, vt obuiam eatur fraudibus. ibid.
Cenſus domino quibus remediis conſultum eſt aduerſus dolum,& culpam debitoris q.58.n.60. p.325
Cenſus, qui pecunia interueniente conſtituitur, emptio eſt, q.59.n.1. p.326
Cenſus qui non iuſto pretio emitur,nullus,& fœneratitius eſt. ibid.n.3.
Cenſus iniuſto pretio emptus ſuſtinetur vſque ad legitimum modum ex ſententia multorum.q.59.n.10. p.327
In Gallia cenſus quomodo corrigatur. ibid.
Cenſus iniuſto pretio emptus in totum nullus eſt, & fœneratitius iudicatur.q.59.n.12. ibid.
Cenſus nullus eſt, quatenus conſtitutionibus præſcriptum eſt. ibid.n.14.
Cenſus iniuſto pretio emptus deficit in forma. ibid.n.16 p.328
Franciſci Ciriaci Senatoris doctrina quædam expenditur. ibid.
Cenſus realis habet præexiſtentem materiam.q 59.n.18. ibid.
Duardi rationes reiectæ.ibid.n.19. p.329
Cenſus iuſto pretio emptus eſſe præſumitur.ibid n.25. p.330
Cenſus poteſt maiori pretio emi, quàm ſit lege conſtitutum. q.59 n.29. ibid.
Cencij ratio quædam reiicitur. ibid.n.30
Cenſus, in quo gemmæ, & aliæ res loco pecuniæ traditæ ſunt poſt conſtitutionem Pij V. nullus eſt. q.95. num.34. p.331.
Cenſus ex natura rei poteſt ex mercibus, & aliis ſimilibus rebus creari. ibid.n.35
Cenſus, cuius pretium partim in pecunia,partim in alia re ſoluitur,in totum corruit.q.59 n.36. ibid.
Cenſus nullus eſt, in quo nomina debitorum loco pretij data ſunt,licet pecuniæ apparenter fuerint numeratæ.ibid.n.38. p.332

Index Rerum,

Cenſus in dotem conſtitui poteſt, nulla interueniente pecunia. q.59 n.43 ibid.
Cenſus in emptione fides de pretio haberi non poteſt. ibid. n.45. p.333
Cenſus, in cuius conſtitutione pretium fuit oſtenſum in ſacculo, vel lance, non autem numeratum, eſt nullus. q.59 n.46. ibid.
Cenſus an valeat, in quo pars pretij tantum numerata eſt ea lege, vt pro portione pecuniæ numeratæ reditus curreret. ibid. n 53. p.334
Cenſus emptus nomine plurium validus eſt pro ea parte pretij, quæ fuit numerata. ibid.n.55
Cenſus nullus eſt, de cuius pretij ſolutione tantùm apparet de confeſſione venditoris. q.59 n 56. ibid.
Cenſus validus eſt, licèt pretium alteri numeretur iuſſu venditoris. ibid.n.61
Cenſus validus eſt, cuius pretium in conſpectu venditoris fuit poſitum, & numeratum illius iuſſu. quæſt. 59. num.63. p 335.
Cenſus alienis pecuniis emptus, valet. q.59.n 65. ibid.
Dummodo nummi deinde à venditore bona fide conſumpti ſint. ibid.n.66. p.336
Cenſum ex pecunia debita creari non poſſe ex Feliciani opinione q.60.n.1. ibid.
Et eius argumenta. ibid.
Cenſus ex debito antecedenti validè creatur ex Surdi, & ſequacium ſententia etiam poſt conſtitutionem Pij V. q.60.n.3. p.337.
Cenſus ex debito conſtitutus natura ſua licitus, & poſt bullam Pij V. illicitus. q.60.n.4. ibid.
Cenſum pro debito emptum validum eſſe ex natura rei ſentiunt Molina, & Salas. q.60.n.6. p.338
Cenſus aliis titulis quàm emptione acquiri poteſt. q 60.num.7 ibid.
Cenſus ex natura rei datione in ſolutum conſtitui poteſt. ibid.n.8.
Cenſus ad validitatem ex extrauagantibus Martini, & Calixti non exigitur pretij numeratio tempore contractus. q. 60.n.10 ibid.
Cenſus in venditione ex natura rei fides de pretio haberi poteſt. ibid.n.11
Cenſu pecunia credita empto nulla maior iniquitas eſt, quam in emptione alterius rei fructiferæ. q.60.n.14. ibid.
in Cenſu qui in ſolutum datur, non habetur fides de pretio. ibid.n.15. p.339
Feliciani opinio, cenſum titulo dotis transferri non poſſe reiicitur. ibid.n.16
Cenſu ex debita pecunia conſtituto non fit conuerſio ex vna cauſa in aliam. q 60.n.17. ibid.
Cenſus ex pecuniâ eo pacto credita, vt niſi ſuo die solueretur, ex ea cenſus conſtitueretur, nullus eſt. q.60 n.17. p.340
Duardi ſententia quædam declaratur. ibid.n.18. p.341
Cenſus ex pecunia credita ea lege, vt ea non reddita certo die ex nunc conſtitutus ſit ſuper re certa valet, & currit à tempore contractus. q 60.n.19. ibid.
Cenſus in quo integrum pretium numeratum non eſt dolo, & facto venditoris, valet. ibid.n.30
Cenſus valet cuius pretium ſtatim ex liberalitate redditur. q.61.n.4. p.342
Cenſus titulo donationis in alium transferri poteſt. ibid.n.5
Vt etiam titulo legati. ibid.
Cenſus magni pretij quomodo paucis nummis poſſit conſtitui. ibid.n.6.
Cenſus eſt nullus, cuius pretium ſtatim ex pacto emptori reſtituitur. ibid.n 7 p.343
Idémque eſt, ſi pars pretij reddatur. ibid.n.8
Cenſus nullus eſt, cuius pretium ſtatim emptori redditur, etiamſi non probetur id actum eſſe. q.61 n.9. ibid.
Cenſus nullus eſt, cuius pretium ab alio commodatum eſt numerationis tantum gratia. ibid.n.11
Cenſus ſuſtinetur, licet pretium reddatur, ſi ex redditione venditor commodum ſentit. q.61.n.12. ibid.
Cenſus an valeat licet ex pacto pretium reddatur, ſi in rem venditoris vertatur. ibid.n.14. & 15. ibid.
Molinæ Theologi cenſum valere. ibid.
Cenſus nullus eſt, cuius pretium ſtatim ex iniuſta cauſa emptori redditur. q.61.n.19. p.344
Cenſus ex reditibus non ſolutis creatus, an ex natura rei valeat. ibid.n.23. p.345
Quid ſi redditus in pecunia numerata ſoluti ſint, & recepti. ibid.n.24
Intriglioli ſententia adhuc cenſum irritum eſſe. ibid.
Cenſus ex penſionibus ſolutis, & receptis validus eſt, ſi iidem nummi retro numerentur, & tradantur. quæſt.61.numer.25. ibid.
Auctoris ſententia ab hoc genere cenſus abſtinendum eſſe. q 61.n.26. ibid.
Cenſus valet, cuius pretium apud emptorem depoſitum eſt. ibid.n.28. p.346
Cenſus validus ob vſum illiciti pacti, fit illicitus ex Cencio, & aliis. q.62.n.35. p.350
Auctoris ſententia, & diſtinctio. ibid.
in Cenſu non emuntur, fructus rei. q.63.n.5. p.352
Cenſus fructuarij penſio ante perceptionem fructuum percipi poteſt. q 63.n.6 ibid.
Niſi actum ſit, vt ex fructibus penſio ſoluatur. ibid.n.7
Cenſus nullus eſt, cùm ſub prætextu anticipatæ ſolutionis penſionis aliquid ex pretio retinetur tempore contractus. q.63. n.17. p.354
Cenſus non corruit quamuis nondum elapſo toto anno integra penſio exigatur. q 63.n.29. p.356
Cenſus re pereunte perit, non obſtante pacto. quæſt.64.num.4. p.358.
Cenſus contractus emptio, & venditio, & bonæ fidei. q.65. num.19. p.365
Cenſus onus reale, & ſequitur rem. q.65.n.30. p.366
Cenſus perpetui, & irredimibiles, nunc prohibiti. q.67.n.29. p.375.
Cenſum per partes redimere non licet, domino inuito. ibid. num.30. p.376
Cenſus vt non poteſt niſi integro pretio conſtitui, ita nec diſſolui. ibid.n.39. p.377
Virginij argumentum *ex l.1. C.de latin. libert. toll.* refellitur. q.67.n.40. p.378
Cenſum non redimens, vt amico opem præſtet, poteſt damnum emergens ſtipulari q.72.n.6. p.405
Dauit Terentiani ſententia. ibid. p.406
Cenſus fœneratitius in mutuum conuertitur. q.80.n.9. p.450
in Cenſu vſurario pecunia ſit accipientis. ibid.n.10
Cenſus ſuper re aliena, vel alienari prohibita fructus licitè exiguntur loco eius, quod intereſt ibid.n.14. p.451
Niſi emptor ſciuiſſet rem eſſe alienam. ibid.n.15
Cenſus ſi ematur ex pecunia minoris, vel Eccleſiæ non ſeruata forma bullæ Pij V. quatenus intereſſe debeatur. q.80.n.19. ibid.
Cenſus creatus non ſeruata forma bullæ Pij V. nullus eſt, neque poteſt parere fructus. ibid.n.24. p.452
Cenſus ſuper cenſu conſtitui poteſt. q.80.n.37. p.455
Vincentius de Franch. & Surdus non probant Roderici ſententiam. ibid.n.38
Gaſpar Rodericus malè Becij ſententiam percepit. ibid. num.39.
Cenſus non integro in pecunia numerato recepto pretio, fœneratitius cenſetur. q.80.n.41. p.454
Cenſus ex pretio rei venditæ conſtitutus, nullus eſt. ibid. n.46
Pretij tamen emptori cenſus debentur, ſi res ſit fructifera. q.80.n.47. ibid.
Cenſus ex cenſibus creari, vel augeri non poteſt. q.88.n.5. p.491
Cenſu peremptu penſiones non currunt. ibid.n.19. p.493
Cenſus eſt res fructifera. ibid.n.20
Cenſus in emptione non emuntur penſiones, ſed ius illas percipiendi. ibid.n.24
Cenſus donatione conſtitui poteſt. q.88.n.39. p.495
Cenſus donati non contrauenire bulla Pij V. nec Edicto Ducis Sabaudiæ de contractibus corrigendis. q.88. num.40. ibid.

Cenſus

Cenſus reſeruatiuus licitus eſt,q.89.n.2. p 496
Nec comprehenditur conſtitutione Pij V. ibid.
Pius V. in cenſibus eur anatociſmum prohibuit, quæſt.89. n.60. p.508
Cenſus illiciti non confirmantur ſenteotia,q.99.n.13. p.586
Cenſualis contractus natura quæ,q.48.n.2. p.261
Cenſoali contractu emitur ius ad penſionem, non penſio,q 48. num.25. p.264
Fernandi Rebel. obiectiones referuntur, & refelluntur,ibid. num.26.
De cenſuali agro aquis occupato ſententia Leonelli, q.57. num.46. p.312
Quæ confirmatur. ibid.n.47
Cenſuali contractui ineſt, ne quid fiat in fraudem emptoris, q.65.n.20. p.365
Molinæ,& Duardi ratio reiicitur,ibid.n.21. p.366
Cenſualis res poteſt liberè alienari, pacto non obſtante, q.65. num.29. ibid.
Cenſuarius re non cadit, licet per multos annos cenſum non ſoluerit,q.41.n.3. p.227
Cenſuarius quatenus cenſum imponere poteſt,q.52.n.27.p.287
Centeſima vſurarum maximæ,q.4.n.38. p.23
Ceſſio nominum corrigenda eſt ex l.pen & vltim.C.mand.q 39. num.10. p.211
Ceſſio non valet, ſupra modum numeratæ pecuniæ. ibid.
Ceſſio facta titulo venditionis, & donationis non valet ſupra modum pecuniæ ſolutæ,q.39.n.23 ibid.
Ceſſio iurata non plus valet, quàm verè datum eſt. ibid.n.24
In Ceſſionibus nomioum cooſeſſio pattium non ſufficit, q.39. num.25. ibid.
Ceſſio quibuſdam caſibus in totum valet, licet minori pretio facta ſit.ibid.n.35. p.213
Ceſſio in ſolutum maioris debiti pro minore in totum valet. ibid.n.36.
Ceſſio vltra pretium valet ratione ſumptuum, & periculi, quæ ceſſionarius ſubire cogitur.q.39.n.38. ibid.
Ceſſionis duplex genus.ibid n.51. p.215
Ceſſio in dubio præſumitur facta ſolutionis cauſa. q.39. n.52. ibid.
Ceſſio vt valeat, non eſt neceſſe, vt illius pretium in pecunia numerata ſoluatur.q.59.n 48. p.333
Ceſſio in incorporalibus vim traditionis babet. q.88. n.33. p.494.
Ceſſionarius poſt ceſſionem quod attinet ad vſuras iure ſuo vtitur non cedentis.q.29.n.12. p.167
Ceſſionarius mercatoris debet probare id, quod intereſt. ibid. num.13
Ceſſionarius mariti, an ius babeat vſuras dotis, vel fructus pignorum percipiendi. ibid.n.16
Referuntur,qui affirmant,& qui negant. ibid.
Ceſſionarius creditum ſuum aliunde probare tenetur,quàm ex confeſſione cedentis.q 39.n.19. p.212
Ceſſionarius nominis poteſt agere poſt moram ad id, quod intereſt.q.39.n 41. p.214
Ceſſionarius non poteſt regredi aduerſus cedentem,niſi doceat exactam diligentiam adhibuiſſe.ibid.n.53. p.215
Etiamſi ceſſio facta ſit ſolutionis cauſa.ibid.n.54. p.216
Ceſſionarius, qui excegit vſuras, nominis periculum ſuſtinet. q.39.n.55. ibid.

C H

Chriſtophori Vomhagenſis argumenta aduerſus emptiones redituum, quæ refelluntur.q.43.n.1. p.242
Eius calumnia.ibid.n.9.& 15. p.243.& 244

C I

Cicuta fœnerator cur nodoſus ab Horatio dictus. q.68. n.43. p.384.
Ciuitates vſuram exercere non poſſunt. q.22.n.48. p.104
Ciuitas ne vitis & iuribus deſtituatur,ſucuendum eſt. q 46.n.5. p.255.
Ciuitatum, & caſtrorum debitores moram reipſa facere intelliguntur.q.82.n.6 p.462
Ciuitates non poſſunt intereſſe alterius intereſſe exigere.q 87. num.35. p.489
Ciuitates vtuntur iure minorum. ibid.
Gaſparis Roderici de eadem re ſententia.ibid.n.36. p.490

C L

Claudij Salmaſij de reditibus annuis ſententia, quæ refellitur. q.43.in append.n.20. p.244
Claudius Salmaſius Fauſto Manicheo ſimilis. ibid. num.23. p.245.
Claudij Salmaſij obiectio quædam reiecta. quæſt.89.oum.57 p.507.
Clauſulæ in contractibus ſimulatis ſubſiſtunt pro eo, quod verè geſtum eſt.q.7.n.19. p.31
Quod declaratur duobus modis. ibid.n.20
Clauſulæ & pacta contractus ſimulati, pro non appoſitis habentur.q 7.n.41. p.34
Clauſula *ad habendum*, &c. non impedit, quin feudum redeat ad dominum liberum ab oneribus. quæſt.53. num.13. p.289.
Clauſulæ, *ad habendum*,&c.vis,& poteſtas.q.55.n.34. p.302
Duardi ſententia quædam declaratur. ibid n.35
Clauſula bullæ, *contractuſque ſub alia*, &c. refertur tantùm ad ea, quæ formam cenſus attingunt.q.61.n.26. p.349
Clauſula, *ex nunc prout ex tunc*, non ſuſtinet legem commiſſoriam.q.70.n.18. p.392
Clauſula *licita tamen, & honeſta*, ex ſubiecta materia refertur. q.89.n.52. p.504
Clementin. l. de vſur.non pertinet ad id, quod intereſt. q.79. num.30. p.445
Clericis quædam prohibentur, quæ aliis permiſſa ſunt,vſuræ tamen omnibus.q.3.n.13. p.14
Clericus admonitus, niſi ab vſuris deſiſtat,ab officio, & beneficio deiicitur.q 100,n.30. p.595

C O

Cogitationes poſteriores, non ſemper meliores.q.67.n.41.p.376
Cogitationes poſteriores meliores; ſed non ſemper. q.88.n.6. p 491.
Cogitationis pœnam nemo patitur.q.100.n.63. p.600
Cohæres,cui totus fundus adiudicatus eſt, pretij vſuras præſtare cogitur.q.35.n.28. p.197
Cohæres poſſunt conuenire,vt is, cui totus fundus attributus eſt, vſuras præſtet donec pretium ſoluat. quæſt.35. n.29. ibid.
Cohæres in ſolidum conuenitur, ſi res ad eum peruenit.q 94. num.33. p.546
Cohæres qui rem pignori datam poſſidet, ad illius reſtitutionem ſolus conuenitur.q.94.n.34. ibid.
Cohæredes tenentur ad vſurarum reſtitutionem pro portione eius, qui non eſt ſoluendo, quouſque portiones ſuas exhauriant.q.99.n.31. p.587
Niſi culpa creditoris cohæres factus ſit non ſoluendo. n.32. ibid.
Collecta cenſum non minuunt.q 57.n.8 p 308
Collybus qui ex Budeo.q.25.n.14 p.122
Colonus repetit ſumptus, quos in re conducta vtiliter fecit.q 13. num.28. p.57
Etiamſi agri formam mutauerit. ibid.
Colono, qui agrum maiora reditus fecit vltra pacta conuenta,penſio augeri poteſt. ibid.n.29
Colono, qui rei reditus auxit, penſio non augetur,cùm id in contractu locationis conuentum eſt.ibid.n.36. p.58
Idémque eſt, ſi tacitè id actum fuit.q.13n.37. ibid.
Colonis perpetuis non augetur penſio, licet fundum meliorem fecerint. ibid.n.38
Coloni perpetui de fundis liberè teſtantur. ibid n.39
Et ſaluo canone in hæredes transferunt. ibid.
Colonis perpetuis cenſum imponere licet.q.52.n.7. p.283

Columbariis an cenſus poſſit imponi,q.45.n.38. p.254
Columbarum fœcunditas. ibid.n.39
Columbarum paria ſingula quanti Romæ venierint ex Varrone,q.45.n.39. ibid.
Columnæ inter res mobiles,q.45.n.15. p.252
Commercia iniuſta non ſunt in Rep.permittenda,q.89.num.48. p.503.
Commentum verborum non releuat, dum ſententia legis violatur,q.10.n.26. p.47
Commenta verborum nihil proſunt,q.73.n.9. p.289
Et declaratur Bartoli doctrina in l. hactenus de conſt.pecun. ibid.n.10.
Commiſſi pactio in cenſu reſeruatiuo eſt valida, q.41.n.4. & 14. p.227.& 228.
Feliciani contraria ſententia. ibid.n.5
Commiſſi pactio cenſus reſeruatiui ſubſtantiæ non repugnat, q.41.n.6. ibid.
Commiſſi pactio cenſui reſeruatiuo congruit. ibid.n.9
Commiſſi pactio in cenſu conſignatiuo prohibita. ibid. num. 15.
Etiamſi res cenſeatur vendita pro pretio cenſus. ibid. numer.16.
Commiſſi pactio in cenſu conſignatiuo illicita, licet actum ſit, vt res ſit vendita iuſto pretio,q.41.n.17. ibid.
Commiſſi pactio in cenſu reſeruatiuo recepta eſt fauore eius, à quo res peruenit.q.41.n.18. ibid.
Commiſſi pactio in Emphyteuſi pecunia conſtituta an valeat auctoris diſtinctio. ibid.n.19
Commiſſi pactio in cenſu illicita,q.66.n.13 p.373
Commoda quæ ex cambiis realibus prouenіunt,q.15.n.44.p.125
Commodum non dicitur, quod plus incommodi habet, q.63. num.22. p.353
Commoda commodorum peti non poſſunt, q.86.n.14. p.483
Commodans non tenetur de vitio rei, niſi dolo malo commodauerit,& quare,q.90.n.75. p.520
Commodati actio eſt bonæ fidei,q.34.n.1. p.192
in Commodati iudicio ex iure ciuili poſt moram veniunt vſuræ. ibid.n.2
Commodata pecunia ſi non reddatur, poſt moram veniunt vſuræ ex iure ciuili, nunc tantum id, quod intereſt, ibid. num.4.
Commodati nomine interdum vſura committitur.q.34.num.7. ibid.
An pro pecunia commodata ad pompam aliquid percipi poſſit,ibid.n.8. p.116
Commodatum gratuitum eſt. ibid.
Pro pecunia commodata aliqua honeſta merces licitè exigitur,q.34.n.9 ibid.
Commodatæ rei dominium, & etiam locatæ non transfertur, ibid.n.10. p.193
Commodata ad pompam pro certa mercede locatio & conductio contrahitur. ibid.n.11
Commodare vel locare pecuniam ad decipiendum alterum eſt illicitum,ibid.n.17. p.196
Commodatum, qui accepit, an ſi quid ex re commodata lucri fecerit,illud reddere teneatur,q.34.n.20. p.194
Commodatum negare, turpe eſt,q.77.n.52. p.437
Commodatarium aduerſus, in litem iurari poteſt. q.34.n.5. p.192.
Commodatarius ſi aliter re vtatur,tenetur furti, ibid.n.6. & q.82.n.32. p.464
Commodata re, qui aliter vtitur, quàm commodatum eſt,moram reipſa facit. ibid.n.32
Communi diuidundo iudicium eſt bonæ fidei,q.35.n.36. p.198
Et in eo iuratur in litem pro eo, quod intereſt. ibid.
Compenſatio extrema æqualia exigit,q.27.n.46. p.152
Compenſatio fit ipſo iure ad ſiſtendum curſum vſurarum,q.84.num.10. p.474
Compenſatio fit, tam in actionibus bonæ fidei, quam ſtricti iuris. ibid.n.11
Surdi deciſio 17.non probatur. ibid.n.12
Compenſatio ſiſtit curſum vſurarum, quæ debentur ſine mora,ibid.n.13.
Conceſſio percipiendi fructus ex rebus alienati prohibitis non afficit rem,ſed perſonam concedentis,q.54.n.19. p.293
Condemnatione facta ſortis vel ea recepta, vſuræ amplius peti non poſſunt, quod porrectum eſt etiam ad id, quod intereſt,q.37.n.13.& 14. p.148
Condemnatus de vſura eſt manifeſtè vſurarius,q.100.n.20.p.595
Condemnatus intelligitur, qui ſeruato iuris ordine condemnatus eſt à ſuo iudice. ibid.n.23
Condemnatus appellatione interpoſita publicus vſurarius cenſeri non debet. ibid.n.24
Conditiones, quæ in contractu cenſus ſeruandæ ſunt, non tollunt rationem venditionis,q.42.n.22. p.235
Conditionis aduentus, vel incerti diei non conſtituit in mora, q.81.n.33. p.464
Conditionis euentum promiſſorem in mora conſtituere auctoris ſententia,ibid.q.81.n.36.& 38. p.465
Conditionis euentus inducit moram, ſi ſolutio in eum caſum collata eſt. ibid.n.38
Conditio pro impleta habetur odio eius, per quem fit quo minus impleatur.q.84.n.7. p.468
in *Condictione* indebiti, & ob turpem cauſam fructus veniunt, q.96.n.17. p.561
in Condictione furtiua non veniunt vſuræ. ibid.
Condictione indebiti, vel cauſa non ſecuta res cum fructibus, & acceſſionibus naturalibus condicitur. q.80. n.43. p.453
Condictio indebiti ex bono,& æquo introducta eſt. ibid.
Condictio indebiti naturalis eſt.q.95.n.12. p.555
Condictionibus non veniunt vſuræ ſed fructus. q.96. num.27. p.566.
in Condictione furtiua, & actione rerum amotarum venit id, quod intereſt. ibid.
Conductio vilius facta ob prærogationem penſionis illicita, & vſuraria.q.8.n.21. p.37
Conductio iuſtum præbet titulum percipiendi fructus ſecundum ſtatum rei tempore contractus.q.13.n.31. p.57
Conductio ea lege facta, vt Chyrographa in partem pretij dati poſſint,non eſt illicita.q.39.n.49. p.215
Conductor non tenetur ad penſionem, ſi re conducta frui non potuit.p.11.n.29 p.51
Conductor fructus meliorationum cum ſumptibus compenſare cogitur.q.13.n.34. p.58
Conductor ſi rem locatam non reſtituit, aduerſus eum in litem iuratur.q.36.n.7. p.199
Vt etiam aduerſus colonum, & operarium, qui conductum opus non facit. ibid.n.8
Conductor,cui re frui non licet agit ad id, quod intereſt.q.90. num.10. p.511
Conductor ad biennium eo elapſo non poteſt petere, vt per idem tempus illi fundo frui liceat, ſed tantùm agere ad id, quod intereſt. ibid.n.11
Conductor non poteſt petere lucrum, quod ex negotiatione fructuum facere potuiſſet.q.90.n.83. p.521
Vt etiam is, cui fundi poſſeſſio erepta eſt, ibid.n.84
Confeſſio iterata nihil prodeſt, ſi per metum extorta ſit. q.10. num.14. p.46
Confeſſio partium in ceſſionibus nominum non ſufficit. q.39. num.25. p.211
Confeſſio debitoris vſuras ſibi reſtitutas fuiſſe, dum adhuc ſortis eſt debitor non valet.q.99.n.27. p.587
Confeſſus coram pluribus extra iudicium, an publicus vſurarius haberi debeat.q.100.n.13. p.591
Confeſſio extraiudicialis non ſufficit, vt quis publicus vſurarius cenſeatur. ibid.
Et quibus concurrentibus ſufficiat.ibid.n.15 p.592
Confinia aliunde quam ex inſtrumento probari poſſunt. q.58. num.23 p.319
Coniecturæ fœnoris non leues, ſed graues, & legitimæ eſſe debent.q.9.n.4. p.40
Coniecturæ ſunt in arbitrio iudicis. ibid.n.8
Coniecturæ fœnoris ex variis cauſis ducuntur pro varietate rerum,& perſonarum.q.9.n.20. p.42
Quoties coniecturis iudicandum eſt, plures requiruntur. ibid.n.21. p.41

Coniecturæ, quæ remiſſionem alimentorum excludant, q 91. num.55. p.529
Coniecturæ coniecturis eliduntur,q.93.n.40. p.538
Coniectura ex tractatu leuis ibid.n.53. p.539
Coniunctus pro coniuncto interpellans non conſtituit in mora, q.81.n.14. p.456
Conſ. Corn. vlt. lib.2. declaratur, q.28. num.19. 20. & 21. p.158.
Conſ.Surdi 317. declaratur,q.73.n.23. p.349
Conſilium Bald.166. lib.1. refertur, & refellitur. q.79.num.8. p.386.
Conſ.94.Sfort.Odd.partim probatur, partim reprobatur.q.82. num 44. p.459
Conſilium ipſum interdum punitur, nec inſpicimus, an delictum ſequatur.q.94.n.62. p.550
Conſulens alium fœnerari,ad reſtitutionem obligatur.q.94.n.58. p.550
Conſulens ad reſtitutionem non tenetur, cùm is cui conſilium dedit alias facturus fuit. ibid.n.61
Conſulens,vt modeſtius fœnus quis exerceat, non tenetur,q.94 n.65. p.551
Conſtantinus non omnem fiduciam ſubſtulit,ſed eam tantum,in qua interueniebat pecunia,q 69.n.11. p.386
Conſtantini lex de lege commiſſaria reſcindenda non diu obtinuit. ibid.n.12
Conſtantini legi, qua lex commiſſaria prohibetur, addita eſt vox *pignorum*. ibid.n.15
Conſtituens ſe plus ſoluturum, quàm deberet, non tenetur niſi pro ſumma debita,q.73.n.3. p.462
Conſtitutiones Pontificum *de empt. & vendit. cenſus* ad expoſtulationem Germanorum editæ,q.43.in app.n.10. p.243
Conſtitutio Baſilij Cæſaris vſuras prohibens.q.2.n.32. p.10
Conſtitutio Gregorij X. ne quis fœneratoribus exteris domum locet,ibid.n.45. p.12
Conſtitutio Pij V. habet locum in cenſibus iudicis ſententia creatis,q.21.n.21. p.97
Conſtitutio Pij V. ad omnes ſpecies cenſus non pertinet, q.42. num.28. p.240
Conſtitutio Pij V. de cenſibus,vbi recepta eſt, obligat omnes, & in vtroque foro,q 44.n.1 p.298
Et etiam vbi non eſt recepta ex quorundam ſententia, ibid.
Conſtitutio Pij V. de cenſibus ab omnibus gentibus ex auctoris ſententia ſeruari deberet,q.44.n.16. p.309
Conſtitutionis verba, *& quæ nominatim ſuis finibus deſignata ſit,* ad res ſoli duntaxat pertinet,q 46 n.33. p.307
Conſtitutiones duorum Pontificum cenſus, de quibus conſulebantur, approbant, de aliis nihil ſtatuunt, q.48. num.33. p.320.
Conſtitutiones, & ſtatuta, quibus minuitur æſtimatio pignorum fauore creditoris ſunt valida,q.79.n.27. p.445
Conſtitutio Iuſtiniani de eo, quod intereſt quas leges corrigat,vel non,q 90.n.80. p.520
Conſtituti clauſula in contractu cenſus non eſt inepta aduerſus Duardum, & Cencium, q.49.n.16. p.275
Sed ſuos operatur effectus. ibid.
Conſtitutum in actu, & contractu conditionali, conditionalis eſt. ibid.n.17
Conſuetudo poteſt pretium reditibus vel vnum, vel varium intra latitudinem quandam ſtatuere,q.59.n.24. p.329
Conſuetudo fœneratorum in Belgio, & Germania à Iodoco Damoderio grauiter reprehenſa,q.70.n.92. p.400
Conſuetudo licitum contractum facit,q.89.n.9. p.497
Conſuetudo regionis fœnus excludit,q.93 n.59. p.540
Conſuetudo exigendi vſuras inconſtans eſt, ex receptione ſortis,vſurarum ſolutio non præſumitur,q.93.n.38. p.537
Conſuetudo creditoris,vt ex ea arguatur vſuras ſubduxiſſe,conſtans eſſe debet,q.93.n.48. p.539
Conſuetudo licitos contractus facit.q.99.n.1. p.584
Conſuetudo etiam totius orbis vſuras licitas facere non poteſt, ibid.n.3. p.595
Conſuetudo fœnerandi, licet excuſet à pœna,non excuſat à reſtitutione vſurarum. ibid.n.4
Conſuetudo quatenus contractus ſuſtinere poteſt. ibid.n.5
Conſuetudo fœnerandi non ſuſtinet eos contractus, in quibus vſura eſt patens. ibid.
Conſuetudo contractus fœneratitij celebrandi excuſat à pœna, q.100.n.55. p.600
Niſi vſura ſit manifeſta, & patens,ibid.n.57. p.601
Continuationes cambiorum, continuationes nominum, q.89. n.49. p.504
Illicitum tamen eſt cambium, ſi campſor nouit accipientem non habiturum in loco ſolutionis, vnde ſoluat, q.89. n.50. p.504
Bononienſium Capitula de cambiis à P. V. confirmata, quatenus eſſent licita,q 89.n.51. ibid.
Reſponſa S. Congregationis non probant continuationes cambiorum inter eoſdem, quæſt.89. n.55. p.505
Extenſio D.Raphaël. de Turri ad reſponſum vltimum Congregationis non placet,q.89.n.56. p.506
in Continuationibus cambiorum inter eoſdem offenduntur regulæ iuris naturalis gentium, & ciuilis, & conſtitutionum,q.89.n.59. p.507
Contractibus in bonæ fidei venit id, quod intereſt, & quando, q.1.n.24. p.4
Contractus iniuſti iure naturali prohibentur,q.2.n.37. p.9
in Contractibus bonæ fidei vſuræ debentur ex pacto, q.4.n.6. p.18
Contractus illicitus quis,q.7.n.1. p.29
Contractus iniuſtus quis. ibid.n.2
Contractus vſurarius ſpecies iniuſtæ, & illicitæ conuentionis. ibid.n.4.
Contractus interdum iniuſtus,nec tamen illicitus.q.7.n.6.p.30
in Contractibus vſurariis creditor aufert ſuum, & alienum. ibid.n.7.
Contractus fœneratitij non omnino irriti ſunt,q.7.n.9. ibid.
in Contractibus inſpicitur id, quod verè actum eſt. ibid. num.11.
Contractus per dolum, & vim extorti in totum reſcinduntur, q.7.n.29. p.32
Et eorum clauſulæ,& acceſſoria omnia corruunt. ibid.n.30
Contractus qui per vim, & dolum extorquentur, non ſunt vſurarij. ibid.n.32
Et quomodo corrigantur. ibid.
Contractus non poteſt eſſe fœneratitius, niſi in eo mutuum inueniatur,q.7.n.35. p.33
Contractus ſimulati iuris vinculum non habent. ibid.n.36
Et veluti inanes vmbræ apud Virgilium. ibid.
Contractus ſimulati iuramento non confirmantur,q.7.num.38 ibid.
Contractus ſimulati ipſo iure nulli,ibid.n.44. p.34
Contractus per dolum, & vim extorti in totum reſcinduntur, q.7.n.29. p.28
Contractus vſurarij quomodo ab aliis ſecernantur. q.8 num.1. p.34.
Contractus ſimulati inanes imagines contractuum, q.8.n.9. 35
Contractus non niſi ex pluribus coniecturis fœneratitius cenſeri debet,q.8.n.37. p.38
in Contractibus vſurariis tempus venale,q.8.n.14. p.36
Contractus an ſit iniuſtus, vel vſurarius, multum intereſt, q 8. num.32. p.38
Contractus in dubio licitus, ac iuſtus eſſe præſumitur, q.9. num.5. p.40
Contractus ille in dubio cenſetur celebratus, qui ſcriptus eſt, q.9.n.10. ibid.
Contractus ſimulatus præſumitur, ſi venditor collectas ſoluit, ibid.n.27. p.43
Antonij Solæ ſententia quædam expenditur. ibid.28
Contractus vſurarius præſumitur cùm penſio vſuris pecuniæ, potius quàm rei fructibus conuenit,q.9.n.23 p.42
in Contractibus pignoratitiis fructus imputantur in ſortem, q.10.n.29. p.47
Et illa ex fructibus ſoluta pignus redditur. ibid.
Contractus non extenduntur vltra intentionem contrahentium,q.13.n.31. p.57
Contractus in dubio ſuſtineri debet,q.15.n.29. p.66

Contractus *à godere* illicitus.ibid.n.30.
Contractus ex poſt facto neceſſitatis.q.16.n.27. p.71
Virtute vnius contractus non licet quidpiam extorquere æſtimabile pretio.ibid.n.40. p.72
Et nullum hac in re inter emptionem, & mutuum diſcrimen. ibid.
Ad iuſtitiam contractus nihil pertinet, an quis roget, vel rogetur contrahere.ibid.n.41. p.73
in Contractibus paciſci licet,vt vnus ſtatim,alter ex interuallo impleat contractum.q.16.n.46. ibid.
in Contractibus, qui re contrahuntur, non inſpicitur valor niſi poſt moram.q.17.n.10. p.76
tempus Contractus inſpiciendum eſt, cum de læſione agitur ibid.n.36. p.80
Contractus venditionis non poteſt vſurarius declarari, niſi conſter ob ipſam dilationem pretium auctum fuiſſe. q.24.n.18. p.117
Contractus plures in dubio non cenſentur celebrati.ibid.n.19
Contractus perficitur, dum contrahitur, non autem cùm impletur.q.25.n.15. p.123
in Contractibus ſecernendis non tam verba, quàm pacta inſpicienda ſunt.q.31.n.28. p.180
Contractus etiam prædoni ſeruandus.q.35.n.9. p.195
Contractus cùm vſurarius eſt, nihil vltra ſortem exigi poteſt q.40.n.34. p.220
Contractus cum omnibus ſuis pactis, & conditionibus vniens eſt.q.41.n.50. p.232
Neque poteſt pro parte probari, & pro parte improbari ibid.
Contractus, in quo res datur, & pro re pecunia, & ſpecies æſtimata, eſt venditio.q.43.n.27. p.239
Contractus iuſtus eſt, in quo contrahentes ſe æquali periculo exponunt lucri, & damni.q.49.n.20. p.270
Contractus pactis fulciuntur.q.52.n.26. 287.
Contractus in ſcriptis, teſtibus non probatur, niſi etiam probetur amiſſio ſcripturæ.q.58.n.22. p.318
Contractus in dubio non habetur pro perfecto, quando partes ad extraneos actus nondum diuerterunt.q.59.n.51. p.334
Contractu cenſus perfecto, ſi emptor pretium auferret, vel retineret,qua actione ſuccurratur venditori.q 61.n.30. p.346
Contractus potius ex pactis quàm ex nomine cenſeri debet. q.62.n.15. p.348
Contractus ob illicitam ſtipulationem pœnæ non reſcinduntur, ſed reiicitur tantùm, quod illicitè adiectum eſt q.66.n.22. p.370
Contractus ex his, quæ eorum ſubſtantiam conſtituunt, ſecerni debent.q.43.in app.n.7. p.243
Contractus limitatur ſecundum proteſtationem additam de conſenſu partium.q.68.n.32. p.383
Contractus iniquis pactis referti iure diuino improbantur q.68.n.43. p.384
Contractus prohibitus odio creditoris, non confirmatur iuramento debitoris.q.70.n.28. p.394
Contractus ex conuentionibus partium legem accipiunt q.89.n.11. p.497
Contractus ſuſpectus eſt fœnoris, cum penſio reſpondet pretio non fructibus.ibid.n.17. p.498
Manentus immerito à Marta reprehenſus. ibid.
in contractu venditionis non iuratur in litem pro pretio q.77.n.48. p.437
Contractus quando fœneraritius eſt, non habetur ratio intereſſe.q.80.n.1. p.449
Contractus non deſinit eſſe fœneratitius, quamuis abſit animus fœnerandi.q.99.n.8. p.585
Contractum illicitum faciens putans eſſe licitum, an poſſit lucrum illud conſequi, quod ex contractu licito facere potuiſſet.ibid.n.9.
Contractus vſurarius ſententiâ confirmari non poteſt.q.99.n.12 p.586.
Contractum vſurarium celebrans dolo malo poteſt puniri, licèt nihil exegerit.q.100.n.63. p.600
Contractum vſurarium ſponte corrigenti ignoſcendum. q.100.n.66. p.601
Contractus quando dicatur claudicare. q.43. in append. n.11 p. 243.
Contrahentibus licet ſe in pretio circumuenire, niſi cùm immodica eſt læſio.q.8.n 6. p.35
Contrahentes non poſſunt facere vt ſit contractus, qui non habet, quæ ſunt de illius ſubſtantia.q.16.n.21. p.70
Contrahere nemo cogitur.ibid.n.28. p.71
Contrahentes pares ſunt, cùm eodem tempore mutuum dant, & accipiant q.16.n.43. p.73
Contrahentibus licet pacta munire adiectione pœnæ q.38.n.1 p.205.
Contrahentibus non licet ſe enormiſſimè in pretio circumuenire.q.40.n.59. p.222
Contrahentium voluntas facit, vt pacta quædam contractum transferant in aliud genus.q.62.n.14. p.348
Contrahentes poſſunt ex conuentione, à natura contractus recedere.q.71.n.18. p.403
Contrahentes poſſunt de certo intereſſe paciſci, dummodo ex bono, & æquo illud conſtituant, & abſit læſio.q.90.n.37 515.
Contrahens cum alio non debet eſſe ignarus conditionis eius q.95.n.62. p.561
Contrahentibus pœnam ſtipulari licet.q.98.n.14. p.576
Contrectans celandi animo rem communem, tenetur furti q.35.n.35. p.197
Contumacia debitoris fideiuſſori non nocet.q.77.n.25. 435
Contumacia rei obligationem fideiuſſoris non auget.q.77.n.29 ibid.
Contumacia non ſoluentis non tollit rationem vſuræ.q.79.n.21 445.
Conuentio non valet, vt datis decem vndecim debeantur q.10.n.16.p.47. & q.73.n.2. p.410
Conuentio, vt creditor interim immunis ſit, olim licita vſque ad legitimum modum vſurarum.q.16.n.7. p.68
in Conuentionibus vſurariis creditor in lucro eſt, debitor in damno.ibid.n.41. p.73
Conuentio, vt alter alteri inuicem certo die mutuet, non eſt vſuraria.ibid.n.44.
Conuentio,vt dum pretium non ſoluitur,certa quantitas præſtetur loco fructuum, valet, quam tamen Theologi plurimi improbant.q.27.n.3. p.147
Conuentio inter maritum & promiſſorem dotis de certa quantitate præſtanda, dum dos non ſoluitur, valet.q.28.n.41 p.151.
Conuentio, vt quis alterum pro certa quantitate alere teneatur, non eſt illicita.q.49.n.21. p.270
Conuentio, vt liceat emptori eligere ex quo prædio cenſus ſibi præſtetur, non eſt illicita.q.58.n.55. p.324
Boccatij, & Vgolini contraria opinio.ibid.n.56.
Sed eorum argumenta refelluntur.ibid.n.57.
Conuentio, vt dominus cenſus poſſit rem perpetuo retinere in pœnam non ſoluentis; iniquiſſima.q.66.n.29. p.371
Conuentio, vt pignus ſit emptum, intelligitur iuſto pretio q.70.n.22. p.393
Conuentiones, quæ res illicitas, & turpes continent, iureiurando non confirmantur.ibid.n.31. p.394
Conuentio in mutuo eſt vſuraria, vt quis cogatur rem emere creditoris etiam iuſto pretio.q.70.n.58. p.396
Conuentio de certo intereſſe, vtilis debitori.q.72.n.12. p.406
Conuentio de intereſſe preſtando, dum differtur ſolutio, non eſt illicita.ibid.n.23. p.407
Conuentio de certo intereſſe ſuſtinetur vſque ad eam quantitatem, quæ verè intereſt.q.72.n.29. ibid.
Conuentio de certo veriſimili intereſſe valet, etiamſi nullum lucrum, vel damnum inde ſequatur.ibid.n.32. p.408
Conuentio de certo intereſſe ſuſtinetur, quatenus poſtea verè probatur.q.n.37. ibid.
Ludouici Peguetæ ſententia in ſtipulationibus vſurarum recipi poteſt.ibid.n.38
Niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat.ibid.n.39.
Conuentio, vt ſtetur iuramento creditoris circa id, quod intereſt non valet, ſi cum tutore facta ſit aduerſus pupillum q.76.n.13. p.429

Idem

Idem eſt ſi fiat à curatoribus ciuitatum, & oppidorum. ibid.n.14.
Auctor tamen contrarium ſentit, ſaluo tamen beneficio reſtitutionis in integrum, ſi minor, vel Reſpublica capti ſunt.q.76.n.15. ibid.
Conuentio, vt ſtetur iuramento creditoris, non poteſt à debitore reuocari. ibid.n.22
Niſi in peius mutata ſit perſona creditoris. ibid.n.23
Conuentio, vt circa lucra ſocietatis ſtetur iuramento ſocij, quas declarationes recipiat.q 76.n.47. p.434
Conuentio de certa quantitate intereſſe, quomodo, & quatenus accipienda.q.79.n.16. p.444
Conuentio, vt marito ſex vel ſeptem annoa præſtantur, valet. ibid.n.37. p.446
Dummodo ſuſtineat onera matrimonij. ibid.num.38
Conuentio vt dum pecunia retinetur, debitor teneatur ad id, quod intereſt, non eſt illicita.q.80.n.3 p.449
Conuentio de vſuris pretij pendendis pro modo, & ratione fructuum valet.q.83.n.26. p.471
Conuentio vt niſi ſua die pecunia ſoluatur, medij temporis ſoluantur vſuræ, valet.q.85.n.55. p.481
Quod tamen de intereſſe licito accipiendum eſt. ibid.
Conuentio de certo intereſſe non valet, ſi vis, dolus, metus. vel error interueniat.q.90.n.38. p.515
Conuentio de certa ſumma loco intereſſe emptio quædam eſt. ibid.40.
Conuentio de certo futuro intereſſe valet, dummodo æquale ſit periculum contrahentium.q.90.n.41. ibid.
Conuerſio pecuniæ in proprios vſus non præſumitur.q.82.n.35 p.459
Conuerſione ſolâ pecuniæ alienæ in proprios vſus, non debetur intereſſe. ibid.n.37
Conuictus in iudicio, vel teſtibus, vel propria confeſſione pecuniam ſemel fœneraſſe, publicus fœnerator cenſeri debet. q.100 n.21. p.593
Corruptor non tenetur, ſi quis in crimine perſeueret.q.64.n.69 p.551.
Couarruuias interpretatio *ad §.his autem verbis.inſtit.ad leg. Aquil* quæ reiectum.q 94 n.17 & 18. p.544
Couarruias, & aliorum quorundam ſententia ad D. Ambroſij locum de vſuris ab hoſtibus exigendis.q 98.n.17. p.176

C R

Craſſus quingentos ſeruos architectos, & fabros habuit.q.47 n.6. p.258
Creditor non poteſt ex eo, quòd ſortem per tempus non petit, aliquid ſtipulari vltra ſortem.q.16.n.50. p.74
Creditor non poteſt vltra ſortem partem futuri lucri ſtipulari, & capere.3.n.5. p.12
Creditores non minus ad reſtitutionem tenentur, quòd vſuræ tolerantur.q.6 n.29. p.28
Creditor, qui cum agricolis antichreſim contrahit, ius crediti amittit.q.10.n.7. p.45
Creditor qui cautionem maioris quantitatis extorſit, & litem conteſtatus eſt, creditum amittit.q.10.n.10. ibid.
Creditor qui maiorem cautionem extorſit, non amittit ius crediti, ſi ante litem incboatam eum pœnituerit. ibid.n.12
Creditor plus petens non amittit ius crediti, niſi id à debitore poſtulatum ſit.ibid.n.18. p.46
Creditor vim adhibens debitori, vt ſoluat, creditum amittit ibid.n.19.
Creditor ægrotante debitore eius domum ingreſſus, & ſigna bonis imponens, punitur amiſſione crediti.q.10.n.20. ibid.
Creditores, qui debitorum liberos retinent ad ſeruile miniſterium, quomodo puniantur. ibid.n.22
Creditor qui cautionem maioris quantitatis extorſit, non amittit, quod verè dedit.q.10.n.24. ibid.
Creditore aliquid ſubducente tempore mutui, debitum redigitur ad eam quantitatem, quæ apud debitorem permanſit ibid.n.27. p.47
Quæ frans antiquiſſima eſt. ibid.
Creditor in occulto mutuo non debet plus conſequi, quàm dedit. ibid.n 28
creditores pignora maioris valoris capere ſolent.q 11.n.20 p.50
creditor non factâ antichreſi tenetur imputare fructus, quos potuit percipere. ibid.n 25
Et affertur vera, & germana diuerſitatis ratio. ibid.
creditor quando tenetur refundere, vltra quàm domum conduxiſſet.q.11.27. ibid.
creditor locans domum, integras penſiones ſorti imputare cogitur.ibid.n.27. p.51
creditor, qui pignore non eſt vſus, an teneatur imputare fructus, auctoris diſtinctio. ibid.n.28
creditor ſi relictâ propriâ, domum debitoris inhabitat, quid reſtituere teneatur. ibid.n.30
creditor qui domum debitoris habitat, & ſuam locat, tenetur imputare quanti domum ſuam locauit, niſi domus eius amplior ſit.q.11.n.31. ibid.
creditor factâ Antichreſi, non tenetur ad fructus, quos percipere potuit.q.11.n.35. ibid.
creditor contra ius imputandi fructus in ſortem, nunquam præſcribit.q.12.n.10. p.53
creditor ex iure ciuili poterat pignus vendere, etiam pro vſuris.q.13 n 3. p.55
Quod hodie iure canonico improbatum eſt. ibid.num.4
creditori ſufficit damnum probare, vt illud poſt moram debitoris conſequatur.q.75.n.23. p.423
creditor ſi rebus pignori acceptis damnum intulit, Id in ſortem imputare cogitur.q.13.n 8. p 55
creditor neceſſarias, vel vtiles expenſas in rebus pignoratis factas quatenus conſequatur. ibid n 9
creditor fructus meliorationum in ſumptus compenſari cogitur.q.13 n.20. p.56
creditor torquem aureum pignori acceptum locans, mercedem ſorti imputare tenetur. ibid.n.25
Et reiicitur Nauarri contraria opinio. ibid.
creditor tenetur referre in ſortem, quicquid collectarum nomine ſoluiſſet.q.16.n.6. p.71
creditor tenetur pactiones vi mutui extortas remittere.q.16 n.15. p.70
Et refundere quicquid intereſt debitoris. ibid.
creditor neque plus neque minus exigere debet, quàm ſibi debeatur.q.17.n.24. p.78
creditor pro ærea vel argentea auream monetam ſtipulatus, vſuram facit.ibid.n.34. p 79
Edictum Caroli V.id fieri vetans. ibid.
creditor poſt perfectum mutui contractum, licitè poteſt periculum pecuniæ ſuſcipere pro certa mercede.q 23.n.7.p.106
creditor in ſpecie *c. nauiganti*. quod reſtituere teneatur.ibid.n.8
Didaci Couarru. hac in re ſententia. ibid.n.9
creditor, qui pecuniæ creditæ periculum ſuſcipit, non tenetur pretium periculi reſtituere.q.23.n.10. p.107
Ludouici Lopez hac in re diſtinctio. ibid.n.11
creditor ratione periculi amittendæ pecuniæ, nihil vltra ſortem capere poteſt.ibid.n.27. p.138
creditor poteſt paciſci, vt dum non ſoluitur mutuum, debitor refundat id, quod intereſt.q.27.n.12. p.150
creditor cui facta eſt ceſſio, dicitur procurator in rem ſuam. q.29.n.14. p.168
creditor ceſſionarius mariti vſuras, & fructus pignorum in ſortem imputare cogitur. ibid.n 25
Auctoris auctorum in hac quæſtione conciliatio. ibid.n.26
creditor non imputat fructus in ſortem quatenus eius intereſt ibid.27.
creditor, cui pignus à debitore ſubripitur, non cogitur imputare ſorti, ſi quid actione furti conſecutus eſt.q.38.n.23 p.208
creditor, cui pignus ab extraneo ſubreptum eſt, imputat debitor, quicquid actione furti habuit. ibid.n.24
creditor, qui rei dominium impetrauit, ſuperfluum debitori, offerre poteſt.q.40.n.14. p.218
creditor, qui pignora accipit in ſolutum, videtur de credito tranſegiſſe.q.40.n.55. p.222
Neque poteſt reſiduum petere. ibid.

Index Rerum,

Niſi debitor, vel creditor enormiſſimè læduntur.ibid. n.56
Creditores olim nauticæ pecuniæ ſtipulati conſueuerant certam ſummam ſumptuum nomine pro ſeruis, quos mittebant ad exigendam pecuniam.q.66.n.8. p.369
Creditor poteſt iuris auctoritate,& bona fide pignus diſtrahere q.66.n.16. p.371
Cencij diſtinctio, quod non placet auctori. ibid.num 27
Creditores domini cenſus non poſſunt impedire, ne debitor cenſum redimat.q.67.n.6. p.372
Creditor non tenetur ſolutiones partium recipere.q.67n.31 p.376.
Cencij, & Duardi reſponſiones reiectæ. ibid.
Creditores ante Iuſtinianum non fiduciam,ſed pignus cum lege commiſſoria contrahere ſolebant.q.69 n.11. p.386.
Creditoris, & fideiuſſoris eadem aſperitas in lege commiſſoria exorquenda.q.70.n.43. p.395
Creditor non minus pacto vulgari, quàm lege commiſſoria ſibi proſpicit, quod attinet ad ſecuritatem. q. 70. n. 53. p.396.
Creditor poteſt ab initio paciſci de certo intereſſe damni emergentis, quod vere patitur.q.72.n.3. p.405
Creditor ex officio ſuo damnum pati non debet.ibidn.7.p.406
Creditor non minus ante moram, quàm poſt moram ſuæ indemnitati conſulere poteſt.q.72.n.13. p 407
Gaſparis Roderici ratio quædam reiicitur. ibid.n 24
Creditor ſi minus probet, quàm conuenit, an nihil omnino conſequi poſſit pro eo quod intereſt. ibid.o.28
Ludouici Peguerae hac de re ſententia, in deciſ.33. ibid.
Creditor ſi tempore numerationis aliquid ſubducat, obligatio pro eo tantum ſubſiſtit, quod remanet debitori.q. 73. n.20 p.411
Et pro eo tantùm intereſſe exigi poteſt. ibid.
Creditor poteſt intereſſe lucri ceſſantis petere, licet pecuniam non inuitus mutuam dedit.q.74.n.6. p.413
Creditor ſponte pecuniam mutuam offerens poteſt de lucro ceſſante paciſci ibid.n.7. p.518
Creditor poteſt ſtipulari quicquid ſua intereſt dilatione pendente.q.74.n.20. p.414
Creditor, vt lucrum ceſſans licitè petat, probare debet ob pecuniam ſibi non reſtitutam lucrum amiſiſſe.q. 74. n 59 p.419
Creditor, qui domi pecuniam habet præſidij causa, non prohibetur lucrum ceſſans exigere q.74.n.63. ibid.
Creditor non tenetur admonere debitorem de damno,quod ex eius mora patitur.q.75.n.5. p.421
Quamuis humanius ſit, ſi id faciat. ibid.
Creditori qui per vim vel dolum coactus fuit ad mutuandum debetur intereſſe damni etiam nullo pacto intercedente.q.75 n.7. p.412
Creditor agens ad damna, illud ex facto, & culpa aduerſarij pati debet. ibid.n.10
Creditor non tenetur probare nominatim ob non redditam pecuniam damnum ſenſiſſe. ibidn.12.
Creditor eo ipſo quòd damnum paſſus eſt, præſumitur id ſenſiſſe aduerſarij culpa. ibid.o.14
Creditorem, qui pecuniam habet, veriſimile non eſt, æs alienum contrahere, & vſuras pati velle ſub ſpe repetendi q.75.n.15. ibid.
Creditorem damnum probare ſufficit, vt illud conſequatur ibid.n.23. p.423
Creditor poteſt licitè exigere quod eius verè intereſt, licèt illud probare non poſſit.q.76.n.43. p.431
Creditori id quod intereſt decerni poſſe ad rationem vſurarum quincuncium, etiamſi nihil probet ſua intereſſe, ex ſententia Antonij Fabri.q.78.n.3. p.439
Creditores curare debent, vt pignora ſibi addicantur iure dominij, vt fructus ſuos faciant.q.79.n.26. p.44
Creditor, cui ceditur nullus in ſolutum datus eſt, poteſt primaeuâ actione agere.q.80.n.16. p.452
Vel actione ex empto agere de euictione. ibid.
Creditor, cui cenſus inualidus in ſolutum datus eſt, agens prima actione tenetur probare id quod intereſt.q.80.n.27. ibid.27.
Creditor, cui res in ſolutum data eſt, poteſt de euictione agere. licèt actum ſit, vt primâ actione agere poſſit ibid n 30.
Creditor moram purgare poteſt.q.84.n.48. p.477
Creditor ſecundus ſoluens priori ſortem cum vſuris, non poteſt vſurarum vſuras exigere.q 87.n.22. p.488
Creditor non poteſt iurare ſua intereſſe vltra duplum.q 90.n.19 p.512.
Iuſtinianus non iuſſit intereſſe ſemper taxari vſque ad duplum, ſed ne duplum excedere poſſet.ibid.n.20.
Creditor non eſt audiendus, ſi intereſſe alterius intereſſe petere velit.ibid.n.87. p.521
Creditor non tenetur ſortem ſine vſuris licitis recipere.q.91.n.1 p.513.
Creditor, qui alio loco recipit ſortem, non poteſt agere ad id quod intereſt ibid.n.32. p.516
Item ſi illius iuſſu adiecto, ſolutio facta ſit.ibid.n.33.
Creditores in Germania, & Gallia in concurſu ſola ſorte contenti eſſe coguntur.q.87.n.17. p.493
Creditor cum proteſtatione ſortem recipiens, intereſſe petere poteſt.q 91.n.34. p.516
Creditor recipiens ſortem, ius petendi intereſſe amittit, ſiue liberet, ſiue non liberet debitorem. ibid.n.39
Creditor compulſus recipere ſortem,poteſt nihilominus agere ad id quod intereſt.ibid.n.43. p.517
Creditor exigens nomen ſibi in ſolutionem vſurarum ceſſum, tenetur illud imputare ſorti.q.93.n.6. p.535
Creditor,cui ex fructibus ſolutum eſt, non poteſt ſe præſcriptione tueri.q.94 n.3. p.542
Creditor contra ius imputandi fructus in ſortem nunquam præſcribit. ibid n 4
Credito qui vſuras à ſuo debitore exegit,ex eo quod illas fœneratori ſolueret, tenetur illas reſtituere, ſi eas à fœneratore deinde recuperauerit.ibid.n.37. p.546
Creditori etiam vero bis non ſoluitur.q.95.n.66. p.561
Creditor rei feudalis fructus ſorti imputare cogitur. q. 98.n.4 p.575.
Creditor ſperans aliquid ex liberalitate debitoris, non admittit vſuram.q 98.n.36. p.578
Creditor, ſi fructus pignoris non æquant id quod intereſt, reſiduum petere poteſt.98.n.50. p.583
Creditor nihil vltra ſortem exigere poteſt ob labores in quærenda pecunia factos. ibid.n.53
Creditor pro cuſtodia pignoris, quatenus fructus faciat ſuos. ibid.n.54.
Diſtinctio quorundam, quæ non placet. ibid.num. 55
Creditor poteſt vltra ſortem aliquid exigere ex vi iuſti contractus concurrentis cum mutuo.q.98.n.57. p.583.
Creditor abſolutus à petitione vſurarum, non ideo minus vſuras reſtituere tenetur.q.99.n.17. p.586
Creditor accipiens pecunias ſub vſuris quando poſſit eas à ſuo debitore repetere.q.75.n.27.& 30. p.430
Creditor, qui vt æs alienum ſoluat, cogitur res proprias vendere, poteſt hæc damna repetere.ibid n.36. p.431
Crimen manifeſtum eſt, quod manifeſtis probationibus conuincitur.q.100.n.24. p.593
Criminales cauſæ non deciduntur iuramento, ſed ciuiles tantùm.q.93.n.71. p.541

C V

Cuiacij dictum quoddam *ad tit. depoſit.* declaratur.q.3.n.32. p.17.
Cuiacij explicatio *ad l.1. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. prof.* non placet q.21.n.33. p.98
Cuiacij diſtinctio exiſtimantis in iudicio locati venire vſuras. in actione ex condicto non venire.q.36.n.3. p.199
Quæ auctori non placet.ibid.n.4.
Cuiacij opinio in arbitrio iudicis fuiſſe, in iudiciis bonæ fideâ vſuras infligere.q 37.n.11. p.103
Quod auctori non placet, & eius argumenta.ibid.n.12 104.
Cuiacij locus in tract. *ad African.* ex ipſo Cuiacio declaratur.q.71.n.12. p.402

Culpa

Culpâ aut dolo debitoris ſi fundus non tulit fructus, vel paucioces, penſio non minuitur.q.57.n.14. p.309
Culpa eſt fundum cenſualem non arare, & ſerere.q.57.n.15 310.
Cum de vno quæritur; reliqua ſupponuntur.q.46.n.24.& 30 256. & 257.
Cùm ſtandum eſt libris rationum, contrarium probari poteſt q.93.n.18. p.536
Cuniculorum ſeptis, an cenſus ritè imponi poſſit.q.45.n.38 p.254.

C Y

Cydiæ cuiuſdam dolus, & periurium inſigne.q.32.q.11. p. 185
Cymba piſcatoria vendita cum retibus, vſuræ pretij debentur. q.41.n.32. p.230

D A

Damnum pecuniæ eſt conferentis, ſiue in principio, ſiue in fine ſocietatis pereat.q.31.n.37. p.181
Damnum damni, quatenus debeatur.q.87.n.32. p.489
Damni emergentis intereſſe eſt extra rem.q.87.n.33. ibid.
Damnum emergens ob moram in ſolutione redituum debetur ex multorum ſententia.q.88.n.27. p.494
Damnati iudicio directo tutelæ, mandati, depoſiti, & pro ſocio efficiuntur infames, non contrario.q.77.n.52. p.437
Datione in ſolutum, res fit creditoris.q.12.n.3. p.53
& q.40.n.2. p.217
Datione in ſolutum ſequitur liberatio.q.40.n.4. ibid.
Datio in ſolutum agri, vel alterius rei ſimilis: ſi pro maiori quantitate fiat, eſt omnino inutilis.q.40.n.8. ibid.
Etiamſi plus vno nummo facta ſit. ibid.
Siue pars ſiue Iudex bona in ſolutum dederit. ibid.n.9
Datione in ſolutum non ſubſiſtente, quòd pro maiori ſumma facta eſt fructus quoque reſtituuntur. ibid.n.10
Habenda tamen eſt ratio; quod verè intereſt creditori q. 40 n.11. p.218
Datione in ſolutum non ſubſiſtente, res retinere poteſt pro debito, donec ſoluatur. ibid.n.12
Datio in ſolutum facta à debitore pro maiori ſumma non ſuſtinetur, etiam pro eo quod debetur. ibid.n.13
Si res in ſolutum detur pro vſuris condici poteſt cum fructibus.q.40.n.15. ibid.
Idemque eſt, ſi pro ſorte, & vſuris res in ſolutum data ſit. ibid.n.16
Datio in ſolutum pro ſorte, & vſuris, non ſubſiſtit. q.40.n.21 p.219.
Qui dat in ſolutum, non vendit, ſed ſoluit. ibid.n.22
Dationes in ſolutum ex coniecturis in fraudem vſurarum facta probari poſſunt.q.40.n.25. ibid.
Dationem in ſolutum vſurariam eſſe colligitur ex pacto redimendi.q.40.n.26. ibid.
Data in ſolutum ſimulata præſumitur ex pactis, quæ dationi pignoris conueniunt. ibid.n.27
Inter Dationem in ſolutum ex falſa cauſa, & dationem in fraudem vſurarum, quid interſit.q.40.n.32 p.220
Datio in ſolutum ex falſa debiti quantitate nulla eſt, non vſuraria. ibid.n.33
Datio in ſolutum potius quàm pignus præſumitur.q. 40. n.35 ibid.
Datio in ſolutum non reſcinditur, licèt iniuſto pretio facta ſit. ibid.n.36
Niſi læſio ſit vltra dimidiam iuſti pretij. ibid.n.37
Datio in ſolutum rei, quæ functionem recipit, non reſcinditur, licèt iniuſto pretio facta ſit.q.40.n.38. ibid.
Datio in ſolutum iudicialis an reſindatur *ex l. 2. C. de reſcind. vendit.*q.40.n.39. ibid.
Datio in ſolutum per pactionem commiſſariam extorta non valet, aduerſus Houdedeum.q.70.n.19 p.392
Dationi in ſolutum non poteſt ineſſe pactum legis commiſſoriæ pignorum.ibid.n.21 p.393
Datio in ſolutum vicem emptionis obtinet.q.95.n.1. p.554
Datum non videtur, quod ita datur, vt reſtituatur.q. 40. n.26. p.219
Datum ex liberalitate, quando intelligatur. q. 98. n.34. p.578

D E

Debitores vt dilationem non ſequantur, nihil fœneratoribus negare ſolent.q.5.n.6. p.24
Debitores neceſſitate ſtrangulantur, fœneratores laqueum ſtringunt. ibid.n.8
Debitor, qui pignus dedit ſub pœna legis commiſſoriæ, poteſt oblata pecuniâ pignus quandocunque recuperare. q. 14 n.27. p.62
boni Debitoris officium ex Terentio.q.17.n.16. p.77
Debitor poteſt pecuniam in aliam formam ſoluere, dummodo id creditori non ſit oneroſum.ibid.n.26. p.78
Debitor vſuras à pupillo repetens, probare debet illas in rem pupilli verſas eſſe.q.20. n.28. p.93
Aliàs à tutoribus repeti bebent. ibid.n.29
Debitor non poteſt dare in ſolutum cenſum annuum ſuo creditori.q.21.n.20. p.96
Debitor vendito per iudicem pignore, tenetur de euictione. ibid.n.22. p.97
Debitor poteſt condemnari in id quod intereſt, & in quibus caſibus. ibid.n.27
Debitor dotis, poteſt condemnari, vt donec dotem ſoluerit, aliquid annuum præſtet.q 21.n.28. ibid.
inter Debitorem, & eum qui pro eo fideiubet acceptâ pecuniâ, non mutuum, ſed alius contractus celebratur. q. 23. n. 37 p.109.
Debitor dotis in mora intelligitur eo ipſo quòd vir onera matrimonij ſuſtinet.q. 28.n.3. p.155
Antonij Fabri contraria ſententia. ibid.n.4
Quæ ab aliis, & ab auctore reiicitur. ibid.n.5
ſi Debitor dotis cedat in ſolutum nomen, an maritus poſſit eius vſuras exigere.q.19 n.4. p.166
Debitor ceſſus tenetur marito ad vſuras poſt moram.q.29.n.6 ibid.
Debitor, cuius nomen Hebræo ceſſum eſt, illi poſt ceſſionem vſuras præſtare cogitur.q.29.n.8. ibid
Debitor coactus ante diem ſoluere, poteſt deducere interuſurium medij temporis.q.30.n.23. p.170
Quod etiam in debitore fiſci receptum eſt. ibid.
Quod auctor putat accipiendum, cùm verè creditor is intereſt ante diem ſoluere.q.30.n.14. ibid.
Debitor an ex eò quòd ante diem ſoluit, poſſit minus ſoluere. q.39.n.6. p.209
Debitor minus ſoluens; cùm debitum indubitatum eſt, non liberatur.q.39.n.13. p.210
Debitori malo partem remittens; vt reſiduum conſequatur, id quod remiſit petere poteſt. ibid.n.14
Debitor ex eo, quòd ante diem ſoluit, minus ſoluens iniuſtitiam facit. ibid.n.15
Debitor ſine exceptione ex eo, quòd ante diem ſoluit, minus ſoluens iniuſtitiam facit.q.39.n.16. p.211
Debitor ante diem ſoluens ratione lucri ceſſantis, poteſt minus ſoluere.q.39.n.18. ibid.
Debitor cenſus non poteſt rem dimittere, vt ſe liberet, niſi ex donatione obligatus ſit.q.42.n.25. p.235
Debitor cenſus poteſt cogi, vt rem cenſualem colat & reficiat q.57.n.60. p.314
Et interim penſionem ſoluere. ibid.n.61
Debitor cenſus poteſt res domino illius in ſolutum dare. q.61 n.27. p.345
Et valet datio in ſolutum, niſi aliud ex coniecturis videatur. ibid.
Debitor poteſt in ſolutum dare pignus creditori.q. 69. n. 40 p.389.
Debitor poteſt vendere, vel dare in ſolutum pignora creditori q.70.n.13. p.392
Debitor quandocunque debitum offerre poteſt, quoties, actum eſt, vt res ſit empta iuſto pretio æſtimanda. q. 70. n. 54 p.396.

Index Rerum,

Debitori iocumbit onus probandi creditorem alias pecunias habuiſſe, quibus merces emere, & lucrum facere potuit q.74.n.66. p.420

Debitor non tenetur ea iuſtitia ad damnum, quod creditor patitur ante moram, niſi illud actum ſit.q.75.n.2. p.421

Debitor poſt moram tenetur ad damna, etiamſi nominatim id actum non ſit.ibid.n.4.

Debitori onus probandi incumbit creditorem ex ſua mora nullum ſenſiſſe damnum.q.75.n.14. p.423

Debitoris liberatio legari poteſt.q.76.n.42. p.451

Debitor cenſus ſi non ſit ſoluendo, an cedens de euictione teneatur.q.80.n.35. p.453

Gaſparis Roderici hac de re ſententia. ibid.

Quæ non probatur auctori.ibid.n.36.

Debitor ex lapſu diei non dicitur in mora, ſi factum aliquod creditoris præcedere debuit.q.81.n.43. p.459

Debitor non eſt in mora, ſi creditor abſit, cui ſolui debet ibid.n.44.

Debitor noneſt in mora, non impleto contractu ex parte creditoris q.81.n.45. p.460

Debitor ſimpliciter obligatus non eſt in mora, niſi fuerit interpellatus.ibid.n.53.

Debitor qui ſui copiam non facit, moram facere intelligitur q.82.n.45. p.465

Dummodo hac de re creditor proteſtationem emittat. ibid.

Debitores minorum ex mora irregulari tenentur ad intereſſe lucri, vel damni.q.83.n.10. p.469

Debitor ſummæ illiquidæ ad intereſſe non tenetur.q.84.n.3 p.473.

Debitor excuſatur à mora, ſi die conuento creditor non ſit in loco, in quo ſolui debuit.q.84.n.14. p.474

Debitor pupilli, qui tutorem non habet excuſatur à mora. ibid.n.15.

Vt etiam debitores furioſi, & ſimilium.ibid.n.16.

Debitor dotis excuſatur à mora, ſi ſoluto matrimonio hæres mulieris abſens ſit.q.84.n.18. ibid.

Etiamſi abſens ſit Reipublicæ cauſa.ibid.n.19. p.475

Debitor abſente creditore non tenetur proteſtari ſe paratum eſſe ſoluere.ibid.n.21.

Debitori parum eſt quærere pecuniam, niſi ſoluat.q.84.n.32 p.476.

Debitoribus egenis longiores dilationes concedi debent q.84.n.38. ibid.

Debitor à quo plus petitur, excuſatur à mora.q.84.n.50 p.478.

Debitores ex cauſa depoſiti generalibus induciis non gaudent q.85.n.6. p.479

Item debitores ex cauſa dotis.ibid.n.7.

Debitor poſt moram tenetur ad id, quod creditoris intereſt q.86.n.1. p.482

Debitores redituum rectè tutoribus ſoluunt, & liberationem conſequuntur.q.88.n.21. p.493

Debitor pecuniæ tenetur ad intereſſe lucri, quod creditor ex negotiatione facere potuiſſet.q.90.n.85. p.511

Debitor tacens, non videtur proteſtationi conſentire.q.91.n.40 p.517.

Si Debitor quid pro reſiduo ſe debere dicat, creditor non prohibetur integram ſummam petere.q.93.n.44. p.538

Debitor poſtquam ex fructibus rei integrè ſatisfactum eſt, poteſt pignus repetere.q.94.n.1. p.542

Et poſſeſſionem rei ſuæ recuperare.ibid.n.2.

Debitor ſoluens vſuras creditori vſurarij, an illas ab eo repetere poſſit ibid.n.75. p.552

Leonardi Leſſij, & Cardin. de Lugo ſententia. ibid.

Debitor vſurarum iuſſus eas alteri ſoluere, exceptione ſe tueri poteſt, & non ſoluere.q.94.n.76. ibid.

Debitor vſurarum, ſi mandato vſurarij eas eius creditori ſponte ſoluat, non poteſt eas à creditore repetere.ibid.n.77.

Debitor qui exceptionem habebat, promittens alteri ſoluere exceptionem remittere videtur, niſi ſit mulier, vel minor q.94.n.78. & 79. ibid

Debitor vini, aut alterius ſimilis rei tenetur poſt moram ad id quod intereſt circa rem.q.96.n.31. p.566

Niſi ex maleficio conueniatur.ibid.n.31.

Debitor obtentâ veniâ iuriſiurandi non cogitur vſuras ſoluere q.99.n.10. p.585

Debitores quibuſdam veluti vinculis adligantur. q.99.n.28 p.587.

Debitores creditoribus ſeruiunt. ibid

Debitor ex cambio non tenetur ad intereſſe alterius intereſſe q.89.n.41. p.500

Etiamſi actum ſit de intereſſe præſtando.ibid.n.42. p.501

Debitum vt ſit vſurarium ſatis eſt, vt animus fœnerandi ſuperueniat, & ex ſolo tempore exigantur vſuræ.q.33.n.33 p.191.

Debitum ex vna cauſa in aliam conuerti poteſt.q.60.n.3. p.337

Debitum præcedens in pretium cenſus cedi poteſt.ibid.n.18 p.339.

Debitum malo debitori remiſſum, vt pars eius ſoluatur quandoconque repeti poteſt.q.99.n.33. p.587

Debiti vſurarij nullum augmentum debetur.q.89.n.31. p.499

Debitum ex vna cauſa poteſt in mutuum conuerti, & recipere vſuras.q.1.n.10. p.2

Debitum ex vna cauſa in mutuum conuerti poteſt ex conuentione partium.q.8.n.40. p.39

Debitum librarum, ſi monetæ deteriores cuſæ non ſunt, poteſt ex aureis diſſolui ſecundum præſentem eorum æſtimationem.q.17.n.33. p.79

Debitum ex vna cauſa, vt in aliam conuertatur, vtriuſque conſenſus requiritur.q.18.n.24. p.83

Decem dari non poſſunt, vt vndecim recipiantur.q.26.n.33 & 58. p.134 & 140

Deciam. in conſ.104.lib.2. & alij auctores declarantur.q.15.n.5 p.63.

Decimarum intereſſe non debetur, niſi circa rem conſiſtat q.89.n.29.& 30. p.499

Decretum iudicis in alienationibus impoſitum, non tollit remedium l.2.C. de reſcind.vend.q.40.n.60. p.225

Et admittit probationem in contrarium. ibid.

Decretum iudicis eſt indiuiduum.q.54.n.30. p.295

Definitioni vſus fructus, & actionis, non eſt additum, *eſſe iure iuſto titulo acquiſitum* q.42.n.8. p.233

Definitio alia Philoſophorum, alia Oratorum. Ibid. n. 12 p.234.

Delicta etiam imperfecta puniuntur.q.100.n.64. p.601

Dementia eſt cum vſuris certare fructibus prædiorum.q.29.n.9 p.167.

Denarios ſtipulanti, licet aureos eiuſdem quantitatis promittere.q.17.n.35. p.80

Deo nihil occultum.q.99.n.17 p.586

Deponens, & vſuras exigens non amittit ius hypothecæ quoad ſortem.q.7.n.17. p.31

Deponens pecuniam ea lege, vt pro vſu illius aliquid accipiat, donec reddatur vſuram committit.q.32.n.3. p.184

Deponens pecuniam penes mercatorem, poteſt paciſci de certo lucro ſi ſua interſit.q.32.n.19. p.186

Depoſitâ re fructiferâ, non eſt vſura ex illius vſu aliquid accipere.q.32.n.7. p.237

Depoſitario nec modica quidem dilatio datur ad reddendum depoſitum.q.35.n.13. p.185

Depoſitarius, qui ex pecunia depoſita lucrum facit, an teneatur lucrum reddere.ibid.n.20. p.186

Et hac de re Baldi ſententia teneri. ibid.

Quæ reiicitur. ibid.n.21.

Depoſitario vetitũ eſt res depoſitas attingere.q.32.n.27.p.187

Depoſitum quando, & quomodo vſurarium.q.8.n.18. p.36

Depoſitum facilè in mutuum conuerti poteſt, & recipere fœnus. ibid.n.39

Depoſitum ſine mora reſtituendum.q.32.n.8. p.185

Neque poteſt obiici compenſatio. ibid.nec exceptio non numeratæ pecuniæ. ibid.n.9

Depoſiti condemnatus, non habet quadrimeſtre, quod condemnatis conceditur.q.32.n.12. ibid.

Depoſitum in fraudem vſurarum factum, non habet priuilegia depoſiti.ibid.n.16 p.186

Depoſita illicita in Belgio frequentantur.q.35.n.17. ibid.

ex

ex Depoſitis quicquam capere in Hiſpania vetuit Philippus I I. ibid.n.18.
Depoſiti iudicio veniunt fructus, & omnis cauſa.q.32.n.19 ibid.
Depoſiti periculum pertinet ad creditorem.q.59.n.42. p.332
Depoſitum quod ſit in odium alterius, non valet, niſi pecunia ſit numerata q.59.n.47. p.333
Depoſitum non mutat dominum.q.61.n.29. p.346
Depoſiti in actione iuratur in litem, de eo quod intereſt q.77.n.43. p.436
Quod de vero depoſito accipiendum eſt.ibid.n.44. p.437
Depoſito vtens inſcio, & inuito domino moram re ipſa facit, & tenetur ad id quod intereſt.q.82.n.31. p.464
Depoſitum pro non facto habetur, ſi debitor recuperat pecuniam.q.84.n.44. p.477
Depoſitarius pecunias deponenti reddens ſine iuſſu iudicis tenetur in ſubſidium.ibid.n.46.
Depoſito minus legitimè facto, aliud fieri poteſt.ibid.n.47
Depoſitum ſecundum perperam factum, euertit primum rectè factum.q.84.n.49. ibid.
Depoſitarius apud quem ſors, cum vſuris depoſita eſt ad intereſſe totius ſummæ tenetur poſt moram.q.87.n.7. p.486
Depoſitum domino reddendum eſt, non furi.q.95.n.68. p.561.
Depoſiti actio datur prædoni, quia tenetur domino.ibid.n.69
Depoſitarius vtens pecunia depoſitata, tenetur tantum ad illius reſtitutionem, & ad id quod intereſt.q.96.n.7. p.564

D I

Dictio, intra, includit extrema, vt cætera excludit.q.58.n.35. p.320.
Didaci Couarruuias locus declaratur.q.33.n.28. p.191
Dies in legatis non interpellat.q 19.n.10. p.86
Dies in contractibus conſtituit in mora.ibid.n.11.
Dies interpellat pro homine.q.81.n.26. p.457
Die adueniente mora contrahitur, etiam ab hærede.ibid.n.32 458.
Et committitur pœna, quatenus intereſt. ibid.
Differentiæ ratio, cur res aliena vendi poſſit, & non poſſit cenſus in ea conſtitui.q.55.n.6. p.298
Difficultas ſoluendi non excuſat à mora, & id quod intereſt q.84 n.31. p.471
Difficultas non excuſat à mora, cum dies, & pœna addita eſt obligationi.ibid.n.34. p.472
Difficultas ſoluendi non excuſat debitorem ab eo, quod intereſt ratione lucri.ibid.n.35.
Dilatio ſoluendi vſuram inducit.q.18.n.54. p.83
Dilatione datâ ad ſoluendum, vſuræ pretij non debentur, niſi de illis præſtandis actum ſit.q.27.n.31. p.151
Dilatione data ad ſoluendum, fundus pluris venditus præſumitur.ibid.n.32.
Dilatio non impedit, quin vſuræ debeantur, ſi de illis interim præſtandis conuentum eſt.q.27.n.34. p.151
Dilatio duplex, alia certi, alia incerti temporis.ibid.n.35
Dilatio incerti temporis non facit, quin vſuræ pretij debeantur. ibid.
Dilationis genus duplex.q.28.n.17. p.157
Dilationem certi, & incerti temporis concedere, quando idem ſit.ibid.n.18. p.158
Dilatio ſolutionis, mutuum quoddam eſt.q.73.n.11. p.411
Dilatio ſoluendi, an vſurarum remiſſionem contineat.q.85.n.26 p.481.
Dilationis à creditore conceſſæ tempus, liberum eſt ab vſuris ibid.n.32.
Dilatione data ad ſoluendum pretium, vel dotem vſuræ interim non debentur. ibid.n.33. p.482
Niſi actum ſit, vt interim præſtentur vſuræ.q.85.n.34. ibid.
Dilatione conceſsâ ad ſoluendum mutuum, an ex hoc vſuræ ſolutæ, vel ſubductæ intelligantur.q.93.n.45. p.539
Diligentia in exigenda ſorte, non excuſat ab vſura.q.18.n.27 p.83.
Vgolini ex c. vlt. de vſur. ratio quædam reiicitur ibid.n.28
Diocletian. & Maximin. primi licentiam circumueniendi in pretio cohibuerunt.q.40.n.79. p.225
Diſcrimen inter ius Pontific. & ciuile circa actiones ex delicto defuncti dandas aduerſus hæredes.q.94.n.21. p.544
Diſtinctio inter patrem, & mulierem, vel extraneum debitorem dotis, quoad moram reiicitur à Barboſa, & aliis q.28.n.8. p.156
Diuiſio patris vſurarij inter liberos non valet. q.100.n.48 p.598.
Diuiſio vicem emptionis obtinet.q.35.n.30. p.197
Diuiſione factâ, ſi detegatur fraus vnius ex cohæredibus, de rebus ſubreptis actio datur, & iuratur in litem.ibid.n.34
Diuiſo fundo cenſuali dominus cenſus poteſt ſingulos poſſeſſores in ſolidum conuenire, quatenus fructus fundi patiantur.q.57.n.30. p.312
Cencij ſententia, quæ non omnino placet auctori.ibid.n.31
Diuites quando gratuitam pecuniam credere teneantur q.84 n.37. p.476
Diuitiæ fluxæ, & fragiles.q.75.n.16. p.422

D O

Dolus dolo compenſatur.q.77.n.36. p.436
Doloſus aduerſus doloſum, non iurat in litem. ibid.
Doli mali cauſa non continetur *l.1.C. de ſentent. quæ pro eo.* q.90.n.23. p.513
Dolus an virtus non requiritur in hoſte.q.98.n.10. p.576
Dominium rei mutuo datæ in accipientem transfertur q.6.n.1 p.26.
Dominium per vſuram non acquiritur.q.35.n.40. p.198
Dominia rerum, & actiones factâ reſtitutione in fideicommiſſarium transferuntur. Et cenſum poteſt imponere.q.54.n.49 p.297.
Dominium tituli non transfertur, ſed traditione.q.55.n.13 p.299.
Dominium ſuperueniens non ſuſtinet cenſum ſuper re aliena ibid n.18. p.300
Cencij, & Duardi doctrina quædam reiicitur.ibid.n.19
Dominus rei feudalis pignori acceptæ fructus non imputat ſorti q.14.n.1. & 3. p.59
Dominus feudi pignoris feudalis integros fructus facit ſuos, nec cogitur imputare ſorti, ex ſententia plurium.q.14.n.5 ibid.
Cardin. Mantic. hac de re ſententia. ibid.n.6
Domino res ſua petit etiam in ſocietate.q.31.n.41. p.182
Dominum nudæ proprietatis cenſum conſtituere poſſe Cencij ſententia.q.51.n.2. p.277
Dominus poteſt ſuper feudo, vel re emphyteutica cenſum imponere ex Cencio.q 51.n.3. p.278
Dominus directus cenſum conſtituere non poteſt.ibid.n.16 p.279.
Dominus directus ſuper iure canonum, & laudemiorum cenſum conſtituere poteſt ibid.n.19.
Dominus tantùm rebus ſuis cenſum imponere poteſt.q.55.n.4 p.298.
Dominus prædij, qui conſenſum præſtitit, vt ſubiiceretur cenſui, poteſt petere, vt ſeruetur indemnis, & prædium ex hoc onere liberetur.q.55.n.22. p.300
Quod declaratur *ex l. Lucius ff. mandat.* ibid.n.23. p.301
Domino cenſus non competit ius prælationis, ex iure ciuili, & ex natura contractus.q.56.n.33. p.307
Domini redituum illos in Italia immunes habent ab oneribus q.57.n.9. p.309
Domini redituum onera ipſis reditibus impoſita præſtare debent.q.57.n.13. ibid.
Dominus cenſus non poteſt agere aduerſus tertium pro penſionibus decurſis, ſi in eorum exactione negligens fuerit q.57.n.35. p.311
Dominus diuiſioni conſentiens, non agit in ſolidum contra poſſeſſores q.57.n.39. ibid.
Et quando conſenſiſſe videatur. ibid.
Dominus Emphyteuſis poteſt cogere emphyteutam, vt rem reficiat, & canonem præſtet.q.57.n.62. p.314

Dominus

Dominus cenſus poteſt cogere venditorem, vt fines prædij cenſualis oſtendat, & renouet.q.58.n.15. p.518
Dominus poteſt rei ſuæ vſum ad tempus irreuocabiliter concedere.q.62 n.19. p.348
Dominus cenſus iuri prælationis renunciare poteſt.q.65.n.24 p.366.
Dominus cenſus viciniis, & conſanguineis non præfertur ibid.n.25.
Neque illis, qui ex contractu ius retrahendi habent ibid. n.26.
Dominus cenſus poteſt rem cenſualem venditam retrahere eodem pretio.q.65.n.34 p.367
Dominus cenſus rem ratrahere cupiens, non poteſt communem æſtimationem offerre.ibid n.35. p.367
Duardi contraria ſententia reijcitur. ibid.n.36
Dominus directus tenetur offerre pretium quod ab alio recipi poteſt. ibid.
Niſi in fraudem illius maius pretium dictum ſit. q. 65.n.37 ibid.
Dominus rei fœnebris præfertur omnibus creditoribus, etiam priuilegiatis, & hypothecam habentibus.q. 95.n. 47.p. 558
Domini quatenus vſuras permittere poſſint.q.94.n.47. p.547
Dominus,ſi vſuras eius nomine exactas à procuratore accipiat, illas reddere adſtringitur.q.94.n.70. p.551
Dominus feudi pignoris feudalis fructus non imputat ſorti.q 98.n.3. p.575
Domus lignea euulſa ſolo, domus eſſe deſinit.q.45.n.8. p.251
Domus quæ maiorum fuit ratio habenda eſt.q. 77.n 4. 433
Donationes inter virum, & vxorem confirmantur iuramento.q. 7.n.31. p.32
Donationes inter virum, & vxorem moribus prohibentur ibid.
Donatio vſurarum facta vxori eſt inualida, niſi morte viri confirmetur.q.92.n.13. p.531
Vbi Barboſa male retorquet *l. vir vſuras*, & contra expreſſa illius verba. ibid.n.14
Donationis confirmatio eam ſupponit. ibid.n.15.
Donatio propter nuptias non eſt pura donatio. q. 71. num.28 p.404
Donatio, quæ fit dum pecunia mutua accipitur, non valet q.73.n,9. p.410
Donatio debitoris facta creditori, dum mutuam pecuniam accipit, non valet.q.99. p.587
Dotis ſtipulatio tacitam conditionem habet, ſi nuptiæ ſequantur.q.19.n.34. p.89
Dotis promiſſor extraneus non cenſetur in mora, niſi poſt biennium.q.28.n.7 p.156
Dote incerta à patre promiſſa valida eſt conuentio à muliere, vel extraneo inutilis.ibid n.27. p.159
Harmenopuli locus pro hac diſtinctione, & ſententia. ibid.
Dote incertâ à muliere, vel extraneo promiſſa vſuræ dotis non debentur.q.28.n.28. ibid.
Aliud ſi à patre promiſſa ſit. ibid.
Dos ſi in mobilibus conſiſtat, an vſuræ debeantur. ibid. n.29 ibid.
Et hac de re Borgnini Caualcani ſententia. ibid.
Marij Giurbæ & Fontanellæ contraria opinio & fundamenta. ibid.n.30
Auctoris ſententia. ibid.n.31
Dote in pecunia promiſſa cum facultate ſoluendi in mobilibus vſuræ debentur poſt moram.q.28.n.35. p.160
Dote in mobilibus inæſtimatis promiſſa, vt illis diſtractis pecunia in merces, vel reditus, vel ſolutionem æris alieni conuertatur; vſuræ debentur. ibid.n.37
Dotis natura eſt, vt qui eam debet, onera matrimonij ſuſtineat, vel dotis vſuras ſoluat. ibid.n.72.p.165
Dotis vſuræ non debentur, ſi onera matrimonij ceſſent. q.30 n.4. p.169
Dos ibi eſſe debet, vbi ſunt onera. q.30.n.23p.172
Dos non minus principaliter debetur pro alendis liberis,quàm pro alenda vxore. ibid.n.24
Dos non reuertitur ad patrem etiamſi filij poſtea moriantur ibid.29.
Dos eſt etiam ſoluto matrimonio, donec ſit reſtituta. ibid.36 p.173
Et durant eius priuilegia. ibid
Dotibus onus alendi mulierem annexum eſt. q.39. n.43.p 174
Dote reſtituta ceſſant priuilegia.ibid. 45. & eius nomen. ibid. n.46. p.175
Dotis propria functio eſt, vt mulieris alimentis inſeruiat.q. 30.n.47. ibid.
Dos in mutuum quando conuertatur. ibid.n.51
Dotis dationi adiici poteſt pactum, vt ſoluto matrimonio morte viri, mulier ab hæredibus alatur, dum retinent dotem. ibid.n.50
in Dotis contractu licet paciſci, vt annua quantitas mulieri præſtetur, donec vixerit. ibid.
Dos non ſolet temerè conſtitui.q.70.n.65. p.397
Dotis pecunia non poteſt in prædium tranſferri ſub conditione legis commiſſoriæ.ibid.n.72. p.398
Gabrielis Mudæi diſtinctio, quæ auctori non placet. ibid. n.73.
Dotis donatio reſpectu viri non eſt donatio propter onera matrimonij.q.71.n.33. p.404
Dotis cauſa onerosa eſt, non lucratiua. ibid.n.34
Dotis debitor ſi nihil ex ea percipit, an teneatur ad vſuras.q. 83.n.5. p.462
Dotis debitor non tenetur præſtare, ſi quid ex ea ſuper lucratus eſt.p.83.n.38. p.465
Dotis vſuræ debentur, licèt vir abſens fuerit eo die, quo ſolui debuit.q.84.n.26. p.475
Dotis contractus quædam emptio eſt. ibid.n.27
Dotalia prædia ſoluto matrimonio reſtitui debent. q.84.n.30 ibid.
Dotis promiſſor non poteſt reſcriptis moratoriis vti. q.85.n.8 p.470.
Dote recepta datur actio *negot. geſtor.* aduerſus ſocerum pro alimentis præſtitis vxori.q.91.n.47. p.528
Hieronymi Gabrielis contraria ſententia, & argumenta eius ibid.n.48
Quæ auctor excutit, & refellit. ibid.n.59
Dotis finis, & natura eſt, vt ex eius fructibus vir onera matrimonij ſuſtineat.q.91.n.56. p.529
Dotis vſuræ,an etiam ex longi temporis ſilentio, remiſſæ cenſeantur.q.92.n.3. p.530

D V

Duardi rationes quædam excuſſæ, & reiectæ. q.51.n.18.&19 p.279.
Duardus malè auctoritate quorundam nititur.q.64.n.26.p.360
Duplici perſona quis rectè fungitur.q.26.n.10. p.131
Duplo ineſt ſimplum in taxando id quod intereſt. q. 90. n.4 p.510.
Durum eſt pecuniam rogare etiam amicos.q. 75. n. 19.p. 423

E C

Eccleſiæ, & piis locis debentur legata cum fructibus ex die mortis, ſi hæres per ſex menſes diſtulerit voluntatem teſtatoris exequi.q.19.n. 38. p.89
Eccleſiæ pœnas exigere non debet, niſi quatenus intereſt. q. 38.n.15. p.207
Eccleſiæ ſuper rebus cenſus tanquam vitalitius ſuſtineri non poteſt.q 51.n.38. p.282
Eccleſiæ, & aliis piis locis fit mora re ipſa.q. 82.n.4 p.455
Eccleſia vtitur iure minorum. ibid.
Eccleſiæ quæ rectorem habet, non fit mora in rem. q. 82.n.20 p.457.

E D

Edictum Iulii Pontificis aduerſus eos, qui fruges emunt, & recendunt, vt carius vendant.q.24.n.59. p.119
Diui Ambroſij locus aduerſus eoſdem. ibid.
Edictum Sereniſſ.Ducis Sabaudiæ declaratur.q.72.n.12. p.409

Edictum

Edictum Domitiani Cæſaris de ampliandis Romæ vicis. q.74 num.46. p.418
Edictum Ducis Sabaudiæ de contractibus corrigendis non reſcindit reditus annuos legitimè conſtitutos. q.80.num.32 p.432
Edicto Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ prohibitum eſt damnum emergens petere, ob moram in ſolutione redituum admiſſam.q.88.n.18 p.494
Edictum *de his, quæ in fraudem* generale eſt.q 97.n.11 p.571
Edictum Venetorum de contractibus vſurariis corrigendis q.2 num.10 p.8
Edictum Caroli II. Regis Neapolis & Comitis prouinciæ in fœneratores edictum.ibid.n.21 p.9
Et Henrici IV. Galliarum Regis. ibid.n.22
Edictum Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ de eadem re. q.2. num.23. ibid.

E M

Emanuelis Commeni conſtitutio quædam.q.45.n.40 p.254
Emens cenſum à filiofamilias contra formam Bullæ Pij V. non poteſt repetere pretium.q.7.n.25 p.32
Emens vilius ob prorogationem pretij admittit vſuram. q 8. num.27. p.37
Emens frumentum, vel vinum ab eo, quem ſcit ſuo tempore non habiturum, vſuram facit, ſi inde lucrum aliquod captat. q.16.n 34 p.72
Emens vilius præſenti pecunia, & mox reuendens maiori pretio ob dilationem ſoluendi vſuram admittit. q.24. num.26 p.117
Emens ſcienter rem ab eo, qui non habet, vſuram committit. q.26 n.50 p.137
Emens nomen debitoris minori pretio, non committit vſuram. q.39 n.9 p.110
Emens animalia ab eo, qui non habet, vt eidem locet, vſuram committit q 30.n.31 p.172
Emens ſcienter cenſum ſuper re alienari prohibita, non poteſt agere ad intereſſe q.54 n.16 p.293
Emens cenſum ſcienter in re aliena, penſiones percipere non poteſt, etiam ſub prætextu eius, quod intereſt q 55 .num.31 p.301
Emens ſcienter cenſum in re aliena poteſt pretium repetere, & poſt moram etiam intereſſe. ibid. n.32
Emens ſcienter cenſum ſuper re non idonea vſuram committit. q.56.n.25 p.306
Emens cenſum minus iuſto pretio reditus ſorti imputare debet.q.59.n.6. p.326
Vgolini citationes quædam notatæ. ibid.n 7
Bonacinæ, & aliorum quorundam ſententia reiecta. ibid, num.8
Quæ tamen ante conſtitutionem Pij V. recipi potuit. ibid. num 9. p.327
Ementes ſine pecunia, ſæpe ſua, & aliena amittere coguntur. q.70.n.86. p.399
Emens rem pro altero illi dominium acquirit.q.78.n.20 p.441
Emens rem furtiuam tenetur eam domino reddere ſine pretio. q.95.n.33 p.353
Idem in eo, qui rem fœnore extortam emit. ibid.
Etiamſi ſit, quæ recipiat functionem. ibid.n 34
Emens rem furtiuam, ſtatim ac ſcit eſſe alienam, illam reddere tenetur.q.95.n 35. ibid.
Niſi fur æſtimationem domino præſtiterit. ibid.n.36
Emens rem à fure eo animo, vt domino reddat, repetit pretium. ibid.n.39
Emens rem furtiuam bona fide, & iterum vendens, eodem, vel minore pretio, nihil reſtituere tenetur. q.95.num.54 p.557
Emens boues à ruſtico ſciens non habere, eoſque ei locans vſuram committit.q.36.n.28. p.202
Si tamen ruſticus eum deceperit dicens ſe boues habere, quæritur an re comperta locatio valeat. ibid.n.27
Certum tamen eſt licitè eo pacto rem emi poſſe, vt ſtatim venditori pro certa penſione locari poſſit. ibid.n.28

Emptio fructuum pendentium valida.q.8.n.28. p.37
Emptio redituum redimibilis vera emptio. ibid.n.35
Alciati, & Manticæ doctrina quædam expenditur. ibid num.36
Emptio contractus iuris gentium.q.9.n.6 p.40
Emptio cum pacto retrouendendi q.13.n.1 p.63
Emptio cum facultate redimendi, differt ab antichreſi.ibid.n.2 p.64
Emptio cum pacto redimendi fauore emptoris, interim ſuam obtinet vim, ibid.n.21 p.63
Emptio cum pacto redimendi fauore emptoris, non eſt in Republica permittenda. ibid.
Emptio fructuum, & frugum futurorum, licita.q.16.n.17. p.70
Emptio, & venditio eſt iuris gentium.q.24.n.1. p.115
in Emptionibus vſurariis plures contractus celebrantur. ibid. num.3 p.116
Emptio, & locatio non cenſentur vſuraria, niſi conſtet ob anticipatam ſolutionem rem vilius emptam, aut conductam fuiſſe.q.24.n.20 p.117
Emptiones frugum, & mercium, ſi ob feſtinatam ſolutionem vilius emantur, vſurariæ ſunt.ibid.n.30 p.118
Emptio mercium præſentium præſenti iniuſto pretio facta, non eſt vſuraria. ibid n.33
Emptio ſuſpecta eſt, cum probabiliter merces plus valituræ ſunt. ibid.n.35
Emptio fructuum pendentium plerumque captioſa.n. ibid.36
Emptio frumenti in herbis, vetita in Gallia à Ludouico.XI. ibid.n.37
Quod & in Hiſpania vetitum eſt. ibid. n.38
Et nouiſſimis imperij conſtitutionibus. ibid.
Emptio ſine re non conſiſtit.q.26.n.22 p.132
Emptio fructuum futurorum recipit conditionem. ibid.n.24
Emptio domus exuſtæ vtroque ſciente, non valet. ibid.n.26.
Emptio non contrahitur, ſi ab initio actum eſt, vt res accepto feratur.ibid.n.30. p.133
Emptio quæ fit in cambio recurſæ, non eſt vera emptio. ibidem.n.31.
Emptio contractus eſt iuris gentium, & bonæ fidei. q.26.n.34 p.134
Emptio ſine animo emendi non contrahitur.ibid.n.48. p.137
Argumenta D.de Turri excuſſa, & reiecta. ibid n.49
Emptio ſine pretio conſiſtit.q.31.n.21 p.180
in Emptione nominis nondum naturi paruo pretio cum venditore, fœnus non committitur.q.39.n.10. p.210
Neque etiam cum debitore. ibid.n.11
Emptionem nominis iniuſtam, vel vſurariam eſſe plurimum intereſt. ibid.n.12
Emptio nominis non valet vltra ſolutum pretium. ibid. n.22 p.211
Emptio cenſus eſt contractus bonæ fidei.q.42.n.19. p.235
Feliciani contrarium fundamentum euertitur. ibidem numer.20
in Emptione cenſus res empta, id eſt, ius cenſus in emptorem transfertur.q.43.in appen.n.8 p.243
Emptionem conſenſu celebrari quid ſit.q.43.In app.n.13.p.244
Emptio licet nonniſi præſenti pecunia interdum fieri poſſit, non minus eſt emptio. ibid.n.14
Emptionis redituum in iure veſtigia.q.43.n.31. p.240
Emptiones redituum conſtitutionibus diuorum Pontificum confirmatæ. ibid n.34
Emptiones redituum veteribus cognitæ. ibid.
in Emptione cenſus res empta, id eſt, ius cenſus in emptorem transfertur.q 43.in appen.n.8 p.243
Emptio eſt contractus licitus, & iuris gentium. q.48. num.11 p.262
in Emptione reditus perſonalis nullum eſt mutuum. q.48.n.12 ibid.
Emptionis contractus licitus eſt, quamuis interdum ſub eius ſpecie fœnus agitetur.q.48.n.13 p.263
Emptio non ideo illicita, quod res ſuo loco ſit.ibid. num.30 p.266
Emptio vſusfructus alicuius prædij licita. quæſt.49. numer.2 p.268

Index Rerum,

Emptio rei, quæ non eſt, non ſubſiſtit, quamuis contrahentes imaginentur rem eſſe. q. 56. n. 6. p. 303

Emptionis natura eſt, vt ea perfecta omne commodum, & incommodum ad emptorem pertineat. quæſt. 58. numer. 40. p. 322

Emptionibus aliarum rerum licitè adiicitur pactum, vt non niſi eodem genere nummorum redimi poſſit. q. 67. num. 25. p. 375

Emptio vera in recambiis intelligi non poteſt. q. 89. num. 49. p. 503

Emptor poſt rem traditam tenetur ad vſuras pretij, licet res nullos fructus ferat. q. 1. n. 15. p. 3

Emptor ex iure ciuili tenetur ad vſuras pretij, qualiſcunque res ſit. q 4. n. 18. p 19

Emptor rei cum pacto, vt venditor eam remedire teneatur, facit fructus ſuos. q. 15. n. 19 p. 65

Quod intelligitur ſoluto pretio. ibid. n. 20

Emptor, qui percipit fructus tenetur ad vſuras pretij, etiam imminente euictione. q. 27 n. 28 p. 150

Emptor, ſi nullos fructus percipere potuit, ad vſuras pretij non tenetur. ibid. n. 43. p 152

Emptor ad vſuras pretij tenetur, tametſi ob eius culpam non perceperit fructus. ibid. n. 44

Emptor reſiduum pretium offerens, conſequitur fructus pro rata pretij ſoluti q. 27. n. 56 p. 153

Emptor parte pretij ſoluta, poteſt cum venditore paciſci, vt partem fructuum præſtet, dum res non traditur. q 27. n. 57 ibid.

Vel locare partem prædij. ibid.

Niſi coniecturæ fœnoris ſuadeant contractum vſurarium. ibid. n. 58

Emptor non poteſt paciſci de certa quantitate præſtanda, donec res tradatur, ſi res ſit ſterilis. q. 27. n 59. p. 154

Empta ex pecunia hæreditaris veniunt in petitione hæreditatis, ſi eius cauſa comparata ſunt q. 35. n. 15. p. 196

Emptor nominis, quod pure debetur, non poteſt aliquid detrahere de pretio ratione lucri ceſſantis. q. 39. n. 40. p. 213

Emptori ſuccurritur, ſi culpa venditoris damnum ſentiat. q. 40. num. 71. p. 214

Emptor vt neceſſitate venditoris abuti non debet, ita neque venditor inſcitiâ emptoris. ibid. n. 76

Emptor cenſus percipiendo reditum nihil recipit vltra ſortem. q. 43. n. 36. p. 240

Emptor cum pacto redimendi fauore venditoris, non grauatur. q 43. in appen. n. 12. p. 243

Emptoris cenſus perſonalis incommoda, & periculum. q. 48 num. 31 p. 266

Emptor poteſt propria auctoritate poſſeſſionem rei cenſualis capere, cùm in defectum ſolutionis id actum eſt. q. 49. n. 14 p 269

Emptor cenſus vitalitij realis duplex ſuſtinet periculum, vitæ, & rei. q. 49. n. 18 p. 270

Emptor cenſus ſuper re emphyteutica, quando licitè fructus exigere non poteſt. q. 52. n. 19 p 286

Emptor cenſus ſuper re feudali pretium repetere poteſt, & id quod intereſt. q. 53. n. 7 p. 288

Emptor ſecundus, cui prius res fuit tradita, priori præfertur. q. 55. n. 14 p. 299

Emptor rei, cuius venditor ſibi dominium retinet, an poſſit cenſum imponere. q 55 n. 33 p. 302

Emptor cenſus ſuper re aliis oneribus obnoxia, poteſt pretium repetere, & reditus pro eo quod intereſt. q 56. num. 11 p. 304

Emptorem cenſus fructus percipere non poſſe poſt ſcientiam nullitatis illius, Theologorum ſententia declaratur. ibid. num. 12

Emptor cenſus diſſimulans eius nullitatem, fructus percipere non poteſt. ibid. n. 14

Emptor ſciens rem non eſſe idoneam fructus retinere non poteſt etiam ratione eius quod intereſt. q. 56 n. 16 p. 306

Quod tamen licet ei, qui ignoranter cenſum emit. ibid.

Emptor cenſus tenetur ſupplere, quod deeſt iuſto pretio, & id quod intereſt, ex quorundam ſententia q 5[illegible] p. 326

Quod refellitur ex conſtitutione Pij V. ibid. n. 5

Emptor tenetur nummos facere venditoris. q. 59 n. 60. p. 334. & q. 61. n. 1. p 342. & q. 96 n. 4. p. 564

Emptor, cui fide de pretio habita res tradita eſt, facit fructus ſuos q. 60. n. 12 p. 338

Inter emptorem, & venditorem cenſus alij contractus licitè celebrantur. q. 61. n. 35 p. 346

Emptor poſt moram regularem tenetur ad id quod venditoris intereſt. q 71. n. 15 p. 402

Præſertim cum emptor promiſit pretium ſoluere certo die ſub refectione eius, quod intereſt. ibid. n. 16

Emptor, qui certo die, vel loco pretium ſoluere promiſit neque ſoluit, tenetur ad intereſſe lucri ceſſantis q. 71. n. 21 p 403

Vel ſi interpellatus non ſoluerit. ibid. n. 22

Emptor cenſus facit fructus ſuos, quandiu cenſus eſt in ſtatu validitatis. q. 80. n. 23 p. 452

Emptor cenſus fœneratitij non poteſt retinere fructus ſub prætextu eius quod intereſt. ibid. n. 25

Emptori qui iurauit litem aſſumere, lis non eſt denuncianda. q. 81. n. 25 p. 457

Emptor tenetur ad vſuras prædij pro modo, & ratione fructuum. q. 83. n. 2 p 463

Emptor ad domum venditoris accedere debet, vt rem accipiat. q. 83. n. 35 p. 472

Emptor tenetur ad vſuras pretij, etiam cùm ſucceſſor venditoris incertus eſt. q. 84 n. 22 p. 475

Emptor etiam imminente euictione vſuras præſtare cogitur, quod non obſignauit. ibid. n. 24

Emptor qui rei pretium ob inopiam ſoluere non potuit, non excuſatur ab vſuris. q. 85. n. 10 p. 470

Emptor, qui ſtatim reuendit, non præſumitur emere voluiſſe. q. 89. n. 12 p. 497

Emptor rei furtiuæ repetit pretium quibuſdam caſibus. q. 95 num. 37. p. 557

Et primum cùm à Piratis rem redimit. ibid

Emptor rei furtiuæ poteſt repetere, quantum dominus pro recuperatione probabiliter impendiſſet. ibid. numer. 42 p. 558

Emptor rei furtiuæ, ſi dolo malo emit, tenetur rem ſine pretio reddere non obſtante ſtatuto, vel priuilegio. ibid. n. 46

Emptor poteſt rem reddere furi, vt ſeruet pretium ex argumentis Nauarræ. q. 95. n. 58. p. 560

Quæ refelluntur. ibid. n. 61

Emptor rei furtiuæ, ſi nullum periculum domino imminet poteſt rem furi reddere, vt pretium ſeruet. q. 95. num. 72 p. 562

Emptor, & venditor non ſemper eodem iure cenſentur. q. 96 num 42. p. 566

Is, cuius pecuniâ res empta eſt, non maius in ea re ius habet, quàm reliqui creditores. q 97. n. 12 p. 571

Emphyteuſis natura ſua perpetua eſt. q. 52. n. 16 p. 286

Emphyteuſi finita cenſus quoque perimitur. ibid n. 58

Emphyteuſis in ſolo vineæ conſiſtit. q. 57. n. 55. p. 314

Emphyteuta ceſſans biennio, vel triennio in ſolutione canonis incidit in commiſſum. q. 41. n. 3 p. 227

Emphyteuta in re emphyteutica vſumfructum, & alias ſeruitutes imponere poteſt. q. 52. n. 9. p. 283. & poteſt rem ſubiicere pignori. ibid.

Emphyteuta poteſt cenſum imponere. q 52. n. 10. & 16. ibid. p. 286

Emphyteuta pluſquam vſufructuarius eſt. ibid. n. 15

Emphyteuta cenſum imponere non poteſt, cùm res eſt alienatu prohibita. q. 52. n. 17 ibid.

Emphyteuta onera præſtat, licet magna ſit penſio. q. 57. n. 21. p. 309

Emphyteuta tenetur penſionem adferre ad domum domini creditoris. q. 81. n. 46 p. 460

In quo tamen ſtandum eſt conſuetudini. ibid.

E P

Epitaphium Caroli Molinæi. q. 64 n. 39 p 362

E V

Digitized by Google

E V

Euentus dubius æſtimati poteſt.q.72.n.18. p.406

Euictio debetur in venditione cenſus,licèt id expreſſum non ſit. q.41.n.23. p.235

Euictis rebus , ſuper quibus cenſus impoſitus eſt , pretium repeti poteſt,& id quod intereſt.q.68.n.20. p.381

Euictionis caſus facto principis prouenlens non pertinet ad venditorem.q.80.n.32. p.452

Euictione imminente pretij,& vſurarum exactio differri debet. q.84.n.25. p.475

E X

Exactio anticipata penſionis in cenſibus quomodo corrigi debeat.q.63.n.30. p.356

Gaſparis Roderici opinio refertur, & refellitur. ibid n.31

Exceptio rei iudicatæ non obſtat agenti ad reſtitutionem dationis iudicialis ob enormiſſimam læſionem. q.40. num.61. p.223.

Exceptio vſuræ, etiam poſt ſententiam obiici poteſt.q 99.n.15 p.586.

Excuſſio eſt neceſſaria in actione reuocatoria.q.97.n.15. p.578

Executio pacti de penſionibus anticipatè ſoluendis deſtruit cenſum.q.63.n.18. p.354

Exempla non reſtringunt.q.64.n.26. p.360

Exigens pecuniam mandato alterius, vel eius negotia gerens tenetur ea mora ad id quod intereſt. quæſt. 33. numer.11. p.189.

Expenſæ quæ fiunt culpa debitoris cenſus , licitè exiguntur. q.88.n.14. p.492

Leonardi Duardi dictum quoddam expenditur. ibid. numer.15.

Expenſarum exactio , quæ fiunt ob moram debitoris redituum, non eſt prohibita.ibid n.25. p.493

Expenſæ minuunt dotem.q.88.n.36. p.495

Expenſæ an debeantur ex contumacia, vel officio iudicis, quid interſit.q.91.n.10. p.523

Expenſas neceſſarias etiam prædo recuperat.q.95.n.43. p.558

Extraneus promiſſos dotis , etiam ad eius viuras meritò tenetur.q.18.n.45. p.161

Extraneus dotans mulierem loco ſoceri eſt. q.28. numer. 46. ibid.

Extrauagantes Martini & Calixti declarant tantùm cenſus. de quibus conſulti fuerunt,licitos eſſe.q.67.n.10.& 21.p.373 & 374

Extrauagantes Martini , & Calixti non conſtituunt cenſus per partes redimi poſſe dominò inuito, ſed ſupponunt conuentionem.q.67.o.38. p.378

F A

Fabij Accoramboni votum.q.78.n.23. p.441

Facti cauſa incerta.q.90.n.68. p.519

Facultas redimendi rationem cenſus reſeruatiui non tollit.q.41 num.24. p.229

Facultas redimendi rei pretium minuit etiam in cenſu. q 59. num.21. p.329

Facultas redimendi contractibus cenſus naturaliter ineſt. q.67. num.5. p.372

Facultas redimendi tranſit ad hæredes, & quemcunque poſſeſſorem. ibid.n.6

in *Falcidia* computatur commodum medij temporis.q.78.n.2. p.379.

Fama , an ſufficiat ad probandum , quem manifeſtum vſurarium.q.100.o.21. p.593

Fama via vero fauet. ibid.n.21

Fama non facit notorium, ſed qoaſi. ibid.

Familiæ herciſcundæ iudicium eſt bonæ fidei.q.35.n.26 p.197

Famil.herciſcundæ in iudicio poſt moram veniunt , vſuræ de iure ciuili.q.35.n.27. ibid.

Famil.herciſcundæ in iudicio venit id quod intereſt. ibid.n.32

Et iuratus in litem. ibid.n.33

Familiæ hereiſcundæ, in iudicio , & communi diuidundo non veniunt ea,quæ ſcelere quæſita ſunt.q 35.n.37. p.198

Fatuis , furioſis , & ius ſuum ignorantibus mora fit ipſo iure. q.19.n.37. p.89

F E

Feliciani doctrina quædam refertur,& expenditur.q.4.o.11.p.20

Feliciani errores quidam notati.ibid n.29. p.21

Feliciani doctrina quædam de vſuris in contractibus bonæ fidei recipiendis,reiiciunt.q.33.n.4. p.188

Feliciani diſtinctio quædam improbatur.q.40.n.69. p.224

Feliciani quæſtiones quædam inutiles.p.42.n.18 p.235

Felicianus male à Cencio allegatur.q 46.n.29 p.257

Feliciani dictum quoddam declaratur. ibid n.30

Feliciani,& Fachinei ſententia immeritò reprehenſa à Cencio. q.56.n.17. p.256

Feliciani interpretatio ad Bullam Pij V.q 88.n.11. p.492

Feudorum fructus , vt plurimùm eorum onera excedunt. q.14. num.7 p 60

Feudum beneficium eſt. ibid.n.8

Feudalis res cùm domino datur pignori , dominium vtile cum directo non conſolidatur. ibid.n.10

Feudi ea natura prouenit , vt dominus eo pignori accepto fructus non imputet in ſortem. ibid.n.14

Feudi naturæ congruit,vt dum Vaſallus ab obſequiis immunis eſt,feudi quoque fructibus careat. ibid.n.15

Feudum ſi melioratum eſt , vel pecunia emptum dominus eius fructus pignori accepti quatenus fructus faciat ſuos. q.14. num.20 p.61

Alphonſi Villagut.ſententia quædam relecta. ibid.n.21

Feudum ſub pacto legis commiſſoriæ dari, & acquiri non poteſt.ibid. n.26 p.62

in Feudo ratio peculiaris improbandi pacti legis commiſſoriæ. ibid.n.27

Feudum non eſt contractus,ſed ius, quod per contractum conſtituitur.q.42.n.14. p.116

Feudum in omnibus fere emphyteuſi cóparatur.q.53.n.1. p.228

Feudi dominus non tenetur ad onera pro rebus feudalibus, quæ iure feudi ad illum reuerſa ſunt.q.53.n.14 p.289

Feudi dominus non tenetur ad onera , & collectas pro bonis, quæ iure prælationis retinuit. ibid.n.15

Feudum ex refutatione Vaſalli ad dominum reuerſum , ab obligationibus Vaſalli immune manet.q.53.n.18 p.390

Niſi refutatio in fraudem creditorum facta ſit. ibid

F I

Fictio breuis manus multorum conſcientias perdit. q.8. n.40 p.39

Fictiones non ſaluant conſcientiam,ſed veritas.q.79.n.17.p.444

Fidei humanæ congruit pacta ſeruare.q.16.n.26. p.70

Fideicommiſſi bona non debent alienari , vel obligari ex cauſa dotis vltra quam ſit neceſſarium.q.54.n.28 p.294

Fideicommiſſaria hæreditatis petitio eadem recipit,quæ ciuilis. q.35.n.24 p.197

Fideicommiſſaria hæreditatis petitio,eſt bonæ fidei. ibid.

Fideicommiſſarius poteſt reuocare rem alienari prohibitam, ſuper qua hæres cenſum impoſuit.q.54.n.14 p.295

Fideicommiſſarius præſens impoſitioni cenſus, & tacens an ſibi præiudicet.q.54.n.36. p.296

Quod auctor in dubium reuocat. ibid.n.37

Fideicommiſſarius præſens alienationi , & tacens non ſibi præiudicat. ibid.o.38

Fideicommiſſarij conſenſus ſequentibus in gradu non poteſt nocere. ibid.n.42

Niſi ſint hæredes conſentientis. ibid.n.43

Fideicommiſſarius ante aduentum conditionis res fideicommiſſi ſubiugare non poteſt.q.54.n.44 ibid.

Fideicommiſſarius ante factam re,vel verbo reſtitutionem cenſum imponere non poteſt. ibid.n.45

Fideiuſſiones , & cautiones ab ægroto debitore extortæ nullius momenti ſunt.q.10.n.21 p.50

Fideiuſſoris, & hæredes tutorum hodie non tenentur ad vſuras, ſed ad id quod intereſt.q.20.n.16. p.92
Fideiuſſor ſi ſe in cauſam tutelæ obliget, tenetur in omnem cauſam. ibid.n.17
Fideiuſſori non licet aliquid pro fideiuſſione accipere. q.23. num.30. p.18
Sed contraria ſententia receptior. ibid.n.31
Fideiuſſor ratione ſolius officij nihil capere poteſt.q.23.n.32. p.109.
Fideiuſſor nullo imminente periculo nihil poteſt ob fideiuſſionem ſtipulari,& capere. ibid.n.33
Fideiuſſor ratione periculi aliquid exigere poteſt. ibid. numer.34.
Fideiuſſor poteſt vel ob amicitiam, vel ob præmium fideiubere. ibid.n.36
Fideiuſſor licitè accipit, ſi quid ex liberalitate illi donatur. ibid.n.41.
Fideiuſſor an vſuras ſolutas à reo conſequatur. q.33. num.16. p.190.
Fideiuſſor vſuras coactus ſoluens, illas repetere poteſt. ibid. n.17.
Fideiuſſor à reo indemnis ſeruari debet, & quatenus. ibid. numer.19.
Fideiuſſor vſuras ab vſurario repetere poteſt. ibid.n.21
Fideiuſſor in contractu cenſus rectè datur, & accipitur. q.66. num.24. p.370
Fideiuſſor non ſemper poteſt emere pignora eius, pro quo fideiuſſit, & quando id ei liceat.q.70.n.12. p.391
Fideiuſſor quomodo in cauſam obligationis ſoluiſſe cenſeatur. q.70.n.14. p.392
Fideiuſſor vti creditor continetur prohibitione l.vlt.C.de pact. pignor.ibid.n.42. p.395
Fideiuſſor qui vt ſolueret pecuniam accepit fœnori, vſuras etiam conſequitur.q.75.n.33. p.415
Fideiuſſor tutoris poteſt pro ſumma, de qua iuratum eſt, conueniri.q.77.n.22. p.434
Aduerſus fideiuſſorem in litem non iuratur. ibid.n.24
Phanutij hac de re ſententia refertur. ibid.n.25
Fideiuſſores magiſtratuum actionibus pœnalibus non obligantur. ibid.n.26
Fideiuſſores tutorum pupilli indemnitatem præſtare debent. ibid.n.30.
Fideiuſſor ſortem, & vſuras ſolutas recte repetere poteſt.q.98. num.11. p.560
Fideiuſſor ſolutarum vſurarum, etiam intereſſe petere poteſt. ibid.n.12.
Fideiuſſor aliquid accipiens pro ſua fideiuſſione vſura non eſt, tametſi iniuſtum eſſe poſſit. ibid.n.13
Fiducia contractus olim frequens.q.69.n.7. p.580
Fiduciæ duplex genus. ibid.n.8
Vnum nulla interueniente pecunia inter amicos dubij temporis vitandi cauſa. ibid.
Alterum fiduciæ genus, in quo interueniebat pecunia. ibid. num.9.
Fiduciæ,& pignoris differentia. ibid.n.10
Fiduciæ contractus eſt bonæ fidei. ibid.n.11
Fiducia contractâ pignus non contrahitur.ibid.n.16. p.581
Fiducia fauorabilis, lex commiſſaria odioſa debitoribus, & quare.q.69.n.30. p.583
Filiusfamilias, qui pecuniam patris fœnerat, vſuras conferre non tenetur, ſed inſtituere.q.35.n.43. p.223
Filiusfamilias donare non poteſt. q.7.n.20. p.31. & q 92.n.27. p.532.
Filiofamilias credere,perdere eſt q.10.n.6. p.45
Filiusfamilias in rebus caſtrenſibus, vel quaſi cenſum conſtituere poteſt.q.51.n.50. p.283
Filiusfamilias in rebus profectitiis cenſum conſtituere non poteſt.ibid.n.51. p.283
Filius bonis aduentitiis, in quibus pater vſumfructum non habet,cenſum imponere poteſt. ibid.n.52
Filius non poteſt partim agnoſcere, partim improbare iudicium patris.q.19.n.32. p.88
Filij matrimonij fructus,& onera.q.30.n.20. p.171
Filij non diuidunt bona relicta à patre, qui confeſſus eſt omnia vſuris acquiſiuiſſe.q.35 n.41. p.195
Filius bonis aduentitiis, in quibus pater vſumfructum non habet, cenſum imponere poteſt.q.51.n.52. p.283
Vbi declaratur quædam Feliciani ſententia. ibid.
Filius bonis aduentitiis, in quibus pater habet vſumfructum, cenſus conſtituere non poteſt.q.51.n.54. p.284
Filij, qui viuunt tempore donationis factæ à patre illam non reuocant.q.92.n.29. p.525
qui *Filias* nubiles habet non minùs neceſſitate premitur, quam qui ob aliam cauſam indiget pecunia.q.70.n.67. p.397
Filias nubiles habere magna ſolicitudo eſt.ibid.n.68. p.398
Finium falſa demonſtratio, non vitiat venditionem. q.58.n.6. p.274.
Finibus ſuis, vel aliis demonſtrationibus res oſtendatur, nihil refert. ibid.n.13
Finium expreſſio ſi fuerit omiſſa, & teſtibus,& aliis probationibus poteſt probari.q.58.n.16. p.318
Finium expreſſio oſtendit, quid in diſpoſitione comprehenſum ſit.q.58.n.35 p.320
Fiſcus vſuras ſemper exigebat à debitoribus, qui ad eum deuoluti erant, quamuis leuiores ante deberent.q.22.n.3. p.100
Fiſcus ex ſuis contractibus accipiebat, non dabat vſuras. ibid. num.4.
Fiſcus in locum priuati ſuccedens præſtat vſuras. ibid.n.5
Fiſco fit mora re ipſa q.22.n.7.ibid.& q.82.n.8. p.406
Fiſcus in petitione hæreditatis iure priuati vtitur. ibid.n.8
Fiſci,& priuatorum plerumque iura communia. ibid.n.9
Fiſcus,& Reſpublica differunt. ibid.n.10
Fiſcus cùm reuocat pecuniam à poſteriore, non ſoluuntur vſuræ.q 22.n.18. p.101
Fiſcus hodie à ſuis debitoribus vſuras non accipit. ibid.n.21
Fiſcus, & Princeps ex ſuis contractibus obligantur. ibid.n.24
Fiſcus poteſt vendicare, quicquid contra prohibitionem Pij V. exigitur.q.62.n.30. p.350
Fiſcus habet mille oculos,& nullæ aures.q.82.n.10. p.456

F L

Fluminibus cenſus imponi poteſt.q.45.n.32. p.253
Flumina inter immobilia ſunt. ibid.
Flumina,& mare communia ſunt omnibus.q.74.n.34. p.362

F OE

Fœnerari,hominem occidere.q.2.n.4. p.7
Fœnerari illicitum eſt Indis, & infidelibus,cum quibus nullum bellum eſt.q.98.n.23. p.570
Fœneratores fures, & deteriores furibus : & harpiæ.q.2.n.3. p.7
Fœneratores Piratæ,lupi,humanorumque corporum accipitres. q.2.n.4. ibid.
Fœnerator lieni ſimilis.q.2.n.15. p.8
Fœneratores variis pœnis coërcentur.ibid.n.43. p.11
Inter quas,vt eiiciantur vrbibus. ibid.
Fœneratores fucos imitantur.q.6.n.9. p.26
Fœneratores vtuntur nummis contra id, ad quod inuenti ſunt. q.6.n.19. p.27
Fœneratores docti circumuenire leges.8.n.11. p.30
Fœneratorum Romanorum antiqua fraus. ibid.n.12
Fœneratores amiſſione ſortis plectendos cenſuit Plato. q.10. num.4. p.43
Fœnerator eſt, qui ex mutuo aliquid vtilitatis conſequitur. q.16.n.3. p.68
Fœneratoribus miniſterium accommodantes cooperationis pœna tenentur.q.23.n.40. p.109
Fœneratores olim ſumptus,& labores ſuſtinebant in exercendo fœnore.q.26.n.38 p.134
Fœneratorum finis aliena rapere,& extorquere.q.40.n.19. p.171
Fœneratorum cauſa non minus odioſa,quàm furis. ibid.
Fœneratores aliorum prædiis oculos,& manus iniiciunt. q.40. num.43. p.221
Fœneratores cautiones maioris ſummæ extorquere ſoliti.q.73. num.4 p.410

Petri Gregorij locus ex lib. 27. c. 5. reprehenditur. ibid.
Fœneratores non præſumuntur gratis mutuare. q. 73. n. 21. p. 411
Præſertim cum extraneo pecunias credunt. ibid. n. 22
Fœnerator eſt infamis. q. 76. n. 11. p. 429
Fœnerator non tenetur ſuper lucrum reddere. q. 82. n. 40 p. 465
Fœnerator negligens in exigendo nomine ſibi in ſolutum ceſſo, tenetur illud imputare ſorti. q. 93. n. 7. p. 535
Fœnerator, cui nomen ceſſum eſt in ſolutionem vſurarum, liberatur cedendo actionem, ſi nihil ei imputari poteſt, cur non exegerit. ibid. n. 8
Fœnerator non præſumitur iactare vſuras medij temporis. ibid. n. 45. p. 538
Fœneratores perfidi, & ſoliti exigere cautiones maioris quantitatis, quàm verè mutuent, ex Plutarcho. ibid. num 46. p. 539.
Franciſci Zanneti in fœneratores opinio. ibid. n. 34
Fœneratori non acquiritur dominium earum rerum, quæ vſu conſumuntur. q. 93 n. 5. q 554
Is, ad quem res fœnebris peruenit, ea bona fide conſumpta tenetur tantum reddere id, in quo locupletior factus eſt. q. 95. n. 52. p. 559
Fœnerator vſuras ex pecunia fœnebri extortas non tenetur reddere ei, cuius fuit pecunia. q. 96. n. 11. p. 564
Fœneratores neque arbitri ſententia, neque tranſactionibus excuſantur. q. 99. n. 19 p. 586
Fœneratores etiam Regibus terribiles. ibid. n. 25. p. 587
Ioannis Medinæ diſtinctio quædam reiicitur. ibid. n. 16
Fœneratores excuſat inopia. ibid. n. 37. p. 588
Fœneratores, vel occulti, vel manifeſti. q. 100. n. 1. p. 589
Fœneratores olim Romæ ante templum Iani ſedebant. q. 100. num. 4. p. 590
Fœneratores olim librum tenere conſueuerant, qui calendarium dicebatur. ibid. n. 19. p. 592
Fœneratores quidam olim Romæ ab Ædilibus Curilibus bonis mulctati ibid. n. 52. p. 599
Fœneratores vrbibus eiiciendi ſunt. q. 100. n. 72. p. 602
Fœneratores expulſi à Catone, Lucullo, & Ageſilao. ibid.
Fœneratores in odium hominum incurrunt. ibid. n. 73
Fœnerator, qui bonis ceſſit, an in poſtea quæſitis habeat beneficium. ibid. n. 75
Fœnus non eſt locatio. q. 3. n 16. p. 15
Fœnus aliud terreſtre, aliud nauticum. q. 4. n. 7. p. 18
Fœnus non minus improbum, & prohibitum, quòd occultè agitetur. q. 8. n. 8. p. 35
Fœnus poteſt admiſceri contractui, licet læſio ſit infra dimidium iuſti pretij. p. 8. n. 31. p. 38
Fœnus ſub nomine cambij interdum exercetur. ibid. n. 38. p. 39
Franciſci Sarmienti ſeuera ſententia aduerſus campſores. ibid.
Fœnus quorundam Luſitanorum à Nauarro reprehenſum. q. 16 num. 4. p. 68
Fœnus neque pro redimendis captiuis licitum eſt. q. 20. n. 26. 23
Fœnus nauticum olim permiſſum. q. 23. n. 1 p. 105
Fœnus nauticum non tantum Romanis, ſed etiam Græcis vſitatum. ibid. n. 2
Fœnus nauticum nunc illicitum. ibid. n. 3
Fœnus nauticum verè fœnus, licet ſub conditione debeatur. q. 23. n. 18. p. 106
Fœnus nauticum ſub generali prohibitione vſurarum continetur. ibid. n. 26. p. 108
Fœnus non eſt mutuum, ſed inquinatio mutui. p. 24. n. 6. p. 115
Fœnus in quibus venditionibus facilius deprehendatur. ibid. num. 21. p. 117
Fœnus nauticum illicitum. q. 26. n. 39. p. 134
Fœnus non niſi inter conſentientes cõtrahitur. q. 39. n. 11. p. 210
Fœnoris ſuſpicio ex his oritur, quæ commodum creditoris continent. q. 62. n. 28. p. 346
P. Molinæ argumentum refellitur. ibid. n. 29
Fœnus ex conſuetudine religionis excluditur. q. 93. n. 59. p. 540
Fœnus maximè abhorret Rota Romana. q. 98. n. 10. p. 575
Fœnore licet ſuum vel ſibi debitum recuperare. ibid. num. 26. p. 577.
Fœnus imperfectum mitius puniendum. q. 100. n. 66 p. 601
Fœnore extorquens aliquid modicum criminali iudicio non punitur. ibid. n. 67
Fœtus pecodum in fructu ſunt, vt lac, & lana. q. 50. n 8. p. 274

F O

Fontanella, & Ceneij citatio moleſta. q. 49. n. 10. p. 269
Forma indiuidua eſt, & diuiſione corrumpitur. q. 56. n. 23. p. 305
Formæ interdum per tantumdem ſatisfit. q. 58. n. 13 p. 317
Forma non ſeruata, contractus non ſubſiſtit. q. 59. n. 11. p. 327
Forma conſtitutionis Pij V. non ſeruata, cenſus eſt inualidus. q. 60. n. 5. p. 337
Forma ſeruanda eſt, etiam ceſſante ratione legis. ib. n. 20. p. 339
Forma cenſus, in quibus conſiſtat. q. 62. n. 2. p. 347
Forma non ſeruata cenſus non valet. ibid. n. 2
Forma cenſus in integritate pretij conſiſtit. q. 63. n. 16. p. 349
Formula legis commiſſoriæ pignorum, quæ ſit. q. 69. n. 3. p. 385

F R

Franciſci de Caldas interpretatio ad l. vnic. C. ex delict. defunct. quæſt 94 n. 18. p. 544. quæ non congruit verbis legis. ibid. num. 12.
Fratres vt plurimum ſororum immemores. q. 38 n. 19. p. 207
cùm de *Fraude* agitur, inſpicimus damnum eius, cui fraus facta eſt. q. 9 n. 35. p. 44
Fraus quo magis occultari ſtudetur, magis detegitur. q. 40. n. 31 p. 220
Fraus ex ſola conſtitutione præſumitur in iis contractibus, in quibus exigitur numeratio. q 61. n 10. p. 402
Fraus facilè fit in æſtimatione pignoris in damnum debitoris. q. 70. n. 61. p. 397
Fructifera rei, quæ dicantur q. 50 n. 5. p. 274
Fructiferam rem eſſe per accidens non ſufficit, vt ſuper illa cenſus imponi poſſit. q. 50. n. 19. p. 275
Fructifera vt res ſit non eſt opus, vt annis ſingulis fructus ferat. q. 50. n. 24. p. 276
Neque vt fructus ferat eiuſdem ſpeciei, cuius eſt penſio. ibid. n. 25.
Fructifera res intelligitur, quæ apta eſt referre fructus. q. 50. num. 26.
Fructuum ante petitionem hæreditatis perceptorum vſuræ ex iure ciuili debentur, & quare. q. 5. n. 16. p. 25
Fructus iure ſoli percipiuntur, non iure ſeminis. q 6. n. 10. p. 27
Fructus ad certam æſtimationem redigi poſſunt. q. 8. n. 30. p. 38
Fructus pignoris minuunt ſortem, etiam prætorij. q. 11. n. 1. n 48.
Fructus minuunt ſortem, ſi conſumpti ſunt. q. 11. n. 37. p. 52
Fructus conſumpti, vel diſtracti cum debito ipſo iure compenſantur. ibid. n. 38
Fructus minuunt ſortem, deductis ſumptibus. ibid. n. 39
Fructus eiuſdem generis ſtatim cedunt in ſolutionem ſortis. ibid. n. 41.
Fructus non imputantur ſorti, quoties pignus pro æquali ſumma datum eſt, ex ſententia plurium. q. 12. n. 1. p. 53
Quæ non placet auctori, niſi concurrant inditia dationis in ſolutum. ibid n. 2
Fructus ſequuntur dominium. ibid. n. 4. & q. 19. n. 2. p. 85
Fructus pignoris prætorij, licèt quantitas debiti æquet, vel excedat valorem pignoris, minuunt ſortem. quæſt. 12. num. 11. p. 54.
Fructus meliorationum, quas creditor fecit in pignore, an minuant ſortem. q. 13. n. 10. p. 55
Fructus ex meliorationibus perceptis non minuunt detractionem earum, etiam poſt litem conteſtatam. ibid. n. 12
Fructus rei, quam creditor ſuis ſumptibus fertilem fecit, imputantur ſorti deductis ſumptibus q. 13. n. 20. p. 56
Sotus in contraria ſententia dubius. ibid. n. 28
Fructus, ſi excedant æſtimationem onerum rei feudalis, an quatenus excedunt, ſortem minuant. q. 14. n. 3. p. 59
Fructus pignoris quotquot ſunt, ad dominum pertinent, dummodo Vaſallus ab omni obſequio, & ſeruitio interim liberetur. q. 14. n. 9. p. 60

Referuntur hi, qui putant id, quod excedit, minuere ſortem. ibid.
Fructus legitimæ non debentur, ſi hæreditas in pecuniis, & ſimilibus rebus tantum conſiſtit.q.18.n.21. p.83
Fructus legatorum iure debentur.q.19.n.1. p.85
Fructus legatorum poſt moram duntaxat debentur.q.19.n.3 ibid.& n.44. p.89.
Fructus legatorum reſtituendi non ſunt, niſi poſt moram, ſiue in rem, ſiue in perſonam agatur.ibid.n.9. p.86
Fructus legatorum debentur ante moram, cùm res relicta eſt cum fructibus.q.19.n.17. p.87
Fructus legatorum debentur ante moram, quando tempus adiectum eſt in gratiam legatarij.ibid.n.18.
Fructus legatorum ante moram reſtitui debent, ſi ea fuerit voluntas teſtatoris. ibid.20
Fructus pendentes tempore mortis teſtatoris continentur legato.ibid.n.28. p.88
Fructus legatorum debentur minoribus ante moram.q.19.n.36 p.89.
Vt etiam Eccleſiis, & piis locis, & iis omnibus, qui iure minorum vtuntur.ibid.n.37.
Fructus rei legatæ, quæ ſterilis ſit nulli debentur. ibid.43
Fructus futuri, & qui nondum extant, poſſunt permutari p.119.
Fructus futuri hypothecæ rectè dantur.q.26.n.25. p.132
Fructus rei venditæ non ſoluto pretio, ſunt venditoris.q.27.n.6 p.148.& n.18. p.149
Fructus pignorum quatenus excedunt onera matrimonij, minuunt dotem.q.28.n.63. p.163
Fructus dotis conſtante matrimonio percepti, ſunt mariti propter onera matrimonij.q 29.n.3. p.166
Fructus rei in ſolutum datæ, non minuunt ſortem.q.40.n.1. p.217.
Fructus rei in ſolutum datæ, ſunt accipientis.ibid.n.3.
Fructus rei in ſolutum datæ à iudice, non imputantur ſorti. ibid.5.
Fructus imputantur ſorti, cùm datio in ſolutum in fraudem vſurarum inita eſt.ibid.n.24. p.219
Fructus omnis ad fructuarium pertinet.q.42.n.5. p.237
Fructus incerti. ibid.
Fructus ſunt rerum, non actionum.q.46.n.17. p 256
Fructus pendentes per ſe ſpectati, ſunt res mobiles.q.47.n.19 p.260.
Fructus agri, vel domus emi poſſunt ad vitam, vel ad tempus q.49.n.3. p.268
Fructus eſt, quicquid ex terra gignitur.q.50.n.6. p.274
Fructus prædiorum aucupia, venationes, piſcationes, lapidicinæ: item amœnitas.ibid.n.7.
Fructus omnes creauit Deus ad vtilitatem hominum. ibid.9
Fructus nomen ad omnem vtilitatem, & reditum tranſlatum eſt.ibid.n.10.
Fructuum ſumma diuiſio, vt alij naturales, alij ciuiles ſint ibid.n.11.
Fructuum naturalium quidam ſpontanei, quidam induſtriales ibid.n.12.
Fructus ciuiles qui.ibid.n.13.
Fructuum diuiſio in naturales, & ciuiles defenditur.q.50.n.15 p.275.
Fructuum ciuilium ratio.ibid.n.17.
Fructus non dicuntur, niſi renaſcantur.ibid.n.20.
Fructus nomen ſecundum ſubiectam materiam latam, vel ſtrictam recipiunt interpretationem.ibid.n.21.
Franciſci Munnoz. dubitatio ſuperflua. ibid.num.22. p.276.
Fructus dum dicitur renaſci, quomodo intelligatur ibid.
Fructus non ſunt res ſua natura fructiferæ.q 54.n.18. p.376
Fructus etiam futuri vendi, & obligari poſſunt.q.54.n.21. p.293.
Fructus rei, qui cenſui ſubiiciuntur, penſioni ſufficere debent deductis ſumptibus.q.56.n.2. p.303
Et deductis aliis oneribus, quæ certam habent præſtationem ibid.n.3.
Fructus ex cenſu nullo non debentur, etiam ij, qui lucrari ſolent.ibid.9. p.304
Fructibus pereuntibus ſine interitu, & mutatione rei, cenſus non perimitur.q.57.n.6. p.308
Neque hoc caſu penſio minuitur.ibid.n.7.
Fructibus vnius anni ſine culpa debitoris amiſſis, an dominus cenſus expectare debeat fructus ſequentium annorum ibid.16. p.310.
Cencius ita opinatur. ibid.
Cuius ſententia auctori non probatur. ibid.17
Fructus licèt incerti, certo pretio vendi poſſunt. q.72.n.16. p.392.
Fructus pignorum minuunt ſortem.q.79.n.19. p.444
Fructus cenſus, qui eſt in ſtatu validitatis, licitè percipiuntur, neque imputantur ſorti.q.80.n.16. p.451
Fructus cenſus nulli exigi poſſunt, additâ conuentione de præſtandis damnis, & intereſſe.ibid.n.17.
Et Cencii doctrina quædam notatur. ibid
Fructus cenſus inter immobilia non cenſentur. ibid.n.39. p.453.
Fructus cenſus, in quo loco pecuniæ, gemmæ, & aliæ ſpecies datæ ſunt, ſorti imputari debent.q.80.n.48. p.454
Fructuum fructus debentur.q.86.n.4. p.483
Fructuum, qui officio iudicis debentur, nullum debetur intereſſe.q.76.n.8. ibid.
Iacobi Menochij reſponſio quædam refellitur. ibid.n.9
Fructuum ante petitam hæreditatem perceptorum debentur vſuræ, non eorum, qui poſt motam litem percipiuntur. q. 86.n.31. p.485
Fructuum vſuræ debentur, ſi venditi ſunt. ibid.n.34
Fructuum corpora non recipiunt vſuras. ibid.
Fructus, & vſuræ ante nuptias percepti, augent dotem.q. 87.n.4. p.486
Et eorum vſuræ debentur poſt moram. ibid.
Fructus ſunt acceſſiones prædiorum.q.88.n.27. p.493
Fructus cenſus malè conſtituti ſortem minuunt. q. 89. n.25 p.499.
Fructus qui debentur officio iudicis re reſtitutâ, amplius peti non poſſunt.q.91.n.11. p.524
Etiam in iudiciis vniuerſalibus, ex auctoris ſententia. ibid.
Fructus præteriti recepro pretio, cenſus peti poſſunt.q.91.n.24 p.525.
Fructus illius ſunt, qui rem in ſolutum accipit. q.95.n.2.p.554
Fructus rei adiudicatæ in ſolutum auctoritate iudicis, fiunt creditoris. ibid.n.3
Fructus rei fœnore extortæ reſtitui debent.q.95.n.12. p.555
Fructus fructuum fœnerator reſtituere cogitur. q. 95. n. 13 ibid.
In æſtimandis fructuum fructibus arbitrium iudicis pluriſmum domanatur. ibid.n.14
Fructus ex ſemine alieno percepti non reſtituuntur, ſed eius ſunt, cuius eſt ſolum. ibid.n.15
Cùm de fructibus percipiendis agitur, inſpicitur perſona poſſeſſoris.q.95.n.24. p.556
Fructus pignoris primùm in id quod intereſt imputantur, tametſi id actum non ſit.q.98.n.47. p.582
Fructus, quatenus excedunt intereſſe, minuunt ſortem.ib.n.52 p.583.
Fructus pignorum, ſuper quibus dos mulieris aſſecuratur conſtante matrimonio, dotem non minuunt.q.98.n.42. p.585
Frumentum licitè dari poteſt ea lege, vt pretia vtriuſque temporis adæquentur q.17.n.9. p.76
Frumento, aut vino in ſolutum dato pro maiori quantitate, quam debentur, datio ſubſiſtit, & quod pluris eſt, repeti poteſt.q.40.n.7. p.217
pro Frumento, & ſimilibus rebus in litem iurari non poteſt.q. 77.n.8. p.433
Frumentum ſi in ſpecie debetur, eius valor intra triennium ſpectatur, ſi in genere etiam poſt triennum. q. 90. n. 43 p.516.
Frumenti dominium, per mixtionem non transfertur. q. 95 n.9. p.555

F V

Fundus ob fructus pendentes pluris venditus præſumitur, niſi illi

illi excipiantur.q.27.n.31. p.151
Fundus eius eſt, cuius nomine emptus eſt.q. 33. n. 24. p. 191
Fundus in cenſu non eſt loco hypothecæ. 51.n. 14. p. 278
Fundus cenſus penſionis capax eſſe debet. q. 56. n. 1. p. 303
Fundus vt ſit idoneus penſioni eſt de forma contractus. q. 56 n.21. p.305
Fundo cenſus infructifero reddito, cenſus perit.q.57.n.1.p.508
Fundo facto infructifero, venditor cenſus neque penſiones in futurum præſtare, neque pretium reddere tenetur. ibid n.2
Fundus quando infructuoſus factus dicatur, vt cenſus pereat. q.58.n.4.& 48 ibid.& 312
Fundi mutatione perit cenſus, vt ſi aquis inundatus ſit. ibid.n.5
Fundus cenſus debet eſſe certus, & quære.q.58.n.1. p.316
Fundi noſtra deſtinatione augentur, & minuuntur. q.58.n.33 p.320.
Fundus datur contemplatione alicuius rei eâ non præſtitâ reſtitui debet cum fructibus q.80.n.41. p.454
Furnus rei immobilis, & à clibanis differt. q.45.n. 5. q. 251
Fur, & fœnerator ſuper lucrum reddere non tenentur. q. 32 n.21. p.186
aduerſus Furem iuratur in litem.q.35.n.35. p.197.& q.74.n.17. p.414
Furti pœna olim manifeſti in quadruplum, non manifeſti in duplum.q.74.n.13. p.414
Quæ pœna hodie non eſt in vſu. ibid.n.14
Hodie aduerſus fures, & qui alienas pecunias inuadunt, datur condictio furtiua, in qua venit id quod intereſt. q.74 n.15.
Duareni ſententia quædam reiecta. ibid.n.18
in Furem in litem iuratur pro quantitate rerum ſubtractarum, & æſtimatione earum.q.77.n.59. p.438
Fur ſemper eſt in mora.q.80.n.8. p.450
Fur eodem tempore obligatur, & facit moram. q. 81. n. 34 p.458.
Guberti diſtinctio. ibid.n.35
Fur, & raptor ipſo iure morã facere cenſentur.q.82.n.27.p 464
Vt etiam ij, qui alienas pecunias inuadunt. ibid.
Fures, & qui alienas pecunias inuadunt, tenentur ad id quod intereſt.q.83.n.11. p 488
Fur non tenetur vſuras æſtimationis quanti pluſimi.q.83.n.30 p.471.
Fur ſemper moram facere videtur.q.87.num.55. p.486
Furis cauſa odioſa. ibid.
Fur, & fœnerator moram ſemper facere intelliguntur. q.96 n.50. p.565
Fæneri tantundem licet ei, qui aliter ſuum recuperare non poteſt.q.98.n.28. p.578
In quo tamen cautiones aliquot adhibendæ. ibid.n.29
Furtum iure naturali prohibitum.q.95.n.46. p.558
Furtum fit etiam rei minimæ.q.100.n.67. p.601
Furti actio criminalis non datur pro re minima. ibid.n. 68

G A

Gabrielis Mudæi ſententia.q.14.n.16. p.60
Eiuſdem interpretatio ad c. 1. de feud. reiicitur. q. 14. n.17
Gabrielis Mudæi emendatio in l. vlt. ff. de contrah. empt. reiicitur.q.70.n.15. p.392
Gratiani & Maſtrilli ſententiæ notata. q.76.n.26. p.430
Gamma, & Valaſci definitio quædam, quæ auctori non placet.q.74.n.47. p 418
Gaſparis Roderici doctrina quædam reiicitur. q.41. n. 10 p.228
Eiuſdem ſententia quædam declaratur.q.96.n.40. p.568

G E

Gener pignora dotalia locare poteſt.q.29.num 13. p.168
Germanis olim fœnus ignotum.q.3.n.20. p.15
Genua mater mercatorum.q.24.n.2. p.115
Genuenſis Reipublicæ lex aduerſus nobiles vſuras exercentes, q.100.n.42. p.598
Geſtatio quid ſit in l.16 ff.quod vi, aut clam. q. 50.n. 18. p. 276
Gerens alterius negotia poteſt petere id quod intereſt.q.33.n.13 p.819

G L

Gloſſa in l. 5. ff. ſolut. matrim. declaratur.q.83.n.39. p.472

G R

Gratiani locus male à Cencio acceptus. q. 54. n. 39. p.296
Grauatus ſub conditione poteſt interim rem alienare.q.54.n.5 p.292.
Grauatus fideicommiſſo quatenus cenſum imponere poteſt.q. 54.n.22.& ſeq. p.294
Grex eſt res mobilis, & perire poteſt. q. 74. n. 3. & 4.p. 258
Gulielmus Veranus & Antonius Rubeus Nicienſes, Aduocati præſtantiſſimi.q.53.n.15. p.289
Gulielmi Budæi locus de his, qui cambio, & recambio pecunias accipiunt. q. 26. n. 57. p.140

H A

Habens rei pretium non minus habere videtur.q.15. n. 21.p.64
Habitatio ad vitam neceſſaria q.11.n.32. p.51
Hartmanni Piſtor. de cambiis Francofurtenſibus ſententia. q.86 n.29. p.499
Haſta ſors incerta.q.69.n.37. p.388

H E

Hebræis prohibitum à Deo, ne inter ipſos fœnerent ob improbitatem vſurarum.q.3.n.14. p.14
Hebræi, & fœneratores qui pecunias fœnori dant, & res furtiuas pignori accipiunt, tenentur eas dominis reddere ſine pretio q.95.n.49. p.559
Niſi aliud ex priuilegio illis conceſſum ſit. ibid.
Hebræi, qui immoderatas vſuras à Chriſtianis exigunt Chriſtianorum conſortio, & commercio ſegregandi ſunt. q. 100.n. 31.p.596.
Hebræorum fœnus turpe, & illicitum. ibid.n.32
Hebræis non licet Chriſtianis, & infidelibus fœnerari. ibid.
Hebræi ſi vſuras exerceant, criminaliter puniri poſſunt, niſi hoc illis conceſſum ſit ab habentibus poteſtatem.q.100.n.53 p.599.
Herculis Marſcoti ſententia declaratur, & defenditur.q.54 n.13 p.292.
Herodoti dictum nullam artem eſſe qua probi ab improbis diſcerni poſſint.q.23.n.29. p.108

H Æ

Hæres poſt moram tenetur ad fructus legati, & ad id quod intereſt.q.18.n.6. p.81
Hæredi datur modicum tempus ad ſoluendum legatum q.18.n.38. p 85
Hæres ex ipſo aditionis die legatariis moram facere non intelligitur.q.19.n 4. p.86
Hæres non tenetur offerre legatum.ibid.n.8.
Hæres non tenetur reddere fructus, quos ex negligentia legatarij percepit.q.19.n.12. & 16. p.87
Hæres fiduciarius fructus reſtituit.ibid.n.21.
Hæres fiduciarius non hæres, ſed quaſi tutor. ibid.
Hæres rogatus reſtituere, quicquid ex hæreditate ad eum peruenerit, non tenetur reſtituere fructus.ibid.n.22.
Hæres rogatus reſtituere, quicquid ex bonis ſupererit fructus extantes reſtituere tenetur.q.19.n.26. p.88
Vt etiam rogatus quicquid ex hæreditate ſuperfuerit ibid n.27.
Hæres non deſinit eſſe bonæ fidei poſſeſſor, ex eo quod ſciat rem legatam eſſe, niſi legatarius agnoſcat, & petat.q.19 n.40. p.89
Antonij Fabri egregium dictum,ibid.n.41.
Hæredes tutorum tenentur pupillis in id quod intereſt.q.20 n.13. p.91

Præſertim ſi ex proprio facto conueniantur. ibid.n.14
Hæredes tutorum conueniri poſſunt, vel ex adminiſtratione tutorum, vel propria.q.20.n.15. ibid.
Hæredes mariti poſſunt ſtatim dotem reddere mulieri, deducto commodo medij temporis.q.30.n.3. p.169
Hæredes viri poſſunt ſtatim dotem reddere, ne viduam alant q.30.n.8. p.170
Hæredes viri, qui viduam alunt poſſunt dotis, vel fructus pignorum conſequi.q 30.n.32. p.173
Hæredes hodie non repetit vſuras, quas malæ fidei poſſeſſor ex pecunia hæreditatis percepit.q.35.n.8. p.195
Hæres aduerſus malæ fidei poſſeſſorem eligit, an rem, vel pretium petat.ibid.n.17. p.196
Hæres rogatus purè reſtituere non poteſt cenſum imponere q.54.n.1 p.291
Hæredi rogato ad diem certum, cenſum ſuper rebus fideicommiſſi conſtituere non licet.q.54.n.2. ibid
Hæres rogatus ſub conditione, poteſt interim rem alienare ibid.n.5. p.292
Et ſuper illa cenſum imponere. ibid.
Hæres non poteſt imponere cenſum ſuper re alienari prohibita.q.54.n.9. ibid.
Hæres bona fideicommiſſi pro legitima, & aliis detractionibus alienare poteſt.q.54.n.22. p.294
Et ſubiicere cenſibus. ibid.
Hæres non poteſt ſuper detractionibus cenſum imponere, qui illarum fructus excedat.ibid.n.24.
Hæres rogatus reſtituere quod ſupererit, poteſt vſque ad dodrantem alienare, & cenſibus ſupponere.q 54.n.32. p.295
Hæres donatoris ex mora ad intereſſe tenetur. q.71.n.25. p.403.
Hæres, cuius arbitrio aliquod commiſſum eſt, officio boni viri fungi debet.q.76.n.4. p.418
Reſponſio ad argumentum, quo communis ſententia impugnatur.ibid.n.5.
In Hæredem tutoris duobus caſibus in litem iuratur.q.77.n.32 p.435.
Hæredes viri tenentur extra domum viduæ alimenta præſtare, quando cum eis honeſtè commorari non poteſt q.79.n.43 p.446.
Hæres iuſſus intra certum tempus non petere, non poteſt huius temporis vſuras exigere.q.85.n.23. p.480
Hæredes vſurarij ad edendum cogi poſſunt.q.93.n.11. p.535
Item is, cui vſurarius calendarium legauit, ſi illud ab hærede habuit.ibid.n.12.
Hæredes vſurarij in vtroque foro vſuras reddere coguntur, non ſecus ac hæredes furis.q.94.n.8. p.543
Hæredes etiam extranei vſuras reſtituere tenentur.ibid.n.10
Hæres tenetur vſuras reddere, licèt defunctus impœnitens decedat.ibid n.12.
Et quamuis veter vſuras reſtitui.ibid,n.13.
Hæredes vſurarij vſuras reddere tenentur, licèt non petantur q.94.n.14. ibid.
Et licèt cum defuncto lis conteſtata non ſit. ibid.
Et licèt ex vſuris nihil ad hæreditatem peruenerit.ibid.n.15 p.544.
Hæredes iure pontificio actione rei perſecutoriâ ex delicto defuncti poſſunt conueniri, licèt ad eos nihil peruenerit q.94.n.16. ibid.
Hæres iure pontificio tenetur ex delicto defuncti, quatenus eius facultates patiuntur.q.94.n.25. p.545
Hæres vſurarij hæres furis ibid.
Hæres ex delicto defuncti tenetur, quatenus ex eo pinguior hæreditas ad eum peruenit.ibid.n.26.
Hæres vſuras reſtituere tenetur, quatenus patiuntur vires hæreditatis.ibid.n.27.
Quod receptum eſt, etiam nullo facto inuentario.ibid.n.28
Hæres iure canonico non obligatur ad reſtituendum vltra facultates defuncti.q 94.n.29. ibid.
Heredes ad reficienda damna per defunctum illata, ex iure canonico obligantur quatenus facultates defuncti patiuntur q.97.n.6. p.571
Hæres ſi legatum dotis promittat mulieri, aut marito, bona eius tacitè obligantur pro ſolutione dotis.q.97.n.28. p.573
Hæres non tenetur vſuras ſoluere, quas defunctus iurauit ſoluere.q.99.n.11. p.585
Hæredi mala fides defuncti non nocet.99.n.36. p.588
Hæreditatis in petitione veniunt partus partuum. q.86.n.25 p.485.
Hæreditatis petitione continentur fructus ante litem percepti q 86.n.30. ibid.
Hæreditatis bonæ fidei poſſeſſor id tantùm reſtituit, in quo locupletior factus eſt.q.95.n.53. p.559
Nec tenetur ſi quid prodegit vel amiſit. ibid.
In petitione hæreditatis non venit, quod indebitum exactum eſt.q 96 n.15. p.565
Vbi Accurſij ſententia in l. nauis.ff. de rei vindic. probatur, ſed noua ratione. ibid.
Hæreſis eſt affirmare vſuras licitas eſſe.q.2.n.39. p.11
& q.6.n.30. p.28

H I

Hieronymi Marcelli Viualdi Equitis, & Senatoris Nicienſis viridarium.q.50.n 27. p.276
Hieroſolymitanis [E]quitibus ſub pœna amiſſionis pecuniæ creditæ interdictum eſt, ne fœnus exerceant.q.10.n.6. p.45
Hiſpalenſis quidam contractus an ſit difficilis.q.23.n.60. p.114
Hiſpaniæ lex, quæ pactum committi admittit in cenſibus, non eſt in vſu.q.66.n.13. p.369

H O

Hollandiæ argentarij publici fœneratores.q.100.n.5. p.590
Homines de facultatibus ſuis magis ſperare ſolent,quàm debent q.29.n.11. p.167
Homines ſæpe vendunt nullâ vrgente neceſſitate, ſed lucrandi causâ.q.40.n.75. p.224
Homo liber non poteſt vendi.q.48.n.3. p.262
Homo liber non eſt in commercio,nec vendi poteſt.q.48.n.22. p.263.
Hominis vita incerta.q.72.n.21.& aleæ ludus. p.407
Hominum inter curas æs alienum, & filia nubilis. q. 74. n.62 p.419.
Hominibus publicè criminoſis interdicitur.q.100.n.33. p.596
Honorius, Theodoſius, & Veſpaſianus iuſſerunt, vt capta bello ciuili reſtituerentur.q.77.n.64. p.439
Hoſtibus licitum eſt fœnetari. q.98.n.16. p.576
Hoſtibus legitimis vi, & inſidiis nocere licet. ibid.n.22
Eraſmi, & Lutheri error. ibid.
Hoſtibus fœnerari non licet, cum quibus eſt ius aſyli.ibid. n.24. p.577
Locus Deuteronom. c.23. *non fœneraberis fratri tuo.* explicatur.q.98.n.25. ibid.
Hotomani de annuorum redituum, ſententia quæ refellitur.q.43.in.app.n.24. p.245
Eiuſdem errores quidam.ibid.n.26. contrarietas.n.28. p.246
Hotomani de redituum emptione ſanior ſententia. ibid.n.33
Hotomanus ex ipſo Hotomano refellitur.ibid.n.35. p.247

H V

Hugonis Donelli argumenta pro vſuris.q. 3. n.4. p.12
Quæ refelluntur. ibid.

H Y

Hypotheca non amittitur ob illicitam ſtipulationem vſurarum. q.7.n.12.
Hypothecarij priuilegiatis creditoribus præferuntur.ibid. n.16 p.31.
Hypotheca validè adiicitur mutuo pro reſtitutione ſortis. q.7 n.23. p. 32
Hypotheca cenſus fœneratitij non conſiſtit, vbi ex lege regionis ſors amittitur.q.7.n.26. ibid.
Hypotheca contrahitur, cùm conuenit, vt liceat rem vendere.

re.q.70.n.24. p.393

Et cùm datur, licentia ingrediendi fundum debitoris. ibid.

Hypotheca, quæ tacitè pro legatis inducitur, diuidua eſt. q. 97.n.19. p.572

Niſi vnus tantùm hæres ſit. ibid.n.20

Hypotheca tacita quæ pro legatis datur, etiam aduerſus tertios competit.q.97.n.21. ibid.

Pro portione tamen hæreditaria.ibid.n.22. p.573

Hypotheca datur in ſolidum contra hæredes, cùm nondum hæreditas diuiſa eſt. ibid.n.23

Et cùm bona omnia ad vnum peruenerunt.q.97.n.24 ibid.

Item ſi fundus ſpecialiter pignori obligatus ſit. ibid.n.25

Item ſi teſtator bona ſua obligaſſet pro legatis præſtandis. ibid.n.26.

Hypotheca pro legato dotis indiuidua eſt ex Surdo.q. 97. n.27 ibid.

I A

Iacobi Cancerij definitio quædam declaratur.q.38.n.27. p.208

I D

Identitas ſolo rei ſingulari nomine probari poteſt. q. 58. n.7 p.317.

I G

Ignorantibus ius ſuum, & per reuerentiam ſua petere timentibus, fit mora reipſa.q.82.n.9. p.456

Ignorans ius ſuum, remittere non intelligitur. q. 92. n. 20 p.532.

I L

Illicitum non facit, vt licitum peti non poſſit, etiam pro præterito tempore.q.68.n.10. p.380

Illicitum licito admixto, pro non adiecto cenſetur.q.73. n.16 p.411.

I M

Imperatores, Reges, Principes cur Diui appellati. q. 43. n. 45 p.241.

Implens contractum repetit vſuras, vel cambia eius pecuniæ, quam vt adimpleret contractum ſub vſuris vel cambiis mutuatus eſt. q.27.n.63 p.154

Implementum vnius in contractibus vltro citroque obligatoriis alterum in mora conſtituit.q.82 n.47. p.466

Quod tamen quidam recipiunt in contractibus bonæ fidei. ibid.n.48.

Et negant in contractibus ſtricti iuris. ibid.

ex Implemento vnius alium in mora conſtitui in omnibus contractibus, ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris ex ſententia Ioannis Sapori. ibid n 49

Gratiani, & Mareſcotti opinio innixa falſâ ratione. ibid. n.50.

Implementum vnius alium in mora conſtituit, qui pecuniam dare debet, vel aliud facere, quod confeſtim fieri non poteſt.q.82.n.53. ibid.

Implementum non ſtatim in mora eum conſtituit, qui aliquid facere debet, quod dilationem deſiderat.q.82.n.54. p.467

Implementum vnius quando alium in mora conſtituat. q. 83 n.54. p.472

Improbius fœnus eſt fructus auferre, quàm pecuniam.q.11. n.3 p.48.

I N

Incendium non liberat debitorem.q 85.n.2. p.478

Incertitudo temporis æſtimari poteſt.q.8.n.30. p.38

Incertitudo fructuum non excludit vſuram. q.11. n. 12. p.49

Incertitudo futuri valoris contractum, etiam in foro conſcientiæ.q.24.n.29. p.118

Incertitudo lucri non tollit rationem vſuræ in mutuo. q. 26 n.39. p.134

Incertitudo ſuſtinet contractum.q 98.n.56. p.583

Incerta æſtimari poſſunt arbitrio boni viri.q.72.n.15. p.406

Incrementa cambiorum fœtus pecuniæ.q.89.n 47. p.505

Indebiti in condictione veniunt fœtus, & fructus etiam bona fide percepti.q.34.n.21. p.194

Indebitum ſcienter ſoluens repetere non poteſt. q. 73. n. 11 p.411.

Indebitum debito additum veram ſortem non vitiat q. 73.n.19. ibid.

Indebitum repetens, concludenter probare debet indebitum ſoluiſſe.q.76 n.45. p.431

Inditia fœnoris plenè, & perfectè probari debent. q. 9. n.31 p.43.

Inditia duobus ſaltem teſtibus probanda. ibid.n.32

Induciæ ad debitores rei emptæ, non porriguntur .q. 85. n 9 p.470.

Induciæ generales domorum penſiones non continent. ibid. n.11.

Induſtria ſua nemini nocere debet.q.13.n.11. p.55

Induſtria perſonæ interdum tanti eſt, quanti pecunia, & interdum etiam pluris q.31.n.40. p.182

Inæqualitas in contractibus toleratur, ne turbentur commercia rerum.q.8 n.3. p.35

Inæqualitas omnis in mutuo prohibita eſt. ibid.

Ingrati nulla eſt actio.q 14.n.12. p.60

Iniquum eſt alterum, ex delicto alterius damnum pati. q. 77 n.32. p.435

Iniquum eſt eum, qui per viginti annos petiit vſuras eas poſtulare.q 92.n.56. p.533

Iniuſtitia pretij rationem emptionis non tollit.q.67.n.19 p.373

Iniuſtum eſt vltra ſortem accipere, etiam cum debitor ex pecunia credita lucrum facit.q 2 n.30. p.10

Iniuſtum, quod eſt contra leges. q.7.n.5. p.30

Inſtitutio ſub illicita conditione valet reiecta conditione. q 64 n.9. p.358

Inſtrumenta, & contractus res diuerſæ.q.58.n.17. p.318

Inſtrumentis publicus vſurarius probari poteſt. q. 100. n.18 p.592.

Inſtrumenta non minorem vim obtinent, quàm depoſitiones teſtium. ibid.

Inſulæ maris, & quæ in fluminibus fiunt, cenſus imponi poteſt.q.45.n 9 & 10. p.251

Intereſſe poterat excedere modum vſurarum.q.1.n.14. p.3

Intereſſe non eſt vſura.q.2.n.37. p.10

Intereſſe probari debet.q.3.n.13. p.16

Intereſſe eius intereſſe, quod vice ſortis fungitur, aliud intereſſe parere poteſt.q.5.n.17. p.25

Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis iiſdem regulis fere conſiſtunt.q.30.n.28. p.173

Intereſſe ex perſona creditoris metiendum eſt.q.32.n.30.p.187 & q 78.n.14.p.440.& q.80.n.18. p.451

Intereſſe non ſeruat legitimum modum vſurarum. q. 71. n. 37 p.404.

Intereſſe rei euictæ eſt intrinſecum, id eſt quanti habuiſſet emptor, ſi res euicta non fuiſſet.q.56.n.13. p.304

Intereſſe lucri ceſſantis poſt moram in ſoluendis cenſibus factam deberi, qui ſentiant.q.66.n.3. p.368

Auctoris contraria ſententia. ibid.n.4

Intereſſe quid ſit.q.71.n.3. p.401

Intereſſe omni iure licitum eſt, & permiſſum omnibus.ibid.n.4

Intereſſe incertum eſt. ibid.n.5

Intereſſe debetur, ex quacunque cauſa pecunia debeatur.q.71 n.6. ibid.

Intereſſe circa rem facit ceſſare intereſſe extrinſecum.q.71.n.11 p.402.

Vbi reiicitur Fachinei ſententia quædam.n.12 ibid.

Intereſſe legibus introductum, facit ceſſare aliud intereſſe ibid.n.14.

Intereſſe non debetur ab eo, qui ex liberalitate conuenitur. q.71.n.24. p.403

Intereſſe in facto conſiſtit.q.72.n.2. p.405

intereſſe.

Digitized by Google

Index Rerum.

Intereſſe pro varietate factorum æſtimanda eſt arbitrio. iudicis. ibid.
Intereſſe verè probato, ceſſat omnis fraudis ſuſpicio. ibid.n.11
Intereſſe non niſi ex mora, vel conuentione peti poteſt. q.72 n.40. p.408
Id quod intereſt tam ad damnum, quàm ad lucrum pertinet. q.72.n.44. p.409
In æſtimando eo quod intereſt, res ad mediocrem ſummam reduci debet. ibid.n.47. p.4
Quatenus Intereſt in facto conſiſtit. q.74.n.2. p.413
Intereſſe taxatio relinquitur arbitrio iudicis. ibid.n.3.
Intereſſe lucri iis debetur, qui coguntur pecunias credere. q.74.n.9. p.414
Intereſſe debetur ante moram, cùm ab initio taxatum eſt arbitrio boni viri. ibid.n.21. p.416
Intereſſe lucri ceſſantis vt in ſpe poſitum, & multis caſibus obnoxium æſtimari debet. ibid.n.54.p.419
Intereſſe debetur, quocunque tempore illud contingat. q.74 n.57. ibid.
Intereſſe non pendet ex tempore, ſed ex cauſa ibid.n.58
Intereſſe lucri vt exigi poſſit, neceſſe eſt, vt mutui datio, vel retentio ſit cauſa amiſſionis lucri. ibid.n.59
Intereſſe debet fundari in veris cauſis. q.74.n.64 p.420
Intereſſe damni emergentis vt debeatur, de eo debitor admoneri debet. q.75.n.1 p.421
Intereſſe eſt id, quo ius noſtrum factum eſt deterius culpa aduerſarij q.75.n.11. p.421
Id quod intereſt non poteſt probari per iuramentum in litem, cùm contractus eſt vſurarius. q.76.n.11. p.433
Intereſſe lucri ceſſantis plenam exigit probationem, neque admittit iuramentum in ſupplementum probationis. q.76 n.34. p.436
Quæ ſententia in dubium reuocatur ex doctrina Baldi. ibid. n.35.
Intereſſe quod infligitur ex ſola mora, non differt ab vſura q.79.n.4. p.443
Baldi regula ad ſecernendum vſuras ab eo quod intereſt ibid.n.5.
Intereſſe debet eſſe verum, & ex veris, & iuſtis cauſis. q.79 n.17. p.444
Intereſſe non debetur ſine mora. q.80.n.2
Intereſſe ex ſola obligatione non præſtatur. ibid.n.4
Antonij Fabri ſententia. ibid.n.5. p.450
Quam auctor non probat. ibid.n.6
Intereſſe ex cenſu nullo debetur, ſi actum eſt de eo in caſum nullitatis præſtando. q.80.n.20. p.451
Intereſſe poteſt ab initio in pactum deduci. q.81.n.42. p.459
Intereſſe eatenus currit, quatenus durat mora. q.82.n.12.p.463
Intereſſe ex mora irregulari debetur in actione mandati, & aliis quibuſdam. q.83.n.8. p.468
Intereſſe ex mora in rem ex bono, & æquo admittendum eſt ibid.n.9.
Intereſſe quanti plurium vbi locus eſt intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis non admittitur. q.83. n.29. p.471
Intereſſe quanti plurimi non debetur pro quantitate illiquida. q.84.n.4 p.473
Antonij Fabri definitio 10. *de vſur.* quæ auctori non placet ibid.n.5. p.473
Intereſſe pendente dilatione debetur, cùm id reſcripto principis expreſſum eſt. q.85.n.20. p.481
Quod de vero intereſſe intelligendum eſt. ibid.n.21
Intereſſe præteritum eſt vice ſortis ex quibuſdam. q.86.n.2 p.482.
Intereſſe lucri ceſſantis pœna eſt. ibid.n.13. p.483
Intereſſe alterius intereſſe admiſſo, res in infinitum perduceretur, quod ius abhorret. ibid n.16. p.484
Intereſſe non eſt ſors, ſed acceſſio ſortis. ibid.n.21
Intereſſe, quod fungitur vice ſortis, aliud intereſſe recipere poteſt. q.87.n.1. p.486
Intereſſe quando fungitur vice ſortis. ibid.n.2
Intereſſe à iudice, vel partibus taxatum, an aliud intereſſe parere poſſit. ibid.n.13. p.487
Intereſſe liquidatum ſors non efficitur. Ibid.n.14
Intereſſe quanti plurimi, an aliud intereſſe debeatur. ibid.n.13 p.488.
Antonij Fabri ſententia, & diſtinctio. ibid.
Quæ auctori non placet. ibid.n.24
Intereſſe alterius intereſſe non debetur, etiam in locis, vbi intereſſe lucri ceſſantis mercatoribus adiudicari ſolet. q.87. n.26. ibid.
Vbi declaratur conſ.84.lib.6.Alex. ibid.n.27.p.489
Quod à Carolo Molinæo reiicitur. ibid.n.28
Intereſſe alterius intereſſe non debetur, quamuis debitor illud exegerit. q.87.n.29.
In taxatione eius quod intereſt, inſpicitur perſona creditoris. q.87.n.30.
Intereſſe modicæ ſummæ non debetur. ibid.n.40. p.490
Intereſſe pœnarum non debetur, licèt in ſortem redactæ ſint. q.87.n.15. p.487
de Intereſſe alterius intereſſe ſententia Hieronymi Cagnoli iuri, & æquitati naturali, & experientiæ contraria. q.86.n.18 p.484. Eiuſdem Cagnoli ſententia de intereſſe alterius intereſſe publicè perniicioſa. ibid. n.28. p.485
Intereſſe redituum poſt moram deberi, qui ſentiant. q.88.n.1 p.491.
Intereſſe redituum poſt moram an debeatur, controuerſum eſt ibid.n.10. p.491
Intereſſe damni emergentis acceſſio eſt. ibid.n.28. p.494
Intereſſe etiam intrinſecum ob moram, etiam in cenſibus debetur. ibid.n.30.
Vbi affertur quædam ratio P. Molinæ ibid.n.31
Quæ auctori non placet. ibid.n.32.
Intereſſe etiam cum augmento monetæ decernendum, ſi verè tantundem intereſt. ibid.n.35. p.495
Intereſſe triplex conuentum, commune, & ſingulare. q.90.n.1 p.510.
Intereſſe diuiſio in conuentum, commune, & ſingulare à recentioribus improbatur. ibid.n.2
Intereſſe in caſibus certis duplum excedere non poteſt ibid.n.3.& 6.
Intereſſe in actione venditi, qua petitur pretium, id quod intereſt duplum non excedit. ibid.n.8. p.511.
Intereſſe etiam quantitatibus accedere poteſt. q.90.n.9.
Intereſſe in locationibus, & conductionibus duplum excedere non poteſt. ibid.n.13
Intereſſe in caſibus, qui certam quantitatem habent duplum non excedit. ibid.n.14
Idémq; eſt in caſibus, qui certam naturam habent. ibid.n.15
Intereſſe in caſibus, qui certam naturam, & quantitatem habent, quomodo taxandum. ibid.16
Intereſſe in caſibus, qui certam naturam habent, & nulla interuenit pecunia, non poteſt excedere duplum communis æſtimationis rei. ibid.n.17.
Intereſſe in pecunia nautica duplum excedere poteſt, ex Cuiacio. ibid.n.21. p.512
Quod auctori non placet. ibid.
Intereſſe etiam multorum annorum duplum excedere non poteſt. ibid.n.25.
Mangilij ſententia quædam reiicitur. ibid.26. p.514
Intereſſe conuentum non continetur lege vnic.C. de ſentent. quæ pro eo. ibid.n.28
Intereſſe, quod ex conuentione debetur, non comprehenditur *in l.vn.C.de ſent. quæ pro eo.* ibid.n.32
Intereſſe conuentum additum quantitati, non admittitur, niſi quatenus verè intereſt. q.90.n.34.
Intereſſe certum lege definiri non poteſt, & Rebuffi contraria ſententia reiecta. ibid.n.35
Intereſſe quanti plurimi creſcit vſque ad executionem ſententiæ. ibid.n.42.
Intereſſe quanti plurimi duplum excedere poteſt, & argumenta huius ſententiæ. q.90.n.45. p.516
Intereſſe quanti plurimi in caſibus certis duplum non excedit ibid.n.46.
Intereſſe quanti plurimi ab ipſa re diſtinguitur. ibid.n.49 p.517.

Intereſſe

Intereſſe quanti plurimi an totum debeatur. ibid.n.50
Auctoris ſententia, & diſtinctio. ibid.
Intereſſe conuentum non deberi, niſi interſit, Baldi ſententia defenditur.ibid n 49. p.515
Intereſſe ceſſante actor dolo facit, qui intereſſe conuentum petit. ibid.
Intereſſe ſingulare affectionis reiicitur. ibid.n.51.p.517
Intereſſe ſingulare vtilitatis, quoduam ſit. ibid.n.52
Et an duplum poſſit excedere. ibid n.53
Sigiſmundi Scacciæ ratiocinatio, & diſtinctio, quæ reiicitur ibid 54 & 55
Intereſſe pendet à futuro euentu, & ſemper eſt incertum ibid.n.56. p.518
Intereſſe in caſibus incertis pro rei veritate taxandum eſt ibid.n.65. p.519
Intereſſe in damnis iniuriâ datis, ſupra duplum admittitur ibid.n.76. p.520
Quod tamen ex communi æſtimatione taxandum eſt, non ex affectu cuiuſquam. ibid.
Intereſſe in maleficiis duplum excedere poteſt. ibid.n.78
Intereſſe ſiue in incertis, ſiue in certis caſibus, ſemper cum competenti moderamine taxari debet.ibid.n.82. p.521
Intereſſe pœnæ genus.q.92.n 55. p.526
Intereſſe debetur poſt moram, etiam in contractibus ſtricti iuris.q 96.n.28. p.556
Et in contractibus bonæ fidei. ibid.
Intereſſe extrinſecum locum non habere, cum locus eſt intrinſeco, declaratur.q.96.n.38. p.567
Intereſſe extrinſecum cum debetur, de proximo intelligendum eſt.ibid.n.39. p.568
Et ſententia quædam ſingularis Alciati *in d.§. cum per venditorem.* reiicitur. ibid.
Intereſſe diuiſio in intrinſecum, & extrinſecum immeritò à quibuſdam reprehenſa.ibid.n.43. p.560
Intereſſe non minuit ſortem.q.98.n.43. p.581
Intereſſe debetur mutuanti, licèt malit mutuare, quàm negotiari. ibid.n 44
Interuſurij ratio non ex mora, ſed ex iuſtis cauſis haberi debet q.27.n.41. p.152
Interpellatio debitorem in mora conſtituit.q.81.n.10. p.456
Interpellatio extraiudicialis ſufficit ad contrahendam moram ibid.n.11.
Interpellatio per epiſtolam, vel nuntium fieri poteſt. ibid.12
Interpellatio opportunè fieri debet, vt in mora conſtituat. ibid.n.13.
Interpellationis verba clara eſſe debent, vt conſtituant in mora q 81.n.17. ibid.17
Niſi interdum ex qualitate perſonarum. ibid.n.18
Interpellatio vnica ſufficit ad moram. ibid.n.19
Interpellatio non eſt neceſſaria, vbi dies additur promiſſioni ibid.n.30. p.458
De hoc Guberti ſententia quædam declaratur. ibid. n. 31
Interpretes ſuis diſtinctionibus, & argutiis *l.vnic. C. de ſent quæ pro eo.* obſcuriorem reddiderunt.q.90.n.81. p.522
Inundatio ſpeciem fundi non mutat.q.57.n.51. p.315

I O

Ioannis Copi interpretatio ad nouell.52. & 53. reiecta.q.10.n.9 p.45.
Ioannis Copi ratio quædam ex Virgilio male ſumpta reiicitur q.50.n.16. p.275
Ioannis Garziæ ſententia, & eius ratio potiſſima.q 13.n.13 p.55.
Ioannis Garziæ dictum quoddam expenditur, & reiicitur ibid.n.35. p 58
Ioannes Baptiſta Marinus in Hetruſca poëſi auctoris præceptor q.23.n.43. p.110
Ioannes Picus ab hoſpite veneno necatus.q 49.n.37. p.272
Ioſeph prædia dimiſit Ægyptiis, nouâ penſione ſibi reſeruatâ q.41.n.2. p.227

I V

Iudices, & poteſtates ex ſola tolerantia vſurarum excommunicationem non incurrunt.q.100.n.39. p.597
Iudicis arbitrio commiſſum eſt, quæ coniecturæ ſufficiant ad probandum contractum eſſe vſurarium.q.9.n.3. 40
Iudicem cuncta rimari oportet. ibid n.7
Iudicis arbitrio relictum eſt, an pignus in ſolutum datum ſit creditori.q.12.n.12. p.54
Iudex non poteſt electionem auferre hæredi, cùm legatum alternatiuum eſt.q 18.n.31. p.84
Iudex non poteſt hodie præcipere, vt donec pecunia debita ſoluatur, præſtentur vſuræ.q.21.n.12. p.95
Iudex non poteſt pœnam vſurarum infligere non ſoluentibus ibid.n.13.
Iudex an poſſit reditum annuum ſuâ ſententiâ creare.ibid.n.14
Nauarri, & Cencij ſententia. ibid.
Virginij de Boccat. de eadem re opinio.ibid.n.15. p.96
Iudicia factum, debitoris factum.ibid.n.22. p.97
Iudex poteſt pœnam non obtemperanti imponere, modo non creſcat ratione ſortis, & temporis. ibid.n.25.
Iudex in vſuras futuri temporis condemnare non poteſt ibid.n.29. p.98
Iudex an de futuris ſtatuere poſſit. ibid.n.30
Iudex poteſt condemnare pro futuro tempore in id, quo intereſt. ibid.37. p.99
Iudices non poſſunt animos introſpicere.q.23.n. 29. p.108
Iudicis arbitrio in foro externo committitur, an fraus temporis in cambiis inſit.q.25.n.50. p.126
Iudicis arbitrio committitur, cùm ex coniecturis res definienda eſt.q 28.n.68. p.164
Sigiſmundi Scacciæ ſententia refertur. ibid.n.69
Et refellitur. ibid.n.70
Iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicantur empta cauſa hæreditatis.q.35.n.15. p.196
Iudicis arbitrio eſt deferre iuſiurandum in litem, atque etiam non ſequi.36.n.21. p.201
Iudex coniecturis credere poteſt ceſſionem non eſſe ſimulatam q.39 n.50. p.212
Iudicem linceis oculis eſſe oportet, & cuncta rimari. q.58 n.50. p.325
Iudex in re dubia procliuis eſſe debet ad ſuſtinendum contractum. ibid.
Iudex quando æquitate vti poteſt, vel non.q.60.n.25. p.340
Iudices debent habere ante oculos legem *non dubium.C.de legib. q.70.n.93.* p.400
ad Iudicis officium pertinet curare, ne fraus alicui patrocinetur.& ne l.vlt.C.de pact.pignor.circumueniatur. q. 70. n.94 ibid.
Iudex curare debet, ne quis ex ſua fraude lucrum ſentiat. q.75 n.22. p.425
Iudices ſæculares nunc de vſuris cognoſcunt, ſiue ſit quæſtio iuris, ſiue facti.q.100.n.78. p.602
Iudex in dubio poteſt ad iurandum adigere creditorem, an ob moram debitoris damnum paſſus ſit.q.75.n.26. p.424
Iudex poteſt moderari iuramentum creditoris circa id quod intereſt.q.76.n.5. p.428
Iudex iuſiurandum in litem non tantùm moderari poteſt, ſed & non ſequi.q.76.n.10.p.419 &.n. 32. p.430
Iudex poteſt ex cauſa iuramentum ex conuentione præſtitum moderari, vel non ſequi.ibid.19. p.419
Iudex non debet confirmare taxationem intereſſe iuramento creditoris ex pacto factam, ſi ſumma ſit egregia. q. 76. n.20 ibid.
Auctori videtur nihil eſſe diſtinguendum. ibid.n.21
Iudex poteſt taxationem iniicere iuriiurando in litem q.76 n.32. p.430.
Iudex debet taxare quantitatem, vſque ad quam actor iuret in litem pro perſonarum, & negotij qualitate. q. 77. n. 61 p.438.
Iudex non poteſt æſtimare id quod intereſt, niſi probetur.q 78.n.10. p.440

Iudex

Iudex debet ſubtiliter inquirere id, quod creditoris intereſt. ibid.n.11.
Iudex poteſt in ſententia reſeruare ſibi taxationem, eius quod intereſt.ibid.n.25. p.441
Iudicem poſſe ex ſe inquirere, ex eo quod intereſt, & in illud condemnare, ex Bartoli ſententia.q.78.n.27. p.442
Quæ auctori non placet. ibid.n.28
Iudicis officium res, & tempora diſtinguere.q.79.n.34. p.446
Iudicis arbitrio relinquitur, an ex implemento vnius alter in mora conſtituatur.q.82.n.52. p.460
Iudex ex ſola adiectione temporis debet æſtimare, id quod intereſt.q.83.n.17. p.469
Iudex debet adiudicare creditori, id omne quod illius intereſt q.86 n.6. p.483
Iudex poteſt contractum venditionis apparentem ex coniecturis vſuratium pronunciare q.89.n.19. p.498
Iudices poſſunt pacta iniqua corrigere, & ad æquitatem reducere q.90.n.37. p.515
Iudex ſi in ſortem tantum condemnat, id quod intereſt amplius peti non poteſt.q.91 n.19. p.524
Niſi à ſententia appellatum ſit. ibid.n.10
Iudices proclives eſſe non debent ad infligendas vſuras longi temporis q.93.n.36. p.533
Iudices ſeculares compellere poſſunt hæredes vſurarij, vt vſuras reſtituant.q.94.n.9. p.543
Iudices, & magiſtratus, qui vſuras ſolui iubent, reſtituendi rei ſunt.q.94.n.42. p.547
Iudices ex iniuſta ſententia obligantur. ibid.n.43
Idémque eſt in iudicibus delegatis, & arbitris ex compromiſſo ſumptis. ibid.n.44
Iudicis arbitrio relinquitur, qua intentione quis rem furtiuam emerit.q 95.n.41. p.558
Iudices cogitationes hominum videre non poſſunt.q 99.n.9 p.585
Iudex ex coniecturis arbitrari poteſt, donationem pendente mutuo liberam eſſe.ibid.n.31. p.587
Iudices, qui ſecundum leges ciuiles iudicant ſcienter vſuras deberi, an ſint excommunicati. q.100.n.37. p.597
Iudex Eccleſiaſticus poteſt impedire, ne ſæcularis teſtamentum publici vſurarij exequatur.ibid.n.49. p.599
Iudices excommunicationem non incurrunt, cum adiudicant intereſſe minus legitimè probatum.q.100.n.38. p.597
in *Iudicio* quaſi contrahitur.q.21.n.10. p.93
Iudicium propter ius præſens extenditur ad futura.ib.n.31.p.98
in Iudiciis bonæ fidei iuratur in litem de eo quod intereſt.q.35 n.23. p.196
in Iudiciis contractis cur non iuretur in litem.q.77.n.51.p.437
Iurari in litem poteſt aduerſus creditorem, qui ſoluto debito pignus non reſtituit.q.13.n.6. p.55
Iuratur in litem aduerſus mandatarium,& negotiorum geſtorem, ex eo quod intereſt.q.33.n.9. p.189
Is aduerſus quem iuratur in litem, contrarium probare poteſt.q.76.n.18. p.419
Iurans ex conuentione omni exceptione maior eſſe non debet. q.76.n.14 ibid.
Iurandi facultas ex lege, vel ſtatuto ad hæredes tranſit. q.79 n.33. p.446
Iurans ſoluere in caſum indigentiæ ſine interpellatione moram facere videtur.q 81.n.57. p.461
Iurari in litem vt poſſit aduerſus furem, & raptorem, de vi, & furto conſtare debet.q.74.n.19. p.414
Iurari poteſt in litem, de eo quod intereſt aduerſus debitorem, qui ſua die non ſoluit, cùm ita conuentum eſt.q. 76. n. 28 p.430.
Ioannis Baptiſtæ Lupi doctrina refertur, & declaratur.idid. n.29.& 30.& 33. ibid.
Iurare in litem etiam iis, qui negotiantur, conceſſum eſt, dummodo nihil aliud obſtet.q.76.n 33 ibid.
non Iuratur in litem pro pecunia depoſita.q.77.n.5. p 433
Iuramento in litem locus non eſt, ſi contractus eſt omnino vſurarius.q.36.n.20. p.200
Iuramentum in litem non niſi in difficultate probationum defertur.q.76.n.6. p.418
Iuramentum in litem datur aduerſus debitorem moroſum.ibid. n.37. p.431
Iuramentum in litem datur, etiam probationibus omnibus deficientibus.q.76.n.38. ibid.
in Iuramento veritatis quomodo dolus, & contumacia puniatur.q.77.n.18. p 434
Iuramentum in litem affectionis, & veritatis ſimul aduerſus eundem tutorem concurrere poteſt. ibid.n 51
Iuramentum in litem non decernitur, qui ex alieno facto conueniuntur.q.77.n.27. p.435
Neque tertiis poſſeſſoribus. ibid.
Iuramento veritatis locus eſt, quoties concurrit dolus, & difficultas probationis.ibid.n.57. p.438
Neque fit actionum diſtinctio. ibid.
Iuramentum, an in mora promiſſorem conſtituat. q. 81. n.47 p.460.
Bartoli ſententia. ibid.n.48
Iuramentum naturam contractus non immutat.q.81.n.49.ibid
Bauerij, & Seraphini hac de re diſtinctio q.81.n. 50. & 51
Iuſiurandum in contractu, in quo occultè aliquid agitur,ſuum vim obtinet.q.7.n.18. p.38
Iuſiurandum in dubio refertur ad contractum apparentem, vt etiam clauſulæ.ibid.n.21.
Iuſiurandum in contractu omnino ſimulato appoſitum non eſt iuſiurandum.q.7.n.39. p.33
Iuſiurandum,quod ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis,ſeruandum eſt.q 70.n.29. p.394
Iuſiurandum non ſemper vim contractibus addit. ibid.n.30
Iuſiurandum in caſibus illicitis legem commiſſoriam non confirmat.q.70.n.32. ibid.
Iuſiurandum legi commiſſoriæ additum non ligat hæredes contra Honded. ibid.n.34
Antonij Fabri ſententia abſolutionem non eſſe neceſſariam, reiicitur. ibid.n.35
Roderici contrarium affirmantis ſententia verior.q 70.n.37 p.395.
Iuſiurandum legi commiſſoriæ additum efficere vt pignora intelligantur vendita iuſto pretio ex Didaco Couar.q.70 n.36. p.394
Iuſiurandum in litem, quare receptum eſt in iudiciis.q.77.n.1 p.433.
Iuſiurandum in litem, aliud affectionis, aliud veritatis.ibid.n.2
Iuſiurandum affectionis quando deferatur. ibid.
Iuſiurandum affectionis non defertur, niſi agatur de re, in quam affectio cadere poſſit.q.77.n 3. ibid.
Iuſiurandum in litem, non niſi in ſubſidium deferri debet ibid.n.7.
Iuſiurandum veritatis, in quo de eo tantùm iuratur, quod verè intereſt.q.77.n.15. p.434
Iuſiurandum nullum eſſe in litem, quod non ſit affectionis, ex ſententia Antonij Fabri, quæ reiicitur. ibid.n.16
Iuſiurandum, quod præſtatur aduerſus tutorem, quod inuentarium non fecerit, eſt veritatis.q.77.n.17. ibid.
Iuriſiurandi affectionis ratio, ne quis cogatur inuitus res ſua vendere.ibid.n.41. p.436
Iuriſiurandi veritatis ratio eſt perfidia, & rupta fides, ſeu dolus debitoris. ibid.n.42
Iuſiurandum in litem affectionis non admittitur, niſi in rebus, quæ recipiunt affectionem.ibid.n.49. p.437
Iuſiurandum in litem ſubſidiarium.q.77.n.62. p.438
Iuſiurandum deferri poteſt, an quis pecuniam alienam in proprios vſus verterit.q.82.n.36. p 459
Iuſiurandum deferri poteſt in actione rerum amotarum. ibid.
Iuramentum in litem in caſibus certis duplum excedere non poteſt.q.90.n.18. p.512
Iuramentum facit, vt receptâ ſorte intereſſe adhuc peti poſſit, ex quorundam ſententia.q.91.n.25. p 525
Iuramento inſunt exceptiones, quæ natura ſua inſunt actui, cui adiicitur. ibid.n.26
Iuramentum actionem non parit, niſi in iudicio delatum ſit ibid.n.27.
Iuramentum ſuper ſolutione vſurarum deferri poteſt.q.93.n.67 p.540.

Iuramentum rectè defertur in actione furti, & aliis famoſis iudiciis,q.93.n.68 ibid.
Vt in actione iniuriarum,ibid.n.69 p.541
In caſibus, in quibus remittitur iurandi neceſſitas, in his ſuper vſurarum exactione nemo iurare cogitur,q 93.n.73 ibid.
Iuramentum in cauſis vſurarum in ſupplementum probationis deferri poteſt,q.95.n.74 ibid.
Iuramentum etiam rei illicitæ Deo reddendum, q.99.num.10 p.585
Iuriſconſulti veteres melius feciſſent arbitrio iudicis relinquere, cui & quatenus, in quibus actionibus iuſiurandum in litem deferri oporteret,q.77.n.62 p.438
Iuriſdictio in feudum dari poteſt,q.46.n.21 p.256
Et malè pro contraria ſententia allegatur Felicianus, ibid. num.22
Iuriſdictio cohæret territorio,vt iura vectigalium, & ſimilium. ibid.n.23 p.257
Iuriſdictio mari cohæret, ibid.
Iuriſdictio diſtincta eſt à dominio rerum,q.46.n.26 ibid.
Iuriſdictio pignori dari poteſt. ibid.n.28
Ius ciuile non patitur iniuſtas conuentiones,q.6.n.24 p.28
Ius ciuile, quod attinet ad vſuras abrogatum eſt,q.10.n.1.p.44
Ius petendi vſuras dotis marito competit ex diſpoſitione canonum,& legum,q.28.n.16 p.157
Ius cohabitandi non oritur ex dote, ſed ex matrimonio, q.28 num.50 p.162
Ius exigendi vſuras pretij tranſit in ceſſionarium, q.41. n.33 p.230
Iura,& actiones ad hæredes, & in hæredes pro portionibus hæreditariis tranſeunt,q.42.n.9 p.233
Ius eſt genus ipſius cenſus, vt actionis ſeruitutis, vſusfructus, q.42.n.15 p.234
Ius diuinum,& naturale non deſinit eſſe tale, quod lege aliqua repetatur,q.44.n.15 p.249
Iura ſub tactum, & oculos non cadunt,q.46.n.18 p.256
Ius annui reditus diſtinctum eſt à re, cui imponitur, ibid. n.27 p.257
Iura rei cohærentia ſequuntur rem,q.48.n.20 p.263
Ius non patitur ob æs alienum liberos homines ſeruire, q.48 num.23 ibid.
Quædam P. Molinæ doctrina repugnantiæ arguitur, ibid. num.24 p.264
Ius reditus perſonalis eſt aptum ſubiectum venditionis, vt donationis,dotis,& legati. ibid.n.26
Ius reditus, quod venditur in cenſus perſonalis venditione, eſt diſtinctum ab ipſa obligatione, qua venditor poteſt ad præſtationem reditus conueniri. ibid.n.27
Ius cenſus ex re ſterili,& infructuoſa fictum, & imaginarium, q.50.n.30 p.276
Ius redimendi cenſum nulla præſcriptione tolli poteſt, q.67 num.2 p.372
Ius reuocandi conuentionem competit debitori ex cauſa præcedenti,q.76.n.25 p.430
Ius ciuile aduerſus diuinum, & naturale non poteſt fingere, q.79.n.10 p.440
Iuri naturali contrarium eſt alterum alteri vim inferre. ibid. num.11
Ius cenſus diſtinctum eſt à penſionibus,q.88.n.17 p.493
Iuſtitia commutatiua poſita eſt in æqualitate rei ad rem, q.17 num.25 p.78
Iuſtitiæ commutatiuæ repugnat aliquid vltra ſortem ex ſola mora percipere, cùm nihil intereſt,q.33.n.5 p.188
Iuſtitia pretij non eſt neceſſaria regulariter, vt emptio ſit valida,q.59.n.2 p.326
Iuſtitia pretij reditus annui ex ratione fructuum metiri non debet,ibid.n.20 p.429
Iuſtinianus non abrogauit leges, ex quibus vſuras ſtipulari, & percipere licuit,q.2.n.41 p.11
Iuſtinianus *in l.eos, C.de vſur.* creditoribus permiſit vſuras accipere, licet eorum nihil intereſſet,q.3.n.22 p.16
Iuſtinianus pro varietate perſonarum vſuras conſtituit, ad finem centeſimæ,q.4.n.44 p.23
Iuſtinianus conſtituit, vt vſuris in ſortem redactis, vſuræ non deberentur, ſed ſortis antiquæ tantum, quæſt.5. num.9 p.24
Iuſtinianus excuſatione aliqua dignus, quod modeſtas vſuras permiſerit,q.6.n.28 p.28
Iuſtinianus notatur, quòd non omnino antichreſim prohibuit, q.11.n.20. p.50
Iuſtiniani accurata diſtinctio *in §.præterea*,q.28.n.11 p.156
Iuſtinianus ſanxit, vt etiam in caſibus ab Anaſtaſio exceptis ceſſio vltra modum pecuniæ ſolutæ non valet,q.39.num.37 p.213
Iuſtiniani Interpretes immeritò conuitiati ob obſcuritatem *l. vn.C.de ſent.quæ pro eo*,q.90.n.81 p.520
Iuſtiniani conſtitutio quædam de mora, quæ fit re ipſa ab hæredibus fauore Eccleſiæ.q.82.n.5 p.456
Iuſtinianus in taxando eo quod intereſt in omnibus cauſis modum ſeruari iuſſit.q.86.n.17 p.484

K A

Kalendis Iuliis inquilini olim migrare conſueuerant,q.62.n.18 p.384

L A

Labor omnis optat præmium,q.6.n.15 p.27
Lacubus, & ſtagnis piſcatoriis cenſus imponi poteſt,q.45.n.34 p.253
Læſio probanda eſt de tempore contractus,q.9.n.33 p.38
Lædens alium, etiam intra dimidiam iuſti pretij reus eſt reſtituendi in interno foro, ex Theologorum, & Iuriſperitorum ſententia,q.40.n.77 p.224
Laudemium ex impoſitione cenſus non debetur, q.52.num.12 p.283
Laudemij ius non eſt ſublatum, ſi debetur alia ratione, quam cenſus,q.65.n.27 p.366
Laudemij debetur intereſſe poſt moram,q.89.n.28 p.499

L E

Lectio vulgaris *in cap. ſalubriter.* retenta aduerſus Cuiacium, q.98.n.6 p.575
Lectio, & interpretatio Caniſij ad *c.ſalubriter.* refellitur, ibid. num.7
Legatarij reditum pecuniæ legatæ percipiendo, vſuram committunt,q.8.n.39 p.35
Legatarius non poteſt vſuras capere, cùm ſortem exigere ei licet,q.18.n.7.& 9 p.81
Ratio Feliciani,& aliorum contra ſententiam reijcitur,ibid. num.8
Legatarius, ſi partem rei legatæ occupat ex voluntate hæredis, partem tantum reddere cogitur,q.40.n.14 p.218
Legatorum vſuræ poſt moram debentur,q.4.n.9 p.18
Siue ex re,ſiue ex perſona mora fiat. ibid.n.10
Legatum valet, ſi teſtator iuſſerit hæredem aliquid emere, vel vendere iuſto pretio,q.16.n.14 p.69
Legatorum vſuræ hodie non debentur,etiam poſt moram,q.18 num.5 p.81
Legatum quoad vſuras nunc illicitum, ibid.n.9
Legatum factum creditori quoad pecunia ſibi debita ſoluatur, hodie eſt illicitum,ibid.n.13 p.82
Niſi legatarij tantundem intereſſit. ibid.n.14
In Legato alienatiuo ceſſat vſura. ibid.n.18
Legatum non minuitur vſuris, quando relictæ ſunt in compenſationem eius,quod legatario debetur. ibid.n.19
Legatum principale quando exigi non poteſt, ſed tantum reditus, nulla committitur vſura reditum percipiendo, ibid. num.83
Refellitur ſententia Menoch. de hac re in conſ. 44. ibid. num.27
Legato ineſt modicum tempus,etiam cum pro legitima factum eſt,ibid.n.39 p.85
In Legatis mora ex conteſtatione litis, vel interpellatione contra

contrahitur, q.19. num.7. p.86
Legatum vniuerſitatis tranſit cum incremento ad legatarium, ibid.n.29 p.88
Niſi in die, vel ſub conditione relictum ſit, ibid. numer. 30.
Legatum pro legitima debetur cum fructibus à die mortis teſtatoris. ibid.n.31
Legatum pro legitima in diem relictum, interim non recipit fructus. ibid.n.32
Legatum pro dote mulieri pauperi relictum, debetur cum fructibus, ex Fabro. ibid.n.33
Cuius tamen definitio in dubium reuocatur. ibid.
Legata ſub conditione relicta, ea exiſtente debentur, ibid.n.35 p.89
Legatis, & ſtipulationibus fructuum, ex certo prædio, ineſt conditio, ſi fructus naſcantur, q.57.n.10 p.310
Cencij ſententia quibuſdam caſibus retinetur, veluti ſi actum eſt, vt ex fructibus rei penſio præſtetur. ibidem numer. 21.
Et in cenſibus reſeruatiuis, ibid.n.22 p.311
Legatum nominis vſuras continet, q.86.n.3 p.483
Leges omnes, quibus creditoribus olim licuit fructus percipere iure vſurarum, nunc abrogatæ, q.11.n.17 p.49
Leges quibus tutoribus vſuræ infliguntur, nunc ſunt abrogatæ, q.20.n.5.& 14 p.90.& 91
Leges ciuiles de nautico fœnore, quatenus abrogatæ, q.23. num.14 p.106
Leges ſaluis verbis circumuenire non licet, q.26.n.4 p.130
Leges, quibus cautum eſt habendam eſſe rationem interuſurij medij temporis abrogatæ ſunt, quæſt.30. num.15 p.170
Leges permittentes vſuras ſacrilegæ, q 33 n.18 p.190
Leges, quibus cautum eſt in iudiciis bonæ fidei ex mora vſuras præſtandas eſſe, nunc abrogatæ ſunt, q.37.n.7 p.203
Leges, quibus cautum eſt valere ſtipulationem pœnæ, ſi ſua die pecunia non ſoluatur, nunc abrogatæ, quæſt.38.n.16 p.207
Leges legibus reguntur, q.40.n.57.p.222.& q.19.n.15 p.87
Leges conſtringunt inuitos, q.44.n.3 p.247
Leges etiam Pontificiæ non obligant, niſi moribus receptæ ſint, ibid.n.11 p.248
Leges legibus regi debent, q.52.n.13 p.286
Leges feudorum vt alienationi, ita obligationi rerum feudalium reſiſtunt, q.53.n.5 p.288
Legum finis, commune Reipublicæ bonum, quæſt.60.num.32 p.341
Lege fieri poteſt, vt moram debitoris cenſus pretium reperiri poſſit, q.68.n.12 p.380
Leges fœnebres, quatenus hodie retineri poſſint, q.72.n.30 p.408
Leges quæ damni, vel lucri rationem haberi iubent reſpiciunt perſonam creditoris, q.78.n.17 p.440
Herculis Mareſcotti reſolutio, & rationes eius, quæ auctori non placet, ibid.n.18.& 19 p.441
Leges cum omnibus vna voce loquuntur, q.79.n.32. p.446
Leges quibus venditori vſuras pretij capere licet, hodie abrogatæ, q.83.n.25 p.471
Leges, quæ dicunt in bonæ fidei iudiciis venire vſuras, de veris vſuris loquuntur, q.1.n.12 p.3
Leges extremæ in fœneratores ferendæ, q.2.n.16 p.8
Leges ciuiles permittentes vſuras iniquæ, & omnes abrogatæ, ibid.n.42 p.11
Leges efficere non poſſunt, vt vſuræ turpes eſſe deſinant, q.3 num.29 p.17
Leges Principum ius diuinum tollere non poſſunt, ibid. numer.30
Leges quibus definitum eſt in contractibus bonæ fidei venire vſuras, de veris vſuris intelligendæ ſunt, quæſt.4. n.23 p.21
L.palam.de tit.nupt.explicatur, q.100.n.7 p.590
L.ſocium, 60.ff.pro ſoc. explicatur, q.1.n.17 p.8
Lex licinia aduerſus fœneratores, q.2.n.23 p.9
Lex Cæſaris pro ære alieno diſſoluendo. ibid.n.19
L.curabit. C.de act. empt. loquitur de veris vſuris, q.4.n.20 p.27
L.curabit. in terminis vſuræ non poteſt excedere legitimum modum. ibid.
L.lucius, ff.depoſ.ſententia, q.4 n.32 p.22
In ſpecie l.curabit. cur incrementum aliquod percipi poſſit, ibid.n.34
L ſi ventri, §.in bonis, ff.de priuileg.credit. declaratur, q.7.n.15 p.31
L.non dubium, C.de legib. non pertinet ad contractus ſimulatos, ibid.n.24 p.32
L.vnic.C.de plus petit.ceſſat, ſi tranſactum eſt bona fide, q.10 num.13 p.45
L.14.C.de vſuris, explicata, q.11.n.13 p.49
L legata.9.de ſupellectil.leg.ſenſus, q.12.n.7 p.53
L.101.de leg.3.explicatur. ibid.n.8
L.6.in fin.& l.7.ff.de pignor.act.nunc abrogatæ.q.13.n.5 p.55
L.Cæterum, ff.de rei vendic.ſententia, ibid.n.17 p.56
L. cæterùm. emendatur ex Cuiacio. ibid.19
L. ſumptus. de rei vindic. explicatur. ibid.n.23
L. curabit.C. de act.empt. non habet locum fauore eius, qui in re aliena ſumptus fecit.ibid.24. p.57
Tametſi agat ad id quod intereſt etiam nullâ morâ interueniente. ibid.
Et de hac declaratur quædam Nauarri ſententia.ibid.n.25
L. Colonus.ff. locat.ſenſus. ibid.n.29
Quem male Cardinal. Mantica percepiſſe videtur.ibid.n.30
L. Titius.ff. de præſcr.verb. abrogata.q.16.n.8. p.69
L.3.§. vlt. de ann. legat. quoad vſuras, hodie abrogata, q.18 n.10. p.81
L.1.C. de his quæ pœn. nomin. explicatur.ibid.n.30. p.84
L. Hærennius. de vſur. explicatur.q.19.n.13. p.86
L. quæſitum. de acquit. rer. domin. declaratur. ibid.n.14
L.3.§. cum Pollidius. declaratur.ibid.23. p.87
& L.Balliſta. ad Trebell. ibid.n.24
L.34.ff. de vſur. abrogata, quoad vſuras.ibid.n.42. p.89
Lex contractus quidam.q.21.n.10. p.95
L.1.C.de ſent quæ ſin.cert.quantit.profer.explicatio, ex Cuiacio. ibid.30
L.1.§.ſocius explicatur. ibid.
L.cum quidam.§.fiſcus.de vſur.explicatur. q.22.n.11. & 12 p.100.
Lex quamnis dura ſeruanda.q.23.n.23. p.107
L 3.ff.de aleat.explicatur. ibid.n.46
L.pericul.pretium, de naut.fœn.explicatur, ibid.num.56.& 57 p.112
Lex Luſitaniæ de mercibus non vendendis mox diſtracturis propter inopiam.q.24.n.23. p.117
Lex optima quæ cambia reſecaret.q.26.n.20. p.132
Lex commiſſoria in venditionibus non eſt illicita. q.27.n.7 p.147.
L.curabit.C.de act.empt.ratio, non eſt poſita in dominij retentione, q.27.n.15 p.149
L.curabit.eſt de venditione facta tranſlato dominio, q.27. n.23 p.150
L.Lucius Titius.47.de actione.empt.explicatut, q.27.n.62.p.154
L.vlt.§.præterea ſenſus, q.28.n.6 & ſeq. p.156
L.8.ff.in quib.cauſ.pign.quatenus hodie abrogata, q. 28. n. 40 p.160
L.vlt.C.ad Velleian.declaratur, q.28.n.51 p.162
L.cum poſt.69.§.mulier. ff.de iur.dot. correcta ex Cuiacio, q. 29n.2 p.166
Ex qua parte nunc abrogata, ibid.n.5
L.mulier.§.rerum.ff.de act.rer.amot explicatur, q.30.n 9.p. 170
L.7.de vſur.hodie non obtinet, ibid.n.10
L.vbi adhuc.C.de iur. dot. quoad alimenta liberorum locum habet, etiam defunctâ matre, q.30.n.21 p.172
L.ſi maritus.46.ff. famil.herciſc. declaratur, q.30 ibid.
L.curabit. C. de act. empt. locum haber in rebus mobilibus fructiferis, q.31.n.9 p.178
L.Titius de præſcripr.verb.declaratur, q.ibid n.18. p.179
L.cum duobus.§.damna.ff.pro ſoc.explicatur.ibid.n.38. p182
Et eiuſdem l.§.qui Sagariam. ibid.n.39

L.ſi id quod, §.item Celſus, ff.pro ſociet. declaratur. ibid.n.46
LL.24.& 26.ff.depoſ. nunc abrogatæ,q.32.n.4 p.185
L. qui ſine, ff.de negot. geſt. hodie non obtinet, ibid.num.23 p.187
L.1.C.de ſent. quæ pro eo,in omnibus contractibus locum habet. q.33.n.6 p.189
ratio L.curabit. & §.ſi mihi, l.12. ff.mand. diuerſa, ibid.n.29 p.191
L.ſi rem tibi,§.ſi cum vnum,ff.de præſcr.verb. ſententia, q.34 num.14 p.193
L.Curabit, C. de act. empt. locum habet in omnibus contractibus, in quibus interuenit perceptio fructuum, q.35.n.31 p.197
L.2.C.de litigioſ.declaratur,q.39.n.33 p.213
L.2.C.de reſcind.vend. locum habet,cùm pignus creditori addicitur, vt extraneo, q.40.n.41. p.221.& n.49. ibid.
L.à Diuo Pio:in §.ſi pignora explicatur, ibid.n.44
In quo §.duo reſcripta referuntur,ibid.n.51 p.222
L.2.C.de reſcind.vendit.habet locum in ſpecie d.§.ſi pignora, ibid.n.63 p.223
L.1.C.de dolo, & eius ſententia. ibid.n.65
L.curabit,C.de act. empt. non pertinet ad debitorem, qui luit pignus. ibid.n.68
L.2.C.de reſcind. vendit. etiam fauore emptoris locum habet, ibid.n.70 p.224
L.2.C.de reſcind. vendit. inhumana quibuſdam videtur, ibid. num.78 p.225
L.vlt.C.de pact. int. empt. & vendit. in omnibus alienationibus locum habet,q.41.n.7 p.227
Lex commiſſoria in venditionibus recepta, in pignoribus prohibita, ibid.n.11 p.228
Et huius rei ratio. ibid.n.12
Lex commiſſoria addi poteſt venditioni cum pacto, vt emptor interim præſter vſuras pretij,ibid.n.25 p.229
L.*curabit*.locum habet, in rebus mobilibus, quæ patiunt fructus,ibid.n.31 p.230
L.*curabit*. eſt de venditione perfecta, & ex qua fuit tranſlatum dominium,ibid.n.45 p.231
Lex vt obliget, debet in ſingulis prouinciis publicari,q.44.n.4 p.248
Lex ſiue canonica, ſiue ciuilis non obligat, niſi moribus populi recepta ſit. ibid n.8
L.1.§.ſi iuſſerim de acquir. poſſeſſ. declaratur, ibid. numer.15 p.249
L.2.C.de reſcind.vend. an locum habeat in venditione cenſus, q.59.n.17 p.328
nulla Lex eſt, in qua non ſit locus æquitati, quæſt.60.num.24 p.340
L.perſpexit,ff.qui & à quib.declaratur. ibid n 26
L.qui ſic ſoluit, ff.de ſolut. declaratur, q.61.n.13. & 16. p.343 & 344
L.12. ff.de precar. communis ſenſus,p.62.n.16 p.348
Eiuſdem legis vera ſententia,ibid.n.17.& 20 p.349
L.9 §.1.de vſur.declaratur,q.66.n 20 p.370
L.ſi quis maior. C.de tranſact. de pactis licitis accipienda eſt, q.68.n.39 p.384
Legis commiſſoriæ veſtigia, vt vulgo concipitur, q.69.num.1 p.387
Legem commiſſoriam pignorum, vt nunc concipitur in d.l. vlt. non prohiberi, Præſidis Fabri obiectio. ibid.n.18
Lex commiſſoria pignorum reſpicit futurum, ibid. numer.20 p.387
L.16.§.vlt. de pignor.explicata.ibid.n.21.& 23. ibid.
L.vlt.in princ.de contrah.empt.expenſa aduerſus Fabrum,ibid. num.24
In hac l.vlt.cur Scæuola nulla improprietatis nota vſus ſit, ibid n.25
L.1.C.de pact.pignor.explicatur. ibid.n.26
& L.2.C.eod.tit. ibid.n.27
Lex commiſſoria odioſa debitoribus. ibid.n.28
In ſpecie l. vlt. C. de pact. pignor. vt nunc concipitur non contrahitur fiducia. ibid.n.29
Lex commiſſoria cur prohibita,ibid.n.31 p.388
Lex commiſſoria pignorum, cùm plus valent, vſuram continet. ibid.n.33
Lex commiſſoria in venditione nullam fraudem, & captionem continet. ibid.n.34
ſub Lege commiſſoria in venditione non latet fœnus, vt in pignore. ibid.n.35
Lex commiſſoria in venditione, quo caſu iniuſta eſſe poſſit, ibid.n.36
L.vlt.C.de diſtract. pignor. male à Cuiacio percepta. ibid.numer.38
L.à Diuo Pio, §.ſi pignora. de re iudicat. eſt de conuentione ex interuallo facta. ibid.n.40
L.Titius, 34 de pignor.act.ſententia,q.70.n.3 p.390
L.quamuis de ſolut.explicatur, ibid.n.4
L.vlt.de contrah.empt.ſenſus ex Antonio Fabro,ibid.n.7 p.391
Lex Commiſſoria prohibita, etiam cùm fit de re non obligatâ pignori,ibid.n.8.ibid & n.46 p.395
Legis commiſſoriæ improbandæ ratio, vt occurratur aſperitati creditorum,ibid.n.9 p.391
Lex commiſſoria in eo poſita eſt, vt res acquiratur creditori, ibid.n.10
L.vlt.de contrah.empt. nihil pertinet ad tractatum legis commiſſoriæ. ibid.n.11
Lex commiſſoria in venditionibus permiſſa diuerſa eſt ab ea, quæ in pignoribus improbatur,ibid.n.20 p.393
Et malè ab vna infertur ad aliam. ibid.
L.vlt.de contrah.empt.ſenſus ex quibuſdam,ibid.n 44 p.395
L.ſi fundus, §.vlt. & l.vlt. in princip. de contrah.empt. ſpecies quomodo differant. ibid.n.45
in L.vlt. de contrah. empt. veriſimile eſt de certo pretio fuiſſe conuentum. ibid.n 46
ad L.vlt.de contrah.empt. reiicitur quorumdam interpretatio. ibid.n.47
Lex commiſſoria iure ciuili prohibita, ne hac ratione fœneratores excederent legitimum modum vſurarum, ibid.n.48 p.396
L.ſi fundus,§.vlt. ff.de pign. abrogata eſt in mutuo. ibid. n.62 p.397
Lex Pia, olim dotibus modum impoſuit. ibid.n.69
de Lege commiſſoria addita fauore dotis ſententia Gabrielis Mudæi. ibid.n.70
Auctoris ſententia nec fauore dotis valere. ibid.n.71
Lex commiſſoria ſuſtinetur, ſi debitor velit. ibid.n.76
Lex commiſſoria in omnibus contractibus prohibita. ibidem num.77
Lex commiſſoria cur non valeat in tranſactione, Præſidis Fabri ratio reiicitur. ibid.n.78
Lex commiſſoria in venditione pignorum improbatur, ib.n.85 p.399
L.2.§.vlt.de eo quod cert.loc.ſententia.q.71.n.9 p.402
L. vlt. ff.de peric. & commod. rei vend. explicatur. ibid. n.10
L.2.C. de non numer.pecun. quoad vſuras abrogata,q.73.n.12 p.411
Duareni ſententia quædam vera ex iure ciuili, ſed iuri canonico contraria. ibid.
L.57.ff.de pact.& aliæ ſimiles abrogatæ.ibid.n.24 p.412
L.quemadmodum, §.Labeo, ff.ad l.Aquil. & l.naturaliter, §.1. ff.de acquir.rer.dom.declarantur,q.74.n.50 p.418
L.vlt.de fideiuſſ.non habet locum in contractibus bonæ fidei, ex Mareſcotto,q.77.n.23 p.455
Lex vlt.de fideiuſſ. ſententiam non videtur ſatis percepiſſe Mareſcottus. ibid.n.28
L.vlt.de fideiuſſ.ſententia ex Heringio. ibid.
Auctoris diſtinctio. ibid.n.29
L.nummis de in litem iurand.declaratur,ibid.n.31 p.437
L.3.de in litem iurand.declaratur,q.78.n.9 p.440
Lex Euangelij leges Cæſaris vincit,q.79.n.12 p.444
Lex in vniuerſum definire non poteſt quid, & quatenus cuiuſque interſit. ibid.n.15
L.Fulcinius,ff.ex quib. cauſ.in poſſeſſ.eat.declaratur, ibid.n.24 p.445
Bartholomæi Vgolini doctrina refertur, & refellitur, ibid. num.25

L.curabit. locum habet, cùm pro pretio cenſus datur res fructifera, q.80 n.44 p.454
L.3 : in princ. de vſur. explicatur, q.81.n.4. p.455.& n.8. & 9. p.456
Lex ſemper opportune admonet debitorem. ibid.n.8
L.24 ff de vſur. declaratur, ibid n.16 p.457
L.Æmilius, ff.de minor. declaratur, ibid.n.21 & 24
& L.32.§.1. ibid.n.22
L.ſocium, ff.pro ſoc. explicatur, q.82.num.34. p.464.num.41 p.465
L.ſi quis, §.Proculus, ff.de Inſtit.act. declaratur ibid.n.43
L.10.§.ſi procurator, ff mand. hodie abrogata. ibid.
L.vlt.ff.de peric. & comm.rei vend.vera, & elegans declaratio, q.83.n.15.18.p.469.& n.21 p.470
L.2 §.vlt. de eo quod cert.loc.ratio. ibid.n.19
L.vlt.de peric.& comm.rei vend.interpretatio Briboſæ,& aliorum reprehenditur. ibid.n.20
L.vlt.de peric.& comm.rei vend.ſenſus ex Harmenopulo.ibid.num.21
L.curabit.C.de act.empt.declaratio. ibid.n.22
L.curabit.quatenus hodie procedit. ibid.n.27
L.ſi ſterilis, §.cùm per venditorem explicatur. ibid.n.28
L.vlt C.de condict.ob turp.cauſ.explicatur. ibid.n.32
& L.naturalis, §.etſi quidem de præſcript.verb. ibid.n.33
L.137.in §.illud de verb.oblig.explicatur, q 84.n.33 p.476
L.vlt.C.de vſur rei iudic.explicatur, q 85.n.25 p.481
L.2.§.indemnitas, ff.de admin. rer.ad Ciuit. pertin. declaratur, q.86.n.15 p.483
L.Aori, C.de frument. vrb. Conſtant. declaratur, ibid.num.23 p.484
L.ſi ſterilis, §.cum per venditorem, malè à quibuſdam percepta, q.88.n.16 p.494
L.curabit, C.de act.empt.æquitas, q 87.n.31 p.489
L.2. §.vlt.de eo quod cert.loc. ſenſus, & explicatio aduerſus Cuiacium, q.90.n.22 p.513
L.6.§.ſi vnus, ff.de act empt.ſententia, ibid.n.74 p.520
L.21.§.cùm per venditorem non habet locum in pecunia, q.90 num.86 p.521
L.ſi marito, §.ſi fundum, ff.ſolut.matrim. explicatur, q.91.n.16 p.524
L.vir vſuras, ff. de donat. int.vir.& vxor. ſententia, q.92.num.10 p.531
L.vir vſuras, an locum habeat cùm matrimonium morte mulieris ſolutum eſt ibid.n.30 p.533
L.ſi filius ad Macedon.explicatur, q.93.n.21 p.536
L.quicunque, C.de Apoch.publ.habet locum in debitis annuis, q.93.n.62 p.540
L.17.ff.de iniur.& l.6.ff.de his qui not.infam.intelligitur, cum ciuiliter agitur, ibid.n.72 p.541
L.ſi ſeruus, §.ollnam, ff ad l.Aquil.explicatur, q.95.n.17 p.555
L.56.de petit.hæredit. explicatur, ibid.n.27 p.557
L.bona fides, ff.depoſ.declaratur, q.95.n.69 q.561
L.38.de ſolut.declaratur, q.95.n.10 p.555
L.56.de petit.hæredit.explicatur, q.65.n.27 p.424
L.qui ſine de negot.geſt.explicatur, q.96.n.8 p.564
L.ſi ſterilis, §.cùm per venditorem declaratur, vt non habeat locum, ſi frumentum certo loco præſtari debuit, ibid. n.33 p.567
L.vnic. §.vt plenius, C.de rei vxor. act. declaratur, q.97.n.28 p.573
Leges legibus explicare cautius eſt, q.90.n.30 p.521
L.2.in fi..qui ſatiſd.cogan.explicatur, ibid.n.31
L.3.& l.21.§.vlt.reſtringuntur l.vlt.C.de ſent.quæ pro eo, ibid. num.47 p.522
L.1.ff.de act.empt. in princ.ſententia. ibid.n.48
L.5.§.idem Iulianus de eo quod cert. loc. communis interpretatio, q 91.n.29 p.573
Quæ auctori non ſatis probatur. ibid.n.29
Lex commiſſoria pignorum prauitatem vſurariam interdum continet, q.69 n.1 p.326
Lex commiſſoria in venditionibus non prohibetur, ibid. numer.2
Legis vn.*C.de ſent.quæ pro eo* ſumma, q.90.n.82 p.521
Leo Imperator, cur Baſilij legem, quæ vſuras ſuſtulerat, abrogauerit, q.6.n.27 p.28
Legitima fructus debentur à die mortis, q.18.n.19 p.82
Legitimæ debetur cum fructibus, q.30.n.31 p.173
Leonardi Duardi ratio quædam excutitur, & reiicitur, q. 46.n.16.& 18 p.256

L I

Libellarius ſuper re libellaria cenſum imponere poteſt, q.52.num.20 p.286
Libellaria conceſſio perpetua ſi nullum tempus præfinitum eſt ibid.
Libellariam propriam rem faciens, poteſt ſuper illa cenſum imponere.q.52.n.21 p.187
Libellarius vetus contractus licitus eſt, & emphyteuſi ſimilis. q.89.n.2 p.496
Libellarij contractus nouum genus apertè vſurarius ex Manenti. ibid.n.5
Et continetur Bulla Pij V. de cenſibus ibid.n.4
Libellario in contractu non licet pretium repetere. q. 89. n.15 p.497.
de Libellario contractu ſententia auctoris. ibid.n.16
Libelli libellorum non dantur.ibid.n.21 p.498
Franciſci Burſat.conſ.68.non probatur, q.89.n 22 ibid.
Libelli imputantur ſorti, ſi contractus eſt vſurarius, ibid. numer.24
Libellarij contractus defenſio, & patrocinium Marthæ conſ. 26.aduerſus obiectiones Manenti.ibid.n.8 p.497
de Libellario contractu ſententia Pauli Comitoli Theologi, ibid.n.14
Libellus ex præteritis libellis conſtitui, non poteſt, q.98.n.6 p.491
Liberalitatis vſuræ non debentur, p.21.n.20 p.101
Liberalitas iuſta cauſa eſt recipiendi aliquid vltra ſortem, q.98 num.32 p.578
Liberatio campſorum captioſa eſt, & crudelis, q.26.n.28 p.133
Liberatio vſurarum parte earum recepta valet, ſi ſors iam ſoluta ſit, q.93.n.32 p.589
Liberatio vſurarum parte receptæ non liberat vſurarium pro reſiduo, ſi per metum extorta ſit. ibid.n.33
Libertas, & vltra aſſecurari poſſunt, q.23.n.58 p.114
Libertatis fauore multa conſtituta ſunt, q.82.n.57 p.467
Libri de iuris arte editi à Ioanne Coraſio, & Ioachimo Hoppero, q.96.n.45 p.570
Libris officialium & ſindicorum vniuerſitatis adhibenda eſt fides, q.93.n.25 p.537
Licitum non eſt quidpiam, quòd ſit publicum, q.89.num.20 p.498
Liquidatio intereſſe, vel cambiorum inter partes facta non tollit, quin ſit vſura, q.76.n.40 p.431
Liquidatio non retrotrahitur, vt quis retro ad vſuras teneatur, q.84.n.9 p.474
Lite conteſtata, an in iudiciis ſtricti iuris vſuræ currere incipiant, q.37.n.17 p.204
Lite conteſtata, etiam iudiciis ſtricti iuris venit id quod intereſt, ibid.n.23 p.205
Litis euentus dubius, q.54.n.50. p.297.& q.72.n.20 p.407
Litigantes experiuntur iurgandi fortunam. ibid. n.20
Lite terminata ſumptus peti poſſunt, nec de his alia lis inſtitui, q 91.n.9 p.523
Litis expenſæ pœna temeritatis, & calumniæ ſunt. ibid.

L O

Locans rem iuſto pretio æſtimatam ea lege, vt conductori pereat, quando admittat vſuram, q.36.n.25 p.201
Locare fœneratoribus domos, quando liceat, q 96. num.16 p.565
Locatio non cenſetur vſuraria ob iniuſtitiam penſionis, q.8. num.25 p.37
ex Locatione fructuum perceptio præſumitur, q.11. num.34 p.54

Quid

Quid ſi creditor probet penſiones non exegiſſe, auctoris diſtinctio.ibid.n.35 p.52

Locatio, vel contractus innominatus, vt diſcernatur.q.34.n.14 p.193

Locatio, & conductio eſt contractus bonæ fidei, q.36.num.1. p.199

Locatione ad longum tempus vtile dominium transfertur, q.52.n.8 p.283

Locatio proxima eſt venditioni,q 98 n.31 p.578

Locator qui ob dilationem ſolutionis maiorem penſionem exigit, vſuram facit,q.8.n.22 p.37

Locator poteſt paciſci, vt penſio ſoluatur in frumento iuſto pretio,q.16.n.18 p.70

Locator, ſi conductorem re frui non patiatur, tenetur ad id quod intereſt,q.36.n.10 p.199

Locator ſi compellat inquilinum, quod indigeat ædibus, detecta fraude præſtat id quod intereſt.ibid.n.11 p.200

Et aduerſus eum iuratur in litem. ibid.n.12

Locatori defertur iuſiurandum in litem pro eo quod intereſt, ſi penſio ſua die non ſoluatur.q.36.n.13 ibid.

Locator ædium liberatur ſi illis euictis alias æquè idoneas præſtet inquilino.q.70.n.84 p.399

Locatori debetur intereſſe pro penſionibus ſua die non ſolutis, q.90.n.12 p.511

Loci vel temporis adiectio in contractibus ſtricti iuris facit, vt habeatur ratio eius quod intereſt,q.37.n.22 p.205

Loca montium non vacabilia pro immobilibus habentur, & ſuper illis cenſus inſtitui poteſt, quæſt.46. num.19.& 20 p.256

Locupletes non debent vti excuſatione miſerorum, q.85.num.4 p.479

Lothi filias ſuas obſtulit ad fœdiorem libidinem vitandam, q.94.n.65 p.551

L V

Lucrum ſocietatis non diſtinguitur ab aliis rebus ſocietatis, q.1.n.19 p.4

Lucrum quod quiſque fecerit ex re aliena, in facto conſiſtit, q.4.n.24 p.20

Lucrum quod non capitur ratione temporis, non eſt vſura, licèt ſit iniuſtum,q.7.n.34 p.33

Lucrum ex eo illicitum dici non debet, quòd ſit certum, q.15 num.7 p.63

Lucrum quod in nautico fœnore obligationem auget, & vltra ſortem exigitur, illicitum, & vſurarium eſt, & ideo totum debitori reſtituendum,q.23.n.15 p.106

Lucrum quod prouenit ex multiplicatione cambiorum, longè deterius illo, quod prouenit ex multiplicatione aliorum contractuum,q.26.n.68 p.142

Lucrum maius incertum pro certo minori lucro vendi poteſt, q.31.n.19 p.179

Lucrum non intelligitur, niſi deducto omni damno,q.31.n.26 p.180

Lucrum quod quis ex pecunia facit, non eſt fructus pecuniæ, ſed induſtriæ,q.35.n.14 p.196

Lucrum ceſſans non poteſt ab initio ex mutuo ſubduci, q.63 num.27 p.356

Lucri certitudo per ſe non eſt illicita,q.67.n 18 p.373

Lucrum ex fideiuſſione capere ſordidius, quàm ex officio mutui,q.70.n.41 p.391

Lucri ceſſantis intereſſe, an peti poſſit,q.71.n.7 p.401

Lucri ceſſantis ratio habenda eſt ibid.n.8 p.402

Lucri dotalis, & donationis propter nuptias debetur intereſſe, q.71.n.17 p.403

Lucrum dotis non eſt acceſſio. ibid.n.18

Lucrum ceſſans incertum eſt, & multis modis impediri poteſt. q.72.n.13. p.406

Lucrum ceſſans interdum certum eſt. ibid.n.14

Lucrum incertum ſocietatis vendi poteſt certo pretio, q.72 num.17 ibid.

Lucrum ceſſans ab initio exigi non poteſt, & ſi quid exigitur, minuit ſortem,q 72.n.26 p.407

Lucri amiſſio,damnum eſt,q.72.n.45 p.409

Lucrum ceſſans iis tantùm decerni debet, qui negotiari ſolent ex ſententia Menochij,& plurium,q.74.n.24 p 415

Lucrum ceſſans omnibus debetur, ſi verè illud amiſerint debitoris culpa,q.74.n.25 ibid.

Lucrum ceſſans mercatori debetur, qui negotiis abſtinet debitoris culpa.ibid.n.51. p.418

Lucrum certum eſſe debere qui putant cum Natta ſibi ipſis aduerſamur,q.74.n.53 ibid.

Lucrum ceſſans quando certum eſt, totum debet adiudicari. ibid.n.55

Lucri ceſſantis in ponenda ratione non eſt habenda ratio aduentiij, & extranei lucri,q.76.n.31 p.430

Lucra proxima & immediatè prouenientia admittenda ſunt, non longius acceſſita,q.86.n.27 p.484

Lucrum ſocietatis ab aliis rebus communibus non diſtinguitur, q.86.n.26 p.485

Lucrum ſocietatis non eſt acceſſio, ſed pars ſocietatis, q.87 num.18 p 487

Lucrum ex negotiatione pecuniæ fœnebris quæſitum eſt fœneratoris,neque reſtituitur,q.96.n.5 p.564

Lucrum cambij differt ab eo quod intereſt, quæſt. 89. num.43 p.501

Lucrum lucri, an in cambiis admittatur,q 89.n.44 ibid.

Lucra procedentium cambiorum non licèt campſoribus in ſortem redigere,q 89.n.58 p.507

Et argumenta auctoris pro hac ſententia. ibid.

Lucullus Aſiam ære alieno liberauit,q.2.n.18 p.8

Luculli lex, ne quarta fructuum parte amplius creditores percipere poſſent ex piguore,q.11.n.18 p.49

*Ludouici Romani conſ.*420. declaratur,q.31.n.25 p.180

Ludouici Romani conſ.520.declaratur,q 34.n.16 p.193

Ludouici Romani conſ.500.in primo caſu reiicitur, q.34 n.19 ibid.

Lud.Honoratus Drago I.C. Nicienſis, & quædam eius carmina, q.34 n.18 ibid.

Ludus vtnæ licitus,q 23.n.50 p.110

Qui tamen non niſi auctoritate publica permitti debet,ibid. num.51 p.111

Lupi,& Roderici ſententia quædam reiicitur,q.33.n.19 p.191

Lupi argumentum quoddam refellitur. ibid. n.33

M A

Magiſtratus in ſubſidium à pupillis, & hæredibus eorum conueniri poſſunt,q.20.n.18 p.92

Magiſtratus hodie in vſuras conueniri non poſſunt. ibid.

Magiſtratuum creatio ad Principem pertinet.q.46.n.12. p.255

Magiſtratus municipales cauent Rempublicam ſaluam fore. q. 77.n.26. p.435

Malderi Epiſcopi reſponſio quædam examinatur. q. 16. n. 48 p.74.

Male parta, male dilabuntur.q 99.n.37. p.588

Maleficia, & delicta caſus incerti.q.90 n.79. p.520

Fachinei ſententia d.l. vn. ſolum in contractibus locus habere, reiicitur. ibid.

Malæ fidei poſſeſſor, & creditor, quod attinet ad fructus, eodem loco ſunt.q.13.n.22 p.76

Malæ fidei poſſeſſores olim in binos fructus tenebantur. q. 21 n.5. p.94

Malæ fidei debitores tenebantur in duplas centeſimas. ibid.

Malæ fidei poſſeſſor tenetur ad fructus quos percipere potuit. q.21.n.6. p.95

Malæ fidei hæreditaris poſſeſſor fœneratus pecuniam, an vſuras reddere compellatur.q.35.n.7. p.195

Mala fides ſola non conſtituit in mora.q.80.n.11 p.450

Malæ fidei poſſeſſor improbus, improbior, & improbiſſimus q.95.n.19. p.556

Malæ fidei poſſeſſor tenetur de fructibus, quos percipere potuit. ibid.n.22

Malæ fidei poſſeſſor non tenetur reſtituere fructus, quos non percepit, nec dominus erat percepturus.q.95. n.23. contra. n.24. ibid.

Malæ fidei poſſeſſor tenetur ad fructus, qui communi diligentia, ex re percipi poſſunt. q. 95. n. 26. ibid.

Malæ fidei poſſeſſor non poteſt petere dimidiam partem fructuum, perinde ac ſi eſſet colonus partiarius. ibid. n. 31. p. 557

Malæ fidei poſſeſſor tenetur pretium rei venditæ reddere, quamuis non ſit factus locupletior. q. 94. n. 55. p. 559

Mandans tenetur procuratori ad vſuras eius pecuniæ, quam impendit iure ciuili. q. 33. n. 35. p. 191

Mandatarius malè verſatus amicitiam violat, & fidem. q. 33 n. 10. p. 189

Mandatarius tenetur ad id quod intereſt, niſi color quæſitus ſit fœnori. ibid. n. 12

Mandatarius ſortem, & vſuras repetere poteſt. q. 33. n 14. ibid.

Mandatarij aſſertioni de ſolutione vſurarum, an ſtandum ſit. ibid. n. 15.

Antonij Fabri hac de re definitio. ibid.

aduerſus Mandatarium iuratur in litem, ob pecunias non redditas, pro eo quod intereſt. q. 77. n. 40. p. 436

Mandatum ſuſcipiens, ſi neglexerit tenetur ad id quod intereſt. q. 32. n. 25. p. 187

Mandati iudicium, eſt bonæ fidei. q. 33. n. 1. p. 188

in Mandati iudicio veniunt vſuræ de iure ciuili. ibid. n. 2

Vt etiam in actione de negotiis geſtis. ibid.

Quod hodie non obtinet ob ius canonicum, cui ſtandum eſt. q. 33. n. 3. ibid.

Mandati iudicio id quod intereſt nunc peti poteſt. ibid. n. 6 p. 189

Mandato alterius ſumens pecuniam fœnore indemnis ſeruari debet. q. 75. n. 31. p. 415

Mandatum ſuſcipiens ad fundum, vel merces comparandas, ſi id neglexerit tenetur ad id quod intereſt. q. 33. n. 7. p. 189

Mandatum ſuſcipiens ad luendum pignus, vel reditum redimendum, ſi id non expleat tenetur ad intereſſe. ibid. n 8

Mandati in actione contraria venit id quod intereſt, etiam nullà factà morà. q. 33. n. 13. ibid.

Mandato ſuſcepto, actus cenſetur geſtus nomine mandantis. q. 33. n. 32. p. 191

Mandati in actione in litem iuratur. q. 77. n. 39 p. 436

Manifeſti vſurarij qui dicantur. q. 100 n. 2 & ſed. p. 589

Marito qui ſuſtinet onera matrimonij, vſuræ dotis debentur q. 3. n. 7. p. 13

Maritus poteſt tacitè, vel expreſsè remittere vſuras. q. 28. n. 15 p. 157.

Sententia Medices auctori non probatur. ibid.

Maritus non computat fructus pignoris in ſortem, propter onera matrimonij. q. 28. n. 39. p. 160

Maritus vt poteſt ex pacto fructus pignoris percipere, ita annuam quantitatem loco fructuum. q. 28. n. 41. p. 160

Maritus non tenetur alere, ſiue à patre, ſiue ab extraneo dos promiſſa ſit. q. 28. n. 48. ibid.

Maritus poteſt vxorem expellere, ſi dos non ſoluitur, ex multorum ſententia. ibid. n. 48. ibid.

Recenſentur auctores, qui aliud ſentiunt. ibid. n. 49

Maritus non tenetur ſuis ſumptibus vxorem alere, non ſoluta dote, à quocunq; debeatur. q. 28. n. 52. ibid.

Etiamſi vxorem domi retineat. ibid. n. 53

Maritus vxorem indotatam ducens tenetur illam ſuis ſumptibus alere. q. 28. n. 57. p. 163

Maritus qui non ſuſtinuit onera matrimonij, neque fructus pignoris ſuos facere, neque vſuras dotis petere poteſt. ibid. n. 58.

Etiamſi maritus vxorem expulerit ob eius culpam. ibid. n. 59

Maritus ex propria obligatione tenetur vxorem, & familiam tueri. q. 28. n. 64. ibid.

Marito nihil debetur ex eo quòd vxoris, & liberorum curam gerit. ibid. n. 65. p. 164

Marito vt ſuos fructus pignoris faciat, non eſt opus vt aliunde interſit, ſed tantùm vt onera matrimonij ſuſtineat. q. 28 n. 71. ibid.

Marito duo debentur dos, & ſumptus matrimonij. ibid. n. 72 p. 165.

Maritus non tenetur vxorem alere poſt moram ſibi in ſolutione dotis factam. ibid. n. 73

Maritus cui mora fit in ſolutione dotis, poteſt agere ad id quod intereſt, etiamſi excedat onera matrimonij. q. 28. n. 76 ibid.

Maritus ſi cedat nomen dotis creditori ſuo, is nec vſuras, nec fructus pignorum exigere poteſt. q. 29. n. 17. p. 167

Maritus vſuras, vel fructus præteriti temporis rectè cedere poteſt, & tranſeunt ad hæredes. ibid. n. 18.

Maritus vſuras futuri temporis, & fructus pignorum vendere poteſt. q. 29. n. 19 ibid.

Mariti iure reſoluto, ius emptoris reſoluitur. ibid. n. 20. p. 168

Maritus nomen dotis, ius percipiendi vſuras dotis cedere, & vendere poteſt. q. 29. n. 21. ibid.

Maritus debitor eiuſdem quantitatis poteſt vſuras dotis vel ius fructuum cedere creditori. q. 29. n. 22. ibid.

Maritus defunctà vxore non poteſt vſuras dotis exigere, vel fructus pignorum percipere. q. 30. n. 2. p. 169

Maritus dotem promiſſam, & non ſolutam exigere non poteſt ſoluto matrimonio. q. 30. n. 5. p. 170

Maritus defunctà vxore rectè agit ad id quod intereſt ſibi dotem ſua die non fuiſſe ſolutam pro anno luctus. ibid. n. 12

Maritus non poteſt capere vſuras dotis ſoluto matrimonio, etiamſi liberi ſuperſint. q. 30. n. 16. & 17. p. 175

Martini conſuetudo habet locum in dote promiſſa, & non ſoluta. ibid.

Maritus defunctà vxore cum liberis dotem petere poteſt, & id quod intereſt. q. 30. n. 27. p. 172

Maritus non repellitur à petitione dotis oblatione vſurarum, vel reditus. ibid. n. 62. p. 176

Maritus ſi dote recepta eam pecuniam ſocero mutuerit, non poteſt vſuras exigere, niſi eius aliunde interſit. q. 30. n. 63 ibid.

Maritus ſimilis eſt emptori propter onera matrimonij. q. 48. n. 18. p. 269

Maritus eſt dominus dotis. q. 51. n. 39. p. 282

Maritus ſuper re dotali cenſum imponere non poteſt. ibid. n. 40

Maritus rem dotalem alienare, & oppignorare non poteſt q. 51. n. 41. ibid.

Maritus non poteſt ſeruitutem imponere rei dotali etiam conſtante matrimonio. q. 51. n. 42. ibid.

Maritus in prædiis æſtimatis cenſum conſtituere poteſt q. 51 n. 46. p. 283

Duardi ſententia quædam declaratur. ibid. n. 47

Marito non licet pignora dotalia per legem commiſſoriam auferre. q. 70. n. 75. p. 398

Maritus, cui mora fit in ſolutione dotis, poteſt agere ad id quod intereſt ratione lucri, vel damni. q. 71. n. 23. p. 403

Marito qui ſuſtinet onera matrimonij, etiam pro augmento dotis, vſuræ debentur. q. 71. n. 29. p. 404

Maritus agit in ſolidum aduerſus eum, qui ex liberalitate promiſit dotem. q. 71. n. 35. ibid.

Marito non debentur vſuræ dotis non ſolutæ, durante anno luctus. q. 79. n. 40. p. 440

Nec valet ſtatutum, quo id cauetur. ibid.

Niſi ex matrimonio ſuperſint liberi. ibid. n. 41

Maritus qui bona æſtimata in ſolutionem dotis accepit, efficitur debitor in pecunia numerata. q. 79. n. 53. p. 448

Marito qui ſuſtinet onera debentur vſuræ, licet debitor ex dote nullum lucrum faciat. q. 83. n. 17. p. 472

Maritus eſt ſimilis emptori propter onera matrimonij. q. 83. n. 41. ibid.

Maritus poteſt vſuras dotis exigere, etiam ſupra duplum, quamdiu ſuſtinet onera matrimonij. q. 90. n. 63. p. 519

Maritus eſt ſimilis emptori. ibid.

Maritus qui ſine dote vxorem alit, poteſt alimenta repetere, licet vxor in illius obſequio ſit. q. 91. n. 30. p. 528

Maritus qui non toto decennio tacuit, vſuras dotis remiſiſſe non intelligitur. q. 92. n. 4. p. 530

Niſi coniecturis aliud iudici videatur. ibid. n. 5

Maritus qui per decennium vſuras dotis non petiit eas donaſſe intelligitur. ibid. n. 6

Maritus qui per omne tempus matrimonij vſuras non petiit eas donaſſe præſumitur. q. 92. n. 22. p. 531

Etiamſi minus decennio matrimonium ſteterit. ibid. n. 23

Maritus

Maritus mortua vxore non poteſt vſuras dotis petere, ſi diu ſtetit matrimonium.q.92.n.32. p.533
Maritus ſi minus decennio matrimonium ſtetit poteſt defunctâ vxore vſuras dotis petere. ibid.n.33
Menochij caſus à quæſtione alienus. ibid.n.34
Maritus fructus pignoris non imputat ſorti, propter onera matrimonij.q.98.n.5. p.575
Mare, & litus maris, omnibus communia ſunt.q.45.n.31 p.253.
Maris obiicit Manento, quod multos auctores referat neque legerit.q.89.n.13. p.497
Marij Medices rationes quædam, vt probet, etiam ex ſtanti. bus liberis vſuras dotis non deberi.q.30.n.18. p.171
Receuſentur qui contrà ſentiunt; & eorum argumenta ibid.n.19.
Martij rationes excuſſæ.q.30.n.10. ibid.
Martini Nauarri ſententia, quatenus conſtitutio Pij V. de cenſibus obliget extra Eccleſiaſticam ditionem.q.44.n.13. p.248.
Quæ nec Ioanni de Salas, nec Caniſio, nec auctori omnino probatur.q.44.n.14. p.249
Maſſilienſium lex, ne dos aureos centum excederet.q.70.n.69 p.398.
Maſcardus in concl. 1414. in fin. declaratur. q.100.n.24 p.593.
Mathei Coleri argumentum quoddam refellitur.q.40.n.62 p.223.

M E

Meliorationum in æſtimatione inſpicitur, quod minus eſt q.13.n.14. p.56
Meliorationes aliæ negatiuæ, aliæ poſitiuæ. ibid.n.15
Meliorationum fructus eius eſſe, qui impendit, quomodo accipiendum.q.13.n.32. p.58
Melioramenta in re feudali, non ſunt feudalia.q.53.n.20 p.290.
Meliorameñta non veniunt in fideicommiſſi reſtitutionem q.54.n.23. p.294
Melius eſt domum, vel agrum vendere, & ſoluere, quam vſuras pati.q.19.n.19. p.167
Menippi Philoſophi & fœneratoris, exitus.q.23.n.4. p.105
Menochius incõſtantiæ notatus circa ciuilium fructuum admiſſionem.q.50.n.17. p.275
Menſes vſurarum patentes.q.4.n.39. p.23
Memoria defunctorum non eſt temerè damnanda.q.100.n.15 p.592.
Menſa fœneratoris altare diaboli.q.100.n.2. p.589
Menſæ fœneratorum in quibuſdam Belgij oppidis deteſtabiles q.22.n.47. p.104
Menſuræ ſi mutentur, mutuum eâ menſurâ reddi debet, qua admenſum eſt.q.17.n.11. p.76
Mercati Theologi aduerſus ſicca cambia grauis ſententia q.25.n.75. p.128
Mercatores vtiles ciuitatibus.q.2.n.8. p.7
Mercatores vſuram admittunt, cum merces carius vendunt ob dilatam pretij ſolutionem.q.24.n.2. p.115
Mercatores cariùs vendentes ob dilationem, non excuſantur conſuetudine.ibid.n.17. p.117
Mercator ſi ſponte, vel caſu aliquo deſinit negotiari non poteſt intereſſe lucri ceſſantis exigere.q.29.n.14 167
Mercatores proficiſci ſolent, quò illos ſpes lucri vocat. q.74 n.37 p.416
Mercatoribus, qui paratam pecuniam habent ad hanc, vel illam occaſionem debetur lucrum arbitrio boni viri, q.74 n.40 p.417
Mercator quis. ibid.n.42
Mercatori non ideo minus lucrum ceſſans debetur, quòd mala fortuna interdum vſus ſit.q.74 n.56. p.419
Mercator tantundem pecuniæ otioſam domi retinens, lucrum ceſſans petere non poteſt. ibid.n.60
Niſi aliis neceſſitatibus, & vſibus reſeruetur. ibid.n.61
Mercatori lucrum ceſſans debetur, quamuis appareat interim mercaturæ operam dediſſe,q.74 n.67 p.420
Mercator, qui lucrum ſoluit vltrà ſortem, id repetere poteſt, ſi ſocietas eſt vſuraria,q.76.n.46. p.432
Mercatori an lucrum primi anni tantum debeatur vel etiam ſequentium annorum,q.90.n.88. p.521
Decius, & alij auctores declarantur,ibid.n.89 p.522
Mercatura ex fœnerandi licentia intermittitur,q.2.n.24. p.9
Mercatura vbi viget, non eſt probanda certa occaſio lucrandi, vt lucrũ ceſſans negotiatoribus decernatur,q.74.n.43.p.417
Merces certa ad ineundam locationem conſtituenda,q.11.n.16 p.49
Merces, quæ per ſyluas, & loca periculoſa traiiciuntur, licitè aſſecurari poſſunt,q.23.n.44 p.110
Merces cum plus, vel minus valituræ ſunt ob prorogationem pretij emptor vſurarius non cenſetur,q.24,n.34. p.118
Mercedis ſua die non ſolutæ debentur vſuræ ex iure ciuili, q.36.n.2 p.199
ſi Merces, & penſio ſua non ſoluatur, conductor tenetur ad id quod locatoris intereſt,q.36.n.6 ibid.
Merces carius vendere ob dilatam pretij ſolutionem, vſurarium eſt, & illicitum,q.41.n.48. p.232
Merces vileſunt, ſi emptorem quæras,q.74.n.52. p.418
Merces alienas in mari proiiciens, vt ſuas ſeruet, non tenetur Aquiliâ,q.95.n.70. p.561
Sed tantùm contribuere pro portione ſuarum mercium ad iacturam ſarciendam, ibid.
Merces carius vendere licet fide de pretio habitâ ratione damni emergentis & lucri ceſſantis,q.71.n.17 p.403

M I

Miluis querela apud Liuium aduerſus creditorem,q.2.n.12 p.8
Militia, & officia in feudum dari poſſunt, quod de camera dicitur,q.46.n.15 p.256
Minimum de malis eligendum,q.6.n.25 p.28
Minor non poteſt ſui rebus cenſum imponere ſine ſolemnitatibus,q.7.n.27 p.32
Et hoc caſu hypotheca nulla eſt cenſu non ſubſiſtente, ibid.
Minores plus petitionis à tutoribus factæ periculum non incurrunt,q.10.n.15 p.46
Minoribus in legatis fit mora ipſo iure,q.19.n.5. p.89
Quæ finitur vigeſimo quinto anno ibid.n.6
ſi Minor poſt viginti annos, vel aliud longius tempus diſtulit petere tutelam non poterit vſuras petere,q.20.n.22 p.92
Minoribus, & ciuitatibus fit mora ipſo iure,q.22.n.13 p.100
Minor ſi in dilatione iuriſiurandi captus ſit in integrum reſtitui debet,q.76.n.26. p.430
Minorum debitores ex mora irregulari tenentur ad id quod intereſt,q.82.n.2 p.462
Minoris ætatis fauore factum, vt minoribus re ipſa mora fiat. ibid.n.3. p.455
Minor minori non facit moram re ipſa,q.82.n.15 p.456
Minor ſi minori rem vendat, qui fructus percepit moram eo ipſo facere intelligitur,ibid.n.17 p.457
Minor debitor minoris ex cauſa dotis, moram re ipſa facit,q.82.n.17 ibid.
Minor poteſt reſtitui aduerſus receptionem ſortis ſine intereſſe, q.91.n.44 p.527

M O

Moderatio redituum ex edicto Principis ad venditorem reditus non pertinet,q.80.n.53. p.453
Modicitas pretij, & pactum retinendi non ſufficiunt,vt contractus vſurarius habeatur,q.9.n.13. p.41
Quid ſi pretium ſit minus quam dimidium valoris rei.ibid. n.14.
Modicum tempus heredi datur, licet teſtator iubeat aliquid ſtatim fieri, q.18.n.40. p.85
Moneta ſi deteriores cudantur, non licet ex aureis ſoluere ſecundùm valorem currentem.q.17.n.32. p.79
Monetæ augmenti intereſſe debetur,q.89.n.33. p.500
Monetæ augmentum eſt ſors, & pars ſortis, ibid.n.34

Moneta antiqua ſi non inueniatur, ſolutio de noua ad æſtimationem antiquæ fidei debet.q 67.n.27. p.375
Idémque eſt, ſi ſpecies veteris monetæ difficillimè inueniri poteſt,q.67.n.28. ibid.
Molendinis, quæ in fluminibus,cymbis imponuntur, an cenſus imponi poſſit,q.45.n.12 p.251
Molendina cymbis in fluminibus impoſita, inter res mobiles recenſentur,q.45.n.13 ibid.
Molendina minorum, quæ in ripis fluminum ædificata ſunt, ſine decreto alienari non poſſunt,q.45.n.20.& 22 p.252
Molendina in feudum dari poſſunt, & in Emphyteuſin, ibid. n.21
Molendinorum periculum iuſtam præbere poteſt cauſam alienandi,q.45.n.23 ibid.
Molendinis, & Piſtrinis, quæ per iumenta circumaguntur, cenſus ſuperimponi poteſt. ibid.n.25
Molendinis, quæ vento agitantur, cenſus iniici poteſt, ibid. n.26
Et in feudum dari poſſunt,q.45.n.27 ibid.
de Molendino deſtructo contrariæ ſententiæ Boccatij, & Nauarri, q.57.n.58 p.314.
Auctoris inter vtramque diſtinctio, ibid.n.59
Molendino nouo fraudulenter c onſtructo ex materia primi, debitor cenſus tenetur ſuper nouo cenſum conſtituere,q. 57.n.63 ibid
Vel pretium reddere, & id quod intereſt, ibid.
Molendino nouo conſtructo ex eo quòd aqua ad prius ædificium duci non poteſt, cenſus non debetur,q.57.n.64 p.315
Niſi quatenus ex ædificio tedigi poteſt, ibid.n.65
Molendino bannario deſtructo, cenſus non extinguitur, q.57 n.66 ibid.
Molinæ Theologi doctrina declaratur,q.23.n.35. p.109
Molinæ Theologi ſententia,q.44.n.10 p.248
Molinæ Theologi de cenſibus vitalitiis ſententia ad Bullam Pij V. pertinere,q.49.n.35. p.272
Montium pietatis iuſtitia pendet ex legibus, quibus inſtituti ſunt, & reguntur,q.22.n.28 p.102
Mons pietatis, in quo nihil vltra ſortem exigitur iuſtus eſt, & montium perfectiſſimus,q.22.n.29.& 34 ibid.
Montes pietatis ciuitatis Nicienſis, & à quibus reguntur,ibid. n.30
Montes pietatis poſſunt aliquid accipere à mutuatariis titulo eleemoſynæ,q.22.n.31 ibid.
Dummodò importunis precibus non exprimatur, ibid. n.32
Mons pietatis, in quo aliquid vltra ſortem accipitur pro expenſis montis, eſt licitus ibid.n.33
Mons pietatis ſi quid plus exigat,quàm ad ſui conſeruationem eſt neceſſarium, id illicitum eſt,q.22.n.34 ibid.
Mons pietatis in quo aliquid ſuperexigitur pro expenſis montis, non ideo minus mons pietatis cenſeri debet,q.22. n.35 ibid.
Montis pecuniæ dominium ſibi retinens poteſt ſe indemnem ſeruare.ibid.n.36 p.103
Et contraria Lopez ſententia reiicitur, ibid.
Montes pietatis mixti, liciti,q.22.n.37 ibid.
Dummodò non plus exigatur, quàm patiatur ratio ſumptuum,& eius quod intereſt,q.22.n.38 ibid.
Montibus conferentes pecuniam nihil vltra ſortem capere poſſunt titulo depoſiti, vel mutui, niſi quatenus eorum intereſt, ibid.n.39
Ratio quædam Felicij ſaluandi eos,qui plus exigunt, reiicitur,q.22.n.40 ibid.
Montes qui ſuper reditibus inſtituuntur, quatenus liciti, ibid. n.42
P. Filliucij doctrina quædam explicatur.ibid.n.43 p.104
Montes, in quibus nulli adſignantur reditus,illiciti,q.22.n.44 ibid.
Et quomodo conferentibus conſulatur, ibid.
Montes, qui ad quæſtum inſtituuntur, difficiles, q. 22. n. 45 ibid.
n Montibus plus ſoli quàm cœli,q.58.n.36 ibid.
Mora ſola non ſufficit, vt quid vltra ſortem capere liceat, q. 1.n.32.p.5.& q.79.n.22. p.445
ex Mora debentur vſuræ, quæ in regione frequentantur,q. 4.n 12. p.18
Mora ſola non ſufficit, vt vſuræ licitè exigantur,q.4.n.36.p.21
Mora ſui cuique nocet,q.17.n.8 p.76
Mora, & fruſtratio tutoris impunita eſſe non debet, q.20. n.7 p.91
Moræ nulla habenda eſt ratio, quæ nihil nocuit. ibid.
Mora non fit reipſa, niſi concurrant cætera omnia ad moram neceſſaria.q.22.n.15 p.100
Mora quæ fit reipſa, non plus poteſt, quàm ea quæ fit ex perſona.ibid.n.16 p.101
Mora non fit fiſco, vel minori, niſi ex parte ſua impleuerint contractum. ibid.n.17
Mora ſua cuique nocere debet,q.29.n.6 p.166
Mora non ſufficit, vt vſuræ debeantur,q.30.n.10 p.170
Mora exigitur, vt intereſſe lucri ceſſantis debeatur, q. 74. n.8 p.414
Mora exigitur, vt debitor teneatur ad id quod intereſt,q.81.n.1 p.455
Mora dupliciter fit, ex re, & ex perſona.ibid.n.5. p.456
Mora ex re, qnando facta intelligatur,q.81.n.6. ibid.
Mora ex perſona, quando contrahatur. ibid.n.17
Moræ quæ fit ex re facilior definitio. ibid.n.8
Mora non præſumitur, ſed probari debet, q. 81. num. 9. ibid.
Mora certius ducitur ex die conteſtatæ litis. ibid.n.11
Moram ſemel interueniſſe ſufficit, vt vſuræ debeantur, q.81. n.20 p.457
Et vt tranſmittatur ad hæredes. ibid.
Mora ex noua interpellatione non remittitur. ibid.n.23
Mora nulla, vbi nulla eſt petitio, q.18.n.54. p.460
Mora quæ fit re ipſa ex his cauſis impeditur, quibus mora regularis impediri ſolet, q.82.n.11. p.463
Mora irregularis non plus poteſt, quàm regularis. ibid.n.12
Mora non fit reipſa minoribus, & aliis qui vtuntur iure minorum in his, quæ debentur ex contractu ſtricti iuris,q. 82 n.13 ibid.
Mora in rem non committitur fauore eius, qui non impleuit contractum. ibid.n.14
Mora defuncti tranſmittitur ad hæredem, quamuis minor ſit, q.82.n.19. ibid.
Mora quæ fauore minoris fit reipſa, ceſſat finità minore ætate, q.82.n.21 ibid.
Mora quæ fit reipſa fauore Eccleſiæ ſemper durat, ibid.n.32
Mora fauore minoris contracta, morte minoris extinguitur ibid.n.24 p.464
Mora quæ fit, reipſa fauore minoris, in ceſſionarium non transfertur,q.82.n.25 ibid.
Moram quæ fit reipſa, fauore minoris, durare poſt perfectam ætatem, ſententia Franciſci de Caldas, quæ reiicitur, ibid. num.26
Moram qui re ipſa faciunt, vltro offerre debent,q.82.num.59 p.467
Mora in rem operatur tantùm, ne debitor lucrum conſequatur,q.83.n.1 p.468
Mora regularis facit, vt veniat id omne quod intereſt. ibid. num.3
Mora in rem contrahitur reſpectu commodi percepti, ibid. num.4
Mora, quæ fit reipſa, certius eſt venire intereſſe extra rem, quàm ex mora quæ per interpellationem contrahitur, q.83 num.13 p.469
Mora ex interpellatione contracta, non debetur id quod intereſt,niſi poſt litem,q.83.n.14 ibid.
Mora in rem ſufficit, vt vſuræ debeantur ex iure ciuili, ibid. num.31. p.471
Mora in rem ſufficit, vt quis de interitu rei teneatur. ibid.numer.32
Moræ vtriuſque eadem vis, circa id quod intereſt, & interitum rei.ibid.n.36. p.472
Mora irregularis ſemper vrget debitorem. ibid.
Mora irregularis ſufficit, vt intereſſe quanti plurimi debeatur q 83.n.43 ibid.
Mora in illiquidis non contrahitur, q.84.n.1. p.473

Mora

Mora non contrahitur in illiquidis, niſi culpa debitoris liquidatio diffetatur.ibid.n.6 p.474
Mora inculpata eſt iacente hæreditate, ibid.n.17
Mora remiſſa ex eo quod creditor abſens fuerit, noua interpellatione opus eſt, vt debitor in mora eſſe intelligatur.q.84 n.20 p.475
Moram purgari æquum eſt,q.84.n.39 p.476
Mora non poteſt facere,vt intereſſe alterius intereſſe debeatur. q.86.n.19 p.484
Mora ſola non ſufficit, vt intereſſe debeatur.q.88.n.4. p.491
Mora in re tradenda vindicatur præſtatione venditoris eius quod intereſt circa rem: dolus, & reticentia, præſtatione omnis detrimenti etiam rem.q.90.n.71. p.519
Mortua vxore maritus non prohibetur petere vſuras, quas ab ea ſtipulatus eſt.q.92.n.31. p.533

M V

Mulcta fructus iuriſdictionis.q.50.n.10. p.274
Multiplicatio inſtrumentorum fraudem arguit.q.40.n.31. p.220.
Multum intereſt ex nummis, vel ex ædibus reditum percipere q.6.n.22. p.28
D. Chryſoſtomi locus, ſicut ædes, pecuniam locari non poſſe. ibid.n.23
Mulieribus non licet ex fœnore augere dotes.q.29.n.5. p.166
Mulier defuncto viro poteſt vſuras dotis exigere vt ſe, & liberos alat.q.30.n.30. p.172
Vel fructus pignoris percipere. ibid.
Mulier etiam poſt annum luctus poteſt loco alimentorum annuam quantitatem ſtipulari, dum dos non ſoluitur.q.30. n.48. p.175
Vel pignoris fructus percipere, modò non excedant alimentorum modum. ibid.n.49
Mulier dotis domina etiam eſt.q.51.n.43. p.282
Mulieri dotes repetenti, exceptio excuſſionis obiici poteſt q.51.n.48. p.283
Mulieri agenti rei vindicatione viili in ſubſidium, excuſſionis exceptio rectè obiicitur, ibid.n.49
Mulieri poſt mortem viri vſuræ dotis, vel nuptialis donationis non debentur, niſi eius interſit.q.71.n.30. p.404
Mulieri ob nuptialis donationis fructus debentur, ſi res immobiles contineat.q.71.n.32. ibid.
Mulieres non præſumuntur habere niſi dotes.q. 79.n.51. p.448.
Mulier quæ bona æſtimata in ſolutum dedit, non cogitur ea recipere.q.79.n.53. ibid.
Mulier ex mora irregulari non tenetur ad fructus, quos ex fundo dotali percipere potuit.q.83.n.6. p.468
Barboſæ, & Roderici, & aliorum quorundam fundamentum, euertitur. ibid.n.7
Mulier ad vſuras dotis non tenetur, cùm vir poteſt arbitrio ſuo pecuniam dotalem capere.q.83.n.42. p.472
Mulier dirempto matrimonio poteſt ſtatim dotem repetere cum fructibus, quando conuentum eſt, vt ex dote prædia emerentur.q.84.n.28. p.475
Quod verum eſt licèt mulier, vel eius hæres abſens ſit ibid.
Mulieres vt plurimum nihil præter dotes habent.q.85.n.7. p.470.
Mulieres excuſantur ab vſuris.q.100.n.61. p.600
Quod tamen in muliere ſagaci,& in manifeſto fœnore locum non habet, ibid.n.62
Multitudo interdum facit, vt crimen impunitum maneat,q.100 n.56. ibid.
Munnoz Eſcubar malæ cuiuſdam citationis arguitur,q.90.n.44 p.516
Mutuans eam pecuniam,quam vſurario erat ſoluturus,eaſdem vſuras poteſt ſtipulari,q.75.n.34 p.471
Mutuans pecuniam ad rem conſeruandam præfertur aliis quoad ſortem, licet contractus ſit vſurarius, q.7. n.13. p.30
Bartoli, & Ripæ opinio quædam reiicitur,q.7.num.14.ibid
Mutuans plus officij præſtat, quam qui deponit, aut commodat q.6.n.16 p.27
Mutuans dolo malo adigens creditorem ad aliquem contractum, tenetur damna refundere,q 16.n.33 p.72
Mutuans frumentum, & tantundem exigens cùm plus valet vſurarius eſt, contra n.3,q.17.n.2. p.75
Mutuantes pecuniam Principi, vel Reipub. nihil vltra ſortem capere poſſunt, niſi eorum interſit.q.22.n.4. p.103
Mutuans ea lege, vt debitor ſecum ineat aſſecurationis contractum vſuram admittit,q.23.n.5. p.105
Mutuans modium tritici non poteſt plus exigere, licet ſatus plures redidderit,q.78.n.15 p.440
Mutuam pecuniam ab inuito extorquens, tenetur ad id quod intereſt,q.83.n.12 p.669
Mutua pecunia fit accipientis,q.97.n.3 p.571
Mutuum ſub vſuris non eſt beneficium,q.1.n.18 p.5
Mutuum transfert dominium in accipientem,q.3.n.17. p.15
Mutuo ex interuallo vſuræ accedere poſſunt,q.4.n.16. p.19
& q.8.n.2 p.35
Mutuum ſub fœnore, contractus leoninus,q 6.n.5. p.26
Mutuum re contrahitur,q.6.n.12. p.27
& q.75.n.3. p.524
Mutuum naturâ ſuâ non recipit mercedem, ibid.n.14
& q.73.n.18. p.411
Mutuum contrahitur ad vtilitatem ſolius debitoris, q. 6. n. 17 p.27
Mutuum quare ſtricti iuris. ibid.n.18
Mutui in datione facile eſt æqualitatem ſeruare, q. 8. num.7 p 5
Mutuum admixtum locationi interdum reddit contractum vſurarium.ibid.n.23 p.37
Mutuum non facit locationem, & conductionem vſurariam quando iuſta eſt penſio,q 8.n.24 ibid.
Mutuum quacunque ratione contractum vſuras recipere poteſt, & polluit fœnore,q.8.n.41 p.39
Mutui ſubſtantia non tollitur, ſi conueniat, vt donec vſuræ ſoluantur ſors non petatur,q.15.n.25 p.65
Mutuum non eſt, ſi detur pecunia, vt frumentum reddatur,q. 16.n.20 p.70
Mutuum conſiſtere non poteſt, niſi proficiſcatur pecunia,q. 16.n.44 p.73
Mutuum dare, vt viciſſim alter remutuet, an ſit vſura, q.17 n.35 p.72
Theologorum ſententia, vſuram eſſe. ibid.
Etſi eodem tempore id fiat. ibid.n.36
Auctoris ſententia non eſſe vſuram, cùm ſimul vterque mutuat. ibid.n.37
ex Mutuo nihil accipiendum vltra ſortem, quomodo intelligendum,q.16.n.38 ibid.
in Mutuo nullum pretium interuenit,q.17.n.6 p.75
Mutui in dationibus non poteſt obligatio conſiſtere vltra quam datum,q.24.n.7 p.116
Mutuum natura ſua aliquod temporis ſpatium exigit, vt reddatur,q.25.n.20. p.122
Mutuum eſt, etſi eadem pecunia reddi debeat,q.25.n.22 ibid.
in Mutuo rei dominium primariò conceditur,q.25.n.31 p.123
De ſubſtantia mutui eſt, vt dominium transferatur,q.25. n.32. ibid.
in Mutuo licet creditori ſe indemnem ſeruare,q.25.n.71, p.128.
Mutuum natura ſua magis æqualitatem deſiderat, quam cambium.q.26.n.64. p.141
Mutuum æqualitatem ſeruat, etiam variatis pretiis rerum creditarum,q.26.n.67. p.142
Mutuum ea lege, vt certo tantum tempore res reddatur, quo plus eſt valitura, eſt vſurarium. ibid.
Mutuum non contrahitur in venditione pacto addito, vt cum non ſoluitur pretium, aliquod damnum præſtetur loco fructuum.q.27.n.11. p.148
Mutuum dare, & rem fructiferam ſine pretio tradere diuerſum q.41.n.47. p 251
Mutuum rogantem veriſimilius eſt pecuniâ indigere, quàm contrà.q.75.n.17. p.422
in Mutuo non ſtatur aſſertionibus patrium circa id quod intereſt.

reſt q.76.n.39. p.431
Mutui dationis officio ineſt tacitè ne pecunia intempeſtiuè repetatur.q.78.n.22. p.440
Mutui ſubſtantiale eſt, vt res fiat accipientis.q.80.n.12. p.450
Garzias, Maſtril. deciſ.106. & 345. declarantur. q.80.n.13 ibid.
Mutuum eſt vſurarium, in quo creditor plus ſtipulatur, quàm dedit.q.93.n.3 p.535
Mutuum natura ſua ſterile.q 99.n.7. p.585
Mutui in dationibus non ſtatur aſſertionibus partium.q.99. n.30. p.587

N A

Natio, & conſuetudo regionis magnam coniecturam facit in quæſtione vſurarum.q.93.n.50. p 539
Natta in conſ.490. declaratur.q 78.n.9. p.440
Naturali iure cauetur, ne quis ex alterius prædetur inſcitia q.40.n.73. p.224
Refellitur argumentum Cuiacij ibid.n.74
Naturalia contractus pactionibus mutari poſſunt.q.41.n.7 p.227.
Naturaliter iniquum eſt quempiam cum alterius damno locupletari.q.7.n.43. p.34
Naturæ congruum eſt, ne detur acceſſio acceſſionis.q.66.n.5 p.368.
Nauis, domus, & ſimilia poſſunt fructus referre, non pecunia q.6.n.11. p.26
Nauis periculum domini eſt, pecuniæ eius, qui eam fœnerat q.33.n.5 p.195
Nauis ad hoc paratur, vt nauiget. ibid.n.6
Nauis res mobilis.q 47.n.7. p.159
Naui cenſum imponere, illicitum.q 47.n.8. ibid.
Nauis eſt res fructifera. ibid.n.9
Nauiculis fluminum ad traiiciendum homines, cenſus validè imponitur.q.47.n.11. ibid.
Naue à piratis redemptâ, omnes conferre debent.q.95.n.40 p.558.
Nauticum fœnus illicitum.q.3.n.11. p.14
Nauarrus in comment. de vſur.n.137. declaratur.q.49.n.17. p.270.
Nauarrus de vſur.n.128. declaratur.ibid.n.34. p.272
Nauarri ſententia, defenſa aduerſus obiectiones Merendæ p.581.

N E

Negatiua per rerum naturam probari non poteſt.q.74.n.65 p.420.
Negatiua præſumitur eo ipſo, quòd non probatur contrarium q.73.n.13. p.422
Negligentia, negligentiâ compenſatur.q.28.n.24. p.158
Negligentia creditorum ipſis, & debitoribus nocet.q.88.n.41 p.495.
Negotiorum geſtor vſuras, quas alterius cauſâ patitur, conſequi poteſt.q.75.n.32. p.425
Negotiationis lucrum incertum, & variis caſibus obnoxium q.31.n.24. p.180
Negotiorum geſtor, & debitor tenetur abſenti ad id quod intereſt.q.32.n.24. p.187
Negotiorum geſtoris, & depoſitarij differentia. ibid.n.28
Negotiatoribus lucrum ceſſans decerni poteſt, quamuis indiuiduam occaſionem lucrandi non probent.q.74.n.35. p.416
Negotiatores vt plurimùm lucrantur, & dicuntur ex lucro viuere.q.74.n.36. ibid.
Negotiatoribus pecuniam dantes, & eâ ſaluâ aliquid ſperans, vſuram committunt.q.31.n.4. p.177
Quod verum eſt, etiam in ſocio, qui pecuniam ſocietati mutuam dedit.ibid.n.3. p.178
Neguſantij ſententia quædam reprehenditur.q.97.n.7. p.371
Nemo debet ex ea re lucrum conſequi, quæ non eſt eius periculo.q.6.n.3. p.26
Nemo poteſt cogi pecunias ſub vſuris accipere. q.21.n.10 p.96.
Nemo præſumitur velle credere pecuniam non reddituro q.23.n.28. p.108
Nemo poteſt ſuper re aliena cenſum imponere. q.31.n.28. p.180.
Nemo præſumitur voluntariè damna & iniuriam pati q.75. n.29. p.424
Nemo ex conſilio obligatur ei, cui conſilium dedit.q.94.n.60 p.550.
Nemo poteſt vtilitati propriæ conſulere cum alterius iactura q.93 n.61. p.560
Nemo ex re aliena lucrum conſequi debet.q.96.n.6. p.564
Nemo debet alieno ſcelere ditari.q.96.n.12. ibid.
Nemo volens patitur iniuſtum.q.98.n.37. p.579
Nemo ſine dolo deliquiſſe intelligitur.q.100.n.67. p.601
Nemo poteſt alienigenis domos locare ad exercendum fœnus q.100.n.71. p.602

N I

Nicienſes onera rebus venalibus, quæ ad victum pertinent, imponere conſueuerunt.q.46.n.4. p.255
Nicea Maſſilienſium auctoris patria.q.74.n.44. p.417
Nicolai V. conſtitutio male à quibuſdam intellecta declaratur q.46.n.23. p.256

N O

Nobiles ad æs alienum contrahendum procliues.q.2.n.11. p.8
Nobiles eſſe Reipublicæ intereſt q.2.n.9. p.7
Nobiles & alij, qui negotiari non ſolent, vt obtineant lucrum ceſſans coguntur probare certam occaſionem præſenſi lucri q.74.n.34. p.416
Nobilitas excitat ad Rempublicam bene gerendam. q.2.n.9. p.7.
Nomina dicentis, voluntatem demonſtrant.q.9.n.7. p.40
Nomina debitorum in ſolutum, & in dotem dari poſſunt q.29.n.1.p.166. & q.39.n.5. p.209
Nominis vſuræ poſt nuptias non augent dotem. ibid. n.2. p.166.
Nomina debitorum vendi poſſunt.q.39.n.1. p.209
Etiam ignorantibus, & inuitis debitoribus. ibid.n.2
Nomina quorum dies nondum venit cedi, & vendi poſſunt. ibid.n.3
Nominis ceſſio interueniente pretio valet, quamuis titulus non ſit expreſſus,q.39.n.4 ibid.
Nomen debitoris, cuius dies nondum venit, an minori pretio ſine vſura emi valeat,q.39.n.7 p.210
Nominis ceſſi periculum an ſit cedentis, vel ceſſionarij. q.39 n.51 p.215
Nomina debitorum nullo loco continentur,q.47.n.13 p.259
Nomina, & actiones perſonales non ſunt fructiferæ.ibid.n.14
Nomina debitorum in pretium cenſus dari non poſſunt, q 59 n.37 p.331
Et quàm ſapienter id prohibitum. ibid.
Non minus iniuſtus eſt, qui alieno ſcelere vtitur, quàm qui facit,q.94.n.35 p.546
Notarius qui ſcribis pecuniam fuiſſe numeratam alicui non dicitur falſum committere, ſi alij numerata eſt illius iuſſu, q.59.n.62 p.335
Notarius ad reſtitutionem tenetur, cùm ex eius inſtrumento ſimulato debitor vſuras præſtare cogitur,q.94.n.49 p.548
Niſi partes agat debitoris. ibid.
Notarius cùm verè, & ſincerè ſcribit quod inter partes geritur, ad nihilum tenetur,q.94.n.50 p.549
Niſi in regionibus, in quibus vſuræ peſſimo more exiguntur. ibid.
Notarius non tenetur, vbi vſuræ tolerantur,q.94.n.51 ibid.
Nouatione factâ pretij vſuræ non debentur,q.27.n.64 p.154
Nouatione prior obligatio tollitur, & totius ſummæ intereſſe debetur,q.87.n.19 p.488
Niſi in fraudem vſurarum id factum ſit. ibid.n.20
Nouatio pactis impediri poteſt.q.87.n.21 ibid.

Digitized by Google

Nouatio non fit, cum ceſſionarius ſit procurator in rem ſuam ad exigendum. ibid.

Nouella Iuſtiniani 72. quatenus permittit tutoribus pecunias pupillares fœnori dare, ſi velint, hodie abrogata eſt, q.20 n.26. p.93

N V

Numeratio pretij poteſt aliunde probari, quàm ex inſtrumeno, q.59.n.58 p.334

Numerus ſingularis pluralem continet, q.58.n.27 p.319

Nummi locari, & commodari poſſunt, q.3.n.15 p.15

Nummorum certa æſtimatio.8 n.7. p.35

Numinis aureis creditis totidem exigere liceat, ſi illorum valor augeatur. p.76

Nummis aureis creditis idem numerus reddendus eſt, ſiue creſcat, ſiue decreſcat eorum æſtimatio ibid.n.15 p.77

Numorum æſtimatio olim certa, & conſtans fuit. ibid.

Nummi cùm mutuo dantur, nummi debentur, non eorum æſtimatio, p.78

Nummi qui debentur, ſunt creditoris ibid.n.18. p.79

Nummis ex mutuo, vel ex alio contractu ſtricti iuris debitis, & non ſolutis, non iuratur in litem, q.77.n.54 p.438

pro Nummis, qui certo loco ſolui debent, non iuratur in litem. ibid.n.54

Nummi hodie ſunt ſteriles, q.85.n.30. p.481

Gaſparis Roderici doctrina quædam expenditur, ibid.n.31

Nummularia ars ab Ariſtotele reprehenſa, quod ab hominibus acquirit, q.26.n.40 p.135

Nummulariorum in bonis præferuntur ij, qui pecunias depoſuerunt, q.32.n.15 p.186

Nundinæ cambiorum cur inſtitutæ, q.25.num.9 p.121

in Nundinis, & ciuitatibus, in quibus commercia vigent, ſemper adeſt copia mercium venalium, q.74.n.41 p.417

Hectoris Felicij diſtinctio quædam, quæ auctori non placet, ibid.n.42

in *Nuptiis* duo contractus celebrari ſolent, matrimonij, & dotis, q.28.n.54 p.162

Nurus, & nepotes familiam ſoceri, & aui ſequuntur, & ab eo ali debent, q.30.n.23. p.172

O B

Oblatione, & depoſitione impeditur curſus vſurarum pupillarium, q.20.n 21 p.9

Oblatio ſola non ſufficit, vt vſuræ pretij non debeantur, q.27 n.24. p.150

Oblatio maioris ſummæ, quàm numeratum ſit, non confirmatur iuramento, q.73.n.8 p.410

Oblatio ſola non liberat emptorem ab vſura pretij, q. 84. n.23 p.475

Oblatione impeditur, vel finitur mora, ibid.n.39 p.476

Oblationis effectus, q.84.n.40 p.477

Oblationis verba perſpicua eſſe debent, non generalia, & æquiuoca, ibid.n.41

Et totius ſummæ, & ſine inuolucris reſeruationum. ibid.n.42

Oblatione rite facta ſi debitor male obſignat, & recuperat pecuniam nõ amittit ius ex oblatione quæſitũ, q.84.n 43.ib.

Oblationes manifeſti vſurarij in Eccleſia non recipiuntur, q. 100.n.34 p.596

Obligatio perpetuæ præſtationis non eſt libertati humanæ contraria. q.43. in app.n.28 p.246

Obligare debitorem vltra id quod mutuo datur, an quatenus liceat, q.98.n.27 p.577

Obligatio ſortis, & vſurarum diuerſa, q.1.n.9 p.2

Obligatio re contrahi non poteſt, vltra quam res interuenerit, q.10.n.25. p.47.& q.73.n.1. p.410

Obligatus naturaliter nulla lege cogitur ad remunerandum, q.14.n.12 p.69

Obligationem acquirere vi mutui etiam iuſto pretio vſura eſt, q.16 n.14.p.69 contra.n.24. p.71

Obligatio quæ iuſto pretio acquiritur non arguit vſuram, q.16 n.24. ibid.

Obligatio obligatione compenſatur, q 16. p.30 p.72

Obligatio non poteſt re contrahi vltra quam datum eſt, q 17 n.3.p75

Obligatio eo modo diſſolui debet, quo contracta eſt, ibid.n.4

Obligatio vbi nulla eſt ſoluendi ſortem, & quod vltra ſortem pro dilatione ſolutionis, fœnus non contrahitur, q.40. n.18 p.218

Obligatio cenſus non habet conditionem, ſi fructus naſcantur, q.57.n.19 p.310

Obligatio re contrahi non poteſt, vltra quam datur ſit, q.67 n.32 p.35

Obligatio rei turpis nulla eſt, etiamſi iuſiurandum acceſſerit, q 70.n.33 p.394

Obligatio vſurarum iuramento non confirmatur, q. 99. n.12 p.586

Obligationes naturales quædam naturales, & ciuiles, q.98.n.27 p.577

Obligationi faciendi poſt moram ſuccedit obligatio ad id quod intereſt, q.71.n.2 p.401

Obligatione aliquid addere licet vltra quam numeratum ſit pro eo quod intereſt. q.73 n.13 p.411

Alciati ſententia quædam expenditur, & declaratur. ibid.n.14

Obligationem, & moram ſimul contrahi non poſſe, falſum eſt, q.81.n.39 p.459

Obligatione in diem conceptâ, & cùm creditor petierit, diei euentus conſtituit in mora, q.81.n.40 p.465

Obligationi ſemel contractæ non poteſt quis niſi certis ciuilibus modis ſe ſubtrahere, q.43.in app.n.29 p.246

Obligatus ad aliquid faciendum lapſo tempore, quo id fieri potuit, in mora eſſe intelligitur. q.81.n.27 p.458

Obligatus quis inuitus ex maleficio, q.7.n.3 p.29

Obligatus rem aliquam pro alio emere, ſi id neglexerit, tenetur ad id quod intereſt, q.20.n.10 p.91

Obligare res alias pro tutiore exactione cenſus non eſt prohibitum, q.66.n.23 p.370

nec *Obolum* quidem vltra ſortem hodie ſtipulari, vel exigere licet, q.37.n.21 p.205

Obſequia & facta ipſa extorquere, vſura eſt, q.16.n.3 p.68

Obſequiorum obligatio prouenit ex contractu matrimonij non dotis, q.28.n.55 p.162

Obſequia mulieris non penſant alimenta, ſeu vſuras dotis. q. 91.n.51 p.518

O C

Occulti vſurarij quibus pœnis obnoxij, q.100.n.26 p.594

Occulta crimina in iudicio publica, q. 100.n.11 p.591

Vgolini ratio quædam reiicitur, ibid.n.12

O F

Officiales, & iudices non ſunt domini officiorum, ſed adminiſtratores duntaxat, q.46.n.12 p.255

Officiales, qui de vſuris ius dicunt Hebræis, vbi illis fœnerari permittitur, excommunicationem non incurrunt, q.100.n.38 p.597

Officiales, qui ſtatuta vſuras permittentia dictant, & ſecundum illa iudicant neque cum poſſunt, intra tres menſes delent, excommunicationem incurrunt ibid.

Officium iudicis in actionibus bonæ fidei tantum valet, quantum ſtipulatio vſurarum in actionibus ſtricti iuris, q.1.n.16 p.3

Officium gerens tenetur ex culpa, & negligentia ad id quod intereſt. ibid.n.23 p.4

Officia mutua præſtare non eſt illicitum, q.16.n.37 p.72

Officia vinculo pœnæ obſtringi poſſunt. ibid.n.46 p.73

Officioſior, qui dat mutuum, quàm qui deponit, q.17.n.6.p.75

Officiis publicis an cenſus iniici poſſit, q.46.n.10 p.255

Officiis, qui in patrimonio cuiuſque ſunt, cenſus imponi poteſt, q.46.n.13 ibid.

Officia, quæ ſunt priuati iuris inter immobilia cenſentur, q. 46.n.14 ibid.

O L

Olim

Oleum, & ſimiles ſpecies ab adminiſtratoribus ſub haſta vendi non debent, q.77.n.9 p.433
Olim dubium videbatur, an reditus annui pecuniâ emi poſſent, q.43.n.29 p.240
Olim improbum fuit vſuras vltra legitimum modum capere, nunc etiam leuiores exigere, q.93.n.70 p.541

O M

Omnia, quæ obligari poſſunt, cenſui ſubiici non poſſunt, q.51 n.12 p.278

O N

Onera, matrimonij ſequuntur illum, qui dotem habet, q.3 n.8 p.13
Onera feudorum incerta, & varia, q.14. n. 8. 60.& n. 24 p.61
Onera matrimonij durant defuncta vxore cum liberis, q. 30 n.25 p.172
Onera eſſe diuidenda inter dominum rei, & dominum cenſus ex Buccatio, & aliis, q.57.n.12 p.309
Quod auctori non placet. ibid.
Duardi ſententia exiſtimantis prohibitionem de oneribus publicis accipiendam eſſe, q.64.n.24 p.360
Quæ reiicitur. ibid.n.25
Onera, quæ cenſibus indicuntur, dominus cenſus præſtare debet, q.64.n.29 p.361
Neque valent pacta contraria. ibid.
Onus eſt à ſuis ſedibus reuocari, q.64.n.32 ibid.
Antonij Gomezij Iunior. contraria ſententia, ibid.n.33
Quæ refellitur, ibid.n.34 p.362
Onera iniuſta, & contra naturam contractus inæqualitatem inter contrahentes conſtituunt, niſi aliunde compenſentur, q.67.n.26 p.375
Onus probandi id quod intereſt dicenti incumbit, q. 78. n. 26 p.442

O P

Opem ferentes fœneratoribus ad reſtitutionem quoque tenentur, q.94.n.41 p.538
Operæ artificum non eiuſdem æſtimationis, q.98.in fine. p.584
Operarum in conductionibus licet mercedem prærogare, q.16 n.16 p.70
Operæ vbicunque præſtentur, mercedem merentur, q.26.n.38 p.134
Opera defungi quid ſit, q.94.n.74 p.551
Operis reſtitutio caſus incertus, & in ea venit id omne quod intereſt, q.90.n.67 p.516
Operam præſtantes vſurario quatenus, & quomodo obligentur. q.94.n.48 p.548
Operam dantes vſurariis non excuſantur, quòd alij eandem operam præſtitiſſent, q.94.n.67 p.551
Operarum ratio an habenda ſit in deductione ſumptuum vſurarij, q.95.n.29 p.557
Ioannis de Salas ſententia, quæ reiicitur. ibid.
Operæ pretium nullum eſt de vocibus altercari, q. 69. n.44 p.570
Oppida, & municipia hodie pluſquam minores ſunt, q. 85.n.7 p.462
Oppigneratio Germanica an ſit licita. q.15.n.23. p.65
Binsfeldij hac de re ſententia. ibid.n.24.

O R

Orator ex Marco Catone vir bonus dicendi peritus. q.94.n.46 p.547.

O X

Oxei lex ne ſuper fundis alienis fœnerare liceret, q.11.n.18 p.49.

P A

Paciſci de certa quantitate, dum pretium non ſoluitur, illicitum eſſe ex Pauli Comitoli Theologi ſententia. q.27.n.50 p.153.
Pactum ſufficit, vt quibuſdam caſibus vſuræ debeantur. q 4.n.3 p.18.
Pactum, vt non ſolutis minoribus grauiores vſuræ præſtentur, valet. ibid.n.5
Pactum in emptionibus pars rei, vel pretij. q.6.n.7. p.26
Pacta illicita, & vſuraria pro non appoſitis habentur. q.7.n.1n p.30.
Pactum retrouendendi eſt coniectura fœnoris, q.9.n.17. p.42
Et præſertim, ſi non libera facultas redimendi venditori relicta ſit. ibid.
Pactum, vt venditor onera rei præſtet, eſt inualidum. q.9.n.19 p 43.
Pactum, vt conductor periculum rei, & fructuum ſuſcipiat, eſt indicium fœnoris. q.9.n.30. ibid
Pactum retrouendendi eſt pars pretij. q.9.n.34. p.44
Pactum vt non liceat rem redimere, niſi poſt certum tempus, non minuit valorem rei, ex ſententia quorundam. q.9. n.36. ibid.
Quæ auctori non probatur. ibid.
Pacto conueniri non poteſt, ne fructus pignoris imputentur ſorti. q.11.n.2. p.48
Pactum redimendi coarctatum tempore, vel collatum in liberam voluntatem venditoris vſuram arguit. q.15.n.3. p.63
Quæ non ſufficiunt, vt contractus vſurarius cenſeatur ibid.n.4.
Et quæ ſit ratio ex Molina Theologo. ibid.n.5
Pactum vt non niſi certo tempore rem redimere liceat, non eſt illicitum. q.15.n.8. ibid.
Pactum vt res minori pretio redimatur, valet. ibid.n.9. p.64
Pactum vt res maiori pretio redimi poſſit, non eſt prohibitum q.15.n.10. ibid.
Pactum vt venditor rem redimens laudemium, & alios ſimiles ſumptus reficiat, an ſit coniectura fœnoris q.15.n.12 ibid.
Pactum valet, vt ſi emptor rem pluris vendat id totum, vel partem reddat venditori. ibid.n.13
Pacta vincunt leges. ibid.n.14
Pactum valet, vt ſi emptor rem minus vendat, venditor illud reficere teneatur. ibid.
Pactum, vt ſi res vendita pluris diſtrahatur, illud plus ſit venditoris, non habet locum, quando res emptoris ſumptibus melior facta eſt. q.15.n.15. ibid.
Pactum vt venditor rem redimere teneatur, cùm emptor volet, an ſit licitum. ibid.n.16
Medinæ Theologi argumentum. ibid.n.17. p.65
Pacta, vt pars pretij ſint neceſſe eſt, vt ob id res vilius diſtrahatur. q. 16.n.39. p.72
Aliàs eſt reciprocus contractus. ibid.
Pactum de eo, quod intereſt præſtando, ſi pecunia ad diem ſuo loco non ſoluitur, non eſt prohibitum. q.25.n.52. p.126.
Pactum ne lucrum cambiorum certam quantitatem excedere poſſit, non eſt illicitum. ibid.n.54
Pacta ex quibus ſit melior debitoris conditio, in cambiis non ſunt prohibita. q.25.n.57. ibid.
Fernandi Rebelli ſententia. ibid.n.58
Quæ non placet. ibid.n.59
Pactum quodlibet in traditionibus rerum validum eſt, q. 27 n.8 p.148
Pactum in contractibus nihil refert an præcedat, vel ſubſequatur, q.27.n.12 ibid.
Pactum vt debitor dotis vxorem alat, & præſtet vſuras non valet, q.28.n.60 p.165
Ioannis Salas Theologi ſententia declaratur, ibid.n.61
Pactum vt quid annuum præſtetur, dum dos non ſoluitur, valet, dummodo id reſpondeat oneribus matrimonij, q.28.n.62 ibid.

Digitized by Google

Pactum, vt ex depoſito aliquid præſtetur pro illius vſu, vſura eſt, ſiue ab initio ſiue ex interuallo ineatur, q.32.numer.6. p.185
Bartholomei Vgolini dictum declaratur. ibid.num.7
Pacta, quæ initio contractus bonæ fidei fiunt, actionem præbent,q.37.n.5 p.205
Pactum legis commiſſoriæ neque cenſum, neque venditionem tollit,q.41.n.8 p.227
Pactum, vt non ſolutis penſionibus ſuo die ſors repeti poſſit, in cenſu vitalitio vitiatur,q.49.n.41 p.273
Pactum, vt propter moram ſors repeti poſſit, conſtitutione Pij V. prohibitum,q.49.n.42 ibid.
Neque tamen vitiat contractum ibid.
Pacta adminicula contractuum,q.52.n.26 p.287
Pactum vt dominus cenſus aliis emptoribus præferatur, non valet, quando certum pretium cenſibus eſt conſtitutum,q.56.n.14 p.307
Pacta fœnus arguunt, quæ in fauorem creditoris apponuntur, q.58.n.57 p.324
Pactum vt pecunia ſtatim ex alia iuſta cauſa reddatur,non impedit dominij translationem,q.61.n.16 p.344
Pacta ſingula,quæ conſtitutione Pij V.improbantur,an vitient contractum cenſus,q.62.n.4 p.347
Molinæ hac de re ſententia.ibid.& eius fundamenta.ibid.n.5
Gaſparis Roderici ſententia ibid.n.6
Feliciani hac de re doctrina refertur ibid.n.7
Pacta quæ ſunt contra ſubſtantiam, vitiant contractum,q.62 n.8.& 11 ibid.
Pacta quæ conſtitutione Pij V. in cenſibus improbantur, non vitiant contractum, ex multorum ſententia. ibid.n.9
Niſi dominus cenſus his pactis vſus ſit, vel vti velit,q.62 n.10 ibid.
Pacta quædam ita reſiſtunt contractui, vt nihil actum intelligatur,q.62.n.12 ibid.
Pacta quædam in aliam ſpeciem contractum tranſire faciunt, ibid.n.13 p.348
Pactum contra ſubſtantiam contractus valet, quoties illum in aliam ſpeciem transferre poteſt,q.62.n.20 p.349
Pacta quæ conſtitutione Pij V. in cenſibus prohibentur, non repugnant formæ, & ſubſtantiæ contractus. ibid.n.21
Neque faciunt illum tranſire in aliam ſpeciem contractus ibid.n.22
Pacta illicita contractui cenſus addita pro non adiectis habentur,q.62.n.22 idid.
Pacta à Pio V. prohibita rationem emptionis non tollunt.ibid. n.23
Neque tollunt formam de nouo inductam. ibidem numero 24.
Pactum, vt pretium aliquando repeti poſſit,ſeruata forma cenſus non euertit cenſum, ſed vitiatur,q.62.n.5 ibid.
Pacta ſunt adminicula contractus,ibid.n.29 p.350
Pacto illicito ſi quid exigitur reſtitui deber. quæſt.62. num.35 ibid.
Pacta formant, & reformant contractum, quæſt.62. numer.36 ibid.
Pactum vt ſolutio penſionis anticipatè fiat prohibitum, q.63 n.1 p.351
Pactum vt pars penſionis in quolibet ſemeſtri ſoluatur,non eſt prohibitum, ibid n.2
Ioannis Bapt. Coſtæ diſtinctio circa tempus, in quo penſio ſolui debet,q.63.n.3 p.352
Quæ reiicitur. ibid.n.4
Pactum de penſionibus anticipatè ſoluendis, an repugnet naturæ contractus cenſus,q.63.n.8 ibid.
Et hac de re Duardi, & aliorum opinio ibid.
Auctores contrariæ ſententiæ, quam auctor ſequitur, ibid. n.9.& 11 p.353
Pactum vt penſio anticipatè ſoluatur, ſi maiori pretio compenſetur, ex natura rei valet,q.63.n.10 ibid.
Pactum vt penſio anticipatè ſoluatur, non vitiat contractum, ibid.n.13
Pactum vt nondum finito anno, integra penſio ſoluatur, non vitiat contractum cenſus,q.63.n.28 p.356
Pactum vt re perempta penſio nihilominus ſoluatur, non vitiat contractum,q.64.n.5 p.358
Bartholomei Vgolini ſententia quædam reiicitur, ibid.n.6
P. Leonardi Duardi dictum arguitur ibid.
Pactum vt perempto fundo cenſus ſuper aliis bonis impoſitus ſit, vitiat cenſum ex Rotæ, & Cencij ſententia, q.64.n.7 ibid.
Auctor putat pactum vitiari, non vitiare contractum,q.64.n.8 ibid.
Pactum vt perempto fundo, &c. dumtaxat vitiari ex ſententia Ant. Merendæ ibid.n.10
Auctor tamen in aliquibus ab illo diſſentit ibid.
Pactum, vt venditor cenſus rem colere, & manutenere debeat, valet,q.64.n.12 p.359
Pactum vt venditor cenſus teneatur ad caſus, qui eius culpâ contingunt, non eſt illicitum. ibid.n.13
Eiuſdem P. Duardi ſententia declaratur,q.64.n.14 ibid.
Pactum vt venditor cenſus teneatur ad caſus fortuitos,qui fructibus contingunt, valet ibid.n.15
Pactum vt caſus fortuiti ad venditorem cenſus pertineant, intelligitur de denaſtantibus fructus,q.64.n.17 ibid.
Pactum vt caſus fructibus contingentes ad emptorem pertineant, non valet,q.64.n.20 p.360
Pacta in cenſibus, quæ onera in eum reiiciunt, qui de iure non tenetur, non valent, ibid.n.22
Etiam fauore emptoris ibid.n.23
Pacta, quæ rem familiarem reſpiciunt, etiam iniqua, ſunt ſeruanda,q.64.n.27 p.361
Pactum vt debitor teneatur penſionem ferre ad domum emptoris, valet, ſi ſint eiuſdem fori ibid.n.31
Niſi cenſus ſit fructuarius ibid.
Pactum, quo venditor cenſus obligatur ferre reditum ad domicilium emptoris non valet, ſi ſint diuerſi fori, q.64.n.32. ibid.
Pactum deferendi reditum in domum emptoris alterius fori, quando valere poſſit.ibid.n.36 p.362
Pacta, quibus onera in eum reiiciuntur, qui de iure non tenetur, non vitiant contractum ibid.n.37
Bartholomei Vgolini ſententia reiicitur ibid.n.38
Pacta auferentia vel reſtringentia facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, ſunt prohibita,q.65.n.1 p.363
Pactum auferens libertatem alienandi quare cenſu ſit prohibitum,p 65.n.5 ibid.
Pactum vt res non poſſit alienari, niſi in dominum cenſus,an ſit prohibitum ibid.n.6
Cencij ſententia licitum eſſe,ibid.n.7 p.364
Auctoris ſententia nunc illicitum eſſe ibid.n.8
Pactum, vt res cenſui ſuppoſita non niſi domino cenſus vendi poſſit, de iure communi valet,q.65.n.10 ibid.
Pacto,vt non niſi domino cenſus vendere liceat,magis reſtringitur libertas alienandi quam ex iure prælationis,q.65. n.11 ibid.
Pactum vt ſine conſenſu domini cenſus res alienari non poſſit, eſt prohibitum, ibid.n.12
Pactum vt dominus cenſus rem cenſualem retrahere poſſit certo pretio, eſt nullum,q.65.n.13 p.365
Etiamſi pretium iuſtum fuerit ibid.n.14
Pactum, vt non niſi redempto cenſu res poſſit alienari, illicitum,q.65.n.15 ibid.
Pactum vt in caſum alienationis rei cenſitæ laudemium præſtetur, illicitum,q.65.n.16 ibid.
Pacta reſtringentia quomodocunque facultatem alienandi rem ſuppoſitam, non valent,q.65.n.17 ibid.
Pactum, ne res potentiori vendatur, an valeat ibid.n.18
Pactum, vt poſſeſſor vendere cupiens teneatur admonere dominum cenſus, valet,q.65.23 p.366
Vt etiam valida eſt pactio vt, dominus cenſus præferatur eodem pretio ibid.
Pactum, quo aufertur vel reſtringitur facultas alienandi rem cenſui ſuppoſitam, vitiatur, & non vitiat contractum,q.65.n.28 ibid.
Pactum vt debitor cenſus poſt moram teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis, non valet,q.66.n.1 q.368

Pactum, quo debitor cenſus in caſum moræ obligatur ad cambia, eſt inualidum. ibid.n.2
Pactum, vt debitor cenſus poſt moram teneatur ad certas expenſas, vel certa ſalariæ iuramento creditoris liquidanda, non valet.q.66.n.6. p.369
Exempla quædam huius rei apud Cencium. ibid.n.7
Pactum, vt debitor cenſus teneatur ad expenſas legitimas poſt moram, non eſt prohibitum. ibid.n.9
Pactum, vt venditor cenſus teneatur ad ſumptus litis, non eſt illicitum. ibid.n.10
Pactum, vt debitor cenſus ob moram, rem, vel partem eius amittat, vel aliud ius, eſt prohibitum. ibid.n.11
Pactum, vt debitor cenſus ob moram in pœnam aliquam incidat, eſt illicitum. ibid.n.14
Pactum, vt minori reditu non ſoluto maior præſtetur, an valeat.ibid.n.17. p.370
Pactum, vt legitimæ præſtentur vſuræ, ſi minores ad diem ſolutæ non fuerint, valet iure ciuili. ibid.n.18
Auctoris ſententia pactum illud in cenſibus non eſſe admittendum. ibid.n.19
Pactum, vt debitor cenſus teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad pœnam, vel ius aliquod amittat, non vitiat contractum cenſus. ibid.n.21
Pactum, vt dominus cenſus res pignoratas vendere poſſit pro penſionibus conſequendis, non eſt illicitum. ibid. num.25 ibid.
Pactum, vt ceſſante debitore cenſus in eius ſolutione liceat rei poſſeſſionem capere, valet.ibid.n.28 p.371
Pactum, vt cenſus maiori pretio redimatur, quàm fuerit emptus, non valet.q.67.n.1. p.372
Pacta, quibus aufertur, vel reſtringitur facultas redimendi, conſtitutione Pij V. prohibita.q.67.n.3. ibid.
Pactum, quo aufertur, vel reſtringitur facultas redimendi, eſſe contra ſubſtantiam, qui putent. ibid.n.7
Pactum auferens facultatem redimendi non eſt contra ſubſtantiam cenſus. ibid.n.8
Pactum redimendi non eſt de forma contractus cenſus aduerſus Maſtrillum. ibid.n.9
Pactum, quo tollitur facultas redimendi, eſſe contra ſubſtantiam cenſus Pium V. declaraſſe male Cencius ſcripſit. ibid. num.11. p.373
Duardi ratio quædam reiicitur. ibid.n.12
Pactum nullum ſubſtantiam contractus euertere non poteſt. ibid.
Pactum, vt intra certum tempus redimere liceat, poſteà non liceat, non perimit cenſum. ibid.n.13
Virginij de Boccat dictum quoddam notatur. ibid.n.14
Feliciani diſtinctio quædam nobis inutilis. ibid.n.15
Pactum, vt niſi poſt biennium, vel aliud tempus redimere liceat, eſſe contra ſubſtantiam cenſus multi exiſtimant.ibid. num.16
Sed contraria ſententia verior, & qui eam ſequuntur. ibid. num.17
Pactum eſt pars rei, vel pretij ſi validum ſit.ibid.n.20. p.374
Antonij Merendæ obiectio refellitur. ibid.
Didaci & Roderici, & aliorum quorundam doctrina notatur. ibid.n.22
Pactum, vt cenſum maiori pretio redimatur, non vitiat cenſum, licet ſit illicitum. ibid.n.23
Pactum, vt eadem ſpecie monetæ cenſus redimi debeat, non eſt prohibitum. ibid.n.24
Pactum, vt non niſi integro reſtituto pretio cenſus redimatur, receptum eſt.ibid.n.41. p.378
Pactum, vt non niſi integer cenſus redimi poſſit, conſtitutione Pij V. non prohibetur. ibid.n.42
Pactum, vt pretium cenſus repeti poſſit, eſt illicitum.q.68.n.1 p.379
Pactum in contractu cenſus, vt emptor pretium repetere poſſit, cum voluerit, eſt contra ſubſtantiam contractus. ibid.n.2
Pactum, vt pretium repetere liceat, cenſum in mutuum transfert. ibid.n.3
Pactum, vt pretium repeti poſſit, non tollit naturam emptionis. ibid.n.4
Pactum, vt emptor poſſit pretium repetere, & à contractu diſcedere emptionibus aliarum rerum addi poteſt. ibidem num.5.
Pactum, vt pretium repeti poſſit, contractum cenſus non vitiat,ſed viciatur.ibid.n.8 p.380
Pactum, vt ſi ſua die debitor penſionem non ſoluat, pretium repeti poſſit, an ſit licitum, valde controuerſum. ibid. numer.11
Pactum, vt non ſoluta ſuo tempore penſione ſortem repetere liceat, eſt illicitum. ibid.n.13
Pactum, vt ob moram in ſoluendo penſione factam pretium repetere liceat, conſtitutione Pij V. prohibitum eſt.ibid.n.14 & n.40. p.384
Pactum, vt non ſoluta ad diem penſione dominus cenſus pretium repetere poſſit, vitiatur, & non vitiat cenſum.ibid. num.15. p.380
Pactum, vt liceat venditori cenſum redimere intra aliquod tempus, & eo elapſo liceat emptori pretium repetere, vitiatur, & non vitiat. ibid.n.16
Pizarri & Feliciani ratio quædam reiicitur.ibid.n.17 p.381
Pactum, vt penſione non ſoluta res pro ſorte, & reditibus vendi poſſit, eſt illicitum. ibid.n.18
Friderici Martini contraria ſententia notatur. ibid.n.19
Pactum, vt ſi res ſit aliena, vel aliis creditoribus obnoxia, pretium repetere liceat, valeat. ibid.n.21
Pactum, vt in caſum alienationis pretium repetere liceat, eſt prohibitum.ibid.n.28. p.382
Auctoritates allatæ à Duardo non iuuant eius ſententiam. ibid.n.29.
Pacta poſteriora prioribus derogant. ibid.n.31
Pacta à Pio V. prohibita non confirmantur iuramento. ibid. num.34.& 35 p.383
Et præſertim ſi addita ſit proteſtatio. ibid.
Cencij hac de re ſententia expenditur. ibid.n.36
Pactum de ſoluendis vſuris iuramento non confirmatur. ibid. num.37 p.384
Pactis illicitis in contractu cenſus abſtinendum. ibid. numer.42.
Pactum legis commiſſoriæ non malè dicitur, q.69. numer.6 p.385
Pactum, vt creditor totum habeat, quod ex pignore redegerit, ſi plus ſit in pignore, valet ex Cuiacio. ibid. n.37 p.388
Pactum valet, vt ſi creditor minus ex pignore redigat, reſiduum non poſſit petere. ibid.n.39
Pactum legis commiſſoriæ an valeat, cùm ex interuallo adiicitur.q.70.n.1. p.390
Recenſentur auctores, qui putant valere ad excipiendum. ibid.
Auctores contrariæ ſententiæ, & eorum argumenta. ibid. num.2
Pactum commiſſorium an valeat de re non oppoſita pignori. q.70.n.6. p.391
Pactum, vt ſi pecunia ſua die non ſoluatur, pignus detur in ſolutum pro debito an valeat.ibid.n.16. p.392
Qui putant validum eſſe. ibid.
Referuntur qui contra ſentiunt, & argumenta huius ſententiæ. ibid.n.17
Pactum legis commiſſoriæ iuratum an valeat.ibid.n.25. p.393
Sententia verior non valere. ibid.n.26
Pactum legis commiſſoriæ an fauore fideiuſſoris ſit licitum. ibid. n.39. p.395
Antonij Fabri ſententia. ibid.n.40
Auctores qui putant nec fauore fideiuſſoris hoc pactum ſuſtineri. ibid.n.41
Pactum vulgare pignorum.ibid.n.51. p.396
Pactum, vt res ſit empta iuſto pretio tunc æſtimanda, valet, quando ſit ad tutiorem exactionem debiti, q.70. n.52 ibid.
Quod tamen auctori ſuſpectum eſt. ibid.
Pactum commiſſorium ex quibuſdam ſuſtinetur, ſi pignus non ſit maioris valoris quàm pecunia. ibid.n.55
Didaci hac de re ſententia, ſed cum cautione. ibid.n.56

Pactum

Pactum commiſſorium inualidum, etiamſi pignus non ſit maioris pretij. ibid.n.57
Pactum legis commiſſoriæ an valeat fauore dotis, ibid. n.64 p.397
Argumenta eorum, qui putant valere. ibid.
Pactum legis commiſſoriæ, qui putant nec fauore dotis recipiendum, & eorum argumenta. ibid.n.66
Pactum legis commiſſoriæ non eſt prohibitum, quando eſt extremum legitimæ conuentionis. ibid. n.80. p.399
Pactum pignoris commiſſorium valet in venditionibus ex ſententia Roderici. ibid.n.82
Pactum legis commiſſoriæ eſt illicitum, quamuis non ſit actum, vt fructus interim ſint creditoris. ibid.n.90
Pactum legis commiſſoriæ an valeat in pœnam debitoris ex Nauarro, quod auctori non placet. ibid.n.91. p.400
Pactum de ſucceſſiuo intereſſe præſtando nihil differt à ſtipulatione vſurarum. q 72.n.4. p.405
Pactum de certo lucro veriſimili ſuſtinetur, dummodo poſtea probetur. q.72.n.8. p.406
Pactum de vſuris præſtandis non repugnat mutui ſubſtantiæ. q.73.n.8. p.411
Pactum idem operatur quod mora. q.74.n.22. p.415
Pactum tacitum idem operatur, quod expreſſum. q.75. num.6 p.421
Pactum vt ſtetur iuramento creditoris de eo quod intereſt, valeat. q.76.n.1. p.428
Item vt ſtetur nudæ, & ſimplici aſſertioni eius. ibid.n.2
Quod periculoſum eſſe videtur. ibid.
Pactum, vt ſtetur iuramento creditoris circa id quod intereſt, perſonale eſt, nec egreditur perſonam creditoris. q.76. n.7 ibid.
Neque in donatarium, & ceſſionarium transfertur. ibid.n.8
Pactum, vt ſtetur iuramento creditoris, non valet, ſi is vſuras exercere conſueuerit. q.76.n.9. ibid.
Pacta omnia à libellario contractu reiicienda, quæ prohibentur in cenſibus. q.89.n.5. p.497
Pactio commiſſoria valet rei iuſto pretio æſtimandæ. p.70.n.49 p.396
Vel ſi ſimpliciter ſit actum, vt res ſit empta. ibid.n.50
Refertur aliorum contraria ſententia. ibid.n.51
Pactum redimendi, ſeu affrancandi præſumptionem facit fœnoris. q.89.n.18. p.498
Vt etiam eiuſdem rei eodem tempore venditio, & retentio. ibid.
Pactum, vt fructus cedant in id omne quod intereſt, valet, etiamſi minus ſit in fructibus quàm intereſſit. q 98.n.51.p.583
Pactio, vt non liceat niſi poſt tempus redimere, cum læſione vltra dimidium ſufficit, vt contractus pro fœneratitio habeatur. q.9.n.18 p.42
Pactio, vt non niſi poſt certum tempus redimere liceat, maiorem auaritiam arguit. ibid.n.19
Pactum retrouendendi rationem emptionis non tollit. in app. q.43.n.4. p.243
Pactum vt liceat venditori cenſus illum quandocunque redimere, emptioni illius non repugnat. ibid.n.22. p.245
Pactum retrouendendi, & lex commiſſoria differunt. ibid.n.27 p.246.
Pactum, vt liceat à ſe ipſo cambia accipere, an valeat. q.75.n.41 p.426.
Pactum accipiendi cambio ab alio licitum eſt. q.89.n 53.p.505
Pactum accipiendi cambio à ſeipſo fauore creditoris non valet. q.88.n.54. ibid.
Parentes filios pignori dare prohibentur. q.5.n.7. p.24
Pater vt tenetur dotare filiam, ita & illam alere. q.28. num.45 p.161
Pater tenetur alere filiam, & nepotes ex filia, cum dotem habet. p.30.n.26. p.172
Patrimonij reditus legari poteſt, q.58.n.39. p.321
Cencij argumenta refelluntur. ibid.n.40
Pauli Caſtrenſis cautela à Card. Tuſco reprehenſa. q. 100.n.39. p.597
Pauli Comitoli aduerſus recentia cambia acris ſententia. q.26 num.5. p.130

P E

Pecunia fœneratoris fluctus maris, q.2 n 2 p.7
Pecuniæ non eſt vſus, ſed abuſus, q.3.n.18 p.15
Pecunia res ſterilis, q.6.n.9 p.34
Pecuniæ non eſt propriè vſusfructus, q.6.num.20 p.26
Pecuniæ verbum continet quicquid æſtimatur nummis, q.16.n.2 p.68
Pecunia in cenſibus pecuniam non parit, vt in fœnore, q.43.in app.n.3 p.242
Pecunia licitè dari poteſt negotiatori ea lege, vt ſi quid vltra ſex, vel ſeptem lucratus fuerit, id ſibi habeat, q. 16. n.9 p.69
Pecuniæ periculum in ſpecie *l. Titius. de praeſcr. verb.* eſt creditoris. ibid.n.12
Pecuniam dari, vt tantundem vini, vel frumenti ſoluatur, non eſt illicitum, q.16.n.19 p.70
Etiamſi dictum ſit pecuniam mutuam dari. ibid n.20
Pecunia licitè poteſt dari colonis ſoluenda in tot operis tempore meſſis. ibid.n.22
Pecuniæ forma & ſubſtantia in quo conſiſtat, quæſt.17.num.14 p.76.
Pecunia cùm creditur, non magis ſpectatur eius valor, quam cùm frumentum vel vinum, q.17.n.19 p.77
Pecunia non ſemper in contractibus interuenit vt pretium, ſed plerumque vt res, & corpus quoddam, q.17.n.20 ibid.
Pecunia res corporalis, & corpus habet. ibid.
Pecuniæ duplex valor actiuus, & paſſiuus, q.17.n.21 ibid.
Molinæi ratio refellitur. ibid.n.22 p.78
Refelluntur quoque argumenta Molinæ Theologi. ibid.n.23
Pecuniam ciuitatum, vel fiſci non licet hodie fœnori dare, q.22 n.27 p.101
Pecunia pro pecunia permutari poteſt. q.25.num.3 p.121
Pecunia res, & corpus quoddam, q.25.n.8 ibid.
Pecunia vendi, & permutari poteſt ibid.
Pecunia mercibus æſtimari non poteſt. ibid.num.9
Pecunia præſens cum abſente poteſt permutari. q.25.n.16 p.122
Pecuniæ non minus quàm aliæ res permutari poſſunt. ibid.n.19
Pecunia mercis rationem habere poteſt, q.25.n.37 p.124
Pecuniæ copia an ſit iuſta cauſa, vt plus exigere liceat, q. 26 n.59 p.140
Eminentiſ. Card de Lugo locus expenditur. ibid.n.60
Pecuniæ imaginariæ copia an ſit iuſtus titulus plus exigendi, q. 26.n.61 p.141
Pecunia ſi datur mercatori eo pacto, vt decem annua ſoluat, vſura eſt, licèt recipiens periculum pecuniæ non ſuſcipiat, q.31.n.17 p.179
Pecunia depoſita eâ lege, vt mercator ea vti poſſit mutua intelligitur. ibid.n.25 p.180
Pecunia mutua dari poteſt, ita vt lucri, & damni communis ſit diuiſio, q.31.n.27 ibid.
Pecuniæ periculum in ſocietatem collatæ eius eſt, qui eam contulit. ibid.n.39 p.181
Pecunia in ſocietatem illata primo loco extrahi debet, q.31. num.31 ibid.
Si tamen inter res ſocietatis pecunia extat ibid.n.32
Pecunia in ſocietate amittitur, cùm merces ex ea emptæ pereunt q.31.n.48 p.183
qui Pecunias deponunt ſub vſuris ab aliis creditoribus non ſeparantur, q.32.n.16 p.186
Pecuniam parere pecuniam ex ſolo tempore iniuſtum eſt, q.33 n.30 p.191
Pecuniam non ſemper loco pretij in contractibus adhibetur, q. 34.n.12 p.193
Pecunia vice mercis ſæpe fungitur. ibid.n.13
Pecunia locari poteſt, vt commodari. ibid.
Pecuniæ otioſæ vſuræ non præſtantur, etiam in iudiciis bonæ fidei, q.35.n.3. p.195
Pecunia non eſt inuenta, vt fœneretur. ibid.num.6
Pecuniæ abſentis, & præſentis idem valor, quæſt.39.num. 17 p.211
Pecuniæ publicæ fœnori dari non poſſunt, & huius rei pœna, q.39.n.47 p.214

Pecunis licèt negotiationi expoſita, non eſt fructifera, q.41. num.37 p.231
Pecuniæ vel fundi indebitè ſoluti differentia,q 41.n.47 p.234
Pecunia eo pacto tradita, vt ex ea ſuo die non ſoluta cenſus fiat,an cenſus valear,q.60.n.23 p.340
Quid ſi dolo venditoris factum eſt,ne integrum pretium numerstum ſit. ibid.
Pecunia ſi ita datur, vt ex licita cauſa recipiatur, eius dominium acquiritur,q 63.n.25 p.356
Pecunia facilè fluit,q.74.n.30 p.416
Pecuniæ vſus commodum habet æſtimabile pretio, q.78.n.2 p.439
Pecuniam ad vſuras trientes mutuare licere conſtituit Leo Cæſar,q.78.n.6 p.440
Pecunæ priuatio per aliquod tempus non eſt pretio æſtimabilis, ſi nihil intereſt. ibid n.13
Pecuniam ex contractu nullo retinens poſt interpellationem tenetur ad id quod intereſt,q.80.n.21 p.451
Pecunia fœneratoris ſolo capite interficit,q.86.n.20 p.484
Pecunia aliena ſi immiſceatur, vt diſcerni non poſſit, fit accipientis.q.95.n.6 p.554
Pecunia vel aliis rebus conſumptis, quæ functionem recipiunt vſurarius tantundem reddere tenetur,q.95.n.7. p.555
Pecuniæ ex locatione merces aliqua iuſtè percipitur,q.98.n 30 p.578
Pecuniam credens quando poſſit onus vſurarum in alium transferre,q.75.n.35 p 425
Penſiones plurium annorum poſſunt in futurum adiudicari,q 21 num.35 p.99
Dummodo id creditor poſtulet. ibid.n.36
Penſio ſi excedat fructus illicita,q.27.n.45 p.152
Penſio rei fructus modicè excedens non eſt illicita. ibid.n.49
Penſio mulieri relicta loco alimentorum, dum dos non ſoluitur, non minuit dotem,q.30 n.58 p.176
Penſiones pro fructibus habentur,q.50.n.10 p.274
Penſiones ſolutæ poſtquam res facta eſt infructuoſa, repetuntur,q.57.n.3 p.308
Penſionis ſuper beneficio,& reditus annui differentia,ibid.n.19 p.310
Penſiones præteriti temporis in pretium alterius cenſus vertere, conſtitutione Pij V prohibitum, q 61.n.25 p.345
Penſio ſi ex pacto ſtatim exigitur,cenſus perimitur, q 63.n.15 p.348
Ioan.Baptiſtæ Blancardi Senatoris conſultatio. ibid.
Penſionis exactio initio contractus ex pacto, deſtruit formam cenſus,q.63.n.21 p.349
Penſiones rei locatæ non ſunt acceſſiones,q.86.n.35 p.485
Penſionum poſt petitam hæreditatem perceptarum vſuræ non debentur. ibid.n.33
Penſionis rei locatæ poſt moram debentur vſuræ, q.88. num.2 p.491
Penſiones reditus annui inter mobilia cenſentur, q.88.num.18 p.493
Penſionis emphyteuticæ intereſſe non debetur,q.89.n.26.p.499
Periculum in eum reiici pacto poteſt, qui ex natura contractus illud ſuſcipere non tenetur,q.5.n.6 p.24
Periculum rei mutuo datæ eſt debitoris,q.6.n.4 p.26
Periculum pecuniæ creditæ eſt debitoris,q.17.n.42 p.79
Periculum non tulit rationem vſuræ,q.24.n.17 p.107
Auctoris ſententia totum fœnus eſſe, & reſtituendum, ibid. num.18
Periculi ſuſceptio recipit æſtimationem,q.23.n.25 p.108
Periculum ex fideiuſſione imminere præſumitur, q.23.num 38 p.109
Periculum amittendi pretij an ſit iuſta cauſa vt augeri poſſit, q.24.n.16 p.116
Periculi ſuſceptio cum ſocio non eſt prohibita pro certo pretio,q.31.n.24 p.179
Periculi ſuſceptio non excludit rationem vſuræ. ibid.n.18
Periculum ad emptorem pertinere, non eſt de ſubſtantia emptionis,q.48.n.29 p 266
Periculum fructuum ex natura contractus ad venditorem cenſus pertinet,q 64 n.16 p.359
Periculum cenſus ad emptorem pertinet,q.80.n.34 p.453
Periculum nominis poſt ceſſionem ad ceſſionarium pertinet, ibid.n.40
Permutatio ſpecierum præſentium nihil habet fœnoris, q.14. num.42. p.119
Permutatio vicina eſt emptioni.ibid & q.43.n.22. p.239
Permutatio vſuraria eſt, cum in ea lucrum captatur ex dilatione temporis,q.24.n 45 p.119.
Permutationes, & emptiones fructuum pendentium in ciuitatibus prohibendæ. ibid.n.46
Permutationis nomen omnes contractus continet. q.25. n.1. p.121
Permutatio propriè eſt, in qua res pro rebus dantur, commutantur. ibid.n.2
Permutatio illicita, quæ lege commiſſoria extorquetur, q.70 num.89 p.399
Perſuadens fœneratori, vt grauioribus vſuris fœneret ad id tantum tenetur, quod amplius extortum eſt, q.94.num.64. p.550
Petitio hæreditatis eſt actio bonæ fidei.q.35.n.1. p.194
Petitionis hæreditatis in iudicio veniunt vſuræ poſt moram ex iure ciuili. ibid.n.2
In petitione hæreditatis poſt moram veniunt vſuræ cuiuſcunque pecuniæ q.35.n.19 p.196
Quod tamen iure canonico abrogatum eſt. ibid.
Petitio reſidui arguit nihil amplius deberi.q 93.n.42. p.538
Niſi probetur contrarium. ibid.n.43
Petrarchæ locus aduerſus fœneratores.q.100 n.74. p.602
Petri Heigij argumenta pro vſuris quincuncibus, q.3. num.14. p.14
Petri Gregorij vſurarum diuiſio expenditur,q.4.n.35 p.22
Petri Follerij ſententia de cenſu ſuper Iuriſdictione collocando. q.46.n.24 p.256

P H

Philippus VI. Galliarum Rex campſores exteros regno expulit,q.100.n.72 p.602
Philippus ſecundus Hiſpaniarum Rex cenſus ad vitam duorum, vel plurium prohibuit,q.49.n.14 p.271
Philippus Emanuel de Chabandis Eques Hieroſolymitanus domum Turcicum reſtituit .q.50.n.53 p.277

P I

Pignoratitia actioni nullo tempore præſcribitur. q.12. num.9. p.53
Pignus & fœnus ſub nomine emptionis ex coniecturis interdum deprehenditur,q.8.n.33 p.38
Pignus ſi non ſufficiat, competit creditori actio pro reſiduo. q.12.n.6. p.53
Pignus fiduciarium transferebat dominium.q 12.n.7 ibid.
Pignoris natura eſt, vt fructus imputentur ſorti. q.12.num.10 ibid.
Pignoris prætorij natura eſt, vt fructus extenuent ſortem.q.13 num.2 p.55
Pignore pluris vendito debitor reſiduum petere poteſt, & poſt moram id quod intereſt. ibid.n.5
Pignus velut quoddam depoſitum. ibid.n.7
Pignus rei propriæ non conſiſtit.q.14.n.10. p.60
Pignoris cauſa,eſt indiuidua.q.27.n.55 p.153
Pignora creditori addici debent iuſto pretio. q.40.n.42 p.221
Pignoris iudicialis venditio publicè, & ſub haſta fieri debet. q.40.n.45. ibid.
Pignoris venditio in frequentibus locis ciuitatis proponi debet. ibid.n.46
Pignora addicuntur ei, qui plus obtulit admiſſo etiam creditore, vt extraneus quilibet. ibid.n.47
Pignorum addictio fit præſenti pecunia: ibid.
Pignora, ſi emptorem non inueniant, dimittuntur creditori iuſto pretio. ibid.n.50
Pignora addicuntur creditori, cùm nemo eſt, qui iuſtum offerat pretium.ibid.n.51 p.212

Digitized by Google

Pignora ſi non ſufficiunt, creditor reſiduum petit : ſi excedunt, quod ſupereſt, manet debitoris, q.40.n.53 ibid.
Pignora cum fructibus reſtitui debent oblatâ debiti quantitate, quando executio in forma deficit, q.40.n.67 p.223
Pignus ſuper re aliena conſtitui non poteſt inuito dominô, q.54.n.3 p.291
Pignus retrotrahitur ad tempus obligationis : cenſus non item, & quare, q.54.n.46 p.296
Pignus eiuſdem rei, & venditio eodem tempore contrahi non poteſt, q.69.n.18 p.286
Pignus, & venditio conditionalis ſimul contrahi poſſunt eiuſdem rei. ibid.n.19
Pignus prætoriū conſtituitur præcedente mora, & contumacia debitoris, q.79.n.23 p.387
Pignus fructus non minuunt ſortem pro ea quantitate, quæ aliunde debetur, q.98.n.28 p.578
Pignoris fructus non minuunt ſortē, quando conuenit, vt percipiantur pro eo quod intereſt, q.98.n.45 p.582
Pignoris prætorij fructus cedunt primùm in id quod intereſt, ibid.n.48
Neguzant. & Cardin. Mantic. declaratur. ibid.n.49
Piſcatio in littoribus Italiæ incertior. q.74.n.49 p.418
Piſces piſcinis includuntur, vt ſeruentur, non vt creſcant, q.45 num.36 p.253
Piſces veniunt vendito fundo, qui ſunt in lacubus, q.45.n.37 ibid.
Piſcium & auium captus, quaſi alea, q.74.n.48 p.418
Pius V. damnat cambia, in quibus pro ratione temporis lucrum capitur. q.25. n.48 p.418
Pius V. Diui nomen meretur, & eius elogia, q.43.n.49 p.142
Pius V. formam venditionibus redituum præſcripſit, q.43.n 50 ibid.
à Pio V. forma cenſibus præſcripta, in quo conſiſtat, q.43.n.51 ibid.
Pius V. cenſus perſonales prohibuit, q.43.in appen.n.31 p.246
Pij V. intentio præcipuè fuit cenſus perſonales excludere, q.47 num.40 p.260
Pij V. conſtitutione non eſt prohibitum addere cautiones ad tutiorem exactionem cenſus, q.48.n.38 p.267
Pij V. conſtitutio cenſus reales vitalitios non prohibet, q.49. num.5 p.269
Pius V. cenſibus perpetuis redimibilibus formam præſcripſit, non temporariis, q.49.n.27 p.271
Pius V. generaliter prohibuit cenſus, qui ſub alia forma in futurum crearentur, q.49.n.29 ibid.
Pius V. conſtituit, vt non niſi ſuper re fructifera cenſus creari poſſet, q.50.n.4 p.274
Pij V. conſtitutio ex ſubiecta materia recipit interpretationem iuris, q.57.n.26 p.311
Pius V. conſtituit, ne ex debito antecedenti fieret cenſus, ne tam facilis eſſet eius conſtitutio, q.60.n.21 p.339
Pij V. conſtitutio in foro interno ſeruanda. ibid.n.22
Pij V. conſtitutio de cenſibus ex bono, & æquo recipit interpretationem, q.60.n.31 p.341
Pij V. conſtitutio ceſſat, quod attinet ad numerationem pretij in cenſibus, qui ex cauſa dotis conſtituuntur, q.60.n.33 ibid.
Pij V. conſtitutio ceſſat in caſu dotis conſtituendæ, q 60.n.34 ibid.
Pius V. multa pacta contractui cenſus addi prohibuit, q.62.n.3 p.347
Pij V. mens fuit, vt reiectis pactis ab eo prohibitis, contractus cenſus conſiſteret, ibid.n.27 p.349
Pius V. quædam conſtituit fauore emptoris, cui renunciare poteſt, q.62.n.28 ibid.
Pij V. mens vt debitor cenſus quantum fieri poteſt ab oneribus eſſet immunis, q.66.n.1. p.368
Pius V. de redemptione cenſus per partes, nihil conſtituit. q.67.n.39. p.377
Pius V. non irritat contractum cenſus, in quo actum eſt, vt pretium repeti poſſit, ſed conuentionem tantum, q.68.n.9 p.380
Stephani Gratiani doctrina quædam expenditur. ibid.n.10
Pij V. conſtitutio, quæ vetat in cambiis de certa lucri quantitate paciſci, ad mutui dationes non pertinet, q.71.num.22 p.393
Pius V. cur prohibuerit, ne ex cenſibus præteritis cenſus creari poſſit, q.88.n.7 p.491
Pius V. prohibuit, ne ex reditibus intereſſe lucri ceſſantis exigeretur, & quare, ibid.n.12 p.492
Feliciani interpretatio ad Bullam Pij V. ibid.n.11
Feliciani interpretatio verbis Bullæ Pij V. repugnat. ibid. num.13
Pij V. conſtitutio de cenſibus, non prohibet exactionem expenſarum, ibid.n.35 p.495
Pius V. anatocismum in cenſibus cur prohibuit, q.89. num.60 p.508
Piratæ hoſtes publici, q.95.n.45 p.558

P L

Plantæ, & ædificia ſolo cedunt, q.13.n.16.& 23 p.56
Platonis præceptum, vt qui Reipub. præſunt totum illius corpus curent, q.64.n.21 p.360
Plus petens per errorém non amittit creditum, q.10 n.17 p.46
Plus petens quando ius crediti amittat, q 73.n.4 p.413
Plus petit, qui ante diem petit, q.78.n.1 p.439

P O E

Pœna non eſt vſura. q.1.n.34 p.5
Pœna adiecta quantitati valde ſuſpecta. ibid.
Pœna poteſt adiici mutuo ex Theologorum ſententia, q.18. num.15 p.82
Pœna, & id quod intereſt differunt, q.18.n.16 ibid.
Pœna quæ ob tempus tardæ ſolutionis creſcit, vera vſura eſt, q.21.n.24 97
Pœnarum vſuræ non debentur, q.22.n.19.p.101.q 86.num.13 p.429
Pœna ſemel depenſa non repetitur, q.38.n.2 p.205
Pœna committitur, etiamſi nihil interſit actoris, q 38.num.3 ibid.
Pœnæ perſecutio, eſt extra rem. ibid.
Pœna etiam mutuo addita, Theologis probata, q.38.n.4 ibid.
Sed multis cautionibus interuenientibus. ibid.n.5
Pœna adiecta quantitati non valet, niſi quatenus interſit. ibid num.6
Pœna ob non ſolutam ſua die pecuniam, olim ſtipulari non licuit vltra legitimum modum vſurarum, q.38.n.7. ibid.
Pœna adiecta facto, vel dationi certæ ſpeciei valet, & à Iuriſperitis recepta. ibid.n.8
Pœna adiecta quantitati, ſi in dies augeatur, multo magis ſuſpecta cenſetur, q.38.n.9 ibid.
Pœna perfidiæ valet. ibid. n.11
Pœna adiecta quantitati iiſdem finibus concluſa, quibus olim vſura, q.38.n.12 ibid.
Pœna in foro non recipitur, niſi quatenus creditoris intereſt, q.38.n.14 p.207
Pœna citra ſtipulationem, an peti poſſit ibid.n.17
Pœna ex pacto peti poteſt, ex communi ſententia. ibid.
Pœna ſi minor ſit, quam id quod intereſt, creditor poteſt petere quod pluris intereſt, q.38.n.17 ibid.
Pœna, & intereſſe concurrere debent. ibid.
Pœna adiecta quantitati ex circumſtantiis interdū admittenda, ibid.n.19.
Pœnarum modus variè conſtitutus, q.38.num.19 ibid.
Pœnis in conſtituendis, iudicis arbitrium plurimum dominatur. ibid.
Pœna an ſit addita in fraudem vſurarum, iudicis arbitrio commiſſum eſt, q.38.n.21 ibid.
Pœna quæ in fraudem vſurarum adiecta eſt, ſi exigatur minuit ſortem. ibid.n.22 p.208
Pœna, ſpecies vſuræ. ibid.
Pœna immodica, quatenus excedit corrigenda, q.66.n.15.p.370
Pœna adiectio ſiue leuis ſiue nimia ſit in cenſibus prohibita q.66.n.16. ibid.

Pœna eſt, quicquid eſt ſupra rem debitam ibid.n.20
Pœnæ eſt, quicquid eſt extra rei proſecutionem, q.66.n.27.p.372
Pœnæ non ſolent repeti, q.88.n.37 p.495
Ludouici Cencij exceptio quædam reiicitur. ibid.n.38
Pœnæ quæ fungitur vice ſortis, vſuræ accedere poſſunt, q. 89 n.38 p.500
Pœna adiecta pro eo quod intereſt, non committitur, niſi quatenus intereſt, q.90.n.38 p.515
Pœnæ amplius peti non poſſunt principali negotio tranſacto, vel finito, q.91.n.6 p.523
Pœnæ tam iudiciales, quàm conuentionales tranſacto negotio principali non exiguntur, niſi contrarium actum ſit. q.91.n.7 ibid.
Pœna non intelligitur remiſſa, ſi creditor ſine præiudicio rem recipiat, ibid.n.42 p.527
Pœnæ adiectæ quantitati non admittendæ, niſi interſit, q. 98 n.15 p.576
Pœna eſt priuari ſepultura, q.100.n.35 p.596
Pœna nullitatis teſtamenti, vel priuationis Chriſtianæ ſepulturæ non infligitur vſurariis, qui vſuras nondum exegerunt q.100.n.65. p.601
Pœnalis ſtipulationis non debentur vſuræ, q.89.n.36 p.500
Et præſertim ſi pœna addita ſit quantitati, ibid.n.37
Pœnalis ſtipulatio, quæ quaſi nouat obligationem, vſuras recipere poteſt, q 89.n.39 ibid,

P O

Polydorus Priami filius à Rege Polymneſtore ſcelere interemptus, & quare, q.49.n.38 p.272
Pomponius Atticus Athenienſibus pecuniam mutuam dedit ſine vſuris, q 22.n.23 p.101
Pontifices Romani Diui nomine decorandi, q.43.n.46 p.241
de Pontifice Romano elogia Patrum excerpta ab Antonio Fabio Præſide Sabaudiæ, ibid.num.47
De ſummo Pontifice Romano elogia Patrum ab auctore collecta, q 43.n.48 p.242
Pontificis lex de his lata, in quibus verſatur animæ periculum, vbique ſeruanda eſt, q.44 n.2 p.247
Pontificiæ leges non ideo minus ligant, quòd à populo receptæ non ſint, ibid.n 3
Pontifices in extrau. *de empt. & vendit.* cenſus probarunt, qui iuſto pretio conſtituti fuerant, q 43.in app.n.15.& 19 p.244
Pontifices cenſus reales, & redimibiles dumtaxat comprobarunt, ibid.n.31 p.246
Portitores qui. q.100.n.73 p.602
Portitor quidam gratis Platonem trans flumen traiecit. ibid.
Portubus, & litori maris cenſus validè imponitur, q.45.n.30.p.253
Poſitionibus criminoſis nemo reſpondere cogitur, q. 93. n. 65 p.540
Poſſeſſione interuerſa rei cenſui ſuppoſitæ, competit remedium *l. vlt. C. de acquir. poſſeſſ.* q 49.n.15 p.269
Cui non niſi triginta annis præſcribitur. ibid.
Poſſeſſio creditoris prodeſt debitori ad præſcriptionem, q. 94 n.3 p.542
Poſſeſſor hæreditatis eius pecuniæ, quam non attigit, vſuras non præſtat, q.55.n.3 p.195
Poſſeſſor malæ fidei, ſi nauim non locet, tenetur ad vecturas nauis. ibid.n.4
Poſſeſſor malæ fidei non tenetur vſuras præſtare hæredi, ſed eis, quibus extorſit, ibid.n.9
Poſſeſſor hæreditatis non reſtituit lucrum, quod ex pecunia hæreditatis fecit, q.35.n.12 p.196
Poſſeſſor hæreditatis reſtituit omne lucrum, quod ex corporibus hæreditatis percepit. ibid.num.13
Poſſeſſor hæreditatis, qui malè rem fructiferam diſtraxit, tenetur ad vſuras pretij pro modo, & ratione fructuum, q.55 n.20
Poſſeſſor hæreditatis, qui pecuniam in ſuos vſus conuertit, tenetur poſt moram ad id quod intereſt, q 35.n.22 ibid.
Poſſeſſor hæreditatis petitio, eſt actio bonæ fidei, q. 35. n.25 p.197
Et in eo iuratur in litem. ibid.
Poſſeſſor fundi cenſualis, poteſt cogi, vt rem colat. q. 57. n.15 p.310
Poſſeſſores rerum cenſualium in ſolidum poſſunt conueniri, quatenus ex fructibus rei percipi poteſt. q.57.n.32 p.312
Niſi agatur hypothecariâ, aut Saluiano interdicto. ibid. n.33
Poſſeſſor in ſolidum conueniri poteſt pro penſionibus ex die poſſeſſionis decurſis, non pro præteritis. q.57.n.34 ibid.
Poſſeſſor etiam pro præteritis conuenitur, ſi hypothecariâ aut Saluiano agatur. ibid.
Poſſeſſor rei cenſualis abdicans à ſe poſſeſſionem, ab onere cenſus liberatur. q.57.n.36 p.313
Quamuis reditum ſimpliciter ſoluere promiſerit, ibid.n. 37
Poſſeſſor dimittens rem à penſionibus præteritis non liberatur. q.57.n.38 ibid.
Poſſeſſores non niſi pro rata conueniuntur, vbi id conſuetudine receptum eſt ibid.n.41
Poſſeſſor in re onere affectâ, vt bonus paterfamilias verſari debet, q.58.n.61 p.325
Poſſeſſor pro cenſibus nulla facta excuſſione poteſt conueniri, q.65.n.31. p.425
Poſſeſſor rei cenſualis recognoſcere tenetur. ibid.n.32
Poſſeſſori fundi cenſualis liberũ eſſe debet eum dimittere, q.65 n.33. ibid.
Poſſeſſores improbiſſimi deducunt ſumptus aduerſus Ioan. Garziam, q.95.n.20 p.556
Poſſeſſor deducit æſtimationem proprij laboris, quem in colendo agro fecit. ibid.n.29 p.557
Etiamſi ſit prædo. ibid.n.30
Poſſeſſor rei alienæ non poteſt eam deducere in peiorem ſtatum ſui commodi causâ, q.95.num.63 p.561
Poſſidentis, & eius, qui dolo deſiit poſſidere, par conditio, q. 36.n.19 p.200

P R

Praxis Hiſpaniæ quam Felicianus refert, & probat, q. 40. n.64 p.223
Præda in bello iuſto, eſt victoria & capientis, q.98.n.19 p.576
Prædones deducunt ſumptus, qui gratia colligendorum fructuum fiunt, q.95.n.18 p.556
Prædo tenetur agrum colere ibid.n.25
Prædo ſua poſſeſſione deiectus reſtituendus eſt, q.95.n.67.p.561
Prædo reſtituitur aduerſus eum, qui deiecit, non autem aduerſus dominum. ibid.n.68
Prædia idonea fuiſſe venalia non præſumuntur, q.20.n.19. p 92
Prędia ruſtica locari poſſunt pro mercede certa, q.63.n.4. p.357
Præfatio diſpoſitionem declarat, & reſtringit, q.72.n.43. p 395
Prælationis ius, quod domino cenſus competit ex bulla Pij V. non habet locum in cenſibus nullis, & vſurariis, q. 56. n. 35 p.307
Præſcriptio domino non nocet, quin res libera ad eum reuertatur, q.53.n.11 p.289
Præſcriptio longi temporis, fideicommiſſario non nocet, q.54 n.6 p.292
Præſcriptio longiſſimi temporis poſt impletam conditionem, fideicommiſſarium excludit. ibid.n.7
Præſcriptio aduerſus fideicommiſſarium non currit pendente conditione. q.54.n.8 ibid.
Præſens, & tacens in præiudicialibus quando conſentire dicatur, q.54.n.40 p.296
Præſens, & doloſè tacens perinde habetur ac ſi conſenſerit, ibid.n.41
Quod in arbitrio iudicis poſitum eſt ibid.
Præſtationes ex æquitate *l. curabit. C. de act. empt.* differunt ab vſuris, q.90.n.61 p.518
Et ab eo quod intereſt ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, ibid.n.62
Præſumptio grauis vſuræ oritur ex rei retentione, q.9.n.21.p.42
Quamuis venditor rem conducat, & penſionem ſoluat, ibid. n.22
Præſumptio ſolutionis vſurarum, ex receptione ſortis oritur, probationem in contrarium admittit, q.93.n.39 p.538
Præſumptio quæ oritur ex dilatione allegari debet. q. 93. n.47 p.539

Digitized by Google

p.539.
Præſumptio vſuræ ducitur ex perſona proxenetæ, & notarij ibid.n.56. p.539
Præſumptio fœnoris excluditur ex qualitate perſonæ.q.93.n.57 ibid.
Præſumptio ſolutionis vſurarum ceſſat, ſi aliæ in contrarium vrgeant coniecturæ arbitrio iudicis.q.93.n.49 ibid.
Precaria poſſeſſio dominium in emptorem non transfert.q.27 n.16. p.150
Precaria quid ſit.q.52.n.23. p.287
Precario rem poſſidens cenſum imponere non poteſt.q.52.n.24 ibid.
Precariè titulo rem poſſidens, poteſt ſuper illa cenſum conſtituere. ibid.n.25
Precaria voluntate eius, qui conceſſit reuocari non poteſt q.52.n.25. ibid.
Pretia rerum varia.q.8.n 4.p.35.& in app.q.43.n.16. p.244
Pretia rerum nulla lege definiri poſſunt. ibid.
Pretij modicitas non ſufficit, vt contractus dicatur vſurarius q.9.n.9. p.40
Pretij modicitate ceſſante nulla oritur præſumptio fœnoris ex pacto retrouendendi.ibid.n.12. p.41
Pretia mercium, & ſpecierum omnibus fere annis mutantur q.17.n.5. p.75
Pretium in venditionibus vſurariis in mutuum conuertitur q.24.n.5. p.115
Pretia rerum in indiuiſibili non conſiſtunt.ibid.n.8. p.116
Pretium augeri poteſt ratione eius quod intereſt. ibid.n.13
Pretij vſuræ non debentur,ſi res ſit ſteriliis,q.29.n.34 p.160
Pretium in iudiciis vniuerſalibus ſuccedit loco rei.q.35.n.16 p.196.
Pretium in ceſſionibus ratione periculi minui non debet, cùm periculum eſt cedentis.q.39.n.39. p.213
Pretij vſuræ poſt moram debentur, ex iure ciuili.q.42.n.21 p.235.
Pretium in cenſu vitalitio ſtatim amittitur, nec repeti poteſt q.51.n.45. p.283
Pretio etiam viliſſimo res vendi, & emi poſſunt.q.59.n.2 p.326.
Pretium iuſtum reditus annui eſt, quod legibus ſtatutum, vel more regionis, & communi hominum iudicio definitum eſt q.59.n.22. p.328
Pretium lege conſtitutum in puncto conſiſtit, nec illud excedere licet. ibid.n.23
Pretium communi æſtimatione poſitum habet latitudinem, intra quam non violatur iuſtitia. ibid.n.24
Pretium certum definire cenſibus, publicè vtile eſt.q 59.n.26 p.330.
Cencij contraria ſententia refertur. ibid.n.27
Pretia rerum ex variatione locorum, & temporum variantur ibid.
Pretium vnum cenſibus in vniuerſum conſtitui non poteſt q.59.n.28. ibid.
Pretium in ſpecie æſtimata ſolui poteſt de conſenſu partium ibid.n.31. p.331
Pretium cenſus non niſi in pecunia numerata ſolui poteſt ibid.n.32.
Auendanij contraria ſententia reprehenditur. ibid.n.33
Pretium, vt in pecunia præſtetur, eſt de forma contractus cenſus.q.59 n.36. ibid.
Pretium integrum in ipſa conſtitutione cenſus numerari debet q.59.n.44 p.333
Pretium cenſus incontinenti ante, vel poſt numerari ſufficit. ibid.n.49
Feliciani hac pe re ſententia declaratur.ibid.n.50. p.334
Pretium cenſus in ipſo actu conſtitutionis ab ipſo venditore recipi debet.q.59.n 59 ibid.
Pretio ſoluto, & ſtatim ad emptore recepto cenſus non ſubſiſtit,q.61.n.3 p.342
Pretio mutato, noua fit emptio,q.70.num.38 p.395
Pretio frumenti, vini, olei, plerumque mutantur, q. 77. n.6 p.433.
Pretium repetens actione ex empto, repetit etiam id quod ſua intereſt,q.80.n.28 p.452
Quod æſtimatur ratione reditus, qui in ſolutum datus eſt. ibid.n.29
Pretium in contractu cenſus fit venditoris in appen, q. 43. n.2 p.236
Pretium cenſus ab inuito venditore repeti non poteſt, ibid. n.6 p.237
Pretio ſua die, vel loco non ſoluto venit id quod venditoris intereſt,q.83.n.16 p.469
Pretij vſuræ debentur non ex mora, ſed ex æquitate, ibid.n.27 p.471
Pretium integrum cum fructibus deponendum eſt ad ſiſtendum curſum redituum,q.67.n.32 p.276
Cencij doctrina naratur, ibid.n.33
Pretium cenſus etiam ex pacto repeti non poteſt,q. 68.n.1.& ſeq. p.379
Pretij æqualitas attenditur ſecundum valorem rei, qui erat tempore contractus,q.43.in appen.n.19 p.239
Princeps non poteſt condendo legem ſe ab obligatione contractus liberare,q.22.n.24 p.101
Princeps non ſeruans contractum tenetur ad id quod intereſt, q.22.n.25. ibid.
Principes longas manus habent, & oculos multos,q. 59. n. 54 p.335
Princeps poteſt ex cauſa debitoribus inducias concedere ad ſoluendum,q.85.n.1 p.478
Præſertim iis, qui naufragio, vel infortunio alio res ſuas amiſerunt. ibid n.2
Princeps ob publicam vtilitatem poteſt debita remittere, q.85 n.19 p.480
Princeps ſæcularis quatenus poteſt de vſuris, & contractibus vſurariis conſtituere,q.89.n.62. p.508
Principis munificentiam mutui datione prouocans non intelligitur vſurarius,q.98.n.38 p.579
Princeps conſtituere poteſt,vt cauſa vſurarum vni teſti credatur q.93.n.30 p.537
Et quibuſdam in cauſis aliis, ibid.n.31
Princeps non poteſt conſtituere, vt vſurarij manifeſti teſtamentum valeat,q.100.n.49 p.599
Principaliter quod agitur ſpectandum eſt, q.89.n.7 p.497
Priuatio vſus rei depoſitæ quæ in abuſu conſiſtit non eſt per ſe æſtimabilis pretio.q.32.n.29 p.191
Priuilegium muneri conceſſum tandiu durat, quandiu quis in eo ſe exercet.q.29.n.15 p.167
Priuilegiatus quando contra priuilegiatum vtatur priuilegio. q. 82.n.16 p.465
Prius, & poſterius in contractibus non datur.q.43.n. 41.p.241
Probatio eius quod intereſt diffi. illima.q.78.n.4 p.440
Probationes quando inducunt notorium.q.100.n.25. p. 594
Probatio eius quod intereſt, arbitraria.quæſt.75.n.25 p.423
Procurator nihil facere poteſt, vnde dominus pœnam incurrat q.10.n.16. p.46
Procurator an fructus prædij, quod ex propria pecunia emit ſuos faciat.q.33.n.22. p.190
Procurator fructus reſtituere tenetur, vel in ſortem imputare q.33.n.23.24. & 27. p.191
Procurator rectè petit intereſſe pecuniæ, quam pro alio impendit. ibid n.26
Procurator non poteſt retinere fructus, cum nihil eius intereſt q.33.n.27. ibid.
Procurator qui ſuo, & proprio nomine fundum emit fructus ſuos facit.q.33.n.31. ibid.
Procurator licet indebitum exigat, id reſtituit domino, qui ratum habuit.q.35.n.10. p.195
Niſi is, qui indebitum ſoluit veniat, & indebitum petat ibid.n.11.
Procuratori actiones cedi non poſſunt, vt partem habeat.q.39 n.21. p.211
Neque etiam aduocatis. ibid.
Procurator tenetur ad id quod intereſt.q.74.n.27. p.415
Feliciani ratio quædam reprehenditur. ibid.n.28
Rodcrici ſententia quædam reiicitur. ibid.n.29
Procurator non conſtituit in mora, niſi mandatum exhibeat

q.81.n.15. p.456
Procuratores, & negotiorum geſtores tenentur ad id quod intereſt.q.82.n.30. p.458
Procuratorea, & geſtores à tutoribus non ſeparantur. ibid.
Procuratur, qui ſortem cum vſuris exegit ad earum quoque vſuras tenetur.q.87.n.5. p.486
Proculus duo millia ſeruorum ſuorum armauit.q.47.n.6. p.158.
Promiſſio dotis ſine re certa,vel quantitate,an valeat.q.28.n.25 p.158.
Promiſſio ſub refectione damnorum, & intereſſe quid contineat.q.71.n.19. p.403
Alexand.Trentacinq.reſolutio quædam declaratur.ibid.n.20
Promiſſio certæ quantitatis pro eo quod intereſt, conditionem habet, quatenus ex iure debeatur.q.79.n.2 p.443
Promiſſio exigibilitatis ad perpetuitatem trahi non debet. q.80 n.41 p.453
Promiſſio eius quod in intereſt cenſu nullo,quando ſubſiſtat.q n.49 p.454
Promiſſio de præſtando id quod in intereſt caſibus certis, intelligitur vſque ad duplum,q.90.n.27 p.514
Promiſſor dotis non cenſetur immodicam penſionem,vel fructus promittere ex liberalitate.q.28.n.67 p.164
Promiſſor dotis extraneus tenetur marito ad vſuras dotis propter onera matrimonij.q.71.n.31 p.404
Promittens reditum, vel penſionem exigibilem ſatisfeciſſe intelligitur, ſi bis vel ter penſio reditus exigatur, q. 80. n.41 p.453
Promittens ſoluere ad omnem creditoris petitionem, quam nunc creditor facit, non intelligitur eſſe in mora,q.81.n.41 p.459
Proprietatis nudæ nullus fructus intelligi poteſt,q.51.n.5.p.278
Proprietatis dominus ſeruitutem imponere non poteſt, q. 51 n.7 ibid.
Proteſtatio redigit contractum ad formam, & limites bullæ, q.62.n.31.& 36 p.350
Proteſtatio non poteſt ſupplere, quæ formæ deſunt. ibid. n.37
Proteſtatio addita contractui cenſus ſuſtinet contractum pactis illicitis non obſtantibus q.68.n.30.& 33 p.382
Proteſtari vtiliſſimum.ibid.n.33 p.383
Proteſtatio conſeruat ius petendi id quod intereſt tacente debitore,q 91.n.35 p.526
Quod in dubium reuocatur ex Surdo ibid.n.36
Proteſtatio nihil prodeſt in his, quæ pendent à iure,q. 91.n.37 ibid.
Bartoli diſtinctio *in l.vlt.de eo quod cert.loc.* quam auctor non probat. ibid.n.38
Proteſtatio conſeruat ius petendi id quod intereſt, ſi debitor proteſtationi expreſſe conſentiat,q.91.n.81 p.627
Proteſtatio, & gratiarum actio auctoris,q.100.n.81 p.603
Proxeneta, qui ſciens aliquem idoneum affirmat, doli tenetur, q.34.n.17 p.193
Proxenetæ teſtimonium in cauſis vſurarum, admittitur, q. 93 n.32 p.537
Proxenetæ, & interceſſores negotiorum non recipiuntur in teſtes,niſi vtraque pars conſentiat, & quare,q.93.n.33. ibid.
Proxenetarum libri valde iuuatur ad detegendum fœnus. ibid. n.34
Proxenetæ quatenus ad reſtitutionem vſurarum obligentur, q. 94.n.52 p.549
Proxenetæ vtiles ciuitatibus,q.94.n.53 ibid.
Proxeneta non tenetur, quamuis debitor non ſit idoneus. ibid.
Platonis lex, vt Proxenetæ de euictione non teneantur,q.94 n.55 ibid.
Proxeneta, qui dolo circumuenit creditorem,de dolo tenetur, q.94.n.56 ibid.
Benuenuti Straccha diſtinctio quædam, reiicitur.ibid.n. 57
Proxenetæ qui vſurariis contractibus interueniunt, non niſi in ſubſidium obligantur,q 94.n.83 p.551

P V

Publicè intereſt bona libera poſſideri,q.67.n.4 p.372
Publicum quod eſt, non ideo licitum,q.99.n.1. p.585
Pupillo non eſt ſubueniendum, cum de præda agit,q. 20.n. 30 p.93
Pupillus ad vſurarum reſtitutionem tenetur, ſi illas à tutore exegit.94.n.70 p.551

P Y

Pythij argentarij Siracuſani dolus, & vafrities,q.40.n.72. p.224

Q V A

Quadrimeſtre iudicatis conceſſum ad ſoluendum erat immune ab vſuris,q.21.n.2 p.94
Qualitas perſonæ maximum argumentum fœnoris, q. 9. n.8 p.40
Quanti plurimi æſtimatio, eſt res ipſa quæ debetur, q. 88. n.34 p.494
Quantitatibus quæ ex contractibus bonæ fidei debentur accedunt vſuræ,q.4.n.50 p.21
Quantitate pecuniæ loco legitimæ legatâ debentur vſuræ in vicem fructuum, quos filius ex bonis percepiſſet,q.18.n.20 p.83
Quantitate in tot bonis relictâ, legatarius poteſt de certo reditu paciſci, donec legatum reddatur. ibid.n.33
Niſi reditus ſit immodicus. ibid.
Quantitas pecuniæ ea lege dari poteſt, vt accipiens alterum alat, quandiu vixerit.q 41.n.41. p.231
Gaſparis Roderici ſententia, quæ reiicitur. ibid.n.42
Quantitatibus tantùm accedunt vſuræ.q.71.n.1. p.401
Quantitas naturâ ſuâ recipit diuiſionem.q.72.n.34. p.408
Quantitatem coaceruatam ſoluere debitoribus onerоſum eſt q.88.n.43 p.496
Quantitas probari poteſt iuramento debitoris, conſtito de ſolutione vſurarum.q.93.n.64. p.540
Quatenus cuiuſque intereſt, in facto conſiſtit.q.79.n.13.p.444 & q.1.n.14. p.3.

Q V Æ

Quæ ex abundanti adiiciuntur, nocere non debent.q.58.n.44 p.312.
Quæ contra leges fiunt, irrita ſunt, & quatenus.q.59.n.13 p.317.
Quæ in facto conſiſtunt, non Poſſunt certa lege definiri.q.72. n.1. p.405
Quæ vno tempore fiunt, ab eadem voluntate proficiſci cenſentur.q.93.n.51. p.539
Quæſtiones facti non poſſunt certâ lege definiri. q.38.n.21 p.207.
Quæſtiones facti iudici relinquendæ.q.79.n.14. p.444
Quæſtores Principum, qui pro expectatione debitorum fiſcalium aliquid exigunt, vſuram committunt.q.39.n.42. & 48 p.214.215.
Quæſtores, qui aliquid accipiunt, quo magis, vel minus in officio faciant, quomodo puniantur.ibid.n.43. p.214
Quæſtores ex eo, quòd ante diem ſoluunt, aliquid exigant, vſuram non committunt q.39.n.44. ibid.
Quæſtores Principum vt citius ſoluant vt, vel alios præferant, aliquid accipientes iniuſtitiam committunt, & tenentur *l. Iul. repetund.* ibid.n.46
Quod verum eſt, etiamſi per interpoſitam perſonam id faciant. ibid.
Quæſtores occupantes publicas pecunias negotiationibus ad intereſſe tenentur.q.39.n.47. ibid.
Quæſtoribus quomodo liceat publicam pecuniâ in ſuos vſus vertere.q.39.n.48. p.215
Quæſtus etiam inhoneſti poſſeſſori hæreditatis auferri debent q.96.n.14. p.565
Quæſita fœnore non veniunt in diuiſionem hæreditatis.q.35 n.38. p.198
Nec in diuiſionem ſocietatis omnium bonorum. ibid.n.35

Q V I

Digitized by Google

Index Rerum,

QVI

Quicquid. vox non continet fructus.q.19.n.25. p.88
Qui diu tacuit, vſuras remiſiſſe præſumitur.q.20.n.23. p.93
Quilibet accepto beneficio naturaliter obligatur gratiam reddere.q.14.n.13. p.60
Quilibet re ſuâ abuti poteſt, non autem in damnum alterius q.65.n.22. p.366
Quinque annorum reditus tantùm in Gallia exigi poſſunt, & aliis locis quibuſdam.q.88.n.42. p.493
Quiſque poteſt ſuis rebus legem dicere.q.41.n.14. p.228
Quiſque ſani capitis potius proprio viuit cùm habet, quàm ſe alteri obliget ſub fœnore.q.73.n.18. p.423
Quiſque poteſt traditioni rei ſuæ, quam vult legem dicere q.89.n.6. p.497
Quis poteſt eodem tempore obligari, & in mora conſtitui q.82.n.5n. p.466
Ioannis Sipportæ ſententia in dubium reuocatur.ibid.n.31
Qui ſerui, vel equi vſum habet, tenetur eos alere.q.28.n.56 p.162.
Qui tacet, non vtique fatetur.q.93.n.22. p.536

QVO

Quod nobis debetur bonis noſtris adnumeratur. q.17.n.6 p.75.
Quod fieri non ſolet ſuſpectum eſt ne ſit illicitum.q.51.n.17 p.279.
Quod frequentioris vſus gratia in lege exprimitur, non mutat diſpoſitionem iuris.q.58.n.14. p.317
Quod fit immediatè ante, vel poſt, in ipſo actu fieri intelligitur, etiamſi pro forma exigitur.q.59.n.38. p.334
Quod liquidè probari non poteſt, iudicis arbitrio relinqui debet.q.75.n.20. p.423
Rotæ Romanæ ratio quædam perpenditur. ibid.n.21
Quod dicitur, probari debet q.82.n.35. p.465
Quod attinet ad reſtitutionem, nihil refert quis occulto, vel publico fœnore extorſerit aliena.q.94.n.11. p.543
Quoties aliquid præſtatur vltra ſortem propter aliquod factum, ex quo reſultat contractus *facio vt des*, non committitur vſura.q.18.n.44. p.161

RA

Radices, quibus iuſtitia cambii recurſæ oritur, tentantur.q.26 n.21. p.132
Ratihabitio retrotrahitur.q.55.n.25. p.301
Ratihabitio non retrotrahitur ad inducendam moram.q.81 n.14. p.456
Ratione legis ceſſante, quando ceſſet lex.q.60.n.19. p.339
Rationes cum die edi debent.q.77.n.20. p.434
Rationes probant contra ſcribentem.q.93.n.15. p.536
Rationes an probent contra eum qui petit ſibi edi. ibid n.16
Rationum liber, an probet contra eum, qui edi deſiderat, multum pendet ab arbitrio iudicis.q.93.n.17. ibid.
Rationibus vſurarij maior fides danda, cùm ab eo ſponte exhibetur. ibid.n.19
Rationibus fœneratoris pro eo ſtandum eſt, cum aduerſarius diù tacuit, & nihil oppoſuit q.93.n.20. ibid.
Explicatur *Lex ſi filius. ad Macedon.* ibid n.21
Cum ſtandum eſt libris rationum contrarium probari poteſt.q.93.n.18. ibid.
Rationes defuncti maiorem fidem merentur.q.93.n.25. p.537

RE

Recambia non debentur ob ſolam moram debitoris.q.89.n.40 p.500.
Recambia conſtitutione Pij IV. prohibita,q.79.n.43. p.302
Et conſtitutione Pij V. & quibus verbis, ibid.n.46
Et dicta quædam D. de Turri reiecta ibid.
Recipiens canonem rei commiſſæ, gratiam caducitatis facere videtur,q.91.n.8. p.523
Reciproca eiuſdem rei venditiones prohibendæ,q.24.n.28.p.118
Recurſæ ſpecies, à congregatione approbatæ, q.26.n.44.p.135
Rector non poteſt res Eccleſiæ alienare, nec ſuper illis cenſum imponere,q.52.n.35 p.281
Reditus annui, & vſuræ differunt,q.3.n.25 p.16
Reditus annui redimibiles ad commutationes rerum, aduerſus Rodericum,q.3.n.26 ibid.
Reditus concurrens cum vſuris conſuetis in prouincia vſurarius præſumitur,q.27.n.47 p.152
Reditus in cenſu redeunt, & renaſcuntur,q.41.n.7. p.233
Reditus annuus teſtamento relictus morte legatarij finitur,q.43.n.4 p.237
Reditus vltimâ voluntate conſtitutus non continetur conſtitutione Pij V. ibid.n.5
Reditus annuus donatione inter viuos conſtitui poteſt ibid.n.6
Reditus annuus ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias conſtitui poteſt,q.43.n.7 ibid.
Reditus annuus titulo legati, & aliis conſtitui, & in alium transferri poteſt,q.43.n.32 p.240
Reditus annuus licitè eodem inſtanti conſtituitur, & venditur, q.43.n.39 p.241
Reditus annui in prouinciis, in quibus bulla Pij V. recepta non eſt, ſub alia forma celebrari valent,q.44.n.27 p.249
Reditus perſonalis in dotem dari poteſt,q.48.n.17 p.263
Reditus ſunt acceſſiones non pretij, ſed ſortis, quod pretio emitur,q.66.n.4 p.368
Reditus redituum cur non debeantur ratio Gaſparis Roderici, q.88.n.16 p.492
Reditus acceſſiones ſunt.ibid.n.22 p.493
P. Leonardi Duardi ratio quædam reiicitur. ibid.n.23
Reditus vſurarius præſcribi non poteſt.q.99.n.34 p.587
Reditus exacti, an præſcribi poſſint.ibid.n.33 p.588
Reditus annui non deſinunt currere, licèt duplum pretij exceſſerint.q.43.in append.n.32 p.246
Regula non conſtituitur de re, cuius contrarium frequentius eſt,q.36.n.9 p.189
Rei vindicatio competit domino,q.54.n.48 p.297
Rei vindicatio aduerſus poſſeſſorem tantùm datur, vel eum, qui dolo deſiit poſſidere.q.93.n.64 p.561
per *Relationem* certum eſt, quod demonſtratur.q.58.n.25.p.319
Remiſſio tacita vſurarum ab hæredibus, & tertiis poſſeſſoribus obiici poteſt,q.20.n.28 p.93
Remiſſio vſurarum niſi libera ſit, non eximit ab earum reſtitutione,q.99 n.21 p.586
Remiſſio vſurarum dum adhuc ſors debetur, non præſumitur libera, q.99 n.22 ibid.
Idemque eſt ſi debitor ex alia cauſa fœnerari obnoxius fuerit ibid.n.23 p.587
Remiſſio vſurarum ex circunſtantiis libera cenſeri poteſt. q.99 n.31 p.587
Remora piſcatoriæ quid ſit,q.45.n.29 p.253
Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ, nihil valet ad ſuſtinendum cenſum, cuius pretium numeratum non fuit, q.59.n.57 p.334
Res pro pecunia ſoluta parit liberationem,q.12.n.5 p.53
Rei legatæ fructus non debentur ante moram, licèt eſſet propria teſtatoris,q.19.n.39 p.89
Res vendita tranſit cum onere ſoluendi vſuras compenſatorias, vel ex pacto, vel miniſterio legis,q.27.n.10 p.139
Res non videtur tradita, ſi locetur emptori ibid.n.21
Rebus mobilibus inæſtimatis in dotem datis poſt biennium veniunt ea, quæ poſt litem conteſtatam præſtari ſolent,q.28.n.12.& 33. p.156 & 159
Res à ſociis collatæ licet ſint in diuerſis locis, vnum ſocietatis corpus conſtituunt,q.35.n.46 p.182
Petri Filippi Cornei exceptiones duæ, quæ reiiciuntur.ibid. n.47 p.183
Res quæ numero, pondere, & menſura conſiſtunt, poſſunt commodari,q.34.n.3 p.192
Si res vſuris extortæ non extant, heredes ad iudicium famil. herciſcundæ admittuntur,q.35.n.42 p.198
Sed quiſque pro portione hæreditaria vſuras reſtituere cogitur. ibid.

Res

Res an dari poſſit, vt quid annuum præſtetur,q.41.n.38.p.230

Res mobiles fructiferæ ita dari poſſunt, vt accipiens annuum præſter. ibid.n.39

Res mobiles ſteriles, an ſub annuo reditu liciiè concedanrur, q.41.n.40 idid.

Res fructifera cum reditu ſuper aliis bonis permutari poteſt, q. 43n.20 p.239

Res quæ cenſui ſubiicitur, ex conſtitutione Pij V. quatuor qualitates habere debet,q.45.n.1 p.250

Res cui cenſus imponitur, debet eſſe immobilis ibid.n.2

Res eſſe ftuctifera dicitur in terminis conſtirutionis Pij V. quæ locari poteſt,q.47.n.10 p.259

Res mobiles fructiferæ dari poſſunt eâ lege, vt quid annuum præſterur,q.47.n.23 p.260

Res fructifera dicitur in terminis conſtitutionis Pij V.cuiuſcunque generis fructus ferat,q.50.n.1 p.275

Res obligari prohibita, ceuſui ſubiici non poteſt,q.52. n.22 p.287

Rei prohibitæ obligati cenſus imponi non poteſt,q.52.n.26 ibid.

Res tranſit cum ſuo onere ad ſucceſſorem quemlibet, etiam ad Eccleſiam,q.53.n.9 p.289

Res libera ad dominum feudi redit, etiam vbi feuda ſunt inſtar patrimonium,q.53.n.12 ibid.

Res vt libera ab oneribus ad dominum reuertatur ab initio feudalis eſſe debuit,q.53.n.17 p.290

Res cenſui ſuppoſita in cenſum reſeruatiuum dari poteſt, ſaluo iure cenſus in ea conſtituti,q.55.n.16 p.300

Re pro parte peremptâ, vel infructuoſâ redditâ, ſi quod ſupereſt penſioni ſufficit, penſionem minui, qui ſentiant, q.57.n.23 p.311

Contraria ſententia integram penſionem præſtandam eſſe, quam Rota probat.q.57.n.24 ibid.

Res pro debito vendi poteſt creditori.q.60.n.9 p.338

Res infructuoſa,quādo ſit,vt cēſus extinguatur,q.64.n.18.p.359

P. Duardi doctrina expenditur ibid.n.19

Res infructuoſa in perpetuum fieri non poteſt, niſi illius ſtatus mutetur,q.64.n.19 ibid.

Res venditæ cum pacto retrouendendi per partes non poſſunt redimi,q.67.n.36 p.377

Cencij ſolutio reiicitur. ibid.n.37

Re cenſuali euictâ competit domino cenſus actio ad pretium, & id quod intereſt,q.68.n.22 p.381

Quamuis id in pactum non fuerit deductum. ibid.n.23

Dummodo fraus abſit ex parte emptoris. ibid.num.24

Definitio Senatus Sabaudiæ apud Præſidem Fabrum, q.68 num.25. ibid.382

Quam auctor non probat. ibid.n.26.& 27

P. Duardi ſententia,quæ non placet. ibid.n.28

Rem committere non videtur cuius non eſt,q.69.num.17.p.386

Res eo ipſo quod legi commiſſoriæ exponitur, obligatur,q.70.n.23 p.393

Res plures vendi poſſunt data electione emptori, quam velit emptam,q.70.n.83 p.399

Rebus æſtimatis in dotem datis hæredes viri ad vſuras pretij tenentur ex æquitate,q.79.n.54 p.396

Re non ſequutâ, quia caſu periit, id quod datum eſt,repeti poteſt,q.82.n.55 p.467

Res quæ dari debuit ſi pereat, datum repeti non poteſt, ſi res ob contractum periit,q.82.n.56 ibid.

Rebus fœnore extortis permixtis, dominus reliquis creditoribus potior eſt pro ea portione, quæ in aceruum collata eſt, q.95.n.50 p.559

Niſi ad alium peruenerint,& bona fide aliis ſimilibus rebus permixtæ ſint. ibid.n.51

Res duorum ſi confuſæ ſunt, vt ſeparati non poſſint, illis inuitis fiunt communes,q.95.n.11 p.555

Res per vſuram extorta poteſt à quocunque poſſeſſore vindicari.ibid.n.32 p.557

Res furtiua vel fœnore extorta domino reſtituenda eſt non vſurario, vel furi,q.95.n.56 p.560

Quid ſi titulo oneroſo, & bona fide res quæſita ſit, q.95 n.57 ibid.

Res ex pecunia fœnebri emptæ, fiunt vſurarij,q.69.n.1 p.363

Res empta ex pecunia pupilli tacitè pupillo obligata intelligitur,q.97.n.4 p.571

Sententia *c.cum.tu de vſur.* ibid.n.5

Res empta pecuniâ militis poteſt ab eo vtili rei vindicatione peti,q.97.n.13 p.572

Quod & pupillis, & Eccleſiæ conceſſum eſt. ibid.

Res empta ex vſuris militi, Eccleſiæ, & pupillo extortis poſſunt ab illis in ſubſidium vindicari,q.97.n.14 ibid.

Res teſtatoris pro legatis tacitè obligantur pignori,q.97.n.16 ibid.

Res fœnore extortæ, an præſcribi poſſint,q.99.n.36 p.588

Reſoluto contractu cenſus ex pacto, & reſtituta pecuniâ debitum non ſoluitur, ſed res vendita redimitur,q.68.n.7.p.379

Reſpublica ſine vſuris eſſe, & conſiſtere poteſt,q.3.n.20.p.15

Reipublicæ expedit vt genus ludi vrnæ prohibeatur.q.23.n.53 p.111.

Reipublicæ intereſt mulieres dotatas eſſe.q.30.n.44. p.175

Rempubicam nihil magis continet, quàm fides.q.81.n.2. p.455.

Reſcripta moratoria non poſunt iis, qui ex cauſa depoſiti conueniuntur.q.32.n.14. p.186

Reſcripta moratoria etiam oppidis, & incolis omnibus concedi poſſunt q.85.n.3. p.478

Reſcripta moratoria debitoribus idoneis, & locupletibus prodeſſe non debent.q.85.n.16. p.480

Reſcriptum moratorium ex falſis cauſis obtentum non prodeſt impetrantibus. ibid.n.17

Reſcriptum moratorium fauore debitoris qui nondum fecerat moram, impedit curſum vſurarum.q.85.n.28. p.481

Reſponſum Vlpiani *ad l. ſi ſeruus.§. ſi oliuam.ff. ad l. Aquil.* ad fœneratorem non pertinet.q.95.n.21. p.556

Reſtitutio in integrum exigit contractum valere ipſo iure.q.7 n.44. p.34

Reſtituendum eſſe omnes conueniunt id quod excedit iuſtum periculi pretium.q.23.n.13. p.106

Reſtitutio in integrum loco actionis eſt.q.91.n.44. p.527

Reſtitutio rei alienæ differri non poteſt, prætextu pretij recuperandi.q.95.n.65. p.561

Reſtituendi qui reus eſt ex obligatione iuſtitiæ, id ſtatim facere debet ex Theologorum ſententia.q.96.n.21. p.561

Rei debendi cùm plures ſunt, is primo loco conueniendus eſt, ad quem pecunia peruenit.q.94.n.71. p.551

Reus qui vſuram probare non potuit, & euictus eſt, non poteſt eandem quæſtionem aggredi.q.99.n.16. p.586

R O

Roderici ſententia quædam reiicitur.q.34.n.15. p.193

Roderici error.q.37.n.16. p.204

Romæ elogia quædam.q.79.n.46. p.447

Romani ſenioris nouella *de reſcindend. vendit.*q.40.n.80. p.225

Rotæ Romanæ deciſiones aliquot nouiſſimæ pro iuriſperitorum ſententia.q.27.n.53. p.153

Rot. deciſ.6. & 13. poſt tractatum Cencij declarantur.q.56. n.10. 304

Rot. deciſ.349. poſt tractatum Cencij refertur, & in dubium reuocatur.q.57.n.49. p.313

Rotæ deciſiones quædam declarantur.q.58.n.21. & 23. p.318

Rotæ ſententia in deciſ.436.n.5. poſt. Cencium in dubium reuocatur.q.59.n.48. p.333

Rotæ deciſiones poſt Cencium de anticipatæ penſionis ſolutione expenduntur.q.63.n.19. p.354

Rouiti iunioris dictum quoddam notatur.q.57.n.13. p.309

R V

Ruſticus à præſumpta fraude vſurarum excuſatur.q.100.n.57 p.600.

Niſi ſit callidus, & ſagax ibid.n.58

Et niſi fœnus apertum ſit, & manifeſtum. ibid.n.59

Ruſticus à reſtitutione vſurarum, & nullitate contractus numquam excuſatur.q.100.n.60. ibid.

Index Rerum,

S A

Sacræ ſcripturæ oſtendunt vſuras per ſe illicitas eſſe.q.2.n.29 p.9.
Sacrilegij inſtar eſt negare, & retinere depoſitum.q.32.n.10 p.185.
Salinis & auri, & aliarum ſpecierum fodinis cenſus imponi poteſt.q.45.n.28. p.253
Satisfactio omnis pro ſolutione eſt.q.26.n.7. p.131

S C

Scæuola floruit temporibus Antonini, & Seueri.q.70.n.47 p.395.
Scæuola in l. vlt. de contrah. empt. quærit duntaxat de voluntate contrahentium, ex Pinello.q.70.n.48. ibid.
Scuti Marcarum ex Raphaële de Turri nihil aliud ſunt quàm obligationes.q.26.n.56. p.141
Scuti Marcarum etiam ex copia, vel inopia variam recipiunt æſtimationem.q.26.n.66. p.142
D. Raphaël de Turri arguitur contraria docuiſſe. ibid.

S E

Sententia, qua debitor condemnatur præſtare vſuras quoad ſoluat, iniuſta eſt.q.21.n.23. p.97
Sententia in perſonas ſcinditur.q.57.n.40. p.313
Sententia non tollit conditionem ſine cauſa.q.94.n.38. p.547
Sententiæ cauſa quoties reddit ad non cauſam, non obſtat exceptio rei iudicatæ.q.94.n.39. ibid.
Aluari Valaſci inutilis quædam cautio. ibid.n.40
Sententia quæ iubet vſuras præſtari, nunquam tranſit in rem iudicatam.q.99.n.14. p.586
Sententia in cauſa vſuraria ex nouis teſtibus, & inſtrumentis ſemper reſcindi poteſt.q.99.n.18. ibid.
Sequeſtrum excuſat à periurio, & pœna, vt etiam à mora, & quod intereſt.q.38.n.25. p.208
Sequeſtrum non excuſat ab annuis redditibus, nec ab vſuris pretij, niſi deponatur.q.38.n.26. ibid.
Serui petiti poſt 25. annum operæ reputantur ad minuendos ſumptus.q.13.n.18. p.56
Seruorum vitia furtum, & fuga q.47.n.5. p.258
Seruus venditus ea lege, vt intra certum tempus manumittatur, lapſo tempore liber efficitur.q.82.n.58. p.467
Seruitus eodem tempore conſtitui, & cedi poteſt.q.43.n.40 p.241.
Seruitutes reales ſunt onera, & qualitates prædiorum.q.51.n.9 p.278.
Redoanus, Bonius, & Felicianus declarantur.q.51.n.10. & 13. ibid.
Seruitus à Vaſallo impoſita rem non afficit.q.53.n.6. p.288
Seruitus alienæ rei imponi non poteſt q.55.n.8. p.299
Seruitus ſuper qualibet parte fundi capaci retinetur.q.57.n.28 p.311.

S I

Siculi à Gregor. XIII. impetrarunt, vt in conſtituendis cenſibus non tenerentur ſeruare bullam Pij V.q.44.n.18. p.249
Silentium longi temporis arguit remiſſionem vſurarum pro præterito tempore, non autem pro futuro.q.92.n.18. p.532
Silentium 20. annorum inter abſentes exigitur, vt inducatur remiſſio vſurarum. ibid.n.19
Simplicitas prodeſſe non debet, vt quis locupletetur cum aliena iactura.q.100 n.62. p.600
Simulationis quæſtione pendente, Inſtrumento, & clauſulis omnibus ſtandum eſt.q.7.n.42. p.34
Simulationis argumentum eſt, ſi bona vendita ab emptore locentur pro modica penſione.q.9.n.24. p.42
Maſcardus in concluſ.441. declaratur.q.9.n.25. p.43
Simulationis exceptio perpetua.q.39.n.27. p.212
Simulationis maximum indicium, retentio poſſeſſionis.q.40 n.28. p.229
Et conductio eiuſdem rei facta ipſi debitori, ibid.n.29
Idemque eſt, ſi per interpoſitam perſonam id fiat.q.40.n.30 p.230.

S O

Socer in id, quod facere poteſt conuenitur ex cauſa dotis,q.92 n.9. p.530
Barboſæ reſponſiones ad *l. ſi vir vſuras.* referuntur, & refelluntur,ibid.n.11 p.531
Societatis finis, quæſtus,q.1.n.22. p.4
Societas officiorum an ſine officio, vel vltra illius valorem in vim ſponſionis conſiſtat,q.23.n.57. p.112
de Societatibus officiorum Ant. Merendæ ſententia, quæ non placet auctori,q.23.n.59. p.114
Societates ea lege, vt pecuniam conferens illa ſalua lucrum percipiat, iniuſtæ, & vſurariæ,q.31.n.2. p.177
Et multo magis, ſi de certa lucri quantitate conuentum ſit ibid.n.3.
Societates, in quibus capitale ſaluum eſt, & lucrum percipitur, conſtitutione Sixti V. prohibentur,q.31.n.10. p.178
vt Societates cum aſſecuratione ſortis, & lucri admittantur, expedire ex Leonardi Leſſij ſententia.ibid.n.15. p.179
In quo tamen duo cauenda ſunt,q.31.n 16. ibid.
Societas leonina ex qua quis lucrum, non etiam damnum expectet,ibid.n.21. p.180
Societate finita quiſque excepta conferre debet,q.31.n.26 ibid.
in Societate, in qua vnus pecuniam, alter operam præſtat, pecunia communicata non intelligitur,ibid.n.29. p.181
in Societatibus damnum commune eſſe debet.q.31.n.36. ibid.
Societatis damna intrinſeca, & extrinſeca, & quæ ſint communia,ibid.n.42. p.182
Societas contracta intelligitur iuxta regionis conſuetudinem q.31.n.49. p.183
Et vt inter bonos agi oportet. ibid.n.50
Societate finitâ ſi ſocius pecuniam ſecum ferat, & pereat, eius eſt periculum, non conferentis, ibid.n.51
Si modo Societas renouata non ſit. ibid.
Societatis officij, & cenſus ratio diuerſa.q.63.n.24. p.349
Societas nulla eſt rei inhoneſtæ, & turpis.q.77.n.35. p.436
Socius qui ſocietatem adminiſtrat, lucrum in ſuos vſus conuertens tenetur ad id quod intereſt,q.1.n.20 p.4
Socius qui pecuniam contulit, ſi lucrum vniforme percipiat, an committat vſuram,q.31.n.22 p.180
Socio ſi dentur nomina debitorum, habenda eſt ratio ſumptuum, & eius quod intereſt.q.31.n.33 p.181
Dummodo ſocietas id facere poſſit. ibid.n.34
Et dummodo nomina ſint idonea, & facilis exactionis.ibid. n.35
Socius captus à Piratis, ſi ſe redimat, repetit à ſociis, quod impendit.q.31.n.43 p.182
Neque tantum ſortem, ſed etiam ſi quid eius intereſt. ibid. n.44
Socius repetit intereſſe eius quod de ſuo neceſſario impendit, etiam non interueniente mora,q.31.n.45 ibid.
Socius licet non teneatur ad vſuras, tenetur tamen ad id quod intereſt,q.31.n.52 p.183
Socium aduerſus iuratur in litem.ibid.n.53.p.235.& q.77.n.33 p.436
Niſi ſocietas inita ſit in fraudem vſurarum. ibid.n.54
Socius dans pecuniam ei, quem ſcit non eſſe negotiatorem, non poteſt agere ad id quod intereſt,q.31.n.55. p.184
Socios inter conuenire licet, vt circa lucra ſocietatis ſtetur iuramento vnius. q.76.n.44. p.431
Socius qui rem communem celandi animo amouit, tenetur furti.q.77.n.33. p.436
Socium aduerſus, qui pecunias communes intercipit iuratur in litem de eo quod intereſt. ibid.n.34
Socius aduerſus ſocios iurat in litem, quando ſocietas eſt licita. ibid.n.35
Socius aduerſus non iuratur in litem, ex eo quòd pecuniam non exercuit, ſi ea modica fuit. ibid.n.37

Plus

Index Rerum,

Plus eſt ſocium, & pupillum fallere, quàm venditorem. ibid.53. p.437
Socius finitâ ſocietate, quando moram facere intelligatur. q.81.n.39. p.459
Socius communem pecuniam in proprios vſus vertens, moram re ipſa facere intelligitur.q.81.n.33. p.464
Et ſine interpellatione tenetur ad id quod intereſt. ibid.
Socius, qui ex communi pecunia negotiatus eſt, lucrum reddere non tenetur.q.83.n.39. p.472
Socius tenetur ad intereſſe lucri quod in ſuos vſus conuertit. q.86.n.5. p.483
Socius vſuras lucri præſtat poſt moram.q.87.n.8. p.486
Socius primùm conueniri debet, penes quem communis pecunia eſt q.94.n.72. p.551
Solitus fœnerari quis dicatur.q.100.n.8. p.590
Solonis lex, de debitis abolendis.q.2.n.17. p.8
Solon olim conſtituit, ne pecuniæ debitæ, actio eſſet.q.85.n.19 p.480
Soluens pro alio ſortem, & vſuras; agere poteſt pro tota ſumma ad id quod intereſt.q.5.n.18. p.25
Soluens ita vt ſtatim recipiat, non liberatur.q.61.n.2. p.342
Soluens pro alio ſortem cum vſuris, etiam pro vſuris agere poteſt ad intereſſe.q 87.n.11. p.487
Edictum Ducis Sabaudiæ declaratur. ibid.n.12
Soluens pro alio redditus annuos, poteſt petere id quod eius intereſt. q.88.n.59. p.494
Soluens quid pro reſiduo vſurarum, omnes ſoluiſſe intelligitur.q.93.n.41. p.538
Soluere qui aliquid certo loco promiſit, & non ſoluit, tenetur ad intereſſe.q.26.n.16. p.135
Aliud eſt ſoluere, aliud rem venditam præſtare. ibid. n.17. p.135.
Ob feſtinatam ſolutionem aliquid detrahere ſorti, iniuſtum eſt.q.30.n.14. 170
Soluere ante diem non eſt vſura, neque emptio. q.39.n.8. p.210.
Soluere partem, & partem deponere diuerſum eſt, & diuerſos effectus habent.q.67.n.33. p.376
Solutio vt ſit perfecta, debet reſpondere toti debito.q.17.n.3 p.75.
Solutio per adnotationes vera ſolutio.q.26.n.9. p.131
Solutio anticipata quid ſit.q.63.n.5 p.352
Solutio anticipata in ſocietatibus officij permittitur.q.63.n.12 p.353.
Solutio cenſus anticipata, ſi ſponte fiat non euertit cenſum ibid.n.14.
Solutio momentanea, quando transferat dominium.q.63.n.14 ibid.& n.22. p.355
Solutio penſionis in ipſo contractu cenſus minuit illius pretium. ibid.n.20
Solutio anticipata fructuum in ſocietatibus officij, cur permiſſa, ibid.n.24
Solutio anticipata fructuum in ſocietatibus officiorum, non minuit ſortem.q 63.n.32. p.357
Solutio partium multa habet commoda.q.67.n.34. p.377
Cencij reſponſiones ad hoc argumentum refelluntur. ibid.
Duardi reſponſio reiicitur. ibid.n.35
Solutione momentanea ſatisfit iuramento de ſoluendis vſuris q.68.n.38. p.384
Minus ſoluit, qui tardius ſoluit.q.78.n.1. p.439
Solutio æris alieni effectum deſiderat.q 84.n.32. p.476
Solutio vſurarum probatur libro rationum eius, qui ſoluit concurrentibus coniecturis.q.93.n.24. p.536
Solutio pro reſiduo certæ quantitatis, non arguit ſolutionem aliarum.q.93.n.43. p.538
Solum maxima pars vineæ.q.57.n.54. p.313
Sophya Auguſta multorum æs alienum diſſoluit. q.22.n.23 p.101.
Sophiſtarum proprium eſt res ſubtilius definire.q 42.n.2. p.233
Sors non amittitur ob ſtipulationem vſurarum.q.10.n.2. p.45
Etiam iure pontificio. ibid n.3
Sors in quibuſdam prouinciis aufertur fœneratoribus. ibid.n.5
Sors fœneratoribus non aufertur, etiam de iure canonico q.10.n.23. p.46
Sors, & alea rationem emptionis non tollit.q.49.n.31. p.272
Sors ſubiectum eius, quod intereſt.q.86.n.21. p.484
Sors radix intereſſe, & vſurarum,q.89.n.23. p.498
Sors in contractibus vſurariis non amittitur.q.89.n.32. p.499
Sorte receptâ, acceſſiones eius remiſſæ intelliguntur ex neceſſitate iuris,q.91.n.2. p.523
Sorte recepta, vſuræ amplius peti non poſſunt. ibid.n.3
Sorte recepta, intereſſe remiſſum cenſetur. ibid.n.4
Sorte recepta, intereſſe quanti plurimi remiſſum intelligitur q.91.n.5. ibid.
Sortis ſolutio facta adiecto non impedit creditorem agere ad id quod intereſt.ibid.n.31. p.525
Sortis petitio non excludit petitionem eius quod intereſt.q 91 n.45. p.527
Sortis parte receptâ ſupereſt ius agendi ad id quod intereſt pro reſiduo.ibid.n.46. p.528
Sorte ab vſurario receptâ, an vſuras etiam accepiſſe cenſeatur q.93.n.35. p.538
Sorte non ſolutâ, vſurarum ſolutio non præſumitur. ibid.n.37
Sors acceſſionibus non ſemper minuitur.q.98.n.1. p.574
vltra Sortem aliquid capere licet in certis caſibus auctoris verſibus comprehenſi,q.98.n.2. ibid.

S P

Sperans à Principe propter mutuum vltra ſortem, vſuram admittit.q.98.n.39. p.579
P. Marius Clemens Barata ſocietatis Ieſu doctrinâ inſignis ibid.n.40.
Spes emi poteſt.q.26.n.23. p.132
Spes quaſi alea vendi, & emi poteſt.q.72.n.19. p.407
Spes hominum fallax.q.69.n.32 p.388
Sponſiones licitæ.q.23.n.45. p.110
Sponſiones quarum cauſa inhoneſta eſt, non valent. ibid.n.47
Sponſioni ſi dolus cauſam dederit poteſt victus ſe exceptione doli tueri. ibid.n.48
Sponſiones illicitæ in locis, vbi lege prohibentur.q.23.n.49 ibid.
Sponſionis quædam ſpecies an ſint licitæ.ibid. n.54. & 55 p.111.

S T

Stagnis, in quibus piſces ſeruantur cuſtodiæ causâ cenſus imponi non poteſt.q 45.n.35. p.255
Statuta quibus vſuræ dotis taxantur, quando valeant.q 30. n.59. p.176.
Statuto vrbis Romæ cautum eſt ne pœnæ recipiantur, niſi quatenus intereſt,q.38.n.14. p.207
Statuta non excuſant creditores, cum vere eorum nihil intereſt q.79.n.1. p.443
Statuta quibus permittitur aliquid vltra ſortem capere non valent, niſi quatenus intereſt. ibid.n.5
Statutum poteſt fictionem inducere ex cauſa, quæ ſit in mente ſtatuentium,q.79.n.9. p.444
Statutum vt creditor miſſus in poſſeſſionem pignoris lucretur fructus, an valeat. ibid.n.18
Statutum vt ſtetur iuramento creditoris de eo quod intereſt, valet.q.79.n.28 p.445
Statutum vt ſtetur iuramento creditoris de eo quod intereſt, recipit interpretationem à iure communi,q.79.n.31. ibid.
Statutum, vt filiæ dentur quinque, vel ſex pro centenario dotis, donec nubat, valet.q.79.n.35. p.446
Statutum vt marito conſtante matrimonio quid annuum præſtetur pro oneribus ſuſtinendis, eſt validum. ibid.n.36
Statutum quo vſuræ dotis dantur marito, non habet locum pendente dilatione ad ſoluendum.q.79.n.39. ibid.
Statutum vt viduæ ſex, vel quinque annua pro centenario dotis præſtentur valet. ibid.n 42
Statuta quibus aliquid annuum viduæ permittitur, dum differtur dotis ſolutio, an valeat.ibid.n.44. p.447
Surdi, & aliorum quorundam diſtinctio, quæ non placet ibid.n.45

Statutum

Digitized by Google

Statutum, quo poſt annum luctus aliquid viduæ tribuit pro eo quod intereſt, non valet. ibid.n.47
Statutum, quo viduæ alimenta decernuntur, donec dos reſtituatur, eſt validum.ibid.n.48. Quod ceſſat cum vidua ab hæredibus alimenta habuit. ibid.n.49. Et dummodo mulier nihil aliud habeat, vnde ſe alere poſſit. ibid.n.50
Quod auctori non placet. ibid.
Statutum, quo viduæ præſtantur alimenta dotis arbitrio boni viri, vel magiſtratus Genuæ commendatur.ibid.n.52. p.448
Statutum vt venditori dentur quinque annua pro quolibet centenario pretij, valet. ibid.n.57
Quod tamen cautiones aliquas recipit. ibid.n.58
Statutum vel priuilegium cuidam corpori conceſſum, vt res furtiuæ emptæ non reſtituantur, niſi ſoluto pretio, valet. q.95.n.44. p.556
Quo tamen exteri non tenentur. ibid.n.45
Stipulatio ex re ipſa interdum capit dilationem.q.25.n.61.p.127
Stipulatio eius quod intereſt non repugnat naturæ mutui.q.72 num.25 p.407
Stipulatio pœnæ in caſum moræ, reducitur ad id quod intereſt.q.72.n.46 p.409
Stipulatio maioris ſummæ valet ex iure ciuili vſque ad legitimum modum vſurarum.q.73.n.6. p.410
Quod hodie prohibitum eſt. ibid.n.7
Stipulatio vſurarum reiicitur firmo manente contractu. ibid. num.17. p.411
Studia litterarum nobiſcum peregrinantur.q.85.n.5. p.479

S V

Subditi poſſunt ex iuſta cauſa leges non recipere.q.44.n.5.p.248
Summum ius ſumma iniuria.q.90.n.41. p.515
Superficies quid ſit.q.52.n.2. p.282
Superficies bonis noſtris adnumeratur.ibid.n.5. p.283
Superficie finita, finitur cenſus.q.52.n.6 ibid.
Superficiarius cenſum in ſuperficie conſtituere poteſt. ibid.n.3
Superficiarius vtile dominium habet. ibid.n.4
Superficiarius illa omnia poteſt, quæ dominus.q.52.n.5. ibid.
Suſceptio periculi non tollit rationem vſuræ.q.15.n.31. p.66
Suſceptio periculi æſtimari poteſt.q.72.n.16. p.406
Suſtentatio onerum matrimonij habet vim interpellationis. q.28.n.23. p.158

T A

Taciturnitas creditoris, quando inducat probationem liberationis.q.92.n.35. p.538
Taxatio pretij pendet ex circumſtantiis, quæ incertæ ſunt.q.26 num.65 p.141
Taxatio certi lucri, cùm maius veriſimiliter ſperatur, in ſocietate non eſt prohibita.q.31.n.20. p.180
Taxatio certæ quantitatis intereſſe ab initio eſt illicita. q.72. num.3. p.405
Taxatio certi intereſſe non reddit contractum illicitum, ſi ea creditor nolit vti.ibid.n.31. p.408
Taxatio maioris quantitatis pro eo quod intereſt non eſt contra mutui ſubſtantiam. ibid.n.36
Taxatio eius quod intereſt iuramento creditoris ex conuentione facta, recipit probationem in cõtrarium.q.76.n.17.p 429
Taxatio iudicis præcedere debet antequam aduerſus furem, vel alium delinquentem iuretur in litem.q.77.n.61. p.438

T E

Tempus in dubio fauore hæredis adiectum præſumitur. q.19 num.19. p.87
Tempus iudicati faciendi olim quadrimeſtre fuit.q.21.n.1.p.94
poſt Tempus iudicatis conceſſum binæ centeſimæ pendebantur. ibid.n.3
Tempus non eſt ſufficiens, vt augeantur pretia rerum.q.24.n.11 p.116.
Tempus, quod duplicatur ei, à quo plus peritum eſt tempore, immune eſt ab vſuris.q.85.n.24. p.480
Termini ad ſoluenda cambia longiores ſtatui non debent, quam poſtulat loci diſtantia.q.25.n.62. p.127
Terra fructus refert cum fœnore.q.86.n.10. p.483
Territorium vniuerſitas agrorum.q.58.n.34. p.320
Teſtamentum eius qui pecuniam dedit ſub vſuris, nec exegit, ſuſtinetur.q.100.n.50. p.599
Teſtamentum vſurarij, qui tot vſuras non exegit, quæ ſortem æquent, valet. ibid.n.51
Teſtamentum vſurarij, an ſit nullum, ſi poſt mortem probetur fuiſſe vſurarium.ibid.n.70. p.601
Teſtator non poteſt inducere vſuras.q.18.n.11 p.81
Teſtator non poteſt facere, ne conſtitutiones Pontificum in ſuo teſtamento locum habeant. ibid.n.12
Teſtator poteſt præcipere hæredi ſub pœna, vt legatum ſoluat. ibid. n.15.
Teſtator non poteſt inferre hæredi non ſoluenti pœnam, quæ in diem creſcat. ibid.n.17
Teſtator poteſt damnare hæredem, vt quoad dotem filiæ annuam penſionem marito præſtet.ibid.n.22, p.83
Teſtator ſi iubeat hæredem ſummam aliquam in emptionem prædiorum conuertere, & donec id faciat reditum ſoluere, legatarius licitè reditum exigere poteſt. ibid.n.34
Teſtator poteſt pignus teſtamento conſtituere.q.97.n.17.p.572
Vel remittere. ibid.n.18
Teſtator non poteſt iubere, vt quoad legatum certæ quantitatis non ſoluitur, vſuræ eius ab hærede præſtentur. q.97. num.30 p.573
Teſtes duo ſufficiunt ab probandum ſolutionem vſurarum.q.95 num.27. p.557
Teſti vnico non eſt credendum, licet ſit Senator. ibid.n.28
Teſti vnico, neque Catoni credendum. ibid.
Teſtes in foro pœnitentiario admittuntur in propria cauſa. q.98.n.35. p.578
Teſtibus non teſtimoniis iudicandum.q.100.n.16. p.592
Teſtes ſingulares an probent aliquem manifeſtum vſurarium. ibid.n.17.

T H

Theodericus Gothorum Rex mercatoribus Suppontinis dilationem duorum annorum ceſſit.q.85.n.3. p.478
Theodoſij, & Valentin. edictum, & ab Afris patria expulſis pecuniæ peterentur, donec in patriam redirent.ib.n.4.p.479
Aliud eorund.Impp. edictum, quo Afris expulſis domo permiſſum eſt aduocatione fungi. ibid.n.5
Theologi & iuriſperiti in ſpecie *l. curabit.* verbis potius, quam ſententia diſſident.q.27.n.51. p.153
Theologorum & iuriſperitorum diuerſa via in corrigendis ceſſionibus hominum.q.39.n.34. p.213
Theologorum, & Iuriſperitorum in ſpecie *l.curabit.* conciliatio. q.41.n.49. p.232
Theſauri Theologi, & I.C. ſentẽtia expeditur.q.100.n.59.p.597
Thynariis cenſus inijci poteſt.q.45.n.29. p.253

T I

Timoris vani nulla eſt æſtimatio.q.59.n.30. p.272

T O

Totum petere quando liceat, vt partem conſequamur.q.91.n.30 p.525.

T R

Tractatus præcedens quando faciat coniecturam fœnoris.q.93 num.52. p.539
Tranſactio de dubio credito prominori ſumma, valet.q.39.n.19 p.211
Tranſactio eſt legitimus modus acquirendi dominij. q.43.n.10 p.237.
Tranſactione fieri poteſt, vt vnus rem habeat, alius vſumfructum.ibid.n.13. p.238
Tranſactione inita pro certa pecuniæ quantitate cenſus pro illa non poteſt creari.ibid.n.15. Etiamſi lis eſſet de re immobili.ib.n.16. Admiſſa tamen æquitate *l.curabit.C.de act.empt.* ibid.n.16.
Trapezitæ ab argenti diſtractoribus differunt.q.25.n.11. p.121
Triboniani inaduertentia in corrigenda l.vlt.C.de pact. pignor. q.69.n.17. p.386
Tribonianus ab obiectione quadam Præſidis Fabri defenditur. ibid.n.22. p.387
Tributis & indictionibus, quæ extra ordinem imponuntur, cenſus conſtitui non poteſt.q.46.n.9. p.255
Tributa pro modo agri, cenſus pro modo pretij præſtantur. q.57.n.27. p.311
Tritici pretium creſcit, & decreſcit ei, cui debetur.q.17.n.7.p.76

Tit o nibil fert fertilius, quia ex eo homines potiſſimùm aluntur.q 78.n.16. p.434

T V

Tutores,& Curatores ciuitatum ob interuentionem publicæ,vel pupillaris pecuniæ iuſtè puniuntur.q.3 n.10. p.15

Tutor ex iure ciuili tenetur ad vſuras eius pecuniæ, quam otioſam habuit.q.4.n.25. p.26

Tutor, qui vſuras pupillares in ſuos vſus conuertit, ad earum vſuras tenetur.q.5.n.15. p.25

Vt etiam procurator, & alij, qui aliena negotia gerunt.ibid.

Tutores & negotiorum geſtores fructus meliorationum non faciunt ſuos.q.13.n.17. p.57

Sed tantùm repetunt ſumptus & ſi quid eorum intereſt.ibid.

Tutor non tenetur ad id quod intereſt, niſi conſtet fundos vel reditus fuiſſe venales.q.18.n.35. p 84

Tutor non excuſatur, vbi reditus, & prædia frequenter ſunt venalia. ibid n.36

Tutoribus datur laxamentum ſex menſium ad collocandam pecuniam.ibid.n.37. p.85

Tutores tenẽtur pupillis in id quod intereſt.q.20.n.8.& 9.p.91

Tutoribus remiſſa neceſſitas fœnerandi. ibid.

Tutores eandem diligentiam in rebus pupillaribus adhibere debent,quam bonus,& diligens paterfamilias. ibid.n.9

Tutor,qui prædium pupilli ſine iuſta cauſa alienat, tenetur pupillo ad æſtimationem,& fructus rei. ibid. n 11

Tutores tria potiſſimùm meminiſſe debent. ibid.n.12

Tutores iis caſibus, in quibus iure ciuili abſoluuntur ab vſuris, nunc ab intereſſe abſolui debent.ibid n.19. p.92

Tutores non tenentur pupillis pro ſummis modicis in id quod intereſt. ibid.n.20

Tutor, ſi frequenter finita tutela denunciet minori ſe paratum eſſe rationes reddere,non tenetur in id quod intereſt.ib.n.21

Tutores pro pupillis multos labores ſuſtinent.ibid.n.23. p.93

Tutores hodie non poſſunt vſuras à debitoribus pupilli exigere. ibid.n.25

Tutoria officio hodie non continetur illicitas vſuras exigere. ibid.n.29

Tutor licite à debitoribus pupilli exigit id quod popilli intereſt ob non ſolutam ſuo tempore pecuniam. ibid.n.30

Tutor qui propteram pecuniam impendit,poteſt conſequi,quod ſua intereſt. ibid.n.31

Niſi aliunde negotia pupilli explicare potuerit. ibid.n.32

Tutor non conſequitur vſuras eius pecuniæ, quam habebat otioſam.ibid.n.33. p.94

Tutor negligens comparare prædia tenetur ad id quod intereſt.q.74.n.16. p 415

Tutorem aduerſus in litem ex duplici cauſa iurari poteſt. q.77 num.19. p.434

Tutorem aduerſus ob non ritè editas rationes in litem iuratur. ibid.n.20.

Tutor qui rem pupilli intercipit duplici actione tenetur tutelæ,& furti.ibid.n.31. p.435

Tutores, qui pecunias pupillares in ſuos vſus conuertunt, ipſo iure tenentur ad id quod intereſt.q.82.n.28. p.464

Tutores, & adminiſtratores non excuſantur ab intereſſe, ex eo quod rationes ſunt illiquidæ.q.84.n.8. p.474

Tutor tenetur ad intereſſe eius quod exegit.q.87 n.3. p.486

Tutor an teneatur ad vſuras vſurarum.ibid.n.34. p.489

Ludouici Belli hac de re ſententia. ibid.

Tutor fructuum, & vſurarum exactarum vſuras præſtare cogitur.ibid.n.37 p.490. Aueniomenſe ſtatutum. ibid.n.38

Quod declaratur multis modis. ibid n.39

V A

Valor fructuum futurorum, ſi incertus eſt permutatio non eſt illicita.q.24.n.44. p.119

Vaſallus naturaliter ad antidota domino obligatur. q.14.n.11. p.60.

Vaſallus etiam feudo apud dominum exiſtente illum venerari debet. ibid n.14

Vaſallus,qui feudum domino pignori dedit non eſt immunis à ſeruitio in iis caſibus,in quibus vſuræ licitæ ſunt.ib.n.22.p.61

Vaſalli arctioribus vinculis, & pluribus oneribus tenentur, quàm emphyteutæ. ibid.n.24

Vaſalli homines ligij, fideles, clientes, & milites. ibid.

Vaſallus non poteſt rem feudalem obligare, neque cenſui ſubiicere q.53.n.3 p.288

Vaſallus non poteſt ſuper re feudali cenſum ad eius vitam conſtituere. ibid.n.4

V E

Vendens merces carius ob dilatam ſolutionem pretij, vſuram committit.q.8.n.26. p.37

Vendens cum pacto redimendi non cogitur rem redimere.q 15 num 10. p.64

Vendens merces mutuum roganti iniuſto pretio, mox vilius ei diſtracturo, vſurarius cenſetur.q.24.n.22. p.117

Vendens mox redimens minori pretio, vſurarius eſt. ibid.n.23

Vendens cenſum ſuper re alienari prohibita tenetur reſtituere pretium emptori,& id quod intereſt.q.54.n.15. p.293

Vendens vel locans vas vitioſum etiam ignorans, tenetur ad omne, quod intereſt.q.90.n.72. p.520

Sigiſmundi Scacciæ ratio quædam refellitur. ibid.n.73

Vendens merces pluris quàm ſit earum pretium ob dilatam illius ſolutionem, quando non committat vſuram. q.98.n.41 p.579.

Vendens domum, vel agrum ſtatim ex iiſdem nummis cenſum ab emptore emere poteſt.q.61.n.17. p.344

Farinat.reſponſ.201.declaratur. ibid.n.18

Vendere nolle niſi alius viciſſim rem aliam vendat,eſt licitum. q 16.n.38. p.72

Vendere fundum licet deducto vſufructu.q.27.n.9. p.148

Vendentes res carius iuſto pretio poſtea ſoluendo,an inter manifeſtos vſurarios cenſeri debeant.q.100.n.9. p.591

Venditiones, & locationes in quibus adeſt læſio, non ideo vſurariæ cenſentur.q.7.n.33. p.35

Venditio non poteſt dici contracta, cum agitur, ne dominium transferatur.q 9.n.16. p.41

Vendita res cum pacto redimendi fauore emptoris pluris æſtimanda eſt q.15.n.18 p.65

Venditio agri vel domus facta maiori pretio ob dilatam pretij ſolutionem, an ſit vſuraria.q.24.n.9. p.116

Referuntur quidam, qui negant. ibid.

Verior ſententia hîc etiam fœnus agitari. ibid.n.10

Venditio, in qua venditor vitia rei tacuit, vel pretium rei eſſe minuendum,non eſt vſuraria.q 24.n.40. p.119

Venditio conſiſtit,quamuis pars pretij indebita compenſata ſit. q.40.n 20. p.219

Vendito fundo quanti Titius æſtimauerit eóque tradito pretij vſuræ debentur ante æſtimationem.q.17.n.25. p.150

Idémque eſt,ſi fundus ad menſuram venditus ſit. ibid.n.26

Vendito fundo ſub conditione, & tradito interim vſuræ pretij debentur ab emptore.q.27.n.27. p.152

Cuiacij ſententia,quam auctor non ſequitur. ibid.

Venditio cenſus ſuper re aliena hactenus valet, vt venditor teneatur ad id quod intereſt, ſed cenſus non ſubſiſtit. q.54. num.12. p.292

Venditio rei creditoribus hypothecatæ valet.q.56.n.7. p.303

Venditio cenſus à venditionibus aliarum rerum quomodo differat.q.56.n.8. ibid.

Venditio fundi valet non expreſſo nomine, dummodo conſtet de quo fundo contrahentes ſenſerint.q.58.n.5. p.316

Venditis tot iugeribus alicuius agri venditio valet, & electio eſt venditoris.q.58.n.54. p.324

Venditio poteſt ſuſpendi, donec aliquid fiat, quod eſt de illius ſubſtantia.q.59.n.54. p.334

Venditio fundi valet ſub conditione, ſi alius euictus ſit. q.70. num.81. p.399

Venditio reditus iam conſtituti non eſt venditio nominis, ſed rei, quæ pro immobili habetur.q.80.n.37. p 453

Venditor rei fructiferæ licite vſuras pretij percipere poteſt. q.3 num.6. p.13

Venditor rem ex pacto redimens tenetur laudemium, & alia ſimilia onera refundere.q.15,n.11. p.64

Venditor poteſt augere rei pretium pro modo fructuum, quos ex re vendita percepiſſet.q.24.n.14. p.116

Id tamen quod excedit fructus illicitum. ibid.

Venditor non poteſt pretium augere pendente dilatione, & ſimul

mul excipere fructus , vel penſionem. ibid.n.15
Venditor non poteſt ſtipulari vſuras pretij, donec ſoluatur,niſi eius interſit.ibid.n.24. p.117
Venditor & mox credito emens id tantum reſtituere tenetur quod habuit.q.24.n.27. p.118
Venditor re non tradita tenetur ad id quod intereſt.q.26.n.16 p.132.
Venditor non recepto pretio rem tradere non tenetur.q.27.n.4 p.148.
Venditor poteſt excipere fructus etiam recepto pretio.ibid.n.5
Venditor poteſt emptori locare rem venditam donec pretium ſoluat. ibid.n.10
Venditor poteſt excipere fructus donec ſibi pretium ſoluatur. ibid.n.12.
Venditor poteſt penſionem annuam ſtipulari loco fructuum data dilatione duorum vel trium annorum. ibid.n.13
Etiam tranſlato dominio. ibid.n.14
Venditor iuſto recepto pretio non poteſt ſibi retinere fructus. ibid.n.19. p.149
Venditor nõ tenetur gratis à ſe abdicare ius fructuum ib.n 19
Venditor quando renunciet iuri percipiendi fructus data dilatione ad ſoluendum pretium. ibid.n.21
Venditor ſi fundum carius vendidit ob dilationem ſoluendi pretij,non poteſt interim vſuras ſtipulari & capere.ibid.n.33 p.151.
Venditor ſyluæ cæduæ poteſt pretij vſuras ſtipulari pro modo modo fructuum facta diſtributione.ibid.n.42. p.152
Et hoc caſu recipi poteſt Baldi ſententia. ibid.
Venditor non poteſt locare rem emptori pro penſione,quæ excedat fructus. ibid.n.48
Venditor poteſt rem retinere loco pignoris , donec integrum pretium ſoluatur.ibid.n.55. p.153
Venditor, qui rem retinet loco pignoris , fructus imputare cogitur pro ratione pretij ſoluti.ibid.n.60. p.154
Venditor ad vſuras pretij tenetur , licet res ſit infructifera , ſi emptor pretium mutuatus eſt ſub vſuris. ibid.n.61
Venditor, qui rem non tradit,tenetur ad id quod intereſt.q.36 n.15.p.200. Vt etiam, ſi res euicta ſit. ibid.n.16
Venditor non tenetur ad id quod emptoris intereſt rem fuiſſe euictam, ſi eo caſu ad pretium teneatur. ibid.n.17
Venditor ſi rem non tradat , cum poteſt, aduerſus eum iuratur in litem.ibid.n.18. Vel ſi dolo deſiit poſſidere. ibid.n.19
Venditor poteſt rem locare pro penſione certa, donec pretium ſoluatur.ibid.n.22. p.201
Quæ penſio debetur etiam re perempta. ibid.n.23
Quod auctori non placet. ibid.
Venditor ex eo quod ei pretium ſolutum non eſt non poteſt rem repetere.q 40.n.23. p.219
Venditor rei ſuæ valorem ſcire præſumitur.ibid.n.76. p.224
Venditor cenſus nunc perſonaliter obligatur.q.48.n.36. p 267
Et de euictione tenetur etiamſi id actum non ſit. ibid.n.37
Venditor non tenetur ex natura contractus dominium transferre.q 54.n.10. p.292
Venditor rem non traditam obligare poteſt.q.55.n.14. p.299
Venditor cenſus ſuper re aliena volente domino , illum ſoluere tenetur.q.55.n.21. p.300
Venditor cenſus in re aliena tenetur ad pretium & id quod intereſt.ibid.n.30. p.301
Venditor cenſus qui in caſum nullitatis pretium reddere promiſit tenetur tantùm ad intereſſe pecuniæ, q.56.n.15. p.304
Venditor in caſum euictionis non tenetur ad fructus , cum eo caſu pretium reddere promiſit. ibid.n.16
Venditor cenſus, ſi diſtulit pretium à campſore accipere, eius eſt periculum,q.59.n.41. p.332
Venditor qui pretium non recipit,& rem tradit fructus excipere poteſt.q.60.n.13. p.338
Venditor cenſus ex anticipata penſionis ſolutione nullum verè commodum ſentit.q.63.n.22. p.355
Venditorem cenſus eius pecuniæ reditum ſoluere quam non habuit, iniquum. ibid.n.23
Venditor cenſus,ſi illius culpa res pereat, vel fiat ſterilis, tenetur ad intereſſe.q.64.n.11. p.359
Venditor cenſus ad onera tenetur , quæ rei & fructibus imponuntur.q.64.n.28. p.361
Venditor licitè paciſcitur,vt nulli alij res vendi poſſit.q.65.n.9 p364.
Venditor qui rem non tradit tenetur ad id quod intereſt. q.71.n.2. p.401
Venditor poſt moram ſibi in pretio factam vſuras tantùm petere poteſt.ibid.n.13. p.402
Venditor ſi ob dilatam ſolutionem auget pretium ratione fructuum,non poteſt interim vſuras pretij ſtipulari. q.79.n.59. p.448.
Venditor cenſus tenetur emptori ad id quod intereſt rem fuiſſe liberam.q.80.n.22. p.452
Venditor niſi re euicta de euictione teneatur locupleratur cum aliena iactura.q 81.n.55. p.461
Venditor ſi ſimpliciter euictionem cum iuramento promittat, non tenetur de euictione , ſi lis ei denunciata non fuerit. ibid. n.56.
Venditor qui recepto pretio fundum negligit vt alienum , non tenetur ad fructus,quos non percepit.q.83.n.40. p.472
Venditor ſi in re tradenda moram faciat , tenetur ad id quod intereſt.q.88.n.3. p.491
Venditor malæ fidei tenetur ad intereſſe vltra duplum. q.90. num.24. p.513
Venditor euictionis nomine poteſt ſe obligare etiam ſupra duplum.ibid.n.33. p.514
Venditor,cui in pretio mora facta eſt , non poteſt vſuras , vel intereſſe ſupra duplum exigere.q.90.n.59. p.518
Venditor poteſt fructus recompenſatiuos exigere,quandiu emptor re & pretio fruitur.q.90.n.60. ibid.
Venditor qui ſciens tignum vitioſum , vel pecus morboſum vendidit , tenetur ad omne quod emptoris intereſt , etiam ſupra duplum.ibid.n.70. p.519
Venditorem qui tacuit, damnum omne præſtare debere ex M. Catonis ſententia. ibid.n.71
Venditor qui rem non tradit , tenetur tantùm ad intereſſe circa rem.q.96.n.34. p.567
Barboſæ ſententia ad §.cum per venditorem. ibid.n.35
Venditor vini & tritici ex conuentione tenetur ad intereſſe extra rem. ibid.n.36
Venditor poteſt rem locare pro penſione certa donec pretium ſoluatur.q.98.n.9. p.575
Venditor cenſus rei cenſualis fructus percipit , non emptor. q.43.in app.n.5. p.245
Venditor cenſus fit dominus pretij , licet reditum præſtare teneatur.q.43.in app.n 21. p.245
Verbum (continuo) *in l.filius ad Macedon.*accipiendum eſt cum ſpatio aliquo.q.93.n.23. p.536
Verba ope, conſilio, ſeparatim accipiuntur.q.94.n.59. p.550
Verba *in quantum ad eos peruenit* quomodò intelligenda. ib.n.24 p.545.
Veritas facilè emergit. q.8.n.14. p.36
Veritas & ratio conſuetudinem vincunt.q.99.n.2. p.585
Verris ſatellites, illius manus.q.59.n.64. p.335
Verres ſtatuas quaſdam cuidam Meſſanenſi vili pretio abſtulit. q.77.n.3. p.433
Verſura apud veteres prohibita.q.26.n.57. p.140
Verſura in cenſibus fieri non poteſt.q.88.n.9. p.491
Verſura olim lege Gabinia vetita. ibid.n.8

V G

Vgolini diſtinctio quædam reiecta.q.15.n.6. p.68
Vgolini ratio quædam reijcitur.q.100.n.12. p.591
Eiuſdem ſententia quædam expenditur.ibid.n.20. p.593

V I

Victor Amedæus Sab. dux iuſſit vt in Comitatu Nicienſi menſuræ omnes æquales eſſent.q.17.n.12. p.76
Victor Amedæus aureum Italicum ad tres libras redegit. q.17. num.18. p.77
Vidua intra annum luctus ab hæredibus viri non debentur vſuræ.q.30.n.33.p.173. Tametſi ab illis domi ali debeat. ibid.
Siue diues ſiue inops ſit ex ſententia auctoris. ibid.n.34
Surdi reſponſiones quædam reiectæ. ibid.n.35
Viduæ alimenta debentur in annum, licet dos ex pacto alteri reſtituenda ſit. ibid.n.37

Vidua loco alimentorum poteſt de certa quantitate cum hæredibus viri paciſci. ibid.num.58
Viduæ tranſacto anno luctus, neque vſuras dotis, neque fructus pignorum percipere poteſt.q.30.n.39. p.174
Quod multi negant. ibid.
Viduæ quæ non habet aliunde, & diligentiam adhibuit, dotis vſuræ debentur. ibid.n.40
Viduæ debentur alimenta, quandiu ei dos non ſoluitur.q 30 n.41. ibid.
Barboſæ reſponſio refutatur ex eodem. ibid.n.42
Vidua vſuras dotis vniformes recipiens, quæ modum alimentorum ſuperent imputat ſorti.q.30.n.51 p.175
Idem eſt, ſi fructus pignoris percipiat loco vſurarum ibid.n.52.
Viduæ, cui in reſtitutione dotis mora fit, intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis debetur,q.30.n.54 ibid.
Qua ratione etiam fructus pignorum non imputat ſorti ibid.n.55.
Viduæ quid probandum vt intereſſe dotis conſequatur.q.30 n.56. ibid.
Vidua vſuras dotis exigens, illam in mutuum vertit.q.30.n.57 p.176.
Viduæ quando intereſſe dotis debeatur.q.78 n 24. p.441
Viduas cui dos non ſoluitur poteſt interim alimenta percipere, q.98.n.42 p.580
Vir ſi vi ornamenta muliebria ſibi & vxori promiſſa comparatet, damnum paſſus eſt, id repetere poteſt,q.28.n.58. p.159
Vir cui ſecundo nubit mulier nupſit, poteſt vſuras dotis ab hæredibus primi viri conſequi,q.30.n.60 p.176
Et de certa quantitate paciſci. ibid.n.61
Vis & poteſtas coniecturarum fœnoris in quo conſiſtat. q 9 n.15 p.4
Vis habet vim moræ.q.74.n.21 p.414
Vis & delictum prius probandum eſt,quàm ſit locus iuramento in litem,q.76.n.27 p.430
Vi illata de damnis & intereſſe ſtatur iuramento eius cui vis illata eſt.q.77.n.58 p.438
Quod locum habet in quolibet violentiæ & delicti genere. ibid.
Vis & delictum prius probari debet, quàm poſſit iurari in litem.q.ibid.n.60
Vita hominis incerta eſt & multis caſibus obnoxia, p. 49. n.22 p.270
Vitium in forma etiam minimum vitiat actum,q 56.n.21. p.305
Baldi doctrina declaratur ibid.n.22

V N

Vnuſquiſque res alterius curare debet vt ſuas,q.57.n.59. p.314
Vnuſquiſque poteſt negligere res ſuas, non alienas, q. 95.n.25 p.556

V O

Vocabula non ſaluant conſcientiam,q.11.n.11.p.49.& q.26.n.33 p.72
Voluntates nudæ non ſunt obnoxiæ pœnis,q.100.n.63. p.600

V S

Vſurarius cenſum imponere poteſt,q.61.n.20 p.279
Vſufructuarius non compenſat fructus meliorationum cum ſumptibus,q.13.n.33 p.58
Vſufructuarius pecuniæ rectè agit ad id quod intereſt ſibi moram fieri,q.30.n.11 p.170
Vſufructuarius non tenetur fructus de manu proprietarij accipere,q.42.n.11 p.133
Vſufructuarius ius geſtandi & deambulandi in prædio habet, q.50.n.28 p.276
Vſufructuarius ius ſuum alteri vendere & locare poteſt, q.51 n.21 p.279
Vſufructuarius an cenſum conſtituere poſſit.ibid.n.22. p.280
Vſufructuarius ſuper proprietate cenſum conſtituere non poteſt ibid.n.18
Vſufructuarius ſuper melioramentis cenſum conſtituere non poteſt,q.51.n.32 p.28
Vſufructuarius cur cenſum imponere nequeat,q.52.n.15.p.286
Vſufructuarius in re, in quam vſumfructum habet, cenſum imponere non poteſt,q 55.n 11 p.299
Vſusfructus venditione conſtituitur,q.43 n.33 p.240
Vſusfructus morte finitur,vt etiam cenſus ſuper eo conſtitutus q.51.n.23 p.280
Vſusfructus inter immobilia recenſeri non poteſt. ibid.n.25
Vſusfructus rei immobilis ſeruitus perſonalis eſt & à perſona euelli non poteſt,q.51.n.26. ibid.
Milaneſ. & alij quidam auctores Siculi declarantur. ibid. n.27
Vſusfructus formalis non eſt dominij pars.q.51.n.39. ibid.
Vſusfructus interdum vim & effectum dominij habet,q.51.n.30 ibid.
Vſusfructus etiam proprietas eſt.ibid.n.31 p.281
Vſusfructus ædibus collapſis & reſtitutis, non reſtituitur,q.57 n.45 p.312
ab Vſufructu ad cenſum, validum eſt argumentum, q. 57. n.48 p.312
Vſusfructus reſtituitur, ſi flumen eodem impetu recedat.ibid. n.50 p.313
Vſusfructus non reſtituitur, cum res alia eſt,q.57.n.52. ibid.
Vſura duobus modis ſumitur.q.1.n.1 p.1
Vſura quid ſit.ibid.n.2
Vſura acceſſio.ibid.n.3
Vſura eſt acceſſio ſortis ſiue quantitatis,q.1.n.5 p.2
Vſura eſt acceſſio quantitatis ex quacunque cauſa debitæ, q.1 n.6. ibid.
Vſuræ veniunt in aliis contractibus quàm mutui,q.1.n.7. ibid.
Vſuræ accedere poſſunt in contractibus bonæ fidei etiam manente contractu. ibid.n.11
Vſuræ quæ propter moram infliguntur, veræ vſuræ.q.1.n.16.p.3
Vſuræ veniunt in bonæ fidei iudicio uoo id quod intereſt.ibid. n.18 p.4
Vſura male à quibuſdam reſtringitur intra fines mutui. ibid. n.25 p.5
Feliciani dicta quædam reprehenſa. ibid n.26
Vſura in mutuo turpior & odioſior & quare.q.1.n.27. ibid.
Vſura eſt acceſſio ſorti ex ſolo tempore tardæ ſolutionis. ibid. n.29
Vſura bellua quædam, quæ ſemper currit, & argentum parit q.1.n.30. ibid.
Vſura non eſt id quod intereſt. ibid.n.31
Vſura non eget probatione. ibid.
Vſura non eſt, ſi quid ex liberalitate debitoris accedit ſorti, q.1.n.35
Vſura eſt ex tempore tardæ ſolutionis lucrum intendere & percipere,q.1.n.36 p.6
Vſuræ veniunt in contractibus bonæ fidei quæ in regione frequentantur,q 1.n.13 p.3
Vſura turpis quæſtus, inhoneſtus, illiberalis,q.2.n.1 p.6
Vſura lucrum doloſum & inhumanum: iniqua & inhumana mercatura. ibid.
Vſura Hebræis morſus,q.2.n.2 p.7
Ex vſuris multa mala proueniunt. ibid.n.5.& q.6.n.29 p.32
Vſuris qui maximè obnoxij.q.2.n.6 p.7
Vſuræ etiam ipſis vrbibus, & prouinciis pernicioſæ. ibid. n.13 p.8
Vſuræ Romæ diſcordiarum cauſa. ibid.n.14
Vſura iure naturæ prohibita.q.2.n.25 p.9
Vſura ſpecies auaritiæ, illiberalis quæſtus. ibid.n.26
Vſura non minus iure naturali prohibita, quàm furtum. ibid.
Vſuræ apud multas nationes probatæ.q.2.n.28. ibid.
Sed non ideo minus iure naturæ illicitæ. ibid.
Vſura iure diuino prohibita.ibid.n.31 p.10
Vſura iure diuino prohibetur, non tantùm quæ ex mutuo percipitur, ſed etiam ex alijs contractibus. ibid.n.34
Vſura omnis in ſacris ſcripturis, & omnino interdicitur, q.2 n.35 ibid.
Ioannis Borcholt. aſſertio quædam fallax. ibid.n.36
Vſura quantitatibus, quæ ex aliis contractibus quàm mutui debentur

debentur, poteſt accedere. ibid.n.37
Vſuræ Catholicæ Eccleſiæ iudicio damnatæ.q.2.n.38 p.11
Vſuræ iure ciuili licitæ. ibid.n.40
Vſuræ conſtitutionibus recentiorum Principum prohibitæ. q. 2.n.42 ibid.
Ex vſuris proximus ſemper læditur.q.3.n.2 p.12
Vſuræ ſimpliciter & generaliter condemnantur veluti iniquæ & Dei voluntati contrariæ ibid.n.3
Vſura & intereſſe diuerſa ſunt. ibid.n.4
Vſuræ centeſimæ abrogatæ.q.3.n 9 p.13
Vſuræ centeſimæ nunc nullo caſu tolerantur. ibid.
Vſuræ per ſe turpes & malæ, neque deſinerent eſſe tales,quia permitterentur.ibid.n.19 p.15
Vſuræ in iure ſeparantur ab eo quod intereſt.ibid.n.21 p.16
Vſuræ licèt leues, vſuræ ſunt, & prohibitæ. ibid.n.24
Vſuræ omnes nouiſſimis Imperatorum conſtitutionibus prohibentur.ibid.28 p.17
Vſuræ moderatæ non magis licitæ, quam moderata furta.q.3 n.3 p.18
Vſuræ nomine non licet munuſcula accipere.ibid.n.31 p.20
Vſura duplex legalis & conuentionalis.q.4.n.1 p.18
Vſura conuentionalis in actionibus ſtricti iuris ex ſtipulatione debetur. ibid.n.2
Vſura conuentionalis vel à die contractus, vel à die moræ debetur. ibid.n.4
Vſura legalis quæ propter moram infligitur ibid.n.8
Vſuræ ex ſtipulatione deberi non poſſunt niſi de certis actum ſit. ibid.n.11
Vſuræ centeſimæ ob interuertionem pecuniæ publicæ, vel pupillaris influuntur. ibid.n.13
Vſuræ aliis contractibus quam mutui accedere poſſunt non ſolùm ex mora ſed etiam ex pacto ibid.n.14 p.19
Vſuræ accedere poſſunt quantitatibus ex pacto licèt creditum non conuertatur in mutuum. ibid.n.15
Vſuræ diuiſio vt alia ſit lucratiua,alia compenſatiua, & reſtauratiua reiicitur.ibid.n.17 & q 83.n.22.p.474
Vſuræ debentur ex mora, licet debitor nullum commodum conſecutus ſit. ibid.n.19
Vſuræ tam in contractibus bonæ fidei quàm ſtricti iuris illicitæ aduerſus Feliciani ſententiam ibid.n.22 p.20
Vſuræ compenſatiuæ non magis in aliis contractibus, quàm in mutuo licitæ.q.4.n.26 p.21
Vſuræ pupillares hodie prohibitæ. ibid.n.27
Vſuræ tutoribus ex iure ciuili infliguntur pro modo culpæ non pro modo commodi percepti aduerſus Felicianum.ibid. n.28
Vſuræ, quæ ex iure ciuili veniunt in iudicijs bonæ fidei, veræ vſuræ.ibid.n.31 p.22
Vſuræ quæ veniunt in actionibus bonæ fidei, acceſſiones non ſors. ibid.n.33
Vſura ſiue conuentionalis, ſiue legalis illicita.q.4.n.37 p.23
Vſurarum ſpecies ex aſſis partibus conſtitutæ. ibid.n.38
Vſura vnciaria, ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx,bes, dodrans, deunx, & omnium finis centeſima ibid.n.41
Vſura centeſima duodenos quotannis reddebat pro centenis ſingulis. ibid.n.42
Quod deinde paululùm immutatum. ibid.n.43
Vſura hodie nec in vno nummo licita. ibid.n.45
Vſuras in ſortem redigere olim vſitatum.q 5.n.1 p.24
Vſura fœcunda beſtia. ibid.n.2
Vſuræ pariunt vt lepores. ibid.
Vſuræ vſurarum iure ciuili prohibentur ibid.n.3
Huius rei ratio multiplex. ibid.n.4
Vſuræ vſurarum redactarum in ſortem exigebantur ante conſtitutionem Iuſtiniani. ibid.n.5
Vſuræ vſurarum multo magis iure Pontificio prohibitæ. q.5. n.13.p.25
Vſura, cùm fungitur vice ſortis,alias vſuras parit ex iure ciuili. ibid.n.14
Vſuræ vſurarum,in quibus quis condemnatus fuerat exigi non poſſunt.ibid.n.10 p.24
Vſuras exigere iniquum ſiue debitor lucrum ſiue damnum fecerit.q 6.n.21 p.28
Vſuræ moderatæ tolerari poſſunt ad maiora mala vitanda.ibid. n.25
Vſuræ non ideo minùs turpes, quod tolerentur. ibid.n.26
Vſuræ minuunt ſortem.q.7.n.8 p.30
Vſura ſemper ſub tegmine aliorum contractuum latet velut anguis in herba,q.8.n.10 p.36
Vſuræ quæ in actione depoſiti veniunt ex iure ciuili nunc illicitæ.ibid.n.17
Vſura ſub nomine ſocietatis quomodo agitetur.ibid.n.20.p.37
Vſura deuorat fructus nondum natos ibid.n.28
Manricæ Cardinalis doctrina. *lib.8.tit.21 de tac.& ambig conuent.* refertur & declaratur.q.8.n.29.30.& 31 p.38
Vſura ſub nomine redituum interdum committitur.ibid.n.34
Vſura vel probationibus, vel præſumptionibus & coniecturis detegitur q.9.n.1.&.2 p.39.& 40
Vſura præſumitur, ſi penſio excedit reditus rei.ibid.n.26. p.43
Vſura eſt, quicquid accedit ſorti quodcunque illud ſit. q. 11 n.10 p.48
Vſura eſt quicquid loco vſurarum percipitur.ibid.n.11 p.49
Vſura eſt quicquid accedit ſorti pretio æſtimabile.q.16.n.1 p.68
Vſura eſt animal voraciſſimum. ibid.n.2
Vſura eſt immunitatem paciſci à tributis donec pecunia ſoluatur. ibid.n.5
Vſura non latet ſub contractibus innominatis.ibid.n. 10. p.69
Cardinalis Manricæ locus expenditur. ibid.n.11
Vſura in ſola & nuda obligatione debitoris conſiſtit.ibid. n.25 p.71
Vſura non eſt, quando onera ſunt æqualia. ibid.n.29
Vſura lucrum creditoris.ibid.n.31 p.72
Vſura eſt mutuum dare ea lege,vt debitor ad certum diem aliud remutuet.ibid.n.45 p.73
Auctor contra. ibid.
Vſura non eſt, aliquid vltra ſortem accipere,cùm debitor tantundem habuit. q.16.n.47 p.74
Auctor Theologos veneratur & magni facit. ibid.
Vſura eſt ſi dato modio frumenti aliquid ſemper exigatur. q.17 n.7 p.76
Vſura eſt aureos maioris quantitatis ſtipulari pro denarijs vel libris.ibid.n.37 p.80
Vſuræ legatorum hodie non debentur.q.18.n.1 p.80
Etiam ſi poteſtator iubeat eas præſtari. ibid.2
Vſuræ proprium eſt multiplicatio obligationis,non alternatio; ibid.n.19 p.84
Vſuræ legatorum hodie illicitæ.q.19.n.1 p.85
Vſuræ hodie à fructibus ſeparantur.ibid.n.42 p.89
Vſuræ & fructus legatorum ab eodem tempore debentur. ibid.
Vſuræ pupillares olim quinque centeſimæ.q.20.n.1 p.90
Ex cæteris cauſis leniores. ibid.n.2
Vſuræ pupillares currunt vſque in diem redditæ tutelæ. ibid.n.3
Vſuræ pupillares an ſint licitæ. ibid.n.4
Vſuræ pupilares nunc prohibitæ. ibid.n.5
Vſuræ quæ propter moram infliguntur veræ vſuræ. ibid. n. 6
Vſura non ſolum in mutuo prohibita, ſed etiam in alijs contractibus .ibid.
Vſuræ quas tutores à debitoribus pupilli exigunt ſunt illicitæ ibid.n.15 p.93
Vſuræ, ſi in rem pupilli verſæ ſunt, ab eo repeti poſſunt.ibid. n.27
Vſuræ rei iudicatæ ex conſtitutione Iuſtiniani primum ſemiſſes deinde centeſimæ.q.21 n.7 p.95
Vſuræ rei iudicatæ quibuſdam licitæ. ibid.n.8
Verius eſt prohibitas eſſe. ibid.n.9
Vſuræ, quæ in perſonam infliguntur, non deſinunt eſſe vſuræ. ibid.n.11
Vſura non excluditur, licèt ex pacto ſors repeti non poſſit,dum pendantur vſuræ ibid.n.26
Vſuræ fiſcales olim ſemiſſes.q.22.n.1 p.99
Vſura piratica quæ.q.24.n.25 p.115
Vſuræ pacto promiſſæ retentione pignoris ſeruari poſſunt.q.22 n.1 p.100
Vſuræ pretij rerum venditarum illicitæ.q.27.n.1 p.147
Vſuræ pretij licitæ ſunt,ſi emptor ex re vendita percipit fructus non ſoluto pretio.ibid.n.2

Vſuræ pretij multo magis debentur tranſlato dominio, quàm retento, q.27.n.27 p.149

Vſuræ pretij in caſu *l.curabit.* non veniunt propter moram ibid. n.23 p.150

Vſuræ pretij debentur, quamuis in reliquis venditor non impleuerit contractum, ibid n.29

Et licet actum ſit, ne emptor pretium ſoluere teneatur, donec per venditorem promiſſa impleantur, ibid.n.30 p.151

Qui tamen damna omnia præſtare tenetur. ibid.

Vſuræ pretij non debentur re ſterili venditâ. ibid.n.39

Baldi contraria ſententia in l.2.C de vſur. reiicitur. ibid. n.37

Vſuræ hodie ex ſola mora non debentur etiam in contractibus bonæ fidei. ibid.n.38

Franciſci de Caldas aſſertio quædam refellitur. ibid.n.39

Vſuræ pretij ex Iuriſperitorum ſenſu ſunt loco fructum. q.27 n.51.p.153

Argumenta Comitoli quibuſdam caſibus vera; non tamen probant in vniuerſum & ſemper conuentionem illicitam eſſe. ibid.n.52

Vſuræ dotis non debentur ex ſimplici mora, q.28.n.1 p.155

Vſuræ dotis debentur propter onera matrimonij ibid.n.2

Vſuræ dotis debentur etiamſi dos ſub incerta quantitate promiſſa ſit & declarando arbitrio boni viri. ibid.n.13 p.157

Chriſtophori Martij Medices hac de re ſententia refertur. ibid.n.14

Vſuræ ex quãtitatibus debentur non ſpecierum, niſi quibuſdam caſibus. q.28.n.32 p.159

Vſuræ dotis licitæ quia non percipiuntur ex ſolo tempore, ſolutionis, ſed propter onera matrimonij. ibid.n.43. p.161

Vſuræ dotis facilius debentur ex mora quam ex conuentione, ibid.n.74 p.165

Vſuræ dotis, quæ propter onera matrimonij exiguntur, modeſtæ eſſe debent. ibid.n.75

Vſuræ non debentur quoties dos amplius non debetur, neque peti poteſt. q.30.n.6 p.170

Baldi ſententia quædam declaratur. ibid.n.7

Vſura eſt ex depoſito aliquid ſperare vltra ſortem. ibid.n.5.p.185

Vſura pecunia percipere cùm nihil intereſt, bonæ fidei non conuenit. q.33.n.32 p.191

Vſuræ in actione locati & conducti hodie prohibitæ. q.36.n.5. p.199

Veterum inſcitia, quod vſuras in contractibus admitterent, quod eſſent bonæ fidei. q.37.n.1. p.202

Vſuræ hodie non propter lucrum nec propter moram infliguntur. ibid.8 p.203

Vſuras, quæ propter moram infliguntur Cuiacij opinione cedere loco eius quod intereſt. ibid.n.9

Quod non placet auctori ibid.

Exceptis quibuſdam caſibus, in quibus præter moram concurrit intereſſe creditoris. ibid.n.10

Vſuræ in contractibus ſtricti nec ex mora nec ex pacto peti poſſunt. ibid.n.15 p.104

Exceptis quibuſdam caſibus. ibid.n.16

Vſuræ hodie nec ex mora nec ex ſtipulatione vel pacto in iudiciis ſtricti iuris peti poſſunt. ibid.n.20

Vſuræ proprium eſt ex tempore capere incrementum. q.38.n.9 p.206

Vſurarum modus hodie licitus nullus eſt, vt etiam pœnæ. ibid. n.13

Vſuræ omnibus debitis accedere poſſunt, etiamſi ex mutuo non debeantur. q.39.n.45 p.214

Vſuræ reditus pecuniæ, q.42.n.6 p.2[illegible]

Vſuræ fructus & reditus pecuniæ ſed illicitus. q.50.n.14 p.27[illegible]

Vſuras in ſortem redigere illicitum q.61.num.20 p.345

Vſuræ præteritæ oblatæ in ſortem redigi non poſſunt. ibid.n.21

Vſuræ futuri temporis ex antiquo iure ciuili non minuebant ſortem. q.63.n.26 p.356

Quod nunc non obtinet, ibid.

Vſuræ iuramento promiſſæ ſoluendæ ſunt quamuis repeti poſſint. q.70.n.27 p.393

Vſura etiam in nummo vno prohibita. ibid.n.29 p.407

Vſura & id quod intereſt longè differunt. ibid.n.41 p.409

Vſuræ quincunces modeſtæ ſunt, & conueniunt fructibus prædiorum. q.78.n.5 p.440

Vſuræ olim Romæ quadrantes agitabantur. ibid.n.7 ibid.

Vſuræ olim Romæ ad ſemiunces redactæ. ibid.n.8

Vſuræ ex iure ciuili permiſſæ. q.79.n.6 p.443

Vſura eſt, fructus ex pignore prætorio percipere vltra ſortem, ibid.n.20. p.444

Vſura non deſinit eſſe vſura, quod propter moram infligatur, ibid.n.21 p.445

Vſuræ nullâ lege licitæ fieri poſſunt. q.79.num.47 p.447

Vſuras inter lucratorias compẽſatorias & reſtauratorias diſtinctio remota eſt à iure ciuili. q.83.n.22 p.470

Vſuræ pretij debentur ex iure ciuili, quamuis res ſit ſterilis. ibid.n.23

Vſuræ non debentur, cùm earum curſus reſcripto inhibentur, q.85.n.18 p.480

Vſuræ an currant pendente dilatione reſcripti moratorij, cum id expreſſum non eſt. ibid.num.22

Vſuræ ante, nec poſt reſcripta moratoria à creditoribus exigi poſſunt. ibid.n.27 p.481

Vſuræ quæ ex conuentione debentur non deſinunt pendente dilatione moratorij edicti. ibid.n.29

Vſuras vſurarum ſtipulari & exigere non licuit. q.86.n.11.p.483

Vſura quando fieri dicatur. q.88.n.9 p.491

Vſura intelligi non poteſt niſi vbi debetur ſort. q.89.n.15.p.497

Vſura omnium acceſſionum odioſiſſima, q.91.n.3 p.523

Vſuræ pretij eo recepto non debentur. ibid.n.13.&.17. p.524

Vſuræ dotis ea recepta non amplius peti poſſunt. ibid.n.14

Magonij Florent. *deciſ.* 83. excutitur & reiicitur. ibid.n.15

Vſuræ dotis officio iudicis debentur ex Alciato. ibid.n.18

Vſura & intereſſe quod creditor ſtipulatus eſt etiam recepta ſorte peti poſſunt. ibid.n.22 p.525

Vt etiam vſuræ pretij. ibid n.23

Vſuræ quas creditor diu diſtulit petere, remiſſæ videntur, q.92 n.1 p.530

Vſurarum remiſſio etiam à fideiuſſoribus obiici poteſt. ibid.n.2

Hermenopuli locus declaratur ibid.

Vſurarum remiſſio à voluntate creditoris pendet. ibid.n.7

Vſurarum remiſſio probabilior in marito, quàm in alio extraneo creditore. ibid.n.8

Vſuræ ex iure ciuili regulariter non debentur, niſi in ſtipulationem deductæ ſint. ibid.n.12 p.531

Vſuræ facilius remittuntur quàm ſors. q.92.num.16 ibid.

Martij Medices reſponſio quædam excutitur. ibid. 17. p.532

Vſuræ dotis ex ſilentio longi temporis cenſentur remiſſæ, etiamſi eas maritus ſtipulatus ſit. ibid n.24

Vſuræ dotis ex longa taciturnitate remiſſæ non videntur ſi debitor abſens ſit ibid.n.25

Vſurarum remiſſionis præſumptio ceſſat ſi de mariti contraria voluntate conſtet. ibid.n.26

Vſuræ neque minuunt ſortem, nec obligant ad reſtitutionem, niſi exigantur. q.93.n.1 p.534

Vſurarum ſolutio non præſumitur. ibid.n.2

Vſurarum ſolutio probari debet teſtibus vel aliarum probationum generibus. ibid.n.4 p.535

Vſuræ per acceptilationem aut nouationem ſolutæ non obligant ad reſtitutionem. ibid.n.5

Vſuræ ſi non eædem in regione frequentantur ſequendum quod magis fieri ſolet. ibid.num.55 p.539

Vel quod eſt minimum ibid.

Vſuræ præſumptio ducitur ex perſona proxenetæ & notarij. ibid.n.56

Vſuræ præſumptio excluditur ſi negatium ſit alienum. ibid.60 p.540

Dummodo is, qui alieno nomine contraxit vir bonus ſit. ibid.n.61

Vſuræ his, quibus extortæ ſunt, vel pauperibus reſtituendæ ſunt iuſſu Epiſcopi. ibid n.74 p.541

Vſuræ condictione indebiti repeti poſſunt. q.94.n.5 p.542

Vſuræ hodie condictione furtiua repetuntur. ibid.n.6 p.543

Vſuræ furtum eſt, & vſurarij fures. ibid.

Vſuræ cognitio & coërctio eſt mixti fori. ibid.n.9

Vſura non eſt legitimus modus acquirendi dominij ibid.n.4 p.554

Digitized by Google

Index Rerum.

Vſuræ non veniunt in condictione indebiti, ſed tantum acceſſiones naturales, vt fructus & partus.q.96.n.12. p.564

Vſuræ acceptæ à poſſeſſore nunc non veniunt in petitionem hæreditatis. ibid.n.13

Vſuræ ex pecunia hæreditaria perceptæ olim augebant hæreditatem,q.69.n.14 p.565

Vſuræ à fœneratores extortæ funguntur vice ſortis. ib.22.p.566

Vſuræ natura non proueniunt, ſed obligatione. ibid.n.23

Vſuræ in ſtricti iuris iudiciis non debentur niſi in ſtipulationem deductæ ſint ibid.

Nec ſufficit pactum etiam contractui additum, ibid.n.24

Niſi quibuſdam caſibus ibid.n.25

Vſuræ in contractibus bonæ fidei debentur ex iure ciuili. ibid. n.26

Et ex ſimplici pacto ſine ſtipulatione. ibid.

Vſuræ pretij rei venditæ non minuunt ſortem pro modo & ratione fructuum,q.98.n.8 p.575

Vſuræ quas fideiuſſor cogitur ſoluere funguntur vice ſortis, ibid.n.12 p.576

Vſuræ quæ ab hoſtibus exiguntur, non ſunt vſuræ,q. 98. n.18 ibid.

Vſura non magis iure naturali prohibita quàm rapere & furari.ibid.n.19

Vſuræ pretij debentur ratione fructuum, etiamſi id nominatim non conuenerit,q.98.n.20 p.571

Vſuræ ſub prętextu eius quod intereſt non ſunt exigendæ, q. 98.n.44 p.581

Vſuræ liberè remitti poſſunt,q.99.n.20 p.586

Vſuræ futuræ neque remitti neque donari poſſunt, ibid. n. 29. p.587

Vſuræ olim ex pacto calendis cedere ſolebant, quamuis idibus exigerentur,q.100.n.19 p.592

Vgolini ſententia quædam refertur, & reiicitur. ibid. n. 20 p.593

Vſura delictum eſt, quod impunitum eſſe debet,q. 100. n. 52 p.599

Vſuræ, & reditus annui in iure ſeparantur, q. 43. in app. n. 18 p.238

Vſura excluditur, cum viciſſim aliquid æquale præſtari debet q.98.n.58 p.584

Vſuras extorquentes obligantur ex maleficio,q.100.n.54.p.600

Vſuræ delictum præſcriptione & morte tollitur.ibid.n.69.p.601

Vſurarius contractus quomodo dignoſcatur,q.7.n.35. p.33

Vſurariæ conuentiones nullo iure confirmantur,q.6.n. 24.p.28

Vſurarij libros edere tenentur,q.93.n.9 p.535

Vſurarij quib modis cogantur edere.ibid.n. 13 Vſurarius rationes non edens tenetur ad id quod intereſt,q. 93. n. 14. ibid

Vſurarius tenetur reſpondere poſitionibus ſuper exactione vſurarum.ibid.n 66 p.540

Vſurarij hęredes pro portionibus ad reſtitutionem vſurarum tenentur,q.94 n.30 p.546

Vſurarius reſtituit fructus deductis ſumptibus,q.95.n.16.p.555

Vſurarius facit fructus ſuos eius rei quam ex pecunia fœnore extorta comparauit,q.96.n.2 p.563

Vſurarius vendens agrum fœnori extortum nummos ſuos facit, ibid.n.3

Vſurarius tenetur non tantum ad reſtitutionem vſurarum, ſed etiam ad id quod intereſt.ibid.n.29 p.565

Vſurarius pro vſuris extortis an teneatur ad id quod intereſt, q.96.n.17

Vſurarius tenetur ei,cui vſuras abſtulit ad id quod quod intereſt, modo probetur legitimis modis,q.96.n.30 p.566

Vſurarius qui vinum, vel triticum fœnori abſtulit, tenetur ad intereſſe etiam extra rem,q.96.n.33 p.567

Vſurarius manifeſtus non poteſt eſſe idoneus fideiuſſor, q. 99 n.38 p.588

Vſurarius non poteſt eſſe teſtis,q.100.n.42 p.598

Vſurarius manifeſtus,qui palam fœnus exercet,q 100.n. 2 p.589

Vſurarius manifeſtus, qui hoc ſcelus in iudicio confeſſus eſt, q.100 n.10 p.591

Vſurarius manifeſtus, vt quis ex confeſſione intelligatur, an ſatis ſit, ſi ſimpliciter ſe vſurarium eſſe confeſſus eſt. ibid. n.11,

Vſurarius manifeſtus teſtibus probari poteſt in iudicio productis,ibid.n.16 p.592

Vſurarius manifeſtus ex ipſius libro rationum deprehenditur, ibid. n 19

Vſurarius manifeſtus ex ipſius libro rationum deprehenditur, ibid.n.19

Vſurarius manifeſtus vt quis cenſeatur, ſatis eſt vt de hoc crimine in iudicio legitimis probationibus conuincatur. ibid.

Vſurarius manifeſtus an quis ante publicationem,& ſententiam cenſeri poſſit.ibid n.24 p.593

Maſcardus in concl.1424.in fin.declaratur. ibid.n.24

Vſurarius manifeſtus quis dicatur.ibid.n.26 p.594

Vſurarij quomodocumque manifeſti an pœnis omnibus contra vſurarios manifeſtos conſtitutis ſubiiciantur. ibid.n.27

Et hac de re Didaci Couarr.diſtinctio ibid.

Vſurarij quomodocumque manifeſti fiant, omnibus pœnis obnoxij. ibid.n.28

Vſurarij publici ſacris ordinibus inſigniri non debent.ibid.n.29

Vſurarij occulti quibus pœnis obnoxij ſint. ibid.n.26

Vſurarij publici ad Eccleſiaſtica officia non debent promoueri, ibid.n.29

Vſurarij admoniti niſi deſiſtant, poſſunt excommunicari.ibid. n.31 p.596

Etiam clerici.

Vſurarij manifeſti ad communionem altaris non admittuntur, ibid.33

Vſurarij infamia notantur.ibid.n 40 p.597

Vſurarij infames ipſo iure.ibid.n.41 p.598

Vſurarij infames, licèt, intra modum legibus ciuilibus permiſſum fœnus exerceant. ibid.n.41

Vſurarij à dignitatibus ſubmouentur. ibid.n.42

Vſurarius vſuras repetens repellitur, donec ipſe prius aliis extortas reddiderit. ibid.n.43

Vſurarij librum rationum edere tenentur. ibid.n.44

Quod procedit cum ciuiliter ad reſtitutionem vſurarum agitur. ibid.

Vſurariis appellationis ſubterfugium denegatur. ibid.n.45

Vſurarij manifeſti teſtamentum ipſo iure irritum eſt.n.47.p.599

Vt etiam aliæ vltimæ voluntates. ibid.

Vſurarius poteſt extra ordinem puniri. ibid.n.52

Vſurarij manifeſti carēt Eccleſiaſtica ſepultura.ibid.n.35.p.596

Vſu pecuniæ non eſt pretio æſtimabilis, niſi aliunde interſit, ex quacunque cauſa debeatur.q.27.n.40 p.152

Vſus illiciti pacti, quod non attingit formam cenſus, non perimit cenſum.q.62.n.33 p.350

VT

Vtens inſtrumento cenſus, vt penſiones exigat, pactis illicitis vti non cenſetur. ibid.n.36. p.350

Vtile per inutile quando vitietur, vel non,q.59.n.15 p.328

Vtile per inutile non vitiatur,q.72.n.35 p.408

VV

VVſembecij locus de emptione redituum,q.43.in,app.34. p.240

XE

Xenocrates iniuratum teſtimonium dixit Athenis, q.93.num.29. p.537.

FINIS.

HONORATI

LEOTARDI

I.C. ET SENATORIS

NICIENSIS,

DISPVTATIO

QVID IVS IVSTINIANEVM

DE

VSVRIS STATVERIT.



LVGDVNI,

Sumptibus LAVRENTII ANISSON.

M. DC. LXII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

CHRISTIANISSIMÆ CHRISTIANÆ BORBONIÆ,

DVCISSÆ SABAVDIÆ,

REGINÆ CYPRI, &c.

PIISSIMÆ, FORTISSIMÆ, PROVIDENTISSIMÆ,

CÆTERA MAGNÆ.

HONORATVS LEOTARDVS

SENEX SENATOR NICIENSIS,

ET BARO S. AGNETIS,

HANC SVAM DISPVTATIONEM

QVID IVS IVSTINIANEVM DE VSVRIS STATVERIT,

MAIORIS IAM DEDICATI OPERIS APPENDICEM

DAT, DICAT, CONSECRATQVE

HOC ANNO M.DC.LVIII.

¶ 2

PRÆFATIO

SI quis vnquam expertus eſt, quod Græcus Poëta quidam dixit [illegible] *me illum eſſe verè dicere poſſum. Cùm enim magnis vigiliis, & magna etiam rei familiaris iactura librum de Vſuris, & contractibus vſurariis coercendis compoſuiſſem: illumque in celeberrima Lugdunenſi Ciuitate typis mandari curaſſem, & iam Deo, ſuperiſque benè volentibus hoc meum opus ad omnes ferè Chriſtiani orbis partes me viuo, & non ſine aliqua commendatione mei perueniſſet: neſcio quo fato factum eſt, vt P. Ioſeph Gibalinus Societatis Ieſu Theologus vir ſane doctus, & eruditus poſt tàm breue tempus, quo meus ille liber prodiit, tractatum de eâdem materia in eâdem Ciuitate Lugdunenſi ediderit ex his, quæ mediocri diligentia tractaueram, nihil ferè intactum relinquens. Quamobrem mihi probabiliter pertimeſcendum eſt nouum hoc opus antiquæ literaturæ tùm Græcæ tùm Latinæ eruditione conſpicuum viri ſcilicet Theologi omnibus ad ſcribendum neceſſariis inſtructiſſimi ſuis fulgentibus radiis exiguum, & fortuitum mei libri lumen facilè offuſcaturum, vt minoribus Stellis exoriente Sole contingere ſolet. Cæterùm quia animaduerti virum Theologum, tametſi meis non indigeret, vt viuus per ora virûm volitaret, vt de Ennio proditum eſt, mea plurima, qualiacunque ſint, protinus in ipſos oculos incurrentia, operi ſuo iniunxiſſe, quæ neque ſoluere, neque vendicare mihi fas eſt, vt per Legem* X I I. tabular. *illi non licet, cuius tigna alienis ædibus iuncta ſunt, cogor inuitus iuxtà illam Sophoclis ſententiam laborem labori addere, & appendices quaſdam libro meo ſeorſas tamen & ab illius corpore diuiſas, ne illos, qui eum habent, ad nouum ſumptum cogam, quod moleſtum eſt, ſubtexere, vt hac ratione identidem clamitare, & dicere poſſim, hæc mea ſunt, vel fuerunt, & quaſdam meas ſententias ab eius, & aliquot recentiorum obiectionibus defendere valeam, paratus nihilominus mutare ſententiam, ſi iudicio veritatis me conuictum eſſe cognouero. Nam & hoc feciſſe Papinianum magnum illum virum conſtat*, ex l. ſi venditor. 6. ff. de ſeru. export. *& feciſſe Hippocratem Medicum, Soſigenem Mathematicum, Dionyſium Rhetorem, alioſque inſignes viros refert M. Mant. Bonauit.* Enchirid. rer. ſingul. lib. 1. cap. 1. *vbi etiam ait ingenuum eſse ſe ipſum corrigere, imitatus fortaſse illam Plinij ſententiam* benignum eſſe, & plenum ingenui pudoris fateri, per quos profeceris.

Sed quia opus quod aggredior, difficile, & laborioſum, & fortaſse illud ad finem perducere, & perficere non potero ſenex, & ſeptuageſimum tertium iam emenſus annum: ità vt poſsem Entelli prouocati ſenis excuſatione vti, & dicere,

Sed enim gelidus tardante ſenectâ
Sanguis hebet, frigéntque effœtæ in corpore vires.

Intereà dum in hac Auguſta Taurini Ciuitate patria mea causâ moram inuitus trahere cogor, adiutus amicorum libris opera pretium me facturum eſſe putaui, ſi mediocri diligentia, & vt mea ferunt anguſtia, quærerem, Quid ius Iuſtinianeum de vſuris ſtatuerit. *Eſt enim hæc quæſtio ad dignoſcendum ſtatum vſurarum maioris momenti, quàm quis primo aſpectu fortaſſe arbitraturus eſt, vt procedens diſputatio demonſtrabit. Quæ cùm ſuo ambitu multa contineat, Quid enim non continet hæc Theſis*, Quid de vſuris ius Iuſtinianeum ſtatuerit *? illam in duas diuidam partes. Et primùm quæram an ius ciuile extrà mutui terminos vſuras admiſerit. Deinde quæ fuerit Iuriſconſultorum veterum, quorum reſponſa habemus in Pandectis, & Imperatorum, qui eos in ſuis Conſtitutionibus imitati ſunt, de vſuris ſententia, quod tractat idem Theologus* eod lib.1. cap 7. art.5. *In quibus tractandis, ſi quod mihi cum eo diſsidium erit, parebo monitis Caroli Annibalis Fabroti Anteceſſoris Aquenſis præſtantiſsimi, qui in replicatione aduerſus Salmaſium illum prudenter admonet, vt in arguendi, ſi quos velit, vtatur verbis quæ iuris auctoribus ad modeſtiam compoſitis ſunt familiaria, veluti* difficile eſt, mirum, nouum, verius, non placet, non probo, verius arbitror, contrarium dicerem, contra ſentio: *vel vt loquitur Gaius in l.11. ff. qui pot. in pign. habeant.* vereor num aliud ſit: *vel imitabor Paulum* in l. lecta. ff ſi cert. pet. *qui ne videretur nominatim Vlpianum perſtringere, eius ſuppreſſo nomine ait*, ille dicebat, quidam putabat, *vt obſeruat hîc Præſes Faber* in ration. & *Zaſius, qui ſubiicit hoc modeſtos homines facere: tametſi mihi ignoſcendum erit, ſi quid aſperius dictum excideret, tùm quia difficillimum eſt iuſtum dolorem temperare, vt dicebat Pius Imp. apud Papin* in l 38. ff ad l Iul. de adult. *atque etiam quia comperi virum Theologum* in hoc art. *nimiùm heterodoxo auctori credulum fuiſſe, id eſt Franciſco Hotmanno, à quo ſi in hoc genere diſſentiam, non valdè commoueor: vt hinc interea aliquid luminis effulgeat me non omninò inutilem diſputationem ſuſcepiſſe.*

De

DE mandato Illuſtriſſ. ac Reuerend. D. Caroli Francifci Caſtilonei Canonici, ac Vicarij Generalis Capitularis eruditiſſimas elucubrationes geminæ diſquiſitionis de Vſuris à D. Honorato Leotardo I C ac Senatore peritiſſimo elaboratas exactiùs perlegi, in quibus nec deuium ab Orthodoxa fide, minúſve bonis moribus obuium percepi: Imò & iuris vtriuſque conſultorum doctrinis, necnon Theologorum, Sanctorúmque Patrum ſcitis ſolida ſtabilitate fundatas animaduerti. Quare videtur mihi opus ſanè digniſſimum vt typis mandetur pernéceſſarium, & valdè vtile.

D.Bernardus Barilis, *Canonicus, & Pœnitentiarius maior in Eccleſia Metropolitana Taurinen.*

Imprimatur ſi ità videbitur Reuerendiſſimo P.Inquiſitori.

Carolus Franciſcus Caſtilioneus, *Vic.Gen.Capitularis.*

Imprimatur.

F.Thomas Camottus, *Inquiſitor Taurini.*

ILluſtriſſ.& Excellentiſſ.Domino Præſide Buſchetto, Magnæ Crucis Equite, Religionis Sanctorum Mauritij, & Lazari Magno Cancellario,& Regiæ Celſitudinis Sabaudiæ Sigillorum Cuſtode meritiſſimo annuente, recognoui Diſputationem Illuſtriſſ. D. Honorati Leotardi, Iuris Conſulti eruditiſſimi, & Senatoris Nicienſis Integerrimi, Cui titulus eſt, *Quid ius Iuſtinianeum de Vſuris ſtatuerit*, eámque ad vnguem, & auidè veluti propugnaculum maioris Operis ad eodem exactiſſimè elaborati, & iam publici iuris facti, perlegi: Nec quidquam aduerti quod Conſtitutionibus, & Supremæ Iuriſdictioni S. R. Celſitudinis Domini noſtri clementiſſimi officiat. Imò Conſtitutiones ipſas laudari, & comprobari, vbi occaſio ſe obtulit, inueni;tantóque prætereà odio fœneratores proſecutum fuiſſe reperi, vt ne ipſum quidem vſurarum nomen audiri (ſi fieri poſſet) optaret, ſed ex legalibus libris omnino obliteratum eſſe cuperet. Summóſque Principes ob id hortetur, & animet, vt contractus vſurarios coërceant, & fœneratorum fraudibus occurrant. Dignus profectò æterna luce qui tanta animi rectitudine, tantíſque vigiliis tam immane monſtrum ex hominum mentibus euellere procurauit. Ipſámque Diſputationem publicis Typis dignam cenſeo, ſi præfatus Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Dominus meus imprimendi facultatem concedere non dedignabitur.

Dominicus Trochius *in Alma Taurinenſi Vniuerſitate horis pomeridianis ex prima ſede Iuris Ciuilis Interpres, & Aduocatus Fiſcalis S. Officij.*

Imprimatur.

BVSCHETTVS.

CONSENSVS.

LIbrum inſcriptum D.Honorati Leotardi, Iuris Conſulti & Senatoris Nicienſis, *Diſputatio, quid ius Iuſtinianeum de Vſuris ſtatuerit*, typis mandari,& in lucem edi, Sumptib.Laurentij Aniſſon, Bibliopolæ Lugdunenſis, ego Regis Conſiliarius & Procurator in Lugdunenſi Præfectura, non impedio. Lugduni die 13. Auguſti 1661.

VIDAVD.

PERMISSIO.

VIſo Procuratoris Regis conſenſu, Librum hunc typis mandari à Laurentio Aniſſon, Bibliopola Lugdunenſi, concedimus; & ne quis vltra conceſſam facultatem denuò excudat prohibemus. Datum Lugduni die ſupradicta.

SEVE.

Digitized by Google

ELENCHVS
Sectionum Primæ Partis.

I. Manuductio ad diſputationem: & quædam de differentiæ quoad vſuras inter iudicia bonæ fidei, & ſtricti iuris ex iure ciuili.
II. Vſura quæ in contractibus bonæ fidei iure ciuili recepta eſt, iure naturali illicita.
III. Interuſurij nunc nulla merces, nulla æſtimatio.
IV. Aſſertio quædam Franc. Hotmanni expenditur, & diluitur.
V. Vſura pecuniæ etiam non fœnebris iure Diuino, & Eccleſiaſtico prohibetur.
VI. Vſura extra mutui fines reperitur.
VII. Rurſus de differentia quoad vſuras inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris ex iure ciuili.
VIII. Vſuræ veræ ex iure ciuili veniunt in actionibus bonæ fidei.
IX. Vlpianus *in l. 7. §. quæ autem. de admin. tutor.* Papinianus *in l.1. de vſur.* quid de vſuris ſenſerint.
X. Aliæ obiectiones ex Caniſio reiiciuntur.
XI. Reiiciuntur alia quædam.
XII. Diluitur argumentum ex vulgaribus vſuræ definitionibus deſumptum.

Secundæ Partis.

I. Vſura iure ciuili probata eſt.
II. Referuntur aliorum ſententiæ.
III. Cautiones, & obſeruationes ad firmandum ſtatum diſceptationis
IV. Vſura fœnebris, & non fœnebris iure ciuili probata.
V. Vſura apud Iuriſconſultos, & Imperatores non eſt merces ſortis conſumptæ cum damno creditoris.
VI. Reiectiones legum, quæ pro contraria ſententia proferuntur.
VII. *Ad l ſocium ff pro ſoc.* quædam non vulgaria.
VIII. De ſententia *l.17. § ſi pupillo, ff de vſur.*
IX. An vſura ex reſponſis prudentum includat damnum creditoris.
X. Cur vſura legibus ſancienda fuit.
XI. Argumentum pœnæ ad vſuram reiicitur.
XII. Excutitur prima P. Gibalini concluſio.
XIII. Reiectio Reiectionum.
XIV. Reiiciuntur, & retorquentur cætera.
XV. Diſputationis epilogus, & finis.

HONORATI

HONORATI LEOTARDI I.C. ET SENATORIS NICIENSIS, DISPVTATIO *QVID IVS IVSTINIANEVM* DE VSVRIS STATVERIT.

SECT. I.

Manuductio ad diſputationem: Et quædam de differentia quoad vſuras inter iudicia bonæ fidei, & ſtricti iuris ex iure ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Vſuræ definitio.*
2 *Sorti ex aliis cauſis, quàm mutui debitæ vſuræ accedere poſſunt.*
3 *Vſura ex eo quod tardius ſoluitur, debetur iure ciuili.*
4 *Mora fit re ipſa minoribus propter vſuras.*
5 *Vſura ex mora in bonæ fidei contractibus & legatis.*
6 L. 3. C. in quib. cauſ. *emendata.*
7 *Emptio, & venditio bonæ fidei.*
8 L. 3. C. in quib. cauſ. *ex Græcis clarior & emendatior.*
9 L. 3. C. in quib. cauſ. *quoad vſuras abrog...a.*
10 *Vſura filia dierum, & menſium.*
11 *Vſura bellua pecuniam in diem generans.*
Vſura rabies in ſolo tempore.
12 *Vſura diſtinguitur ab eo quod intereſt.*
13 *Nomina quibus à ſapientibus vſura notata.*
Fœneratores quibus nominibus notati.
14 *Cloatij dictum.*
15 *Vſura omni iure prohibita.*
16 *Ioann. Bapt. Staibani ingenuitas.*
17 *Vſura quæ ex alijs contractibus deſcendit quam mutui etiam prohibita.*
18 *Gibalinus reſtringit vſuræ prohibitionem ad eam, quæ in mutuo exercetur.*
19 *Gibalinus opinatur in ſolo mutuo vſuram reperiri.*
20 *Vſura interdum apud veteres pro vſu.*
21 *Vſura apud iuris auctores veteres pro mercede vſus pecuniæ alienæ.*
22 *Vt etiam apud Patres.*
D. Ambroſij notiſſimus locus.
23 *Græci τόκου nomine frequenter vſuras nominant.*
24 *Iuriſconſulti titulum de Vſuris ſimpliciter inſcripſerunt.*
25 Tit. ff. & C. de vſur. *continent vſuras; quæ veniunt ex mora.*
26 *Iuſtinianus* in l. cos *vtrumque genus vſuræ moderatus eſt.*
27 *Græci eod. nomine τόκων vſuras fænebres, & non fænebres nominant.*
28 *Vſuræ, de quibus* in l. 3. C. in quid. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ. *non ſunt fænebres.*
29 *Vſuræ in legatis, & bonæ fidei iudicijs ex mora.*
30 *Græci, & Latini vno nomine vſuras vocant.*
31 *Vſurarum cauſa multiplex, ratio, & natura vna.*
32 *Cuiacij locus.*
33 *Vſura duplex conuentionalis, & legalis.*
34 *Fœnus non eſſe vſuram ſed ſortem & pecuniam ipſam ſub vſuris creditam comprobatur.*
35 *Vſurarum diuiſio vt alia ſit in genere alia in ſpecie reprobatur.*
36 *Vſuræ ſimul & ſemel in nautico mutuo ſoluebantur.*
37 *Fœneris verbum productum eſt ad vſuram quæ pro vſu pecuniæ creditæ ſoluitur.*
38 *Vſura pecuniæ non fænebris iniuſta & improba.*

IN initio, quod ſumo à Deo, pium & eruditum Lectorem meminiſſe velim me, vt mos maiorum fuit, mei operis *de vſur. quæſt.* 1. definiuiſſe vſuram *acceſſionem*
1 *ſortis debitæ ex ſolo tempore tardæ ſolutionis.* vt quidquid vſurarum eſt mea definitione comprehenderem, id eſt non eam vſuram duntaxat, quæ in mutui dationibus creditores ſibi cauent, & accipiunt: ſed illam etiam, quæ ex alijs contractibus deſcendit. Neque enim ſorti tantum, quæ ex mutuo debetur, vſuræ accedere poſſunt, quod nimis malo publico compertum eſt, ſed ſorti etiam quæ ex alijs cauſis, & contra-
2 ctibus debitoribus imminet, & qui diſtant à mutuo, vt conſtat euidenter *ex l. 4. C. depoſ. l. 49. §. 1 ff. de act. empt. l. 58. §. 1. ff. de admin. tutor. l. 69. §. vſuras ff. de iur. dot. l. 1. & 2. C. de vſur. & fruct. legat. & l. 18. C. de neg. geſt. & alijs.*
3 Et addidi *ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, ex l. 9. & 17. §. fiſcus. ff. de vſur. ibi; qui tardius pecuniam inferunt, &*

ſi

ex l.15.in fin.ff. de in diem addict. ſed præſertim *ex l.3. C.*
in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. cuius verba ſunt:
In minorum perſona re ipſa & ex ſolo tempore tardæ pretij ſo-
lutionis recepto iure moram fieri creditum eſt: in ijs videlicet,
quæ moram deſiderant, id eſt in bonæ fidei contractibus, &
4 *fideicommiſſis, & legatis.* In qua licet nulla fiat mentio
vſurarum, communis tamen ſenſus eſt Azonis, Cyni,
Saliceti, Alberici, & aliorum hoc ideò minoribus
potiſſimum conceſſum eſſe, vt vſuras, quæ iure ciuili
receptæ erant, à ſuis creditoribus poſt moram conſe-
querentur. Quod ſatis indicat, quod ait, *in ijs videlicet*
quæ moram deſiderant, id eſt, vt ego interpretor, in ijs.
in quibus illo iure mora ſufficit, vt vſuræ deberentur:&
certius oſtendit, quod ſubijcitur, *id eſt in bonæ fidei*
5 *contractibus, & fideicommiſſis, & legatis.* In quibus ex-
ploratum eſt ex iure ciuili vſuras poſt moram præſtan-
das eſſe. Ita enim ſancitum eſt *in d.l.4 C. depoſ. l. 17. C.*
de locat. l.1. in princip. & l.32. §. in bonæ fidei. ff. de vſur. & in
d.l.58. §.1. ff. de admin. tut. l. Titia Seio. §. vſuras de leg. 2. l.1.
& 2. C. de vſur. & fructib. legat. & probarunt Græci; vt
Harmenop. *lib. 3. tit. 9. §. idem & in cæteris*, & nihil in iure
noſtro frequentius. Vnde congruenter iuri, quod tunc
erat, Impp. Dioclet. & Maximin. nec enim noui aliquid
conſtituiſſe indicant illa verba, *recepto iure creditum eſt*,
in d.l.3. addiderunt, *id eſt bonæ fidei contractibus, & fidei-*
commiſſis, & legatis, in quibus ſcilicet ex mora venire
vſuras veteres iuris auctores ſpecie quadam æquitatis de-
cepti infeliciter exiſtimarunt.

6 Ex quibus etiam verbis niſi me coniectura fallit, puto
verbum illud, *pretij*, quod *in d.l.3.* legitur, & exercuit
noſtrorum ingenia etiam veterum, vt videre eſt apud
Cynum, & alios *in d.l.3.* & Barboſ. *in l.5. num.5. ff. ſol.*
matrim. irrepſiſſe textui, & mendoſè interpoſitum eſſe
ex adnotatione cuiuſdam antiqui gloſſographi, & for-
taſſe *ex l. curabit C de act. empt.* Nam nulla eſt ratio, cur
potius dicat *pretij*, quam pecuniæ depoſitæ, vel legatæ,
vel quæ ex mandato, aut locato debetur minoribus, in
quibus omnibus moram illis æquè fieri receptum eſt
7 Atq; etiam quia contractus, quo pretium petitur, id eſt
venditio, procul dubio contractus bonæ fidei eſt *l.11. §.*
1. ff. de act. empt. & d. §. actionum. Inſt. de act. & ibi
Theophilus notat, & Hotoman. *verſ. ex empto, & ven-*
dito, cæteriq; docuere Cicerone auctore *in lib. 3. de offic.*
ex quo vt dicere ſoleo, Iuriſconſulti multa didicere, &
proinde ſatis comprehenditur illis verbis, *in bonæ fidei*
contractibus, vnde ſequitur verbum illud *pretij* ſuper-
fluum eſſe, quod vix in legibus probari poteſt, & ſi re-
tineatur, nobilem hanc Diocletiani, & Maxim. con-
ſtitutionem intricatiorem reddere.

8 Et cum adhuc hærerem, competi hanc meam conie-
cturam, & quæ hactenus ferè diximus, validè confir-
mari *ex ead. l.3. C. in quib. cauſ. &c.* qualem ſcilicet clari-
orem nobis quod fatendum eſt, libri Baſilicon tradide-
runt *lib.* 10. *tit.* 33. *Quicunque*, ait Græca conſtitutio,
maior xxv. annis debet, non hoc ipſo quod vltrà non ſoluit
moram facere creditur, ſed cum interpellatus non ſoluit. Ve-
rum hoc in maioribus xxv. annis ſine dubio obtinet. Si enim
quod minori debetur, oblatum ei non ſit, moram face-
re debitor creditur, licet eum minor non interpellauerit.
Hoc autem in bonæ fidei contractibus obtineat, & in fidei-
commiſſis, & legato, hoc eſt, in quibus fructus, & vſuras
9 *poſt moram deberi receptum eſt.* † In qua duo maximè
obſeruari velim, primum hic nullam pretij mentionem
fieri, ſatis enim Græcis fuit dicere, *Hoc autem in bonæ*
fidei contractibus: Alterum, quod congruenter iis, quæ
dicebam *num.4.* & Impp. non expreſſerant, id ius fauore
minorum receptum fuiſſe, vt à ſuis debitoribus, qui
tardius ſoluunt, vſuras exigere poſſent, vt etiam fructus,
quod tamen quoad vſuras hodie non obtinet, vt obſer-
uat Mornac *ad h.l.* vbi refert dictum Thuani Præſidis
pupillos non eſſe vſurarios. Et nos hic etiam in perſona
minorum vſuras non admittimus.

10 Porrò ex hac, & aliis adductis legibus conſtat ex
ſolo tempore tardæ ſolutionis & ex eo tantum, quod
tardius ſoluitur, in contractibus bonæ fidei, legatis &
fideicommiſſis vſuras poſt moram iure ciuili præſtandas
eſſe, in contractibus verò ſtricti iuris, ſi ſtipulatio, vel
in quibuſdam caſibus pactum de illis præſtandis inter-
ueniſſet. Vnde non immeritò quidam dixere vſuram
filiam eſſe dierum, & menſium: & eleganter *in l.18. C.*
Theodoſ. de luſtr. conlat. fœneratores dicuntur *creſcentis in*
dies ſingulos pecuniæ acceſſione lætari: & ex contrario apud
Horatium, & Plutarchum calendas celeres nimis, &
triſtes debitoribus facere. † Et lepidiſſimè Ariſtopha- 11
nes *in Nubib.* Vſuram deſcribit belluam quandam in
menſes dieſque ſingulos pecuniam numeroſiore fœtu
progenerantem, vt obſeruarunt Alciat. & Goedd. *in l.*
121. ff. de verb. ſignif. & Salmaſ. *lib. de vſur. cap.7.* & nos
attigimus *d. quæſt.* 1. *num.* 40. vnde meritò adiecimus
definitioni, *ex ſolo tempore tardæ ſolutionis*, ſcilicet vt
oſtenderem rationem & rabiem vſuræ in eo poſitam
eſſe, quòd ex ſola retentione ſortis, & tarda debiti ſo-
lutione pro modo temporis lucrum captat, & quaſi
venale tempus habet, vt Seneca loquitur. † Atque 12
etiam vt vſuram diſtinguerem ab acceſſionibus, & præ-
ſtationibus aliis, quæ ſynallagma habent, & ex iuſtis
cauſis accedunt ſorti, vt cum aliquid ex contractu cre-
ditori abeſt veluti fructus *l. 5. C. de act. empt.* vel illius
intereſt ratione damni quod patitur, vel lucri, quod
amiſit debitoris culpa, quod refici, & refundi non tan-
tum ius naturæ, ſed etiam leges iubent, *vt l. 3. ff. de in*
lit. iur. l. 2. in fin. & l. vlt ff. de eo quod cert. loc. l. ſi fratres §.
idem reſpondit. & l. ſocium 60. ff. pro ſoc. l. 13. ff. rem rat. haber.
& alijs, & admittunt omnes: quod quidem diuerſum
eſt ab vſura, & incautè & imprudenter à quibuſdam
vſura dicitur. Quotieſcunque verò nihil tale incidit &
nihil intereſt creditoris ſibi tardius ſolui; & nihilomi-
nus creditor aliquid pretio æſtimabile exigit, vt expri-
mit vltrà ſortem, acceſſio hæc vera vſura eſt ſiue ex
mutuo, ſiue ex legato, ſiue ex alia cauſa pecunia debea-
tur, vt fuſius *in d. quæſt.* 1. demonſtrauimus.

Illud præterea Lectorem meum meminiſſe cupio me 13
initio *quæſt.* 2. vt oſtenderem malitiam & improbitatem
vſuræ, recenſere probra, & opprobria, quibus meritò
eam grauiſſimi auctores laceſſere, Seneca, Plutarchus,
D. Baſilius, D. Ambroſius, D. Gregorius Nyſſenus,
Petrarcha, & alij recentiores. Nec operæ pretium eſſe
duxi eorum dicta tranſcribere contentus paucis, & lo-
cum indicaſſe, vnde quiſque ſumeret. Et excerpſiſſe
etiam nomina, quibus qui funeſtam fœnoris artem ex-
ercent, notantur à ſapientibus, vt eorum crudelitatem,
& immanitatem detegerem, fures ſcilicet eos dici, &
deteriores furibus, raptores, Piratas, Lupos, Harpyas,
humanorum corporum accipitres, & humani generis
hoſtes: denique quales ait Plato tortores inſtare impijs
apud inferos. Ità vt ridiculus videri poſſit Cloatius 14
Verrius, qui apud A. Gellium *lib.16. cap.12.* dicebat fœ-
neratorem quaſi φανεροτῆρα, dici *quoniam id genus homi-*
num ſpeciem oſtentent humanitatis inopibus nummos deſide-
rantibus, quod tamen meritò fœneratoribus exprobrat
D. Ambroſ. *lib. de Tob. cap.3.*

Præterea vt mea fert tenuitas, oſtendere conatus ſum 15
vſuras iure naturali diuino, & Pontificio prohibitas
eſſe: & addidi etiam edictis recentiorum Chriſtianorum
Principum: & inter alias auctoritates retuli egregium
dictum Argentræi Britanniæ Gallicæ Præſidis meritiſ-
ſimi *art.266. cap.6.* vſuram odio humani generis ſemper
flagraſſe, vt inhumanam, & ſæpe crudelem, & Chri-
ſtianis legibus damnatam. Quod deinde P. Gibalinus
diſertiſſimè executus eſt ſui operis *de vſur. lib.1. cap.7.* mei
nulla mentione facta, nec tamen conqueror. Non enim
tenebatur, tamen ſi aliquis contemptus videatur in his,
in quibus, quis diligentem operam adhibuit, ab ijs
præteriti, qui deinde de eadem re & ferè eadem ſcri-
pſere. Sanè non talis in me fuit D. Ioann. Bapt. Stai- 16
ban. qui huius meæ *quæſt.* meminit cum aliqua commen-
datione

datione mei in ſuo *lib. de intereſſ. part. 1. quæſt 15.* ſecutus vt virum nobilem decet, egregiam illam Plinij ſententiam *benignum eſſe, & plenum ingenui pudoris fateri, per quos profeceris.*

17 Sanè eo loco longius progreſſus ſum: & *num. 54.* oſtendi aduerſ. Borcholt. & alios quoſdam non tantùm vſuras pecuniæ creditæ iure Diuino, & naturali, & Eccleſiæ cenſura eſſe prohibitas: ſed illas etiam, quæ ex quantitatibus ex alijs cauſis debitæ proueniunt, & quas ius ciuile in iudicijs bonæ fidei, & legatis ex mora, & ſolo tempore tardæ ſolutionis imprudenter admiſit, eadem prohibitione contineri.

18 At verò P. Gibalinus aliud ſentire videtur, & prohibitionem illam iuris naturalis, diuini, & Eccleſiaſtici reſtringere ad vſuram quam fœneratitiam vocat, id eſt, ad eam quæ ex fœnore venit, & quam creditoris in mutui dationibus ſtipulantur & capiant. Nam initio primis libri, in quo de malitia, & prohibitione vſuræ quærit, & quem de vſuris, ac fœnore inſcripſit, & folijs ſingulis *de vſuris fœneratitijs*, ait ſe ſic inſcribere æmulatus veteres, qui vſuram ab vſuris diſtinguunt, vſuramque in ſingulari numero pro vſu, ſeu vſione rei accipiunt, vſuras verò pro mercede, quæ ob vſum pecuniæ fœnebris debetur, & percipitur, & τόκος Græcis nominatur: & ſapienter ſe hunc librũ in quo de fœnore diſputaturus erat, de vſuris inſcripſiſſe, inſcripſit verò de vſuris ac fœnore, vt dixi. Deinde initio *c.7.* in quo congruenter dictæ meæ quæſtioni diſputauit de malitia vſuræ, *in primis, ait, conſtituenda eſt aſſertio Catholica, vſuram fœneratitiam eſſe malam: & art. 2. num. 3. in fin.* ex multis ſacræ paginæ locis concludit, fœnus diuino iure damnari: & *art. 3.* inſcriptus eſt, vſura fœnebris prohibetur iure Eccleſiaſtico. Præterea *art. 5. in pr.* ſcribit maiorẽ eſſe difficultatem, an ius Cæſareum ſeu Iuſtinianeũ vſuras fœnoris probauerit, vel improbauerit, tametſi illum inſcripſiſſet, *Quid ius Iuſtinianeum de vſuris ſtatuerit.* Et apertiſſime etiam in exordio *art.6. vſuram, inquit, fœneratitiam omni prorſus iure tùm naturali tùm diuino, & humano confoſſam oſtendimus hactenus: neque lucculentius eius improbitatem demonſtrare licuit. Denique initio art.7.* vbi meritò inſultat Salmaſio, *Poſt hæc,* inquit, *quis ſibi perſuaſerit reperiri homines ad omnem impietatem ità proiectos, vt vſuram fœneratitiam contrà omnia diuina hu-*

19 *manaque iura defendendum ſuſceperit.* Et quod magis eſt, opinatur vſuram in ſolo mutuo reperiri, idque pro regula conſtituit *c.8. art.4.* verſ. *Dico igitur.* Ex quibus, (ſunt & alia huius rei veſtigia) videtur vir Theologus, vt dicebam, ſentire vſuras duntaxat pecuniæ fœnebris, id eſt quæ fœnori data eſt, ſeu credita vel ſumpta ſub vſuris vt *in l.54 ff. ſi cert. pet. & l.5. C. de naut. fœn.* iure naturali Diuino, & cenſura Eccleſiæ Catholicæ damnatas & prohibitas eſſe: vſuras verò quæ ex legatis, & fideicommiſſis, & ex alijs contractibus, & cauſis deſcendunt, quæ diſtant à mutuo vel non eſſe veras vſuras, & illa prohibitione non contineri, vel ſaltem non ſatis ſe explicare, quid de hoc genere vſurarum ſentiat, quod tamen latiſſimum eſt, & latiſſimè vagatur.

20 Ego quæcunque ſit de hoc genere P. Theologi ſententia exiſtimo in primis ad iuſtitiam, vel iniuſtitiam vſuræ, quod nunc hac tota diſceptatione inquirimus, nihil referre quòd veteres vſuram ab vſuris diſtinguant, & vſura in numero ſingulari illis ſit vſus rei, vſuræ verò mercedes, quæ pro vſu pecuniæ fœnebris penduntur, & proinde his Grammaticorum curis tanquam inutilibus toto noſtro opere abſtinuimus. Et fateor quidem vſuram apud veteres interdum ſignificare vſum cuiuſcumque rei, vt *lucis, vitæ, pecuniæ,* & ſi fas eſt dicere, etiam *corporis*, vt idem probat *cap.6. art.1.* & præſertim ex illo Ciceronis loco *Tuſcul.1. Natura dedit vſuram vitæ tanquam pecuniæ nulla præſtituta die. Quid eſt igitur quod querare ſi repetit cum vult? ea enim conditione acceperas.* qui locus ſenibus maximè memorandus eſt. His & alijs, quæ ex Hotomani commentario vocabulorum iuris deſumpſit addere potuit ex eodem, quod Paulus ait *in l.2. ff. de calumn.* eum quoque cœpiſſe videri, *cui gratuita pecunia vtenda data eſt*, id eſt, cui pecunia mutuo data eſt ſine vſuris, vt explicat Cuiac. *ad lib. 10. Pauli ad edict. in princ.* quod eſt vſura iuuare alium, vt eleganter dicit idem Cicero *Verrin.5.* Senatum publicanos vſura ſæpe adiuuiſſe: & notat Salmaſ. *lib.1. de vſur cap.4.* Sed 11 dico vſuram in numero ſingulari apud veteres iuris auctores, & alios ſignificare etiam mercedem vſus pecuniæ alienæ: & profero nunc duos notiſſimos, & præſtantiſſimos iuris textus. Primus *ex l. ſi nauis 62.* quæ eſt Papiniani *ff. de rei vindic.* vbi poſtquam dixit poſſeſſorem hæreditatis non cogi præſtare vſuras eius pecuniæ, quam non attingit, ait Papinianus. *Nam etſi maximè vectura, ſicut vſura non natura peruenit, ſed iure percipitur.* Alter eſt *in d. l.121. de verb ſignif.* vbi *Pomponius. Vſura pecuniæ, quam percipimus in fructu non eſt, quia non ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſa eſt, id eſt ex noua obligatione.* His locis vſura pecuniæ licet numeri ſingularis non vſus eſt pecuniæ, ſed id quod propter vſum pecuniæ percipitur: vt etiam *in l.3 §.2. & l.17. §.in. ff. de vſur. & in l.15 in fin. ff. de in diem addict.* ex quibus ſatis conſtat vſuram apud iuris auctores frequenter ſumi pro eo, quod accedit ſorti, id eſt, quo vſuris. Quod etiam vſitatum eſſe conſtat *ex l. vlt. C. Theodoſ. de vſur. Itaque, inquit, omnes intelligunt nullum florentiſſimo cuius ſocietatum fœnus exercentem vltrà medietatem centeſima vel iure ſtipulari, vel poſſe poſcere vſuram.* quod & Anianus ibi imitatus eſt. Patres 12 etiam ſæpiſſimè vſuram ſumunt pro eo, quod percipitur vltrà ſortem, neque vſuram ab vſuris diſtinguunt: & ſufficiat vnus D. Ambroſij locus *ex lib. de Tob cap. 15. Ab illo vſuram exige, cui meritò nocere deſideras cui iure inferuntur arma huic legitimè indicantur vſuræ, quem bello facilè vincere non potes, de hoc potes te centeſima vindicare. Ab hoc vſuram exige, quem non ſit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui vſuram flagitat: ſine gladio ſe de hoſte vlciſcitur, qui fuerit vſurarius exactor inimici. Ergo vbi ius belli ibi etiam ius vſuræ.* Quin & Varro antiquus ille linguæ latinæ author *lib.4. in fin.* vſuram enim accederet ad ſortem, ab vſu dictam vſuram eſſe ſcribit, quod miror neque Hotmannum, neque Salmaſium adnotaſſe. Quod 13 ſi ad Græcos iuris auctores tranſgredimur, conſtat illos τόκον nomine ſingulari id, quod accedit ſorti, id eſt vſuram paſſim, & promiſcuè nominaſſe. Nam licet linguæ Græcæ peritus non ſim, ſcio tamen legere. Baſilica igitur ſic contrahunt *d. l. 121.* ὁ τόκος τῶν χρημάτων οὐκ ἔστι καρπὸς *vſura pecuniæ non eſt fructus.* & *in l.1. ff de vſur. In bonæ fidei iudicijs* τόκος *officio iudicis conſtituitur.* & *l.3. §.4. auro vel argento facto legato* τόκος [illegible] *& Harmenop. lib.3. tit.7. in princ.* τόκος *ſtipulationis vinculo non munitus non exigitur.* & *§ 5.* τόκου τόκος *non exigitur.* & multis locis *inf. ead. tit.* in quibus illud notandum, quod vbi Latini ſcribunt vſuras, vt *in princ. d. l.1. ff. de vſur. & in d. §. 4.* Græci reponunt τόκον in numero ſingulari. & *in l.8. ff in quib. cauſ. pign.* quod lex ait *ad modum legitimum vſuras retinere*, lex Græca ait [illegible] τόκον: vnde conſtat iuris auctores tum Latinos tum Græcos vſuram ab vſuris non diſtinguere

Præterea compertum habeo Iuriſconſultos veteres 14 non tantùm vſuram quæ pro mercede vſus pecuniæ fœnebris percipitur, & fœnus dicitur, dicere voluiſſe, vt ait, ſed & eam, quæ pro vſu & retentione pecuniæ non fœnebris ex mora infligebatur eodem nomine nuncupaſſe, ſcilicet vſurarum. Etenim veteres iuris auctores, quos præſtat imitari, qui de hoc genere ſcripſere, non de vſuris fœneratitijs, quo nomine vſuras puto neminem nuncupaſſe, neque de vſuris & fœnore, ſed de vſuris ſimpliciter libros ſuos inſcripſerunt, vt conſtat *ex leg.17. ff. de vſur.* quæ nobis vnica relicta eſt ex libro Pauli ſingulari *de vſuris*, in qua ſcilicet non tantùm de vſuris pecuniæ creditæ, ſeu fœnebris, vt noſtri loquuntur, ſed etiam de alijs, quæ ex alijs cauſis iure ciuili, & ſecundum

ſapientum

Digitized by Google

ſapientiam illius ſæculi receptæ erant, vt *in §. in tacito. &*
25 *§. ex locato. & §. vlt.* reſpondit. Et conſtat etiam ex titulis *Pandect. & C.* qui de vſuris inſcripti ſunt, continentque veterum reſponſa, & reſcripta Principum non tantùm de vſuris pecuniæ fœnebris reddita, ſed etiam de vſuris, quæ ex aliis contractibus deſcendunt, & ſpecialiter ex mora, vt *in l. 1. 3. 13. 32. & 37. & aliis, ff. de vſur.* vt notat Borcholt. *d. cap. 1. num. 1.* qui proinde etiam inſcriptus eſt *de mora.* & *in l. 13. & 24.* & quæ aliis omnibus legem de-
26 dit, *l. 26. §. 1. C. de vſur.* Vbi Iuſtinianus non tantùm vſuras fœneratitias, quandoquidem ità loqui placet, ſed & alias, quæ citrà ſtipulationem debebantur, moderatus eſt: nimirum in contractibus bonæ fidei, legatis, & fideicommiſſis. Idem conſtat *ex eod.* Harmenopolo multis locis: & præſertim *d. lib. 3. tit. 3. § emptor 60.* qui inſcriptus eſt περὶ τόκου, ſeu de vſura, & rurſus *eod. lib. tit. 7.* qui περὶ τόκου etiam inſcriptus eſt ſingulari numero, tametſi interpres *de vſuris* verterit. ex quibus locis ſatis conſtat illum vſuras pecuniæ creditæ, & vſuras quæ ex aliis contractibus proueniunt eodem nomine nuncupaſſe. Et tantùm illud notandum eſt eum *in d. tit. 7.* referre eam Iuſtiniani conſtitutionem, & illam illius partem prætermiſiſſe, in qua Iuſtinianus modum ab eo datum vſuris obſeruari iubet in omnibus aliis caſibus, in quibus citrà ſtipulationem exigi ſolent, quod & ab auctoribus Baſilicon prætermiſſum eſt: obſeruarunt tamen *gloſſ. in d. l. 26* verbo *exigi ſolent.* Donell. *ad eand. n. 11.* Cuiac. *in l. 1 ff. de naut. fœn. & in l. 20.* verſ. *ſciendum etiam C. de vſur.* Hotman. *de vſur. lib. 1. c. 8.* verſ. *Atque hæc quidem.* Roderic. *de ann. redit. lib. 3. quæſt. 4 num. 36.* & Borcholt. *in d. cap. 3. num. 19.* Et tamùm iuris conditoribus titulos ad rem vſurariam pertinentes diuidere viſum eſt, cum de vſuris diuerſam aliquam à communibus rationem habentibus ſtatuere voluerunt, cuiuſmodi ſunt vſuræ eius pecuniæ, quæ periculo creditoris traijcitur, vt conſtat *ex tit. D. & C. de naut. fœn.* & Nouell. 106. Cæteras verò vſuras, ſeu communes ſiue ex ſtipulatione ſiue ex mora deberentur, vt in contractibus bonæ fidei, vno nomine vſurarum complexi ſunt. vt dictum eſt, quo etiam vſuræ nauticæ contineri potuiſſent.

27 Et licet vſuræ pecuniæ fœnebris, vel ex mutuo fœnebri debitæ τόκοι Græcis nominentur, vt congruenter ſuis principiis P. Gibalinus veteres, vt ipſe ait ſapienter æmulatus notat in exordio ſui *lib. 1.* quod totum quis probabiliter dicet deſumptum ex Salmaſij *lib de vſur. cap. 4. in fin. fol. 83.* ità verba, ſententiæ, & auctoritates congruunt, nomine tamen prudenter abſtinuiſſe, ne ad auctoritate huius auctoris ſui operis initium inauſpicatò ducere deprehenderetur: attamen admittendum etiam eſt vſuras non fœnebres, quæ citrà ſtipulationem propter moram ex contractibus bonæ fidei legalis, & fideicommiſſis proueniunt, eodem nomine ab iiſdem Græcis nuncupari, vt conſtat *ex eod.* Harmeno. *d. lib. 3. tit. 3. §. ſi emptor. & eiuſd. lib. tit. 9. in princip.* vbi de vſuris depoſiti agit, & τόκον vocat: & *ex Baſilic.* & præſertim *lib. 23. tit. 3.* qui inſcriptus eſt περὶ τόκον, καὶ καρπῶν, καὶ ὑπερθέσεως, & ex ſcholiis Græcorum *ad eund.* denique *ex l. an minorum 3. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* qualem ex Baſilic. repoſui illis, quæ in extremo ſunt, verbis. *Hoc autem bonæ fidei contractibus obtineat & in fideicommiſſis, & legatis, hoc eſt in quibus fructus, & vſuras poſt moram deberi receptum eſt.*

28 Porrò vſuræ, de quibus hæc Græca conſtitutio loquitur, & quas τόκους nominat, non ſunt vſuræ fœnebres, & pecuniæ fœnebris, ſeu ſortis mutuo ſub vſuris datæ, & acceptæ, quia mutuum non eſt ex his contractibus, qui deſiderant moram, vt loquitur *d. l. an minorum. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.* ad hoc vt vſuræ debeantur iure ciuili, ſed ſtipulationem *l. 3. Cod. de vſur. l. 10. § ſed vtrum, ff. de in rem verſ. l. 24 ff. de præſcr. verb.* ſed ſunt vſuræ non fœnebres, & quæ ex aliis contractibus, & negotiis deſcendunt, vt ex depoſito locato, & aliis iudiciis bonæ fidei, legatis, & fideicommiſſis, quæ à mutuo remota ſunt, in quibus poſt moram vſuras venire
ibi dicitur, quod & iure noſtro receptum eſſe conſtat in 29
legatis, & fideicommiſſis *ex l. 1. & 4. C. de vſur. & fruct. leg. legat. & l. 78. §. 2. ff. de leg. 2.* & in contractibus bonæ fidei. & *l. ex contraria ff. de vſur. l. 6. & 7. ff. de negot. geſt. l. 2. & 3. C. depoſit. l. Præſes. 17. C. de locat. gloſ. in d. l. 3. C. de vſur.* & ex Græcis Harmenop. *loc. cit.* & diximus multis locis, & præſertim *quæſt. 1. num. 8.* vbi ex Cuiacio dixi nullam eſſe regulam frequentiorem: & addo nunc Euerardum Bronchorſt. *cent. 1. aſſert. 84.* vbi notat Imperatores, & Iuriſconſultos in ſuis reſcriptis, & reſponſis nominatim contractuum bonæ fidei mentionem facere, vt oſtendant in contractibus ſtrictis ex mora vſuras non deberi, vnde interim intelligere poſſis ius ciuile difficilius vſuras in mutuo, quàm in contractibus bonæ fidei admiſiſſe.

Atque ex his perſpicuum eſſe puto Romani iuris au- 30
ctores hoc nomine ſcilicet vſurarum & illas nuncupaſſe, quæ in pecuniis fœnori locatis agitabantur, & eas, quæ propter moram ex contractibus bonæ fidei, legatis, & fideicommiſſis, quæ hac in re iudiciis bonæ fidei adæquata ſunt, à iudicibus infligebantur, vt comperi obſeruare Bachou. ad Treuthler. *tit. de vſur. Theſ. 2. In toto iure,* inquit, *acceſſiones quæ ex cauſa mutui, & ex aliis contractibus ex mora quoque debentur, perpetuo communi vſurarum nomine appellantur* Et certum etiam eſt Græcos ſiue legiſlatores ſiue Iuriſconſultos vtrumque illud vſuræ genus nomine τόκων paſſim comprehendiſſe, quod non imprudenter factum eſſe arbitror, nam licet cauſa earum diuerſa ſit, mora ſcilicet pactum, & ſtipulatio, earum tamen vna ratio, & natura eſt. Vt enim vſura pecuniæ fœ- 31
nebris currit, & creſcit in dies ſingulos à tempore interpoſitæ ſtipulationis, & eſt quidam veluti partus, & reditus illius *l ſi bene ff. de vſur. l. lecta. ff. ſi cert pet. d. l. 24. de præſcrip. verb. & d. l. 18. C. Theod. de luſtr. conlat.* Ita & vſura quæ ex aliis contractibus deſcendit, currit, & creſcit à tempore moræ, & ex tempore tardæ ſolutionis *d. l. 3. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. l. 17. §. ex locato. ff. de vſur. l. 6. in fin. ff. de negot. geſt.* illis verbis, *incipit eſſe vſurarum l. 4. C. de vſur. pupill.* & reditus, quoque dicitur, reditus ſcilicet pecuniæ, vt *in l. 30. ff. de adim. leg.* & de huiuſmodi vſura etiã Vlpianus dicit pecuniam ſterilem eſſe non oportere *in l. 3. § 4 ff. de contr. & vtil. act. tut.* vbi Gothofredus notat iure ciuili nummum nummos parere. Vnde & de hoc etiam vſuræ genere vſurpari poteſt illud Auſonij

Et velox inopes vſura trucidat.

Hæc omnia paucis complexus eſt Cuiac. *in comment.* 32
l. 1. de vſur. in princ. Ait enim. *vſuræ quæ nihil aliud ſunt, quàm ſortis incrementum, ſunt iure ciuili receptæ non tantùm quæ propter moram; ſed etiam quæ propter lucrum. Nec tantùm conuentione noſtra, ſed etiam ipſo iudicio, & iure. Vt in bonæ fidei iudiciis, & legatis vſuræ veniunt ex mora, ex officio iudicis, & actione iudicati, in qua vſura centeſima poſt diem iudicati venit. Conuentio vel eſt ſtipulatio, vel pactum, &c. In actionibus ſtrictis vſuræ neque debentur ex mora nec ex pacto ſed tantum ex ſtipulatione, vt in mutuo l. Titius. ff. de præſcr. verb. l. 3. C. de vſur. & in promutuo l. 1. C. de condict. indeb.* Quod & vir doctiſſimus repetit *in paratl. eiuſd. tit. in fin.* & Fabrot. *ad eand.* verſ. *Fœnus dicitur.*

Hinc probari poteſt noſtra vſuræ diuiſio, vt alia ſcili- 33
cet ſit conuenta ſeu conuentionalis: alia legalis, quæ ex mora, & ex lege, & officio iudicis debetur, & legalis dicitur, quia leges eam præſtari, & infligi iubent, vt diximus *quæſt. 4. num. 1.* illa dicitur fœnus ſortium *in l. 24 ff. de vſufr legat.* & vſura pecuniæ fœnebris *in l. 34. de reb. cred. l. 9. in princ. ff. de vſur. & l. 3. C. eod.* Hæc ſimpliciter vſura appellatur *in l. 16. & 17 §. 4. & 5. & l. 37. ff. de vſur. l. 3. & 4. C. depoſ. l. 17. C. locat.* & paſſim alibi, eamque leges citrà ſtipulationem vel conuentionem vllam præſtari iubent ex ſola mora, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, vt iiſdem legibus ſancitum eſt, & aliis, quas ſuperfluum eſt hic regerere. Hæc diuiſio continet quidquid vſurarum eſt in iure ciuili, de quo agimus, ne quis

mihi

Digitized by Google

mihi obiiciat vſuram, quam mentalem vocant non comprehendere: & eadem ferè eſt cum ea, quam tradit Borcholt. *cap.2.* vbi initio dicit paucis notam eſſe.

34 Hic tamen non prætermittam Claodium Salmaſiū *lib. de vſur cap.2.& ſeqq.* obſeruaſſe fœnus apud iuris auctores, & alios veteres non eſſe vſuram ſed pecuniam, & ſortem ipſam ſub vſuris creditam, quod quibuſdam paradoxon videbitur, & tamen probatur multis iuris locis, vt *l.12.§.ſi mihi ff mandat l.13.C.ad S.C.Velleian l.3. C. de naut. fœn l.5.C.de privil. fiſc.l.vlt.C.quo quis ord.conuen.& d.1. C. de his qui ex off. conuen.* & conſtat etiam ex illo Plauti loco.

Si mutuo non potero, certum eſt ſumam fœnore.

Et in hoc ſenſu D. Ambroſ. *lib. de Tob.cap.3.Calendis vſuras dabis. Fœnus interim ſi non habebis, vnde reſtituas, non requiro.& cap.4. Bene fœnus appellatur quod datur, nà vile ac fœnum eſt. Sortē dicetis, quid debetur.* & in eodē ſenſu eod. lib. puto dixiſſe ſæpius *vſuras fœnoris*, id eſt mutui contracti ſub vſuris. Et in hoc ſenſu etiā Eugenius II. *in Syn. Roman.* vetat *Sacerdotes fœnore aliquo aut venatione occupari.* His congruit illud M. Tullij *ad Att. non modo magno ſed iniquiſſimo fœnore verſurā facere coactus eſt.* Verſurā enim facimus non vſuris, quas fœneratoribus præſtamus ſed ea pecunia, quam fœnore ſumimus. Denique id ſatis oſtendit, quod Tacitus refert de moribus Germanorum apud eos fœnus in vſuris extendere ignotum fuiſſe: & quod alij veteres, & iuris auctores paſſim dicunt ponere, habere nummos in fœnore, agitare, & exercere fœnus, pecuniam fœnerare fœnori dare, occupare, & exercere fœnore, vt in *l.33.& 34. ff. de reb. cred. l.ſi nauis. l.7. §.quoties ff depoſ.* & quod de quodam adminiſtratore reipublicæ dicitur *in d l.vlt. C. quo quis ord.conuen. Cum te, & collegam tuum publicum fœnus collocare proponas*, & Petrarc. *lib.1. de rem. vtriuſque fort. dial.91. fœnus optimum bene collocans*, ex quibus nihil certius fœnus apud iuris auctores, & alios ſignificare ipſam fœnebrem pecuniam, ſeu pecuniam ſub vſuris creditam, vel acceptam: vſuram verò eſſe id quod accedit fœnori, id eſt contracti fœnoris incrementum, vt dicit idem D. Ambroſ. *eod. lib de Tob. cap.21.*

35 Et quamuis Boſcholt. *loc.cit.* dicat *in tit. de vſuris*, agi de vſuris in genere: in titulo vero *de Nautico fœnore*, agi de vna ſpecie vſurarum, quæ fœnus nauticum dicitur, ideoque non de nautica vſura, ſed de nautico fœnore inſcriptum eſſe. Vnde Fabrot. *loc.cit.verſ. quanquam autem*, probabilius eſſe ait auctores iuris accepiſſe fœnus nauticum pro vſura pecuniæ traiectitiæ, vt ſit τόκοι ναυτικοί, & id Cuiacium ſequi. Sanè longè probabilius eſt fœnus in hoc titulo ſumi pro pecunia ſub vſuris maritimis data, & accepta, vt indicat *d.l.3. C. de naut. fœn* & quod ſubtiliter reſpondet Salmaſ. *loc.cit.* id factum eſſe, quia moris fuit eo tempore quo frequentiſſimus erat ordo fœneratorum, vt dicit *l.vlt. C. qui bon. ceder. poſſ.* vt in communi mutuo vſuræ ſeorſim à fœnore, id eſt ab ipſa exigerentur, cuius rei multa ſunt ſatis impreſſa veſtigia, vt *in l lecta, ff. de reb. cred l.12.13. & l.33. ff. de vſur.*

36 & in D. Ambroſ. *loc.cit. Calendis vſuras dabis, &c.* Sed in mutuo nautico totum fœnus ſimul & ſemel ſoluebatur, hoc eſt ſors ipſa cum vſuris de quibus conuenerat, vt indicat *d.l.4. ff. de naut. fœn. l.qui Romæ, §.1. ff. de verb. oblig. l.23. ff. de oblig. & act.* & obſeruat Cuiac. *ad d. l.23. tr.7. ad Affric. verſ. An præterea ſciendum eſt.* ideò titulus de fœnore nautico inſcriptus eſt non de vſura nautica. Et Salmaſij coniecturam validè confirmant Græci in Baſilic. *lib.53. tit.5.* qui inſcriptus eſt, περὶ θαλασσίου δανείου, id eſt de maritimo mutuo. Hinc verò occaſione capta Salmaſius auſus eſt dicere illam vſuræ diuiſionem, vt alia ſit fœnus: altera quæ in generis ſui appellatione conſiſtit, & vſura nominatur, ineptam eſſe, & hac in re errasse primarios Iuriſconſultorum, ſcilicet Cuiacium, & Hotmannum, vt eum puto intelligere.

37 Cæterùm ex vſu, penes quem eſt arbitrium & norma loquendi, vt Horatius ait initio *de arte poët.* & ex Cicerone, Quintiliano & aliis Alciat. *lib.2. de verb. ſignif. num. 27.* fœnoris etiam verbum perductum eſt ad vſuram, quæ pro vſu pecuniæ creditæ promittitur, & ſoluitur, in quo ſenſu non vno loco in iure noſtro ſumitur, vt *in l 6.C ſi cert. pet. l.9. §.1. ff. de vſur. & d l.4. ff. naut. fœn. l.42. § vſuras. ff ſolut. matrim. l 24. ff. de vſufr. leg l. 58. §. qui poſt. ff. ad Trebel.* idque admittit Salmaſius *loc.cit.* ſubiciens tamen id abuſiuè dictum eſſe. Id etiam notat D.F. brot. ad Cuiac. *in tit. C. de vſur.* verb. *Fœnus dicitur.* & *tit. ſeq. in princ.* & verſ. *quanquam autem.* & conſtat etiam ex illo Plauti loco, quem adfert ex Moſtell. *is tibi & fœnus, & ſortem dabit.* Sic & veteres Grammatici fœnus dicere, vt Græci τόκον, quaſi partum mutui ſumpti. Sic Aul. Gellius fœnus dictum putat quaſi fœtum pecuniæ in dies increſcentis: vt etiam Valla *lib.4 cap.59.* Et hac ratione hæc diuiſio ab obiectionem Salmaſij defendi poteſt. Mihi verò ſufficit dicere vſuram ſiue fœnus dicatur, ſiue non fœnus ſed vſura nuncupetur: & ſiue ſecundum meam diuiſionem conuentionalis ſit ſiue legalis, forma, & ratione non differre, & omnes improbas eſſe vt dixi *num. 30. & 31.* Et quidem de fœnore, ſeu vſura creditæ pecuniæ apud omnes conuenit improbam eſſe, quod ſe oſtendiſſe ſcribit P. Gibalin. *d. art.6. in princip.* neque luculentius demonſtrari licuiſſe, idque admittit ipſe Hotman *cap. 1. lib.2.* De vſura igitur, quæ non eſt fœnus vt 38 dicunt, nec pecuniæ fœnebris, & quæ tam latè in iure noſtro vagatur, quæcunque ſit P. Gibalini ſententia, quia ſemper arbitratus ſum pertinere ad religionem ſcribentis de iure apertè ſuam ſententiam dicere, ne Lector hæreat, dico iniuſtam, & improbam eſſe, & iure naturæ prohiberi. Quod ſi meæ tenuitati præſtare fas erit, perſuaſurum me quoque ſpero illam iure Diuino prohibitam eſſe. Naturæ enim ratio lex quædam Dei eſt, vt inquit M. Tullius *lib 3. de offic.*

SECT. II.

Vſura, quæ in contractibus bonæ fidei Iure Ciuili recepta eſt, Iure Naturali illicita.

SVMMARIVM.

1 *Vſura in contractibus bonæ fidei, & legatis violat æqualitatem iuſtitiæ.*
2 *Iuſtitia in commercijs æqualitatem deſiderat.*
3 *Quicquid accedit ſorti ex ſolo tempore indebitum eſt.*
4 *Creditor plus exigens quam ſibi debeatur, violat ius naturæ.*
5 *Natura ius non patitur quempiam locupletari cum aliena iactura.*
6 *Natura vetat alienum appetere.*
7 *Creditor, qui vltrà ſortem aliquid exigit propter moram, locupletatur cum aliena iactura.*
8 *Natura non patitur, vt bis idem exigatur.*
9 *Improbus eſt, qui iterum conſequi vult, quod accepit.*
10 *Pecunia aliena retentio non magis æſtimabilis, ſi ex locato, vel depoſito quam ſi ex mutuo debeatur.*
11 *Lucrum ex re, cuius ad nos periculum non pertinet, illicitum.*
12 *Natura inter homines cognationem conſtituit, vſuras exigens damnum infert debitori.*
13 *Seneca ſententia fœnus, & vſuram eſſe extrà naturam quæſita nomina,*
14 *Vſura quæ ex ſola mora exigitur, iniuſta.*
15 *Hotmannus callidè confundit vſuram, & id quod intereſt.*
16 *Intereſſe, & vſura nomine, & ratione diſtincta ſunt.*
17 L.3. C. de vſur. *abrogata.*
18 *Obligatio naturalis impedit indebiti condictionem.*
19 *Pacto de vſuris præſtandis nulla naſcitur obligatio vel naturalis.*
20 *Vſuræ tanquam indebitæ indiſtinctè repeti poſſunt.*
21 *Heſiodi Sententia.*

Digitized by Google

22 *Æquitas naturalis non patitur, vt quis plus accipiat, quam dedit.*
23 *Æquitas reuocat, quæ apud alterum ſunt ſine iuſta cauſa.*
24 *Vſura multum artificij continent.*
25 *Pauli Sententia* in l.8.ff in quib.cauſ.pign.*iniqua.*
26 *Antichreſis ſiue tacita ſiue expreſſa hodie prohibita.*
27 L.8.ff. in quib.cauſ. *vera lectio ſine negatione. Gibalini* ad h.l. *reſponſio, quæ reycitur.*
28 *Hotmannus meritò à Cuiacio reprehenſus.*
29 L.8. *ex Græcis.*
30 *Altera Gibalini reſponſio reiecta.*
31 L.8. *non eſt de vſuris, quæ ex mora veniunt ex Hotomanno.*
32 *Vſura legitima Iuriſconſultis quæ legibus definita, non compenſatoria.*
33 *vſuræ modus legitimus olim centeſima.*
34 *Vſura legitima communis poſt Iuſtinianum ſemis.*
35 *Leges admittentes vſuras continent merum ius ciuile.*
36 *Heſiodi ſententia explicatur.*
37 *Iuſtinianus vſuris omnibus modum præſcripſit.*
38 *Baſilius vſuras omnes prohibuit.*

1 PORRO probatur noſtra aſſertio ſcilicet vſuras, quæ ex mora in Legatis & Fideicommiſſis, & iudiciis bonæ fidei iure ciuili receptæ ſunt improbas & iure naturali contrarias eſſe, primò, quia
2 per exactionem huius vſuræ violatur æqualitas Iuſtitiæ: ſiquidem exigitur aliquid vltrà ſortem, quæ debetur & plus quam debetur, quod primis Iuſtitiæ præceptis repugnat, quæ æqualitatem in commerciis ſeruari iubet *l.1. & 9.C.de non num pec. l.4.in fin.C.comm.diuid. l.3. C. comm. vtriuſque iudic.* & docet communis omnium
3 magiſter Ariſt. *Ethic.lib.5.cap.5.* Quod hic fieri manifeſtum eſt, quicquid enim vltrà ſortem exigitur, accreſcit ſorti ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, indebitum eſt, quia ſubducimus omnes titulos, ex quibus aliquid vltrà ſortem ſine violatione iuſtitiæ capere licet. Etenim illis ſubductis, plerunque contingit *l.13. ff. de re iudic. l.112 §.1. de verb.oblig.* nihil aliud ſupereſt quam retentio & vſus alienæ pecuniæ, quod nõ ſufficit, vt quid vltrà ſortem iuſtè capiatur: non magis quàm in pe-
4 cunia, quæ mutua data eſt. Quare cum creditori nihil præter ſortem debeatur, ſolutione eius debitorem liberari rationis eſt, perinde ac ſi eandem pecuniam mutuo ſumpſiſſet *d.l.13.* verſ. *verum ſorte ſoluta, l.23. & 80. ff de ſolut. & inſtit.quib.mod.toll. oblig. in princ.* & proinde ſi plus exigitur, neceſſe eſt ius naturæ violari.
5 Secundo iuri naturæ repugnat quempiam cum aliena iactura locupletari *l.14 ff de condict. indeb.* vbi gloſa inquit, *nota bonam regulam æquitatis l.iure naturæ ff.de reg. iur. l.8.§.ſi quis.ff.de tranſact. & l.3.§.ſi ſeruus.ff.de trib.act.* quæ ait nec pupillum lucroſum eſſe oportere: & eleganter M.Tullius, ex quo Iuriſconſulti veteres pleraque didicere, *lib.3.de offic. Illud quidem natura non patitur, vt aliorũ ſpolijs noſtras facultates, copias, opes augeamus.* Cuius
6 loci meminit D. Staiban. *loc.cit.* & poſt pauca. *Atque iniquit, hoc multò magis ipſa naturæ ratio, quæ eſt lex diuina, & humana, cui parere qui velit, (omnes autem parebunt, qui ſecundum naturam volent viuere,) nunquam committet vt alienum appetat, & id quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat.* Sed
7 cum creditor vltrà ſortem aliquid exigit ex eo tantum, quod illi tardius ſoluitur, & illi mora facta eſt, locupletatur cum aliena iactura, ergo hæc ſuperexactio ſeu vſura ius naturæ, & æquitatem naturalem offendit, & à iudicibus tolerari non debet *l.illicitas, in princ.ff.de offic.Præſ.*
8 Tertio ius naturæ non patitur, vt bis idem exigatur. *l.57.ff.de reg iur l.venditor.21.ff de hæred.& act.vend.l.51. in fin.ff.de re indic.l.48.ff.de rei vendic.* & Cuiac. *in d.l.57.* vbi ait id conſtare multis legibus. Et cum debitor præſtitiſſet creditori, quantum eius intereſſet, &
9 quæreretur, an debitor liberatus eſſet, veriſſima eſt ſententia Pauli *in d.l.51. de re iudic. improbum eſſe eum, qui velit iterum conſequi, quod accepit.* Sed creditor qui ſortem accepit, & vſuras pro vſu, & retentione ſortis, cum nihil eius intereſt, iterum conſequitur quod accepit, & quod idem eſt, bis idem exigit, ergo hæc ſuperexactio iuri naturæ contraria eſt, & naturalem rationem euertit.
Quod confirmatur, quia vſus & retentio pecuniæ alie- 10
næ non magis æſtimationem recipit, quod debetur ex depoſito, mandato, & ex aliis actionibus bonæ fidei, vel iis quæ iudicia bonæ fidei imitantur, vt legata & fideicommiſſa, quàm ſi pecunia credita ſit, & ex mutuo debeatur. Semper enim verum eſt dicere illius nullum vſũ eſſe, ſed abuſum tantum, vt innuit ſatis *l.a. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.* & conſequenter in alterutro nullam eius æſtimationem eſſe.
Quartò iſtius generis vſuris improbandis congruit 11
ratio, quam memorabilem dicit, & adfert ipſe Hotman. *lib.a. cap.1.* verſ. *accedit ad hæc*, & *quæſt. Illuſtr. cap.40.* vt oſtendat fœnus, ſeu vſurã creditæ pecuniæ improbã eſſe, quod ſcilicet ità natura comparatum ſit & cantum legibus, vt nunquã aliundè licitè lucrum quæratur, quã ex ea re cuius ad nos quoque damnum, & periculum pertineat *l.ſi vnus, & l.ſi igitur ff.pro ſoc.l. vlt.§.ſed cum.C. de ſeru & ſer.corr.* & eſt regula iuris naturalis vt ait Cuiac. *in l.58.§ qui poſt. ad Trebell.* qua ratione etiam & iiſdẽ ferè Hotmanni verbis vſus eſt Ant.Maſſa Galles. *d.lib de vſur. num.20.* Vueſemb. *ad tit. de vſur. n.6.* vt ſcripſi *quæſt.6. n.3.* Nam cum non minus creditoribus ex aliis cauſis vſuras petentibus id conueniat, ſiquidem illis, cum ſint creditores generis, quod perire non poteſt, actio quoque ſalua manet, quæcũque ſit fortuna debitoris *l.11.C. ſi cert. pet.l.8. ff.de pollicit.l.vlt.C.de nau.fœn.* Proinde vt vſura pecuniæ, quæ fœnori data eſt, improba, & iniuſta eſt, vt Hotmannus & Vueſembecius admittunt, ità prorſus vſuræ, quas in aliis cauſis citrà ſtipulationem ius ciuile admiſit, improbæ & iniquæ cenſeri debent.
Denique natura inter homines cognationem quan- 12
dam conſtituit, vnde conſequens eſt nefas eſſe alterum alteri damnum inferre *l.3. de iuſt. & iur.* Idem M. Tullius *eod. lib.3.* *vna* inquit, *continemur omnes, & eadem lege naturæ: idque ipſũ ſi ità eſt, violare alterũ lege naturæ prohibemur.* Qui congruenter etiam poſt quædã concludit his verbis, *ex quo efficitur hominem naturæ obedientem homini nocere non poſſe.* Sed qui vſuras exigit à ſuo debitore, ex quacunque cauſa debitor ſit, illi damnũ infert: detrahit enim illi nullo iuſto titulo interueniente ſui commodi cauſa, ergo id admittit repugnante natura. His igitur iuris & æquitatis naturalis principiis conſtat non tantum fœnus, & vſuras pecuniæ fœnebris, ſed eas etiam, quæ ex aliis contractibus & negotiis deſcendũt iure naturæ prohiberi.
Et hoc puto ſenſiſſe Senecam *lib.7.de benef.* cum dixit, *Quid fœnus & vſura niſi humanæ cupiditatis extra naturam quæſita nomina?* quem tamen Hotman. *lib.1.* 13
de vſur. cap.1. reprehendere auſus eſt, quaſi non ſatis vim & notationem eorum nominum cogitauerit, & immeritò quidem, vt exiſtimo, quia non tantum fœnus, ſeu vſura pecuniæ fœnebris, quod contrà naturam inuentum eſſe admittit *eod. loc.* Sed etiam vſura, quæ ex aliis contractibus deſcendit, & quam creditor ex ſola
mota, & ex tempore tardæ ſolutionis exigit, cum illius 14
nihil intereſt, iniuſta eſt quia eſt pretium moræ & dilationis, & hic etiam tempus venale eſt, vt Seneca loquitur, & nummus nummum parit, & proinde exigitur repugnante natura, vt dictum eſt.
Nec obſtat, quod ait, & reperit multis locis fœnus in 15
eo ab vſura diſtingui, quod fœnus ex re ſterili, id eſt pecunia fœtum capiet, vſura verò petat id quod creditoris intereſt ſua pecunia caruiſſe, quia callide confundit vſuram, & id quod intereſt, vt facilius vſuram inducere poſſit, conſtat enim hoc longè diſtare, & vt nomine ita ratione diſtingui. Vſura enim ex eo tantum venit ſecundum regulas iuris ciuilis, quia tardius ſoluitur

Digitized by Google

tur *l.17. §.ex locato. ff. de vſur. & l. 3. C. in quib. cauſ. in*
inter. vel non vſura : id verò quod intereſt non
ex ſola mora prouenit, ſed ex eo quod inde creditor
damnum patitur, vel amittit lucrum *l.8.§.6.ff mand. l.13.*
ff. rem rat.haber.l.22.§.3.ff. rer. amot. l. 3. ff. de in lit. iur.
& aliis : vnde in iure noſtro paſſim ſeparantur, vt *in.l.2.*
in fin.ff.eo quod cert.loc.l.52. §.idem reſpondit. ff. pro ſoc. &
l.vlt.ff.de per.& comm.rei vend. & indicat *d.8.§.6.* iuncta
l.10.§ ſi procurator. ff. mandat. & oſtendunt ſatis duæ illæ
celeberrimæ conſtitutiones Iuſtiniani, nimirum *l. 26. C.*
de vſur. in qua vſuris modum præſcripſit: & *l. vn. C.de*
ſenten.quæ pro eo. in qua vt licuit, intereſſe moderatus
eſt. Et fruſtrà in contrarium Hotomannus nititur, vt *in*
epit.lib.22.tit.1.num.4. & 5. & in lib.de vſur.cap.5 quia ex
his quæ adfert, magis apparet iſthæc non tantum no-
mine, ſed etiam forma & ſpecie differre, & nos in ſe-
quentibus luculentius demonſtrabimus.

17 Ex his vero patet, quod conſtitutū eſt vſuras ex pacto
ſolutas veluti indebitas repeti non poſſe *in l.3.C.de vſur.*
l.in his.5.§. 2. ff. de ſolut. & Baſilic. *lib. 22. tit. 3. cap. 2.*
Harmen.*lib.3.tit.7.§.14.* & Græci notant *ad d.l.3.* hodie
non obtinere, quia quamuis ex pacto nudo obligatio
18 naturalis naſcatur *d.l. 5. § 2. ff. de ſolut.* Et naturalis
obligatio ſufficiat ad impediendam condictionem inde-
biti *l 3.§.7.ff.quod quiſque iuris.l.19.in princ.&. l.26.§. li-*
bertus.ff.cond.indeb.l.7.ff.de fideiuſ. l.naturale. ff.de oblig.&
*act.*Duaren. *ad tit.de vſur. cap. 2.* verſ. *notandum tamen.*
Chriſt.Vomhag. *de vſu vſurar. cap. 8. num. 51. & 52.*Fa-
brot.ad Cuiac.*parat.huius tit.* verſ. *Vſura tamen.* nunc ex
pacto de præſtandis vſuris earum repetitio impediri non
19 poteſt, quia cum improbum ſit, & iuri naturæ contrari-
um, nulla ex eo naſcitur obligatio nequidem naturalis,
ideoque nullius momenti eſt, neque ſeruari debet *l.6.C.*
de pact.l.ſi vnus § 4.ff.eod l.4.C.de inut.ſtipulat.& cap 6.de
iureiur. vnde conſtat *d. l.3.& l. ſi non ſortem 26. in princ.*
hodie abrogatas eſſe : & non obtinere, quod ſancitum
eſt *in l.4.C.de vſur.* vſuras pacto promiſſas per retentio-
20 nem pignoris ſeruari poſſe. Et ſeruandum potius eſſe,
quod ait *l. 18. C.de vſur.* indebitas vſuras excluſa iuris
veteris varietate repeti poſſe. Omnes enim hodie inde-
bitæ ſunt, quamuis de his præſtandis conuenerit ſtipula-
tione vel pacto. Hagenſis verò *loc. cit.* loquitur congru-
enter ſuæ doctrinæ, & Fabrotus ſecundum ius ciuile,
quod hac in parte nos non admittimus.

21 Ex quibus etiam nihil nos turbare debent, quæ fun-
dit Salmaſius *lib.de vſur.cap.*8. vt oſtendat vſuram æqui-
tati naturali non repugnare, imò illi maximè conſen-
taneum eſſe, quod ſcilicet iuri naturali maximè con-
gruat gratiam referre ei, à quo beneficium accepimus
iuxtà Heſiodi ſententiam, ex qua Cicero *lib. 1. de offic.*
Quia, inquit, *ſi ea, quæ vtenda acceperis maiore menſura mo-*
do poſſis iubet reddere Heſiodus, quidnam beneficio prouocati
facere debemus? in quam rem etiam obiicit *l.8. ff. in quib.*
cauſ.pign.tac.contrah. in qua Paulus ait creditorem ex fru-
ctibus pignoris poſſe vſuras vſque ad legitimum modum
retinere, tametſi de vſuris nihil actum ſit, quaſi per ſe
hoc naturalis ratio expoſtulet, vt fuſius illum refert P.
Gibalin. *cap.7.art.7. num.7.*

22 Etenim negamus æquitatem naturalem poſtulare, vt
creditor ex ſolo tempore tardæ ſolutionis plus accipiat,
quam dederit, vel ſibi debeatur. Satisfacit enim debi-
tor ſuæ obligationi naturali ſoluendo quantum debet,
id eſt ſortem, vt dictum eſt *ex l.80.ff.de ſolut.l.13. ff. de*
re iudic. Si quid verò plus ſoluere cogatur, id repugnat
iuri naturæ quæ non patitur quempiam cum alieno
detrimento fieri locupletiorem *d.l.14.ff.de condict.indeb.*
23 & aliis adductis ſuprà *n.5.* quibus addo, quod congruen-
ter etiam *in l. 66. ff. eod.* Papinianus ait. *Hæc condictio*
ex bono, & æquo introducta, quod alterius apud alterum ſine
cauſa deprehenditur, reuocare conſueuit. Nam ſi naturalis
æquitas reuocat ea, quæ alterius apud alios ſunt, quan-
to magis dicendum eſt prohibere, ne quis, quod alte-
rius eſt ad ſe trahat, vt sūt fructus pignoris, qui sūt debi-
toris. Æquitas igitur naturalis maximè repugnat vſuris.
Et eleganter Bachou.in Treutler *in diſp.de vſur Theſ.1.* 24
tametſi nimis ſubtiliter ius naturale expendat, & truti-
net, ait vſuras rationi naturali non conuenire, quod cū
illa nihil ſit ſimplicius, in vſuris multum artificij imo
auaritià, & cupiditas hominum interuenit. Et quamuis
Bachonius loquatur de vſuris, quæ ex mutuo agitan-
tur, id etiam dicendum eſt de vſuris, quæ citrà ſtipula-
tionē ex aliis cauſis proueniunt, & quas ex mora credi-
toribus ciuilia iura præſtari iubent repugnante natura.

Nec obſtat dictum Pauli *in d l.8.* quia facilis reſponſio 25
eſt, ſiquidem in ſpecie huius legis tacita antichreſis
contracta, intelligitur, vt docent Cuiac. *in obſer. lib.8.*
cap.17.& in l.1.C. de pign.act. Faber *de error.pragmat. De-*
cad.11.cap.5.n.3. & ex Cuiacio Bachou. *de pignor.lib.1.*
cap.14.n.5. verſ. *tacitam Antichreſim dicunt.* Borcholt. *de*
vſur. cap 6.n.3. cuius tacitæ, & præſumptæ Antichreſis
poteſtate creditor ex fructibus pignoris vſuras vſq; ad
legitimum modum retinere potuit, vt proximè dice-
bam, & Cuiacius, cæterique *loc.cit.* Vnde non poteſt nō
iniqua cenſeri hæc Pauli definitio, ſecundum quam id
quod alterius eſt, apud alterum ſine iuſta cauſa re-
maneret, quod ius naturæ non patitur *d.l.66.ff. de con-*
dict. indeb. cui potius ſtandum eſt.

Quamobrem non ſine magna ratione alibi diximus 26
Antichreſim ſiue expreſſam ſiue tacitam hodie illicitam
eſſe, & leges hoc genus commercij ſancientes, & in ſpe-
cie *d.l.8.in quib.cauſ.* Iure Canonico abrogatas eſſe, vt
in q.11.n.17.& q 80.n.6. Hoc enim iure Antichreſim im-
probari, quæ iure ciuili recepta fuit conſtat *ex c. 7. de*
iureiur. & c.1. de vſur. quæ licet de expreſſa Antichreſi
ſint, idem tamen de tacita ſentiendum eſt, in qua plus
artificij iuris ciuilis eſſe deprehenditur, vt is ſcilicet,
cui ſine vſuris pecunia data eſt χρέος ἄτοκον, fingatur
rem ſuam dediſſe pignori ea lege, vt creditor ex fructi-
bus vſuras retineat, nec imputet ſorti, quare videri po-
teſt multo minus rationi naturali conuenire. Abiicien-
da igitur eſt hæc Pauli viri Ethnici definitio : & hac
ratione tollenda hæc Salmaſij obiectio.

Quamobrem non vtar reſponſionibus P. Gibalini. 27
Nam quod primo loco ait *art.cit.n.15.* Salmaſium falsè
adducere *dict.l.8.* ex mendoſa lectione, vt obſeruat Ho-
tomann.*obſeru lib.1.c.4.* qui legendum putat, cum debi-
tor non gratuita pecunia vtatur. Salmaſium verò tol-
lendam eſſe negationem contendere, neque videre Pau-
lum ſecum pugnantem. Etenim verior eſt lectio quam
Salmaſius ſequitur, & ante Hotmannum veteres gloſſæ
ſequuntur, & Fulgoſ. & alij veteres interpretes iuris,
Cuiac. & Faber *loc. cit.* Vital. *variar.lect.lib.2. c.15.n.5.*
& Bachou. *in diſput.de pignor.ad Treutler.theſ.6.verſ.ma-*
gis aberrat Hotman. Sed Cuiacius vir ille ſummus & pri- 28
mus *in d.l.1.C.de pign.act. Quidam eſt,* inquit, (Hotman-
num vt puto intelligit) *qui hoc non intelligens cenſuerit in*
d l.cum debitor, addendam negationem, quod non tradidiſſet,
ſi inſpexiſſet titulum, ſub quo lex eſt poſita. Nam titulus
oſtendit in d.l.pen.exemplum tacitæ Antichreſis, &c.

Sed temerè ab Hotmanno negationem textui inter- 29
poſitam fuiſſe euincitur ex Baſilic. *lib.25.tit.3. cap.8.* qui
locus vnus hanc altercationem tollit. Sic igitur Baſilica
habent, vt vertit Fabrot. *ſi debitor. vſuras vſque ad legiti-*
mum modum retinere poteſt. Hic nulla negatio eſt. Imitatus
verò ille eſt quantum potuit verba Pauli, potuiſſet enim
magis ad literam, & congruentius ſententiæ Cuiacij, qui
pecuniam gratuitam intelligit datam ſine vſuris, ita ver-
tere, *ſi debitum ſine vſuris habeat poteſt creditor ex fructibus*
retinere vſque ad legitimam vſuram.

Et lectionem hanc, & tacitæ Antichreſis Cuiacij do-
ctrinam confirmat Græcorum ſcholion *ad eand. l. Nota,*
inquiunt, *creditorem qui in Antichreſim rem accepit, fructus*
lucrari licet legitimū vſurarū modum ſuperet. Hæc ad Anti-
chreſim expreſſam pertinent, & congruunt omnino *l.14.*
& 17.C.de vſur. Deinde ſequitur. *Itē nota creditorē qui rem*
pignori accepit, licet pactum non ſit, vt vice vſurarum fructus

perciperet, nihilominus eos percipere ad modum ſcilicet vſurarum legitimum. Ita Fabrotus, ſed Græci, ἀλλὰ ἄχρι τῶν λογιμῶν τόκων, id eſt, *ſed vſque ad ligitimas vſuras.* Ex quibus, quicquid ſubtiliter tentet Hotmann. *loc. cit.* legendum eſt ſine negatione, vt in omnibus libris ſcriptum eſt, vt ipſe fatetur, & legunt præſtantiſſimi illi IIII. viri, qui tamen Baſilicon quod mirum eſt, non meminere: vt etiam Chriſtoph. Vom. Hagenſ *lib. de vſu vſurar. c. 11. n. 13. & ſeqq.* vbi argutias Hotmanni refellit. Et præterea reiiciendum eſſe, quod veteres gloſſæ, & interpretes exiſtimabant in ſpecie *d. l. cum debitor*, vſuras pacto promiſſus fuiſſe: & fruſtrà hac dere dubitare Bachouium *in d. c. 14. num. 4. ver. ſed communiter.* omnem enim dubitationem tollunt illa Græcorum verba, *licet pactus non ſit.* In quo tamen aſperitas iuris ciuilis agnoſcenda eſt, vt mirum ſanè ſit citrà conſenſum expreſſum debitorem vſuris & quidem grauiſſimis obſtringi. Igitur retenta vulgari lectione alia ratione argumentum Salmaſianum declinandum eſt.

30 Secunda quoque P. Gibalini reſponſio mihi diſplicet. Nam quod reſpondet admiſſa etiam lectione Salmaſij non inde elicere poſſe fœnus eſſe naturali æquitati conſentaneum, quòd vt inquit, *Paulus agat de vſuris legitimis ſiue ad modum legitimum, vt loquitur, quæ vſuræ erant compenſatoria*, vt ait dixiſſe *art. 4. & 5.* non fœneratitiæ de quibus agimus: mentem igitur Pauli fuiſſe, vt cum creditor gratuitam pecuniam dederit, ex eadem propter moram aliamue cauſam damnum ſentit, ac proinde iure legitimas vſuras repoſcat, poſſe earum loco fructus ſibi retinere. Hæc inquam ſunt à mente Iuriſconſulti aliena, & meram diuinationem continent: nullum enim ibi veſtigium eſt moræ, & eius quod intereſt.

31 Et primum quod de mora comminiſcitur, refellitur ad ipſo Hotmanno *in ead. obſ. 4. in. fin.* vbi poſtquam à reprehenſione cuiuſdam viri docti, & fortaſſe Cuiacij ſe vindicare nititur, ſic ſcribit. *Quod autem alter quidam vir doctus qui me reprehendit huius legis ſpeciem ità proponit, quaſi debitor in mora fuiſſet: primum huius quæſtionis terminos contra legem Maniliam mouiſſe videtur: deinde animaduertere debuit vſuras ex mora non niſi in bonæ fidei contractibus deberi l. 32. §. 2. ff. de vſur.*

32 Et multo magis alienum eſt à mente Pauli, quod regerit vſuras, de quibus Paulus loquitur, eſſe compenſatorias & reſtitutorias, vt vocat, quaſi quod hic dicitur, *vſuras ad modum legitimum retinere*, de vſuris ſuis compenſatoriis accipi debeat. Hanc enim interpretationem planè reſpuunt illa verba Pauli, *ad legitimum modum*, quæ nullo modo ad vſuras compenſatorias aptari poſſunt, quæ non ſeruant legitimum modum vſurarum *l. 2. in fin. ff. de eo quod cert. loc. l. 1. de ſent. quæ pro eo, quod. inter.* & nos luculentius diximus idoneo loco. Vt etiam hunc ſenſum reiiciunt verba illa Græcorum, *vſque ad legitimam vſuram.* Etenim vſura legitima tum Græcis, tum Latinis non eſt vſura, quæ iactatur compenſatoria, & reſtitutoria, hæc enim nomina illis inaudita fuere: ſed eſt vſura legibus conſtituta, & definita, & quam per leges ciuiles creditoribus ſtipulari licuit, & vetitum excedere: eſt vſura iure conſtituta, vt explicat Rebuff. *in l. 130. ff. de verb. ſignif.* & luculenter Briſſon. *ſelect. lib. 3. cap. 1.* & quarum modus tempore Pauli erat centeſima, vt conſtat *ex eod. Paulo lib. 2. ſentent. tit. de vſur. §. 1.* & in iure noſtro exploratum eſt *ex l. 1. §. pacto placuit. ff. de pignor. l. 4. ff. de naut. fœn. l. 7. §. quæ autem. ff. de admin. tutor. & l. ſi pro mutua. 8. C. ſi cert. pet.* & tradit Cuiac. *in l. 1. ff. de vſur. ad Papin.* verſ. *Alter modus.* Et rurſus *in d. l. 4. de naut fœn.* & aliis prætermiſſis Borcholt *de vſur. cap. 4. num. 3.* qui id confirmat *ex l. 2. & vlt. C. Theod. de vſur.* & ex Amiano *ad eaſd.* in quibus centeſima vſura legitima vſura dicitur, & legitima centeſima. Et in ſpecie vſuras, de quibus loquitur *d. l. cum debitor.* de centeſimis accipiendas eſſe tradit Bachouius Iuriſconſultus ſanè doctus, & eruditus *in d. cap. 14. num. 4.* vbi propterea eas grauiſſimas vocat. Quis dicet vſuris centeſimas apud iuris auctores eſſe compenſatorias, vt auctor Lugdunenſis comminiſcitur. Poterant ſanè creditores leniores ſtipulari, veluti ſemiſſes vt *in l. 13. ff. de vſur.* Sed quoties in iure noſtro fit mentio vſuræ legitimæ, vel de modo legitimo vſurarum, ante Iuſtiniani tempora id de vſuris centeſimis accipiendum eſt, quæ maximæ etiam dicebantur, vt quas excedere creditoribus minimè licuit, vt palam eſt *ex d. l. 1. & 2. C. Theod. de vſur.* & notat *gloſ. in l. 38. ff. de negot. geſt.* verbo, *maximas.* Et tradunt Cuiac. & Borcholt. *locis cit.* ipſe Hotman. *in epit. n. 28.* Balduin. *de nouo iur. lib. 1.* ferè poſt *med.* Briſſon. *ſelect. lib. 3. c. 1.* & Faber Sabaudiæ Præſes Maximus *in ration. ad d. l. 38. de neg. geſt.* Quare quod dicit Paulus *in d. l. cũ debitor.* creditorem ad modum legitimum vſuras retinere poſſe, de vſuris centeſimis, & vſque ad vſuras centeſimas accipi debet, & hæc profectò fuit Pauli ſententia. 33

Neque eſt contrarium, quod Græci notant *ad l. 1. ff. de vſur. in princ.* in bonæ fidei iudiciis iudicem poſſe definire vſuras ſecundum morem regionis, *dummodò ſemiſſem non excedat*, quia facilis conciliatio eſt, ſiquidem Theodorus, cuius hoc Scholion eſt, id adſcripſit *d. l. 1.* poſt conſtitutionem Iuſtiniani, qua centeſimas quibuſdam tantum caſibus permiſit, negotiatoribus beſſes, & ſemiſſes aliis omnibus. Vnde vſuræ legitimæ quæ Latinis olim erant centeſimæ, & communes omnibus, vt tradunt auctores relati, & præſertim Cuiac. *in d. l. 4. ad Papin.* in Scholijs Græcorum ſunt ſemiſſes, vt indicat Scholion aliud *ad eand. l.* in verbo, *vſurarum modus*, hic verbis, *Vſura legitima modũ diſcet ex lib. 4. C. tit. 32. conſtit. 26.* quæ eſt *l. 26. C. Iuſtin. de vſur.* & rectè etiã Thalalæus, quod *in d. l. ſi pro mutua. 8. C. ſi cert. pet.* dicitur *vltra vſurã centeſimam*, dicit id extenſiuè dictum, quia debuerat dicere *ſemiſſem.* Legitima igitur vſura tum Latinis tum Græcis auctoribus eſt vſura legibus definita, & legitimus earum modus, eſt quantitas legibus conſtituta, quam excedere per leges minimè licebat: & in libris noſtris ante Iuſtinianum centeſimæ fine, modoque continebantur. Vnde & licitæ dicebantur, quæ intra centeſimam conſiſterent, illicitæ, quæ centeſimã excederent, vt notant celebres illi iuris interpretes, & præ aliis Briſſon. *in d. cap. 1. verſ. ex omnibus enim cauſis.* & infra verſ. *verum ne longius.* Porrò iſtiuſmodi leges quibus vſuras, & præſertim centeſimas ſtipulari, & exigere licuit, non ius naturæ, & ius æquum, & bonum, & æquitati naturali conſentaneum continent, ſed merum ius ciuile, & ius hominum, vt Cicero loquitur, ius humanum, vt Ariſtoteles, illudque iniquum & inhumanũ, & præſertim *d. l. cum debitor.* de cuius ſententia hic diſputamus. Et hic eſt exemplum pro ſententia Ariſtotelis exiſtimantis malas leges eſſe leges, cuius meminit Giphan. *lib. 5. Ethic c. 1.* Verùm quia hoc *ad 3. diſp.* pertinet, hic non immoror amplius: & tantum dico Salmaſij obiectionem reiiciendam eſſe eo modo quo diximus, hanc ſcilicet legem nihil æquitatis habere, imò continere ius aſperrimum, & iniquiſſimum, & proinde nihil aduerſarios in ea conſtituere poſſe, vt oſtendant vſuram æquitati naturali conſenteneam eſſe. 34 35

Illud ſanè placet, quod P. Gibalinus reſpondet *loc. cit.* ea, quæ ex Heſiodo, & Cicerone Salmaſius profert, non alio ſpectare quam ad gratitudinem quandam, & animi magnificentiam, quæ non modo beneficium, ſed etiam maius aliquid ſponte refundit, & reddit: hic verò quæri de mercede, quæ pro vſu, & retentione pecuniæ alienæ ex iuſtitia debeatur, quam vnam ille in fœnore negat: & ego in omni genere vſurarum: id eſt etiam in iis, quæ ex aliis contractibus proueniunt, cum nihil intereſt creditoris. Quod cum frequentiſſimum ſit, vt experientia docet, & leges ciuiles non tantum vſuras pecuniæ fœnebris ſed etiam eas, quæ ex aliis cauſis deſcendunt, vt ex legatis, & contractibus bonæ fidei, creditoribus omnibus promiſcuè, & ſine delectu permittant vt conſtat *ex l. 26. §. 1. verſ. & eam quantitatem C. de vſur.* conſequens eſt iſtiuſmodi vſuras improbas eſſe, & iniquas eſſe leges quæ illas permittunt, & propter 36 37

pter ſolam moram non ſoluentium infligunt. Ex quo iu-
ris loco etiam egregiè noſtra poteſt confirmari ſenten-
tia, ibidem enim Iuſtinianus non tantum vſuris fœne-
ratiis, id eſt pecuniæ quæ fœnori data eſt,& quas credi-
tores ſtipulabantur,modum præſcripſit, quem excedere
non liceret : ſed etiam iis , quæ in aliis caſibus
omnibus citrà ſtipulationem exigi ſolebant , vt in le-
gatis , & iudiciis bonæ fidei , vt dictum eſt. Vnde cum
Iuſtinianus vtrumque genus vſurarum eodem modo,
& intrà eandem quantitatem reſtrinxerit, iuxtà qualita-
tem perſonarum , & vſuras fœnebres, vel non fœnebres
nullo diſcrimine habuerit , conſtat proprias , & veras
vſuras eſſe omnes , & quod conſequens eſt , iure cano-
nico , quod ſequimur & nullas vſuras admittit , omnes
38 quoque prohiberi. Quod etiam Baſilius Imperator
ſua lege ſanciuit , quæ extat in Harmenop.*lib.* 3. *tit.*7.&
obtinere non potuit propter hominum eius æui peruer-
ſitatem , vt iam omnibus notum eſt *ex Nouell.*
Leonis Cæſaris 83. cuius etiam meminimus *quaſt.* 2.
num. 32. *& infr. ſect.* 5. *in princ.* & nunc mihi ſatis eſt
Baſilium non tantum in mutuo , ſed etiam in aliis ne-
gotiis omnibus vſuras tanquam diuinis legibus contra-
rias prohibuiſſe.

SECT. III.

Interuſurij nunc nulla merces , nulla æſtimatio.

SVMMARIVM.

1 *Cuiuſdam Auctoris obiectio dari æſtimationem interuſurij pecuniæ.*
2 *Quæ à P. Gibalino refellitur.*
3 *Pecunia , & illius vſus non ſunt ſeorſim æſtimanda.*
4 *Accipiens pro vſu pecuniæ mutuo datæ accipit ex re non ſua.*
5 *Vſus pecuniæ depoſitæ non magis ſeorſim æſtimandus, quam mutuæ.*
6 *Debitor ex depoſito ſi tantundem reddat, liberatur.*
7 *Exigens ex depoſito plus quam depoſuit , violat æqualitatem iuſtitiæ.*
8 *Vſuræ quæ ex ſola mora exiguntur, iuri naturæ contrariæ.*
9 *Vſuræ magis tolerabiles in mutuo , quam in contractibus bonæ fidei.*
10 *Et in legatis.*
11 *Naturalis ratio non minus vſuris violatur in legatis, quam in mutuo.*
12 *Iuriſconſultorum veterum lapſus in vſuris ex contractibus bonæ fidei , & legatis admittendis.*
13 *Creditor ex contractu bonæ fidei , nihil , vltrà ſortem capere poteſt , niſi eius interſit.*
14 *Iuriſconſultorum veterum reſponſa admittunt interuſurium , & commodum medij temporis,*
15 *Quæ nunc abrogata ſunt.*
16 *Minus ſoluit olim , qui tardius ſolueret.*
17 *Hodie non minus quis ſoluit , quod tardius ſoluat , & quare.*
18 *Bonæ fidei in contractibus tardius ſoluens minus ſoluere videbatur.*
19 *Non in contractibus ſtricti iuris.*
20 *Et quæ fuit huius diſtinctionis ratio.*
21 *Minus hodie non ſoluit , qui tardius ſoluit , niſi creditoris interſit.*

1 HIS quæ dicimus obiici poteſt cum quo-
dam Auctore apud P. Gibalinum dari
æſtimationem interuſurij pecuniæ debitæ.
ſiue ex mutuo ſiue ex legato,& aliis cauſis
debeatur,idque conſtare *ex l.* 82. *de leg.* 2.
l. 9. §. 7. *ff. de pecul. l.* 66. *ad l. falcid. l. nec enim* 23. *de pign.*
act. & obiicere etiam licet *l.* 70. §. *ſi centum* quæ eſt
Papiniani *d. tit. de leg.* 2. ideoque iniquum non videri,
nec iure naturæ contrarium,ſi creditor ratione vſus pe-
cuniæ à ſe profertæ vel ſibi debitæ,& retentæ mercedem
aliquam accipiat ab eo,qui ea pecunia vſus eſt , & præ- 2
ſertim ſi eam diu retinuit inuito creditore, vel diu ne-
gotium tractum eſt,vt inquit Hotman. *ex l. vlt. D. de re*
iudic.

Hanc obiectionem reiicit P. Gibalinus *d. art.* 5. *num.*
4. verſ. *verum vel vſus.* diſertiſſimè oſtendens ex acceptio- 3
ne exceſſus ſuprà ſortem mutuatam, quocunque modo
ille vſus ſumatur,id eſt ſiue debitorem inſpiciamus, qui
pecunia vtitur: ſiue creditorem,qui pecunia caret,iuſtitiæ
æqualitatem violari. Vſus enim , inquit , in rebus mu-
tuatis,& vſu cõſumptibilibus non diſtinguitur à ſubſtan-
tia,& valore ipſius rei,&c. & proinde ſeorſim æſtiman-
da non ſunt:neque aliud poteſt eſſe pretium rei mutua-
tæ,& vſus eius:ergo ſi aliquid accipiatur tanquam debi-
tum pro vſu diſtinctum ab eo,quod pro re mutuata ac-
ceptum fuit , accipitur aliquid ſupra valorem rei tradi-
tæ,& bis eadem compenſatur,& eiuſdem rei duplex pre-
tium accipitur. Iuriſconſulti dicunt , bis idem exigitur 4
d. l. 57. *de reg. iur. & aliis.* Deinque in mutuatione
tranſlatum eſt dominium rei in mutuatarium ; igitur
cum dominio tranſlatam eſſe facultatem vtendi re mu-
tuata,ſiue illius vſum,qui proinde eſt mutuatarij: ſi ita-
que fœnerator pro illo accipiat,accipit pro re non ſua:
& dum à mutuatario redditur æquale rei, redditur quo-
que æquale eius vſui : quare quicquid præter rem
exigetur,violabit æqualitatem iuſtitiæ. Hæc fuſius vir
Theologus , in quo profecit ex D. Thom. *quaſt.* 78. vbi
idem docuit verſ. *reſpondeo dicendum,* & cæteri Theologi
ſecuti ſunt. & Anton. Maſſa Galleſ. *d. lib. de vſur. num* 20. 5
Et licet P. Gibalinus de eo loquatur,qui mutuum acce-
pit,& de pecunia mutuo tradita , non tranſiliens ſci-
licet ſuæ tractationis terminos,fere illa omnia,& ſuffici-
enter ad pecuniam ex aliis cauſis debitam quoque per-
tinent:vt ſi centum Ludouicei ex depoſito mihi debean-
tur, Nam non magis vſus huius pecuniæ ſeorſim æſti-
mari poteſt,quam ſi eoſdem nummos mutuos dediſſem.
Neque vſus magis diſtinguitur à ſubſtantia , & valore
pecuniæ depoſitæ,quam creditæ,aut vini,vel tritici mu-
tuati,quam venditi,vt tradit Felician. *lib.* 1. *de cenſib. num.*
14. verſ. *ideoque cap.* 5. Proinde vt in pecunia credita
ſeorſim non eſt æſtimandus illius vſus, neque aliud po-
teſt eſſe pretium pecuniæ, & aliud pretium illius vſus:
ita nec in eadem quantitate depoſita eſſe poteſt. De- 6
nique vt cum debitor ex mutuo reddit ſortem quam ac-
cepit,ſatisfacit creditori,& liberatur *l.* 51. *in fin. de re iu-*
dic. quia ſolutione eius quod debetur omnis tollitur ob-
ligatio *l.* 9. *&* 80. *ff. de ſolut. & inſt. quib. mod. toll. oblig. in pr.*
ita etiam qui ex depoſito , vel ex ſocietate , vel ex alio
contractu bonæ fidei, & his proximis pecuniam debet,
ſi tantundem ſoluat , vel reſtituat ſuæ obligationi ſatis-
facit, & liberationem conſequitur *l.* 9. §. *omnis pecunia ff.*
de pign. act. l. ſi creditor 26. *& l.* 107. *ff. de ſolut.* quæ ait obli-
gationem ſolutione naturaliter reſolui : Quare quemad- 7
modum creditor , qui mutuum dedit , ſi plus exigat,
quam dedit cum nihil eius interſit , dicitur violare
æqualitatem iuſtitiæ, & quod conſequens eſt, ius natu-
ræ ; ita prorſus is, cui ex depoſito,vel mandato centum
nummi debentur , ſi plus exigat quam ſibi debeatur
nomine vſurarum , cum eius nihil intereſt ſibi moram
factam eſſe, violare ius naturæ , & legem naturæ offen-
dere cenſendus eſt,& conſequenter huiuſmodi vſuras iu-
re naturali quoque prohiberi , quod vnum quærimus
hoc loco. Et tantum addo ex his multo certius & faci- 8
lius conſtare vſuras,quæ ex ſola mora, & retentione, &
vſu pecuniæ alienæ exigebantur , cum nihil creditoris
intereſſet, & cum nullus interuenit iuſtus titulus exceſ-
ſum illum exigendi, quod ſemper ſupponimus, & quod
de facto fieri poſſe , imo fieri nemo niſi ſtultus inficia-
bitur , iuri naturali contrarias eſſe. Etenim qui pecu-
niam mutuam dat, vt roganti moram gerat, priuat ſe in
illius

illius gratiam licet ſub ſpe lucri, præſidio ſuæ pecuniæ, ideoque tolerabilius videri poterat, ſi quid moderatum vltrà ſortem ſtipulatus fuit. Et præterea in fœnore creditor habet debitorem aliquo modo conſentientem, vnde magis illi licere videbatur ſuæ pecuniæ hanc legem dicere *arg. l. 48 ff. de pact. & l. 1 ff. de ſolut.* quod tamen illicitum eſt, & iure naturæ prohibitum, vt diximus. Sed ad alios contractus proprij commodi gratia plerumque accedimus, vt in ſocietatibus, mandatis, depoſitis, in quibus non tantundem officij, & beneficij transfertur. Quod certiſſimum eſt, cum mutuum amico affectu, & ad vſum temporis neceſſarij ſine ſtipulatione
10 fœnoris roganti datur. Illud etiam deprehenditur in legatis & fideicommiſſis, in quibus à legatario, & fideicommiſſario nihil proficiſcitur, illiſque nihil abeſt, quod prius haberent, & hæres ex donatione defuncti non tantum ad ſortem, ſed etiam ad vſuras ſortis poſt moram iure ciuili tenetur *l. 1. & 2. C. de vſur. legat. l. 3. & 17. § ſi pupillo. D. de vſur.* & in pollicitationibus, quæ fie-
11 bant Reipublicæ, vt *in l. 1. D. de pollic.* Ergo cum ex his cauſis, in quibus nulla ratio mutui fingi poteſt, exceſſus & incrementum vſurarum exigitur, cum creditoris nihil intereſt, ſaltem non minus æqualitas iuſtitiæ violatur, &
12 ratio naturalis offenditur. Ex quibus in tranſitu videri poteſt, quam grauiter veteres Iuriſconſulti lapſi ſunt, qui cum haberent ante oculos illas iuris naturalis & æquitatis regulas, quas adduximus *ex l. iure naturæ, & l. 57. de reg. iur. & aliis proxima praeced. ſect.* nihilominus vſuras etiam in iudiciis bonæ fidei & legatis poſt moram infligendas eſſe putauerint.

13 Et hic repetenda ſunt, quæ aduerſus Franciſcum de Caldas magni nominis Iuriſconſultum Hiſpanum ſcripſi *quæſt. 27. n. 39. & ſeq.* qui putabat pecuniæ interuſurium in iudiciis bonæ fidei per ſe æſtimabile eſſe, quia vt dicebam, verius eſt creditorem ex eo, quod careat vſu pecuniæ ſibi debitæ, nihil vltrà ſortem capere poſſe, niſi ex illius retentione damnum patiatur vel amiſerit lucrum ex Leſſio, Molina, & aliis Theologis ibi adductis. Neque diſtinguendum eſſe, an ea mutuo, vel ex cauſa depoſiti, & aliis contractibus bonæ fidei, vel ex vltima voluntate pecunia debeatur, quia ratio interuſurij nunquàm haberi debet, niſi creditoris interſit, vt tandem ipſe Franciſcus fatetur *eod. loc. num. 38.*

14 Vel dicam reſponſa illa veterum concedentia emolumentum illius medij temporis, quæ ſupra adduximus & alia eiuſmodi, & præſertim *d. l. 70. § 1. de leg. 2.* quæ ait fideicommiſſum maioris ſummæ, quam ſit legatum vſurarum additamentum admittere, & alia ſimilia, quæ refert Hotman *in d. diſp. de vſur. cap. 6* verſ. *ſed opera pretium eſt.* vt oſtendat in repræſentatione pecuniæ eſſe
15 damnum, & in retentione lucrum, Hæc inquam reſponſa omnia obtinuiſſe illo iure, quo fœnus, & vſuræ licitæ videbantur. Quod cum Papinianus, & alij veteres Iuriſconſulti ſibi perſuaſum haberent, ideò vſum illum, & commodum medij temporis aliquid eſſe putauerunt, & mercedem aliquam mereri, quod nunc poſt quam lux veritatis fulſit mundo, & turpitudo vſurarum detecta eſt, abiici debet, vt dixi *quæſt. 30. num. 14. & 15.* & placuit P. Gibalino, vt memini me legere, quamuis locus in tanta feſtinatione exciderit.

16 Ex quibus etiam nihil nos conturbare debet, quod idem Hotmannus obiicit *eod. loc.* verſ. *Quæ cum ita ſe habeant.* qui tardius ſoluit, quam ſoluere deberet, minus ſoluere *§. plus autem* verſ. *tempore. Inſtit. de act. & §. fideiuſſores de fideiuſſ.* Nam quamuis, hanc Romanæ iuriſprudentiæ definitionem veteres iuris auctores probauerint multis locis, vt *in l. 5. in fin. ff. de in diem addict. l. 85. ff. de ſolut. & l. 12. § minus ff. de verb. ſignif.* cuius hæc ſolemnia verba ſunt. *Nam & tempore minus ſoluitur.* & Græci etiam poſt Theoph. inter fragmenta *eiuſd. tit.* & Baſilic. *lib. 2. tit. 2. cap. 31. in fin. & in d. l. 85. de ſolut.* quæ ait eum qui tardius ſoluit, imperfectè ſoluere: hæc tamen definitio deducta eſt ex eo iure, quod erat, vt de regula dicitur *in l. 1. ff. de reg. iur.* quod ſcilicet vſuras tanquam licitas admitit, vt conſtat *ex l. in quantitate §. in diem ff. ad l. falcid.* & aperiſſime *ex d. l. 5. in fin de in diem addict.* illis verbis, quantum ex vſura illius temporis conſequi po-
tuerit. Vnde cum nunc omnis vſura interdicta ſit, neque 17
liceat creditoribus ex eo tantum quod tardius ſoluitur, plus accipere, quam dederint, vel illis debeatur *c. 5. & 6. quæſt. 4. & c. conſuluit, extra de vſur.* Lactat. *lib. 6. de ver. cult. cap. 18.* vbi ait *plus accipere, quam quis dederit, iniuſtum eſſe,* contraria omninò regula ex eo iure, quod nunc eſt vſuras prohibet, nobis negatiuæ vnius particulæ adiectione in hunc modum conſtituenda eſt, *Non minus ſoluit, qui tardius ſoluit nec enim tempore minus ſoluitur.* Quod ſentit Alciat. *in d. l. 12. de verb. ſignif. in fin.* & Rebuff. *ad eand.* verſ. *quæro quia hodie.* vbi rectè notant hanc legem, ſi creditoris nihil interſit tardius eſſe ſolutum, hodie non procedere. Quod & de aliis ſimilibus legibus procul dubio dicendum eſt, ideoque nihil in illius ad ſanciendas vſuras aduerſarios conſtituere poſſe.

Sanè addendum hic eſt, quod hactenus puto obſer- 18
uaſſe neminem, & notant Græci *ad d. l. 12. de verb. ſignif.* quod hic dicitur minus ſoluere, qui tardius ſoluit, de ſolis contractibus bonæ fidei accipiendum eſſe. Verba Græci Scholiaſtis, vt vertit D Fabrotus hæc ſunt. *Hæc lex dicit de ſolis contractibus bonæ fidei, non etiam de contractibus ſtrictis, nam ſolutionem ſpectamus* Quod difficile videri poteſt, tum quia primo aſpectu non magis minus ſoluere videtur qui ex depoſito, vel ex locato debitor eſt, & tardius ſoluit, quam qui pecuniam mutuo acceptam retinuit inuito creditore; tum etiam quia veteres in legatis, & fideicommiſſis illa regula quoque vſi ſunt, vt *in d. l. in quantitate § in diem ad l. falcid. l. 70. § 1. ff. de leg. 1. & l. cum qui ff. de ann. legat. & aliis.* Niſi dicamus contractus bonæ fidei, legata & fideicommiſſa iure ciuili, quod ad vſuras attinet, exæquata fuiſſe, vt indicat ſatis *l. 3. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* & diſertè tradit Borcholt. *de vſur. cap. 3. num. 15.* ità vt Scholio non teme-
re addere liceat, *& in legatis, & fideicommiſſis.* Cæterùm 19
admiſſa hæc Græcorum interpretatione conſtat malè, Hotmannum hac regula vti, vt oſtendat æquitatem illam vſurarum, quam ſibi fingit in mutuo quoque locum habere, falſum enim eſt etiam ſecundum principia iuris ciuilis eum qui centum mutuo accepta tardius ſoluit, minus ſoluere, ſatis enim eſt ſi tertiù tantundem pecuniæ reddiderit, vt conſtat euidenter *ex l. 80. ff. de ſolut.* illis verbis, *veluti cum mutuum dedimus, vt retrò tantundem pecuniæ ſolui debeat.* & conſtat etiam *ex l. ſi tibi ff. de pact. & l. cum vltrà. C. de non numer. pecun.* quæ ait re neminem obligari poſſe vltrà quam acceperit, ex quo illa Græcorum diſtinctio probari poteſt.

Et cogitanti mihi, an aliqua ſit ratio illius diſtinctio- 20
nis ea eſſe videtur, quam cum mutuum ſit contractus ſtricti iuris ideoque pecuniæ mutuo acceptæ vſuræ non debeantur ex mora, vt iure ciuili receptum eſſe conſtat *ex l. 10. §. ſed vtrum ff. de in rem verſ. & l. 2. C. de condict. indeb.* & tradit, qui erit nunc inſtar omnium Cardin. Mant. *de tac. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 9. n. 18. & l. 8. tit. 1. num. 7. & 8.* veniant verò in contractibus bonæ fidei, & legatis & fideicommiſſis poſt moram, vt dixi *quæſt. 1. num. 8.* & infra idoneis locis: proptereà illa regula, quæ propter vſuras inducta eſt, vt dicebam, ſolum in contractibus bonæ fidei, legatis & fideicommiſſis vſum præbere potuit, in quibus ſcilicet præter ſortem vſuras quoque poſt moram præſtari æquum eſſe putabant: ideoque in his ſolis creditores dicere poterant, *minus ſoluit, qui tardius ſoluit.* & oblatam tantummodo ſortem non recipere: quia verò ex contractibus ſtricti iuris ex mora nullæ debebantur vſuræ, & proinde ſatis eſſet etiam inſpecto iure ciuili tantundem pecuniæ reddere, non poterant creditores qui mutuum dederant, aduerſus debitorem ſoluentem, vel offerentem, quod mutuo accepiſſet, hac regula vti, & obiicere, *minus ſoluit, qui tardius ſoluit l. qui decem ff. de ſolut.* alioquin cum mutuum accipiatur ad

vſum

Digitized by Google

vſum temporis neceſſarij, vt diximus ex Nonio, & aliis Grammaticis, & Cuiacio *q. 6. num.* 14. & indicat ſatis *l.2. in princ.* illo verbo, *receptari, ff. de reb. cred.* nunquam verum eſſet, quod ſapienter Pomponius ait *in d.l.30 de ſolut.* ſatis eſſe tertio tantundem pecuniæ ſoluere, & con-
21 ſequenter leges legibus pugnarent, quæ admiſſa illa diſtinctione conciliantur feliciter. Verùm quia hodie nec ex mutuo, nec ex contractibus bonæ fidei ſeu legatis poſt moram vſuræ debentur, nec enim mora ſufficit, vt aliquid vltrà ſortem capere liceat, vt dixi *quæſt.* 30. *num.* 10 *& infrà ſect.* 4. *num.* 17. conſequens eſt in alterutro genere iactitatam illam iuris Romani regulam vſum ſui præbere non poſſe, ſed omninò proiiciendam eſſe, debent enim creditores ſorte ſua contentos eſſe ex quacunque cauſa creditores ſint, niſi ex tarda ſolutione damnum ſenſerint, vel amiſerint lucrum, vt ex Alciato dictum eſt, & tradit Cardin. Mantic. *d. tit.* 9. *num* 20. Verùm id quod intereſt non eſt vſura, & incautè, & perniciosè à quibuſdam cum vſura confunditur.

SECT. IV.

Aſſertio quædam Franc. Hotmanni expenditur & diluitur.

SVMMARIA.

1 *Hotmanni vſura duplex.*
2 *Vſuram petens petit vſum pecuniæ ex Hotmanno.*
3 *Fœnerator dat vſum ſuæ pecuniæ, vnde illius æſtimationem petere non poteſt, ex eodem.*
4 *Pecuniæ fœnebris, & non fœnebris ex Hotmanno diſcrimen.*
5 *Pecuniæ vna æſtimatio eſt ſiue ex mutuo ſiue ex alia cauſa debeatur.*
6 *Vſus pecuniæ ex aliis contractibus debitæ non poteſt ſeorſim ab ipſa pecunia æſtimari.*
7 *Pecuniæ fœnebris vſus magis repeti poteſt quam non fœnebris.*
8 *Hotmanni fallacia detecta.*
9 *Hotmannus fœnus condemnat.*
10 *Vſuræ, & fœnoris diſcrimen ex Hotmanno.*
11 *Vſura petit vſum pecuniæ, quem debitor habuit.*
12 *Mutuum dans debitoris iuuandi cauſa ſimilis eſt ei cui pecunia iniuſtè retinetur.*
13 *Hotmannus vſuram obtegit ſub nomine intereſſe.*
14 *Creditoribus non licet quid vltrà ſortem exigere, niſi eorum interſit.*
15 *Doctrina Hotmanni ſuſpecta eſſe debet.*
16 *Mora in iudiciis bonæ fidei olim ſufficiens erat vt infligerentur vſuræ.*
17 *Mora non ſufficit, vt quid vltrà ſortem capere poſſit.*
18 *Vueſembecij egregiè dictum.*
19 *Anaſtaſij Germonij dictum explicatur.*
20 *Creditor incipit eſſe vſurarius, quoties exigit Vſuras.*
21 *Iuris auctores acceſſiones quantitatis ex aliis cauſis quam mutui debitæ, vſuras propriè vocant.*
22 *Debitum non vſurarium interdum fit vſurarium.*
23 *Debiti vſurarij, & non vſurarij fit ipſo iure compenſatio.*
24 *Vlpianus* in l. 11. & 12. de compenſ. *loquitur de veris vſuris.*
25 *Vſura, quæ ex aliis cauſis, quàm mutui deſcendit, verà vſura eſt, & illicita.*
26 *Auctorem pœnitet reliquiſſe Romam, Nicæa ſacris monumentis à D. Petro Ioſrede illuſtrata.*

SEd o magis cominus vrget vt hinc incipiam dimicare vtilitas huius diſputationis quod idem Hot-
1 mannus *eodem lib de vſur. c. 1.* vbi poſtquam duas vſuræ ſpecies conſtituit, vnam quæ nomen à ſuo genere diſtinctum habeat, & vocatur fœnus: alteram verò, quæ in ſui generis appellatione conſiſtat, & vſura nominatur, addit deinde. *Vnde illud intelligi volumus fœnus eſ-* 1
ſe propriè lucrum illud, quod quis capiat ex nuda pecunia: ſed vſura cum ab vſu appellata ſit, aliam vim & ſignificationem retinuit. Vſuram enim qui petit, ipſum quodammodo 2
vſum petere videtur, quippe qui eius perpetuò remanſit, nec vnquam cuiquam ab eo datus eſt. Quem quidem vſum quia repetere non poteſt, vtpote conſumptus, eius petit æſtimationem, & fructum, vt cum emptor rem venditam poſſidet, neque pretium ſoluit, itaque contra venditoris voluntatem vtitur pecunia, poterit emptor ex empto actione non dico vſum conſequi, quia conſumptus eſt, ſed certè illius æſtimationem l. vlt. ff. de per. & comm. rei vendit. l. 13. § ex vendito. ff. de act. empt. & hæc quidem vſus æſtimatio vſura nominatur, quæ quoniam vſum quodammodo repetit, fœnus nullo modo dici poteſt. Et deinde ſubiicit. *Eo quod & is, qui fœnerat vſum* 3
in mutuo dat neceſſario, eumque ideò repetere non poteſt: & cum venditor damni accepti compenſationem duntaxat poſtulet, ob id, quod vſu ſuæ pecuniæ caruit: fœnerator ex ipſis quaſi nummum corporibus tanquam ex re fœcunda conatur nummos exprimere, id quod ne ipſe quidem ſi nummos habuiſſet potuiſſet efficere. Quæ ferè repetit *in diſput. de fœn. cap.* 1. Ex quibus videtur ex Hotmannica doctrina ali- 4
quod diſcrimen eſſe inter vſum pecuniæ fœnebris, & vſum pecuniæ, quæ ex alia cauſa debetur: illum quidem æſtimari non poſſe, quia qui mutuum dedit, illum à ſe abdicaſſe videtur, & proinde nihil hoc nomine vltià ſortem repetere poſſe: pecuniæ verò vſum ex alià cauſa debitæ veluti ex fideicommiſſo, mandato, tutela, depoſito, & ſimilibus, cuius retentioni creditor non conſenſit, aliquam æſtimationem, & mercedem recipere: & præſertim ſi diu negotium tractum eſt, vt *in d.l. vlt. ff. de re iudic.* non debet videri iuſtitiæ, & iuri naturali repugnare.

Sed tota hæc ratiocinatio, quam nec etiam ipſe Sal- 5
maſius probare potuit *lib. de vſur. cap. 4. in fin.* vbi ait abſurda hæc ſibi videri, non tantum inanis eſt, ſed & inſigniter captioſa. Etenim pecunia ſiue ex mutuo ſiue ex alia cauſa debeatur, ſunt enim cauſæ plurimæ extra mutuum, ex quibus pecunia deberi poteſt, vnam tantum & certam æſtimationem recipere poteſt *l. 3. ff. de in lit. iuran. l. 3. de eo, quod cert. loc.* nec aliud eſt eius pretium, & aliud illius vſus: & proinde quod fœnerator non poſſit mercedem petere eius pecuniæ, quam dedit vtendam, non ex eo ducenda eſt, quod illius vſum dederit debitori, ſed quia illius pecuniæ vſus non poteſt diuerſo pretio æſtimari, & ſeorſim ab ipſa pecunia, & proinde ſi tantundem reddatur, omnis tollitur obliga-
tio, vt dictum eſt, & dicit ipſe Salmaſ. *loc. cit.* Ex quo 6
efficitur eius pecuniæ quæ ex aliis contractibus debetur vſuram quoque peti non poſſe, quia in his etiam vſus pecuniæ debitæ non poteſt ſeorſim ab ipſa pecunia alio pretio æſtimari, & proinde debuit Hotmannus vtrobique dicere vſum pecuniæ repeti non poſſe, & conſequenter neutro caſu vſuras, ſeu æſtimationem vſus exi-
gi poſſe. Imò ſi huius aliqua eſſet æſtimatio, potius 7
fœneratori concedenda eſſet, qui non ſub alia ratione nummos à ſe diſcedere paſſus eſt, voluit enim quodammodo eos locare, & pro eorum vſu vſuras vice cuiuſdam mercedis capere, quod tamen illicitũ eſſe Hotmannus fatetur: ergo etiam fateri debuit neque pecuniæ aliter debitæ æſtimationem, & mercedem peti poſſe, quia non magis vnius, quam alterius vſus eſt, ſed abu-
ſus. Captio verò, & fallacia eſt, nam dum blanditur 8
nobis improbans fœnus, perſuadere nititur ſub prætextu cuiuſdam imaginarij intereſſe ex eo ſolutũ, quod quis pecunia caruit, vſuras deberi, & licitè exigi poſſe. Quid enim ſpecioſius dici poteſt, quam quod is auctor ſcri-
bit *cap. 1. de fœnor.* verſ. *vt enim fortaſſe. Quorſum*; in- 9
quit, *dixerit aliquis vſurarum emolumentum permiſimus, itaque ex re ſterili lucrum facimus & contra pecuniæ naturam & vſum eam ad quæſtum conuertimus? Reſpondeo breuiter; ſi ad quæſtum vſuram transferamus, vſuram multò*

maximè eſſe condemnandam. Verùm inter vſuram & fœno-
10 *ris petitionem multum intereſſe dicimus. Illam enim non ob*
lucrum, & quæſtum, verùm ob ſolius damni creditoris com-
penſationem inductam eſſe: hoc ob ſolum lucrum. Illa quod
noſtrum eſt, peti: hoc quod eſt alterius. Illam denique in
debitoris commodum, hoc in ſolius lucri creditoris ſpectare.
Primum diſertis verbis oſtendit Paulus *in l.cum quidam.*
17. *§.ſi pupillo.ff.de vſur.Vſura,* inquit, *non propter lucrum*
petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur: id
eſt propter damnum, quod creditor ex mora debitoris conſe-
11 *cutus eſt. Secundum ex eo verum eſſe apparet, quod prius*
docuimus vſuram petere vſum noſtræ pecuniæ, quem nobis
inuitis debitor habuit, vt cum hæres legatarij aut Tutor pu-
pilli, aut Socer generi pecunia cum damno alterius vſus eſt.
12 Et deinde paulatim ad mutuum hæc porrigit. *Quid igi-*
tur cum in mutuo vſuram ſtipulamur, hoc enim interdum
æquum, & iuſtum eſſe oſtendimus. Nam cum creditor
non ſui commodi, ſed debitoris iuuandi cauſa dat mu-
tuum, idem eſſe ac ſi inuito ipſo debitor eius pecunia
vteretur, quoniam inuitum hoc loco accipimus non
qui vi adactus eſt, ſed eum etiam, qui non id appetat,
aut adfectet, ſed ad id damnum, quod ea re percepit,
13 *quia vſu ſuæ pecuniæ caruit, compenſandum.* In eo igitur
hic tantum diſſentimus, quia Hotmannus quamuis ſuam
vſuram aliquo damni velamento obtegere videatur, pu-
tat eo ipſo quod pecunia tardius ſoluitur, & quo quis
vſu ſuæ pecuniæ caruit, creditoris intereſſe, ideoque
iuſtè illi liceat compenſationem huius damni ſtipulari,
& exigere: & proinde interpretatur verba illa Pauli
id d.§.ſi pupillo. Sed propter moram non ſoluentium infli-
guntur, id eſt, propter damnum quod creditor ex mo-
ra debitoris paſſus eſt: cuius tamen adiectionis nullum
14 ibi veſtigium eſt. Nos verò dicimus ſolam moram, &
ex eo tantum quod quis aliena pecunia vſus eſt, vel
eam retinuit inuito creditore, vſuras admittendas non
eſſe: ſed oportere vt aliunde interſit, vel ratione dam-
ni quod verè creditor ſenſit, vel ratione lucri, quod
facere potuiſſet, ſi illi mora facta non fuiſſet, vt quid
vltrâ ſortem capere liceat creditoribus, idque quod
attinet ad forum externum, probetur legitimis modis,
vt infrâ demonſtrabimus.
15 Ex his ſuſpecta nobis debet eſſe omnis Hotmanni &
ſimilium doctrina, vt Trojanis dona Græcorum, vt di-
cebat ſapiens ille Ciuis,

Creditis auectos hoſtes; aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaum, ſic notus Vlyſſes?

Vt etiam dicta aduerſariorum nunquam amica cenſen-
da eſſe prudenter admonet, quiſquis dixit apud Eraſm.
Chiliad. 1.*cent.*3. *Dictum hoſtis nunquam amicum duxeris.*
16 Et quod certum eſt, nihil inde effici poteſt, quod vſu-
ram, ſiue ex mutuo, ſiue ex aliis contractibus, & vlti-
ma voluntate deſcendat, admittere poſſit & eius im-
probitatem amoliri, niſi creditoris interſit ſibi moram
factam fuiſſe: ſubducto verò omni intereſſe creditoris
vſura non minus mala, & iniuſta eſt, & iuri naturali
contraria, quod ex alia cauſa quàm mutui proueniat.
Et tantum hic ſubiicio communem, & receptam inter
Catholicos Doctores, & Iudices ſententiam moram in
ſolutione pecuniæ factam, quæ iure ciuili in iudiciis
bonæ fidei, & aliis ſimilibus ſufficiebat, vt vſuræ de-
cernerentur creditoribus, vt *in d.l.*3.*C.quib.cauſ.reſt. non*
*eſt neceſſ.l.*32. *§.in bonæ fidei. ff. de vſur.* & aliis ſanè plu-
17 rimis, & notat Goedd. *in l.*37.*num.*4.*de verb.ſignif.* Ho-
die non ſufficere, vt quid vltra ſortem capere, & exi-
gere liceat, ex quacunque cauſa pecunia debeatur.
Hanc enim concluſionem probatunt Bald. *in l.*2. *n.*105.
ff.de iureiuran. Caſtrenſ. *in l.*1.*num.*15.*C.de Summ.Trinit.*
Purpurat. *in l.lecta num.*68.*ff.ſi cert.pet.* Alciat. *Paradox.*
*lib.*5.*cap.vlt.* Sarmient. *Select.interpr.lib.*7. *cap.*2. *numer.*5.
& 7. Cagnol. *in l.curabit.num.*30. Couarr. *variar.lib.*2.*c.*1.
*num.*4.*verſ.ſi dixeris.* Roderic *de ann. redit. lib* 3. *quæſt.*4.
num. 85. verſ. *nec adiudicari poteſt.* Sot. *de iuſtit. & iur.*
*lib.*6.*quæſt.*6. Nauarr. *de vſur.num.*46. Philiarch. *de offic.Sa-*
*cerd.lib.*5. *cap* 7. *quæſt. vlt.* Lælius Zecch. *de vſur. cap.* 5.
*num.*4 *§.his enim caſibus.* Scaccia *de commerc.* § 7. *gloſ.* 2.
*num.*73. Iacob.Cancer. *variar.par.*3.*cap.*7.*num.*43.*verſ.&*
ſic tantum. Peguer. *deciſ.*105.*n.*8. Mart. Medic. *inter ſuas*
*dec.Senenſ.examin.*54.*num.*13. Conrad Paul. *de vſur. c.*9.
in princ Hodiern. *contr.*17.*num.*26. & nouiſſimè Bertram.
*ad l.vn.C.de eo quod inter.cap.*1. *num.* 6. & eleganter ipſe 18
Vueſembec. *in tit. de vſur. num.*9. Vbi de vſuris, quas
leges infligi, & præſtari iubent propter moram, ſa-
pienter monet, quotieſcunque creditoris nihil intereſt,
toties illum abuti indulgentia legum, ſi poſt moram
lucrum captet, & iiſdem verbis Coruin. *in ſuis aphoriſm.*
ad eund.tit. verſ. itaque. Nam & Germani quidam alie-
nis vtuntur vt ſuis. Et ego pro regula conſtitui multis
locis: & præſertim *quæſt.*1.*num.*32.*& quæſt.*77. *num.*21.
& ſeqq. vbi etiam obſeruo Donellum, & eiuſdem claſ-
ſis auctores ex legibus, quæ volunt vſuras poſt moram
debitoris infligendas eſſe, contendere vſuras ſaltem poſt
moram licitas eſſe. Ex qua communi, & vera conclu-
ſione efficitur, vt ſi quid propter ſolam moram vltrà
ſortem auferatur, etiamſi ex aliis cauſis quam mutui, id
iniuſtum, & improbum eſſe, & iuri naturæ contra-
rium.
Quod cum ità ſit explicandum eſt, quod ſcripſit cla- 19
riſſimus vir Anaſtaſius Germonius *in tit. Decret. de vſur.*
notandum eſſe *Romanos Pontifices promiſcuè vti his nomi-*
nibus Vſura, & Fœnus, quia quandoque vſura non prohibe-
tur, ſi ad alium contractum non ſpe lucri præter ſortem ali-
quid accedat officio iudicis; quod creditor propter debitoris
moram conſequitur, vſuram eſſe, non fœnus, & æquiſſimam.
Etenim addendum eſt, dummodo tantundem credito-
ris interſit ratione lucri, quod illi abeſt, vel damni,
quod paſſus eſt propter moram non ſoluentis. Alioqui
ſi creditor propter ſolam moram debitoris, & ex eo
tantum, quod illi tardius ſoluitur, aliquid vltrà ſortem
exigit, id quod vltrà ſortem exigitur, & accedit ſorti,
vſura vera, & propria eſt, ideoque iniquiſſima, licet
non ſit fœnus, nec fœnus ab initio contractum fuerit.
Nam quamuis is, qui pecuniam depoſuit, vel manda- 20
uit alteri, vt eam à debitore ſuo exigeret, vel locauit
domum vel horteum alteri pro certa mercede, non ha-
buerit cauſam, nec propoſitum fœnerandi, vt ille apud
Vlpianum *in l.*4 *ff.ſi cert.pet.* tamen repente fit, & inci-
pit eſſe vſurarius, quoties ex pecunia, quæ ſemper per
ſe, & natura ſua ſterilis eſt, captat, & exigit vſuras,
cum nihil eius intereſt moram ſibi factam fuiſſe. Vn- 21
de meritò iuris auctoribus, qui proprietatem verborum
ſequi ſolent, acceſſiones huiuſmodi, incrementa, &
adiectiones ſortis ex quacunque cauſa debitæ vſuræ
quoque nuncupantur, tametſi non proueniunt ex mu-
tuo, vt *in l.*19.*ff.de neg.geſt.l* 10.§.3. *& l.*12.*§.ſi mihi ff.*
*mand.l.*67. *ff. pro ſoc.l.*3.*§.*1.*ff.de contr.& vt.act. tut. l.*23.
ff.de except. rei iudic. quæ ait, quamdiu contractus bo-
næ fidei manet, vſuras currere & *in l.*2. *C.de vſur.* l.17.
C.locat. & aliis paſſim. vt à Græcis iiſdem locis dicun-
tur Tόκοι id eſt, vſuræ. Cuius rei etiam argumentum 22
eſt, quod apud eoſdem iuris auctores compertum eſt
debitum, quod ab initio erat ſine vſuris, interdum fie-
ri vſurarium, id eſt parere vſuras vt *in lib.* 6. *& l.* 38. *in*
fin.d.tit.de negot.geſt. & apud Græcos in Baſilicis *eod.loc.*
χρέος ἄτοκον fieri ἔντοκον, ideſt vſurarium, & eo prorſ-
ſus ſenſu, quo pecunia dicitur vſuraria, id eſt, quæ pa-
rit vſuras, & debetur cum vſuris *in l.*11.*ff.de compenſ.* In
qua Vlpianus ait. *Cum alter alteri pecuniam ſine vſuris,* 23
alter vſurariam debet, conſtitutum eſt à Diuo Seuero concur-
rentis apud vtrumque quantitatis vſuras non eſſe præſtandas.
Et hic congruenter notat Albericus compenſationem
ipſo iure fieri inuicem concurrentis quantitatis, ſiue ex
ſtipulatione, ſiue ex mora vſura debeatur, id eſt ſiue ſit
vſura, ſiue fœnus. Quod etiam notat Gothofredus
ad h.l. & ex aliis tradit Roderic. *de ann. redit. lib.*2. *q.*18.
*num.*2.*&* 3. & Merend *lib.*24.*cap.*49.*circà fin.* Et genera-
liter idem Vlpianus *in l.* 12. *ſeq. eod. tit. Sed ſi inuicem ſit*

vſuraria pecunia, diuerſa tamen ſint vſuræ, compenſatio ni-
24 *hilominus locum habebit eius, quod inuicem debetur.* Quod licet etiam ex æquitate porrectum ſit ad ſiſtendum curſum eius, quod intereſt, & ne quis incidat in pœnam, quod inſpicere non eſt huius loci, tamen certiſſimum puto Vlpianum *in d.l.11.& 12.de compenſat.* quod nunc ago, loqui de veris, & propriis vſuris, quæ illorum æuo paſſim & palam agitabantur, vel ex mora infligebantur debitoribus: Et prætermiſſis nunc aliis legibus, quas expendam idoneo loco, id indicat ſatis quod Vlpianus ait *in d.l.11. cum alter alteri pecuniam ſine vſuris, alter pecuniam vſurariam debet:* & apertius, quod idem ait *in l.ſeq. ſed ſi inuicem ſit vſuraria pecunia, diuerſa tamen ſint vſuræ*, veluti ex vna parte triētes, ex altera legitimas, vt Græci notant in Baſilicis hoc loco, quod non niſi de veris, & propriis vſuris intelligi poteſt, quibus hæc diſtinctio tantum congruit. Denique id euincit apertiſſimè illud Græcorum τόκος ἔντοκος, quod debito, ex quo debetur vſura compenſatoria quam dicunt, ſeu intereſſe nullo modo adaptari poteſt. Verbum enim τόκος
25 eſt vſura Græcis, non id quod intereſt. Quare nihil certius eſt vſuram, de qua iuris auctores tractant in adductis locis veram, & propriam vſuram eſſe, & pecuniam vſurariam, quæ parit vſuras licet non ſit fœnebris, id eſt, credita ſub vſuris: denique iuris auctores pecuniam vſurariam intelligere ſiue fœnebris ſit, ſiue non fœnebris dummodo ex ea debeantur & currant vſuræ: ideóque vſuram hanc quoque improbam eſſe niſi creditoris interſit, vel aliquid illi abſit, quod præſtationem hanc, & acceſſionem ſortis licitam facere poſſit, vt ratio fructuum in ſpecie *l.5.C.de act.empt.*& ſupportatio onerum matrimonij in caſu *cap. ſalubriter de vſur.* quæ aliis locis proſequor. Neque credendum eſt magnum Antiſtitem, quem Romæ adoleſcens vidi, & colui aliud exiſtimaſſe, tametſi vt breuior eſſet, id no-
62 luerit exprimere. Sed quoties Romam memoro, occurrunt mihi illa Tityri, vel potius Virgilij carmina,

Vrbem quam dicunt Romam Melibœe putaui
Stultus ego huic noſtræ ſimilem, &c.

Niſi me excuſet ætas conſilij expers, vel potius amor patriæ, quæ, vt alter Poëta ait,

dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

& eius patriæ, quæ aëris tempore & clementia cœli ſemper fruitur, & agri amœnitate & fertilitate omnis generis fructuum, & frugum nulli vrbi intrà Italiam cedit, vt nouiſſimè ſcripſit D Petrus Ioſredus noſtræ ciuitatis ſpes altera, & à quo in diem maiora expectamus *in prolegom.Nicea ſacris monum.illuſtr.cap.*11.

SECTIO V.

Vſura pecuniæ etiam non fænebris iure Diuino & Eccleſiaſtico prohibetur.

SVMMARIVM.

1 *Vſura pecuniæ non fænebris iure Diuino prohibita.*
2 *Baſilij conſtitutio vſuras prohibens.*
3 *Baſilius ſanxit ne cuiquam liceret in vllo negotio vſuras accipere.*
4 *Iniuſtitia iure Diuino prohibita.*
5 *Vſura omnis interdicta iure Eccleſiaſtico.*
6 *Vſura non fænebris iure Eccleſiaſtico prohibetur.*
7 *Mutuo non fænebri vſura quandoque accedit, & quomodo.*
8 *Ius ciuile ex mora in contractibus ſtricti iuris non admiſit vſuras.*
9 *Concilia, & Patres cur vſuras fænebres frequentius infectati ſunt.*
Menſa fæneratoris Altare Diaboli.
10 *Vſuræ non fænebres olim plerunque leuiores.*
11 *Nemo in vrbibus Catholicis fænus palam exercet.*
12 *Vſurarij notantur infamia.*
P.Gibalinus familiariter vigiliis auctoris vtitur.
13 *Hodie vſura frequenter exiguntur ſub prætextu eius quod intereſt.*
14 *Vſura iure ciuili permiſſa in aliis contractibus quam mutui, hodie iure Eccleſiæ prohibita.*

QVOD dixi vſuras pecuniæ non fœnebris iuri naturæ contrarias eſſe, id quoque ſtatuendum eſt de iure Diuino, ſcilicet non 1
tantum vſuras fænebris pecuniæ, ſed alias quaſcunque eo iure prohibitas eſſe, vt aliquot ſcripturæ locis oſtendi *in d. quæſt.2 num.35.* Hebem. *cap.2. Pſalm.21. & 54. Prouerb.17.& Ezechiel.22.* quibus in locis vſura, & ſuperabundantia omnis prohibetur, vt notat D.Hieron.*in comment.huius loci.* Quod 2
etiam apertiſſimè ſenſit Baſilius Imperator apud Harmenop. *lib.3. tit.7. in fin.* cuius conſtitutionem iterum ſubiicio. *Etſi maiorum noſtrorum pleriſque viſum eſt tolerandam eſſe vſurarum ſolutionem, &c. Nos tamen & noſtra Republica Chriſtiana planè indignam auerſandam & execrandam eſſe cenſuimus tanquam iure Diuino interdictam. Ideoque noſtra vetat Serenitas, ne cuiquam omnino in vllo negotio liceat vſuras accipere, ne dum iure ſeruando ſtudioſius addicti fuerimus legem Dei violemus, &c.* Et notan- 3
da ſunt pro mea ſententia, quod congruenter iuri Diuino ab Imperatore ſancitum eſt, *ne cuiquam omninò in vllo negotio liceat vſuras accipere.* Nec aliter Gibalinus hanc conſtitutionem interpretatus eſt *in d. art.5. n.16.* dum ſcribit ipſum Baſilium ſua illa conſtitutione omnem vſurarum præſtationem in quocunque negotio ſuſtuliſſe tanquam Chriſtianorum Republica indignam, 4
& diuino iure interdictam. Et generaliter etiam Harmenop. *loc.cit.in fin.* in ſacros ordines cooptato nequaquam permittitur vſuras accipere. Et licet nullum locum haberemus ex ſacra ſcriptura, cum proximè demonſtratum ſit, hoc genus vſurarum malum eſſe, & & iure naturæ prohiberi, conſtituendum eſt etiam iure diuino prohibitum eſſe, quo ſcilicet omnis iniuſtitia vetita eſt, vt Deuter.*cap.25.* vbi ſcriptum eſt *Dominus auerſatur omnem iniuſtitiam,* & aliis locis.

Dixi etiam eodem loco non tantum fœnus ſed quic- 5
quid vſurarum eſt, loquor verò de propriis, & veris vſuris, & quæ ex ſolo tempore tardæ ſolutionis exiguntur, iure Pontificio, & cenſura Eccleſiæ Catholicæ damnatum eſſe *ex cap.1.& 2.& tot.tit.de vſur.* & præſertim *ex cap.conſuluit 10.eod.tit.*illis verbis, *cum omnes vſura, & ſuperabundantia prohibeatur in lege,* quæ ſunt verba Ezechielis *cap.18. & cap.1. lib.6.* in huius rei fidem multis œcumenicis Conciliis adductis *ex epit.* Anton. Auguſt.Epiſcopi Tarraconenſis *lib.26. tit.6. & aliis,* & ex Salas *de vſur. dub.3.* Denique ex multorum Patrum & Catholicorum auctorum ſententia vſuras iure Eccleſiaſtico prohibitas eſſe: & addo nunc Dominicum Bannez qui *quæſt.78.* D.Thom.*art.1.verſ. pro deciſione veritatis.* teſtatur eſſe innumera huius rei teſtimonia Pontificum, Conciliorum, & Sanctorum Patrum, quibus ſemper vſura improbata eſt communi totius Eccleſiæ aſſertione. Et diſertiſſimè P. Gibalinus executus eſt *eod cap.7.art.3.*

Cæterùm quia vt mox dicebam, vir Theologus hunc 6
articulum inſcripſit, *Vſura fænebris prohibetur iure Eccleſiaſtico*: ego apertius dico non tantum eius pecuniæ, quæ data eſt fœnori ſed etiam illius, quæ ex aliis cauſis debetur, veluti, ex legato, depoſito, & aliis iudiciis bonæ fidei, eo iure prohibitas eſſe. Nam quamuis concilia, & reſcripta Pontificum frequentius vſuras fænebris pecuniæ condemnent, & eos inſectentur, qui fœnus exercent, pleriſque tamen locis generaliter vetant vſuras accipere, & accipientes arguunt, vt Synod. Eliberit. *cap.20. Si quis,* inquit, *detectus fuerit vſuras*

&c.

&c. quod refertur *diſt.*47. & Meldenſ. *c.*55. Idem etiam indicat, quod ait D. Ambroſ. *in cap. ſi quis* 14 *q.*4. ſi quis vſuram accipit, rapinam facit, & *in lib de Tob. cap.* & probatur etiam ex ſententia Hoſtienſ. *in ſumma* §.1. *ver. ſed tu iunge regulariter.* Baldi *in c. cum venerabilis n.* 10. *extrà de exception.* & Caſtrenſis apertiſſimè *in l. non tantum, & l. qui ſine ff. de negot. geſt.* Duaren. *in t. C. de vſur. cap.*1. Roderic. *de ann. redit. lib.*3. *quæſt.*11. *num.*86. Bachou. *ad Treutler. in diſp. de vſur. Theſ.*1. *verſ. ius igitur canonicum.* & nouiſſimè Staiban. *loc. cit.* & qui nunc erit inſtar omnium, Emin. Mantica, qui alios refert, *de tacit. & ambig. conuent. lib.*1. *tit.*9. *num.*19. *&* 20. & refero alios ſane plurimos *infrà ſect.*7 *num.*23.

7 Quinimò fieri poteſt, vt mutuo accedat vſura, quæ tamen non erit fœnebris, neque mutuum fœneratitium, vt ſi quis amico roganti centum Ludouiceos, vel Philippicos mutuos dederit ſoluendos calendis proximis. Hoc mutuum fœnoris purum eſt, & nemo dixerit fœnus hic eſſe contractum: ſiquidem alia obligatione opus eſt, id eſt ſtipulatione, vel pacto certis caſibus *l.*1. *&* 3. *C. de vſur. l.*24 *ff. de præſcr. verb. l.*121. *ff. de verb. oblig.* vnde aliud eſt credere, aliud fœnerare *l.*71. §. *vlt. ff. de fideiuſſ.* & obſeruat Hotman. *in epit. de vſur. num.*19. *&* 20. & Arnold. Coruin. *ad l.*121. *de verb. ſignif.* & cuique notiſſimum eſt: Et tamen ſi poſt moram creditor vſuram eius pecuniæ, cum nihil eius interſit, ſed prætextu quod eius interſit, forte poſtulauerit, & exegerit, vt ſuadente auaritia vſuratum eſt, nemo negabit has vſuras improbas, & damnatas eſſe, licet vſura hæc fœnebris non ſit, neque dici poſſit, ſi velimus vti verbis Iuriſconſultis noſtris familiaribus, cum ex mora tantum, & ea

8 tempore tardæ ſolutionis indebitæ extorqueantur, inuita etiam iuriſprudentia, quæ ea contractibus ſtricti iuris, cuiuſmodi eſt mutuum, noluit ex mora vſuras applicari, vt conſtat *ex l.*1. *C. de condict. indeb. l.*2. *&* 3. *C. de vſur. d. l.*24 *ff. de præſcr. verb. l. cum qui ff. de donat.* Duaren. *ad tit. de vſur. cap.*2. *verſ. ſed quid de ſtrictis iudiciis, & ad tit. depoſiti cap.*5. *verſ. ſi mutuum eſt.* Coler. *de proceſſ. execut. par.*1. *cap.*10. *num.*35. Cuiac. *in l.*1. *C. de vſur.* Vueſemb. *ad tit. C. de vſur. num.*12. Bachou. *ad eund. ff de vſur. n.*13. & Hotman. *inſtit. de act.* §. *actionum.* Quod & in pecuniis ex alia cauſa debitis, & quæ ab initio non erant vſurariæ fieri poſſe, imò factitari malo publico compertum eſt. Auaritia enim omnes leges tranſgreditur.

9 Neque mouere debet, quod proximè dixi Concilia, & Sanctiones, & Decreta Pontificum fœnus vt plurimum inſectari, & fœneratores diris execrationibus deuouere, quia hoc genus hominum publicè deterrimum, & exitiale viſum eſt ſemper, & exemplo perniciosum, & ij præſertim qui palam fœnus exercent, & quorum menſam meritò aliare Diaboli vocat Angel. *q.* 70. *n.*1. vt dixi *q.* 100. *in princ.* quod placuit P. Gibalirio etiam ſuo operi iungere *lib.*1. *cap.*11. *art.*1. & velim mihi parcat, ſi incipio hic mea vendicare vel ſaltem detegere.

10 Sed vſuræ quæ ea aliis contractibus exigebantur, non ita frequentes, & impudentes erant: neque tanta infamia, & euidentia facti laborabant, & plerunque erant leuiores eæ ſcilicet, quæ in regionibus frequentabantur *l.*1. *ff. de vſur.* & ibi gloſ. *& in l.*60. *de vſur. l.*7. §. *qua autem, verſ. ex cæteris, ff. de adm. tutor,* denique poterant colore aliquo velari, & obtegi, & pœnæ nomine

11 honeſtari: tametſi hodie alius ſit ſtatus vſurarum. Quis enim audet hodie in Chriſtianis Ciuitatibus pecuniæ negotium gerere, vt olim apud Paulum *ſentent. lib.*1. *tit.*4. *& in l.*37. §.1. *de negot. geſt.* & fœnus palam exercere, &

12 vſuras ſtipulari, niſi apud Batauos, vel Hebræus ſit, vbi Hebræorum fœnus toleratur: & præſertim infamiæ metu, quam inter fœneratorum pœnas recenſui *q. vlt. num.*40. *&* 41. vbi etiam dixi illos ipſo iure infamia notari; licet fœnus exerceant intrà modum ciuilibus legibus permiſſum. Quod totum iiſdem auctoribus, ità familiariter meis vigiliis vſus eſt, tradit Gibal. *d. cap.*11.

13 *art.*3. *num.*1. Quare frequentius hodie exiguntur vſuræ ea mora debitorum, & ex eo quod tardius ſoluunt ſub nomine eius quod intereſt, quamuis plerunque nihil tenera interſit, ſi quidem vt quidam dicit apud Grimaud. *de contract. pignerat. lib.*1. *cap.*8. Sæpè honeſtum nomen intereſſe, prætextus eſt rei non honeſtæ, ſcilicet vſurarum. Quare ne maximam partem vſurarum illicitarum 14

tolerare videamur, concludendum eſt non tantum fœnus, ſeu ſi placet vſuras fœnebres ſeu fœneratitias & vſuras fœnoris, quo modo dicendi licet D. Ambroſius interdum vſus ſit, nemo veterum auctorum iuris vſus eſt, vt dixi, ſed vſuras etiam, quæ ex aliis contractibus vel cauſis quam mutui propter ſolam moram, & retentionem alieno pecuniæ decernuntur iure ciuili, nunc illicitas eſſe, & Romanæ Catholicæ Eccleſiæ Sanctionibus prohiberi: idque maximè Chriſtianis ritibus conuenire. Quæ eſt ſententia Alexandri *in l. ob negotium* 18. *num.*2. *&* 4. *C. de negot. geſt.* Caſtrenſis, Roderici, & Cardin. Manticæ: quos recenſui *num* 6. & aliorum, quos referam idoneo loco: & nunc ſubiicio tãtum verba Baldi *in d. cap. cum venerabilis cit. num.*10. *Quæro*, inquit, *vtrum in contractibus bona fidei veniant vſura ex mora? Reſpondeo ſic de iure ciuili: ſed de iure canonico venit ſolum intereſſe vt ſuprà cap. dilecti. de foro compet.* Sanè qui ita reſpondet, cenſet vſuras, quæ in contractibus bonæ fidei iure ciuili veniunt ea mora, nunc illicitas eſſe, & iure canonico prohiberi.

SECT. VI.

Vſura extrà mutui fines reperitur.

SVMMARIVM.

1 *Vſura ex multorum ſententia vbi mutuum non eſt non reperitur.*
2 *Vſura non fit niſi ex mutuo ex Gibalini ſententia.*
3 *Eſſentiarum non reddenda ratio.*
4 *Iuriſconſulti erubeſcunt cum ſine lege loquuntur.*
5 *Feliciani ratio, cur vſura in ſolo mutuo committatur.*
6 *Mutuum in quibus conſiſtat.*
7 *Vendens vinum & illius vſum, iniquus.*
8 *Vſura formalitas & ratio ex Feliciano.*
9 *Exigens pecuniam & quid pro illius vſu iniquus eſt.*
10 *Res quæ pondere, & numero & menſura conſtant, in omnibus contractibus deduci poſſunt.*
11 *Pecunia veniunt in aliis contractibus, quàm mutui.*
12 *Pecunia res & corpus quoddam, Pecunia deponi, commodari poteſt.*
13 *Molinæi traditio pecuniam non deduci in contractibus niſi ſub ratione valoris falſa.*
14 *Fœnus non niſi in mutuo contrahi poteſt.*
15 *Debitum in mutuum conuerti poteſt.*
16 *Fictio breuis manus ſæpe improba.*
17 *Pecunia ex aliis cauſis quàm mutui debita vſura accedere poteſt.*
18 *Vſura quæ ex mora venit, illicita. Officium iudicis vſuras decernere maleficium.*
19 *Depoſitum verum ab vſura immune. Vſura veniunt in contractu depoſiti poſt moram.*
20 *Mutuum ab initio non vſurarium, interdum fit vſurarium.*
21 *Exigens ex legato, vel depoſito aliquid vltrà ſortem vſurarius eſt.*
22 *Patria Gibalini Sententia.*
23 *Obligatio impoſita mutuatario vſuraria.*
24 *Fœnus in mutuo ſolo, ergo & vſura, falſa illatio.*
25 *Vſuram fieri ex mutuo veris auctoribus nouum.*
26 *Obligationis noua impoſitio non eſt eſſentialis vſura.*
27 *Vſura ex mora, & officio iudicis decernitur ex iure ciuili.*

28 *Vſura*

28 *Vſuræ aliæ in obligatione ſunt, alia officio iudicis præſtantur.*
29 *Vſura extra fines mutui conſiſtit.*
30 *Ioannis Baptiſtæ Staibani I.C.Neap.regula doctrinæ Senatoris conformis.*
31 *Pecunia ad opus Reip. legata poſt moram vſuræ admittantur iure ciuili.*
32 *Promittens pecuniam Reip. ad opus ex mora præſtabat vſuras.*
33 *Iudicati vſuram centeſimam poſt menſes quatuor præſtare cogebantur.*
34 *Pretij vſuræ antiquo iure ciuili debentur non id quod intereſt.*
35 *Vſuram extra mutuum inueniri P. Gibalinus admittit,* & 37.
36 *Lex poteſt non ſoluentibus imponere pœnam non vſuras.*
38 *Petri Gregorij opinio vſuras rei iudicatæ licitas eſſe.*
39 *Quæ reiicitur.*
40 *Subditi obligantur Legibus.*
41 *Subditi hodie legibus ciuilibus vſurariis non obligantur.*
42 *Ius diuinum in vtroque foro vincit. Lex Euangelica vincit Legem Cæſaris.*

1 SED audio P. Gibalinum mihi obiicientem ſuam illam regulam, *vbi nullum mutuum reperitur neque explicitum, neque implicitum, & interpretatiuum, nullam quoque reperiri vſuram.* Quam vt ait magno conſenſu probarunt Couarr. *variar.lib.3.cap.1.n.2.* Petr. Gregor.*lib.1.de vſur.cap.3.num.7.*Fernand. Vaſq. *controu. lib.6. cap.60.num.8.* & Felician.*lib.1.cap.5. num. 14.* quos recenſui *quæſt.1.num.6.* & nouiſſimè eodem ordine ipſe P. Gibalin.*cap.8.art.1.num.4 verſ.Dico igitur,* quibus addit Turrecrematam, Syluestrum, Angelum, D. Thomam, Conradum, Gabrielem, Nauarrum, & demum omnes Theologos, & Canoniſtas ita opinari, idque ex definitionibus vſuræ ab ipſis traditis ſatis liquere.De-
2 nique hanc eſſe eſſentialem differentiam vſuræ à reliquis omnibus iniquis contractibus, quod ipſa fiat ex mutuo, non ex alia quapiam conuentione, vt emptionis, locationis, depoſiti, & cæteris huiuſmodi, niſi in illis implicetur aliqua ratio mutui:eſſentiarũ verò, quibus in re nihil prius eſt, aliam rationem reddendam non eſſe: & potuit addere Gratian. *diſcept. c. 679. n.32.* qui Surdum, & alios adfert, & quod notaui *in d. q.1. num.25.* Viuium *in ſua Sylua commun. opinion.* dixiſſe totum mundum hanc ſententiam ſequi. Denique quod nouiſſimè ex Molina Theologo refert D. Raphaël de Turri *de camb.diſp.1. quæſt. 13. num. 73.* hanc eſſe regulam, quæ nullam patitur exceptionem.

3 Antequam reſpondeam, obſeruandum eſt P. Gibalinum nihil in ſubſidium huius regulæ adferre, ſed contentum eſſe ratione, quæ inter Philoſophos familiaris eſt,eſſentiarium ſcilicet rationem reddendam non eſſe. Memini enim hoc ipſum me docuiſſe P. Ludouicum Delingendes virum doctrina & pietate inſignem, & præceptorem meum, dum Auenione philoſophiæ operam darem, cuius memoria mihi ſemper dulciſſima fuit eritque, dum ſpiritus hos reget artus iam in terram
4 procliues. Nos verò, qui veram Philoſophiam ſequimur, niſi nobis nimium Vlpianus blandiatur *in l. 1. de iuſtit.& iur.* erubeſcimus, cum ſine lege loquimur *Nouell.de trient.& ſemiſſ.cap.5.* vbi quidam notat non valere Doctorum reſponſa niſi lege, vel authoritate legis
5 probentur. Quamobrem Felicianus, qui pro regula adfertur, non immeritò quærit *loc.cit.*quare in ſolo contractu mutui vſura committatur, & ex D. Thoma Couarr. & aliis reſpondet rationem colligi poſſe, *quod ex veterum Iuriſconſultorum placitis conſtet aperiſſimè mu-*
6 *tuum conſiſtere dumtaxat in his rebus, quæ conſiſtunt in pondere,numero, & menſura, quæque in genere ſuo functionem recipiunt, & quarum vſus eſt ipſarum rerum conſumptio l.2. ff.ſi cert.pet l.2.§.mutui datio, ff. de obl. & oblig. In rebus verò quæ conſiſtunt in pondere, numero, & menſura, quarumque vſus earum conſumptio eſt non poteſt ſeorſum computari vſus rei re ipſa. Ideoque ſi quis ſeorſum vellet vinum* 7
vendere, velletque ſeorſum vendere vſum vini venderet eandem rem bis,vel venderet id quod non eſt,quod iniquitatẽ continet, & iniuſtitiam: & qui mutuat vinum ſimili ratione, aut triticum, petens ſibi duas recompenſationes vnam æqualis rei, aliam verò vſus inique agit, & iniuſtitiam committit; & in hoc poſita eſt tota ratio vſuræ. Quia vniuerſa vſu- 8
ræ formalitas, ex eo tantum videtur conſtare, quod iniquum ſit, & repugnans inſtitutis naturalibus eiuſdem rei velle capere duas compenſationes, & pretium vſus colligere in his rebus, in quibus vſus rei à re ipſa non diſtinguitur. Et quoniam ſolus contractus mutui verſatur, & conſiſtit in his rebus, in ſolo contractu mutui, vſura committitur. Hæc Felicianus, ſed prudenter, & feliciter parum.

Etenim quod ait mutuum in his tantum rebus conſi- 9
ſtere: quæ numero,pondere, & menſura conſtant, & quarum vſus earundem conſumptio eſt, neque ſeorſum ab illis æſtimari poteſt, ideoque creditorem, qui pecuniam vel triticum ſibi debitum in eadem quantitate exigit, & prætereà aliquid pro illius vſu, rem illicitam & iniuſtam facere, hoc inquam probat malitiam, & improbitatem vſuræ, quod non negamus, imò volumus omnibus gentibus innoteſcere: & hunc ipſum Feliciani locum ſuprà adduximus *ſect. 3. num. 5.* ſed hoc non probat,vbi nullum mutuũ eſt, vſuram reperiri non poſſe,& admitti non poſſe,de quo quærimus.Probaret quidẽ,ſi verum eſſet,quod tandem pro ratione adfert ſolum contractum mutui verſari in rebus, quæ numero, pondere, & menſura conſtant, ſed hoc imprudenter viro ſatis docto excidit. Exploratum enim eſt, & vel pue- 10
ris notum res huiuſmodi etiam per alios contractus agitari, & ex aliis cauſis in commerciis hominum deduci, vt quotidie experimur, & ſanè vinum, vt cæteras ſpecies prætermittam, vendi poſſe conſtat *ex l.1.2. & l. ſi quis vina,& aliis ff.de peric.& comm.rei vend.*imò *in d.l.2.* fit mentio mercatoris, qui emere vina, & vendere ſolet, & vinum in medium adfero, quia hoc exemplo Felicianus vtitur, & *in l.21. §. cum per venditorem, ff.de act. empt.* vbi etiam de tritico vendito agitur. Vt etiam notiſſimum eſt vinum,triticum,oleum, & id genus alia teſtamento relinqui poſſe, & ſolere *ex l.1.2. & l.ſi cui vinum. §.ſi vinum, & l.cum vinum 6.ff.de trit.vin.vel oleo leg.* denique omnes ferè huius tituli leges de vino ſunt, ex quo auſim dicere Iuriſconſultis antiquis vinum placuiſſe. Accurſius vero *in d l.1.ff.de iuſt.& iur.* dicit Iuriſconſultos non abiicere pecuniam. Sed de pecunia, cir- 11
cà quam potiſſimum vſuræ virus exercetur, hoc certiſſimum eſt illam in aliis commerciis,& præſertim in emptionibus, & venditionibus à mutuo omninò alienis vſum ſui præbere *l.1. de contr.empt.* quod cum dixerim aduerſus Molinæum & Hotmannum *quæſt.17. num.20.*
eadem mea verba ſubiicio, *Obſeruandum eſt pecuniam* 12
in commerciis hominum non ſemper ſubire rationem pretij,& menſuræ aliarum rerum, imò vt plurimum interuenire vt res & corpus quoddam, vt in depoſito & aliis, qui re contrahuntur. Nam quicquid ſemet Hotmannus, nummi res corporales ſunt, & corpus habent l.94 §.1.ff.de ſolut.& inſtar aliarum rerum deponi, commodari, locari, & fortè etiam vendi poſſunt. vt indicant *l.8.§.vlt.ff.commod.l.ſi certos de verb. oblig. l. numiſmatum, ff.de vſufr.l.3.ff.de in lit.*
iuran.l.24. & 25.ff.depoſ.& aliis locis, ex quo *num.22.*di- 13
cebam falſum eſſe, quod Molinæus tradit pecuniam non deduci in contractum niſi ſub ratione valoris, & quantitatis impoſititiæ. Illud certum eſt pecuniam in aliis contractibus, & commutationibus hominum vſum ſui præbere, & incautè nimis Feliciano excidiſſe ſolum mutui contractum in his rebus, quæ numero,pondere, & menſura conſiſtunt, verſari, & proinde rationem qua vtitur ad regulam illam ſtabiliendam parum efficacem eſſe. Ex quibus etiam argui poteſt Parladorius notæ eruditionis vir, qui *rer. quotid. lib. 2. cap. 2. num. 3.*

poſtquam

poſtquam ſcripſit vſuram in ſolo contractu mutui locum ſortiri, vt loquitur, veriſſimam huius rei rationem ſe primum inueniſſe iactat, quam nec veteres, nec recentiores calluere, quia ſcilicet mutuum duntaxat in iis rebus conſiſtit, quæ vſu conſumuntur, cum in cæteris contractibus rebus vti liceat ſalua earum ſubſtantia. Quod repetit *diſſ.53.num.3.* vbi exemplo locationis, & conductionis id confirmat. Etenim hæc ratio, & differentia locum haberet, ſi res, quæ vſu conſumuntur, in ſolo contractu mutui deduci poſſent. Verùm quia res huiuſmodi etiam in aliis contractibus venire, & materiam præbere poſſunt, vt proximè aduerſus Felicianum obſeruauimus, conſequens eſt hiſce quantitatibus vſuram accedere poſſe, tametſi ex mutuo non debeantur, quod vel exemplo locationis & conductionis quo vtitur, facilè animaduertere debuit. Nam quamuis merces ſeu penſio, quam locator pro vſu rei ſuæ percipit, non ſit vſura, ſed pretium vſus rei propriæ, quæ in dominio locatoris permanet *l. 39.ff.loc.* huic tamen pretio, ſeu penſioni, quæ vt plurimum in pecunia conſiſtit, vſuram ex iure ciuili, de quo quærimus, poſt moram, vel ex pacto, ſi tardius ſoluatur, accedere poſſe conſtat apertiſſimè *ex l.17.§.ex locato, ff. de vſur.& l.2.& 17.C.de Locat.*& tradit Ioann.Borcholt. *in §.conductor.num.4.Inſtit. hoc tit.* & nos diximus *q. 36. num.*2.ex quibus iam videri poteſt quam præcipiti loco ſit regula, de cuius ſtatu diſceptamus.

14 His poſitis reſpondeo regulam hanc (dum cenſet vel cenſere videtur vſuram non niſi intrà fines mutui expliciti vel impliciti conſiſtere) tanquam iuris regulam accipiendam non eſſe. Verius enim eſt etiam extrà fines mutui hoc malum peruagari. Quod vt oſtendam obſeruandum eſt, quod dixi *quaſt 4.num.14.& 15.* me non contendere fœnus, ſeu ſi placet, vſuram fœnebrem, in aliis contractibus quam mutui expliciti, vel impliciti contrahi poſſe: vel quod idem eſt, contractum eſſe fœneratitium, ſeu vſurarium, & labe fœnoris pollutum, quod non ſit mutuum, vel implicitum mutuum non habeat, vt cum pecunia ſub vſuris credi-

15 ta eſt, vt *in l 9.ff de vſur l.40 ſi cert.pet.& aliis.* vel cum id quod ex vna cauſa debetur, in mutuum mutuo conſenſu conuertitur propter ſtipulationem vſurarum, quia cum deinde de vſuris præſtandis conuenit ob dilatam ſolutionem eius quantitatis, quæ ex depoſito, & aliis contractibus bonæ fidei debetur, debitum in mutuum conuertitur, vt *in l. ſi ventri, § in bonis, ff de pri-*

16 *uil.credit.l.ſi hominem in fin ff.mandat.l.9. & 15.ff. ſi cert. pet.l.7.§ quoties, ff. depoſ.* & fictione breuis manus, quæ ſæpè improba eſt, vt *in cap. in ciuitate de vſur.* & tradit Caniſ. *de vſur.cap.3. num. 2.* quod mutuum indirectum dicit Menoch.*in conſ.109.num.28.*vt etiam adnotaueram *d.quaſt.1. num.10.& quaſt.7.num.35. verſ. Itaque vtrumque verum eſt*, & ita intelligendi ſunt auctores ſupra relati, & deciſiones Magnæ Rotæ Romanæ, quæ id frequentiſſimè ſanxit, vt inter excerptas Farin. *par. 3. impreſſ.Taurin.dec.16.num.4.& deciſ.235.num.4.& dec.325. num.10.& aliis.* Quod non repugnat meæ ſententiæ:& & inutiliter me hoc nomine prouocat P. Gibalinus *loc. cit. num 5.*& hanc eſſe mentem horum auctorum omnium conſtare poteſt ex Bero.*in conſ.168.lib.1.* Bertazz. *conſ.238.num 4.& ſeq.*Burſat. *conſ.117.num.5.* Petr. Gregor. *de vſur.lib.1.cap.2.num.10.* Anton.Maſſ.Galleſ. *lib. de vſur.num.14.*& diſertiſſimè Cardin.Mantic. *de tac. & ambig.conuent.lib.8 tit.18.num 12.& ſeq.* Menoch. *d. conſil.109.num.28.*Argentr. *conſult.3. num.4.* Roderic. *lib.1. quaſt.4.num.1.*& Cardin.de Lug. *diſp. 25. num. 7.* Nec aliud ſentit Caniſius, qui nobis obiicitur *d.cap.1. n.14.* & ſe explicare videtur Felician.*cap. cit. num 15.* & Gratian.*in d.diſcept. 679.* Andreas Vallenſ. *ad tit. Decret. de vſur.§ 1.in fin.verſ in aliis verò contractibus.*

17 Quare quod dico, & contendo hoc vnum eſt, licet pecunia, quæ debetur non ſit, neque fiat mutua, & licet debeatur ex alio contractu vel cauſa, vt ex depoſito, tutela, legato, ſeu fideicommiſſo, & ex aliis figuris negotiorum, illi pecuniæ vel ex mora, quod frequentiſſimum in iure eſt, vel ex pacto vſuras accedere poſſe: neque ſtatim debitum in mutuum conuerti, ſed manere contractum bonæ fidei, idque conſtare apertiſſimè *ex l.qui ſine 38.ff.de negot.geſt.l.18.Cod. eod.l.24. & 26.ff.depoſ.l.17.§.ex locato, & l ex contraria, ff de vſur. l.34.ff.mandat.l.42.§. vſuras, ff.ſolut.matrim.l.1. & 10.ff. de pollicit.l.23 ff.de except.rei iudic.* quæ ait quandiu manet contractus bonæ fidei, vſuras currere. Et probari etiam *ex l.7.§.qua autem, ff.de admin.tut.& l.3.ff.de contr. & vtil.tut. & aliis*, quas procedente diſputatione profeream: tametſi hæc Feliciano, & Gibalino ſufficere deberent, niſi velint totum ius ciuile conturbare, de cuius ſententia diſputamus: & oſtendam etiam eos, qui contrà ſentiunt, vel exploratis iuris ciuilis principiis, vel ſibi ipſis contradicere.

Et obſerua me dicere *accedere poſſe*, nec enim dico deberi. Quare ſi quid illis quantitatibus accedat ob ſolam conuentionem, & obligationem vel ob ſolam moram officio iudicis, vt iure ciuili in contractibus bonæ fidei receptum eſt, vt *in l.24.in fin. ff. depoſ. & l. qui negotia, ff.mand.* quod non officium, ſed maleficium potius dici debuit, cum nihil creditoris interſit, acceſſionem hanc vſuram eſſe ſentio, & iniuſtam illicitamque exactionem, & non minus reſtitui debere, quam ſi ex fœnore, quod in mutuo ſolo contrahitur, extorta ſit; denique ex contractu, qui ab initio non eſt fœneratitius, & qui in ſe nihil fœnoris habet, ex quo quantitas debeatur, vſuram deſcendere poſſe, & ſi exigatur, cum nihil creditoris intereſt, reſtituendam eſſe. Et ſatis nunc 18

19 erit id in vero, & puro depoſito oſtendere vt cum pecunia obſignata, vel occluſa depoſita eſt, vel numerata quidem, ſed ea lege, vt eadem nummorum corpora reddantur. Et hoc genus depoſiti fœnoris purum eſt ex parte eius, qui depoſuit, & nullæ ab eo qui ſuſcepit debentur vſuræ, quia vt Papinianus ait *in d. l.24. ff.depoſ contra bonam fidem, & depoſiti naturam vſuras ab eo deſiderari temporis ante moram qui beneficium in ſuſcipienda pecunia dedit.*& tamen ſi in ea pecunia reddenda is, qui ſuſcepit, moram fecerit, vel ea pecunia vſus ſit, veniunt vſuræ iure ciuili, vt exploratum eſt *l.3. & 4. C. depoſ.l.32.§.in bona fidei, ff.de vſur.* & ſatis indicat *d. l.24.* dum ait contra bonam fidem eſſe vſuras temporis ante moram deſiderari. Has ſi quis exegerit, cum eius nihil intereſt ſibi moram factam eſſe, illicitas eſſe ſentio, & ſimiliter mutuum non eſt fœneratitium, cum creditor ſibi tantundem reddi cauet, & nihil amplius ſtipulatus 20 eſt; ſi tamen poſteà ob moram debitoris, vel ob id quod differt petitionem aliquid vltrà ſortem accipiat, cum nihil eius intereſt, certum eſt creditorem vſuras exigere, & reſtituendi reum eſſe, vt docet idem Bero. *in tit. de vſur. n.29.& 30.*Guid.Pap. *in lib. de vſur. n.16.* Conrad. Paul. *eod. tract cap.11.* & congruenter Purpur. *in l. lecta. n.68.* Lælius Zecch. *de vſur.cap.2.num.3. verſ. ſexto ampliatur.* Petr.Royz. *dec.Lituan.5.num.55.* Ita prorſus ſi is cui ex 21 depoſito, vel mandato, & aliis contractibus bonæ fidei ex legato, vel fideicommiſſo, aut ex liberalitate,& pollicitatione pecunia debetur ex ſola mora, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis incrementum capit, vt erat iure ciuili conſtitutum, vſuras exigere dicendum eſt, & conſequenter vſuram extrà terminos mutui reperiri, quod P.Gibalinus fruſtrà negat.

Neque quis hic mihi obiiciat me mihi aduerſarium 22 fingere, quod non aliud ille ſentire videatur *eod. n.4.* dum ſubiicit, *eſtque illa eſſentialis differentia vſuræ ab aliis iniquis contractibus, quod ipſa fiat ex mutuo non ex alia quapiam conuentione, vt emptionis venditionis depoſiti, &c.* & ex his, quæ paulò ante dixit *impoſitionem nouæ obligationis vi mutui ad aliquid pretio æſtimabile eſſentialem eſſe vſuræ*: quaſi ipſe loquatur non de vſura, quæ eſt fructus, & fœtus pecuniæ, & ſortis debitæ incrementum, ſed de ipſa ſtipulatione, & contractu, quo illa

obligati

obligatio iniicitur debitori : idque congruenter illi re-
23 gulæ, quam primo conſtituit *eod. art. 1. num. 2.* Conuentionem omnem per quam ratione mutui imponitur mutuatario obligatio pretio æſtimabilis, ad quam debitor alioquin non tenebatur, vſurariam eſſe, etenim dico illum latius excurrere & non tantum ſentire id, quod prima regula continetur, in quo ab eo non diſſentio, congruit enim his, quæ proximè diximus *num. 14. verſ. quod vt oſtendam.* contractum ſcilicet vſurarium, & fœneratitium eſſe non poſſe niſi ſit mutuum, vel implicet rationem mutui : ſed illum etiam opinari, vſuram vbi nullum mutuum eſt, reperiri non poſſe, in quo maxime
24 diſſentimus : & pace illius dixerim non placet quod ait ſecundam regulam in priori comprehenſam eſſe, & affirmationem vnius implicata negationem oppoſiti. Non enim ex eo quod fœnus, & vſura non niſi in mutui dationibus contrahi poteſt, quod prima regula conſtituit, efficitur vſuram non niſi ex mutuo deſcendere, & venire poſſe, quod tanquam regula ſecundo loco proponitur, & nos meritò negamus, & iam multis locis probauimus aliud iure ciuili proditum eſſe *ſectio prima, numero quinto*, & luculentius demonſtraturi ſumus.
25 Quod verò ait vſuram ab aliis iniquis contractibus differre, quod ipſa fiat ex mutuo, præterquam hic dicendi modus Vlpiano, Paulo, & aliis noſtris auctoribus infrequens eſt, quis enim veterum dixit, vſuram fieri ex mutuo? verba hæc mihi ambigua ſunt. Nam ſi hunc ſenſum habent, vt vſura non niſi ex mutuo veniat, vel non reperiatur niſi vbi mutuum eſt, hoc eſt ſupponere id de quo diſceptamus : quod philoſophi ſi bene memini, dicunt petere principium, neque probant & ipſe Gibalinus obiicit Salmaſio non vno loco. Si verò ad hunc ſenſum trahi poſſunt vt ſignificent fœnus non niſi in mutuo, & vbi mutuum eſt, contrahi poſſe, id eſt contractum vſurarium intelligi non poſſe, niſi rationem mutui in ſe habeat : id ſanè maximè vellem, ne cogeret contendere eum Theologo eius Societatis, cuius ſemper obſeruantiſſimus fui ; ſed hic ſenſus congrueret eius ſecundæ proximæ concluſioni, de qua diſputamus, *vbi nullum eſt mutuum nullam quoque vſuram reperiri.* Senſit igitur illud quod verba ſonant, & illud in quo ab illo diſſentio, vſuram non niſi vbi mutuum eſt, reperiri poſſe. Alioqui fruſtrà *numer. 5.* ſubiicit, *obiicit Leotardus.* Deus igitur voluit nos hac in re diſſentire, quo magis veritas huius rei illuceſcat, ex qua ſtatus vſurarum meo iudicio maximè pendet.

26 Et dicam etiam me non probare, quod ſit impoſitionem nouæ obligationis eſſe eſſentialem vſuræ, quia hoc verum eſt, ſi de contractu mutui agitur, qui non poteſt eſſe fœneratius, niſi noua obligatio illi adiiciatur de præſtandis vſuris, vel aliqua re alia pretio æſtimabili, vt loquuntur. Vſura enim non debetur ex mutuo, neque vi mutui, neque fit ex mutuo, vt malè omnino Gibalinus, & alij quidam dicunt, cum mutuum re contrahatur *Inſtit. quib. modis re contrah. oblig. in princ.* ſed fit, & producitur ex ſtipulatione, vel paucis caſibus ex pacto *d. l. 121 de verb. ſignif. l. 8. & vlt. ff. de eo, quod cert. loc. l. 4. C. depoſ. l. 3. C. de vſur* & ipſe Theologus ait *eod. loc. n. 2. verſ.*
27 *quare diſtincte ſunt omninò.* Sed non inde ſequitur vſuram, quæ ex aliis cauſis, & contractibus deſcendit ex iure ciuili, hanc nouam obligationem exigere, conſtat enim ex deciſionibus iuris ciuilis vſuram receptam eſſe ex mora, & officio iudicis, tametſi non ſit in obliga-
28 tione, vt probat apertiſſimè *l. 58. ff. ad Trebell.* in qua Papinianus ſeparat vſuras, quæ ſunt in obligatione, ab vſuris quæ veniunt officio iudicis, vt ibi Cuiacius notat, & Fabrot. *ad eund. tit. Cod. de vſur. verſ. in bona fidei iudiciis :* & conſtat etiam *ex l. 49. §. 1. ff. de act. empt. l. quarum, ff. locat. & d. l. 4. Cod. depoſ.* & tradit ipſe Hotman. *in §. actionum. Inſtit. de action. verſ. eodem etiam,* & *in epiſt. lib. 22. n. 15. verſ. vnde illa vulgaris.* Olban. *in §. actionum num. 8.* Vueſembec. *ad tit. Cod. de vſur. num. 12.* Præſes Faber *in lib. 6. & 8. in fin. ff. de pign. act.* & optimè Fachin. *lib. 7. cap. 57.* ait vſuras venire tacitè, & in conſequentiam contractus poſt moram officio iudicis. Id ipſum ante illos Harmenop. *lib. 3. §. & ſi.* illis verbis *& ſi ex mora ſoluta ſit pretij ſors, non tamen vſuræ peti poſſunt, cum hæ non in obligatione ſint, ſed iudicis officio præſtentur* & nota quod Hotmannus ait, vnde illa vulgaris differentia, ſcilicet Iuriſconſultis. Nihil ergo certius eſt vſuram ad ſui eſſentiam non exigere nouam obligationem. Ex quo etiam in tranſitu videri poteſt, quam parum ſtabili loco ſit regula, de cuius ſtatu diſputamus.

Sed vſuram etiam extrà fines mutui conſiſtere, & va- 29
gari ita à me multis & quidem apertiſſimis iuris locis demonſtratum eſt *in d. quæſt. 1. num. 11. & ſeqq.* vt mihi videretur nullus amplius dubitandi locus eſſe poſſe. Id enim euidenter conſtat, ſi verum fateri velimus, & à cognito errore diſcedere ex iuribus ibi adductis, & hic *num. 17.* & præſertim *ex l. 24. ff. depoſ.* in qua cum quæreretur, an contractum eſſet mutuum, vel depoſitum propter incrementum vſurarum, vt lex ait, quia in contractibus ſtricti iuris, cuiuſmodi eſt mutuum, non veniunt vſuræ ex pacto vel ex mora, Papinianus reſpondit eſſe depoſitum, & vſuras deberi & *in l. ſeq. §. 1.* Quod in re ſimili definitum eſt *in l. qui negotia, ff. mandat. & in l. 24 ff. de præſcript. verb.* Vnde diuerſum definitum eſt in *l. 10. §. ſi quis Titio, ff. mandat.* vſuras ſcilicet non deberi, quia ex mutua pecunia debitor teneretur, & nulla interueniſſet ſtipulatio. Ex quibus quatuor Iuriſconſul- 30
torum veterum reſponſis, & Cuiacio *in d. l. 24. & 25. § 1. ff. depoſ. ad Papin.* Si verum amamus, planè conſtat vſuram extrà mutui fines reperiri, imò aliquando vſuras deberi, quia negotium non ſit mutuum. Ex quibus, & aliis per me prolatis *in d. quæſt. 1.* D. Staibanus *loc. cit. num. 36. & 37.* meam definitionem ſecutus, quam P. Gibalinus vel diſſimulauit, vel contempſit, contrariam regulam conſtituit, & meo iudicio tutiorem, vt quoties creditor ſiue ex mutuo, ſiue ex depoſito, mandato, & aliis iudiciis bonæ fidei, & ex cauſa legati vel fideicommiſſi vltrà ſortem ex his cauſis ſibi debitam aliquid ſuprà ſortem exigit, & extorquet, cum nihil eius interſit, vſuram committere, non minus quam qui ex ſolo mutui dationis officio lucrum cepit, ad quod inquit, *iura exclamant.* Sunt illius verba.

Et ad meam ſententiam confirmandam nunc ſubiicio 31
l. 5. de oper. public. & l. 17. in fin. de vſur. Ex quibus ſancitum eſt legata pecunia Reipublicæ ad opus faciendum puta ad ſtatuas, vel imagines, ſi hæredes defuncti præfinito tempore eam non erogauerint, ad vſuras vſque ad tertiam centeſimæ Reipublicæ præſtandas cogendos eſſe. Quod & iniunctum eſt Baſil. *lib. 23. tit. 3.* Et val- 32
dè proximum eſt, quod ſtatutum eſt *in l. 1. ff. de pollicit.* Eum ſcilicet qui opus ſe facturum, vel ad opus pecuniam Reipublicæ daturum pollicitus eſt, ſi moram fecerit, vſuras præſtare debere. Tametſi liberalitatis vſuræ eodem iure non præſtarentur *l. 16 ff. de vſur* Quod & Baſilica habent *eod. tit. de pollic. in princ.* Sanè in his negotiis nullum mutuum eſt, nec fingi poteſt, & nulla impoſita eſt noua obligatio ratione mutui : & tamen reperiuntur vſuræ. Et huc pertinet etiam, quod de vſu- 33
ris rei iudicatæ ſancitum eſt *in l. 2. & 3. C. de vſur. rei iudic.* & apud Harmenop. *lib. 1. tit. 4. in fin.* condemnatos, ſi vltrà quatuor menſes ſolutionem diſtulerint, centeſimam vſuram præſtare debere, quod tamen hodie non obtinere dixi *quæſt. 21. num. 8. & 9.* & dicerem meam, niſi P. Gibalinus eam ferè totam mihi abſtuliſſet *lib. 2. cap. 72 num. 2. verſ. Hinc vides* Et ſanè hinc videri poteſt, quam ciuiliter me habuerit.

Prætereà addo illum inſignem locum Hermogeniani, 34
in l. vlt. ff. de peric. & comm. rei vend. vbi reſpondit, *ſi emptor in pretio ſoluendo moram fecerit vſuras duntaxat præſtiturum, non omne omninò, quod venditor mora non facta*

B *conſequi*

Digitized by Google

conſequi potuit, veluti ſi negotiator fuit, & pretio ſoluto ex mercibus plus quam ex vſuris quærere potuit. Ex quo vno loco ſatis conſtat ex iure ciuili in contractu emptionis ex mora venire vſuras, vt vſuras, & conſequenter non tantum in mutuo vſuras reperiri vel fieri ex mutuo, vt contraria regula aſſerit, ſed ex alijs contractibus quoque deſcendere poſſe: niſi dixerint quicquid debetur, & retinetur, ex mutuo deberi, quo nihil poteſt abſurdius dici, induceretur enim totius iuris ciuilis fœda confuſio, vt in re ſimili dicit magnus ille Præſes Fab. *in rational. ad d. l. 24. in fin. de praeſcript. verb.*

35 Imò ex illo, quem proximè retuli, P. Gibalini loco, & ex illius teſtimonio luculenter apparet veritas noſtræ ſententiæ. Etenim poſtquam retulit dictum Cuiacij *ad l. 3. de vſur.* quod prius ipſe adnotaueram, illud ſcilicet quadrimeſtre, quod iudicatis indulgetur, immune eſſe debere ab vſuris, quod miſerationis gratia concederetur ideoque creditores ab omni aſperitate abſtinere debere, *inde tamen*, inquit, *non efficitur, quæ deinde elapſo illo quadrimeſtri ſpatio ſoluebantur vſuræ, non fuiſſe veras vſuras, quæ pro modo, & ratione ſortis, atque ſpatio temporis currebant inſtar cæterarum:* & poterat dicere ex ſolo tempore tardæ ſolutionis: ſed homo mihi auerſus noluit videri verbis meæ definitionis vti. *Quod autem*, pergit is auctor, *vſuræ iſto caſu non veniant ex mutuo, aliòve contractu, ſed à lege atque ex cauſa iudicati, non reddit illas iniuſtas: alioquin omnes vſuræ, quæ à lege imperantur ferendæ & probandæ eſ-*

36 *ſent* Et poſt pauca. *Maneat itaque leges iſtas iniquas eſſe: & quamuis poſſint ſtatuere pœnam aliquam propter tardatam ſolutionem culpa debitoris non tamen vſuras præſtandas impe-*

37 *rare.* Admittit igitur vir Theologus eiuſmodi vſuras legibus inductas veras vſuras eſſe, quamuis non veniant ex mutuo, vel alio contractu, illaſque mecum illicitas eſſe: & conſequenter admittere eum oportet verum eſſe, quod proximè dicebam eos, qui pertinaciter negãt vſuras extrà fines mutui reperiri, cogi ſibi ipſis contradicere.

38 Cæterum Petr. Greg. qui pro contraria regula à Gibalino profertur, non negat huiuſmodi vſuras eſſe, ſed congruenter ſuis principijs, (exiſtimabat enim vſuras in ſolo mutuo prohiberi,) aſſerit licitas eſſe *lib. 2. c. 5. n. 13.* vbi multis hanc rem perſequitur, & inter cætera adfert illam antiquam legem ex Cicerone 3. *de legib. Magiſtratus* non obedientem, & noxium ciuem multa, vinclis, verberibuſque coërceat. Et licere iudici iuriſdictionem ſuam tueri etiam pœnali iudicio *ex l. 1. ff. ſi quis iuſd. non obtemp.* & alia quædam, & deinde concludit id in pœnam contumaciæ ſtatutum fuiſſe: & mirum non eſſe, ſi post indultum beneficium quadrimeſtris dilationis mora patiat effectum vſuræ centeſimæ.

39 Sed quicquid vir eruditus tentauerit, præſtat noſtram ſententiam ſequi, has ſcilicet vſuras veras, & proprias vſuras eſſe, ſiquidem creſcunt, & currunt pro ratione ſortis, & ex eo, quod tardius ſoluitur, & conſequenter leges Infligentes illud genus vſuræ iniquas fuiſſe, ideoque merito & hoc genus vſurarum reiectum, & leges illas antiquatas eſſe, vt ex Bart. & Baldo, Roderico, & Scaccia dixi *d. quæſt. 21 num. 9 in fin.* & placuit P. Gibalino *loc. cit.* Quam etiam confirmat valdè, quod generaliter ſcribit Præſes Faber *de error. pragmat, Decad.* 10. *err. 1. n. 12.* nunc nullo prorſus caſu vſuras centeſimas tolerari. Conſtat igitur eſſe aliquas vſuras, quæ non veniunt ex mutuo, neque fiunt ex mutuo, contra quam contraria regula præſcribat, eaſque illicitas eſſe.

40 Neque mouet ſi quis obiiciat has vſuras prouenire ex legibus, & legibus ſubditos obligari *l. 9 C. de legib. l. obligamur. §. 1. ff. de oblig. & act.* ideoque illis parendum eſſe, vt ſentire videtur Cuiacius *in d. l. 98. ad Trebell. in fin.* Vbi notat Papinianũ hic ſeparare vſuras quæ ſunt in obligatione, ab vſuris quæ veniunt officio, & arbitrio iudicis: & addit in arbitrio iudicis eſſe vſuras ex mora in bonæ fidei contractibus in legatis, & fideicommiſſis, & in pollicitationibus factis Reipublicæ *l. 1. ff. de pollic.* in obligatione verò eſſe vſuras ex ſtipulatione in cauſis ſtricti iuris, vel ex lege in omnibus iudicijs, vt in cauſa iudicati. *Nam & legibus*, inquit, *obligamur.* Etenim 41
reſpondeo Cuiacium loqui ſecundum terminos iuris ciuilis, ex quo vſuræ licitæ, videbantur, non tantum in ſtrictis iudicijs, vt eſt mutuum, ſed etiam in contractibus bonæ fidei, & alijs quibuſdam cauſis, quæ proximæ cenſebantur contractibus bonæ fidei, vt legata, & fideicommiſſa, & pollicitationes factæ ciuitatibus, ex quibus poſt morã vſuras venire iuris auctoribus placuit. Quod totum nunc abrogatum eſt, & verò congruit noſtræ ſententiæ, vſuras ſcilicet extrà mutuum, & mutui fines reperiri, & ſpeciatim in cauſa iudicati *d. l. 2. & 3. C. de vſur. rei indic.* Quæ cum iniquæ ſint vt diximus & P. 42
Gibalin. *loc. cit. verſ. maneat itaque.* Hodie illis non obligamur, quia, vt eleganter dicit Bald. *in rubr. C. de vſur.* Lex diuinum vincit in vtroque ſolo: & *in auth. ad hæc n. 5. Lex Euangelica ſine dubio Legem Cæſaris vincit.*

SECT. VII.

Rurſus de differentia quoad vſuras inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris ex iure ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Vſuræ in ſtrictis iudicijs non veniunt, niſi in ſtipulatum deductæ ſint.*
2 *Pactum in mutuo non ſufficit, vt vſuræ debeantur.*
3 *Vſuræ in legatis & contractibus bonæ fidei debentur ex mora.*
Quod hodie ceſſat.
4 *Conductor & fideiuſſor eius tenentur ad vſuras poſt moram.*
5 *Cuiacij locus.*
6 *Iuriſconſulti omnes agnoſcunt diſcrimen quoad vſuras inter ſtricta, & bonæ fidei iudicia.*
7 *Vſuræ etiam extrà fines mutui.*
8 *Vſuræ ex vltimis voluntatibus quoque deſcendunt.*
9 *Quod hodie vetitum eſt.*
10 *Henricus Canſius admittit vſuram in vltimis voluntatibus commiſſi.*
11 *Vlpiani dictum* in leg. 3. ff. de ann. leg. *de veris vſuris.*
12 *Legatum vſurarum quando in mutuum conuertatur.*
13 *Mutuum non niſi inter conſentientes contrahitur.*
14 *Pupillo ex ſolo tempore tardæ ſolutionis in legatis vſuræ debentur.*
15 *Teſtator poteſt iubere præſtari vſuras ex iure ciuili.*
16 *Legatis & contractibus bonæ fidei, ex quibus debentur vſuræ, nullum mutuum ineſt.*
17 *Papiniani ſententia alijs quantitatibus quàm mutui vſuras accedere.*
18 *Seuerus vſuras prohibuit præſtari ab his, quibus vt indigenis pretia conferuntur.*
19 *Hereditatis in petitione vſuræ veniunt poſt moram.*
20 *Legatarius exigens legatum ab herede ſcripto euicta hereditate tenebatur pecuniam cum vſuris quartæ partis centeſimæ reſtituere.*
21 *Mora non ſufficit, vt quid vltrà ſortem percipere liceat*
22 *Creditor exigens aliquid vltrà ſortem, cum nihil eius intereſt, indebitum exigit, ex quacunque cauſa pecunia debeatur.*
23 *Auctores, qui ſentiunt vſuras extrà mutuum ſerpere.*
24 *Claudij Salmaſij dictum, & diſtinctio inter vſuras fœnebres, & non fœnebres.*
25 *Iuriſconſulti omnes admittunt vſuras extrà mutuum inueniri.*
26 *Differentia mutui ab alijs contractibus bonæ fidei non conſiſteret quoad vſuras, niſi & his vſura poſſet accedere.*

27 *Iuriſconſulti*

27 *Iuriſconſulti dum definiunt vſuras ex mora deberi, mutuum excludunt.*
28 *Feliciani ſententia explicatur.*
29 *Feliciani ſententia quædam refertur, quæ reijcitur.*
30 *Procuratores, & alij, quia alienis nummis vtuntur, tenentur tantum ad id quod intereſt.*
31 *Felicianus admittit vſuras extra mutuum, malè tamen illas licitas eſſe.*
32 *Gibalini contradictio admittentis vſuras extra mutuum*
33 *Contractus fœneratitius includit mutuum.*
34 *Vſura natura in dies parere pecuniam.*
35 *Differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris quoad vſuras hodie ſublata.*
36 *Feliciani incautè dictum.*
37 *Auctores quidam arguuntur incautæ locutionis.*
38 *Vſuræ poſt moram non debentur ex mutuo, ſed id quod intereſt.*
39 *Quidam hodie extorquent vſuras ſub prætextu eius quod intereſt.*
40 *Galli gloriantur quod nunquam committunt vſuram.*
41 *Iniuſtitia capitalis ſub ſpecie viri boni fallere.*
42 *Henrici III. Galliarum Regis edictum vſuras prohibens.*

1 PRÆTEREA noſtram ſententiam probauimus ex celebri diſcrimine, quod veteres Iuriſconſulti, quamuis hâc in re malè conſulti, conſtantes poſuere inter contractus ſtricti iuris, & contractus bonæ fidei, vt ſcilicet in ſtrictis iudiciis, cuiuſmodi eſt mutuum, non venirent vſuræ, niſi in ſtipulatum deductæ fuiſſent *l.1.C.d.condict.indeb.l.3.C. de vſur l. 24.D. de praſcr.verb. l.10.§.ſed verum ff.de in rem verſ.gloſ.in. §. actionum. Inſti. de act.* & qui nunc erunt inſtar omnium Cuiac. *loc. cit.* Peregr. *conſ.9.n.5.& 6.lib.1.* Præſes Fab. *in d.§. ſed verum,* & Card Mantic *lib.1.tit.9.n.19.*& ipſe Hotman. *in epiſt.n.*
2 19. Quod ità verum eſſe proditum eſt, vt nec pactum de vſuris præſtandis ſufficere exiſtimarent, vt teſtis eſt Paulus *in d.tit.de vſur.in princ.*vbi addit ex nudo pacto inter ciues Romanos actionem non naſci: niſi quibuſdam, & certis paucis caſibus, quos nouiſſimè recenſet Carol. Annib. Fabrot *in enarrat* ad Cuiac. *tit.C. de vſur. verſ. interdum tamen*, & importunum eſſet hic recenſere.
3 At in legatis, & fideicommiſſis, & in omnibus iudiciis bonæ fidei iuri Romano vſuræ veniunt ex mora citrà ſtipulationem vel pactum, vt *in l.3.C. in quib. cauſ. l.4. C.depoſ.l.1.& 2.C.de vſur.& fruct leg.l. Titia. Seio § vſuras de leg.2 & in d.l.17. § ex locato l.32.§.in bonæ fidei.& l. 34.ff.de vſur.l.6.in fin.& l.7.ff.de negot.geſt.l.qui ſine ff.eod.* vbi Caſtrenſis notat hoc hodie ceſſare, cum omnis vſura vetita ſit, & *d.l.18.C.de negot geſt. l. 13.& l. 27 in.*
4 *fin.C de vſur.* idem Paulus *in d.l. quaro 54. ff. de loc.* vbi idem Cuiacius congruenter noſtræ ſententiæ notat conductorem, & fideiuſſorem eius ex mora teneri ad vſuras non tàm iure obligationis, quàm officio iudicis: idque
5 etiam de æſtimatione eius quod intereſt dici poſſe. Et ſubiicio id quod idem Cuiacius, id eſt vir doctiſſimus, cui inter interpretes legum meo iudicio palma deferenda eſt, tradit *in tit. C de vſur. Vſuram eſſe reditum pecunia vel à tempore contractus, quod propriè fœnus dicitur: vel à tempore moræ in bonæ fidei iudiciis etiamſi reuera nihil interſit* Duo igitur hic tradit Cuiacius congruenter meæ ſententiæ, vſuram ſcilicet extrà mutuum reperiri, & differre ab eo quod intereſt.
6 Et præter has leges hoc diſcrimen inter iſta iudicia luculenter admiſit idem Paulus *lib.2.ſentent.tit. 12. In iudicio depoſiti.* ſunt eius verba *fructus, & vſura ex mora veniunt.* Et Harmenop. *lib 1. tit.3.§ 45. In bonæ fidei iudiciis vſura ex mora debentur*, & rurſus *lib 3.tit 9.* vbi ait, depoſiti actio bonæ fidei eſt: ideo & fructus, & vſuras exigit: & poſt pauca. *Idem & in cæteris bonæ fidei actionibus* Denique id etiam ſancitum eſt *in l.2.& 17 C. de locat.* vt non immeritò dixerit Cuiacius *in l.1.ff.de vſur.ad.Papin.* nullam eſſe frequentiorem iuris ciuilis regulam quem inter cæteros tractat eleganter Borcholt. *d.lib.de vſur.c.3. n.13.* & neminem noueri, qui eam in dubium reuocauerit. Hinc tamen certo certius eſt vſuras etiam extrà fi- 7
nes mutui reperiri poſſe, quod nunc tantum intendimus: & diligenter executus ſum *quaſt.4 n.24.& ſeq.* aduerſus Felicianum adductum pro contraria regula: & repetere omnia hæc non eſt neceſſe, quia habebo rurſus P. Gibalinum confitentem. 8

Probatur etiam noſtra definitio & ſententia ex celebri, & agitata *l.3.§.vlt.D.de ann & menſtr.leg.* vbi Vlpianus ait, *ſi cui certa quantitas legetur, & quoad præſtetur certum aliquid præſtetur velut vſuras iuſſerit teſtator præſtari, legatum valet: ſed inviſuris hactenus debet valere, quatenus modum probabilem vſurarum non excedat.* ex quo conſtat vſuras iure ciuili non tantum ex mutuo, ſed etiam ex vltima voluntate deſcendere. Vnde meritò Bartolus negat huiuſmodi legatum quo ad vſuras hodie valere etiam intrà modum legibus permiſſum, quia hodie in totum vetitæ ſunt. Quam ſententiam ſequitur Iaſ. *in l.1.* 9
num.29.C.de ſum Trinit.& cæteri ſequuntur eod. teſte; & Couarr. *variar lib.3.cap.1. num 9.* vbi alios eiuſdem ſententiæ refert: & ego aliis relatis dixi *quaſt. 16. num.7. &* 8 vbi argumenta Feliciani, & Friderici Martini reiecimus, Quod & comperi docuiſſe Caniſium, qui nobis 10
obiicitur, *cap.cit. num.15.* vbi ait hanc ſententiam aperto iure niti & nouiſſimè ſecutus eſt P. Gibalinus *d. cap. 7. art.8.* vbi ſpecies, quas ſeparaueram, vt quid certum in quæſtione variè à Doctoribus agitata haberemus, retulit, & probauit omnes. Et quod ſuauius eſt, ipſemet Caniſius *loc.cit.verſ. porrò maioris.* Scribit non minus in vltima voluntate, quàm in contractibus vſurã committi: & paulò poſt, conſtare vſuras etiã ex vltima volũtate venire, ideoque illicitas eſſe, licet conceptæ ſint intrà modum præſcriptum à Iuſtiniano *in l eos §.1.C.de vſur.* Habemus igitur etiam Caniſium confitentem extrà mutuum vſu- 11
ras quoque reperiri, quod nunc quærimus. Neque probabiliter dubitari poteſt dictum Vlpiani de veris & propriis vſuris intelligendum non eſſe propter illa verba *quatenus modum probabilem vſurarum non excedat.* alioqui nulla lege voluntas teſtatoris obſtringitur, qui potuiſſet iubere quantumcunque præſtari.

Neque eſt contrarium, quod diximus *loc. cit.* hic mutuum aliquod deliteſcere, quia id verum eſſe poteſt, 12
quando Legatarius dulcedine vſurarum patitur hæredem conſequentem illa pecunia vti: hoc enim caſu videri poteſt id quod ex legato debetur, in mutuum mutuo conſenſu eſſe conuerſum vt inter alios notat Couarr. *loc. cit.* quod tamen non facilè præſumendum eſt. Aliud verò dicendum eſt, quando Legatarius viget, & petit pecuniam ſibi reſtitui cum vſuris ex teſtamento defuncti, vel propter moram ſibi factam, vt iure ciuili proditum eſt *ex d.l.2.& 3.C.de fruct leg.* tunc enim nulla poteſt fingi conuerſio in mutuum, quod non niſi in- 13
ter conſentientes contrahi poteſt. *l.non omnis, & l.ſingularia.ff.ſi cert. pet.l. 34.ff.mandat.& l.3.ff. de oblig. & act.* & præſertim ſi legatum, & fideicommiſſum pupillo relictum ſit, cui in legatis, & fideicommiſſis re ipſa, & ex ſo- 14
lo tempore tardæ ſolutionis mora facta intelligitur, & vſuræ debentur iure ciuili *d.l.17.§.ſi pupillo.ff.de vſur.l.3. C.in quib cauſ.reſtit. non eſt neceſſe* qui nihil velle, & nihil ſcire dicitur *l.pupillus ff.de reg.iur.* quod ius in contractibus ſtricti iuris illi nunquam iure ciuili conceſſum fuit. Tametſi mihi ſufficiat dictum Vlpiani *in d.l.3.§.vlt.* 15
de ann.& menſtr.legat. vt vel inuitis fatendum ſit, ſaltem in hac ſpecie vſuram iure ciuili extrà mutui fines reperiri: eamque illicitam eſſe, vt ipſe Caniſius docet aduerſus Caſtrenſem, Alciatum, & Felicianum huiuſmodi legatum etiam quoad vſuras valere ſentientes, quorum obiectiones nos quoque reiecimus.

Sed *ex d.l.1.& 2.C.de vſur.& fruct. legat. l cum ſeruum* 16
§ fructus,de leg.1.& ex l.47.in pr. de leg. 1. & ibi *gloſ.* in verbo, *vſuras*, & Iaſ. *n.6.& l.Titia Seio.§.vſuras ff.de leg.2.*

Quibus cautum eſt vſuras legatorum, & fideicommiſſorum poſt moram ab hærede præſtandas eſſe. Quod & Paulus ſcripſit *lib. 3. ſentent. tit. 9. in fin.* & nos diximus *d. quæſt. 18. num. 1.* vbi etiam ex Baldo, & Roderico hæc & ſimilia iura hodie abrogata eſſe: quod etiam notat Ioan. de Imol. *in d. §. Fructus. num. 3.* Quod in contractibus bonæ fidei quoque ſtatutum diximus, perſpicuum eſt nullum ibi mutuum deliteſcere aut fingi poſſe, quoniam in mutuo ex mora exploratum eſt vſuras non deberi iure ciuili, vt dixi *num.....* de cuius ſententia diſputatur in quo quidam hallucinari ſunt ignorantia iuris. Quod confirmatur *ex l. eum qui, ff. de his, quæ vt indign. reſp.* r. vbi Papinianus reſpondit ab eo, qui tacitum fideicommiſſum in fraudem legis ſuſcepit poſt moram de tacito fideicommiſſo controuerſiam ante pretia fructuum per-
17 cepta cum vſuris eſſe reſtituenda. Quod ſi fructus tantum in vſu habuit, eorum pretia reſtitui ſatis eſſe. Quod quamuis Seuerus non probauerit, & benignè decreuerit fructus duntaxat reſtitui debere nō etiam vſuras eorum, hinc tamen perſpicuum eſt ex ſententia Papiniani etiam aliis quantitatibus, quæ non debentur ex mutuo,
18 vſuras accedere poſſe. Neque mouere debet quod iſtiuſmodi vſuræ decreto Seueri prohibitæ ſunt, quia & cæteræ omnes, & præſertim pecuniæ fœnebris hodiæ ſunt. Nos enim non nunc quærimus de iuſtitia earum, ſcimus enim omnes iniuſtas eſſe: ſed an extrà mutuum hoc malum inueniri poſſit.

19 Præterea huic rei proximum eſt, quod dixi *quæſt. 35. num. 19.* in iudicio petitionis hæreditatis, quæ actio procul dubio bonæ fidei eſt *l. vlt. C. de pet. hæred.* pecuniæ ſiue inuentæ in hæreditate ſiue exactæ à debitoribus, ſiue redactæ ex venditione rerum hæreditatis veluti fructuū, vt *in d. l. 18.* venire vſuras poſt moram *ex l. 20. §. 11. ff. de pet. hæred. & l. 1. C. eod.* & ex Paulo *Sentent. lib. 1. tit. 13. §. poſſeſſor.* Verba illius ſunt. *Poſſeſſor hæreditatis pretia earum rerum, quas dolo alienauit, cum vſuris præſtare cogen-*
20 *dus eſt.* Et *in d. l. vlt. verſ. Quod ſi non obtinuit.* Congruenter valdè ipſe Iuſtinianus ſanxit legatarium, aut fideicommiſſarium, qui quantitatem ſibi relictam ab eo exegit, qui hæres ſcriptus eſt, ſi contingat hæreditatem ab eo euinci, acceptam pecuniam cum vſuris ex quarta parte centeſimæ reſtituere debere. In hac & aliis proximè adductis legibus, quæ vſuras præſtari iubent, nullum mutuum intelligi, aut fingi poteſt, vt manifeſtum eſt, & tamen hic manifeſtum quoque eſt vſurarum malum exerceri, & debitoribus imminere.

21 Denique hæc confirmantur omnia, cogor enim idem repetere, ex illa communi, & recepta Catholicorum auctorum aſſertione moram ſolam non ſufficere, vt quid vltra ſortem creditori capere liceat, ex quacunque cauſa pecunia debeatur: ſed oportere, vt verè eius interſit ratione damni vel lucri ſibi moram factam fuiſſe. Quam probarunt omnes, Baldus, Caſtrenſis, & alij, quos recenſui ſupra *ſect. 4. num. 17.* inter quos Vueſembec. *ad tit. de vſur. num. 9.* & nunc addo Vgolin. *eod. tract. de vſur. cap. 39. § 1. num. 4. verſ. imò nihil etiam.* & Anton. Pichard. *lib. de mor. num. 36.* Caſtrac. *de*
22 *ſociet. offic. cap. 43. num. 15. & 17.* Ex quo efficitur, vt ſi quid creditor propter ſolam moram, & ex eo quòd tardius illi ſoluitur, aliquid vltrà ſortem auferat etiam ex aliis cauſis quàm mutui ſibi debitam, vt in ſpecie *l. quæro, ff. locat. l. 17. §. ex locato, ff. de vſur. l. 2. & 3. C. depoſ.* & aliis ſimilibus, ad indebitum illicitum, & vſurarium eſſe, & proinde etiam extrà fines mutui vſuram admitti, & reperiri.

23 Et quamuis auctoritatibus opus non ſit, cum tot habeamus reſponſa veterum iuris auctorum, & conſtitutiones Principum in hanc rem apertiſſimè conſentientia, & per totum ius ciuile diffuſa, quibus ex quantitatibus, quæ ex aliis cauſis debentur, vſuras venire, & admittendas eſſe conſtitutum eſt, ſubiicio tamen in hac penuria librorum ex multis aliquos ex noſtris auctoribus, & interpretibus iuris, qui hoc ipſum docuerunt, & quos videre licuit, Harmenop. *lib. 1. tit. 3.* Azo. *in ſumm. tit. de vſur. num. 1. & 3.* Accurſ. *in §. actionum. autem. verſ. vnde non veniunt. Inſt. de act. & l. 11. §. ſi ſortem, ff. de pign. act.* & alibi paſſim. Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de vſur. §. 1. & num. 5.* Goffred. *eod. tit. num. 7.* Bald. *in l. 13. C. de vſur. & in l. 37. ff. eod.* & rurſus *in l. 2. C. depoſ.* & aliis locis. Salicet. *in rubr. C. de vſur.* illis verbis, *pecunia mutua, & non mutua*, & *in l. ſocium, ff. pro ſoc.* & aliis locis. Ioann. de Imol. *in d. l. cum ſeruus, §. fructus, num. 3. de legat. 1.* Laurent. de Rodulph. *in præfat. num. 1. verſ. ſed tu iunge.* Caſtrenſ. *in l. 20 §. non tantum, & l. qui ſine, ff. de negot. geſt. & l. 10. § in rem, ff. de in rem verſ.* Fulgoſ. *mult. loc.* vt *in l. Lucius, & l. Quintus Cecilius, ff. depoſ. & in l. 17 § ex locato, & l. euictis, ff. de vſur.* Alex. *in l. ob negotium in fin. C. de negot. geſt.* Iaſ. *in l. Titius, in fin. de præſcr. verb.* Alciat. *in l. 121. de verb. ſign. & in l. 40 in fin. ff. ſi cert. pet.* Henrich. Boich. *in cap. in Ciuitate, num. 7. extr. de vſur.* Barbat. *in conſil. 66. num. 6 lib. 2.* Purpurat. *in d. l. lecta, num....* Florian. *in l. & in contraria, ff. de vſur.* Mercant. *in l. ſi cum dotem. num. 23. & 74 ff. ſolut. matrim.* qui adfert inter alias *d. l. Lucius. ff. depoſ.* Cephal. *conſ. 421. in fin.* Gulielm. Bont. *de vſur. num. 53.* Conrad. Paul. *eod. tract. lib. 1. cap. 7. verſ. cæterum.* Pariſ. *conſ. 131. num. 17. lib. 4.* ipſe Petr. Gregorius, qui nobis obiicitur *Syntagm. iuris ciuil. lib. 21. cap. 14. num. 12. & lib. 2. de vſur. cap. 17. num. 1. verſ. Atque in vtriſque.* Duaren. *ad d. tit. de vſur. cap. 2. verſ. altera cauſa, & ad tit. depoſ. cap. 4.* Rebuff. *in l. 121. ff. de verb. ſignif.* Franciſc. Connan. *Comment. iur. ciuil. lib. 7. cap. 4.* Marc. Mant. *Enchir. rer. ſingul. lib. 12. cap. 284.* Cuiacius multis locis, & *in d. l. 24. ff. de præſcr. verb. & in d. tit. C. de vſur.* Benincaſ. *in §. actionum. Inſtit. de action. num. 113.* Mudæus *in d. l. 60. num. 2. & 4. in fin. ff. pro ſoc.* Roder. *in d. quæſt. 11. in fin.* Emin. Cardinalis Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 9. num. 19. & 20.* & Antonius Scapp. *de iure non ſcripto lib. 5. cap. 160. n. 7. & 8.* Peregrin. qui alios refert *in conſ. 99. num. 5. & 6. lib. 1. & conſ. 85. num. 11. lib. 3.* Menoch. *in conſ. 441. num. 1.* Vbi ait fœnus & vſuram in legatis committi, ſicuti in contractu mutui, & quouis alio. Natta, Gallia, Hondedeus, & alij quos refert. Cyriac. *contr. 240. num. 12.* Rot. apud Ludouic. *dec. 80. num. 1. & 2.* Henric. Zoëſ. *ad tit. ff. de vſur. num. 5. & 6. & num. 28.* Præſes Faber *loc. cit. in ration.* Vbi notat iſtiuſmodi vſuras hodie iure canonico improbari, & *in l. 6. & 8. ff. de pign. act.* Anton. Pichard. *in §. actionum, quæſt. 8. num. 3. Inſtit. de action.* Bellon. Senator. *lib. 1. de proteſt. cor. quæ in contin. fiunt. cap. 205. num. 7.* Raudenſ. *de analog. cap. 6. numer. 9. & 10.* Sigiſmund. Scaccia, qui loquitur de vſuris rei iudicatæ *lib. de ſentent. gloſ. 14. quæſt. 31. num. 3.* Ioann. Franciſc. Leon. *Theſ. Fori Eccleſ. par. 2. cap. 15. num. 63.* Ioann. Franciſc. Scaglion. *ad tit. 20. Magn. Cur. num. 4.* Camill. de Medic. *conſil. 27. numer. 15. & 16.* Paulus Staiban. *reſolut. 84. numer. 30. centur. 1.* & nouiſſimè D. Raph. de Turri *lib. 1. de camb. diſputat. 2. quæſt. 81. num. 68.* Hodiern. *controuerſ. 17. num. 1. & 5.*

Et ſi licet vitis Catholicis heterodoxos immiſcere, 24
nam & illi iuris ciuilis ſcientiam profitentur, ità ſenſit ille Chriſtoph. Vuomhagenſ. *lib. de vſu vſurar. cap. 1. n. 5. & 15.* Vbi alios eiuſdem claſſis refert Borcholt. Bocer. & alios Leopold. Hachelman. *diſput. 12. theſ. 17.* & rurſus idem Vuomhagen. *cap. 6. num. 88.* quibus conſentit Donell. *in libello de vſur. non longè ab initio verſ. ſiue ex mutuo, & verſ. alterum eſt.* Hotman. *in d. epit. n. 59.* & alibi paſſim. Vueſemb. *ad tit. C. de vſur. n. 9.* & Benedict. Carpſou. *lib. 4. reſp. 50. num. 17. & 18. & iuriſpr. forenſ. par. 2. conſt. 30. defin. 8.* Matth. Berlich. *par. 2. concl. 38. num. 1.* Treutler. *in diſput. de vſur. Theſ. 2. in fin.* denique liceat adferre teſtimonium ipſius Salmaſij, qui *in lib. de vſur. c. 4.* rem hanc explicat his verbis. *Fœnus cum ſit mutuū ἔντοκον nunquam eſt ſine vſuris: nec vſura porrò, quæ ex credita pecunia debētur ſub vſuris fœnus eſt propriè loquendo. At ſi quæ alia debētur ex alia cauſa quā ex credito, vſuræ eæ fœnebres non ſunt, quia ex fœnore nō veniūt. Diſtinguēdæ igitur vſuræ ſūt fœnebres, & nō fœnebres. Vt etiā pecunia dicitur non de vſuris, ſed de ſortis*

ſumma,

ſumma, quæ ſub vſuris credita eſt. Ita vſuræ etiam fænebres dici poſſunt, quæ ex fænore, ſiue pecunia fænore locata debentur. Aliæ omnes non fænebres, quis ex alia cauſa deberi certum eſt, vt ex mora, vel ſi tutor pecuniam pupilli in ſuos vſus conuerterit. Hæc rectè Salmaſius vt etiam *cap.* 5. & congruenter iuri ciuili, de quo diſputamus: & his quæ diximus. *Sect.....*

25 Itaque non tantum veterum iuriſconſultorum reſponſis, & legibus noſtra ſententia fulcita eſt, quod vel opinionis tenacibus ſufficere deberet, ſed etiam auctoritate noſtrorum auctorum tùm veterum tùm recentiorum. Imò auſim dicere nullum ex iuris ciuilis interpretibus illam vnquam in dubium reuocaſſe. Nam cum omnes agnoſcant celebrem illam iuris ciuilis differentiam inter contractus ſtricti iuris, & contractus bonæ fidei, vt ſcilicet in contractibus ſtricti iuris, cuiuſmodi eſt mutuum, vſuræ non debeantur propter moram, & ſancitum eſt *in l.* 3 *& pen. C. de vſur. l.* 24. *de praſcr. verb. l.* 10. *§.* 5. *de in rem verſ. & aliis*: & in contractibus bonæ fidei veniant, vt diximus *ex l.* 32. *§. in bona fidei, & l. & in contraria. ff. de vſur.* & aliis iam adductis & tradunt. Græci *ad l.* 1. *ff. eod.* Azo. *in ſumm. tit. in quib. cauſ. n.* 5. *& tit. de vſur. n.* 9. Angel. *in l. in bona fidei. C. eod.* Fulgoſ. Salic. Caſtrenſ. Iaſ. *in d. l.* 24. *& in l. cum res* 47. *n.* 6. *ff. de leg.* 1. Alex. *in l. lecta num.* 10. & Cuiac. multis locis. Nicol. Vigel. *method iur. ciuil. lib.* 15. *cap.* 7. Marc. Mant. *loc. cit.* Borcholt. *cap.* 3. *num.* 7. & Berlich. *concl.* 34 *in princ.* & duo Eminent. Cardinales Pariſ. *conſ.* 131. *num.* 17. *lib.* 4. & Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 2. *tit* 9. *num.* 19. & teſte ipſo Feliciano omnes *in d. §. actionum. Inſtit. de act.* inter quos Oliban. *loc. cit.* Oinot. *num.* 14. Car. Annib. Fabrot. ad Cuiac. *loc. cit. verſ. in bonæ fidei.* Anton. Pichard. *quæſt.* 8. *num.* 6. *&* 33. admittunt etiam extrà fines mutui, & vbi
26 nullum mutuum eſt, vſuram conſiſtere, & inueniri. Alioquin ſibi ipſis contradicerent. Nec enim ſtare poteſt hæc genera iudiciorum in eo differre, quod ex mora in contractibus bonæ fidei vſuræ veniant, & in mutuo ex mora non veniant, niſi vſura etiam, vbi mutuum non eſt, eſſe & inueniri poſſet. Quinimò dum Iuriſconſulti dicunt vſuras venire in contractibus bonæ fidei, &
27 ex legatis propter moram, excludunt mutuum, & oſtendunt mutuum ab his negotiis remotum eſſe: & occludunt illud ſubterfugium, quo ſe recipiunt, in his ſcilicet negotiis mutuum implicitum & interpretatiuum deliteſcere, quia ſi in his mutuum intelligi poſſet, negarent vtique ex mora venire vſuras, cum etiam velint ex nudo pacto non deberi niſi paucis quibuſdam caſibus, vt dictum eſt. Et docet idem Bachou. *loc. cit. num.* 13. vbi ait falſum apertè eſſe ex mutuo deberi vſuras propter moram. Quare cum Iuriſconſulti dicunt ex mora venire vſuras, planè ſentiunt contractum non eſſe mutuum vt tractatum eſt *in d. l.* 24. *de praſcr. verb. &* aliis expenſis *Sect.... n....* & conſequenter certo certius eſt vſurarium malum vltrà fines mutui ſe extendere, & inueniri.

28 Obiicies Felicianum *loc. cit.* agnoſcere illud diſcrimen inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, & tamen *cap.* 5. *num.* 14. dicere vſuram in ſolo contractu mutui reperiri, & id perquam manifeſtum eſſe, ſed reſpondeo dictum Feliciani reduci poſſe ad ſenſum ciuilem, & iuri ciuili congruentem, vt contrahi poſſit, vt ſi mutuo ſtipulatio vſurarũ adiecta ſit: vel ſi contractus mutuum tacitum ſeu interpretatiuum in ſe habeat, vt cum res carius venditur ob dilatam pretij ſolutionem: fingit enim Lex Canonica venditorem iuſtum pretium recepiſſe, ipſumque emptori mutuum dediſſe accepturum vltrà ſortem illud plus quam res ipſa valeat: vel ſi quis rem vilius emat ob pretij prærogationem, vt ſancitum eſt *in c. in Ciuitate, extr. de vſur.* & explicat ipſe Felician. *in d. cap.* 5. *n.* 5. *& n.* 15. his verbis. *Ex quo ſequitur in emptione mandato depoſito aliiſque contractibus non contrahi vſuram. Quod & ſi verum ſit, contingit tamen aliquando vſurariam labem deprehendi in aliis contractibus, quam in mutuo, non quatenus tales contractus ſunt, ſed quatenus ex legis præſumptione latet ſub eorum forma, & figura palliatum quoddam mutuum. Cum enim res venditur carius ob dilatam pretij ſolutionem, vel vilius emitur ob anticipatam, vſura committitur d. c. in Ciuitate.* Quod non eſt contrarium meæ ſententiæ, idem enim & ipſe docui *in d. quæſt.* 1. *n.* 10

Et hanc illius mentem eſſe perſpicuum eſt ex his, quæ 29
tractat *cap.* 3. *num.* 13. *verſ. cum ergo dicimus.* Hic enim agnoſcit in contractibus bonæ fidei ex mora vſuras venire, ſed percepti commodi recompenſatiuas, quæ cum iure canonico debeantur, rectè dici poſſe vſuras in conuentionibus bonæ fidei poſt moram peti poſſe iure canonico, & eo iure manere integram, illæſam, illibatamque ſuperiorem differentiam, vnde infert, ſi depoſitarius vtatur re, vſuras commodi percepti iure Canonico præſtaturum, & iure ciuili ſtatutum eſt *in l.* 24. *&* 25. *§. pecuniam ff. depoſ.* & qui ex mandato pecunias meas exegit, & in vſus ſuos conuertit, in vſuris condemnandum eſſe, pro vt tenetur iure ciuili *ex l.* 10. *§. ſi procurator. ff. mand.* & aliis, idémque ſtatuendum eſſe in tutore, curatore, negotiorum geſtore, commodatario, & aliis. Admittit igitur Felicianus ex aliis negotiis quàm mutui venire vſuras, quod congruit noſtræ ſententiæ, quamuis eas licitas eſſe contendat, in quo turpiter, & perniciosè lapſum eſſe iampridem oſtendimus *in d. quæſt.* 4. *n.* 21. *&*
ſeq. quod nunc non repero. Etenim exploratum eſt pro- 30
curatores, negotiorum geſtores, depoſitarios, & ſimiles, qui alienas pecunias retinent, vel in ſuos vſus conuertunt, hodie teneri tantum poſt moram ad id quod creditoris intereſt ratione damni, vel lucri. Nam & fænerator & fur, ſi quid commodi, & compendij, ex pecunia alteri furto vel fænore ſubtracta percepit, illud reddere non tenetur, ſed tantum refundere ſi quid creditoris intereſt, vt docent Couarr. *variar. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 6. Molin. Theolog. *diſp* 327. *num.* 7. Petr. Gregor. *de vſur. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 7. & Salas. *eod. tract. dub.* 39. *num.* 3. vbi ait Theologos idem communiter in depoſitario tenere. Quod & ego docui *quæſt.* 82. *num.* 4. & aduerſus ipſum Felician. *quæſt.* 32. *num.* 21. & diligentius executus ſum *quæſt.* 96. *num.* 5. & ſemper recurrit illa ratio moram non ſufficere, vt
quid vltrà ſortem capere liceat. Admittit igitur Felicia- 31
nus vſuras extrà fines mutui, malè tamen & perniciosè illas licitas eſſe contendere, vt *in d. q.* 4. luculenter demonſtratum eſt, vbi alios eius errores profligauimus, & hic ſubiicio quod dixi. *num.....* eos, qui extrà fines mutui vſuras reperiri negant, vel ineptire, ne ſibi contradicere videantur, vt Felicianus, qui cogitur dicere vſuras quæ ex aliis contractibus deſcendunt, licitas eſſe, cum maximè ſint illicitæ. Errores etiam Petri Gregorij notauimus *in d. quæſt.* 4. *num.* 35. *& ſupra ſect. prox. præced.*
n. 38. Vel coguntur conuicti iudicio veritatis ſibi con- 32
tradicere, vt Pater Gibalinus non tantum eo, quem retulimus loco *num.* ſed etiam *d. art.* 5. *n.* 14. & apertiſſimè *lib.* 2. *cap.* 6. *art.* 2. *num.* 11. vbi leges quaſdam profert ex *ead. quæſt.* 1. *n.* 11. vt oſtenderem vſuras etiam quantitatibus accedere poſſe, quæ ex aliis cauſis debentur Profecto nunc illius verba. *Tutor dolo malo rem* (puto eum dicere pecuniam) *pupilli in ſuos vſus conuertens centeſimas olim vſuras pendere cogebatur l.* 1. *§. vlt. D. vſur. l.* 7 *§.* 7. *D. de admin. tutor. atque hodie tenetur ad id quod intereſt, &c. Magiſtratus aliique, qui publicam pecuniam in ſuos vſus interuertunt, olim quoque grauiſſimis vſuris damnabantur l. qui ſine D. de negot. geſt. & nunc ad id omne quod publica rei intereſt. Procuratores, & negotiorum geſtores, qui domini pecunias in proprios vſus adſumunt, legitimas vſuras præſtare debuere l.* 10. *ff. mand. nunc id quod intereſt.* Idem ſubiicit de depoſitario, commodatario, & tandem de ſocio quem ſi communi pecunia vſus eſt, vſuras olim nunc id quod intereſt, præſtare debere ait ex *l.* 1. *§.* 1. *ff. de vſur. & l. ſocium, ff. pro ſoc.* & Harmenop. *lib.* 3. *tit.* 10. & rurſus *lib.* 3. *cap.* 4. *artic.* 5. *num.* 1. *& cap.* 6. *artic.* 5. *num.* 7. *verſic. nihilominus poſt moram.* in quibus locis quædam mea deprehendi, quæ nunc non vendico. Mihi ſufficit illum his locis fateri in actionibus bonæ

fidei, vt tutelæ mandati negotiorum geſtorum ſocietatis commodati, depoſiti poſt moram ex iure ciuili venire vſuras & hodie loco earum venire quod intereſt, & conſequenter admittere vſuras intrà fines mutui non contineri. Teneo igitur P. Gibalinum confitentem, & ita interclusum, vt nulla ratione quamuis Ariſteus non ſim, eladi poſſit.

33 Ex his omnibus tandem concludendum eſt contractum quidem vſurarium ſeu fœneratitium eſſe non poſſe, niſi in eo ratio mutui vel expliciti, vel impliciti reperiatur: vſuram verò etiam aliis quantitatibus, quæ ex aliis cauſis debentur, & quæ nullam fœnoris labem in ſe habent, ex improbitate creditorum vel iudicum acce-
34 dere poſſe: neque minus hoc genus illicitum eſſe, cum non minus per dies, & menſes creſcant, & accreſcant ſorti, & non minus ex mora & quandiu non ſoluitur, pecunia pariat pecuniam, quæ eſt ratio & natura vſurarum, & illius belluæ, quam deſcribit Ariſtophanes *in Nebul. & Godde. loc. cit.* & quæ, vt ait, ſolum ex tempore argentum progenerat.

35 Illud verò non inutiliter hic obſeruandum eſt differentiam illam inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris hodie ceſſare quoad vſuras, cum hodie in omnibus iudiciis vſuræ omnibus vetitæ ſint, veluti iuri Diuino, & Pontificio contrariæ, vt dictum eſt, & veniat tantum id quod intereſt, dummodo verè creditoris interſit ſiue ex contractu bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris pecunia debeatur, vt ſentiunt *ex ſæpius adduct. l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo.* auctores Hiſpani Couarr. Mexia, Gutiert. Nauarr. & alij apud Felician. *loc. cit. n.* 12. Roderic. Magon & alij quidam, quos recenſui *queſt.* 71. *n.* 6. & in ſpecie docent Abbas antiquus Ioannes Andreas, Antonius de Butrio apud *eund.* Felicianum *loc. cit.* Panorm. *in c. cum venerabilis de except. n.* 6. & Alexand de Neuo *n.* 3. Sichard. *in l. 2. n. 5 C. de vſur.* Hieron. Treuthler. *conſ.* 61 *n.* 4. Eminent. Mantic. *d. tit.* 9. *n.* 20. idem Anton. Pichard. *in d. §. actionum queſt.* 8. *n.* 33. qui alios refert: tametſi Felicianus ſentiat adhuc hanc differentiam durare ſub prætextu cuiuſdam, quàm eſſe iſè nimis fingit vſuram commodi percepti compenſatiuam, quod iam pridem pro-
36 fligauimus. Vt etiam mihi diſplicet, ſaltem non attidet, quod *num.* 11. ait vſuras, quæ veniunt in contractibus bonæ fidei poſt moram iure Canonico non improbari, & peti poſſe loco intereſſe, quia eius quidem quod intereſt, hodie petitio eſt; non autem vſurarum, cum nihil intereſt creditoris. Quod ſi confundat vſuras cum intereſſe, vt quidam faciunt, vt elegantius loqui videantur, dicam ſtatim, cum habeamus nomen verum, proprium legitimum, & vulgo notum ſcilicet intereſſe, ſeu id quod intereſt, nos non debere vti nomine vſurarum, quæſtus ſcilicet infeliciſſimi, cuius inter Chriſtianos nullum veſtigium relinqui debet. Sanè improbi, & auari homines nihil diſcriminis inter illa iudicia conſtituunt, ſed vſuras exigunt à ſuis debitoribus ex quacun-
37 que cauſa illos obnoxios habeāt, vt ſæpè vidimus. Hinc etiam perſpicuum eſt incautè quoſdam dicere differentiam illam inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris hodie adhuc obtinere, quia loco vſurarum hodie venit id quod intereſt, vt Nicaſ. *in d. § actionum, n.* 3. & alij quidam *eod. loc.* quia non minus venit intereſſe in contractu mutui ſi creditoris intereſt ſibi moram factam eſſe, quàm ſi ex legato, vel locato, vel ex aliis cauſis pecunia debeatur, vt multis locis dictum eſt; & nunc apud omnes receptum eſſe conſtat. Vt etiam incautè dictum puto, quod excidit Mozzio *in tract. de mutuo, tit. de natura mutui, n.* 21. *& ſeqq.* vbi quærens an vſuræ in mutuo licitæ ſint, reſpondet de iure ciuili, imò & de iure canonico poſt moram licitas eſſe, quia poſt moram poterit debitor conuenire ad intereſſe, vt Abb. *in cap. nauiganti, n.* 14.
38 & poſt moram propriè non dicitur vſura. Etenim congruentius, & vtilius eſt dicere poſt moram ex mutuo non venire vſuras, vt conſtat *ex l. 1. ff. de condict. indeb. l.* 10. *§. verſum, ff. de in rem verſ. l. 3. C. de vſur.* & ipſe Mozzius *de contract. tit. de diuiſione contract. n.* 36. *& in tract. de mutuo, tit de natura mut. n.* 18. & docet Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib* 8. *tit.* 1. *num.* 8. & tantum id quod intereſt deberi, & peti poſſe, dummodo verè creditoris interſit, vt diximus multis locis, & hodie apud omnia tribunalia receptum eſt. Alioquin aliquid exigere, & ſtipulari vltrà ſortem etiam poſt moram, cum nihil creditoris intereſt, vera, & formalis vſura eſt, tametſi debitor moram feciſſe dicatur *l. lecta, ff. ſi cert. pet.* recurrit enim quod diximus multis locis moram ſolam non ſufficere, vt quid vltrà ſortem capere liceat, quod verum 39
eſt etiamſi ſub honeſto nomine intereſſe incrementum illud capiatur, vt quidam faciunt, qui ſub prætextu eius quod intereſt vſuras hoc tempore non minus re ipſa, quā olim capiant & à debitoribus extorquent. Vnde non immeritò in lexico iuridico quidam ait: *Vſuras lex diuina prohibet. Odioſum autem vſurarum nomen eſt: quo fit vt intereſſe mutatum ſit.* Et Bachou. ad Treuthler. *diſp. de vſur. lit. D. in fin.* hunc prætextum cuiuſdam intereſſe à fœneratoribus prætendi ſolere. Suauiter etiam Odofred. *in* 40
l. empt. C. plus valere, quod agit. Scribit Francigenas gloriati eo quod nunquam committant vſuram licet quandoque vltrà ſortē recipiant nomine intereſſe. Quod refert Chaſſan. *in conſuet Burgund. tit. des droicts* §. 23. *n.* 33. & Rebuff *in præf l. vn. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. n.* 13. vbi ait per ironiam loqui. Et ſanè difficilè eſt dicere, an improbius, & crudelius ſit vſuras apertè à debitoribus exigere, an ſub prætextu eius quod intereſt, & ſub eius honeſto nomina tantundem à debitoribus percipere, cum verè nihil creditoris intereſt: & quidem Cicero *lib. 1. de* 41
offic. cenſet totius iniuſtitiæ nullam capitaliorem eſſe, quam eorum qui cum maximè fallunt, id agunt, vt viri boni videantur. Vndè hic abuſus meruit, vt Henricus III. Galliarum, & Poloniæ Rex ad expoſtulationem ordinum totius regni prohiberet non tantum exercere vſuras, ſed etiam pecunias mutuas dare *à profit, & intereſt: edict. Bleſens. cap.* 202. vbi etiam vetitum eſt impiū, & execrabile illud vſuræ genus, quod dicitur *à perte de finance*: Itali *ſtocchi, & biſtocchi* dicunt. Quod etiam *edicto Aurelian. cap.* 143. pœna corporali, & publicatione bonorum coërceri refert Ioann. Duret. ad illud edictum Bleſenſe, vbi ait hanc vſuram eſſe peſſimam vſurarum: & nos multa aduerſus hoc vſuræ genus diximus *queſt.* 24. *n.* 25. & hic repetere volui, vt hoc magno exemplo confirmarem, quod in appendice *queſt.* 89. *in fin.* ſcripſi Reges & Principes poſſe, imò & debere legibus, & conſtitutionibus ſuis fœneratorum fraudibus occurrere, & contractus vſurarios cohibere.

SECT. VIII.

Vſuræ veræ ex iure ciuili veniunt in actionibus bonæ fidei.

SVMMARIVM.

1 *Gibalini reſponſiones obſcuritatis notatæ.*
2 *Leges quæ de vſuris editæ ſunt, de eo quod intereſt non debent interpretari.*
3 L. 2. 3. & 4. C. depoſit. *ſunt de vſuris:*
4 *Vt etiam* l. 24. & 26. ff. eod.
5 Et Baſilic. cap. 28. & 36. de vſur. & fructib.
6 L. 6. & 28. de negot. geſt. *hodie abrogatæ.*
7 *Ius ciuile, quo negotiorum geſtor ad vſuras tenebatur, prædurum & iniquum ius.*
8 *Gibalini confeſſio ex depoſito poſt moram vſuras venire,*
9 *Vſuræ quæ iure ciuili ex depoſito poſt moram veniunt, manifeſtā vſurariā iniuſtitiā cōtinent Gibalino teſte.*
10 *Leges ciuiles, quæ in iudiciis bonæ fidei vſuras concedunt iniquæ.*
11 *Auctoris de P. Gibalino querela expilati libri.*

12 *Gibalini*

12 Gibalini reſponſio quædam, quæ refellitur, num. 14.
13 *Intereſſe incertum eſt, & ex facto pendet.*
14 *Vſura, & id quod intereſt in iure noſtro ſeparantur.*
15 L. 121. de verb. ſignif. *de vera, & propria vſura.*
16 *Ioann. Franciſci à Ponte non leuis auctoritas*
17 L. 10. §. ſi procurator. ff. mand. *eſt de pecunia fœnori data.*
18 *Vſura aliud, aliud id quod intereſt prudentibus. Fœneratores vſura vocant intereſſe.*
19 *Gibalinus admittit vſuram, & id quod intereſt diuerſa eſſe.*
20 *Intereſſe modum vſurarum non ſeruat.*
21 *Gaſp. Roderici ſententia leges ciuiles moderantes vſura de veris vſuris accipiendas.*

HIS quæ preſſius ſcripſeram *in d. quæſt.* 1. Fuſius, & diligentius Iuriſconſultorum reſponſis, & legibus Principum, ac etiam noſtrorum interpretum auctoritate con-
1 firmatis, P. Gibalinus, vt ſuam illam aſſertionem, vbi nullum mutuum eſt, vſuram eſſe, & reperiri non poſſe, tueri valeat, me vno laceſſito breuiter ſed ſubtiliter & obſcurè & ſi dicere fas eſt ambagioſis & imaginatiis coniecturationibus reſpondet *in d. art. 1. num. 5. verſ. Reſpondeo hæc & alia.* Ideoque meus erit labor oſtendere illius reſponſiones definitionem illam iam ſubuerſam ſuſtinere non poſſe.

Et licet, quæ reſpondet *loc. cit.* quaſi præuidiſſem, refellantur omnia ex his, quæ ſcripſi *in d. quæſt. 1. num....*
2 *& quæſt. 4. num. 14. & infrà*, nunc dico gratis vitum Theologum aſſerere leges per me adductas intelligendas eſſe de vſuris, quæ pro eo quod intereſt, vel ob alias ſimiles cauſas ſoluuntur. Et hinc eſſe frequentem vſuræ ſignificationem in iure latiſſimè oſtendiſſe Caniſium *cap. 1. num. 13.* ne Molinæum, & Hotmanunm cenſeam, quos P. Gibalinus ſequi maluit. Etenim quod attinet ad id quod intereſt, (nam ad id quod addit, vel ob alias ſimiles cauſas, nec explicat, quæ ſint, nemo dixerit me reſpondere debere,) reſpondeo illis locis definiri vſuras venire ex mora, & ex mora decernendas eſſe, & nullum in eis veſtigium eſſe eius quod intereſt, & damni credi-
3 toris, ſed moræ tantum, & tardioris ſolutionis. Verba duarum vel trium legum ex plurimis huius rei fidem facient *ex tit. depoſ.* Gordianus Imp. *in l. 2. vſuræ in depoſiti actione ſicut in cæteris bonæ fidei actionibus venire ſolent.* Idem Cæſar *in l. ſequenti. Si depoſiti experiaris non immeritò etiam vſuras tibi reſtitui flagitabis.* Et turſus idem *in l. 4. Si depoſita pecunia is qui eam ſuſcepit, vſus eſt, non dubium*
4 *eſt etiam vſuras debere præſtare.* Idem definitum eſt *in l. 25. in fin & l. 29. ff. eod.* Quibus in locis duo magni Iuriſconſulti Papinianus, & Paulus dicunt vſuras in iudicio depoſiti poſt moram præſtandas eſſe. Hic nullum eſt veſtigium eius quod intereſt, vel damni creditoris. Et indicant illa duo verba *d. l. 2. venire ſolent*, & in ſæpius adducta *l. 26. verſ. cæteros. C. de vſur.* duo item illa, *exigi ſolent*, quæ nullo modo congruunt ei, quod intereſt, quod incertum eſt, & interdum euenit nihil intereſſe creditoris *l. 112. in fin de verb. obligat. l. 7. ff. de præſcript. verb. ibi, aut ſi nihil intereſt.* Et conſtat inter omnes *d. l. 26.* modum vſuris præſcribere, nõ ei quod intereſt. Præſtat igitur leges illas de veris vſuris intelligere. Nec enim puto licere leges noſtris opinionibus accõmodare: ſed magis oportere nos cedere verbis legum & illarum ſententiæ adli-
5 gari. Eadem prorſus conſtituta ſunt Baſilic. *lib. 13. tit. 2. cap. 28.* hic verbis. *Siue vſuras ex depoſito is apud quem depoſitum eſt, ſiue res depoſitas ad vſus proprios conuerterit, vſuras præſtat. Idem eſt in cæteris bonæ fidei iudicijs: & cap. 36. vſuræ in depoſiti actione, & in bonæ fidei iudicijs ex mora currunt.* Hic nullum veſtigium eſt eius quod intereſt.
6 Cogor etiam obiicere verba *l. 6 in fin. ff. de negot. geſt. tamen à ſemetipſo cum non exegerit, ei imputabitur. Et ſi fortè non fuerit vſurarium debitum, incipit eſſe vſurarium, vt Diuus Pius reſcripſit:* & turſus *ex eod tit. l. 38. Qui ſine vſuris pecuniam debebat, creditoris ſui negotia geſſit: quæſitum eſt, an negotiorum geſtorum actione ſummæ illius vſuras præſtare debeat. Dixi ſi à ſemetipſo exigere eum oportuit, debiturum vſuras.* Et poſt pauca *Et vſuris, quia non ſoluit, non quia ex negotiis, quæ gerebat, pecuniam ad ſe tranſtulit, condemnandus eſt. Multum refert, incipiat nunc debitum, an ante fuerit nomen debitoris, quod ſatis eſt ex non vſurario facere vſurarium.* Et obſerua hic quod Iuriſconſultus adſert, *ſi à ſemetipſo exigere debuit, debiturum vſuras.* Et infrà, *& vſuris quia non ſoluit condemnandus eſt.* Hinc enim manifeſtum eſt vſuras hic non quia intereſt, ſed quia à ſemetipſo non exegit, & tardius ſoluit, iuxtà iuris ciuilis formam infligendas eſſe. Vnde meritò & congruenter meæ ſententiæ Caſtrenſis *in d. l. 38. num. 2. Hodie*, inquit, *cum omnis vſura ſit prohibita, ceſſat quod hic dicitur.* Et nota interim ibi ius præ- 7
durum, ius ſummum, ſed valdè inſigne pro mea ſententia, debitum ſcilicet quod erat gratuitum, & ſine vſuris, fieri vſurarium, quod actione negotiorum geſtorum cœperit deberi & conſequenter vſuras extrà fines mutui reperiri. Prædurum, & iniquum ſanè ius, vt qui ſine vſuris pecuniam debebat, eo quòd creditoris ſui negotia geſſit, vſuris condemnandus ſit, ideoque ex officio ſuo, quod nemini damnoſum eſſe debet *l. 61. ff. de furt.* damnum patiatur. Sed hoc conſtitutum eſſe arbitror, quia veteribus placuit in iudiciis bonæ fidei, qualis eſt actio negotiorum geſtorum, vſuras ex mora admittendas eſſe quod etiam Græcis probatum eſt, vt dixi. In quo valdè erraſſe iampridem adnotauimus. Et quòd huiuſmodi vſuræ eſſent veræ, & propriæ vſuræ, ſufficit dictum Caſtrenſis *loc. cit.* cui potius id eſt iuris interpreti maximo quam Caniſio credendum eſt.

Sed quid hic moror amplius, ſi habeo P. Gibalinum 8
confitentem. Nam *lib. 3.* quem de vſuris ſimulatis inſcripſit, dicit iure Romano veteri, de quo diſputamus, non deberi vſuras ex puro depoſito, niſi poſt moram ex officio iudicis, aut ex conuentione partium, aut ſi depoſitarius inuito domino depoſitam pecuniam in ſuos vſus conuerterit: hoc tamen ius cum manifeſtam & vſurariam contineat iniuſtitiam, iniquum omninò eſſe.
Deinde adfert *l. 2. & 3. C. depoſ. & l. 24. & 26. ff. eod.* & 9
alias vt oſtendat ex iure ciuili depoſitarium poſt moram, vel ex conuentione, vel ex eo quod pecunia vſus ſit inſcio domino vſuris condemnandum, quia inquit id contingit in omnibus bonæ fidei iudiciis: deinde *n. 8.* docet leges iſtas obligantes ad vſuras ratione moræ ex officio iudicis aut ex conuentione contrahentium, aut ex contrectatione pecuniæ depoſitæ iniquas eſſe & magno conſenſu id DD. fateri. Quòd illud ipſum eſt, quod iiſdem legibus volui & docui aduerſus Caniſium *in d. quæſt. 1. num. 8. 11. & ſeqq. & quæſt. 4. num. 15.* Vnde ap- 10
paret illum hic me ſequi, & à Caniſio diſſentire: illic verò à me diſſentire, & Caniſium ſequi, & quòd ſequitur, pace illius dixerim, illum ſibi ipſi contradicere, vel quod honeſtius eſt, in melius mutaſſe ſententiam. Et multò magis à Caniſio diſſentire, & mecum ſentire conſtat ex eo quod ſubiicit, ne temerè videatur pronuntiare leges allatas iniquas eſſe, exiſtimare illas vti præſumptione damni, quod deponens ex mora paſſus fuit; & nihilominus quia plerumque contingit nihil intereſſe, vt proximè dixi, & æſtimatio damni plerunque iniqua futura eſt; ideò non iniquas eſſe non poſſe vſuras, quas ex depoſito puro, de quo agit, leges præſtari iubent. Quamobrem admittit vſuras ex puro & mero depoſito deſcendere, & conſequenter vſuram extrà fines mutui reperiri poſſe. Quod verò infert ad excuſandam iniquitatem illarum legum eas vti præſumptione damni, nulla probabili coniectura nititur, & verius eſt Iuriſconſultos, & Imperatores, qui ab eis imbuti ſunt, nihil minus cogitaſſe quàm de damno creditoris. Id verò ab eo infertum eſt, exiſtimo, ne videatur apertè à cognito errore diſceſſiſſe.

Hic verò liceat ſeni & Senatori & de Societate Ieſu 11

bene merito vt mea carmina tùm Latina tùm Hetruſca
teſtantur, de Sacerdote Societatis Ieſu conqueri, qui
in tractatu depoſiti ſi quid ſcripſeram *quæſt*.32.quod pu-
blicè vtile,& eruditum poterat, ſuo iniunxit operi, nul-
la mei mentione facta: ita vt ne quidem hiſtoriam il-
lam Archetymi, & Cydiæ hoſpitis ſui, quam ex Hero-
doto deſumpſeram, mihi reliquerit. An illius opus
minus vtile, & illuſtre futurum fuit, ſi illa abſtinuiſſet
quid enim hoc ad fœnus pertinebat, aut ſi tanti apud
eum illa erat quid eius gloriæ detrahebatur, ſi me eam
prius occupaſſe dignatus eſſet fateri, & iis locis, in qui-
bus ex me profeciſſe conuincitur, me addere auctori-
bus, quos ex me ſine labore vllo ſelegerat? Neque pu-
tet quis eum addidiſſe dictum illud Cuiacij *in d. l. Lu-
cius ad Papin.* rem ſpectandam eſſe non verba, id enim
ego prius adnotaueram *quæſt*. 8. *num*. 18. quò lectorem
remiſeram. An verò excuſari poſſit ex eo, quòd *in fin.n.9.*
dicat, Vide Leotard. *quæſt*.32. *num* 20. Iudex, id eſt vir
bonus arbitrabitur. Ego ſanè, licet nemo in ſua cauſa
iudex eſſe poſſit, mihi ſatisfactum eſſe non puto.

Neque rationi, quam ducebam ex eo, quòd iura qui-
12 bus ſtatutum eſt in contractibus bonæ fidei ex mora
venire vſuras, eas præſtandas eſſe definiuerunt, quæ in
regione frequentabantur, dummodò legitimum mo-
dum non excederent, vt in iuribus per me adductis *d.
quæſt*.1.*num*.13.inter quæ *l.1.ff.de vſur. & l.7. §. quæ au-
tem, ff. de admin. tutor.* vnde inferebam aduerſus Cani-
ſium eiuſmodi leges de veris, & propriis vſuris acci-
13 piendas eſſe, non autem de eo quod intereſt, quod in-
certum eſt, & modo plus, modo minus interſit, & in-
terdum etiam nihil *ex l.ſi quis 13.ff.de re iudic.& d.l.112.
de verb. obligat.* & ex facto pendet, non ex more regio-
num *l.quatenus.ff.de reg.iur.*& poteſt excedere legitimum
modum vſurarum *l.2.in fin. ff. de eo, quod cert. loc.* Non
inquam huic rationi, quam adhuc fortiſſimam eſſe pu-
to, ſatisfacit quod vir Theologus reſpondet eod. loc.
*num.6.Hoc nihil efficere veræ illi, & conſtanti vſuræ ſignifi-
cationi, vt ſumatur pro eo, quod intereſt*, vt Caniſium fusè
oſtendiſſe ait *loc.cit. Nam vbi non eſt certum id quod inte-
reſt, & tamen debetur inſtar vſurarum, definiendum eſſe ſe-
cundum morem regionis, & leges definientes vſuras. Itaque
duo illa à Iudice attendenda eſſe, neque aliud voluiſſe Vl-
pianum, & Papinianum adductos locis cit.* Etenim dico
Patrem Gibalinum ſupponere quod eſt probandum, &
pro ratione afferre id, de quo diſceptatur. Siquidem
non apparet illam eſſe veram, & conſtantem vſuræ ſig-
nificationem, vt ſcilicet ſignificet id quod intereſt, quia
vt nomine ita re ipſa diuerſa ſunt vſura, & id quod in-
14 tereſt, & ſignanter multis locis ſeparantur, vt *in d. l.2.
in fin.& l.8.ff.de eo quod cert.loc. l.vlt. ff.de peric. & comm.
rei vend.l.52.§.idem reſpondit, & l.60.ff.pro ſoc.l.97.§.alte-
ro, ff.de admin.tutor.* in quibus & fortaſſe aliis abſurdum
eſt dicere vſuram conſtanter ſignificare id quod intereſt
15 & Caniſium id oſtendere potuiſſe. Et refellitur hæc quæ
iactatur conſtans & perpetua vſuræ ſignificatio *ex l.121.
de verb.ſignif.* Vſura, inquit, pecuniæ, quam percipi-
mus in fructu non eſt, quia non ex ipſo corpore, ſed
ex alia cauſa eſt, id eſt noua obligatione, ſeu ſtipula-
tione quod de vera vſura accipiendum eſt, vt ibi Alcia-
tus, Gieddeus, & cæteri docent, & præ aliis Cuiacius:
Vſura igitur in iure noſtro vſura eſt, id eſt, id, quod pro-
pter vſum pecuniæ debitæ, & ex tarda illius ſolutione
16 accedit ſorti citrà damnum creditoris. Et de hac vſura
intelligenda ſunt iura, quæ adduximus, id eſt de pro-
pria & vera vſura, vt *ex l.1.§.ſi is qui nauim. ff. de exercit.
act.*& ex doctrina Bartoli *in l.non aliter de leg. 3. & in l.
ita vulneratus ad l.Aquil.* obſeruat Ioann.Franc.à Ponte
in tract.de auctorit.Proreg.tit.4.§.4.num.39. & 50. vbi in-
fert *text.in l.cum quidam 17.§ ſiſi us, ff.de vſur.*intelligen-
dum eſſe de propriis vſuris, non de eo quod intereſt: cu-
ius auctoritas apud omnes non leuis eſſe debet.

17 Et obſeruandum eſt me pro ea ſententia non ſolum
reſponſa illa Papiniani, & Vlpiani retuliſſe, ſed textum
etiam *in l. 10. §. ſi procurator ff. mandat.* cuius inter alia
hæc verba ſunt. *Sed ſi pecuniam meam fœnori dedit vſu-
ráſque conſecuturus ſit, conſequenter dicemus debere eum
præſtare quantumcunque emolumentum, &c.* Et nos dice-
mus huiuſmodi vſuras quæ hic dicuntur ex pecunia
fœnori data exigi, eſſe id quod intereſt, & vſuram hic
ſignificare id quod intereſt? Intereſſe igitur, & vſura,
vt nomen diuerſum habent, ita prorſus diuerſam natu-
ram,& ſignificationem habere dicendum eſt, vel ſaltem
fateri oportet ſuppoſititiam eſſe illam conſtantem vſu-
ræ ſignificationem. Neque illam Caniſius, & Hotman- 18
nus, & P. Gibalinus perſuadere, & inducere potue-
re, cum penes ipſos non ſit norma & forma loquendi,
& apertiſſimè repugnent *d.l.2.& 8.ff.de eo quod cert.loc.*
& aliæ proximè adductæ, ex quibus conſtat paſſim in
iure noſtro vſuras opponi ei quod intereſt, vt notat
Bachou.ad Treuthler. *in diſput.de vſur.& mor.lit.B.* vbi
congruenter ait hanc non eſſe propriam vſuræ ſignifi-
cationem, & repugnat communis ſenſus iuris aucto-
rum tum veterum, tum recentiorum, qui iſta ſaltem vt
plurimum ſeparare conſueuerunt, & aliis, aliiſque re-
gulis definire. Fœneratorum eſt, quod verè vſura eſt,
intereſſe dicere, & hoc prætextu honeſtius vſuras exi-
gere.

Denique ſe ſe mihi obtulit, qui ità hac de re rectiſſi- 19
mè ſcripſit. *Colliget ex hactenus dictis vſuram non eſſe ip-
ſum quod intereſt: & reuera iſta duo diſtinguit Vlpianus in
l.2. ſub fin. de eo quod cert. loc.dum ait in actionem arbitra-
riam venire id quod interfuit: & quidem vltrà legitimum mo-
dum vſurarum.* Et Hermogenianus *l. vlt. D. de peric. &
comm. rei vend.* vult emptorem, ſi in ſoluendo pretio
moram fecerit, præſtare venditori vſuras duntaxat, non
omne omninò quod interfuit venditoris, ex quo ait eum
vſuras ab eo quod intereſt diſtinguere. Ità P. Gibalin.
lib.2. cap.5. art.1. num.8. duobus illis Vlpiani, & Her-
mogeniani locis, quæ ſuprà & alia adduxi, vt oſtende-
rem vſuram, & id quod intereſt apud iuris auctores
diuerſa eſſe. Teneo igitur P. Gibalinum confitentem ità
vt nulla eius ſubtilitas fugam reperire poſſit. Quod
verò deinde ſubiicit *eod. loc.* ex Hotomano de ſua illa
vſura compenſatoria, eam habere plura communia cum
eo quod intereſt, & in nonnullis differre, hoc nihil ad
rem pertinet, quia mihi ſatis eſt illum hic fateri (quis
ſanè id ſine rubore negare poteſt?) vſuram illis locis
ſeparari ab eo quod intereſt, & conſequenter non eſſe
conſtantem illam ſignificationem quam aſſerit vſura-
rum *in d. art.1. num.6. verſ. hoc inquam.* Et conuincitur 20
etiam P. Gibalinus parum congruentia docuiſſe ex his,
quæ in fine eiuſd. art. ſcribit id quod intereſt modum
vſurarum non ſequi, ſed aliquandò illum excedere, ali-
quando non attingere *ex d. l.2. §. vlt. D. de eo quod cert.
loc.*. Hinc enim manifeſtum eſt vſuram in iure noſtro
non eſſe id quod intereſt, de quo nunc quærimus, & id
ipſum eſt quod ego aduerſus Caniſium dicebam *in d.
quæſt.1. num.13.* quem P. Gibalinus ibi ſecutus eſt, &
hic non ſequitur. Et obſeruandum etiam eſt P. Gibali- 21
num inter alios afferre Roderic. *quæſt.4. num.84. lib.3.*
qui nominatim ſcribit leges ciuiles approbantes & mo-
derantes vſuras de veris & propriis vſuris, quas lucrato-
rias appellant intelligendas eſſe, moneturque iiſdem le-
gibus, quibus Ioann. Franciſcus à Ponte *loc. cit.* Quod
ſi ità eſt, vt verè eſt vel ipſo aduerſario teſte, ab inuito
hæc confeſſio extorquenda eſt, cum leges dicunt in con-
tractibus bonæ fidei ex mora venire vſuras in locis per
me adductis, de veris, & propriis vſuris intelligenda
eſſe & quod conſequens eſt vſuram veram, & forma-
lem extrà fines mutui reperiri. Quod fuſius *in 2. parte
diſp.* demonſtrabimus.

SECTIO. IX.

Vlpian. in l. 7. §. quæ autem de admin. tutor. Papinianus in l.1. de vſur. quid de vſuris ſenſerint.

SVMMARIVM.

1 *Gibalini aſſertio intereſſe definiendum eſſe ſecundum leges definientes vſuras.*
2 *Quæ nulla lege, vel ratione probatur.*
3 *Intereſſe decernendum eſt, quatenus verè intereſt, modò duplum non excedat.*
4 L.7. §. quæ autem de admin. tut. *expenditur.*
5 *Vſura* in §. quæ autem *ratione culpa tutoribus infligun-tur.*
6 *Tutores hodie tenentur duntaxat ad id quod intereſt.*
7 *Vſuræ pupillares reductæ ad id quod intereſt.*
8 *Tutores quo caſu louibus vſuris tenebantur.*
9 *Intereſſe trientis, quincuncis nullum eſt in iure noſtro ve-ſtigium.*
10 *Intereſſe nulla certa lege definitum eſt, neque definiri potuit.*
11 *Gibalini noua interpretatio* ad l.1. in pr. de vſur.
12 *Papiniani dictum* in pr. l.1. ff. de vſur. *de veris vſuris accipiendum.*
13 *Intereſſe incertum, & nulla certa regula definiri poteſt.*
14 *Procurator tenetur ad vſuras, quæ in regione frequentan-tur.*
15 *Iuſtinianus* in l.eos, *vſuris modum conſtituit.*
Et non ei quod intereſt.
16 *Baſilius Cæſar vſuras prohibuit etiam intrà modum à Iuſtiniano præſcriptum.*
17 *Antonij Fabri Præſidis egregia ſententia.*
18 *Molinæi auctoritas in re vſuraria ſuſpecta.*
19 *Molinæus admittit vſuram largo modo ſumptam extra fines mutui reperiri.*
20 *Molinæi vſuræ triplex acceptio excutitur.*
21 *Omnis iniuſta acceptio vſura dici non poteſt.*
22 *Societas Leonina, in qua quis lucrum tantùm capiat, & alius damnum.*
Leo maiorem partem prædæ, vel totum ſibi vendicat.
23 *Vſura eſt aliquid vltrà ſortem accipere, licet non ſit pe-cunia.*
24 *Vſura largè accepta Molinæi.*
25 *Quæ ſtricta & propria vſura Molinæi.*
26 *Vſuræ multiplex acceptio à Molinæo excogitata nihil iu-uat Gibalini ſententiam.*
27 *Hotmanni, & Molinæi diſſidium.*
28 *Molinæus admittit vſuram in aliis contractibus, quam mutui.*
29 *Vſura apud veteres Iuriſconſultos vnius generis.*
30 *Analogia vſuræ quo fine inducta à Molinæo.*
31 *Molinæus tenet vſuras ex vltima voluntate relictas licitas eſſe.*
32 *Felicianus à Molinæo deceptus.*
33 *Vlpianus* in l.3.§.vlt.de ann.& menſtr. legat. *loquitur de veris vſuris.*
34 *Feliciani error.*
35 *Beroi haſitantia.*

1 MVLTO minus ferendum eſt quod P. Gi-
balinus ait, *vbi non eſt certum id quod inte-
reſt & tamen debetur inſtar vſurarum defini-
endum eſſe ſecundum modum regionis, & le-
ges definientes vſuras & hæc duo tantùm à
iudice attendenda eſſe. Nec aliud voluiſſe Vlpianũ, & Papi-*
2 *nianum per me adductos locis ſuprà cit.* Nam quæ lex, vel
cõſtitutio, vel quæ ratio proferuntur, vt res has nouas cre-
dere debeamus, vbi ſcil. non eſt certũ id quod intereſt,
deberi inſtar vſurarũ: & definiendum eſſe ſecundum mo-
dum regionis, & leges definientes vſuras: & quod magis
nouum videri poteſt, iudicem hæc duo ſpectare debere.
Nam de ſententia Vlpiani & Papiniani proximè di-
cam. Sanè mihi ſatis eſſet dicere hæc nulla lege, vel ra-
tione probari: & admitterem etiam in gratiam P. Giba-
lini ſemiplenam, vt vocant, probationem. Probo verò
hæc nullo modo conſiſtere. Non id quod cuiuſque 3
intereſt, vel certum eſt: & hoc caſu quantumcumque
illud eſt, decerni debet, & vltrà quàm ferat ratio, &
modus vſurarum *d.l.1. in ſi. ... quæ dicere lic. l.ſi com-
miſſi, ff rem rat.haber. l.1.§.ha... ff ne vis fiat ei, &c.*
& admittit ipſe Gibalin *lo. cit. ſect. præced num.19.* dum-
modò non excedat du[illegible] iuxta conſtitutionem Iuſti-
niani *in l.vnic. C. de ſent. quæ pro eo*, vt ſæpius diximus.
Vel incertum eſt, an intereſſit, & quantum intereſſit, &
hoc caſu vel debitorem abſoluere oportet, nec enim
poteſt etiam mora interueniente adiudicari id quod in-
tereſt, niſi conſtet intereſſe, & quanti intereſſit *l.vlt. ff. de
præt. ſtipul. l.vn. C. de ſent quæ pro eo*, & notat Theophil.
in §. non ſolum. Inſtit. de verb. oblig. & ſentit ipſe Giba-
lin. *lib.2. cap.5. art.8. num.1. & 5.* vel ſaltem res ad mi-
nimam ſummam redigenda eſt iuxtà conſilium Venulei
in d. l.vlt. ff. de prætor. ſtipulat. & notat Peræſes *in d l.67.
§.1. ff. pro ſoc.* ex quo efficitur nunquam licere iudici
definire id quod intereſt ſecundum leges definientes
vſuras, & multò minus ſi conſtat nihil intereſſe credi-
toris ſibi moram factam fuiſſe.

Videamus nunc, an quod Vlpianus *in l.7. §. quæ au- 4
tem de admin. tutor.* ait aduerſus tutorem, & Papinianus
tradit *in l.1. §.1. ff. de vſur.* aduerſus ſocium vſuris con-
demnandos eſſe, id accipiendum ſit de eo quod intereſt
definiendum ſecundum modum regionis, & leges defi-
nientes vſuras, vt P. Gibalinus ſenſiſſe putat: vel po-
tius de propriis & formalibus vſuris, vt mihi longè pro-
babilius eſſe videtur. Igitur ab Vlpiano incipiens dico 5
illum hoc loco reſpexiſſe id quod pupilli intereſt, ſed
pro maiore, vel minore culpa tutoris illum vſuris ple-
ctendum eſſe reſpondiſſe, vt ſatis indicant hæc ipſa ver-
ba. *Et eius quidem pecuniæ, quam quis in ſuos vſus conuer-
tit, legitimam vſuram præſtet. Sed ſi negauit apud ſe eſſe
pecuniam & Prætor pronunciauit contrà eum, legitimas ſolue-
re debebit.* id eſt maximas in pœnam ſcilicet mendacij &
interuerſionis pecuniæ pupillaris. Quod & definitum
eſt *in l.58. ff. de negot.geſt.verſ. nam illi.* Poterat verò ex
illa interuerſione, & mendacio nihil intereſſe pupilli.
Et hæc & ſimilia iura inimica tutoribus de veris, & 6
propriis vſuris intelligenda eſſe ex eo conſtat, quod in-
ter Catholicos auctores hodie receptum eſt tutorem
non teneri præſtare vſuras, quas Iuriſconſulti veteres
infligendas eſſe ſtatuerunt, ſed tantùm id quod pupilli
intereſt: & proinde illa veterum reſponſa hodie abro-
gata eſſe, vt ſentit Molin. Theolog. *de ann. redit. lib.3.
quæſt.10 n.10. & 11.* Gabriel. *in conſ.26. num.8. lib.1.* &
præſertim Couarr. *variar. lib.3. cap.2. num.1.* quamuis,
vt refert Molinæus *in ſuo lib. de vſur. num. 77.* illa de-
fendere conatus ſit. Alios dedi *quæſt.2. num.5.* & addo
Peregrin. *conſ.49.num.6.lib.3.* Magon. *in deciſ.1. Florent.
num.16.* & Barboſ.inn. *in l.24.in fin. C. de adminiſtr.tut.*
nouiſſimè Alexand.Spetell. Epiſcop. *in deciſ.90. num.8.*
Hoc ipſum obſeruat Ioan. Baptiſta Lup. *comment.3. de* 7
vſur. §.1. num.40. verſ. vnde ſi tutor. concludens his ſuis
verbis, *etiam hodie euiuſmodi vſuras non ſimpliciter, &
quemadmodum de illo tempore, pro vt conatur illas in vſum
reducere Neoteric. Pariſienſ. cum ſuis analyticis diſputatio-
nibus: ſed dummodò illud arbitrium boni viri in taxandis
illis vſuris eſſet redactum ad rationem illius, quod nos dixi-
mus intereſſe poſt modò conſtitutum atque receptum loco an-
tiquarum vſurarum.* Ex quibus ex ſententia illorum au-
ctorum, atque etiam Lupi perſpicuum eſt reſponſa illa
de vſuris tutoribus infligendis, & conſtitutiones, quæ
idem ſanciuerunt, de veris, & antiquis vſuris interpre-
tandas eſſe, & idcircò veluti iniquas à iudicibus mini-
mè obſeruandas eſſe. Alioqui ſi de eo, quod intereſt

accipienda

accipienda ſunt, quod omni iure licitum eſt, adhoc hodie obtinerent, & in ſententiam Molinæi eundum eſſet illa malè ſuſtinere, & retinere tentantis. Hoc ipſum me citato ſcribit P.Gibalin. *lib.2.c.6. art.2. n.11.* hodie ſcilicet tutores loco vſurarum teneri ad id omne, quod pupillorum intereſt. Verum quia eiuſmodi vſuræ non ex mutuo, ſed ex alia cauſa deſcendunt, conſequenter admittit vſurarium malum vltrà fines mutui peruagari: & verum eſt, quod prædixi eos, qui dicunt vbi mutuum non eſt, vſuram non reperiri, cogi ſibi ipſis contradicere.

8 Et illum eſſe Vlpiani ſenſum perſpicuum eſt ex eo, quod perſequitur eod. loc. *Ex cæteris cauſis ſecundum morem prouinciæ præſtabit vſuras, aut quincunces, aut trientes, aut ſi qua alia in prouincia frequentantur.* Hic enim ſignificare voluit Vlpianus ex aliis cauſis, in quibus leuior culpa, aut incurantia tutoris deprehenditur, illum non maximis, & grauiſſimis vſuris, ſed quincuncibus, aut trientibus, aut aliis, quæ in regione frequentes erant, condemnandum eſſe. Quæ verba ita clara, & perſpicua ſunt, vt non niſi per vim, & ipſo Vlpiano inuito trahantur ad intereſſe ex more regionis definien-
9 dum, & ſecundum leges definientes vſuras. Nullum enim in iure noſtro veſtigium eſt, quod ſciam, quod ſi extat rogo tandem proferatur, intereſſe quincuncia, aut trientis, aut conſtituendi ex more prouinciæ, cum ſemper & conſtanter potius id quod intereſt, incertum eſſe Iuriſconſulti tum veteres, tum recentiores arbitrati ſint: & quæſtionem eſſe facti, *l.quatenus, de reg.iur.* &
10 ideò certa regula, vel lege, vel definitione iuris auctorum deciſum eſt, vel decidi potuit, vt de mora dicitur *in l.32. ff. de vſur.* ſed variè, & ex varietate rerum, & perſonarum æſtimandum eſſe, vt nominatim tradunt Menoch. & Roderic. cum aliis per me relatis *quæſt.72. num.1.* & deinde iiſdem legibus, & auctoribus, & iiſdem ferè verbis P. Gibalin. *lib.2. art.7. in princip.* quod probo nunc *ex l.3.C.de inutilis ſtipulat.& l.10. ff.de eden. l.15. §.ſed quod, ff. quod vi aut clam.* & addo Coiacium *in l.1. C.de ſent.quæ pro eo.* vbi adfert dictum Ariſtotelis *incerti incertam regulam eſſe*, & poſt multa concludit ſemper taxationem eius quod intereſt ex arbitrio iudicis pendere: & Grimaud.*de contract pignerat.lib.1.cap.7. num.6.* & nouiſſimè Fabrot. *in enarrat.ad Cuiac. tit.cit.in princ.*

11 Pari ratione recipere non auſim illam nouam, & inauditam P. Gibalini interpretationem *ad d.l.1. in princ. ff.de vſur.* quod vbi non eſt certum id quod intereſt, & tamen certum eſt deberi inſtar vſurarum, definiendum eſt ſecundum morem regionis, & leges definientes vſuras & hoc Papinianum voluiſſe, quia verius eſt, & congruentius illius menti, & illi iuri, quod tunc obtinebat, illum de propriis & veris vſuris reſpō iſſe nihil anxium vel ſollicitum, an intereſſet, vel non intereſſet creditoris, vt conijcere licet ex multis eiuſdem Papiniani reſponſis, quibus fœneratitiam probaſſe conſtat, & quæ expoſui *par.2. ſect 4. num.1.* quod etiam de Vlpiano di-
12 cere licet nomini & fidei Chriſtianæ infenſiſſimo. Porrò Papinianum de veris, & propriis vſuris, & quæ ex ſola mora infligebantur, accipiendum eſſe probatur primò, quia eius verba perſpicua ſunt, ait enim, *In iudiciis bonæ fidei vſurarum modus ex more regionis conſtituitur*, & non ait id quod intereſt, vel pro eo quod intereſt, cuius ibi nullum veſtigium eſt, quod contraria interpretatio prehendere poſſit. Ità etiam Baſilic. *num. tit. cap.1.* dicitur *In iudiciis bonæ fidei vſura ex more regionis conſtituitur.* quæ multò minus illam interpretationem recipiunt. Secūdò quia idem reſponſum eſt fauore eius, qui alterius negotium geſſit, & pecuniam quam domi habebat, impendit, venire vſuras, quæ in regione frequentantur. Nullibi enim in iure noſtro dictum eſt venire intereſſe, quod in regione frequentatur. Vt etiam nuſquam de eo quod intereſt, illud additū eſt, vt eſt in bo-
13 næ fidei iudicia conſtitutum. Tertiò quia vt proximè dixi, quod cuiuſque intereſt, incertum eſt, cùm in facto conſiſtat. *vulg. l. quatenus ff. de reg. iur.* & modo plus, modo minus intereſt, & interdum etiam nihil, vt dixi ſæpè *ex l.13. ff. de re iudic. l.6 ff.de vi, & vi armat. l.112. in fin. de verb. obligat. l.7. ff. de præſcr. verb.* & obſeruat Cuiac. *in l.1. C. de ſentent. quæ pro eo* ipſe Hotmann. *in epiſt.num.5.* & Grimaud *loc.cit.* Marius Medic. *in dec.14. num.32.* & grauiter Carleual. Senator Neapolit. *lib. de iudic.tit.3. diſput. 8. num.9. & 35.* vbi notat taxationem eius quod intereſt relinquendam eſſe futuro euentui: neque fieri poſſe, vt intereſſe ſit ſemper vniforme & æquale omnibus annis, quemadmodum currunt vſuræ. Ex quo factum eſt, vt nulla vnquam certa lege, vel conſuetudine definitum fuerit, vt ſcripſi *quæſt 71 in fin.* vbi etiam dixit eut vſuris certus modus, vel lege, vel conſuetudine quæ tacita lex eſt, conſtitui potuerit.
Quartò id probatur etiam ex reſponſo Vlpiani *in l. 10. 14*
§ ſi procurator ff.mandat. vbi reſpondit ſi procurator domini pecuniam non exercuit, ſed in vſus ſuos conuertit, in vſuras conueniri, quæ legitimo modo in regionibus frequentantur. Quod de intereſſe intelligi non poteſt, de quo nihil tale in iure noſtro dicitur, vt proximè dicebam: cui ſcilicet nullus legitimus modus vnquam poſitus fuerat, niſi fortaſſe ne duplum excederet: ſed de vſuris accipiendum eſt, quibus modus à Iuſtiniano præſcriptus eſt *in l.eos,C.de vſur.* & notat Gloſſ. *in d. l.quatenus*, & Roderic. *lib. 3. quæſt.4. num. 87.* qui olim priſco iure Romanorum fuit vſura centeſima, vt colligitur *ex l.ſi non ſortem, in princ ff.de condict.indeb. l.1. § pactio placuit, ff. de pignor. l.13. §.ibidem, ff.de act.empt. l.1. & 2. C. Theod.de vſur.* & alia, quas diligenter recenſet
Borcholt. *de vſur.c.4 num.2. & 3.* Quinimò parum con- 15
gruit P.Gibalini ſenſus illis verbis *d.l.1. ita tamen vt legi non offendat.* quæ addita ſunt à Triboniano *ex dict. l.eos*, quod deinde Græci imitati ſunt *in dict. l. 1.* vbi etiam ſcriptum eſt in iudiciis bonæ fidei vſurarum modum conſtituendum eſſe more regionis, dummodo legem non excedat, & diſertius Theodor. *ad h. l. In bonæ fidei iudiciis permittitur iudici de vſuris cognoſcere eaſque definire ſecundum eas, quæ in regione frequentantur, niſi lex refragetur: id eſt, tunc iudex morem regionis ſequi debet, quando vſura quæ frequentatur in regione, ſemiſſem non excedit.* Nam cum Iuſtinianus præſcripſerit, vt iudices in contractibus bonæ fidei in vſuris decernendis ſpectarent morem regionis, in qua contractum eſt, dummodò modum à ſe præſcriptum non excederet, vt notat Gloſſ. Accurſ. & Cuiac. *ad dict. l. 1.* & certiſſimum ſit Iuſtinianum *in d.l.eos*, modum poſuiſſe vſuris, non autem ei quod intereſt, vt aduerſus Molinæum diſſerit Roderic. *in dict.quæſt.4 num.84. & ſeqq.* & nos aliis locis diximus: conſequens eſt Papiniani dictum *in dict. l. 1. in princip.* de propriis, & veris vſuris accipiendum eſſe, & non niſi illo inuito trahi ad id quod intereſt, definiendum ſecundum leges definientes vſuras, vt malè P.Gibalinus arbitratus eſt.

Huius rei etiam non leue argumentum mihi præbet 16
aliud Scholion *ad dict.l.1.ff.de vſur.* Ex Prochyro Harmenop. deſumptum, quo ſcilicet proponitur celebris illa Baſilij Cæſaris conſtitutio, qua vetuit, ne cuiquam omninò fas eſſet in omni negotio vſuras accipere. Quod profectò ſatis temerè, & inutiliter hic adiectum, & adſcriptum fuiſſet, ſi vſuræ, quarum modos officio iudicis conſtituendus in iudiciis bonæ fidei relinquitur, eſſent, id quod intereſt, quod nulla lege, aut conſtitutione vnquam prohibitum eſt. Sed congruentius longè eſt dicere, ideò à pio quodam, & Orthodoxo Iuriſconſulto illud Scholion adfixum fuiſſe, vt omnes admonerentur vſuras illas, quarum modum officio iudicis conſtituendum eſſe Papinianus reſpondit, illicitas eſſe, & iure Diuino prohiberi, vt prouidè Baſilius optimus Imperator ſanciuerat, niſi Leo filius abrogata patris ſanctione vſuras ad tertiam vſque centeſimæ permiſiſſet.

Denique comperi ſecundum meam ſententiam cla- 17
riſſimum

Digitized by Google

riſſimum Sabaudiæ Præſidem reſpondiſſe *in l. 65. §. ſi vnus, ff. pro ſoc. tum enim,* inquit, *ad vſuras, quæ legitimo modo in regione frequentantur, recurrimus cùm vſuræ quaſi vſura præſtandæ ſunt: nec niſi de earum modo dubitatur, vt in l. 10. §. ſi procurator, ff. mandat.* Quæ maximi iuris, legumque interpretis auctoritas nobis præſtantior eſſe debet, quàm eorum, qui cum in iure noſtro parum verſati ſint, ſe triduo Iuriſconſultos eſſe profitentur. Dicamus igitur reſponſa Papiniani, & aliorum veterum, quæ dicunt in iudiciis bonæ fidei venire vſuras, quæ in regionibus frequentabantur, de veris, & propriis vſuris accipienda eſſe, ideoque nos illis non vti non oportere.

18 Ex his etiam apparet parum tutum eſſe effugium, quod ex Molinæo ſibi parat, ex eo ſcilicet, quod dixerit, *Vſuræ vocem eſſe æquiuocam, aut ſaltem analogam, & ſæpius quamcunque acceſſionem atque etiam fructus ſignificare.* Nam prærerquam quòd in hoc genere omnis Molinæi doctrina ſuſpecta eſt, & eſſe debet, qui vt opinor iſtis diſtinctionum argutiis callidè primus vſus eſt, vt vſuris viam panderet, non puto eum, qui iuris peritiſſimus fuit, vt auctores Galli teſtantur, negaſſe vnquam
19 vſuram extrà mutui fines reperiri poſſe, imò ſi credimus Alexandro Raudenſi, qui totum Molinæum refert in lib. quem de Analogis inſcripſit *cap. 6. n. 9. &* 10. & vt ſuſpicor ex collatione Raudenſis Rodericus quoque *de ann. redit. lib. 1. q. 2. n. 2.* Molinæus *n. 4.* admittit vſuram in iure noſtro etiam ſumi pro acceſſione, vel augmento ſucceſſiuo ſortis in quantitate exiſtentis ex quacunque cauſa etiam aliter quàm ex mutuo debitæ, & in ſpecie propter moram in bonæ fidei iudiciis, in legatis, & fideicommiſſis *l. qui ſolidum, de leg. 2.* &c. iſtis igitur teſtibus Molinæus ſenſit vſuram etiam ex aliis cauſis, & negotiis quam mutui deſcendere.

20 Denique pium & eruditum lectorem obſeruare vellim, Molinæum primum quod ſciam, triplicem vocis *Vſura* acceptionem finxiſſe. Primò vt ſumatur largiſſimè pro omni iniuſtâ ſuperabundantia, ſiue quantitas debeatur, ſiue non, pro quo vſuræ genere malè adfert *cap. putant. 14. queſt. 3.* vt etiam Molinæum diſſimulans
21 Rodericus *loc. cit. num. 3.* quia *in dict. cap. putant.* non agitur de quacunque iniuſta acceptione vltrà id quod noſtrum eſt, vt ſi quis in diuiſione bonorum in ſocietate & aliis contractibus plus capiat quàm iuſtitia, & æqualitas commerciorum poſtulat, vt docet Ariſtot. *lib. 5. Ethic. cap. 1. & 4.* & conſtat *ex l. 3. Cod. commun. vtriuſque iudic. l. 35. ff. de pact. & l. 29. §. Ariſto, ff. pro ſoc.* vbi
22 Ariſto, refert Caſſium Societatem Leoninam appellare ſolitum, in qua alter lucrum tantum, alter damnum ſentiret. Quod explicat Scholion *ad h. l. in Baſilic. in verbo, coiri non poteſt. Ariſto, inquit, talem ſocietatem improbat, & Leoninam appellat propter Leonis naturam ingeniumque, eſt enim Leo alieni auidus, nec in partem prædæ alia admittit animalia, ſed vel maiorem partem, vel etiam totam ſibi prædam vendicat.* De qua re etiam eſt Apologus de venatione Leonis, aſini, & vulpis, cuius meminit Giphan. *in cap. 3. lib. 5. Ethicor.* De hoc igitur iniuſtitiæ ſeu pleonexiæ genere non agitur *in d. cap. putant.* alioquin furta, incendia, & alia damna dolo data vſura dici poſſent, & fures, incenſores meſſium, & ſimiles fœneratores appellari. Sed ibi detegitur, & re-
23 prehenditur eorum error, qui putabant vſuram tantum eſſe, ſi quis pecuniam vltra ſortem acciperet; non eſſe vſuram, ſi eſcam vel veſtem, vel quid aliud vltrà ſortem accepiſſent, quod indicant verba illa, quæ ſequuntur. *Alij pro pecunia numerata ſolent munuſcula accipere diuerſi generis.* & alia apud D. Hieronym. *in cap. 18. Ezechiel.* vnde illud deſumptum eſt, & apertiſſimè *c. 3. Plerique refugientes præcepta legis cum dederint pecuniam negotiatoribus non in pecunia vſuras exigunt. Ideò audiant quod lex dicat. Neque vſuram eſcarum accipies, neque omnium rerum,* &c. quæ tamen vera, & propria vſura eſt, vt omnes docent Salas *de vſur. dub. 2. n. 2.* & ipſe Hotmann. *in epitom. num. 2. & 6.* vbi rectè ait fœnus appellari non modò, ſi in pecunia numerata, verùm etiam ſi in oleo, vino, frumento, atque adeò in habitatione domus conſiſtat *l. 14. & 17. C. de vſur.* & aliis Prætermiſſa igitur hac 24
largiſſima vſuræ ſignificatione, quam etiam Molinæus omiſit, quia vt ipſe ait, in toto iure non legitur, ſuperſunt reliquæ duæ Molinæi acceptiones, prima, vt largè ſumatur pro acceſſione, vel augmento ſucceſſiuo ſortis in quantitate conſiſtentis ex quacunque cauſa etiam quàm ex mutuo debitæ, vt in venditione, dote, vel propter moram in contractibus bonæ fidei, & legatis, in qua acceſſione Molinæus admittit vſurā propter moram in legatis & actionibus bonæ fidei inueniri, contrà ipſius P. Gibalini ſententiam, quia cum ſecundum Molinæum vſura in hac quam ſibi fingit largâ acceptione, vt incautos decipiat, ſit acceſſio ſucceſſiua ſortis propter moram, & ex mora, ex quacunque cauſa pecunia debeatur, conſequens eſt veram vſuram eſſe, & conſequenter, ſi Molinæo ſtandum eſt, admittere etiam neceſſe eſt vſuram extrà mutuum conſiſtere poſſe, quod fruſtrà obiecto Molinæo mihi controuertitur. Altera & vltima ac- 25
ceptio vſuræ ſecundum eum eſt quam propriam & ſtrictam vocat, vt ſumatur pro eo quod accedit vltrà ſortem in mutuo, vt *in l. ſi tibi. in princ. ff. de pact. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. de reb. cred.* vnde hoc ſolo caſu dicitur fœnerator, debitor vſurarius, & pecunia fœnebris *l. fœnerator. de naut. fœn. l. debitor. & l. pecunia. ff. de vſur.* & iiſdem prorſus verbis, & impudenter Roderic. *loc. cit. num. 4.* Ex 26
hac duplici vſuræ acceptione nihil præſidij P. Gibalinus deducere poteſt pro ſua theſi ſuſtinenda: ſufficit enim mihi ſecundum Molinæi doctrinam vſuram ſaltem primo, & largo modo ſumptam, vt ille comminiſcitur, ex aliis contractibus quàm mutui poſt moram decurrere. Nam ſi P. Gibalinus dicat, cum dixit vſuram niſi vbi mutuum eſt, inueniri, ſe ſumere vſuram ſtrictè, & propriè, quæ ſcilicet in doctrina Molinæi exercetur in mutuo, quod illi neceſſe eſt dicere, niſi eodem tempore Molinæum ſequatur, vel ab eo diſſentiat, ſtatim regeram debuiſſe illum ſuam regulam aliter proponere, & dicere, vbi nullum mutuum reperitur, nullam quoque vſuram ſtrictè & propriè ſumptam reperiri: & nulla eſſet inter nos contentio. Quia cum vſura propriè, & ſtrictè ſumpta ſit id quod accedit vltrà ſortem in mutuo ſecundum eum, quem obiicit Molinæum, in effectu hoc vnum dixiſſe conuincitur, vbi nullum mutuum reperitur, nullam quoque in mutuo vſuram reperiri, quod ridiculum eſt, & vitioſum: fit enim tranſitus à theſi ad hypotheſim, quod non vno loco obiicit Bachouius Treuthlero, & reprehendit *in diſputat. de vſur. & mor. theſ.....* Et quia P. Gibalinus aduerſus me alio illaudato 27
auctore nititur, Hotmanno ſcilicet, dicam Hotmannum hac in re maximè à Molinæo diſſentire, ſiquidem Hotmann. *lib. de vſur. cap. 1.* putat vſuram ſtrictè, & in ſpecie ſumptam à fœnore differre, & nihil aliud eſſe quàm æſtimationem eius quod intereſt, ſeu vt etiam loquitur, ſortis conſumptæ cum damno creditoris, quod genus ex diametro repugnat cum vſura illa Molinæi ſtrictè ſumpta, quæ fœnus eſt, & ex qua quis fœnerator, & pecunia fœnebris dicitur, vt Molinæus ſcribit. Porro oſtendam *in 2. part. diſp.* P. Gibalinum Hotmanno nimis credulum fuiſſe: quod verò ad Molinæum attinet repeto, quod dixi, illum admittere vſuram largo modo ſumptam ex legatis, & fideicommiſſis, & ex aliis contractibus quàm mutui deſcendere, quod non infirmat, ſed confirmat meam ſententiam, tametſi non nimis ſollicitus ſim, quid Molinæus, & Hotmannus in hoc genere ſenſerint, quia quæcumque ſit ſententia, mihi dulce, & decorum eſt ab Hotmanno, & Molinæo, & ab iis, qui eos ſequuntur, in hoc tractatu diſſentire.

Denique hoc amplius dixero hanc vſuræ analogiam, 28
ſeu largam vel ſtrictam acceptionem, quàm Molinæus inducere conatus eſt, & P. Gibalinus probat vel probare

bate videtur, à mente Papiniani & aliorum veterum
Iuris auctorum, de quorum ſententia diſceptamus, re-
motam videri qui vſuras quotquot ſunt in quocunque
negotio non tantum in mutuo: ſed etiam, imò multò
magis in legatis, & fideicommiſſis, & iudiciis bonæ fi-
dei promiſcuè, & ſine vlla diſtinctione admittendas
eſſe exiſtimauerunt, dummodo legitimum modum non
excederent. Vnde factum eſt, vt opinor, vt titulum
hunc *de vſuris* ſimpliciter inſcripſerint, vt etiam Græci
περὶ τόκων, & argumento etiam eſt, quod tractatum hunc
ab eo vſurarum genere inceperint, quod non ſtrictè,
& propriè, ſed largo modo, & per analogiam vſuram
eſſe Molinæus commentus eſt: vſuris ſcilicet quæ ex
contractibus bonæ fidei, & ex legatis, & teſtamentis
proueniunt, vt conſtat *ex d.l.* 1. *&* 3. *ff. de vſur.* Vnde in
mea ſimplicitate mihi præſtat veteres imitari, & vſuras
omnes ſiue pecuniæ creditæ, ſiue ex alia cauſa propter
moram debitæ vno ordine id eſt pro illicitis habere.
Subducimus enim omnes titulos, ex quibus aliquid vl-
30 trà ſortem accipere licet. Et vt detegam quod in hac
analogiæ, ſeu æquiuocationis inuolucro latet, profero
celebrem illum Vlpiani locũ *ex l.* 3. *§. vlt in fin. de ann. &
menſtr. leg. ſi cui*, inquit, *certa quantitas legetur, & quoad
præſtetur in ſingulos annos certum aliquid veluti vſuras iuſ-
ſerit teſtator præſtari, legatum valet, ſed in vſuris hactenus,
quatenus modum probabilem non excedat.* Hoc genus vſu-
ræ in hac hypotheſi omnes illicitum eſſe cenſent, neque
intrà legitimum modum præſcriptum *in d.l. eos.* §. 1. ho-
die ſuſtineri, vt tandem aduerſus Caſtrenſem, Alciatum,
& Felicianum docet Caniſius qui nobis obiicitur *in
cap.* 1. *num* 24. *&* 25. & ſeparatione aliquot ſpecierum
quid in hac quæſtione tenendum, vel fugiendum ſit, ſa-
tis accuratè vt videbatur, demonſtrauimus *tota quæſt.* 18.
31 Molinæus verò, vt hoc genus vſuræ ſaltem retinere poſ-
ſit, callidè inſinuare molitus eſt, vſuram illam tan-
tùm vetam & propriam eſſe, quæ accedit mutuo, quæ
verò ex legatis, & vltima voluntate deſcendit, vel ex
mora in contractibus bonæ fidei non eſſe propriam, &
veram vſuram, ideóque prohibitione illa, qua vſuræ
vetitæ ſunt, minimè contineri, niſi quatenus modum
legitimum excederet. Quod an verum ſit ipſe Giba-
linus videat, cui Molinæum legere conceſſum eſt:
32 Sanè exemplum mihi præbet Felicianus de Solis, qui
licet acuti ingenij eſſet, à Molinæo deceptus eſt, quem
tamen diſſimulat *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. vbi tradit, & per-
nicioſè quidem *d.* §. *vlt.* correctum non eſſe, quoniam
in iure ciuili vſuræ nomen æquiuocum eſt, vel ana-
logum, non ſolùm enim inquit ſtrictè, & propriè acci-
pitur, vt *in l. ſi tibi decem in pr. ff. de pact. l. lecta, ſi cert.
pet.* ſed etiam largè, vt *in l. curabit. C. de act. empt.* quia
etiam largiſſimè, & impropriè quocunque, ſucceſſiuo
incremento vel ſuperabundantia, vt *in d.* §. *vlt.* vbi nomen
vſuræ nõ accipitur ſtrictè, & propriè, ſed pro ſuperabun-
dantia, & ſic largiſſimè, & impropriè. Ita Felicianus
adferens pro ſua ſententia Ioan. Gerſon. quem eximium
33 Theologum vocat. Sed quidquid eximius Theologus
ſenſerit, refellitur manifeſtè hic error ex verbis ipſius
Vlpiani, qui nõ tantùm hanc penſionem vſuram vocat,
ſed addit etiam hactenus valere, quatenus modum pro-
babilem vſurarum non excedat, quod non niſi de veris,
& propriis vſuris accipi poteſt. Nam ſi vera eſſet Feli-
ciani, & aliorum ſententia, nihil intereſſet, an iſtiuſmo-
di vſuræ præſcriptum à iure modum excederent, vel
non excederent, vt rectè tradit Caniſ. *in d. c.* 1. *n.* 25. *in fin.*
34 & nos diximus *loc. cit.* Et notandum hic obiter eſt Fe-
licianum in hac quæſtione pluſquam Molinæum eſſe.
Nam Molinæus inter vſuras largo modo ſumptas eas
refert, quæ ex vltima voluntate vt ex legatis, & fidei-
commiſſis proueniunt, & has admittit habere rationem
quandam cum veris, & propriis vſuris analogicè com-
munem, quas in mutuo fœnerator ſtipulatur, & ca-
uet: ideóque admittit omnes conſtitutiones de modo
vſurarum contineri. Felicianus vero vſuras, quæ ex vl-
timis voluntatibus proueniunt impropriè & largiſſimè
vſuras eſſe cenſet, ideoque nunquam inuoluere vſuræ
rationem, & conſequenter æquiuocè tantùm vſuras di-
ci, & hodie etiam omni iure licitas eſſe, quod in ſpecie
dict. §. *vlt.* falſiſſimum eſt: & niſi per hypotheſes eatur,
periculoſum, vt tractatum eſt *in dict. quæſt.* 18. vbi Fri-
derici Martini, & Duardi, & aliorum contrariam ſen-
tentiam validis argumentis reiecimus; quibus etiam 35
refelluntur, quæ contra nititur Auguſt. Beroius *in rubr.
de vſur. num.* 37. *&* 38. vbi vulgari illo errore imbutus,
quo plerique veteres opinantur vſuram non committi
vbi nullum mutuum eſt *dict. num.* 38. *verſ. non obſtat*, re-
ſpondens *ad l. Titia*, §. *vſuras*, & ſimiles ait illa iura non
loqui de vſura pro vt eſt lucrum, ſed pro vt eſt dam-
num, & intereſſe, vt quando vſuræ debentur à die mo-
ræ, & ſic loco intereſſe, vt ipſe loquitur cuius dicti
nullam rationem adfert, nec adferre poteſt: & falſum
eſſe, vel vna *l. lecta, ſi cert. pet.* & deterritus *ex dict. l.* 3.
§. *vlt. ff. de ann. & menſtr. legat.* conuictus iudicio verita-
tis admittit vſuras, de quibus agitur *in d.* §. *vlt.* non de-
ſcendere ex contractu mutui, denique *num.* 39 *in fin.* fa-
teri cogitur vſuras illas etiam intrà legitimum modum
hodie improbas & illicitas eſſe; ſunt igitur vſuræ, &
non ex mutuo: & conſequenter vſurarium malum vltrà
fines mutui ſerpere, & inueniri, cuius inconſtantiam
etiam notauimus alio loco.

SECTIO X.

Aliæ obiectiones ex Caniſio reiiciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Vſura in contractibus bonæ fidei debentur iure ciuili.*
Et etiam in legatis, & fideicommiſſis.
2 *Vſuræ, quæ ex legatis debentur iure ciuili ſecundum morem regionis conſtituebantur.*
3 *Henrici Caniſij ſententia vſuram propriè in mutuo committi, in aliis contractibus impropriè.*
Vſura, quæ ſub contractu emptionis latet, vera vſura.
4 *Caniſius ſentit vſuras, quæ in contractibus bonæ fidei legibus conceduntur, eſſe compenſatorias eius intereſſe creditoris.*
5 *Vſuræ, quæ ex depoſito, & aliis bonæ fidei actionibus veniunt poſt moram, iure ciuili, nunc illicitæ*
6 *Pretij vſura vera, & propria vſura, ſi res vendita ſterilis fuit.*
7 *Gibalini ſententia pretij vſuras ratione fructuum perceptas iniquas eſſe,*
Et eius cum Caniſio, & cum ſe ipſo diſſenſio.
8 L. ſocium ff. pro ſoc. *non probat Caniſij ſententiam.*
9 *Gener exigendo vſuras dotis vſuras veras exigit ſi vxorem non exhibuerit.*
10 *In actione pro ſocio veniunt etiam vſuræ quaſi vſuræ iure ciuili.*
11 *Creditor non poteſt ex eo, quod alteri pecuniam potuiſſe fœnori, vſuras exigere.*
12 *Hotmanni ſententia vſuras quaſi vſuras in iudicio pro ſocio deberi.*
13 *Socius iure ciuili agit ad vſuras, vel ad id. quod intereſt.*
14 *Diffugium impliciti mutui intercluditur.*
15 *Contractus bonæ fidei quandiu tales ſunt, non implicant mutuum.*
16 *Vſura iure ciuili interdicta, quia negotium non eſt mutuum, & diſtat à mutuo.*
17 *Debitum ex bonæ fidei contractus in mutuum non conuertitur, niſi inter partes id conuenit.*
18 *In contractibus bonæ fidei vſura ex pacto debentur.*
19 *Pactum de vſuris præſtandis in contractibus bonæ fidei non conuertit illos in mutuum.*
20 *Conuerſio in mutuum facile admitti non debet.*

21 *Vſura*

20 *Conuerſio in mutuum facilè admitti non debet.*
21 *Vſura in mutuo ex mora, vel pacto iure ciuili nõ debẽtur.*
22 *Sichardus quid ſentiat de vſuris contractuum bonæ fidei.*
23 *Vſura in omni negotio & contractu prohibita.*
24 *Pecunia gratuita in mutuo, & aliis cõtractibus eſſe debet.*
25 *Pecunia ſterilis ex quacunque cauſa debeatur.*
26 *Hodie qui tardius ſoluit, non minus ſoluit.*
27 *Niſi creditoris interſit.*

1 VT oſtenderem congruenter definitionẽ vſuræ, quam poſui *quæſt.* 1. *num.* 2. vſuram extrà fines mutui inueniri poſſe, inter alia dixi iure ciuili proditum eſſe, vt in contractibus bonæ fidei, qualis non eſt mutuum, vſuræ propter moram debeantur, cogor enim repetere, *ex l. mora §. in bonæ fidei, & l. & ex contraria ff. de vſur. l.* 13. *C. eod. tit. l. quaro ff. locat.* & aliis: vt etiam in legatis & fideicommiſſis, quæ à mutuo remota ſunt, & hac in re contractus bonæ fidei imitantur, vt conſtat *ex l.* 3. *C. in quib. cauſ. reſtit. l.* 1. & 2. *C. de vſur. & fructib. legat. l.* 39. *§ fructus ff. de leg.* 1. *l.* 78 *ff. de l.* 2. & nouiſſimè tradunt Bachou. ad Treuthler. *in diſp. de vſur. theſ.* 2. & Fabror. ad Cuiac. *C. de vſur. verſ. ſtrictis quibuſdam.* & diligenter Botcholt. *lib. de vſur. cap.* 3. *num.* 13. *& ſeqq.* Et

2 quia quod omiſeram, huiuſmodi vſuræ non ea conuentione, ſed ex mora prouenirent, ideóque certæ non ſint, quemadmodum in iudiciis bonæ fidei conſtitutum eſt earum modum iudicis officio ſtatuendum eſſe, vt in *l.* 1. *in princ. ff. de vſur.* ità etiam in legatis, & fideicommiſſis vſurarum quantitas ſtatuenda fuit arbitrio iudicis ſecundum morem regionis, vt definitum eſt *in d. l.* 39. *§.* 1. & ibi Cuiacius notat, ex quo planè efficitur, quod dicebam huiuſmodi vſuras veras, & proprias vſuras eſſe, & proinde illicitas, quia vt Præſes ait *in l.* 65. *ff. pro ſoc.* cogor enim hoc etiam repetere, tunc ad morem regionis recurrimus, cùm vſuræ quaſi vſuræ præſtandæ ſunt: nec niſi de earum quantitate dubitatur. Et obſeruaui etiam aduerſus Caniſium, Vlpianum, cùm de modo vſurarum pupillarium ageret *in l.* 7. *§. qua autem ff. de admin. tut.* dixiſſe tutorem præſtare vſuras aut quincunces, aut trientes, aut ſi quæ leuiores in prouincia frequentabantur, quod nullo modo ei quod intereſt congruere poteſt, vt fuſius proſecutus ſum *num.* 13. & 14. Vnde mihi videbatur plenè conſtare vſurariam luem vltrà fines mutui ſerpere, & peruagari. Et nihilominus P. Gibalinus aduerſus hanc meam ſententiam præter Molineum, & Hotmannum illiaudatos auctores, & à quibus me diſſentire non piget, eundem Caniſium obiicit in Catholica Ingolſtadienſi Academia Profeſſorem, tametſi putarem aduerſus alium *eod. loc.* dixiſſe, quod eſſet ſatis. Vnde cum vir Theologus illius auctoritate etiam nitatur, cogor iterum cum Caniſio viro clariſſimo congredi impar ſanè, niſi pro me ſtarent innumera iuris auctorum reſponſa, & oſtendere nihil Caniſium proferre, vnde ſententiam mutare debeamus.

3 Obſeruandum igitur eſt Caniſium *cap.* 2. *num.* 10. 12. dicere vſuram in contractu mutui committi, & id quidem propriè, hoc eſt inſpecta verborum forma. At impropriè ſiue ea mente contrahentium etiam in aliis contractibus admitti, veluti in emptione, & venditione, cùm res pluris iuſto pretio venditor propter dilatam ſolutionem, aut minoris propter anticipatam ſolutionem *c. conſuluit, & c. vlt. de vſur. cap.* 5. *de empt. & c. illo.* 4. *de pignor.* Hæc nihil obſtant meæ ſententiæ, id ipſum enim ſcripſi. nec enim poſſum dicere, docui *in ead. quæſt.* 1. *num.* 10. *& fuſius quæſt.* 24 tametſi non ſatis probo, quod Caniſius ait, in his contractuum figuris vſuram impropriè committi, quia verius eſt vſuram, quæ ſub his formulis latet, veram propriam vſuram eſſe, vt quæ lucrum contineat creditoris, & non minus emptorem, vel venditorem obligat ad reſtitutionem, quam ſi ea aperto mutuo eam exegiſſet.

4 Illud magis congruere videtur, quod ſubiicit *n.* 15. leges ciuiles, quibus definitum eſt in bonæ fidei contractibus ea mora vſuras deberi nimirum *l.* 31. *§. in bonæ fidei, l.* 34. *ff. de vſur. l.* 13. *C. eod. l.* 5. *C. de pact. inter empt. & vendit. & l.* 5. *C. de act. empt.* non loqui de vſuris lucratiuis, id eſt merum lucrum continentibus, de quibus hîc diſputationẽ eſſe ait, ſed de compenſatoriis ratione videlicet intereſſe propter morã debitoris: ſicut ex Azone, & Hugone tradit gloſ. *in l.* 2. *C. de vſur.* & ibi Bart. & Salic. & gloſ. *in c. conqueſtus*, & ibi Panorm. *extr. de vſur.* & Couarr. *variar. lib.* 3. *cap.* 4. Sed reſpondeo non inde in 5 vniuerſum inferri poſſe vſuram non niſi vbi mutuum eſt, inueniri poſſe, quod quærimus, & in quo à Caniſio, & Gibalino diſſentio. Nam tametſi annuerem Caniſio vſuras de quibus agitur *in d. l.* 5. *C. de act. empt. & l.* 2. *C. de vſur.* & aliis ſimilibus, non eſſe lucratiuas, ſed compenſatorias damni, & intereſſe creditoris: denique non eſſe veras, & proprias vſuras, vt docet *cit.* Couarr. *in d. cap.* 4. & ipſe ſecutus, & proſecutus ſum *tot. quæſt.* 27. vbi alios recenſui, inter quos Eminent. Manric. & plus quàm Eminent. Ludouiſ. *in dec.* 347. & ea ſocietate Cardin. de Lugo *diſp.* 25. *n.* 140. qui rẽ explicat congruenter iuriſperitorũ ſententiæ. Hæc inquam licet admitterem, admitto ſanè cum cautionibus, de quibus tractatum eſt *in d. quæſt.* 27. non tamen inde efficies in aliis contractibus bonæ fidei, in legatis & fideicommiſſis, ex quibus pecunia debetur, quæ per ſe ſterilis eſt, & fructus referre non poteſt, & in quibus proinde ceſſat ratio fructuum, ſi quid ex ſola mora vltrà ſortem exigatur, non admitti vſuram, id enim probant *d. l.* 32. *&* 34 *ff de vſur. & l.* 1. *in princ. eod. tit. l. quaro ff. locat. & l.* 7. *§. qua autem de admin. tut & d. l.* 39. *de leg.* 1. & aliis; & quia hoc iure hodie nõ vtimur, qui illas exegerit, teſtituendi reũ non eſſe: & nunc duntaxat profero pro mea ſententia id eſt hoc genus vſuræ illicitum eſſe, Salic. & Alberic. *in d. l.* 1. *ff. de vſur.* & Ioann. de Imol. *in d. l.* 39. *§. fructus n.* 4. *de leg.* 1. Caſtrenſ. *in l.* 38 *ff. de negot. geſt.* Fulgoſ. *in l.* 67. *§. ſi quid vnus ff. pro ſoc.* & alios vndique quæſiuiſſem, niſi iam haberem P. Gibalinum id multis locis confitentem.

Imò ità certum, & exploratum eſt ex iure ciuili in 6 venditione & emptione poſt moram vſuras venire, vt nihil certius, & exploratius videatur. Etenim certum eſt non tantum agros, prata, vineas, & alias res ſoli venire ſolere, in quibus, cum fructiferæ natura ſint, ratio fructuum vſuras licitas facit, vt dictum eſt, ſed etiam æs, argentum, & aurum, gemmas, ſtatuas, & id genus alia, quæ fructus referre non poſſunt. Quin & ſeges, & frumenta, quæ in herbis ſunt, vendi poſſunt *l.* 8. *&* 28. *ff. de empt. & vendit.* Iam ſi res huius generis vendita fuit veſtis, annulus, gemma, & emptor, cui res tradita eſt, in ſoluendo pretio moram fecerit, certum eſt ex iure ciuili poſt moram vſuras debere, id enim perſpicuum eſt *ex d. l.* 1 *in princ.* & aliis. quæ generaliter definiunt in iudiciis bonæ fidei vſuras poſt morã decernendas eſſe. Et magis præciſè ex Paulo *ſent. lib.* 2. *tit.* 17. *Poſt rem traditam* inquit, *niſi emptor ſtatim pretium exſoluat, vſuras eius præſtare cogendus eſt.* & Harmenop. *lib.* 3. *tit.* 2. *Emptor ex quo tempore res eſt tradita vſuras pretij debet.* vt latius proſequor *quæſt.* 4. *n.* 18. & 19. & nunc addo Hermogeniani reſponſum *in l. vlt. ff de per. & comm. rei vend.* in qua ne quis obtrudat id quod intereſt, reſpondet emptorem, *ſi in ſoluendo pretio moram fecerit vſuras duntaxat præſtare debere, & non id quod intereſt.* Hinc meritò receptũ eſt inter iuris, & legũ peritos, quod diximus emptorem ad vſuras pretij teneri poſt moram, vel ex conuentione non habere locum, ſi res ſit ſterilis, & hoc caſu vſuram eſſe ea dilatione & ex tarda ſolutione pretij aliquid vltrà ſortem recipere, vt ſentiunt Cyn. Salic. Corn. & alij, quos retuli *q.* 27. *n.* 36. & inter alios Cagnol qui refert hãc cõmunem eſſe ſẽtẽtiã *in d. l. curabit. n.* 26. *&* 39. Caſtro. *de iud. lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 8. *n.* 44. & quod magis eſt Emin. de Lug. *loc. cit. n.* 142. vbi cõgruẽter meæ ſententiæ ait leges ciuiles, quæ venditoribus etiam hoc

caſu .vſuras concedunt, in hoc recipiendas non eſſe.
7 Et quod mirum videri poteſt idem P. Gibalin. *lib. 2. cap 5. art 5.* expenſis, & concuſſis illis legibus & noſtrorum de illis ſententiis; diſſimulans me non legiſſe tandem *num. 25. verſ. His omnibus expenſis.* cenſet, & concludit ad exiremum his leges pro vt abſolutè, & ſimpliciter cogunt emptorem ad vſuras non ſoluti pretij pro ratione fructuum perceptorum ex re ſibi vendita, & tradita, iniquas eſſe, vt prima ſententia exiſtimabat eorum ſcilicet, vt opinor quos recenſet *num. 13.* quod licet difficile ſit, & rerum toto orbe Chriſtiano iudicarum auctoritati contrarium, & præſertim S. Rotæ Romanæ, quæ id genus admiſit paſſim, vt ex eius deciſionibus compertum eſt, mihi nunc ſufficit dicere eum ſentire vſuras, quæ illis legibus venditoribus conceduntur, iniquas eſſe, & conſequenter illum diſſentire hic à Caniſio, quem mihi prætulit *in d. art. n. 6.* exiſtimantem vſuras, quæ venditoribus illis iuribus conceduntur, veras & proprias vſuras non eſſe, conſtat igitur vel ipſo Gibalino teſte in contractu emptionis & venditionis, qui bonæ fidei eſt, & remotus à mutuo, quod eſt ſtricti iuris ius ciuile vſuram veram, & formalem admittere, & conſequenter vel ipſo iudice falſum eſſe quod mecum contendit, *vbi nullum eſt mutuum, nullam quoque vſuram reperiri.*

8 Denique non ſufficit, vt P. Gibalinus putat dictum Labeonis, vel potius Pomponij *in toties obiecta l. ſocium 60. ff pro ſoc.* quod etiam obiicit Caniſius *loc cit. verſ. quod vel indicat.* Nam tametſi Iuriſconſultus in ea ſpecie dicat ſocium vſuras præſtare debere, ſed non quaſi vſuras, ſed quod ſocij interſit, repetam quod dixi *in d. q. 1.* caſum eſſe ſingularem, quod ibi agatur de ſocio, qui rem ſocietatis gerebat idque obſeruaſſe Rouitum *deciſ. 9. n. 16. verſ. preterea.* Et qui tenebatur ex pecunia communi quæſtum facere ad communẽ vtilitatem: & conſequenter ea pecunia in proprios vſus conuerſa nihil mirum ſi dictum ſit *non quaſi vſuras, ſed quod ſocij interſit.* Et motus ſum illis Pomponij verbis, *Item poſt mortem ſocij nullam talem æſtimationem faciendam,* quod etiam accipiunt Baſil. *lib. 12. tit. 1. c. 57.* & non animaduertit Caniſius qui non debuit ex vna tantum legis particula reſpondere, quod ineuile eſſe Celſus dicit *in l. 24. ff. de leg.* vbi Mornac. notat tale quid Æſchinem obiicere Demoſtheni, D. Auguſt. Donatiſtis, & D. Hilarium Arrianis. Vnde cum caſus iſte ſingularis ſit, nec enim qui ex legato depoſito, conducto, & aliis ſimilibus cauſis pecuniam debet, eam in negotiationem & ad communem vtilitatem vertere tenetur, vt nec hæres ſocij ſoluta, & dirempta ſocietate, vt conſiderat Mudæus *in d. l. 60. in fin.* malè Caniſius ex hoc vno loco infert in vniuerſum leges omnes, quæ vſuras in contractibus bonæ fidei ex mora præſtandas eſſe dicunt, intelligendas eſſe de eo quod creditoris intereſt. Non enim ex ſpecie rectè definitiones generales duci poſſunt, vt rectè admonet Cuiac. *in tit. C. de ſolut. col. 2.*

Et prætereà nunc poſſumus dicere, nam de ſententia huius loci dicam fuſius in ſequentibus, non inde ſequi, vt ſi ſocius, cui in ea pecunia reddenda mora facta eſt: & cui proinde debetur id quod intereſt, dummodò verè illius interſit iuxta illud dictũ vel Labeonis vel potius Pomponij, & *l. 1. C. de ſent que pro eo, quod inter.* eam pecuniam à ſocio repetat & exigat, & prætereà vſuras, cùm nihil eius intereſt, ſæpius enim euenit, vt nihil creditoris interſit, vt dixi *ex l. 112. de verb. obligat. & aliis,* has vſuras veras vſuras non eſſe, & non minus illicitas, quàm ſi ex mutuo, ex legato vel ex depoſito illa pecunia debeatur. Et cum videamus, & queramur quotidie vſuras ex pecunia credita exigi tametſi illicitæ ſint, quid impedit illas quoque ex pecunia ſocietatis percipere & extorquere ſub prætextu eius quod intereſt: & conſequenter extrà fines mutui turpia, & illicita vſurarum lucra conſiſtere, quod nunc tantùm quærimus. Vt enim dicimus intereſſe deberi, & peti poſſe ex quacumque pecunia debeatur, vt multis iuris locis conſtat, vt *ex l. 3. ff. de in lit. iur. & d. l. 1. C. de ſent. qua pro eo quod inter. profer.* quæ vt ſæpius dixi in omnibus contractibus locum habet: ità & vſura accedere poteſt, cùm nihil intereſt, ex ſtipulatione, vel mora ſiue ex contractu, ſiue ex teſtamento pecunia debeatur *l. 1. ff. de vſur. l. 2. & 3. C. de vſur. leg.* vt paſſim iure ciuili ſancitum fuit: & illud tantùm diſcrimen eſt, quod intereſſe omni iure licitum eſt; & vſura nunc omni iure illicita. Non quærimus verò an vſura, quæ ex aliis contractibus deſcendit licita ſit, dicimus enim eſſe illicitam ſed tantùm an vſura iſtis quantitatibus ex auaritia creditoris accedere poſſit, quod nemo inficiari poteſt. Quod alio 9
exemplo demonſtrare placet *ex l. 17. in princ. ff. de dol. except.* nam & hic locus nobis obiicitur, Pater pro filia dotem promiſerat, & pactus erat, vt ipſe aleret filiam ſuam, eiuſque omnes: idem homo ruſticanus, quamuis ipſe filiam ſuam exhibuiſſet, genero promiſit vſuras præteritas, Scæuola rectè reſpondit aduerſus generum vſuras petentem doli mali exceptioni locum eſſe. Quæro nunc ſi ruſticanus ille genero ſuo vſuras ſoluiſſet, eſſentne vſuræ? Quis neget hoc? & tamen hic nullum mutuum eſt, vndè ſequitur extrà mutui
fines, vſuras committi poſſe. Sed nodus iſte, qui profe- 10
ctò Gordianus non eſt & quem me non diſſoluiſſe ait, facile diſſoluitur *ex l. 67. §. ſi quid vnus, ff. pro ſoc.* vbi Paulus, quem de vſuris librum ſingularem ſcripſiſſe ſuprà commemorauimus, ſic ait. *Si quid vnus ex ſociis neceſſariò de ſuo impenderit in communi negotio iudicio ſocietatis ſeruabit: & vſuras ſi forte mutuatus ſub vſuris dedit: ſed & ſi ſuam pecuniam dedit: non ſine cauſa dicetur, quòd vſuras quoque percipere debeat, quas poſſet habere, ſi alij mutuum dediſſet.* Et quamuis hic in prima ſententia Pauli videri poſſit, vſuras habere cauſam, id eſt rationẽ damni emergentis, in ſecundo caſu; cùm ſcilicet ſocius ſuam pecuniam dedit, nulla cauſa eſt, quidquid dicat Paulus, cur ſocius vſuras iuſtè percipere poſſit. Nec enim 11
quòd quis poſſit alteri ſub vſuris pecuniam dare, iuſta cauſa eſt, vt vſuras quoque ab alio, & præſertim à ſocio, cum quo ius quoddam fraternitatis eſt, percipere debeat, quas poſſet habere, ſi alij mutuum dediſſet, vt diximus *quæſt. 99. n. 44. verſ. alterum quod omiſeram.* Alioqui fruſtrà vſura illa, quam P. Gibalinus fœneratitiam vocat, & toto ſuo opere laceſcit, vetita eſt; poterit enim fœnerator dicere ſe pecuniam ſuam alteri ſub vſuris dare potuiſſe, ideoque iuſtum eſſe, vt à ſuo debitore vſuras exigat, quas ab alio percipere potuiſſet. Conſtat igitur in ſecunda ſententia Pauli in actione pro ſocio venire vſuras quaſi vſuras, non pro eo quod in-
tereſt. Et facilè etiam diſſoluitur hic nodus *ex l. ſi fra-* 12
tres, §. idem reſpondit, ff. eod. ex qua Hotmannus, quem P. Gibalinus magni facit, ita vt interdum cum Cuiacio magno illo viro conferat *in diſp. de vſur. cap. 5. verſ. Hoc ità verum.* congruenter hunc nodum diſſoluere videtur his verbis. *Hoc ita verum eſſe apparet ex eo quòd quibuſdam caſibus id quod intereſt peti permittitur, vel tanquam vſura vel tanquam id quod intereſt. Quod ſi tanquam vſura quamuis plus interſit, quàm vſurarum modo exigi poſſit, tamen vſque ad modum illum legitimum duntaxat exigitur. Si verò quaſi quod intereſt, quantumcunque intereſſe probabitur. Exempli cauſa Papinianus ait in l. 1. §. 1. ff. de vſur. Socium qui pecuniam communem in vſus ſuos conuertit vſuras debere. Pomponius verò in l. ſocium, ff. pro ſoc. cùm idem dixiſſet, adiecit dictum Labeonis, ſed non tanquam vſuras, ſed quod ſocij interſit moram eum non adhibuiſſe. Quid eſt hoc? nimirum id ipſum quod diximus, ſi tanquam vſuras petat, quamuis plus interſit, nihil tamen amplius exacturũ. Si verò tanquam id quod intereſt, quantumcunque. Id quod perſpicuè docet Papinian in l. ſi fratres. §. idem reſpondit, ff. pro ſoc. vbi ſi ſocius refecerit portionem inſulæ ſocij, qui ceſſet ſoluere reſpondit, quamuis ſortem cum vſuris poſſit accipere, poſſe tamen & pro ſocio agere ad id quod intereſt. In hoc igitur beneficium electionis ei ſ[illegible] rodierit, quòd ſi nõ tantùm interſit quantũ*

vſurarum

vſurarum modus progreditur, vſuras petere poterit, ſi quid amplius id quod intereſt. Hæc Hermannus congruenter iuri ciuili, ex quibus & præſertim illis vltimis verbis, *quod ſi non tantum interſit, quantum vſurarum modus progreditur.* apparet in actione pro ſocio etiam venire vſuras, vt vſuras, nam qui poteſt exigere vſuras vltrà quam interſit, poterit etiam eas exigere, etiamſi nihil interſit: & proinde vſuras intrà fines mutui non conſiſtere, ſed latiùs propagari, quàm regula, & definitio contraria præſcripſerit. Et ex hoc vno loco ſatis conſtat, quàm malè P. Gibalinus Caniſium potiùs, quàm Senatorem Nicienſem elegerit.

14 Neque ad illam regulam ſuſtinendam ſatis firmum præſidium eſt, quod addit Gibalin. eod. loc. verſ. *addo in pleriſque illis caſibus, in quibus citrà ſtipulationem vſuras deberi in iudiciis bonæ fidei Iuriſconſulti dicunt, aliquod implicitum mutuum reperiri.* Nam debuit vir Theologus ex pleriſque illis caſibus vnum, vel alterum ſaltem proferre, ex quo illius aſſertioni credere debeamus Neſcio quid inter Theologos agatur, nobis perſuaſũ eſt, vt in diſceptationibus forenſibus non niſi legibus credere teneamus. Et nihilominus dico aſſertionem Patris Gibalini falſam eſſe, & in legibus omnibus quas adduxi, nullum eſſe veſtigium mutui impliciti, vel expliciti, niſi velimus dicere omne debitum, quod tardius infertur, eſſe mutuum: vel facta mora in mutuum conuerti, quod nemo prudens dixerit, induceretur enim totius iuris Ciuilis fœda confuſio, vt dicit Præſes *loc.*
15 *iam.cit.* Quod euidenti ratione probatur, quia cum iudicium ſit bonæ fidei, de his enim ille loquitur, conſequens eſt à mutuo eſſe remotum, alioqui non eſſet bonæ fidei. Vlpianus *in l.23. D de except. rei iudic.* ait. *quandiu contractus bonæ fidei manet, currunt vſuræ.* Dicemus nos hic mutuum implicari. Præterea cùm Iuriſconſulti veteres dicunt in his iudiciis citrà ſtipulationem vſuras propter moram præſtandas eſſe, ferè ſemper hanc rationem addunt, quia ſunt iudicia bonæ fidei, vt *in d.l. qui ſine.38.ff.de neg geſt.l.18.C.eod.l 1. & 38. ff. de vſur.l.29. ff.depoſ.l.2.C.eod.* & fortaſſe aliis, quaſi dicant, *contractus bonæ fidei eſt hic non quærite mutuum.* & ex contrario quandò dicunt ex mora non venire vſuras ſubiiciunt,
16 quia contractus non eſt bonæ fidei. vt *in l 22.ff.de donat.* & facillimè etiam hoc ſubterfugium occluditur *ex d.l. 24 ff.depoſ.l.34.D.mandat & l.24.D.de præſcript.verb.* quas adduximus & expendimus *quæſt.1 num.11.& ſect 6.n.29.* & in quibus tractatum eſt, an negotium eſſet mutuum vel bonæ fidei propter incrementum vſurarum, & dictum eſt vſuras deberi, quia mutuum contractum non fuiſſet, ſed aliud genus. Et erit qui dicat contrà iàm aperta Iuriſconſultorum reſponſa, in his negotiis mu-
17 tuum deliteſcere. Et licet hæc ſufficere videantur, addo etiam id quod ex bonæ fidei contractu debetur, non poſſe in mutuum conuerti, niſi ità inter partes conueniat *l.9.in fin.& l.ſingularia.& l. 32.D. ſi cert. pet. l.34.in princ.D.mandat.* & docet Zaſius *in d l. 32.* & Rodetic. *in d.quæſt.11.num.59.* & nos diximus *quæſt.18.num. 24.* vnde cum in his legibus nulla ſit conuentio, vt pecunia mutua ſit, ſed mora tantùm, & retentio ſeu vſus pecuniæ alienæ inuito creditore, dicendum eſt hic nul-
18 lum mutuum intelligi poſſe. Neque quicquam efficies, ſi dixeris *in d.l.24.depoſ.l.34.mandat. & l.24 de præſcr. verb.* actum eſſe de vſuris præſtandis, & ideò negari non poſſe ſaltem in his caſibus aliquod mutuum reperiri, quia tametſi in illis contractibus conuentum ſit, vt præſtarentur vſuræ: adhuc tamen à Papiniano, & Africano reſponſum eſt contractum non eſſe mutuum, & conſequenter vſuras præſtandas eſſe. Duo igitur ciuilis iuriſprudentiæ lumina in illis negotiis mutuum introſpicere non potuerunt, & nos dicemus ibi eſſe
19 mutuum? Imò his tribus locis, vt dicebam maximè occluditur aduerſariis hæc elabendi via, quia ſi vbi contractibus bonæ fidei additur pactum de præſtandis vſuris vt *in d.l.24.depoſ. & l. 34 ff. mandat.* adhuc contractus manet bonæ fidei, & excluditur mutuum, quantò certius, & tutius dicendum eſt contractus bonæ fidei, ex quibus Iuriſconſulti poſt moram vſuras venire dicunt & nulla talis conuentio addita eſt, manere contractus bonæ fidei, & in mutuum conuerſos non fuiſſe. Accedat iudices procliues eſſe non debere, vt exiſtiment 20
contractus bonæ fidei in mutuum eſſe conuerſos Etenim amitterent eorum naturam & priuilegia, & alia ſequerentur incommoda, & iurgiorum, & litium ſemina præſertim in concurſu creditorum, vt conſtare poteſt *ex l.9.§.in bonis. D. de priuil. credit. l. 24. D. depoſ. l. 7. 1.ff de vſur.* & nos diximus *quæſt. 32. num. 16.* Deinde ſi 21
in illis caſibus, & illa periſtaſi aliquod mutuum implicitum eſſet, iuris auctores non dicerent cit. à ſtipulationem venire vſuras ex mora, vel pacto, Conſtat enim vſuras iure ciuili ex pecunia credita citrà ſtipulationem non deberi paucis exceptis caſibus, vt iam diximus, & nihil exploratius eſt. Quare cùm dicunt in illis contractibus vſuras venire ex mora, vel ex pacto contractui addito, excludunt mutuum, nam ſi mutuum eſſet, non deberentur vſuræ, vnde vel inuitis fatendum eſt ibi nullum mutuum intelligi poſſe: & nihilominus vſuram reperiri. Et in ſpecie *d.l.24. ff. de præſcrip. verb.* quæ eſt de contractu innominato, & ius, & cauſam pecuniæ creditæ excedit, vt ibi Africanus ait, vſuram committi fatetur Beroius *in d. conſ. 168. num. 14.* qui ſtat pro contraria regula, & conſequenter ſibi ipſi contradicit, vt etiam P. Gibalinus, vt adnotauimus ſuprà *ſect. 9 in fin.*

Porrò ex his nihil moror, quæ contrà meam ſenten- 22
tiam ſcripſit Ioann. Sichardus inter Germanos præclaræ memoriæ iuris interpres *in tit. C. de vſur. num. 10.* nempè vſuram in ſolo mutuo conſiſtere, & eas, quæ ex legatis, & contractibus bonæ fidei vſuræ veniunt poſt moram, non eſſe veras vſuras, quia mouetur iiſdem iuribus, quibus Caniſius nempè *ex d.l. ſocium. ff. pro ſoc. & d. l.5.C de act. empt.* quas nihil obſtare meæ ſententiæ iam luculenter demonſtrauimus, quia in ſpecie illarum legum aliquid eſt, quod excludit vſuram, vt *in d l.ſocium.* compendium ſocietatis, quod ſocius durante ſocietate facere tenebatur, & diuerſum eſt ab vſura *l. 58. in princ.ff.de admin.tut. & in d.l.5 C. de act. empt.* ratio fructuum quos emptor percipit, & qui non ſoluto pretiò ſunt venditoris, vt diximus ex Didaco, Cuiacio, & aliis *quæſt 27.num.18.* & nouiſſimè cenſuit Rota coram Coccino *tot.dec.315.par 4.recent.* præſertim *num.19.* illis verbis, *& cum illi fructus ſpectent ad venditorem.* Vnde quod in his ſpeciebus receptum eſt, non debet in vniuerſum trahi ad omnes alias leges, in quibus vſuras præſtari iubent, quia non eſt ſimile: & quia hac ratione maximam partem vſurarum in Republica admittimus eo tantùm prætextu, quòd non veniant ex mutuo, & in ſolo mutuo conſiſtat vſura, Subducto enim intereſſe vera & formalis vſura eſt quicquid accedit ſorti ex eo tantùm, quòd tardius ſoluitur, tametſi non ex mutuo, ſed ex legato, locato, vel alio contractu bonæ fidei pecunia debeatur.

Neque monet *c. conſuluit. de vſur.* quod Sichardus 23
obiicit, quia potius noſtram ſententiam probat, vſuram ſcilicet non ſolùm in mutuo, ſed in omni negotio alio eſſe prohibitam illis verbis, *cum omnis vſura, & ſuperabundantia in lege prohibeatur.* Non enim pecuniæ creditæ duntaxat hæc ſuperabundantia accedere poteſt, *in c.2.14.quæſt. 4. & l. lecta. ff. de reb. cred.* & aliis frequentiſſimè: ſed etiam legatis, & fideicommiſſis, & pecuniis, quæ ex contractibus bonæ fidei debentur, vt conſtat ex iiſdem legibus, quas adducit *eod. loc.* & præſertim *ex l. vlt. ff. de peric. & comm. rei vendit.* quæ illius opinionem euertit: & ex aliis pluribus, quas ſuprà memorauimus, in quibus nullum eſt veſtigium eius quod intereſt: & tantùm nunc regero *l. 2. C. depoſ.* quæ ait, *Vſuræ in depoſiti actione ſicut in cæteris bonæ fidei iudiciis ex mora venire ſolent.* In qua notandum eſt,

quod ait, *venire ſolent*, quod de eo quod intereſt nullibi dictum opinor, quod ex caſu pendet *l. quatenus de reg. iur.* & incertum eſt, & ſæpè euenit, vt nihil interſit *l. 13. ff. de re iudic.* deinde id euincit conſtitutio Baſilij Cæſaris qua generaliter vetitum eſt, cuiquam liceret in vllo negotio vſuras exigere, vt expendimus aduerſus Botcholt. *quæſt. 2. num. 34. & ſuprà ſect. 5. num. 2.* Quare cùm huiuſmodi acceſſio ſeu ſuperabundantia non tantùm mutuo, ſed etiam pecuniis, quæ ex aliis cauſis debentur, accedere poſſit, dicendum eſt non minùs quàm in mutuo veram vſuram eſſe, & lege Dei prohiberi. Subducimus enim, vt dicebam, intereſſe creditoris, quo interueniente non eſt vſura, vt admittit ipſe Sichard *loc. cit. num. 11. in fin.*

24 Et multò minùs mouere debet, quod ait ideò in mutuo vſuram illicitam eſſe, quia mutuum naturæ ſuæ gratuitum eſt. Nam mutuum gratuitum eſſe nihil aliud eſt, quàm creditorem ſorte contentum eſſe debere, & ne plus accipiat, quàm dederit, vt ſacri canones dicunt *in d. q. 4. c. 5. & 6.* & Lactant. *lib. 6. de vero cultu, cap. 18.* ſed in hoc ſenſu non minùs gratuita debet eſſe pecunia, quæ ex legato, vel alio contractu debetur, quàm ex mutuo: ideóque ſi cui centum ex teſtamento relicta ſunt, is non amplius quàm centum accipere debet: idemque prorſus dicendum eſt, ſi ex locato, depoſito, vel aliis negotiis bonæ fidei centum debeantur, vt nempè creditor non plus quàm centum accipiat, centum enim ſolutis non minus ſatisfactum eſt creditori, & ſublata obligatio *inſtit. quib. mod. tollit. obligat. in princ. l. 72. & 80 l. 107. de ſolut. & l. 3. C. eod.* Seneca *lib. 6. de benef.* vbi ait ſolutionem quæ tantundem reddit, perfectam eſt. Neque minus iniuſtus is videri debet, cui centum legata ſunt, vel qui totidem depoſuit, & centum & decem ex eo tantùm quòd tardius ſoluitur, exigit, quàm is, qui mutua centum dedit, & centum & decem ex ſolo tempore tardæ ſolutionis ſtipulatur, & capit, vt manifeſtum eſt.

25 Vt etiam ſatis leue quod addit, *quia pecunia nullus fructus eſt*, quia non magis pecunia fructus referre poteſt, ſi ex legato, vel locato, aut depoſito debeatur, quàm ſi ex mutuo. Pecunia enim natura ſua ſterilis eſt, & ex illius corpore nihil gigni poteſt *l. ſi nauis. ff. de rei vindic. l. 121. ff. de verb. ſignif.* Ariſtot. *Politicor. lib. 1. cap. 7.* vbi propterea damnat fœnus, quòd in eo præter naturam nummus nummos pariat, vt etiam Plutarch in opuſc. de non fœneran. & ex noſtris Bellon. *de poteſt. eor. lib. 2. cap. 94. in princ.* & agens de pecunia legalis Caniſ. *in d. cap 1. num. 15. verſ. quid enim eſt.* & ipſe Hotmann. *in d. cap. 6. de vſur verſ. ex his igitur.* & nos ſuprà attigimus, & iuſtitia tantum ſacit, vt fructus ferat iniuſta natura. Quare ſi vſura, quæ accedit mutuo illicita eſt, & in lege Dei prohibetur, quia mutuum gratuitum eſſe debet, & pecunia ſterilis eſt, planè efficitur, quod vnum intendimus vſuram, quæ ex legatis, & contractibus bonæ fidei percipitur non minus illicitam eſſe, & lege Dei prohiberi, quia & hæc pecunia ſterilis eſt & in his plus accipitur, & æqualitas iuſtitiæ violatur, vt in præcedentibus demonſtratum eſt.

26 Denique nihil refert, quod tandem ait, vt oſtendas vſuras, quæ in iudiciis bonæ fidei, & legatis ex mora veniunt non eſſe veras vſuras, minus ſoluere qui tardius ſoluit ex toties adducto §. *plus autem. Inſtit. de act.* quia hoc iuris veteris axioma, quod propter commodum vſurarum veteres Iuriſconſulti probarunt, nunc captionem, & iniquitatem manifeſtam in ſe habet, ſiquidem cum hodie vſuræ prohibitæ ſint, non magis de debitis ex vltima voluntate vel ex contractu bonæ fidei illam regulam, vſurpare licet, quàm ſi ex mutuo pecuniæ debeatur. In vtroque enim genere nunc falſum eſt dicere debitorem minus ſoluere, qui tardius ſoluit, vt aduerſus Hotmannum diximus Sect. 3. in fin. vbi ex Alciato excepi-
27 mus niſi creditoris interſit. Quod ſi interueniat non minus in mutuo, quàm in aliis contractibus illius ratio habenda eſt, vt conſtat *ex l. 2. in fin. & l. vlt. de eo quòd cert. loc. l. 3. ff. de in lit. iuram. l. 21. §. 4. ff. rer. amot.* & ſæpius adducta. *l. 1. de ſent. quæ pro eo quòd inter. profer.* quæ in omnibus contractibus locum habet, vt docet Ferret. *ad h l. num. 15.* & nos ex aliis diximus idoneis locis. Quæ cum ità ſe habeant, fruſtrà Sichardus diſcrimen ſtatuit inter vſuras, quæ ex mutuo & contractibus ſtricti iuris, & eas quæ ex aliis cauſis deſcendunt, quia vt id quod intereſt licitè peti, & exigi poteſt ex quacunque cauſa pecunia debeatur: ità nefas eſt vſuras exigere, ſiue ex mutuo, ſiue ex aliis contractibus, & ex vltima voluntate proueniant, vt ſanctiſſimè & congruenter iuri Diuino Baſilius Imperator conſtituerat, vt alibi memorauimus, quod vnum tota hac diſputatione perſuadere cupio etiam Theologo.

SECT. XI.

Reijciuntur alia quædam.

SVMMARIVM.

1 *Obiectio Gibalini proponitur.*
2 *Et notatur.*
3 *Legibus, quibus ſancitum eſt ex mora venire vſuras, nullum ineſt veſtigium intereſſe.*
4 *Exceptio quibuſdam.*
5 *Mandati in actione contraria interdum vſuræ habent ſpeciem eius quod intereſt.*
6 *Non tamen ideò minus veniunt vſuræ vt vſuræ.*
7 *Vſuræ in contrario iudicio mandati ex more regionis ſtatuebantur.*
8 *Tutelæ contrario iudicio quæ vſuræ venirent.*
9 *Et quæ in contraria negotiorum geſtorum actione.*
10 *In iudicio pro ſocio veniunt vſuræ, & id quod intereſt.*
11 *Fabri Sententia.*
12 *Lucrum ceſſans de lucro iuſto intelligitur.*
13 *Iudicio pro ſocio veniebant vſuræ, quæ in prouinciis agitabantur.*
14 *Nunc verè tantùm id quod intereſt.*
15 *Gibalini ſententia olim in iudiciis bonæ fidei vſuras, nunc venire id quod intereſt.*

SVPEREST, vt reiiciam, quod eodem loco P. Theologus ait in pleriſque legibus per me adductis, in quibus Iuriſconſulti dicunt vſuras in contractibus bonæ fidei deberi, manifeſtum eſſe intereſſe creditoris ex dilata ſolutione, & mora, vti ſingillatim expendenti conſtabit, ſibi tantum otij non eſſe ſunt illius verba. 1

Et in primis dico debuiſſe P. Gibalinum in re cum alio controuerſa, & in qua alium redarguit, legem aliquam ex his, quas adduximus, proferre, ex qua appareat, quod dicit, vt illi credere &, cedere debeam, Scio enim me legem non adduxiſſe, quam non legerim, & expenderim ſingillatim, & ingenuè puto nullam in me retorqueri 2

Præterea dico in legibus, adduxi in mea *quæſt. 1. num. 6. & 7.* vt oſtenderem in iudiciis bonæ fidei ex mora iure ciuili vſuras deberi, nullum eſſe veſtigium eius quod intereſt creditoris, in quibus ſcilicet tantùm fit mentio moræ, & tardæ ſolutionis, vt in *l. quæro. ff. loc. l. 1. §. 1. & l. 17. §. ex locato. ff. de vſur. l. 32. in bonæ fidei ff. eod. l. 2. & 3. C. depoſ. l. 24. ff. eod. l. 10. §. ſi procurator. ff. mand.* & aliis omnibus: & apud Harmenopulum, quem etiam adduxi *cit. lib. 3. tit. 9.* vbi ait, repetam enim. *In bonæ fidei iudiciis vſuræ ex mora debentur.* In his, & aliis omnibus, quas mea tenuitas attulit, nullum eſt veſtigium eius quod intereſt creditoris, vt expendenti ſingillatim 3

Digitized by Google

latim conſtabit. Quomodò ergo potuit vir Theologus mihi reiicere & obiicere in caſibus dictarum legum eſ manifeſtum intereſſe creditoris?

4 Et vt videat P. Gibalinus, quàm æquo animo cum eo agam, hic quidem fateor, quod etiam profeſſus ſum *infrà ſect. 3. num.* 8. in quibuſdam noſtris legibus vſuras creditoribus concedi, in quibus deprehenditur intereſſe creditoris, & quia tantum illi otij non eſt, illum hoc onere ſubleuabo, & quaſdam proferam, in quibus vſuræ habent ſpeciem eius quod intereſt, ex quibus tamen noſtra

5 potius ſententia confirmabitur. Et in primis adduco duas Vlpiani leges *ex tit. mandat nempè d. l. 10. §. ſi procurator* in qua, *ſi procurator* inquit *meus pecuniam meam habeat vtique ex mora vſuras mihi pendet. &c.* in his verbis, & quæ ſequuntur *eod.* §. nullum eſt veſtigium eius quod intereſt, quod ſufficeret, vt dicamus vſuras iure ciuili extrà mutui fines excurrere, ſed congruenter idem Vlpianus *in l. 12. §. 9.* agens de contraria actione mandati. *Nec tantùm*, inquit, *quod impendi, verùm vſuras quoque conſequar, vſuras autem non tantùm ex mora eſſe admittendas: verùm iudicem æſtimare debere, ſi exegit à debitore ſuo quis & ſoluit, cum vberrimas vſuras conſequeretur: æquiſſimum enim erit rationem eius rei haberi, aut ſi ipſe mutuatus grauibus vſuris ſoluit.* Ex hoc loco perſpicuum eſt in contrario mandati iudicio ex iure ciuili venire vſuras. Primùm ex mora: deinde cum procurator, vt amici negotium gereret pecuniam à ſuo debitore exegit, à quo vſuras percipiebat, deinde cum ipſe pecunias mutuatus eſſet ſub grauibus vſuris: & his duobus vltimis caſibus, in quibus videbatur verſari intereſſe creditoris, tradit Vlpianus æquiſſimum eſſe huius damni vel lucri rationem habendam eſſe: & ità videbatur Vlpiano etiam cum procurator exegerat pecuniam à ſuo debitore, à quo vſuras vberrimas conſequebatur ſecundum receptam inter Iuriſconſultorum ſuæ ætatis ſententiam lucrum vſurarium honeſtum, & iuſtum eſſe. Sed præ-

6 tereà vult Vlpianus ex mora vſuras admittendas eſſe, vt indicant illa verba, *vſuras autem non tantùm ex mora admittendas eſſe*: & quia ità conſtitutum eſt in omnibus bonæ fidei iudicijs, vt multoties diximus *ex l. 3. C. in quib. cauſ. in integr. reſt. non eſt neceſſ. l. Præſes. C. de loc. & conduct. l. 17. §. ex locato. & l. 32. §. in bonæ fidei. ff. de vſur. l. 29 ff. depoſ.* Borcholt. *de vſur. cap. 3. num.* 13. & Hotman. *in epit. lib. 22. Pandect. num.* 59. & qui nunc erit inſtar omnium Præſes Faber *de err. pragmat. Decad.* 20. *cap.* 1. *num.* 6. quem aduerſus Caniſium recenſui *d. quæſt. num.* 12. vbi dixi incongruum eſſe dicere Iuriſconſultos diſcrimen inter contractos bonæ fidei, ſtricti iuris conſtanter poſuiſſe, vt in bonæ fidei iudicijs ex mora vſuræ deberentur, in ſtrictis vero iudicijs cuiuſmodi eſt mutuum, non deberentur ex mora, & non de iiſdem vſuris id ſenſiſſe, & conſtituiſſe, quod non puto ab eis qui con-

7 trà ſentiunt animaduerſum fuiſſe. Hoc ergo ſtatuendum eſt ex iure ciuili in mandati actione contraria non ſolùm veniſſe vſuras, quas quis, vt amici negotium gereret alij ſoluit, vel à ſuis debitoribus exigebat: ſed etiam cum pecuniam, quam domi habebat, vtiliter impendit, & illi tardius ſoluitur. Et hoc tantum intererat, quia illis duobus caſibus quantaſcunque ſoluit, vel à ſuis debitoribus percipere potuit, à mandante conſequi poterat, cum verò vacuam pecuniam impendit quincunces, vel ſemiſſes, vel ſi quæ aliæ in prouinciæ obſeruabantur vt *l. 1. in princ. ff. de vſur.*

8 Idem omninò conſtat *ex l. 3 & 1. D de contr. tutel. & vtil. act.* vbi idem Vlpianus. *conſequitur autem pecuniam, ſi quam de ſuo conſumpſit etiam cum vſuris ſed vel trientibus, vel his quæ in regione obſeruantur: vel his quibus mutuatus eſt, ſi neceſſe habuit mutuari: vel quibus caruit tutor, ſi nimium profuit pupillo pecuniam eſſe exſolutam.*

9 Quod ipſum idem Vlpianus in contraria negotiorum actione conſtituit *in l. 38. ff. de vſur.* cuius verba etiam ſubiicio. *Et mutuatus ſum pecuniam, vt creditorem tuum abſoluam, &c. Quid ſi domi habeas propter eandem cauſam ſolui, puto verum, ſi liberaui ex magno incommodo debere dici venire vſuras: eas autem quæ in regione frequentantur. Sed ſi mutuatus dedi, hæ veniunt vſuræ, quas ipſe pendo.* Ex his tribus reſponſis planè conſtat in his iudicijs, quæ ſunt bonæ fidei, & diſtant à mutuo, iure ciuili non tantùm vſuras admittit, quas procurator, & negotiorum geſtor, aut tutor cogitur pendere, vt rem amici, vel pupilli gereret, quod rationem damni emergentis quandam habet: ſed etiam vſuras eius pecuniæ quam ipſi habebant domi, vel quam à ſuis debitoribus conſequebantur, quas iniuſtas, & illicitas nunc nemo eſſe negauerit. Id ipſum 10 in iudicio pro ſocio, quod etiam bonæ fidei eſt, obſeruare licet. Nam ſi vnus ex ſocijs neceſſario de ſua pecunia impenderit in communi negotio, conſequetur etiam vſuras, ſi fortè eam pecuniam ſumpſiſſet fœnore, vt reſpondit Paulus *in l. 65. §. ſi quid vnus. ff. pro ſoc* quem locum adduximus *Sect. præced. num.* 10. & hæc iuſta cauſa eſſe videtur, ne ſcilicet ſocius ſit in dãno, & addit I C. ſed & ſi ſuam pecuniam dedit, non ſine cauſa dicetur, quòd vſuras quoque percipere debeat, quas poſſet habere, ſi alij mutuum dediſſet. Quæ hodie non eſt iuſta cauſa 11 vſuras percipiendi, quidquid hic Paulus ſenſerit, & videatur ſentire Præſes Faber *in ration. ad h. l.* quia licet in pro ſocio actione præſtandum ſit, id quod ſocij intereſt *l. actione. §. item ſi ſocietatem. ff. eod.* in eo autem quod intereſt non tantùm id continetur quod actori abeſt, quæ eſt prima ſententia huius §. ſed etiam id quod lucrari potuit *l. ſi commiſſa ff. rem rat. haber.* potuiſſet verò ſocius lucrari vſuras, ſi eam pecuniam alteri mutuam dediſſet ſub vſuris, vt Præſes ait, hæc tamen meo iudicio non eſt iuſta cauſa percipiendi intereſſe lucri ceſſantis. Quod enim dicitur in *d. l. ſi commiſſa. & l. ſi mulier. ff. rer. amot.* & alijs ſimilibus locis, hactenus retinendum 12 eſt, ſi quis aduerſarij cauſa, vel culpa lucrum amiſerit, quod iuſta ratione facere potuit, veluti ſi negotiator fuit, & ex mercibus lucrum conſequi potuiſſe conſtat, vel alio iuſto modo lucrum facere, & huius iniuſti lucri nullam habendam eſſe rationem in æſtimando eo quod intereſt, meritò docet Bartol *in l vn. num.* 23. & Alciat *in fin.* Rebuff. *in gloſ. vlt. num.* 6 & Berengar. Paulac. *num.* 62. Bertazzol. 255. *num.* 14. & 15. vbi congruenter Claudius filius notat dantem pecuniam mutuo non dici negotiari, & in ſpecie Fulgoſ. *in d. §. non. tantum. in fin.* Quod etiam Theologos docere Conradum, Salon, Salas, Iuſtinianum, Naldum, & Eminentiſs. de Lugo dixi *quæſt. 98. num.* 44. *verſ. alterum quod omiſeram.* Hinc tamen efficitur, quod 13 quærebam, in iudicio pro ſocio iure ciuili venire vſuras non tantùm cum ſocius pecuniam, quam impendit, ſumpſit fœnore: ſed etiam eas, quas habere potuiſſet, ſi alij mutuam ſub vſuris dediſſet, quod poſtremum ratio noſtri temporis non patitur. Neque tantùm his duobus caſibus vſuras admitti veteribus placuit, ſed etiam cum vacuam, & otioſam pecuniam impendit, ſi mora ei facta fuiſſet, vt conſtat *ex l. 1. §. 1. ff. de vſur.* & quia ità generaliter in omnibus iudicijs bonæ fidei conſtitutum eſt ſcilicet eas, quæ in prouinciæ frequentabantur, vt diximus, quod Paulus *in d. l. 65. §. ſi quid vnus.* prætermiſit, & ſuppiendum eſt *ex d. l. 3. §. 3. D. de contr. tut. & vt. act.* & ſimilibus. Porrò quod Præſes Faber ait *loc. cit.* accipiendum eſt ſecundum ius ciuile, quod tunc obtinuit, non ſecundum ius Pontificium, cui ciuilia iura cedere æquum eſt.

Quamobrem nihil mouere debet, vt dixi quod in 14 his locis ſupponatur intereſſe creditoris, ſiquidem iiſdem locis definitum eſt vſuras etiam admittendas eſſe, cum nullum iuſtum intereſſe eius appareat, & conſequenter vſuras quoque ex his iudicijs deſcendere, quæ à mutuo diuerſa ſunt, quoties ſcilicet ex his cauſis creditor aliquid exigit ſuprà ſortem, cum nihil eius intereſt moram ſibi factam fuiſſe, quod nunc tantum quæritur. Et tantum ſupereſt vt fidem exoluam, cùm dixi me tenere P. Gibalinum confitentem, tametſi iam

15 ſatis ad me præſtitiſſe putem. Etenim apertiſſimè docet *in d.cap.6. art.1. num.11.* io iudicus tutelæ mandati, negotiorom geſtorum, depoſiti, & qood magis mirum videri poteſt, in actione pro ſocio ex mora, & poſt moram veoire vſuras olim, nunc verò id quod intereſt, idque probandom eſſe. Quæ eſt noſtra io hac prima parte ſeotentia, vſuras ſcilicet, quæ in illis iodiciis ex mora veniunt, veras vſuras fuiſſe, quamuis non veniant ex mutuo, & nunc illicitas eſſe, & conſequenter vero verius eſſe vſuras extrà terminos mutui conſiſtere, & vagari: & cum quidqoid ab aduerſariis reſpondetur reiecerimus, in mea ſententia, & definitione perſtandum eſſe.

SECTIO XII.

Diluitur argumentum ex vulgaribus vſuræ definitionibus deſumptum.

SVMMARIVM.

1 *Definitiones vſuræ, vt ſit id quod vi mutui exigitur, anguſtiores definito.*
2 *Vſuræ accedunt aliis contractibus quàm mutui.*
3 *Cuiacij ſententia. Vſuram eſſe redituum pecuniæ.*
4 *Cuiacius definitione vſuræ compenſatoriam non comprehendit.*
5 *Cuiacius agnoſcit vſuram propriam extrà mutuum.*
6 *Duareni vſuræ definitio.*
7 *Duarenus ſenſit vſuram eſſe ex quacumque cauſa debeatur.*
8 *Duareni de vulgaribus vſuræ definitionibus iudicium.*
9 *Gibalini vſuræ definitio eſt definitio fœnoris.*
10 *Vſura vna definitione definienda.*
11 *Mutui datione quis nemo poteſt obligari vltrà quam acceperit.*
12 *Vſuræ vt iure ciuili, debeantur ſtipulatione, pacto vel mora opus fuit.*
13 *Vſura difficilius in mutuo admittitur, quàm in cæteris contractibus.*
14 *Vſuræ in contractibus ſtricti iuris non debentur ex mora.*
15 *In iudiciis bonæ fidei ex mora debentur.*
16 *Mora certiùs arguitur ex litis conteſtatione quàm ex interpellatione extraiudiciali.*
17 *Vſuræ quæ in contractibus ſtricti iuris ſtipulationi, ſeu obligationi non acceſſerunt per litis conteſtationem non debentur.*
18 *Acceſſionum ciuilium & naturalium diſtinctio.*
19 L.3. ff.de vſur. *declaratur.*
20 Dictæ *l.coniunctio cum* l.1.C.de indiciis.
21 *Cauſæ nomine* ex l.2.& 3. §.1. ff.de vſur. *contineri videtur vſura.*
22 *Cauſæ nomen* io d. ll. *ſtrictius ſumendum eſt.*
Cauſa eſt eius rei quæ petitur qualitas & vtilitas.
23 *In dubio contrà vſurarum obligationem interpretatio fieri debet.*
24 *Fructus in actione ex ſtipulatu poſt litem motam ex æquitate præſtantur.*
25 *Index in actionibus ſtricti iuris non poteſt condemnare extra id quod verbis expreſſum eſt.*
26 *Diuerſitatis ratio inter fructus & vſuras.*
27 *Vſuræ à tempore motæ litis exiguntur licèt anteà ſine vſuris deberetur pecunia.*
28 *Diſtinctio inter vſuram, & vſuras inutilis eſt.*
29 *Vſuræ quibuſdam contractibus bonæ fidei etiam ſine mora debentur, quæ ſententia auctori non placet.*
30 *Tutor ſine interpellatione ad vſuras tenetur.*
31 *Tutor conſequitur vſuras pecuniæ, quam pro pupillo conſumpſit.*
32 L.10.§.ſi procurator, ff. mandat. *declaratio ex Cuiac.*
33 *Traiectio verborum in Baſilicis.*
34 *Interpellatio legis non minùs vrget quàm interpellatio hominis.*
35 *Socius qui pecuniam communem inuaſit, moram re ipſa contrahit.*
36 *Mora fauore minorum re ipſa fit in contractibus bonæ fidei, legatis, & fideicommiſſis.*
37 *Vſuræ in contractibus bonæ fidei ex pacto debentur & peti poſſunt.*
38 *Vſuræ in contractibus ſtricti iuris ex pacto peti non poſſunt.*
39 *Fallit in caſibus, vt ibi.*
40 *Vſurarum quantitas incerta in contractibus bonæ fidei iudicis officio conſtituitur ex more regionis.*
41 *Quantitas vſurarum incerta in mutuo neque ex ſtipulatione peti poteſt.*
42 *Vſura eſt quidquid ex tempore tardæ ſolutionis vltrà ſortem capitur etiam extra fines mutui.*
43 *Diuiſio vſuræ lucratoria, compenſatoria & punitoria reprobatur ab auctore.*
44 *Mutuum eſt alienatio.*
45 *Inuectio Ioann. Otto. Tabor. I. C. Saxo. in Salmaſium.*

DISTACTIS reſponſionibus & obiectionibus P. Gibalini reliquum eſt, vt oſtendam parum efficax eſſe argumentum, quod tradit ex ſua & aliorum vſuræ definitiooibus, vi ſcilicet ſit quidquid vi mutui ſupra ſortem accipitur: vel lucrum ex mutuo, vel lucrum pro vſu rei mutuo datæ, vel ſimilibus verbis concepta, quæ in idem recidunt, vt obſeruat idem P.Gibalio. *in dict. art.1. num.10.* Inefficax vero hoc argumentum eſſe patet, quia iſtæ definitiones quas vulgares vocat omnes 1
imperfectæ ſunt, & anguſtiores definito, vt quæ vſuram duntaxat pecuniæ creditæ contineant, & quæ in mutui dationibus exerceor. Etenim conſtat vſuram 2
etiam quantitatibus accedere, quæ ex aliis cauſis, & in aliis iudiciis petuntur, vt ſunt vſuræ fiſcales, pupillares, & vſuræ rei iudicatæ, & vſuræ quæ præſtantur propter moram, vt in actionibus bonæ fidei, & in actione ex teſtamento, qua legatum vel fideicommiſſum petitor, vt conſtat ex ſæpius *in hac 1. part. diſput.* adductis legibus, *& l.qui ſolidum, & l.ſi quis ſeruo, ff. de leg.2. l. Diuus, §.1. ff. ad l. Falcid. & toto tit. C. de vſur. & fructibus legat.* quæ adfert Cuiac. *in dict. l.24. ff. de vſu, & vſufruct. leg. ad Papinian. & dict. l.14.* illis verbis, *aut quod propter moram vſuras quoque reddi placuit*, & ſufficit etiam iterum proferre *l.24. ff. depoſ. l.34. ff. mandat. & l.Titius 24. de præſcript. verb.* denique prætermiſſis aliis *tot. tit. Cod. de vſur. rei iudic.* quas illicitas eſſe etiamſi ex mutuo non proueniunt, aduerſarios fateri diximus: ita vt ſi pudor aliquis eſt id amplius in dubium reuocari non poſſit, nec debeat. Et refero hic illum ipſum 3
Cuiacij locum *ex Paratitl. Cod. de vſur. in fin.* quem adfert ipſe Gibalinus *d.art.1. num.5.* detractis tamen verbis, quæ illius opinioni ſunt contraria, aut non integro perſpecto Cuiacij loco, aut fortè alienam fidem ſecutus. Ait vir ſummus. *Vſura eſt reditus pecuniæ creditæ, quæ debetur à tempore contractus, vel à tempore moræ in diem, quo pecunia ſoluatur, vel quo is reditus pecuniam æquauerit. Reditus, vt in l.Titius 24.de præſcript.verb. & l.alumnæ de alim. legat. & à tempore contractus, quod fœnus propriè dicitur. Vel à tempore moræ in bonæ fidei iudiciis omnibus, & ſtrictis quibuſdam, etiamſi reuera nihil interſit actoris.* Non igitur hic Cuiacius vſuram definit, 4
vt vtramque nempe & compenſatoriam, & fœneratitiam complectatur, vt vir Theologus ſcribit, repugnant enim illa verba, quæ detraxit, vel non vidit, *etiamſi reuera nihil interſit actoris*: ſed iuris interpres maximus duntaxat ait vſuram eſſe reditum pecuniæ creditæ à tempore contractus, vel à tempore moræ, vt in bonæ fidei iudiciis, in legatis, & fideicommiſſis, vt idem docet in *dicta l.24. ff. de vſu,*

&

Digitized by Google

& vſufr. leg. quod congruit meæ ſententiæ. Quod ſi iu-
uat Cuiacij definitionem quærere, illa aliunde peten-
da eſt *ex tit.* nempè, *ff.de vſur.Vſura*, inquit, *eſt ad ſor-
tem ſiue quantitatem quæ debetur ex quacunque cauſa acceſ-
ſio ex conuentione vel officio iudicis.* Ex quibus perſpi-
cuum eſt Cuiacium, qui, vt de Catone ſcribit Cicero
Attico ſuo, *vnus mihi eſt pro centum millibus*, vſuram ag-
noſcere extrà fines mutui, quod nunc tantùm intendi-
mus, & in noſtro tractatu tamptidem, & *in hac 1.diſp.
par.* luculentiùs demonſtrauimus. Conſtat igitur defi-
nitiones vſuræ, quæ illam ad mutuum coërcent, imper-
fectas eſſe, & quicquid vſurarum eſt, non comprehen-
dere, quod eſt vitium definitionis.
6 Et nihilominus non abs ſe erit proferre de his vul-
garibus definitionibus Duareni viri docti ſententiam,
qui in *t.ff.de vſur. cap.1.* poſtquam definiuit vſuram eſſe
acceſſionem ſortis, quam propter vſum pecuniæ credi-
tor exigit à debitore, quæ definitio eadem ferè eſt cum
ea quam Donellus tradit *in lib.de vſur. verſ.vſura ſic vi-
detur.* Chriſtoph. Vomhagenſ.*eod.lib.cap.6. num.88.* & ſi-
milis omninò illi, quam dedit Cuiac. *ad eund. tit. ff.de
vſur.* & noſtræ congruere videtur, vel ab ea non longè
7 differre, poſt quæ in ſubiicit hanc clauſulam. *Credi-
torem, & debitorem nos latè hic accipimus, vt debitor dica-
tur, qui ex quacunque cauſa debet, & creditor, cui etiam
ex quacunque cauſa debetur. Hic admonemur, quod hic di-
cimus de vſura non tantum ad mutuum pertinere, verùm
etiam ad omnes alios contractus. Vſura enim etiam debetur
ex venditione l. mora §. in bona fidei, ff. eod.* Obſerua ta-
men *h.§.in bona fidei.* generaliter conſtituere in omnibus
bonæ fidei actionibus vſuras ex mora deberi, ne quis
8 putet Duarenum qui hoc exemplo vtitur, id de ſolo
contractu venditionis opinari, qui deinde. *Sic ergo ma-
lim definire vſuram, quam vt quidam alij definire ſolent,
qui in ſua definitione mutui, vel mutuationis mentionem fa-
ciunt. Sed illi mihi magis videntur definire fœnus, quàm
vſuram, cuius mentio crebra eſt ſub hoc titulo. Sed vſura
Latiùs patet quàm fœnus. Vendo tibi rem aliquam certo
pretio: ſi non ſoluas agam aduerſus te actione ex vendito, vt
mihi ſoluas pretium, & præterea vſuras pretij. At fœnus
de mutuo tantùm dicitur.* Idem potuit Duarenus con-
gruenter iuri ciuili, de quo quærimus, dicere de actio-
ne locati, depoſiti & ſimilium. Locaui tibi domum
certa mercede, non ſoluis, actione locati repetam mer-
cedem, & vſuras ex mora, *l.17.§.ex locato, ff.de vſur.l.23.
C. eod.* Depoſui centum apud te, neque repoſcenti ſta-
tim reddis, vſuras etiam petam ex tempore tardæ ſolu-
tionis *l.2. & 3. C. depoſ.* Quæ addo, ne quis mihi obii-
ciat *l.5.C.de act. empt. & ſimiles. Qui ergo*, ait Duarenus
*vſuram definiunt eſſe lucrum, quod accedit pro officio mutua-
tionis, fœnus definiunt, non vſuram.* Quod comperi etiam
dixiſſe Anton.Maſſ.Galleſ.*in lib. ciuil. obſer. cap. de vſur.*
9 *num.15.* Hinc verò dicendum omninò eſt definitionem
P. Gibalini eſſe fœnoris, non vſuræ, vel vſuræ quam
fœneratitiam vocat, ait enim, *Vſura, ſeu fœnus eſt.* Vt
etiam illa Salmaſij, quam poſuit *cap. 7.* nempè fœnus
eſſe mutui dationem cum legitimarum vſurarum ſtipu-
latione pro rei creditæ qualitate, & contrahentium
conditione, qui ſubiicit ſic omnes omninò vſuras, quæ-
cunque ex mutuo fœnebri competunt, comprehendi.
10 Sanè cùm poſſimus quicquid vſurarum eſt, vna defini-
tione comprehendere, vt præ cæteris Duarenus; &
Cuiacius viri doctiſſimi præſtiterunt, & ego, tametſi
illis admiſceri non merear, nulla ratio eſt, vt duabus
definitionibus vtamur.
11 His omnibus addidero mihi videri iniuriam fieri con-
tractui mutui, quod non admittit vſuram, vt ait Cu-
iac. *in l.121. de verb. ſignif.* & natura ſua gratuitum eſt,
ab iis, qui definiunt vſuram eſſe quidquid accedit ſor-
ti vi mutui, vel ratione mutui, vt quidam viri boni
definire ſolent. Nam cùm contractus mutui inter illos
cenſeatur, qui re contrahuntur *Inſtit.quib. mod. re contr.
obligat.§.1.* & ibi Theophil. certum eſt ſecundùm iuris
ciuilis definitiones vltrà id quod debitor accepit ex mu-
tuo, vel ratione mutui obligari non poſſe, vt conſtat
*ex l.11.§.1.ff.de reb.credit.l.ſi tibi, ff.de pact. & l.cum vl-
trà. C.de non numer. pecun.* & aduerſus Salmaſium notat
Tabor *cap.8. num.8.* qui congruenter obſeruat hanc ra- 12
tionem impuliſſe iuris conditores, vt ad vſuras pro fœ-
neratoribus inducendas nouas, & ſeparatas cauſas con-
ſtituere, & admittere cogerentur, ſtipulationem ſcili-
cet, moram, & incertis caſibus pactum *& l.4.C.de vſur.
l.24 ff.de praſcript.verb. & aliis.* Remotum igitur eſt à
norma iuris qui dicunt mutuum eſſe vſurarum ſedem &
vſuram eſſe id quod ex mutuo, vel vi & ratione mutui
vltrà ſortem percipitur.
Denique dicam, quod paradoxon Theologis eſſe vi- 13
debitur, ius ciuile difficiliùs in mutuo quàm in bonæ
fidei contractibus vſuras admiſiſſe. Quod licet ex ha-
ctenus traditis planè conſtet, non puto tamen operæ ia-
cturam eſſe id quoque hic regerere, quia & hoc etiam
ad ſtatum vſurarum, quæ iure ciuili receptæ ſunt, ma-
xime pertinere videtur.
Probatur verò noſtra aſſertio, quia in mutuo, & 14
aliis contractibus ſtricti iuris exceptis legatis, & fidei-
commiſſis vſuræ non veniunt ex mora, ſed ex ſtipula-
tione tantùm *d.l.3.C. de vſur.* & aliis quas refert Tabor
loc.cit. quibus addo *l.10.§.3.ff de in rem verſ.l.indeque.§.ſi
quis Tutor. ff.mand.l cum qui. ff. de donat.* Nicol. Vigel.*me-
thod.iur.ciuil.lib.15.cap.7.* At in iudiciis bonæ fidei vſu- 15
ræ debebantur ex mora, & officio iudicis etiamſi de il-
lis præſtandis nihil conuentum, & cautum eſſet, vt de-
finitum eſt *in d l.1.§.1.& l. 32.§.in bona fidei, ff. de vſur.
l.2.& 3.C.depoſ.l.24.ff eod.l.Præſes. C.de locat.* & tradunt
ipſe Hotman.*in § actionum. Inſt.de act.* Borcholt. *de vſur.
cap.3.num.15.* Vigel *loc.cit.* Connan. *lib.7. cap.4* & Car-
pſou.*lib.4. reſp. 50. num.17.* quam regulam Græci etiam
probarunt *ad d l.24. & l.1.de vſur.* his verbis *In ſtrictis
iudiciis ſtipulatio vſuras parit, in bonæ fidei autem officium
iudicis.*
Quinimo, tametſi certiùs arguatur mora ex tempore 16
litis conteſtatæ quàm ex interpellatione extrà iudicium
vt indicat *l amplius, ff rem rat.haber.& l.4. C.de vſur. &
fruct. legat.* & ibi Cuiacius notat, & Præſes Faber *con-
iect lib.7 cap.3.* ità tamen ius ciuile conſtitutum eſt, vt in 17
contractibus ſtricti iuris, cuiuſmodi eſt mutuum neque
per litis conteſtationem vſuræ currere incipiant, quæ
ante per ſtipulationem promiſſæ non fuerant. Cœpto
quidem iudicio vſurarum ſtipulatio non perimitur *l. 1.
C. de iudic.* ſed in contractibus ſtricti iuris cuiuſmodi
mutuum eſſe conſtat, ſi nulla earum ſtipulatio præceſ-
ſit, neque per litis conteſtationem incipiunt deberi
etiamſi mora facta ſit, vt ſentit Gloſſ.Cyn.Bart.Bald.&
Salicetus apud Bachouium ad Treuthler.*diſp.3.lib.2.* &
ex recentioribus Duaren.*ad tit.de vſur.cap.2. verſ. tertia
cauſa eſt.* Donell. Gomez. Borcholt. & alij apud eund.
Treuthler. *cit.diſp.theſ.* Præſes *de errorib.pragm. Decad.11.
cap. 5. num. 9.* & rurſus *in rationalib. ad l.cum fundus 31.
ff de reb cred.* Hagenſ. qui totum Borcholt. refert *cap. 8.
de vſu vſurar.n.177.* Leopold.Achelman. *diſp.12. theſ.17.*
Zoëſ. *ad tit.ff.de vſur. & fructib.num.30. & 31.* qui teſta-
tur hanc receptam eſſe ſententiam: & probat Bachouius
loc.cit. tum *ex l.1.C.de cond. indeb.* tùm argumento eorum
textuum, quibus in huiuſmodi contractibus non niſi
ex ſtipulatione vſuras deberi conſtitutum eſt: Notat- 18
que ibidem Cynum Bartol. cæteroſque *in d.l. 1.* diſtin-
guere inter fructus, & vſuras, nempè vſuras etiam poſt
litem conteſtatam in hiſce iudiciis non deberi: fructus
vero, tametſi facta ſimplici mora non debeantur, præ-
ſtandos tamen eſſe poſt litem conteſtatam *ex l videamus.
2 §.in actionem.ff de vſur.* vbi Paulus refert Sabinum, &
Caſſium ità ex æquitate exiſtimaſſe. Idem tradunt Græ-
ci *in Baſilic. hoc cod.loco in actione ex ſtipulatu non à mora,
ſed poſt litem conteſtatam fructus veniunt.* Quam diſtin-
ctionem inter acceſſiones naturales & ciuiles etiam
probarunt Sichard. *in d. l. 1. in fin.* Faber, & Bachou.

locis cit. & Zoëſ. *ad d. tit. ff. de vſur. num.* 41. vbi ait hoc certum eſſe.

19 Neque huic ſententiæ obſtare *l.* 35. *ff. de vſur.* quæ ait *lite conteſtata vſuræ currunt*, & his paucis verbis multis altercationibus occaſionem dedit. Quam Græci etiam totidem verbis expreſſere, adiecta tamen coniunctione καὶ μετὰ προκατάρξεως τρέχει τόκος. Non quòd, inquiunt, hic locus ad bonæ fidei iudicia pertineat, quæ eſt reſponſio *cit. DD. in d. l.* 1. ſed quia ibi vſuras currere non ſignificat incipere deberi, ſed lite conteſtata earum curſum non ſiſti, non finiri, quæ eſt reſponſio recentiorum Duareni Bochol. Vomhagenſ. Leopoldi, Fabri, Zoëſij, cæterorumque, & Bachouij *loc. cit.* qui ait nihil omninò dici *in d. l.* 35. quàm quod *in l.* 1. *C. de iudic.* iudicio cœpto vſurarum ſtipulationem non eſſe peremptam, idque confirmari *ex l.* 18. *ff. de nouat.* quæ eſt *ex eod. lib.* Pauli 57. *edict.* vt ſcilicet quo ſenſu ibi dicuntur vſuræ non excurrere, eodem ſenſu *in h. l.* 35. quæ eſt *ex eod.*
20 Pauli *lib.* 57. vſuræ currere dicantur. Quod & obſeruat Cuiac *in d. lib.* Pauli *in fin.* vbi coniungens duas iſtas leges, poſtquam explicuit quæ ſit nouatio neceſſaria, & quæ voluntaria. *Accipe*, inquit, *nunc differentiam, quam coniunctio duarum illarum legum demonſtrat apertè. Facta nouatione voluntaria per ſtipulationem vſuræ debitæ currere deſinunt, quæ accedebant priori obligationi d. l.* 18. *Et facta nouatione neceſſaria, id eſt lite conteſtata, vſuræ prioris obligationis pendente iudicio currere non deſinunt d. l.* 35. *& l.* 1. *C. de iudic.* Quod iterùm docet *in l.* 90 *ff. de verb. oblig.* & ante illum Duarenus hic quoque notat. Non igitur ſenſus Pauli, & Græcorum eſt dum dicunt *lite conteſtata vſuræ currunt*, eas lite conteſtata incipere deberi, ſed lite conteſtata earum curſum non interrumpi.

21 Denique quod Papinianus ait *in l.* 2. *&* 3. *§.* 1. *ff. de vſur.* etiam in ſtrictis iudiciis poſt litem conteſtatam cauſam actori præſtandam eſſe, quo nomine cùm contineatur quidquid actor habiturus fuiſſet *l. præterea, ff. de rei vind. & l.* 31 *ff. de reb. cred. & d. l.* 2. *de vſur.* vſuras quoque contineri videatur, quas poſita illa pecunia in fœnore vt olim licuit, actor percipere potuiſſet: hanc quæ maxi-
22 ma obiectio eſt, nihil obſtare dicunt, quia cauſa ſtrictiùs ſumenda eſt, quod ſcilicet ſit eius rei, quæ petitur qualitas, & vtilitas omnis, quæ ex ea, & circà eam eſt veluti fructus, & partus, vt *in d. l.* 2. *& l.* 38. *§. ſi actionem, ff. de vſur. l.* 8. *&* 10 *ff. eod. & d. l. præterea.* 20. *ff. de rei vind.* Vſura autem neque eſt qualitas circa rem, cùm non proueniat ex re ipſa vti fructus & partus, ſed ex alia cauſa hoc eſt ex obligatione *l.* 121. *ff. de verb. ſign. l.* 3. *C. de vſur.* vel ex mora, vt in legatis, & fideicommiſſis, & contractibus bonæ fidei, vt ſæpius dictum eſt. Vnde cùm hæc diuerſa ſint cauſa, & vſura non videtur quod Papinianus, Paulus, cæterique iuris auctores de cauſa poſt litem conteſtatam actori præſtanda definiunt, ad vſuram porrigendum eſſe. Et ſanè cum Iuriſconſulti *in d. l.* 2. *& in d. §. in actionem.* nihil de vſuris decernant, quibus ſanè nullus erat magis idoneus locus, & tantùm fructus, & partus præſtandus eſſe dicant, magna coniectura eſt illos aliud in fructibus aliud in vſuris exiſti-
23 maſſe. Vnde ſapienter Duaren. *loc. cit.* notat ex eo, quòd vſura præter naturam recepta ſit, inde factum eſſe vt quoties aliquid in hoc genere occurrit dubium, vel obſcurum id interpretari debeamus quaſi rem odioſam & alienam à iure naturali, ideoque quantum fieri poteſt, debitores ab vſurarum obligatione benigna iuris interpretatione liberandos eſſe, & congruenter Zoëſ. *loc. cit.* obſeruat obligationem vſurarum debitoribus duram ſine magna cauſa veteres auctores iuris non admittere. Ex quibus videtur melius eſſe hanc ſententiam ſequi, quæ in contractibus, & iudiciis ſtricti iuris negat vſuras, quæ ante in litem non accedebant obligationi, neque per litis conteſtationem deberi.

24 Sanè multi diſſentiunt tùm veteres, tùm recentiores Coſtalius Coraſius, & alij quidam, & quod valdè mouere debet ipſe Cuiacius *in l. quæſitum.* 37. *ad African. tract.* 7. & nouiſſimè D. Fabrot. ad Cuiacium *in tit. C. de vſur. verſ. in ſtrictis autem.* qui verba Græcorum adfert, neque indicat locum, vnde ſumpſerit: & addit id ex æquitate receptum eſſe ſecundùm Sabinianorum ſententiam, quam dicit obtinuiſſe. Quod deſumpſit vt puto *ex d. l.* 38. *§. ſi actionem.* vbi Paulus refert Sabinum & Caſſium exiſtimaſſe in actione ex ſtipulatu poſt acceptum iudicium ex æquitate fructus quoque præſtandos eſſe, *vt cauſa reſtituatur.* Verùm Paulus, & Sabinus hic nihil de vſuris definiunt, vt etiam Papinianus *in d. l.* 2. & tantùm dicunt fructus ex æquitate præſtandos eſſe, id eſt vt ego interpretor, contrà rationem iuris. Etenim in ſtrictis iudiciis, de quibus agitur, quæ ſtrictam recipiunt interpretationem, iudicis poteſtas ad id tantùm protenditur, quod verbis palam expreſſum eſt 25
l. 99. *ff. de verb. oblig.* neque ex æquo, & bono, & extrà id, quod dictum eſt, poteſt fieri condemnatio, vt tradit Præſes Faber *lib* 7. *coniect. cap.* 2. & ipſe D. Fabrot. *loc. cit.* ex æquitate igitur fructus venire aiunt, non ſecundùm iuris rationem, quia iniquum Sabinus exiſtimabat reum poſt litem motam fructus ex ea re perceptos, quam reſtituere, & ſoluere tenebatur, nam & fundus ſolui rectè dicitur *d. l. cum fundus.* ſuos facere, & lucrari. Quare quod ex æquitate Sabinus & Caſſius de fructibus præſtandis definiunt, & Paulus rectè dictum putat, non videtur ad vſuras pro quibus nulla eſt æquitas rectè produci *l.* 14. *ff. de legib.* Accedat & elegans diuerſitatis ratio, cur aliud in fructibus, aliud in vſuris admitti debuit. Etenim certius eſt actorem fructus, vt qui ex re ſibi debita proueniunt ſi ea dimiſſa fuiſſet tempore accepti iudicij, percepturum fuiſſe, eoſque interim reum percepiſſe: Incertum verò, & rarum eſt, vt debitor ex pecunia quam debet, & quam fortè non ſoluit, quia non habet, vſuras perceperit: vt nec etiam certum eſt actorem eas ex pecunia ſibi debita percepturum, fuiſſe etiamſi tempore litis conteſtatæ ei ſoluta vel reſtituta fuiſſet, vt expendit Præſes *in d. l. cum fundus.* pleruꝫque enim malè collocantur pecuniæ vt nimis notum eſt. Ex quibus ego in eam ſententiam procliuior eram, quæ in ſtrictis iudiciis etiam poſt litem conteſtatam vſuras ex iure ciuili non deberi cenſet, vt exinde appareat veteres, tametſi vſuras licitas eſſe putarent, eas quantum fieri potuit cohibuiſſe. 26

Verùm quia Cuiacij auctoritas mihi magna eſt, & 27
valdè me mouet locus, quem ex Græcis D. Fabrotus refert tametſi inuenire non potuerim: & comperi deinde Cyrillum *ad d. l.* 2. *ff. de vſur.* nomine cauſæ vſuras cenſeſe: & quod magis eſt Harmenopolum *lib.* 3. *tit.* 7. *§.* 16. diſertis verbis tradere ab eo tempore, quo iudicium acceptum eſt vſuras exigi, etſi ante ſine vſuris pecunia deberetur, quod mirum eſt doctiſſimum Baſilicon interpretem prætermiſiſſe: denique quia cauſa quod verbum Iuriſconſultorum eſt, non tantùm, quæ ex re proueniunt, vt ſunt fructus, partus, operæ ſeruorum, & ſimilia continet, ſed etiam commoda, & vtilitatem omnem, & id quod actoris intereſt *l. pecuniam, ff. de compenſ.* & Cuiac. *in d. l.* 2. *de vſur. ad Papin.* vbi ait *nihil cauſam non comprehendere*, mihi difficile eſt inter vtramque ſententiam arbitrari: ſed cùm omnes conſentiant in iudiciis bonæ fidei poſt litem conteſtatam non tantùm fructus ſed etiam vſuras ſecundum ius ciuile, de cuius ſententia quærimus præſtandas eſſe: id verò in mutuo valdè obſcurum ſit, & nulla lege apertè definitum, mihi nunc ſatis eſt, vt dicamus ius ciuile difficiliùs in mutuo, & aliis ſtricti iuris contractibus quàm in contractibus bonæ fidei vſuras admiſiſſe. Interimque hic ob- 28
ſeruari volo, quod *in d. l.* 35. Paulus ait, *vſuræ currunt*, Græcos in Baſilicis dicere τρέχει τόκος *currit vſura*, vt etiam Harmenopolus *loc. cit.* ἀπαιτεῖται τόκος, id eſt, *exigitur vſura*, vt inde appareat nihil ad vſurarum ſtatum, & cognitionem pertinere diſtinctionem illam inter vſuram, & vſuras, in qua quidam inutiliter aliquid conſtituendum eſſe putant, vt dicebam *ſect.* 1. *num.*....

Secundò

29 Secundò id etiam probari poteſt, quia non tantùm in contractibus bonæ fidei ex mora, & ex tempore litis conteſtatæ iuris ciuilis auctores vſuras applicandas eſſe putauerunt, & in quibuſdam aliis iudiciis, quæ licet ſtricta ſint, hac in re imitantur iudicia bonæ fidei, vt legata & fideicommiſſa, quod inter iuriſperitos exploratum eſt, & luculenter iam demonſtrauimus: ſed etiam in quibuſdam actionibus bonæ fidei vſuras ſine vlla mora deberi falſa quadam æquitatis ſpecie tradiderunt, vt Papinianus in actione pro ſocio *l.1. §.1. ff. de vſur.* ibi, *etiam mora non interueniente*, & Vlpianus in actione mandati *in l.10. §. ſi procurator, & l.12. §. ſi mihi, ff. mandat.* illis verbis, *vſuras autem non tantùm ex mora eſſe admittendas, &c.* & in actione negotiorum, quæ etiam bonæ fidei eſt, vt tradit Vlpianus *in l. 37. ff. de vſur.* & Paulus *in l. neque natura. §. non tantum. ff. de negot. geſt.* quod probarunt Impp. *in l.18 C. eod. ob negotium alienum geſtum*, inquiunt, *ſumptuum factorum vſuras præſtari bona fides ſuaſit.* & iiſdem verbis Harmenop. *lib. 3. tit.*
30 *11. §.59.* male ſanè perſuaſit, ſuaſit tamen. Idem ſtatutum eſt in actione tutelæ, vt oſtendit ſatis Papinianus *in d.l.1. in fin.* dum ait, cum de tutelæ reſtitutione agitur, fauore pupillorum latiorem interpretationem factam eſſe, ideoque plus eſſe in actione tutelæ, quàm in actione pro ſocio. *Quia tutor*, ſunt verba Cuiacij *in d.l.1. vſuras debet etiam non interpellatus, non tantùm ſi eam pecuniam inuaſerit, vel in ſuos vſus conuerterit, vel ea non fuerit etiam abuſus ſed eam habuerit apud ſe otioſam, nec neceſſe eſſe interpellari tutorem. Et de hoc nemo ambigit*, inquit, *ex conſtitutione Seueri in l. apparet. de fideicomm. libert. &c.* & deinde addit id conſentire cum *l.7. § vlt. ff. de*
31 *admin. tutor. & l.40. §. quæritur, eod tit.* Ego addo idem eſſe in contrario iudicio tutelæ *l.3. § 1. verſ. conſequitur autem, pecuniam, ſi quam de ſuo tutor conſumpſit etiam cum vſuris, & §.4. verſ. an ex mora tantùm, & magis eſt quoad ei reddatur pecunia vſuras conſequatur nec enim ſterilis ei debet eſſe pecunia.* Ita Vlpianus, & nos diximus *q.74. n.23.* Hæc fuit æquitas antiquæ iuriſprudentiæ. Deinde id Cuiacius perſequitur, & ait, quod dicitur de tutela, idem etiam pertinere ad omnes, qui alienam pecuniam exercent, qui ſi eam in vſus ſuos clam conuerte-
32 rint, præſtabunt vſuras maximas. Et quia huic ſententiæ obſtat maximè *d.l.10. §. ſi procurator.* quæ ait eum debere vſuras, quæ in regione frequentantur, non aliter hunc modum diſſolui niſi dicamus manifeſtam traiectionem verborum in eo §. eſſe. An procuratorem eius pecuniæ, quam habet ex negotio domini ex mora debere vſuras, vt in bonæ fidei iudiciis receptum eſt. Hoc etiam addendum, quæ in regionibus frequentantur. Deinde tractat de vſuris, quas conſequutus eſt, quam pecuniam domini fœnori collocauit: & præſtat vſuras, quas conſequutus eſt. Sequitur tertius caſus, ſi quam pecuniam in vſus ſuos conuerteris, hoc ſi clam feceris damnatur in vſuras centeſimas exemplo tutoris. Hæc Cuiacius, ex quibus in tranſitu conſtare dicam apertiſſimè huiuſmodi vſuras, quæ modò leuiores, modò centeſimæ procuratoribus infligebantur veras, & proprias
33 vſuras fuiſſe, quamuis non ex mutuo deberentur. Cæterùm ſi *in d.§. ſi procurator.* traiectio verborum eſt, vt Cuiacio videtur, eadem prorſus traiectio eſt in Baſilicis. *Procurator meus*, inquit, *pecunia quam penes ſe habet vſuras ex mora præſtat: & quas conſecutus eſt fœnori data pecunia, licèt ei id non mandauerim: non enim bona fides patitur, vt quis de alieno lucrum ſentiat, etſi ad vſus ſuos pecuniam conuerteris, vſuras, quæ in regionibus frequentantur.* In eandem igitur traiectionem verborum Græci incurrerunt. Sanè Iudex Theſſalonic. *loc. cit. in fin* ſimpliciter inquit. Aliena negotia gerens poſt neceſſarias impenſas vſuram præſtare cogitur. Sed ex his omnibus perſpicuum eſt in his bonæ fidei iudiciis mandati, tutelæ, & ſimilium vſuras infligi interdum citrà moram, quod in mutuo nullibi proditum eſt, ideoque faciliùs in iudiciis bonæ fidei, quàm in mutuo, cæteriſque ſtricti iuris ius ciuile vſuras admiſiſſe, in quibus ſcilicet ne quidem ex mora vſuras deberi placuit, vt dictum eſt.

Neque mouet, ſi dicas in ſpecie dictarum legum mo- 34
ram re ipſa factam eſſe, vnde licèt nulla præceſſerit interpellatio hominis, adeſt tamen petitio & interpellatio legis, quæ non minus vrget, & admonet debitorem, & præſertim ſi minori pecunia debeatur, & his; qui iure minorum vtuntur quibus moram fieri ex ſolo tempore tardæ ſolutionis compertum eſt *ex l. apparet. ff. de fideicomm. libert. l. Titia Seio. ff. de legat. 2. & l.3. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* & iampridem diximus *quæſt.82. num.3. & 9.* & Hagenſ. *cap.9. n.54. & 55.* Verum dicere poſſumus in quibuſdam adductis legibus nullam moram intelligi poſſe, procurator, vel qui aliena negotia curant, propriam pecuniam in rem domini, vel alterius impendit. Hic non ex mora ſed ex æquitate quadam ſecundùm ius ciuile debentur vſuræ *d. l.10. & l.12. §. ſi mihi. ff. mand.* Tutor etiam eius pecuniæ, quam vtiliter in rem pupilli impendit, vſuras conſequitur *d. l.3. §.1. & 4. ff. de contr. & vtili act. tutel.* Nec enim inquit Vlpianus ſterilis ei eſſe debet. Hic nulla mora pupilli eſt, nec tutori fit mora re ipſa, & tamen præſtantur vſuræ. Sed æquum id veteribus videbatur etiam odio minorum, & adoleſcentum. Socius etiam qui pecu- 35
niam communem inuaſit, & clam & latenter ex vſitor, propè fur eſt *l.45. ff. pro ſoc.* vndè licet non interpelletur, ſtatim re ipſa moram facere intelligitur *l.17. & l. vlt. ff. de condict. furt.* ideoque ſtatim ipſo iure debentur vſuræ *d. l.3. §.1. ff. de vſur.* & ibidem Cuiac. ad Papin. ſed ex contrario ſi ſocius vtiliter, ac neceſſariò propriam pecuniam in communi negotio impendit, iudicio ſocietatis quod eſt bonæ fidei, vſuras conſequitur *l.38. § 10. & l.67. §. ſi quid vnus. ff. eod.* & hic nulla mora eſt alterius ſocij fortaſſe abſentis, & huius rei ignari: ſed id æquum olim videbatur, & iudicio bonæ fidei conſentaneum. Vnde conſtat ſaltem in his, & ſimilibus ſpeciebus iudicia bonæ fidei ius ciuile etiam citrà moram vſuras recipere, quas tamen ex mutuo etiam poſt moram, & ſimplicem interpellationem non ſoluentibus noluit infligere, vt dictum eſt. Videnda interim quæ ſcripſimus *quæſt.83. num. 8. & 14.*

Id ipſum eminenter apparet *in d. l.3. C. in quib. cauſ.* 36
reſt. in qua fauore minorum & vt eorum pecunia pareret pecuniam, id eſt, vſuras conſtitutum eſt ipſis re ipſa, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis moram fieri, non promiſcuè tamen quod eſt notandum, & in contractibus omnibus, ſed in bonæ fidei contractibus tantùm, legatis, & fideicommiſſis, quæ hac in re adæquata ſunt iudiciis bonæ fidei, vt dixi *ſect.1. num.3. & ſeqq.* & Hangeſ. *tit. cap 9. num.65.* Borcholt. *cap.3 num..* Quamobrem cùm minoribus mora duntaxat re ipſa fiat, ſi quid illis debeatur ex contractibus bonæ fidei, vel ex teſtamento vt conſequantur vſuras: & ſi quid ex mutuo illis debeatur debitor re ipſa moram facere non intelligitur, nec præſtat vſuras, nemo ambigere poteſt ius ciuile frequentiùs & faciliùs in iudiciis bonæ fidei, quàm in ſtrictis locum vſuris dediſſe, & falſum eſſe, quod quidam iactant in ſolo contractu mutui vſurarium malum inuentum.

Præterea inter vtrumque genus iure ciuili hoc diſcri- 37
men fuit, vt in contractibus bonæ fidei ex pacto deberentur vſuræ, & peti poſſent, quod probant *l. Lucius Titius. in fin. l. Publia 16. §.1. ff. depoſ. l.5. Cod. de pact. inter empt. & vendit. l.17. §. ex locato, ff. de vſur.* ità vt fruſtrà hac in re hæreſi acutiſſimi ingenij vir D Raph. de Turri *diſp.1. quæſt. 18. num.73.* At verò in mutuo vſuræ ex 38
pacto non deberentur neque peti poſſent, quia mutuum eſt contractus ſtricti iuris, & pactum etiam incontinenti factum non ineſt contractibus ſtricti iuris ex parte actoris, vt indicant *d l.1. & 3. C. de vſur. l. 40. ff. ſi cert. pet.* & apertiſſimè Paul. *lib. 2. ſentent. tit. 14 §.1.* & docet iuris periſſimus Cuiac. *in d.l. 40. & l.24 de præſcrip. verb.* & Præſes Faber. *ver. in actionibus.* Bachou. ad Treutler.

Digitized by Google

hlet. *in diſp.de pact.theſ.2.verſ.nec refero.*Borcholt.*cit.c.3.*
*num.*13. vbi poſt multa concludit ex pacto adiecto con-
39 tractui ſtricti iuris vſuras peti non poſſe. Quod tamen
eodem antiquo iure aliquas exceptiones patitur, vt *in*
l.etiam ff.de vſur.l.frumenti.C.eod.& in l.5.ff.de naut. fœn.
vel ſi argentariis vſuræ promiſſæ fuiſſent *Nouell.*136.*c.*4.
& tractat Borcholt. *d.cap.3.num.*59.*&* 43.& Bachouius
loc. cit. quibus exceptionibus multo magis confirmatur,
quod diximus in contractu mutui ex pacto regulariter
vſuras non deberi.
40 Quartum denique diſcrimen eſt, quia vſuræ, quæ in
bonæ fidei iudiciis, in legatis & fideicommiſſis debe-
bantur ex ſola mora vt dictum eſt, tametſi incertæ eſ-
ſent, neque de certa quantitate cautum eſſet, nihilomi-
nus ex ſola mora peti poterant, illorum enim modus of-
ficio iudicis conſtituebatur ex more regionis, vt defini-
tum eſt *in d l.1.de vſur.*quod & in legatis receptum eſt,
41 vt diximus *ex l.*39. §.1.*ff.de leg.* 1. At in contractu mu-
tui neque ex pacto, neque ex ſtipulatione vſuræ peti
poterant, niſi de certa earum quantitate cautum fuiſſet,
vt reſpondit Vlpian.*in l.*35.& Modeſtinus *in l.*41. *in fin.*
*ff.de vſur.*Vigel.*d.cap.7.verſ.ſexta exceptio.* & D. de Tutr.
loc.cit. Ex quibus planè conſtat, quod dixi, ius ciuile
difficilius in mutuo, quàm in contractibus bonæ fidei
vſuras admiſiſſe: & conſequenter definitionem vſuræ,
vt ſit id quod ratione mutui vltrà ſortem exigitur, tan-
quam anguſtiorem definito vitioſam eſſe, vt optimè tra-
dit Bachou.*in d.diſp.de vſur.theſ.*1.*in fin.*
42 Ex quibus omnibus conſtituendum eſt etiam extrà
fines mutui vſuras conſiſtere, & reperiri; & quia nul-
lo bono iure, quantitatibus accedunt, illamque au-
gent ex eo tantum quod tardius ſoluitur, & ex ſolo tem-
pore tardæ ſolutionis, remouemus enim omnes titulos,
ex quibus aliquid vltrà ſortem capere licet, vt iam mo-
nui, illas per ſe malas, & illicitas eſſe, & iure naturæ
& Eccleſiaſtico quoque prohiberi: & conſequenter per-
ſtandùm eſt in mea definitione, & ſententia, quæ quic-
quid eſt illicitarum vſurarum comprehendit, & dam-
nat, vt iuxta monitum gloſſographi *in l.*90.*ff.de verb.ob-*
43 *lig.nequidē veſtigium vllū remaneat quaſtus infeliciſſimi.*Et
ego vellem ne nominis quidem relictum eſſe, vnde mi-
hi nulla vſura ciuilis eſt: & odi, & abhorrui ſemper
diuiſionem illam vſuræ lucratoriæ, compenſatoriæ, &
punitoriæ. Omnis enim vſura lucratoria eſt, vel non
eſt vſura, ſed id quod intereſt, quod notum, & proba-
tum eſt, & quo nomine meo iudicio præſtat viros Ca-
tholicos vti, quam infauſto, & luctuoſo illo nomine
vſurarum. Sanè ſine his nominibus librum de vſuris non
inutiliter ſcripſimus & ſine excurſionibus ad alias quæ-
ſtiones, nihil ad materiam vſurariam pertinentes, qua-
lem ego eſſe opinabar, an mutuum ſit alienatio, quæ 44
poſt Molinæum nuper à Salmaſio excitata aliquot do-
ctiſſimorum virorum ingenia exercuit, & præſertim Ca-
roli Annibalis Fabroti Anteceſſoris Aquenſis, qui epi-
ſtola quadam ad amicum, & deinde in replicatione ad-
uerſus Salmaſium multa ex Græcis profert, vt oſtendat
mutuum alienationem eſſe, cui vt aliquid ego quoque
contribuam, cum non aduerterim dum legerem, legi ve-
rò feſtinanter, inter illa à D. Fabroto adducta ſcholion
ad l 34 ff.mandat. illud hic ſubiicere non piget. Verba
Scholiaſtis hæc ſunt. *In mutuo hæc duo concurrere oportet*
*dominij tranſlationem & numerationem.*Addere etiam iuuat
egregium illud Grammaticorum veterum. *Mutuum ſine*
vſuris, fœnus cum vſuris ſumitur, quaſi partus mutui ſum-
pti. Vnde honeſtius mutuum eſt, quod ſub affectu amico fiat
meum tuum vſu temporis neceſſarij. Idem ferè Nonius c.5.
ex quo forſan veteres. Denique illud Boëtij *in Topic. Ci-*
*ceron.lib.2.quod mutuum datur, ex meo fit accipientis.*cuius
loci meminit etiam D Fabror.in Cuiac.*tit.ſi cert.pet.* vbi
ex Theophilo, & Cuiacio, & multis legibus probat mu-
tuum alienationem continere, vnde quicquid adderem
fruſtrà eſſet. Sanè Salmaſium hoc nomine laceſſit Ioan. 45
Otto Tabor I.C.Saxo *lib.de alien. quæ fit in mut.* illi tam-
etſi eiuſdem ſectæ vir truculenter inſultans, ſiquidem
eius argumenta ineptiſſimas argutias, noua deliria, &
impetitiam aſininam redolentia, eiuſque ſcripta ſterco-
reas chartas vocat, illumque ſtellionem aſinum roſeta
Themidis conculcantem, miſellum Grammaticum, nu-
garum Lugduni inſtitorem, & ardelionem, & quod ri-
ſum mouere poteſt, *Maiſtre Claude* verius non eſt ap-
pellare, quod ego etiam inter infenſos probare, & imi-
tari non auſim.

Finis primæ Partis.

DISPVTA

DISPVTATIONIS PARS SECVNDA.

SECT. I.

Vſura iure ciuili probata eſt.

SVMMARIVM.

1 *Ius ciuile probauit vſuras, & quatenus.*
2 *Vſura iure ciuili optimo iure, & rectè promitti dicuntur.*
3 *Antichreſis olim licita.*
4 *Querela D. Auguſtini de legibus iubentibus vſuras præſtari.*
5 *Auctores referuntur, qui ſentiunt vſuras legibus Iuſtiniani licitas fuiſſe. Leges permittentes vſuras quamuis moderatas iniqua.*
6 *Iuſtinianus leges concedentes vſuras non abrogauit.*
7 *Iuſtinianum tolerаſſe vſuras maioris mali vitandi cauſa qui ſentiant.*
8 *Leges delicta quædam leuia diſſimulant.*
9 *Vſurarum ſtipulatio iure ciuili valuit.*
10 *Leo Imp. declarauit vſuras à maioribus toleratas fuiſſe.*
11 *Iuſtinianus arguitur, quòd vſuras tanquam licitas intrà certos fines præſtari ſanciuerit.*
12 *Iuſtinianus excuſatur ab Alciato.*
13 *Lupanaria iure ciuili non prohibita.*
14 *Ius ciuile non potuit ſtatuere, vt vſuræ intrà certum modum poſſent exerceri.*
15 *Leges permittentes vſuras iure canonico reuocata.*
16 *Balſamonis dictum leges vſuras permittere.*
17 *Eccleſia vſuras ſemper turpes, & turpe lucrum pronuntiauit.*

EX hactenus diſputatis ſatis oſtendimus vſurarium malum extrà fines mutui ſerpere, & vagari: neque luculentiùs demonſtrari potuit vſuras ex aliis contractibus, & negotiis quoque deſcendere: illaſque non minùs improbas, & iniuſtas eſſe, quàm ſi ex pecunia credita extorqueantur, ideóque iure diuino, naturali, & Eccleſiaſtico quoque prohiberi. Et reliquum eſt, vt videamus, Quid ius ciuile, ſeu Iuſtinianeum, vt quidam vocant, de vſuris ſtatuerit, id eſt an ius ciuile probauerit, vel improbauerit vſuras.

1 Et breuiter repeto, quod dixi *quæſt. 1. num. 40.* vſuras
iure ciuili licitas, & probatas fuiſſe intrà modum legibus, & conſtitutionibus præſcriptum. Namque vt eo loco dicebam, earum ſtipulatio, & obligatio paſſim recepta eſt, & nullibi reprehenſa, niſi fortè legitimum modum excederet, vt *in l. 9. ff. de vſur. l. 13. §. 26. ff. de act. empt. l. 1. C. de iudic.* & aliis: & ex illa conceſſa eſt actio creditoribus, & placuit debitores vſuris condemnari, vt quæ eſſent in obligatione *l. quæro. ff. loc. l. 121. de verb.*
2 *ſignif.* Et multis locis vſuræ dicuntur licitæ, imò iure optimo deberi, vt *in l. 1. C. de vſur.* & per retentionem pignoris ſeruari, licèt ſtipulatio interpoſita non fuiſſet, meritò conſtitutum eſſe, vt *in l. 4. C. eod.* Et addo nunc in iure ciuili noſtro vſuras communes competentes, vberrimas, & aliis ciuilibus nominibus paſſim nuncupari, denique vtiliter ex contractibus deſcendentes, vt *in l. 3. in princ. C. de vſur. rei iudic.* & interdùm rectè, & iuſta ratione promitti, vt *in l. 1. §. 3. ff de pignor. & d. l. 9. §. 1. ff. de vſur.*

Dixi præterеà iiſdem ciuilibus legibus illud contra- 3
ctus ſeu pignoris genus, quod Antichreſis dicitur, tanquam licitum probari, vt *in l. 11. 14. & 17. C. de vſur. l. ſi pecuniam. ff. de pign. act. l ſi is qui §. 1. de pignor. & hypoth.* Harmenop. *lib. 3 epit. tit. 5.* Borcholt. *de vſur. cap 6. num. 1. & infrà* Zoëſ. *ad tit. de vſur. num. 13.* quod tamen conſtat nunc illicitum eſſe, & iure Pontificio improbari *ex c. 6. de pignor. & c. 1. de vſur.* vbi hoc lucrum deteſtandum dicitur, *& c. 2. & 8. eod. tit.* & tradit Zoëſ. *loc. cit. num. 14. & ad tit. de pign. act. num. 9.* & rurſus *ad tit. & c. de pignor. num. 7.* vbi ait incertum fructuum euentum vſurariam labem non tollere: & ex ſententia Duareni, Cuiacij, Theſauri Præſidis: & aliorum, inter quos eminet Comes Philippus Morotius Magnus Sabaudiæ Cancellarius, diximus, & probauimus aduerſus Præſidem Fabrum *quæſt. 11. num. 9.* & deinde iiſdem rationibus, & argumentis aduerſus eundem me ſemicitato P. Gibalin. *lib. 3. cap. 7. art. 12. num. 2. & 4.*

Præterеà huius rei argumentum eſſe dixi, quod D. 4
Auguſtinus in epiſt. quadam ad Macedonium grauiter de ciuilibus legibus conquereretur, quæ vſuras præſtare iuberent, & non eſſet, quo iudice repeterentur, vt obſeruat Roderic. *de ann. redit. lib. 3. quæſt. 4. num. 92.* adferens hæc viri ſancti iam notiſſima verba. *Quid dicam de vſuris, quas etiam ipſæ leges, & iudices reddi iubent, an crudelior eſt, qui ſubtrahit aliquid, vel eripit diuiti, quàm qui trucidat pauperem fœnore,* & addit deinde, *quod non dixiſſet vir ſanctus, ſi leges loquerentur de vero intereſſe, vt ſuprà relati,* id eſt Molinæus, & Hotomannus, *exiſtimabant.*

Deniqve ad huius rei fidem cenſui viros grauiſſimos 5
Alciatum, Cuiacium, Malderum, & inter alios ipſum Rodericum, qui id diligentiſſimè executus eſt aduerſus eundem Molinæum *d. quæſt. 4. num. 81. & ſeqq.* & præſertim *n. 104.* vbi concludit leges ciuiles, & conſtitutiones Iuſtiniani vſuras quantumuis moderatas approbantes improbas eſſe, & naturali, & diuino iuri contrarias, & nullo modo in Republica Chriſtiana admittendas. His conſenſerāt Baldus, Fulgoſius, & alij apud Iaſon. *in l. 1. C. de ſumma Trinit. num. 48.* qui teſtatur in hoc communiter hic Doctores concludere. Ioann. Cror. *in d. c. 1. de vſur. num. 21. & 22.* & Sanſeuer. *in d. l. 1. num. 30.* Argentr. Præſes *art. 266. n. 9.* vbi ait *veteres Iuriſcõſultos vſuras propalam probaſſe intrà conſtitutum legibus modum.* & Didac. Couarruuias magni ingenij vir *lib. 3. variar. cap. 1. num. 6. Ego ſanè,* inquit, *vſuras legibus Iuſtiniani, vt licitas fuiſſe approbatas opinor, eaſque leges improbas eſſe cenſeo, cum iuri naturali, & Diuino refragentur.* & conſentiunt aliis prætermiſſis clariſſimus Sabaudiæ Præſes Faber *in ration. ad l. 11. § ſi tibi, ff. de reb. cred.* Frideric. Martin. *de iure cenſ. cap. 1. num. 66.* Bachou. ad Treuthler. *diſp. de vſur. theſ. 1. lit. D.* & Gudelin. *de iur. nouiſſ. lib. 1. c. 17.* Rebell. *de oblig. iuſtit. lib. 8. q. 11. n. 14.* & qui inter alios eminet Cardin. de Lugo *diſp. 25. n. 23.* Andr. Vallenſ. *ad hunc tit. de vſur. §. 3. num. 5.* Stat ergò pro nobis communis ſententia.

Et

6 Et licet gloſſa, & quidam veteres exiſtimauerint Iu-
ſtinianum tandem vſuras omnes prohibuiſſe, & leges
illas omnes abrogaſſe, quibus vſuræ creditoribus ap-
plicabantur, ducti coniectura ex *Nouell. de Eccleſ. titul.* in
cuius principio iuſſit Concilium Nicænum, quo vſuræ
vetitæ ſunt, ſeruari, dixi *ead. quæſt. 2. num. 41.* hanc con-
iecturam parum efficacem eſſe: & multis argumentis
oſtendi Iuſtinianum leges illas non abrogaſſe, quamuis
abrogare debuiſſet & inter alia oppoſui conſtitutionem
Baſilij Cæſaris, qua omnes omninò vſuras ſuſtulit: &
nunc Beroio, & Borcholten, quorum auctoritate eo
loco vſus ſum, addo Panormitanum, Capiſtranum, Con-
radum, Alciatum, Villagutum, & Molinam Theologum
qui ità cenſent apud P. Gibalin. *in d. cap. 7. art. 5. num. 2. in
fin.* quibus conſenſit Ioan. Medin. *de reb. per vſur. acquiſ.
q. 2.* Andr. Vallenſis, & Frideric. *loc. cit.* & Henric. Zoëſ.
ad tit. Pandect. de vſur. num. 9. Porro omnes congruenter
meæ ſententiæ leges illas vſuras admittentes impias &
iniquas eſſe ſentiunt, & Capiſtranus ſacrilegas, & Con-
radus non leges, ſed impietates contrà Deum, & legem
naturalem: ideóque nunc inter Chriſtianos, & Catholi-
cos nullum robur, & auctoritatem obtinere.

7 Et addo nunc, quod volens prætermiſeram *loc. cit.* fuiſ-
ſe, & fortaſſe non numero pauciores, qui vt rem hanc
componerent, arbitrati ſunt Iuſtinianum vſuras non
permiſiſſe, vt licitas, ſed eas duntaxat tolerаſſe maioris
mali vitandi cauſa, & in egenorum ſubſidium: & ea
potiùs ratione, qua lupanaria, & proſtibula, & ſimpli-
ces fornicationes tolerantur, ne omnia fœdioribus libi-
dinibus turbentur, vt etiam alia quædam leuia peccata
ſunt, quibus nulla pœna legibus conſtituta eſt, & quæ
8 iudices diſſimulant. Quæ fuit ſententia D. Thomæ *q. 78.
art. 1.* vbi ait *leges humanas dimittere aliqua peccata impu-
nita propter conditiones hominum imperfectorum, in quibus
multæ vtilitates impedirentur ſi omnia peccata diſtrictè pro-
hiberent pœnis adhibitis. Et ideò lex humana vſuras conceſ-
ſit non quaſi æſtimans eas ſecundum iuſtitiam, ſed ne impe-
direntur vtilitates multorum.* Ita vir ſanctus cuius ſenten-
tiam ex Theologis ſecuti ſunt S. Bernardinus, Gerſon,
Soto, Valent. & alij apud P. Gibalinum *in d. art. 5. n. 3.* &
Alphonſ. Villag. *lib. de vſur. quæſt. 7. num. 14* & Zoëſius *loc.
cit.* & ſequi videtur Argentr. *loc. cit.* dum ait fœneratitiam
gentibus probatam non ratione ſed vſu, & Roderic. *in d.
quæſt. 3. num. 56. verſ. ego arbitror.* tametſi inferius leges ci-
uiles, & Iuſtiniani vſuras approbaſſe, illiſque modum
duntaxat adhibuiſſe acerrimè contendat, quod verius eſt.

9 Id enim euincunt reſponſa prudentum, & conſtitutio-
nes Principum, quas recenſui *num. 1. & 2.* quibus conſtat
ſtipulationem vſurarum iure ciuili Romanorum, de quo
quærimus, probatam fuiſſe, & debitores ex ea vſuris
condemnatos eſſe. Neque tantùm repetitionem earum
denegatam, ſed conceſſam etiam actionem creditoribus
vel officio iudicis propter moram debitoribus vſuras
infligi conſtitutum eſſe, vt dictum eſt, & *Sect. 4.* fuſiùs
demonſtrabitur.

10 Neque obſtat quod Zoëſius ait *loc. cit.* id Leonem Im-
peratorem declaraſſe *in Nouella 92.* in qua reuocata illa
Baſilij parentis ſui conſtitutione, quòd humana natura
ad illius ſublimitatem non perueniret, vſuras trientes
omnibus creditoribus permiſit. Etenim non quærimus,
quid Leo, & alij poſt Iuſtinianum Principes de vſuris
ſtatuerint, ſed an leges quas habemus in Pandectis, &
Codice Iuſtiniani vſuras tanquam licitas approbauerint
vel permiſerint ad vitanda maiora mala. Et verum qui-
11 dem eſt Leonem ita declaraſſe *in d. Nouell. 92.* Sed Iuſti-
nianum id potiùs arguit, cuius nulla talis eſt conſtitutio
vſuras improbans, vel prohibens, & qui reſponſis illis
prudentum, & prædeceſſorum Principum conſtitutioni-
bus, quibus vſuras tanquam licitas & iure optimo de-
bitas præſtandas eſſe apertiſſimè ſancitum eſt, dummodo
intrà legitimum modum conſiſterent, auctoritatem præ-
2 ſtitiſſe conuincitur. Et tantum excuſari poſſe videtur Iu-
ſtinianus, quia ſæculi ſui ſapientia, quæ vſuras licitas eſ-
ſe putabat, facilè deceptus conuenientes tempori leges
ediderit, vel confirmauerit, vt ſcribit Alciat. *Parergon.
lib. 6. cap. 20.*

Neque eſt ſimile, quod de lupanari, & ſcortis dicitur, 13
ſiquidem nulla lex eſt, quæ iubeat adire Corinthum, id
eſt ad meretrices accedere, & libidinibus indulgere, ſed
tantùm id diſſimulant, neque puniunt. Vnde Photius
*tit. 13. c. 5. fornicatio non laudatur quidem à iure ciuili, non
eſt tamen prohibita.* At in vſuris leges ciuiles longiùs ex-
currunt, & vſuras præſtari iubent, & illas iuſta ratione
promitti, & optimo iure deberi dicunt, quod non eſt
ſimpliciter tolerare, & de illarum malitia diſſimulare:
ſed ſancire, & approbare, & proinde verius eſt, quod
dixi vſuras legibus ciuilibus tanquam licitas probatas
fuiſſe, has tamen leges veluti iniquas & iuri naturali, &
Diuino contrarias reſpuendas eſſe. Vnde non immeritò
D. Auguſtinus, qui illis temporibus vixit, quibus erat
legum Imperatorum ſumma, & veneranda auctoritas
loc. cit. exclamare cogebatur, repetam enim. *Quid dicam
de vſuris, quas etiam ipſæ leges, & iudices reddi iubent.* &
veriſſimum eſt, quod ex communi Doctorum ſententia 14
concludit Iaſon. *loc. cit.* ſubiicio illius verba. *Quod de
mente iuris ciuilis eſt, quod vſuræ poſſint exerceri iuxta mo-
dum legitimum, ſed non fuit de poteſtate, quia Imperator cum
ſit inferior non potuit ſtatuere contrà legem Dei.* Et meritò 15
Rebell. *loc. cit.* & Emin. P. de Lugo *d. diſp. 25. num. 13.* ſcri-
bit leges illas iure Canonico reuocatas eſſe, cui omnes
Principes obedire debent. & Medina concludit *cit.
quæſt. 2. in fin.* quicquid ſit de iure ciuili, ſatis eſſe nobis
ius diuinum & canonicum: & in hoc non legibus ſed
canonibus ſtari oportere. Denique accedat dictum Bal- 16
ſamonis in Sancto Baſil. ad Amphilocum *can. 14. lex
ciuilis*, inquit, non punit laicos fœnerantes, ſed etiam
permittit ad vſuram mutuo dare. Et ſubiiciam etiam quæ
ſequuntur, pertinent enim ad vſurarum turpitudinem
indicandam. *Nonnulli autem, vt eſt veriſimile, fœnerantes
volebant ad ſacrum ordinem promoueri, & propter turpe lu-
crum eis non permittebatur; dicit ergò Sanctus eos etiam ad
Sacerdotium admittendos, ſi quæ ex vſuris collecta ſunt, in
pauperes conſumpſerint, & ſe id aſſeruerint non amplius fa-
cturos.* ex quo loco etiam confirmari poſſunt, quæ di- 17
cebam aduerſus Donellum *quæſt. 3. num. 12. & 13.* nimi-
rum quamuis antiquis Eccleſiæ decretis vſuræ tantùm
clericis vetitæ ſint, illas tamen ſemper Eccleſiam tur-
pes, & iniuſtas habuiſſe, & qui eas exegiſſent, reſtituen-
di reos eſſe pronuntiaſſe. Quod aduerſus Grotium, &
Salmaſium doctiſſimè, & magnis auctoritatibus oſten-
dit P. Gibalin. *d. cap. 7. art. 3.*

SECTIO II.

Referuntur aliorum Sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Ioann. Bapt. Lupi de legibus vſurariis ſententia.*
2 *Vſuræ noſtri temporis quæ differant ab antiquis ex Lu-
po.*
3 *Notæ & animaduerſiones Auctoris in hæc Lupi.*
4 *Vſuras inter noſtras, & veterum nullum diſcrimen.*
5 *Iure ciuili licuit vſuras ab initio contractus ſtipulari.*
6 *Iuſtinianus non poſuit modum vſuris, quod fœneratores
legitimum modum excederent.*
7 *Sed vt molem earum ad mediocritatem reduceret.*
8 *Vſuras licitè exigi poſſe vt intereſſe ineptè dicitur.*
9 *Vſura punitoria quæ Lupo.*
10 *Intereſſe ab vſuris ſeparare in ſcribendo præſtat.*
11 *Candidi Philalethis de auctore dictum.*
12 *Gibalini de legibus vſuras approbantibus ſententia.*
13 *Vſuræ ex iure ciuili non debentur, niſi debitor pecunia
vſus ſit ex Gibalino.*

14 Et

Digitized by Google

14 *Et niſi cum damno creditoris ex eodem.*
15 *Vſuræ ciuilis æquitas vnde Gibalino.*
16 *Vſuræ iure antiquo Pandectarum permiſſæ non ſunt lucratoriæ ex Lupo, & Gibalino.*
17 *Fœnus quatenus legibus probatum Gibalino.*
18 *Auctor in quo à P. Gibalino diſſentiat,* & num. 21.
19 *Ratio auctoris ineunda diſputationis cum P. Gibalino.*
20 *Vſura Gibalino merces ſortis conſumpta cum damno creditoris.*
21 *Reſponſa, & leges, quæ vſuras concedunt, nullam vim habent.*
22 *Diſputationis ratio altera.*
23 *Hotmannus agrè fert leges de vſuris editas à Catholicis auctoribus improbari.*
24 *Hagenſis aduerſus Catholicos auctores impudens declamatio.*
25 *Hagenſis dicta, dicta Lupi & Gibalini.*
26 *Balduini querela.*
27 *Quæ eſt etiam Molinæi, & Taboris I.C. Saxonis.*
28 *Antonij Fabri pietas à Taboris dicto vindicata.*
29 *Hugonis Donelli de intereſſe iuſtè repetendo ſententia.*
30 *Vſura iure Romano permiſſa propter commercia ex eod.*
31 *Borcholten de vſuris iure ciuili non prohibitis ſententia.*
32 *Borcholten in quo ab auctore reprehenſus.*
33 *Mašterij de iuſtitia legum Romanarum circa vſuras opinio.*
34 *Antonius Maſſa Galleſius quid de vſuris iure ciuili permiſſis ſenſerit.*
35 *Antonius Maſſa ſcripſit quædam Hotmanni doctrinæ conſentanea.*
36 *Diuiſio vſuræ in fœnus & vſuram cautè admittenda.*
37 *Vſura & fœnus apud Patres pro re mala ſumitur.*
38 *Vſura & fœnus apud Iuriſconſultos intrà legitimum modum licitum. Illicitum ſi modum excederet.*
39 *Vſura non eſt compenſatio eius quod intereſt.*
Vſura & id quod intereſt diuerſa.
40 *Vſura in mutuo non debetur poſt moram iure ciuili. Sed id quod intereſt.*
41 *Antonij Maſſa Galleſij dictum notatur.*
42 *Intereſſe ex iure ciuili in caſibus certis duplum non excedit.*
43 *Vſurarum modus olim duplex, Duplum, & centeſima.*
44 *Intereſſe iure ciuili vſuram centeſimam excedere potuit.*
45 *Vlpianus* in l. 2. in fin. de eo quod cert. loc. *quid ſenſerit.*
46 *Vſurarum legitimus modus in Vlpiano in Baſilicis vſura legitima.*
47 *Intereſſe plerunque leuius vſuris.*
48 *Maſſa Galleſij prudens proteſtatio.*
49 *Hotmanni de vſuris ſententia.* & num. 50.
51 *Gibalinus totum Hotmannum operi ſuo inſeruit.*

TAM STRICTÆ, tantaque ſint in iure noſtro ſententiæ noſtræ, id eſt approbationis vſurarum monumenta in ipſos oculos incurrentia: nihilominus contrarium ſenſit Ioann. Baptiſta Lupus *in tract. de vſur. comment. 3. §. 3. num. 37. & ſeqq.* vbi poſt quædam ſic hac
1 de re cenſet, tantum abeſſe, vt leges illæ humanæ ſeù Ius ciuile hanc vſuram propriè ſumptam permiſerint, vt etiam exiſtimet ſummo rigore damnatam fuiſſe illo iure: neque Iuriſconſultorum reſponſa, neque A.A. leges, & Iuſtiniani conſtitutiones, ſi rectiùs inſpiciantur, dum vſuras permittere creduntur, de propria vſura, & quam lucratoriam vocant loqui, ſed de alia impropria, quam reſtauratiuam dicunt. Adduci enim ſe nequire, vt putet antiquos illos alioquin iuſtiſſimos, atque prudentiſſimos viros fœnus iſtud natura improbum, & iuſtitiæ commutatiuæ omninò contrarium induxiſſe: imò id credere nefas eſſe. Hoc expreſsè indicare Paulum *in d. l. cum quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſur.* dum tradit vſuras non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infligi. Ex quo colligitur vſuram, quæ illo iure permittebatur, parum aut nihil à noſtra hodie permiſſa diſcrepare: ſiquidem de iure illo ratione moræ non ſoluentis certo quodam modo conueniebantur, quem quia fœneratorum licentia excederat, ideò à Iuſtiniano taxatus fuit *in l. eos. C. de vſur.* At verò quæ 2
hodie conceduntur, debentur & propter moram non ſoluentis, ac etiam ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis in creditore, quæ vt plurimum ſunt grauiores. Et in hoc differre vſuras noſtri temporis *ab illis antiquis.* Ità is auctor *num. 38.* qui tandem poſt multa vel bona, vel mala, vel mediocria concludit *leges omnes, quibus vſura inducta & conceſſa dicitur, de vſura lucratoria non loqui, ſed de alia in lata ſignificatione ſumpta nempè moroſa, & punitoria modis ſupra dictis permiſſa.* modis ſuprà dictis, id eſt vt paulò ante dixit ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis.

Sed ne cui mirum videatur me de Lupo, cuius aliqua 3
auctoritas eſt, & quem hac in re P. Gibalinus ſecutus eſt, vt poſt pauca dicam, ità cenſere, expendat illa illius pauca verba, quæ proximè poſui, & arbitretur. Nam quod primo loco ait vſurã propriè ſumptam, quã lucratoriam vocat, ſummo rigore iure ciuili damnatam eſſe, refellitur manifeſtè *ex l. 1. C. de vſur.* & ex reſponſis Papiniani, & aliorum veterum *in l. 9. & 33. ff. eod. l. 4. ff. de naut. fœn. l. 1. §. pacto placuit. ff. de pignor.* & aliis adductis *sect. 1. n. 2. & 3.* & infrà luculentiùs demonſtrabitur fœnus iure illo receptum, & probatum fuiſſe. Et ſufficit etiã querela illa D. Auguſtini. *Quid dicam de vſuris, quas etiam ipſæ leges, & iudices reddi iubent.* Deinde quid eſt quod excidit viro docto vſuram veteri illo iure permiſ-
ſam à noſtra parum aut nihil diſcrepare; Quaſi verò 4
aliqua vſura inter Chriſtianos permiſſa ſit; Vt olim vſura permiſſa legibus vera, & formalis vſura fuit, ità & vſura, quæ nunc agitatur, vſura eſt, tametſi meritò prohibita, & interdicta gentibus. Nec enim temporibus mutantur eſſentiæ rerum. Quod ſi nomine vſuræ, quo leges ciuiles vtuntur, intelligit id quod intereſt, & ità interpretatur leges, quæ de vſuris loquuntur, & vſuras decernendas eſſe conſtituunt (quod imaginarium eſt,) & vſuras iſtas vt olim, ità & nunc licitas eſſe, id quidem tolerari poteſt, ſed parum iuri ciuili congruit: debuit enim propriis nominibus vti, & dicere id quod intereſt, ſeu intereſſe, ità enim loquimur, & olim, & nunc licitum eſſe abiecto infelici illo nomine vſurarum. Et præſertim quia ipſi Iuriſconſulti veteres ſeparant vſuras ab eo quod intereſt, vt oſtendam multis locis
præcedente diſputatione. Præterea leue eſt, quod ait 5
vſuram priſco illo iure ratione moræ non ſoluentium certo quodam modo conueniri ſolitum fuiſſe, quia etiã à die contractus licuit vſuras ſtipulari, vt *in d. l. 1. C. de vſur. & l. lecta. in fin. ff. ſi cert. pet. & aliis*: imò illas in anteceſſum capere, vt diximus *p. 1. sect.... n....* & Hotman. *in epit. n. 6.* atque etiam quia ſine vlla conuentione, vel pacto in actionibus bonæ fidei, in legatis, & fideicommiſſis ex ſola, & ſimplici mora applicabantur vſuræ; vt conſtat multis iuris locis, & ex ipſo *§. ſi pupillo.* quem
habebat ante oculos. Vt etiam fallitur, dum putat mo- 6
dum à Iuſtiniano vſuris poſitum fuiſſe, quia fœneratorum licentia ſtatutum legibus modum non ſeruaret, quia huic fraudi obuiam iam itum erat multis legibus, vt *l. ſi non ſortem. in princ. ff. de condict. indeb. l. 9. §. 1. l. vſuras. & l. placuit. ff. de vſur. l. 23. §. ibidem. ff. de act. empt. l. 1. §. pacto placuit. ff. de pignor. l. ſi pro mutua. C. ſi cert. pet. l. 1. & 2. C. Theod. de vſur.* denique *l. improbum. C. de his qui not. infam.* ex quibus conſtat non licuiſſe vltrà legitimam vſurã, id eſt centeſimam hoc titulo creditoribus ſtipulari, & exigere: & ſi fortè hanc meram exceſſiſſent, ſorti imputare,
vel reſtituere conſtitutum fuiſſe. Quare Iuſtinianus non 7
vſuris modum adhibuit *in d. l. eos.* quod creditores modum ante legibus præfinitum excederent, huic enim malo iam prouiſum fuerat, vt dixi, ſed quia vſuræ grauiores erant, & debitoribus nimium luctuoſæ, nimirum

centeſimæ, quas Seneca ſanguinolentas vocat,& Zona-
ras iniquiſſimas omnium , idque ſatis indicant verba il-
la conſtitutionis, *ſuper vſurarum quantitate etiam genera-*
lem ſanctionem facere neceſſarium eſſe duximus veterem du-
ram,& grauiſſimam earum molem ad mediocritatem deducen-
tes. Ideoque,&c. & rectè notat Cuiacius *in l.20.circa fin.*
8 *C. de vſur.* Denique ægrè fero , quod dicit vſuras, quæ
hodie conceduntur deberi propter moram non ſoluen-
tiū, & ratione damni emergentis,& lucri ceſſantis, & vt
plurimùm eſſe grauiores, debuit enim ſimpliciter dicere
debitores propter moram hodie teneri ad id quod credi-
toris intereſt ratione lucri ceſſantis , vel damni , & ſic
proprio legitimo & probato nomine vti. Et quid ſanè
opus eſt metaphoricè loqui , cùm propria verba habe-
9 mus & rem certiùs, & ſanctiùs exprimentia; Et obſerua
etiam illum nomine vſuræ punitoriæ intelligere id quod
intereſt, vt ſe ipſum explicat *loc. cit.* & apertiſſimè *infrà*
eod.comment.§.6.in princ.Succedit, inquit, *nunc illa ſecunda*
ſpecies vſuræ, quam diximus vocari à DD. punitoriam, ſiue
damni reſtauratoriam, (hoc verbum noſtris legibus inco-
gnitum eſt.) *quæ licitè, & abſque vlla fœnoris labe exigi, &*
conuenire poteſt ratione intereſſe,& quæ eſt omni iure permiſſa
etiam Pontificio cap. 2. de fideiuſſ.& Baldo Saliceto,& aliis
relatis deinde ait. *Et huiuſmodi non credas eſſe propriè vſu-*
ras ſed quoddam intereſſe appellatum damni emergentis , &
lucri ceſſantis. Hæc Lupus , cui mihi liceat dicere , cur
vſuras vocas , quas alios mones ne credant eſſe vſuras ?
10 Sanè nemo negabit præſtare in ſcribendo propriis no-
minibus vti , & id quod intereſt ſeparare ab vſuris &
quantum fieri poteſt infauſto illo nomine abſtinere,
niſi cum de illarum reprobatione agitur , vt nos in
noſtro opere fecimus, hoc vnum ſatagentes , ne nomi-
nis quidem veſtigium vllum remaneret,vt poſſis hinc,ſi
non ſcientiam , ſaltem meam pietatem , & induſtriam
11 probare. Et fortaſſe , (liceat hoc mihi dicere ,) huc
reſpexit P.Candidus Philaletus , quem puto ex Socie-
tate Ieſu tanquam ex equo Troiano prodiiſſe, dum in
eleganti *tract. de cambio quæſt. vlt.* ſcribere dignatus eſt
me doctè, ac piè aliquid ſcripſiſſe in meo libro *de vſur.*
*quæſt.*26. tametſi ille non probet , ſed refellat , cui vel
obſiſtam , vel cedam in appendicibus. Sed his excur-
ſionibus prætermiſſis conſtat Lupum in eo eſſe , vt pu-
tet legibus , & reſponſis veterum prudentum vſuras lu-
cratorias probatas non fuiſſe.
12 Hoc ipſum à Lupo imbutus Theologus Lugdunen-
ſis ſenſit *in d. cap. 7. art. 5.* poſtquam enim varias opi-
niones DD.recenſuit de ſententia Iuſtiniani , an proba-
uerit , vel improbauerit vſuras , vel illas permiſerit ma-
ioris mali vitandi cauſa *num. 3. vt in hoc* , inquit , *opi-*
nionum diſſidio aliquid certi conſtitui poſſit , videndum eſt
quid cenſuerint circa vſurariam materiam veteres Iuriſcon-
ſulti , & quid deinde Iuſtinianus , aliique Auguſti ſancire-
rint , qui ſcilicet ante Iuſtinianum rerum potiti ſunt,
non qui poſteà , alioqui id excederet terminos ſui arti-
culi quem inſcripſit , *Quid ius Iuſtinianeum de vſuris*
ſtatuerit. & deinde *num. 4.& infrà* profert quid ipſe ſen-
tiat , & ait , *apud veteres omnes Iuriſconſultos quorum re-*
ſponſa habemus in Pandectis , quoſque æmulati ſunt Impera-
tores in ſuis conſtitutionibus , Vſuram eſſe mercedem ſeu æſti-
13 *mationem ſortis conſumptæ cum damno creditoris. Quia*,in-
quit , *niſi quis in vſus ſuos conuertiſſe pecuniam alienam de-*
tegatur , legitimam vſuram præſtare non debet , vt disertè de
tutore pupilli ſui pecuniam adminiſtrante affirmat Vlpianus
in l. 7. ff. de admin. tutor. Papinianus quoque reſpondit,
poſſeſſorem hæreditatis , in qua pecuniam inuenit , non ali-
ter vſuras debere , quam ſi eam in ſuos vſus conuerterit, alio-
quin ſi non attingat , non debebit l. ſi poſſeſſor. ff. de pet. hæ-
redit. id etiam conſtare (nimis enim graue eſſet totum
tranſcribere) *ex l. quamuis. 6. ff. de pignor. act. & l. ſo-*
cium. 60. ff. pro ſoc. Neque aliam eſſe rationem ſolem-
nis illius regulæ , cuius ait ſe crebro meminiſſe *l. cum*
quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſur. vſuras propter moram
non ſoluentium deberi , quia debitor non aliam ob
cauſam moram facere præſumitur , quàm vt pecunia
vtatur : & eo ipſo quòd alienam pecuniam in ſuos vſus
conuertit, in mora eſſe videri *ex l.1.§.1.ff.de vſur.*
Neque ſatis eſſe *num. 5.* ſortem conſumptam fuiſſe, 14
niſi interuenerit damnum creditoris : idque eſſentiale
eſſe definitioni vſuræ , illamque ab omnibus acceſſio-
nibus diſtinguere maximè à fœnore , quod ob ſolum
lucrum exerceatur , idque probat *ex l.illud ſciendum 27.*
de ædil. edict. l. 24. §.1. ff. depoſ. l. 42. §. vſuras. ff. ſolut.
matrim. l.pacto. 17. ff. de dol. excep.. 13. §. ex vendito,
ff. de act. empt. l. 16. §.1.de vſur. & ſimilia tradere *l.63.*
§. reſcripto. ff ad Sen. Trebell. Hinc *num.6.* apparere hu- 15
ius ciuilis vſuræ æquitatem, & proinde leges , quæ hu-
iuſmodi vſuram aut permittunt aut iubent , æquiſſimas
eſſe. Deinde *num.7.* ait vſuram ciuilem & legitimam,
ſine legibus inductam, & definitam eſſe ipſum quod in-
tereſt creditoris circumſcriptum , & definitum , quia
difficilis eſt probatio eius quod intereſt *l. vlt. ff. de præ-*
tor. ſtipul. & §. vlt. inſtit. de verb. obligat. & deinde poſt
pauca ſubiicit , vſuram inductam eſſe ad definiendum
id quod intereſt creditoris , quodque à debitore com-
penſari , tùm ipſa naturalis æquitas , tùm leges poſtu-
lant : ne enim fœneratores vſurarum legitimarum ſpe-
cie facilè imponerent,& prædarentur : atque ipſi etiam
creditores quorum reuera intereſt caruiſſe re credita
fraudibus debitores vexarent , certum aliquem modum
ſtatuendum omninò fuiſſe.
His poſitis tandem ſuam profert ſententiam *num. 8.* 16
his verbis , quæ ſubiicio. *Dicendum igitur primò eſt*
vſuras antiquo Pandectarum iure permiſſas non eſſe lucra-
torias , & pro ſolo vſu rei mutuatitiæ exactas , quas hacte-
nus tanquam naturali æquitati repugnantes reiecimus , ſed
compenſatorias & punitorias propter damnum illatum credi-
tori reparandum , aut moram ipſi noxiam puniendam. Ita
Ioann. Baptiſta Lupus comment.1. de vſur. §.3 à num. 18.
quod ſatis euidenter oſtenditur ex iis omnibus , quæ proximè
retulimus vt doceremus vſuras non dari niſi ad intereſſe cre-
ditoris reparandum , aut in pœnam moræ à debitore poſt in-
terpellationem commiſſæ. Vnde illa ſæpius adducta Pauli
ſententia in d. l. 17. §. ſi pupillo , ff. de vſur. Vſura non pro-
pter lucrum petentium,ſed propter moram non ſoluentium in-
fliguntur. Vnde quoque illa vſura propriè dicta , & fœno-
ris diſtinctio , quod ex ſtipulatione mutuo ſubiecta debetur,
& lucri tantùm cauſa inſtitutum eſt. Hoc autem fœnus di- 17
cimus non fuiſſe probatum veteri illo iure , niſi quatenus com-
penſationis quodam colore , & prætextu tegebatur , quaſi in
pœnam admiſſæ moræ : ideoque pœna dicebatur , quod fiebat
duobus modis. Primò ob non ſolutam præſtituto die ſortem
vt in l. lecta 40. ff. de reb.cred. & l.60. de verb. obligat. &
aliis. Secundo cum quis ſtipulatus fuerit minores vſuras, &
niſi eæ ſoluerentur præſtituto tempore maiores pœnæ quo-
que nomine ſtipulabatur , vt in l. 11. & 12. ff. de vſur.
l.4.& 8.C. eod. ex quibus aliiſque intelliges vſuras perpetuò
aut in compenſationem,aut in pœnam probari à veteribus illis
prudentibus iuris.non autem merè lucratorias. Quod tam cer-
tum & conſtans eſt apud illos,vt Salmaſius acerrimus audaciſ-
ſimuſque fœneratorum patronus c. 7. de vſur. neget vllas eſſe
lucratorias , ſed omnes contendit eſſe compenſatorias, vſus ni-
mirum pecuniæ creditæ , quod quam ſit abſurdum docuimus.
Supponunt igitur Iuriſconſulti aut aliquod eſſe damnum cre-
ditoris reparandum, aut moram puniendam , quoties vſuras
probant. Ità is auctor ex Lupo *loc.cit.*
Ego vt prædixeram à P.Gibalino diſſentio , & ſentio 18
iuris auctores veteres , & Imperatorum conſtitutiones
non tantùm vſuras quas compenſatorias vocant, ſi vſu-
ræ dicendæ ſunt , ſed etiàm lucratiuas ſeu fœnus com-
probaſſe;eaſque iure ciuili ex ſola obligatione, & ſtipu-
latione vel propter ſolam moram in quibuſdam iudiciis
exigere licuiſſe , neque ſemper ſupponere aut damnum
creditoris reparandum, aut moram puniendam , quoties
vſuras probant , & ità ius Iuſtinianeum de vſuris ſta-
tuiſſe. Quod me hic aduerſus virum Theologum di- 19
ſputare mirum fortaſſe pleriſque videri poteſt. Nam
cùm

cùm viri religioſi, & Ieſuitæ mens, & finis ſit oſtendere
malitiam, & improbitatem vſuræ, illamque omninò
profligare: ego etiam hoc vnum mihi propoſuerim, &
vt mea tulit tenuitas id facere conatus ſim, ille ne pro
contraria ſententia, id eſt Molinæi, Donelli, Salma-
ſij, & aliorum eiuſdem claſſis auctorum ſtaret tam il-
luſtris auctoritas legum, & conſtitutionum Imperato-
rum, quorum aliqui Chriſtiani fuere, vt quidem conij-
cio ex illius verbis *initio art. cit. verſ. cùm autem.* illas de
eo quod intereſt reparando, & puniendâ mora debitoris
20 quæ creditori nocuit, intelligendas eſſe contendit. Ait
enim, vſuram apud veteres omnes Iuriſconſultos, (repe-
to enim ne quid me illi imponere quæratur,) quorum
reſponſa habemus in Pandectis, & quos deinde Impe-
ratores in ſuis conſtitutionibus æmulati ſunt, eſſe mer-
cedem ſeu æſtimationem ſortis conſumptæ cum damno
creditoris. Ex quo poſt multa infert, vt dixi, *has leges
æquiſſimas eſſe.* Ego verò, cùm mihi perſuadeam ea in-
terpretatione maximè confirmari ac ſanciri illorum ſen-
tentiam, ſiquidem nihil magis Molinæus & alij hetero-
doxi volunt, quàm reſponſa illa prudentum, & conſtitu-
tiones Imperatorum retinendas eſſe ſub prætextu cuiuſ-
dam præſumpti promiſcui intereſſe, & præſertim illam
Iuſtiniani, qua vſurarum molem moderatus eſt *in d. l. 26.
C. de vſur.* ideò ſentio veteres illos prudentes, qui in hac
meritò imprudentes dici poſſunt, & Principes ab illis
imbutos ſuis legibus, & reſponſis vſuras veras, & lucra-
torias, vt quidam vocare volunt, tanquam licitas com-
21 probaſſe: eiuſmodi tamen reſponſa veluti iniuſta, & iuri
diuino & naturæ contraria iure Pontificio irrita eſſe: &
leges Principum, quibus idem ſancitum eſt, inter Chri-
ſtianos nullam vim obtinere: & proinde nihil in eis ab
aduerſariis conſtitui poſſe.

22 Alia ratio ſuſcipiendæ huius diſputationis fuit, quia
ſtatim ac hæc ſcripta P. Gibalini tot referta legibus per-
legi *loc. cit.* in quæ primùm incidi, ſuſpicatus ſum id to-
tum ex aliquo ſuſpecto auctore, & ex vno eorum aliquo
qui vſum, & interuſurium pecuniæ iactant, & æſtiman-
dum eſſe cenſent, illum deſumpſiſſe, & eius ſuppreſſo no-
mine ſuo operi iunxiſſe. Nec me coniectura feſellit. Ve-
rum enim id mox eſſe comperi arrepto Hotmanni libro
de vſuris, quem mihi in hac mea honeſta quidem ſed
moleſta tandem relegatione commodauit Comes Phi-
libertus Cacheranus magni illius Præſidis Cacherani
Nepos, & S. R. Celſitudinis Aduocatus præſtantiſſimus.
Ex quo heterodoxo auctore ita P. Gibalinus imbutus eſt,
vt nec eius verbis, quæ infrà poſui, abſtinere voluerit, tā-
etſi Hotmānus cautior ea pendentibus videri poſſit. Ita-
que non tam cum P. Gibalino, quem tanquam Sacerdo-
tem, & Theologum veneror, quam cum Hotmanno, &
contrà Hotmannum diſputandum ſuſceperim. Ex quo
etiam vt iam præmonui, Pio, & Catholico Lectori vide-
ri poteſt non inutiliter omninò hac de re me diſceptare.
23 Hotmannus enim inter eos eſt, qui ægrè ferunt leges
humanas, quæ de vſuris præſtandis ſancitæ ſunt, à nobis
damnari, quòd vſuras in omnibus penè negotiis permi-
ſerint. Etenim *initio c. 6.* ſic ait. *Cum igitur hæc ita ſe habeāt
vt diximus,* (dixit autem id, quod P. Gibalinum ex eo ſū-
pſiſſe mox dixi,) *& vſura nihil aliud ſit, quàm compenſatio
eius, quod creditoris intereſt alium eius vti pecunia, vehemen-
ter erraſſe iudicandi ſunt quidam homines imperiti,* (ſic hete-
rodoxus orthodoxos vocat,) *qui leges Romanas ob eam
cauſam damnandas eſſe cenſuerunt, quòd vſuras in omni-
bus penè negotiis permiſerint.* Quod repetit *cap. 7. verſ. Quæ
cum ita ſe habeant.*

24 Idem vrget, obiicitque, & quidem imprudentius Chri-
ſtophorus Vomhagel. *lib. de vſu vſur. cap. 6. num. 176.* vbi
ait vſuras iure ciuili ob ſolum mutui dationis officium
non fuiſſe permiſſas: eaptobrarque Canoniſtis, & Le-
giſtis, (vtor illius verbis) quod in odium & contemptum
iuris ciuilis, & ſaluberrimarum legum, & in odium Iu-
ſtiniani id confinxerint. *Quis enim vnquam,* ſubiicit, *ob ſo-
lum mutuationis officium, & non potius ratione vſus pecuniæ
& in compenſationem vel damni incurrendi, vel vtilitatis
ceſſaturæ vel participationem lucri percepti à debitore, vel ex
mora, aliiſque de cauſis vſuras ſtipulatus eſt? Quis ex vllo iu-
ris ciuilis textu & legibus probabit Iuriſconſultos, & Impera-
tores, ipſumque Iuſtinianum in vſurarum ſtipulatione, & con-
ceſſione, & modificatione duntaxat habuiſſe reſpectum ad mu-
tuationis officium exhibitum, & non magis ad compenſationem
eius quod intereſt creditoris, vel quoad ſors reddatur intereſſe
poterit, atque ſimpliciter meras vſuras, & non potius modera-
tam, & æquabilem interuſurij, & promiſcui intereſſe compēſa-
tionem in commerciis, & vita ciuili & ſocietati humanæ ſum-
mè neceſſaria ſtatuiſſe, & approbaſſe?* & addit, *ad hoc tantùm
leges omnes collimaſſe: minimè verò ad compenſandum ſeu vē-
dendum ipſum officium mutuationis, imò de ipſo officio compē-
ſando, vel vendendo ne quidem vnquam cogitaſſe complures
leges probant.* Hæc effundit vſurariarum legum patronus, 25
quæ vel eadem ſunt cum iis, quæ Lupus, & Gibalinus
docent *loc. cit.* vel ſaltem proxima: poterantque hunc au-
ctorem pro ſua ſententia proferre. Nam & iiſdem iuris
locis, vtitur, quibus duo illi viri ſuam illam aſſertionem
plurimùm confirmari opinantur, nimirum *l. 42. § vſuras.
ff. ſolut. matr. l. illud 27. §. 1 ff de ædil. edict. l. ſocium. 60. ff pro
ſoc.* illius verba proferens, *ſed non quaſi vſuras, ſed quod ſe-
cij intereſt:* denique illa Pauli ſententia, *Vſuræ non propter
lucrum petentium ſed propter moram non ſoluentium infligun-
tur,* quam otiſſimum iactant, & Hotmannus etiam, vt *in
epit. n. 13. & 18. & c. 1. de vſur. verſ. Nam & Paulus inquit.*
& aliis fortaſſe locis eandem occinit cantilenam.

Eadem eſt ferè querela Franciſci Balduini viri alio- 26
quin docti, & periti legum *in lib. 1. de iure veno fol. 75.* vbi
poſtquam protulit illam Iuſtiniani Nouellam, qua ve-
tuit Antichreſim cum agricolis contrahi, in quo ait ſe-
ueriorem fuiſſe, quòd ſub pœna amiſſionis ſortis id pro-
hibuerit, & legem illam Platonis, quæ in vniuerſum ve-
tabat δανείζειν ἐπὶ τόκῳ ſub eadem pœna, ſubiicit hanc
clauſulā. *Profectè nimis confuſa ſunt illa Philoſophorum ſiue
theoremata, ſiue interdicta:* (puta eum Platonem, & Ari-
ſtotelem intelligere) *& humæ vitæ conſuetudinem, ac neceſ-
ſaria humanæ ſocietati commercia perturbarent, ſicuti & mul-
torum concionatorum importuna declamationes ſi ex ſuggeſtu
ad Tribunal prorumperent. Ita eſt ſanè. Aliarum gentium le-
ges in re vſuraria nullum modum, nullam diſtinctionem ſerua-
bant, ſed intemperanter agebant, cùm eſſent infinita & aut pro-
hiberent aut permitterent quaſuis vſuras. Quam verò ſapien-
ter magis, & conſideratè noſter Iuſtinianus, & tamen poſteri-
tas fatua quadam ſuperſtitione faſcinata & ineptè exhorrens
non intellectum nomen vſuræ, cùm rem aliòqui ipſam non re-
pudiaret, auſa eſt bonum legiſlatorem in hoc genere inceſſere.*

Hæc congruunt omnia doctrinæ Molinæi, de quo no- 27
uiſſimè Ioann. Otto Tabor. I. C. Germanus *conſultat. Aca-
dam p. 1. art. 4. n. 11.* ſic memorat. *Quæ omnia rectè conſide-
rans in hac materia verſatiſſimus quidam auctor teſtimonio
Duareni in tit. de nau. fœn. tr. de vſur. n. 43. Iuſtinianum ob
expurgatum hoc prauitatis vſurariæ ſtabulum non immeritò
vocat Herculem Alexicacum, addens: eū tam perfectā mode-
rationem iniſſe atque confeciſſe, vt nec fœneratores nec debito-
res iuſtè conqueri poſſint, ſed rerū, & pecuniarū cōmercia tam
creditarū, quā debitarū cōpetenti cōmodo, neutrorūque iniuria
tractari poſſint: Tā exactè, vt vix laxari, ſine rubore, vix ma-
gis reſtringi ſine iniuria ſeu impedimento commerciorū queat:
Tantâque denique cautione, & prudentia, vt vix ſaluberrimæ
fraudem legi facere licuerit, niſi ea priùs cùm bonis artibus &
literis per Gothica barbariei mundationem in tumulo ignoran-
tia ſepulta.* Sic ille commendat ſententiam Molinæi, &
ſubiicit homogenea ſcribere Balduinum, & Rodericum,
& quod horreo, ipſum Lutherum. Vt verum ſit quod re-
petere cogor eos, qui leges ciuiles de vſuris latas pro-
bant in Molinæi, & ipſius Lutheri ſententiam incon-
ſultè delabi, & deſcendere. Sanè vt hoc etiam in tran- 28
ſitu dicam, non debuit Iuriſconſultus Saxo Antonium
Fabrum Sabaudiæ Præſidem virum pium, & veræ fi-
dei, ſapientiæ, & religionis conſultum ſuperſtitioſum
vocare.

29 Modeſtiùs hæc de re cenſet Donellus *in lib. de vſur.* ità enim ſcribit *fol 9. & 10. Illud planè concedendum eſt, ſi quid interſit creditoris, quod pecunia ſua vſus non eſt, quam in alias res potuerit, & ſolitus ſit iuſtè elocare, vt ex negotiatione lucrum faceret, vel ſi quod aliud incommodum paſſus eſt, dum aut in pœnam incidit, aut alias res cogitur carius emere, & ſi quæ ſimiles cauſæ incidere poſſunt, earum rerum omnium nomine non iniquum eſſe vſuras exigi pro eo quod intereſt.* &c. Quæ ad ſententiam hæc capita iuris pertinẽt *l. illud. ff. de ædil. edict. l. Iulianus. §. ex vendito. de act. empt. l. liberalitatis. §. 1. de vſur. l. facta. §. reſcripto. ad Trebel. l. cum poſt §. demum. de iur. dot. l. pater. ff. de dol. mal.* & hoc rectè & mutatus ab eo, qui pro vſuris ſcripſit *in d. Auth. Ad*
30 *hæc.* & deinde *Sed nihilominus iure Romano* (de cuius ſententia nos quærimus,) *ipſa per ſe vſura omnis admiſſa eſt ſine alia eius quod intereſt probatione: maiore vt videtur Reip. bono, vt homines, qui pecunia indigerent, facilius ab iis mutuam reperire poſſent: itemque augendarum facultatum cauſa, ne apud homines pecunia otioſæ manerent. Quæcunque cauſa eſt, apparet eandem fuiſſe apud Romanos propter quam apud cæteras nationes exercebantur illas quidem eo iure permiſſas eſſe conſtat. Non enim ignoramus quid aut in iis iure Pontifi io conſtitutum ſit, aut de iis ſacris literis traditum eſt.*

31 Cautior etiam hac in re videri poteſt Ioannes Borcholten *cap. 1. num. 17. Iure ciuili vſuram non eſſe prohibitam hic titulus ſatis oſtendit, quemadmodmodum & titulus in Pandectis, qui ſimiliter de vſuris inſcriptus eſt. Quinimò multa Nouellæ conſtitutiones de vſuris latæ ſatis ſuperque probant vſuras iure ciuili improbatas non eſſe.* & poſt quædam *n. 19. cum igitur Imperator Iuſtinianus poſt d. epiſtolam, inter claras, & d. Nouellam 131. de vſuris nouas conſtitutiones ediderit, clarum certò, & perſpicuum eſt, eum vſuras non improbaſſe. Sed & fruſtra Baſilius Imperator prohibuiſſet vſuras, ſi vſura iure ciuili iam anteà fuiſſent prohibita. Concludimus ergo vſuras iure ciuili permiſſas eſſe, & falſam eſſe contra-*
32 *rium ſentientium ſententiam.* Quod verò inde infert non peccare, qui vſuras etiam pecuniæ creditæ accipiunt, quia non peccet, qui legis auctoritate peccet *ex l. Gracchus. C. ad l. Iuliam de adult.* neque damnati quis poſſit ob id quod lege factum eſt Seneca *declam. 9.* & alia, quæ profert, abſurdum prorſus eſt, quia hoc accipiendum eſt de iuſtis, & honeſtis legibus, & quæ iuri naturæ & canonibus & decretis Pontificum conformes ſunt, cuiuſmodi non ſunt leges quæ vſuras præſtari iubent, vt diximus multis locis. Nam vt dicit Bald. *in princ. tit. C. de vſur.* & alij paſſim, vincit ius diuinum in vtroque foro, & *in d. auth. ad hæc n. 5.* lex Euangelica ſine dubio vincit legem Cæſaris, & latè proſequitur Capiſtran *part. 1. de vſur. n. 89. & ſeqq. & num. 94.* vbi ait leges iſtas tanquam ſacrilegas reſpuendas eſſe: & ſentiunt Alciat. Cuiacius, Malderus, & alij quos recenſui *ſect. 1. num. 5.* & aliud agens Felician. *de cenſib. lib. 1. cap. 2. num. 5. verſ. non enim humana legi.*

33 Eiuſdem notæ ſunt, quæ nouiſſimè ſcribit Iacobus Mæſtert *lib. 2. de iuſt. leg. Roman.* Etenim poſtquam oſtendere conatus eſt moderatas vſuras iuri naturali non aduerſari, deinde *dub. 21.* probare nititur illas iuri diuino & canonico non eſſe contrarias repetita ſemper illa diſtinctione inter vſuras immoderatas, & moderatas: vt illæ quidem, id eſt immoderatæ eo iure prohibeantur: iſtæ verò licitæ ſint. Et tandem ad ius ciuile tranſgrediens *verſ. tranſeo ad ius ciuile.* opinatur hoc iure moderatas duntaxat vſuras licitas eſſe non immoderatas, vt loquitur. *Hoc enim iure*, inquit, *nullæ exiguntur, niſi ad normam iuſtæ, & æquabilis compenſationis eius, quod creditoris intereſt ratione damni emergentis vel lucri ceſſantis: nullæ ob ſolum mutuationis officium, ſed occaſione mutui dationis tantùm propter commoditatem quam creditor in mutuatarium contulit, & quaſi ſe priuauit, nempè quod creditoris pecunia debitor in proprium ſuum lucrum vti poſſit,* & adfert in hanc rem infinitos, vt ait, textus nempè *l. illud 29 §. condemnatio. ff. de ædil. edict. l. in inſulam 42. §. vſuras ff. ſol. matr. l. nec enim. 23. ff. de pign. act. l. ſocium. 60. ff. pro ſoc. l. ſi quis. 21. §. 1. ff. de don. inter vir. & vxor.* Neque omiſit Mæſtertius regulam illam quæ nobis toties obiicitur, & quam P. Gibalinus ſolemnem vocat, *ex l. cum quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſur. vſuras non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infligi.* Præterea id conſtare ex modo vſurarũ, quem Iuſtinianus præſcripſit *in d. l. eos. C. de vſur. Fuit autem*, inquit, *hæc vſurarum intrà certas metas ad normam iuſtæ, & æquabilis compenſationis eius quod intereſt cohibitio, & determinatio vtilis & planè neceſſaria, primùm ne ex libidine cuiuſque res agitaretur. Deinde ne creditores probare cogerentur, quantum ratione periculi, moræ, dilationiſue aut alterius incidentis incommoditatis ſua intereſt. Tertiò vt mutuatarij, aliique debitores modicis hiſce vſuris maioris vtilitatis occaſionem redimere, omnique alio fœneratorio onere defungi interim poſſent, quamuis conſtaret creditoris plus intereſſe.* Et licèt euenire poſſit vt nihil creditoris interſit, reſpondet hunc caſum rarum eſſe, iura autẽ adaptari debere ad ea, quæ frequenter, & facilè contingunt *l. 4. & ſeqq. ff. de leg. Præterea adhuc creditoris intereſſe ratione periculi, quod ipſũ ex eo manet quod debitor facultatibus labi poſſet: vti etiã ratione incommoditatis, qua afficitur ex eo, quod pecunia ſua ſi fortè vellet, interim vti non poſſit.* Hæc & alia I. C. Batauus profert pro aſſerenda iuſtitia legum Romanarũ, quibus vſuras promitti, & decerni ſancitum eſt: in eoque ferè totus eſt, vt ratione lucri quod interim debitor ex pecunia facere poteſt, & ſub prætextu eius quod intereſt, etiamſi eueniat, vt nihil creditoris interſit, vſuras moderatas ad formam Iuſtinianeæ cõſtitutionis ſtipulari, & exigere liceat, congruenter ſanè iis, quæ Molin. Hotm. Vomhagenſis, cæteríque eiuſdem claſſis auctores adferunt pro defenſione vſurarum. Hoc tamen non omiſero illum initio operis proteſtari ſe iuris canonici maieſtatem labefactare nunquam in animo habuiſſe.

His valdè affinia eſſe videntur, quæ ſcribit Ant. Maſſa 34
Galleſ. *in opuſc. de vſur. n. 5. & ſeq.* Ait enim, *id quod accedit ſorti, interdum ob quæſtum, & lucrum ſolum ex propoſito exigitur, quod fœnus propriè dicitur, interdũ verò propter id quod intereſt: & hoc quidem pluribus modis conſideratur: atque ità interdum vſura, & interuſurium, modò pœna, modò pretium quanti plurimi appellatur: nonnunquam nomen generis retinens id quod intereſt, nuncupatur. Nam ſi neque lege neque ex partium conuentione definitum eſt ideoque probandum eſt, & quantumcunque ad iudicandum, ſimpliciter appellatur id quod intereſt: ſi verò de eius ſumma integra, & quantacunque futura eſt, inter partes conuenit, appellatur pœna, quod ſi de eius ſumma non integra, nec quantacunque ad extremum eſſe poſſit, ſed quanta ſit per ſingulos annos, & menſes lege definitum eſt, hoc ipſum quoniam ex vſus diuturnitate pendet, interuſurium, & ſpeciali nomine vſura nuncupatur.* Et paulò poſt *num. 15. Huius vſura*, inquit, *duæ ſpecies ab iiſdem Iuriſconſultis factæ inueniuntur, vna quæ vocatur fœnus. Altera quæ generis appellatione contenta vſura nominatur. Fœnus à quo dicti ſunt fœneratores, eſt lucrum illud quod capitur ex nuda pecunia, & apud bonos auctores ferè ſemper accipitur pro illicito lucro, dictum ab eo, quod ſit quaſi fœtura quædam pecuniæ, vt ſi nummus nummum pariat. Vſura verò apud eoſdem auctores accipitur pro re licita: ità vt qui eam petit non lucrum ex pecunia captatum, ſed id demum petat, quanti eius interfuit vſu pecuniæ ſuæ caruiſſe eiuſque vſus æſtimationẽ,* &c. *Id enim ipſũ, quod repetere nõ poteſt vtpotè præteritum & conſumptum, illius æſtimationem ac pretium petat neceſſe eſt: Itaque vſura hoc ſpeciali nomine ſumpta nihil aliud eſt quam compenſatio quanti creditoris intereſt vſu ſuæ pecuniæ caruiſſe.* Deinde *n. 27. & ſeq.* Poſtquam dixit legum latores non tantùm conſtituiſſe, vt debitores acceptas mutuo pecunias reſtituere cogerentur, ſed amplius pœnæ loco id quod creditoris propter moram interfuit, addit ſtatim *hac in parte animaduertendum eſſe, ne fraus legi fiat cum id quod intereſt tanti æſtimatur, vt maximas etiam excedat vſuras. Et ex diuerſo cum iniquum videretur eũ, qui mutuo dedit, quoniã probare nõ poſſit ſe cum pecuniis lucrari ſolitum, vel propter moram ſibi factam damnum incurriſſe, propterea vſu ſuæ pecuniæ tandiu caruiſſe,*

caruiſſe, vtrique ex his modis occurriſſe poſitis legibus de certo vſurarum modo per moroſos debitores ſoluendarum, per quas pœna immodica ad legitimum vſurarum modum & eius quod intereſt non præfinita quantitas certa redderetur: vindicabunturque ab iniuria ij, qui quod ſua intereras probare non poterant: litiúmque, & querelarum aliquis erat finis. Et licet admittat aliter viſum eſſe iuris canonici auctoribus, quod iure Diuino generaliter omnes vſuræ ſint prohibitæ, *melior tamen*, inquit, *& publicè vtilior mihi videtur iuris ciuilis ordinatio, excepto eo quod ius ciuile indifferenter vbique permittit poſſe de certis vſuris ab initio paciſci, (quanquam id quoque non careat ſua ratione,) nam in cæteris & Chriſtianæ pietati; & vtilitati publicæ magis videtur conuenire ius ciuile, quàm ſententia noſtrorum Doctorum, qui etiam vbi lex permittit vſuras tanquam intereſſe, vel interuſurium, nolunt illius rationem haberi niſi eatenus, quatenus probetur. Ex qua poſitione*, inquit, *duo maxima ſequuntur incommoda. Vnum, quod intereſſe illud incertum poſteà de neceſſitate probandũ eſt, vnde oportet intercedere lites. Alterum quod probatio plerunque & quaſi ſemper excedit eas vſuras, quæ à iure ciuili grauiſſimæ & centeſimæ appellantur, &c. quæ non euenirent ſi ſeruarentur moderationes iuris ciuilis. ex quo enim eſt certa per legem definita quantitas, tollitur inter ciues occaſio litium & diſcordiarum in facienda probatione veri intereſſe, quod maximè cordi eſſe debet legiſlatori: proſpiciturque vt creditores remota ſpe immenſi reuera fœnoris nomine verò intereſſe probandi efficiantur diligentiores ad exigendum creditum: nec patiantur miſeros debitores vſurarum ſortem etiam centies, (ſi tanta ſit mora) excedentium mole obrui, & ad extremam inopiam deduci.*

35 Hæc igitur vir doctus, & ciuis Romanus de ſua ſententia dicere voluit, vt ipſe ait, in quibus nunc ſubiiciã tantùm, quæ ſatis mihi videntur, ne quempiam mouere debeant. Nam cætera affinia Hotmanni, & aliorum eiuſdem claſſis auctorum doctrinæ reiecimus ſuo loco. Et in primis Galleſ. ſcribit *n.7. ſi verò de eius ſumma integra & quantacunque futura eſt inter partes conuenit appellatur pœna*, &c. iiſdem verbis legitur in Hotman. *lib.1. c.5 fol.46.* & quod in Maſſa legitur *num.15. verſ. id enim ipſum.* quod reperere non poreſt, vtpotè conſumptum, &c. iiſdem ferè verbis ſcripſit Hotm. *eod. lib.1. c.1. verſ. quem quidem vſum.* Quæ cum ex Hotmanno deſumpta ſint, nam prior Hotmannus librum de vſuris edidit, vel eadem ſint, meritò nobis ſuſpecta eſſe debent.

36 Vt etiam cautè admittenda eſt illa vſuræ diuiſio, quã Galleſius probat, vt alia fœnus dicatur, altera quæ in generis ſui appellatione conſiſtit, & vſura nominatur, quæ etiam Hotmanni eſt *lib.1. c.1* & quam Cuiacius vir maximus probat multis locis, & latè exequitur Borch. *tot. c.2.* Nam prætermiſſa magna illa obiectione Salmaſij, quam multis auctoritatibus confirmauimus *ſect.1. in fin.* quatenus Cuiacio; & aliis in hac re indulgere velimus, & aliquod diſcrimen inter fœnus & vſuram in ſpecie ſumptam agnoſcere, hoc quoque illos fateri neceſſe eſt illud non niſi ex cauſis, vnde proueniunt, deduci poſſe, quod non ſufficit, vt diuerſam naturam ſortiantur, & diuerſas ſpecies conſtituant. Etenim currunt omnes, & recurrunt ratione temporis, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, quæ eſt forma, & natura vſurarum, vt ſæpius diximus *ex l.3. C. in quib. cauſ. in integr reſtit. & l.17. §. ex locato. ff. de vſur.* Vnde quod ad iuſtitiam vel iniuſtitiam vſuræ attinet, hæc diſtinctio ſpecioſa & verbalis potiùs eſt, quàm vtilis & neceſſaria. Et vt inepta eſſet diuiſio aquæ veluti generis in ſpecies ſi quis eam diuidat in fontanã, fluuialem, & pluuiã, quam cœleſtem Vlpianus vocat *in l.1. ff. de aq. pluu. arc.* & eam, quæ ex ſcopulis Magnæ Arcis Nicenæ nuper detecta eſt in littore maris, quòd ex locis diuerſis fluant vel hauriantur. Ita prorſus licet vſuræ ex variis cauſis deſcendant, diuerſas ſpecies conſtituere non poſſunt. Omnes enim eiuſdem naturæ ſunt, & illicitæ omnes, vel non ſunt vſuræ. Vnde ſit, vt vult Borcholt. *loc. cit. n.6. in fin.* quædam pecuniæ creditæ acceſſio, quæ fœnus rectè dicatur: & ſit quædam, quæ non rectè appelletur fœnus, ſed pœna, vt *in dict. l. lecta.* non tamen ſequitur hanc vſuram, quæ non eſt fœnus, eo ipſo quòd non eſt fœnus, eſſe id quod intereſt, vt Hotmannus & Borcholten tenent, & Galleſius quoque malè opinatus eſt. Incongruum verò eſt, & captioſum nomine vſuræ intelligere id quod vſura non eſt & rationi vſuræ repugnat, vt quod illicitum eſt licitum eſſe videri poſſit ſcilicet vſura. Vnde ſapienter Bachou. in Treutler. *diſp. de vſur. Theſ. 2. in fin.* obſeruat naturam earum variare non poſſe. Et poſtquam Treutleri rationes, & argumenta difflauit omnia, quibus hanc diſtinctionem firmare nititur, ſic de diſtinctione Hotmanni cenſet. Hæc quoque diſtinctio fœnoris & vſuræ quam proponit Hotmãnus communi vſui, & Iuriſconſultorum, & aliorum repugnat. *Neque in re ipſa intereſſe puto, an quis pecunia à me ipſo conceſſa, vt in mutuo, an non conceſſa vſus fuerit, ſi quidem & illo caſu ego fortaſſis lucrum facere potuiſſem, & iſto nulla petendæ acceſſionis æquitas concurrat*, id eſt, nihil intereſt creditoris, poſt pauca concludens vſuram à cauſis ex quibus debeatur, diſtinctionem quidem recipere, ſed ſpeciem infimam eſſe adeò vt nec vſura, quæ ex mutuo nautico debetur ab aliis vſuris forma, & ſpecie differre intelligatur. Quæ congruunt omninò his, quæ diximus *d. ſect. 1. num. 30. & 31.* vſuras omnes eiuſdem naturæ eſſe, & ſpecie non differre, vnde ſequitur omnes iure naturæ prohiberi. Qua intentione verò Hotmannus hanc diſtinctionem obtrudat, iam diximus, & præſertim *ſect.2. n.15.*

Secundo loco animaduerſione dignum arbitror, quod 37
conſequenter Galleſ. ſcribit *eod. loc.* apud bonos auctores verborũ proprietatẽ ſectantes fœnus, vnde fœneratores dicti, accipi pro illicito lucro, vſuram verò accipi pro re licita. Nam certiſſimum eſt apud Pontifices, & Patres non tantùm fœnus ſed etiam vſuram, vnde vſurarij dicti ſunt pro iniuſto, & illicito lucro cenſeri etiam intrà modum legibus ciuilibus permiſſum, & tanquam natura ſua improbam ab iiſdem omninò vetitam eſſe, vt conſta *ex c.1. & ſeqq. de vſur.* & alij apud Gratian. 14. *quæſt. 3. & 4.* & apud Anton. Auguſt. *iuris Pontif. veter. lib. 34. cap. 6.* & indicat ſatis illud D. Ambroſ. *cap. 14. Et eſca vſura eſt, & veſtis vſura eſt, &c. quod velis ei nomen imponas vſura eſt, ſi licitum eſt, cur vocabulum refugis, velamen obtexis? ſi illicitum eſt, cur incrementum requiris?* Quis dixerit hic vſura pro re licita ſumi? Id ipſum oſtendit illud D. Auguſt. ad Macedon. *Quid dicam de vſuris, quas etiam ipſæ leges & iudices reddi iubent? an crudelior qui ſubtrahit aliquid diuiti, quàm qui trucidat pauperem fœnore?* Cicero etiam, Lactant. Senec. Plin. vt etiam priſci Poëtæ vſuram pro re improba accepere locis, quos infrà memorauimus: inter quos Auſonius in Ecloga de ambig. vitæ. eo modo, quo Diuus Auguſtinus dixit pauperes trucidari fœnore, vſuram inopes trucidare etiam dixit. Certum igitur eſt vſuram apud bonos auctores inter turpia, & illicita lucra cenſeri.

Quod ſi de Iuriſconſultis loquitur, vt puto, nam Iuri-
ſconſulti proprietatem verborum ſectantur, certum eſt 38
illos fœnus, & vſuram promiſcuè intrà modum legibus præfinitum pro re licita habuiſſe: ſi verò illum exceſſiſſet, id quod excederet (vt etiam vſurarum vſuras) illicitum & improbum compendium exiſtimaſſe, vt compertum eſt *ex l.1. in princ. l.9. §.1. & l.29. ff. de vſur. l.29. in princ. & §.1. ff de cond. indeb. l.4. ff. de naut. fœn. l.1. & 2. C. Theod. de vſur.* Græci *ad d. l.29.* Harmenop. *lib.3. tit.7.* & Borcholt. *de vſur. cap. 5.* Vnde decipitur Galleſius, ſi putat apud bonos auctores, id eſt Iuriſconſultos fœnus pro lucro illicito, vſuram pro licito ſumi, cùm apud illos vtrunque licitum, vel illicitum ſit eo modo quo diximus.

Neque mouet ſi dicat, quòd eum dicere neceſſe eſt, 39
vſuram in eius opinione eſſe compenſationem eius, quod creditoris intereſt rem licitam eſſe, ſed non eſſe vſuram, & apud Iuriſconſultos diuerſam eſſe. Etenim in

iore noſtro intereſſe incertum eſt, vſurarum verò certa
definita quantitas, vt ipſe ait *eod. loc.* atque etiam quia
vſura in mutuò de quo loquitur non debetur ex mora,
vt dixi multis locis, & præſertim *ſect.* 12. *num.* 14. *&* 15.
ſed ex noua obligatione *l.* 121. *ff. de verb. ſign.* at verò in-
tereſſe debetur ex mora *l.* 8. *ff. de eo quod cert. loc.* ibi: *Nec*
enim hac cauſa rectè comprobabitur obligationi vſurarum.
denique quia intereſſe ex iure ciuili poteſt excedere le-
gitimum modum vſurarum, vt notum eſt ex ſæpius ad-
ducta *l.* 2. § *vlt. ff. de eo quod cert. loc.* qui vel vnus iuris
locus vel importunis indicat ſatis vſuram apud bonos
auctores, id eſt Iuriſconſultos non eſſe id quod inter-
eſt: imò maximè differre, vt ex hoc textu docet Roder.
de ann. redd. lib. 3. *q.* 4. *num* 82. & nouiſſimè tradit D. Sta-
bian *lib* 1. *q.* 15. *n* 12. *&* 13. & Io. Otto Tabor *de præſid. de-*
40 *bit. infœlic. p.* 2. *art* 5. *n.* 3. & à nobis aliis locis iam lucu-
lentiùs demonſtratum eſt, vt *part.* 1. *ſect.* 2. *num* 16.

Præterea incongruum eſt quod ait *eod. loc. verſ. diuerſa.*
legibus ſancitum eſſe, vt ij, qui mutuam pecuniam ac-
ceperunt, ſi moroſi ſint, vt loquitur vſuras vſque ad
certum modum perſolueret, quia nulla eſt lex tale ali-
quid dicens: immò planè conſtat, cùm mutuum ſit con-
tractus ſtricti iuris, vſuras in eo ex mora venire, vt dixit
ex l. eum qui. ff. de donat. & ex ipſo Hotman. *in* §. *actionum.*
Inſtit. de act. & aliis, *ſect.* 12. *num.* 14. quibus addo Emin.
Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 8. *tit.* 1. *num.* 9. tametſi veniat
ad quod intereſt, vt cenſet Griuell. *dec.* 91. *num.* 1 *&* 2. &
probari poteſt *ex l* 6. *ff. de eo quod cert. loc. & d. l. vn. C. de*
ſent. quæ pro eo. &c, quæ in omnibus contractibus lo-
41 cum habet, vt dixi multis locis. Ex quo etiam palam eſt
vſuram, & id quod intereſt, rem diuerſam eſſe.

Rurſus quod excidit viro docto *num.* 28. *verſ. melior*
igitur. quod ius ciuile indifferenter vbique permittit de
certis ratibus ab initio paciſci, id quoque ſua ratione nō
carere, ſatis incautè dictum mihi videtur, quia nulla eſt
ratio, qua vſuras veluti iuri diuino, & naturæ contra-
ria ſuſtinere poſſit: & quia etiam hinc ſequitur ius ca-
nonicum, quod id permittit, imò ſeuerè vetat: & punit,
ratione carere, quod nemo ſapiens dixerit: niſi dicamus
illum ità ſenſiſſe ad vitanda maiora mala in republica,
42 quod tamen iuriſprudentes non facilè & niſi cum magna
cautione admittunt.

Neque turbari debuit, quod iure ciuili vſuræ ſortem
excedere non valeant: intereſſe verò excedere poſſit, &
quidem centies, ſi tanta ſit mora, vt putat, quia illa
eadem meta quæ data eſt vſuris, ne duplū excedere poſ-
ſint, eodem iure ciuili data eſt ei quod intereſt, vt ſcili-
cet in caſibus certis, & in quibus certum petitur, cu-
iuſmodi eſt mutuum de quo loquitur, duplum non
poſſit excedere, vt ſancitum eſt *in l. vn. C. de ſent. quæ*
pro eo. & tradunt Surd. *in conſ.* 302. *num.* 15. Mudæ. *in l.*
ſocium. ff. pro ſoc. Petr. Greg. *de vſur. lib.* 2. *cap.* 17. & nouiſ-
ſimè Tabor *lib. de præſid. debit. infel par.* 3. *art.* 13. *num.* 3.
vbi ait communi calculo confirmari. Quare cum eadem
meta præſcripta ſit vſuris, vt ei quod intereſt, ne ſcilicet
43 vltrà duplum excurrere poſſint, vt ipſemet Galleſius ad-
mittit *n.* 32. eius hac in parte amaritudo ceſſare debuit.

Neque eſt, quod quis obiiciat *gl. in d. l.* 2. *in fin.* verbo
legitimum. quæ addit, *& ſic vltrà duplum.* quia obſeruan-
dum eſt olim priſco Romanorum iure duplicem fuiſſe
vſurarum modum, vnum ne ſingulis annis centeſimam
excederent, id eſt duodecim pro centum, in quo veteres
gloſſæ, & interpretes lapſi ſunt, & ipſe Surd. *in d. conſ.* 302.
exiſtimantes vſuram centeſimam eam eſſe, quæ anno
vno æquaret ſortem, vt dixi *quæſt.* 4. *num.* 41. Alterum, ne
vſuræ ſiue centeſimæ ſiue leuiores vltrà duplum progre-
di poſſent, vnde ſtatim ac vſura æquauerat ſortem, ſiſte-
batur earum curſus, & ſi quid plus poſteà vſuræ nomine
numeratum eſſet, deducebatur de ſorte, vt notum eſt *ex*
l. ſi non ſortem. §. 9. *de cond. indeb* & Cuiac. *in d. l.* 1. *ff. de vſur.*
ad Papin. & aliis locis, vt obſeruat Tabor *d. lib. de præſid*
debitor. par. 2. *art.* 2. *n.* 8. *&* 16. *in fin.* Modus igitur vſurarum
antiquo iure Romano duplex fuit, duplum, & centeſima.

Quæ tamen moderationes iuris ciuilis nunc ſuperfluæ
ſunt, quia eo iure quo vtimur, omnia omninò vſura veti- 44
ta eſt, etiam infrà duplum, vel centeſimam.

Sed quod attinet ad id quod intereſt, nihil iure cano-
nico immutatum eſt: & etiamnum hodie ius ciuile obti-
net & locum habet, quod diximus id quod intereſt in
caſibus certis, etiamſi mora ſit multorum annorum, du-
plum excedere non poſſe, vt in *d. l. vn.* proindè conſtitu-
tum eſt: intrà tamen fines dupli vſuras centeſimas exce-
dere poſſe: ſi tantundem creditoris intereſſe conſtiterit,
vt compertum eſt *ex d. l.* 2. *in fin. de eo quod cert. loc* quod 45
ius & in Baſilicis probatum eſt *lib.* 24. *tit.* 9. *cap.* 3.
Vnde quod Vlpianus ait *in d. l.* 2. *in fin. & quidem vltrà*
legitimum modum vſurarum, non eſt accipiendum de fine
dupli, id eſt de progreſſu vſurarum, qui eſt, vt vltrà ſortem
progredi non poſſent: ſed de earum quantitate annua,
quæ olim fuit centeſima, vt dictum eſt, & deinde quia
grauior videbatur, redacta ad normam *l.* 26. *C. de vſur.*
quod ergo Vlpianus ait intereſſe excedere poſſe legiti-
mum modum vſurarum, interpretari debet de centeſimis
vſuris, ita vt poſſit iudex æſtimare id quod intereſt vl-
trà centeſimam id eſt vltrà duodecim pro centenis ſin-
gulis, ſi tantundem creditoris interſit, vt rectiſſimè ex-
plicant Bologn. *in d. l. vn num.* 25. Roder. *de ann. redd. lib.* 3.
quæſt. 4. *num.* 84. quos ſecutus ſum *quæſt.* 90. *num.* ., &
nunc addo Donell & Gothofr. *ad d.* §. *vlt.* & eund. Ta-
bor. *d. art.* 13. *num.* 6. qui tamen hærere videtur, & fortaſſe 46
propter Cuiacium, qui locum illum Vlpiani de fine du-
pli interpretatus eſt *in recit. d. tit. C. de ſent. quæ pro eo.* Sed
mihi videtur textus Baſilicon omnem ambiguitatem ſu-
ſtuliſſe in quibus quod ibi Vlpianus dixit. *& quidem vl-*
trà legitimum modum vſurarum, quæ verba cùm duplex
eſſet modus vſurarum vt dixi dubitationem iniicere po-
terant an de modo dupli vt à Cuiacio, & Fabro *in ration.*
ad h. l. accepta ſunt, vel de modo centeſimæ accipienda
eſſent, vt alij ſentiunt: Græci dixere *vltrà legitimam vſu-*
ram ὑπὲρ νόμιμον τόκον quod non niſi de modo legitimæ
vſuræ id eſt centeſimæ intelligi poteſt, quod miror Cu-
iacium, & cæteros viros linguæ Græcæ peritiſſimos non
animaduertiſſe. Quamobrem quod nunc intendimus,
cùm id quod intereſt non magis quàm vſura duplum
excedere poſſit, vereor, num ſine ratione Galleſius ſcrip-
ſerit meliorem hac in re eſſe iuris ciuilis ordinationem, 47
quàm iuris canonici auctores ſentiant.

Vt etiam fruſtrà illum perturbant illa duo alia in-
commoda, quibus ait legibus ciuilibus occurſum eſſe,
quia vtrumque naturali æquitati, imò & iure ciuili con-
ſentaneum eſſe oſtendimus ſatis aduerſus Vuomha-
genſ. *infra Sect.* 10. *num.* 31. & tantùm hic ſubiicio expe-
rientiam fori non admittere, quod ait probationem eius
quod intereſt plerunque excedere modum legitimum
vſurarum, id eſt vſuras centeſimas, quia frequentiùs mi-
nus intereſt, & interdum nihil, vt dixi ſæpius *ex l* 13. *de*
re iudic. & l. 112. *de verb. obligat.* & plerunque difficilis
eſt probatio eius quod intereſt, & ad exiguam ſummam
deducitur *l. vlt. ff. de præs. ſtip.* & aduerſus Molinæū tra-
dit Roder. *d. quæſt.* 4. *num.* 87. *&* 90. Quare retento iure
ciuili, quod paſſim admittebat vſuras, certa, & aſſidua
erat calamitas debitorum, & quod conſequens eſt Chri-
ſtianæ pietati, & vtilitati publicæ magis conuenit, vt
quatenus creditoris intereſt, id totum reddatur, vt con-
ſtitutum eſt *in l.* 1. *C. de ſent quæ pro eo.* cum moderamine
tamen dictæ conſtitutionis, vt dictum eſt, & ipſe Galle- 48
ſius *in fin. n.* 34. admittere videtur, & loqui circūſpectiùs

Illud ſanè probo, quod ille in fine conſcius, vt opi-
nor, multa difficilia ſcripſiſſe, prudenter proteſtatus eſt,
ſi quid fortè imprudenti atque inuito ſcribendo excidiſ-
ſet, quod à Sanctorum Patrum ſententiis vel minima ex
parte diſcreparet, id omne minimè ſcriptum dictumque 49
velle, quod ſcriptores Catholici facere ſolent.

Relatis horum auctorum ſententiis ſupereſt, vt ad
exoluendam fidem eius, quod dixi P. Gibalinū loco cita-
to ex Hotmāno profeciſſe, ipſius Hotmāni verba ponā,

Is

Is auctor igitur, poſtquam cap.1. definiuit vſuram ſtrictè ſumptam, vt nihil aliud ſit quàm pretium, ſeu potiùs æſtimatio vſus ſortis conſumptæ cum damno creditoris, quærens cap.4. in princ. ob quam cauſam vſuræ debeantur *id vno,* inquit, *verbo in definitione perſtrinximus, cùm vſuram vſus pretium aut æſtimationem appellauimus. Nam eo verbo intelligi volumus vſuras percipi duntaxat ob vſum, qui tamen potiùs abuſus appellari ſolet. Id adeò ex verbis Vlpiani intelligi poteſt in l.tutor. ff.de admin.tut. & apparet hanc eſſe formam vſurarum, vt eius quidem pecuniæ, quam quis in vſus ſuos conuertit legitimam vſuram præſtet, &c. Vnde Papinianus, ſi poſſeſſor hereditatis pecuniam in hereditate inuenerit, non tamen aliter eam vſuras debere reſpondit, quàm ſi eam in vſus ſuos conuerterit. Alioqui ait, ſi non attingat non debet, l. ſi poſſeſſor. in princip. ff. de pet. heredit. Pomponius verò & ſi creditor pluris pignus vendiderit, tamen tùm demum ab eo vſuras deberi ſcribit, quum ſuperfluo vſus erit. Nam ſi depoſitum habuerit contrà reſpondit l. quamuis. in fin. ff. de pign. act. Denique quoties vſura deberi dicuntur ſimul etiam adiicitur propter vſum eas deberi vt l.ſocium, ff.pro ſoc. Socium qui in eo, quod ex ſocietate lucri faceret, reddendo moram adhibuit, quum eà pecunia vſus ſit, vſuras quoque præſtabit: ſed ſi ea pecunia vſus non ſit, contrà eſt. Atque id ipſum voluit Paulus in l.cum quidam. §. ſi pupillo. ff.de vſur. quum ait vſuras propter moram non ſoluentium deberi. Moram enim debitor ob eam ſolam cauſam facere intelligitur vt pecunia vtatur contrà quamuis in mora non ſit, tamen ſi pecuniam alienam in vſus ſuos conuertit eo ipſo in mora eſſe videtur, vt Papinianus docet in l.1.§.1. ff.de vſur.* Hæc leges omnia apud P. Gibalin. art. cit. num.4.

50 Idem Hotmannus deinde, vt illam partem ſuæ definitionis, *cum damno creditoris* confirmet, *cap.5.* repetita illa Pauli ſententia, *vſura non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur* ex ſæpius obiecta *l.17.§. ſi pupillo. de vſur. Vnde,* inquit, *Vlpianus cum quæreretur an emptor in iudicio vſuras pretij conſequeretur reſpondit, quoniam id quod intereſt; deberet accipere conſecuturū.* his enim ipſis verbis vtitur *l.illud.27. ff.de ædil.edict. Papinianus autem in l.Lucius.24.§.1. ff.depoſ. cum in deponenda pecunia conueniſſet, vt ea vteretur, quoniam in ſuſcipienda pecunia beneficium præſtitit, ob eamque cauſam deponentis non interſit eum vſum fuiſſe, rationem vſurarum non habendam adfirmat. Quòd ſi ità vti incipiat, vt iam deponentis interſit, veluti ſi de reddendo admonitus moram fecerit, vſuras deberi l.ſeq.25.§.1.eod. Præterea idem Papinianus in l.inſulam 42.§.vſuras. ff.ſol.matrim. & l.69.§.in domum. ff.de iur.dot. & Scæuola in l.ſi pater 17. ff.de dol.except. ſcri-*
51 *bunt patrem etiam qui vſuras dotis promiſit, tamen ſi filiam ſuis ſumptibus aluerit, quamuis dotis pecunia ſit vſus, quia tamen cum damno generi non eſt vſus alens videlicet ſuam filiam ad vſuras non teneri. Quod ſi gener eam accepta dote aluerit, idque poſt diuortium facere intermittat, quoniam cum alterius damno pecunia vtitur, vſuras à genero deberi: & ſi intereſſe deſinat, puta quia ſecundo matrimonium contraxerit, eo ipſo loco in d. § vſuras. Papinianus ait ex die ſecundi matrimonij non eſſe præſtandas. Accedit hoc quod Paulus tradit in l.16. ff. de vſur. Imperatorem ſcripſiſſe iniquum eſſe vſuras pretij ab emptore petere cùm tradita res non eſſet, quique fructus non percepiſſet. Contra Vlpianus in l.13.§ ex vendito ff.de act. empt. cum re ait emptor fruatur æquiſſimum eſt cum vſuras pretij dependere, cui ferè ſimile eſt, quod ab eodem traditur in l.63.§.reſcript. ff.ad Sen. Trebell. Quocirca perſuaſum nobis, & exploratum eſſe debet vſuram nihil aliud eſſe, quàm compenſationem eius, quod verè creditoris intereſt.* Hæc vafrè, & callidè ſi quis alius Hotman. *loc. cit.* quæ omnia iiſdem ferè verbis P. Gibalinus tranſtulit *in d.art.5. num.5.* & excutiamque, concutiamque in ſequentibus, vt oſtendam virum Theologum Hotmanno nimiùm credulum fuiſſe, ſi priùs ne huc, & illuc effluat diſceptatio, cautiones & obſeruationes quaſdam præmiſero, quod præſtabo. *Sect. ſeq.*

SECTIO III.

Cautiones, & obſeruationes ad firmandum ſtatum diſceptationis.

SVMMARIVM.

1 *Vſura P. Gibalino apud omnes I.C. æſtimatio ſortis conſumptæ cum damno creditoris.*
2 *Vſura punitoria, & compenſatoria P. Gibalini.*
3 *Vſura P. Gibalino nihil aliud quàm compenſatio eius quod intereſt.*
4 *Vſura punitoria illicita.*
5 *Etiam ſub nomine pœna.*
6 *Lex non poteſt debitoribus non ſoluentibus vſuras imponere.*
7 *Gibalini quædam vix cohærentia.*
8 *Vſuræ interdum legibus infliguntur, quia creditoris intereſt.*
9 *Fœneratores interdum pecuniam accipiebant fœnore. Mercatores hodie eodem tempore dant, & ſumunt cambio.*
10 *Fœneratoris repetentis vſuras pœna quædam.*
11 *Debitor vſurarius poteſt eaſdem vſuras à ſuis debitoribus exigere.*
12 *Legibus interdum vſuræ conceſſæ ratione lucri vſurarij ceſſantis.*
13 *Quod hodie illicitum eſt.*
14 *Vſuræ interdum licitæ propter æquitatem. Vt in ſpecie* l.5 C.de act.empti.
15 *Cuiacij ſententia huiuſmodi vſuras licitas eſſe.*
16 *Theologi plurimi vſuras* l.curabit. *non admittunt.*
17 *Gibalinus cenſet leges concedentes vſuras venditori ratione fructuum iniquas eſſe.*
18 *Quod videtur eius definitionibus aduerſari.*
19 *Caniſius probat leges, quæ dant vſuras venditoribus ratione fructuum.*
20 *Gibalinus dum ſequitur Lupum, recedit à Lupo.*
21 L.curabit. *quatenus recipienda remiſſiuè.*
22 *Gibalinus meminit Senatoris vt eum reprehenderet.*
23 *Gibalinus imponit auctori.*
24 *Pacta quæ in ipſo contractu fiunt, inſunt contractui in quacunque parte adiecta ſint.*
25 *Pacta non dicuntur ineſſe, niſi actum ſit.*
26 *Pacta, quæ non ſunt contrà leges ſeruanda.*
27 *Et præſertim ſi iuſiurandum interuenerit. Pacto iurato actio datur.*
28 *Vueſembecij egregiè dictum.*
29 *Pactum nudum iure Canonico actionem parit.*
30 *Auctor Theologos admonet.*
31 *Auctoris de P.Gibalino querela.*
32 *Gibalinus iterum imponit auctori.*
33 *Gibalinus tribuit Carocio, quod non dixit Carocius.*
34 *Auctor primus receſſit ab opinione Carocij, & aliorum quorundam.*
35 *Gibalinus notatur iterum.*
36 *Auctor ab opinione quadam Cuiacij diſceſſit & quibus rationibus.*
37 *Quod totum ſibi tribuit Gibalinus.*
38 *Carocius iuſtè ab auctore quodam loco reprehenſus.*
39 *Gibalinus id totum ſuo operi iunxit.*
40 *Ioann. Bapt. Staibanus I.C. Neapolitanus cum auctore egit ingenuè.*
41 *Auctor admittit vſuras pretij licitas eſſe cum communi.*
42 *Vt etiam vſuras non ſolutæ dotis propter onera matrimonij.*
43 *Gibalinus in materia vſurarum dotalium multa ab auctore mutuatus eſt.*
44 *Nuptiæ duos contractus plerunque continent.*
45 *Gibalinus conuincitur auctoris dicta ſuis iunxiſſe.*

46 Ex caſibus ſingularibus malè in vniuerſum inferri.
47 Vſura ex iure ciuili debentur, etiamſi nihil intereſſet creditoris.

QVIA mihi res eſt cum viro doctiſſimo & Theologo Scholaſticis diſceptationibus aſſueto, antequam progrediatur diſputatio, quædam ad illius ſtatum firmandum pertinentia obſeruari velim. Et in primis P. Gibalinum, poſtquam *in d.art.5.* propoſuit, *Quid ius Iuſtinianeum de vſuris ſtatuerit*, effusè, & generaliter aſ-
1 ſerere *numer.* 4. apud veteres omnes Iuriſconſultos quorum reſponſa habemus in Pandectis, & quos imitati ſunt Imperatores in ſuis conſtitutionibus, vſuram eſſe mercedem ſeu æſtimationem ſortis conſumptæ cum damno creditoris. Nullum igitur veterum Iuriſconſultorum reſponſum de re vſuraria redditum, & nullam legem, & conſtitutionem ab Imperatoribus de vſuris editam excludit, & conſequenter ex illius doctrina omnia illa veterum auctorum reſponſa, omnéſque leges à Principibus deinde de vſuris conditas accipiendas eſſe de vſuris compenſatoriis eius, quod creditoris intereſt.

2 Præterea obſeruandum eſt virum Theologum *eod.art.n.8 in fi.* vſuras compenſatorias à punitoriis diſtinguere, & ſeparare dum ait ſupponere Iuriſconſultos dum vſuras probant, vel damnum aliquod reparandum, vel moram puniendam: & ità interpretatur *l.24.ff.depoſ. l.34.ff. mandat.* & alias quaſdam *eod.loc.num.13. & 14.* & tamen paulò ante *eod num.8.* docuit apertè vſuras antiquo Pandectarum iure permiſſas fuiſſe compenſatorias, & punitorias propter damnum illatum creditori reparandum aut moram ipſi noxiam puniendam: & apertiſſimè *d. num.4. & 5.* dum vſuram hanc ciuilem quam defendit, ait eſſe æſtimationem ſortis conſumptæ cum damno creditoris, additque id eſſe eſſentiale definitioni vſuræ:
3 & rurſus *num.6.* nihil aliud eſſe, quàm compenſationem eius, quod verè, & non ſimulatè intereſt, & hinc huius ciuilis, vt vocat, vſuræ æquitatem, & cauſam quare inducta fuerit, apparere: denique *num.7.* ſubiicit hanc clauſulam. *Ideoque vſura ciuilis, & legitima ſiue legibus inducta, & definita eſt ipſum quod intereſt creditoris circumſcriptum & definitum, quia ex ſententia Venulei difficiles eſt probatio quanticunque interſit l.vlt.de prætor ſtipul.* Quare quod deinde ait *num.8. in fin.* leges, dum vſuras probant ſupponere vel damnum aliquod reparandum, vel moram puniendam, id intelligit de mora, quæ nocuit creditori, & cùm eius intereſt ſibi moram factam fuiſſe, & conſequenter quæ compenſatoria quoque eſt ne dicamus parum congruentia loqui, & docuiſſe *eod. loc.* quod de viro Philoſopho, & Theologo dicere ne-
4 fas putarem. Nam ſi fortè opinatur vſuras, quæ propter moram infliguntur, cùm creditoris nihil intereſt, & punitorias vocant, licitas eſſe, quod non arbitror, dicam ſtatim me hunc errorem iam funditus profligaſſe aduerſus Petr. Gregorium, & alios *quæſt.4. num.35. & 36.* vbi pluribus rationibus docui iſtas vſuras iuſtitiæ commutatiuæ contrarias eſſe, & inter cæteras adduxi catholicam illam, & à catholicis omnibus receptam aſſertionem. moram ſolam non ſufficere, vt quid vltrà ſortem capere liceat ex quacunque cauſa pecunia debeatur ex Baldo, Martio, Peguera, & aliis, & ipſo Vveſembecio *ad tit.de vſur.n 9.* Et addo nunc iſtiuſmodi vſuras, licet in pœnam moræ legibus ciuilibus infligerentur iuxta illud ſolemne Pauli dictum *in d. §. ſi pupillo.* veras tamen, & proprias vſuras eſſe, ſubducimus enim ſemper intereſſe creditoris, quia currunt ratione quantitatis debitæ, & ratione temporis à die factæ moræ, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, quod eſt proprium vſurarum, vt ſæpius diximus *ex l.3.C.in quib.cauſ.in integr.reſt.l.lecta.ff.ſi cert.pet.l.7.& 9.& l.17.§ ſi ex locato ff.de vſur.* & nos diximus ex Bart. Caſtrenſ. & aliis *quæſt. 38. num.9.* & aliis
5 locis. Quod verum eſt, tametſi creditor ſub nomine pœnæ vſuras ſtipulatus ſit, vt conſtat *ex l.44. ff. de vſur. l. 90. ff. verb. obligat.* vt ibi Cuiacius notat, & Henric. Zoëſ. *ad tit.de vſur.num.5. & 6.* & aliis nunc prætermiſſis Hotman. *de vſur.lib.1.cap.5.verſ.nam ſi pro vſur.* vbi ait pœnam non tantùm vſuræ naturam, verùm etiam appellationem ſuſcipere. Quod & rectiſſimè ſenſit P. Gibalin. *lib.2.cap.2. art.1. num.2.* vbi quærens, an ex lege pœna aliqua imponi poſſit debitori tardiùs ſoluenti debitum reſpondet poſſe non tamen vſuram, & congruenter rei, quæ agitur, deinde admonet aduertendum eſſe vſuram ſolui, & infligi propter ſolam dilationem temporis, & vſum pecuniæ, pœnam verò propter culpam commiſſam in tardiore ſolutione: & præterea vſuram ſenſim creſcere, & currere pro ratione temporis, pœ- 6
nam verò momento, & ſemel committi. *Itaque*, inquit, *quoties lex non ſoluentis debitam pecuniam imponit pœnam alicuius præſtationis in annos, aut menſes ſingulos, reuera vſuram ſoluere cogit, non pœnam ſolam infligit.* Ità is auctor, qui licèt loquatur de pœna eo modo impoſita à lege multò magis id retinendum eſt, cum creditor pœnam in dies excreſcentem ſtipulatur vltrà ſortem quandiù pecunia retinetur, vel ſi ſors ſua die ſoluta non ſit, quia minùs ſuſpecta lex eſt, quàm conuentio. Hoc tamen hic non agitur, ſed quæritur tantùm de vſuris, quæ propter moram legibus ciuilibus infliguntur, vt in actionibus bonæ fidei, & in teſtamentis *ex d.l.3.Cod. in quib.cauſ.l.3.& 4.C.depoſ.& d.§ ſi pupillo.* quæ cùm currant, & creſcant ex die moræ pro ratione ſortis, dicendum eſt veras vſuras eſſe, niſi fortè tantundem credito-
ris intereſit. Et cùm P. Lugdunenſis hic admittat hoc pœ- 7
næ vſurariæ genus à lege imponi non poſſe debitori tardiùs ſoluenti, quia hoc vſura eſt, non pœna, vel ſi pœna eſt, pœna vſuraria eſt, & illicita, videat ipſe vt conſtare poſſit, quod *in d.art.5.num.* 8. ait vſuras iure antiquo, & legibus antiquis permiſſas non eſſe lucratorias, ſed compenſatorias, & punitorias propter damnum illatum creditori, & moram ſibi noxiam factam à debitore, & an eius ſententiæ aduerſetur, quod pro ſua ſententia toties profert dictum Pauli *in d.§. ſi pupillo. Vſura non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur.* Mihi videntur pace illius dixerim, & videbitur expendentibus hæc vix cohærere & conciliari poſſe.

Obſeruandum quoque eſt me non negare, nec negaſ- 8
ſe vnquam in reſponſis prudentum, & legibus interdum vſuras decerni, & infligi, quia creditoris intereſt, vt in ſpecie *l.47 ff.de act.empt.* quæ tamen nobis non obiicitur & euenit plerumque in contrariis actionibus tutelæ, mandati. & negotiorum geſtorum: vt ſi tutor ad explicanda vtiliter negotia pupilli pecuniam mutuatus fuit ſub vſuris, vel ſi procurator, & negotiorum geſtor pecuniam ſumpſit fœnore, vt amicum magno incommodo liberaret, vt *in l 19.§.non tantum.ff.de negot. geſt. l.37. ff.de vſur.l.12.§.ſi mihi, ff.mandat.l.3.§.1. ff.de contrar. &*
vtil. act. Quod & interdum in tanta negotiorum varie- 9
tate & inconſtantia iis contigiſſe arbitror, qui palam fœnus exercere conſueuerant, & pecuniæ negotium gerebant, de quibus loquitur *l.27.de neg.geſt.* vt ſcilicet per idem tempus, & darent, & ſumerent pecuniam fœnore, & ſufficiet hic Plauti locus in Corcul. *Habent hunc morem plerique argentarij, vt alius alium poſcant, reddant nemini.* & infrà *ſub veteribus ſunt, qui dant, quiquè accipiunt fœnore.* Quod & nunc ſuos menſarios facere memorat Salmaſius *initio cap.1.de mod. vſurar.* & hodie etiam negotiatores, & campſores Veneti, Lugdunenſes, Genuenſes, Maſſilienſes id faciunt, dant enim & ſumunt eodem tempore pecuniam cambio, ſi id res eorum exigit, vnde etiam nunc non rarò ære alieno obruti foro cedere, & ſolum vertere coguntur, vt memorat Budæus *in annot.ad l.ſi hominem.§.quoties.ff.depoſ.* & Petr. Greg *lib.2.de vſur.cap. 2. in princ.* quod & veteres argentarios feciſſe refert idem Plautus in Perſa *art. 3.* apud eund. Gregor. *loc.cit.*

Huius

10 Huius rei ſatis certum veſtigium eſt *in cap.* 14. *&* 17. *de vſur.* vbi ſancitum eſt vſurarium repetentem vſuras, quas paſſus eſt, audiendum non eſſe, niſi priùs ipſe vſuras reſtituerit, quas ipſe, vel pater eius, cuius hæres eſt, ab aliis extorſerit, quod ego ex Molina, Gregorio Molfeſio, & aliis inter fœneratorum pœnas recenſui *quæſt.vlt. num.* 43. & addidi etiam rationem *ex d. c.*14. quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem, quam dixi deſumptam *ex l. auxilium.ff de minor.& l. iſti quidem ff quod met.cauſ.* & addo nunc Caniſium. *lib. de vſur.cap.*7.*num.*13.& P. Gibalin.*lib.*1.*cap.*11. *art.*2.*num.* 8. vbi more dignatus non eſt mei mentionem facere, ex quo profecerat, niſi quis dicat illum ſuo muneri ſatisfeciſſe, quod auctoribus à me relatis addiderit
11 *in fin. ceteriqu*e, quod vix puto. Denique & ipſi Theologi admittunt fas eſſe illi, qui pecuniam ſumpſit fœnore, & paratus erat creditorem ſuum abſoluere, ſi eam pecuniam rogatus amico mutuam det, paciſci vt eas vſuras vel ſibi, vel fœneratori præſtet, quia nihil lucri conſequitur, ſed ſuæ indemnitati tantùm conſulit, quod docent Anton.de Roſell. *lib. de vſur num.* 3. Azor. *par.*3.*lib.*10 *cap.*13. *quæſt.* 4. Vgolin. *de vſur.cap.*18 §.3. *num.* 3. Abulenſ. & alij Theologi apud Salas *eod. tract. dub.*18.*num.*6 quos, & alios quoſdam in huius rei fidem retuli *quæſt.*75.*num.*14.& meo neglecto refert P.Gibalin. *lib.*2.*cap.*5.*art* 9.*conſect.*10. quod totum cum bona illius
12 venia meum eſt, & ex meis Nicienſibus Noctibus deſumptum. Et fateor etiam quod dixi *par.*1.*ſect.*11.*num* 5. ſimile aliquid eſſe in quibuſdam adductis legibus, quæ ad lucri ceſſantis rationem ſpectant: vt ſi quis exegiſſet à debitore ſuo, à quo vſuras conſequebatur, vt pupilli vel amici negotium vtiliter gereret, quo caſu iiſdem locis definitum eſt huius rei rationem habendam eſſe, eo ſcilicet iure, quod tunc obtinuit, vt *in d. l.*3. *ff.de contr.& vtil.tut.act.* illis verbis, *vel quibus caruit tut.* & apertiùs *in d l.*12 § *ſi mihi.ff. mandat.* quæ ait, *vſuras autem non tantùm ex mora eſſe admittendas, verùm iudicem æſtimare debere, ſi exegit à debitore ſuo quis, & ſoluit, cùm vberrimas vſuras conſequeretur, æquiſſimum enim erit rationem huius rei haberi.* æquiſſimum nempè eo iure, quo
13 fœnus licitum eſſe videbatur. Hodie tamen inter Chriſtianos, cùm fœneratio prohibita ſit reiecta Vlpiani ſententia huius lucri nulla ratio habenda eſt, vt dixi *quæſt.*98.*num.*44.*verſ.alterum quod omiſeram* tùm ex pleriſque auctoribus, tùm ex ratione *l.*12.§.1.*ff.de fur.* quæ ait *neminem ex ſua improbitate actionem conſequi debere.* & nominatim notat Caſtrenſ.*in l.*2.§. *vlt. num.* 3. *verſ.item oppono.ff.de eo quod cert.loc.*

14 Vt etiam non nego interdum ex bono, & æquo, & ex æquitate negotij vſuras deberi (ſi vſuræ dicendæ ſunt,) quia ex parte creditoris aliquid abeſt, quod ex natura contractus à ſe abdicare non tenebatur, vt fauore venditoris qui non recepto pretio fundum tradidit, receptum eſt in ſpecie *l.curabit.*5.*C.de act.empt.& l.Iulianus.*13.§.*ex vendito.ff.eo.* vbi Vlpianus ait id æquiſſimum eſſe. Quod à nobis diligenter tractatum eſt *tot. q.*27. vbi cautionibus aliquot adhibitis hanc æquitatẽ quibuſdam Magnæ Rotæ Romanæ deciſionibus confirmauimus, quæ ſemper fœnus & vſuras abhorrent: & quam doctiſſimi Iuriſconſulti probant *in d.q.*27.*n.*2.*&* 53. cuius ſententiæ etiam ſunt Gloſſæ tam iuris ciuilis, quàm Pontificij,
15 quas probat Cuiacius *in l.*13. §.21. *ff.de act.empt.* Non omittam, inquit, quòd hic DD. notant nec iure Pontificio improbari vſuras pretij, quæ venditori debentur poſt diem traditionis, quia earum vſurarum cauſa non eſt captatio lucri, ſed cauſa earum eſt ratio fructuum, quorum percipiendorum per traditionem emptor facultatem nactus eſt, vt ſcilicet fructus rei pariant, & quodammodo penſent vſuræ pretij Quod ita & Accurſius notat ex Azone *in l.*5 *C.de act.empt.* *Ratio*, inquit, *fructuum perceptorum adeò iuſta eſt, vt & iure Canonico vſura pretij quaſi quod ſua intereſt, debeamur.* & deinde. *Et pluribus Laurẽtius qui vnus eſt ex Gloſſographis Decretalium in cap.conqueſtus.extrà de vſur.* Ita Cuiacius, quæ magna eſt auctoritas pro hac ſententia, quam etiam ſequitur ipſe Caniſius *eod.cap.*1.*num.*13. qui nobis obiicitur, vbi in fine ait huiuſmodi compenſatorias vſuras nõ eſſe veras & proprias vſuras, cùm tantummodò contineant intereſſe creditoris. Vt etiam Mornac.*in dict l.*5. vbi refert quotidianum eſſe moribus Gallicis vſuras pretij præſtari non ad rationem decimæ ſextæ quaſi ex edicto anni 1602. ſed habita ratione fructuum fundi 16
venditi ad rationem viceſimæ. Et nihilominus Theologi plurimi magni nominis illas Rotæ deciſiones parui faciunt, & hanc receptiſſimam apud omnium gentium, & Galliæ tribunalia, & admiſſis illis cautionibus æquiſſimam ſententiam argutiis, & imaginatiis ſubtilitatibus concutere, & contra illam velitari non deſinunt, vt oſtendimus *in d.q.*27.

Cæterum prodiit poſt paucos annos tractatus P.Gi- 17
balin. *de vſur.* qui *lib.*2.*cap.*5.*art.*5.*num.*12.*& ſeq.* nulla mei mentione facta inter alias verſat, vexátque *d.l.*13. §.*ex vendito. de act. empt. & l.curabit. C. eod* & tandem poſt multa *verſ.his omnibus expenſis.* concludit leges huiuſmodi prout abſolutè & ſimpliciter cogunt emptorem ad vſuras non ſoluti pretij pro ratione fructuum perceptorum iniquas eſſe, quod mirum videri poteſt. 18
Nam cùm in ſuo illo *art.*5. quem excutimus *n.*4.*&* 8. imbutus ab Hotman. & Lup. ſentiat vſuram apud omnes veteres IC. & Imperatores, qui IC. in ſuis conſtitutionibus imitati ſunt, eſſe æſtimationem ſortis conſumptæ cum damno creditoris, & leges, & reſponſa eorum, quæ iubent hanc vſuram præſtari æquiſſimas eſſe: deinque vſuras legibus illis permiſſas non eſſe lucratorias, ſed compenſatorias propter damnum illatum creditori reparandum, aut moram ipſi noxiam puniendam, (ſunt illius verba,) quomodo poteſt nunc iniquitatis arguere, quod iubeant emptorem, qui re pretio fruitur vſuras pretij dependere, & præſertim ſi fructus perceperit,
& pro modo, & ratione fructuum? Et mirum etiam 19
videri poteſt, quia cùm me vno laceſſito ad aſſertionem illam, quam ſtatuit *lib.*1. *cap.*8. *art.*1. *num.*4. vſuram non niſi vbi mutuum eſt, reperiri ſuſtinendam vnius Caniſij auctoritate vtatur, ait enim illum *cap.* 1. *num.* 13. latiſſimè oſtendiſſe vſuram in iure noſtro ſignificare id quod intereſt creditoris; Caniſius verò pro ſua ſententia excepta *l. ſocium. ff. pro ſocio.* non aliis iuribus nitatur, non debuit vir Theologus leges improbare, quas Caniſius, cuius ſententiam ſecutus eſt, probauit, & diſertiſſimè dixit continere intereſſe creditoris. Et videat ipſe quomodò hæc ſimul ſtare poſſint, & verum ſit ſubductis illius, & ſimilibus legibus quod ait Caniſium latiſſimè oſtendiſſe hanc eſſe frequentem vſuræ ſignificationem in iure.

Præterea cùm ipſe Lupum ſequatur *num.* 8. & huius 20
vnius auctoritate ſentiat vſuras iure ciuili permiſſas non fuiſſe lucratorias, ſed compenſatorias duntaxat & hoc vſuræ genus id eſt pretij ſi vſuræ dicendæ ſunt, Lupus §.7.*num* 1. *& ſeq.* præ cæteris tueatur adhibitis tamen cautionibus, de quibus dixi *in d.quæſt.*27.& probet iiſdem legibus, & præſertim *ex d.l.*5.& dicat hac in re ſcriptores omnes conuenire, non video quomodò fieri poſſit, vt non recedat à Lupo, qui ſequitur Lupum, &
conſequenter non ſibi ipſe contradicat, & pugnet. Cæ- 21
terùm quatenus illæ leges hodie obtineant, vt etiam quandò, & ſub quibus cautionibus pactum illud vulgare de certa annua quantitate præſtanda ratione fructuum, donec pretium ſoluatur, recipiendum ſit oſtendimus diligenter *in d quæſt.*27. cuius P.Gibalinus noluit mentionem facere *in d.ſuo art.*5. vt dixi: & tantùm eius meminit *lib.*3.*cap* 8.*art* 9.*num.*4.*verſ.Dicet cum Leotardo. quæſt.*27.*de vſur.num.*12. vt me reprehenderet. & pactum illud, quod certis finibus interclusum admiſit Lupus §.*cit.num.*15. & iuriſperiti, & tribunalia probant, con-
figeret, & vellicaret. Et quamuis eius argutiis & ſubti- 22
litatibus, ſub quibus plerunque in iure perniciosè

erratur

Digitized by Google

erratur,& quas ſapientet Marcianus monet *in l.20.§.non videtur quib.mod.pign.vel hypoth.ſoll.* ab iudicibus admittendas non eſſe, reſpondere mihi reſeruem in appendicibus, ſi Deus vires, & vitam dabit, vt illas operi meo
23 expilato affigere poſſim, hic tamen dicam, & quidem inuitus P.Gibalinum *in d.artic.9.* mihi imponere, quæ non memini me dicere. Ait enim me *in dict. quæſt. 27. num.12.* ſcribere pactionem illam de certa annua quantitate præſtanda pro ratione fructuum ex ſua natura ineſſe contractui, neque oportere, vt ante vel in ipſo contractu iſta conditio aut pactio exprimatur, quod me dixiſſe *loc. cit.* nemo verè dicere poteſt, ſi benignè mea perſpicere velit, ſiquidem declarans, dictum quoddam Vgolini *in lib. de vſur. cap.19. §. 2. num.1.* pactum illud admittentis, dummodò venditor ab initio ſibi re-
24 ſeruet fructus, Senator Nicienſis replicat † *ſufficere, vt in ipſa venditione id actum ſit, quia hac & alia pacta inſunt contractui, & ſunt pars contractus, qui vnus idem eſt ſiue ante, ſiue poſt hæc exceptio fructuum, in eodem contractu facta proponatur, l.ſi ita, & l. cum enim, ff. de nouat.* & Paul.Bellon.Senat.Mediolan. *lib.1.de poteſt.eor.quæ in com.fiunt.cap.54.num.6.& 8.* quæ ſanè vera ſunt, & diuerſa, & ideò fruſtià Theologus ait falſa eſſe. Cùm dixi pactum exceptionis fructuum ineſſe contractui, id dixi vt oſtenderem hoc pactum informare venditionem, & dare legem venditioni: quæ eſt bonæ fidei, iuxta dictum Vlpiani *in l.7. §.quin imo, ff. de pact. Solemus*, inquit, *dicere pacta conuenta ineſſe bonæ fidei iudiciis*: & Harmenop. *lib.1.tit.9.§.11.* & nihil referre, an in principio, vel in medio, vel in fine contractus hæc pactio adiecta fuerit, dummodò ex interuallo, & poſt emptio-
25 nem id non conueniat. Et quamuis quædam in contractibus veniant, licèt expreſſa non fuerint, & præſertim in emptionibus, & venditionibus, vt iure ciuili ex mora vſuræ poſt traditionem rei, vt conſtat *ex d.§.ex vendito. ff. de act.empt.* vt etiam euictionis periculum, licèt non fuerit expreſſum, *l.non dubitatur, C. de euict.* tamen cùm diximus pacta ineſſe contractibus, id intelligitur de pactis conuentis, & quæ inſerta & interpoſita ſunt contractui, & ſunt pars & portio contractus, vt interpretes tradunt *in §.quin imo.* & Mornacius *eod.loc.* & indicat quod idem Vlpianus ait *in d. l.7. §.12. quod ferè nouiſſima parte pactorum ita ſolet inſeri.* & quod ante dixerat pacta, *pacta conuenta.* Neque pactum regulariter intelligi poteſt, niſi id inter partes actum ſit, eſt enim duorum vel plurium in idem placitum conſenſus, vt definit idem Vlpian. *in l. 1. ff. de pact.* tametſi non neceſſe ſit, vt in ſcripturam redigatur *l.1.C.de vſur. l.17. C.de pact. l.9. C.de fid.inſtrum.* & aliis.

26 Præterea *eod. loc.* ait aduerſarios fateri in emptoris optione eſſe vel vſuras pretij, vel fructus dare: & cum nullum alium aduerſarium ſibi faciat, vel fingat de me id dictum meritò puto; at mihi nihil tale vnquam excidit, vt qui ſaltem hoc ſciam pacta conuenta, quæ neque dolo malo, neque contrà leges ſunt, ſeruanda eſſe *ex dicta l.1 ff.de pact.* vbi Vlpianus notat huius edicti æquitatem naturalem eſſe, & *l.1. ff.de conſtit.pecun.*
27 *l. 5. Cod. de obligat.* & aliis. Et præſertim cum iureiurando, vt ferè hodie ſolet in contractibus, pactio munita eſt, vt notat Gloſſ. *in cap.2. de pact.in 6.* & Iaſ. *in d.l.7.§.ſed cum nulla.num.21.& Nouell.*28.Leonis ſancitum eſt apud Harmen. *loc. cit.* vel cùm quis ex parte ſua ſtetit promiſſis, quo caſu ex pacto actionem dari receptum eſt *ex l.10.Cod.de pact.& l.48.ff. eod.* & magis præcisè *ex l.5. & l vlt.in fin. C. de pact.inter empt.& vendit.*quæ eſt Iuſtiniani, & ait, *Cum etenim venditor non aliâ lege ius ſuum transferre paſſus eſt, niſi tali fretus conuentione, quomodò ferendum eſt aliquam captionem ex varia pati eum*
28 *interpretatione?* Et placet etiam quod ait Weſembec. *ad d.tit. de pactis num.9. verſ. ſciendum autem furti inſtar eſſe velle aliquem fraudare ſuo nec contrà præſtare, quod promiſſum eſt: atque ipſas quoque leges eũ in dolo eſſe pronunciare, qui aliquid ob cauſam accipit, neque tamen eandem præſtat l.17.in fin.ff.de inſtit.act* Idem poſt quædam *verſ. quamquam autem & ſi longa eſt diſputatio an in curiis in quibus ſecundum ius ciuile pronuntiatur, ius Pontificium obtinere debeat, tamen communis opinio eſt, & ità vſu obſeruatæ, vt indiſtinctè ex pactis nudis ſeriò initis etiam in foro ciuili hodie detur actio. Bald.Salic. in l.petens 21.C.de pact. & Iaſ. qui dicit eſſe communem in d. l.7.§.ſed cum nulla n.*
4. Quod verum puto, & ſequendum. Nam huiuſmodi pa- 29
cta cum obligent naturaliter, & ex bono, & æquo d.l.1.ff. de conſt.pecun. ſequitur eum qui pacta non ſeruat, contrà naturam, conſcientiam, atque adeò contrà officium boni viri facere, & peccare, vt volunt Canoniſtæ, mortaliter. Hæc 30
ſanè vellem, vt Theologi qui contrà *l. curabit.* æquitatem ſentiunt, expenderent, & præſertim quod dicitur *in d.l.vlt.C.de pact.inter empt.& vendit. cùm enim venditor non aliâ lege* &c.ſanè non ità procliues eſſent ad inſtruendum perfidiam emptorum: vel ſaltem perſuaderent, vt ſi nolunt ſtare pactis conuentis à contractu diſcedant, & rem cum fructibus venditoribus dimittant.Sed hæc latiùs Deo dante in appendicibus. Mihi nunc quatenus me tangit ſufficit dicere me nullibi ſcripſiſſe cùm de certa quantitate præſtanda conuentum eſt, *in emptoris optione eſſe vel vſuras pretij, vel fructus dari.*

Sed difficilius eſt tolerare, quod eodem loco *verſ.* 31
vnde potiori iure vir Sacerdos mihi tribuit vel non tribuit. Nam poſtquam conuentionem illam, vt emptor fundum certa mercede pro modo fructuum conductum habeat, donec pretium ſoluerit, illicitam eſſe pronunciauit, tametſi admittat hanc eſſe communiorem iuriſperitorum ſententiam *ex l. 20. & 21. ff. loc.* & tametſi eam ſequantur Couar.Card.Mantica, & Rodericus & alij apud Caroc. *de locat.tit.de natur.locat.quæſt.4.num.3. & tit.de vſur.quæſt.1.num.3.* ex pluribus iuribus, vt inquit, non probè intellectis, quam tamen adhuc ego ſequor, & hoc pactum tanquam partem iuſti, & legitimi contractus adhibitis illis cautionibus, de quibus egimus *in d.quæſt.27.* licitum eſſe cenſeo, vt in appendicibus rurſus demonſtrabo, ſubiicit deinde. *Vnde potiori* 32
iure reiiciendi ſunt aliqui Iuriſconſulti apud Carocium, q.1. de vſur. cit.num.7. & Leotard. quæſt.36. num.25. qui volunt hanc conuentionem de ſoluenda penſione valere etiam re vendita perempta, aut fructibus tempeſtate, vel alio caſu fortuito conſumptis: & penſionem nihilominus præſtandam eſſe. Quod dictum meritò admirabile & durum dixit Carocius. Addo ego iniquum omninò eſſe: & poſt quædam. *Et tamen, inquit, illi Iuriſconſulti illam opinionẽ ſanè falſiſſimã colligere ſe putant ex illis legibus, quas adducunt aduerſarij aduerſus nos, quòd non leue argumẽtum eſt, aut eas leges malè nobis obiici, aut iniquas eſſe, vt docuimus.* Ita fertur vir 33
Theologus. Porrò auctores, quos ego profero pro hac ſententia, quam falſiſſimam eſſe dicit, ſunt Caſtrenſis, Corneus, Mozzius, Boſſius, Caldàs, Rodericus, Hodierna ad Surdum, & ipſe Carocius. Et addo nunc magnum Iuriſcõſultum Antonium Fabr. *in ration. ad h.l. § interdum.verſ. Quid ergo.* vt videat P. Gibalinus quibus auctoribus inſultet. Et primùm obſerua Lector optime Theologum tribuere Carocio, quod non dixit, & detrahere mihi, quod dixit. Carocius enim dixit dictum illud eſſe admirabile duntaxat, & ego dixi mihi durum videri, ille verò, quem puto non legiſſe Carocium, dicit Carocium meritò dixiſſe id admirabile, & durum. Sed hoc facilè ferri poteſt. Quod conqueror eſt, quia 34
primus ego vt quidem puto, non ſolùm dixi hanc ſententiam duram videri, ſed ab illa diſceſſi eo ipſo loco, quem aduerſarius, quandoquidem illi me inter aduerſarios cenſet, habebat ante oculos. Verba mea ſunt. Carocius *in tit. de vſur. quæſt.1. num. 7. ſcribit hoc dictum eſſe admirabile, quod tamen mihi durum eſſe videtur. Nam cùm hæc penſio ſuccedat loco vſurarum pretij, vt Bartolus, Fulgoſius, & Caſtrenſis notant, quæ ideò receptæ ſunt, quia vicem fructuum obtinent, & præſtantur ratione fructuum; ſanè re perempta, vel ſterili reddita, conſequens eſt penſionem hanc ceſſare debere, vt enim iniquum eſt ab eo vſuras*

percipere

percipere, qui fructus non percepiſſet, l.16.in fin ff.de vſur.
ita prorſus iniquum eſt ab eo penſionem exigere, qui fructus
non percipit, nec percipere poteſt. Itaque leges accipiendæ
ſunt in terminis iuris ciuilis, quo vſuræ pretij debentur ex
mora, l.2 C.de vſur. l.vlt.ff.de peric.& comm.rei vend. & in
aliis iudiciis bonæ fidei, vt dixi centies, *ex l. quæro,*
ff.locat. & aliis. *Vnde non puto, tametſi huius rei auctorem*
non habeam, ſimpliciter retinendas eſſe, ſed eo tantùm caſu,
quo emptor, idemque conductor fructus percipere potuit.
35 Quare cum ego ab illorum auctorum ſententia, quam
Sacerdos Lugdunenſis falſiſſimam eſſe dicit, primus
quod tunc & hactenus animaduerterim, diſceſſerim, &
modeſtius reprehenderim, quomodo potuit mihi eam
tribuere? Quod ſi quis eum calumniæ excuſare velit,
quod non apertè dicat me illam ſententiam ſequi, ſed
auctores tantùm, quos recenſui quod dicat, *aliqui apud*
Carocium, & Leotardum. Statim dicam debuiſſe il-
lum apertiùs loqui, & præſertim quia proximè me
vnum laceſſiuerat, nullum eſt veſtigium, ex quo Le-
ctor colligere poſſit me diuerſum ſentire. Quare ſi il-
lam opinionem mihi tribuit, calumnia eſt, ſi non tri-
buit, cùm ſaltem occaſionem præbeat lectori, vt exiſti-
met me illam ſententiam ſequi, dicendum eſt virum
Theologum & Sacerdotem mecum verſatum non eſſe,
vt inter bonos verſari oportet.
36 Porrò, quia incidimus in tractatum locationis con-
ductionis, hic etiam inuitus de Patre Gibalino con-
queror, quòd mea quædam ſuo operi iniunxerit & duo
inter cætera lectorum oculis ſtatim occurrentia. Pri-
mum eſt, quod notaueram *quæſt.36.n.3. & 5.* aduerſus
Cuiacium magnum illum virum, & Galliarum decus
eximium. Pono mea ipſa verba. Cuiac.*ad h.t.C.de locat.*
quod valdè notandum videtur, diſtinguit inter actionem ex
locato quæ datur locatori, & actionem ex conducto, quæ
competit conductori, vt ſi faber domum extruendam ſuſcepe-
rit pro mercede certà, qui conductor dicitur, vt in l.22. §.
cum inſulam.ff. locat. Nam licet in vtráque actione petatur
merces, tamen in actionem ex locato venire vſuras ex mora,
in actionem ex conducto venire id quod intereſt, non vſuras.
Quod ego probari non auſim. Nam cum iudicium ſiue ex
locato, ſiue ex conducto agatur, ſit bonæ fidei, vt conſtat
loc. cit & ex M. Tullio lib. 3. de offic. qui Quinti Scæuolæ
Pontificis auctoritate vtitur, & in vtroque merces petatur
conſequens eſt poſt moram iure ciuili in vtraque actione vſu-
ras admittendas eſſe l.32.§.2. ff. de vſur. ibi Marcianus pro
regula conſtituis in bonæ fidei actionibus vſuras ex mora de-
beri. Deinde vt in emptione & venditione vſuræ debentur
ſiue ex vendito agatur ad pretium l.2.C.de vſur.l. 13. § ex
vendito.ff.de act.empt.l.vlt.ff.de per. & comm.rei vend. ſiue
ex empto pretium repetatur l. 47. ff. eod. ità prorſus ſiue ex
locato, ſiue ex conducto merces petatur vſuras admittendas
eſſe poſt moram, ſiquidem locatio & conductio proxima em-
ptioni & venditioni eſt, & iiſdem regulis conſiſtit, vt dixi
ex l.2.ff locat. Denique hæc Cuiacij diſtinctio manifeſtè re-
felli videtur ex d.l.2.& 17. C. de locat. quibus in locis in hoc
iudicio etiam cùm ex conducto agitur vſuras deberi defini-
tum eſt, vnde conijcere non poſſum, vnde vir doctiſſimus di-
ſtinguendi rationem deduxerit: vel locus mendoſus eſt. Sed
37 *hoc iure ciuili,*&c. Hoc idem & iiſdem rationibus quam-
uis aliquantiſper preſſiùs P. Gibalin. *in eod. art.9. Non*
placet tamen diſtinctio, inquit, *inter actionem ex locato, &*
actionem ex conducto quam adhibet Cuiac. in tit. C.de locat.
& vſuras ex mora deberi in actione ex locato, non autem in
actione ex conducto ſed ſolùm id quod intereſt. Non placet
inquam, quia cùm vtraque illa actio in bonæ fidei iudiciis,
numeretur, vti affirmat Cicero *lib.1.de offic. Quinti Scæ-*
uolæ authoritate adductus: cur in vtraque illa actione non
ſeruabitur vniuerſalis regula, quam tradit Marcianus *in*
l.32. §.2.ff.de vſur. in bonæ fidei actionibus vſuras ex mora
deberi. Et ſanè videmus in emptione & venditione, cuius
regulis locatio, & conductio reguntur, vſuras ex mora debe-
ri, ex venditione quidem quando agitur ad pretium, l.2.C.de
vſur.l.13. §.ex vendito. ff.de act.empt. & l.vlt. ff.de per.&
commod. rei vendit. ex empto quoque quando pretium repeti-
tur, l.47. ff.de act. empt. Verùm tota hæc quæſtio ferè ho-
die inanis eſt, cum ſolùm id quod intereſt deberi queat. Si
inanis hæc ferè quæſtio eſt, quod in me dictum puto,
quaſi inanem quæſtionem excitauerim, cur ex alienis
lucubrationibus inutiles quæſtiones deſumit? Et hic
etiam obſerua quod ſæpiùs dixi, illos qui negant vſu-
ram extra mutui terminos repetiri, ſibi ipſis contradi-
cere, vel ineptire.
Alterum malè tractati Senatoris ſatis impreſſum 38
veſtigium apud eundem auctorem *eod.artic. num.5.* Et-
enim ego primus *in ead. quæſt.36. num.24.* eiuſdem Ca-
rocij errorem quendam notaui, qui auſus eſt dicere
fas eſſe locatori paciſci, vt dum non ſoluitur pen-
ſio, conductor aliquid illi annuum præſtet, quia id
inter emptorem & venditorem licet: & dixi hac in re
Carocium lapſum eſſe, & rem non eſſe ſimilem. Di-
cebam enim aliud eſſe venditorem cum emptore paci-
ſci, vt quouſque pretium exoluat penſionem præſtet
vice fructuum, & pro modo, & ratione fructuum,
vel vt emptor fundum conductum habeat pro penſione
certa, donec pretium ſoluat, quod licitum eſſe do-
cent auctores à Carocio citati, & nos diximus *in. d.*
quæſt.27. Aliud locatorem cum conductore paciſci, vt
dum ſoluitur penſio, annuum aliquid præſtetur: hoc
enim licere hactenus dixiſſe neminem & deinde ſubii-
cio hanc clauſulam. *Nam cùm penſio præſtetur in vicem*
fructuum, & ratione fructuum, ſi vltrà penſionem aliquid
certum vel incertum ſtipulari fas eſſet, locator eiuſdem rei
duplicem compenſationem exigeret, quod non licet. l. 51. in
fin.de re iudic.l.57.ff de reg.iur.& commodum commodi per-
ciperet, quod etiam ab æquitate alienum eſſe conſtat ex l.2.
§. indemnitas. de admin. rer.ad ciuit. pertin. quare verum
quidem eſt penſionem non minuere pretium, vt Caſtrenſis
docet, falſum verò eſt ſi vltrà penſionem locator aliquid
aliud capiet, vt excidit Carocio; & proinde dicendum eſt
huiuſmodi intereſſe in penſionem computari: id enim æquita-
tis l.curabit, & iuſtitiæ fines egreditur. Gibalinus eandem 39
poſt me Carocij aſſertionem improbans *eod. ſuo art.9.*
num. 5. me neglecto primùm ait nullum omninò eſſe,
qui hac in parte illi conſentiat, & quædam immiſcens,
ne videatur pactum illud inter emptorem, & vendito-
rem probare quod Iuriſperiti & tribunalia probant, &
Theologi ſuis acuminibus figunt: *Aliud enim,* inquit,
eſt paciſci vt fundum emptum pro conducto habeat, & con-
ductionis penſionem præſtet donec pretium ſolueris: aliud
verò paciſci, vt conductor locatori aliquid præſtet, donec
penſionem ſoluat. & tandem hæc addit. *At verò enim in*
locatione penſio præſtetur pro fructibus, & vſu rei conceſſo
conductori, ſi vltrà illam locator aliquid aliud ſiue certum,
ſiue incertum ſtipulari valeat, duplicem eiuſdem rei compen-
ſationem exiget contrà naturalem æquitatem ex l. 51. in fin.
ff.de re iudic. & l.57. ff.de reg. iur. & commodum commodi
perciperet quod tanquam iniquum reijcit, l.2.§.ſi indemnitas.
ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertin. penſio quidem non minuit
pretium, vt vulgò dicunt Iuriſconſulti: quod tamen vltrà
penſionem captat locator in illam computari debebit, vt ini-
tio *huius tit.* meminiſſe ſe dicit, vbi regulam quandam
conſtituit, vnde cognoſci poſſit, an pacta, quæ locatio-
nibus adiici ſolent iniqua ſint, vel vſuraria quam nunc
non attingo. Sed quod huius loci eſt, mihi videtur me
de viro Theologo iuſtè conqueri poſſe, quod cùm iiſ-
dem legibus, & iiſdem ferè verbis aduerſus Carocium
vſus ſit, quem prior ipſe erraſſe dixeram, non dignatus
ſit ingenuè fateri ex me hoc in loco profeciſſe, vt viri
ingenui facere ſolent. Quamobrem cogor iterum dice- 40
re talem in me non fuiſſe D.Ioannem Baptiſtam Stai-
banum Patricium Neapolitanum. Is enim *in d.tract.de*
intereſſ. tit.10. à num.176. iis, quæ aduerſus Cuiacium,
& Carocium adnotaueram, mei factæ mentione ſub-
ſcripſit, ne ſi qua mea gloria eſſet, illam mihi inuidere
videatur. Et licèt Indice non opus eſt noſtris nec vin-
dice libris, vt aduerſus Fidentinum Martialis ait, id
tamen

tamen proinde à Deo factum puto, vt teſtem haberem
omni exceptione maiorem ea, quæ illis duobus locis
vir Sacerdos ſibi adſcripſit, mea eſſe, vel fuiſſe, &
exemplum eſſet viro Sacerdoti inter ſcriptores ciuiliter,
& ex fide bona agi oportere. Sanè auſim dicere nemi-
nem hoc nomine me arguere poſſe. Semper enim exiſti-
maui, hanc eſſe iuſtitiæ partem etiam in hoc genere
ſuum cuique tribuere.

41 Sed vt tandem redeam, vnde me diuertere iuſtus
coëgit dolor, dixi, & nunc repeto me non negare in-
terdum ex bono, & æquo, & ex æquitate rei vſuras
admittendas eſſe, vt fauore venditoris qui non recepto
pretio rem fructiferam à ſe transferri paſſus eſt, iuris
auctores reſponderunt, quia æquitas non patitur, vt
emptor re, & pretio fruatur, & fructibus rei, vendi-
tor verò re & fructibus rei careat, & perſertim cum
pacto ſibi cauit, ne deciperetur, quod iniquum ſit
quempiam commodum conſequi ex ea re, in qua fidem
fefellit, vt in re ferè ſimili dicebat Ariſto *in l. 5. de leg.
commiſſ.* quod nunc etiam inter iuriſperitos, & Catho-
licos Iudices receptum eſt adhibitis illis cautionibus,
quas poſui *in d. quæſt.* 27. quibus obſeruatis immeritò
Theologi quidam contrà hanc ſententiam fremunt, &
iniuſtam eſſe contendunt. Neque P. Gibalinus, qui
nondum quod animaduerterim ſeriò hanc quæſtionem
aggreſſus eſt, illámque ni fallor in alium reſeruauit lo-
cum, ſuis argumentis impetrabit, vt Magna Rota Ro-
mana, & tribunalia Galliæ, & aliarum Chriſtiani orbis
gentium ab hac ſententia diſcedant.

42 Neque tantùm hoc caſu, in quo manifeſtè apparet
vſuras compenſatrices eſſe fructuum, & proinde veras
proprias vſuras non eſſe, quæ ob ſolam dilationem, &
ex ſolo tempore tardæ ſolutionis præſtantur, æquitas
ſuadet illas fauore venditoris recipiendas eſſe, ſed etiam
alio caſu fauore mariti, qui non recepta dote onera
matrimonij ſuſtinet, vt reſponſum eſt *in l. 69. §. 3. ff. de
iur. dot. l. inſulam. 42. §. vſuras. ff. ſolut. matr. & l. 21. §. vlt.
ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 17. in princ. ff. de dol. except.*
quod iure Pontificio etiam receptum eſt, vt conſtat ex
celebri *cap. ſalubriter. de vſur.* & omnes ferè conſentiunt
apud Barboſ. iun. *in Collect. n. 3.* & cenſuit Præſes Sabau-
diæ *in ſuo C. tit. de vſur. defin.* 8. vbi ait vſurarum prohi-
bitionem ad huiuſmodi, vſuras non pertinere. Sunt
enim repenſatrices ſumptuum, quos promiſſor dotis fa-
cere tenebatur, quod à ratione vſuræ remotum eſt, vt
latiſſimè executus ſum *q. 28. n. 2. & infr.* Ex qua ſine ru-
43 bore vllo P. Gibalinus multa ſuo iniunxit operi me ne-
glecto, ex quo illa mutuatus eſt. Sed quid dico, mutua-
tus? mutuum non niſi inter conſentientes contrahitur.
Et vnum tantùm ſeni & properanti fas ſit locum indi-
care: erit fortaſſe, quia alia deteget. Ego *in d. q. 82. &
aliquot ſeqq.* contra Abbatem, Ancharanum, & alios
apud Surdum *loco* ibi *cit.* dixi maritum non teneri ſuis
ſumptibus vxorem alere non ſoluta dote, à quocumque
44 debeatur, etiamſi eam domi retineat, quia in nuptiis,
duo contractus celebrari ſolent matrimonij & dotis,
quod didiceram ex Molina Theologo *d. 321. num. 9.* il-
lique acceptum tuli, vt ius erat: ex primo coniuges
ſibi mutuam corporum poteſtatem tradere: ex altero
maritum ſub ſpe, & promiſſione dotis onus alendi
vxorem ſuſcipere, ex quo conſequi, vt non recepta
dote hæc onera ſubire non teneatur, tametſi vxorem vi-
tæ ſociam domi habeat, & retineat. Et tandem *num. 55.
Hæc enim obſequia,* dicebã, *ex primo contractu proueniunt
nẽpe nuptiarum, quæ ſunt vt Modeſtinus ait in l. 1. ff. de rit.
nupt. conſortium, & ſocietas omnis vitæ: onera verò matrimo-
nij ſequuntur dotem, & hærent doti, vt dictum eſt ex l. 56. §. 1.
ff. de iur. dot. Vnde dos repenſatrix dicitur à Martiano Ca-
pella,* vt notat Cuiac. *in l. 69. §. ſi mulier. ff. eo. tit. quia datur
45 in præmium onerum, quæ vir ſuſtinet.* Pater verò, & Domi-
nus meus Gibal. *lib. 4. c. 5. a. 14. n. 3.* & præſertim *verſ. Ne-
que dicas.* me, inuerſo aliquantiſper ordine, per omnia
ſecutus eadem docet, & poſtquam cum eodem Molina
poſuit contractum connubialem differre à contractu
dotis, quod etiam ego Molinæ acceptum tuli, vt dixi,
hæc ſubiicit. *ex primo enim contractu ſequitur obligatio ad
mutua obſequia, ſunt enim nuptiæ vt ait Modeſtinus l. 1.
D. de rit. nupt. conſortium & ſocietas omnis vitæ, quæ ex do-
te, & eius ſolutione non pendet: cum nuptiæ ſine dote conſi-
ſtant: onera verò matrimonij dotem ſequuntur illique adhæ-
rent, vt monuimus ex l. 56. §. 1. ff. de iur dot. quare dos re-
compenſatrix dicitur à Martiano Capella, quia datur in
præmium onerum quæ maritus ſuſtinet.* cæteræ tempori,
& appendicibus relinquo. Potuit ille ſanè, ſi dicere fas
eſt ex me diſcere, quomodò inter ſcriptores præſertim
eiuſdem religionis, & fidei agendum ſit, qui dictum
illud Martiani Capellæ Cuiacio, à quo acceperam, ac-
ceptum tuli ille verò neque mihi, Cuiacio.

Cæterùm ex his quæ fauore venditoris, qui non re- 46
cepto pretio fundum emptori tradidit, & fauore ma-
riti, qui non recepta dote vxorem exhibuit, & ex aliis
ſimilibus cauſis, ſi quæ ſunt in, quibus id quod vſu-
rarum nomine præſtatur aliquid creditori abeſt, quod
compenſationem repoſcat, non rectè colligitur eas
tantùm vſuras iure ciuili permiſſas quæ ſunt compen-
ſatoriæ eius quod intereſt creditoris, vt ſentit Caniſius
*in d. cap. 1. de vſur. num. 13. ex d. l. 2. C. de vſur. l. 5. C. de act.
empt. & l. Iulianus 13. §. ex vendito. ff. eod.* (de ſententia
l. ſocium. 60. D. pro ſoc. dicam poſteà.) ſunt enim caſus ſin-
gulares, & qui ſingularem rationem habent, ex qui-
bus non potuit in vniuerſum dicere vſuras quæ iure
ciuili in contractibus bonæ fidei permittebantur, com-
penſatorias fuiſſe, & tantummodò continere id quod
creditoris intereſt. Et multo minus P. Gibalinus *in d.
art. 1. num. 6.* in Caniſium in iure latiſſimè oſtendiſſe. Et- 47
enim certiſſimum eſt erraſſe Caniſium, & errare qui
eum ſequuntur, quia veriſſimum eſt etiam ſubducto
omni intereſſe vſuras ex mora in illis iudiciis, & ſimili-
bus & interdùm ex pacto manente contractu bonæ fi-
dei: vt etiam ex ſtipulatione in pecuniis mutuo datis,
& interdùm ex pacto deberi, & admittendas eſſe iuris
auctoribus placuiſſe. Quod licet ego maximè nollem,
non enim fortaſſe hoc malum vſque ad noſtra tempora
propagatum eſſet, multis iam iuris locis indicauimus
huius 2. par. ſect. 1. num. 1. & infrà. & cogor nunc *ſect. ſeq.*
aliis iuribus confirmare aduerſus P. Gibalinum, qui
Caniſium, & Lupum ſecutus effuſè, & generaliter
ſcripſit, apud omnes veteres Iuriſconſultos quorum
reſponſa habemus in Pandectis, quoſque Imperatores
æmulati ſunt vt loquitur, in ſuis conſtitutionibus, vſu-
ram eſſe mercedem, ſiue æſtimationem ſortis conſum-
ptæ cum damno debitoris, idque vſuræ eſſentiale eſſe:
denique vſuras antiquo iure Pandectarum permiſſas
non fuiſſe lucratorias, ſed compenſatorias eius quod
intereſt, qui eſt ſtatus *huius 2. part.* quam huc vſque
protraximus, & monuimus huius Sectionis initio.

SECT. IV.

Vſura fænebris, & non fænebris iure ciuili probata.

SVMMARIVM.

1 *Vſura alia fænebris, alia non fænebris.*
2 *Vſura pecuniæ fænebris olim licita.*
3 *Stipulatio vſuræ vltrà legitimum modum, antiquo iure Ciuili vſque centeſimam valuit.*
4 *Stipulatio vſuræ legitimæ, ſi ad diem minores non fuiſſent ſolutæ, iure ciuili recepta.*
5 *Fænore minore non ſoluto maiores vſuræ rectè promittebantur ex Papiniani ſententia.*
6 *Fæneratores, qui ſub conditione maius fænus ſtipulabantur, humaniores.*

7 *Fænera*

7 *Fœneratores veteres cur interdũ minores vſuras ſtipulati.*
8 *Cæcilij veteris fœneratoris inhumanitas.*
9 *Vſuram legitimam quod excedit, in fraudem vſurarum adiectum.*
10 *Modus vſuræ legitimæ centeſima.*
11 *Lex commiſſoria in venditionibus non improbatur.*
12 *Legem commiſſoriam, ex qua emptor partem pretij amittit, iniuſtam eſſe auctoris ſententia.*
13 *Gibalini eadem ſententia Senatoris Nicienſis ſuppreſſo nomine.*
14 *Sententia quædam Cuiacij ab auctore reprehenſa, quod P. Gibalinus ſuo operi inſeruit.*
15 *Senatoris ſententia de formula legis commiſſoriæ pignorum aduerſus Præſidem Fabrum.*
Eiuſdem P. Gibalini licentia, & confidentia.
16 *Vſura centeſima antiquo iure permiſſa, & licita.*
17 *Vſura legitima in reſponſis veterum centeſima.*
18 *Fœnus maius centeſima olim ſtipulari non licuit.*
19 *Intereſſe incertum, & pendet ex caſu, & interdùm momento committitur.*
20 *Papiniani reſponſa quædam de veris vſuris.*
21 *Marciani reſponſum* in l. 29. ff. de vſur. *de propriis vſuris intelligendum.*
22 *Vſuræ ſuprà centeſimam ſoluta minuebant ſortem.*
23 *Cuiacij locus explicatur.*
24 *Balduini obſeruatio vſuras in Rep. Romana variè agitatas.*
25 *Triboniani incurantia quædam à Balduino notata.*
26 *Centeſima ante Iuſtinianum olim omnibus licita.*
27 *Damni creditoris in reſponſis prudentum rarum aut nullum veſtigium.*
28 *Vſuræ quæſtus cauſa à veteribus agitabantur.*
29 *Pecuniæ publicæ olim collocabantur fœnore.*
30 *Iuſtiniani* Nouella 160. *vnde prouenerit.*
31 Nouella 160. *eſt de reditu annuo, non de vſuris.*
32 *Gothofredi gloſſa* ad h. Nouell. *reiicitur.*
33 *Leges quæ iubent curatores reipublicæ pecunias publicas fœnerare, hodie non obtinent.*
34 *Negotiorum geſtores quandò pecunias fœnerare tenebantur.*
35 *Procurator pecuniæ, ex qua vſuras conſequebatur, vſuras eaſdem conſequi, potuit.*
36 *Quæ fuere lucratoriæ, non compenſatoriæ.*
37 *Grammaticis & iuriſprudentibus vſura partus, fœtus, fructus & reditus pecuniæ.*
38 *Tutores pecuniam pupillarem fœnerari tenebantur.*
39 *Quod ex parte à Iuſtiniano illis remiſſum eſt.*
40 *Et nunc omninò interdictum.*
41 *Iuriſconſultorum veterum vna ſententia vſuras licitas eſſe.*
42 *Imperatorum legibus vſura ſancita.*
43 *Iuſtinianus* in l. 26 C. de vſur. *probauit vſuras.*
44 *Vſura fœnebris iure ciuili probata Hotmanni ſententia.*
45 *Vſuræ non fœnebres paſſim iure ciuili receptæ.*
46 *Gibalini aſſertio* vſuram apud veteres, *&c. reiicitur.*
47 *Reſponſa veterum de vſuris reddita non recipiunt interpretationem de eo quod intereſt.*

1 QVIA vſuræ aliæ fœnebres dicuntur, id
eſt fœnebris pecuniæ, quæ ſpeciali nomine
fœnus nuncupari ſolent, aliæ non fœnebres,
quæ ex aliis cauſis deſcendunt, vt
ex legatis & fideicommiſſis, & ex contractibus
bonæ fidei, vt in præcedentibus demonſtratum
eſt, & obſeruat Cuiacius *multis loc.* & præſertim *in
l. 121. de verb. ſignif. & in l. 90 ff. de verb. oblig.* & ex Salmaſ.
de vſur cap. 4. ideò in duas ſectiones hæc ſectio ſecanda
eſt, & quærendum eſt primùm quod iam ſatis
demonſtrauimus *ſect. 1.* an fœnus ſeu vſura fœneratitia,
& vſura fœnoris, quandoquidem his nominibus loqui
cogimur, iure illo veteri, & ex antiqua illa iuriſprudentia
licita fuerit: & deinde an vſuræ non fœnebres, quas
ſcilicet propter ſolam moram leges præſtari & infligi
iubent, eodem iure probatæ fuerint.

Et fœnus, ſeu vſuras pecuniæ fœnebris ex veteri illa 2
iuriſprudentia licitas fuiſſe conſtat *ex l. 9 in princ. & § 1.
ff. de vſur.* Papiniani verba hæc ſunt. *Pecuniæ fœnebris
intrà diem certum debito non ſoluto dupli ſtipulatum in altero
tanto ſuprà modum legitimæ vſuræ reſpondi non tenere,
quare pro modo cuiuſcunque temporis ſuperfluo detracto ſtipulatio
vires habebit.* Initio huius reſponſi proponitur 3
conueniſſe, vt pecunia credita ad diem non ſoluta alterum
tantum præſtaretur: & reſpondet Papinianus ſtipulationem
hanc non valere; quatenus excedit legitimum
modum vſurarum: ex ea tamen ſuperfluo detracto
vſuras legitimas deberi, id eſt centeſimas, vt explicat
Cuiacius ad Papin. vbi prætereà notat idem reſpondiſſe
in l. 13. ff. de act. empt. quare cùm Papinianus reſpondeat
pecunia intrà diem non ſoluta vſuras legitimas pro modo
temporis deberi etiamſi creditor in eum caſum duplum
ſtipulatus fuiſſet, quod erat immane fœnus, perſpicuum
eſt multò magis validam fuiſſe ſtipulationem
ab initio de vſuris legitimis præſtandis, & proinde fœnus
vſque ad finem legitimæ vſuræ antiquo illo iure
probatum fuiſſe.

Deinde eodem loco Papinianus ait, *vſurarum ſtipu- 4
latio quamuis debitor non conueniatur, committitur: nec inutilis
legitimæ vſuræ ſtipulatio videtur ſub ea conditione concepta,
ſi minores ad diem ſolutæ non fuerint. Non enim pœna
ſed fœnus vberius inſtitutione ſortis promittitur.* Quare cum
valida fuerit ſtipulatio legitimæ vſuræ facta ſub conditione,
ſi minores ad diem ſolutæ non fuiſſent, manifeſtum
eſt etiam ab initio legitimas ſtipulari licuiſſe, idque
iuſta ratione, vt Papiniano videbatur, Qui quod 5
magis eſt, idem reſpondit *in l. 1. §. pacto placuit. ff. de pignor.
Quamuis* inquit, *in exordio minores in ſtipulatum venerint,
non eſſe tamen irritam conuentionem placuit: cùm
ad diem minore fœnore non ſoluto legitimæ maiores vſuræ ſtipulanti
rectè promitti potuerint.* & quod hic ait *rectè promitti,
in d. l. 9.* dicit iuſta ratione promitti. Quare cùm
ſub conditione id conceſſum fuerit, dicendum eſt id
quoque in exordio, & ſine conditione ſtipulari licuiſſe,
vt etiam indicat *l. 8. C. ſi cert. pet.* Et tantum hoc intererat, 6
quia qui legitimam vſuram ſub ea conditione ſtipulabatur,
gratior, & humanior aliquo modo videbatur ergà
debitorem, à quo cum potuiſſet vſuram legitimam
ſtipulari contentus erat minoribus, ſi ſua die debitor
eas ſibi præſtitiſſet. Quod fœneratores feciſſe creden- 7
dum eſt, vt debitores diligentiores eſſent ad exoluendis
minores, ne deinde maiores ſoluere cogerentur: vel
vt faciliùs illos ad ſumendam pecuniam fœnore allicerent,
vt indicat epiſtola quædam Traiani ad Plinium,
qui ob hanc cauſam illi ſcripſit vſuram minuendam eſſe.
Qua tamen humanitate, ſi humanitas dicenda eſt, 8
Cæcilium notiſſimum tempore Ciceronis fœneratorem
nunquam vſum fuiſſe proditum eſt, de quo nempè Seneca
in epiſt. 112. hæc ſcribit. *Quàm durus ſit fœnerator
Cæcilius, à quo minoris centeſimis propinqui nummum
mouere non poſſunt.* cuius loci meminit Salmaſius *lib. de
mod. vſur. cap. 7. in fin.* tribuo enim Salmaſio, quod illi
tribuendum eſt.

Huc etiam pertinet aliud eiuſdem Papiniani reſpon- 9
ſum, quod Vlpianus refert *in d. l. 13. §. ibidem. de act.
empt.* cuius verba ſunt. *Si conuenerit, vt ad diem pretio
non ſoluto venditori duplum præſtaretur, in fraudem conſtitutionum
videri adiectum, quod legitimam vſuram excedit.
Diuerſamque cauſam commiſſoriæ eſſe ait: cum ea ſpecie
non fœnus illicitum contrahatur, ſed lex contractui non improbata
dicatur.* Ita ergo hic proponitur, ſi in venditio- 10
ne conuenerit te vendita centum vt ſoluantur Calendis
Iuliis, & centum ad diem non ſolutis pœnæ nomine
ducenta ſoluerentur: hanc conuentionem longè excedere
modum vſuræ legitimæ, qui eſt vt vſura non ſit maior
centeſima, id eſt ne plus reddat quotannis quàm duodecim
in centenos ſingulos, vt ſemper obtinuit ante

Iuſtinianum. Proinde quod vltrà hunc modum adie-
ctum eſt, prorſus inutile eſſe, nec in eo ſtipulationem
11 vires habere. Diuerſam ſanè cauſam eſſe pacti, ſeu le-
gis commiſſoriæ, quæ venditionibus licitè addi poteſt,
vt pretio ad diem non ſoluto res inempta, & emptor ſi
quam fortè partem pretij numerauerit, amittat, ſi &
reſiduum ſua die non præſtiterit *l.4. & vlt.ff.de leg.com-
miſſ.* quia hæc pactio in venditione probata eſt: hic enim
fœnus illicitum non contrahitur: ſed conuentio ſeu pa-
ctum adiicitur contractui: pacto vero illo, vt non ſo-
lutis centum die præſtituto ducenta præſtentur, fœnus
improbum contrahi etiam iure ciuili compertum eſt,
cùm pro ceſſatione duorum vel trium menſium duo vel
tres nummi duntaxat debeantur: & ità hunc locum ex-
plicat Cuiacius. Quare cùm iure ciuili tàm improba
pactio ſuſtineatur vſque ad legitimum modum, multò
magis dicendum eſt licuiſſe venditori paciſci, vt ad
12 diem pretio non ſoluto vſuræ legitimæ præſtarentur. In
tranſitu tamen dicam, quod *in d.l.4.6.& l.vlt. ff. de leg.
comm.* ſancitum eſt, & probat Cuiacius *loc. cit.* vt non
tantùm res inempta ſit: ſed etiam pars pretij iam nu-
merata amittatur, me iampridem dixiſſe mihi non pla-
cere: hoc enim vſuram, vel ſpeciem vſuræ continere,
quæ nunc legibus Eccleſiaſticis prohibita eſt. Quod
13 cùm primus fortaſſe docuiſſem *quæſt.69. n.36.* vbi etiam
dixi me neminem comperiſſe, qui hoc adnotaſſet, com-
peri deinde id ipſum P. Lugdunenſem me neglecto ſuo
operi iniunxiſſe *lib.3.c.7.art.13. conſectar.4. in fin.* Quod
fortaſſe negare poſſet niſi & pleraque alia *eod. loc.* mihi
ſiue rubore abſtuliſſe conuinceretur, & duo tantùm
nunc mihi pandere fas ſit, reliqua in appendicibus.
14 Primum eſt, quod *in dicta quæſt. 69. num.37.* adnotaue-
ram aduerſus Cuiacium, qui ſentiebat valere pactum,
vt id quod creditor ex diſtractione pignoris redegiſſet,
id totum ſibi haberet *ex l.vlt. C.de diſtract. pignor.* idem
Gibalinus *eod.art.13.num. 23. verſ. Hoc verò pactum,* ſi-
milis illi qui alienam plantam in ſuo ſolo poſuit, id to-
tum ſui iuris fecit iiſdem argumentis & legibus Cuiacij
15 ſententiam reiiciens. Deprehenditur etiam P. Gibalinus
mecum inclementer egiſſe *eod. loc. num. 20.* in ea quam
tractat quæſtione aduerſus Præſidem Fabrum de formu-
la legis commiſſoriæ pignorum, quod ego ſatis feliciter
vt mihi videbatur executus fueram *in ead. mea quæſt.69.
num.18.& ſeqq.* & præſertim quia Magna Rota Romana
meas, qualeſcunque ſint, traditiones amplecti dignata eſt
in graui quadam cauſa inter Principes viros coram Il-
luſtriſſimo D. Meltio 26. Ianuar. 1654. cuius deciſio mi-
hi Roma miſſa eſt ab Equite Honorato Leotardo pa-
trueli meo, antequam peſtilentia vrbem orbis caput in-
uaderet, alias, vt ſpes erat, miſſurus, niſi ſaluti propriæ
conſulens Melitam ſe recepiſſet. Nec opus eſt loca con-
ferre, ſtat contrà dicitque illi ſua pagina, quod in gra-
tiam Patrum Societatis dicere nolo. Illud ſanè ingenuè
dicam incidiſſe hoc anno in Bachouium, qui in notis ad
Treuthler. *lib.2. diſp.5. theſ.6.* iiſdem ferè argumentis &
rationibus Fabri ſententiam expugnat, & hoc ferè tan-
tùm intereſt, quia ego modeſtè cum Præſide egi, ille aſ-
perè, & vt inter infenſos.
16 Denique vſuras, & quidem centeſimas antiquo illo
iure probatas fuiſſe probat eiuſdem Papiniani reſpon-
ſum *in l. nihil intereſt. 4. ff. de naut. fœn.* vbi inquit, *tra-
iectitia pecunia, quæ ſine periculo creditoris accepta ſit, vel
eſſe deſierit, maius legitima vſura fœnus non deberi: nec pi-
gnora vel hypothecas titulo maioris vſuræ teneri.* Hinc enim
perſpicuum eſt ante Iuſtinianum vſuras traiectitiæ pe-
cuniæ infinitas fuiſſe, vt conſtat etiam ex Paulo *ſent.2.
tit.14. §.3.* & eius pecuniæ, quæ ſine periculo credito-
ris mutua data eſt, legitimas vſuras ſtipulari licuiſſe,
id eſt, centeſimas, vt obſeruat Cuiacius *lib. 5. cap. 38.*
vbi ait hoc non eſſe ex iure nouo, vel ſpecie aliqua
Papiniano propoſita, ſed generale, & merum ius ve-
17 tus. Et hoc etiam meminiſſe velim in aliis quoque pro-
ximè adductis Papiniani reſponſis vſuram legitimam
non dici, quod legibus permiſſa eſſet, alioqui & quin-
cunces, ſemiſſes, & aliæ leuiores legitimæ dicerentur:
ſed eſſe vſuram centeſimam, vt Anianus *ad l.vlt.C.Theod.
de vſur.* & Borcholt. *cap.4. num.3.* quæ in ſingula cente-
na quotannis duodecim efferebat, vt ſæpius diximus,
& præſertim *quæſt.4. num.38.* & præ cæteris Borcholt.
loc. cit. num.4. & alij recentiores paſſim ità vt inutilis
prorſus ſit illa Taboris aduerſus Surdum *in ſua conſult.
Academ. part.2. art.4.* declamatio & ad iactantiam, & in-
dignationem tantùm. Cuius centeſimæ modum exce- 18
re, & maius fœnus ſtipulari non licuit, vt conſtat ex
eiuſdem Papiniani reſponſis *in d. l.4. ff de naut. fœn.* &
aliis, quæ de vſuris compenſatoriis interpretari temeta-
rium eſt. Et obſerua, quod in primo reſponſo Papi-
nianus ait *pro modo cuiuſcunque temporis ſtipulationem vi-
res habere,* quod eſt proprium vſurarum, non eius quod
intereſt, quod incertum eſt, & pendet ex caſu, & plerun- 19
que momento committitur, *vt in l.2. §. vlt. ff. de eo quod
cert.loc.* illis verbis *& diſtracta pignora ſunt, vel pœna com-
miſſa mora ſua. l.21.§. cum per venditorem, ff. de act. empt.
& l.3. ff. de in lit.iuran. l.1. C.de ſent. quæ pro eo.* vt aliis præ-
termiſſis nouiſſimè docet Martius Medic. *dec. 14. n.32.*
Gabr. Mudæus *in l.60. ff. pro ſoc.* & latè tradit Rodet. *lib.3.
q.7. num.8.& ſeqq.* in quibus ſuſpicor ex Molinæo profe-
ciſſe, quem ſuppreſſit. Præterea in duabus illis ſpeciebus 20
quæ Papiniano propoſitæ ſunt, creditor, qui vel ipſo
Cæcilio, cuius ante memini, vel Alphio, & Scaptio,
quorum alibi mentionem fecimus, improbior fœnera-
tor erat duplum titulo vſuræ ſtipulatus fuiſſe dicitur: re-
ſponditque Papinianus nihilominus ſtipulationem vſ-
que ad finem vſuræ centeſimæ validam eſſe, quis ergo
improbum illum creditorem de vſuris compenſatoriis
cogitaſſe, & Papinianum reſpondiſſe arbitrabitur: &
non potiùs creditorem plus quàm improbum fœnus ſti-
pulatum eſſe, quod certiſſimum eſt, & Papinianum de
vſuris centeſimis reſpondiſſe, quæ erant propriæ, & ve-
ræ vſuræ, & quidem grauiſſimæ & iniquiſſimæ omnium
vt notant Balſam. & Zonar. *ad can. 17. Nicen. Synod.*
& quas Seneca meritò ſanguinolentas vocat? ſanè
noſtræ ſententiæ fauet Cuiac. *in d. l. 13. Digeſtis de act.
empt.*
Et non tantùm hæc fuit Papiniani ſententia, quæ in- 21
ter iuris auctores eminuit, ſed aliorum etiam veterum,
(vtinam non fuiſſet,) vt Martiani *in l. 29. ff. de vſur.
Placuit,* inquit, *ſiue ſuprà ſtatutum modum quis vſuras
ſtipulatus fuerit, ſiue vſurarum vſuras, quod illicitè adie-
ctum eſt, pro non adiecto haberi, & licitas peti poſſe.* Nam
cùm Marcianus hic dicat, ſi quis ſuprà legitimum mo-
dum vſuras ſtipulatus ſit pro eo quod illicitè additum
eſt, non valere, & nihilominus licitas peti poſſe, ſanè
ſenſit eo iure vſuras vſque ad legitimum modum, id eſt
centeſimas licitas fuiſſe. Quis verò neget hunc locum de
veris, & propriis vſuris accipiendum eſſe.
Hæc confirmat omnia ſententia Pauli *lib.1.tit.de vſur.* 22
dum ait. *Vſura ſuprà centeſimam ſoluta ſortem minuunt.*
vbi Cuiacius hæc notat. *Centeſima vſura eſt legitima vſu-
ra: & ideò cuilibet permiſſum eſt centeſimam vſuram ſtipu-
lari:* & hoc oſtendit *l. ſi pro mutua. C. ſi cert. pet. ſicut aucto-
res ſunt libri ſcripti, deleatur verbum,* ſumma, *& intelligatur
legitima vſura. Item lex lecta. ff de reb. cred. & ita conſtitu-
tum eſt in C.Theod. tit.de vſur.* Ita Cuiacius. Sed quod ait 23
permiſſum fuiſſe cuilibet vſuram centeſimam ſtipulari,
accipiendum eſt antiquo iure, & ante Iuſtinianum, vt di-
xi, & notat Alciat. *in d.l.lecta. num. 21. in fin.* & Balduin.
de iure nou. lib. 1. qui prudenter obſeruat vſuras variè in 24
Repub. Romana iactatas fuiſſe, & aliquandò placuiſ-
ſe, ne nullo modo fœnerari liceret: quod & Plato in
ſua Republica conſtituerat: & tandem fuiſſe receptum
vt vſura ad ſummum eſſet centeſima, & ità auctam eſſe,
quæ priùs adeò fuerat imminuta: centeſimam verò vſu
promiſcuo fuiſſe vſque ad tempora Iuſtiniani, vt colli-
gi poteſt ex verbis *l. eos. C. de vſur.* quam nobiliſſimam cõ-
ſtitutionem vocat. Sed & Conſtantinum, & Theodoſiũ
illud

illud confirmaſſe *in l.1.& 2.C. Theodoſ.de vſur.* & ipſum
Sidonium Apollinarem, qui paulò ante Iuſtinianum
vixit, vt ait, idem ſignificare *lib. 4. epiſt.* Atque hanc
quidem olim vſuram legitimam dictam fuiſſe, &
25 poſt pauca. *Noſtri in Pandectis prudentes ſæpè nominant
ſimpliciter vſuram legitimam, & licitum modum vſuræ.Cre-
do equidem eos de centeſima ſæpius cogitaſſe: ſed Iuſtinianus
ex ſua conſtitutione, qua minorem modum præſcripſit, tales
iam locos interpretari nos debere ſignificat. Cæterùm delere
ipſe debuerat mentionem centeſimæ, vbi iam vetuiſſet tàm
grauem vſuram paſſim exerceri. Atque quaſi adhuc is mo-
dus publicè licitus eſſet, centeſimæ expreſſam memoriam in
ſuis libris reliquit. Nam in l 8. C. ſi cert. pet. agitur de eo,
qui vltrà centeſimam ſtipulatus eſt vſuras, & dicitur legiti-
mam tantùm petere poſſe. Nonne id perinde eſt, ac ſi diceret
centeſimam eum petere poſſe. Quid in l.5 1.ff.de reb cred.non-
ne proponitur cautio continens ſtipulationem centeſimæ? Ne-
que tamen ibi dubitatur valere talem ſtipulationem.* Hæc Bal-
duinus concludens meritò, cùm Iuſtinianus centeſimam
ferè ſuſtulerit, malè eius quaſi licitæ mentionem Tribo-
26 nianum paſſim reliquiſſe. Ex quibus verum eſſe apparet
apud veteres Iuriſconſultos vſuras vſque ad finem cen-
teſimæ receptas fuiſſe, eaſque omnibus vſque ad tem-
pora Iuſtiniani, qui eas moderatus eſt vnicuique exer-
cere licuiſſe exceptis Præſidibus, vt Balduinus notat
loc cit. Borcholt. *de vſur.cap.4.num.17.* & inferiùs dicam.
At in his, & ſimilibus locis quodnam quæſo veſtigium
27 eſt veteres illos Iuriſconſultos, qui Ethnici omnes fue-
re, dum reſpondent vſurarum ſtipulationem vſque ad
centeſimam valere, de reparando damno creditoris ſol-
licitos duntaxat fuiſſe: & creditores, qui pecunias da-
bant ſub vſuris centeſimis quæ erant grauiſſimæ, de
quæſtu, & lucro non cogitaſſe? Sanè in illis nullum aut
rarum huius rei veſtigium eſſe.
28 Præterea vſuras, quæ quæſtus, & lucri tantùm cau-
ſa agitabantur antiquo illo iure probatas fuiſſe planè
conſtat *ex l.11.& 12.& l.17 in princ. ff.de vſur.* quæ om-
nes ſunt Pauli, ex quibus conſtat licuiſſe pecuniam ſiue
publicam, ſiue priuatam fœnori dare. Et haſce leges de
veris & propriis vſuris id eſt lucratoriis, vt vocant, in-
telligendas eſſe nemini qui eas legerit in dubium veni-
re debet: & ſufficiant hæc verba *d. l 11. quæſitum eſt an
illud quod amplius pœnæ nomine à quibuſdam exactum eſt
ipſi Seio proficere deberet, an Reipublicæ lucro cederet.* Erant
igitur vſuræ, de quibus Paulus reſpondit hoc loco lu-
cratoriæ non compenſatoriæ, vt ſibi vir Theologus ab
Hotmanno & Lupo ſuaderi voluit. Et Paulo conſentit
29 Vlpianus *in l. 33. eod. tit.* quæ excerpta eſt ex libro eius
ſingulari *De officio curatoris Reipublicæ*, id eſt, Ciuitatis,
vt Aphrodiſienſium, Theſſalonicenſium, &c. & qua man-
datum erat Præſidibus prouinciæ, vt proſpicerent pecu-
nias Ciuitatum (illis temporibus ciuitates pecuniis
abundabant, & nunc exhauſtæ ſunt,) tuto loco, & ſub
pignoribus collocari & vt vſuras parerent. Quod pro-
culdubio de vſuris lucratiuis ſeu de fœnore accipien-
dum eſſe, non de compenſatoriis eius quod intereſt,
euincunt verba illa, *& maxime ſi parient vſuras.* Quid
enim aliud vſura eſt quàm fœtus quidam, & fructus pe-
cuniæ? poſſem hic Varronem Nonium & alios in hanc
rem adferre, ſed hoc potius eſt iactare ſe aliquid ſcire
quàm docere. Illud verò etiam indicat quod in principio
huius reſponſi dicitur in ſortem debitores inquietari non
debere, quod & *in l.2. C. de debit. ciuit.* ſancitum eſt. Et
30 hinc fortaſſe occaſio data eſt Nouellæ conſtitutioni
160. vbi ſimilis ferè ſpecies refertur illi, quæ propoſita
eſt *in d. l.33.* quæ cum deſumpta ſit ex libro curatoris
Reipublicæ, id eſt, vrbium, & municipiorum, vt iam mo-
nui, ſatis indicat ad officium curatoris Reipublicæ ſpe-
ctaſſe pecuniam publicam locare fœnore, & curare, ne
31 ſterilis eſſet, id eſt, vt pareret vſuras. Et inter vtram-
que ſpeciem hoc duntaxat intereſt, quia *in d. l. 33.* pe-
cunia erat credita ſub vſuris, & ſors à debitoribus re-
peti poterat, vt etiam *in d.l.2.C.de debit. ciuit.* in ſpecie
verò *d. Nouell.160.* reditus annuus fuerat cõſtitutus, actũ
enim erat, vt quamdiù debitores illam pecuniam reti-
nerent, penſionem pro ea Reipublicæ perſoluerent ſin-
gulis annis, vnde meritò Iuſtinianus ſanciuit hanc ſpe-
ciem ſua conſtitutione non comprehendi, qua vetitum
eſt creditoribus vſuras vltrà duplum exigere, *vt in l.pe-
nult.C.de vſur.* & debitores cogendos eſſe ad præſtan- 32
dam penſionem, quoad pecuniam retinerent. Et inte-
rim hic cauendum eſt à Gothofredo, qui in hac No-
uell.160. verbo, *vſuram*, notat hoc genus rectiùs vſu-
ram appellari, quod non ſit aliud reditus pecuniæ, quàm
vſura *ex l.24.ff.de præſcr. verb. & l.30.ff de adim. legat.*
Etenim verius eſt contractum illum annuum reditum
cenſeri debere, non vſuram vel fœnus, vt clarè expli-
cat ipſe Iuſtinianus, dum ait ſuam illam conſtitutio-
nem de creditoribus conſcripſiſſe: præſentem verò ſpe-
ciem illam non attingere. *ſi quidem hoc magis annuo redi-
tui quàm vſurarum præſtationi ſimile videtur.* & non ait
conſtitutio penſionem illam eſſe reditum pecuniæ ſed
reditum annuum eſſe. Sed nemini mirum videri debet
hæc Gothofredum hic adnotaſſe, exiſtimabat enim
vſuras moderatas licitas eſſe, quod reiecimus *quæſt. 6.
num.22.* vnde meritò dixi ab eo velut hac in re auctore
ſuſpectæ fidei cauendum eſſe. Cæterùm congruenter 33
meæ ſententiæ leges illas, quæ iubent curatoribus vr-
bium pecuniam publicam dare fœnori, emendatas, &
abrogatas fuiſſe ſcribit Petr.Greg. *lib.2. cap.6. num.1.* &
diſertiſſimè Couarruuias *variar.lib 3.cap 2. in pr.* & nos
alibi diximus, quod argumentum eſt de veris, & propriis
vſuris, id eſt lucratiuis accipiendas eſſe.
Et adeò perſuaſum eſt veteribus illis iuris auctoribus 34
fas eſſe fœnus exercere, vt quod de curatoribus ciuita-
tum dictum eſt, vt ſcilicet tenerentur pecunias publi-
cas collocare fœnore, porrectum etiam ſit ad eos, qui
aliena negotia gerunt. Nam & negotiorum geſtores eius
pecuniæ, quam non fœnerauerant, vſuras præſtare co-
gebantur, cùm dominus eſſet conſuetus pecuniam fœ-
nori dare, vt probat *l.13. in fin. ff. de vſur. l. ſi mater. C.
eod. & l. 37. §. ſi pecuniæ. ff. de negot. geſt.* & tradit Ca-
ſtrenſ. *in d. l. 37.* & conſtat etiam ex Paulo *lib. 2. ſen-
tent. tit 4.* vbi Cuiacius notat eos, qui aliena negotia
curant, pati non debere pecuniam otioſam manere. Et
cùm hoc pendeat ex conſuetudine eius, cuius res agi-
tur, vt ſi ſolitus ſit pecuniam poſitam domi, & in arca
retinere, is qui negotia eius ſuſcepit, non debeat quid-
quam vſurarum nomine præſtare, vt Scæuola ait. *in d.
l.13.* ſi verò pecuniam ſuam ſub vſuris credere ſolitus
erat, negotiorum geſtor vſuras deberet, argumentum
hoc eſt eius rei, de qua quærimus fœnerare pecuniam
licuiſſe. Nam ſi turpis, & improba viris illis pruden-
tibus fœneratio viſa fuiſſet, non putaſſent vſuras ap-
plicandas eſſe creditori, ne ex ſua improbitate lucrum
conſequeretur *l.12. ff. de furt.* Et aliquid tale conſti- 35
tutum eſt in procuratore, qui vt mandantis negotium
gereret, pecunias exegit à debitore ſuo, à quo vſuras
conſequebatur *in l.12. §. ſi mihi. ff. mandat.* vbi Vlpianus
ait æquiſſimum eſſe huius rei rationem haberi, quare
cùm fauore eius, cui ſub vſuris pecunia debebatur, re-
ſponſum ſit eaſdem vſuras eum conſecuturum eſſe, per-
ſpicuum eſt antiquo illo iure pecuniam ſub vſuris cre-
dere licuiſſe. Alioqui ſi viri illi, quos iuſtiſſimos, & pru-
dentiſſimos Lupus vocat *loc.cit.* exiſtimaſſent id iniquum
& iniuſtum eſſe, profectò non reſpondiſſent æquiſſimum
eſſe huius rei rationem habendam eſſe, vt loquitur Vl-
pianus *in d.l.12.§.ſi mihi.* ne creditor, idemque fœnerator
ex ſua improbitate & flagitio lucrum & commodum
ſentiret, quod ius abhorret *d.l.12.ff.de furt.l.99.& 134.
de reg. iur. l.17.verſ. illud inique. ff.de noxal.* & aliis. Et 36
ſuauos ſunt, qui huiuſmodi vſuras compenſatorias inter-
pretantur, id eſt id quod intereſt. Nam præterquam
quod huius rei nullum veſtigium eſt, vt alibi monui,
excluditur iſta imaginaria interpretatio illis Vlpiani
verbis, *cũ vſuras vberrimas conſequeretur.* quis enim vſuras

compenſatorias vberrimas dixerit? vberrimas Vlpia-
nus vocat, vt Papinianus *fœnus vberius in d.l.9.ff.de vſur.*
37 Spectans vterque proculdubio id quod putabant vſu-
ram vicem fructuum obtinere, vt idem Vlpianus lo-
quitur *in l. 34. eod. tit.* & eſſe quendam veluti fructum,
& reditum pecuniæ, vt *l.24.ff.de præſcr. verb. & l.alum-
na.30.ff.de adim.legat.l.49. ff. ad Trebell. l.88.ff.ad l.Fal-
cid.* & notat Caſtrenſ. *in d.l.* 24. eo prorſus modo, quo
D. Gregor. Nyſſen. *Homil. in Ezechiel.* partum, quem
parturit auaritia: & Grammatici vſuram dicunt fœ-
nus quaſi fœtum & fœturam quandam pecuniæ parien-
tis, & increſcentis, vt Varro, & Nonius apud Salma-
ſium *lib.de vſur.cap.2.fol.*29. qui & hæc ex alio vetuſto
auctore refert. *Fœnus, & fœneratores, & de ea re leges
fœnebres à fœtu dicta, quod crediti nummi alios pariant, vt
apud Græcos eadem res τόκος dicitur.* Erant igitur vberri-
mæ illæ vſuræ, quas æquiſſimum eſſe præſtari Vlpianus
dixit *in d.§.ſi tibi.* non compenſatoriæ, ſed fructus &
veluti fructus & partus pecuniæ, id eſt vſuræ: ex quo
planè conſtat vetere illo iure licuiſſe pecunias fœnera-
re.

38 Denique huic rei proximum eſt, quod antiquo illo
iure impoſita fuit neceſſitas tutoribus pecunias pupil-
lares fœnori dare, vt indicat *tit. C. de admin.tutor. & de
pecunia pupillari fœneranda vel depon.* & conſtat *ex l. tu-
tores.C. h. tit.* quæ ait hoc ius antiquum eſſe, & *l. quo-*
39 *ties.& l.49. ff.eod.* quod tamen onus illis magna ex par-
te remiſſum eſt *Nouell.72 cap.2.* vbi Cuiacius notat hoc
capite multas leges Pandectarum, & Codicis emendari,
quibus cauebatur tutorem teneri ad vſuras eius pecuniæ
quam non depoſuit ad comparationem idoneorum præ-
diorum, vel quam idoneis nominibus fœnori non oc-
cupauerit. Idem tradit Roderic. *d.lib.3 quæſt.*10.*num.*18.
& nos tractauimus *quæſt.* 20. & præſertim *num.* 25. vbi
dixi leges, & conſtitutiones Principum, quibus olim
40 mandatum, vel permiſſum eſt pecunias pupillares fœ-
nerare, hodie non valere abrogatas eſſe: neque licere
amplius tutoribus, & curatoribus minorum locare
fœnore relatis Couarruuias, & aliis auctoribus, quos
omnes refert. & ſecutus eſt P. Gibalin. *d.cap.7.artic.*8.
*num.*40. *verſ. dicendum nihilominus.* & poterat addere Se-
natorem Nicienſem, ex quo illos omnes expiſcatus
erat: nec quidquam eius gloriæ detractum fuiſſet. Illis
nunc addo Petr. Royſ. *deciſ.*5. & præſertim *numer.* 423.
Henric. Zoëſ. *ad tit. ff. de admin. tutor. num.*6. & Cani-
ſium *d. cap.*2. *num.*23. vbi ait ius illud ciuile quoad fœ-
nus attinet, iure Diuino, & Canonico planè ſublatum
41 eſſe. Sanè ex his omnibus valdè conſtat vſuras fœne-
bres olim veteribus Iuriſconſultis probatas fuiſſe, &
omnium hac de re vnam fuiſſe ſententiam, quod mi-
rum videri poteſt, & exemplo eius eſſe, quod ſacræ pa-
ginæ dicunt, *ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud
Deum.*

Neque aliud Imperatoriarum conſtitutionum ius
42 fuit, vt qui à magnis illis viris imbuti fuere, & quorum
conſilio in condendis legibus vti conſueuerant, vt indi-
cat *l. humanum. 8. C. de legib.* ità vt aliqua excuſatione
Principes digni videantur, ſi Papiniani, Pauli, Vlpiani
& aliorum prudentum auctoritate decepti ſuis conſti-
tutionibus vſurarum ſtipulationes, & exactiones ſanci-
uerint. Hoc verò conſtat *ex l.1.C.de vſur.* quæ eſt Anto-
nini Pij alioqui optimi & prudentis Principis, qui ta-
men ità ſanxit. *ſi interrogatione præcedente promiſſio vſura-
rum rectè facta probetur, optimo iure debentur.* optimo iu-
re, quod tunc ſcilicet optimum videbatur. Id ipſum ſan-
citum eſt *in l.3.eiuſd. tit. Quamuis vſuræ fœnebris pecuniæ
citrà vinculum ſtipulationis peti non poſſint: tamen ex pacti
conuentione ſolutæ neque vt indebitæ repetuntur, nec in ſor-
tem accepto referendæ ſunt.* Idem conſtat *ex l.5. & 8 eod.
& l.1. & 2. tit. ſeq.* & ex conſtitutione Gordiani *in l.3.
Cod. ſi cert. pet.* quæ dum vetat Præſidibus, & recturi-
bus prouinciarum, ne pecuniam fœnori dent, id cæ-
teris permittunt. Huius rei etiam euidens probatio eſt
in l.6. Cod. eod. Denique aliis prætermiſſis id apertiſſi- 43
mè conſtat ex ſæpiùs adducta *l. eos.26. C. de vſur.* quam
expendit Roderic. *loc. cit. num.* 91. *& ſeqq. num.*94. vbi
reprehendit Ioannem Baptiſtam Lupum, quòd affir-
mauerit leges ciuiles, & Iuſtiniani nullatenus vſuras
lucratorias approbaſſe, & quòd dixerit id expreſsè in-
dicaſſe Paulum *in l.17. §. ſi pupillo. ff. de vſur.* illumque
ait arundineo baculo niti. Et obſeruandum eſt Hot- 44
mannum ipſum, quamuis vſuras pecuniæ fœnebris, ſeu
fœnus improbet, admittere tamen iure Romano omni-
bus præterquam Præſidibus in ſuis prouinciis fœnus
exercere licuiſſe, vt *in epit. num.* 23. & 28. *& in ſuis qq.
illuſtr. cap.*40. memorat leges Impp. Chriſtianorum, vt
Conſtantini, & Iuſtiniani fœnerationem permiſiſſe.
Conſtat igitur vſuras pecuniæ fœnebris antiquo illo
Romano iure probatas, & licitas fuiſſe.

Et multò minus, quæ eſt altera *huius Sect.* inſpectio, 45
ambigendum eſt vſuras pecuniæ non fœnebris, quæ ex
aliis contractibus, & cauſis citrà ſtipulationem deſcen-
dunt, vt ex legatis, fideicommiſſis, & contractibus bo-
næ fidei, vel ex lege ex forma illius antiqui iuris licitas
fuiſſe, vt quæ minorem aſperitatem, & auiditatem cre-
ditoris habere viderentur, & quæ non tàm propter lu-
crum, quàm in pœnam moræ infligerentur iuxtà ſen-
tentiam Pauli *in d. §. ſi pupillo.* & hoc ſatis probant
*l.10. §.verſum. ff. de in rem verſ. l.10. §. ſi procurator. & d.
l.12.§.ſi tibi ff.mandat.l.19 C.eod.l.24. & 26.ff. depoſ. l.2.
& 3.C. eod. l.17. §.4. & l. 32. §. in bonæ fidei. & l.38. ff.
de vſur. l. pen. in fin. C. eod.* illis verbis, *quod & in bonæ
fidei iudiciis, & cæteris omnibus caſibus, in quibus vſuræ
exiguntur ſeruari cenſemus.* Illud etiam perſpicuum eſt
*ex l.2.C.de vſur.pupillar.& l.7.§ quæ autem ff.de admin.tu-
tor.l.3.§.1.& 4.ff.de contr. & vtil.act. l.vlt. ff.de magiſtrat.
conuen.l.38. ff. de negot.geſt.& l.18.C.eod.tit. l.1. in princ.
ff.de pollic.l.1.& ſeqq.C.de vſur.legat. & l.70. §.1. ff.de le-
gat.2.* & aliis innumeris paſſim, quibus ſancitum eſt ex
aliis cauſis, & temuris à mutuo vſuras venire, debe-
ri, competere, non immeritò flagitari, admittendas, ap-
plicandas eſſe, illis debitores condemnandos eſſe,
æquum eſſe præſtari, denique vtiliter ex contractibus
deſcendere. Itàque certum, & exploratum eſt reſpon-
ſis prudentum, & legibus ciuilibus non tantùm pecuniæ
fœnebris, ſed etiam non fœnebris vſuras intrà certos
fines probatas fuiſſe, & conſequenter ius ciuile male de
vſuris ſtatuiſſe.

Obiicies; quod effusè, & generaliter, vt dicebam, 46
aſſerit P. Gibalinus *art. cit. num.* 4. apud omnes veteres
Iuriſconſultos, quorum reſponſa habemus in Pandectis,
quoſque æmulati ſunt Imperatores in ſuis conſtitutio-
nibus, vſuram eſſe mercedem ſeu æſtimationem ſortis
conſumptæ cum damno creditoris. Sed reſpondeo hoc
manifeſtè refelli ex reſponſis Papiniani, & aliorum ve-
terum Iuriſconſultorum, quæ proximè expendi, & ex
conſtitutionibus Principum, quas mox recenſui, ex
quibus & præſertim *ex l.9. ff.de vſur. & l. 1. §. pacto. de
pignor.* quæ ſunt Papiniani, & *ex d. l.1. & 8. C. de vſur.*
& ex celebri illa Iuſtiniani optimi Principis *l. 26. Cod.
eod.* vſuras ſiue fœnebres ſiue non fœnebres probatas
fuiſſe: Quæ reſponſa & leges interpretari de mercede 47
ſeu æſtimatione ſortis conſumptæ cum damno credito-
ris, ſeu de eo quod creditoris intereſt, vt ipſe *in ſeqq.*
explicat, legibus definitum, nouum & inauditum eſt:
& cum bona viri Theologi venia mihi hic liceat dicere,
quod ipſe in re ſimili Salmaſio obiicit *lib.1.cap.1. art.4.
num.6.* hanc eius interpretationem arbitrariam omninò
eſſe, & ad illam ſententiam adſtruendam ab eo confi-
ctam: neque eius vllam aut coniecturam aut rationem
afferre, quam quia confirmat eius opinionem. Et quam-
uis mihi ſatis eſſet dicere illa Iuriſconſultorum reſpon-
ſa, & leges Principum loqui de fœnore, & vſuris fœne-
bris pecuniæ, & de vſuris, quæ propter moram, & ex tar-
da ſolutione tantùm infligebantur: nullumque in eis eſſe
veſtigium eius quod intereſt, nihilominus oſtendam
Sect.

Digitized by Google

Sect.ſeq. nullo modo reſponſa illa arbitrariam illam con-
trariam aſſertionem recipere, & nulla ratione ab ini-
quitate defendi poſſe.

SECTIO V.

Vſura apud Iuriſconſultos, & Imperatores non eſt merces ſortis conſumptæ cum damno creditoris.

SVMMARIVM.

1 *Gibalini aſſertio, quid ſit vſura apud omnes veteres.*
2 *Veterum reſponſa Hotmannicam interpretationem non recipiunt.*
3 *Papiniani reſponſa quædam de fœnore & pecunia data fœnori,* & num.4 & 5.
6 *Et nullum in eis veſtigium eius, quod intereſt.*
7 *Pecuniam parere, & non eſſe ſterilem pecuniæ vſurariæ proprium.*
8 *Pecuniæ otioſæ iure ciuili interdùm præſtantur vſuræ. &* num.11.
Legatorum vſuræ debentur ex mora.
9 *Vſuræ trientes, quincunces, &c. aliud ab eo quod intereſt.*
10 *Intereſſe incertum, & poteſt excedere modum vſurarum.*
11 *Depoſiti in actione veniunt vſuræ ex mora.*
12 *Pecuniam alienam habentes eam interdum ægrè reſtituunt.*
Hiſtoria Archetymi, & Cydiæ.
13 *Stipulatio vſurarum, niſi certam quantitatem contineat, inutilis iure ciuili.*
Vſuræ odioſæ.
14 *Stipulatio intereſſe ſub incerta quantitate valet.*
15 *Vſuræ in actionibus ſtricti iuris non debentur ex mora.*
16 *Vſuræ compenſatoriæ ex quocunque contractu debentur.*
17 *Pariſienſis Senatus ſequitur quod æquius melius.*
18 *Vſuræ hodie ex nullo contractu debentur, ſed id quod intereſt.*
19 L.1.& 18.C.de vſur. *non ſunt contrariæ contrà Mornacium.*
20 *Vſuræ non veniunt in actione condictionis, venit tamen quod intereſt.*
21 *Vſuræ centeſimæ olim licitæ, & à Iuſtiniano quibuſdam caſibus permiſſæ.*
22 *Hermogeniani reſponſum ſeparat vſuras ab eo quod intereſt.*
23 *Et nullum habet veſtigium conſumptæ ſortis.*
24 *Hermogeniani reſponſum non reſtringitur ad venditiones rerum, quæ fructus ferunt.*
25 *Socius actione pro ſocio conſequitur vſuras, vel id quod intereſt.*
26 *Vſuræ ſine probatione decernuntur.*
27 *Intereſſe probari debet.*
28 *Vſura vera legibus ciuilibus ſancita.*
29 *Hotmannus à Bachouio meritò reprehenſus.*

1 ASSERIT vt dicebam P. Gibalinus arti-
culo, quem excutimus *num.* 4. apud om-
nes veteres Iuriſconſultos, quorum re-
ſponſa habemus, & quos Impp. in ſuis
legibus imitati ſunt, vſuram eſſe æſtima-
tionem ſortis conſumptæ cum damno creditoris. Quod
non tantùm mihi nouum eſſe videtur, ſed etiam parùm
congruere menti iuris auctorum, & Principum, qui no-
bis iura dederunt.

2 Et prætermiſſis aliis, nunquam enim finis eſſet, &
ſemper exiſtimaui ſcriptores ab inutilibus quæſtionibus
abſtinere debere, & ab iis præſertim, quæ inuitis ob-
truduntur, vt quis ſe aliquid ſcire oſtendat, expendo
aliquot ex adductis reſponſis, & conſtitutionibus, &
oſtendo euidenter illam Hotomannicam interpretatio-
nem illa reſponſa recipere non poſſe, tametſi vnum vel
duo mihi ſufficerent, cum P. Gibalinus nullum exci-
piat, ait enim, *apud veteres omnes, &c.*

Et primùm repono iterùm verba *l. 9. ff. de vſur. Pecu-* 3
nia fœnebris intrà diem certum debito non ſoluto dupli ſtipu-
latum in altero tanto ſuprà modum legitimæ vſuræ reſpondi
non tenere: quare pro modo cuiuſcunque temporis ſuperfluo
detracto ſtipulatio vires habebit. Hæc Papinianus, in qui-
bus nullum eſt veſtigium vt dixi compenſationis eius
quod intereſt: imò ſpecies hæc eſt de improbo crediro-
re, qui vſuræ titulo vltrà centeſimam ſtipulatus fuerat
intra diem certum debito non ſoluto: & pecunia hîc
fœnebris dicitur, ideoque de pecunia fœnore ſumpta
& de veris & propriis vſuris Papiniani reſponſum acci-
piendum eſt. Quod etiam oſtendunt illa verba, *ſuprà*
modum legitimæ vſuræ, id eſt centeſimæ, quæ erat maxi-
ma vſurarum legibus tunc permiſſa, & præterea quod
ſequitur *pro modo cuiuſcunque temporis ſtipulationem vale-*
re, quod eſt proprium ſtipulationis vſuræ in dies, &
menſes excreſcentis, vt multis locis dictum eſt.

Sequitur *in eadem l. 9. §. 1. Vſurarum ſtipulatio, quam-* 4
uis debitor non conueniatur, committitur: nec inutilis legiti-
mæ vſuræ ſtipulatio videtur ſub ea conditione concepta, ſi
minores ad diem ſolutæ non fuerint. *Non enim pœna,*
ſed fœnus vberius iuſta ratione ſortis promittitur. Quod & 5
idem Papinianus reſpondit *in l. 1. §. pacto. ff. de pignor.*
Quamuis, inquit, *minores in exordio in ſtipulatum venerint,*
non eſſe tamen irritam conuentionem placuit: cùm ad diem
minore fœnore non ſoluto legitimæ maiores vſuræ ſtipulanti
rectè promitti potuerint.

His Papiniani reſponſis, in quibus nullum veſtigium 6
eſt eius quod intereſt creditoris, conſtat euidenter ſti-
pulationem vſuræ probatam fuiſſe, & legitimæ etiam
ſub ea conditione, ſi minores ad diem ſolutæ non fue-
rint: & ne cui veniret in mentem hæc reſponſa de vſu-
ris compenſatoriis accipienda eſſe, quas vſuras dixerat,
fœnus vocat. Niſi quis velit dicere Iuriſconſultum no-
mine fœnoris vſuram compenſatoriam intelligere;
quod non puto P. Gibalinum dicturum. Et notandum
eſt, quod Papinianus ait, *non pœna ſed fœnus vberius iu-*
ſta ratione promittitur, quod nullo modo ad id quod in-
tereſt trahi poteſt.

Secundò contrariam aſſertionem euertit, quod idem 7
Papinianus reſpondit *in l. 7. ff. eod.* ex die depoſiti ratio-
nem vſurarum non haberi, quod ſi poſteà debitor con-
uentus moram fecerit, nummos ex eo tempore ſteri-
les non eſſe. Et quod Vlpianus ait *in l. 33. eod. tit. ſi*
benè collocatæ ſint pecuniæ publicæ, & maximè ſi parient
vſuras in ſortem debitores inquietari non debere, & quod
idem tradit *in l. 3. §. 4. ff de contr. tut. & vtil. act.* tutorem
eius pecuniæ, quam in rem pupilli vtiliter impendit,
vſuras conſequi debere, quoad ei reddatur, *nec enim de-*
bet ei ſterilis eſſe. vbi congruenter Gothofredus notat *ſte-*
rilem pupillorum pecuniam lex eſſe non patitur, vt hic & l. 7.
ff. de vſur. vt hinc colligas iure ciuili nummos nummum pa-
rere d. l. 33. quod congruum eſt vſuræ, & incongruum
ei, quod intereſt. Iam igitur conſtat non ſuccedere P.
Gibalino, quod ait apud veteres omnes Iuriſconſultos
quorum reſponſa habemus in Pandectis, vſuram eſſe
mercedem ſortis conſumptæ cum damno debito-
ris.

Tertiò obſtat aſſertioni P. Gibalini, quia conſtat pe- 8
cuniæ otioſæ, & quæ penes debitorem remanſit, vel
quam non exegit ex iure ciuili interdùm vſuras præſtan-
das eſſe, vt aduerſus Parladorium notat Roderic. *lib. 1.*
q. 1. in fin. & aduerſus tutores conſtitutum eſt *in l. 7. §. quæ*
autem. ff. de admin. tut. & aduerſus negotiorum geſtores, &
alios qui aliena negotia curant. *in l. 19. & 38. ff. de neg. geſt.*
l. 11. in fin. ff. de vſur. & l. 7. ff. de pignor. act. Æmil. Ferret.

de mor.num.42.verſ.ſed hoc etiam. Cuiac. *in l.13.C.de vſur.*
Et ſimile eſt, quod iure ciuili ſancitum eſt in legatis,
& fideicommiſſis ex mora vſuras præſtandas eſſe, vt *in*
l.1. & ſeqq. C. de vſur. & fruct. legat.l.3. C.in quib. cauſ.
reſtit.in integr. non eſt neceſſ. in quibus nulla ſortis con-
ſumptio neceſſaria erat, vel damnum creditoris, vt il-
lo iure vſuras poſt moram conſequeretur. Satis enim
erat in illis iudiciis, vt etiam in actionibus bonæ fidei,
moram illi factam fuiſſe, quod nunc non ſufficit, ſed
neceſſe eſt, vt legatarij interſit ſibi moram factam eſſe,
& ità intelligi debet Theſaurus noſter *quæſt.15.lib 4.*

9 Quartò vſuræ paſſim in iure minores, maiores, & le-
gitima id eſt centeſimæ dicuntur, & interdum trientes,
quincunces, ſemiſſes: & conſtat etiam ex adductis Pa-
piniani reſponſis, & aliis ſtipulationem vſurarum vſ-
que ad legitimum modum probatam eſſe id eſt *à douze*
pour cent. Italicè *à dodeci per cento.* & quibuſdam caſibus
eodem iure conſtitutum eſt vſque ad tertiam centeſimæ
præſtandas eſſe, vt *in l.17.in fin.ff.de vſur.* quæ nullo mo-
do vſuris, quas dicunt compenſatorias, ſeu ei quod in-
10 tereſt adcommodari poſſunt. Id enim quod intereſt in-
certum eſt, & nullo certo modo vnquam definitum
fuit, aut definiri potuit vt ſæpiùs diximus *ex l.quatenus.*
ff.de reg.iur. illiuſque non eſt As, intrà cuius fines inter-
cluſum, & definitum, & ad cuius partes diuiſum fuerit,
vt de vſuris proditum eſt. Et quod magis eſt, poteſt ex-
cedere legitimum modum vſurarum, vt conſtat *ex l.2.*
in fin. ff.de eo quod cert. loc. & hic locus vnus ſatis oſten-
dit contrariam ſententiam non ſubſiſtere, quomodo
enim id quod excedit, poteſt eſſe id quod exceditur? Re-
latio nonniſi inter duo eſſe, vel intelligi poteſt.

11 Quintò ſi verum eſſet, quod P. Gibalinus ſcribit
vſuram eſſe mercedem ſortis conſumptæ, & niſi quis do-
ceatur in vſus ſuos pecuniam alienam conuertiſſe, vſuris
locum non eſſe, ſequeretur eum, qui alienam pecuniam
exegit, vel depoſitam habet nec vſus eſt: & admonitus vt
eam reddat moras nectit, ad nullas vſuras iure ciuili
teneri, quia illa pecunia vſus non eſſet, quod nemo di-
xerit: exploratum enim eſt iure ciuili in actione depoſi-
ti venire vſuras ex mora *l.3.& 4. C. depoſ.* vt in aliis iu-
diciis bonæ fidei ſtatutum eſt multis locis, & addo nunc
12 Harmenop. *lib.3.tit.9. §.depoſiti actio.* Neque rem dico,
quæ non interdum eueniat, ſunt enim qui quamuis
pecuniam alienam habeant, eam tamen ægrè reſtituunt
& in ea reddenda moram faciunt, vt indicat *l. quam-*
uis.7.ff.de pignor. act. imò aliquando contigiſſe inter Ar-
chetymum, & Cydiam hoſpitem ſuum refert Herodot.
lib.1. quod cum libro meo *quæſt.32.num.11.* inſeruiſſem,
placuit etiam P. Gibalino hac exigua eruditione ſuum
opus aſpergere *lib.3. cap.6. art. 3. in fin.* vt loco idoneo
conqueror.

13 Præterea refellitur contraria ſententia ex reſponſo
Vlpiani *in l.31.ff. de vſur.* qua definitum eſt ſtipulatio-
nem vſurarum, ſi modus certus non adiiciatur, inutilem
eſſe: & ex reſponſo Modeſtini *in l.41. in fin. eod.tit.* vbi
ait *ſi non appareat de quibus vſuris conuentio facta ſit, peti*
eas non poſſe. ob quam cauſam etiam conſtitutum eſt, vt
iudices, qui de ſorte pronunciant, de vſuris certam de-
beant quoque facere condemnationẽ *l 59.§.2.ff.de re iud.*
Hæc Vlpiani, & Modeſtini reſponſa vſuris, quæ ſunt
merces & æſtimatio ſortis conſumptæ cum damno de-
bitoris quales Weſembecius, Hormanuus, & Gibali-
nus iactant, nulla ratione conueniunt. Namque ità
ius illis locis conſtitutum eſt odio vſurarum, quæ licet
iure ciuili licitæ viderentur, tamen odioſæ cenſeban-
tur, vnde quantum fieri potuit, huiuſmodi quæſtuo-
ſam negotiationem Iuriſconſulti repreſſerunt, quod
multis iuris locis probari poteſt, quæ cùm iam omni-
bus obuia ſunt, prætermitto. Sufficiunt nunc illa duo-
rum veterum reſponſa, quibus cautum eſt vſuras pecu-
niæ creditæ in ſtipulationem deductas, niſi de certis vſu-
14 ris conuentum ſit, peti eas non poſſe. Vſuræ verò
compenſatoriæ, & quæ compenſant id quod actoris
intereſt, denique quæ nihil aliud ſunt, quàm id quod
creditoris intereſt, vt Lupus admittit *in d. §6 in princip.*
debentur tametſi de certa quantitate conuentum non
ſit, vt conſtat euidenter *ex l.ſocium.ff.pro ſoc.l.2.in fin.de*
eo quod cert. loc. l.vlt. ff. de prætor. ſtipulat. & l. 1. Cod. de
ſentent. quæ pro eo quod inter. profer. & l. 3. ff. de in lit.
iuran. & conſtat ex Rouito *deciſ. 9. num. 9* vbi ait hoc
vſitatum eſſe; Non ergo ad vſuras compenſatorias illa
duo reſcripta pertinent, idcóque parùm feliciter ſucce-
dit, quod P. Gibalinus dicit. *Vſuram apud omnes ve-*
teres Iuriſconſultos, eſſe mercedem ſeu æſtimationem ſortis
conſumptæ cum damno creditoris.

Huic rei proximum eſt, quod iam dixi, & hic repe- 15
tere cogor, in contractibus ſtricti iuris iure ciuili vſu-
ras à tempore moræ non deberi: imò neque ſatis erat
de illis præſtandis conueniſſe niſi in ſtipulationem de-
ductæ fuiſſent exceptis paucis caſibus. Quod conſtat
ex l.1. C. de condict.indeb.l.3.& 4.C.de vſur.l.10.§.ſi quis
Titio ff.mandat.l.24.ff.de praſcript.verb. & obſeruat Cur-
din.Mauric. *de tacit.& ambig. conuent. lib.8. tit.2. num.7.*
Cuiac. *ad l. 1. C. de vſur.* vbi notat iuris auctores vſuras
multis modis coërcuiſſe, & Iacob. Mæſtert. *de iuſt. leg.*
Roman.lib.2.cap.21.in fin. Henric. Zoeſ. *ad tit. ff. de vſur.* 16
num.19.& 34. Hæc porrò de vſuris compenſatoriis dici
non poſſunt, quæ ex quocunque contractu debentur ex
mora, vt diximus *quæſt.7.num.6.* vbi alios refero: ſiue ſit
bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, vt ſancitum eſt *in l.1. C.de*
ſent. quæ pro eo quod inter. profer. & latè proſequor *q. 37.*
num.12 & 24. Non igitur in illis Iuriſconſultorum re-
ſponſis, & conſtitutionibus Antonini, & aliorum Prin-
cipum vſura eſt æſtimatio ſortis conſumptæ cum dam-
no debitoris, alioqui ſibi leges, & iura pugnarent, &
quod hic negatum eſt, alibi conceſſum eſſet, id eſt *in*
d. l.vn. Cod. de ſentent. quæ pro eo quod inter. profer. quod
nemo dixerit. Diuerſum verò conſtitutum eſt, quia *in*
h. l. vn. agitur de eo quod intereſt: quod ſtipulatione
non indiget: & ex æquo, & bono prodet non ex ſubti-
litatibus & diſtinctionibus iuris ciuilis. Sed *in d.l.1.C.*
de condict. indeb. & aliis, de veris vſuris, quæ actione
condictionis peti non poſſunt, niſi in ſtipulationem de-
ductæ ſint. Et congruenter huic rei notat Mornacius 17
magnum Pariſienſis fori decus *ad d. l.1.* ſupremas Re-
gni Gallici Curias amplecti *quod æquius melius*: neque
iàm addicere ſe vmbratilibus ſcholarum vinculis, ſtri-
ctique iuris, ac bonæ fidei diſtinctionibus, quas tan-
dem ex vſu aduerſari æquitati compertum eſt, quod non
prætermiſiſſe refert Fabr. *in l. omnis. de reg. iur.* quod
ego maximè probo in re de qua agitur, id eſt ſiue de
vſuris, ſiue de eo quod intereſt diſceptetur. Vt enim 18
vſuræ hodie non debentur, ſiue pecunia ex contractu ſtri-
cti iuris, ſiue bonæ fidei debeatur: ità ex quacunque cau-
ſa ſortem ſibi debitam quis petat, æquum eſt haberi ra-
tionem eius quod verè actoris intereſt: neque diſtin-
guendum eſſe, an iudicium ſit bonæ fidei, vel ſtricti iu-
ris. Quod etiam dixi *in d.quæſt.37.in fin.*

Cæterum non placet, quod Mornacius *eod.loc.* notat 19
ad d.l.1. nihil magis contrarium eſſe, quàm quod Phi-
lippus Cæſar, qui longis poſt annis Antonino ſucceſſit,
reſcripſit *in l.18. inf.de vſur.* indebitas vſuras excluſa ve-
teris iuris varietate repeti poſſe, quia facili ratione
duorum Principum reſcripta conciliantur. Etenim *in d.*
l.1. quæritur an ſumma quæ indebita ſoluta eſt, repeti
poſſit cum vſuris à die vel ſolutionis vel moræ: & pla-
cuit Antonino eam tantùm ſummam repeti poſſe, quæ
indebita ſoluta eſt, non vere vſuras, quæ ſolutæ non
fuerant. At verò *in d.l.18. C.de vſur.* debitor vſuras per-
ſoluerat, & quia indebitæ erant, vt ibi ſupponitur, me-
ritò reſcriptum eſt eas repeti poſſe, ſi poſt ſortem ſo-
lutam debitor illas perſoluerit, vt ſatis oſtendunt illa
verba, *licet poſt ſortem redditam creditori fuerint datæ.*
quod & ante definitum eſt *in l. ſi non ſortem.26.in princ.*
ff. de condict. indeb. & tradit etiam Harmenop. *lib. 3.*
tit. 7. §. 11. & hoc modo hanc legem intelligendam
eſſe

eſſe notat ipſe Mornacius *in d. l. ſi non ſortem, in princip.*
vnde fruſtrà ſubiicit Philippi conſtitutione ius vetus
20 emendatum fuiſſe. Cæterùm quod his locis conſtitu-
tum eſt in actione condictionis non venire vſuras,
de vſuris compenſatoriis eius quod intereſt intelligi
non debet, quia certum eſt, & receptum inter omnes
intereſſe etiam ex contractibus ſtricti iuris, dummodò
verè interſit, concedi oportere, vt dictum eſt: ita vt
hinc etiam appareat apud veteres omnes Iuriſconſul-
tos, & Imperatores vſuram non eſſe mercedem ſortis
conſumptæ cum damno creditoris.
21 Subuertitur etiam contraria aſſertio ex his, quæ *ſect.*
proxima preced. refero obſeruaſſe Balduinum *lib. 1. de iur.*
non. permiſſum fuiſſe omnibus ante Iuſtiniani ſanctio-
nem vſuras centeſimas ſtipulari: & huius vſuræ ex-
preſſa adhuc multis locis extare veſtigia, vt *in l. 51. ff. de*
reb. credit. l. 9. ff. de vſur. l. 4. ff. de naut. fœn. & l. 8. C. ſi cert.
pet. & quod magis eſt non tantùm in traiectitiis pecu-
niis, ſed etiam in ſpecierum fœnori dationibus cente-
ſima permiſſa eſt *in d. Iuſtiniani conſtitutione 26. Cod. de*
vſur. Quas leges & reſponſa iuris auctorum probantia
hoc genus vſuræ, quam ſacri Canones proſcripſerunt,
& auctores tum ſacri, tum prophani vſurarum grauiſ-
ſimam, & iniquiſſimam dixere, vt Seneca, Balſamon,
Zonaras, & alij, de vſuris compenſatoriis interpretari
abſurdum omnino eſt, & ſaltem validè temerarium.
Vnde longè probabilius eſt leges huiuſmodi de veris, &
propriis vſuris accipiendas eſſe & inter bonos non va-
lere: & conſequenter errare, qui dicunt, vſuram apud
omnes veteres, &c. eſſe mercedem damni illati credi-
tori, ſeu compenſatoriam eius, quod intereſt.
22 Conuincitur etiam P. Lugdunenſis nimium Hotma-
no credidiſſe ex celebri illo Hermogeniani reſponſo *in*
l. vlt. ff. de peric. & comm. rei vend. cuius ipſe meminit mul-
tis locis. Reſpondit I. C. *ſi emptor in pretio ſoluendo mo-*
ram fecerit, vſuras venditori duntaxat præſtabit: non omne
omninò quod venditor mora non facta conſequi potuit, veluti
ſi negotiator fuit, & ex mercibus pluſquam ex vſuris conſe-
qui potuit. Vſuræ quas hic emptorem præſtare debere
ait non ſunt compenſatoriæ eius quod creditoris inte-
reſt, id enim nominatim Hermogenianus negat ven-
ditori, & nulla habita ratione eius quod intereſt etiam
in homine negotiatore, & qui lucrum facere potuit,
reſpondet venditorem vſuris tantùm condemnandum
23 eſſe. Deinde hic nullum veſtigium eſt ſortis conſum-
ptæ cum damno creditoris, cuius æſtimatio aliqua ſit,
vel intelligi poſſit, ſed moræ tantùm, & tardæ ſolutio-
nis, vnde ait, *Si emptor in pretio ſoluendo moram fecerit.*
At verò vſura non poteſt eſſe merces ſortis conſumptæ
niſi ſors conſumpta proponatur, quia vt vulgo dicitur
non entis nullæ ſunt qualitates. Sed ità reſponſum eſt,
quia negotium erat bonæ fidei, & ideò iuxtà iuris an-
tiqui formam reſpondit vſuras deberi ſiue plus ſiue mi-
nus, ſiue nihil venditoris intereſſit. Ità enim generali-
ter in contractibus bonæ fidei veteribus placuit, vt
conſtat *ex l. 32 § in bonæ fidei. ff. de vſur.* & aliis paſſim.
Erant igitur veræ, & propriæ vſuræ non compenſatoriæ
24 ſortis conſumptæ cum damno venditoris. Neque dixe-
ris eſſe compenſatrices fructuum, quos interim emptor
non ſoluto pretio percipere potuit, & proinde æquiſ-
ſimum eſſe illum vſuras præſtare ratione fructuum ex
celebri *l. 5. C. de act. empt. & l. 13. §. ex vendito. ff. eod.* Di-
cam ſtatim reſponſum Hermogeniani non reſtringi ad
venditiones agri, vel vineæ, & cæterarum rerum quæ
fructus ferunt, ſed generaliter ait, *ſi emptor*, ſiue agri,
ſiue gemmæ, vel ſtatuæ vel picturæ *in ſoluendo pretio*
moram fecerit. Et vt non licet aliquid detrahere legibus:
ità nec addere, vt noſtras ſententias firmemus. Et non
minùs ex iure ciuili propter moram non ſoluti pretij
vſuras deberi, quàm propter moram in pecunia depoſita
reddenda vel ex locato debita factam. Conſtat enim pe-
cuniam rem ſterilem eſſe Non ſunt ergò vſuræ, quas
præſtandas eſſe Hermogenianus reſpondet compenſato-
riæ eius quod intereſt, ſeu vt P. Gibalinus loquitur,
merces ſortis conſumptæ cum damno creditoris. Et ta- 25
le aliquid eſt *in l. ſi fratres. § idem reſpondit. ff. pro ſocio.* vbi
Papinianus reſpondit, ſi ſocius refecerit ſuis ſumptibus,
portionem inſulæ ſocij, qui ceſſet ſoluere, quamuis
ſortem cum vſuris poſſit accipere, poſſe tamen & pro
ſocio agere, vt conſequatur, quod ſua intereſt, vt tra-
dit Hotman *de vſur. lib. 1. cap. 5. verſ. Quid eſt hoc.* Vſuræ
hic propriæ & veræ vſuræ ſunt, cùm ex hoc iure in ele-
ctione ſocij poſitum ſit, vel agere ad id quod intereſt,
vel ad vſuras, ſi forte nihil, vel minus eius intereſſet.
Quod etiam conſtat aliis locis, in quibus vſuræ ſepa-
rantur ab eo quod intereſt, vt *in d. l. vlt. de peric. & comm.*
rei vend. l. 2. in fin. ff. de eo quod cert. loc. & l. 27. ff. de ædi.
edict. l. 58. ff. de admin. tut. vt etiam Cuiacius *in l. 33. ff. lo-*
cat. ad African. ſeparat vſuram ab eo quod intereſt pro-
inde non niſi de veris, & propriis intelligi poſſunt.
Denique probari poteſt noſtra ſententia, quia dum 26
veteres iuris auctores, vel Principes vſuras ex ſtipula-
tione, vel ex mora deberi dicunt, & decerni iubent,
nullibi probationem aliquam exigunt eius, quod acto-
ris intereſt: ſed ſimpliciter tradunt vſuras præſtandas
eſſe. Quod argumentum meo iudicio validiſſimum
eſt, illos de veris & propriis vſuris ità conſtituiſſe, quæ
probatione aliqua extrinſeca non indigent, ſatis enim
fuit probare conuentionem vel moram debitoris, vt
vſuræ decernerentur. Sed diuerſum ius conſtitutum 27
eſt in eo quod intereſt. Id enim creditor probare debet,
vt conſtat *ex l. 10. ff. de eden. l. pen. ff. de eo quod cert. loc.*
l. vlt. ff. de prætor. ſtipulat. l. 3. C. de inutilib. ſtipul. & §. vlt.
Inſtit. eod. vbi Theophilus id apertiſſimè monet, & alij
in mea quæſt. 74. num. 1. & infrà ſect. 12. par. 2. num. 29. &
addo nunc Caſtracan. *de ſociet. offic. cap. 43. num. 7. & 19.*
& D. Straiban. *lib. 1. de inter. quæſt. 14. num. 1. & 3.*
Ex quibus & aliis quæ *ſect. præcedenti* diximus, nihil 28
certius eſt ex reſponſis veterum Iuriſconſultorum, &
Imperatorum legibus proprias, & veras ſtipulari, vel
ex ſola mora in actionibus bonæ fidei, & quæ illas
imitantur petere licuiſſe, tametſi nihil intereſſet credi-
toris. Ità vt mirum ſit P. Gibalino excidiſſe Vſuram
apud omnes veteres Iuriſconſultos quorum reſponſa,
habemus, & quos Imperatores in ſuis legibus imitati
ſunt, *eſſe mercedem, ſeu æſtimationem ſortis conſumptæ cum*
damno creditoris. Quod falſum eſſe multò magis appa-
rebit ex reiectionibus legum, quas deceptus ab Hot-
manno profert, vt hæc duo perſuadeat, Vſuram, quam
ciuilem, & legitimam vocat eſſe mercedem ſortis con-
ſumptæ, & cum damno creditoris, & niſi hæc concur-
rant, vſuras iure ciuili non deberi. Et illud interim 29
repono, quod comperi deinde ſcripſiſſe Bachouium.
I. C. Germanum in notis ad Treutler. *diſp. de vſur. &*
mor. thes. 1. in vers. iure ciuili. vbi poſtquam oſtendit pri-
ſco Romanorum iure vſuram vetitam fuiſſe, ità ait.
Quantum autem à priſcis illis legibus receſſum poſteà fue-
rit, illud oſtendit, quod in iure noſtro vſuræ centeſima, quæ
duodecim partibus vnciarum fœnus ſuperant, legitimæ ha-
bentur, quas coërcuit Iuſtin. in l. eos C. de vſur. Et falſum
haud dubiè eſt, quod Hotoman ſcribit de vſur. cap. 1. iure
ciuili vſuras non permitti, niſi quatenus creditoris intereſt:
quia imò iuxta leges Romanas, quibus vtimur pecuniam
fœnori occupare & ſimpliciter vſuras, quæ à tempore con-
tractus currunt, ſtipulari licet.

SECT. VI.

Reiectiones legum, quæ pro contraria ſententia proferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Conuertens pecuniam alienam in proprios vſus iure ciuili ad vſuras tenetur.*

2 *Gibalini aſſertio proponitur, quam auctor non probat.*
3 *Gibalini aſſertio duo continet, & quibus iuribus primum probet.*
4 *Et quibus alterum.*
5 .L.7. de admin. tut. *non probat primam aſſertionis partem.*
Imò contrarium.
6 *Vlpiani* in l.7 §.pecuniæ.de admin.tut. *ſententia.*
7 *Tutoribus non tantùm ob verſionem pecuniæ pupillaris in proprios vſus, ſed etiam ex aliis cauſis infligebantur vſuræ.*
8 *Tutores & ſimiles quandò re ipſa moram faciunt.*
9 *Tutorum hæredes pecuniæ pupillaris in arca poſitæ vſuras præſtant.*
10 *Tutor debitor patris pupilli vſuras præſtat de quibus conuenit.*
11 *Pupillarium vſurarum non vna forma ex iure ciuili.*
12 *Hæreditatis alienæ poſſeſſor non præſtat vſuras eius pecuniæ quam non attigit.*
13 *Niſi in mora ſit illam reſtituendi.*
14 *Petitio hæreditatis eſt bonæ fidei.*
Et in ea veniunt vſuræ poſt moram.
15 *Ius, quod vſuras admittit ex mora in contractibus bonæ fidei, nunc abrogatum.*
16 *Creditor non tenetur ad vſuras, ſi ſuperfluum pignoris depoſitum habuit.*
17 *Niſi interpellatus moram, in eo reddendo fecerit.*
18 *Ex cohærentibus iudicandum non ex partibus.*
19 *Creditor ſuperfluum pignoris fœnerans tenebatur Vſuras reſtituere.*
20 *Creditor interpellatus tenetur ad vſuras reſidui, licèt eo vſus non ſit.*
21 *Creditor ſuperfluum pignoris mutuans ſine vſuris, tenetur ad vſuras iure ciuili.*
22 *Beneficio alterum afficere lucrum eſt.*
23 *Beneficium non eſt pecuniam ſub vſuris mutuare.*

1 INITIO obſeruandum eſt me non negare in multis legibus, quibus vſuras præſtari ſancitum eſt, aliquam rationem eius quod intereſt deprehendi, & intelligi poſſe: Hoc enim iam apertiſſimè proteſtatus ſum *hac ead. par ſect. 3. num. 8.* nec repetere ampliùs opus eſſe puto. Vt etiam non inficior ob conuerſionem alienæ pecuniæ in proprios vſus inuito & inſcio domino ea iure ciuili vſuras infligendas eſſe, hoc enim apertiſſimis iuris ciuilis locis aduerſus ſocios, procuratores, tutores, & alios, qui aliena negotia tractant, ſeueriſſimè conſtitutum eſt, vt dixi *ex l. 1 §. 1. ff de vſur. l. 10. §. ſi procurator. ff mandat.* & aliis. Sed in eo à P.
2 Gibalino diſſentio, quod dixerit Vſuram apud omnes veteres Iuriſconſultos, & Imperatores, quorum reſponſa, & conſtitutiones habemus, eſſe mercedem, ſiue æſtimationem ſortis conſumptæ cum damno debitoris: *& niſi quis in vſus ſuos*, (ſunt illius verba) *conuertiſſe pecuniam alienam doceatur legitimam vſuram præſtare non debere*: & quod poſt pauca ſubiicit, *non ſatis eſſe ad vſuram, vt ſors conſumpta fuerit à debitore, niſi id factum fuerit cum damno creditoris.* Quare eam particulam *cum damno creditoris* eſſentialem eſſe definitioni vſuræ: vnde tandem infert vſuram hanc ciuilem, ſiue legitimam nihil aliud eſſe, quàm compenſationem eius quod verè,
3 & non ſimulatè creditoris intereſt. Et quia eius aſſertio duo continet, primum vſuram apud iuris auctores eſſe æſtimationem ſortis conſumptæ, alterum, vt id fiat cum damno creditoris vt probet primam aſſertionis partem, nimirùm vſuram eſſe mercedem ſortis conſumptæ, *num. 4.* profert *l. 7. ff de admin. tut. l. ſi poſſeſſor. de pet. hæred l. 6. ff de pign. act. l. ſocium. ff. pro ſoc.* & veterem regulam, quam
4 ſolemnem vocat *l. 17. §. ſi pupillo ff de vſur.* Vt verò alteram ſuæ aſſertionis partem perſuadeat, oportere ſcilicet vt id cum damno creditoris, profert, & obiicit *num. 5.* ſequentia ex Hotmanno excerpta omnia intra *l. 27. ff. de ædil. edict. l. 29. §. 1. ff. depoſ. l. 25. §. 1. ff. eod. l. inſulam. 42. ff. ſolut. matrim. l. 69. §. in domum ff. de iur. dot. l. 17. ff. de dol. except. l. 13. §. ex vendito. ff. de act* & ſimile aliquid eſſe ait *in l. 63. §. ex reſcripto. ff. ad Trebell.* quæ iura non probare eius, vel potiùs Hotmanni, ex quo profecit, aſſertionem ſingulis diligenter expenſis mox facilè demonſtrabimus: volui tamen hæc prætermittere, & adiungere iis, quæ monui *ſect. 3.* ne incertum ſit id, de quo diſceptamus.

Primam igitur ſuæ aſſertionis partem probat primùm 5 *ex l. 7. §. 4 ff de admin. tut.* quæ tamen nihil probat. Nam licèt dicat tutorem ita demum vſuram legitimam præſtare debere, ſi doceatur euidenter pecuniam pupilli in ſuos vſus conuertiſſe, non tamen inde ſequitur, quod aſſerit, niſi quis pecuniam alienam doceatur in ſuos vſus conuertiſſe legitimam vſuram non debere. Nam ex eodem Vlpiani loco probatur contrarium. Etenim perſpicuum eſt hic etiam ex aliis cauſis vſuras tutoribus irrogatas fuiſſe, & præſertim illis verbis, *tamen ſi ceſſent etiam vſuris tutores plectendi ſunt tarditatis gratiâ.* & his etiam quæ ſequuntur. *Sed etſi negauit apud ſe eſſe pecuniam, & iudex pronuntiauit contrà cum legitimas ſoluere debebit.* Denique ex his, quæ deinde Vlpianus ſubiicit, *Ex cæteris cauſis ſecundum morem prouinciæ præſtabit vſuras, aut quincunces aut trientes, aut ſi quæ aliæ leniores in prouincia frequentantur.*

Neque obſtant illa eiuſdem Vlpiani verba. *Pecuniæ* 6 *quam in ſuos vſus verterint tutores legitimas vſuras præſtant: ſed hoc ità demum ſi euidenter doceantur pecuniam in vſus ſuos vertiſſe.* ex quibus Hotmannus *initio cap. 5.* docet vſuras ob vſum duntaxat percipi: & P. Gibalinus qui extrà nugas Hotmanni excurrit, niſi quis doceatur pecuniam alienam in ſuos vſus vertiſſe legitimam vſuram præſtare non debere. Quia hæc eſt hic Vlpiani mens tutorem ob conuerſionem pecuniæ pupillaris in proprios vſus legitimis vſuris, quæ erant grauiſſimæ id eſt centeſimæ, plectendum non eſſe, niſi euidenter doceatur pecuniam in proprios vſus conuertiſſe, vt indicant ſatis illa ipſa verba, *ità demum ſi euidenter doceatur pecuniam in vſus ſuos vertiſſe*: & quod poſt pauca ſubicit, *decere igitur debet in vſus ſuos pecuniam vertiſſe.* N. cùm ex hac cauſa veluti ex quodam delicto grauiſſimas iſtas vſuras vice cuiuſdam pœnæ iudices tutoribus irrogarent, vt conſtat *ex l. 38. ff de negot. geſt. & ex ead. l. 7. §. 8. de admin. tut.* meritò Vlpianus monet hanc verſionem in primis euidenter probari oportere, antequam tutor hac veluti pœna afficiatur. Nullatenus verò ſenſit 7 Vlpianus niſi tutor pecuniam pupilli in ſuos vſus vertiſſe doceator vſuras illum præſtare non debere, quia non tantùm ex hac cauſa, ſed & aliis pleriſque antiquo illo iure tutores in vſuras incurriſſe vel legitimas, vel leuiores compertum eſt *ex ead. l. 7.* cuius verba ſuprà poſui, & *quæſt. 4. num. 27.* vbi oſtendi, neque luculentiùs demonſtrari potuit vſuras iure ciuili tutoribus inflictas fuiſſe nunc grauiores nunc leuiores ea modo, & ratione culpæ, vel doli in adminiſtratione commiſſi, quod etiam dixi *quæſt. 20. num. 1. & 2.* Quæ ſi æquis oculis inſpecta fuiſſent, fortaſſe, non cogeret laborem labori addere.

Sed ex his exploratum eſt ob conuerſionem quidem 8 in proprios vſus priſco ciuili iure tutores vſuris legitimis, id eſt centeſimis obnoxios fuiſſe, quia moram re ipſa facere videbantur *l. ſocium ff. pro ſoc. & l. 1. §. 1. ff. de vſur.* ſed etiam ex aliis cauſis in vſuras centeſimas, vel leuiores incurriſſe. Vnde manifeſtè apparet hanc primam aduerſariæ aſſertionis partem non ſubſiſtere. Etenim etiam ſorte non conſumpta, neque in proprios vſus conuerſa tutores ex aliis cauſis vſuras præſtare cogebantur, vt conſtat ex illis Vlpiani verbis, quæ ſuprà poſui, vt ſtatim in ipſos oculos incurrant, & docet luculenter Anton. Fab. *in iuriſ. Papinian. ſcient. prin. 7. illat. 40.* qui- 9 bus addo quod de hæredibus tutorum Vlpianus ibidem ſcripſit. *Pecunia*, inquit, *quæ in arca fuit, etiam hæredes*

curatorum

curatorum tandiù vſuras præſtabunt, quandiù non interpel-
lauerint, vt loco defuncti curator conſtituatur. Primus igi-
tur hic iuris locus, quem nimiùm auctori ſuſpecto cre-
dulus P. Gibalinus pro ſua opinione profert, eam euer-
tit.
10 Hinc etiam diſces quàm facilè ſubuertatur illa P. Gi-
balini regula, vbi mutuum non eſt, vſuram non reperi-
ri. Illam enim vel hic vnus Vlpiani locus euertit, vt
multis oſtendi *in p. par. ſect.9 num.5. & 6.* quibus nunc
addo ex eodem loco §.5. Vlpianum ſeparare vſuras, quæ
ex tutelæ iudicio deſcendunt ab iis, quæ pupillo deben-
tur ex ſtipulatione patris. Has enim quia certæ erant,
incertarum enim vſurarum inutilis erat promiſſio vt di-
xi *ex l.31. & 41. in fin. ff. de vſur.* tutor debitor patris pu-
11 pilli præſtare tenebatur, quas patri promiſerat. Vſura-
rum verò pupillarium, quæ ex iudicio tutelæ veniunt,
non vna forma fuit, vt planè conſtat *ex ead. l.7. § 4. &*
§. quæ autem 10. & apertiſſimè etiam *ex §.13.* vbi Vlpia-
nus ait, *Pecuniæ quæ in arca fuit etiam hæredes curatoris vſu-*
ras præſtabunt, &c. Quis dicet pecuniam hanc mutuam
eſſe? Nemo certè, & tamen hic reperiuntur vſuræ.
12 Secundò Gibalinus ait Papinianum reſpondiſſe poſ-
ſeſſorem hæreditatis, in qua pecuniam inuenit, non ali-
ter vſuras debere, quàm ſi eas in ſuos vſus conuerterit:
alioquin inquit ſi non attingat omninò non debebit
l.20. §. Papinianus. ff. de pet. hæredit. quod & Hotma-
nus iiſdem verbis *d. cap.4.* Sed hoc nihil eorum ſen-
tentiam iuuat, quia non inde ſequitur vſuris ex aliis
cauſis locum non eſſe. aliud enim ille vnus Vlpiani lo-
cus proximè expenſus *ex d. l.7. ff. de admin. tutor.* plenè
probat, quod mihi ſufficit. Et nihilominus præciſiùs
reſpondeo poſſeſſorem hæreditatis alienæ non eſſe in
vſuras condemnandum eius pecuniæ, à qua manus ab-
ſtinuit, quia non erat in mora nec illam fœnerari tene-
batur, vt idem Papinianus reſpondit *in l. ſi nauis. ff. de*
13 *rei vendic.* Nam ſi moram feciſſet in reſtituenda pecu-
nia, quam in hæreditate inuenerat, vel quia interpella-
tus à vero hærede illam retinuit, licèt ea pecunia vſus
non ſit, vel ſi eam ſuis vſibus impendiſſe doceatur, quo
caſu etiam mora facta intelligitur, quia vſus vim moræ
habet, vt dixi *ex d. l.1. §.1. ff. de vſur.* & notat gloſ. *in l.*
qui ſemiſſes. ff. eod. & Cuiac. *lib.13. cap.15. in fin.* vbi ait
vſum hunc ſemper accipi in malam partem, in vſuras
quoque illo iure poterat conueniri, quia cùm petitio
hæreditatis ſit actio bonæ fidei *§ actionum. Inſtit de act.*
l. vlt. C. de pet. hæred. Theoph. *in d. §. actionum.* certum
14 eſt in hoc iudicio ex mora venire vſuras, vt in aliis iu-
diciis bonæ fidei iure ciuili receptum fuiſſe conſtat *ex*
l.38. ff. de negot. geſt. & aliis quas recenſui *ſect.1. num.5.*
quibus addo *l.17. C. de locat.* vbi hoc protritum eſſe ſup-
ponitur, *non ignarus*, inquit, *iudex ex locato actionem &*
conducto, cùm ſit bonæ fidei poſt moram vſuras admittere. &
in ſpecie conſtat *ex d. l.20. §. ſi poſt petitam. & l.1. C. eod.*
gloſ. Græcor. *ad l.1. §.1. de vſur. & ad tit. de petit. hæredit.*
& gloſ. Accurſ. *d. l. ſi nauis.* verbo, *non cogitur.* & ibi Ful-
goſ. *num.10. ff de rei vendic.* & ego fuſiùs *in mea quæſt.35.*
15 *num.*18. vbi dixi etiam hoc ius iure canonico abroga-
tum eſſe ex Baldo, Caſtrenſi, & aliis veteribus *in d. l. ſi*
nauis. & in l. qui ſine. de negot. geſt Hic tamen Papiniani
locus & *d l.1. C. de pet. hæred.* ſatis etiam oſtendunt vſu-
ras in hæreditatis petitione venire, quæ à mutui datio-
nibus longe remota eſt. Quod ſi pertinaciter negent
vſuras iſtas eſſe vſuras, ſeu lucratorias ſtatim obiiciam
illud Papiniani *in d. l. ſi nauis. cùm pecunia periculo dantis*
fœneretur.
16 Tertio obiicit Pomponium ſcribere vſuras non de-
beri à creditore, qui pignus plus vendiderit, cùm ſuper-
fluo vſus non eſt: quod ſi illud depoſitum habuerit, ad
vſuras non teneri *in l. quamuis. 6. §.1. ff. de pign. act.* Sed
hoc Pomponij reſponſum nihil iuuat Theologi ſenten-
tiam, nam idcircò creditor vſuras præſtare cogitur, quia
eo ipſo, quod illo ſuperfluo vſus eſt moram feciſſe in-
telligitur, vt dictum eſt: & ideò nihil mirum ſi eo iure
vſuras præſtare cogebatur, ex quo etiam iniquum vide-
batur quem ex alieno lucrum facere *l.10. §. ſi procura-*
tor. ff. mand. Sed non inde efficitur, vt ſi alia ratione 17
moram feciſſe appareat, vſuris ſolutus eſſet. Nam facta
mora, vt quia interpellatus reſiduum non ſoluit, vſuras
quoque præſtare tenebatur, licèt illo ſuperfluo vſus non
eſſet, cùm iudicium ſit bonæ fidei, vt diximus: & in ſpe-
cie definitum eſt *in l.7. D. eod. tit.* quæ eſt pars *d. l. 6.* quæ
nobis obiicitur, & eſt Pauli, qui vſuris librum ſingu-
larem ſcripſerat, & ait. *Si autem tardiùs ſuperfluum reſti-*
tuat creditor id quod apud eum depoſitum eſt, ex mora etiam
vſuras debitori hoc nomine præſtare cogendus eſt. Quem
locum Hotmannum diſſimulaſſe arbitror, & P. Giba-
linum non vidiſſe, & ab Hotmanno fuiſſe deceptum.
Et non inciuiliter hic adferri poteſt quod Mornacius 18
vir doctus, & erudius notat *in l. inciuile. 24. ff. de legib.*
maximè ad conſulendum, iudicandumque adhibendam
eſſe prudentiam, vt ex cohærentibus iudicetur, & con-
ſulatur non ex partibus. Hoc ipſum exprobraſſe Dona-
tiſtis D. Auguſt. *lib.1. ad. Donat. poſt collat. c.37. tom.7. quod*
enim, inquit, *pro ſe legi voluerunt ambiguum fuit. Vnde*
cùm rectiſſimè cognitor iuſſiſſet paulò ſuperius recitari, vt
inde ſi poſſent, verba illa clareſcerent, hoc recitatum eſt,
quod nolebant. Porrò quod noſtri dicunt *in d. l. 6. & 7. de*
pign. act. repetitum eſt *Baſilic lib. 25. eod. tit. cap. 6. & 7.*
idque ibidem Græci adnotarunt his paucis verbis. *Nam*
ſi creditor pluris pignus vendiderit, ſiue ſuperfluum fœneret,
ſiue eo vtatur, ſiue moram fecerit in eo reſtituendo, hoc no-
mine vſura, eum præſtare cogendum debitori. Et addunt
congruenter meæ ſententiæ *Nota etiam quando vſura, quæ*
in ſtipulationem deducta non eſt, petatur. certum autem eſt in
pigneratitiam venire vſuram cùm ſit bonæ fidei officio iudicis.
Sanè ex his duobus Pomponij & Pauli reſponſis & 19
Græcorum Scholio ad l.6. §.1. de pignor. act. tria ſequun-
tur aduerſariis valdè contraria. Primum quod Pompo-
nius ait, ſi creditor illud ſuperfluum fœneret vſuram
eius pecuniæ præſtare debet ei qui pignus dedit: vſuram
ſcilicet fœnore quæſitam non quam comminiſcitur
compenſatricem eius, quod intereſt: & conſequenter
falſum, quod aſſeritur apud veteres omnes Iuriſconſul-
tos vſuram eſſe mercedem ſortis conſumptæ cum dam-
no creditoris. Alterum quod ſequitur, ſi tardiùs ſu- 20
perfluum reſtituat, quod penes ſe depoſitum habet ex
mora etiam vſuras præſtare debere: ergo quamuis ex
pecunia vſus non fuiſſet, ſed depoſitam in arca ſerua-
uerit, ſi tamen moram in eo reddendo fecerit vſuris
iure ciuili plectendum eſſe, vt definitum eſt *in d. l.7.* &
ibi Fulgoſ. tradit, & docent Neguzant. *de pignor. par. 2.*
*memb.3. num.*1. Gabriel Mudæ. *in d. l. ſocium. §.1. verſ. ſic*
quoque. & Merlin. *eod. tract. lib.4. quæſt.*102. *num* 7. & pro-
inde erroneum eſſe in vniuerſum dicere vſuram eſſe
mercedem ſortis conſumptæ. Tertiò denique ex his
duobus reſponſis Pomponij, & Pauli, vt etiam ex reſ-
ponſo Vlpiani *in d. l. 7. de admin. tutor.* conſtat vſuras
etiam extrà fines mutui reperiri, & quia id dixerim *in*
d. quæſt.1. & aliis locis, immeritò à P. Gibalino me pro-
uocatum eſſe.
Porrò non prætermiſere, quod quærit Fulgoſ. *in d.* 21
l. de pign. act. nam & hoc ad noſtram diſputationem per-
tinere videtur, an vt creditor, qui ſuperfluum pigno-
ris fœnerauit, tenetur ad vſuras debitori, ità vſuris etiam
condemandus ſit, ſi illud ſuperfluum mutuum dederit
ſine vſuris. Et reſpondet illum vſuras præſtare debere,
quia lucrum eſt alterum afficere beneficio, vt indicat 22
inſignis textus *in l. ſi pignore. 54. §.1 ff. de fur.* quæ elegan-
ter ait, *ſpecies lucri eſt ex alieno largiri, & beneficiŋ debi-*
torem ſibi acquirere, vt obſeruat Præſes Faber *in d. l ſoci-*
um. ff. pro ſoc. quæ tamen de iure ciuili accipienda eſt, non
de iure canonico, quo nunc vtimur. Illud verò inde 23
conſtare poteſt beneficium eſſe gratuitum alteri pecu-
niam mutuam dare ad vſum temporis neceſſarij: non
eſſe beneficium, ſi ſub vſuris pecunia credatur. Hoc
enim negotiatio eſt non beneficium. Et illud etiam in-
de

de ſequitur licuiſſe priſcis Romanis pecuniam fœnerari, ideóque æquum videbatur creditorem vſuras, quas ex aliena pecunia conſecutus fuit, debitori ſuo reſtituere, quod & *in d.l* 10. §. *ſi procurator. ff. mandat.* vt fusè tractat idem Faber *ad h. l.* quod tamen totum nunc ceſſat, vt ſæpiùs diximus, & tantùm licet repetere id quod intereſt, quod *ſequenti Sect.* fuſiùs demonſtrabimus.

SECT. VII.

Ad l.Socium. D. pro Soc. *quædam non vulgaria.*

SVMMARIVM.

1 *Socius ex Gibalino non præſtat vſuras, niſi pecunia vſus ſit.*
2 *Cuiacij emendatio* l.ſocium.ff.pro ſoc.
3 *Socius vſuras præſtat ex mora.*
4 *Cuiacij emendatio diſplicet Fabro.*
5 *Græci ſequuntur ſententiam Fabri.*
6 *Actione pro ſocio veniunt vſuræ poſt moram, vel ſi ea pecunia ſocius vſus ſit.*
7 *Actione pro ſocio non vſuræ, ſed id quod intereſt tantùm repeti poteſt.*
8 *Societate officij finitâ, fructus ampliùs non debentur.*
9 *Socius repetit quod in rem ſocietatis impendit cum vſuris ex iure ciuili*
10 *Socius in reddendo lucro moram faciens vſuras iure ciuili præſtat.*
11 *Error Græcorum* in l 60.pro ſoc.*unde prouenerit.*
12 *Labeo* in l.60.pro ſoc.*vnum caſum propoſuit, Pomponius duos*
13 *Mudæi dictum* in l. 60. pro ſoc. *refertur & explicatur.*
14 *Molinæi intereſſe vſurarium reijcitur.*
15 *Hæres ſocij non tenetur ſocio ad id quod intereſt.*
16 *Hæres ſocij tenetur ad vſuras iure ciuili.*
17 *Error Græcorum alius* in d. l. 60. ff. pro ſoc.
18 *Iudicia bonæ fidei admittebant vſuras ex ſola mora etiam Græcis.*
19 *Caſus* l. 60.pro ſocio.*ſingularis.*
20 *Definitiones generales ex ſpecie ductæ generaliter falſa.*
21 *Intereſſe in actione pro ſocio quandò ex actoris perſona metiendum.*
22 *Socius repetit id quod ſua intereſt ſocium in proprios vſus pecuniam communem vertiſſe.*
23 *Mandatum ſuſcipiens & negligens tenetur ad id quod mandantis intereſt.*
24 *Societas, in qua quis pecuniam confert, & ſalua ſorte de certo lucro paciſcitur improba, & vſuraria.*
25 *Balſamonis & Zonaræ locus pro hac ſententia.*
26 *Societas ſalua ſorte quâ licita.*
27 *Gibalinus notatur malè habiti Senatoris*
28 *Plus valet quod agitur quàm quod ſimulatè concipitur.*

Ex his, quæ *proximâ Sect.* mediocri diligentia tractiuimus, & reiecimus, perſpicuum eſſe puto tria illa Pauli, Vlpiani, & Pomponij reſponſa non probare primam aſſertionis contrariæ partem; imò potiùs quod initium videri poteſt, illam euertere.
1 Nunc videndum, an quod quarto loco ab Hotmanno & Gibalino proponitur ex reſponſo Labeonis *in l.60.ff. pro ſoc.* nos cogat, vt illam admittere debeamus.

Quartò igitur inquit P. Gibalinus *d.art. 7. num.4. in. l.ſocium.ff.pro ſoc.* ſocium, qui in eo quod in ſocietate lucri faceret, reddendo moram adhibuit, cùm ea pecunia ipſe vſus ſit, vſuras quoque præſtare Labeo ait, non verò ſi ea pecunia vſus non ſit. Idem iiſdem verbis Hotman.*de vſur.cap.4.verſ. deinque quoties.*

2 Huic obiectioni facilè reſpondere poſſem ex Cuiacio, qui *lib.*13.*cap.*15.putat adiecta diſiunctione legendum eſſe ſocium qui in eo quod ex ſocietate lucri faceret reddendo moram adhibuit *aut* cùm ea pecunia vſus ſit, vſuras quoque præſtare debere. Nam paulò poſt inquit, *ſi aut vſus ea pecunia non ſit, aut moram non fecerit contra eſſe.* Sufficit ergò ex ſententia magni illius viri in hypotheſi illius
3
l.ſocium. re ipſa, vel ex interpellatione moram feciſſe, licèt ea pecunia vſus non ſit, vt vſuras præſtare teneatur. Quæ fuit etiam ſententia Bartoli *ad h.l.* dum paucis illius ſenſum ſic explicat. *In hac actione poſt moram verâ vel fictam veniunt vſuræ* quod etiam ſenſit Bachou.ad Treutler.*in diſp. de vſur. i princ.* vbi notat argumentum à contrario ſenſu, quod ex verbis Labeonis duci poſſe videtur, ſatis ex aliis textibus iuris, & ex ipſa *in d.l.60.* ſubiecta diſiunctiua remoueri.

4 Cæterùm hæc Cuiacij emendatio diſplicuit Fabro *in ration.ad h. l.* quòd vnus hic tantùm caſus proponatur, in quo ſcilicet ſocius in reddendo lucro moram adhibuerit & ea lucri pecunia prætereà vſus ſit, & proinde quamuis ſi de communi pecunia res ſit, ſentiat vel moram vel vſum ſufficere, tamen cùm de lucro agitur, exiſtimat vtrumque concurrere debère moram ſcilicet, & prætereà quòd eam pecuniam in ſuos vſus conuerterit. Quod ante illum ſenſit Fulgoſius, & Mudæus ſecutus eſt *in d.l.60.*
5
Et quod magis eſt, ità hunc locum Græci auctores interpretati ſunt *in Baſilic.lib.*12. *tit.*1.*cap.*57.& apertiſſimè confirmat Scholion *ad l.* 1 §. 1 *ff.de vſur.* verbo. *Ad idem.* his verbis, *ſi ſocius his, quæ ſpecialiter lucrifecit, vſus fuerit, vt vſuras præſtet duo concurrere debent vſus & mora. Si verò ipſis principalibus vſus ſit, tunc etiam citrà moram eas præſtare; ſimiliter licèt vſus non ſit, moram autem fecerit circà principalia. Nam cùm actio pro ſocio ſit bonæ fidei in eam ex tempore moræ vſuræ veniunt.* Diſtinguunt ergò Græci inter lucrum, & res principales ſeu κεφάλαια ſocietatis, vt ſi de lucro reddendo agatur, vſus & mora concurrere debeant, vt ſocio infligantur vſuræ: ſi verò de pecunia communi quæſtio ſit, vel mora vel vſus ſufficiat; quæ eſt diſtinctio Præſidis, tametſi Scholion illud non vidiſſet, vt opinor, cùm illius non meminerit, ſed acumine ſui ingenij illam excogitauerit. Quamobrem in his ambiguitatibus, vt difficilem hunc nodum diſſoluam, (ſanè id facere conabor,) aliquot caſus proponam quos appendicibus parabam, in quibus apparere poterit in actione prò ſocio iure ciuili venire vſuras poſt moram, licèt ex pecunia ſocius vſus non ſit, de quo nunc tantùm diſceptatur.

6 Primus igitur caſus eſt, cùm ſocius pecuniam quam contulit, vel partem communis pecuniæ repetit, quæ ſibi debetur: & hoc caſu dicendum eſt iure ciuili vſuras præſtandas eſſe, ſi ſocius, qui conuenitur, vel ea pecunia vſus ſit, aut in ea reddenda moram adhibuit, vt notum eſt *ex l.*1. §.1. *ff. de vſur.* & generaliter in omnibus bonæ fidei actionibus conſtitutum eſt *in l. mora.*32.§. *in bona fidei. & l.*39. *ff. eod.* & tradunt Græci *ad d. l.*1. his verbis. *Actione pro ſocio, cùm bonæ fidei ſit etiam ante moram vſuræ petuntur, ſi ſocius pecunia vſus ſit: vel ſi vſus non ſit poſt moram.* Idem apertiſſimè dicitur *in cit. Schol. in fin.* & tradunt Vueſemb. *ad tit pro ſoc. in fin.* Mudæus *in d. l. ſocium. num.*3. Bachou. *in d. diſp. de vſur. in princ.* & admittit Faber *loc. cit.* & nos diximus *quæſt.* 31. *num.* 1. & obſerua; quod Græci dicunt, *vel ſi vſus non ſit, poſt moram.* Nihil ergo exploratius eſt in actione pro ſocio ſaltem cùm de pecunia communi agitur, venire vſuras ex ſola mora, & proinde falſum eſſe quod Hotmanno excidit ſocium niſi pecuniam in rem ſuam verterit, vſuras non debere.

7 Declaratur hic caſus, vt quamuis priſco illo iure ſocius, qui vel communem pecuniam inuaſit, vel in ea reddenda moram fecit, vſuris condemnandus ſit, nunc iure canonico, quo omnis omninò vſura vetita eſt, veniat tantùm id, quod ſocij intereſt, quod & iure ciuili ſancitum eſt, vt indicat *d. l.60. in princ. l.*92. §. *idem reſpondit. ff. eod. l.*3. *ff. de in lit. iur.* & probat *l.*1. *C. de ſent.*

ſent. quæ pro eo. quòd inter. quæ vt ſæpiùs diximus, in omnibus contractibus locum habet tàm nominatis, quàm innominatis, & tàm bonæ fidei, quam ſtricti iuris, vt obſeruat Æmil. Ferretr. *ad d. l. t. num.* 15. vbi ait nullum excipiendum eſſe, & in ſpecie docet Plot. *de in lit. iuran.* § 13. *num.*6. Felic. *de ſociet. cap.*24. *num.*26. & tradit ipſe Gibalin. *lib.*2. *cap.*6. *art.*1. *num.*11. vbi ait ſocium, qui communem pecuniam ſibi ſuiſque ſumptibus ſumpſit, vſuras olim, nunc id quod intereſt abſque vlla interpellatione debere, quibus paucis verbis duo fatetur, de quibus diſceptamus, vſuras ſcilicet extrà mutui fines inueniri, & differre ab eo quod intereſt.

8 Porrò hinc meritò receptum eſt, vt ſi finita, vel renunciata ſocietate officij, quæ Romæ frequentatur, ſocius in exactione fructuum, vt nominant, perſeueret, rem illicitam faciat, & vſuram admittat, neque propter moram debitoris, neque ex conuentione, vel conſuetudine vlla excuſari poſſit, vt aliis auctoribus relatis dixi *in d. quæſt* 31. *in fin.* quibus conſentiunt Staiil. Pacific. *de Salu[ian]. interd. inſpect.*4. *cap.*1.*num.*75.*& ſeqq* & Rot. *apud eund. in dec.*214. *num.*3. *&* 7. Cyriacus, qui alias deciſiones refert *contr.*252. *num.*48. *& contr.*61. *num.*6. & Syluestr. Zacch. *lib. de ſociet. off. num.*321. *&* 323. vbi ait huiuſmodi exactiones fructuum Stylo And Cam. qui vt refert ſemper à Rota damnatus fuit, minimè excuſati. nouiſſimè Poſtius *reſolut.*115. *num.*5. *&* 6. *& num.*47. Quod & P. Gibalinus docet *lib.*5. *cap.*2. *art.*5. *num.*46. vbi ait hanc eſſe vſurariam iniuſtitiam manifeſtam. Quod tamen accipiendum eſt niſi tantumdem creditoris interſit *d l.ſocium* & aliis adductis. Philiarch. *lib.*5.*cap.*10.*in fin.*Rot *d dec* 214. *num.* 7. & latè tractat Zacchias *loc. cit.* noſque, cæterique tradidere *locis cit.* Vgolin *de vſur. cap.*59.*num.*5. poſt.*d. reſol.* 115. *num.* 12. *&* 46.

9 Secundus caſus eſt cùm ſocius in communi negotio, & in communem vtilitatem aliquid neceſſariò impendit: & hoc caſu dicendum eſt iure ciuili venire vſuras quaſi vſuras *ex l.*67.§.*ſi quid vnus ff. pro ſoc.*& tradit Mudæus *loc.cit.num.* 3. Oldendorp. *claſſ.* 4. *act.*21. *tit. quod veniat. num.*5.Vueſemb.*ad. h. tit. in fin.* qui addit, vt in cæteris bonæ fidei iudiciis, & quod magis eſt, receptum eſſe eo iure fauore ſocij, qui altero ceſſante ædes communes vel inſulam ſuis ſumptibus refeciſſet, vt intrà quatuor menſes vſuras centeſimas eius pecuniæ conſequi poſſet, vel id quod intereſt, aut rem propriam habere. Quod ſancitum eſt *in l.*5 *&* § *idem reſpondit. ff. pro ſoc.& l.*4.*C.de ædif.priuat.*quod quoad vſuras nunc abrogatum eſt, vt dixi *cit.quæſt.*31.*in princ.*& notat Roderic. *lib.*3.*quæſt* 4.*num.*39. Quis verò ità tenax ſuæ ſententiæ eſt, vt neget vſuras iſtas centeſimas veras vſuras eſſe, cùm per illas leges liceat ſocio vel vſuras, vel id quod intereſt conſequi? Hinc verò manifeſtè quoque efficitur ſocium iure ciuili præſtare vſuras, licèt pecunia vſus non fuiſſet.

10 Tertius caſus eſt, cùm ſocius in lucro reddendo moram adhibuit, vel eo vſus eſt, quæ eſt ſpecies vel eſſe videtur *d.l.ſocium.ff pro ſoc.* & hoc caſu dico iure ciuili ſocium poſt moram præſtare vſuras, etiamſi ea pecunia vſus non ſit;& procliuor ſum in hac hypotheſi in ſententiam Cuiacij, & Bachouij *locis. cit.* quia cùm huiuſmodi lucrum ſit pars, portio rerum communium, & inter prototypa ſocietatis cenſeatur, vt admittunt ferè omnes, & petatur actione pro ſocio, quæ bonæ fidei eſt, conſequenter, & congruenter regulis iuris ciuilis dicendum eſt venire vſuras poſt morã, vt in aliis bonæ fidei ſtatutum eſſe diximus ex ſæpiùs adducta *l.* 1. *de vſur.& l.*32 §. *in bona fides. ff.eod.* & repeto quod dixi ex Mudæo *num.*6. ſocium præſtare vſuras poſt moram etiamſi ea pecunia vſus nõ ſit, & ſentit Pomponius *in d. l.*60. illis verbis.*ſed ſi aut vſus ea pecunia non ſit, aut moram non fecerit, contrà eſſe* & Harmenopulus, qui ſimpliciter hunc locum ita regeſſit. *Lucri ſocius vſuras non præſtat, niſi aut moram in eo reddendo adhibuit, aut eo quo vſus eſt.*

11 Neque turbat Scholion illud *ad l.* 1.§.1.*ff.de vſur* quod ſpecialiter diſtinguit inter lucrum, & res principales ſeu prototypa ſocietatis, vt etiam diſtinguunt Mudæus, & Præſes *loc.cit.* quia huius diſtinctionis tùm Græcorum, tùm noſtrorum nulla ratio eſt, cùm lucrum iſtud ſit pars, & portio ſocietatis, & eadem actione bonæ fidei repetatur, in qua ex ſola mora venire vſuras centies dictum eſt. Et fortaſſe hic ſenſus Græcorum fuit, qua ab illis illa verba dicto Labeonis à Põponio addita *ſed ſi aut vſus, &c.* in Baſilicis prætermiſſa ſont, vt aduerti, licèt linguæ Græcæ peritus non ſim. ex ſubiecta enim *in d.l.*60. diſiunctiua ſatis colligitur vel vſum vel moram ſufficere, huius pecuniæ ſocius præſtare teneatur.

12 Neque etiam mouet, quod ait Præſes hic vnum tantùm caſum propoſitum eſſe, cùm ſcilicet ſocius in reddendo lucro moram adhibuit, & præterea pecunia vſus eſt, quia cùm reſponſum non vnius ſit, ſed duorum Pomponij ſcilicet, & Labeonis, nihil mirum eſt, quod Labeo vnus tantum caſum propoſuerit, Põponius verò duos caſus complexus ſit, nimirùm cùm ſocius moram adhibuit, vel ea pecunia vſus eſt, quod nec Cuiacium neque Fabrum obſeruaſſe puto. Hic enim iuris auctorum mos fuit aliorum dictis addere, vt *in d. l. vlt. ad l.Rhod.de iact & l.*6.*&* 7.*de pignor. act.*§.*l. lecta. ſi cert.pet.* & alibi ſæpiſſimè: quod & nunc video factitari, & alium reprehendere & vellicare.

13 Et obſeruandum etiam eſt, quod Mudæus ſcribit *in h l.*60.*num.*6. ſocium huius lucri præſtare non ſimpliciter vt vſuras ſicut cùm ſub vſuris accepit, vel de propria pecunia impendit, quæ quidem veræ vſuræ ſunt, & ex ſolo tractu temporis vniformem habent præſtationem legibus, vel more regionis ſtatutum, neque omninò, & per omnia præſtare tanquam id quod intereſt, quo tempore ſimul totum incurritur etiam vltrà legitimum modum vſurarum: ſed ſic vtrinſque ferunt inſignia vſuræ, quæ hic præſtantur, vt vocare poſſis intereſſe vſurarium, vt *in l. ſi debitor.de leg.*2.quod æſtimatur pro rata temporis, neque vniforme reſpectu ad quantitatem ſortis ſed quatenus intereſt. Ità dictum Pomponij explicat vix ſe explicans vir doctus *loc. cit.* Vnde puto eum dicere voluiſſe hoc intereſſe, quod ſocius hic præſtare tenetur ob moram in reddendo lucro factam non eſſe ſucceſſiuum,& vniforme ratione ſortis, & temporis, hæc enim eſt natura vſurarum *l. lecta.ff.ſi cert.pet.l.*26.*ff. depoſ.* & aliis locis diximus: ſed præſtari quatenus, & quandiu intereſt vltrà legitimum modum vſurarum *ex l.*13.*in princ.ff.de act.empt & l.*2. *in fin.de eo quod cert. loc.* & nos diximus ..... 14 Nam quod Mudæus intermiſcet de intereſſe vſurario Molinæi doctrinam ſapit, vt ſuſpicor ex Roderico, qui Molinæum diſſimulans, vt ſolet *lib.*3.*quæſt.*7.*num.*8. *&* 9. duplex intereſſe conſtituit vnum caſuale, & momentaneum, alterum ſucceſſiuum, quod totum ſimul non incurritur ſed ſucceſſiuè pro rata temporis, & hoc in iure noſtro vocari intereſſe vſurarium *ex eod. l. ſi debitor. de leg.* 2. in qua Paulus reſpondit valere legatum factum creditori propter commodum repræſentationis, quæ licèt faciat, vt legatum valeat, quaſi commodum aliquod contineat, non tamen neceſſario infert creditorem aliquid lucri ex ea pecunia facturum, poteſt enim contingere, vt eam pecuniam domi depoſitam, & otioſam habeat, vel amittat alea, vel naufragio, aut furto, vel denique malo debitori credat, qui fugiens, vt Palingenius ait, portet cum fœnore ſortem: & proinde meritò diximus aduerſus Hormannum *diſp..par.*1.*ſect.*3.huius interuſurij nullam per ſe rationem habendam eſſe. Quare reiecto hoc intereſſe vſurario Molinæi, quod verè vſura eſt illud tantùm in terminis *d. l. ſocium.* retinendum eſt, ſi quid verè ſocij intereſſit ſibi moram factam eſſe. Illud ſemper obſeruando Mudæum ſentire in actione pro ſocio venire vſuras quaſi vſuras, cùm actor de propria pecunia impendit, tametſi ſocius ea pecunia vſus non ſit, quod

ſatis

ſatis eſt, vt Hotmanni aſſertio ſubuertatur.

15 Quartus caſus eſt, cùm de lucro quod ſocius fecit reddendo quæritur inter hæredem eius, & ſocium: & hoc caſu non habere locum dictum illud Pomponij, ſcilicet venire vſuras, quod ſocij interſit, idem Pomponius declarat *eod loc.* quod mirum videtur. Ait enim. *Item poſt mortem ſocij nullam talem æſtimationem ex facto heredis faciendam, quia morte ſocij dirimatur ſocietas.* Quod & exceptum eſt in Baſilic. *eii cap.* 57. his verbis. *De hære-*
16 *de verò nihil tale dicimus, quia ſoluta ſocietas eſt.* Cæterùm cùm ex facto hæredis, id eſt, ſi hæres lucrum in ſuos vſus conuerterit, non veniant vſuræ quaſi id quod intereſt, vt Pomponius, & Græci dixere, venient ne vſuræ quaſi vſuræ iure ciuili; Quidni; propter eam ſcilicet rationem, quæ veteribus placuit, in actionibus bonæ fidei, qualis eſt actio pro ſocio, quæ etiam in hæredem datur etiamſi ſocius non ſit *l. verum. §. in heredem ff. pro ſoc. l. 3. §. hac actio ff. de neg. geſt.* vſuras propter ſolam moram officio iudicis præſtandas eſſe, & id præ cæteris rectè idem Mudæus. *Sanè*, inquit, *poſt mortem ſocij nullam talem æſtimationem ex facto heredis fieri, id eſt, ſi ipſe in ſuos vſus conuertit lucrum, quod fecit defunctus, rectè reſponſum eſt, non tàm ob id quod hæres eas vſuras, aut quod intereſt non præſtet actione pro ſocio, ſed potius ea ratione, quæ hic adſcripta eſt, nimirùm quia morte ſocij dirimitur ſocietas. & ſic deficit fundamentum conuertendi lucra ſocietatis ad communia potius, quàm propria negotia, quia hæres ſocij nulla noua negotia aggredi debet, aut poteſt, quàmuis ac ſi à ſe, vt cœpta perficeret, rationem debeat reddere l. & actio ff. pro ſoc. & quod ad hæredem attinet, omnia, quæ ſocio ſuperſtiti debentur ſiue lucrorum nomine; indiſtinctè ſimul venient tanquam ſors debita: in qua reddenda ſi hæres ſocij moram fecerit, iam venient vſuræ quaſi vſuræ, vt in bonæ fidei iudicijs.* Hæc Mudæus congruenter principiis iuris ciuilis, & noſtræ ſententiæ.

17 Sed aliter Græci hunc locum interpretati ſunt. Aiunt enim *ad h. l.* cur in hærede nihil tale dicimus; quia hæres non quaſi ſocius conuenitur de rebus, quæ ex ſocietate apud teſtatorem remanſerunt, vt id quoque quod intereſt præſtet: ſed vt debitor eorum: & vt eorum quæ debentur vſuræ citrà ſtipulationem præſtentur, iura non ſinunt. Reſtat igitur vt & hic debitor conuentus vſuras non præſtet, quia de his præſtandis non conuenit. Sed falluntur Græci, quia falſum eſt, quod dicunt iura non ſinere debitorem præſtare vſuras citrà ſtipulationem, namque hoc verum eſt in actionibus ſtricti iuris, & cùm de pecunia credita agitur, vt *in l. 1. & 3. C. de vſur. l. 1. C. de condict. indeb. l. 24. ff. de præſcript.*
18 *verb. l. 34. ff. mand.* & ſimilibus aliud verò ius fuit iudiciorum bonæ fidei, in quibus ex ſola mora vſuras præſtandas eſſe veteribus placuit, vt ſæpiùs dictum eſt *ex l. 2. & 3. C. depoſ. l. 24 ff. eod. l. 6. ff. de negot. geſt.* & tradit ipſe Hotman. *in §. actionum Inſtit. de action* & ſpecialiter in actione pro ſocio. Cuiac. Fab. & Bachou. *loc. cit.* & ipſi Græci *ad d. l. 24. de præſcr. verb.* vt adnotauimus *par. 1 ſect. vlt. num.* 15. melior igitur ſententia Mudæi & iure ciuili congruentior, de quo diſceptamus, in actione pro ſocio quæ in hæredem datur, vt dictum eſt venire vſuras quaſi vſuras de iure ciuili, vt in aliis iudiciis bonæ fidei, ſecundùm quod Mudæus loquitur. Nonfitemur enim hoc nunc non obtinere, & tantùm id quod intereſt, & quatenus intereſt peti poſſe, vt ſæpiùs diximus. Nec tantum Græcis tribuendum, vt ab apertis iuris noſtri principiis, & regulis recedamus. Nam vt rectè monet Tabor *ad tit. ff. Arbor. fur. cæſar. num.* 15. Baſilicon lectio circunſpecta eſſe debet, vt etiam Græcorum veluti hiſtoriæ veteris, & elegantiæ Romanæ expertium

19 Porrò ex hac exceptione, quam ipſe I.C. adiecit *verſ. Item poſt mortem ſocij.* & quæ à Græcis probata eſt, perſpicuum eſt, ſpeciem huius loci eſſe ſingularem: & malè Caniſium hinc tentare iura omnia, quæ iubent vſuras in contractibus bonæ fidei præſtandas eſſe, ac-
cipi debere de eo, quod intereſt, quia recurrit, quod 20
Cuiacius admonet *in tit. C. de ſolut. col.* 2. omnes definitiones generales Doctorum, quæ ſumuntur ex ſpecie, generaliter eſſe falſas, quamuis ſpecialiter ſint veræ, quod vel hæc vna ſpecies demonſtrat. Verùm enim eſt. quod Pomponius ait ſocium qui in eo, quod ex ſocietate lucriſaceret, cum ea pecunia vſus ſit, moram adhibuit, præſtare vſuras non quaſi vſuras, ſed quia ſocij interſit, ſed falſum eſt ſemper iure ciuili in actione pro ſocio, & multò magis in aliis iudiciis bonæ fidei, & legatis vſuras venire non quaſi vſuras, ſed quia actoris interſit, & falſiſſimum eſt non venire vſuras, niſi ſocius ea pecunia vſus ſit, ſiquidem luculenter demonſtratum eſt in ipſamet actione pro ſocio, quod magis dubium videri poterat, ſaltem in illis caſibus, quos diſtinximus, venire vſuras vt vſuras, & moram ſufficere, vt iure ciuili infligantur, quod nunc tantùm controuertitur.

Sanè in eo quod diximus nunc in actione pro ſocio 21
venire id quod intereſt, ſiue agatur aduerſus ſocium, ſiue eo defuncto aduerſus hæredem eius, obſeruandum eſt plurimum intereſſe circà probationem eius quod intereſt. Nam ſi ſocius finita ſocietate repetat pecuniam quam contulit, vel partem communis intereſſe ex propria actoris perſona metiendum eſt, & illi tantum reficiendum eſt, quod illi abeſt, vel lucrari non potuit aduerſarij culpa iuxtà *d. l.* 2 *§. vlt. de eo quod cert. loc. & l. 13. ff. rem rat. haber. l. 21. §. 4. ff rer. amot. l. 70. §. 1. de leg. 2.* & ità rectè tradit Felic. *in tract. de ſociet. cap.* 24. *num.* 36. *& ſeqq.* vbi multa habet congruentia iis, quæ diximus *quæſt.* 74. *&* 75. quod etiam obſeruandum eſt, ſi aduerſus hæredem ex facto vel mora illius actio dirigatur. 22
Sin verò agatur aduerſus ſocium, quia durante ſocietate pecuniam communem inuaſit, vel in vſus ſuos vertit, tunc probata culpa; vel dolo ſocij nihil opus eſt probare actori aliquid aliunde abeſſe ſibi vel ex ea pecunia negotiari, & lucrum facere potuiſſe, ſed ſatis eſt ſocium communem pecuniam, quam in rem ſocietatis vertere debuit: & ex qua lucrum facere tenebatur, propriis commodis applicaſſe, vt teneatur ſocio ad id omne quod lucrari potuit, quia ſocius iure ſocietatis huius lucri particeps fuiſſet, & hæc eſt ſententia Mudæi *in d. l. ſocium in fin.* Plot. *in d. §.* 13. *num.* 6. *de in lit. iuran.* & Rouit. *in d. dec.* 9. *num.* 16. & ni fallor verus ſenſus Pomponij *in d. l. ſocium.* & proinde meritò dixit hoc caſu non venire vſuras vt vſuras, ſed quia ſocij interſit illam pecuniam in alios vſus, quam ſocietatis verſam
fuiſſe. Quæ mea ſeu aliorum ſententia confirmari 23
poteſt, quia ſocius qui rem ſocietatis gerit, ex tacito quodam mandato tenetur pecuniam communem in rem ſocietatis vertere, & ex ea lucrum facere: & proinde vt is, qui mandatum ſuſcipit ad merces, & alias res comparandas, ſi mandatum neglexit, vel pecunias in proprios vſus conuerterit tenetur ad id quod intereſt *l. 8 §. mandati. & l. 22 in fin. ff. mandat. l. 21. C. eod.* & ſcribunt Hieron. Gabriel Honded & alij, quos retuli *quæſt.* 33. *num.* 7. Cyriac. *contr.* 61. *num.* 31. & optimè omnium Donell. *in l.* 11. *§* 4. *ff. mand.* his verbis. *Id quod intereſt mandatoris eſt id quod abeſt ob negotium non geſtum aut mandatum non impletum, aut quod negotio geſto lucrari potuit, aut conſequi.* ità prorſus ſocius, qui rem ſocietatis gerebat, ſi ſibi negotium geſſit, tenetur ſocio ad id quod intereſt pecuniam ad alios vſus quàm ſocietatis verſam fuiſſe. Proinde ſapienter Pomponius adiecit, non quaſi vſuras, ſed quod ſocij interſit. Ex quibus, & his quæ diximus *par.* 1 *ſect....num....* nodum hunc diſſoluiſſe exiſtimamus.

Quintus caſus interſeri poteſt, cùm quis pecuniam 24
nomine ſocietatis alteri confert eâ lege, vt ſaluâ ſorte partem lucri, vel certam menſtruam vel annuam quantitatem titulo lucri percipiat. Et dico iure ciuili hoc genus contractus licitum fuiſſe, dummodò non excederet legitimum modum vſurarum. Nam hic ſub honeſto

neſto nomine ſocietatis mutuum verè contrahitur, in quo licuit ſub quocunque nomine vſuras à die contractus intrà legitimum modum ſtipulari, vt multis locis diximus, & nunc regero tantùm *l. 13. §. ibidem. de aſt. empt. & l. pœnam 44. ff. de vſur.* Quod genus ſocietatis nunc veluti vſurarium interdictum eſt, vt diximus *in d. quæſt. 31. num. 2.* relatis auctoribus pluribus in id conſentientibus, inter quos Hotmannum ipſum cenſui
25 *diſp. de fœn. cap. 8. in fin.* & præterea primus adduxi Balſamonis inſignem locum *in canon. 17. Nicæn. Synod.* hoc genus veluti in fraudem canonis excogitatum validè reprehendentis. Et nunc addo Zonaram *ad eund. canon.* qui hanc fraudem quoque configit his verbis, *Fœneratorij nominis infamiam quidam declinantes pecuniam nō dant mutuam, vt ſibi lucri partem paciſcantur, nec ſe fœneratores, ſed ſocios dicunt, ac emolumentorum tantummodò participes nullum interea iacturæ periculum ſubeunt. Hæc igitur, & huiuſmodi omnia canon vetat.* &c. Cæterùm *in ead. quæſt. 31.*
26 *n. 13. & infrà* eam ſententiam amplexus ſum, quæ docet licitum eſſe inire ſocietatem additis duobus ſiue pactis, ſiue contractibus nimirùm aſſecurationis ſortis, & certi lucri minoris pro maiori incerto lucro, dummodò hæc onera iuſto pretio compenſentur: & multos tùm Iuriſconſultos tùm Theologos pro mea ſententia adduxi, quibus ferè omnibus poſteà P. Gibalinus vſus eſt *lib. 6. cap. 2. art. 2* & primos paucis quidem vt ſoleo reſpondi D. Raphaeli de Turri doctiſſimo viro, qui *diſp. 3. quæſt. 10.* hoc genus ſocietatis non ſatis probat, & contrà quem maximè P. Lugdunenſis ſtylum vertit *tot. cap. 4.* potuit
27 verò me inter auctores referre, qui hoc genus licitum eſſe ſentiunt, & ſuum illum ſori Lugdunenſis vſum mea auctoritate ſi qua erat, confirmare, vel certè, ſi mea, meumque nomen nihil eſſe putabat, vt mihi perſuadeo, non debuit initio controuerſiæ ſeu *art. 1.* me inter illos recenſere, qui in aliam abierunt ſententiam Et licèt mihi apertè hoc non imponat, dicit enim, *alios dabit Leotard quæſt. 31. num. 8.* nemo tamen dixerit hoc actum eſſe, vt inter bonos agier oportet. Etenim cùm deinde *num. 13. & 14* huiuſmodi ſocietates iuſto vtriuſque oneris conſtituto pretio probauerim, id ille ſi dicere fas eſt prætermittere non debuit, vel nullam mei inter obiectiones mentionem facere, facilè enim quiſque arbitrabitur me ex illis eſſe, qui contrariam ſententiam ſequuntur, & illam trium contractuum mixturam improbarunt. Sanè hoc genus ſocietatis probauimus dummodo vere & ex animo ſocietas ineatur, & ſeruetur æqualitas inter contrahentes. Quod an ciues Lugdunenſes faciunt, ipſi viderint. Ego de iuſtitia vel iniuſtitia huius commercij nihil pronuntio.

28 Sed quia in hac ſocietatis ſpecie, quam *num. 14.* dixi illicitam eſſe, non ſocietas, ſed mutuum verè contrahitur, vt dicunt auctores per me relati *in d. quæſt. 31. num. 8.* & Mudæus *in l. ſi non fuerint. num. 11. ff. pro ſoc.* & magis ſpectandum eſt, quod agitur quam quod ſimulatè concipitur *l. 1. & 3. & tot. tit. C. plus valet quod agit.* conſequens eſt hoc genus ſimulatæ ſocietatis nihil pertinere *ad d. l. 60.* & ad actionem pro ſocio, de qua, & aliis actionibus bonæ fidei diſceptamus, an iure ciuili vſuras admittant: ideò illa ſpecie nunc prætermiſſa, conſtituo ex hactenus dictis ſatis conſtare in actione pro ſocio iure ciuili poſt moram venire vſuras, & falſum eſſe in vniuerſum dicere ſocium non teneri ad vſuras, niſi pecunia vſus ſit, quod nunc tantùm quærimus, & P. Gibalinus hactenus inuenire non potuit.

SECT. VIII.

De ſententia l. 17 §. ſi pupillo. ff. de vſur.

SVMMARIVM.

1 *Vſura propter moram infliguntur.*
2 *Mora non fit, cùm non eſt cui ſolui poſſit.*
3 *Tutores, & cæteri, qui alienas pecunias in ſuos vſus conuertunt, vſuras præſtant.*
4 *Hæres pecuniam inuentam in hæreditate poteſt in ſuos vſus conuertere.*
5 *Vſuræ infliguntur propter moram potiùs quàm propter vſum.*
6 *Debitor ſub vſuris præſumitur non ſoluere, quia pecuniam non habet.*
7 *Centeſima, cruenta, ſanguinolenta.*
8 *Hæres in ſpecie* l. 17. §. ſi pupillo. *non præſtat vſuras, quòd pecunia vſus ſit.*
9 *Vſuræ in legatis, & fideicommiſſis veniunt poſt moram. Mora pupillus fit re ipſa.*
10 *Minoribus in lucro ſuccurritur.*
11 *Mora ceſſante etiam pupillo non debentur vſuræ.*
12 *Pupillus aduerſus lucrum vſurarum non reſtituitur.*
13 *Vſura pœna debitoris lucrum creditoris.*
14 *Vſuræ in* §. ſi pupillo. *ſunt lucratoriæ.*
15 *Actione locati veniunt vſuræ ex pacto, vel mora.*
16 *Debitor non ſemper intelligitur vertiſſe pecuniam in proprios vſus.*
17 *Curatores Reipub. tenebantur ad vſuras pecuniæ, quæ apud eos remanſit.*
18 *Vſura lucratoria iure ciuili licita.*
19 *Leges adductæ non probant in toto iure ciuili vſuram eſſe mercedem ſortis conſumptæ.*

DENIQVE P. Gibalinus, vt primam ſuæ aſſertionis partem probet, vſuram ſcilicet apud Iuriſconſultos eſſe mercedem 1 ſortis conſumptæ, & niſi quis probetur pecuniam alienam in vſus ſuos vertiſſe vſuras non præſtare, confugit ad regulam, quam ſolemnem vocat *l. 17. §. ſi pupillo. ff. de vſur.* qua nititur etiam Hotman. *loc. cit. Vſuras* ſcilicet *non propter lucrum petentium ſed propter moram non ſoluentium infligi.* ſed rectè intuentibus conſtabit nihil inde deduci poſſe ad eorum aſſertionem ſuſtinendam. Quænam quæſo hæc illatio eſt, vſuræ propter moram infliguntur, ergo vſura eſt merces ſortis conſumptæ cum damno debitoris, quaſi verò mora non alia ratione fiat, quàm ſi quis alienam pecuniam in ſuos vſus conuertiſſe probetur? & vſura eſſe non poſſit, niſi includat damnum creditoris, ſanè toto hoc loco ſortis conſumptæ, & damni debitoris nullum veſtigium eſt, vnde meritò Rodericus ait Lupum, qui etiam hac regula vtitur, arundineo baculo, id eſt, fragili fundamento inniti, quod vt appareat, expendamus verba. *Si pupillo*, inquit, *non habenti tutorem fideicommiſſum ſolui non potuit non videri moram per* 2 *heredem factam D. Pius reſcripſit: ergo nec ei debetur, qui quod Republicæ cauſa abfuit, vel ex alia iuſta cauſa impeditus, ex qua reſtitutio indulgetur, petere non potuit. Quid enim poteſt imputari ei qui ſoluere etiamſi vellet, non potuit. Nec ſimile videri poſſe, quod placuit minoribus etiam in his ſuccurri quæ non adquiſierunt. Vſuræ enim non propter lucrum ſed propter moram non ſoluentium infliguntur.* ex his verbis planè conſtat hic nullum eſſe veſtigium conſumptæ ſortis cum damno creditoris: & ideò gratis dicitur non aliam eſſe rationem illius regulæ, quam ſolemnem vocat. Nam quod iure ciuili conſtitutum eſt, vt qui pe- 3 cuniam in ſuos vſus conuertit, ad vſuras teneatur id locum habet in his, qui aliena negotia curant, & alienam pecuniam attingunt, vt ſunt tutores, negotiorum geſtores, & curatores ciuitatum, ſocij, & alij qui pecuniam alienam apud ſe habent, vt *in d. l. qui ſine de negot. geſt. l. 6. de pignor. act. l. 60. Digeſtis pro ſoc. l. 1. §. 1. ff. de vſur. l. 20. §. Papinianus. ff de pet. hered. & d. l. 7. §. 4. & infra. ff. de admin. tut.* Sed in ſpecie *d. §. ſi pu-* 4 *pillo.* hæres defuncti nullam pupilli pecuniam habebat:

& quamuis in hæreditate adeſſet pecunia, poterat illam in ſuos vſus conuertere, & ex aliis nummis fideicommiſſum ſoluere, neque idcirco pœna aliqua puniri debet, quia rebus ſuis vtitur. Vnde nihil ex hoc §. *ſi pupillo.* deduci poteſt ad probandum id de quo quæritur, vſuram ſcilicet eſſe mercedem ſortis conſumptæ cum damno creditoris.

5 Imò longè probabilius dici poteſt *in h.§.ſi pupillo.* & ex illa ſolemni regula contrarium probari, ſiquidem frequenter in iure noſtro mora ſeparatur ab vſu, vt in toties agitata *l.ſocium* ibi, *ſed ſi aut vſus ea pecunia non ſit, aut moram non fecerit.* & *in l.1. §. ſocius. ff. de vſur. ſi ſocius communem pecuniam innaſeris, vel in vſus ſuos conuerterit, etiam mora non interueniente omninò præſtabuntur vſuræ*, ſic etiam Græci in Baſilic.*lib.12.tit.1.cap.57.* vt ego verti ad literam. *Lucri ſocius vſuram non præſtat niſi poſt moram, & vſum*, & *in d.l.1. §.1.* repetam eum. *Actione pro ſocio cum ſit bonæ fidei etiam ante moram vſuræ petuntur, ſi ſocius pecunia vſus ſit: vel ſi vſus non ſit, poſt moram.* Quare cùm Iuriſconſulti diſtinguant moram ab vſu alienæ pecuniæ: imò Papinianus dicat *in d.l.1.* in verſione hanc moram non interuenire, ſanè magis eſt vt dicamus dictum illud Pauli *in d.§.ſi pupillo.* de mora intelligendum eſſe, quæ aliter fieri dicitur quàm ex eo, quòd quis alienam vel communem pecuniam in proprios vſus conuerterit, vt apertè ſenſit Bachou.*cit.diſp. de vſur.theſ.1. verſ. vſus pretium.* & in ſpecie *d.§.ſi pupillo.* mihi certiſſimum eſt ex his, quæ diximus: tametſi nunc mihi ſufficiat dicere ex hoc loco non probari, quod aduerſarij contendunt vſuras iure ciuili niſi quis aliena pecunia vſus ſit, præſtandas non eſſe.

6 Præterea quod Hotomannus ait *d.cap.4 verſ. & qui id ipſum.* moram enim debitor ob eam ſolam cauſam facere intelligitur, vt pecunia vtatur, & iiſdem verbis Gibalinus *loc. cit.* præterquam quod imaginaria hæc coniectura eſt, non magis ex hoc Pauli loco quàm ex qualibet alia lege, in qua debitor propter moram vſuris obnoxius dicitur, deduci poteſt, ſemper enim obtendi poteſt debitorem intelligi moram facere, vt diutiùs pecunia vtatur, tametſi magis præſumendum ſit moram facere, quia non habet vnde ſoluat, vt teſtis eſt Baldus *in l. 1. C. de vſur. rei iudic.* & præſertim ſi ex mora, vel ex conuentione vſuras præſtare cogitur. Quis enim
7 velit vſuras pati, & præſertim centeſimas, quæ eo tempore omnibus conceſſæ erant, vt diximus, & quas cruentas Valerius Maximus, & ſanguinolentas Seneca vocat, vt quæ ſanguinem, & vitam debitorum exugerent. Stultitia hæc eſſet, quæ non præſumitur *l. 25. ff. de præſumpt.* quo nomine meritò M. Tullius Catilinæ ſocios ſtultitiæ arguit, quod cum vſuris certarent fructibus prædiorum, vt memorat ipſe Hotom.*lib.1.cap.2.*
8 *in fin.* Illud conſtat in illa ſpecie non potuiſſe pupillum petere vſuras ex eo quòd eius pecuniam hæres defuncti in ſuos vſus conuertiſſet, vt aduerſus tutores conſtitutum eſt *in d.l.7.§ 4.& 8.* Quærebatur enim, an hæres qui fideicommiſſum vel legatum in pecunia conſiſtens pupillo vel abſenti reip. cauſa debebat, moram feciſſe videretur, etiam cùm pupillo ſolui non potuit, quia tutorem non haberet. Quærebatur non quòd pupilli vel abſentis pecuniam contrectaſſet, & in rem ſuam conuertiſſet, ſed quia non ſoluiſſet. Aliud enim eſt alie-
9 nam pecuniam in ſuos vſus vertere, aliud non ſoluere: vt prudenter dicit idem Baldus *in d. l. qui ſine. ff. de negot. geſt.* quærebatur verò propter vſuras, nulla enim quæſtio fideicommiſſi, ſed quia in fideicommiſſis, & legatis poſt moram vſuræ debentur iure ciuili *l. 1. C. de vſur & fruct. legat. l.78. §.2.ff. de leg. 2.* & aliis adductis *q.18.n.1.* vbi dixi has leges nunc non obtinere. Et prima ratio dubitandi fuit, quia pupillo re ipſa, & ex ſolo tempore tardæ ſolutionis fit mora *l.3.C in quib.cauſ.in integ.*
10 *reſtit. non eſt neceſſ.* Altera ratio fuit, quia minoribus etiam in lucro ſuccurritur, vt etiam hic Paulus notat *verſ.nec ſimile videri.* & cautum eſt *in l.aut prætor.§.hodie.ff. de minor.* vnde videbatur dicendum pupillo vſuras deberi, & hac in re illi ſuccurrendum eſſe, tametſi de illius lucro ageretur. Et reſpondit Paulus hæredem vſuras 11
non debere, quia non eſſet in mora hac ratione addita, *Vſura enim non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur.* id eſt, licet agatur de lucro, in quo pupillo ſuccurri ſolet, vſuræ tamen illi non debentur, quia ceſſat mora debitoris, ſine qua vſuræ non infliguntur. Quare cùm in hac ſpecie mora ceſſaret 12
ceſſabant etiam vſuræ: neque pupillus aduerſus hoc lucrum reſtitui debuit, cùm ſit odioſum, vt hic Baldus docet *verſ. item iſtud.* Neque aliud I.C. ſenſit, cùm enim dixit propter moram vſuras infligi, id profectò ſenſit de vſuris, quæ à iudice decernuntur vice cuiuſdam pœnæ, & ad coërcendam moram debitoris. Vnde quod ait non propter lucrum, ſed propter moram vſuras infligi, hoc rectè intelligentibus ſignificat iudicem non inſpicere lucrum creditoris, ſed moram debitoris, ne illius fruſtratio ſit impunita, vt *in l. 3. in fin. ff. eod.* tametſi hæc 13
pœna ſit lucrum creditoris, cùm accedat ſorti, & augeat ſortem, & ſubſtantiam creditoris, & decedat, & auferatur debitori, quod ſenſit Bald. *loc. cit.* & gloſ. *in d. §. ſi pupillo.* verbo, *non propter lucrum, ſcilicet tantum, vel principaliter.* Alberic. *eod.loc.* & Roman.*in l. in inſulam.§. vſuras.num.20. ff. ſolut. matrim.* & notat Gothofr. *ad eund. §. ſi pupillo.* vel quod idem eſt, non tam propter lucrum petentium, quàm propter moram non ſoluentium vſuras infligi, vt rectè interpretatus eſt Oldend. *claſſ.4. art. 23. num.8. verſ. vſura autem.* Weſembec. eleganter *ad tit. C. de vſur. num. 4. vſura*, inquit, *reſpectu debitoris pœna eſt, reſpectu verò creditoris lucrum*: & poſt pauca *num. 11. rectius eſt vſuram punitoriam à compenſatoria diſtingui, quia lex dicit has vſuras in pœnam non ſoluentium præſtari abſque mentione eius quod intereſt d. §. ſi pupillo.* reiecta Hotmanni ſententia. Hanc eandem interpretationem ſecutus eſt Roderic.*cit. quæſt. 4. num 95.* & Præſes *in l.10.§ ſed vtrum ff. de in rem verſ.& l.10. §.5. ff. mandat.* Petr Greg.*ſyntagmat.iur.ciuil.lib.22.cap.3. num.4.* Sforz. Odd. *de reſtit. in integr.q.89.art.2. n.19.* & nouiſſime Bachou.*ad Vueſembec.tit.de vſur.n.5.* vbi ait in rei veritate haſce vſuras omninò lucrum eſſe, & verbum pœnæ hic abuſiuè vſurpari. Non igitur ex hoc *§.ſi pupillo.* re- 14
ctè deducitur vſuram apud veteres Iuriſconſultos omnes eſſe mercedem ſortis conſumptæ cum damno creditoris, quia in hac hypotheſi hæres nihil pecuniæ habebat pupilli, vel abſentis Reip. cauſa, quàm in ſuos vſus conuertiſſet: ſed tantum erat debitor pupilli, vel abſentis ex cauſa legati: nec vllum eſt veſtigium damni vel pupilli vel abſentis. Imò ſi iſtæ vſuræ non eſſent lucrum pupilli, fruſtrà, & ineptè I. C. obiiceret, quod in lucro pupillo ſuccurrendum ſit: & cùm neget in hac ſpecie pupillo ſubueniendum eſſe, ſanè indicat haſce vſuras lucratorias fuiſſe, & conſequenter hic Pauli locus noſtram potiùs confirmat ſententiam, ex quo etiam efficitur vſuras extra fines mutui conſiſtere; vt mirum ſit hoc à quibuſdam negari.

Præterea ex eo quod ſequitur *in d.l.17.* poſt illa verba, *Vſura enim*, &c. ſatis apparet quàm ſit aliena à 15
mente Pauli & aliorum Iuriſconſultorum veterum quorum reſponſa habemus, illa deductio ſiue Lupi, ſiue Hotmanni, & Gibalini. Ait enim deinde Paulus. *Ex locato qui conuenitur, niſi conuenerit, vt tardius illata pecuniæ vſuras deberet, non niſi ex mora vſuras præſtare debet.* & *§.7. eos qui ex adminiſtratione rerum ciuitatum conueniuntur, vſuris obnoxios eſſe ſatis notum eſt. Idem obſeruatur in operum curatoribus, ſi pecunia apud eos remanſit.*
Nam primùm Paulus ait conductores, qui tardiùs ſoluunt ex pacto, vel ex mora vſuras debere. Quodnam 16
quæſo hic veſtigium eſt conſumptæ ſortis cum damno creditoris, niſi dicamus quemcunque debitorem ex eo, quod tardiùs ſoluit, pecuniam alienam in ſuos vſus conuertiſſe videri, & vſuris legitimis plectendum eſſe, quod nemo dixerit, & contrarium ſatis indicat *dict. l.7: §. 4.*

ff.de

17 *ff. de admin. tutor.* Et apertiùs euincitur rem aliter eſ-
ſe ex his quæ ſequuntur curatores operum obnoxios
eſſe vſuris eius pecuniæ, quæ apud eos remanſit. Et
adfero etiam locum eiuſdem Pauli *ex lib. 1. ſentent. tit. 4.*
vnde deſumptus eſt §. 1. *l.* 33. *ff. de negot. geſt. Si quis,* in-
quit, *pecunia negotium gerat vſuras quoque totius temporis*
præſtare cogitur. &c. *Hoc enim in bonæ fidei iudicijs ſer-*
uari conuenit. & ibidem Cuiacius, qui notat negotio-
rum geſtorem pecuniæ otioſæ vſuras præſtare, adfe-
18 rens *l. ſi mater. C. de vſur.* Et duo ex hoc loco notanda
ſunt, quæ illorum aſſertioni aduerſantur, primum vſuras
lucratorias, quas vocant iure ciuili probatas fuiſſe. Quid
enim eſt hoc, *ſi quis pecunia negotium gerat*, quàm pe-
cuniam exercere lucri cauſa? Alterum etiam pecu-
niæ otioſæ in hoc iudicio vſuras præſtandas eſſe.
Non ergò neceſſe eſt vt debitor pecunia vſus ſit, &
ſortem conſumpſerit, vt iſta ciuilis vſura, quam Hot-
mannus, & qui eum ſequitur, ſibi fingunt, debeatur.
19 Ex his omnibus perſpicuum eſt Patrum Gibali-
num primam partem ſuæ propoſitionis probare non
potuiſſe. Vſuram ſcilicet in omnibus reſponſis pru-
dentum, & toto iure ciuili eſſe mercedem ſortis con-
ſumptæ, vt nimis effusè dixit *cit. num.* 4. imò ſua ſpon-
te ruere confixam ſcilicet iiſdem legibus, quæ pro ea
proferuntur. Vnde ſupereſt vt videamus, an verum
ſit, quod ſubiicit, *cum damno creditoris*, quod proſe-
quitur *num.* 5. & addit id eſſe eſſentiale definitioni vſu-
ræ. Quod an verum ſit, *ſequenti Sect.* examinabi-
mus.

SECTIO IX.

An Vſura in reſponſis prudentum includat damnum creditoris?

SVMMARIVM.

1 *Damnum creditoris de eſſentia vſuræ Gibalino.*
2 *Hotmanni aſſertio vſuram includere damnum creditoris, falſa & pernicioſa.*
3 *Iuriſconſulti veteres probarunt vſuras, etiamſi nihil intereſſet creditoris.*
4 *Gibalini vſuræ diuiſio, diuiſio Hotmanni.*
5 *Gibalini, & Hotmanni diuiſio vſuræ imperfecta.*
6 *Et captioſa.*
7 *Hotmanni calliditas.*
8 *Gibalinus plus quàm Hotmannus excurrit.*
9 *Gibalini inconſulta aſſertio.*
10 *Intereſſe nunc ex quantitatibus debetur ex quacunque cauſa debeatur.*
11 *Vſura interdùm in iure habet ſpeciem eius quod intereſt.*
12 L. 15. ff. de ædil. edict. *ſententia, & ratio.*
Re & pretio frui iniquum.
13 *Minor rem ſuam repetens reſtituit pretium cum vſuris.*
Ioann. Anton. ab Eccleſia Præſidis Nicienſis inopina mors.
14 *Caſus* d. l. 27. de ædil. ed. *ſingularis.*
15 *Stipulatio vſurarum dotis conditionem habet, ſi vir vxorem exhibeat.*
16 *Gibalinus quæſtionem auctoris ſuam fecit.*
17 *Dotis vſuræ non debentur marito, qui onera matrimonij non ſuſtinuit.*
18 *Leges decernunt vſuras creditoribus, nec addunt continuo quod eorum intereſſit.*
19 L. 16. C. de vſur. *non pertinet ad id quod intereſt.*
20 *Vſuræ non debentur ex mutuo iure ciuili.*
21 *Sed ex ſtipulatione tantum.*
22 *Vſuræ ex mutuo non debentur ſine ſtipulatione, ne tàm facilis eſſet exactio vſurarum.*
Pomponius Atticus Fuluia Antonij pecuniam credidit ſine ſtipulatione.
23 *Additiones* ad d. l. 24. & 25. ff. depoſ. *Hotmanni, & Gibalini &* num. 26.
24 L. 24. & 25. depoſ. *Hotmanni & Gibalini ſententiæ non fauent.*
25 *Iuriſconſulti exprimere ſolent, cùm decernunt quod creditoris intereſſit.*
26 *Legibus ne ſyllabam quidem addere licet.*
27 *Vſuras dotis ſoluto matrimonio ſtipulari licuit.*
28 *Vſura non petuntur, cum ſors peti non poteſt.*
29 *Emptor, qui fructus percipere non potuit, ad pretij vſuras non tenetur.*
30 *Venditor, vt pretij vſuras conſequatur tenetur rem tradere.*
31 *Leges ad caſus diſſimiles non trahendæ.*
32 L. facta. §. ex reſcripto. ad Trebell. *ſententia.*
33 *Fructus non ſoluto pretio non ſunt emptoris.*
34 *Vſuram eſſe compenſationem eius quod intereſt, apud I. Ctos falſum.*
35 *Quemque poſſe petere quod ſua intereſt: & nemini officium ſuum damnoſum eſſe debere, vera.*
36 *Sed impertinentia ad id de quo diſceptatur.*
37 *Ius Iuſtinianeum malè de vſuris ſtatuit.*

HACTENVS vt dixi non potuit P. Giba-
linus perſuadere vſuram apud omnes ve-
teres Iuriſconſultos eſſe æſtimationem
ſortis conſumptæ, vt nimis effusè ſcri-
pſit ſæpiùs *citato art. 5. num. 4.* nunc viden-
dum eſt, an recipiendum ſit, quod ſubiicit, & perſequi-
tur *num. 5.* non ſatis eſſe ex iure ciuili, vt debeantur vſuræ 1
ſortem conſumptam fuiſſe à debitore, ſed opus eſſe, vt
id factum ſit cum damno debitoris, idque eſſe eſſentiale
definitioni vſuræ: illamque diſtinguere à fœnore, quod
vſuram quæſtuoſam, & lucratoriam vocat: vſuram ve-
rò compenſationem damni, quod obtingit creditori ex
mutuatione ſuæ pecuniæ, aut eius quod intereſt ſua pe-
cunia caruiſſe aliáve re mutuo data reſpicere. Ego ve- 2
rò hoc totum non tantum ſuſpectum eſſe veluti ex ſu-
ſpecto auctore deſumptum ex Hotmanno ſcilicet, qui
id ipſum inſinuat *initio cap.* 5. ſed falſum & pernicio-
ſum eſſe puto, quia ex iiſdem prudentum reſponſis iiſ-
demque legibus aduerſus eum retortis vſuram, de qua
loquuntur reſponſa veterum auctorum iuris, & reſcri-
pta, & leges Principum, & de qua quæritur quid ius
Iuſtinianeum ſtatuerit, ab illis probatam fuiſſe ex ſola
& nuda ſtipulatione, vel mora debitoris in his quæ
moram deſiderant, luculenter à nobis demonſtratum
eſt *Sect.* ...... *& Sect. proxima præcedenti*, illis nihil an- 3
xiis vel ſollicitis, an intereſſet, vel non intereſſet cre-
ditoris, cùm vſuras licitas eſſe putarent, & vſus alie-
næ pecuniæ, & interuſorij mercedem eſſe aliquam per-
peram ſibi perſuaderent. Ideóque verius, & con-
gruentius iuri ciuili, quod tunc obtinuit, & ſummo
rigore graſſabatur, vſuras legibus illis inductas veras
vſuras fuiſſe, & proinde non ciuiles ſed inciuiles, & im-
probas, & legibus Chriſtianis, & Eccleſiæ decretis nunc
interdictas eſſe.
Et intereà notandum eſt P. Gibalinum hic duplicem 4
vſuram duntaxat agnoſcere, vna quam fœnus vocat:
alteram quæ diſtinguitur à fœnore, & reſpicit com-
penſationem damni, quod obtingit creditori ſua pe-
cunia caruiſſe, aliave re mutuo data, quæ diuiſio etiam
Hotmanni eſt *cap. 1. de vſur. & in epiſ. num.* 3. quem toto
hoc ſuo articulo vir Theologus diſſimulat. Sed diui- 5
ſionem hanc imperfectam eſſe imò captioſam facilè
apparet ex doctrina Bachouij, & aliorum iuris aucto-
rum, qui diuidunt vſuram vt genus in duas ſpecies,
quarum vna dicitur fœnus, quod in mutui dationibus
exercetur, & quod Salmaſius rectè vocat mutuum *τόκον*
altera quæ nomen vſuræ retinet, & dicitur vſura, &
ex aliis contractibus, & cauſis deſcendit, vt ex lega-
tis, & fideicommiſſis, & contractibus bonæ fidei: de

qua innumera ſunt reſponſa prudentum, & reſcripta
6 Principum. Caprioſa verò deprehenditur, quia illa admiſſa fœnus tantùm veram & formalem eſſe vſuram ideóque tantummodo hanc ſpeciem vſuræ prohiberi fatendum eſt: quidquid vero reſiduum vſurarum eſt, licitum eſſe, & licite agitari poſſe, quod falſum eſſe iam demonſtrauimus, & præſertim *par.* 1. *ſect.* 2. *&* 7.
7 & aliis locis. Nec aliud vult Hotmannus quàm dum blanditur nobis improbans fœnus, in aliis omnibus negotiis, in quibus iuris auctores vſuras venire dicunt, illas tanquam licitas, & reſpicientes id quod intereſt creditoris inducere, & callidè retinere tentat. In quo
8 tamen Gibalinus cætera pius & prudens plus quàm Hotmannus excurrit. Hotmannus enim admittit iure ciuili vſuras fœnebres probatas eſſe, quas tamen ipſe improbat: Theologus verò cenſet vſuras, quæ iure ciuili permiſſæ ſunt, eſſe compenſatorias, & id ipſum quod intereſt, ideóque omnes vſuras antiquo Pandectarum iure permiſſas licitas eſſe, vt tradit *eod. ar. num.* 7. *&* 8. quod idoneo loco examinabimus, & præterea inconſultè ait vſuram reſpicere compenſationem eius quod intereſt creditoris ex mutuatione ſuæ pecuniæ, aut alterius rei
9 mutuo datæ. Appello hic Theologum Lugdunenſem, quid ſi pecunia ex legato vel fideicommiſſo debeatur. Quid ſi is apud quem pecunia depoſita eſt, vel procurator qui alienam pecuniam exegit, negotiorum geſtor & alij qui aliena negotia curant eam retineant, vel in rem ſuam conuertant, quod vſus quotidie docet, vſuras, quas in his caſibus leges præſtari iubent, reſpicient ne damnum, quod ex ea retentione creditor patitur, vel non? certum eſt leges in his euentibus vſuras admittere, vt *in l.* 17. *§. ex locato. & §. ſeq. & l.* 32. *§. in bonæ fidei. ff. de vſur. l.* 3. *&* 4. *ff. depoſ.* & aliis ſexcentis. Si vſuræ iſtæ includunt, & reſpiciunt id quod creditoris intereſt, incautè hoc genus vſuræ reſtringit ad pecunias vel alias res datas mutuo: ſi non reſpiciunt id quod creditoris intereſt, conſequens eſt illas veras & proprias vſuras eſſe, licet non ex mutuo deſcendant: & falſum eſt, quod effuſè dicitur, *Vſuram eſſe æſtimationem ſortis conſumptæ cum damno creditoris.* Imò ſi dicere licet vſuram eſſe aliquam, quæ reſpiciat damnum creditoris, & id quod eius intereſt retineri quod ſibi debetur, id tolerabilius dici poſſet de vſuris, quæ in iudiciis depoſiti, tutelæ, mandati, & ſimilibus veniunt, quàm quæ in mutui dationibus decernuntur, vt manifeſtum eſt ex his quæ diximus *Sect.* 4. *num.* 45. quæ non re-
10 peto. Cogor tamen repetere, quod dixi *hac* 2. *par. ſect.* 3. *n.* 8. me non negare iure ciuili id quod intereſt ex quantitatibus deberi, dummodò verè interſit, ex quacunque cauſa pecunia debeatur. Id enim ſancitum eſt *in l.* 3. *ff. de in lit. iuran. l.* 20. *§.* 3. *ff. rer. amot. l.* 2. *§. nunc de officio. ff de eo quod cert. loc. & l. vn. Cod. de ſentent. quæ pro eo quod inter. profer.* quæ in omnibus actionibus, & contractibus locum habet, & ita tradunt Abbas, & Anchar. *in cap. conqueſtus. de vſur.* Caſtrenſ. *in d. l.* 3 *num.* 6. Ambroſ. de Vignat. *in cap. ſalubriter. num.* 45. & his auctoribus contentus P. Gibalinus *lib.* 2. *cap.* 5. *art.* 5. *n.* 30. quos ex mea *quæſt.* 71. *num.* 6. tranſcripſit omnes, & poterat Rebuffum, Sichardum, Greuæum, & alios quoſdam ibidem adductos etiam recenſere, vt iiſdem verbis tranſcripſit mea quædam *eiuſd. quæſt. num.* 2. quæ nunc magni facio, quoniam video viro doctiſſimo placuiſſe. His addo nunc Rodericum *lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 17. vbi ait hoc intereſſe, quod caſuale vocat, in omni obligatione ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris verſari. Treutler. *conſ.* 61. *num* 4. & Carpſou. *par.* 2. *conſt.* 30. *defin.* 7.
11 *num.* 5. Et fateor iterùm multis locis vſuram habere ſpeciem aliquam eius quod intereſt, quod certis caſibus illam licitam facit, in quam rem aliquas leges adduximus *Sect.* 3. *num.* 8. & videri poteſt *ex l.* 13. *§. Iulianus. & l.* 47. *ff. de act. empt. l.* 19. *ff. de negot geſt. l.* 3. *§.* 1. *ff. de contr. & vtil tut. act.* & aliis, ſed nego vſuram apud omnes veteres Iuriſconſultos quorum reſponſa nobis relicta ſunt, reſpicere id quod intereſt creditorem ſua pecunia caruiſſe: & in iure ciuili vſuram eſſe id quod intereſt, ſeu *æſtimationem ſortis conſumptæ cum damno creditoris*, quod P. Gibalinus inutiliter tentat multis acceſſitis ex Hotmanno legibus, quibus vt primam huius paradoxi partem probare non potuit, ità nec alteram, vt ex reſponſionibus ad alias leges apparebit.

Et primùm non obſtat *l.* 27. *§.* 1. *ff. de ædil. edict.* vbi 12
Vlpianus reſpondit in iudicio redhibitorio emptorem non tantùm pretium, ſed vſuras etiam pretij, quaſi quod ſua interſit conſequi debere. Etenim hoc hîc definitum eſt, quia & ipſe emptor rem cum fructibus reſtituere cogitur, vt Vlpianus quoque notat, vnde ne videretur venditor eodem tempore, re & pretio frui, quod iniquum Iuriſconſulti tùm veteres, tùm recentiores ſemper arbitrati ſunt *d. l.* 13. *§. ex vendito.* quæ eſt eiuſdem Vlpiani, & *l. initio. C. de pact. inter empt. & vendit.* & inter recentiores Cuiac. *in d. §. ex vendito.* & Couarr. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 1. *&* 5 & qui nunc erit inſtar aliorum omnium Emin. Mant. *lib* 4. *tit.* 24. *n.* 5. & ipſe Hotman. *in d. cap.* 5. *verſ. Accedit quod Paulus.* & quod magis eſt ipſe Gibalinus ſubiegens Hotmannum *in d. num.* 5. *verſ. è contrario* meritò *in d. l.* 27. proditum eſt emptori viciſſim vſuras pretij præſtandas eſſe, vt ibi nominatim Cepolla tradit *n.* 5. Et aliquid ſimile eſt *in l.* 14. *&* 16. *C. de* 13
præd. minor. & in celebri illa Theologis ſed non iuris peritis infenſa conſtitutione *l. curabit.* 5. *C. de act. empt.* & in ſpecie notat gloſ. *in l.* 6. *ff. de in diem addict.* Vnde plerique exiſtimauerunt minorem, qui rem ſuam ſine decreto, vel ſine aliis ſolemnitatibus alienatam cum fructibus vendicat, pretium cum vſuris reſtituere debere, vt Ozaſc. *dec.* 160. *n.* 26. Burſat. *in conſ.* 75. *n.* 29. Surd. *conſ.* 115 *num.* 10. Bec. *in conſ.* 95 *n.* 15. Caſtill. *dec.* 99. & Mang. *de ſubhaſt. quæſt.* 91. *num.* 1. quos refert D. Præſes Ioann. Anton. ab Eccleſ. *obſer. forenſ. p.* 1. *obſer.* 164. *in fin.* quem iam Præſidem Senatus noſtri renuntiatum & noſtræ Ciuitatis, quæ inter Sabaudi Regni vrbes non minima eſt, Gubernatorem electum, dum hæc ſcriberem, mors inopina nobis eripuit iam de profectione cogitantem & ſtatim dixi oſtendiſſe tantum hunc nobis fata, & nos tantum virum non meruiſſe, ſed illud nomiſſimè tradit Poſtius *lib. de ſubhaſtat. inſpect* 61. *num.* 2. quod nunc non proſequor: ſed dico reſponſum Vlpiani *in d. l.* 27. vix 14
ad quæſtionem propoſitam pertinere. Quia nos quærimus de creditore, qui pecuniam alteri mutuam dedit: vel cuius pecunia à debitore intercepta eſt, vel eo inuito retinetur, & qui nihil amplius ex parte ſua præſtare cogitur. Vnde cùm in his, & ſimilibus caſibus leges iubent vſuras præſtari, id ſimpliciter iubent, nec addunt quod creditoris interſit, vt in iudicio depoſiti *l.* 2. *&* 3. *C. depoſ.* & in aliis actionibus bonæ fidei *l.* 17. *§. ex locato. & l.* 32. *§. in bonæ fidei. ff. de vſur.* Proinde cùm non ſit ſimile, non poteſt ex caſu diſſimili, & ſingulari in vniuerſum inferri, vt quoties leges & reſponſa dicunt vſuras venire, & præſtari debere, id de vſuris ſenſerint, quæ pro damno creditoris reparando, & vice eius quod intereſt debitoribus infliguntur. Nam verius eſt vſuras iure ciuili permiſſas vt plurimum fuiſſe lucratorias, ſiue ex ſtipulatione, ſiue ex mora indicerentur, vt luculenter demonſtratum eſt *Sect.* 1. *&* 4. *num.* 2. *&* 45. & obſeruat Petr. Barboſ. *loc. cit.*

Qua ratione nihil momenti habet, quod obiiciunt 15
ex l. 42. *ff. ſolut. matrim. l.* 69. *ff. de iur. dot. & l.* 17. *ff. de dol. except.* quibus ſancitum eſt maritum vſuras dotales non aliter conſequi poſſe, quàm ſi onera matrimonij ſuſtinuerit. Etenim ſtipulatio vſurarum dotis tacitam conditionem habet, ſi vir vxorem exhibuerit, vt dixi tribus illis legibus adductis, & ex Zaſio, Duareno, & Cuiacio, & aliis *quæſt.* 28. *num.* 58. quam meam dice- 16
rem, niſi P. Gibalinus eam totam ſuam feciſſet, & ſuo operi iniunxiſſet *lib.* 4. *cap.* 5. *artic.* 14. & aliquot conſectariis ſequentibus, in quibus à meis opinionibus non receſſit vna quod animaduerterim, excepta de

marito,

marito, qui nomen debitoris à ſocero in ſolutum dotis
acceperit, an eaſdem vſuras, quas à ſocero exegiſſet, à
debitore exigere poſſit ad ſupportanda onera matrimo-
nij, quod ego æquiſſimum putabam, quod nihil intereſ-
ſet debitoris vel eas marito ſoluere, vel ſocero, cui tan-
tundem ratione damni emergentis quod ergà generum
patiebatur, præſtare tenebatur: & P. Gibalinus negat
non bene expenſis, quæ pro mea ſententia adduxi
quæſt.29. num.4. & infrà. & motus argumentis, quæ ni-
hil me mouent, aut mouere debent, vt in appendicibus
17 demonſtrabo, ſi Deus vitam, & vires dabit, vt domum
reuerſus illas perficere valeam. Sed quod ad rem no-
ſtram pertinet, dico *ex d. l.42. ff. ſolut. matrim.* & aliis,
quibus cautum eſt vſuras dotis non numeratæ marito
non deberi, ſi non ferat matrimonij onera, non rectè
inferri vſuras ciuiles ſeu legitimas & legibus inductas,
vt vocat, & quæ legibus ciuilibus & præſertim reſpon-
ſis veterum iuris auctorum permiſſæ fuere, eſſe merce-
dem ſeu æſtimationem ſortis conſumptæ cum damno
creditoris, vel quod idem eſt eſſe mercedem eius quod
creditoris eſt, quia nos quærimus de creditore, cuius
pecunia retinetur, vel qui pecuniam ſuam alteri mu-
tuam dedit, vt ipſe explicat *eod. num.5. verſ. vſura vero.*
qui nihil aliud præſtare tenetur niſi ſe creditorem eſſe,
& ſine exceptione vt loquitur Paulus *in l.5. ff. de hæred.*
18 *vel act. vend.* ſiue ex mutuo, ſiue ex contractu bonæ fi-
dei, ſiue ex legato creditor ſit: cui leges & reſponſa
vſuras deberi definiunt ſiue in obligatione ſint, vt in mu-
tuo, ſiue in officio iudicis, vt in legatis, & contracti-
bus bonæ fidei, ſimpliciter dicunt vſuras deberi, & ad-
mittendas eſſe vel ex mora vel ex ſtipulatione, & in-
terdùm ex pacto: nec addunt ſemper quod creditoris
interſit, vt in pecunia credita reſponſum eſt *in l. 9. 11.*
12. & l.17. in princ. ff. de vſur. & l.39. ff. eod. & in legatis
& iudiciis bonæ fidei *in l.3 & 4. C. depoſ. l.2. C. de vſur.*
pupillar. l.7 §. quæ autem. ff. de admin. tutor. & l. tutores. C.
eod. l.38. ff. de negot. geſt. l.32. §. in bonæ fidei. ff. de vſur.
& l.1. & ſeqq. C. de vſur. & fruct. legat. & aliis ſanè pluri-
19 mis, in quibus nullum eſt veſtigium ſortis conſumptæ
cum damno creditoris. Denique id perſpicuum eſt ex
celebri illa & amica heterodoxis conſtitutione Iuſtinia-
ni *l. eor. 26. C. de vſur.* quæ reſponſa, & leges omnes &
hanc Iuſtiniani conſtitutionem de vſuris compenſato-
riis interpretari temerarium eſt, & præſertim etiam
eas, quibus cautum fuit vſuras pecuniæ fœnebris ex ſti-
pulatione optimo iure deberi: & illas quibus curato-
res Reipublicæ & tutores cogebantur pecuniam publi-
cam vel pupillarem, ne ſterilis eſſet ſub vſuris credere.
Quare cum id quod de vſuris dotalibus proditum eſt,
non ſit ſimile, non niſi violenter producitur ad omnes
alias leges, quibus aliis creditoribus applicantur, &
decernuntur vſuræ, qui ſcilicet tantùm docere debent
20 ſe creditores eſſe, vt dictum eſt.

Et mirum eſt Theologum dicere vſuram, de qua le-
ges, & reſponſa veterum aliquid ſtatuunt, (hoc enim
hic agimus) reſpicere compenſationem damni quod
patitur creditor ex mutuatione ſuæ pecuniæ, cùm nul-
la lex ſit in toto iure ciuili, quæ dicat vſuras ex mutuo
deberi, imò contrarium id eſt non deberi nominatim
definitum ſit, etiamſi debitor moram feciſſe dicatur, vt
conſtat *ex l. 1. C. de condict. indeb. l.34. ff. de præſcript.*
verb. & ſuprà diximus ex Cardinalis Mantica *de tacit.*
& ambiguis, lib. 8. tit. 1. num. 8. & nunc addo Cuiac.
in l.121. de verborum ſignificatione, & Carpſou. *loc. cit.*
21 & probatur etiam explorato iuris principio, quod ex
perſpicuis iuris ciuilis locis educitur vltrà id quod de-
bitor accepit ex mutuo vel pro mutuo obligari nemi-
nem poſſe, vt probant *l.11. §.1. ff. de reb. credit. l. ſi tibi.*
10. ff. de pact. l. cum vltrà. 9. C. de non num. pecun. quæ
ratio impulit iuris conditores, vt ad vſuras inducendas
alias cauſas exigerent ſtipulationem ſcilicet in mutui
dationibus paucis exceptis caſibus, vel moram in lega-
tis, & actionibus bonæ fidei vt aduerſus Salmaſium

differit Ioann. Otto Tabor. *lib. de alien. quæ in mutuo ver-*
tit. cap.8. num.8. quem habui ex inſigni Bibliotheca D.
Senatoris Galleani Collegæ noſtri meritiſſimi. Quamuis 22
fortaſſe alia quoque ratio fuit, ne tam facilis & prom-
pta eſſet fœnerantibus pecuniam vſurarum exactio.
Quomodo ergo poteſt dicere vſuram hanc ſuam ciui-
lem, & legibus ciuilibus inductam reſpicere compen-
ſationem eius quod creditoris intereſt ex mutuatione
ſuæ pecuniæ, cùm iure ciuili ex mutuo vſuræ non de-
beantur. Quòd ſi dicat ſe intelligere, ſi mutui dationi
ſtipulatio vſurarum adiecta ſit, dicam ſtatim hoc eſſe
probare fœnus, idque fœneratores maximè velle. Quid
enim aliud fœnus eſt, quàm mutuum cum ſtipulatione
vſurarum? & certius dicam P. Gibalinum hac in re plus
quàm Hotmannum eſſe, quem fœnus improbare ſuprà
memorauimus. Sed credendum eſt virum Theologum
hoc minimè dicturum. Quod ius, ne ſine ſtipulatione
vſuræ ex mutuo deberentur antiquiſſimum fuiſſe mihi
ſuadet, quod ſcribit Cornelius Nepos in vita Pompo-
nij Attici illum Fuluiæ vxori Antonij, cuius reſtituen-
di nulla ſpes erat, pecuniam ſine fœnore, ſineque vlla
ſtipulatione credidiſſe.

Rurſus quod ex Hotmanno refert, & obiicit tertio 23
loco *ex l.24. & 25. in fin. ff. depoſ. cum deponens conueniſ-*
ſet vt pecunia depoſitarius vteretur, quoniam in ea ſuſci-
pienda beneficium præſtitit, ob eamque cauſam deponentis
non interſit, rationem vſurarum habendam non eſſe: Quod
ſi ità vti incipiat, vt iam deponentis interſit, veluti ſi mo-
ram fecerit, vſuras debere, hoc nihil iuuat eorum ſen-
tentiam, addunt enim textui harum legum id, de quo
quæritur. Imò his duobus locis vtriuſque opinio re-
fellitur manifeſtè. Nam *in d. l. 24. in fin.* Papinianus 24
reſpondit, ſi de vſuris præſtandis ab initio conuenerit,
id eſt cùm pecunia depoſita eſt, legem contractus ſer-
uandam eſſe, & *in d. l.25. in fin.* idem Papinianus dun-
taxat ait eum quia pecunia apud ſe depoſita vſus eſt, li-
cèt obſignata non fuiſſet, poſt moram in iudicio depo-
ſiti condemnandum eſſe, vt in aliis iudiciis bonæ fidei
receptum eſt. Et cùm in his duobus locis nullum ve- 25
ſtigium ſit intereſſe creditoris, quod Iuriſconſulti expri-
mere ſolent, cùm debitorem in id quod intereſt con-
demnandum eſſe definiunt, vt *in d.l.27. ff. de ædil. edict.*
l.52 §. idem reſpondit. & l. ſocium, ff. pro ſoc. l.2. in fin. ff. de eo
quod cert. loc. l.5. ff. de hæred. vel. act. vend. l 3. C. de inut.
ſtipul. & aliis, dicendum eſt duo illa Papiniani reſpon-
ſa de vſuris veris, & propriis accipienda eſſe: vel ſaltem
in hiſce locis nihil aduerſarios conſtituere poſſe. Et 26
quod Hotmannus, & iiſdem verbis P. Gibalinus addit,
quod ſi ità vti incipiat, vt iam deponentis interſit vſuras
debere, id addunt Papiniano, vt ſuam ſententiam iam
labantem fulcire poſſint, & addunt id de quo quæri-
tur. Atqui noſtrum non eſt legibus aliquid detrahere
ne ſyllabam quidem, vel addere, vt illas noſtris opi-
nionibus accommodemus, vt grauiter monet Mornac.
ad d l.29 ff. de legib. vbi ait notandum eſſe obſeruatio-
nem Molinæi *in extricat. labyr. num.* 100. qua damnat
temeritatem interpretum, qui immutare audeant verba
legum, vt habeant eo modo, quod ſentiunt, iàm enim
ſacram eſſe literam legis, vt ille ait, vt nec ſenſu qui-
dem ſeruato lædi debeat.

Deinde obiicit, ſi gener accepta dote vxorem aluerit, 27
idque poſt diuortium facere intermittat, quoniam cum
alterius damno pecunia vtitur, vſuræ à genero debentur
& ſi intereſſe deſinat, quia ſcilicet matrimonium ſecun-
do contraxerit, Papinianus *in d.l.69. §. vſuras. ff. de iur.*
dot. ex die ſecundi matrimonij negat vſuras eſſe præſtan-
das.

Sed reſpondeo hunc Papiniani locum non probare
illius ſententiam, vſuram ſcilicet, quam ciuilem vo-
cat, eſſe mercedem ſortis conſumptæ cum damno cre-
ditoris, quod quærimus. Nulla enim hic fit mentio in-
tereſſe, vel damni eius cui dos debetur neque ſortis
conſumptæ, aut verſionis pecuniæ alienæ in rem pro-

priam cum damno creditoris : ſed tantùm ibi reſpon-
ſum eſt vſuras dotis ante receptæ ſoluto , & dirempto
matrimonio in ſtipulatum deductas vſque ad diem ſe-
cundi matrimonij vxori præſtandas eſſe : vnde potiùs
probat contrarium , licuiſſe ſcilicet fœnus , ſeu vſuras
dotis poſt diremptum matrimonium ſtipulari. Verba li-
tem dirimunt. *Vſuras*, inquit , *dotis in ſtipulatum cum do-
te poſt diuortium deductas ex die ſecundi matrimonij non eſ-
ſe præſtandas placuit, quia nec dotis exactio locum habere cœ-
pit : medij autem temporis debebuntur vſuræ.* Non ergo hic
inter ſocerum , & generum res geſta eſt, vt deceptus ab
Hotmanno Gibalinus ait : ſed inter virum , & vxorem
dirempto per diuortium matrimonio , quod iure ciuili
olim licuit *l.1. ff. de diuort.* & mulier ſibi dotem reddi
ſtipulata fuerat , & quo tardiùs dos ſolueretur vſuras
certas puta centeſimas , vel beſſes , vel ſemiſſes: nec
enim valebat ſtipulatio, niſi de certis vſuris conuentum
eſſet *l.19.& 41. in fin. ff. de vſur.* & cùm deinde conci-
liatis animis iterum matrimoniũ contraxiſſent, plerum-
que enim reconciliatur amor inter illos , qui iunxerunt
corpora , reſpondit Papinianus vſuras ex die reſtaurati
matrimonij non deberi , quia nec ſors , quæ in ſtipula-
tionem cum vſuris deducta fuerat peti poteſt *l.13. ff. de
iur. dot. l. ſi mulier. ff. ſolut. matrim.* & tota ſtipulatio red-
dendæ ſortis cum vſuris perempta eſt renouato matri-
monio. Vnde cùm ceſſaſſet petitio ſortis ceſſare etiam
petitionem vſurarum *l. lecta. ff ſi cert. pet. l.77. ff de iur.
dot.* medij autem temporis · quod ſcilicet fuit inter pri-
mum , & ſecundum matrimonium , quo ipſa quoque
dos peti potuiſſet vſuras deberi , & peti poſſe à die di-
uortij in diem repetiti , & renouati matrimonij , quæ
eſt ſententia huius loci , vt rectè explicat *gloſ. in verbo,*
28 *matrimonij* , & Cuiac. *ad Papinian.* Quare ratio cur in
ſpecie *d.§.* vſuræ debentur, vel non debentur, licèt in ſti-
pulatum deductæ ſint , non eſt , quòd dos conſumpta
ſit cum damno mulieris , vel quod eius intereſſet vel
non intereſſet ratione lucri vel damni , nullum enim
huius rei veſtigium eſt : ſed quia ſors peti potuit, & non
potuit : vnde quia ſtante matrimonio dos peti non po-
terat , ideò reſpondit Papinianus conſtante ſecundo
matrimonio vſuras non deberi , vt notat Cyrill. *ad h. l.
in Baſilic. cum dos* , ait , *exigi non poſſet , vſuræ currere non
poterant* : & quia tantùm illo medio tempore ſors peti
poterat , & vſuras mulier in ſtipulationem deduxerat;
ideò reſpondit Papinianus medij illius temporis vſuras
deberi : atque ità ex noua ſtipulatione , & ex nouo
contractu , quod potiùs vt dicebam probat meam ſen-
tentiam id eſt licuiſſe vſuras quo tardiùs ſors ſolueretur
in ſtipulatum deducere , dote ſcilicet in mutuum con-
uerſa fictione breuis manus propter dulcedinem vſura-
rum, quo tardiùs dos ſolueretur vt dixi *q.30.n.52.& 53.*
& deinde P.Gibalin. *lib.4.cap.5.art.16.num.6.*

29 Denique obiicit *ex l. 16. §.1. ff. de vſur.* iniquum eſſe
vſuras pretij ab eo exigere qui fructus non percepiſſet:
& ex contraria Vlpianum *in l.13. §. ex vendito. ff. de act.
empt.* dicere , æquiſſimum eſſe , cùm emptor re , & pre-
tio fruitur , eum vſuras dependere. His addere potuit
*l.5. C. de pact. inter empt. & vendit. l.5. C. de act. empt. &
l.2. C. de vſur.* quæ ait vſuras ab emptore , cui poſſeſſio
rei tradita eſt, æquitatis ratione præſtandas eſſe , & ad-
dunt Græci *ad h. l. vſuræ enim in venditione vice fructuum*
30 *ſunt.* Sed reſpondeo venditorem teneri rem tradere , vt
pretium, & vſuras pretij poſt moram conſequatur, vnde
emptor niſi re tradita , & poſt rem traditam ad vſuras
pretij non obſtringitur , vt conſtat *ex d.l.1. C. de vſur. &
ex d.§. ex vendito.* illis verbis, *poſt diem traditionis* & Pau-
lus diſertè ſenſit *lib.2. ſentent. tit.17. §. poſt rem traditam.*
& Harmenop. *lib.3. tit.3. § 60.* & notat gloſſ. *in d. l. 16.*
Sed nos quærimus , vt dicebam de creditore, cui pecu-
nia ſine exceptione debetur, & qui poteſt ab inuito pe-
cuniam exigere : vnde quod de emptore , cui non eſt
tradita poſſeſſio , & ideò fructus percipere non potuit,
dicitur *in d.l.16.* vt non teneatur ad vſuras pretij , per-
peram trahitur ad omnes alias leges , quæ ex mora vel
ex ſtipulatione , ſeu pacto vſuras admittunt fauore cre-
ditoris , & qui nihil aliud præſtare cogitur , quàm ſe
creditorem eſſe quod leges ſupponunt. Ex eo igitur 31
quod fauore venditoris *in d.l.13.* & ſimilibus conſtitu-
tum eſt illi ab emptore vſuras pretij præſtandas eſſe, cui
res tradita eſt , & fructus percipit , non rectè infertur
ad alios omnes creditores quibus ex depoſito mandato,
& aliis cauſis pecunia debetur neceſſarium ſcilicet eſſe
ad vſuras obtinendas vt aliquid illis abſit , quod com-
penſetur vſuris , quia nihil aliud præſtare tenebantur,
quàm ſe creditores eſſe , & nulla exceptione ſummoue-
ri poſſe , vt ex forma iuris ciuilis conſequerentur vſu-
ras , quia vt ſæpè diximus leges pertrahi non debent ad
cauſas diſſimiles , vt ex Anchatano, Cumano , & Al-
ciato docet Petr. Barboſ. *in l. ſi alteram. 12. verſ. vnde vi-
detur. ff. ſolut. matrim.* Intereà hoc obſeruandum eſt hic
P.Gibalinum æquitatem *d. §. ex vendito.* probare , quam
deinde aſperrimè configit, & ſubuertere tentat *eod. lib. 1.
cap.....art.....num.....&* aliis locis. Denique vt nihil omit- 32
tam, ſi quid ſimile eſſet *in l. facta. §. reſcripto. 5. ff. ad Tre-
bell.* vt nimiùm credulus Hotmanno dicit P. Gibalinus
cit. num. 5. in fin. eodem modo refutari poſſet : ſed de re
alia *in d. §. reſcripto.* agitur , vt ex eius verbis apparebit.
Reſcripto, inquit, *Antonini ſignificatur , vt ſi quis accepta
à Titio pecunia , quæ quartam hæreditatis continet , rogatus
ſit ei reſtituere hæreditatem : licet tardiùs detur pecunia, ſine
vſuris eam dari debere , quia quanto tardius quis pecuniam
dat , tanto tardius ad fideicommiſſum peruenit : & medij
temporis fructus perdit : quamobrem ſi ante datam pecuniam
tenuerit hæreditatem , fructus quos percepit , reſtituere hære-
di eum oportere.* In hac igitur ſpecie fideicommiſſarius
non erat verus debitor hæredis. Nam & poterat tar-
diùs ſoluere : denique nihil ad eum peruenerat , quo v-
ſus eſſet cum damno hæredis, vnde ad vſuras teneretur:
imò hæres fructus interim ſuos facit propter negligen-
tiam fideicommiſſarij *l. mulier. ff. eod. & notat gloſ. in d.§.
reſcripto.* verbo , *perdit.* vnde perſpicuum eſt hic nullum
veſtigium eſſe ſortis conſumptæ cum damno creditoris.
Ex hoc tamen loco, & ex illis vltimis verbis , *quamob-* 33
*rem ſi ante datam pecuniam hæreditatem tenuerit fructus
quos percepit reſtituere eum hæredi oportere* , commodè de-
duci poteſt fructus non ſoluto pretio non eſſe emptoris,
quod diximus *quæſt.27. num 6. & 18.* ex Baldo , Gomez,
Roderico, & aliis , inter quos Cuiac. *in l.13. §. ſi fructi-
bus. ff de act. empt. & in obſer lib.21. cap 13.* Etenim *in d §.
reſcripto.* fideicommiſſarius , vt bona hæreditatis conſe-
queretur certam pecuniæ quantitatem hæredi ſoluere
tenebatur hac in re omninò ſimilis emptori, qui tenetur
venditori pretium offerre, & ſoluere, vt rem conſequa-
tur *d.l.13. § offerri* & proinde quemadmodum fideicom-
miſſarius, ſi ante ſolutionem eius pecuniæ , quam hæ-
redi damnatus eſt dare, bona hæreditatis renuerit , non
facit fructus ſuos, ſed eos reſtituere tenetur : ità emptor
ſi non ſoluto pretio rem poſſideat , fructus ſuos non
facit. Qua ratione maximè confirmatur Iuriſperitorum
traditio, quam *in d. quæſt.27.* defendimus , & Rota Ro-
mana conſtanter ſequitur aduerſus argutias quorundam
Theologorum , & nouiſſimæ deciſiones confirmant, &
præſertim in Romana pecuniaria coram R. D. Coccino
25. Oct. 1621. inter ſelectas à D. Paulo Rubeo *tom.2. p.4.
recent.* cuius diligentiæ in illis ſeligendis tribunalia plu-
rimum debent. In qua congruenter meæ ſententiæ *n.15.
& 19.* Rota ait non ſoluto pretio fructus eſſe vendito-
ris.

Cæterùm ex hoc & aliis ſuprà expenſis iuribus, & in 34
eos retortis conſtat nullo modo in vniuerſum effici
poſſe , quod concludit Hotmannus *loc. cit.* & Gibalin.
d. art. 5. num. 6. vſuram iſtam ciuilem , vt vocat nihil
aliud eſſe quàm compenſationem eius , quod verè , &
non ſimulatè creditoris intereſt. Vſura enim apud Iu-
riſconſultos , de quorum ſententia , quærimus , vſu-
ra eſt , non id quod intereſt , vt fusè demonſtratum
eſt.

eſt. Intereſſe verò intereſſe eſt, id eſt compenſatio damni quod creditor patitur, vel lucri, quod amiſit culpa debitoris, vt vulgo notum eſt *ex l. ſi commiſſa ff. de prætor ſtipulat l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. profer.* & hic docet Cuiacius, cæterique interpretes docuere, & ſapienter Bachouius in Treutlerum *Theſ. 1. in. fin. acceſſio*, inquit, *quæ petitur vt intereſſe reuera vſura non eſt nec definitio vſuræ ei competit, neque vſuræ, quas Treutlerus opponebat fœnori, non omnes tanquam intereſſe petuntur.* Et nos cùm debitores condemnamus in ſortem, condemnamus etiam in intereſſe, & non in vſuras: abhorrent enim iudices Catholici infauſtum nomen vſu-
35 rarum. Et ſuperfluum, & impertinens eſt, quòd deinde ſubiicit *eod. loc. Æquitatem huius vſuræ apparere, cum naturalis ratio perſuadeat neminem alterius damno diteſcere debere: & quemque poſſe quod ſua intereſt iuſtè repetere. Neque creditorem ex nuda pecunia mutuo data captare lucrum, vt in fœnore, ſed damni quod patitur compenſationem poſtulare, & quantum reuera ſua intereſt ſua carere pecunia id temporis eo quòd eam mutuo dederit. Et ſapienter. African. in l. 61 §. quod vero ff. de furt. ait nemini officium ſuum damnoſum eſſe debere: & Cicero ſibi vt quiſque malit, quod ad vſum vitæ, quam alteri acquirere conceſſum eſt non repugnante natura, & proinde leges, quæ huiuſmodi vſuram ſiue*
36 *damni, & intereſſe mutuo dantis compenſationem aut permittunt, aut iubent, æquiſſimas eſſe.* Hæc inquam omnia, quæ ex Hotmãno *cap. 6. de vſur.* illum ſubtegens deſumpſit, ſuperflua & impertinentia ſunt. Nam prætorquam quod leges, quæ compenſationem damni vel lucri iubent, vel permittunt, non tantùm id concedunt mutuo dantibus, noſtra diſputatio non eſt, an leges, quæ iubent id quod intereſt refici, & reparari oportere, iuſtæ ſint, & an id quod verè intereſt creditoris, iuſtè repeti poſſit, hoc enim nemo negat etiam fauore eius, qui pecuniam mutuam dedit, dummodò verè, & non ſimulatè intereſſit, vt ſancitum eſt *in l. 2. in. fin. ff. de eo quod cert. loc.* & generaliter conſtitutum eſt *in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. profer.* quæ vt ſæpiùs diximus in omnibus contractibus locum habet, & præſertim *quæſt. 71. num. 4. & 6.* vbi locum Balſamonis adduxi pro hac ſententia, quo deinde P. Gibalinus vſus eſt.

37 Sed quærimus quid ius Iuſtinianeum de vſuris ſtatuerit, & an verum ſit, quod P. Gibalinus *d. num. 4.* aſſerit apud veteres omnes Iuriſconſultos, quorum reſponſa habemus in Pandectis, quoſque Impp. æmulati ſunt in ſuis conſtitutionibus, ſunt illius verba, *vſuram eſſe mercedem ſeu æſtimationem ſortis conſumptæ cum damno creditoris.* Quod probare non potuit, & ego verum eſſe nego, & contrarium luculenter oſtendi ex legibus, & reſponſis eorundem veterum iuris auctorum, & præſertim Papiniani, qui inter illos eminuit, quibus vſuræ permittuntur, & decernuntur ex ſtipulatione, vel mora duntaxat, ideóque malè ius ciuile, ſeu Iuſtinianeum de vſuris ſtatuiſſe.

SECT. X.

Cur vſura legibus ſancienda fuit.

SVMMARIVM.

1 *Gibalini noua quæſtio, cur vſura ſancienda fuerit.*
2 *Ratio vſuræ ſanciendæ ex Gibalino.*
3 *Vſura definità legibus ciuilibus eſt id quod intereſt.*
4 *Vſura ex Gibalino terminat id quod intereſt.*
5 *Gibalinus ex Hotmanno.*
6 *Gibalinus quædam ex Hotmanno abſcidit prudenter, num. 7.*
Hotmanni calliditas.
7 *Querimoniis creditorum modus ſtatuendus.*
8 *Hotmannus cenſet id quod intereſt probandum non eſſe.*
9 *Modus vſuris poſitus non eſt, vt querimoniis creditorum occurreretur.*
10 *Vſura in contractibus bonæ fidei, & legatis ex more regionis olim conſtituebantur.*
11 *Centeſima vſura grauiſſima iniquiſſima, ſanguinolenta.*
12 *Cæcilius, Scaptius, Alphius, Milo fœneratores.*
13 *Querela fœneratorum.*
14 *Plinij ad Traianum epiſtola non inueniri qui pecuniam ſub vſuris centeſimis acciperent.*
15 *Modus vſuris datus fauore debitorum.*
16 *Iuſtinianus vſuras moderatus eſt, vt debitoribus conſuleret.*
17 *Iuſtinianus* in l. eos. 26. C. de vſur. *non circumſcripſit id quod intereſt.*
18 *Intereſſe non poteſt quoad quantitatem certa regula definiri.*
19 *Iuſtinianus intrà duplum nullum modum poſuit ei, quod intereſt.*
20 *Creditores non fingebant damna, vt vſuras perciperent.*
21 *Gibalini illatio periculoſa.*
Vſuras licitas eſſe error Græcorum.
22 *Heterodoxi ægrè ferunt leges Iuſtiniani vſurarias à Catholicis damnari.*
23 *Hotmanni querela.*
24 *Hotmanno* l. 26. C. de vſur. *nobilis, prudens, præclara, & religioſè ſeruanda.*
25 *Balduini, Vombagenſis conſenſus.*
26 *Vſuram legibus definitam eſſe id quod intereſt, falſum.*
27. *Id quod intereſt incertum.*
Et nulla lege definiri poteſt.
28 *Gaſparis Roderici prudentes dictum.*
29 *Intereſſe poteſt excedere legitimum modum vſurarum.*
30 *Iuſtinianus quid ſtatuerit de eo, quod intereſt.*
31 *Molinæ Damnati, & ſequacium obiectiones duæ.*
32 *Gibalini ſententia Molinæ, & ſequacium.*
33 L. 1. C. de ſentent. quæ pro eo. *ab Hotmanno reprehenſa*
34 L. 1. C. de ſent. quæ pro eo. *ab obiectionibus Hotmanni defenditur.*
35 *Eius æquitas, vtilitas, iuſtitia.*
36 *Differentia inter caſus certos, & incertos.*
27 *Delicto quis obligatur inuitus.*
Delicta contractus non voluntarij.
38 *Iuſtiniani prudentia* in d. l. 1. de ſentent. quæ pro eo. &c.

PERGIT deinde vir Theologus, illius enim obſequo veſtigia, & intactam à noſtris auctoribus, quod animaduerterim, dubitationem monet *euiſd. art. 5. num. 7.* 1
Quod ſi quæras inquit, *cur vſura ſeu damni repetitio, quam æquitas naturalis poſtulat, legibus ſancienda fuit.* Obſerua primùm quid hic illi excidit, vſura ſeu damni repetitio. Neſcio vnde illi mentem venerit vſuram eſſe repetitionem damni. Quis Iuriſconſultus vnquam ita locutus eſt. Deinde quid illud eſt, vſura quam æquitas naturalis poſtulabat: dicere potiùs debuit, *abhorrebat* & quid eſt quæſo hoc, *cur vſura legibus ſancienda fuit*; puto enim dicere voluiſſe, cur vſura legibus definienda fuit. Sed ex reſponſione intelligemus quid intelligat. Reſpõdet igitur *id neceſſarium omninò fuiſſe, vt creditorum perpetuis querimoniis modus aliquis poneretur, vt infinitæ lites præſcinderentur: allegarent enim, & fingerent plurima damna, eaque grauia ex carentia ſuæ pecuniæ, quã ſibi reddi poſtularent, & in illis definiendis ratione diuerſorum temporum & circumſtantiarum perpetuò iudices, & arbitri quærendi forent, præterquam quod damnum illud non ex ſola pecunia, qua caret creditor, ſed ex eius quoque induſtria, & facultate vtendi pecunia in lucrum, & commodum nonnum penſandum eſſet: ideóque placuit lege definire non modo vſuram repetendam eſſe, ſed etiam quantò præſtari debeat, ne ampliùs quicquam ab eo qui vſuras debebit, petere liceat ideóque vſura ciuilis, & legitima ſine legibus inducta & definita eſt ipſum quod intereſt creditoris circumſcriptum & definitum, quia vt ait Venuleius difficilis eſt probatio quanti cuiuſque intereſſit l. vlt. ff. de prætor. ſtipul.* 3

& §.vlt.Inſtit.de verb.oblig.ſicut igitur quando pœna ſtipu-
lationibus adijcitur, circumſcribit id quod poterat nomine
eius quod intereſt, & tunc non ampliùs attenditur, quod in-
terſit, ſed quæ ſit quantitas ſtipulationis, & conditio: adeò
vt quamuis nihil interſit, pœna tamen debeatur, quæ ſtipu-
4 *lata eſt l.37.§.alteri.ff.de verb.obligat. Similiter vſura legi-*
bus definita eſt, vt id quod intereſt circumſcribat, & termi-
net, neque ampliùs id quod intereſt probare neceſſe ſit. Inde-
que factum, vt ſicut id quod intereſt, cùm in pœnam petitur
pœna nominatur, vt in l.vlt.ff.de eo quod cert.loc.& l.nouiſſi-
ma.ff.iudicat.ſolui ſic vſura aliquandò pœna nominatur quan-
do nempè in pœnam interpoſitè moræ petitur. Volebam hic
addere &c. ſed ne quid diſſimulaſſe videar, totum red-
do. *Quamquam & inter pœnam, & vſuram ſæpiùs diſcri-*
men ius conſtituat, ſicut inter vſuram, & id quod intereſt.
Nunc ſatis nobis ſit vſuram inductam eſſe ad definiendum id
quod intereſt creditoris, quodque à debitore compenſari tum
ipſa naturalis æquitas, tum leges poſtulant: ne enim fœne-
ratores vſurarũ legitimarum ſpecie facile imponerent, & præ-
darentur atque etiam ipſi creditores, quorum intererat ca-
ruiſſe re credita fraudibus debitores vexarent, certus aliquis
modus vſurarum ſtatuendus omninò fuit. P.Gibalinus.
5 Sanè quod dixi hanc quæſtionem à noſtris auctori-
bus intentatam fuiſſe, id de auctoribus catholicis ſenſi.
Nam compereram illam priùs ab Hotmanno excita-
tam fuiſſe *in d.cap.5. de vſur. verſ.In quo tamen.* à quo P.
Gibalinus imbutus eſt Hotmanni verba hæc ſunt. *In quo*
tamen dubitare poſſet aliquis, quorſum vſura iure ciuili intro-
ductæ ſunt, cùm id quod intererat actione propria repetere
liceret. Cui breuiter reſpondeo non æquum eſſe, vt ex nudâ,
& ſolâ pecuniâ tantum emolumenti colligatur, quantum ex
6 *eâ, quæ cum hominis labore, & induſtria coniuncta eſt.* Hæc
P. Gibalinus abſcidit, & meritò quia ille callidè vt
iam diximus, & fallaciter tendit ad ſanciendam vſuram,
ſiquidem innuit etiam ignauo homini, & nullius in-
duſtriæ ex ſola, & nudâ pecuniâ aliquid compendij
præſtandum eſſe, quamuis non tantum quantum præ-
ſtari ei æquum eſt, qui ex pecunia iuncta illius induſtria
lucraturus fuit, vnde meritò hæc reſponſio P. Gibalino
7 diſplicuit: atque vtinam cætera diſplicuiſſent. Secundò
reſpondet Hotmannus *neceſſariò ſtatuendum fuiſſe modum*
aliquem creditorum querimonijs ob id quod illorum intereſſet:
alioquin immoderatiſſima quæque ab ipſis allatum iri.
Vtrumque autem hoc eleganter Hermogenianus in l.vlt.ff.de
peric.& commod.rei vendit.complexus eſt. Hoc tamen iuris
loco abſtinuit quoque P.Gibalinus, quia duo continet
eius aſſertionibus contraria primum vſuras extrà mu-
tui fines conſiſtere: alterum vſuram apud Iuriſconſul-
8 tos non eſſe id quod intereſt. Itaque pergit Hotmannus,
quemadmodum pœna, quæ ſtipulationibus adijcitur circum-
ſcribit id quod eius intereſt nomine peti poterat, quoniam
plerumque, vt Venuleius ait difficilis eſt probatio quãti cuiuſ-
que interſit l.vlt. ff.de prætor.ſtipulat.& § vlt.Inſtit.de verb.
oblig.ob eamque cauſam non iam ampliùs incipitur, quid in-
terſit, ſed quæ ſit ſtipulationis quantitas, & conditio, adeò
vt quamuis nihil interſit, pœna tamen debeatur quæ ſtipula-
ta eſt l.38.§.alteri.ff de verb.oblig ſimiliter vſura à legibus
inſtituta eſt, vt id quod intereſt circumſcribat, & terminet:
nec ampliùs id quod intereſt probare neceſſe ſit. Ex quo ni-
mirùm factum eſt, vt quemadmodum id quod intereſt, cùm
in pœnam petitur, pœna plerumque nominatur, veluti in
l.vlt.ff.de eo quod cert.loc.nouiſſima.ff.iudic. Solui. ità vſura
ſæpè numero pœna nominetur: quo caſu videlicet in pœnam
interpoſitæ moræ petitur, veluti in ea ſtipulationis formula
quam Paulus tractat in l.lecta. 40. ff. ſi cert. pet. qua etiam
P. Gibalinus abſtinuit, quia eius opinionem ſubuertit,
vt expendimus.
9 Cæterùm hæc tranſcripſimus ſiue Hotmanni, ſiue
Gibalini mihi neque omnia neque omninò placent. Et
primùm non probo, quod aiunt vſuris modum aliquem
ſtatuendum fuiſſe, vt occurretur querimoniis credito-
rum. Nam cùm illis liceret de vſuris conuenire, &
lex contractus ſeruanda eſſet etiam in contractibus qui
cẽlebantur bonæ fidei *l.24.in fin.ff. depoſ.* idque vſque ad
centeſimam, qui licitus modus vſurarum fuit, vt ad-
mittit ipſe Hotmann. *in epit.num.*18. imò ſi vltrà legiti-
mum modum creditores vſuras ſtipulati fuiſſent, ſuper-
fluo detracto ſtipulatio vſque ad vſuras centeſimas va-
leret, dixi *ex l 9.ff.de vſur.& ad d.l.* Cuiaciùs, qui notat
idem reſpondiſſe Papinianum *in.l.13. §. ibidem.ff.de act.*
empt.& quod magis eſt, liceret illis in anteceſſum vſuras
exigere, vt etiam dixi *ex l.57.ff.de pact.l.2. §. non male.ff.*
de dol.except. Quòd ſi nihil de vſuris nominatim con- 10
ueniſſet, in contractibus bonæ fidei, in legatis, & in
fideicommiſſis officio iudicis ex more regionis, vbi con-
tractum fuerat, vſuras conſequerentur *ex l.1.in princ ff.*
de vſur.l.idemque.10.§.ſi procurator ff.mandat.l.19 ff.de ne-
got.geſt.l.39.§.1.de leg.1. & ipſe Hotmann. *loc. cit.* & in-
terdùm maximas id eſt centeſimas, vt in præcedentibus
diximus, quod genus vſuræ iniquiſſimum, & grauiſ- 11
ſimum dicunt Balſam.& Zonar. *ad can.17.Conc. Nicen.*
1.Seneca ſanguinolentum, ſuauis eſt Hotmannus, dum
ait ideò modum vſuris ſtatutum fuiſſe, vt occurreretur
querimoniis creditorum. An quereretur Cæcilius no- 12
tus ille fœnerator, à quo vt ſcribit Seneca in epiſt. mi-
noris centeſimis etiam propinqui nummum mouere nõ
potuerunt. an Scaptius, quo nihil impudentius, qui
centeſimis cum anatociſmo contentus non erat, vt
ſcribit Cicero ad Atticum *lib. 5. in. fin.* Querebantur 13
interdùm quidem, ſed quòd non haberent, cui pecuni-
am tuto locarent fœnore, vnde ille apud Plautum *in*
Aſin.art.2.

Qui triduo hoc vnum modo foro operam dederim,
Dum reperiant, qui quæritent argentum in fœnus.

Et rurſus Daniſta quidam apud eund. in Martell.

Sceleſtiorem ego annum argento fœnori dando
Nunquam vllum vidi, quam hic mihi annus obtigit
A mane ad noctem vſque in foro dego diem
Locare argenti nemini nummum queo.

Ex quo loco Tabor *in racemat.2. de furt. num. 53.* Sal-
maſium deridet, quod dixerit fures ad eius ædes acce-
dere quem expilare velint, non item fœneratores. Et 14
memini etiam Plinium ad Traianum ſcribere non in-
ueniri in prouincia, cui præerat, qui publicam pecu-
niam ſub vſuris centeſimis ſumere vellent, & Traianum
illi reſcripſiſſe, vſuram minuendam eſſe, vt nolentes
facilius allicerentur, & pecuniæ collocari poſſent.
Hæc igitur erant creditorum querelæ.
Quamobrem verius eſt ideò modum aliquem vſuris 15
poſitum eſſe, vt querimoniis debitorum occurreretur,
quos fœnore & vſuris diripiebat rabies, & inhumani-
tas creditorum, vt ſatis conſtat ex his, quæ de Salami-
niis ab Scaptio vexatis refert Cicero *loc. cit.* Hinc de-
clamationes Patrum aduerſus fœneratores: extátque
huius rei veſtigium *in l.cum quidam.17. in princip. ff. de*
vſur. in qua Paulus D. Marcum ita reſcripſiſſe refert,
Adi præſidem prouinciæ, qui ſtipulationem, de cuius iniqui-
tate queſtus es, ad modum iuſtæ exactionis rediget. & in
l.16. C. de vſuris, in fin. Denique id conſtat apertiſſimè 16
ex illa, l.26.§.1. C.eod. in qua Iuſtinianus fœnebri malo,
id eſt, vſuris modum quendam, & metam poſuit, & ea-
rum grauiſſimam molem, vt ait, ad mediocritatem
quandam perduxit: & primùm quidem vſuras mode-
ratus eſt, quæ ex ſtipulatione, & conuentione deben-
tur, & deinde illas etiam, quæ citrà ſtipulationem
vel pactum puta propter moram exigebantur, vt notat
ipſe Hotman. *loc. cit.* & Roderic. *dict. quæſt. 4. num.36.*
Quod etiam indicat, quòd Iuſtinianus ibidem vetat
iudicibus taxationem illam excedere ratione conſuetu-
dinis in regione obtinentis: reſpiciens, profectò, & cor-
rigens ius antiquum, quo vſuræ in iudiciis bonæ fidei
ex more regionis conſtituebantur, vt *in l.1.in princip.&*
l.37.ff.de vſur. Si autem voluiſſet circumſcribere id quod 17
intereſt, vt ne ampliùs quidquam creditores petere
poſſent tametſi eorum pluris intereſſet, vt opinantur,
dixiſſet profectò, ne taxationem illam excederent ra-
tione

tione maioris damni, vel amiſſionis maioris lucri. Et
non leue huius rei argumentum eſt, quia ſi voluiſſet
Iuſtinianus circumſcribere id quod intereſt ſecundùm
leges definientes vſuras id profectò feciſſet *in l.vn. C. de*
ſent. quæ pro eo quod inter. In qua licèt ſtatuerit ne id
quod intereſt in caſibus certis duplum excederet, qui
modus etiam vſuris poſitus eſt, intrà tamen hanc me-
tam nullum modum præſcripſit ei quod intereſt, quod
reliquit arbitrio, & inquiſitioni iudicis, vt etiam in
18 caſibus incertis, in quibus nulla meta data eſt. Quod
non ob aliam cauſam factum eſt, quia cùm id quod
intereſt ex caſu, & circunſtantijs rerum, & perſonarum
& temporis pendeat, vt ſæpiùs dictum eſt non poterat
iuſta, & æquali aliqua generali regula definiri, vt aduer-
ſus Baldum diſſerui *quæſt.79.num.8.* & deinde me negle-
cto P. Gibalin. *lib.2. cap.5. art 9. num.3.* facile ergo fuit
conſtituere, ne duplum in caſibus certis intereſſe exce-
deret, & præſcribere quid titulo vſurarum ratione tem-
poris exigendum eſſet: Idcóque id Iuſtinianus ſanciuit:
ſtatuere verò id quod & quatenùs cuiuſque intereſſet
19 intrà fines dupli impoſſibile, & aleæ ſimile erat: idcó-
que qui modum vſuris intrà duplum poſuit, nihil de eo
quod intereſt ſapientèr conſtituit, ſed reliquit iudicibus
inquirendum. Dicamus igitur modum vſuris à Iuſtinia-
no poſitum eſſe fauore debitorum, & miſerationis gra-
tia, ne immodicis exactionibus à locupletioribus oppri-
merentur.

20 Secundò non placet quod P. Gibalinus addit, ideò
ſtatutum fuiſſe modum vſurarum ex eo quòd credito-
res ſibi fingebant damna plurima, in quibus definiendis
ex circunſtantijs rerum, & perſonarum perpetuò iudi-
ces, & arbitri quærendi forent, ideoque placuiſſe lege
definire non modò vſuram repetendam eſſe, ſed etiam
quantum præſtandum eſſet, ne amplius ab eo, qui vſu-
ras debebat, petere liceat. Non placet hoc inquam, quia
cùm cuique liceret pecuniam fœnori dare, & vſuras ſti-
pulari, & citrà ſtipulationem in iudicijs bonæ fidei, &
alijs quæ moram deſiderant. vſuræ exigi ſolerent, vt di-
citur *in d. l.26.* nullus circà illarum quantitatem litium
timor eſſe poterat, & tantùm opus erat probare de certis
vſuris conuentum fuiſſe *l.1. C. de vſur l.31. & 41. § 1.*
ff. eod. vel debitorem moram feciſſe, vt *in l.3. C. in quib.*
cauſ. l.3. C. depoſ. l.1. & 32. §. in bonæ fidei. ff. de vſur. &
alijs, quas ſuperfluum eſt adducere. Non ergò olim
opus fuit, vt creditores ſibi damna fingerent, vel proba-
rent damnum ſibi illatum vel lucrum interceptum cul-
pa debitoris, vt conſequerentur vſuras. An Scaptio,
Cæcilio Alphio opus fuit ſibi damna fingere vt centeſi-
mas conſequerentur. An Miloni Hypathenſi, qui fœ-
nus ſub arrabone auri, & argenti exercebat, vt refert
21 Apul. *lib.1.* Et cedo huius rei in iure noſtro veſtigium.
Atqui non licet in re tàm graui ariolari, ex qua ſcilicet
pendet ſtatus vſurarum, Hinc enim P. Gibalinus infert
vſuram legibus inductam eſſe ipſum quod intereſt legi-
bus definitum, ità vt nihil opus ſit probare id quod in-
tereſt, ſed tantum quæ ſit vſuræ quantitas in ſtipulatio-
nem deducta, vel legibus definita: & poſt pauca vſuram
inductam eſſe ad definiendum id quod creditoris inter-
eſt. Quod nihil aliud eſt dicere, quàm leges ciuiles,
quæ vſuras iubent, & permittunt, cum id quod inter-
eſt omni iure licitum ſit, obſeruandas eſſe, quod ego
admittere non auſim. & periculoſum eſſe cenſeo. Et
ſanè Molinæus, & alij eiuſdem claſſis auctores id ma-
ximè velint, & repetam hic illius perfidi dictum.

Hoc Ithacus velit: & magno mercentur Atridæ.

Nã & hic Græcorũ error fuit. Hoc igitur admiſſo nulla
22 nobis cum heterodoxis diſſenſio eſſet circà vſuras. Illi
enim hoc vnum contendunt leges illas iuſtas eſſe, &
hoc nomine Catholicos ſcriptores laceſſunt, vt iam ad-
notauimus. Et ſufficiat hic ſubijcere ipſum, cui tantum
tribuit, Hotmannum, qui *cap.7.lib.1.de vſur.* poſtquam
inhærens ſuis principijs repetijt, quod dixerat vſuram
nihil aliud eſſe, quàm id quod verè & non ſimulatè
intereſt ad certum tamen modum redactum atque re-
ſtrictum, vt minimè comprehendat, quicquid creditor
conſequi potuiſſet, ſed tantùm partem, quia non eſſet
æquum nudam pecuniam tantum adferre emolumenti,
quantum induſtriam cum pecunia coniunctam: idque
docere Hermogen. *in l. vlt ff. de per. & comm. rei vend.*
Quæ cùm ità, inquit, *ſe habent, itaque ratio naturalis, &* 23
ciuilis poſtulet, quid nunc ſupereſt niſi vt hominum quorun-
dam inſulſiſſimam, ineptiſſimamque audaciam rideamus, qui
cùm & legum, & iuriſprudentium omnium præcepta aſper-
narentur, maluerunt noua quadam ingeniorum ſuorum com-
menta perſequi, quàm benè conſtitutis legibus obtemperare &
ſapientiſſimis maiorum noſtrorum veſtigijs inſiſtere. Cùm
enim leges omnes quæ de vſuris latæ ſunt tanquam turpem
quæſtum adprobantes repudiarint, creditores tamen permi-
ſerunt ad aſſem quodcumque illorum intereſſe exigere. Atque
vt illorum in ſanis exemplum vnum ex penè infinitis adfera-
mus recitabimus reſponſum Hoſtienſis viri huius ordinis pri-
marij in ſpecie illa nobili de mercatore proficiſcente ad nun-
dinas, à quo alius quidam pecuniam quam eo deferebat, mu-
tuam accepit promittens eam certa die ſoluere vna cum tanto
lucro, quantum veriſimile eſſe crediderat ſi vſus eſſet ſuis
nummis, in ijs nundinis facturum. Quum igitur de conuen-
tione illa quæreretur, reſpondit Hoſtienſis æquam & proban-
dam eſſe in cap. ſalubriter de vſur. Quæ quoniam & falſa
eſt perſpicuè & ea quæ diximus abundè confutata, nihil ne-
ceſſe arbitror errores tam apertos perſequi copioſius: Nos igi-
tur (audiamus ex tripode Dodoneo ſeu Lemanico ora-
culum) *meliorem ſententiam ſecuti adfirmare non dubita-*
bimus modum aliquem huic eius quod intereſt petitioni præ- 24
ſcribi oportere. Id quod cùm à Romanis legibus tùm verò
ab Imperatore Iuſtiniano nouiſſimè factum eſt in illa nobili
& præclara l.pen.C.de vſur. cuius explicationem antiquam
aggrediatur, refert quàm variè vſuræ in vrbe Romana
iactatæ fuerint ex celebri illo Taciti loco annal. V. &
tandem *cap ſeq. in princ.* idem virus vomere pergens de
hac eadem conſtitutione. *Hæc enim*, inquit, *& varie-*
tatem omnem ſuſtulit, & vnam, & ſimplicem regulam præ-
ſcripſit ad quam vſuras omnes, quæcunque illæ in regione, &
quacunque ex cauſa petantur exigi oporteat. Poſitis deinde
verbis conſtitutionis, ſic ait *Ex his verbis intelligi poſſe*
quantam Iuſtinianus adhibuerit prudentiam in vſuris ex
æquo, & bono moderandis. Quod ille quidem certè eo fuit
facilius, quia multiplices, & aliorum ante ſe prudentiſſimo-
rum hominum ſententias perſpexit: ex quibus quæ probabi-
liores, & æquiores viſa ſunt adhibito doctorum virorum con-
ſilio ſelegit & authoritate ſua confirmauit. Quo magis ar-
bitror eam conſtitutionem religioſè tenendam, atque obſeruan-
dam eſſe. Idem ſenſiſſe Molinæum refert Roderic. *d.* 25
quæſt.4.num.78.& 79. qui etiam notat non aliud ſenſiſſe
Hotmann *cap.5.lib.1.de vſur.* dum dixit vſuram propriè
nihil aliud eſſe quàm id quod intereſt circumſcriptum
& determinatum Hoc etiam tentauit Chriſtoph. Ha-
genſ. *cap.5. de vſu. vſurar. num. 176.* vbi in Canoniſtas,
& Legiſtas furit, quòd vſuras condemnent in contem-
ptum iuris ciuilis, & legum Iuſtiniani optimi Principis,
& iterùm *num. 179. & 181.* Idem preſſiùs quidem ſed
non minùs impudenter Balduin. *d.lib. 1. de iure nouo.* vt
relatum eſt *ſect.2.num.26.* Quæ veluti ab his auctori-
bus effuſa non tantùm nobis ſuſpecta eſſe, ſed etiam
omninò reijci debent.

Tertiò & hoc multò minùs ferendum eſt, falſum eſt 26
quod tandem P. Gibalinus *eod. num. 7.* adfirmat vſuram
iſtam, quam nouo ſaltem mihi nomine ciuilem vocat,
& legibus definitam eſſe ipſum quod intereſt circum-
ſcriptum, & definitum, ne ampliùs quicquam à debi-
toribus petere liceret, neque probandum id quod cre-
ditoris interſit, quod ipſum eſt, quod Hotmannus
tradit, & in quo reprehenſus eſt à Roderico *loc.cit.* Nam
obſeruandum eſt nos hic agere tantùm de intereſſe,
quod ad ſimilitudinem vſurarũ quantitatibus accedere
poteſt, cui certiſſimum eſt intrà fines dupli in caſibus
certis nullum vnquam modum poſitum fuiſſe. Etenim 27
id

id quod intereſt, & quatenus cuiuſque intereſt ex qua-
cunque obligatione deſcendat in facto, non in iure
conſiſtit *l.quatenus.ff.de reg.iur.* ſed ea quæ facti ſunt nul-
la certa lege definiri poſſe compertum eſt *ex l. 3. §.eiuſ-
dem.ff.de teſtib.l.34.ff.de negot.geſt.l.Lucius.ff.mandat.l.32
in princ.ff.de vſur.* & nos diximus *quæſt. 79. num. 13.&
19.* vbi locum Ariſtotelis huic rei congruentem addu-
ximus ex Anton.Guberto *lib.de mora.cap. 5. num.*8. nec
enim alienæ laudi inuidimus vnquam. Quibus nunc
addo Cuia.*in d.l. quatenus* & rurſus *in d. l. vn. C.de ſent.
quæ pro eo* vbi adfert eiuſdem Ariſtotelis *ex 4. Ethicorum*
ſententiam *incerti & indefiniti incertam regulam eſſe.*
Quis ergò dicet leges id certis finibus circumſcribere
voluiſſe, quod nulla certa generali regula definiri, &
28 decidi poteſt. Prudenter licèt eleganter parùm idem
Rodericus agens de ſententia *d. l. 26.* aduerſus Moli-
næum *in d. quæſt.4.num.87. Si Iuſtinianus*, inquit, *ageret
de vero intereſſe creditorum compenſando, non extaret, nec
moderaretur vſuras. Cedo enim quomodò potuit in omnibus
cauſis & perſonis incertum intereſſe, & ex futuro euentu, &
variis circunſtantiis pendens taxare? Intereſſe quidem nulla
lege vel regula definiri valet: ſed probandum eſt, & iudicis
arbitrio ex negotiis qualitate, & circunſtantiis taxandum eſt:
nec recipiens mutuum ſtatim eſt in mora: nec ſtatim creditoris
intereſt, aut fortè intererit, aut multò minùs, quàm taxa-
tum erit: vt notatur in l.quod te. D.ſi cert.pet. Nam quan-
tum interſit magis eſt facti quàm iuris, & ità non poteſt
prætaxari aut decidi lege aut conſtitutione quemadmodum de
mora dicimus l. mora.ff.de vſur. vnde vt ibi textus ſubijcit
apud iudicem examinabitur, idem omninò & eadem ratione
dicendum eſt de intereſſe.* His addit hanc clauſulam. *Igi-
tur coacta ratione dicendum eſt leges Iuſtiniani vſuras mode-
rante de vſuris, & propriis vſuris intelligendas, non de vero
intereſſe.*

29 Quod etiam ex eo manifeſtum eſt, quia id quod in-
tereſt ob non ſolutam ſuo loco, & tempore quantita-
tem poteſt excedere legitimum modum vſurarum id eſt
progredi vltrà centeſimam, quæ tunc erat legitimus
vſurarum modus. Quod conſtat non obſcurè *ex l.58.
in princ. ff. de admin. tutor.* & apertiſſimè ex celebri illo
§. vlt. l. 2. ff. de eo quod cert. loc. illis verbis, *& in hanc
actionem veniet quod interfuit, & quidem vltrà legitimum
modum vſurarum.* & ibi notat Gloſſ.*in verb.legitimum* &
rurſus *in d.l. ſocium.ff. pro ſoc.* & ibidem DD. notant, &
Donell.& Gothofr.*in d.§.vlt.* Alex.*in conſ. 222.num.1.&
8.lib.2.*Dec.*in conſ.116.num....* Gabr.Mudæus *in d.l.ſoci-
um.num.3.*Bologuet.*in d.l.vn.C.de ſent.quæ pro eo.* & aliis
relatis Fernand. Vaſqn. *controuerſ. vſufrequent. lib.6.cap.
60.num. 22. verſ. Præterea cùm de intereſſe.* vbi ait id ex
mente omnium procedere ex quacunque cauſa vel titu-
lo debitum procedat Roderic.*d.quæſt.7.num. 95.* Præſes
Faber *ad d.tit.C. de ſentent.quæ pro eo quod inter. defin. 4.*
Matt.Medic.*dec.14.n.33. & 34.* & Hotmann *in epit.de.
vſur.num.5.& libr.de vſur.cap. 5.verſ. hoc ità verum.* & ipſe
30 P. Gibalin.*lib.2.cap. 5. art. 1.in fin.* Denique id euincit
prouida & prudens illa Iuſtiniani conſtitutio *in l. vn.C.
de ſentent.quæ pro eo.* vbi ei, quod intereſt, modum ge-
neraliter præſcripſit, vt ſcilicet in caſibus certis, qua-
les procul dubio ſunt ij, in quibus certa quantitas de-
betur, & de quibus hic agitur, duplum non excederent:
in aliis verò, qui incerti eſſe videntur, iuſſit iudices
ſubtiliter inquirere, vt hoc quod reuera damnum da-
tum eſt, reddatur reiectis immodicis creditorum alle-
gationibus, & peruerſionibus, quod iudicis arbitrio
reliquit, vt Cuiacius, & cæteri notant *ad.l.vn.* & inter
recentiores Germanos Zoeſ.*ad tit.de re iudic.num .65.&
66.* & Ioann.Otto Tabor *lib. de iur. Soci. cap. 8.num.19.*
qua ſubtilitate etiam vti iudices debent in caſibus cer-
tis, vt ſcilicet intrà illam metam & finem dupli etiam
diligenter inquirant quid & quatenùs actoris verè inter-
ſit ratione damni, vel lucri illiúſque quantitatem con-
ſtituant etiam vltrà legitimum modum vſurarum id eſt
vltrà centeſimam tantundem interſit, vt tractatum eſt
quæſt.72.num.1.& ſeqq. Vſuræ verò ſemper, & ad eandem
rationem currebant ex mora, vel ex die interpoſitæ ſti-
pulationis, vnde gratis dicitur vſuras legibus ciuilibus
inductas definire id quod intereſt, nec ampliùs à cre-
ditoribus petere licuiſſe.

Hæc verò ex fæcibus damnati Molinæi hauſta eſſe 31
videri poteſt ex his quæ auctor Megalipotanus ſcribit
dict. cap.5. num. 288. vbi refert Molinæum in ſuo *lib.de
vſur.* dicere ex reiectione vſurarum moderatarum ad
formam ſanctionis Iuſtiniani *in d. l.eos.* in duo extrema
nos incidiſſe. Primum eſt, vt cuique creditori liceat ſe
omninò indemnem ſeruare, & de toto eo, quod eius
intereſt, ſibi cauere. Alterum eſt nullam habendam
eſſe rationem interuſurij propter moram, vel defectum
implementi: hoc eſt nihil hac de cauſa adiudicandum,
niſi quatenus quid quantumque verè interſit probetur:
& poſt pauca ex eodem gurgite. *Nonne vides*, inquit,
*vtrumque extremum in ſummo, & præcipitii ſtare. Siqui-
dem altero illo primo omne intereſſe quantumcumque ſit, re-
pendi volunt etiamſi centeſimam puncto temporis excedat
idque contrà metas legum. Secundo vero extremo omne pro-
miſcuum intereſſe*, excludunt moderatiſſimam legum
temperaturam etiam cum conuitio exſibilantes. Ex 32
quibus palam eſt eos qui dicunt vſuram nihil aliud eſſe,
quàm id quod intereſt legibus definitum, neque am-
pliùs à debitoribus petere licere, etiamſi pluris interſit
creditoris: & prætetea nihil opus ſit probare quid cu-
iuſque interſit, ire in ſententiam Molinæi, & aliorum
qui vſuras acerrimè, & audaciſſimè tuentur. Vtrum-
que verò, quod rabie ſuffecti inuida euertere, & ſub-
uertere nituntur, legibus ipſis, & iuri naturæ conſen-
taneum luculentiſſimè demonſtratum eſt primum qui-
dem paulò antè *num.29.* vel ipſo Hotmanno, & Tabore
teſtibus: alterum verò idoneo loco *Sect.... num....*

Sed quod dixi proximè, *prouida, & prudens Iuſtinia- 33
ni conſtitutio de ſent.quæ pro eo quod inter.* improuidè, &
imprudenter dictum videtur ex his, quæ ſcribit idem
Hotmann. *in diſput.de eo quod inter.cap.3.& 4.* vbi poſt-
quam multa ex iure noſtro effudit, ex animi ſui ſenten-
tia conſtituit, quomodo inſtituenda ſit æſtimatio eius
quod intereſt, auſus eſt his verbis concludere. *Quod
cùm ita ſit, patere cuius arbitror quanta Tribonianus ſoler-
tia, & ſubtilitate in illa ſua nobili conſtitutione de ſentent.
quæ pro eo. vſus ſit, qui cùm Iuriſconſultorum omnium vete-
rum quotquot hanc artem per annos ampliùs ſeptingentos pro-
feſſi erant acumen, & prudentiam ſuperare voluerit ſuam
ipſe ſtultitiam, & temeritatem poſteris prodendam putauit.*
Quod tametſi à Ioann.Otto Tabori eiuſdem ſectæ viro
lib. de altero tant. vſurar. part.3.art.13. num.17. confuta-
tum ſit non temerè tamen dictum videri poteſt, poſt-
quam P. Gibalinus omnibus iuribus & argumentis ab
Hotmanno expenſis, & ferè ad verbum tranſcriptis
lib.2. art.5. cap. 7. in eius ſententiam ire videtur & tan-
dem concludit his verbis: *Non eſt itaque quòd ampliùs
in ea conſtitutione tuenda explicandáve immoremur, cùm
quid in foro interno, quod nunc ſpectamus tenendum ſit, ha-
beamus, & hæc conſtitutio obſcura ſit, & in Gallia vti mo-
nebat Rebuffus quanti intereſſe probatum fuerit, præſtandum
ſit.* Ità igitur duo iſti viri de hac ſanctione cenſent.

Sed facilè ab hac Hotmanni cenſura prouidentiſ-
ſimus, & prudentiſſimus legiſlator vel Tribonianus
contrà quem iraſcitur, vindicari poteſt. Nam quod 34
obiicitur obſcuram eſſe, ità vt dixerit Forcat.*dialog.41.*
quod ſi reuiuiſceret M. Tullius non magis eam intelli-
geret quàm Thebanam Sphingem, cui adridet Bachou.
ad Treutler.*diſp.23.theſ.1.* ſanctio hæc mihi in mea ſim-
plicitate perſpicua eſſe videtur, & memini me iampri-
dem obſeruaſſe, ſi qua in hoc tractatu obſcuritas, &
perplexitas emerſit, eam ex ſuperfluis & inutilibus di-
ſtinctionibus, diuiſionibus, & argutiis noſtrorum inter-
pretum proueniſſe. Cùm enim debuiſſent potiùs hac
in re clara & accurata Iuſtiniani diſtinctione vti, quæ
caſus omnes (themata Græci dicunt) complectitur,
circa

circà quos quæſtio de eo quod intereſt verſari poteſt, ſuis potiùs vti voluerunt, quibus rem ſatis clarè definitam intricatiorem, & nos incertiores reddiderunt, repeto enim quod ſcripſi *quæſt.90.num* 2. cuius P. Gibalinus meminiſſe noluit. Quod ex eo etiam ſuaderi poteſt, quia ſequentes Principes nihil addere, vel detrahere voluerunt, & ne verbum quidem immutare, vt conſtat Baſilic. *lib.9. tit. 1. cap.* 86. vbi hæc conſtitutio excepto prologo integra tranſlata eſt, ex quo etiam illius æquitas, & vtilitas, & conſequenter prouidentia, & prudentia Principis in ea ſancienda probari poteſt.

35 Et ſanè Iuſtiniani prouida & prudens ſolertia hic ſplendida emicat, qui legem hanc tulit, vt quicquid veteres de æſtimatione eius quod intereſt variè, & prolixè decreuerant, breui, & acuratiſſima diſtinctione complexus actorum machinationibus, immodicíſque & imaginariis computationibus occurreret, cauerétque ne res hæc in infinitum, & inextricabiles circuitus perducerentur in necem debitorum. Æquitas etiam, & & iuſtitia huius conſtitutionis facilè demonſtrari poteſt cauſarum certarum & incertarum indole conſiderata, vt notat Tabor. *loc. cit.* Nam in caſibus incertis nihil eſt quod cenſores reprehendant, quia totum id quod intereſt, & ſine meta, aut fine lex actoribus concedit, & tantùm præcipit iudicibus, ne in eo taxando immodicas, & commentitias, & longè accerſitas cauſas admittant: ſed vt ſubtiliter requirant, vt quod verè intereſt, id tantùm decernatur. Quod iuri naturali conuenit. In caſibus verò certis quod ſancitum ſit id quod intereſt dupli quantitatem minimi excedere, iniquum, & iuri naturæ contrarium cenſeri non debet, tum quia hoc naturæ congruum Iuſtinianus ait, cui potiùs ſtandum eſt, & Theodoro *ad h. l.* qui congruenter notat *naturam moderationem amplecti.* atque etiam quia in his caſibus, id eſt contractibus, vt ſe explicat, veriſimile non eſt, vt voluerint contrahentes ſe hoc nomine in immenſum obligare, & ſe, & fortunas omnes ingentibus cladibus ſubiicere.

36 Vnde fruſtrà P. Gibalinus obiicit, *quæ æquitas perſuadet, vt quando certa ſumma petitur, id quod intereſt duplum eius non excedat: & quando incertum aliquid, id quod totum quod reuera intereſt præſtetur*, euidens enim differentia eſt, quia in caſibus certis, vt in venditionibus, locationibus, & aliis contractibus omnibus, vt loquitur conſtitutio, qui ex conſenſu ſubſtantiam recipiunt *l. 3. & 55 ff. de obligat. act. l.1. ff. de pact.* eatenus obligatio perducenda eſt, quatenus excurrit, & extenditur conſenſus contrahentium: proinde, quia non præſumitur quis ſe vltrà duplum obligare voluiſſe, cuius rei multa ſunt in iure noſtro veſtigia, vt *in l. 47. in fin.* quæ ait iniquum eſſe in magnam quantitatem obligari venditorem *l. 44. ff. de act. empt. l.2. C. de reſcind. vendit. l.2. & 16. §.1. ff. de euict.* ideò congruenter iuſtitiæ, & æquitati ſancitum eſt, ne in his caſibus, qui ex contractibus deſcendunt, eius quod intereſt æſtimatio vltrà duplum perducatur, quod in caſibus incer-

7 tis meritò non eſt conſtitutum, in quibus non eſt contractu, & conſenſu, ſed ex re, & facto ipſo, vel ex delicto quis obligatur inuitus *l.4. & 25. §.1. ff. de obligat. & act.* & ex peccato, vt loquitur *l.52. ff. eod.* Ariſtot. *Ethicor. lib.5. cap.1. & 2.* vbi hoc genus ſynallagmata ἀκούσια, vocat, id eſt non voluntaria, & Duaren. *in l.7. § & ideo. ff. de pact.* Botcholt. *Inſtit. de obligat. quæ ex delicto naſc. in princ.* ideòque in his caſibus id quod reuera datum damnum eſt, æſtimari, & reddi conſtitutio iubet, immodicis, & longiùs accerſitis computationibus reiectis. Ex quibus prouida, & prudens & rationabilis hæc conſtitutio videri poteſt, illique ſtandum, & obtemperandum eſſe. Porrò ex his planè apparet, quid prouidentiſſimum, & prudentiſſimum Auguſtum permouerit, vt ità de eo quod intereſt ſtatueret: nimirùm vt veterum dubitationes circa id quod intereſt in infinitum, vt ait productas, prout poſſibile eſt, & vt res patiebatur, componeret: & machinationibus, & immodicis computationibus actorum, qui immoderatiſſima quæque ſibi fingebant, occurreret. Ideoque ſapienter ſanxit, vt iudices ſubtiliter inquirerent quid & quatenus verè cuiuſque intereſt, & id tantùm refici iuberent, quod reuera damnum datum eſſe illis conſtitiſſet. Quod de vſuris, in quibus hæc omnia ceſſant, dicere ita abſurdum eſt, vt nihil abſurdius dici poſſit.

SECT. XI.

Argumentum pœnæ ad vſuram reiicitur.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ex Hotmanno circumſcribit id quod intereſt.*
2 *Hotmanni argumentum fallax.*
Vſura quantitatibus tantùm accedit: pœna quantitatibus, & factis.
3 *Pœna adiecta facto committitur, etiamſi nihil interſit.*
4 *Pœna eſt extrà rem.*
5 *Pœna adiecta quantitati ſuſpecta.*
Et præſumitur adiecta in fraudem vſuræ.
6 *Et præſertim ſi in dies creſcat, & augeatur.*
7 *Pœnam ſtipulari non licuit vltrà legitimum modum vſurarum.*
8 *Pœnæ ſtipulatio adiecta quantitati non valet, niſi quatenus interſit.*
9 *Fabri definitio* 9. de commit. ſtipul *declaratur.*
10 *Hotmanni argumenti fallacia detegitur.*
11 *Pœna adiecta quantitati non excedebat legitimum modum vſurarum. & num.* 18.
12 *Pœna adiecta quantitati vſuraria.*
13 *Argumentum pœnæ ad vſuram vt valeat.*
14 *Hotmanni aſſertio quædam publicè perniccioſa.*
15 *Hotmanni falſa illatio.*
16 L. vlt. de eo quod cert. loc. *explicatur, & retorquetur.*
17 L. vlt. de præt. ſtipulat. *ſententia.*
18 *Vſura pœna debitoribus.*
19 *Pœna quantitatis intrà legitimum modum vſurarum non admittitur, niſi creditoris interſit.*
20 *Debitori pœna etiam in mutuo imponi poteſt ex Theologis.*
21 *Quod in foro iudices non admittunt.*
Niſi interdùm facti circumſtantiis arbitrio iudicis.
22 *Indicia expilati libri Senatoris.*
23 *Pariſienſis ordo Ampliſſimus vt probauerit pœnam adiectam quantitati.*
24 *Eiuſdem magnæ Curiæ Senatus conſultum aliud in re ſimili.*
25 *Debitori malo partem remittens poteſt in caſum moræ totum ſtipulari.*
26 *Pœna adiecta quantitati in foro non admittitur.*
27 *Pœnam addi poſſe mutuo impertinens ad id, de quo quæritur.*

HOTMANNVS, vt nouam illam ſuam ſententiam perſuadeat vſuram eſſe id quod intereſt legibus circumſcriptum, & definitum *cit.* ſæpiùs *cap.5. verſ. itaque quemadmodum* & poſt illam P. Gibalinus iiſdem verbis *d. artic.5. num.7. verſ. ſicut igitur.* argumentum ducunt ex his quæ iure ciuili de pœna adiecta obligationibus prodita ſunt, vt ſicut quando pœna in ſtipulationibus adiicitur, circumſcribit id quod peti poterat nomine eius quod intereſt, & tunc non ampliùs attenditur, quid interſit, ſed quæ ſit ſtipulationis quantitas, & conditio: adeò vt quamuis nihil interſit. pœna tamen debeatur *l.37. § alteri ff. de verb. oblig.* Similiter vſura legibus inducta definitaque eſt, vt id quod intereſt circumſcribat, & terminet, neque ampliùs id quod intereſt probare neceſſe ſit. Ità ratiocinatur P. Theologus: Hotmannus verò *d. cap.5. Itaque*, inquit, *quemadmodum pœna quæ ſtipulationibus adiicitur, circumſcribit id quod* 1

eius

*eius intereſt nomine peti poterat &c. ob eamque cauſam non
amplius inſpicitur , quid interſit ſed quæ ſit ſtipulationis
quantitas, & conditio , adeò vt quamuis nibil interſit pœna
tamen debeatur l.ſtipulatio.37.§.alteri. de verb.oblig.ſimili-
ter vſura à legibus inſtituta eſt , vt id quod intereſt circum-
ſcribat,ac terminet : nec amplius id quod intereſt probare ne-
ceſſe ſit.*

2 Verùm hoc argumentum Hotmanni , cui P. Gibali-
nus nimiùm credulus fuit , fallax & perniciosum eſt.
Etenim pœna non tantùm ſtipulationibus factorum, &
rerum quæ certa ſpecie conſtat , ſed etiam ſtipulationi-
bus rerum , quæ in pondere numero , & menſura con-
ſiſtunt , vt pecuniarum , adiici poteſt. Vſura verò ſti-
pulationi facti , & rerum quæ certo tempore , & certa
ſpecie continentur , accedere non poteſt , ſed quantita-
tibus duntaxat , id eſt iis rebus , quæ functionem reci-
piunt , & quæ ad numerum, pondus, & menſuram da-
ri ſolent , vt *ex l.3. §.vlt. ff.de vſur. l.3. § 3. ff.qui pot. in
pignor. habeant.* vt notat Marcus Mant. *in l.lecta.verſ.pœ-*
3 *næ nomine.* & ex Saliceto & aliis dixi *q.38. n.32.* Quare
quod obiicitur adiecta pœna ſtipulationi non atten-
dendum ampliùs quid interſit , ſed quæ ſit ſtipulationis
quantitas, & conditio & pœnã committi,etiamſi ſtipu-
lantis nihil interſit id accipiendum eſt,cùm pœna facto,
vel nõ facto adiicitur,veluti cùm quis promittit aliquid
facere , vel non facere , vt *in l.prædia, & l.Lucius, ff. de
act.empt. l.4. §.Cato, & l.68. ff.de verb.obligat. l.cùm pœ-
na. ff.de recept.arbitr. l.vlt.de prætor. ſtipulat. l.14. Cod.de
pact.* & aliis , Donell. *in l.cum allegas.15. num.5. Cod. de
vſur* & eleganter Cuiac. *in l.7. ff.de ſeru.export.ad Papi-*
4 *nian.* notat pœnam eſſe extrà rem: ideóque pœnæ per-
ſecutionem non eſſe perſecutionem eius quod intereſt,
ſed ſolius vltionis , & *in l.13. §.26. in fin.* vbi reſpon-
dens *ad l. 27. C. de tranſact.* ait hanc pœnam integram
peti poſſe, quia eſt pœna perfidiæ, cuius quantitas non
eſt definita legibus.

Aliud verò dicendum eſt , quando pœna adiicitur
quantitati , & præſertim ſi ex mutuo pecunia debeatur.
5 Hoc enim caſu pœna ſuſpecta eſt , & cenſetur adiecta
vice vſurarum , & in fraudem canonum prohibentium
vſuras : ideóque hoc genus pœnæ meritò abiiciendum
eſſe niſi quatenus interſit, iuriſperiti cenſent, vt Anton.
de Prato vet. inter *conſ.* Alex. 49. *num.* 8. *lib.*4. & Alex.
conſ.ſeq. Ioan. Sichard. *in d.l cum allegas, in fin.* Donell.
ibid. & Mant. *loc.cit.* Præſes Fab. *in notis def.vlt. num.*2.
C.de contr.& committ.ſtipul. Bart Bald.Caſtrenſ. Surd. &
alij , quos recenſui *eod. loc. num* 9. Alex *in d.§.alteri.* &
plerique alij , apud Barboſ. *in l.cùm allegas.num.*8.*C.de
vſur.* vbi refert id lege Luſitaniæ ſancitum eſſe , & *in
comment. lib.5. Decret.tit.de pœn.num 2.in fin.*Farin.*rep.iu-
dic. quæſt.*99.*num.*3. & Zoëſius *ad d. tit. de vſur. num.*5.
6 & 6. Et præſertim cùm pœna illa inſtar vſurarum in
dies,& ex tempore tardioris ſolutionis augetur, & cre-
ſcit , vt *in l.90. ff. de verb.oblig.* Hæc enim pœna vera,
& formalis vſura eſt, vt ibi Cuiacius notat , & ſenſit
Duarenus , dum ait contractum eſſe fœneratitium , &
Rodericus , qui alios refert *quæſt.*3. *num.*8. *lib.*3.& *q.*8.
num. 4. vbi ait in hoc omnes Legiſtas , & Canoniſtas
conuenire , & vbique tenere hanc eſſe veram , meram,
& reprobam vſuram : & fatetur Hotman. *in dict. cap.*5.
verſ. nam ſi pro vſura. vbi ait hoc caſu non tantùm vſu-
ræ naturam verùm etiam appellationem ſuſcipere.
7 Quod etiam ex eo palam eſt , quia non licuit ex iure
ciuili pœnam ex eo quòd debitum tardiùs reſoluitur,
ſtipulari vltrà legitimum modum vſurarum , vt conſtat
*ex l.4.ff.de naut.fœn. l.pœnam. ff.de vſur. & l.13 §.ibidem.
ff.de act.empt. & d.l.cum allegas. C. de vſur.* quæ ait for-
mam iuris non pati legem iſtius contractus vltrà pœ-
nam legitimarum vſurarum poſſe procedere , vt obſer-
uat ipſe Cuiac. *in d. §.ibid.* Lup. *de vſur.comment.*1. §.3.
num. 55. Roderic. *d. quæſt.*8. *num.*4. conſtat igitur pœ-
nam adiectam quantitati apud Iuriſconſultos eſſe loco
8 vſurarum , & eodem iure cenſeri. Vnde meritò rece-
ptum eſt inter iuriſperitos hanc pœnæ ſtipulationem
hodie non valere , niſi quatenus creditoris interſit , vt
docet præ aliis Salicet.*in d.l.cùm allegas num.*11. Anton.
de Prat. veter. *in d.conſ.*49. *num.*9. vbi verba Saliceti ad-
fert , & alij , quos recenſeo *in d. quæſt.* 38. *num.*14. vbi
dixi hanc ſententiam in tribunalibus iudicum receptam
eſſe , vbi obſeruo etiam Rotam Romanam , & Sena-
tum Taurinenſem hoc iure vti. Quod ſequitur etiam
Conſ.Neapol.vt refert Gramm.*dec.*58.*num.*6.& Senatus
Sabaudiæ apud Præſidem *C.de contr.& cõmitt. ſtipul.def.*
9.*num.*3. Quibus accedit Sichard.*loc.cit.* qui tamen lo-
quitur in mutuo : & Conrad.Paul.*in lib.de vſur.cap.*19.
in fin.Verùm, inquit, *cùm hodie vſuræ in Chriſtiana Repu-
blica prorſus eiecta ſint,non tàm ad vocis ſignificationem at-
tendendum eſſe , ne legi ſub nomine pœna vel alio fuco fraus
fiat.* Et congruenter Anton. Mornacius iuris Gallici
peritiſſimus *in l.reſcriptum. § ſi pacto.ff.de pact.& l.* 44.*ff.
de vſur.* obſeruat omnes ſtipulationes pœnales , quæ
quantitati adiectæ ſunt,à Senatu vſurarias iudicari ſole-
re : & rurſus *in l.14.C.de pact.*vbi ait meram vſuram eſſe
non modò ex ſententia Molinæi *conſ.* 14. ſed ex quoti-
dianis Senatuſconſultis.

Obſerua tamen quod dixi *quatenus interſit.*Nam puto 9
recipiendum , quod addit Præſes Fab.*cit.defin.*9.*verſ. An
ergo.* non inutilem prorſus futuram adiectam pœnæ
conuentionem , quia inquit efficiet , vt ſufficiat credi-
tori probare , quod ſua interſit , licèt non probet tanti
intereſſe, quantum in ſtipulationem deductum ſit,cùm
plerumque ob difficultatem probationum id quod in-
tereſt ad exiguam ſummam deducatur , niſi per ſtipula-
tionem taxatum ſit ex conſilio Iuriſconſulti *in l. vlt. de
præt.ſtipul.* Nam repugnat ſæpiùs adducta *l.* 1. *de ſent.
quæ pro eo , quod inter. profer.* quæ iubet id tantùm dam-
num reddi, quod verè datum eſſe probabitur . & indicat
verbum , *quatenùs in l.* 24. *de reg.iur.*& quod ſæpiùs di-
ximus intereſſe probandum eſſe *ex l.* 10. *ff.de eden. & §.
non ſolum.Inſtit.de verb.obligat.*vbi Theophilus ait *neceſſe
eſſe actori probare quanti eius interſit.*& gloſ.*in d.l.cum alle-
gas.in fin.C.de vſur.*quæ concludit , *dic ergò quantum in-
tereſſ.verſ. nihil tamen.* Eſt enim vtraque quæſtio facti,
an interſit , & quatenùs interſit *d.l. quatenus,* vt ipſe ait
in notis *defin.vlt. eod. tit.* Denique , quia admiſſa Præſi-
dis ſententia quantulumcunque intereſſe doceretur, fa-
cilè creditor ſub nomine pœnæ pluſquam eius intereſſit,
conſequi poſſet, vt euerteretur illa ſummo conſenſu re-
cepta concluſio pœnam adiectam quantitati non valere
niſi quatenùs creditoris interſit , vt ſentit gloſ. *loc. cit.*
Cardin.*de tac.& ambig.lib.*14.*tit.*27. *num.*8.& vir clariſ-
ſimus Raph. de Turri *de camb.diſp.*3. *quæſt.* 12. *num.* 48.
Tutius ergò eſt dicere hanc ſtipulationem valere vſque
ad quantitatem duntaxat , quæ probata fuerit interfuiſ-
ſe creditoris. Poteſt tamen recipi ſententia Præſidis in
pœnis , quæ in contractum deductæ ſunt , ſi quid fa-
ctum,vel non factum fuerit , quia vbi facto pœna adie-
cta eſt , nihil aliud inſpiciendum,niſi quænam ſit quan-
titas , & conditio ſtipulationis *l. ſtipulatio iſta. §. alteri.
ff.de verb.obligat.*& notat ipſe Faber *in allegat.d.defin.vlt.
num.*5.

Sed ex his detegitur falſitas , & fallacia Hotmannici 10
argumenti. Quia ſtipulatio pœnæ non adiicitur con-
tractibus , vt circumſcribat id quod intereſt , ſed po-
tiùs ad adſtringendam fidem contrahentium , & vt ma-
gis conſtet rerum contractarum fides ; denique in pœ-
nam perfidiæ, & contumaciæ non facientis promiſſa,vt
conſtat *ex l.14.C.de pact.l.37. C.de tranſact.* & præſtan-
tiſſimè *ex l.Lucius.47.ff.de act.empt.* vbi Paulus ſpeciem
refert , in qua pœnam , & vſuram ſimul deberi reſpon-
det, vt obſeruat ipſe Hotman. *cit.cap.5.verſ. quod ipſum
ſimiliter.* vt dicimus de iureiurando , quo maiores nul-
lum arctius vinculum exiſtimarunt ad aſtringendam
fidem teſte Cicerone *lib.*1.*offic.* quod ex eo patet , quia
pœna committitur , etiamſi nihil creditoris interſit *d.
§.alteri.* & admittit Hotman. *loc.cit.* Præterea quod de 11
pœna

11 pœna dicitur, vt non attendatur ampliùs quid interſit,
ſed quæ ſit quantitas, & conditio ſtipulationis, falſum
eſt etiam iure ciuili, quandò quantitati pœna adiici-
tur, de qua hic agitur, tunc enim deducitur, quod
excedit legitimum modum vſurarum, vt dixi *ex d.l.*13.
§. *ibidem. de act. empt.* & alij proximè adductis, & tra-
12 dit etiam Henricus Zoëſ. *loc. cit. num.* 3. vnde quemad-
modum cùm vſuræ licitæ videbantur, pœna addita
quantitati redigebatur ad modum legitimum vſurarum,
neque vltrà valebat ſtipulatio pœnæ, neque attende-
batur, quæ eſſet quantitas ſtipulationis: ita nunc poſt-
quam omnis omninò vſura meritò damnata eſt, pœna
quoque omnis, quæ ratione tardioris ſolutionis quan-
titati adiicitur vſuraria, & interdicta cenſeri debet.
13 Denique retorquetur argumentum in aduerſarios. Nam
ſi licet à pœna ad vſuram argumentari vt pœna debe-
tur licèt nihil interſit, neque probare opus eſt inter-
eſſe creditoris, ſanè ſequitur vſuram hanc quam pœ-
nam imitari dicunt, & pœnam vocant, infligi, & com-
mitti etiamſi creditoris nihil interſit, & conſequenter
vſuram apud Iuriſconſultos veteres non eſſe mercedem
ſortis conſumptæ cum damno creditoris, de quo diſce-
ptamus.
14 Quod dixi etiam hoc Hotmanni argumentum pu-
blicè perniciosum eſſe ex eo patet, quia hinc aperitur
campus vſuris, quibus potius omnis via intercludenda
eſt, ne ſerpant, & gliſcant inter homines, qui ad
quæſtum, & ſua commoda procliuiores eſſe ſolent,
quam deberent: & de vſuris dici poteſt, quod de ven-
tis Virgil. *lib.*1.

Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant.

Quid enim quæſo eſt dicere vſuram legibus ciuilibus
inductam eſſe, vt circumſcribat, & definiat id quod in-
tereſt, adeóque nihil ampliùs opus eſſe id probare, vt in
pœna proditum eſt, quàm dicere, & edicere vſuras le-
gibus inductas, (inductæ autem ſunt tam ex ſtipulatione
quàm ex mora,) licitas eſſe, & iudices qui iurant in le-
ges, & ſecundùm leges iudicare tenentur Inſtit. *de offic.
iud. in princ.* clauſis oculis, & nulla inquiſitione facta, an
creditoris interſit, vſuras iuxtà formam iuris ciuilis, de-
cernere debere?
15 Illud etiam omittendum non eſt nihil ad rem perti-
nere, quod vterque iiſdem verbis ex præmiſſis infert
inde factum eſſe, vt ſicut id quod intereſt cùm in pœ-
nam petitur pœna nominatur, vt *in l. vlt. ff. de eo quod
cert. loc.* ſic vſura aliquando pœna nominatur, quando-
cunque in pœnam interpoſitæ moræ petitur, vt *in d. l.
lecta. ff. ſi cert. pet. & l. Caius, ff. de vſur.* Quid enim quæſo
facit quod intereſſe vel vſura quandoque pœna dicatur,
ad probandum pœnam vel vſuram circumſcribere, &
16 terminare id quod intereſt, vt contendunt. Imò reſpon-
ſum Pauli *in d. l. vlt.* euertit eorum ſententiam, quia
in hac ſpecie id quod intereſt, quamuis pœna dicatur,
nullis tamen finibus circumſcribitur, & definitur, ſed ar-
bitrio iudicis relictum eſt, vt iudicet quid actoris, vel
rei interſit, quod ex circunſtantiis loci, temporis, aliiſ-
que pendet, vnde hæc actio arbitraria dicitur, quia
non ex lege ſed arbitrio iudicis quanti cuiuſque inter-
ſit, pœna conſtituenda eſt: vt etiam conſtat *ex leg.* 17.
C. de inut. ſtipulat. & l. 10. *ff. de edend.* & verius eſt quod
ſæpiùs diximus intereſſe nulla certa regula definiri, &
terminari poſſe ſanè in ſpecie *d. l. vlt.* quæ nobis obii-
citur, id arbitrio iudicis relictum eſt, vt diximus quare
vt pœna terminet, & definiat id quod intereſt, opus eſt
arbitrio iudicis, qui perpenſis circumſtantiis arbitretur,
& iudicet quid cuiuſque interſit; quod de vſuris nullo
modo dici poteſt, quia non ex arbitrio iudicis, ſed ex
forma ſtipulationis conſtituenda fuit vt *in dict. leg. lecta.
& l. Caius.* in quibus vſura pœna quoque dicitur. Hic
enim creditor de certis vſuris ſibi cauerat, & *in d. l. lecta*
de centeſimis, quæ erant grauiſſimæ omnium, alio-
quin nulla debebatur, & peti poterat vſura *l.* 31. *&* 41.
in fin. ff. de vſur.

Neque eſt contrarium quod dicitur *in d. l. vlt. ff. de* 17
prætor ſtipulat. qui vnus locus primo aſpectu fucum fa-
cere poſſe videtur ad probandum pœnam circumſcri-
bere id quod intereſt. Nam Venuleius ibi tractat de
prætoriis ſtipulationibus, in quibus aliquid fieri pro-
mittitur: deinde ſi factum non erit, inſeritur pœna
certæ quantitatis, quia ſcilicet huiuſmodi ſtipulationes
incertum continent, nimirùm quanti ea res erit, vt
notant *ad h. tit.* Vueſemb. *num.* 8. *verſ. quia verò incertum.*
& Zoeſ. *num.* 2. ideò ad euitandas difficultates probandi
id quod intereſt, placuit licere contendentibus de cer-
ta ſumma conuenire, vel certam ſummam comprehen-
dere, ſi id factum non fuerit, vt Venuleius ait *in d. l. vlt.*
Cuiac. *obſer.* 16. *cap.* 34. Vueſemb. & Zoeſ. *locis cit.* & Car-
neual. *de indic. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 99. Nos verò quæ- 18
rimus de vſura, quæ ex ſtipulatione vel mora accedit
quantitati, quæ licèt pœna interdùm dicatur, & verè
dici poſſit, quia infligitur debitori, & affligit debi-
torem, non ideò minùs vſura eſt cùm nihil creditoris
intereſt, vt ſæpiſſimè contingit vel ipſo P. Gibalino
teſte *lib.* 3. *cap.* 6. *art.* 5. *num.* 8. & proinde hoc ſaltem rectè
Iuriſconſulti cenſuerunt, ne pœnæ huiuſmodi ſtipula-
tio valeret vltrà legitimum modum vſurarum: & re- 19
ctius nunc viri Catholici cenſent, poſtquam nullus
eſt modus, intrà quem vſura licita ſit, ſtipulationem
pœnæ quantitati additam quantulacunque illa ſit, ad-
mittendam non eſſe: & præſertim ſi in dies, & men-
ſes augeatur & creſcat inſtar vſurarum, vt proximè
dictum eſt: & non minùs piè quàm doctè Carneual.
loc cit. num. 100. concludit taxationem intereſſe adiectam
quantitati, ſi deficit probatio, ſolo nomine ab vſuris
differre.

Vt etiam non eſt contrarium, quod plerique docent 20
ex conuentione poſſe imponi debitori etiam ex mutuo
pœnam, niſi die præſtituta debitum ſoluerit, etiam-
ſi nihil interſit creditoris, vt Vgolinus, Arboreus, Binſ-
feldius, Fillincius, & alij quidam *in d. mea quæſt.* 38.
num. 3. *&* 4. & apud Patrem Gibalinum *lib.* 2. *cap.* 7.
artic. 2. *num.* 4. qui rectè hanc concluſionem decla-
rat, dummodò ea conuentio non fiat in fraudem
vſurarum: quòd cùm in foro externo præſumatur 21
ex l. 9. *in princip. ff. de vſur. & l.* 13. §. *ibidem. ff. de act.
empt.* hac ratione ait conciliari poſſe contrarias ſenten-
tias, qui enim negant huiuſmodi pœnam quantitatibus
addi poſſe, loquuntur ex fori externi præſumptione:
qui affirmant, ſupponunt omnem omninò fraudem vſu-
rarum abeſſe, quod quoties ex facti circunſtantiis col-
ligitur, etiam in foro externo probari: deinde totam
hanc controuerſiam arbitrio iudicis relinquere. Menoch.
de arbitr. caſ. 260. *n.* 16. *&* 19. Petr. Gregor. *de vſur. lib.* 2.
cap. 3. *num.* 25. & alios, quos ex meo libro ſuo libro
iunxit omnes me contempto, ex quo profecerat, & inter
alios Felicianum pro Felicio, vt multò magis appareret
illum auctores illos non vidiſſe, ſed ex fide mea illos
protuliſſe. Sunt & alia expilati mei libri indicia, & inter 22
alia, cùm ex Baldo dixiſſem iudicem facti diſceptatorem
eſſe, ille idem ait nulla Baldi, & mei facta mentione, ex
quo diſcere potuit auctores, qui poſt alios ſcribunt, illis,
qui ante ſcripſerunt, ius & decus ſuum tribuere debere.
Neque talis in me fuit. D. Ioann. Anton. ab Eccleſia de-
ſignatus Præſes Nicienſis, qui mecitato id ipſum ſcripſit
obſer. forenſ. par. 1. *cap.* 145. *n.* 12. Incurrent verò ſtatim in 23
oculos legentium, quæ memoro *num.* 19. ex Louetio Ma-
gnam Curiam Pariſienſem confirmaſſe pœnam quinque
ſolidorum in dies ſingulos ob non ſolutam ſua die
penſionem decem aureorum à fratre eius ſorori promiſ-
ſam, dum Monaſterium ingrederetur, præteritarum
tamen pœnarum quantitate ad aureos centum redu-
cta: & quod ex Paponio etiam dixi variè hac de re
Senatum decreuiſſe ex perfidia, & contumacia non
ſoluentium aliiſque rerum, & perſonarum circun-
ſtantiis. Quæ omnia ſine labore vllo Pater Gibalinus
ſibi vendicauit. His addo ſimile cuiſdem ampliſſimi 24

ordinis Senatuſconſultum in deaurato Auditorio inter Baronem Poliniacum, & Tauauanum Dynaſtam Heduum pronuntiatum anno 1606. 3. Iulij, quod refert idem Mornacius *in d. l. 44. de vſur. Iudicatum eſt enim*, inquit, *pœnam mille ducentarum librarum deberi*, nimirùm quia cùm Tauanano quinquaginta librarũ millia deberet Poliniacus, & variis in id per plures annos agitatis litibus, tranſactioni tandem decem & trium millium gratiam Dynaſta feciſſet, ſingulari conuentione adiectum eſt, vt colonus debitoris triginta ſeptem quæ ſupererant, millia intrà tres menſes ſolueret: quod niſi faceret mille ducentas libras pœnæ nomine præſtare teneretur, vt poſt tot innexas moras, & diù tractum negotium frænum iniiceretur debitori. Quod confirmat *ex l. vlt ff. de prætor. ſtipulat. l. 41. ff. pro ſoc.* adiuncta deciſione *l. Iulianus. §. Papin. de act. empt. & l. reſcriptum*
25 *§. 2. Digeſtis de pact.* quibus ego addidiſſem cum Dynaſta Heduus creditor eſſet maioris ſummæ, hanc propriè pœnam non eſſe, ſed ſtipulationem maioris ſortis quam iuſta ratione debitor promittere potuiſſet *argument. l. 9. §. 1. Digeſtis de vſur.* illis verbis, *non enim pœna.* & dictum Ariſtonis *in l. 5. ff. de leg. commiſſ. nihil apud eum remanere oportere ex re, in qua fidem fefelliſſet*: & præſertim ſi vt veriſimile eſt, iureiurando tranſactio confirmata fuiſſet *arg. l. ſi quis maior. 41. C. de tranſact.* & ex Bertaz *ad h. l. num. 645.*

26 Porrò vt redeam, vnde me iuſtus dolor abire coëgit, hoc non eſt contrarium, vt dixit, quia quærimus de externo foro, in quo id genus pœnæ adiectum præſumitur in fraudem vſurarum, vt ex vſu, & arreſtis ferè ſemper in foro Gallicano obtinuiſſe refert Mornac. *in d. l. 44.* & quod perrarò & nonniſi ex magna cauſa, & cum multa cautione recipi, & probari poteſt, vt ego
27 non inutiliter tractaueram *loc. cit.* Quod ergò pœna mutuo addita ſecundum Theologos probari poſſit, etiam cùm creditoris nihil intereſt, perſpicuum eſt nihil pertinere ad id de quo quæritur. Quærimus enim, quod P. Gibalinus propoſuit *num. 4.* an vſura apud veteres omnes Iuriſconſultos quorum reſponſa habemus in Pandectis, quoſque Imperatores æmulati ſunt in ſuis conſtitutionibus, ſit merces, ſeu æſtimatio ſortis conſumptæ cum damno creditoris: & quod idem eſt, an illius vſura ciuilis, & legibus inducta ſit id quod intereſt legibus definitum, quod & Hotmannus tradit etiam *in diſp. de eo quod inter. c. 1. n. 2.* In quo mihi ſufficit dicere id hactenus eos probare non potuiſſe. Et tantùm excutienda ſunt, quæ ex prætermiſſis Hotmanicis P. Gibalinus concludit *num. 8. & ſeqq.* & videndum, an iſthæc illi feliciùs, ſucceſſerint.

SECT. XII.

Excutitur prima P. Gibalini concluſio.

SVMMARIVM.

1 *Gibalini prima concluſio proponitur.*
2 *Reiicitur ab Auctore.*
3 *Pauli ſententia* in §. ſi pupillo. *male intellecta explicatur.*
Iulius Cæſar Antonius Manaſſerus Aduocatus Taurinenſis.
4 *Pauli ſententia ex Baſilicis.*
5 *Vſuræ quæ propter moram infliguntur, lucratoriæ.*
6 *Priuatis non licet addere legibus.*
7 *Auctores iuris ſeparant vſuras ab eo quod intereſt.*
8 *Lucrum negotiationis ab vſura diuerſum.*
9 *Auctores iuris promiſcuè vtuntur nomine vſuræ, & fœnoris.*
10 *Fœnus antiquo iure Romano permiſſum.*
11 *Vſura propriè dicta non diſtinguitur à fœnore.*
Vſura pecuniæ creditæ, & fœnus idem.
12 *Hotmannus diuidit vſuram, vt alia ſit fœnus, alia vſura in ſpecie ſumpta, quæ nomen generis retinuit.*
13 *Vſura ſpeciatim ſumpta vera, & propria vſura, non compenſatio eius quod intereſt creditoris.*
14 *Cuiacij vſuræ diuiſio, quæ probatur Auctori.*
Fœnerari olim palam licuit.
15 *Et vſuras ſtipulari à tempore contractus.*
16 *Dilatio ad ſoluendum intermiſſio vſurarum, ſed non minus vſura.*
17 *Vſuras grauiores ſtipulari, ſi minores non ſoluerentur, licuit.*
18 *Debitum vſurarium, licèt ex conuentione vſuræ tantùm poſt moram currant.*
19 *Hotmannus duas ſpecies fœnoris poſuit.*
20 *Hotmanni vnus error. P. Gibalini duo.*
21 *Hotmanni locus, quem Gibalinus tranſtulit.*
22 *Hotmannus admittit fœnus eſſe etiamſi poſt moram quis vſuras ſtipulatus fuerit.*
23 *Gibalini illatio mala.*
24 *Iuriſconſulti non probant vſuras ex pecunia credita poſt moram.*
25 *Mora in ſtrictis iudiciis non ſufficit, vt vſuræ debeantur.*
26 *Salmaſio vſura omnis compenſatoria.*
27 *Cuiacij locus pro aduerſariis.*
28 *Cuiacij locus explicatur.*
29 *Intereſſe probandum.*
30 *Vſuras vt intereſſe peti poſſe, inepta loquendi formula Auctori.*
Photius Patriarcha primus docuit licitum eſſe exigere vltrà ſortem id quod intereſt.
31 *Cuiacij locus excutitur, & notatur.*
32 *Vſuræ certæ, & vniformes Intereſſe incertum varium.*
33 *Vſura, quæ in regionibus frequentantur, vera vſura.*
34 *Cuiacius confundit intereſſe, & vſuram.*
35 *Vſura, & id quod intereſt in iure diuerſa.*
Cuiacius rectè ſeparat vſuras, & id quod intereſt.
36 *Vſuræ in iudiciis bonæ fidei infliguntur propter moram de iure ciuili.*
37 *Mora non ſufficit, vt intereſſe debeatur.*
38 *Vſura, & id quod intereſt debentur ex mora, nec tamen ſunt idem.*
Forcatulus prælatus Cuiacio.
39 *Vſura, & intereſſe pœna, neque tamen idem.*
40 *Vſura certos fines excedere non potuit, intereſſe potuit.*

AD noſtram igitur diſputationem propriùs accedendo P. Gibalinus ex his quæ ex Hotmanno ſumpſit primùm *cit. artic. 5. numer. 8.* dixit. Vſuras antiquo Pandectarum iure permiſſas non eſſe lucratorias, & 1
pro ſolo vſu rei mutuatitiæ exactas, quas hactenùs reiecisse ait: ſed compenſatorias, & punitorias propter damnum illarum creditori reparandum aut moram ipſi noxiam reparandam. Ita docere Ioann. Bapt. Lupum *comment. 3. de vſur. à num. 18.* idque ſatis euidenter oſtendiſſe ex his, quæ hactenus examinauimus. Vnde illa ſæpiùs adducta Pauli ſententia *in d. l. cum quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſur.* Hinc illa vſuræ propriè dictæ, & fœnoris diſtinctio: fœnus verò, quod ex ſtipulatione debetur, non fuiſſe probatum veteri illo iure, niſi quatenùs compenſationis quodam colore & prætextu tegebatur quaſi in pœnam, commiſſæ moræ: ideóque pœna dicebatur, quod duobus modis fiebat. Primo ob non redditam ſua die ſortem, vt *in leg. lecta. 40. ff. de reb. cred.* Secundo cum maiores vſuras quis ſtipulabatur, ſi minores ad diem præſtitæ non fuiſſent, vt *in l. 11. & 12. ff. de vſur.* Ita P. Gibalinus.

Ego verò dico verius eſſe, & apertiſſimè conſtare ex 2
illis Papiniani, & aliorum veterum reſponſis, quæ ſuprà expendimus *ſect. 4.* vſuras fœnebris pecuniæ permiſſas fuiſſe, & antiquo illo iure licuiſſe pecunias fœnori dare, & vſuras ſtipulari lucri cauſa, & non tantum à

die

die moræ ſed etiam ab ipſo die interpoſitæ ſtipolatio-
nis, quamuis nihil, vel minus intereſſet creditoris. Ob-
ſerua tamen me non dicere vſuras iſtas ſiue ex ſtipula-
tione ſiue ex mora decernerentur, iuſtas fuiſſe, & leges
id ſancientes iuſtas & validas eſſe, nunc enim, tantùm
quærimus, quid ius Iuſtinianeum de vſuris ſtatuerit. Et
hoc iure dico vſuras veras, & proprias probatas, &
permiſſas fuiſſe, idque euidenter *ex l. 9 ff. de vſur. dict.*
leg. 11. & 12. quæ nobis obiiciuntur *leg. 29. & 35. Di-*
geſtis eod. tit. l. 4 de nautic. fænor. l. 13. §. ibidem, ff. de
act. empt. leg. 37. ff. de negot. geſt. & ex conſtitutionibus
etiam, vt *ex l. 1. & l. 26. C. de vſur. & l. 3. Cod. ſi cert.*
pet. & aliis adductis *d. ſect. 4. num. 2. & ſeqq.* quas ſuper-
fluum eſt hic repetere: vt etiam ea quæ diximus *ſect. 2.*
n. 1. & 2. & proinde leges, quæ huiuſmodi vſuras per-
mittunt & iubent, iniquas eſſe, & nullam vim hodie ob-
tinere, vt eſt communis catholicorum auctorum, &
iudicium ſententia.

3 Neque mouet tam ſæpè iactata, & malè intellecta
Pauli ſententia *ex d l. 17. Vſura non propter lucrum peten-*
tium ſed propter moram non ſoluentium infliguntur, quia ſuf-
ficit, quod dixi in hac ſpecie vſuras eſſe lucratorias,
alioquin malè & ineptè Paulus dubitaret ex eo, quòd
minoribus aduerſus omiſſum & interceptum lucrum re-
ſtitutio concedatur, vt oſtendimus *ſect.......numer........*
& hanc eſſe huius loci ſententiam conſtat *ex lib. 23. Ba-*
ſilic. tit. 3. l. 17. §. 3. quem poſtquam id ſcripſeram mihi
commodauit D. Iulius Cæſar. Anton. Manaſſerus Tauri-
nenſis Senatus Patronus diſertiſſimus, quo loco Pauli
ſententia congruenter meæ interpretationi his verbis
expreſſa eſt, vt nouiſſimè latinè vertit D Fabrotus An-
4 teceſſor Aquiſextienſis. *Si pupillo non habenti tutorem*
hæres fideicommiſſum non ſoluerit, vſuras eius non debet.
Quamuis enim regulariter dicamus minoribus etiam in his
ſuccurri, quæ non adquiſierunt, vſura tamen non propter
lucrum petentis inducta ſunt, ſed propter moram non ſoluen-
tis. Idem eſt & in eo, cui ſolui non potuit, quod abeſſet
reipublicæ cauſa, & in omnibus qui ex iuſta cauſa reſti-
tuuntur. & apertius etiam ſcholion ad hunc locum. *Pu-*
pillo tutorem non habenti fideicommiſſum relictum eſt. Hæ-
res enim non ignoraret fideicommiſſum pupillo ſine tutoris au-
ctoritate non rectè reſtitui moram fecit in reſtituendo fidei-
commiſſo. Quæſitum eſt an moram feciſſe videatur, Pau-
lus negat. Idem eſt, licèt ei, qui reipublicæ cauſa, vel ex
alia iuſta cauſa abeſt, fideicommiſſum relictum ſit. In his
enim caſibus hæres omni culpa caret. Nec quiſquam dixerit.
Atqui Prætor ſuccurrit minoribus per reſtitutionem non ſo-
lùm cùm læduntur, ſed & cum non lucrantur cùm lucrari
poſſent. Idemque auxilium hic etiam eis indulgendum eſt, vt
quamuis hæres moram non fecerit ſic petatur fideicommiſſum,
quaſi moram fecerit. Hoc tamen dicit, quòd vſura propter pæ-
nam ceſſationis inducta ſunt, non propter lucrum alterius. Nec
igitur rationem habet, vt hæres qui non ceſſauit in ſoluendo fi-
deicommiſſo vſuras præſtet. His igitur vera apparet noſtra
interpretatio vſuras ſcilicet minori, quãuis hic de lucro
ageretur & ei in lucro regulariter ſuccurratur, non de-
beri, quia hæres in ſoluendo morã non fecerat. Nihil igi-
tur niſi fragile, & arundineum, vt Rodericus loquitur,
5 hinc aduerſarij dedocere poſſunt. Imò ex hoc loco iux-
ta interpretationem Græcorum, quibus potiùs ſtandum
eſt, conſtat apertiſſimè vſuras huiuſmodi, quamuis pro-
pter moram infligerentur, locratorias fuiſſe: neque
minùs tales eſſe, quòd non propter lucrum ſed pro-
pter moram inductæ ſint. Et ratio euidens eſt, quia
non minùs augebant ſubſtantiam creditoris, & mi-
nuebant rem debitoris, & comperi obſeruaſſe Laurent.
de Rodulph. *q 47. num. 25.* vbi ait vſuras ex mora hodie
non deberi his paucis verbis, *quin ad quæſtum &*
rectè hoc Salmaſ. *lib. de Trapez. fæn. fol 83. Ipſa illa,* inquit
vſura pænales, ſeu punitoria, ex quo pæna lex commiſſa eſt, in-
cipiunt eſſe lucroſa ex mora ſolutionis, quæ antea erant ſteri-
6 *les, id eſt gratuita.* Vnde dictum illud Pauli interpretari, vt
interpretatus eſt Hotman. *in epiſt. n. 12.* propter moram id
eſt, propter id quod intereſt, non eſt interpretari, ſed
aliam legem facere, quod priuatis non licet, & reperam
hic quod clariſſimus Theologus Lugdunenſis obiiciebat
Salmaſio, quòd legibus adiiceret, quæ illius ſententiam
confirmarent. Quod etiam reiiciendum eſt, quia præter- 7
quàm quod *in d. §. ſi pupillo.* nullum eſt veſtigium eius
quod intereſt, vt etiam in Baſilicis, & Scolio ad eundem
locum: multis iuris locis conſtat, quoties iuris auctores
ſentiũt vſuras venire, quaſi id quod intereſt, id cõſtanter
expreſſiſſe, vt *in d. l. 2. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc. l. 4. in fin.*
ff. de pign. act. l. 1. ff. de act. empt l. 27. ff. de ædil. edict. l. 60 ff.
pro ſoc. & aliis, in quibus vſuræ ſeparantur ab eo quod
intereſt, quas hic ſuperfluum eſt repetere, & addo nunc 8
inſignem textum *l. 58. ff. de admin. tutor. in princ.* In qua
cùm quæreretur, an Pamphilus, qui negotiationem no-
mine impuberis, & poſt eius pubertatem exercuiſſet,
cùm incremento negotiationis, vel ad computationem
vſurarum, *vt in iudicio tutelæ ſolet,* rationes reddere te-
neretur, & reſpondit Scæuola ad computationem in-
crementi reddere debere, *quia* vt ibi ſubiicitur, *lucrum*
ex tutela facere non debet. qui tamen *in l. 47. §. penult.*
eiuſd. tit. in alia ſpecie reſpondit pupillo vſuram non
compendium negotiationis præſtandum eſſe, his tamen
duobus locis conſtat Iuriſconſultos vſuras ab incremen-
to, ſeu lucro, & compendio negotiationis ſeparare, &
vſuras de quibus hic agitur, lucratorias fuiſſe non com-
penſatorias eius quod intereſt: & obſerua quæſo illa
verba Scæuolæ *in d. l. 58 vt in iudicio tutelæ ſolet.* haberi
ſcilicet rationem vſurarum.

Et multò minùs mouere debet, quod ſubiicit, *Hinc* 9
illa vſura propriè dicta & fænoris diſtinctio. Nam præter-
quam quod iuris auctores, de quorum ſententis quæ-
rimus, id eſt, quid de vſuris ſenſerint, his nomini-
bus promiſcuè vtuntur, vt Papinianus *in l 9. ff. de vſur.*
& l. 4. ff. de nautic. fæn. cæterique vt *in l. 6. ff de pollicit.*
l. 10. & 16. & rurſus *in l eos C. de vſur.* vt etiam Patres, &
nominatim D. Auguſtin. *in d. c. quid. dicam,* & pleriſ-
que locis vſuras vocant id quod fænus eſt, vt *in l. qui*
ſemiſſes, ff. de vſur. & l. 1. 2. 8. & aliis fere omnibus
legibus *C. eod.* etiam hac diſtinctione admiſſa, non inde
ſequitur vſuras lucratorias antiquo illo iure permiſſas
non fuiſſe. Et præſertim quia tot in contrarium ex- 10
tant in iure noſtro expreſſa Iuriſconſultorum reſponſa,
& conſtitutiones de ſtipulatione vſurarum, etiam cen-
teſimarum, vt ſine rubore nemo id inficiari poſſit.
Quod & Hotmannus non negauit *in epiſt. de vſur. nu-*
mer. 23. vbi ait dubium non eſſe iure Romano fænus
exercere omnibus licuiſſe præterquam Præſidibus, &
rectoribus prouinciarum, & deinde *num.* 28. fænus iu-
re illo probatum eſſe & rurſus *quæſt.* 40. tradit leges
Impp. Chriſtianorum fænerationem permittere, quam-
uis ipſe non probet. Quod etiam conſtat ex illo iam
adducto Balſamonis ſcholio *ad cap.* 14. D. Baſilij ad Am-
phil. vbi ait leges ciuiles permittere laicis ad vſuram
mutuo dare, id eſt fænerare pecuniam vt non immeri-
to ſcribat Bachonius ad Weſembec. *de vſur. num.* 10. an
licuerit centeſimis fænerari, ineptam quæſtionem eſſe.
Certiſſimum igitur eſt vſuras etiam fænebres, vel vt
congruentiùs loquamur, vſuras pecuniæ fænebris anti-
quo illo iure permiſſas, & licitas fuiſſe, quæ procoldu-
bio propter lucrum, & cauſa lucri à fæneratoribus agi-
tabantur.

Præterea ſi dixero P. Gibalinum malè diſtinguere 11
vſuram proprie dictam à fænore; rogo eum ne mihi
iraſcatur. Nam præterquam quod certum eſt Iuriſcon-
ſultos cùm veteres, tùm recentiores his nominibus pro-
miſcue vti, vt proxime dictum eſt, ſi volumus ali-
quam vſuram proprie dictam agnoſcere (loquor de
vſura, vt eſt incrementum ſortis, non in eo ſenſu à quo
Cicero dixit vſuram lucis, vſuram vitæ,) illam non
diſtinguemus à fænore. Quid enim aliud eſt vſura
proprie dicta quàm fænus? male igitur, vt malæ cau-
ſæ ſuccurratur, dicitur, *Inde illa vſura propriè dicta.*

& fœnoris diſtinctio. Vſura enim propriè ſumpta analo-
gi..is, & analyticis vſura propria eſt, quæ ſcilicet ac-
cedit mutuo vltrà ſortem: imò ſi illis credimus, plus
habet rationem vſuræ. Ita enim apud Raudenſem *lib.
de Analog. cap 6. num. 9.* docet ille Molinæus *in lib. de
vſur. num.* 4. vbi adfert legem 27. *ff. de pact. l. rogaſti, §.
ſi tibi, ff. ſi cert. pet. & l. lecta, ff. eod. tit.* idem tradit Lu-
pus *comment. 1. §. 2. num. 15. verſ. propriè autem*, & Rau-
denſ. *loc. cit.* vt etiam Conrad. Paul. *de vſur. cap. 7. verſ. ca-
terum in fin.* Scaglion. *ad tit. M. Cur. 20. & 21. n. 4.* Vom-
hagenſ. *cap. 4. num* 37. vbi totum Molinæum refert. Vſu-
ra igitur propriè ſumpta ex ſententia eorum, imo om-
nium vera & propria vſura eſt, quippe quæ accedit mu-
tuo vltrà ſortem, & eſt accepti mutui fœtus & Græcis
τόκος quaſi partus mutui ſumpti; vt Nonius ait *lib. 5.* &
conſequenter idem omnino eſt cum fœnore, quod nihil
aliud eſt, quàm vſura pecuniæ creditæ, vt indicat *l. 11. ff.
de vſur. & l. 6. in princ. ff. de naut. fœn.* Proinde qui fœnus
damnat, vſuram etiam propriè ſumptam damnare co-
gitur, vel ſibi contradicere.

Hinc etiam conſtat difficile eſſe, quod vir eximius
paulo ante ſcripſerat fœnus eſſe vſuram lucratiuam, &
quæſtuoſam, quod ob ſolum quæſtum fœneratitium
exercebatur: vſuram vero reſpicere compenſationem
damni quod obtingit creditori ob mutuationem ſuæ
pecuniæ, & eius quod intereſt ſua pecunia caruiſſe ſunt
illius verba, quæ ni fallor, ſunt Hotmanni. Sed hæc
omnia gratis proiiciuntur. Cedo enim huius rei vel le-
gem, vel rationem, vel auctorem excepto Hotmanno,
& Galleſio, qui ab Hotmanno deceptus eſt. Fœnus,
inquiunt, reſpicit lucrum creditoris: vſura reſpicit id
quod eius intereſt ſua pecunia caruiſſe. Ergo vocabula
ſaluant conſcientiam & ius in verbis poſitum eſt, itaque
qui trientarium fœnus ſtipulatur, rem illicitam facit:
qui de trientibus vſuris ſibi cauet, licitam; denique
quod Paulus ait *in d. l. 6. Fœnerator pecuniam vſuris ma-
ritimis mutuam dando*, &c. intelligere debemus de vſu-
ris, quæ ſpectant id quod intereſt creditoris, quem
proinde Paulus inciuiliter, & iniurioſè fœneratorem
nuncuparet, cùm fœneratio etiam illo æuo parùm ho-
neſta haberetur, vt alio loco diximus congruenter. Idem
Paulus *in d. l. 11. ff. de vſur. Gaius Seius, qui rempublicam
gerebat, fœnerauit pecuniam publicam ſub vſuris ſolitis*, &c.
Sanè nemo dixerit Gaium Seium, qui pecuniam Reipu-
blicæ mutuam dedit ſub vſuris ſolitis, reſpexiſſe id
quod Reipublicæ intereſt, ſed potiùs pecuniam collo-
caſſe vt pareret vſuras vt olim ex officio tenebantur, qui
ciuitatum rem gerebant. Et ne aliquod perfugium præ-
beat illud, *fœnerauit*, hoc præcludit *l. ſi bene 33. ff. eod.*
quæ ait bene collocatas eſſe publicas pecunias *maximè
ſi pariant vſuras.* Quis dixit vnquam vſuras iſtas eſſe
compenſatorias, & diſtingui à fœnore? Nulla igitur di-
ſtinctio fingenda eſt inter fœnus, & vſuram pecuniæ
creditæ. Idem prorſus eſt pecuniam dare fœnori, vel
fœnerare, & pecuniam credere ſub vſuris. Vnde D.
Ambroſ. *lib. de bon. mort. in fin. ſi quis vſuram acceperit,
rapinam facit, vita non viuit.* Quis dicet vſuram hic eſ-
ſe compenſationem eius quod intereſt creditoris. In
eodem ſenſu fœnus, & vſuram ſumpſere Patres, repe-
tere enim cogor, vt D. Auguſtinus *in epiſt. ad Macedon.*
Denique ne in re leuiſſima nimius ſim, id euincunt
vulgares omnes vſuræ definitiones, quæ cùm vſuram
intrà fines mutui, & pecuniæ creditæ reſtringant, ſunt
definitiones fœnoris, vt obſeruaſſe dixi Duarenum *de
vſur. capit.* 1. & ſcribit ipſe Hotmannus *dict. cap. 1. in
fine.* & apertiùs ipſe Gibalinus in ea, quam commen-
tus eſt, Vſura ſeu fœnus inquit, eſt, &c. niſi dicat ſe
definire vſuram impropriè ſumptam, quod non puto.
Perſtandum igitur eſt in noſtra ſimplicitate, &
dicere vſuram pecuniæ creditæ, & fœnus non diſtin-
gui, & ſiue fœnus, ſiue vſuram appelles, rem illicitam
eſſe.

12 Sed fortaſſe dicet aliquis illum pro vſura propriè
dicta intelligere vſuram in ſpecie ſumptam, & quæ in
generis ſui appellatione conſiſtit, quam à fœnore di-
ſtingui Hotman. *d. cap.* 1. & Borcholt. *cap. 2. num. 1.
& 6.* Cuiac. *in par. ff. de vſur. in fin. & nautic. fœn.* Treut-
hler. *diſp. de vſur. theſ. 1. & 2.* aliique recentiores. Verùm
tametſi concederem inter hæc aliquod diſcrimen eſſe,
non tamen admiſero iſthæc ſpecie, & natura differre,
vt iam ſatis demonſtratum eſt *ſect. 1. num. 30. & ſeqq.* &
in notis ad Galleſ. *par. 2. ſect. 2. num. 36.* Etenim ſi qua
diſtinctio eſt, ex eo tantùm eam deducunt, quod fœ-
nus accedat pecuniæ creditæ, vſura verò pecuniæ ex
aliis cauſis debitæ; veluti ex legatis, & contractibus
bonæ fidei, vt congruentiùs iuri ciuili explicant Cu-
iac. & Borcholt. *loc. cit.* & Treuthler. *d. Theſ.* 2. &
quam Borcholten obſeruat nuſquam fœnus appellari.
Quamobrem vſura hæc in ſpecie ſumpta, & quam no- 13
men generis retinuiſſe iactant, tametſi non accedat
pecuniæ creditæ, vſura quoque vera, & propria eſt,
ſiquidem accedit ſorti ex mora, vel ex conuentione
etiamſi creditoris nihil interſit. Infligitur enim & præ-
ſtatur ex iuris ciuilis norma ex eo tantùm quod tardius 14
ſoluitur, & propter moram non ſoluentium, vt dixi-
mus ex ſæpius adducta *leg. 3. Codice in quibus cauſis in
integr. reſtitut. non eſt neceſſ. l. 17. §. ſi pupillo, & §. fiſcus,
ff. de vſur. leg. 1. §. 15. ff. vt legat cauſ. caueat.* & aliis: in-
ſtarque fœnoris tantò altiùs attollitur, increſcitque
quantò origo eſt remotior, vt de vſuris Lugdunenſibus
quæritur Mornac. *in tit. ff. de vſur.* ſiue ex ſtipulatione,
vel pacto, ſiue ex mora currere incipiant donec ſortem
æquauerint. Nam quod de vſuris mutuæ pecuniæ iu-
re ciuili cautum eſt, ne duplum excederent, id etiam
de vſuris, quæ ex contractibus bonæ fidei & aliis ca-
ſibus exigebantur, à Iuſtiniano ſancitum eſt *in l. penult.
Cod. de vſur.* qui & iiſdem modum eundem cum vſuris
fœnebris pecuniæ præſcripſerat *in l. 26. §. 1. verſ. cæteros
eiuſd. tit.* Vtrumque ergo genus Iuſtinianus eodem modo
& iiſdem finibus cohibuit, & merito, quamuis debuit
hoc totum malum à republica auertere, & quicquid eſt
vſurarum prohibere. Vtraque enim improba eſt, tametſi 15
fœnus improbius, certè auidius videri poſſit. Quod tota
hac mea dialexi etiam iis, qui rerum diuinarum ſcien-
tiam profitentur, perſuadere conor, vt tandem à cognitis
erroribus diſcedant. Conſtituamus igitur vſuram in
ſpecie vt volunt ſumptam veram, & propriam vſuram
eſſe tametſi ex aliis cauſis & caſibus quàm mutui pro-
ueniat, cùm ex indulgentia iuris ciuilis ex mora, vel
ex conuentione exigitur, quoties nihil intereſt credito-
ris ſibi moram factam fuiſſe, vt non rarò contingit:
quidquid vafrè, & pernicioſè Hotmannus tentet, à
quo, quod nollem, Pater Lugdunenſis deceptus eſt 16
vel decipi voluit, vt etiam Galleſius eo, quem retuli-
mus loco. Hotmannus enim *locis cit.* & rurſus *in com-
ment. vocabulor. iuris* tradit, vt dicebam, vſuram dupli-
cem eſſe, alteram in generis ſui nomine conſiſtere, al-
teram fœnus vocari: malè autem & vafrè inde ſubiicit,
*Vſuram ſpeciatim ſumptam eſſe compenſationem eius quod in-
tereſt creditoris vſu caruiſſe ſua pecunia, dum ea debitor
vteretur*, quia compenſatio eius, quod intereſt, res alia
eſt, id eſt id quod intereſt ſeu διαφέρον, vt Theophilus,
Balſamon, Harmenopulus & alij Græci loquuntur non
τόκος vel vſura, vt conſtat, cogor enim repetere *ex d.
l. 2. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc. l. vlt. ff. de peric. & commod. rei
vendit.* & aliis, in quibus vſura ſeparatur ab eo quod in-
tereſt, vt etiam à compendio negotiationis. Inepta eſt
igitur hæc diuiſio, vt quæ ſub genere vſuræ, dato quod
genus ſit, ſpeciem reponat, quæ non eſt vſura. Rectiùs
& congruentiùs iuri ciuili, de cuius ſententia quæri-
mus Cuiacius *ad tit. C. de vſur. Vſura*, inquit, *eſt reditus
pecuniæ creditæ quæ debetur à tempore contractus, vel à tem-
pore moræ in diem quo ea pecunia ſoluatur. Et à tempore con-
tractus, quod fœnus propriè dicitur. Vel à tempore moræ in bo-
næ fidei iudiciis, etiamſi reuera nihil interſit actoris.* & in *l.
lecta*, ff. ſi cert. pet. *Vſuræ*, inquit, *vel infliguntur propter
lucrum*

lucrum creditoris, vel propter moram debitoris d. §. ſi pupillo. *quæ propter lucrum propriè fœnus vocantur, & debentur ex die contractus quæ propter moram infliguntur non debentur ex die contractus ſed ex die moræ.* Quod repetit *in l. 90. de verb. oblig. Duplex autem eſt vſura. Alia propter quæſtum infligitur, quæ fœnus appellatur. Alia propter moram quæ pœna dicitur, & cedit ex tempore ſolutionis* l. lecta. de reb. credit. *vtraque eſt menſtrua, vtraque currit lite conteſtata id eſt non ceſſat.* Quamuis ergò demus & annuamus, vſuram & fœnus diſtingui, non inde ſequitur vſuram in ſpecie ſumptam eſſe compenſationem eius quod creditoris intereſt, vt indicant verba illa Cuiacij, quæ ſuprà poſui, *etiamſi reuera nihil interſit actoris.* & quæ diſertiſſimè docuit *in l. vlt. de eo quod cert. loc. col. 3. verſ. Nam & hoc caſu.* vbi diſtinguit vſuras, quæ veniunt in iudiciis bonæ fidei, ab eo, quod intereſt, quod venit in actione arbitraria ratione loci, vel temporis. Et Cuiacio hic potiùs quam Hotmanni argutiis, & imaginatiis coniectationibus credendum eſt ita vſurariam labem ſubdolè & malitioſè inſinuantis.

14 Neque aſſentior P. Gibalino, dum ait fœnus, quod ex ſtipulatione debetur, non fuiſſe probatum veteri illo iure, niſi quatenus compenſationis quodam colore, & prætextu tegebatur, quaſi in pœnam commiſſæ moræ, quod præterquam quod hoc gratis dicitur, eſt Hotmanni *in epit. num. 21.* manifeſtè refellitur *ex d. l. 1. & pen. C. de vſur. l. lecta in fin. ff. de reb. cred. l. 7. §. quoties, ff. depoſ. l. 135. de verb. obligat. l. 9. & 12. ff. de vſur.* ex quibus, & aliis conſtat licuiſſe ab initio, & ab ipſo die contractus palam vſuras ſtipulari vt tradit Cuiac. *loc. cit.* & quia etiã nonnunquam repræſentabantur vſuræ veluti *in l. 4. §. vlt. & l. 57. ff. de pact. l. 122. ff. de verb. oblig. l. 2. §. non malè. ff. de dol. except.* & notat ipſe Hotman *loc. cit. num. 6* & ipſe Gibalin. *lib. 1. cap. 6. art. 1. num. 4.* Quæ cùm palam fierent & Iuriſconſulti, qui oracula ciuitatum videbantur, probarent, & nulla lex eſſet, quæ id vetaret, quid opus erat prætextu compenſationis vel alio colore id tegere, vel ſimulare?

15 Nec aliud ſuadere debent *l. lecta* 40. *de reb. credit.* & aliæ, quibus probatur conuentio, vt non ſoluta ſorte præſtituto die certæ vſuræ præſtarentur, quia non inde ſequitur ab initio, & in ipſo contractu liceret creditoribus vſuras ſtipulari, donec pecunia redderetur, vt in pecunia fœnebri vſitatum fuit, & grauiter conqueritur D. Ambroſ. *in lib. de Tob. capit. 13.* & ſatis indicat illa eadem *lex 40. in fine.* illis verbis, *ex die interpoſita ſtipulationis* ad quam id nominatim Stephanus notat in Baſil. *Schol. poteſt tamen quis*, & *dict. l. 1.* 16 *& 26. Codice de vſur.* & aliæ ſanè plurimæ proximè relatæ. Et tantum hoc intererat, quia modicum de iure illo ſuo decedere creditor contentus erat, & vt pecunia durante illo tempore & interuallo eſſet immunis ab vſura. Illa igitur dilatio fuit intermiſſio vſurarum. Cæterùm cùm ipſo illo tempore vſuræ currerent ratione ſortis & temporis, & in dies increſcerent, non minus dum currere cœperant, & currebant, lucratiuæ, & fœnus dici poterant, quàm ſi ab initio currere cœpiſſent: & præſertim quia vſuræ, de quibus in ſpecie *dicta leg.* 40. conuenerat, erant vſuræ maximæ, id eſt centeſimæ, vt ibi obſeruat Cuiacius ex illis verbis *inque denarios centenos denarios ſingulos.* & Borcholt. *cap 4. num. 3.* Quis dicet vſuras centeſimas, quæ erant vſurarum maximæ apud veteres Iuriſconſultos & mutuum dantes palam ſtipulabantur, non fuiſſe lucratiuas?

17 Vt etiam nihil mouet, quod ait licuiſſe maiores vſuras ſtipulari, ſi ad diem minores ſolutæ non fuiſſent *ex d. l. 11. & 12. Digeſtis de vſur.* quia ſufficit mihi vt liceret minores ſtipulari apertè, & ſine prætextu moræ, vel compenſationis, vt iiſdem legibus manifeſtum eſt: & luculentiùs apparet *ex d. l. 9. eiuſd. tit.* vbi Papinianus ait, cogor enim id repetere, hoc non eſſe pœnam ſed fœnus vberius ſortis. Nemo autem dixerit, vt quod creditoribus licuit ſub ea conditione ſtipulari, id etiam illis non licuiſſe ſine illa conditione cauere, ſi ita conueniſſent. Alioquin nec etiam ſub illa conditione hoc illis licuiſſet. Neque enim poterant modum legitimum excedere, *l. ſolutum, §. ſine autem, ff. de pign. act. l. placuit. & l. vſuras, ff. de vſur. l. ſi non ſortem, in princip. ff. de condict. indeb.* & aliis apud Borcholt. *cap. cit. num. 1.*

Denique tametſi his duobus modis de vſuris conuentum eſſet, non ideò minùs debitum erat vſurarium, 18 & contractum fœnus, vt ſatis indicat *d. l. 9 de vſur.* & potuit id ab ipſo Hotmanno diſcere, qui *in cit. epitom. n. 7. & 21.* ex quo loco P. Gibalinus profecit, illas duas ſpecies ad fœnus, & fœnerationem pertinere docet. Quem auctorem tantùm proferre poterat, vt oſtenderet fœnus veteri illo iure probatum fuiſſe ſub prætextu, & colore quodam moræ, & compenſationis: tametſi cautior hac in re Hotmannus fuerit, & magis ex legibus ſcripſerit. Hotmannus enim duas ſpecies fœnerationis 19 conſtituit vnam per quam de lucro & quæſtu ex die numerationis conuenit: alteram per quam lucrum illud non apertè tanquam quæſtus exigitur, ſed compenſationis quodam colore, & prætextu tegitur quaſi in pœnam admiſſæ moræ, & hoc duobus modis fieri conſueuiſſe probat ex legibus. Admittit igitur hoc quoque fœnus eſſe, tametſi cùm his duobus modis agitaretur, quodam veluti colore commiſſæ moræ obtegi videretur. Theologus verò, qui ex loco Hotmanni profecit, quamuis eum diſſimulet, vtitur enim in iiſdem ferè verbis, & legibus omnibus ab Hotmanno priùs relatis, dicit *fœnus non fuiſſe probatum veteri illo iure*, niſi quatenus compenſationis quodam colore & prætextu tegebatur, quaſi in pœnam admiſſæ moræ, & ceſſationis, ideóque pœna dicebatur quòd fiebat duobus modis, quos recenſui *ſupr. num. 16.* In quo ambo errarunt, & 20 vir Theologus multò magis. Hotmannus quidem, dum ait in illis duobus fœnerandi modis fœnus colore moræ, & compenſationis tectum & fucatum fuiſſe, quia verius eſt in illis legibus, & præſertim *in d. l. lecta.* fœnus quoque imprudenter, & apertè ſe prodere, nec villo colore vel moræ, vel compenſationis contrahentes illud fucare, & ſubtegere cogitaſſe, ex quo fit vt Iuriſconſulti, qui propriis nominibus vti ſolent, hoc quoque genus fœnus vocent, vt Papinianus *in l. 1 §. pacto. de pignorib. & in l. 9. §. 1. de vſur.* Imò in his modis maior malitia, & fraus fœneratorum latere potuit, vt ſunt ſcilicet eorum beneficia, nempe vt allicerent egentes pecunia ad eam ſumendam fœnore, eóſque ſuis veluti obligationis vinculis irretirent. Scimus enim debitores, & præſertim qui pecuniam ſumunt fœnore, ceſſare vt plurimum, neque ſua die ſoluere quod debent, nempe rebus ſuis magis quàm in eis eſt, confidere ſolitos, vnde Zaſius in notis *ad h. l.* obſeruat auſteritatem, vt loquitur, creditoris. Et contra Hotmannum illud etiam facit, quia cum fœnus iure ciuili probatum eſſet, vt ipſe admittit *loc. cit.* nihil opus erat illud moræ, & compenſationis colore, & inuolucris obtegere. Gibalinus verò dupliciter fallitur, dum non benè perſpecta Hotmanni ſententia putat fœnus iure ciuili probatum non fuiſſe, niſi in pœnam admiſſæ moræ, & niſi prætextu compenſationis tegeretur, quia verius eſt fœnus iure ciuili probatum fuiſſe etiam nullo interpoſito compenſationis fuco, & cum ab initio, & à die interpoſitæ ſtipulationis vſuræ deberentur, vt conſtat *ex eadem l. lecta, in fin.* quæ nobis obiicitur *l. 11. § ſed verum. ff. de in rem verſ. & iiſdem ll. 11. & 12. ff. de vſur. l. 1. & 26. C. eod. tit.* & euincit celebris illa D. Auguſtini querela. *Quid dicam de legibus?* &c. & oſtendimus fuſiùs *ſect. vlt. num. 1. & ſeqq.* vt luculentiùs demonſtrari non potuerit. Et vt conſtet iſthæc. Hotmanni eſſe, & ex fœculento 21 fonte hauſta, repono illius verba: *Fœnerationis duas ſpecies animaduerto: vnam per quam de lucro, & quæſtu ex die numerationis conuenit, quod propriè fœnus dicitur adeò*

vt etiam futuri temporis repræſentetur, vt dictum eſt *n.6. Alteram per quam lucrum illud non apertè tanquam quæſtus exigitur: ſed compenſationis quodam colore, & prætextu exigitur quaſi in pœnam admiſſæ moræ, & ceſſationis, veluti cum creditor Kalendis Ianuariis ita ſtipulatur, Spondes centum te centum mutua Kalen. Febr. ſoluturum: & niſi ea die ſolueris, quoad poſt ſoluas in ſingulas Kalendas vnum ſoluturum, cuius conuentionis paſſim exempla extant, vbi fœnus hoc idcircò pœna nominatur veluti in l.lecta.40. ff.ſi cert.pet. l.90.& 126.§ Chryſogonus.de verb.obligat.&c. Fuit & alterum pœnæ vt ità dicam vſurariæ genus: cum quis minores vſuras ſtipulatus, ni ea ſua die ſoluerentur maiores pœnæ nomine ſtipulabatur, vt nominatim dicitur in l. 11. & ſeq. ff. de vſur. l. 1. §. pacto. ff. de pignor. & l.8. C. d. tit. de vſur.*

22 Hæc Hotmannus ex quibus conſtat in illius ſententia fœnus non tantum eſſe, cùm ab initio quis vſuras ſtipulatus eſt, ſed etiam cùm in illis duobus modis de vſuris ſibi cauit, & ſiue his vel illo modo fiat, vſuram quæſtuoſam & lucratoriam eſſe, ſcilicet fœnus. Et res ipſa loquitur, ſi quidem in illis ſpeciebus omnibus creditores certas vſuras ſtipulantur: & licet fœnus hoc pœna dicatur, pœna hic vſuraria eſt, vt disertè Hotmannus ait, pœna autem vſuraria vſura eſt, & apud bonos omnes improba, quod Hotmannus non negat, vt
23 qui fœnus improbauerit vt dictum eſt. Vnde quod ex illis legibus ex Hotmanno deſumptis P. Gibalinus infert *eod.num. 8. circa fin. Ex quibus aliiſue locis intelliges vſuras perpetuò aut in compenſationem aut in pœnam probari à veteribus illis prudentibus iuris non autem merè lucratorias* Et deinde. *Supponunt igitur Iuriſconſulti aut aliquod eſſe damnum creditoris reparandum, aut moram puniendam, quoties vſuras probant.* Hoc inquam malè infert. Nam prætermiſſis illis aliis locis, quæ non indicat, & ego nego extare illam in toto iure ciuili, quo illius aſſertio firmari poſſit, certum eſt in illis omninò legibus ab Hotmanno prolatis, & à Gibalino tranſcriptis nullum eſſe veſtigium damni creditoris, ſed omnes eſſe de pecunia credita, eaque fœnebri, id eſt, quæ credita eſt
24 ſub vſuris, & conſequenter de aperto fœnore: & multò minùs inferre poteſt, ſupponere Iuriſconſultos moram puniendam, cùm probant vſuras, quia vt iam monui, leges illæ omnes ſunt de pecunia credita, de qua etiam P. Gibalinus loquitur hoc loco, & Iuriſconſulti propter moram in ſolutione pecuniæ creditæ vſuras non probant, vt conſtat *ex l.14. ff. depoſ. l.* 10. §. *ſi quis Titio. ff.mandat.* & aliis, quæ vel dupondiis notiſſimæ ſunt. Quamobtem manifeſtè labitur vir Theologiæ peritus, dum infert in illis legibus Iuriſconſultos veteres ſupponere moram puniendam eſſe, dum vſuras probant. Hoc enim illis duntaxat placuit in iudiciis bonæ fidei & aliis quibuſdam, quæ iudiciis bonæ fidei proxima videbantur, vt in legatis, & fideicommiſſis, quod eſt celebre diſcrimen inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris, vt diximus *quæſt.* 1. *num.* 8.

25 Probant verò Iuriſconſulti vſuras illis locis non propter moram, vt in contractibus bonæ fidei inter illos receptum erat. *l.* 31. §. *in actionibus. ff. de vſur.* & dixi ex aliis, & Harmenop. *ſupr. ſect.* 1. *num.* 16. ſed quia creditores vſuras ſibi ſtipulati erant, vt verba earum legum euidenter probant, cùm in ſtrictis iudiciis mora non ſufficeret, vt vſuræ deberentur, imò neque nuda conuentio niſi certis caſibus, quod nunc proſequi intempeſtiuum eſt. Ex quibus concludendum eſt viro Theologo aſſentiendum non eſſe aſſerenti vſuras antiquo iure Pandectarum permiſſas non eſſe lucratorias, ſed compenſatorias, & punitorias propter damnum illatum creditori reparandum: & præterea ex reiectione eorum quæ pro iſto paradoxo adſtruendo adfert ex Hotmanno, & præter mentem Hotmanni nihil proponi, cur illi aſſentiri debeamus.

26 Porrò ne quid diſſimulaſſe videar, mirum videri poteſt illum hac in re Salmaſij auctoritate vti, qui negat *cap.7. de vſur.* vſuras vllas eſſe lucratiuas, ſed omnes contendit eſſe compenſatorias vſus ſcilicet pecuniæ creditæ. Nam ſi falſa eſt aſſertio Salmaſij, vt ipſe meritò ait *hoc eod. loc.* quomodò ex eo, quod vel ipſo iudice abſurdum, & falſum eſt probare potuit, quod ipſe probare, & perſuadere nititur. Ex falſo enim, & abſurdo non niſi falſum, & abſurdum ſequi neceſſe eſt *arg. l.8. ff. quod vi aut clam. & l. 26. ff. de excep. rei iudic.* ſi vera eſt Salmaſiana aſſertio, ſiue Salmaſinina, vt Tabor aduerſus illum ludit *in diſſ. de mutuo*, omnes ſcilicet vſuras compenſatorias eſſe, iam nobis nulla cum heterodoxis contentio eſt, vel eſſe debet, quia omnis vſura licita eſſet, & inanis imò iniuſta vſurarum prohibitio, quod dicere impium, & hæreticum eſt: & obſeruandum eſt P. Theologum non reprehendere Salmaſium, quòd dixerit vſuras omnes eſſe compenſatorias, hoc enim congruebat eius ſententiæ, ſed quia dixerit eſſe compenſatorias vſus pecuniæ creditæ, tametſi quicquid fortaſſe alibi ſcripſerit Salmaſius, hic non ſimpliciter dixit vſuram eſſe compenſatoriam ſolius vſus pecuniæ creditæ, ſed addidit etiam damni quod ſentit creditor vſu ſuæ pecuniæ caruiſſe, vt ſe explicat *eod. loc. fol.* 175 *verſ. qui pro eius vſu. & fol.* 176. *verſ. quæ res plus aut minus.* quaſi ſemper, & promiſcuè omnium creditorum interſit ſuis pecuniis caruiſſe, quod falſum etiam eſſe *ſect. ſeq.* demonſtrabitur.

Sed multò minùs me diſſimulare fas eſt, quod ſcripſit Cuiacius, cuius auctoritate ſæpiùs nixi ſumus, & ſpeciatim hac ipſa *ſect.* 12. *num.* 13. *& ſect. vlt. num.* 4. *par* 1. quod inquam ſcripſit *ad tit. C. de ſent. quæ pro eo. &c. ſi venditor agat ex vendito ex mora venire vſuras pretij, quæ legitimo modo in regionibus exercentur l.13.§ ex vendito. ff. de act. empt. vt in actione ex locato l. 17. §. ex locato. ff. de vſur At ſanè hæ vſuræ non propriè veniunt quaſi vſuræ, ſed quod interſit venditoris quod eſt notandum ex* l.60 *ff. pro ſoc. Quia has vſuras propter moram ſoluentium ferunt, id eſt propter moram eorum, qui tardiùs ſoluunt, non propter lucrum petentium d.§. ſi pupillo. cedunt igitur hæ vſuræ loco eius quod intereſt.* Et apertiſſimè deinde. *Fœnus infligitur propter lucrum creditoris etiamſi eius nihil interſit, ſicut etiam pœna in conuentionem deducta rectè ab eo exigitur cuius nihil intereſt. l. cum pœna. ff. de recept. arb. l. ſtipulatio. §. alteri. de verb. oblig. Vſura quæ propter moram infligitur non eſt fœnus ſed propter id quod intereſt infligitur ex tempore moræ officio iudicis. Vt non malè Theodorus in h. l. confundat cum vſuris id quod interſit* τὸ διάφορον, *ὁ διαφόρων quia exiguntur vice eius quod intereſt. Vtrumque ex mora debetur, & vtrumque pœna. Sed alia infertur etiam ei cuius nihil intereſt ex conuentione. Alia ei tantum cuius intereſt, vt vſura vel quanti intereſt quod propter moram infligitur officio iudicis. Vſura illa pœna dicitur l. lecta. ff. de reb. cred. & id quoque quod intereſt. l. vlt. de eo quod cert. loc.* Hæc ſanè vir maximus, quæ meis traditionibus, & interpretationibus maximè repugnare, & Hotmanni ſententiæ congruere videntur. 27

Non puto tamen cedendum eſſe, & de mea ſententia decedendum, quia vel explicanda ſunt quod difficile, vel reiicienda, quod facilius. Porrò quod hic excidit Cuiacio, & *in l.* 5. *ff. de vſur. ad Papin.* trahi, & perduci poteſt ad ſenſum verum, & iuri quo nunc vtimur, conſentaneum, ſi dicimus illum loqui congruenter Iuſtinianeæ conſtitutioni *de ſenten. quæ pro eo quod inter.* quam tractabat, ex qua non tantùm in actionibus venditi, & locati, in quibus ponit exempla, ſed etiam in actione depoſiti, mandati, & in omnibus aliis contractibus ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, ſiue nominatis ſiue innominatis venit id quod intereſt, vt dixi multis locis, & tradit inter alios Æmil. Ferret. *ad h.l. num.* 15. quod tamen probetur iudici legitimis modis, vt conſtat *ex l.* 10. §. *vlt. ff. de eden. l. vlt. ff. de prætor. ſtipulat. & §. non ſolum. Inſtit. de verb. obligat.* vbi Theophilus apertiſſimè id docet, & indicat ſatis ipſa conſtitutio dum iudices admonet per ſuam ſubtilitatem 28 29

ſubtilitatem requirere, vt hoc quod verè intereſt, id reddatur: quod aliis relatis diximus *quæſt. 47. in princ.* vbi inter alios cenſeo Surdum, qui ait hanc eſſe regulam iuris, vt intereſſe probandum ſit, etiam in caſibus, in quibus debetur. Quod & ſentire videtur Cuiacius, dum initio ferè ait difficilem probationem eius quod intereſt, & hanc iudicialem eſſe quæſtionem *quatenus cuiuſque interſit quantumcunque ſit æquum hoc nomine præſtari*, quod tamen apertiùs loco, quem excutimus, & in quo confundit vſuram, & id quod intereſt, meo iudicio dicere debuit. Et hoc modo etiam accipi debet quod idem Cuiacius ſcribit, aut cuiuſcumque opus ſit, vir ſanè doctus, & eruditus *in cap. 7. de iureiur. in fin.* vſuras ſcilicet, quæ propter moram petuntur, iure canonico non prohiberi, & id gloſſam notare rectè *in cap. conqueſtus infr. de vſur & l. 5. C. de act. empt.* & addere potuit *in cap. quoniam. 14. quæſt. 4.* quæ dicunt id quod intereſt propter moram debitoris, rectè peti poſſe, neque iure canonico id improbari ſecundùm quas accipiendum eſt, quæ Cuiacius, aut quiſquis ille auctor ſit, tradunt *loc. cit.* & nos fatemur vltrò, & toto
30 illo opere admiſimus: Et illud tantùm nunc improbamus, quòd dicant vſuras licitè vltrà ſortem percipi poſſe tanquam id quod intereſt, vel loco eius quod intereſt, cum ſatis fuiſſet dicere abiecto infauſto nomine vſurarum, id quod reuera intereſt licitè peti, & exigi poſſe. Fateor tamen hoc genere loquendi non abſtinuiſſe veteres, vt indicat dictum Pomponij *in d. l. 60. ff. pro ſoc.* & locus Balſamonis *tit. 9. cap. 27.* his verbis. *Gratias ergo age Patriarchæ Photio qui rectè interpretatus eſt. Epiſcopos, & Clericos poſſe vſuras tanquam id quod intereſt petere.* Nam ſi qua coniectura eſt, cùm canones vetarent aliquid vltrà ſortem, & plus quàm quis dediſſet, accipere, dubitabatur eo tempore, an ſi quid intereſſet creditoris propter moram debitoris, licitum eſſet illud vltrà ſortem accipere: & primus Patriarcha Photius cenſuit hæc incrementa licita eſſe, neque ſacris decretis prohiberi, quod deinde cæteri omnes meritò tradidere: & Iuſtinianus ſanxit *in d. l. de ſentent. quæ pro eo.* &c.

31 Cæterùm ſubducta hac explicatione quam vix verba Cuiacij recipiunt, multa hic clariſſimi viri locus continet, quæ mihi non placent, & ex his quæ hactenùs diſputata ſunt, & ex ipſo Cuiacio facilè refelli poſſunt. Nam quod imprimis ait ex mora in actione ex vendito venire vſuras pretij, quæ legitimo modo in regionibus exercentur *ex l. 13. §. ex vendito. de act. empt.* vbi etiam in actione ex locato *l. 17. §. ex locato. ff. de vſur.* háſque vſuras non venire quaſi vſuras, ſed cedere loco eius quod intereſt, refellitur *ex l. vlt. ff. de peric. & comm. rei vendit.* qua nominatim definitum eſt iure ciuili quod intereſt: & hoc ipſo loco Cuiacius tradit his verbis. *ſi venditor agat ex vendito non dicimus venire id quod intereſt: ſed ex mora venire vſuras pretij*, &c. Hic ergo vir conſul-
32 tiſſimus ſecum pugnare videtur. Deinde ſi in actionibus veniunt vſuræ, quæ in regione exercentur, vt ait, & verùm eſt inſpecto iure ciuili *ex l. 1. in princ. ff. de vſur.* id non poteſt trahi ad id quod intereſt, quia iſtiuſmodi vſuræ erant ſucceſſiuæ, certæ, vniformes, veluti trientes, quincunces, ſemiſſes, aut ſi quæ aliæ in prouincia frequentabantur *l. 10. §. ſi procurator. ff. mand. l. 7. §. quæ autem. de admin. tut. & l. 37. ff. de vſur.* id verò quod intereſt, incertum eſt, & ex facto pendet, & variè ex perſona actoris æſtimandum eſt cuius poteſt plus aut minus intereſſe, & interdum etiam nihil *d. l. 13. ff. rem rat. haber. l. 6. ff. de vi, & vi arm.* illis verbis, *aliàs minus eſſe, aliàs plus. l. 112. de verb. oblig. l. 24. de reg. iur.* & docet Bald. *in l. 2. num. 106. ff. de iureiur.* vbi ait intereſſe ex perſonis eſſe variabile, quod etiam tradit Mudæ. *in dict. l. ſocium, num. 3. ff pro ſoc.* & alii nunc prætermiſſis Sarmient. *ſelect. interpret. lib. 7. cap. 1. num. 40* & nulla certa lege, vel conſuetudine regionis poteſt definiri. Incerti enim, vt Ariſtoteles ait apud Cuiacium, nulla certa
regula conſtitui poteſt. Vſuræ igitur, quæ ex iure ciuili 33
veniunt à die moræ in contractibus bonæ fidei, quarum ſcilicet modus conſtituebatur ex more regionis, erant propriæ, & veræ vſuræ, & conſequenter nunc prohibitæ, & non id quod intereſt, vel loco eius quod intereſt, vt rectè obſeruaſſe iam memini clariſſimum Præſidem Sabaudiæ *in ration. ad l. 65. § ſi vnus. ff. pro ſoc.* & ſanè auctorem iuris qui dixerit ex mora in iudiciis bonæ fidei infligendum eſſe intereſſe, quod legitimo modo in regione exercetur, vt de vſuris dictum eſt *in l. 1. de vſur.* fateor adhuc me vidiſſe neminem. Neque quis mihi obiiciat dictum Labeonis, ſeu Pomponij *in l. ſocium, ff pro ſoc.* ex qua Cuiacius ait id notandum eſſe, quia iam ſatis huic obiectioni occurſum eſt, cùm dicimus ſpeciem huius reſponſi ſingularem eſſe, ideoque recurrere, quod ex eodem Cuiacio didici definitiones generales Doctorum ex ſpecie ſumptas generaliter falſas eſſe. Ita enim ille docet *in tit. de ſolut. col. 2.* Vt etiam ſatis reiecimus *num. 3. & 4.* quæ ex ſententia Pauli *in d. §. ſi pupillo.* importunè obiiciuntur.

Prætereà non placet, quod vir clariſſimus permotus 34
auctoritate cuiuſdam Theodori Hermopolitæ confundat vſuram, & id quod intereſt, dum ſic ait: *Fœnus infligitur propter lucrum creditoris etiamſi eius nihil interſit:* vſura quæ propter moram infligitur non eſt fœnus, ſed propter id quod intereſt infligitur ex tempore moræ officio iudicis.

Sed verius eſt vſuram etiam illam, quæ non eſt fœnus diuerſam eſſe ab eo quod intereſt, & continuò in iure noſtro ſeparari ab eo quod intereſt, vt conſtat euidenter *ex l. vlt. ff. de peric. & comm. rei vend.* in qua agitur de vſura, quæ non eſt fœnus, & tamen diſtinguitur ab eo, quod intereſt. Id ipſum conſtat *ex dict. l. 1. §. vlt. & & l. vlt ff. de eo quod cert. loc. & l. ſi fratres. §. idem reſpondit. ff. pro ſoc.* in qua electione ſocij eſt, vel percipere vſuras, vel id quod intereſt: & fortaſſe hic ſenſus eſt
Theodori dum ait id quod intereſt, vel vſuras. Et aper- 35
tiſſimè ipſemet Cuiacius *in dicta l. vlt.* vt adnotauimus, *n. 13.* & congruentius iuri ciuili idem auctor *in tit. ff. de vſur.* *Vſura*, inquit, *eſt reditus pecuniæ, vt in l. Titius. de præſcr. verb. & à tempore contractus, quod fœnus propriè dicitur: vel à tempore moræ in bonæ fidei iudiciis omnibus, & ſtrictis quibuſdam, etiamſi reuera nihil interſit actoris.* cuius loci memini *diſp. part. 1. ſect. vlt. num. 3.* Quamobrem ſi vſura in bonæ fidei iudiciis omnibus ex mora venit, tametſi reuera nihil actoris interſit, vt ibi ait, & iure ciuili veriſſimum eſt: quomodò iſtius generis vſuræ poſſunt eſſe id quod intereſt, vel cedere loco eius quod intereſt, vt hic tradit. Sanè hæc conciliari non poſſunt: & ſi dicere fas eſt conuincitur vir clariſſimus hic confundere, quæ rectè alibi diſtinxit, & hic quoque ſeparare debuit.

Forti quoque ratione confunditur iſta ſiue Theodo- 36
ri, ſiue Cuiacij confuſio, & verè iuris ciuilis confuſio, quia in actionibus bonæ fidei, in legatis, & fideicommiſſis mora ſola ex iure ciuili ſufficit, vt infligantur vſuræ, vt conſtat ex ſæpiùs obiecta *l. 17. §. ſi pupillo.* ibi, *ſed propter moram infliguntur. & §. ex locato. ff. de vſur. & l. 31. §. in bonæ fidei. ff. eod. l. 26. §. 1. verſ. etiam in aliis:* & ibi Gloſſa notat, *C. eod. l. quæro, ff. locat.* & aliis pluribus, quibus definitum eſt in iudiciis bonæ fidei ex mora vſuras decernendas eſſe: nec aliud exigitur, vt etiam *in l. 3. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* illis verbis, *in iis videlicet, quæ moram deſiderant, id eſt, in bonæ fidei contractibus: & fideicommiſſis*, & ſic inſtar omnium Præſes Faber *de error. pragmat. cap. 1. num. 6.* Sed vt id quod 37
intereſt per iudicem infligi poſſit, non tantùm opus eſt debitorem moram adhibuiſſe, vt docent apud me Crau. Stracca, & alij plerique *quæſt. 74. num. 8* & ipſe Cuiacius *loc. cit.* ſed prætereà neceſſe eſt, vt reuera creditoris interſit, eum ſcilicet damnum ſenſiſſe, vel amiſiſſe lucrum aduerſarij culpa iuxta *l. 3. ff. de in lit. iuran. & d. l. 2. §. vlt. de eo quod cert. loc. l. 13. ff. rem rat. haber. & ex l. vnic.*

de ſent. qua pro eo quod inter proſer. illis verbis, *vt quod reuera damnum datum eſt, id reddatur.* & conſtat etiam ex definitionibus eius quod intereſt, quas poſuit ipſe Cuiacius, quæ omnes in idem recidunt, vt ſit id, quod nobis abeſt, vel habere non potuimus propter moram debitoris. Quod cùm interuenit, ſi quid vltrà ſortem, & rem principalem hoc nomine exigitur, præſtatio hæc ſynallagma habet, & ab vſura remota eſt, quæ ea ſola mora, & ea ſolo tempore tardæ ſolutionis infligitur *d.l.3.C.in quib cauſ.& d.§.ſi pupillo. verſ vſura enim* vnde malè, & perniciosè hæc confunduntur, quia vt rectè obſeruat Bachou *in Treutler.in diſp.de vſur.& mor.Theſ.*1 hic eſt prætextus colorandi vſuras.

38 Denique non me mouent, quæ ſequuntur preſſa nimis, & obſcura ſatis. *vtrumque ex mora debetur, vtrumque pœna. Sed alia infertur etiam ei cuius nihil intereſt ex conuentione. Alia ei tantum cuius intereſt vt vſura, vel quanti intereſt, quod propter moram infligitur officio iudicis. vſura illa pœna dicitur l.lecta.ſi cert.pet. & id quoque quod intereſt l.vlt. ff.de eo quod cert.loc.* Nam ex eo, quòd vtrumque, id eſt vſura, & id quod intereſt ea mora debetur, non rectè infertur hæc confundi debere: iam enim luculenter demonſtrauimus diuerſa eſſe, & diuerſam rationem habere, & ex ipſo Cuiacio *loc.cit.* & euidenter apparet ex coniunctione duarum conſtitutionum Iuſtiniani, nimirùm *l.26.de vſur & l.vn.C.de ſenten. qua pro eo.* Vtrumque eſt effectus moræ, vt docent qui de mora ſcripſerunt, inter quos Forcat.*par.*2.quem aliquandò Cuiacio in petitione cathedræ Tholoſa prætulit iudicio Midæ vt refert Papirius Maſſonius in eius vita. Sed non inde ſequitur idem eſſe. Terra multa gignit, quæ ſunt ſpecie diuerſa, vt arbor etiam producit frondes,
39 flores, & fructus. Vt etiam nihil refert, quòd vſura dicatur pœna, & id quoque quod intereſt, quia non inde fit idem eſſe, imò ex coniunctione duarum legum ſcilicet *d.l.lecta & l.vlt. de eo quod cert. loc.* quæ obiiciuntur, conſtat diuerſa eſſe, & diuerſæ ſpeciei, & diuerſo iure cenſeri. Pœna enim quæ debitori infligitur *in d. l.lecta.* à tempore moræ ex conuentione, vera & formalis vſura eſt, & quidem grauiſſima nempè centeſima, & quæ infertur, vt ipſe ait, ei cuius nihil intereſt, vnde ibi pœna illa vſura dicitur, ibi, *Quæſitum eſt de obligatione vſurarum*, & infrà *ex die ſtipulationis vſuras deberi.* Pœna verò quæ accedit pecuniæ debitæ in ſpecie *d.l.vlt.* non infertur, vt vſura, ſed quod actoris intereſt, & quanti intereſt arbitrio iudicis, vnde vt non eſt, ita nec nominatur vſura. Et nullibi in toto illo titulo dicitur in hanc arbitrariam venire vſuras, ſed id tantùm quod intereſt vel actoris, vel rei, ex quo etiam perſpicuum eſt iſthæc maximè differre. Sed quid quærimus teſtes? id clarè decidit Africanus *in l. centum Capua, ff.eod.* illis verbis, *Neque enim hac cauſa rectè compa-*
40 *rabitur obligationi vſurarum.* Denique vſuræ, quæ propter moram infligebantur in actionibus bonæ fidei, & quarum modus conſtituebatur ex more regionis, non poterant eum morem prouinciæ excedere, vt conſtat *ex dict. l.1.in princ de vſur.* illis verbis, *ita tamen vt legi non offendat*, vel vt Græci notant dummodò ſemiſſem non excedat, poterant ſanè eſſe leniores veluti trientes, & quincunces, quas Perſius modeſtas vocat: id indicat *l. 7. §.10 ff de adminiſtrator.* & tradit ipſe Cuiac. *in dict.l.1.ad Papin.* ſed id quod intereſt nullis certis finibus circumſcriptum eſt, & quanti intereſt, infligi poteſt, vt conſtat *ex d.l.13. ff. rem rat.haber. & d.l.1. C. de ſent. qua pro eo.* & poteſt excedere legitimum modum vſurarum, vt apertiſſimè definitum eſt *in d.l 2.§.vlt. ff.de eo quod cert. loc.* & nos diximus *d.quæſt.1.num.14* & addo nunc Forcatul. *in d. lib.de mora, part. 2. num. 16.* vbi ait intereſſe hodie vſuras breui tempore ſuperare poſſe, ſi repentè interſit, cùm vſura etiam centeſima niſi curſu prælongo Calendarum ſortem æquare non poteſt licèt maxima. Conueniunt igitur vſura, & id quod intereſt in genere, quia vtrumque pœna eſt; vt de vſura dicitur *in dicta l. lecta.* & de eo quod intereſt *in l. vnic. de ſentent. quæ pro eo. & dicta l. vltim. de eo quod cert. loc.* ſed differunt, vt ſpecies diuerſæ, & ita differunt, vt ſe collidant, & euertant inuicem. Quod enim eſt id quod intereſt, vſura non eſt, & quod vſura eſt, non eſt id quod intereſt. Hæc ergò præſtat ſecernere, ne dum vſuram dicimus id quod intereſt, ſub colore eius quod intereſt licitum faciamus, quod eſt illicitum, ſcilicet vſuram. Quod ne fiat tota hac diſputatione perſuadere conamur. Et hæc quidem in Cuiacij locum animaduertere putaui, non quòd cum magno illo viro congredi audeam, fateor enim me imparem eſſe, ſed ne hic locus ab aduerſariis, ſi fortè in eum inciderint, mihi meritò obiicitur.

SECT. XIII.

Reiectio Reiectionum.

SVMMARIVM.

1 *Vſuras ex die contractus ſtipulari, iure ciuili licuit.*
2 *Et qua ratione ſecundùm Gibalinum.*
3 *Leges ciuiles in concedendis vſuris ſupponere intereſſe creditoris falſum.*
4 *Leges præſumere intereſſe creditoris ſententia cuiuſdam auctoris.*
Et Hotmanni.
5 *Vt etiam Salmaſij.*
6 *Damnati auctoris ſententia à Roderico reiecta.*
Rarò euenit, vt creditoris interſit, ex Roderici ſententia.
7 *Iuſtinianus vſuras permiſit.*
8 *Gibalinus latiùs excurrit quàm Hotmannus.*
Hotmannus improbat fœnus.
9 *Gibalinus latiùs excurrit quàm Vueſembecius.*
10 *Forum externum non præſumit intereſſe creditoris.*
Plerumque accidit, vt nihil creditoris interſit.
11 *Lex nulla eximit creditorem à probatione eius quod intereſt.*
12 *Intereſſe probandum.*
13 *Thomæ Carleualij egregia ſententia.*
14 *Aſſertionibus partium circa id quod intereſt ſtandum non eſſe Catholicorum aſſertio.*
15 *Taxatio certi intereſſe non admittitur.*
Reſponſa veterum de vſuris non ſunt interpretanda de eo quod intereſt.
16 *Stipulatio vſurarum niſi de certis actum eſſet, inutilis.*
17 *Partibus vſuras tanquam compenſatorias taxare non licet.*
18 *Caniſij ſententia nullo iure præſumi intereſſe creditoris.*
19 *Forum externum non concedit vſuras ſine ſtipulatione.*
20 *Vſura pecuniæ creditæ ſine ſtipulatione regulariter non debentur.*
21 *Gibalini illatio, quæ auctori non probatur.*
22 *Intereſſe ex ſola mora, & ſine ſtipulatione debetur iure ciuili.*
23 *Vſura tanquam odioſa à iuris auctoribus repreſſa.*
24 *Stipulationem vſurarum inſtrumentis inſeri veteribus vſitatum.*
25 *Vſuras pecuniæ otioſæ præſtari ſancitum legibus.*
26 *Quod Gibalinus de fœnore iuſte, & vſuris licitis intelligendum docet.*
27 *Fœnus in iure pro mercede vſus pecuniæ creditæ ſumitur.*
28 *Leges quoties nominatim non vetant vſuras, illas probant.*
29 *Fœnus in malam partem accipitur apud Patres.*
30 *Poetæ, & Philoſophi malè de vſura, & fœnore ſentiunt.*
31 *Fœnus interdum pro iuſta præſtatione ſumitur.*
32 L.qui ſemiſſes de vſur.de vetito fœnore.
33 *Fœnus non niſi lucri cauſa exercetur.*
Vſura dulces exigentibus.

34 *Vſura*

Digitized by Google

34 *Vſura centeſimæ grauiſſima vſurarum.*
35 *Pecunia deſtinabantur fœnori lucri cauſa.*
36 *Pecuniam præſtat in prædia vertere, quàm credere ſub vſuris.*
37 *Pecuniam gratuitam credere regium eſt.*
Et exempla quædam.
38 *Duplum ſtipulatus vſuras tamen conſequi potuit.*
39 *Vſura vberrima vſura vera.*
40 *Vſuras anticipatè exigere olim licuit.*
41 *Vſurarum anticipata exactio mala.*
42 *Iuſtinianus vetuit, ne vſura prærogarentur.*
43 *Cenſus anticipata exactio minuit pretium.*
44 *Auctor deciſiones Rotæ magni facit.*
45 *Gibalinus excurrit etiam fines propoſita quæſtionis.*
46 *Paulus fingit caſus, vt veram Labeonis ſententiam reprehendat.*
47 *Cenſus etiam aucto pretio anticipatè exigi non poſſe vbi Bulla recepta eſt Salonis ſententia.*
48 *Præſidibus olim vetitum fœnus exercere, permiſſum cæteris.*
49 *Fœnus exercere lucri cauſa iure Romano licitum.*
50 *Gibalini interpretatio* ad l. 34. ſi cert. pet. *quæ reijcitur.*
51 *Leges quæ vetant Præſidibus fœnerare, ſunt de vero fœnore. &* num. 53.
52 *Præſidibus cur vetitum fœnus & permiſſum priuatis.*
53 *Leges quæ de fœnore loquuntur, de iuſto fœnore interpretari eſt contra ſenſum omnium.*
54 *Exercere verbum frequentiam ſignificat.*
55 *Exercere vſuras compenſatorias iactura patrimonij.*
Exercere vſuras compenſatorias inauditum.
56 *Priuatis & officialibus Præſidum vt licuit pecuniam credere, ita & credere ſub vſuris.*
57 *Sors cùm debetur, nec vſura nec intereſſe deberi poteſt.*
58 *Præſidibus repetere id quod intereſt, nulla lege vetitum.*
59 *Verris inſigne furtum.*
60 *Fiſcus præſtat, & exigit id quod intereſt.*
61 *Fœnus quod illicitum apud Iuriſconſultos.*
62 *Vſura etiam leniores prohibita.*
63 *Fœnus merum intra legitimum modum à Veteribus probatum.*

CVm P. Gibalinus ſuam illam concluſionem multas difficultates pati animaduerteret, *eod. loc. num. 9 & ſeq.* ſibi quaſdam
1 obiectiones fingit, & primum fatetur quidem, neque enim negare potuit, leges & reſponſa prudentium concedere vſuras in ſtipulationem deductas ea die interpoſitæ ſtipulationis, vt *in l. 40. ff. ſi cert. pet. l. 11. & 12. ff. de vſur.* & ſimilibus, & tunc nullam moram fingi poſſe, tamen vt hunc modum diſſol-
2 uat, † reſpondet in his legibus præſupponi damnum futurum creditoris, ad quod amoliendum ſtipulatur vſuras: quia verò forum exterius nititur præſumptione, concedit actionem ea ſtipulatu ad petendas vſuras promiſſas: neque obligat creditorem ad probandum damnum, quod incurrit, ne nouæ litium occaſiones oriantur, & vult cogi poſſe debitorem ſoluere, quod pro-
3 miſit. Sed non ſatis hac obiectione, quæ totam illius doctrinam euertit ſe explicare potuit, ſupponit enim in hac ſtipulatione vſurarum leges præſumere intereſſe creditoris, quod falſum eſt: & hac præſumptione admiſſa magnus in foro aperitur aditus vſuris, quibus potiùs
4 vias omnes intercludere debemus. Et quod magis eſt, hæc accedunt ſententiæ damnati auctoris, quem ità ſenſiſſe refert Roderic. *cit. quæſt. 4. num. 78.* vbi poſtquam ſtatuit dupliciter in mutuo vſuram verſari poſſe, primùm propter officium ipſum mutuationis duntaxat, ſecundò propter moram, & in caſum moræ, ſubiicit deinde primum modum quidam modernus, (auctorem damnatum intelligit) ſomnium eſſe dixit, quia exiſtimabat nullibi in iure ciuili vſuram propter mutuationis officium permitti, ſed ſemper in compenſationem damni incurrendi, (Gibalinus futurum vocat,) vel vtilitatis ceſſaturæ, quia ferè ſemper intereſt creditoris pecunia non caruiſſe. Atque ità arbitratur leges ciuiles, & Iuſtiniani vſuris modum imponente exaudiendas eſſe in ſecundo caſu, quandò propter moram, & in caſum moræ vel citrà moram in compenſationem veri, & probabilis intereſſe vſuræ permittuntur. Vnde infert cùm modus traditus à Iuſtiniano *in l. eos. C. de vſur.* non ſit vſurarum propriè ſed interuſurij erit licitus in foro conſcientiæ, & ità arbitratur ſe ius ciuile in hac parte, & Iuſtinianum ipſum ab omni impietate vindicaſſe. Addit deinde idem Rodericus non aliud ſenſiſſe Hotmannum *in lib. de vſur.* dum auſus eſt dicere vſuram propriè nihil aliud eſſe quàm id quod intereſt circumſcriptum, & determinatum legibus. Hæc eadem eſt ſen- 5
tentia Salmaſij *cit. cap. 7. fol. 176.* quem acerrimum, & audaciſſimum vſurarum patronum P. Gibalin. vocat *loc. cit.* Verba illius repono, vt conſtet fides eis, quæ ſcripſi *ſect. prox. præced. num. 26. in fin.* Ait ergo Salmaſius. *Compenſatiua igitur omnis vſura, vt quod intereſt penſetur. Hinc omnium vſuram in idiotiſmo Gallico intereſſe vocamus. Quæ res plus, aut minus recipit, pro vt magis aut minus ſua intereſſe creditori contingit ex circumſtantijs rei, temporis, aut loci pecuniam ſuam penes ſe eſſe, & in poteſtate ſua habuiſſe. In quo lucri ceſſantis, & damni emergentis ratio habenda eſt.* eſt poſt pauca. *Sed pone nihil euenturum, quandiu pecunia mea penes manebit, quia tamen poteſt euenire, meritò id poſſem timere, & in incertum rei euentum, quo iacturam detrimenti inde mihi occurſuri aut lucri ceſſaturi diſpendium compenſatione ſarciam, vſuras pro vſu pecuniæ, qua in tui gratiam ſponte careo, iure ſtipulor.*

Sed hæc omnia meritò refellit Roderic. *loc. cit. num.* 6
89. *& ſeqq.* Nec me mouet, inquit, quod Modernus ille fœneratorum cauſam agens dicebat, quod rarum erat nullo modo intereſſe creditorum mutuantium, & leges quod frequentiùs accidit reſpexiſſe. Nam potiùs in contrarium regula conſtituenda erat: Etenim non omnes ſunt mercatores & negotiatores: nec dum mutuant etiam negotiatores, ſtatim eis damnum emergit, vel lucrum ceſſat quia vt lucrum dicatur ceſſare, oportet quòd reuera creditor pecuniam negotiationi exponere conſtituiſſet. Oportet enim lucrum vel eſſe certum vel ſaltem veriſimile, & poſt pauca. Hec omnia non paſſim in omni creditore mutuante occurrunt, imò rariſſimè contingunt, non enim adeò abundat charitas, vt ille cui damnum imminet, vel qui præ manibus lucrum habet pecunias eaſdem, quibus damnum euitare ſeu lucrum quærere poterat, mutuet. Atque ità conſe- 7
quitur, quod ſi Iuſtiniani leges ad ea, quæ frequentiùs accidunt, reſpexerunt non compenſatoriis veri intereſſe vſuris, ſed veris & propriis modum impoſuerunt: & deinde *num. 92.* Vndè meritò conqueritur D. Auguſtinus de legibus ciuilibus, & iudicibus ſecularibus eas exequentibus pro vſurarum exactionem *in cap. quid dicam. 14 quæſt. 4. Quid dicam*, inquit, *de vſuris, quas etiam ipſæ leges, & iudices reddi iubent?* quod non dixiſſet vir ſanctus, ſi leges loquerentur de vero intereſſe, vt ſuprà relati (Molinæum, Hotmannum, & Spigelium intelligit) exiſtimabant. Et tandem poſtquam oſtendit Iuſtinianum veras vſuras lucratorias approbaſſe in ſua illa *l. eos. 26. C. de vſur.* concludit leges ciuiles, & Iuſtiniani conſtitutiones vſuras quantumuis moderatas approbantes improbas eſſe, & iuri Diuino, & naturali contrarias, nec vllo modo in Republica Chriſtiana admittendas. Quantò minùs igitur excuſari 8
poſſunt ab iniquitate leges, & reſponſa veterum Iuriſconſultorum, quibus vſuræ etiam centeſimæ à die contractus ſancitæ ſunt, quicquid P. Gibalinus ſub prætextu imaginarij intereſſe eas defendere tentet. In quo interim obſeruandum eſt illum latiùs excutere, quam Hotmannus. Is enim ſaltem admittit fœnus, quod quæſtus tantùm cauſa ex die numerationis, vel illis duobus modis, quos poſuit *in epit. num. 21.* probari quidem iure ciuili,

ciuili, ſed iniquum & turpe eſſe, vnde illud meritò reiicit multis locis, & præſertim *in diſputat. de fœn. cap.* 1. & inter ſuas quæſtiones *cap.* 40. P. verò Gibalinus etiam illa veterum reſponſa, & Impp. reſcripta, quæ ex die interpoſitæ ſtipulationis vſuras concedunt, & permittunt, nititur ſub prætextu præſuppoſiti, & præſumpti intereſſe ſuſtinere: & quod magis mirum videri poteſt, vſuram apud illos omnes iuris auctores nihil aliud eſſe quàm id quod reuera intereſt, ſeu mercedem ſortis conſumptæ cum damno creditoris. quod primus vt puto, ſibi perſuaſit Hotmanus, qui tamen cautior id accipit de vſura, quam compenſatoriam commento meo quidem iudicio pernicioſo, inutili ſaltem quidam vocant, vt ipſe ſe explicat *in epit. num.* 3. *&* 8. *&* *n.* 18.
9 & cautior etiam Vueſembec. *ad h. tit. de vſur. num.* 7. Vſuram compenſatoriam interdictam in vniuerſum aut turpem dici non poſſe, quia inquit, non eſt lucrum ſuprà ſortem exactum propter officium mutuationis, ſed pretium, & æſtimatio ſortis conſumptæ cum damno creditoris. Gibalinus verò generaliter, & abſolutè conſtituit, quod dixi vſuram apud omnes iuris Romani auctores eſſe æſtimationem ſortis conſumptæ cum damno creditoris, & id ipſum quod intereſt ciuilibus legibus definitum, quod eſt dicere, reſponſa omnia veterum, & leges Principum quæ de vſuris quid ſanciuerunt, iuſtas eſſe, quod in vniuerſum dicere, & ſtatuere non tantùm falſum eſt, ſed publicè pernicioſum. Hoc enim admiſſo itur in ſententiam Molinæi, & ſequacium vt dictum eſt.

10 Neque tutum eſt perfugium, quò ſe recipit quaſi forum externum hac in re præſumptione nitatur, quia licèt interdùm præſumptionibus indulgere nobis in foro neceſſe ſit, id tamen intelligendum de præſumptionibus quæ legibus confirmatæ ſunt vt tractant Alciatus, & Menochius viri doctiſſimi: præſumptionibus verò quas quiſque ſiue Theologus ſiue iuris peritus ſibi fingit, credere non tenemur: & præſertim ſi repugnent ipſa rerum experimenta, & leges. De experientia hoc certum eſt, plerumque enim nihil creditoris intereſt ſibi moram fieri, vt tradit Rodet. *loc. cit.* & diſertè Carleual. Senator Neapol. *lib. de iudic. diſp.* 8. *n.* 102. & elegauter Caniſ. *cap.* 1. *de vſur. n* 9. verſ. *quod & quo-*
11 *tidiana experientia conſtat.* Nulla quoque lex eſt, quæ in mutui dationibus & in aliis contractibus, ex quibus pecunia debetur ex ſola dilatione & mora debitoris præſumat intereſſe creditoris, illumque agentem ad id quod intereſt, eximat ab onere illud probandi. Et licet hoc dicere cum Quintiliano *lib. cap.* 1. hoc non admittit
12 veritas fori. Nam id quod intereſt ab actore probandum eſſe conſtat *ex §. vlt. Inſtit. de verb. oblig. & l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo* & notat gloſ. *in d. §. vlt.* idque in foro receptum eſſe, vt ſcilicet agens ad id quod intereſt id probare debeat. Ità enim docet Roder. *in d. quæſt.* 4. *n.* 85. vbi ait intereſſe nec peti, nec adiudicari poſſe etiam poſt moram, niſi probetur: quod etiam docet *quæſt.* 5. *n.* 21. *&* 27. & nos multis locis diximus, & præſertim *quæſt.* 74. *n.* 1. *&* 2. vbi congruenter addidimus intereſſe in facto conſiſtere ex notiſſima *l. quatenus. de reg. iur.* & quæ facti ſunt non præſumi adductis Decio, Cagnolo, Plautio, & aliis, quos ſuperfluum eſt hic regerere: & ſufficit, ſubiicere, quod Theophilus ait *in d. §. vlt. quoniam,* inquit, *futurum eſt, vt id quod intereſt condemnetur, & hoc quoque incertum eſt, neceſſe erit actori planum facere quanti ſua interſit.* quod & alij multi cenſent apud Cyriac. *contr.* 540. *num.* 59. & ipſe Caniſ. *d. cap.* 1. *num.* 8. *verſ. dummodo meminerimus.* & Berlich. *concl.* 38. *num.* 15. Hering. *de fideiuſſ. cap.* 14. *num.* 322. & quod magis eſt ipſe Gibalin. *lib.* 2. *cap.* 5. *art.* 8. *num.* 2. *&* 5. vbi locum illum Theophili, quem priùs occupaueram, integrum etiam tranſcribere voluit. Nunc addo locum inſignem, quem adductum nondum vidi *ex l.* 3. *C. de inutil. ſtipul. verſ. Ad Præſidem prouinciæ, vt examinatis partium allegationibus quanti conſtiterit intereſſe tua ob incerta actionis effectum concludat condemnationem taxatæ quantitatis.*

Sed nemo meliùs hac de re indices Catholicos admonet quàm Thomas Carleual. *diſput. cit. ſect.* 1. *num* 8. 13
& 9. *& ſeqq.* vbi poſtquam præmonuit agere ſe de foro externo, verum de foro Catholicorum iudicum, qui viuunt in Republica, quæ non permittit vſuras nec eas diſſimulat, & à doctrina hæreticorum abhorret, ſapienter concludit, ad obtinendum in petitione intereſſe probationibus opus eſſe ex gloſ. Cyn. Bart. Alberic. Caſtrenſ. & aliis recentioribus, inter quos Caſtill. *contr. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 47. qui ait neminem diſſentire: & tandem eos qui intereſſe ſine probationibus admittendum eſſe putant, deceptos eſſe à Diabolo, qui nõ aliud ambit, quàm charitate inter Chriſtianos refrigerata introducere vſuras ſub honeſti nominis velamento ab hæreticis noſtri temporis approbatas, catholicis moribus damnatas tantò nocentiores quàm occultiores ſe ipſas honeſtare nominis eius quod intereſt. Vſus ſum illius verbis.

Repugnat etiam contrariæ aſſertioni, quod ibi diximus *quæſt.* 72. *n.* 9. hac in re minimè ſtandum eſſe aſſertio- 14
nibus, & confeſſionibus partium, ne in eorum poteſtate ſit facere licitum, quod aliàs eſt illicitum. ex Gratiano *cap* 38. *n.* 16. & alios, quos adduximus, inter quos eminet Magna Rota Romana, quæ ità cenſuit in Fario. *par.* 3. *dec.* 173. *n.* 4. vbi ait plurimùm Chriſtianæ Reipublicæ conducere, ne hoc modo vſuris via aperiatur. Hoc etiam grauiter animaduertit Burſatt. *in conſ.* 453. *n.* 34. *& ſeqq.* vbi rationem adfert congruentem iis, quæ diximus, quia ſi hæc praxis admitteretur, vt creditor quilibet poſſet promiſcuè vſuras percipere ſub prætextu eius quod intereſt non conſtito quod eius interſit, daretur materia per indirectum, ſic ipſe loquitur, cuilibet creditori vſuras ex credito percipere, quod cauendum eſt. Id ipſum monet Gibalin. *loc. cit.* & diſertiſſimè omnium Carleual. *in dict. diſputat.* 8. *ſect.* 6.
num. 79. *& infr.* Quare ſi inter Catholicos non admitti- 15
tur taxatio certi intereſſe, niſi verè probetur id quod creditoris, & quatenùs intereſt, quantò minùs apertas ſtipulationes vſurarum, quas reſponſa veterum ab Æthnicis, & inter Æthnicos reddita valere ſanciuerunt etiam vſque ad centeſimas, quæ erant omnium iniquiſſimæ, vt proximè dicebam, interpretabimur de eo quod intereſt, vt iniquiſſimas leges ab iniquitate inconſultè, & temerè vindicemus. Quare tutius eſt dicere leges illas, & reſponſa Papiniani, cæterorúmque non probaſſe vſuras ex die ſtipulationis, vel moræ, & in pœnam moræ ſub prætextu præſumpti intereſſe, hodie enim quoque præſumendum eſſet; ſed quia vſura & fœnus licitum eſſe credebatur, & proinde auctores earum nullo modo excuſari poſſe, quin peſſimè de vſuris ſtatuiſſe videantur.

Prætereà vt oſtendam quàm parùm ſtabili loco ſit, 16
quod ait, vſuram legibus ciuilibus inductam nihil aliud eſſe quàm id quod intereſt creditoris circumſcriptum, & definitum, quæro à quo hæc ſiue vſura ſiue intereſſe definitum eſt ſi dixerit legibus definitum eſſe, dicam ſtatim hoc falſum eſſe in mutuo, & rebus creditis, de quibus agit *num.* 8. *&* 9. & de quibus ſunt leges, quas ex Hotmanno adducit *verſ. exemplum habes.* quia niſi de certis vſuris conueniſſet iure ciuili, nullæ debebantur vſuræ, etiamſi vel pacto, vel ſtipulatione de illis præſtandis conueniſſet vt conſtat *ex l.* 31. *&* 41. *ff. de vſur.* & indicat *l.* 34. *ff. mandat.* illis verbis, *cum vſuris ſemiſſibus.* quod auctores Baſilicon dixerunt *ſub vſuris certis.* & iam diximus aliis locis: quod argumentum eſt leges iſtas de veris vſuris intelligendas, non de vſuris compenſatoriis eius quod intereſt, quod vt ibi fuſiùs adnotauimus debetur ex ſola mora, vt dictum eſt *ex l.* 2. *fin. ff. de eo quod cert. loc.* 21. *ff. rer. amot.* & ex pacto, & ſtipulatione licèt nulla eius certa quantitas deducta
ſit, vt fatentur omnes. Quòd ſi dicat vſuras iſtiuſmo- 17
di taxari à partibus, & à partibus taxatas legibus intrà

legitimum

legitimum modum probatas eſſe, vrgeo iterùm an iſtius
generis vſuræ ſint lucratoriæ vel compenſatoriæ. Si lu-
cratoriæ ſunt, ergo erroneum eſt, quod *num.* 8. vſuras
legibus ciuiles non eſſe lucratorias. Si dicat, quod di-
cat neceſſe eſt, eſſe compenſatorias, quia leges præſu-
munt tantumdem creditoris intereſſe, incurrit, &
offendit vir Theologus veriſſimam illam iuriſperitorum
& catholicorum iudicum ſententiam, & præſertim Ma-
gnæ Rotæ Romanæ hac in re aſſertionibus partium
ſtandum non eſſe, vt tractatum eſt coram ead. Rota in-
ter viros Ligures in d. Farinat. *par.* 3 *dec.* 331. *&* 372. quæ
extant etiam poſt *tract.* Illuſtriſſimi D. Raphael. de Tur-
ti cum notis eiuſd. & in huius rei fidem repono Caniſij
18 verba *ex d. cap.* 1. *num.* 9. *Sed nullo iure*, inquit, *probatur
hæc præſumptio imò etiam falſam eſſe apertè euincitur ex
l. qui ſemiſſes.* 13. *§. vlt. ff. de vſur. Quæſitum eſt*, inquit Scæ-
uola, *an iudicio negotiorum geſtorum vel mandati pro pecu
nia otioſa vſuras præſtare debeat, cùm dominus nullam pecu-
niam fœnerauit. Reſpondit, ſi eam pecuniam depoſitam ha-
buiſſet, idque ex conſuetudine mandantis feciſſet, non debe-
re quicquam vſurarum nomine præſtare*, & deinde addit
Caniſius. *Quare præſumptio illa qua nemo cenſetur otioſam
habere pecuniam neceſſaria non eſt, & ne quidem probabilis,
niſi fortè aliud ſuaderet perſonæ induſtria, cuius diſquiſitio,
& cognitio ad iudicem pertinet arg. l.* 3. *in fin ff. ex quib. cauſ.
maior* & ſine argumento probat *l.* 10 *ff. de eden. & l.* 3. *C.
inut. ſtipulat. §. vlt. Inſtit. de verb. obligat.* Nulla igitur ſub-
tilitas eſt, quæ fugam inuenire poſſit.

19 Denique vt nihil eius diſſimulem *in fin. d. num.* 9. ait,
*forum externum ex nudo pacto, & ſine ſtipulatione non vel-
le deberi vſuras, idque in fauorem debitorum ſtatuere, qui
alioquin facilè circumueniri à creditoribus poſſunt.* Sed
quæſo quid eſt hoc, forum externum non vult ex nudo
pacto, & ſine ſtipulatione deberi vſuras. Forum non
habet velle, neque nolle, forum non ſtatuit: legis tan-
tùm eſt velle, imperare, ſtatuere, vetare, permittere *l.* 7.
ff. de legib. Quòd ſi dicat pro foro externo ſe intelli-
gere id quod vſus, & praxis tribunalium admittit, dicam
ſtatim non in foro ſequi ius canonicum, quod non per-
mittit vſuras, etiamſi in ſtipulationem deductæ ſint.
20 imò eas acerrimè vetat, & execratur. Verùm puto vt
congruenter loquatur iis quæ *initio d. num* 7. dixit eum
dicere velle Iuriſconſultos, qui reſponſis ſuis conce-
dunt vſuras deberi ex ſtipulatione, quæ ſubiicitur mu-
tuo ex ipſo die conuentionis, conſtituiſſe, ne ex pacto
nudo, & ſine ſtipulatione vſuræ deberentur. Neque
aliud dicere poteſt, niſi ridiculus videri velit. Sed præ-
terquam quod hoc in genere verum non eſt, conſtat
enim apertiſſimis iuris locis etiam ex pacto rerum cre-
ditarum interdùm vſuras deberi, vt *in l. etiam. ff. de vſur.
l. frumenti. C. eodem.* & aliis: & prætereà ex nudo pacto
promiſſas per retentionem pignoris ſeruari, & retineri
potuiſſe *l. per retentionem, & l pignoribus. C. eod.* & expli-
cat Borcolt. *cap.* 3. *num* 43. *& ſeqq.* & præterquam quod
vſuras in iudiciis bonæ fidei ex mora præſtandas eſſe
paſſim legibus ſancitum eſt: annuamus P. Gibalino
Iuriſconſultos veteres, de quorum ſententia diſcepta-
mus, id eſt quid ius ciuile de vſuris ſtatuerit, nolle
vſuras ex nudo pacto, & ſine ſtipulatione deberi, quod
21 regulariter in pecuniis creditis verum fuit, non tamen
inde efficere poteſt, quod contendit vſuras, quas Iuri-
ſconſulti illi probarunt, & conceſſerunt deberi ex ſtipu-
latione, & ex die conuentionis fuiſſe cõpenſatorias eius
quod creditoris intereſt, non lucratorias & lucri cauſa
in ſtipulatum deductas. Quæ enim quæſo hæc illatio eſt,
Iuriſconſulti, qui concedunt vſuras ex die interpoſitæ
ſtipulationis deberi, iidem ſtatuunt ex nudo pacto, &
ſine ſtipulatione non deberi, ergò vſuræ quas concedunt
ex ſtipulatione deberi, ſunt cõpenſatoriæ, vel quod idem
22 eſt ſupponunt intereſſe creditoris. Imò hoc eius mihi
ſanè nouam aſſertionem potiùs euertit. Nam ſi vſuræ
iſtæ, quæ iure ciuili permittebantur, fuiſſent compen-
ſatoriæ, & id ipſum quod verè creditoris intereſt, vt
Hotmannus garrit, & P. Gibalinus putat imbutus ab
Hotmanno, non tantùm ex ſtipulatione eas deberi con-
ſtitutum fuiſſet, ſed etiam ex nudo pacto, & conuentio-
ne, quandoquidem id quod intereſt ex ſola mora deberi
eodem iure definitum eſt *in l.* 2. *§. nunc de officio, ff. de eo
quod cert. loc. & l.* 1. *C. de ſent quæ pro eo quod intereſt.* quæ
in omnibus contractibus locum habet. Eſt enim fauo-
rabile id quod intereſt, & ratio naturalis poſtulat, vt à
debitore, cuius culpa contigit, id reficiatur: vnde ini-
quiſſimæ fuiſſent leges, & reſponſa prudentum, & ſibi
ipſis pugnantia, ſi illis argutiis, & ſubtilitatibus iuris
ciuilis concluſum fuiſſet. Sed quia vſuræ illæ erant lu- 23
cratiuæ, & vergebant in lucrum creditorum & necem
debitorum, ideoque odioſæ erant, vt ex Baldo diximus,
eas Iuriſconſulti veteres, quantum illis licuit, repreſſe-
runt, & in ſpecie illis placuit, ne ex ſola mora in mu-
tuo, & pacto nudo peti poſſent. Et hoc quidem fauore
debitorum cõſtitutum eſt, vt P. Gibalinus ait, non quòd
alioquin facilè à creditoribus circumueniri poſſent, vt
putat, quia non minùs ex pacto, quàm ex ſtipulatione
id facere potuiſſent, † & non minùs ſtipulatio vſuraria 24
inſtrumentis inſeri poterat, quàm in pactum, vt con-
ſtat *ex l.* 7. *§ quod ferè, ff. de pact l.* 42. *§. vſuras, ff. ſolut.
matrim. & l.* 1. *C. de vſur* & debitores, qui indigent pe-
cunia facile ſe ſinunt ſtipulationibus irretiri: ſed ita
ius conſtitutum eſt, vt dixi quia vſuræ illæ erant lu-
cratoriæ, & odioſæ, ne tam facilis eſſet earum obliga-
tio, & exactio. Hæc igitur clauſula nocet magis quàm
proſit eius ſententiæ, vt cætera omnia, ſi dicere fas eſt,
quæ hactenus dixit.

Neque minùs infeliciter, ſe abſoluit ex illis legibus, 25
quæ dicunt ex otioſa pecunia vſuras præſtandas eſſe, vt
in l. 13. *§.* 1. *de vſur. l.* 37. *ff de negot. geſt.* & aliis, quæ ex-
pendimus *ſect.... num....* & *ex l. ſi fundus.* 44. *& l.* 86. *de
leg.* 3. vbi mentio eſt de pecunia quæ fœnerandi cauſa in
fundo legato ſeruabatur, ex quibus merum illud fœnus
omninò probatur. Reſpondet enim *num.* 11. fœnus ſæ- 26
piùs ſumi pro vſura debita ex cauſis illis legitimis, quas
ſuperiùs attigiſſe ait. Itaque nihil ex legibus colligi
poſſe, dum quærunt, an negotiorum geſtor teneatur
de vſuris pro pecunia quam ſterilem, & otioſam reli-
quit, ſi dominus conſueuit illam dare fœnori. Non
enim explicant iuſto an iniuſto, ſicut neque dum quæ-
runt an pecunia nominibus faciendis deſtinata legata
cenſeatur vna cum prædio, in quo reperitur. Verùm 27
præterquam quod ipſe fœnus pro vſura verita capit in
ſua vſuræ definitione, ait enim *vſura, ſeu fœnus.* Sal-
tem debuit, in obiectione, quæ illius opinionem con-
figit, proferre locum aliquem iuris, in quo fœnus pro
vſura ex cauſis legitimis debita ſumatur, & quæ ſint
illæ cauſæ legitimæ, ne dicere quis poſſit illum hanc
ſibi rimam relinquere, qua effluere, & elabi poſſit, no-
bis ſufficit fœnus in iure noſtro, & apud Iuriſconſultos
illius auctores paſſim ſumi pro eo quod eſt, id eſt pro
mercede vſus pecuniæ creditæ, & locatæ fœnori, ſeu
creditæ ſub vſuris: vnde Horatio nummi conducti, id
eſt ſumpti fœnore, vt apud Plautum, *ſi mutuum non po-
tero, ſumam fœnore:* denique pro lucro, quod creditor
vltra ſortem ex ſua pecunia ſtipulatur, & captat: &
pro lucro pecuniæ parientis, & increſcentis in diem;
quod an iniuſtum eſſet veteres Iuriſconſulti explicare
non conſueuerant, quia iuſtum eſſe putabant: & ſuffi-
cit ſæpius adducta *l.* 1. *C. de vſur. & l.* 9. *in princ. ff. de vſur.*
vbi Papinianus ait fœnus iuſta ratione promitti, & tan-
tùm quibuſdam caſibus improbum eſſe exiſtimabant, vt
in l. 20. *C. de his qui not. infam. l.* 11. *§.* 2. *ff. de pignor. act. l. ſi
non ſortem in princip.* 26. *ff. de condict. indeb. & l.* 44. *ff. de
vſur.* & ita fortaſſe aliis quibuſdam. Cæterùm in aliis 28
locis vbi non improbant tametſi natura ſua turpe, &
improbum, paſſim probant, vt vel vnus D. Auguſtini
locus ſatis demonſtrat *in epiſt. ad Maced.* & Balſamon:
in epiſt. D. Baſilij ad Amphiloch. cuius ante meminimus:
& proinde de hoc fœnore leges, & reſponſa illa veteris
iuriſprudentiæ

iuriſprudẽtiæ intelligi debẽt, vt *in l.9.ff.de vſur.l.4.ff.de*
naut.fœn. l.14.& 26. §.1. verſ.interdicta licentia.C.de vſur.
l.6.C.ſi cert.pet.l.24.ff.de vſu & vſufr.legat. & aliis mul-
29 tis. Vnde meritò hoc nomen in malam partem acci-
piunt decreta Pontificum, & Conciliorum, & ſenten-
tiæ Patrum, quæ fœnus vetant, & qui fœnus exercent
diris execrationibus perſequuntur: nec addunt impro-
bum, vel iniquum, vt in ſententia Gibalini addendum
fuit. Atque inſcitiæ arguendi eſſent Patres, & Pontifi-
ces, qui palam edicunt fœnus, & vſuras exercere pec-
catum eſſe, & hæreticum eſſe id negare, vt in Concil.
Viennen.decretum eſt, quod nõ expreſſerint, id de vſu-
ris improbis conſtitutum eſſe, vt etiam P. Gibalinus,
qui ſuæ definitioni addere debuiſſet, vſura ſeu fœnus
30 improbum. In quam partem etiam à Poëtis ſumitur
Ariſtophane, Horatio, Lucano, Perſio, Auſonio, Pe-
trarcha, Palingenio, qui vſuram Pluti ancillam vocat:
vt etiam à Philoſophis Ariſtotele, Catone, Cenſorio,
Cicerone, Plutarcho, & qui nunc erit inſtar omnium
Seneca, qui *lib.7. de benef. cap.10. Quid iſta ſunt?* in-
quit, *Quid fœnus, & Calendarium, & vſura, niſi huma-*
na cupiditatis extra naturam quæſita nomina? & deinde.
Quid ſunt iſta tabulæ, & ſanguinolentæ centeſimæ? Volun-
taria mala ex conſtitutione noſtra pendentia, inanis auaritiæ
ſomnia?

31 Et admiſſo etiam fœnus in aliquo iuris angulo, & ali-
quando tanquam iuſtum genus præſtationis deliteſcere,
quod vix puto, niſi fortè ſubiecta materia id ſuadeat,
& impropriè, vt ſi maritus indicabo enim, ad ſuſti-
nenda onera matrimonij dotis non numeratæ fœnus,
vel vſuras, quas quidam fructus vocant ſtipulatus ſit,
vt *in d.l.42.§.vſur.ff.ſolut. matrim.* ibi, qui reſiduæ dotis
32 promiſſæ fœnus ſtipulatus eſt. ambigẽdum non eſt quod
dicitur *in d.l qui ſemiſſes. §. quæſitum.* de eo, qui conſue-
uerat pecuniam fœnerare, tametſi non dicat iuſto vel
iniuſto fœnore, de vero, & proprio fœnore accipien-
dum eſſe: vt cæteræ leges quæ vetant, vel permittunt
fœnus exercere. Etenim certum eſt hoc genus homi-
num odio publico ſemper laboraſſe, & contrà illos ſan-
ctiones, & canones Eccleſiaſticos præſumere: vnde
non videtur probabiliter in dubium reuocari poſſe eos,
qui fœnus exercere, & pecuniam ſub fœnore credere
conſueuerant, id lucri cauſa feciſſe, quod genus fœno-
33 ris improbum, vel ipſo Hotmanno teſte. Etenim exer-
cere fœnus, & conſuetum eſſe fœnerare pecuniam, eſt
artem aliquam profiteri, vt hodie campſores dicuntur
campſoriam ſeu numulariam exercere: at nemo ſine lu-
cro, vel ſpe lucri artem exercet, niſi velit iactare ſuum,
quod præſumitur *l. cum de indebito. ff. de proba.* Ergò
eos, qui fœnus exercere, vel pecunias ſuas fœnori dare
conſueuerant lucri cauſa id feciſſe dicendum eſt. Si enim
vt dicebat Rodericus *loc. cit.* hodie cùm lex veritatis
effulſit mundo, vix eſt, vt qui lucrum habet præ ma-
nibus, vel cui damnum imminet, velit pecuniam qua
illi damno occurrere, vel lucrum facere poteſt, ean-
dem alteri mutuam date, cùm quiſque rebus ſuis con-
ſulere malit, quàm ſub ſpe incerta damnum pati, vel
amittere iuſtam occaſionem rei familiaris augendæ, &
præſertim quia ſæpè, vt Palingenius ait *lib.2.*

Debitor aufugiens portat cum fœnore ſortem.

Quantò magis credendum eſt veteres illos fœnerato-
res, ſeu eos, qui pecuniam fœnerare conſueuerant, non
niſi dulcedine vſurarum, vt Vlpianus loquitur, quas
etiam dulces vocat Manilius *in Aſtron.cap.4.* & rei au-
34 gendæ cauſa fœneratitiam exercuiſſe. Nec tutum eſt
illius ſubterfugium, dum ait Iuriſconſultos non expli-
care iuſto an iniuſto fœnore ille ſolitus eſſet pecuniam
occupare, quia ſatis eſt quòd dicant illi, qui pecunias
fœnerari conſueuerat, ab eo qui negotia eius geſſit, &
pecuniam otioſam eſſe paſſus eſt, vſuras præſtandas
eſſe. Hinc enim ſequitur eo iure vſuras, & fœnus lici-
tum eſſe, & comprobari. Alioqui dicendum eſt leges,
quæ dicunt vſuras in ſtipulatum deductas optimo iure
deberi, præſtari oportere, & vſque ad finem centeſima-
rum ſtipulationem valere, & aduerſus tutores qui-
buſdam caſibus vſuras maximas decernunt, & non ex-
plicant, an illæ centeſimæ iuſtæ ſint, vel iniuſtæ quas
tamen ipſæ leges grauiſſimas vocant, vt Vlpianus *in l.7.*
ff.de admin.tut. Zonaras, & Balſamon *in can 17. Concil.*
Nicæn. iniquiſſimas omnium, & Seneca ſanguinolentas
appellat, de vero, & proprio fœnore, & de propriis vſu-
ris intelligendas non eſſe, & illis iuris locis proprium,
& verum fœnus probatum non fuiſſe, quod dicere
non tantùm abſurdum eſt, ſed etiam publicè perni-
cioſum.

Qua ratione, quod refertur *in d.l.44. & 86.de leg.3.* 35
de pecunia, quæ fœnori vel nominibus faciendis deſti-
nata in fundo legato reperta eſt, de vero, & proprio
fœnore accipiendum eſt, id eſt, de eo, quod lucri cau-
ſa exercetur, & illis temporibus licitum eſſe videbatur.
Alioqui ſtultitiæ teſtator & paterfamilias arguendus
eſſet, qui ſine lucro vllo, imò cum certo damno pecu-
niam nominibus faciendis deſtinaſſet. Fœnus enim vel
cum lucro eſt, vel ſi ſine lucro fœnus non eſt & pe-
cuniam credere ſub iuſto fœnore, non eſt eam dare fœ-
nori, quia fœnus iuſtum, id eſt, ſine lucro, fœnus non
eſt, & quis vellet nomina facere ſine ſpe lucri, niſi
ſtultus ſit? An non potiùs pecuniam ſuam quilibet do-
mi paratam habere vellet præſidij cauſa, vt cùm opus
eſſet, poſſet ſuis commodis inſeruire, quam nomina
facere, & huic & illis nummos credere ſine vlla ſpe
certi lucri, quos cùm repetas, vix habere poſſis, & 36
non ſine iurgiis, vt exempla commonent. Sanè vel me-
diocris prudentiæ vir potiùs comparationi prædiorum
eam pecuniam deſtinare voluiſſet, quàm iuſto fœnore,
id eſt, ſine lucro pecuniæ negotium gerere, vnde tuto-
ribus nunc impoſita eſt neceſſitas pecunias pupillares
non in fœnus, ſed in emptionem prædiorum, vel redi-
tuum vertere, vt alibi diximus. Et hoc quidem fœnus,
quod terra refert, omnium iuſtiſſimum, vt teſtatur 37
Varro *in princ.de re ruſt.* Sanè loquor de priuatis viris, &
& de quibus leges illæ loquuntur. Scio enim Principes
viros aliquando pecuniam gratuitam indigentibus, &
ſine ſtipulatione dediſſe, vt de Auguſto memorat Sueto-
nius in eius vita, & de Tiberio Tacitus *annal. lib.5.* &
Pomponio Attico, qui inter Principes quoque referri
poteſt, Cornelius Nepos refert in eius vita, quod re-
cenſui *quæſt.22.num.22.& 23.* vbi etiam ex Annæo Ro-
berto retuli Sophiam Auguſtam multorum, qui graui
ære alieno premebantur, debita perſoluiſſe, & compe-
ri etiam aliquando Populum Romanum, dum Reſpu-
blica ſtaret: Publicanos vſura ſæpè adiuuaſſe, vt teſtis
eſt M Tull. *act.5.in Verrem,* vt etiam obſeruat Hotman.
cap.1.de vſur.in princ.

Præterea parùm tutum eſſe hoc P. Gibalini perfu- 38
gium conſtat *ex l.13.§.ibidem.ff de act.empt.& l.9. §.1.de*
vſur. quibus in locis definitum eſt, licèt creditor ſua
die non reddita pecunia, duplum ſtipulatus eſſet, quod
fœnus erat horribile, & flagitioſum, nihilominus ſti-
pulationem vſque ad legitimam vſuram, id eſt, cente-
ſimam valere. Cui rei etiam proximum eſt, quod *in*
l.29. d. tit. definitum eſt etiamſi vltrà ſtatutum modum
quis vſuras ſtipulatus eſſet, vel vſurarum vſuras, quod
illicitè adiectum eſt pro non adiecto haberi, & licitas
peti poſſe, id eſt centeſimas, quod & Imperatoribus
perſuaſum eſt *in d.l.8. C. ſi cert.pet.* Nam in tanta atro-
citate, & iniquitate ſtipulationis, cui in mentem veni-
re poteſt vſuras illas centeſimas, quæ creditori conce-
debantur, fuiſſe illi ex aliqua iuſta cauſa debitas, an
non potius, quia fœnus vſque ad legitimum modum,
id eſt, vſque ad centeſimam, vel quod idem eſt, quia
vſura centeſima priùs illo iure licita videbatur. Præ- 39
terea cùm Vlpianus *in l.10. ff.mandat.* ait procuratorem,
quia ſuis debitoribus vberrimas vſuras percipiebat, eaſ-
dem à mandante conſecuturum, dicemuſne, quia non
dixit, an iſtiuſmodi vberrimæ vſuræ iuſtæ, vel iniuſtæ
ſint,

ſint, hunc locum de veris, & propriis vſuris acci-
piendum non eſſe? Sanè et Cicero vberrimos, &
lætiſſimos fructus vinearum dicit: ſic Vlpianus vberri-
mas vſuras, & addere potuit lætiſſimas creditoribus
40 ſed debitoribus luctuoſas. Quid denique, cùm Iu-
riſconſulti referunt interdum debitores prærogaſſe vſu-
ras, & in ipſo mutui contrahendi tempore eas ſoluiſ-
ſe, & nihilominùs tranſacto tempore, pro quo vſuræ
prærogatæ fuerant integram ſortem deberi & peti poſ-
ſe, veluti *in l.4. §. vlt. l.57. ff. de pact. l. qui Romæ 22. ff.
de verb oblígat.l.2.§.non male ff.de dol.except.l.ſi vſuras* 21.
C. de vſur. vt obſeruat Hotman. *lib de vſur. cap.4. & in
epit. n.6.* vbi rectè hoc fœnus vocat & Galli *payer l'inte-
reſt par auance*, quia non dicunt, an huiuſmodi vſuræ iu-
ſtæ vel iniuſtæ ſint, dubitabimus, an veræ & propriæ
vſuræ ſint, & an illas in his ſaltem locis Iuriſconſulti
41 veteres probauerint? Hoc ſanè non tantùm abſurdum,
ſed etiam ridiculum mihi videtur, ſiquidem hoc ge-
nus vſuræ plùs quàm fœnus eſt. Etenim tria continet
miſeris debitoribus luctuoſa, primùm enim cùm vſuræ
ſint filiæ dierum, & menſium, & fœneratores illas Ka-
lendis exigere ſolerent, hoc fœnus vſuras ante diem, &
antequam debeantur, extorquet; ſecundò minuit, &
decidit ſortem, quam diminutam domi infeliciſſimus
debitor referre cogitur: denique tranſacto tempore,
per quod vſuræ prærogatæ ſunt, debitores integram
ſortem, & eius vſuras præſtare cogebantur, vt docet
ipſe Hotman. *loc. cit.* quæ fraus antiquiſſima fuit, vt
ex Doſitheo Grammatico obſeruat Cuiac. *lib.51.cap.9.*
qui ſubiicit Adrianum decreuiſſe, vt Præfectus Præto-
rio hac de re cognoſceret, & ad ſe referret. Quid Adria-
nus ſtatuerit incertum eſt: at tamen Cuiacius ſe non
dubitare, quin Adrianus iudicauerit deberi tantùm
creditori, quod apud debitorem remanſit, & vſuram
centeſimam eius ſummæ, quia re contrahi non poteſt
obligatio, niſi quatenùs datum eſt *leg. ſi tibi ff. de pact.*
42 Vnde meritò hæc fraus reſecta fraudibus à Iuſtinia-
no repreſſa eſt *in dict. leg. eos §.1.* his verbis, *Interdicta
licentia creditoribus ex pecuniis fœnori dandis aliquid detra-
here vel retinere cuiuſcumque cauſa gratia. Nam ſi quid
huiuſmodi factum fuerit principale debitum minuetur, vt
tàm ipſa minuenda pars quàm vſura eius exigi prohibeantur.*
& meritò Anton. Mornac. *in d. l 53. ff. de pact.* monet
hoc hodie mores Chriſtianos vetare; conſtat igitur, ne-
que ſine impudentia negari poteſt vſuras iſtas verum &
merum fœnus fuiſſe, & conſequenter Paulum Vlpia-
num Florentinum veteres iuris auctores ſuis reſponſis
vſuras pecuniæ fœnebris comprobaſſe.
43 Ex his probari poteſt, quod dicebam *quæſt 63. n.15.*
cùm in contractu cenſus ex pacto, & conuentione præ-
cedenti, penſio ſtatim ſoluitur, & retinetur, contra-
ctum nullum: eſſe cuius rei fortiſſimum argumentum
eſſe cenſebam, quia cùm ſtatim vel paulò poſt ex pacto
penſio prærogatur, & ſoluitur, non intelligitur pretium
integrum fuiſſe ſolutum, & receptum *d. l. eos §. ſuper
vers. interdicta licentia C. de vſur. & l. qui ſic ſoluit. ff de
ſolut.* & apertiſſimè ſcripſere inter alios Cardin. Tolet.
lib.5. cap.48. num.5. & Card. de Lug. *diſp.27. num* 95. &
quia de huius contractus forma eſt, vt non niſi iuſto re-
cepto integro pretio conſtituatur, vt nominatim
conſtitutione D. Pij V. ſancitum eſt, & nos diximus
quæſt.59. num.44. & reſpondit Ioann. Baptiſta Blan-
cardus Senator, & Antecessor Taurinenſis *in ſua conſult.
de anticip. & aliis illic. pact. in reſp. ad* 3. vbi rectiſſimè oſtē-
dit in contractu cēſus executionem huius pacti minue-
re pretium, & cenſum veluti non integro recepto pretio
44 conſiſtere non poſſe. Quæ ſententia non placuit P. Gi-
balino *lib.4. cap.6. art.20. n.7.* vbi ſcribit me duas Rotæ
deciſiones, quæ meæ ſententiæ obſtare videntur, & qui-
bus reſpondere conatus ſum *quæſt 63. num.*... eludere
conari, quod parciùs mihi obiicere debuit, ſemper enim
placita Eminentiſſimi illius ordinis magnifeci, & ſpe-
ro me in appendicibus demonſtraturum nihil ab eo pro-
poni, vt meam ſententiam: imò contrariam opinionem
publicè perniciosam, vt quæ doceat homines, vbi ſan-
ctio Pontificis recepta eſt, & obligat contrahentes, il-
lam contemnere, & lacerare. Quia enim velit alia ra-
tione reditus emere, ſi id licet. Et cur Pius V. id vetuit?
Quid ſi duorum, vel trium annorum penſio in ipſo limi-
ne contractus ex pacto extorqueatur, docebitne Theo-
logus cenſum valere? & tamen hoc etiam admittere
eum neceſſe eſt, ne ſibi ipſi, & ſecum pugnare videa-
tur. Intereà liceat mihi dicere in refectione meæ ſen- 45
tentiæ, vel potiùs plurimorum grauiſſimorum aucto-
rum, quos ibi ſecutus ſum, inter quos Donidus, quem
malè adfert pro ſua ſententia, illum ſupponere, quod
ego, & alij, qui mecum ſentiunt, in ea theſi non ſup-
ponunt, nempè obligationem anticipatè ſoluendi pen-
ſionem veluti pretio æſtimabilem compenſari aliquo
alio commodo venditoris, vel maiori aliquo pretio, quod
ſi inter auctores licet, nulla eſt definitio, quæ facilè ſub- 46
uerti non poſſit. In quo videtur P. Gibalinus imitatus
Paulum magnum illum Iuriſconſultum, qui *in l. vlt. ff.
ad l. Rhod. de iact.* vt veriſſimam Labeonis ſententiam
reprehendat, alios caſus conquirit, in quibus illa in
dubium renocari poſſit, & de quibus Labeo non
cogitauit, vt obſeruat Præſes Faber *in ration. ad d. l.
vlt. in fin.* vbi etiam notat, & reprehendit illam Pauli
in redarguendo Labeone procliuitatem: tametſi etiam 47
facta illa compenſatione, adhuc in locis, vbi ea conſti-
tutio recepta eſt, in quibus terminis de hac re quære-
bamus, ego ſubſiſterem ex his, quæ tradit Molin.
diſput.390. num.12. & reperit Salas euſd. Soc. Theologos
de cenſib. dub 9. & apertiſſimè Salon. *art.3. contr. 12. in fin.*
vbi poſtquam docuit pactum illud cenſibus apponi poſſe
emptore pretium augente arbitrio prudentis viri, ad-
dit deinde hoc intelligendum eſſe in locis vbi conſtitu-
tio Pij V. non obligat: nam vbi illa recepta eſt nullo mo-
do nec aucto pretio illud licebit lege iſta illud omninò
prohibente. Hoc tamen in tranſitu tantùm dictum vo-
lo. Hic interim Patri gratias ago, quod in tractatu de
cenſibus ſæpè meorum laborum mentionem fecerit,
tametſi ſæpiùs id facere potuit, & fortaſſe debuit iis
ſcilicet locis, in quibus ex me profeciſſe, vel pueri,
qui ſciunt legere, poſſunt animaduertere. Et ô ſaltem
mihi reliquiſſet, quod de ædibus ligneis ſcripſi
quæſt.45.
Porrò, vt perſequar cætera, tibi prætereà P. Gibali- 48
nus obiicit *num.10. & 11.* quod conſtitutum eſt *in l. 4.
ff. de reb. cred. Præſidis prouinciæ officiales mutuam pecuniam
dare, & fœnebrem exercere poſſe.* ex qua ait confirmari,
quod ex aliis proximè dixerat merum fœnus, de quo
agimus, omninò probari. Quod etiam confirmat *l. 33.*
quæ proximè præcedit *eod. tit. & l.3. Codic. ſi cert. pet.* qui-
bus cautum eſt, ne hi qui prouinciam regunt, quiue cir-
cà eos ſunt, negotientur, mutuamue pecuniam dent, fœ-
nuſue exerceant: ex quibus Hotmann. *in epit. lib.28. num.*
23. infert non dubium eſſe, quin iure Romano fœnus
omnibus exercere liceat præterquam Præſidibus in ſua
prouincia. Quod etiam iudicat, quod addit Paulus *in d.
l.34. Præſes prouinciæ pecuniam fœnebrem ſumere poteſt.* Nam
ſi licet Præſidi ſumere, neceſſe eſt, vt aliis illi & inter ſe
fœnori dare liceat. Deinque tot ſunt huius rei in iure, &
apud alios auctores impreſſa veſtigia, vt nihil certius,
& exploratius ſit quā ciuilibus legibus licuiſſe omnibus
exceptis Præſidibus, & qui circà eos erant, fœnus palam,
& publicè exercere, & conſequenter fœnus iure Roma-
no probatum & receptum fuiſſe.
Hoc argumentum, quod fortiſſimum eſt, probat ma- 49
nifeſtè falſum eſſe, quod Gibalinus dicit *num. 8.* vſuras
antiquo Pandectarum iure permiſſas non eſſe lucrato-
rias, & pro ſolo vſu rei mutuatitiæ exactas, ſed compen-
ſatorias, & punitorias propter damnum illatum credi-
tori reparandum aut moram ipſi noxiam puniendam

dam. Quid enim quæſo eſt fœnus exercere, quàm ſub vſuris pecuniam credere, & lucri cauſa in mutui datione vſuras ſtipulari, vt *in l.9.& 11.ff. de vſur.l.1.& 5. C. eod.* & aliis innumeris, & ſubiicio tantùm initium *d. l.11. Gaius Seius qui rempublicam gerebat fœnerauit pecuniam publicam ſub vſuris ſolitis*, &c. Quid enim ſunt iſtæ vſuræ ſolitæ niſi merũ fœnus? & *l.33. ſi bene collocata ſint pecuniæ publicæ in ſortem inquietari debitores non debent, & maximè ſi pariant vſuras*,&c. Et quis ſibi imaginari poteſt Alphium Cæcilium, & alios publicos fœneratores non lucri cauſa fœnus exercuiſſe? Certiſſimum igitur eſt moribus Romanis, & legibus ciuilibus non tantum compenſatorias & punitorias, ſed vſuras etiam lucratorias probatas, & permiſſas fuiſſe.

50 Hoc argumento vt ſe explicet P. Gibalinus ait quod dicitur *in d. l.34.* licere officialibus Præſidis fœnus exercere, nihil contrà ſe vrgere. *Nam*, inquit, *ne quidem vſuras compenſatorias volunt à Præſidibus prouinciarum exerceri, ne eo prætextu prouincias vexent & improbo quoque fœnore affligant, quas tamen vſuras, ſi alioquin iuſtæ fuerint, officialibus denegari nolunt. Itaque tantùm abeſt, vt iniquum illud fœnus approbent Iuriſconſulti, vt ad illud impediendum ipſas vſuras alioquin iuſtas, vtpotè damni creditoris compenſatiuas Gubernatoribus vetitas velint, ne earum prætextu fœnus illud, quod ex republica amandatum cuperent, impunè exerceant.* Sed hæc omnia nullius momenti ſunt, & merã diuinationẽ continent, & à mente veterum iuris auctorum, & interpretum omnium cõſenſu alienam. Etenim nullum *in d. l.33. & 34. de reb. cred. & l.3. C. ſi cert. pet.* huius iuſti fœnoris, ſeu vſurarum damni creditoris compenſatiuarum, vt ipſe explicat, veſtigium eſt ſed ſimpliciter dicunt Præſidibus fœnus exercere vetitum

51 eſſe, cæteris licere. Vnde hoc accipiendum eſt de illo fœnore, quod illis temporibus palam, & publicè in prouinciis Romanis exercebantur, vt dictum eſt, & innumeris locis conſtat, & præſertim *ex l.3. ff. de eo quod cert. loc. l.7. §. quoties ff. depoſ. & §.33. Inſtit. de act.* illis verbis. *Sed & pecunia numerata non in omnibus regionibus ſub iiſdem vſuris fœnerantur.* Et apertius Theoph. *eod. loc. Non omnibus in regionibus eadem eſt ratio credendi ſub vſuris.* Quod etiam conſtat *ex l.1. in princ. de vſur.* & aliis, quibus proditum eſſe diximus in iudiciis bonæ fidei vſuras ex more regionis conſtituendas eſſe, quod certiſſimum argumentum eſt vſuras, quas nunc mores Chriſtiani, & Eccleſia vetat moribus Romanis receptas, & probatas fuiſſe; & omnibus tùm Romæ, tùm in prouinciis exceptis Præſidibus fœnus agitare licuiſſe. Quod ſi leges, & Principes amandare voluiſſent, vt gratis P. Gibalinus ſibi perſuadet, & aliis perſuadere nititur, vt prohibuerunt Præſidibus ne fœnus exercerent, ità & cæteris prohibuiſſent: eadem enim erat prohibendi ratio, cùm fœnus natura ſua improbum ſit, & iuri naturæ contrarium, & nota erat fœneratorum etiamſi nulli prouinciæ præeſſent, inhumanitas, & ſæuitia, præſertim

52 cùm centeſimis agere permittebatur. Sed ideò priuatis hominibus imò & rectoribus, & adminiſtratoribus ciuitatum pecuniam fœnerare permiſſum eſt, & officialibus Præſidis, quia fœnus licitum, & tolerabile credebatur intrà fines legitimæ vſuræ, id eſt, centeſimæ: & deinde intrà modum poſitum à Iuſtiniano *in d.l. eos.26.C.de vſur.* quam idcircò damnatus auctor, Hotmanus, & Balduinus magni faciunt. Præſidibus verò prouinciarum fœnus exercere derogatum eſt, non ſolùm ne improbo, & immodico fœnore homines ſuæ prouinciæ ſpoliarent, ſed etiam ne illos ſibi obnoxios & veluti ſeruos haberent, & quò vellent his veluti vinculis adligatos traherent, & præſertim ſi gratuitam illis pecuniam, & ſine vſuris & ſtipulatione crediddiſſent, vt de Pomponio Attico memorat Cornelius Nepos in eius vita. Denique quia licèt fœneratio licita eſſet, parùm tamen honeſta videbatur, vt obſeruat Alciat. *in d.l.33.* & Præſes Fab. *in d.l.34. ſi cert. pet.* vnde prouidentia Principum huic malo occurſum eſt, ad quorum ſollicitudinem id maximè pertinebat, & quorum valdè intererat, ne fieret *per ragion di ſtato.* Vnde prohibitio illa non Iuriſconſultorum reſponſis, & definitionibus inducta eſt, ſed ex conſtitutionibus Principum, vt indicat *d.l.33.* dum ait, *Principalibus conſtitutionibus cauetur*, &c. Quare leges illæ, quæ vetant Præſi- 53
dibus, & permittunt cæteris fœnus agitare de mero & vſitato illis temporibus fœnore accipiendæ ſunt, vt rectè eas interpretatus eſt Emin. Cardin. Mant. *de tac. & ambig. lib.6. tit.5. n.7. & 9.* vbi ait quod de fœnore illis locis dicitur, nunc omnibus interdictum eſſe. Illas igitur leges de mero fœnore interpretabimur, quod priſco illo iure iuſtum videbatur, & nunc interdictum eſt, non de fœnore iuſto, & vſuris iuſtis, id eſt damni creditoris compenſatiuis, vt Gibalinus comminiſcitur. Nam ſi leges, quæ vetant Præſidibus fœnus exercere, & permittunt officialibus eorum, de priuatis enim nulla erat dubitatio, de iuſto fœnore accipiendæ ſunt, multò certius ità interpretari oportet cæteras omnes, quæ dicunt vſuras ex ſtipulatione, vel moræ deberi, vel præſtandas eſſe, ſunt autem innumeræ, quæ id definiunt, quod falſum eſt, & publicè pernicioſum, vt memini me dicere, inde enim ſequitur leges illas omnes iuſtas eſſe imò æquiſſimas, vt illi excidit *cit. art. n.6. in fin.* & quod conſequens eſt ſecundùm eas iudicandum, quod quidam auctor, & reliqui eiuſdem claſſis maximè velint. Repugnat verò, & contrà ſtat querela illa D. Auguſtini de legibus, quòd vſuras præſtare iuberent, & non eſſet, quo iudice repeterentur: & locus ille Balſamonis ad Amphil. quem recenſui *ſect.1. in fin.* ſacri canones, & decreta: & conſenſus omnium Theologorum, & Catholicorum Iuriſconſultorum omnium, qui excepto Lupo cenſent leges ciuiles fœnus, & vſuras pecuniæ creditæ admittentes nullas, iniquas, impias, & ſacrilegas eſſe, vt ſuis locis memorauimus, quidquid quidã de vſuris, quæ ex mora in iudiciis bonæ fidei veniunt, incautè ſenſerint. Denique repugnat ipſe P. Gibalinus, qui *lib.3. cap.6. art.5.* & aliis locis ſcripſit leges ciuiles quæ ex mora vſuras præſtari iubent, iniquas eſſe, quod multò magis dicere debuit de legibus, quæ fœnus exercere concedunt, vt *d. l.34.* quæ vt dictum eſt, permittitur officialibus Præſidis, qui perpetui erant, mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere, & ipſi Præſidi pecuniam ſumere fœnore, quod aliis licere nulla erat dubitatio.

Præterea tota illa illius coniectatio euertitur vno 54
verbo, quo Iuriſconſulti vtuntur illis locis, quod eſt *exercere*, quod frequentiam, ſtudium, profeſſionem, artem quandam ſignificat, vt indicat *l.35. §. proinde. ff. de her. inſtit.* & adducta ſæpiùs *l.7. §. quoties. ff. depoſ.* & obſeruat ex noſtris Lucas de Penn. *in l.1. C. de cohort.* & Decius *in d. l.33. num.2.* vnde Cicero *Tuſculan.1.* quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat, quo viri ſapientiſſimi dicto admonemur omnes, ne in iis quæ à noſtra profeſſione remota ſunt, tractandis, diſputandiſque verſemur. Vt etiam illius interpretationi repugnat verbum *agitare* quo vtitur *d.l.7. C. ſi cert. pet.* quod conſuetudinem, & frequentiam quoque deſiderat, & nullo modo ad vſuras illas compenſatorias trahi poteſt. Quis enim velit quales comminiſcitur vir 55
Theologus, vſuras damni, & eius quod intereſt, compenſatiuas exercere, & iuſtum illas fœnus agitare, ex quo nihil lucri ſperare poſſit, & quod illi tandem pernicioſum futurum eſt? Nemo ſanè paterfamilias hanc artem profitebitur, niſi ſtultus ſit & ſuum proiicere velit, quod non præſumitur *l.35. ff. de probat.* & ſapienter Cicero *lib.2. de offic.* monet quærendam eſſe rationem collocandæ pecuniæ, quæ ſumptus ſuppeditet, ſtultum verò eſt paſſim ſuas pecunias credere ſub ſpe repetẽdi lucri, quod quis ex ea pecuniam facere poſſet, & ſtultiſſimum ſpontè damnum ſubire, & pati ſub ſpe, quod poterit illud

à debitoribus repetere, qui, vt Plutarchus teſtis eſt, vt
plurimùm mentiri ſolent. Nam & fortaſſe nihil inter-
erit, & ſi fortè interfuerit illud probandum eſt, & ſæpè
deficit probatio *l.30. de teſt. tut. l. vlt. de prætor. ſtipulat.*
& proinde hoc eſſet iactare ſuum, quod facere non ſo-
lent viri ſæculi, qui liberis, vxoribus, & familiæ con-
ſulere tenentur, vt valdè monet D. Auguſt. *de ciuit. Dei*
lib.19. cap.14. in fin. & ſæpe qui attentiores ſunt, etiam
amicis rogantibus mutuum dicunt illud Martialis, *Non*
habeo. Negotiatio exercitoria, argentaria, architectura, &
ſimiles artes, quæ ad vitæ ſubſidium inuentæ ſunt, exer-
ceri vt etiam fœnus, quæ eſt omnium peſſima viuendi
ratio, vt Petrarcha cenſet *lib. 1. de remed. vtr. fortun.*
hiſque artibus, & aliis etiam ſordidioribus ſunt, qui ſe
applicent: ſed qui velit profiteri, & exercere artem
vſuræ compenſatoriæ, id eſt paſſim credere ſuas pecu-
nias ſub ſpe repetendi quod ſua intererit; mihi hacte-
nus inauditum eſt: & cedo huius artis in iure noſtro,
vel alio auctore veſtigium.

56 Nec mouet quod ait, ne quidem vſuras compenſa-
torias permiſſum fuiſſe Præſidibus exercere, ne eo præ-
textu prouincias vexarent, non aliunde vt puto quàm
quòd iiſdem vetitum fuit non tantùm fœnus exercere,
ſed etiam pecuniam gratuitam dare, id eſt credere ſine
vſuris, vt explicat Thalalæus *ad d.l.3.* quia nos non ex
his locis ducimus argumentum probati iure Romano
fœnoris ex eo, quòd vetant, ſed ex eo quòd conce-
dunt officialibus eorum, & multò magis priuatis ho-
minibus, in quibus veluti nulla dignitate præditis,
nulla erat impreſſionis ſuſpicio, fœnus exercere. Vn-
de nihil faciet, ſi illi annuero. Præſides, quibus ve-
titum eſt nomina facere, non potuiſſe vſuras ſuas com-
57 penſatiuas exigere, quia cùm ſors nulla eis deberetur
illis nec vſura, nec id quod intereſt deberi potuit.
Vtrumque id eſt vſura, & id quod intereſt, acceſſio eſt
cuius nulla petitio eſt, vbi nulla eſt petitio ſortis *l. lecta.*
ſi cert. pet. l. vlt. ff. de eo, quod cert. loc. l. 77. ff. de iur.
dot. l. ſi mulier. ff. ſolut. matrim. Sed hoc ad officiales
Præſidum, cæteróſque minimè pertinet, quibus ſcilicet
iiſdem legibus pecuniam mutuam dare fas fuit, & pecu-
niæ negotium gerere, vt loquitur Paulus *in l.37. §.1. ff.*
negot. geſt. quia ex diuerſis non infertur *l. qui negotia. 34. ff.*
mandat. ibi, *Nec huic eſt ſimile.* & *l.20. de minor.* Vt igitur
officialibus, & cæteris prouincialibus licuit pecuniam
mutuam dare, ita illam ſub vſuris credere, & fœnus agi-
tare permiſſum, & liberum fuit, vt innumeris iuris locis
conſtat, quæ ſuperfluum eſt hic repetere. Et quod addit,
vt hoc argumentum eludat, officialibus non denegari
vſuras, *ſi alioquin iuſtæ ſint*, iuſtas autem intelligit, vt
ipſe explicat, damni creditoris compenſatiuas, imagina-
ria adiectio eſt, & ab eo conficta, quia ſuam confirmat
ſententiam, quod ipſe exprobrat defenſoribus vſura-
rum, id eſt Salmaſio, ſiquidem nullum huius adiectionis,
ſi alioquin iuſtæ ſunt, in his locis, nec aliis fœnebribus
legibus veſtigium eſt: illique vt proximè dicebam, repu-
gnat conſenſus Patrum, conciliorum, & interpretum
omnium, qui cenſent leges ciuiles, quæ vſuras, & fœ-
nus permittunt, & præſtari iubent, iniquas, impias, & ſa-
crilegas eſſe. Vnde merito Petr. à Vuel. *lib. de vſur.* vt eſt
apud Philibert. Bugnion. *leg. abrogat. lib. 1. cap....* ait ea,
quæ in libris noſtris de vſuris ſcripta ſunt, in ſola theo-
rica, & nuda litera conſiſtere, nullumque vſum no-
ſtro tempore præbere. Conſtat igitur iure Romano
merum illud fœnus probatum fuiſſe, & præſertim *ex*
d.l.34. ff. ſi cert. pet. & obiectionem, quam ſibi P. Gibali-
nus fecit, diſſoluere non potuiſſe.

58 Et licèt hæc ſatis ſufficiant, ne tamen eius intactum
aliquid relinquam, dicam mihi ſatis durum videri, (ſa-
nè nouum eſt,) quod *eod. loc.* ſcribit Gubernatoribus
prouinciarum vſuras etiam iuſtas, id eſt compenſati-
uas eius quod intereſt, vt ipſe explicat, vetitas fuiſ-
ſe. Nam quamuis cautum eſſet, ne pecuniam mu-
tuam dare poſſent, non tamen inde ſequitur, ſi ex
alia iuſta cauſa illis pecunia deberetur, veluti ex le-
gato, vel fideicommiſſo, non, licuiſſe illis ex mora
vſuras conſequi, vt licuit cæteris omnibus *ex l. 1. & 2. C.*
de vſur. & fruct. leg. l. Titia. §. 1. de leg. 2. conſtat enim Præ-
ſidibus, & in quacunque poteſtate præditis, imò & Im-
peratoribus tàm hæreditatem, quàm legata, & fidei-
cõmiſſa relinqui poſſe *l. 16. C. de teſtam.* Paul. 4 *ſent. tit. 1. §.*
1. Quid ſi in hæreditate eſſet Kalendarium, & nomina
debitorum vſuraria, vt ſæpè euenire potuit, exiſtimo
Romano iure, de quo quærimus potuiſſe Præſides vt
ſortes, ità & vſuras ſortem, de quibus cum teſtatore de-
bitores legitimo modo conueniſſent, exigere potuiſſe.
Non enim Præſes contrà leges mutuum dediſſet. Et mul-
tò magis ſi ab vſuris progrediunt ad id quod intereſt,
mihi perſuadeo illud Præſides ſubducto mutuo conſe-
qui potuiſſe. Et ſanè iniqua fuiſſet, vel ſaltem dura lex,
quæ illis hoc denegaſſet. Fingamus Præſidem apud hoſ-
pitem ſuum ſuam pecuniam depoſuiſſe, ſi hoſpes vt
Cydias apud Herodotum depoſitum negaret repetenti,
& fortaſſe prouincia exceſſuro, ſanè nemo dixerit Præ-
ſidem id conſequi non debere, quod ſua interſit pro-
pter moram debitoris. Nam & hoc ius cæteris conceſ-
ſum eſt *l. 3. ff. de in lit. iur.* Rurſus ſi Præſes pecuniam nu-
meraſſet campſori, vt illam Epheſum, vel Smyrnam
traiiceret vbi fœnore ſumpſiſſet quod illi licuit *d.l. 34.*
& is in ea ſuo loco reddenda moram adhibuiſſet cum
damno Præſidis, non dubito dicere illum repetere po-
tuiſſe id quod intereſt ſibi moram factam fuiſſe. Nam &
hoc ius ciuile cæteris conceſſit etiam vltrà legitimum
modum vſurarum, vt conſtat *ex l. 2. §. vlt. ff. de eo quod cert.*
loc. & iuri naturæ conuenit. Denique memini me le- 59
gere apud Ciceronem Verrem magnam pecuniæ quan-
titatem cùm in Gallia quæſtor eſſet, Imperatori ſubtra-
xiſſe, & abiiſſe. Quæro ſi Imperator ciuiliter eam pe-
cuniam repetiiſſet, nam laqueo dignus erat Verres, po-
tuiſſetne vſuras iſtas compenſatorias, vt vocant, id eſt
id quod verè intereſt vltrà ſortem conſequi? id puto ne-
gaturum fuiſſe neminem. Ex quibus probabilius eſt
dicere ſubducto mutuo, quod Præſidibus vetitum fuit,
illos non tantùm id quod intereſt, ſed etiam vſuram iu-
re ciuili Romano quod tunc obtinuit, conſequi potuiſ-
ſe, & ità comperi ſenſiſſe Hotman. *in epit. de vſur. & fru-*
ctib. num. 9. dumpto regula ſtatuit nullam eſſe perſonam,
cui non deberi, vel à qua non exigi compenſatoria vſura
poſſit, qui tamen malè excipit fiſcum: fiſcus enim, vt 60
tenetur ſuis creditoribus ad id quod intereſt, vt docent
Ioann. Franciſc. à Ponte *lib. de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 4.*
num. 32. Peregrin. & alij quos recenſui *quæſt. 22. num.*
25. & 27. verſ. viciſſim. ità & poteſt à ſuis debitoribus qui
tardiùs ſoluunt veluti à conductoribus vectigalium il-
lud exigere, vt tradunt Alfar. *de offic. fiſcal. gloſ. 16. n. 209.*
Cyriac. *contr. 525. n. 49.* & nos diximus *eod. loc.* Id enim
quod intereſt, ex æquitate, & iure naturali pendet, cui vt
Principes ſubiiciũtur, ità æquũ eſt eos eodẽ iure vti poſſe

Denique quod tandem ait *eod. loc.* Iuriſconſultos ini- 61
quum illud fœnus non probaſſe, imò illud ex republica
amandatum cupere *iniquum fœnus*, id eſt merum vt pau-
lo ante nominat, non dubito aliud eſſe, & veteres illos
iuris auctores nihil tale cogitaſſe. Non puto tamen il-
lum id dictum velle de fœnore illo, quod Iuriſconſulti
vno conſenſu improbum, & illicitum eſſe cenſent, vt ſi
quis vſuras vltrà legitimum modum, vel vſuras vſura-
rum ſtipulatus fuiſſet, de quo genere ità reſpondit
Marcianus *in l. 29. ff. de vſur. Placuit ſiue ſuprà ſtatutum*
modum quis vſuras ſtipulatus fuerit ſiue vſurarum vſuras,
quod illicitè adiectum eſt pro non adiecto haberi, & licitas
peti poſſe. Quod Papiniano, Vlpiano, & cæteris placuit,
vt conſtat *ex l. 26. in princ. de condict. indeb. l. ſolutum §. ſiue*
autem. de pign. act. l. 1. §. pacto de pignor. l. 13. §. ibidem. de
act. empt. l. 9. & 44. ff. de vſur. & Harmenop. *lib. 3. tit. 7.*
quod & conſtitutione Gordiani repreſſum eſt *in l. 15.*

C. de vſur. imò huiuſmodi fœnus exercentes infamia notati ex conſtitutione Diocletiani, & Maximiani *in l. 20. C. ex quib. cauſ. infam. irroget.* & refert Harmenop. *loc. cit.* Non puto inquam Theologum doctiſſimum de hoc genere illud aſſerere, nempè Iuriſconſultos hoc genus non approbaſſe, quia ſufficiet nobis dicere ſatis eſſe illos vſuras vſque ad legitimum modum licitas eſſe cenſuiſſe, vt dicamus illos merum illud fœnus approbaſ-
62 ſe. Vſuræ enim centeſimæ, quæ priſco Romano iure permiſſæ erant, imò beſſes, ſemiſſes, quincunces, & ſi quæ leuiores agitabantur, vſuræ ſunt, & iniquæ, & meritò nunc cenſura Patrum, & Eccleſiæ interdictæ omnibus, quod executus ſum *tot. quæſt.* 3. aduerſus quendam auctorem, & alios: & addo nunc Zonar. *ad canon. 17. Nicæn. Synod.* vbi diſertè ait eam canonis eſſe ſententiam, vt clericis non grauiſſimarum ſolùm, ſed mediocrium quoque vſurarum exactione interdictum
63 pronuntiet. Hoc verò fœnus: quod ſtatutum modum non excederet, ſeu vſuras legitimum finem non excedentes, veteres illos probaſſe ità certum eſt, vt nihil exploratius in iure noſtro exiſtimem, & ſine rubore negari non poſſe. Id enim euincunt apertiſſima eorum reſponſa, quæ expendimus *tota ſect.* 4. & nominatim *d. l. 34.* dum ait officiales Præſidis fœnus exercere poſſe. Nam de aliis nulla erat dubitatio, & oſtendit querela Patrum, & Catholicorum auctorum omnium, qui quamuis optimè ſcirent legibus, & reſponſis prudentum fœnus illud, quod ſuprà ſtatutum modum eſſet, & vſuras vſurarum improbatas eſſe, nihilominùs leges, & conſtitutiones, quibus vſuræ debitoribus infliguntur intrà legitimum modum, nullas, & iniquas eſſe pronuntiarunt, vt dicebam *num.....* & nunc regero importunis illud Marciani *in d. l. 29. & licitas peti poſſe*: & quod reſpondit Papinianus *in d. l. 1. ff. de pignor. Pacto placuit vt ad diem vſuris non ſolutis fructus hypothecarum compenſarentur fini legitimæ vſuræ, quamuis minores in ſtipulatum venerint, non eſſe tamen irritam conuentionem: cum ad diem minore fœnore non ſoluto legitimæ maiores vſuræ ſtipulanti rectè promitti potuerint.* Quod quæſo maius, & certius teſtimonium probati fœnoris vſque ad finem legitimæ vſuræ proferri poteſt? Sunt & alia mihi huius rei firmiſſima argumenta, quæ refero idoneis locis, & quaſi agmine facto congero *ſect. vlt.* ex quibus tametſi ea, quæ hic delibauimus ſufficere deberent, manifeſtum eſſe poteſt aſſerenti veteres Iuriſconſultos merum illud fœnus, quod intrà fines legitimæ vſuræ promittebatur, de quo quæritur, non probaſſe, meritò me non aſſentiri. Perſequor cætera *ſect. ſeq.*

SECT. XIV.

Reiiciuntur, & retorquentur cætera.

SVMMARIVM.

1 *Depoſiti contra naturam eſt, à depoſitario vſuras exigere.*
2 *Ex contrectatione pecuniæ ad numerum depoſitæ vſuræ debentur.*
3 *Depoſitum quandoque verum mutuum.*
4 *Vſura in actione depoſiti poſt moram debentur iure ciuili*
5 *Vſura punitoria illicita niſi creditoris interſit.*
6 *Gaſparis Roderici de vſuris ex depoſito vera ſententia.*
7 *Gibalinus de eadem re quid ſentiat.*
8 *Ius ciuile non præſumit intereſſe creditoris.*
9 *Gibalini contrarietas notata.*
10 *Leges quæ permittunt fœnus exercere de mero fœnore accipiendæ.*
11 L. 34. ff. mandati. *loquitur de vſuris, quæ non veniunt ex mutuo.*
12 *Gibalini perfugium occluditur.*
13 *Eius interpretatio* ad d. l. 34. ff. mandati.
14 *Quæ reiicitur.*
15 *Vſuræ in contractibus bonæ fidei ex pacto debentur iure ciuili.*
16 *Auctor tenet P. Gibalinum confitentem.*
17 *Vſuras ex mora in iudiciis bonæ fidei illicitas Gibalini ſententia.*
18 *Leges præſumere intereſſe inciuilis præſumptio. Vſura ciuilis verè inciuilis.*

PENITVS profligatis his, quæ hactenus P. Gibalinus adduxit, videndum eſt, an res feliciùs illi ſucceſſerit, dum *numer. 12.* ſibi ipſi obiicit *l. 24. ff. depoſ.* quam *num. 5.* ex Hotmanno pro ſua ſententia produxerat ex qua, & *l. 26. & 27. eiuſd. tit.* quamuis dicat conſtare in depoſito ex ſola conuentione, & pollicitatione depoſitarij etiam abſque mora vſuras exigi poſſe, quæ cùm non ſint punitoriæ, nec compenſatoriæ, lucratoriæ dicendæ ſunt, & conſequenter vſuras lucratorias iure ciuili probatas fuiſſe, reſpondet ſecutus Lupum *§. cit. num. 61.* & fortaſſe auctorem damnatum tres caſus
eſſe diſtinguendos. Primus eſt, quando pecunia obſig- 1
nata deponitur, vt eadem reddatur: & hoc caſu nullam vſuram deberi *d. l. 24. ff. depoſ.* quia contrà bonam fidem eſt, & naturam depoſiti vſuras ab eo deſiderari, qui beneficium in ſuſcipienda pecunia dedit, vt hic Papinianus ait, ſi tamen depoſitarius eam in ſuos vſus conuerterit, vſuras præſtare tenetur etiam nulla interpoſita mora officio iudicis, quæ non ſunt lucratoriæ, ſed punitoriæ illicitæ contrectationis factæ à depoſitario inuito eo; qui depoſuit, qui furti agere potuiſſet, vt tradit Paulus *in l. 29. ff. eod.* Idipſum Lupus *d.*
§. 3. num. 61. verſ. vnde iſto caſu. Secundus eſt cùm de- 2
ponitur pecunia non obſignata, ſed ad numerum, vt eadem reddatur, & depoſitarius illa vſus fuerit, denuntiauitque deponenti promittendo vſuras, ipſeque illum vſum permiſit. Hic caſus egreditur fines depoſiti, vt ait *d. l. Lucius.* 24. debenturque vſuræ, quæ propriè ſunt punitoriæ propter delictum vſus pecuniæ depoſitæ, ideóque quamuis non fuiſſent promiſſæ adhuc officio iudicis infligi potuiſſent, & iſta docere Baldum, Ioann. de Imol. Anan. Dec. & Ioan. Bapt. Lupum *loc. cit.* ex quo id totum deſumptum eſt, qui addit hoc ſecun-
do caſu adhuc manere actionem depoſiti. Tertius caſus 3
eſt, in quo ità deponitur pecunia, vt non eadem ſed tantundem reddatur, eaque ſi lubet vtatur, quo caſu depoſitum in mutuum conuertitur, & res depoſitum in mutuum conuertitur, & res depoſita in creditum deuergit, & debentur vſuræ, ſi mora interuenerit, & non aliter quàm debeantur in mutuo, ceſſatque omnis actio depoſiti, & eius priuilegia, idque obſeruare Decium *in leg. certi condictio. §. vlt. numer.* 4. quem malè damnatus auctor impugnat, vt ait *in tract. de vſur.* hæc Gibalinus *eod. loc.* & ante illum Lupus *loc. cit.* vbi in *verſ. quamobrem.* concludit iſtas vſuras eſſe moroſas non lucratorias.

Vt his quæ damnati Auctoris ſunt, vt coniicio ex 4
Roderico, qui omnia tranſcripſit *lib. 3. quæſt. 11. in princ.* reſpondeam, non repetam, quæ dixi *ſect. 9. num. 24. &* 26. vbi oſtendi nihil inde deduci aduerſus noſtram ſententiam, neque rurſus obiiciam, quod incautè vter-
que ait in tertio illo caſu deberi vſuras, ſi mora inter- 5
ueniat, non aliter quàm in mutuo, quaſi ex mutuo poſt moram vſuræ debeantur, quod falſum eſſe iampridem oſtendimus. Et tantùm dico quod ſatis eſt Lupum & Gibalinum hic non tantùm in tertio caſu, in quo dicunt depoſitum in mutuum eſſe conuerſum, ſed etiam in primo, & ſecundo caſu, in quibus vterque admittit manere actionem depoſiti, fateri venire vſuras ex mora officio

officio iudicis. Vnde duos illos quoque fateri neceſſe
eſt, vſuram ſcilicet intrà fines mutui non conſiſtere,
quod Gibalinus malè negat *cap.8.art.1. num.4* Alterum
vſuras aliquas iure ciuili probatas eſſe, quæ non ſunt
compenſatoriæ, ſed vt aiunt, punitoriæ moræ, & illicitæ
contrectationis, veluti in pœnam cuiuſdam quaſi deli-
cti, quòd depoſito vſus ſit. Et quamuis vir Theologus
non dicat in ſecundo caſu actionem depoſiti manere,
mihi ſufficit eum dicere iudicium eſſe bonæ fidei, ex
quo ſequitur mutuum in hac ſecunda ſpecie non eſſe
contractum. Sed hæc non eorum ſententiam iuuant,
ſed potiùs euertunt, conſtat enim in illis duabus ſpecie-
bus iure ciuili vſuras venire ex mora, & ex contrecta-
tione pecuniæ depoſitæ, quas licèt ipſi punitorias vo-
cent, & ſeparent à lucratoriis, nemo tamen dixerit lici-
tas eſſe, niſi creditoris interſit, alioqui dicendum eſt
ſolam moram ſufficere, vt vſuras capere liceat, quod
falſum eſſe iamdudum diximus. Admiſſo enim id ſuffi-
cere, fruſt. à vſura legibus Eccleſiaſticis vetita eſt Qua-
re cùm huiuſmodi Papiniani reſponſa ex mora in iudi-
cio depoſiti venire vſuras definiant, dicendum eſt ini-
quas eſſe, & apud Catholicos iudices, & in vrbibus Ca-
6 tholicis nullam vim obtinere debere. Et ſapienter ex-
penſis illis, & aliis ſimilibus legibus Roderic. *d. lib. 3.
quæſt 11. in fin* concludit, *omnes ſimiles leges hodie non ſunt
in vſu: nec debent obſeruari. quoad vſuras non ſolùm negotia-
tiuas, ſed etiam incidentes in caſum moræ & ex pacto colla-
tas, niſi prout diximus in mutuo, alioquin eſſet legem verbis
imponere: & vno verbo mutato liceret fraudem legibus face-
re, quod non eſt tolerandum: ſi verò depoſitum ſtat in ſpecie,
vel etiam ad numerum, vt tantumdem reddatur ſine vſuris,
tunc manet contractus depoſiti, & bona fides. & pro mora po-
terant vſura deberi de iure ciuili: de iure autem canonico non
debebuntur, ſed id tantùm quod caſualiter interierit.* Hæc Ro-
deric. quæ conueniunt his quæ tractauimus *in d.q.32.* &
7 comperi deinde docere P. Gibalinum *in d.art.5.n.7.verſ.
nihilominùs poſt moram.* & *num.* 8. his verbis, *leges iſtas
obligantes ad vſuras ratione moræ ex officio iudicis, aut ex
conuentione partium, aut ratione delicti in contrectatione rei
depoſitæ abſque deponentis voluntate commiſſi iniquas eſſe,
quia conſtat ex lib.1. vſuras iniquas eſſe: neque in his caſibus
aliquid reperitur quod iniuſtitiam eluat, niſi quidpiam inter-
fuerit deponentis, quod ſi nihil interfuerit, vti ſæpiſſimè contin-
git, neque à Iudice, neque à quoquam alio depoſitarius dam-
nari poteſt ad aliquid præſtandum ſuprà ſortem depoſitam: ne-
que ad id ex æquitate naturali tenebitur.* Teneo igitur hic
auctorem hunc iterùm confitentem vſuram extrà mu-
tuum reperiri, & leges iſtiuſmodi vſuras probantes ini-
8 quas eſſe. Et licèt deinde dicat, ne temerè videatur pro-
nuntiare leges illas iniquas eſſe, quamquam id magno
conſenſu fateantur DD. exiſtimare illas vti præſumptio-
ne damni, quòd deponens paſſus ſit ex mora, & contre-
ctatione rei ſuæ, falſum tamen eſt leges intereſſe præſu-
mere, & illud certis finibus, & regulis definire voluiſſe. Id
enim ſemper inquiſitioni, & æſtimationi iudicis legibus
relictum eſt, vt in præcedentibus demonſtratum eſt Vn-
de ille *hoc eod. loc.* concludit hoc intereſſe neque nomine
vſurarum appellari poſſe: ſiue eius loco vſurarum præ-
ſtandas non eſſe: *illa enim* inquit, *aut determinata ſunt
in l. eos. C. de vſur. aut pro modo ſortis temporis, & vſus dete-
rioris, aut breuioris penduntur: ideòque non iniquas eſſe non
9 poſſe vſuras ex depoſito puro, & mero de quo agimus.* Quæ
noſtræ ſententiæ omnino conueniunt, ſed malè cohæ-
rent his quæ docuit *d. art. 5. n.4. & ſeq.* qui vel ex hoc
vno loco ex ipſius doctrina conuellitur. Si enim vſuræ,
quæ ex illis legibus depoſitario propter ſolam moram
infliguntur, & leges, quæ id iubent iniquæ ſunt, vt hoc
loco Gibalinus admittere cogitur, ſanè non poteſt con-
ſiſtere quod imbutus ab Hotmanno maximo legum ap-
paratu ſcripſit *d. num* 4. Vſuram apud veteres Iuriſ-
conſultos omnes, quorum reſponſa habemus in Pande-
ctis, eſſe mercedem ſortis conſumptæ cum damno credi-
toris: & quod ait *num.6.* vſuram ciuilem quam vocat,
ſeu legibus ciuilibus inductam nihil aliud eſſe, quàm id
quod verè creditoris intereſt circumſcriptum, & de-
terminatum: & quod tandem dicit vſuras antiquo iure
Pandectarum permiſſas, (certum enim eſt ius antiquum
aliquas vſuras permiſiſſe,) non fuiſſe lucratorias, & pro
ſolo vſu rei creditæ debitas, ſed compenſatorias, &
punitorias propter damnum illarum creditori reparan-
dum: aut moram ſibi noxiam reparandam. Hæc ſanè
ſibi implicantia ſunt & nulla ſubtilitate conciliari, & 10
componi poſſunt. Et multò magis auctoris Lugdu-
nenſis contrarietas detegitur, ſi hæc componantur
cum his, quæ ſcripſit *cit. art. 5. num. 11.* & retecimus
proxima ſect. præced. num...... Nam ſi leges ciuiles obligan-
tes ad vſuras ratione moræ ex officio iudicis, quæ tole-
rabiliores videri poterant, iniquæ ſunt, vt ait *loc. cit.*
quantò magis dicendum eſt leges, & reſponſa pruden-
tum quibus permittitur fœnus exercere, & pecuniæ ne-
gotium gerere exceptis Præſidibus iniquas & impias
eſſe & conſequenter *d. l. 33. & 34. ſi cert. pet. & l.3. Co-
dice eod.* fœnore nunc improbo, & damnato accipien-
das eſſe, non de iuſtis vſuris, & iuſto fœnore, vt con-
trà omnium interpretum ſententiam, & ſenſum inter-
pretatus eſt.

Et eodem modo retorquentur, quæ tradit, vt reſpon- 11
deat obiectioni, quam vterque ſibi facit *ex l.34 ff. man-
dat.* quæ apertè ait in contractu mandati vſuras ſemiſ-
ſes per nudam conuentionem promiſſas exigi poſſe,
quæ ſanè erant lucratoriæ. Nam quod primo loco re-
ſpondet haſce vſuras, de quibus agitur *in d. l. 34.* non
eſſe ex mutuo debitas verum eſt, ſed contrarium eius
ſententiæ, & illi regulæ, quam conſtituit vſuram non
niſi vbi mutuum eſt, reperiri. Et ſi mihi res eſſet cum
Salmaſio, illi obiicerem, quod illi exprobat Tabor. *de
alien. quæ in mutuo versat. cap.8. num. 4.* oportere menda-
cem eſſe memorem. Et quod ait hic ſe de vſuris ex mu- 12
tuo debitis tantùm agere, nihil eſt, quàm perfugium
aliquod vnde poſſit elabi, quod tamen non poterit,
Nam articulum propoſuit, repeto enim, *Quid ius Iu-
ſtinianeum de vſuris ſtatuerit:* & deinde poſt quædam
num.4. aſſerit vſuram apud veteres omnes Iuriſconſultos
eſſe mercedem ſortis conſumptæ cum damno crediroris
& ex Hotmanno vt id perſuadeat adfert leges ſanè plu-
rimas, quæ de vſuris ſancitæ ſunt ex variis contracti-
bus, & iudiciis bonæ fidei deſcendentibus, vt *l. 7. §.4.
ff de admin.tut. l. quamuis ff. de pign. act.* & præ aliis illa
reſponſa Papiniani *in d. l. 24. & 25. ff. depoſ.* in quibus
agitur de negotio, quod non eſt mutuum, vt ipſe fate-
tur, vnde potuit ſe vno verbo hac, & illis legibus expedi-
re dicens vſuras iſtas ex mutuo non deberi. Quare præ- 13
termiſſo hoc confugio excutiendum eſt, quod ſubiicit
huius loci vſuras non eſſe tantum lucratorias ſed puni-
torias contrectatæ pecuniæ à procuratore inuito domi-
no, & moræ cuiuſdam ſaltem irregularis ab eodem pro-
curatore commiſſæ. Mandauerat enim, inquit, Lucius Ti-
tius procuratori ſuo, vt pecuniam à ſuis debitoribus exi-
geret, ad ſeque ſtatim remitteret: procurator verò pecu-
niam retinuit, & in ſuos vſus conuertit, ſignificauitque
Lucio Titio ſe eam pecuniam ſub vſuris ſemiſſibus de-
biturum. Ex hac facti ſpecie duo quærit Africanus,
primum an pecunia ſit credita: alterum an vſuræ illæ
præſtandæ eſſent. Et reſpondit primo non eſſe credi-
tam: & Lucio Titio competere actionem mandati, &
vſuras promiſſas illi deberi. Non deberi igitur ex mu-
tuo, quod ibi nullum eſſe affirmat: non deberi etiam
ex nuda illa conuentione: tùm quia ſi Titius habuiſ-
ſet ab initio animum fœnerandi, & credendi ſub fœ-
nore, ceſſaſſet mandatum etiamſi feciſſet actum ſub ti-
tulo & nomine mandati, efficereturque mutuum, quod
negat Africanus: tùm quia tunc vſuræ non deberentur
niſi per ſtipulationem poſt moram ex conſtanti regula
leg. 3. Codice de vſur. Reſtat igitur vt debeantur vſuræ

ratione contrectationis, quam inſcio domino fecit, qui negotia eius gerebat, quas etiamſi non fuiſſet pollicitus, debuiſſet officio iudicis in pœnam eiuſmodi delicti. Denique fuiſſe in hoc facto moram quandam irregularem ex eo quòd ſtatim non remiſerit domino pecuniam, prout inter ipſos tacitè conuentum videbatur. Ita Gibalinus ex Lupo qui *num.64.* concludit vſuras iſtas non deberi ex pacto, ſed ob moram, ideoque non poſſe dici lucratorias, ſed moroſas & punitorias, vt loquuntur.

14 Verùm hæc nihil mouere debent. Nam quod dicunt dominum hic mandaſſe procuratori, vt ſtatim pecuniam ad ſe remitteret, procuratorem verò pecuniam retinuiſſe, & in ſuos vſus conuertiſſe inſcio, & inuito domino, vt inde inferant vſuras iſtas punitorias eſſe, nullum haber in ea lege veſtiginm vt etiam in textu Græco *in Baſilic. lib. 13. cap. 34.* Imò contrarium ex eo deducitur, quòd procurator ſignificauit *certam ſummam ex adminiſtratione apud ſe eſſe*, quæ ſunt verba epiſtolæ. Deinde id ex eo conſtat, quia ne pecuniam illam attingeret inſcio domino, illum rogauit, vt veller ſe eam pecuniam creditam retinere ſub vſuris ſemiſſibus, vt ſcilicet ea ſine vlla fraude, & cùm conſenſu Lucij Titij vti poſſet, perinde ac ſi ab alio mutuam accepiſſet. Denique quia ſemper ea ſumenda eſt interpretatio, quæ delictum excludat *l. meritò. ff. pro ſoc* & proinde non congruit Africani reſponſo, quod Lupus ait vſuras in ſpecie huius reſponſi venire officio iudicis ex mora quadam irregulari, ſeu ratione illius ſuppoſitæ contrectationis factæ inuito domino, & ratione ſuppoſiti delicti, cuius hic nullum veſtigium eſt. Sed potiùs apparet procuratorem boni viri officio functum eſſe. Reſtat igitur, vt fateantur quod negant, vſuras hic ex conuentione, & ſolo pacto deberi manente contractu bonæ fidei; vt conſtat illis verbis, *tamen vſuras de quibus conuenerit, præſtare debeas.* Nam & in proximè adducta *l. 24.*

15 *ff. depoſ. in fin.* Papinianus ait, *ſi tamen ab initio de vſuris præſtandis conuenit, lex contractus ſeruabitur*, lex contractus, id eſt pactum. Ex quo conſtat in iudiciis bonæ fidei vſuras deberi ex nudo pacto etiam citrà moram, vt ibi notat gloſ. & probatur etiam *ex d. l. cum quidam 17. §. ex locato ff. de vſur.* & tradit Cuiac. *in d. l. 34. ad African.* & obſeruat Franciſc. Connan. *lib. 7. cap. 4.* Paul. Bellon. *de poteſt. eor. quæ incontin. lib. 1. cap. 205. n. 7.* Faber. *in ration. ad h. l. in fin.* & præcisè magis Roderic. *in d. q. 11. n. 50.* vbi reprehendit Lupum, quod dixerit in ſpecie *d. l. 34 ff. mandat.* vſuras ex contrectatione pecuniæ deberi, & iudicis officio peti poſſe, *quod* inquit, *alienum eſt à tota hac lege, in qua non fuit quæſitum, nec diſputatum de vſuris, conuentis dumtaxat.* Conſtat igitur ex hoc ipſo loco vſuras nudo pacto iure ciuili probatas eſſe, id eſt lucratorias, & erraſſe Lupum in interpretatione huius legis, & qui nimiùm hic Lupo credulus fuit.

16 Sed admiſſo etiam quod vterque cenſet in ſpecie illa vſuras punitorias eſſe, & officio iudicis infligendas in pœnam moræ, adhuc teneo Gibalinum confitẽtem, vſuras ſcilicet ex aliis contractibus, quàm mutui deſcendere, & extrà mutui terminos reperiri, quod poſteà negat immeritò me vnum hoc nomine petens & errorem eſſe, quod aſſerit apud veteres iuris auctores omnes eſſe mercedem ſortis conſumptæ cum damno creditoris, & compenſatorias duntaxat iure ciuili veteri comprobatas fuiſſe, quia & punitorias aduerſarij admittuut, quæ non ſint compenſatoriæ, quas lucratorias quoque eſſe diximus, ſubduximus enim omnes titulos, quibus compenſationem aliquam reſpiciant, includantque, vt quæ popter ſolam moram eo iure infligerentur, vt dictum eſt.

17 Quæ multò magis conſtare poſſunt ex his, quæ Gibalinus in tractatu locationis, quæ bonæ fidei eſt, ſcripſit, & deſcripſit *lib. 4. cap. 8. art. 9. num. 2. & 3.* vſuras ſcilicet propter moram non ſolutæ penſionis non deberi niſi creditoris interſit, contrà quam Iuriſconſulti ſenſerint, qui in hoc iudicio ſicut & in aliis bonæ fidei iudiciis vſuras admitti voluerunt *l. 17. §. ex locato, § fiſcus, ff. de vſur. l. 2. & 17. C. de locat. & l. quæro 54. ff. eod.* quas ego haud immemor eius ſententiæ quam poſueram *quæſt. 1. num. 8. & 11.* in hanc rem recenſui omnes *quæſt. 36. num. 1.* Hic igitur conuictus iudicio veritatis Theologus admittit vſuras in contractibus bonæ fidei venire ex mora, illaſque illicitas eſſe, quæ omninò repugnant iis, quæ contrà me tentat *lib. 1. cap. 8. numer. 6.* 18
Et licèt iterùm *in d. art. 9.* confugiat ad præſumptionem, quòd leges præſumant in illa mora, & damnum & culpam, ideóque ad huiuſmodi vſuras actionem admittant, repeto etiam quod dixi hanc præſumptionem inciuilem eſſe, id eſt nullo iuris ciuilis loco confirmari, ideóque non poſſe ſuam iam labantem, imò collapſam ciuilem vſuram verè inciuilem ſuſtinere.

SECT. XV.

Diſputationis epilogus & finis.

SVMMARIVM.

1 *Imperatores quas vſuras admiſerint ex Gibalino.*
2 *Fœnus conſtitutionibus probatum.*
3 *Baſilius Cæſar vſuras omnes prohibuit.*
4 *Præſidibus prouinciarum vetitum, ne fœnus exercerent.*
Gabinij lex, ne de pecuniis verſura facta ſumptis ius diceretur.
5 *Imperatores poterant vſuras omnes prohibere, ſi voluiſſent.*
Et punire, qui eas exegiſſent.
6 *Imperatores quare non prohibuerint vſuras.*
7 *Seueri decretum vſuras non deberi.*
Lex commiſſoria pignorum à Conſtantino improbata.
Vt Antichreſis cum Agricolis à Iuſtiniano.
8 *Fœneratores infamia notati.*
9 *Genutia lex de non fœnerando.*
10 *Fœnus Francorum Regum, & aliorum Chriſtianorum Principum legibus vetitum.*
11 *Gibalini dictum circa fœneratores parùm probabile.*
12 *Fœneratores publicè olim fœnus agitabant.*
13 *Serui Calendario præpoſiti quæſtio vbi habeatur.*
14 *Fœnus exercere licitum erat omnibus exceptis præſidibus prouinciarum & eorum domeſticis.*
15 *Vſuram reditum pecuniæ eſſe veteres exiſtimabant.*
16 *Fœneratorum munus erat pecuniam propriam & alienam aperto fœ·ori locare.*
17 *Neceſſitas impoſita tutoribus & curatoribus fœnerandi pecuniam nunc interdicta.*
18 *Fœnus ſub ſpecie vſuræ compenſatoriæ non exercebatur.*
19 *Petrarchæ querela, quòd in vrbibus politicis locus eſſet vſuris.*
20 *Iuſtinianus non improbauit vſuras.*
21 L. eos. C. de vſur. *eſt de fœnore, & vſuris, non de eo quod intereſt.*
22 *Iuſtiniani conſtitutio, vt fiſcus ſemiſſes tantùm exigeret.*
23 *Harmenopulus quare poſt* tit. de vſur. *inſeruit conſtitutionem Baſilij vſuras prohibentem.*
Baſilij conſtitutio inter Scholia Græcorum in tit. de vſur.
24 *Iuſtinianus malè de vſuris ſtatuit.*
25 *Gibalinus & auctor in idem tendunt, ſed diuerſa via.*
26 *Leges ciuiles admittentes vſuras iure Pontificio abrogatæ omnes.*
27 *Leges ciuiles de vſuris nullitatis damnare præſtat, quam tueri.*

28 Falſa incautè adducuntur ad probandum quod verum eſt.
29 Auctor ſubiicit diſputationem S.R.Eccleſiæ, & Summi Pontificis cenſuræ.
30 Auctoris Anagramma de Alexandro V I I. Pontifice Maximo.
31 Auctoris de eod. vaticinium.

CVM igitur hæc ita ſe habeant vix eſt, vt
aſſentiri debeamus iis, quæ tandem vir
1 Theologus concludit *num.* 16. Imperato-
res ſuis conſtitutionibus non alias vſu-
ras, quàm quæ olim antiquo iure Ro-
mano probabantur, compenſatorias nimirùm, & pu-
nitorias admiſiſſe, tametſi fœneratorum artibus, aut
2 potentiæ vix ſatis efficaciter occurrere potuerint. Et-
enim verius eſt, & ex ipſis legibus, & iuris auctorum
reſponſis demonſtratum eſt *ſect.* 4. *num.* 42. & 43. vſu-
ras fœnebres, ſeu fœnebris pecuniæ, ſtipulationém-
que earum probatas fuiſſe, vt etiam in quibuſdam iu-
diciis ex mora debitoris, etiam cùm nihil intereſſet
creditoris, vt euincunt ſatis *l.* 1. & 26. *Cod. de vſur.* &
aliæ, quas adduximus *loc. cit.* & rectiſſimè ſentiunt
Abb. Alciat. Couarruu. & alij quos *initio huius* 2. *part.*
ſect. 1. recenſui *num.* 5. & 6. Bart. Bald. Fulgoſ. & alij
apud Iaſon. *in l.* 1. *num.* 18. *Cod. de Summ. Trinit.* Capiſtr.
loc. cit. num. 94. & 95. qui leges iſtas ſacrilegas meritò
vocat, & reſpuendas eſſe cenſet, & Conrad. *quæſt.* 22.
qui ait leges illas non eſſe leges, ſed impietates contra
Deum: denique Gudelin. *de iur nouiſſ. lib.* 1. *cap. vlt. verſ.*
3 *etenim fœnerantia.* Quod verò Pater Gibalinus de Ba-
ſilij conſtitutione memorat, quæ extat apud Harme-
nop. *lib.* 3. *tit.* 7. & in Baſilic. *lib.* 22. *tit.* 1. *in princip.* quæ
omnem vſurarum præſtationem in quocumque nego-
tio ſuſtulit egreditur fines diſputationis noſtræ, quæ-
rimus enim quid ius Iuſtinianeum de vſuris ſtatuerit,
non quid deinde alij Imperatores de vſuris ſanciuerint.
4 Imò ex conſtitutione illa Baſilij Cæſaris conſtat po-
tuiſſe illos vſuras omninò prohibere, ſi voluiſſent,
cùm armata eſſet eorum poteſtas. Et cùm vetuiſſent
Præſidibus prouinciarum fœnus exercere, vt *in l.* 3.
Cod. ſi cert. pet. l. 33. *ff. de reb. cred.* cur non & cæteris id
prohibere potuiſſent? vel ſaltem vetare iudicibus, ne de
vſuris fœneratoribus ius dicerent. Sanè memoriæ pro-
ditum eſt Gabinium Tribunum pl. legem olim tuliſſe,
ne de iis pecuniis ius diceretur, qua quis verſura facta
ſumpſiſſet fœnore, cuius meminit Cicero *lib* 5. *ad At-
tic.* Non poteſt igitur Iuſtinianus, & qui ante illum
rerum potiti ſunt, excuſari, quin iniquè, & contrà ius
diuinum, & contrà ius naturæ de vſuris ſtatuerint: vt
etiam auctores Baſilicon, qui totum hoc ius Iuſtinia-
neum deinde confirmarunt.

5 Denique parùm conſtat, quod vltimo loco P. Giba-
linus tradit Chriſtianos. Imperatores *quod vnum potue-
rint, in tanta hominum peruerſitate, quæ prætextu licita-
rum vſurarum compenſatoriarum, & punitoriarum graſſa-
bantur in fortunas aliorum, & fœnerabantur cum maximo
inopum damno*, modum vſuris præſcripſiſſe quoad quan-
titatem, tempus, perſonas, & exigendi rationem. Pri-
mò enim proximè dictum eſt potuiſſe Imperatores &
præſertim Chriſtianos, & poſtquam lux veritatis fulſit
mundo, & populus innotuit Eccleſiæ conſenſus de
vſurarum malitia, & improbitate, vſuras omninò pro-
hibere, & qui illas exegiſſent etiam intrà ſtatutum
olim modum, vel amiſſione ſortis, vel infamia, & aliis
6 pœnis coërcere. Id verò non feciſſe nec facere cogi-
taſſe verius eſt, quia imbuti à iuris auctoribus Papi-
niano, Paulo, Vlpiano, & aliis, quorum reſponſa peſſi-
mo conſilio confirmauerant, vſuras vſque ad aliquem
tolerabilem modum iuſtas eſſe exiſtimabant: illiſque
ſatis eſſe videbatur & debitoribus conſulere, ne immo-
dicè læderentur; & creditoribus ne illis ſemper & om-
ninò ſteriles eſſent pecuniæ, & præſertim ſi ipſis inui-
tis debitores eorum pecunias retinerent, & in eis red-
dendis moram facerent in iudiciis bonæ fidei. Æquiſ-
ſimum enim eſſe putabant, & congruere bonæ fidei
fruſtrationem & moram debitorum, qui tardius ſol-
uunt, vſuris veluti pœna aliqua coërceri *l.* 29. §. 1 *ff de-
poſ. l.* 3. *Cod. eod. l.* 32. §. *in bonæ fidei* & *l.* 37. *ff de vſur.*
l. 54. *ff. loc.* ibi, *æquum videtur.* & *l.* 10. §. *ſi procurator.* &
l. 12. § 4 *ff. mandat.* illis verbis æquiſſimum eius rei ra-
tionem haberi. & *l.* 2. *C. de vſur. æquitatis ratione.* Huius
æquitatis ſpecie viri illi prudentes faſcinati, quorum
auctoritas pars iuris fuit *l.* 7. *ff. de Iuſtit.* & *iur.* vſuras
veluti æquas ſuis reſponſionibus, & ſententiis probarunt,
ad quæ deinde Principes ab eis decepti acceſſerũt, vnde
nihil mirum eſt, ſi hoc malum incubuit terris, & ani-
mos hominum peruaſit etiam prudentium. Hæc igitur
cauſa fuit, cur Imperatores fœnori, & vſuris locum
in republica dederunt, id enim totum reprimere, &
prohibere facilè potuiſſent. Nam ſi potuere vſuris
modum præſcribere quoad quantitatem, tempus, per-
ſonas, & exigendi rationem, vt Gibalinus ait, cur non
potuiſſent illas omninò proiicere, & tollere. Huius 7
rei argumentum habebat ante oculos *in l.* 33. *ff. cert. pet.*
& *l.* 3. *C. eod.* quibus cautum eſt, ne Præſides in ſuis pro-
uinciis fœnus exerceant. Quod vetitum fuit Præſidi-
bus cur non & cæteris prohiberi potuit? & ridiculus
eſſet P. Gibalinus, ſi adhuc ad ſuum iuſtum fœnus
perfugiat. Huius rei etiam ſatis expreſſum veſtigium
eſt *in l. eum qui* 18. *ff. de his, quæ ab indign.* vbi Papinia-
nus quamuis in ea facti ſpecie vſuras decernendas eſſe
putaret, refert Seueri Cæſaris decretum, ne vſuræ de-
berentur. Præbet etiam huius rei argumentum inſignis
illa Conſtantini Sanctio, qua aſperitatem legis com-
miſſoriæ pignorum penitus cohibuit, omnemque eius
memoriam aboleri iuſſit *in l. vlt. C. de pact. pig.* cuius im-
probandæ maxima ratio fuit, quòd fieret in fraudem
vſurarum, vt tradunt Dyn. Salic. & alij *in d. l. vlt.* Fran-
ciſc. Card. Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 9 *tit.* 9 *n.* 3. Cyriac.
contr. 393. *num.* 13. & contrà Fabrum Bachou. *ad Treuler.*
in diſputat. de pignor. theſ. 6. & fusè perſequor *quæſt.* 69.
num. 31. & 33. vbi etiam quædam dixi aduerſus eundem
Præſidem, quæ omnia familiariter repetiit Gibalinus
lib. 3. *cap.* 7. *art.* 13 *conſect.* 4. quod totum ferè meum eſt,
ſi quis ſcilicet ſeparet, quæ aduerſus pueriles Salmaſij
argutias immiſcuit, & ſi dicere fas eſt, nullo operæ
pretio. Præterea cùm Iuſtinianus vetuit Antichreſin
cum agricolis contrahi, & vſurarum in ſortem redacta-
rum vſuras exigi: cur non potuit etiam omninò vſuras
prohibere, vt in omni negotio Baſilium deinde conſti-
tuiſſe iam diximus: vel ſaltem Antichreſin cum omni-
bus prohibere, quæ grauior, & truculentior perſæpè eſt
ipſo centeſimo fœnore, vt dixi *quæſt.* 10. *num.* 11. & 19.
vbi multa ſcripſi aduerſus eund. Fabrum quæ ità placue-
runt eidem P. Gibalino, vt ferè omnia ſuo iniunxerit
operi. Denique vt Diocletianus & Maximianus potue- 8
re iis, qui vſuras ſuprà ſtatutum modum, vel vſurarum
vſuras exegiſſent, infamiam irrogare, ſcimus *ex l.* 20.
C. ex quib. cauſ. infam. irrog. cur non potuiſſent iidem, vel
potiùs Iuſtinianus, qui Chriſtianam religionem profi-
tebatur, cuius illi perſecutores fuere, etiam eos qui
fœnus exercerent intrà modum legibus ſtatutum inter
infames referre? & præſertim quia non illis, vt veriſi-
mile eſt, ignotum erat, quod de Auguſto refert Sue-
ton. in eius vita, illum ſcilicet notaſſe aliquos, qui le-
uioribus vſuris pecuniam mutuati ſub grauioribus cre-
didiſſent, quod iampridem ex Ærodio obſeruaui *quæſt.
vlt. num.* 40. atque etiam quia hoc hominum etiam illis
temporibus in odium hominum incurrebant, & inter
infames habebantur, vt qui vt plurimùm ſordis infimæ,
& extremæ auaritiæ eſſent, vt teſtatur Apul. *lib.* 1. vbi
mulier quædam Milonem Apulei hoſpitem infamem
vocat.

H 4 Quod

9 Quòd ſi ad antiquiora tempora regredimur, notiſſimum eſt Genutium Tribunum pleb. ad populum tuliſſe, ne fœnerari liceret, vt obſeruat Alex. *lib.* 1. *cap.* 7. & iam vulgare eſt, quod ſcribit Tacitus *lib.* 5. *annal.* fœnus antiquis legibus variè cohibitum fuiſſe, & poſtremò vetitam vſuram, multiſque plebiſcitis obuiam itum fraudibus, quamuis toties repreſſæ miras per artes rurſus exoriebantur. Vt etiam protritum eſt, quod idem Tacitus refert de moribus Germanor. illis ſcilicet olim fœnus ignotum fuiſſe. Et obſeruaui etiam ex Æliano *lib.* 4. *cap.* 3 Indos pecuniam neque credere, neque ſumere ſub vſuris; & ex Maphæio *Hiſtor. Indic. lib.* 6. nunc etiam apud Sinas, quæ regio eſt in extrema India potentiſſima, fœnus prohibitum eſſe fœneratores, tùm aliis pœnis pecunia in fœnore deprehenſa mulctari. Ex quibus magis patet potuiſſe Iuſtinianum, de quo quæritur, fœnus, & vſuras omninò prohibere ſi voluiſſet: noluiſſet verò quia exiſtimabat vſuras dummodò modum non excederent ab eo præſcriptum, licitas eſſe deceptus ſcilicet, & communis ſapientia ſui ſæculi, vt congruenter noſtræ ſententiæ notat Alciat. *parerg. lib.* 6. *cap.* 22.

10 Et congruenter etiam idem P. Gibalinus *circà fin. artic.* 4. refert antiquis Francorum legibus fœnus vetitum fuiſſe, illoſque Reges Chriſtianiſſimos æmulatos eſſe, à quibus perpetuò damnatus fuiſſe vſuras teſtati ait Philippum Pulchrum conſtitutione ſua edita anno 1311. & ſimiles leges cæteros Galliæ Reges, & reliquos Principes edidiſſe, quod ego quoque adnotaueram *ead. quæſt.* 2. *n.* 42. *verſ. Quod etiam edictis recentiorum Chriſtianorum Principum.* inter quos Amedæus VIII. Dux noſter: & repetam hic, quod ibi ex Gudelino dixi hodie apud Chriſtianas gentes omnem fœnerandi licentiam interdictam eſſe. Hæc igitur ſucceſſorum Principum exempla commonent id Iuſtinianum, & cæteros, qui ante illum imperium adepti ſunt, quoque potuiſſe.

11 Deinde parum probabile eſt, quod ait tantam fuiſſe hominum peruerſitatem, vt ſub prætextu vſurarum licitarum compenſatoriarum, & punitoriarum, vt loquitur, in fortunas aliorum graſſarentur, fœnerarentúrque maximo inopum damno, quia verum quidem eſt veteres illos vſuras ſtipulari, & exigere ſolitos fuiſſe in necem, & perniciem debitorum: ſed verius etiam eſt id illos ſine vllo fuco, aut colore agitaſſe, & præſertim ſi fœnus exercebant, quorum ordo etiam tempore Iuſtiniani frequentiſſimus fuit, vt ipſe refert *in l. vlt. Cod. qui bon. ceder. poſſ.* Non quòd eſſet ordo aliquis ſeu corpus fœneratorum, ſed quia vix erat, qui vellet ſine vſuris pecunias credere, quæ cauſa fuit, vt Leo Baſilij parentis ſui ſanctionem abrogaret, & ad vſuras trientes pecuniam mutuari permitteret *Nouell.* 83. cuius alibi meminimus: ferè omnes igitur palam eo tempore ſtipulabantur vſuras intra legitimum modum modò leuiores, modò grauiores, vt inter contrahentes conueniſſet, vt conſtat locis ſexcentis, & ſuperfluum eſt hic congerere. Quod cùm per leges illis liceret, & quod legibus licet iuſtum eſſe putarent, quid opus erat prætextum quærere, aut colore ali-
12 quo vſuras diſſimulare aut tegere? Non inficior fuiſſe etiam illo æuo probos viros, qui cùm neque cauſam, nec propoſitum fœnerandi haberent, vt loquitur Venuleius *in l.* 4. *ff. ſi cert. pet.* amicis gratuitam pecuniam, & ſine ſtipulatione vſurarum commodarent, vt de M. Craſſo, & Pomponio Attico refert Maſſa Galleſ. *lib. de vſur. num.* 28. & cuius rei veſtigium eſt *in l.* 18. *ff. de negot. geſt. & in dict. l.* 4. *ſi cert. pet. l.* 11. *ff. de compenſ.* vel apud nummularios deponerent, qui deinde eas iuſſu dominorum de menſa erogarent per partes, vt conſtat *ex l.* 9. *§. nummularios, ff. de eden. & l.* 7. *§. quoties, ff. depoſ.* & ex Donato in Phormione. Sed exploratum quoque habeo eos, qui propoſitum fœnerandi habebant id palàm, publicè, domi, & in foro aperto fœnore per ſe, vel per alios agitaſſe. Hinc enim, quia cogor repetere, toties in iure noſtro probata ſtipulatio vſurarum, & definitum toties vſuras ex ſtipulatu deberi, vt dixi
ſect. 1. *num.* 1. & 2. Hinc toties in iure noſtro mentio 13
fœneratorum, & pecuniæ fœnebris, & fœneratoriæ cautionis: calendarij quoque, id eſt libri pecuniæ fœnebris vt etiam apud Senecam *in epiſt. & lib.* 7. *de benef.* vbi ait Calendarium & fœnus, & vſuram eſſe auaritiæ ſomnia, & extrà naturam quæſita nomina. Hinc quæſtio illa de ſeruo Calendario præpoſito *in l.* 41. *ff. de reb. cred.* cuius rei etiam exemplum eſt apud Plautum in Aſinar. & in Plutarch. *in opuſc. de non fœner.* qui iſtiuſmodi ſeruos flagitioſos, & immanes vocat, & ſimiles tortoribus apud inferos. Quis putet auaros illos diuites poſitis in fœnore nummis, vt Poëta ait, dum calendarij librum verſabant de vſuris compenſatoriis diſſimulandis cogitaſſe: & ſeruos præpoſuiſſe vſuris compenſatoriis conciliandis, & exigendis?

Illud etiam oſtendit ſatis, quod refert Aſcon. *in* 3. 14
Verr. moris fuiſſe vnumquemque domeſticam rationem ſibi ſcribere, quid quiſque de reditibus ſuis, quid de arte, fœnore, lucroue ſepoſuiſſet quoque die. Et congruit omninò quod ſæpius diximus omnibus per leges licitum fuiſſe fœnus exercere exceptis Præſidibus prouinciarum, & iis, qui de domo erant *ex d. l.* 13. *C. ſi cert. pet. & l.* 33. *ff. de reb. cred.* & conſtat etiam *ex d. l.* 7. *§. quoties, ff. de-*
poſ. quibus addo quod ſtatutum eſt *in l.* 27. *ff. ad municip.* 15
eos, qui fœnus exercent, patrimonij oneribus fungi debere, etiam ſi poſſeſſionem non haberent, & quamuis veterani eſſent *l.* 22. *§. ſed & eos, ff. de vacat. & excuſ. mun.* Vt etiam agros fructus referre ſciebant, ideóque æquum fuit, vt poſſeſſores eorum publicas functiones agnoſcerent; ità fœnebris pecuniæ certum eſſe reditum exiſtimabant, & vſuram nihil aliud eſſe quàm reditum pecuniæ vt *in l.* 24. *ff. de praeſcr. verb. l.* 10. *ff. de adim. leg. l.* 88. *§. vlt. ff. ad l. falc.* & notat Fabr. *ad Cuiac. in tit. C. de vſur.* proinde nihil mirum eſt, ſi pro pecunia in fœnore poſita onera præſtari ſancitum eſt: & præſertim quia maior plerumque erat reditus fœnoris, quàm agrorum, vt non immeritò Cicero *in III. Catilin.* ſtultitiæ arguat eos, cum vſuris certabant fructibus prædiorum. Sanè hic pecuniæ reditus nullo prætextu, aut colore indigebat, vt exigeretur: & vix eſt Iuriſconſultos, dum ea decernerent de vſuris compenſatoriis cogitaſſe.

Illud quoque oſtendit, quod de argentariis, & 16
nummulariis illius æui proditum eſt, partem ſcilicet muneris eorum fuiſſe pecuniam locare fœnori, & propriam, & alienam, vt iam notum eſt ex illo Plauti loco, *ſub veteribus ſunt qui dant, & qui accipiunt fœnore.* & conſtat *ex d. l.* 7. *§. quoties. ff. depoſ.* & ex edicto Iuſtin. *de argent. contract. cap.* 5. & adnotarunt Budæus *in d. l.* 7. Sigon. *de antiq. iur. Roman. lib.* 2. *cap.* 11. Alciat. *Parergon. lib.* 1. *cap.* 24. Petr. Gregor. *lib.* 22. *cap.* 9. *num.* 11. Menoch. *de arbitr. caſ.* 90. *num.* 3. & 8. Cuiac. *obſer.* 19. *lib.* 10. Torrent. *in Claudio Suetonij cap.* 5. Philipp. Maſſin. *in l.* 1. *num.* 34. & 36. *C. de eden.* vbi alios refert, & Salmaſ. *de vſur. cap.* 17. Et cùm menſam huic rei in foro, tabernis argentariis poſitam haberent, vnde exercitores menſæ argentariæ dicti ſunt *in l.* 4. *in princ. ff. de eden.* & menſæ argentariæ præpoſiti edicto Iuſtiniani, compertum meo iudicio eſt veteres illos non ſub prætextu vſurarum compenſatoriarum, vel punitoriarum, vt ille putat, ſed aperto fœnore pecunias fœneraſſe.

Huius rei etiam non leue argumentum eſt illa ne- 17
ceſſitas priſco Romano iure impoſita tutoribus pupillarem pecuniam fœnerandi, vt *in l.* 7. *§. quæ autem ff. de admin. tut. l.* 3. *C. de vſur. pupill.* & aliis, (quod nunc illis omninò interdictum eſſe diximus *quæſt.* 20. *num.* 25.) vt etiam adminiſtratoribus ciuitatum, vt ſcilicet pecunias publicas collocarent fœnore, ne ſteriles eſſent, vt
in

in l.11.& 33.ff.de vſur.l.1.C.de his, qui ex offic. vnde cura calendarij inter perſonalia munera *in l. 18. §. 2.ff. de vacat mun.* Hos curatores reipublicæ ſub prætextu vſurarum compenſatoriarum fœnus agitaſſe inauditum, & nouum eſt.

18 Prætereà priſcis ciuilibus legibus, (heu infamia & opprobrium legum) licitum fuit vſuras in anteceſſum exigere, vt conſtat *ex l. 57. ff. de pact. l. 2. §. non male. ff. de dol. mal except. l. 122. in princ. ff. de verb. oblig.* & aliis, quas profert Hotman. *in epit. num.6.* & ipſe P. Gibalin. *cap.6. art.1. num.* 4. Quis dicit improbum hoc extorſionis genus ſub ſpecie vſuræ compenſatoriæ agitatum fuiſſe, & hac ratione has leges ab aperta iniquitate defendi poſſe.

Denique ad quid declamationes & querelæ de crudelitate, inhumanitate, & inexplebili auiditate fœneratorum D. Ambroſij *tot. lib. de Tobia*, cæterorumque Patrum, & nominatim D. Auguſt. qui queritur de legibus quòd vſuras præſtare iuberent, nec eſſet, quo iudice repeterentur. Sanè parciùs ed hoc genere Patres pronuntiaſſent, niſi illis exploratum fuiſſet veteres illos aper-
19 to fœnore graſſatos fuiſſe. Quod vtinam priſcis illis temporibus duntaxat factitatum fuiſſet. Nam Petrarcha Orator & Poëta ſuæ ætatis clariſſimus grauiter de hac re conqueritur *lib. 1. de remed. vtr. fortun. Mirarer*, inquit, *in vrbibus politicis huic flagitio locum*
20 *eſſe, niſi eſſet & reliquis.* Sed quid hic moror, & laboro amplius? certum eſt ipſum Iuſtinianum, de quo maximè quærimus, quid de vſuris ſtatuerit, vſuras non improbaſſe, imò tanquam licitas & in ſtipulationem deduci, & ex mora in quibuſdam iudiciis præſtandas eſſe conſtituiſſe, tùm ex reſponſis Prudentum, & conſtitutionibus aliorum Principum, quæ illius iuſſu Pandectis & Codici inſerta ſunt, tùm ex ſanctionibus ab eo editis de fœnore, & vſuris & ex edicto illo de argen. contract. & apertiſſimè ex ſæpiùs adducta *l. eos 26. C. de vſur.* & aliis, vt ſapienter ex Theologis obſeruat Conrad. *quæſt. 22.* vbi tandem concludit leges illas *non eſſe leges ſed impie-*
21 *tates contrà Deum, & ius naturæ.* Et quamuis quidam, conſtitutionem *l. eos.* interpretati ſint de vſuris compenſatoriis, vt inde perſuadeant in iudiciis, & inter Chriſtianos obſeruandam eſſe, quod iam refutauimus, verius tamen eſt illam de veris, & propriis vſuris accipiendam eſſe, & illis modum duntaxat à Iuſtiniano præſcriptum fuiſſe, intrà quem cuique vſuras petere, & exigere fas eſſet. Id enim euincunt illa verba, *duram & grauiſſimam eorum molem ad mediocritatem ducentes*, &c. Idem oſtendunt, quæ de pecuniis traiectitiis ſanxit. *in traiectitiis autem contractibus, aut ſpecierum fœnoris dationibus vſque ad centeſimam tantummodò licere ſtipulari.* Denique quod poſt pauca ſubiicit *interdicta licentia creditoribus ex pecuniis fœnori dandis aliquid detrahere vel retinere ſiliquarum nomine, vel ſportula-*
22 *rum, vel alterius cuiuſcumque rei gratia.* Et huic conſtitutioni conſequenter idem Iuſtinianus *in l. vlt. C. de fiſcal. vſur.* ſanxit fiſcum d. ſuæ conſtitutioni parere, vt vſque ad mediam centeſimam id eſt ſemiſſe vſuras tantùm à ſuis debitoribus ſtipulari, & exigere ei liceret. Nihil igitur certius, quàm Iuſtinianum vſuras fœnebres moderatum eſſe, & illas etiam, quæ citrà ſtipulationem exigi, & infligi ſolebant, vt in iudiciis bonæ fidei, & aliis, quæ moram deſiderant, vt notat *gloſ.* in verbo, *exigi ſolent.* intrà fines à ſe præſcriptos comprobaſſe. Vnde meritò notat D. de Turr *loc. cit. num. 15.* non argentarios tantum, ſed & alios omnes fœnus exercuiſſe: & conguenter etiam Bachou. *ad Vueſemb. de vſur. num.* 10. ait ineptam eſſe quæſtionem, an licuerit fœnerari.

23 Denique huius rei mihi argumentum eſt, quod Harmenopulus poſtquam d. conſtitutionis ſynopſin retulit, & totius iuris ciuilis vſurarij epitomen fecit *d. tit. 7.* ſubiecerit conſtitutionem illam Baſilij Cæſaris prohibentem vſuram tanquam Republica Chriſtiana planè indignam, & prætereà quod decretum eſt 17. *canone* generalis Nicænæ Synodi, & *can.* 10. Sextæ Trullanæ, quibus interdictum eſt clericis vſuras accipere: innuens profectò quicquid de vſuris legibus ciuilibus ſtatutum eſt d. conſtitutione Baſilij, quam Leoni malè tribuit, & ſacris canonibus abolitum eſſe. Quæ conſtitutio etiam inſerta eſt inter Scholia Græcorum *in Baſil. lib.* 23. & fortaſſe ab ipſo Harmenopulo *lib.* 3. vbi illa conſtitutio ad verbum legitur iam ſcilicet emergente veritate. Id etiam ſenſit ipſe Donell. *libell. de vſur. verſ. ſed nihilominus* & Borchot. *cap. 2. num.* 10. Alciat. *Parerg. lib. 6. cap.* 24. & latiſſimè executus eſt Rodetic. *ind. quæſt. 3. num. 56. & ſeq. & n.* 85. & 104. vbi concludit leges ciuiles, & Iuſtiniani vſuras quantumuis moderatas, approbantes improbas eſſe, & nullo modo in Republica Chriſtiana admittendas.
Idem more ſuo Conradus *loc. cit.* 24

Atque ex his omnibus efficitur, quod vnum intendimus Iuſtinianeum ius quod dolendum eſt, malè de vſuris ſtatuiſſe: & proinde Salmaſium, & alios heterodoxos auctores nihil ex illis haberet veterum Iuriſconſultorum reſponſis, quærimus in Pandectis & ex Impp. conſtitutionibus ad vſurarum æquitatem, & iuſtitiam ſuſtinendam deſumere poſſe, in qua concluſione 25
P. Gibalinus, & ego conuenimus, ſed diuerſa via. Ille enim ne tàm illuſtri auctoritate aduerſarij niterentur, exiſtimabat vſuram apud omnes veteres Iuriſconſultos, quorum reſponſa habemus in Pandectis, & quos deinde æmulati ſunt Imperatores in ſuis conſtitutionibus eſſe mercedem, ſeu æſtimationem ſortis conſumptæ cum damno creditoris: & vſuras antiquo iure Pandectarum permiſſas non eſſe lucratorias, ſed compenſatorias & punitorias propter damnum illatum creditori, aut moram ipſi noxiam puniendam ſecutus ſcilicet errores Ioannis Baptiſtæ Lupi, & deceptum ab Hotmanno. Id enim falſiſſimum eſt. Ego verò con- 26
trà ſentio reſponſis illis Prudentum, & conſtitutionibus Imperatorum, qui eos imitati ſunt, vſuras veras probatas fuiſſe, vt ex ipſis reſponſis quæ mihi obiiciuntur, & ex aliis ſanè plurimis tùm legibus, tùm ſanctionibus, & conſenſu ferè omnium iuris auctorum demonſtratum eſt, quas tamen leges, & reſponſa veterum veluti iniqua, & iuri diuino, & naturali contraria nunc iure Pontificio abolita, & abrogata eſſe dicimus. & fatemur, & proinde nihil in illis aduerſarios conſtituere poſ-
ſe. Et ſanè præſtat hac facili & tuta ratione auctorita- 27
tem ciuilium legum euitare, ne dum volumus earum iniquitatem, & iniuſtitiam amoliri: imò illas æquiſſimas eſſe dicimus, quaſi dum vſuras iubet, vel permittunt, iubeant compenſationem præſumpti promiſcui intereſſe legibus ciuilibus definiti, & ciuilem quandam vſuram fingimus, & probamus, quaſi nihil aliud ſit, quàm intereſſe legibus circumſcriptum, cum Hotmanno, & aliis heterodoxis conueniamus, & latam pandamus viam vſuris, cuius infeliciſſimi nominis veſtigium in vrbibus Catholicis nullum remanere debet, vt ſæpiùs diximus *ex gloſ. in l. 90. D. de verb. obligat.* Non enim 28
debemus ad probationem rei certæ & veræ rem non certam imò manifeſtè falſam proferre, quia hac ratione quod verum eſt, dubium, & incertum imprudenter redditur. Atque hæc eſt mea de hac celebri diſputatio- 29
ne ſententia, quam S. R. Eccleſiæ cenſuræ ſubiicio, & imperio eius, qui eſt *Princeps, & doctor & caput orthodoxæ doctrinæ, & immaculatæ fidei*, vt de Summo Romano Pontifice profitentur Athanaſius & alij Epiſcopi Ægypti *in epiſt. Felic.* 11. cuius memini inter alia *quæſt* 43. *num.* 48. & qui verè eſt *æternæ pacis prouidentiſſimus cuſtos, & aurei ſæculi reſtaurator*, vt de Conſtantino Auguſto dixit Publ. Optatian. Porphyr. *in Paneg.* & qui denique 30
eſt, vt illius ſacri, & auguſti nominis Anagramma feci, SPES, LEX, ET ARA MVNDI; quod his carminibus proſecutus ſum.

Quæ

Quis tandem nobis orando reſtituet rem?
C H R I S T O quis nobis auſpice iura dabit?
Hic Fabio maior S P E S hic certiſſima M V N D I,
Et L E X, & terris A R A ſalutis erit.

51 his ſubiicio centunculum ſeù potiùs vaticinium aliud de eodem.

Quo rapior vates? Fabius tu Maximus ille es,
Vnus, qui nobis Romanam reſtitues rem.
Te Duce ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri
Irrita perpetua ſoluent formidine gentes.
Et veniet virgo: veniet Pax aurea terris.
Tu Diuûm vitam accipies, Diuiſque videbis
Permixtos Heroas, & ipſe videberis illis:
Pacatumque reges proprijs virtutibus orbem.

Hæc ergo, voueo, ſpero, & ad illius pedes ſupplex, (an victor alij indicent)

caſtus, arcûmque repono.

INDEX

Rerum, & Sententiarum, & Legum in hoc opere explicatarum.

A C

ACCIPIENS pro vſu pecuniæ mutuo datæ accipit ex re non ſua. p. 1. ſect. 3. num. 4. pag. 9

Actione pro ſocio veniunt etiam vſuræ, quaſi vſuræ iure ciuili. par. 1. ſect. 10. num. 16. pag. 30

Actione pro ſocio veniunt vſuræ poſt moram, vel ſi ea pecunia ſocius vſus ſit. par. 2. ſect. 7. num. 6. p. 62

Actione pro ſocio non vſuræ ſed id quod intereſt tantùm repeti poteſt. ibid. num. 7. p. 67

Actione locati veniunt vſuræ ex pacto, vel mora. par. 2. ſect. 8. num. 15. pag. 66

Æ

Æquitas naturalis non patitur, vt quis plus accipiat, quam dedit. par. 1. ſect. 2. num. 22. p. 7

Æquitas reuocat, quæ apud alterum ſunt ſine iuſta cauſa. ibid. num. 33. p. 23

A N

Anaſtaſij Germonij dictum explicatur, par. 1. ſect. 4. n. 19. p. 12

Antichreſis ſiue tacita ſiue expreſſa hodie prohibita. p. 1. ſect. 2. num. 26. p. 7

Antichreſis olim licita. par. 2. ſect. 1. num. 3. p. 39

Antichreſis cum agricolis à Iuſtiniano improbata. par. 2 ſect. 15. num. 7. p. 95

Antonij Fabri Præſidis egregia ſententia. par. 1. ſect. 9. num. 17. p. 26

Antonij Fabri pietas à Taboris dicto vindicata. par. 2. ſect. 2. num. 28. p. 43

Antonij Fabri definitio 9. *de commiſſ. ſtipul.* declaratur. par. 2. ſect. 11. num. 9. p. 76

Antonius Maſſa Galleſius quid de vſuris iure ciuili permiſſis ſenſerit. par. 2. ſect. 2. num. 34. p. 44

Antonius Maſſa ſcripſit quædam Hotmanni doctrinæ conſentanea. ibid. num. 35. p. 45

A R

Archetymi, & Cydiæ hiſtoria. par. 2. ſect. 5. numer. 12. p. 58.

A S

Aſſertionibus partium circà id quod intereſt ſtandum non eſſe Catholicum aſſertio. par. 2. ſect. 15. num. 14. p. 86

A V

Auctorem pœnitet reliquiſſe Romam. p. 1. ſect. 4. num. 26. p. 13

Auctoris de P. Gibalino querela expilati libri. par. 2 ſect. 8. num. 11. p. 23

Auctor in quo à P. Gibalino diſſentiat. par. 2. ſect. 2. num. 18. & 21. p. 42. & 43

Auctori ratio ineundæ diſputationis cum P. Gibalino ibid. num. 19. p. 42

Diſputationis ratio altera. ibid. num. 22. p. 43

Auctor Theologos admonet. par. 2. ſect. 3. n. 30. p. 50

Auctoris de P. Gibalino querela. ibid. numer. 31.

Auctor primus receſſit ab opinione Carocij, & aliorum quorundam. p. 2. ſect. 3. num. 34. p. 50

Auctor ab opinione quadam Cuiacij diſceſſit, & quibus rationibus. ibid. num. 36.

Auctor admittit vſuras pretij licitas eſſe cum communi. par. 2. ſect. 3. num. 41. p. 52

Vt etiam vſuras non ſolutæ dotis propter onera matrimonij. ibid. num. 42.

Auctoris ſententia de formula legis commiſſoriæ pignorum aduerſus Præſidem Fabiũ. p. 2. ſect. 4. n. 15. p. 54

Eiuſdem P. Gibalini licentia & confidentia. ibid.

Auctor deciſiones Rotæ magni facit. par. 2. ſect. 13. n. 44. p. 89

Auctor tenet P. Gibalinum confitentem. par. 2. ſect. 14. num. 16. p. 94

Auctor ſubiicit diſputationem S. R. Eccleſiæ, & Summi Pontificis cenſuræ. par. 2. ſect. 15. num. 29. p. 97

Auctoris anagramma de Alexandro VII. Pontifice Maximo. ibid. num. 30.

Auctoris de eod. vaticinium. ibid. num. 31. p. 98

Auctores, qui ſentiunt vſuras extra mutuum ſerpere. p. 1. ſect. 7. num. 23. p. 29

Auctores quidam arguuntur incautæ locutionis. ibid. num. 37. p. 22

Auctores referuntur, qui ſentiunt vſuras legibus Iuſtiniani licitas fuiſſe. par. 2. ſect. 1. n. 5. p. 39

Auctores iuris ſeparant vſuras ab eo quod intereſt. p. 2. ſect. 11. num. 7. p. 79

Auctores iuris promiſcuè vtuntur nomine vſuræ, fœnoris. ibid. num. 9. ibid.

D. Auguſtini querela de legibus iubentibus vſuras præſtari. par. 2. ſect. 1. num. 4. p. 39

B A

B*Alduini* querela. par. 2. ſect. 2. num. 26. p. 43

Quæ eſt etiam Molinæi & Taboris I. C. Saxonis. ibid. num. 27

Balduini obſeruatio vſuras in Rep. Romana variè agitatas. par. 2. ſect. 4. num. 24. p. 54

Balſamonis dictum leges vſuras permittere. par. 2. ſect. 2. num. 16

num.16. p.40
Baſilius vſuras omnes prohibuit. par.1. ſect.2. num.38. p.9
Baſilij conſtitutio vſuras prohibens.par.1.ſect.5.num.2. p.13.
Baſilius ſanxit ne cuiquam liceret in vllo negotio vſuras accipere.ibid.num.3.
Baſilius Cæſar vſuras prohibuit etiam intrà modum à Iuſtiniano præſcriptum.par.1.ſect.9.num.16. p.26
Baſilius Cæſar vſuras omnes prohibuit. par. 2. ſect.15. num.3. p.95
Baſilij conſtitutio inter Scholia Græcorum *in tit.de vſur.* ibid.num.23. p.97

B E

Beneficio alterum afficere lucrum eſt. par. 2. ſect. 6. numer.22. p.61
Beneficium non eſt pecuniam ſub vſuris mutuare. ibid. num.33. p.62

B O

Bonæ fidei in contractibus tardiùs ſoluens minus ſoluere videbatur. par.1.ſect.3.num.18. p.10
Non in contractibus ſtricti iuris.ibid.num.19.
Et quæ fuit huius diſtinctionis ratio.ibid. num.20.
Bonæ fidei in iudiciis mora olim ſufficiens erat vt infligerentur vſuræ.par.1.ſect.4.num.16. p.12
Bonæ fidei contractibus & legatis, ex quibus debentur vſuræ, nullum mutuum ineſt. par.1. ſect. 7. num.16. p.16
Bonæ fidei in contractibus vſuræ debentur iure ciuili. par.1 ſect.10.num.1. p.29
Vt etiam in legatis & fideicommiſſis. ibid.
Bonæ fidei contractus quandò tales ſunt, non implicant mutuum.par.1.ſect.10.num.15. p.31
Vſuræ iure ciuili interdum, quia negotium non eſt mutuum & diſtat à mutuo.ibid.num.16.
Bonæ fidei ex contractu debitum in mutuum non conuertitur, niſi inter partes id conuenit.par.1. ſect.10. num.17. p.32
Bonæ fidei in contractibus vſuræ ex pacto debentur. ibid.num.18.
Bonæ fidei in contractibus pactum de vſuris præſtandis non conuertit illos in mutuum.par.1.ſect.19.num.19 p.31.
Conuerſio in mutuum facilè admitti non debet. ibid. num.20.
Bonæ fidei in iudiciis vſuræ ex mora debentur. par.1. ſect.12.num.15. p.35
Bonæ fidei in quibuſdam contractibus vſuræ etiam ſine mora debentur quæ ſententia auctori non placet.p.1 ſect.12.num.29. p.37
Bonæ fidei in contractibus, legatis, & fideicommiſſis mora fauore minorum fit re ipſa.ibid.num.36.
Bonæ fidei in contractibus vſuræ ex pacto debentur & peti poſſunt.ibid.num.37.
Bonæ fidei in contractibus vſurarum quantitas incerta iudicis officio conſtituitur ex more regionis. par. 1. ſect.12.num 40. p.38
Bonæ fidei iudicia admittebant vſuras ex ſola mora, etiam Græcis par.2.ſect.7.num.18. p.64
Bonæ fidei in contractibus, & legatis vſuræ ex more regionis olim conſtituebantur.p.2.ſect.10.num.10.p.72
Bonæ fidei in iudiciis vſuræ infliguntur propter moram de iure ciuili.par.2.ſect.12.num.36. p.83
Bonæ fidei in contractibus vſuræ ex pacto debentur iure ciuili.par.2.ſect.14 num.15. p.94
Borcholten de vſuris iure ciuili non prohibitis ſententia. par.2 ſect.2 num.31. p.44
Borcholten in quo ab auctore reprehenſus. ibid.n.32

C A

C*Andidi Philalethi* de auctore dictum. par.2. ſect.2 num.11. p.42
Carocius iuſtè ab auctore quodam loco reprehenſus.p.2. ſect.3 num.38. p.51
Gibalinus id totum ſuo operi iunxit.ibid.num.39.
ex Caſibus ſingularibus malè in vniuerſum inferri. p.2. ſect 3.num.46. p.52
Caſus *l.60 pro ſoc.* ſingularis. par. 2. ſect. 7. numer.19 p.64.
Caſus *l.27.de adil.edict.* ſingularis. par.2.ſect.9.num.14 p.68
Cauſa nomine *ex l.1.& 3.§.1. ff. de vſur.* contineri videtur vſura.par.1.ſect.12.num.21. p.36
Cauſæ nomen *in dd. ll.* ſtrictiùs ſumendum eſt. ibid. numer.22.
Cauſa eſt eius rei quæ petitur qualitas: & vtilitas. ibidem.
In dubio contrà vſurarum obligationem interpretatio fieri debet.ibid.num.23.

C Æ

Cecilij veteris fœneratoria inhumanitas. par. 2. ſect.4. num.8. p.53
Cæcilius, Scaptius, Alphius, Milo fœneratores. par.2. ſect.10.num.18. p.73

C E

Cenſus anticipata exactio minuit pretium.par.2.ſect.13 num 41. p.89
Cenſus etiam aucto pretio anticipatè exigi non poſſe vbi bulla recepta eſt Salonis ſententiam. ibid. numer.47
Centeſima ante Iuſtinianum olim omnibus licita. par.2 ſect 4.num.26. p.55
Centeſimæ vſuræ cruentæ, ſanguinolentæ. par. 2. ſect. 10.num.11. p.72
Centeſimæ vſuræ grauiſſimæ vſurarum. 2. ſect. 13.num 54. p.88

C L

Claudij Salmaſij dictum, & diſtinctio inter vſuras fœnebres, & non fœnebres.par.1.ſect.7.num.24. p.20

C O

Concilia & Patres cur vſuras fœnebres frequentius inſectati ſunt.par.1.ſect 5.num.9. p.14
Conductor & fideiuſſor eius tenentur ad vſuras poſt moram.par.1.ſect.7.num.4. p.19
Cuiacij locus.ibid.num.5.
Contractus fœneratitiùs includit mutuum. par.1, ſect. 7. num.33. p.22
Conuertens pecuniam alienam in proprios vſus iure ciuili ad vſuras tenetur.par.2.ſect.6.num.1.p.60

C R

Creditor plus exigens quàm ſibi debeatur, violat ius naturæ.par.1.ſect.2.num.4. p.6
Creditor, qui vltrà ſortem aliquid exigit propter moram, locupletatur cum aliena iactura. ibid. num.7
Creditor ex contractu bonæ fidei, nihil vltrà ſortem capere poteſt, niſi eius interſit. par.1.ſect.3. num.12 p.10.
Creditoribus non licet quid vltrà ſortem exigere, niſi eorum interſit.par.1.ſect 4.num.14. p.12
Creditor incipit eſſe vſurarius, quoties exigit vſuras. ibid.num.20.

Index Rerum,

Creditor exigens aliquid vltrà ſortem, cum nihil eius intereſt, indebitum exigit, ex quacunque cauſa pecunia debeatur. par.1.ſect.7.num.22. p.20

Creditor non poteſt, quòd alteri pecuniam potuit dare fœnori, vſuras exigere. par.1. ſect. 10. numer. 11. p.30

Creditor non tenetur ad vſuras, ſi ſuperfluum pignoris depoſitum habuit. par.2. ſect.6.num.16. p.61

Niſi interpellatus moram in eo reddendo fecerit. ibid. num.17.

Creditor ſuperfluum pignoris fœnerans tenebatur vſuras reſtituere. ibid.num.19.

Creditor interpellatus tenetur ad vſuras reſidui, licèt eo vſus non ſit. par.2.ſect.6.num.20. ibid.

Creditor ſuperfluum pignoris mutuans ſine vſuris, tenetur ad vſuras iure ciuili. ibid.num.21.

Creditoris damnum de eſſentia vſuræ Gibalino. par. 2. ſect.9.num.1. p67

Creditorum querimoniis modus ſtatuendus. p.2.ſect.10 num.7. p.72

Creditores non fingebant damna, vt vſuras perciperent. par.2.ſect.10.num.20. p.73

Gibalini illatio periculoſa. ibid.num.21.

C V

Cuiacij ſententia vſuram eſſe reditum pecuniæ. par.1. ſect.12.num.3. p.34

Cuiacius definitione vſuræ compenſationem non comprehendit. ibid.num.4.

Cuiacius agnoſcit vſuram propriam extrà mutuum. ib. num.5. p.35

Cuiacij quædam ſententia ab auctore reprehenſa, quod P.Gibalinus ſuo operi iunxit. par.2. ſect.4. numer.14. p.49

Cuiacij locus explicatus. ibid.num.23. p.50

Cuiacij emendatio *l.ſocium ff.pro ſoc.* par.2.ſect.7.num.2. p.61.

Cuiacij emendatio diſplicet Fabro. ibid.num.4.

Cuiacij vſuræ diuiſio, quæ probatur auctori. p.2.ſect.12 num.14. p 81

Cuiacij locus pro aduerſariis. ibid.num.27. p.82

Cuiacij locus explicatur. par.2. ſect.12. numer.28. ibidem.

Cuiacij locus excutitur & notatur. ibid. numer.31. p.83.

Cuiacius confundit intereſſe & vſuram. par.2. ſect. 12. num.34. ibid.

Cuiacius rectè ſeparat vſuras & id quod intereſt. ibid. num.35.

Curatores Reip. tenebantur ad vſuras pecuniæ, quæ apud eos remanſit. par.2.ſect.8.num.17. p.67

D A

D*Amni* creditoris in reſponſis prudentum rarum aut nullum veſtigium. par.2.ſect.4.numer.27. p.55

Damnum creditoris de eſſentia vſuræ Gibalino. par. 2 ſect.9.num.1. p.67

D E

Debitor ex depoſito ſi tantundem reddat liberatur. par.1 ſect.3.num.6. p.9

Debitor vſurarius poteſt eaſdem vſuras à ſuis debitoribus exigere par.2.ſect.3.num.11. p.49

Debitor ſub vſuris præſumitur non ſoluere, quia pecuniam non habet. par.2.ſect.8.num.6. p.66

Debitor non ſemper intelligitur vertiſſe pecuniam in proprios vſus. ibid.num.16.

Debitori pœna etiam in mutuo imponi poteſt ex Theologis. par.2.ſect.11.num.20. p.77

Quod in foro iudices non admittunt. ibidem numero 21

Niſi interdùm ex facti circunſtantiis arbitrio iudicis ibid.

Debitori malo patrem remittens poteſt in caſum moræ totum ſtipulari. ibid.num.25. p.105

Debitum non vſurarium interdùm fit vſurarium. par.1. ſect.4.num.12. p.12

Debiti vſurarij & non vſurarij fit ipſo iure compenſatio. ibid.num.23.

Debitum in mutuum conuerti poteſt. par.1.ſect.6.n.15. p.16

Debitum ex bonæ fidei contractu in mutuum non conuertitur niſi inter partes id conuenit. par.1. ſect. 10. num.17. p.31

Debitum vſurarium, licèt ex conuentione vſuræ tantùm poſt moram currant. par.2.ſect.12.numer.18. p.81.

Definitiones generales ex ſpecie ductæ generaliter falſæ. par.2.ſect.7.num.20. p.64

Delicto quis obligatur inuitus. par.2.ſect.10.numer.37 p.75

Delicta contractus non voluntarij. ibid.

Depoſitum verum ab vſura immune. par.1.ſect.6.num.19 p.16

Depoſiti in actione vſuræ veniunt ex mora. par.2.ſect.5 num.11. p.58

Depoſiti contrà naturam eſt, à depoſitario vſuras exigere. par.2.ſect.14.num.1. p.92

Depoſitum quandoque verum mutuum. ibid. numero 3.

Depoſiti in actione vſuræ poſt moram debentur iure ciuili. par.2.ſect.14.num.4. ibid.

D I

Differentia mutui ab aliis contractibus bonæ fidei non conſiſteret quoad vſuras, niſi & his vſura poſſet accedere. par.1.ſect.7.num.26. p.21

Differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris quoad vſuras hodie ſublata par.1. ſect.7. numer. 35. p.22.

Feliciani incautè dictum. ibid.num.36.

Differentia inter caſus certos, & incertos. par.2.ſect.10 num.36. p.75

Diffugium impliciti mutui intercluditur. par.1. ſect. 10. num.14. p.31

Dilatio ad ſoluendum intermiſſio vſurarum ſed non minùs vſuræ. par.2.ſect.12.num.16. p.80

Diſtinctio inter vſuram & vſuras inutilis eſt. par.1.ſect.12 num.28. p.36

Diuerſitatis ratio inter fructus & vſuras. par.1. ſect. 12. num.26. ibid.

D O

Dotis vſuræ non debentur marito, qui onera matrimonij non ſuſtinuit. par.2.ſect.9.num.17. p.69

Dotis vſuras ſoluto matrimonio ſtipulari licuit. ibid. num.27.

D V

Duareni vſuræ definitio. par.1.ſect.12.num.6. p.35

Duarenus ſenſit vſuram eſſe ex quacunque cauſa debeatur. ibid.num.7.

Duareni de vulgaribus vſuræ definitionibus iudicium. ibid.num.8.

Duplum ſtipulatus vſuras tamen conſequi potuit. par.2. ſect.13.num.38. p.88

E C

ECcleſia vſuras ſemper turpes, & turpe lucrum pronuntiauit. par.2. ſect.1. num.17. p.40

E M

Emptio & venditio bonæ fidei par.1. ſect.1. num.7. p.2
Emptor qui fructus percipere non potuit, ad pretij vſuras non tenetur. par.2. ſect.9. num.29. p.70

E R

Error Græcorum *in l.60. pro ſoc.* vnde prouenerit. par.2. ſect.7. num.11. p.63
Error Græcorum alius *in d.l.60. ff. pro ſoc.* ibid. num.17. p.64.
Error Græcorum vſuras licitas eſſe. par.2. ſect.10. n.21. p.73.

E S

Eſſentiarum non reddenda ratio. par.1. ſect.6. numer.3 p.15

E X

Exactio anticipata vſurarum mala par.2. ſect.13. n.41. p.89.
Exactio cenſus anticipata minuit pretium. ibid. num.43
Exercere verbum frequentiam ſignificat. par.2. ſect. 13. num 54 p.90
Exercere vſuras compenſatorias iactura patrimonij. ibid. num.55.
Exercere vſuras compenſatorias inauditum. ibid.
Exigens creditor plus quàm ſibi debeatur, violat ius naturæ. par.1. ſect.2. num.4. p.6
Exigens vſuras damnum infert debitori. ibid. num.12
Exigens ex depoſito plus quàm depoſuit violat æqualitatem iuſtitiæ par.1 ſect.3. num.7. p.9
Exigens pecuniam & quid pro illius vſu iniquus eſt. p.1 ſect 6. num.9. p.15
Exigere vſuras anticipatè olim licuit. par.2. ſect.13. n.40. p.89

F A

FAlſa incautè adducuntur ad probandum quod verum eſt. par.2. ſect.15. num.28. p.97

F E

Feliciani ratio cur vſura in ſolo mutuo committatur. par.1. ſect.6. num.5. p.15
Feliciani ſententia explicatur. par.1. ſect.7. numer. 28. p.21
Feliciani ſententia quædam refertur, quæ reiicitur. ibid num.29
Felicianus admittit vſuras extrà mutuum, malè tamen illas licitas eſſe. par.1. ſect 7. num.31. p.21
Felicianus à Molinæo deceptus. par.1. ſect.9. num. 32. p.28

F I

Fictio breuis manus ſæpè improba. par.1. ſect.6. num.16 p.16
Fiſcus præſtat, & exigit id quod intereſt. par.2. ſect.13 num.60. p.91

F OE

Fœnerari olim palàm licuit. par.2. ſect.12. numer.14. p.81
Et vſuras ſtipulari à tempore contractus. ibid. num.15
Fœneratores quibus nominibus notati. par.1. ſect.1. n.13 p.2.
Cloatij dictum. ibid. num.14.
Fœneratores vſuras vocant intereſſe par.1. ſect. 8. n.18. p.24.
Fœneratores interdùm pecuniam accipiebant fœnore. par.2. ſect.3. num.9. p.48
Fœneratoris repetentis vſuras pœna quædam. ibid. n.10. p.49.
Fœneratores qui ſub conditione maius fœnus ſtipulabantur humaniores par.2. ſect 4. num.6. p.53
Fœneratores veteres cur interdùm minores vſuras ſtipulati. ibid. num.7.
Fœneratorum querelæ. par.2. ſect.19. num.13. p.72
Fœneratores infamia notati. par.2. ſect.13. num.8. p.95
Fœneratores publicè olim fœnus agitabant. ibid. numer.12. p.96
Fœneratorum munus erat pecuniam propriam & alienam aperto fœnori locare. ibid. num.16.
Fœnus non eſſe vſuram ſed ſortem & pecuniam ipſam ſub vſuris creditam comprobatur. par.1. ſect.1. n.34. p.5.
Fœnoris verbum productum eſt ad vſuram, quæ pro vſu pecuniæ creditæ ſoluitur. ibid. num.37.
Fœnus nemo palam exercet in vrbibus Catholicis. p.1. ſect.5. num.11. p.14
Fœnus non niſi in mutuo contrahi poteſt. par. 1. ſect.6. num.14. p.16
Fœnus in mutuo ſolo, ergo & vſura, falſa illatio. ibid. num.24. p.17
Fœnus quatenus legibus probatum Gibalino. p.2. ſect.2. num.17. p.42
Fœnus, & vſura apud Patres pro re mala ſumitur. ibid. num.37. p.45
Fœnus, & vſura apud Iuriſconſultos intra legitimum modum licitum. par.2. ſect.2. num.38. p.45
Illicitum ſi modum excederet. ibid.
Fœnore minore non ſoluto maiores vſuræ rectè promittebantur ex Papiniani ſententia. par.2. ſect.4. n.5. p.53
Fœnus maius centeſima olim ſtipulari non licuit. ibid. num. 18. p.54
Fœnus antiquo iure Romano permiſſum. par.2. ſect. 12. num.10. p.79
Fœnus in iure pro mercede vſus pecuniæ creditæ ſumitur. par.2. ſect.13. num.27. p.87
Fœnus in malam partem accipitur apud Patres. ibid. num.29. p.88
Fœnus interdùm pro iuſta præſtatione ſumitur. p.2. ſ. 13. num.31. ibid.
Fœnus non niſi lucri cauſa exercetur. ibid. num.33.
Fœnus olim vetitum Præſidibus exercere, permiſſum cæteris. par.2. ſect.13. num.48. p.89
Fœnus exercere lucri cauſa iure Romano licitum. ibid. num.49
Fœnus cur vetitum Præſidibus, & permiſſum priuatis. ibid. numer.52. p.90
Fœnus quod illicitum apud Iuriſconſultos. p.2. ſect.13. num.61. p.91
Fœnus merum intra legitimum modum à veteribus probatum. ibid. num.63. p.92
Fœnus conſtitutionibus probatum. p.2. ſect.15. n.2. p.95
Fœnus Francorum Regum, & aliorum Chriſtianorum Principum legibus vetitum. ibid. num. 10. p.96
Fœnus exercere licitum erat omnibus exceptis Præſidibus prouinciarum, & eorum domeſticis. p.2. ſect.15. num.14. ibid.

Fœnus

Fœnus ſub ſpecie vſuræ compenſatoriæ non exercebatur.ibid.num.18. p.97

Feneratitius contractus includit mutuum. par. 1. ſect.7 num. 33. p.22

F O

Forcatulus Prælatus Cuiacio. par. 2. ſect.12. num.38 p.84.

Forum externum non præſumit intereſſe creditoris. p.2. ſect.13.num.10. p.86

Plerumque accidit vt nihil creditoris interſit. ibid.

Forum externum non concedit vſuras ſine ſtipulatione. ibid.num.19. p.87

F R

Fructus in actione ex ſtipulatu poſt litem motam ex æquitate præſtantur.par.1.ſect.12.num.24. p.36

Fructus non ſoluto pretio non ſunt emptoris. par.2 ſect.9.num.33. p.70

G A

GAbinij lex, ne de pecuniis verſura facta ſumptis ius diceretur.par.2.ſect.15.num.4. p.95

Galli gloriantur quod nunquam committunt vſuram. par.1.ſect.7.num.40. p.22

Gaſparis Roderici ſententia leges ciuiles moderantes vſuras de veris vſuris accipiendas, par.1.ſect.8.n.19 p.24

Gaſp. Roderici de vſuris ex depoſito vera ſententia.p.2. ſect.14.num.6. p.93

Gibalinus de eadem re quid ſentiat.ibid.num.7.

G E

Gener exigendo vſuras dotis vſuras veras exigit, ſi vxorem non exhibuerit.pa.1.ſect.10.num 9. p.30

Genutia lex de non fœnerando. par.2. ſect.15. numer.9. p.96.

G I

P.Gibalinus reſtringit vſuræ prohibitionem ad eam,quæ in mutuo exercetur.par.1.ſect. 1. num.18. p.3

Gibalinus opinatur in ſolo mutuo vſuram reperiri. ibid. num.19.

Gibalini *ad l.8.ff.in quib.cauſ.* reſponſio, quæ reiicitur. par.1.ſect.2.num.27. p.7

Gibalini altera reſponſio reiecta.ibid.n. 30. p.8

Gibalinus familariter vigiliis auctoris vtitur par.1.ſect. 5.num.12. p.14

ex Gibalini ſententia vſura non ſit niſi ex mutuo. par. 1.ſect.6.num.2. p.15

Gibalini ſententia.ibid.num.22. p.16

Gibalinus admittit vſuram extrà mutuum inueniri.par. 1.ſect.6.num.35.& 37. p.18

Gibalini contradictio admittentis vſuras extrà mutuum. par.1.ſect.7.num.32. p.21

Gibalini reſponſiones obſcuritatis notatæ. par.1. ſect 8. num.1. p.23.

Gibalini confeſſio ex depoſito poſt moram vſuras venire.ibid.num.8.

Gibalino teſte vſuræ quæ iure ciuili ex depoſito poſt moram veniunt manifeſtam vſurariam iniuſtitiam continet.par.1.ſect 8.num.9. p.23

Gibalini reſponſio quædam. par.1. ſect. 8. numero 12. p.24.

Quæ refellitur.ibid.num.14.

Gibalinus admittit vſuram, & id quod intereſt diuerſa eſſe.par.1.ſect.8.num.19. p.24

Gibalini aſſertio intereſſe definiendum eſſe ſecundùm leges definientes vſuras. par.1. ſect.9. num.1. p.29

Quæ nulla lege, vel ratione probatur.ibid.num 2.

Gibalini noua interpretatio *ad l. 1. in princ. de vſur.* par.1.ſect.9.num.11. p.26

Gibalini ſententia pretij vſuras ratione fructuum perceptas iniquas eſſe.par.1.ſect.10.num.7. p.30

Et eius cum Caniſio, & cum ſe ipſo diſſenſio. ibid.

Gibalini obiectio proponitur.par.1.ſect.12.num.1. p 32

Et notatur.ibid.num.2.

Gibalini ſententia olim in iudiciis bonæ fidei vſuras nunc venire id quod intereſt.par.1. ſect.11. num. 15. p.34.

Gibalini vſuræ definitio eſt definitio fœnoris.par.1.ſect. 12.num.9. p.35

Gibalini de legibus vſuras approbantibus ſententia.p.2 ſect.2.num.12. p.42

Gibalinus totum Hotmannum operi ſuo iunxit. ibid. num.51. p.47

Gibalinus cenſet leges concedentes vſuras venditori ratione fructuum iniquas eſſe. par. 2. ſect. 3. num. 17. p.49.

Quod videtur eius definitionibus aduerſari.ibid. numer.18

Gibalinus dum ſequitur Lupum, recedit à Lupo.par.2. ſect.3.num.20. ibid.

Gibalinus meminit Senatoris, vt eum reprehenderet. ibid.num.22

Gibalinus imponit auctori.par.2.ſect.3.num.25. p.50

Gibalinus iterùm imponit auctori.ibid.num.32.

Gibalinus tribuit Carocio, quod non dixit Carocius. par.2.ſect.3.num.33.ibid.

Gibalinus notatur iterùm.ibid.num.35. p.51

Gibalinus in materia vſurarum dotalium multa ab auctore mutuatus eſt.par.2 ſect.3.num.43. p.52

Gibalinus conuincitur auctoris dicta ſuis iunxiſſe. ibid. num.45

Gibalini eadem ſententia Senatoris Nicienſis ſuppreſſo nomine.par.2.ſect.4.num.13. p.54

Gibalini aſſertio *vſuram apud veteres, &c.* reiicitur. ibid. num.46. p.56

Gibalini aſſertio, quid ſit vſura apud omnes veteres. par.2.ſect 5.num.1. p.57

Gibalini aſſertio proponitur,quam auctor non probat. par.2.ſect.6.num.2. p.60

Gibalini aſſertio duo continet, & quibus primum probet.ibid.num.3.

Et quibus alterum.ibid num.4.

*L.7.de admin.tut.*non probat primam aſſertionis partem.ibid.num.5

Imò contrarium.ibid.

Gibalinus notatur malè habiti Senatoris. par.2. ſect.7. num.27. p.65

Gibalini vſuræ diuiſio, diuiſio Hotmanni. par.2. ſect.9. num.4. p.67

Gibalini & Hotmanni diuiſio vſuræ imperfecta. ibid. num.5.

Et captioſa.ibid.num.6. p.68

Hotmanni calliditas.ibid.num.7.

Gibalinus plus quàm Hotmannus excurrit.par.2.ſect 9. num.8. ibid.

Gibalini inconſulta aſſertio.ibid.num.9.

Gibalinus quæſtionem auctoris ſuam fecit.par.2. ſect.9. num.16. ibid.

Gibalini noua quæſtio, cur vſura ſancienda fuit.par.2. ſect.10.num.1. p.71

Gibalinus ex Hotmanno.ibid.num.5. p.72

Gibalinus quædam ex Hotmanno abſcidit prudenter. p.2 ſect.10.n.6 & 7. ibid.

Gibalini prima concluſio proponitur.par.2.ſect.12.n.1. p.78

Reiicitur ab auctore.ibid.num.2.

Gibalinus latiùs excurrit quàm Hotmannus. p.2.ſect.13 num.8. p.85
Et quàm Weſembecius.ibid.num.9.
Gibalinus excurrit extrà fines propoſitæ quæſtionis.par. 2.ſect.13.num.45. p.89
Gibalini interpretatio *ad l.34.ff.ſi cert.pet.* quæ reiicitur. ibid.num.50. p.90
Gibalino contrarietas notats. par.2.ſect.14. num.9. p.93
Gibalini perfugium occluditur. par.2.ſect. 14. num. 12 p.93.
Eius interpretatio *ad l.34. ff.mandati.* ibid. num.13.
Quæ reiicitur.ibid.num.14. p.94
Gibalini dictum circà fœneratores parùm probabile. par.2.ſect.15.num.11. p.96
Gibalinus & Auctor in illum tendunt, ſed diuerſa via. par.2.ſect.15 .num.25. p.97

G R

Grammaticis & iuriſprudentibus vſura, partus, fœtus fructus, & reditus pecuniæ.par.2.ſect.4.num.17.p.54
Græci τοκον nomine frequenter vſuras nominant. par.1. ſect.1.num.23. p.3
Græci eodem nomine τοκον vſuras fœnebres, & non fœnebres nominant.ibid.num.27. p.4
Græci,& Latini vno nomine vſuras vocant.par.1.ſect.1 num.30. ibid.
Græci ſequuntur ſententiam Fabri.par.2. ſect.7. num.5. p.62.

H A

H*Agenſis* aduerſus Catholicos auctores impudens declamatio.par.2.ſect.2.num.24. p.43
Hagenſis dicta, dicta Lupi, & Gibalini. ibid.num.25
Harmenopulus quare poſt *tit.de vſur.*inſeruit conſtitutionem Baſilij vſuras prohibentem.p.2.ſect.15. num.23, p.97

H E

Henricus Caniſius admittit vſuram in vltimis voluntatibus committi.par.1.ſect.7.nom.10. p.19
Henrici Caniſij ſententia vſuram propriè in mutuo committi, in aliis contractibus impropriè. par. 1. ſect. 10.num.3. p.29
Henricus Caniſius ſentit vſuras, quæ in contractibus bonæ fidei legibus conceduntur, eſſe compenſatorias eius intereſſe creditoris.ibid.num.4.
Henricus Caniſius probat leges, quæ dant vſuras venditoribus ratione fructuum.par.2.ſect.3.num.19.p.49
Henrici Caniſij ſententia nullo iure præſumi intereſſe creditoris.par.2.ſect.13.num.18. p.87
Henrici III. Galliarum Regis edictum vſuras prohibens.par.1.ſect.7.num.41. p.22
Hermogeniani reſponſum ſeparat vſuras ab eo quod intereſt.par.2.ſect.5.nom.22. p.59
Et nullum habet veſtigium conſumptæ ſortis. ibid. numer.23.
Hermogeniani reſponſum non reſtringitur ad venditiones rerum, quæ fructus ferunt.par.2.ſect.5. num.24. ibid.
Heſiodi ſententia explicatur.par.1.ſect.2.nom.36. p.8
Heterodoxi ægrè ferunt leges Iuſtiniani vſurarias à Catholicis damnari.par.2.ſect.10.num.22. p.73

H Æ

Heredes tutorum pecuniæ pupillaris in arcs poſitæ vſuras præſtant.p.2.ſect 6.num.9. p.60
Hæres ſocij non tenetur ſocio ad id quod intereſt.par.2 ſect.7.num.15. p.64
Hæres ſocij tenetur ad vſuras iure ciuili. ibid. num.16
Hæres pecuniam inuentam in hæreditate poteſt in ſuos vſus conuertere.par.2.ſect.8.num.4. p.65
Hæres in ſpecie *l.17.§.ſi pupillo.*non præſtat vſuras,quòd pecunia vſus ſit.ibid.num.8. p.66

H O

Hotmannus callidè confundit vſuram, & id quod intereſt.par.1.ſect.2.num.15. p.6
Hotmannus meritò à Cuiacio reprehenſus.ibid.num.18 p.7
Hotmanni vſura duplex.par.1.ſect.4 num.1. p.11
ex Hotmanno vſuram petens petit vſum pecuniæ. ibid. num.2.
ex Hotmanno fœnerator dat vſum ſuæ pecuniæ, vnde illius æſtimationem petere non poteſt. par. 1. ſect.4. num.3.ibid.
ex Hotmanno pecuniæ fœnebris & non fœnebris diſcrimen.ibid.num.4.
Hotmanni fallacia detecta.par.1.ſect.4.num.8. p.11
Hotmannus fœnus condemnat.ibid.num.9.
ex Hotmanno vſuræ & fœnoris diſcrimen.par. 1. ſect.4. num.10. p.12
Hotmannus vſuram obtegit ſub nomine intereſſe. ibid num.13.
Hotmanni doctrina ſuſpecta eſſe debet. par.1. ſect. 4. num.15. p.12
Hotmanni ſententia vſuras quaſi vſuras in iudicio pro ſocio deberi.par.1.ſect.10.num.12. p.30
Hotmannus ægrè fert leges de vſuris editas à Catholicis auctoribus improbari.par.2.ſect.2. num.23. p.43
Hotmanni de vſuris ſententia.ibid.num.49.& 50. p.46 & 47.
Hotmannus à Bachonio meritò reprehenſus.p.1. ſect.5. num.29. p.59
Hotmanni aſſertio vſuram includere damnum creditoris, falſa & pernicioſa.par.2.ſect.9.num.2. p.67
Hotmanni Calliditas.par.2.ſect.10.num.6. p.72
Hotmannus cenſet id quod intereſt probandum non eſſe.ibid.num.8.
Hotmanni querela.par.2.ſect.10.num.23. p.75
Hotmanno *l.26.C.de vſur.*nobilis,prudens, præclara, & religiosè ſeruanda.ibid.num.24.
Balduini, Vomhagenſis conſenſus.ibid.num.25.
Hotmannici argumenti fallacia detegitur.par.2.ſect.11 1. num.10. p.76
Hotmanni aſſertio quædam publicè pernicioſa.ibid.numer.14. p.77
Hotmanni falſa illatio.ibid.num.15.
Hotmannus diuidit vſuram, vt alia ſit fœnus, alia vſura in ſpecie ſumpta, quæ nomen generis retinuit par.2.ſect.12.num.12. p.80
Hotmannus duas ſpecies fœnoris poſuit. ibid. num. 19. p.81.
Hotmanni vnus error, P. Gibalini duo. par.2. ſect.12. num.20. ibid.
Hotmanni locus, quem Gibalinus tranſtulit. ibid.n.21
Hotmannus admittit fœnus eſſe etiamſi poſt moram quis vſuras ſtipulatus fuerit.par.2.ſect.12.n.28. p.82
Gibalini mala illatio.ibid.num.29.
Hotmannus improbat fœnus.par.2.ſect.13. num.8.p.85

H V

Hugonis Donelli de intereſſe iuſtè repetendo ſententia. par.2.ſect.2.num.20. p.43
Vſuræ iure Romano permiſſæ propter commercia ex cod.ibid n.30. p.44

I M

I*Mperatorum* legibus vſuræ ſancitæ.par. 2. ſect.4.num. 42. p.56

Imperatores

Imperatores quas vſuras admiſerint ex Gibalino. par.2. ſect.15.num.2. p.95
Imperatores poterant vſuras omnes prohibere,ſi voluiſſent.ibid.num.5.
Et punire qui eas exegiſſent. ibid.
Imperatores quare non prohibuerint vſuras. par. 2.ſect. 15.num.20. p.97
Improbus eſt, qui iterùm conſequi vult, quod accepit. par.1.ſect.2.num.9. p.6

I N

Indicia expilati libri Senatoris.par.2.ſect. 11. num. 22. p.77
Iniuſtitia iure Diuino prohibita.par.1.ſect.5.num.4.p.13
Iniuſtitia capitalis ſub ſpecie viri boni fallere,par.1.ſect. 7.num.41. p.22
Intereſſe,& vſura nomine & ratione diſtincta ſunt. par. 1.ſect.2.num.16. p.7
Intereſſe incertum eſt, & ex facto pendet. par.1.ſect.8 num.13. p.24
Intereſſe modum vſurarum non ſeruat.ibid. num. 20.
Intereſſe decernendum eſt,quatenùs verè intereſt,modò duplum non excedat.par.1.ſect.9.num.3. p.25
Intereſſe trientis quincuncis nullum eſt in iure noſtro veſtigium.ibid.num.9. p.26
Intereſſe nulla certa lege definitum eſt, neque definiri potuit.par.1.ſect.9.num.10. ibid.
Intereſſe incertum,& nulla certa regula definiri poteſt ibid.num.13.
Intereſſe ab vſura ſeparare in ſcribendo præſtat.p.2.ſect. 2.num.10. p.42
Intereſſe ex iure ciuili in caſibus certis duplum non excedit.ibid.num.42. p.46
Intereſſe iure ciuili vſuram centeſimam excedere potuit.par.2. ſect.2.num.44. ibid.
Vlpianus *in l.2. in fin. de eo quod cert*. quid ſenſerit. ibid. num.45.
Intereſſe plerunque leuius vſuris.par.2. ſect. 2. num.47 ibid.
Maſſæ Galleſij prudens proteſtatio.ibid.num. 48.
Intereſſe incertum, & pendet ex caſu, & interdùm momento committitur.par.2.ſect.4.num.19. p.54
Intereſſe incertum & poteſt excedere modum vſurarum par.2.ſect.5.num.10. p.58
Intereſſe ſtipulatio ſub incerta quantitate valet. ibid num.14.
Intereſſe probari debet.par.2.ſect.5.n.27. p.59
Intereſſe in actione pro ſocio quando ex actoris perſona metiendum.p.2.ſect.7.num.21. p.64
Intereſſe nunc ex quantitatibus debetur ex quacunque cauſa debeatur.par.2.ſect.9.num.10. p.68
Intereſſe non poteſt quoad quantitatem certa regula definiri.par.2.ſect.10.num.18. p.73
Id quod intereſt incertum.ibid num.27
Et nulla lege definiri poteſt. ibid.
Gapſaris Roderici prudenter dictum.ibid.num.28.p.74
Intereſſe poteſt excedere legitimum modum vſurarum. par.2.ſect.10.num.29. ibid.
Intereſſe probandum.par.2.ſect.12.num.29 p.82
& ſect.13.num.22. p.86
Intereſſe potuit excedere certos fines,vſura non potuit. par.2.ſect.12.num.40. p.84
Intereſſe certi taxatio non admittitur. par. 2. ſect. 13. num.15. p.86
Intereſſe ex ſola mora, & ſine ſtipulatione debetur iure ciuili.ibid.num.22. p.87
Interpellatio legis non minùs vrget quàm interpellatio hominis.par.1.ſect.12.num.34. p.37

I O

Ioannis Baptiſtæ Staibani I C. Neap. ingenuitas. par 1 ſect.1.num.19 p.2
Ioan.Bapt. Staibani regula doctrinæ Senatoris confotmis.par.1.ſect.6.num.30. p.17
Ioan.Bapt. Staibanus cum auctore egit ingenuè. par.2 ſect.3.num.40. p.51
Ioan.Otto Tabor. I. C. Saxo.inuectio in Salmaſium. par. 1.ſect.12.num.45. p.28
Ioan.Bapt. Lupi. de legibus vſurariis ſententiam. par. 2. ſect.2.num.1 p.41
Vſuræ noſtri temporis quæ differant ab antiquis ex Lupo.ibid.num.2.
Notæ & animaduerſiones Auctoris in hæc Lupi. ibid. num.3
Ioan. Ant. ab. Eccleſia Præſidis Nicienſis inopina mors. par.2.ſect.9.num.12. p.68

I V

Iudex in actionibus ſtricti iuris non poteſt condemnare extrà id quod verbis expreſſum eſt.p.1. ſect.11.num. 25. p.36
Iudicati vſuram centeſimam poſt menſes quatuor præſtare cogebantur par.1.ſect.6.n.33. p.17
Iudicandum ex cohærentibus non ex partibus.par.2.ſect. 6.num18. p.61
Iulius Caſar. Antonius Manaſſerus Aduocatus Taurinenſis.par.2.ſect.12.num.3. p.79
Iuriſconſulti titulum de vſuris ſimpliciter inſcripſerunt. par.1.ſect.1.num.34. p.3
Tit.ff.& C.vſur.continent vſuras,quæ veniunt ex mora. ibid.num.25. p.4
Iuriſconſultorum veterum lapſus in vſuris ex contractibus bonæ fidei, & legatis admittendis. par. 1. ſect.3. num.12. p.6
Iuriſconſultorum veterum reſponſa admittunt interuſurium, & commodum medij temporis.par. 1.ſect.3. num.14. ibid.
Quæ nunc abrogata ſunt.ibid.num.15.
Iuriſconſulti erubeſcunt cum ſine lege loquuntur. par. 1.ſect.6.num.4. p.15.
Iuriſconſulti omnes agnoſcunt diſcrimen quoad vſuras inter ſtricta, & bonæ fidei iudicia. par.1.ſect.7.num. 6. p.19
Iuriſconſulti omnes admittunt vſuras extrà mutuum inueniri.ibid.num.25. p.21
Iuriſconſulti dum definiunt vſuras ex mora deberi,mutuum excludunt.par.1.ſect.7.num.17. ibid.
Iuriſconſultorum veterum vna ſententia vſuras licitas eſſe.par.2.ſect.4 num.41. p.56
Iuriſconſulti veteres probarunt vſuras, etiamſi nihil intereſſet creditoris.par.2.ſect 9.num.10. p.68
Iuriſconſulti exprimere ſolent, cùm decernunt quod creditoris intereſt.ibid.num.25. p.69
Iuriſconſulti non vſuras ex pecunia credita poſt moram.par.2.ſect.12.num.24. p.82
Iuris auctores acceſſiones quantitatis ex aliis cauſis, quàm mutùi debitæ, vſuras propriè vocant. par. 1. ſect.4.num.21. p.12
Ius naturæ non patitur quempiam locupletari cum aliena iactura.par.1.ſect.2.num.5. p.6
Ius ciuile ex mora in contractibus ſtricti iuris non admiſit vſuras.par.1.ſect.5.num.8. p.14
Ius diuinum in vtroque foro vincit. par. 1. ſect. 6.num. 42. p.18
Ius ciuile, quo negotiorum geſtor ad vſuras tenebatur, prædurum, & iniquum ius.par.1.ſect.8.num. 7. p.25
Ius ciuile probauit vſuras, & quatenus. par. 2. ſect. 1. num.1.p.39
Ius ciuile non potuit ſtatuere, vt vſuræ intrà certum modum poſſent exercere.ibid.num.14. p.40
Ius,quod vſuras admittit ex mora in contractibus bonæ ſidei, nunc abrogatum.par.2.ſect.6.num.15. p.61
Ius Iuſtinianeum malè de vſuris ſtatuit.par. 2. ſect. 9. num.37. p.71
Ius ciuile non præſumit intereſſe creditoris.p.2. ſect. 14 num.8

num.8. p.93
Iuſtitia in commercils æqualitatem deſiderat.par.1.ſect. 2.num.2. p.6
Iuſtinianus in l.eos vtrumque genus vſuræ moderatus eſt. par.1.ſect.num.2.6. p.4
Iuſtinianus vſuris omnibus modum præſcripſit. par. 1. ſect.2.num.37. p.8
Iuſtinianus *in l.eos.* vſuris modum conſtituit.par.1.ſect. 9.num.15. p.26
Et non ei quod intereſt. ibid.
Iuſtinianus leges concedentes vſuras non abrogauit.par. 2.ſect.1.num.6. p.40
Iuſtinianum toleraſſe vſuras maioris mali vitandi cauſa qui ſentiant.ibid.num.7.
Iuſtinianus arguitur, quòd vſuras tanquam licitas intrà certos fines præſtari ſanciuerit.par.2.ſect.1.num.11. p.40.
Iuſtinianus excuſatur ab Alciato.ibid.num.12.
Iuſtinianus non poſuit modum vſuris, quòd fœneratores legitimum modum excederent. par.2.ſect.2. n. 6. p.41.
Sed vt molem earum ad mediocritatem reduceret. ibid. num 7.
Iuſtiniani Nouella.160. vnde prouenerit. par. 2. ſect.4. num.30. p.55
Gothofredi gloſa ad h. Nou. reiicitur.ibid.num.31
Iuſtinianus *in l.26.C.de vſur.*probauit vſuras.par.2.ſect. 4.num.43. p.56
Iuſtinianus vſuras moderatus eſt, vt debitoribus conſuleret.par.2.ſect.10 num.16. p.72
Iuſtinianus in l.eos. C de vſur. non circumſcripſit id quod intereſt.ibid.num.17.
Iuſtinianus intrà duplum nullum modum poſuit ei, quod intereſt.ibid.num.19. p.73
Iuſtinianus quid ſtatuerit de eo quod intereſt.par.2.ſect. 10 num.30. p 74
Molinæi, & ſequacium obiectiones duæ. ibid.num.31
Gibalini ſententia, ſententia Molinæi, & ſequacium. ibid.num.32.
Iuſtiniani prudentia *in l.1.C.de ſentent.quæ pro eo.* par.2. ſect.10.num.38. p.75
Iuſtinianus vſuras permiſit.par.2.ſect.13.num.7. p.85
Iuſtinianus vetuit, ne vſuræ prærogarentur.ibid.num. 41. p.89
Iuſtinianus non improbauit vſuras.par.2.ſect. 15. num. 20. p.97
Iuſtiniani conſtitutio, vt fiſcus ſemiſſes tantùm exigeret.ibid.num.22.
Iuſtinianus malè de vſuris ſtatuit.par.2.ſect.15.num.24. ibid.

L E

Legatarius exigens legatum ab hærede ſcripto euicta hæreditate tenebatur pecuniam cum vſuris quartæ partis centeſimæ reſtituere.par.1.ſect.7.num.20. p.20
Legatum vſurarum quandò in mutuum conuertatur. par.1.ſect.7.num.11. p.19
Legatis, & contractibus bonæ fidei, ex quibus debentur vſuræ, nullum mutuum ineſt.par.1. ſect.7.num. 16. p.19
Legatariorum vſuræ debentur ex mora. par.2.ſect. 5.n. 8. p.57
Leges admittentes vſuras continent merum ius ciuile. par.1.ſect.2.num.35. p.8
Leges quæ de vſuris editæ ſunt, de eo quod intereſt non debet interpretari.par.1.ſect.8.num.2. p.23
Leges ciuiles in iudiciis bonæ fidei vſuras concedunt, iniquæ.ibid.num.10.
Legibus quibus ſancitum eſt ex mora venire vſuras nullum ineſt veſtigium intereſſe.par.1. ſect. 11.num. 3. p.32
Exceptis paucis quibuſdam.ibid.num.4. p.33
Leges permittentes vſuras quamuis moderatas iniquæ. par.2.ſect.1.num.5. p.39
Leges delicta quædam leuia diſſimulant. ibid. num.8. p.40.
Leges permittentes vſuras iure canonico reuocatæ.p.2 ſect.1.num.15. ibid.
Leges, & reſponſa, quæ vſuris concedunt, nullam vim habent.par.2.ſect.2.num.21. p.43
Legibus interdum vſuræ conceſſæ ratione lucri vſurarij ceſſantis.p.2.ſect.3.n.12. p.49
Quod hodie illicitum eſt,ibid.num.13.
Leges quæ iubent curatores reipublicæ pecunias publicas fœnerare, hodie non obtinent.par.2. ſect 4.n.33. p.55
Leges adductæ non probant in toto iure ciuili vſuram eſſe mercedem ſortis conſumptæ.par.2. ſect. 8. num. 19. p.67
Leges decernunt vſuras creditoribus, nec addunt continuò quod eorum interſit.par.2.ſect.9.num.18. p.69
Legibus ne ſyllabam quidem addere licet.par. 2.ſect.9. num.26. ibid.
Leges ad caſus diſſimiles non trahendæ. ibid. num. 31 p.70.
Leges ciuiles in concedendis vſuris ſupponere intereſſe creditoris falſum.par.2.ſect.13.num.3. p.85
Leges præſumere intereſſe creditoris ſententia Molinæi par.2.ſect.13,num.4. ibid.
Et Hotmanni. ibid.
Vt etiam Salmaſij.ibid.num.5.
Leges quoties nominatim non vetant vſuras, illas probant.par.2.ſect.13.num.28. p.87
Leges quæ vetant præſidibus fœnerare, ſunt de vero fœnore par.2.ſect.13.num.51.& 53. p.90
Leges quæ de fœnore loquuntur, de iuſto fœnore interpretari eſt contrà ſenſum omnium.ibid. num. 53.
Leges quæ permittunt fœnus exercere de mero fœnore accipiendæ.p.2.ſect.14.n.10. p.93
Leges præſumere intereſſe inciuilis præſumptio. ibid. n.18. p 94
Leges ciuiles admittentes vſuras iure Pontificio abrogatæ omnes.par.2.ſect.15.num.26. p.97
Leges ciuiles de vſuris nullitatis damnare præſtat, quàm tueri.ibid.num. 27. ibid.
L.3 C.in quib.cauſ.emendata.p. 1.ſect.1.num.6. p.2
L.3.C.in.cauſ. ex Græcis clarior, & emendatior. ibid num.8.
L.3.C.in quib.cauſ.quoad vſuras abrogata. ibid. num.9
in L.eos.Iuſtinianus vtrumque genus vſuræ moderatus eſt.par.1.ſect.1.num.26. p.4
L.3.C.de vſur.abrogata.par.1.ſect.2.num.17. p.7
L.8.ff.in quib.cauſ.vera lectio ſine negatione.par.1.ſect. 2.num.27. p.7
Gibalini ad h.l.reſponſio, quæ reiicitur. ibid.
L.8.ex Græcis ibid.num.29.
Altera Gibalini reſponſio reiecta.ibid.30. p.8
L.8.non eſt de vſuris, quæ ex mora veniunt ex Hotmanno.ibid.num.31.
Lex non poteſt non ſoluentibus imponere pœnam non vſuras.1.ſect.6.num.36. p.18
Lex Euangelica vincit legem Cæſaris.ibid. num.42.
L.2.3.& 4.C.depoſit.ſunt de vſuris.par.1.ſect.8. num.3. p.23.
Vt etiam l.24 & 26.ff.eod.ibid.num.4.
Et Baſilic.cap.28.& 36.de vſur.& fructib.ibid.num.5
L.6. & 28. de negot. geſt. hodie abrogata. par.1.ſect.8. num.6. p.23
L.121.de verb. ſignif.de vera, & propria vſura. par.1. ſect.8.num.15. p.24
Ioann.Franciſci à Ponte non leuis auctoritas. ibid. num.16.
L.10.§.ſi procurator. ff. mandat.eſt de pecunia fœnori data.par.1.ſect.8 num.17. ibid.
L.§.quæ autem.de admin.tut. expenditur.par,1.ſect.9. num.4

num. 4. p.19
L.ſocium.ff.pro ſoc.non probat Caniſij ſententiam.par. 1.ſect 10.num.8. p.30
L.35.ff.de vſur.declaratur.par.1.ſect.12.num.19. p.36
d.L.coniunctio cum L.1.C.de iudiciis.ibid.num.20.
L.10.§.ſi procurator.ff.mandat.declaratio ex Cuiac.par. .ſect.12.num.32. p.37
Traiectio verborum in Baſilicis.ibid.num.33.
Lex non poteſt debitoribus non ſoluentibus vſuras imponere.par.2.ſect 3.num.6. p.48
Gibalini quædam vix cohærentia. ibid.num.7.
L.curabit. quatenùs recipienda remiſſiuè. par.2 .ſect.3. num.21. p.49
Lex commiſſoria in venditionibus non improbatur.par. 2.ſect.4.num.11. p.54
Legem commiſſoriam, ex qua emptor partem pretij amittit, iniuſtam eſſe auctoris ſententia ibid.num.12.
L.1.& 18.C.de vſur.non ſunt contrariæ contrà Mornacium.par 2.ſect.5.num.19. p.58
in L.60 pro ſocio.Labeo vnum caſum propoſuit,Pomponius duos.par.2.ſect.7.num.12. p.63
L.27.de ædil.ed.ſententia, & ratio.par. 2.ſect. 9.num. 12. p.68.
L.26.C.de vſur. non pertinet ad id quod intereſt. ibid. num.19. p.69
ad.L.24.& 25.ff depoſ.additiones Hotmanni,& Gibalini.par.2.ſect 9.num.23.& 26. p.69
L.24.& 25.depoſ Hotmanni,& Gibalini ſententiæ non fauent.ibid num.24.
L. facta.§.ex reſcripto.ad Trebell. ſententia.par 2.ſect. 9.num.32. p.70
L.1.C.de ſenten.quæ pro eo.ab Hotmanno reprehenſa. par.2.ſect 10.num.31. p.74
L.1. C.de ſent.quæ pro eo. ab obiectionibus Hotmanni defenditur.ibid.num.34.
Eius æquitas, vtilitas, iuſtitia.ibid.n.35.
L.vlt.de eo quod cert. loc. explicatur, & retorquetur. par.2.ſect.11.num.16. p.77
L.vlt.de præt.ſtipul.t.ſententia.ibid.num.17.
Lex nulla eximit creditorem à probatione eius quod intereſt.par. 2.ſect.13.num.11. p.86
L.qui ſemiſſes.de vſur.de vitiio fœnore. ibid. num. 32. p.88.
L.34.ff mandati. loquitur de vſuris, quæ non veniunt ex mutuo.p.2.ſect.14.num.12. p.126
Lex commiſſoria pignorum a Conſtantino improbata. par.2.ſect.15 num.7. p.129
Vt Antichreſis cum agricolis à Iuſtiniano. ibid.
L.eos.C. de vſur. fœnore, & vſuris, non de eo quod intereſt.par.2.ſect.15.num.22. p.97
Leo. Imp.declarauit vſuras à maioribus toleratas fuiſſe. par.2.ſect.1.num.10. p.40

L V

Lucrum ex re, cuius ad nos periculum non pertinet, illicitum.par.1.ſect.1 num. 2. p.6
Lucrum ceſſans de iuſto intelligitur.par.1.ſect.11.num. 12. p.33
Lucrum negotiationis ab vſura diuerſum.par.2.ſect.12. num.8.p.79.

M A

M*Andati* in actione contraria interdùm vſuræ habent ſpeciem eius quod intereſt.par.1. ſect.11. num.5. p.33
Non tamen ideò minùs veniunt vſuræ vt vſuræ.ibid. num.6.
Mandati in iudicio contrario vſuræ ex more regionis ſtatuebantur.par.1 ſect.11.num.7. ibid.
Mandatum ſuſcipiens, & negligens tenetur ad id quod mandantis intereſt.par.2.ſect.7.num.23. p.64
Marciani reſponſum in l.29.ff de vſur.de propriis vſuris intelligendum.par.2.ſect.4.num.21. p.54

M Æ

Maſterij de Iuſtitia legum Romanarum circà vſuras opinio.par. 2.ſect.3.num 9. p.48

M E

Menſa fœneratoris Altare Diaboli.par.1. ſect.5.num.9. p.14.
Mercatores hodie eodem tempore dant, & ſumunt cambio. par.2. ſect.3. num.9. p.48.

M I

Minoribus mora fit re ipſa propter vſuras. par.1. ſect.1. num.4. p.2.
Minoribus in lucro ſuccurritur. par.2. ſect.8. num 10. p.66.
Minor rem ſuam repetens reſtituit pretium cum vſuris. par.2. ſect.9. num.13. p.68.

M O

Molinæi damnati Auctoris obiectio dari æſtimationem interuſurij pecuniæ. par.1. ſect.3. num.1. p.9.
Quæ à P. Gibalino refellitur. ibid. num.2.
Eiuſdem traditio pecuniam non deduci in contractus niſi ſub ratione valoris falſa. par.1. ſect.6. num.13. p.15.
Eiuſdem auctoritas in re vſuraria ſuſpecta. par.1.ſect 9. num.18. p.27.
Idem admittit vſuram largo modo ſumptam extrà fines mutui reperiri. ibid. num.19.
Eiuſdem vſuræ triplex acceptio excutitur. par.1. ſect.9. num.20. ibid.
Omnis iniuſta acceptio vſura dici non poteſt. ibid. num.21.
Eiuſdem vſura largè accepta. par.1. ſect.9. num.24. ibid.
Quæ ſtricta, & propria vſura Molinæi.ibid.num.25.
Eiuſdem, & Hotmanni diſſidium. par.1. ſect.9. n.27. ibid.
Idem Auctor admittit vſuram in aliis contractibus quàm mutui.ibid. num.28.
Idem tenet vſuras ex vltima voluntate relictas licitas eſſe par.1. ſect 9 num.31. p.28.
Eiuſdem intereſſe vſurarium reiicitur. par.2. ſect.7. num 14. p.63.
Eiuſdem ſententia à Roderico reiecta. par.2. ſect.13. num.6. p 85.
Rarò euenit, vt creditoris interſit, ex Roderici ſententia. ibid.
Mora fit re ipſa minoribus propter vſuras. par.1. ſect 1. num.4. p.2.
Mora in iudiciis bonæ fidei olim ſufficiens erat, vt infligerentur vſuræ. par.1. ſect.4. num.16. p.12.
Mora non ſufficit, vt quid vltrà ſortem capere poſſit. ibid.num.17.
Vueſſenbecij egregie dictum.ibid.num.18.
Mora certiùs arguitur ex litis conteſtatione quàm ex interpellatione extraiudiciali. par.1.ſect. 12.num. 16. p.35.
Mora fauore minorum re ipſa fit in contractibus bonæ fidei, legatis, & fideicommiſſis, ibid. numer. 36. p.37
Mora non fit, cùm non eſt cui ſolui poſſit. par. 2.ſect. 8.num.2. p.65
Mora pupillis fit re ipſa.ibid.num 9. p.66
Mora ceſſante etiam pupillo non debentur vſuræ.par.2 ſect.8.num.12. ibid.

Mora in ſtrictis iudiciis non ſufficit, vt vſuræ debeantur.par.2.ſect.12.num.25. p.82
Mora non ſufficit vt intereſſe debeatur. ibid. num. 37. p.83.

M V

Mudæi dictum in l.60.pro ſoc.refertur,& explicatur.p.2. ſect 7.num.13. p.63
Mutuum dans debitoris inuandi cauſa ſimilis eſt ei cui pecuniam inuito retinetur.par.1.ſect.4.num.12. p.23
Mutuo non fœnebri vſura quandóque accedit, & quomodo.par.1.ſect.5.num.7. p.14
Mutuum in quibus conſiſtat.par.1.ſect.6.num.6. p.15
Mutuum ab initio non vſurarium,interdùm fit vſurarium.ibid.num.20. p.16
Mutuum non niſi inter conſentientes contrahitur. par. 1.ſect.7.num.13. p.19
Mutui differentia ab aliis contractibus bonæ fidei non conſiſteret quoad vſuras, niſi, & his vſura poſſet accedere.ibid.num.26. p.21
Mutui datione quis poteſt obligari vltrà quam acceperit.par,1 ſect.12.num.11. p.35
in Mutuo difficiliùs admittitur vſura, quàm in cæteris contractibus.ibid.num.13.
Mutuum eſt alienatio.p.1.ſect.12.num.44. p.38

N A

NAturæ ius non patitur quempiam locupletari cum aliena iactura par.1.ſect.2.num.5. p.6
Natura vetat alienum appetere.ibid.num.6.
Natura non patitur vt bis idem exigatur. par. 1. ſect. 2. num.8. ibid.
Natura inter homines cognitionem conſtituit. ibid. num.12.
Naturalis æquitas non patitur, vt quis plùs accipiat, quàm dedit.par.1.ſect.2.num.22. p.7
Naturalis ratio non minùs vſuris violatur in legatis, quàm in mutuo.par.ſect.3.num.11. p.10
Nautico in mutuo vſuræ ſimul, & ſemel ſoluebantur.p. 1.ſect.1.num.36. p.5

N E

Neceſſitas impoſita tutoribus, & curatoribus fœnerandi pecuniam nunc interdicta.par.2.ſect. 15.num. 17. p.96.
Negotiorum geſtores quandò pecunias fœnerare tenebantur.par.2.ſect.4.num.34. p.55
Nemo in vrbibus catholicis fœnus palàm exercet.par.1 ſect.5.num.21. p.15

N I

Nicæa ſacris monumentis à D. Petro Ioſredd illuſtrata. par.1.ſect.4.num.26. p.13

N O

Nomina quibus à ſapientibus vſura notata.par. 1. ſect.1. num.13. p.2

N V

Nuptiæ duos contractus plerunque continent. par.2. ſect.3.num.44. p.52

O B

OBligatio naturalis impedit indebiti condictionem. par.1.ſect 2.num.18. p.7
Obligatio impoſita mutuatario vſuraria. par. 1. ſect.6. num.23. p.17
Obligationis nouæ impoſitio non eſt eſſentialis vſuræ ibid.num.26.

O F

Officium iudicis vſuras decernens maleficium.par.1.ſect. 6. num.18. p.16

P A

PActo de vſuris præſtandis nulla naſcitur obligatio, nec naturalis.par.1.ſect.2.num.19. p.7
Pactum in mutuo non ſufficit, vt vſuræ debeantur. par.1.ſect.7.num.2. p.19
Pactum de vſuris præſtandis in contractibus bonæ fidei non conuertit illos in mutuum.p.1.ſect.10.n.19. p 31.
Pacta quæ in ipſo contractu fiunt, inſunt contractui in quacunque parte adiecta ſint.par. 2. ſect. 3.num. 24. p.50
Pacta non dicuntur ineſſe, niſi actum ſit. ibid. num.25
Pacta quæ non ſunt contrà leges ſeruanda.par.2.ſect.3. num.26. p.50
Et præſertim ſi iuſiurandum interuenerit. ibid.num. 27.
Pacto iurato actio datur. ibid.
Vueſembecij egregiè dictum.ibid.num.28.
Pactum nudum iure canonico actionem parit. par. 2. ſect.3.num.29. ibid.
Papiniani ſententia aliis quantitatibus quàm mutui vſuras accedere.par.1.ſect.7.num.17. p.20
Papiniani dictum in pr.l.1. ff.de vſur.de veris vſuris accipiendum.par.1.ſect 9.n.12. p.26
Papiniani reſponſa quædam de veris.par.2.ſect. 4.num. 20. p.54
Papiniani reſponſa quædam de fœnore, & pecunia data fœnori.par.2 ſect.5.num.3.4.& 5. p.57
Et nullum in eis veſtigium eius, quod intereſt.ibid. num 6.
Pariſienſis Senatus ſequitur quod æquius melius.par.2. ſect.5.num.17. p.58
Pariſienſis ordo ampliſſimus vt probauerit pœnam adiectam quantitati.par.2.ſect.11.num.23. p.77
Eiuſdem Magnæ Curiæ Senatusconſultum aliud in re ſimili.ibid.num.24.
Pauli ſententia in l.8 ff.in quib.cauſ.pign. iniqua. par. 1. ſect.2.num.25. p.7
Pauli ſententia in §.ſi pupillo ma.è intellecta explicatur. par.2.ſect.12.num.3. p.79
Pauli ſententia ex Baſilicis.ibid. num. 4.
Paulus fingit caſus, vt veram Labeonis ſententiam reprehendat.par.2.ſect.13.num.46. p.89

P E

Pecuniæ alienæ retentio non magis æſtimabilis, ſi ex locato, vel depoſito, quàm ſi ex mutuo debeatur. par.1.ſect.2.num.10. p.6
Pecunia, & illius vſus non ſunt ſeorſim æſtimanda.par. 1.ſect.3.num.3. p.9
Pecuniæ depoſitæ non magis ſeorſim æſtimandus,quàm mutuæ.ibid.num.5.
Pecuniæ vna æſtimatio eſt ſiue ex mutuo, ſiue ex alia cauſa debeatur.par.1.ſect 4.num.5. p.11
Pecuniæ vſus ex aliis contractibus debitæ non poteſt ſeorſim ab ipſa pecunia æſtimari.ibid. num.6.
Pecuniæ fœnebris vſus magis repeti poteſt quàm non fœnebris.par.1.ſect.4.num.7. ibid.
Pecuniæ veniunt in aliis contractibus quàm mutui.par. 1.ſect.6.num.11. p.15
Pecunia res, & corpus quoddam. ibid.num.12.
Pecunia deponi, commodari poteſt, ibid.

Pecuniæ ex aliis cauſis quàm mutui debitæ vſura accedere poteſt.par.1 ſect.6 num.17. p.16
Pecuniæ ad opus Reip.legatæ poſt moram vſuræ admittantur iure ciuili.ibid.num.31. p.17
Pecunia gratuita in mutuo, & aliis contractibus eſſe debet.par.1.ſect.10.num.24. p.32
Pecunia ſterilis ex quacunque cauſa debeatur.ibid.num.25.
Pecuniæ publicæ olim collocabantur fœnore.par.2.ſect.4.num.29. p.55
Pecuniam parere,& non eſſe ſterilem pecuniæ vſurariæ proprium.par.2.ſect.5.num.7. p.57
Pecuniæ otioſæ iure ciuili interdùm præſtantur vſuræ. ibid.n.8.& 15. p.57.& 58
Pecuniam alienam habentes interdùm ægrè reſtituunt. par.2.ſect.5.num.12. p.58
Hiſtoria Archetymi, & Cydiæ. ibid.
Pecuniam alienam conuertens in proprios vſus iure ciuili ad vſuras tenetur.par.2.ſect.6.num.1. p.60
Pecuniæ otioſæ vſuras præſtari ſancitum legibus.par.2.ſect.13.num.25. p.87
Pecuniæ deſtinabantur fœoori lueri cauſa.ibid.num.35 p.88.
Pecuniam præſtat in prædia vertere, quàm credere ſub vſuris.par.2 ſect.13.num.36. ibid.
Pecuniam gratuitam credere regium eſt.ibid. num. 37. Et exempla quædam. ibid.
Petitio hæreditatis eſt bonæ fidei.par.2. ſect.6. num.14. p.61.
Et in ea veniunt vſuræ poſt moram. ibid.
Petrarchæ querela, quòd in vrbibus politicis locus eſſet vſuris par.2.ſect.15.num.19. p.97
Petri Gregorij. opinio vſuras rei iudicatæ licitas eſſe. par.1.ſect.6.num.38. p.18
Quæ reiicitur.ibid.num.59.

P H

Photius Patriarcha primus licitum eſſe exigere vltrà ſortem id quod intereſt.par.2.ſect.12.num.30. p.85

P L

Plinij ad Traianum epiſtola non inueniri, qui pecuniam ſub vſuris centeſimis acciperent. par. 2. ſect. 10. num.14. p.72
Plus valet quod agitur quàm quod ſimulatè concipitur par.2.ſect.5.num.28. p.65

POE

Pœna ex Hormaono circumſcribit id quod intereſt. p. 2.ſect.11.n.1. p.75
Pœna quantitatibus, & factis accedit, vſura tantum quantitatibus.ibid.num.2. p.76
Pœna adiecta facto committitur, etiamſi nihil interſit. par.2.ſect.11.num.3. ibid.
Pœna eſt extrà rem.ibid.num.4.
Pœna adiecta quantitati ſuſpecta.par.2.ſect. 12. num.5. ibid.
Et præſumitur adiecta in fraudem vſuræ. ibid.
Et præſertim ſi in dies creſcat,& augeatur.ibid.num.6
Pœnam ſtipulari non licuit vltrà legitimum modum vſurarum.p.2.ſect.11.n.7. ibid.
Pœnæ ſtipulatio adiecta quantitati non valet,niſi quatenùs interſit.ibid.num.8.
Pœna adiecta quantitati non excedebat legitimum modum vſurarum.par.2.ſect.11.num.11. ibid.
Pœna adiecta quantitati vſuraria·ibid.num.12. p 77
Pœnæ argumentum ad vſuram vt valeat. ibid.num.13.
Pœna quantitatis intrà legitimum modum vſurarum non admittitur, niſi creditoris interſit.par.2.ſect.11. num.19. ibid.
Pœna debitori etiam in mutuo imponi poteſt ex Theologis.ibid.num.20.
Pœna adiecta quantitati in foro non admittitur. par.2. ſect.11.num.26. p.78
Pœnam addi poſſe mutuo impertinens ad id, de quo quæritur.ibid.num.27.

P O

Poetæ, & Philoſophi malè de vſura, & fœnore ſenſerunt.par.2.ſect.13.num.30. p.88
Pomponius Atticus Fuluiæ Antonij pecuniam credidit ſine ſtipulatione.par.2.ſect 9.num.22. p.69
Poſſeſſor hæreditatis alienæ non præſtat vſuras eius pecuniæ quam non attigit.par.2.ſect.6.num.12. p.61
Niſi in mora ſit illam retinendi.ibid.num.13.

P R

Præſidibus olim vetitum fœnus exercere, permiſſum cæteris.par.2.ſect.13.num.48. p.89
Præſidibus vetitum fœnus & permiſſum priuatis. ib. num.52. p 90
Præſidum officialibus, & priuatis vt licuit pecuniam credere, ità & credere ſub vſuris.ibid.num.56. p.91
Præſidibus repetere id quod intereſt, nulla lege vetitum.p.2.ſect.13.num.58. ibid.
Præſidibus prouinciarum vetitum,ne fœnus exercerent. par.2.ſect.15.num.4. p.95
Pretij vſuræ antiquo iure ciuili debentur non id quod intereſt par.1.ſect.6.num.34. p.17
Pretij vſuræ veræ, & propriæ vſuræ, ſi res vendita ſterilis fuit.par.1.ſect.10.num.6. p.29
Pretio, & re frui iniquum.par.2.ſect.9.num.12. p.68
Pretio non ſoluto fructus non ſunt emptoris.ibid.num. 31. p.70
Priuatis non licet addere legibus.par.2. ſect.12. num.6. p.79.
Procuratores, & alij, quia alienis nummis vtuntur, tenentur tantùm ad id quod Intereſt.par.1.ſect.7.num. 30. p.21
Procurator tenetur ad vſuras, quæ in regione frequentantur.par.1.ſect 9.num.14. p.26
Procurator pecuniæ, ex qua vſuras conſequebatur,vſuras eaſdem conſequi potuit.par.2.ſect.4.num.35.p.55
Quæ fuere lucratoriæ, non compenſatoriæ. ibid. num.36.
Promittens pecuniam Reip. ad opus ex mora præſtabat vſuras.par.1.ſect.6.num.32. p.17

P V

Pupillo ex ſolo tempore tardæ ſolutionis in legatis vſuræ debentur.par.1 ſect.7.num.14. p.19
Pupillus aduerſus lucrum vſurarum non reſtituitur.par. 2.ſect.8.num.12. p.66

QVE

QVemque poſſe petere quod ſua intereſt: & nemini officium ſuum damnoſum eſſe debere, vera. par.2.ſect.9.num.35. p.71
Sed impertinentia ad id de quo diſceptatur. ib. n. 36
Querela fœneratorum.par.2 .ſect.10.n.13. p.72

QVI

Quicquid accedit ſorti ex ſolo tempore indebitum eſt. par.1.ſect. 2.num.3. p.6
Quidam hodie extorquent vſuras ſub prætextu eius quod intereſt.par.1 ſect.7.num.39. p.22
Qui hodie tardius ſoluit, non minus ſoluit.par. 1. ſect. 10.num.26. p.32
Niſi creditoris interſit.ibid.num.27.

R E

R*Es* quæ pondere & numero & menſura conſtant, in omnibus deduci poſſunt. par. 1. ſect. 6. num. 10. p. 15

Re & pretio frui iniquum. par. 1. ſect 9 num. 12. p. 68

Reſponſa veterum de vſuris reddita non recipiunt interpretationem de eo quod intereſt. p. 2. ſect. 4. num. 47 p. 56

Reſponſa veterum Hotmannicam interpretationem non recipiunt. par. 2. ſect. 5. num. 2. p. 57

Reſponſa veterum de vſuris non ſunt interpretanda de eo quod intereſt. par. 2. ſect. 13. num. 15. p. 86

Retentio pecuniæ alienæ non magis æſtimabilis ſi ex locato vel depoſito quàm ſi ex mutuo debeatur. par. 1. ſect. 2 num. 10. p. 6

S A

S*Almaſio* vſura omnis compenſatoria. par. 2. ſect. 12. num. 26. p. 82

S E

Senecæ ſententia fœnus & vſuram eſſe extra naturam quæſita nomina. par. 1. ſect. 2. num. 13. p. 6

Seuerus vſuras prohibuit præſtari ab his, quibus vt indignis pretia conferuntur. par. 1. ſect. 7. num. 18. p. 20

Seueri decretum vſuras non deberi. par. 2. ſect. 15. num. 7 p. 95

Serui calendario præpoſiti quæſtio vbi habeatur. par. 2 ſect. 15. num. 13. p. 96

S I

Sichardus quid ſentiat de vſuris contractuum bonæ fidei par. 1. ſect. 10. num. 22. p. 31

S O

Societas Leonina, in qua quis lucrum tantùm captat, & alius damnum. par. 1. ſect 9. num. 22. p. 27

Leo maiorem partem prædæ, vel totum ſibi vendicat. ibid.

Societate officij finita, fructus ampliùs non debentur. par. 2. ſect. 7. num. 8. p. 63

Societas in qua quis pecuniam confert, & ſalua ſorte de certo lucro paciſcitur improba & vſuraria. par. 2. ſect. 7. num. 24. p. 64

Balſamonis & Zonaræ locus pro hac ſententia. ibid. num. 25. p. 65

Societas ſalua ſorte quæ licita. par. 2. ſect. 7. numer. 26. ibid.

Socius iure ciuili agit ad vſuras, vel ad id quod intereſt. par. 1. ſect. 10. num. 13. p. 31

Socius qui pecuniam communem inuaſit, moram re ipſa contrahit. par. 1. ſect. 12. num. 35. p. 37

Socius actione pro ſocio conſequitur vſuras, vel id quod intereſt. par. 2. ſect. 5. num. 25. p. 59

Socius ex Gibalino non præſtat vſuras, niſi pecunia vſus ſit. p. 2. ſect. 7. num. 1. p. 62

Socius vſuras præſtat ex mora. ibid. num. 3.

Socius repetit quod in rem ſocietatis impendit cum vſuris ex iure ciuili. par. 2. ſect. 7. num. 9. p. 63

Socius in reddendo lucro moram faciens vſuras iure ciuili præſtat. ibid. num. 10.

Socius repetit id quod ſua intereſt ſocium in proprios vſus pecuniam communem vertiſſe. par. 2. ſect. 7. n. 22 p. 64

pro Socio in iudicio veniunt vſuræ, & id quod intereſt. par. 1. ſect. 11. num. 10. p. 33

Fabri Sententia. ibid. num. 11

pro Socio in iudicio veniebant vſuræ, quæ in prouinciis agitabantur. par. 1. ſect. 11. num. 13. ibid.

Nunc verò tantùm id quod intereſt. ibid. num. 14.

Solutus olim minùs, qui tardiùs ſolueret. par. 1. ſect. 3. n. 16 p. 10

Hodie non minùs quis ſoluit, quod tardiùs ſoluat, & quare. ibid. num. 17

Soluit non hodie minùs, qui tardiùs ſoluit, niſi creditoris interſit. ibid. num. 21. p. 11

Sorti ex aliis cauſis, quàm mutui debitæ vſuræ accedere poſſunt. par. 1. ſect. 1. num. 2. p. 1

Sorti quicquid accedit ex ſolo tempore indebitum eſt. par. 1. ſect. 2. num. 3. p. 6

vltra Sortem nihil capere poteſt creditor ex contractu bonæ fidei, niſi eius interſit. par. 1. ſect. 3. num. 13. p. 10

vltra Sortem nihil licet creditoribus exigere, niſi eorum interſit. par. 1. ſect. 4 num. 14. p. 12

vltra Sortem aliquid exigens ex legato vel depoſito vſurarius eſt. par. 1. ſect. 6. num. 21. p. 16

vltra Sortem vt quid percipere liceat, mora non ſufficit. par. 1. ſect. 7. num. 21. p. 20

vltra Sortem aliquid exigens creditor, cùm nihil eius intereſt, indebitum exigit, ex quacunque cauſa pecunia debeatur. ibid. num. 22.

Sors cùm non debetur, nec vſura, nec intereſſe deberi poteſt. par. 2. ſect. 13. num. 57. p. 91

S T

Stipulatio vſuræ vltrà legitimum modum antiquo iure ciuili vſque centeſimam valuit. par. 2. ſect. 4. numer. 3. p. 53

Stipulatio vſuræ legitimæ, ſi ad diem minores non fuiſſent ſolutæ, iure ciuili recepta. ibid. num. 4.

Stipulatio vſurarum, niſi certam quantitatem contineat, inutilis iure ciuili. par. 2. ſect. 5. num. 13. p. 58

Stipulatio intereſſe ſub incerta quantitate valet. ib. n. 24

Stipulatio vſurarum dotis conditionem habet, ſi vir vxorem exhibeat par. 2. ſect. 9. num. 15. p. 68

Stipulatio pœnæ adiecta quantitati non valet niſi quatenus interſit. par. 2. ſect. 11. num. 8. p. 76

Stipulatio vſurarum niſi de certis actum eſſet, inutilis. par. 2. ſect. 13. num. 16. p. 86

Stipulationem vſurarum inſtrumentis inſeri veteribus vſitatum. ibid. num. 24. p. 87

Stipulatus duplum vſuras tamen conſequi potuit. par. 2. ſect. 13. num. 38. p. 88

S V

Subditi obligantur legibus. par. 1. ſect. 6. num. 40. p. 18

Subditi hodie legibus ciuilibus vſurariis non obligantur. ibid. num. 41.

T A

T*Axatio* certi intereſſe non admittitur. par. 2. ſect. 13 num. 15. p. 86

T E

Teſtator poteſt iubere præſtari vſuras iure ciuili. par. 1. ſect. 7. num. 15. p. 19

T H

Theologi plurimi vſuras l. eurabit. non admittunt. par. 2. ſect. 3. num. 16. p. 49

Thomæ Carleualij egregia ſententia. par. 2. ſect. 13. n. 13 p. 86.

T R

Digitized by Google

T R

Triboniani incurangia quædam à Balduino notata. pa.2. ſect.4.num.25. p.11

T V

Tutores hodie tenentur duntaxat ad id quod intereſt p.1 ſect.9.num.6. p.25
Tutores quo caſu leuibus vſuris tenebantur. ibid.num. 8. p.26.
Tutor ſine interpellatione ad vſuras tenetur. par.1.ſect. 12.num.30. p.37
Tutor conſequitur vſuras pecuniæ, quam pro pupillo conſumpſit. ibid.num.31.
Tutores pecuniam pupillarem fœnerari tenebantur. p. 2.ſect 4.num.38. p.56
Quod ex parte à Iuſtiniano illis remiſſum eſt. ibid. num.39.
Et nunc omninò interdictum.ibid.num.4.
Tutoribus non tantùm ob verſionem pecuniæ pupillaris in proprios vſus, ſed etiam ex aliis cauſis infligebantur vſuræ.par.2.ſect.6.num.7. p.60
Tutores & ſimiles quandò re ipſa moram faciunt. ibid. num.8.
Tutorum hæredes pecuniæ pupillaris in arca poſitæ vſuras præſtant.par.2.ſect.6.num.9. ibid.
Tutor debitor, patris pupilli vſuras præſtat de quibus conuenit.ibid.num.10. p.61
Tutores, & cæteri, qui alienas pecunias in ſuos vſus conuertunt, vſuras præſtant. par.2. ſect.8. num.3. p.65.

V E

V*Endens* vinum & illius vſum, iniquus.par. 1.ſect. 6.num7. p.15
Venditor, vt pretij vſuras conſequatur, tenetur rem tradere.par.1.ſect.9.num.30. p.70
Verris inſigne furtum.par.2.ſect.13.num.59. p.91

V L

Vlpianus in 31.*&* 12.*de compenſ.* loquitur de veris vſuris. par.1.ſect.4.num.24. p.13
Vlpiani dictum *in l.3.ff.de ann.leg.* de veris vſuris. par.1. ſect.7 num.31. p.19
Vlpianus *in l.3.§ vlt.de ann.& menſtr. legat.* loquitur de veris vſuris.par.1.ſect.9.num.33. p.28
Feliciani error.ibid.num.34.
Berui hæſitantia.ibid.num.35.
Vlpiani *in l.7.§.pecunia.de admin.tut.* ſententia.par.2.ſect. 6.num.6. p.60

V S

Vſura definitio.par.1.ſect.1.num.1. p.1
Vſuræ accedere poſſunt ſorti ex aliis cauſis quam mutui debitæ. ibid.n.2.
Vſura ex eo quod tardiùs ſoluitur, debetur iure ciuili. par.1.ſect.1.num.3. ibid.
Vſura ex mora in bonæ fidei contractibus & legatis. ibid.num.5. p.2
Vſura filia dierum & menſium.par.1.ſect.1.n.10. ibid.
Vſura bellua pecuniam in diem generans. ibid.num.11
Vſura rabies in ſolo tempore. ibid.
Vſura diſtinguitur ab eo quod intereſt.pa.1.ſect.1.n.12 ibid.
Vſura quibus nominibus à ſapientibus notata.ibid. num.13
Vſura omni iure prohibita.par.1.ſect.1.num.15. ibid.
Vſura quæ ex aliis contractibus deſcendit quàm mutui etiam prohibita.ibid.num.17 p.3
Vſura interdùm apud veteres pro vſu.par.1.ſect.1.n.20 ibid.
Vſura apud iuris auctores veteres pro mercede vſus pecuniæ alienæ.ibid.num.21
Vt etiam apud Patres.ibid.num.22
D.Ambroſij notiſſimus locus ibid.
Vſuræ de quibus *in l.3.C.in quib. cauſ. in integr. reſt. non eſt neceſſ.* non ſunt fœnebres.par.1.ſect.1.num.28. p.4
Vſuræ in legatis & bonæ fidei iudiciis ex mora. ibid. num.29
Vſurarum cauſa multiplex,ratio,& natura vna.p.1.ſect. 1 num.31. ibid.
Cuiacij locus.Ibid.num.31.
Vſura duplex conuentionalis & legalis.pa.1.ſect.1.n.33 ibid.
Vſurarum diuiſio vt alia ſit in genere alia in ſpecie reprobatur.ibid.num.35 p.5
Vſuræ ſimul & ſemel in nautico mutuo ſoluebantur. par.1 ſect.1.num.36. ibid.
Vſura pecuniæ non fœnebris iniuſta & improba. ibid. num 38
Vſura in contractibus bonæ fidei, & legatis violat æqualitatem iuſtitiæ.par.1.ſect.2.num.1. p.6
Vſuras exigens damnum infert debitori.ibid.num.22
Vſura quæ ex ſola mora exigitur,iniuſta. par.1. ſect 2 num.14. ibid.
Vſura & intereſſe nomine & ratione diſtincta ſunt.ibid num.16. p.7
Vſuræ tanquam indebitæ indiſtinctè repeti poſſunt.p.1 ſect.2.num.20. ibid.
Heſiodi ſententia.ibid.num.11
Vſuræ multum artificij continent.par.1.ſect.2.n.24.ib.
Vſura legitima Iuriſconſultis quæ legibus definita, non compenſatoria.ibid.num.32 p.8
Vſuræ modus legitimus olim centeſima.p.1.ſect.2.n.33 ibid.
Vſura legitima communis poſt Iuſtinianum ſemis.ibid. num.44 p.9
Vſuræ quæ ex ſola mora exiguntur, iuri naturæ contrariæ.par.1.ſect.3.num.8 p.9
Vſuræ magis tolerabiles in mutuo, quàm in contractibus bonæ fidei.ibid.num.9 p.10
Et in legatis.ibid.num.10
Vſura petit vſum pecuniæ, quem debitor habuit.par.1 ſect.4.num.12. p.12
Vſura, quæ ex aliis cauſis quàm mutui deſcendit, vera vſura eſt, & illicita.ibid.num.25 p.13
Vſura pecuniæ non fœnebris iure Diuino prohibita.p.1 ſect.5.num.1. p.13
Vſura omnis interdicta iure Eccleſiaſtico. ibid.num.5
Vſura non fœnebris iure Eccleſiaſtico prohibetur. p. 1. ſect.5.num.6 ibid.
Vſura mutuo non fœnebri quandoque accedit, & quomodo ibid.num.7 p.14
Vſuræ non fœnebres olim plerunque leuiores.p.1.ſect. 5.num.10. ibid.
Vſuræ hodie frequenter exiguntur ſub prætextu eius quod intereſt.ibid.num.13
Vſura iure ciuili permiſſa in aliis contractibus quàm mutui, hodie iure Eccleſiæ prohibita.ibid.num.14
Vſura non fit niſi ex mutuo ex Gibalini ſententia. ibid. num.2 p.15
Vſuræ formalitas & ratio ex Feliciano.par.1.ſect.6.n.8. p.15
Vſura accedere poteſt pecuniæ ex aliis cauſis quàm mutui debitæ.par.1.ſect.6.num.17. p.16
Vſura quæ ex mora venit, illicita.ibid.num.18
Vſuræ veniunt in contractu depoſiti poſt moram. ibid. num.19
Vſuram fieri ex mutuo iuris auctoribus nouum. par.1. ſect.6 num.25. p.17
Vſura ex mora, & officio iudicis decernitur ex iure ciuili.par.1 ſect.6.num.27. ibid.

Vſuræ aliæ in obligatione ſunt, aliæ officio iudicis præſtantur.ibid.num.28.
Vſura extrà fines mutui conſiſtit.par.1.ſect.6.n.29. ibid.
Vſuræ pecuniæ ad opus Reip. legatæ poſt moram admittantur iure ciuili.p.1.ſect.6.num.31. ibid.
Vſuræ pretij antiquo iure ciuili debentur non id quod intereſt.ibid.num.34.
Vſuræ in ſtrictis iudiciis non veniunt, niſi in ſtipulatum deductæ ſint.par.1.ſect 7.num.1. p.19
Vſuræ in legatis & contractibus bonæ fidei debentur ex mora.ibid.num.3.
Quod hodie ceſſat.ibid.
Vſura etiam extrà fines mutui reperitur. p.1.ſect.7. n.7. p.19.
Vſuræ ex vltimis voluntatibus quoque deſcendunt.ibid. num.8
Quod hodie vetitum eſt.ibid.num.9
Vſuræ debentur pupillo in legatis ex ſolo tempore tardæ ſolutionis.par.1.ſect.7.num.14. ibid.
Vſuræ in petitione hæreditatis veniunt poſt moram. ibid.num.19. p.20
Vſuræ natura in dies parere pecuniam.par.1.ſect.7.n.34 p.22
Vſuræ poſt moram non debentur ex mutuo, ſed id quod intereſt.ibid.num.38.
Vſuræ quæ iure ciuili ex depoſito poſt moram veniunt, manifeſtam vſurariam iniuſtitiam continent Gibalino teſte par.1.ſect 8 num.9. p.23
Vſura & id quod intereſt in iure noſtro ſeparantur. p.1. ſect.8.num.14. p.24
Vſura aliud, aliud id quod intereſt prudentibus. ibid. num.18
Vſuræ *in l.7.§ quæ autem de admin.tut.*ratione culpæ tutoribus infliguntur.par.1.ſect.9.num.5. p.25
Vſuræ pupillares reductæ ad id quod intereſt. ibid.n.7
Vſura eſt aliquid vltrà ſortem accipere, licet non ſit pecunia.par.1.ſect.9.num.23. p.27
Vſuræ multiplex acceptio à Molinæo excogitata nihil iuuat Gibalini ſententiam.p.1.ſect.9.num.26. ibid.
Vſura apud veteres Iuriſconſultos vnius generis. ibid. num.29. p.28
Vſuræ analogia quo fine inducta à Molinæo.p.1. ſect.9. num.30. ibid.
Vſuræ in contractibus bonæ fidei debentur iure ciuili. par.1.ſect.10.num.1. p.29
Vt etiam in legatis, & fideicommiſſis. ibid.
Vſura ex multorum ſententia vbi mutuum non eſt non reperitur.par.1.ſect.6.num.1. p.15
Vſuræ quæ ex legatis debentur iure ciuili ſecundum morem regionis conſtituebantur. par.1.ſect. 10.n.2 p.29
Vſura, quæ ſub contractu emptionis latet, vera vſura. ibid.num.3
Vſuræ, quæ ex depoſito, & aliis bonæ fidei actionibus veniunt poſt moram, iure ciuili, nunc illicitæ.pa.1. ſect.10.num.5. p.29
Vſuræ pretij veræ, & propriæ vſuræ, ſi res vendita ſterilis fuit.ibid.num.6
Vſuræ in contractibus bonæ fidei ex pacto debentur.p.1 ſect.10.num.18. p.31
Vſuræ in mutuo ex mora, vel pacto iure ciuili non debentur.ibid.num.21.
Vſura in omni negotio & contractu prohibita. par.1 ſect.10.num.23.ibid.
Vſuræ interdùm in actione contraria mandati habent ſpeciem eius quod intereſt. par. 1. ſect.11. numer. 5. p.33
Non tamen ideò minus veniunt vſuræ, vt vſuræ.ibid. num.6
Vſuræ in contrario iudicio mandati ex more regionis ſtatuebantur.par.1.ſect.11.num.7. ibid.
Vſuræ quæ veniunt tutelæ contrario iudicio. ibid. numer.8.
Et quæ in contraria negotiorum geſtorum actione.ibid.num.9
Vſuræ definitiones, vt ſit id quod vi mutui exigitur, anguſtiores definito.par.1.ſect.12.num.1. p.34
Vſuræ accedunt aliis contractibus quàm mutui. ibid. num.2.
Vſura vna definitione definienda.par.1.ſect.12.num.10. p.35
Vſuræ vt iure ciuili debeantur ſtipulatione, pacto vel mora opus fuit.ibid.num.12.
Vſura difficiliùs in mutuo admittitur, quàm in cæteris contractibus.ibid.num.13.
Vſuræ in contractibus ſtricti iuris non debentur ex mora.par.1.ſect 12.num.14. ibid.
In iudiciis bonæ fidei ex mora debentur.ibid.num.15
Vſuræ quæ in contractibus ſtricti iuris ſtipulationi ſeu obligationi non acceſſerunt per litis conteſtationem non debentur.par.1.ſect.12.num.17. ibid.
Acceſſionum ciuilium & naturalium diſtinctio. ibid. num.18
Vſuræ à tempore motæ litis exiguntur licèt antea ſine vſuris deberetur pecunia.par.1.ſect.12.num.27. p.36
Vſuræ in quibuſdam contractibus bonæ fidei etiam ſine mora debentur quæ ſententia auctori non placet. ib. num.29. p.37
Vſuræ in contractibus bonæ fidei ex pacto debentur & peti poſſunt par.1.ſect.12.num.37 ibid.
Vſuræ in contractibus ſtricti iuris ex pacto peti non poſſunt.ibid.num.38
Fallit in caſibus vt ibi.ibid.num.39. p.38
Vſurarum quantitas incerta in contractibus bonæ fidei iudicis officio conſtituitur ex more regionis. par.1. ſect.12.num.40. ibid.
Vſurarum quantitas incerta in mutuo neque ex ſtipulatione peti poteſt.ibid.num.41.
Vſura eſt quidquid ex tempore tardæ ſolutionis vltrà ſortem capitur etiam extrà fines mutui.par.1.ſect.12 num.42. p.38
Vſuræ lucratoriæ, compenſatoriæ & punitoriæ diuiſio reprobatur ab auctore.ibid.num.43.
Vſuræ iure ciuili optimo iure, & rectè promitti dicuntur.par.2.ſect.1.num.2. p.39
Vſurarum ſtipulatio iure ciuili valuit.ibid. num.9. p.40
Vſuræ noſtri temporis quæ differant ab antiquis ex Lupo.par.2.ſect.2.num.2. p.41
Vſuras inter noſtras & veterum nullum diſcrimen. ibid. num.4.
Iure licuit vſuras ab initio contractus ſtipulari. ibid. num.5
Vſuras licitè exigi poſſe vt intereſſe ineptè dicitur.pa.2. ſect.2.num.8. p.42
Vſura punitoria quæ Lupo.ibid.num.9
Vſuræ ex iure ciuili non debentur, niſi debitor pecunia vſus ſit ex Gibalino.par.2.ſect.2.num.13
Et niſi cum damno creditoris ex eodem. ibid. numero 14
Vſuræ ciuilis æquitas vnde Gibalino.par.2. ſect.2.n.15 ibid.
Vſuræ iure antiquo Pandectarum permiſſæ non ſunt lucratoriæ ex Lupo, & Gibalino.ibid.num.16.
Vſura Gibalino merces ſortis conſumptæ cum damno creditoris.par.2.ſect.2.num.20. p.43
Vſuræ iure Romano permiſſæ propter commercia ex Donello.par.2.ſect.2.num.30. p.44
Vſuræ diuiſio in fœnus & vſuram cautè admittenda. par.2.ſect. 2.num.36. p.45
Vſura & fœnus apud Patres pro re mala ſumitur. ibid. num.37.
Vſura & fœnus apud Iuriſconſultos intrà legitimum modum licitum.par.2. ſect.2.num.38. ibid.
Illicitum ſi modum excederet. ibid.
Vſura non eſt compenſatio eius quod intereſt.par.2.ſect. 2.num.39. ibid.

Vſura

Index Rerum.

Vſura & id quod intereſt diuerſa. ibid.
Vſura in mutuo non debetur poſt moram iure ciuili ſed id quod intereſt.par.2.ſect.2.num.40. p.46
Antonij Maſſæ Galleſij dictum notatur. ibid. num. 41.
Vſurarum modus olim duplex, Duplum, & Centeſima. par.2.ſect.2.num.43. ibid.
Vſurarum legitimus modus in Vlpiano in Baſilicis vſura legitima.ibid.num.46.
Vſura P.Gibalino apud omnes Iuriſconſultos æſtimatio ſortis conſumptæ cum damno creditoris. par.2. ſect.3.num.1. p.48
Vſura punitoria & compenſatoria P.Gibalini.ibid. n. 2.
Vſura P.Gibalino nihil aliud quàm compenſatio eius quod intereſt.par.2.ſect.3.num.3. ibid.
Vſura punitoria illicita.ibid.num.4.
Etiam ſub nomine pœnæ.ibid.num.5.
Vſuræ interdùm legibus infliguntur, quia creditoris intereſt.par.2.ſect.3.num.8. ibid.
Vſuræ interdùm legibus conceſſæ ratione lucri vſurarij ceſſantis.ibid.num.12. p.49
Quod illicitum eſt.ibid.num.13.
Vſuræ interdùm licitæ propter æquitatem.par.2. ſect.3. num.14. ibid.
Vt in ſpecie *l.5.C.de act.empt.* ibid.
Cuiacij ſententia huiuſmodi vſuras licitas eſſe. ibid. num.15.
Vſuræ ex iure ciuili debentur, etiamſi nihil intereſſet creditoris.par.2.ſect.3.num.47. p.52
Vſura alia fœnebris, alia non fœnebris. par.2. ſect. 4. num.1. p.53
Vſuræ pecuniæ fœnebris olim licitæ.ibid. num 2.
Vſuræ ſtipulatio vltrà legitimum modum antiquo iure ciuili vſque centeſimam valuit.par. 2. ſect.4. num. 3. ibid.
Vſuræ legitimæ ſtipulatio, ſi ad diem minores non fuiſſent ſolutæ, iure ciuili recepta.ibid. num.4.
Vſuræ maiores fœnore minore non ſoluto rectè promittebantur ex Papiniani ſententia.ibid.num.5.
Vſuram legitimum quod excedit, in fraudem vſurarum adiectum.par.2.ſect.4.num.9. ibid.
Vſuræ legitimæ modus centeſima.ibid.num.10.
Vſuræ centeſimæ antiquo iure permiſſæ, & licitæ. par. 2.ſect.4.num.16. p.54
Vſura legitima in reſponſis veterum centeſima. ibid. num.17.
Vſuræ ſuprà centeſimam ſolutæ minuebant ſortem.par. 2.ſect.4.num.22. ibid.
Vſuræ quæſtus cauſa à veteribus agitabantur.ibid.num. 28. p.55
Vſuræ legibus Imperatorum ſancitæ.par.2.ſect. 4.num. 42. p.56
Vſura fœnebris iure ciuili probata Hotmanni ſententia. par.2.ſect.4.num.44. ibid.
Vſuræ non fœnebres paſſim iure ciuili receptæ.ibid.n. 45.
Vſuræ legatorum debentur ex mora.2. ſect. 5. num.8. p.57.
Vſuræ trientes, quincunces, &c. aliud ab eo quod intereſt.ibid.num.9. p.58
Vſuræ ex mora veniunt in actione depoſiti. ibid. num. 11.
Vſurarum ſtipulatio, niſi certam quantitatem contineat, inutilis iure ciuili.par.2.ſect.5.num.13. ibid.
Vſuræ odioſæ. ibid.
Vſuræ in actionibus ſtricti iuris non debentur ex mora. par.2.ſect.5.num.15. ibid.
Vſuræ compenſatoriæ ex quocunque contractu debentur.ibid.num.16.
Vſuræ hodie ex nullo contractu debentur, ſed id quod intereſt.par.2.ſect.5.num.18. ibid.
Vſuræ non veniunt in actione condictionis, venit tamen quod intereſt.ibid.num.20. p.59
Vſuræ centeſimæ olim licitæ, & à Iuſtiniano quibuſdam caſibus permiſſæ.par.2.ſect.5.num.21. ibid.
Vſuræ ſine probatione decernuntur.ibid.num.26.
Vſuræ veræ legibus ciuilibus ſancitæ.ibid.num.28.
Vſuræ infligebantur tutoribus non tantùm ob verſionem pecuniæ pupillaris in proprios vſus, ſed etiam ex aliis cauſis.par.2.ſect.6.num.7. p.60
Vſurarum pupillarium non vna forma ex iure ciuili. ibid.num.11. p.61
Vſuræ propter moram infliguntur.par.2. ſect 8. num.1. p.65.
Vſuræ infliguntur propter moram potiùs quàm propter vſum.ibid.num.5. p.66
Vſuræ in legatis,& fideicommiſſis veniunt poſt moram. ibid.num.9.
Vſuræ pœna debitoris lucrum creditoris. par. 2. ſect.8. num.13. ibid.
Vſuræ *in l.17. §. ſi pupillo.*ſunt lucratoriæ.ibid. num.14
Vſuræ lucratoriæ iure ciuile licitæ.ibid.num.18. p.67
Vſura interdùm in iure habet ſpeciem eius quod intereſt.par 2.ſect.9.num.11. p.68
Vſurarum ſtipulatio dotis conditionem habet, ſi vir vxorem exhibuit.ibid.num.15.
Vſuræ dotis non debentur marito, qui onera matrimonij non ſuſtinuit.par. 2.ſect.9.num.17. p.69
Vſuræ non debentur ex mutuo iure ciuili.ibid.num. 20.
Sed ex ſtipulatione tantùm.ibid.num.21.
Vſuræ ex mutuo non debentur ſine ſtipulatione, ne tàm facilis eſſet exactio vſurarum.par.2. ſect. 9.num. 22. ibid.
Vſuras dotis ſoluto matrimonio ſtipulari licuit. ibid. num.27.
Vſuræ non petuntur, cùm ſors peti non poteſt. par. 2. ſect.9.n.28. p.70
Vſuram eſſe compenſationem eius quod intereſt apud I.C. tos falſum.ibid.num.34.
Vſuræ ſanciendæ ratio ex Gibalino.par.2.ſect.10.num. 2. p.71
Vſura definita legibus ciuilibus eſt id quod intereſt.ibid. num.3.
Vſura ex Gibalino terminat id quod intereſt.ibid.num. 4. p.72
Vſuris modus poſitus non eſt, vt querimoniis creditorum occurreretur.par.2.ſect.10.num.9. ibid.
Vſuræ in contractibus bonæ fidei, & legatis ex more regionis olim conſtituebantur.ibid.num. 10.
Vſuræ centeſimæ grauiſſimæ, iniquiſſimæ, ſanguinolentæ.par.2.ſect.10.num.11. ibid.
Vſuris modus datus fauore debitorum.ibid.num.15.
Vſuras licitas eſſe error Græcorum.par.2.ſect. 10. num. 21. p.73
Vſuram legibus definitam eſſe id quod intereſt, falſum. ibid.num.26.
Vſura quantitatibus tantùm accedit: pœna quantitatibus & factis.par.2.ſect.11.num.2. p.76
Vſura pœna debitoribus.ibid.num.18. p.77
Vſuræ quæ propter moram infliguntur lucratoriæ.par. 2.ſect.12.num.5. p.79
Vſura propriè dicta non diſtinguitur à fœnore. ib. n.11
Vſura pecuniæ creditæ, & fœnus idem. ibid.
Vſura ſpeciatim ſumpta vera, & propria vſura, non compenſatio eius quod intereſt creditoris.par.2.ſect. 12.num 13. p.80
Vſuras ſtipulari à tempore contractus olim palàm licuit.par.2.ſect.12.num.15. p.81.
Vſuras grauiores ſtipulari, ſi minores non ſoluerentur licuit.ibid.num.17.
Vſuras vt intereſſe peti poſſe, inepta loquendi formula Auctori.par.2.ſect.12.num.30. p.83
Vſuræ certæ, & vniformes. Intereſſe incertum varium. Ibid.num.32.
Vſuræ, quæ in regionibus frequentantur, veræ vſuræ. ibid.num.33.

X 3 Vſura,

Vſura, & id quod intereſt in iure diuerſa.par.2.ſect.12.num 35. ibid.
Vſuræ in iudiciis bonæ fidei infliguntur propter moram de iure ciuili.ibid.num.36
Vſura & id quod intereſt debentur ex mora, nec tamen ſunt idem.par.2 ſect.12 num.38. p.84
Vſura, & intereſſe pœna, neque tamen idem. ibid. numer.39
Vſura certos fines excedere non potuit, intereſſe potuit ibid.num.40
Vſuras ex die contractus ſtipulari, iure ciuili licuit.p.2.ſect.13.num.1. p.85
Et qua ratione ſecundùm Gibalinum. ibid.num.2
Vſurarum ſtipulatio niſi de certis actum eſſet, inutilis. par.2.ſect.13.num.16. p.86
Vſuras tanquam compenſatorias partibus taxare non licet ibid.num.17
Vſuræ pecuniæ creditæ ſine ſtipulatione regulariter non debentur.par.2.ſect.13.num.20. p.87
Gibalini illatio quæ auctori non probatur. ibid.n.21
Vſuræ tanquam odioſæ à iuris auctoribus repreſſæ.par.2.ſect.13.num.23. ibid.
Vſurarum ſtipulationem inſtrumentis inſeri veteribus vſitatum.ibid.num.24
Vſuras pecuniæ otioſæ præſtari ſancitum legibus. par.2.ſect.13.num.25. ibid.
Quod Gibalinus de fœnore iuſto, & vſuris licitis intelligendum docet.ibid.num.26.
Vſuræ dulces exigentibus.par.2.ſect.13.num.35. p.88
Vſuræ centeſimæ grauiſſimæ vſurarum.ibid n.34
Vſuræ vbertimæ vſuræ veræ.par.2.ſect.13.num.39.ibid.
Vſuras anticipatè exigere olim licuit.ibid. n.40. p.89
Vſurarum anticipata exactio mala.ibid.num.41.
Vſuras compenſatorias exercere iactura patrimonij.p.2.ſect.13.num.55. p.90
Vſuras compenſatorias exercere inauditum.ibid.
Vſuræ etiam leuiores prohibitæ.ibid.num.61. p.92
Vſuræ debentur ex contrectatione pecuniæ ad numerum depoſitæ.p.2.ſect.14.num.2. ibid.
Vſuræ in actione depoſiti poſt moram debentur iure ciuili. ibid.num 4
Vſuræ punitoriæ illicitæ niſi creditoris interſit. par.2.ſect.45.num.5. ibid.
Vſuræ in contractibus bonæ fidei ex pacto debentur iure ciuili.ibid.num.15. p.94
Vſuras ex mora in iudiciis bonæ fidei illicitas Gibalini ſententia.par.2.ſect.14.num.17. p.94
Vſura ciuilis verè inciuilis ibid.num.18.
Vſuram reditum pecuniæ eſſe veteres exiſtimabant.p.2.ſect.15.num.15. p.96
Vſurarij notantur infamia.par.1.ſect 5.num.12. p.14
Vſus pecuniæ depoſitæ non magis ſeorſim æſtimandus, quàm mutuæ.par.1.ſect.3 num.5. p.9
Vſus pecuniæ ex aliis contractibus debitæ non poteſt ſeorſim ab ipſa pecunia æſtimari.par.1.ſect.4.num.6. p.12.
Vſus pecuniæ fœnebris magis repeti poteſt quàm non fœnebris.ibid.num.7.

FINIS.